13
20 M
23

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-20 G.22

CONSILIORVM AVGVSTINI BEROII I. C. BONONIENSIS

Volumen Primum,

Ea continens, quæ ad ius Pontificium, & ad Contractus, ſeu Diſpoſitiones inter uiuos pertinent; diſpoſitis ordine ſingulis materiis, cum ſuis cuiuſque Conſilii ſummariis, & argumentis.

Cum Indice omnium locupletiſsimo.

BONONIÆ,
Apud Ioannem Roſsium.
MDLXVII.

BIBL. SE. COLL. ROM. SOC. IESV
IHS

Permittente R. Vic. Epiſt. & P. Inquiſ.

AMPLISSIMO ORDINI
SENATVS BONONIENSIS
Ioannes Thomaſius Collenſis S. D.

OMNES planè vno ore fatentur, Patres clariſsimi, nihil magis decere hominem, quàm de ſe benemeritos omni ſemper officio proſequi; nullum certè, cum res ferat, referendæ illis gratiæ locum prætermittere. Equidem ingenuè fateor, me plurimum debere Auguſtino Beroio, cui meritò, quicquid iuris ſcientiæ teneo, totum ferè acceptum fero; nec minus vniuerſæ huic ciuitati, quæ me tanquam filium benignè fouet; & vobis præcipuè Patres ampliſsimi, qui me pro ueſtra benignitate in quinqueuiralis ueſtræ Rotæ ordinem cooptaſtis, & prætoria dignitate decoraſtis. Cùm autem diu, multumque cogitaſſem, quanam ratione poſſem, ſi non pari, at grato tamen officio tanta omnium in me beneficia remunerari: denique cepi conſilium, quæ ſua ipſe Auguſtinus reſponſa ex permultis non pauca delegerat, ea non ſine multa cura, & labore recognoſcendi, inque ordinem digeſta cum ſuis quodque, ut uocant, ſummarijs, & indice locupletiſsimo unũ in corpus congerendi. Suaſor deinde fui M. Tullio, & Carolo Auguſtini filijs, ut (quod maximè ornamento huic urbi fore putarem) in vrbe patria potius, quàm in externa paternas haſce lucubrationes formis excudi uellent. Qua in re mea in primis opera, & ſtudio factum eſt, vt quàm celerrimè, & emendatiſsimè fieri poſſet, imprimerentur. Iam uerò cum ijdem mihi quoque permitterent, vt de ijs arbitratu meo ſtatuerem: decreui ſtatim, egregium hoc opus uobis Patres clariſsimi inſcriptum, atque dicatum emittere: non tàm ut ipſum veſtri nominis authoritate, tanquam clypeo, ab impetu obtrectatorum protegerem, quàm vt gratam mei erga uos animi voluntatem hoc ſaltem munere ſignificarem. Quod ſi vobis non ingratum fuiſſe cognouero, uehementer lætabor: ſin minus, nunquam tamen deſiſtam, quocunque poſsim officio oſtendere, me veſtrorum in me beneficiorum memorem eſſe: voſque præcipuè mea quaſi numina agnoſcere, ſummaque ſemper veneratione colere. Valete.

Bononiæ V. Cal. Septemb.

MDLXVII.

AVGVSTINI BEROII IVRISCONSVLTI BONONIENSIS CONSILIORVM

Volumen Primum.

SVMMARIVM.

1 *Imperator in quo loco ualidè coronari poſſit, & debeat, & an extra urbem Romanam.*
2 *Pontificis electio etiam in alio loco, quàm in eo, in quo defunctus fuit, ualidè fieri poteſt.*
3 *Corona Imperatoris quotuplex, & in quo loco, quomodo, & à quibus illas accipiat, & num. 5.*
4 *Imperatoris coronatio non fit de neceſſitate, ſed cauſa honoris, & cuiuſdam ſolennitatis, & num. 10.*
6 *Papa, & Imperator ſunt duo ſupremi principes, qui ſimul concordantes omnia poſſunt.*
7 *Solennitas aliàs requiſita ratione iuſtæ cauſæ, & utilitatis publicæ omitti poteſt.*
8 *Forma omnis, & ſolennitas ſubſtantialis actus Papæ, & Imperatoris non afficit.*
9 *Facta à principe non poſſunt ex defectu formæ, & ſolennitatis inualidari.*
10 *Coronatio Imperatoris ſæpius fuit quoad ordinem, & locum alterata,*
11 *Et ea eſt de iure poſitiuo.*
12 *Papa, & Imperator ad obſeruantiam iuris poſitiui plenè etiam abſque iuſta cauſa non tenentur.*

EPITOME.

IMPERATOREM *corona aurea poſſe per Papam alibi, quàm in urbe Romana ualidè coronari, hic oſtenditur.*

CONSILIVM PRIMVM.

Dei Opt. Max. auxilio inuocato.

CVPIENS ſatisfacere petitiõi R.D. mei, id, quod uerũ fore exiſtimo, pro ingenij mei uiribus exponã, me tamen correctioni R.do. ſuæ, ac cuiuſlibet rectius ſentientis ſubiiciẽdo. Prætermiſſis itaq; pluribus, quia dici ſolet, in multiloquio non deeſſe peccatum, ac in paucis etiam ueritatẽ con-
1 ſiſtere, uidetur de iure poſſe concludi, † quòd Papa per ſe, uel legatos ſuos, præſertim exiſtẽte aliqua iuſta cauſa, poſſit Imperatorẽ, ſeu Regem Romanorum canonicè electũ, extra urbẽ Romanã, ubi ſibi, & Imperatori uidebitur, coronare, non obſtante quacunq; alia conſuetudine, ſeu diſpoſitione contraria: Nam quamuis proprius locus coronationis ſit ciuitas Romana ob nonnullas ſolennitates, & ceremonias, quæ ſunt in illo actu ſeruandæ, ut in cle. romani de iureiuran. & uoluit Cyn. in l. benè à Zenone C. de quadrien. præſcrip. in fin. uerb. c. adrianus il 2. 63. diſtinc. c. uenerabilem de electio. & Bal. in c. 1. in fin. de pac. iuramen. firman. in vſib. feudo. in antepenul. col. tamen ſi coronatio alibi facta fuerit, ualebit, & nihil, quod legitimè obſit, obiici poterit: Hanc concluſionem ſequuti fuerunt quampluri- mi docto. qui hoc expreſsè tangunt, inter quos fuit Innoc. in c. uenerabilem de electio. circa princ. quem refert Domin. de Sancto Geminiano in c. legimus 93. diſtinc. & glo. magna in clementi. prima de iureiuran. quæ illum ſequitur, quæ inquit, quòd ſi Imperator in loco debito coronam accipere nequeat, nihilominus ab archiepiſcopo Colonienſi auctoritatem adminiſtrandi poſſet recipere, uel ſua auctoritate ex electione acciperet, idem uoluit Bald. in d. l. benè à Zenone, & ibi Alber. & ſequitur expreſsè Gulielm. in clemen. 1. de iureiuran. quem refert, & ſequitur ibi Ioan. de Imol. dicentes, quòd licet Imperator ſit Romæ coronãdus, tamen poteſt coronam alibi recipere, quia locus non eſt de ſubſtantia, nec de forma actus, ſed modus tantum c. fin. de reſtitu. ſpolia. locus enim, & tempus ſunt concomitantia caſuum ſpecialium, ſed non generum c. abbate ſanè de re iudica. in 6. in fin. Bald. in l. 2. in fin. 2. colum. C. de ſacroſanc. eccleſ. & in l. presbyteri C. de epiſc. & clericis, &
2 † ut uolunt Hoſtien. Archi. Gofred. & communiter cæteri docto. ut refert, ac ſequitur Petrus de Anchar. in clemen. ne romani de electio. in §. ſanè, quamuis iura uideãtur certum locum in electione Põtificis exigere, uidelicet locum, in quo defunctus fuit, ut in c. ubi periculum de electio. in 6. & in d. clem. ne romani, tamen non eſt de ſubſtantia electionis, quin ualide fieri poſſit in alio loco, ubi magis expedit, & congruit, maximè exiſtente cauſa, ut per eos: ergo ſimiliter concludendum eſt tàm de electione, quàm de coronatione Imperatoris, quia non eſt diuerſa ratio, & iura minus illam ad certum locum, quam Papæ electionem aſtringunt: Hanc eandem ſententiam expreſsè etiam ſentiunt Lauren. & domin. Cardi. in clemen. præallegata in 16. notab. dicentes, quòd licet ſuper altari, & ſic Romæ in eccleſia Sancti Petri conſecretur, coronetur, & iuret, tamen hoc non eſt ita de ſubſtantia, quin hæc poſſint alibi fieri, quia hi ſunt quidam modi debiti: Hoc idem uoluit Alber. de Roſa. in ſuo dictionario, in uerb. corona dicens,
3 quòd † Imperator triplicem coronam recipit, primam argenteam in Alemania, ferream in Modoctia comitatus Mediolani, & auream in diuerſis locis: gloſ. tamen & doctor. in d. cle. 1. de iureiur. aliter uidentur loqui reſpectu qualitatum coronarum, quia uolunt, quòd Imperator ferream prius accipere debeat in Alemania, ſed iſta euenerũt ex diuturnitate temporis, quia primo Imperatores ſoliti erant coronari corona argẽtea, deinde ferrea, hodie uerò prius coronãtur corona ferrea, ut dicit do. Card. in d. cle. 1. in fin. in 2. colum. in uerſ. quæro quia &c. & Alber. in d.
4 l. benè à Zenone in 8. col. dicit † has coronationes fieri honoris, & cuiuſdam ſolennitatis cauſa, non autem ne-

ceſſaria : Idem tenet Paul.de Caſt.in l. publius in prin.ff.de
cond. & demon. quod Imperator quis efficiatur ex ſola ele
ctione, nec ſit neceſſaria coronatio, neque confirmatio,
ſicut dicitur de Papa. Prædictam cõcluſionem corroboro,
5 nam † ad actum coronationis triplex requiritur corona, &
in diuerſis locis ſecundum certum ordinem præſtanda, ut
per glo.in d.cle.1.& ibi doct. nam primo coronari debet
argentea, ſecundo ferrea, tertio aurea, ut per Alber. in di-
cto ſuo dictionario, & per Card.in d.clem.1.in fin. in 8.col.
Sed alio tempore prius ferrea, ſecundo argentea, & tertio
aurea coronabatur, ut ibi per do.Card. qua igitur ratione
hæc ſolennitas potuit, quoad ordinem, & qualitatem coro
narum mutari, & alterari, eadem etiam quo ad locum po-
terit alterari, & mutari, non enim dari poteſt ratio diuerſita
tis, ergo idem dicendum eſt in utroque caſu l. à titio ff. de
uerb.obliga. ¶ Præterea ut præſupponit gloſ.in d.clem.1.
cum qua omnes docto.pertranſeunt, ſecunda corona quã-
uis ex primo inſtituto debeat dari in uilla Modœtienſi dio
ceſis Mediolani, tamen ſæpe in hoc uariatum fuit, quia da-
ta fuit in ciuitate Mediolani in eccleſia ſancti Ambroſij, &
ob hoc coronatio non fuit inualida, ut exemplificat gloſ.
ibi in Henrico Imperatore: Ergo ſimiliter ex identitate ra
tionis dicendum eſt de tertia corona, quòd ſi detur in alio
loco non conſueto, ob hoc coronatio non erit nulla, nec
reprobanda, quoniam pro ſolennitate coronationis triplex
danda eſt corona, nec una magis eſt neceſſaria, quàm alia,
nec una magis poteſt omitti, quàm alia, cum ſolennitas, &
forma dicatur eſſe quid indiuiduum, ut in l. hac conſultiſ-
ſima C.qui teſtam. fac.poſſ. Non adeſt igitur ratio, quare
magis hæc ſolennitas ſit alterãda, ſeu alterari poſſit in una,
quàm in alia, ſed quandoq; facta fuit alteratio, et mutatio
tàm reſpectu loci quo ad duas primas coronas, quàm re-
ſpectu ordinis, ut ſupra: & hoc non obfuit coronationi, er-
go idem dicendum eſt, poſſe fieri reſpectu tertiæ coronæ
aureæ, quæ in urbe Roma dari ſolet, & maximè, quando
adeſt aliqua iuſta cauſa illam in alio loco dandi, accedente
6 mutuo conſenſu amborum principum, quia, † ut inquit,
Bal.in l.1.ff.de cõſtit.princip. Papa, & Imperator ſunt duo
ſupremi principes, qui ſimul concordantes omnia poſſunt,
aliàs quilibet in ſua iuriſdictione poteſt: In caſu autem no-
ſtro non modo una, ſed fortè multiplex adeſt cauſa iuſta al
terandi hanc ſolennitatem, ſeu formam, præſupponendo
7 eſſe de forma, quòd dari debeat Romæ, ergo &c. Nã † ra-
tione iuſtæ cauſæ, & utilitatis publicæ ſolennitas aliàs requi
ſita poteſt omitti, ſeu alterari, ut uoluit Sali. in l. fin. in prin.
de iure dotium, & Bal.Nouell.in ſuo tracta.dotis in 6.par-
te in 44.& 48.priuilegio. ¶ Rurſus hæc ſolennitas coro-
nationis non eſt de ſubſtantia, nec de forma, & conſequen
ter non neceſſaria ſaltem reſpectu loci, quia, ut dictum eſt,
locus non eſt de forma, nec de ſubſtantia argu. c.fin.de re-
ſtitu.ſpolia.cum ſimil.ſupra allegatis: Ergo ſi quo ad locũ
reſpectu alicuius coronæ alteretur, prout aliàs alterata fuit,
huiuſmodi ſolennitas actus coronationis non uitiabitur,
8 quia † omnis forma, & ſolennitas ſubſtantialis non afficit
actus Papæ, & Imperatoris, cum ipſi ſint ſuper omni forma,
& ſubſtantia actus: poſſunt enim omnem rei ſubſtãtiam mu
tare, ut habetur per glo.in c. quanto de translatio. epiſco.
nec eſt, qui eis dicere poſſit, cur ita facitis, ut ibi: Et ideò
9 Hoſtien.in ſumma de electio.in §. qualiter, dixit, quòd † fa
cta à principe nõ poſſunt ratione defectus formæ, & ſolen-
nitatis inualidari, & faciunt not.per glo.in c.1.de re iudica.
in 6.ubi ſententia lata à principe non ſedendo, nec in ſcri-
ptis, ualet, quamuis aliàs ſcriptura pro forma ſubſtãtiali re
quiratur, ut ibi, & facit tex.in l.pen. C.de dona. inter uir. &
uxo. Præterea dicit Hoſtien.in c.ſuper quibuſdã de uerb.
10 ſignifi.quòd † coronatio requiritur, ſeu fit ad benè eſſe, ſed
nõ eſt neceſſaria, quia omitti poteſt, & paucos operatur ef-
fectus, ut colligitur etiã ex iis, quæ uoluit Bar.in extrauagã.
ad reprimen.in uer.reges, & Albe.in d.l.benè à zenone, er
go ſi fiat coronatio cum aliquali alteratione, & mutatione,
propter hoc non debet uitiari arg.l.unicæ §.1. C. de rei ux.
act.& per glo.in uer.tranſitu Inſti.de libert.ibi, & eſt ratio,
quia ſine eo fieri poterat &c. Fuit enim introducta hæc ſo-
lẽnitas coronationis à iure poſitiuo, nã prius Imperatores
creabantur per exercitũ militum abſq; alia coronatione c.
legimus 93.diſt.& ſæpius fuit hæc ſolẽnitas alterata, & im-
mutata tàm quo ad ordinẽ, quàm quo ad locũ, ut ſupra, &
11 præſupponit glo.in d.cle.1. † quæ immutatio, & alteratio
arguit illam eſſe de iure poſitiuo, ueluti etiam probatur in
d.c.uenerabilẽ, & in d.cle.1.& in c. adrianus 63.diſt. Bal.in
§.hoc quod nos in 3.col.de pace conſtan. Ex quibus infer-
12 tur, quòd † Papa, & Imperator ad illius obſeruantiã plena-
riè, & totaliter etiã abſq; iuſta cauſa non tenentur l.digna
uox C.de legi.quia ſunt ſuper omnẽ formã iuris poſitiui, ut
ſupra, & ipſis omnes leges poſitiuæ ſunt ſubiectæ, quia illas
ad nutum tollere, & mutare poſſunt c. propoſuit de cõceſ.
præben.§.dubitatum in authen.de inceſt.nupt.& ambo Dij
ſunt, prout eſt de mente glo. in d. c.quanto, quæ de ambo-
bus loquitur, & dicit glo. in l.iubemus nullam C. de ſacroſ.
eccleſ.quòd Imperator dicitur Deus terrenus: et ideò ex
præcepto Dei omnes creaturæ tenentur illis obedire, nec
præceptis ſuis contrauenire debent c.2.c.omnes, & c.ſolitæ
de maiori.& obed.nulla igitur lege poſitiua poſſunt ad ali-
quid faciendum, & ſeruandũ coarctari, etiam ſi id eſſet in-
troductum pro forma, & ſolẽnitate, ut ſupra. ¶ Sed non ui-
deo etiã aliquo iure probari, quòd actus coronationis à iu-
re fuerit pro forma, & ſubſtantia introductus, quia etſi coro
natio fieri debeat, non tamen pro eius ſubſtantiali forma re
quiritur modus traditus, & maximè reſpectu loci, tum quia
certus locus non dicitur de ſubſtantia, ut ſupra, tũ etiã quia
non reperitur, quòd canon ipſo iure uitiet coronationem, ſi
aliter facta fuerit, nec canon, ſeu lex prohibitiuè loquitur,
nec cũ clauſula decreti, nec per uerba, quæ aliàs ſolent for-
mam ſubſtantialem importare, ſecũdum quod habetur per
Alex.& alios in l.1.ff.de lib.& poſth.& per Bal.in l.non du-
bium C.de legi.per Anto.& Moder.in c.cum dilecta de re
ſcrip.ergo ordo illius omiſſus, ſeu locus alteratus non dice-
tur coronationẽ uitiare, tanquã illa ſint de leui ſolennitate,
quæ omiſſa nõ ſolet uitiare, ut eſt text. & ibi Bart. & Alex.in
l.1.in fin.ff.de uent.inſpi.& in l.fi.§.cum igitur C.de iur.de-
liber.& habetur in d.c.cum dilecta. Et poſſet hoc infinitis
rationibus, & argumentis demonſtrari, ſed ne ſim longior,
his nunc ſum contentus. An autẽ aliquo tempore Romani
Imperatores alibi, quàm Romæ coronati fuerint, cum id ſit
facti, de induſtria prætermitto, quoniã, ut inquit Iurecon-
ſultus in l.in omni ff.de iur.& fac.ign.cum ius finitum poſſit
eſſe, & debeat, eius ignorantia non excuſat, facti autem in-
terpretatio plerunq; etiam prudentiſſimos fallit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Inter iudæos eorum conſuetudo eſt ſeruanda in ſuis contractibus, aliiſque negotiis, dummodo lex ciuilis illam expreſſè non improbet, & num. 9.*
2 *Vniuerſalis negatiua magis negat, & excludit, quàm uniuerſalis affirmatiua affirmet, & includat.*
3 *In ſucceſſionibus iudæorum lex moſaica, & ueteris teſtamenti, nõn autem lex ciuilis imperialis inter eos ſeruanda.*
4 *Iudæi coràm arbitris hebræis litigantes quo iure utuntur.*
5 *Inter iudæos in eorum actibus, & negotiis, in quibus chriſtianus non interuenit, lex moſaica ſeruanda, niſi lex ciuilis expreſſè prohiberet, ipſos illa in certis negotiis uti.*
6 *Iudæorum lex ſpecialis eſt lex moſaica.*
7 *Iura municipalia prius, quàm iura cõia, & imperialia ſeruari debent.*
8 *Iudæi non humanis, ſed diuinis conſtitutionibus ſubiciuntur.*

Emptor

10 *Emptor ſecundum legem, & conſuetudinem iudæorum locatori ſtare te-
netur, & num. 14.*
11 *Contrahentes in dubio ſemper ſecundum naturam contractus, & ſe-
cundum quod iura eorum permittunt, inter ſe contraxiſſe uidentur.*
12 *Emptor rei alicuius ſolum ius, quod uenditor in re habebat, emiſſe cenſe-
tur, quando emptor etiam in genere, licet non in ſpecie, qualitatem rei,
iuriſque uenditoris ſciuit,*
13 *Quid ſi ignoraret.*
15 *Emptor habens notitiam locationis rei ſibi uenditæ alteri factæ illi ſtare
tenetur, & conductorem non poteſt expellere.*
16 *Vendens, & cedens iura, quæ habet in re aliqua quomodo de euictio-
ne, & ad promiſſionem de tradendo rem uacuam, & expeditam te-
neatur.*
17 *Vendens quando tradendo rem uacuam, & expeditam eo modo, quo po-
teſt, liberetur, & quando eam liberam, uacuam, & expeditam trade-
re debet.*

EPITOME.

INTER *iudæos in eorum actibus, & contractibus legem mo-
ſaicam, & ueteris teſtamenti, eorumq́ conſuetudinem, quæ à le-
ge ciuili imperiali non ſit expreſſè improbata, ſeruari,*

*Et emptorem ſecundum eorum legem, & conſuetudinem lo-
cationi ſtare debere, eaq́ durante, non poſſe conductorem expel-
lere, hic demonſtratur.*

CONSILIVM II.

IN cauſa Dauit hebræi, primo uidendum eſt, an in acti-
bus, & in cõtractibus hebræorum ſeruari debeat lex mo
ſaica, & ueteris teſtamenti, eorumque conſuetudo, &
uſus, an uerò lex ciuilis: Et concludendum eſt inter ipſos le
gem ſuam ueteris teſtamenti, eorumque conſuetudinem,
& non legem ciuilem ſeruari debere, primo per textum
1 in cap. qui ſincera 45. diſtinct. † per quem docto. ibi no-
tant indiſtinctè, quòd inter iudæos ſeruanda eſt eorum con
ſuetudo, & Caldar. in tit. de conſuetudine in conſi. 2. dicit,
ſeruandam eſſe inter iudæos illam conſuetudinem, quæ ha
bet, quòd inter iudæos periti legis Abrahæ ſcribendi teſta-
menta poteſtatem habeant, & ſcripturæ illorum tanquam
publicæ, & authenticæ ſtetur, & in c. ſicut iudæi extra de iu-
dæis dicitur, quòd nullus chriſtianus immutare præſumat
conſuetudines bonas, quas iudæi hactenus inter eos ſeruare
ſunt ſoliti: quem text. noto, dum uniuerſaliter, & negatiuè
dicit, nullus chriſtianus, quia uidetur omnes etiam habẽtes
2 iuriſdictionem includere, quoniam † uniuerſalis negatiua
magis negat, & excludit, quàm uniuerſalis affirmatiua affir-
met, & includat, arg. not. per glo. in l. alienatum §. donatio-
nis ff. de uerb. ſigni. Bal. in c. 1. in prin. in ult. col. de prohib.
feud. aliena. per Feder. & dum ille tex. dicit, bonas conſuetu
dines, uoluit ſolum excludere illas, quæ prorumpunt in con
tumeliam creatoris, & quibus deluduntur chriſtiani in la-
mentationibus dominicæ paſſionis, ut ibi per glo. ergo infer
tur, quòd aliæ eorum cõſuetudines circa contractus, & alia
eorum negotia ſunt ſeruãdæ, ut uidetur tex. in l. iudæos C.
de iudæ. ibi, ſed ritus ſuos citra cõtemptum chriſtianæ legis
retineant, ubi gloſ. inquit ritus ſuos, hoc eſt conſuetudines
ſuas, & ita per illum tex. tenent Ioan. Cald. in d. conſil. 2. &
in conſi. 30. in tit. de teſtam. Alex. in conſi. 6. in 6. uol. & Bar
3 ba. in conſi. 15. in 1. uol. ¶ Præterea † in ſucceſſionibus inter
ipſos ſeruanda eſt lex moſaica, & ueteris teſtamenti, non au
tem lex ciuilis Imperialis, ut per Calda. in d. conſi. 30. Alex.
in l. 1. in 10. col. ff. ſi cer. pet. Feli. in c. 1. extra de conſtitu. in
12. col. in 5. limit. & Alex. in d. conſi. 6. ergo & in contracti-
bus ſimiliter ſeruari debebit, quia cum non appareat ratio
diuerſitatis, idem ius in utroq; eſſe debet l. à titio ff. de uer-
4 bo. obli. cum ſimil. ¶ Tertio † induco l. iudæi C. de iudæ. ubi
quamuis quando agitur cotàm iudicibus ordinariis, iudæi
iure Romano uti debeant, tamen quando de eorum litibus
coràm eorum arbitris hebræis litigant, iure publico, hoc eſt
5 Romano uti non debent, ergo iure proprio. ¶ Quarto † in-
ter iudæos in eorum actibus, & negotiis, in quibus chriſtia-
nus non interuenit, ſeruanda eſt lex moſaica, & ab illa non
eſt recedendum, niſi lex ciuilis expreſsè prohiberet ipſos iu
dæos illa in certis negotiis uti, ut uoluit Io. Cald. in conſ. 10.
in tit. de conſtit. & ſequitur Alex. in d. conſ. 6. & l. iudæos ad
fin. C. de iud. ſed lex imperialis non uetat iudæos uti lege
ſua ueteris teſtamenti, & eorum conſuetudine in contracti
bus inter ipſos celebratis, ergo inter eos lex moſaica, & eo-
rum cõſuetudo ſeruanda eſt arg. l. iubemus C. de teſtam. &
6 l. præcipimus C. de app. ¶ Quinto † lex moſaica eſt lex ſpe-
cialis ipſorum iudæorum iuxta illud Ioan. cap. 18. legem
habemus, & ſecundum legem noſtrã debet mori, & ibi, tol
lite eum, & ſecundum legem ueſtram ipſum iudicate, quaſi
Pilatus interloquutus fuerit, quòd inter ipſos hebræos non
lex imperialis eſſet ſeruanda, ſed lex ſua, tãquam lex ſpecia
lis, per quã generali derogatur: ergo ubicunq; inter iudæos
daretur concurſus legis moſaicæ, & legis imperialis, lex mo
ſaica tãquam ſpecialis ſeruanda eſſet, quia lex ſpecialis de-
rogat generali, & communi, ſicut ſpecies derogat generi c.
generi de reg. iur. in 6. c. 1. de reſcri. & l. ſanctio legum ff. de
7 pœn. Et † ſicut inter omnes homines prius ſeruari debẽt iu
ra ſua municipalia, quàm iura cõia, & imperialia, quia per
legẽ municipalẽ, & conſuetudinẽ particularẽ in loco, ſeu
inter certas perſonas iuri generali, & cõi derogatur l. oẽs
populi ff. de iuſt. & iur. §. ius aũt ciuile Inſti. de iur. nat. gẽ. &
ciui. cum ibi not. ita inter ipſos iudæos prius ſeruãda erit lex
moſaica tanquã eorũ lex municipalis, & particularis, dein-
de in iis, in quibus lex moſaica nõ prouidet, ſeruari debebit
lex imperialis, & cõis, quia per legẽ moſaicã tanquam mu-
nicipalem inter hebræos dicitur legi generali, & communi
imperiali derogatum d. l. iudæi iunctis præmiſſis: Et idem di
cendũ eſt de eorum conſuetudine, quæ tanquam particula
ris ipſorũ quoad eos dicitur iuri, & legi cõmuni derogare §.
pen. Inſt. de iur. nat. gen. & ciui. l. de quibus ff. de legi. c. con
ſuetudo 1. diſt. & ita arguit Calda. in ſimili in d. conſi. 30. in
tit. de teſta. & refert, ac ſequitur Feli. in c. iudæi il 2. extra de
8 iud. Et † iudæi non humanis, ſed diuinis conſtitutionibus
ſubiiciuntur c. omnia 12. diſt. c. ſi ſolus 8. diſt. & ibi glo. not.
ergo iudæi in ſuis negotiis, ut in ſucceſſionibus, cõtractibus,
9 & aliis debent leges, & † cõſuetudines ſuas ſeruare, dũmodo
lex ciuilis illas expreſsè non improbet arg. l. quod ſi nolit §.
qui aſſidua ff. de ædil. edic. l. 2. C. quæ ſit long. conſue. c. cum
dilectus de fi. inſtr. & l. ſemper in ſtipulationib. ibiq; Bart. &
moder. ff. de reg. iur. ¶ Et ex prædictis infertur, quòd cũ lex
moſaica hebræorũ diſponat, quòd qñcunq; locatio rei ad
certũ tẽpus facta fuit, durãte locatione, dñs, & locator non
poſſit ex aliqua cauſa etiã iuſta conductorẽ expellere, dum
modo conductor ſeruauerit locatori promiſſa, etiam ſi loca
tor, & dñs rem locatã pro uſu, & neceſſitate ſua, uel illã re-
parare uellet iuxta l. ædem C. loc. quæ lex in hoc eſt contra
ria legi hebræorũ, quæ (ut ab eorũ peritis habui) diſponit lo
cationẽ, ea durante, iudicari eſſe uenditionẽ, ergo hæc lex,
& cõſuetudo hebræorũ erit inter ipſos ſeruanda, & non lex
10 ciuilis: Infertur itaq;, † quòd & ſi ſecundũ legem ciuilẽ em
ptor rei locatæ non teneatur ſtare locatori, quia poteſt illũ
expellere, ut in l. emptorẽ cum ibi not. C. loca. cum ſimil. ta
men ſecus erit inter ipſos iudæos propter eorũ legem, & cõ
ſuetudinẽ, quæ uult conductorẽ ante finẽ locationis à nemi
ne poſſe repelli, ergo in caſu noſtro Vitalis emptor domus,
& ceſſionarius iurium, quæ Dauit habebat, non poterit ex-
cludere Simonem hebræum conductorem domus, & ceſſio
narium iurium dicti Dauit ad certum tempus, quia priora
iura in domo, & iuribus prædictis habuit. Præterea ex quo
Vitalis emptor ſciuit legem ſuam, & conſuetudinem he-

bræorum,uel ſcire debuit, alioquin iuris ignorantia ei non prodeſſet,ut in l.iuris ignorãtia,& per totũ ff.de iur.& fac. igno.& conſequenter quòd emptores rerum alteri locatarum domino, ſeu inquilino ſtare tenebantur, cenſetur ipſe Vitalis emiſſe domum,& acceptaſſe cum hac lege, ſi aliud
11 expreſsè non fuiſſet conuentum,quoniã † in dubio ſemper contrahentes uidentur inter ſe contraxiſſe ſecundum naturam contractus,& ſecundum quòd leges,& iura eorũ permittunt,arg.l.nemo poteſt ff.de leg.1.l.ſi duo,& ibi Pau.de Caſt.ff.de acquir.hæred.d.l. ſemper in ſtipulationibus, & ibi Barto.& alij ff.de reg. iur.d.l. quòd ſi nolit §.qui aſſidua ff. de ædil.edict.& l. ſi ſtipulatus ff.de uſur. ergo infertur, quòd cum Vitalis hac lege emerit, nullo pacto poterit Simonem conductorem expellere,ſed tenebitur illum uſque ad finem locationis ei factæ pati. ¶ Rurſus ad releuandum ipſum Dauit à pœnis conuentionalibus, & ne teneatur tradere rem uenditam uacuam, liberam, & expeditam à conductore ipſi Vitali emptori, & ceſſionario,conſiderandum eſt,quòd Vitalis habuit tempore contractus, & ante ſcientiam, & notitiam locationis rei prius ipſi Simoni factæ per Dauit, ut mihi in facto præſupponitur,& proba-
12 bitur,ergo † ſumus in caſu,in quo Vitali emptori imputandum eſt, ut is non poſſit agere de euictione rei, nec ut tradatur ſibi uacua poſſeſſio, niſi eo modo, quo tradi poteſt, nec ad pœnam conuentam, per tex.in l.qui tabernas,& ibi Bal.ff.de contrahen.empt.qui tex. ſemper allegatur, quòd uendens rem uidetur uendere ſolum ius,quod in re habet, & hoc abſque dubio procedit,ſi emptor habuerit ſcientiam de iure, quod & uenditor, & alter habent, argumento l.ſi fundum C.de euictio.ubi caſus notabilis, & huius difficultatis deciſiuus: Et ideò ex quo Vitalis ſciuit rem, hoc eſt domum fuiſſe ad certum tempus locatam,ſeu in genere alteri obligatam,& iura fuiſſe Simoni pro certo tempore ceſſa, is cenſeri debet ſolum emiſſe illa iura,quæ Dauit habebat,& uendere,ac cedere poterat per ea, quæ habentur in l.ſi domus in fin.& ibi Bart.Alex.& alij ff.de legat.1.poſt Bald. Angel. & Imol. qui concludunt,quòd emptor ſolum cenſetur emiſſe ius,quòd uenditor in re habet, quãdo emptor ſcientiam de illo iure habebat, ut quia ſciebat rem alteri certo modo eſſe obligatam: at hanc eſſe communem opinionem inquit ibi Alex.& ita debet intelligi id,quod uoluit Paul. de Leaza. in c. potuit in 3. col. extra de loca. ubi emphyteota uendendo ſimpliciter rem emphyteoticam, cenſetur ſolum ius,quod in re habet,uendidiſſe, & præſertim hoc uerum eſt, ſi emptor ſciuit qualitatem rei, & iuris emptoris: Quinimmò dicit Bald.in d.l.ſi fundũ ſciens,quòd ille tex.habet locum,etiam ſi emptor in genere ſciuiſſet rẽ alteri obligatam,quamuis in ſpecie non ſciuerit, cui perſonæ,& facit l.fin.C.de commu.rer.aliena.ibi neſcienti:ſecus ergo,ſi ſcienti,ut ibi habetur,& eſt bonus tex.in l.ſi quis domum §.hic ſubiungi cum ibi not.per Pau.de Caſt.ff.loca.& Aret.in l.ſerui electione §.fin.in 2.col.ff.de lega.1.poſt Cynum in l.1.C.ſi pignus pigno.dat.ſit.& Bald.in l.1. C. qui teſtamen.face.poſ.dicunt,quòd quando uenditio fit ſcienti ius uenditoris,dicitur uendi ius,quod uenditor in re habet,
13 & non ultra d.l.qui tabernas: † ſi uerò ignoranti ius uenditoris,dicitur uendi res pleno iure,& in totum:& ſi uenditor tantum iuris non haberet, ut quia res eſſet alteri obligata, uel locata,tenebitur emptori per text.in d.l.ſi quis domum §.1.uſq; ad finem legis,et hæc diſtinctio fuit Bal. ad literam in rubr.C.de contrahen.empt.in uerſi.ſexto quæro.
14 Accedat ad hæc, quòd † ſi uerum eſt, prout mihi pro uero præſupponitur,quòd hebræi ſecundum eorum legem, uel conſuetudinem contractum locationis ad certum tempus pro illo tempore iudicant eſſe contractum uenditionis, ſeu naturam eius penitus habere, quia ſecundum eos nulla eſt differentia inter contractum locationis,& uenditionis,nam uterque dicitur uenditionis contractus, & ſolum reſpectu temporis differunt,quia alia dicitur uenditio rei perpetua, alia uenditio rei ad tempus, quam nos locationem appellamus, ſequitur, quòd inter ipſos hebræos locum non habebit regula illa, quòd emptor non tenetur ſtare locationi iuxta l.emptorem C.locati,& ea, quæ habentur in l. ſi filio §.ſi uir ff.ſolu.matrimo. Sed habebit locum illa alia regula, quod ſecundus emptor ſtare tenetur primo emptori, quando res illi tradita fuit,ut in l.quoties C.de rei uendica. ubi ſi duobus res uendita fuit, ille eſt potior, cui res tradita fuit,ſed in caſu noſtro res fuit prius Simoni tradita, ergo ipſe reſpectu temporis,pro quo ſibi fuit conceſſa, potior dici
15 debet. ¶ Præterea † etiam ſecundum leges Imperiales ubicunque emptor habuit notitiam locationis alteri factæ, non poteſt conductorem expellere,ſed illi ſtare tenetur,donec finita erit locatio l.ſi mercedem in prin. & in §.fin.ff.de actio.empt.& probatur ex iis, quæ ſupra adducta fuerunt, quia ſcienti ius uenditoris ſolum dicitur uẽditum ius, quod habet uenditor,& maximè hoc uerum eſt in caſu noſtro, in quo ipſe Dauit uendendo domum cũ omnibus iuribus ſuis expreſsè ceſſit,& tranſtulit,mãdauit,& dedit ipſi Vitali emptori præſenti,& acceptanti omnia quæcunq; ſua iura &c. quæ ipſe Dauit habuit,& habet,ſibiq; quomodolibet competierunt,& de præſenti competunt in dicta domo, & in iuriſdictionibus eiuſdem,ergo apparet dumtaxat ipſum Dauit dediſſe Vitali domum quoad ius, quod in illa habebat, & ſolum in ipſum Vitalem illa iura tranſtuliſſe,quæ in dicta domo habebat:Sed Dauit in ea habebat dominium,& poſſeſſionem ſaltem ciuilem,ac etiam naturalem, item ius exigendi à Simone conductore pẽſiones ſingulis annis,& alia, de quibus in inſtrumento facto inter Dauit,& Simonem,ergo Dauit cenſetur rem dediſſe,& illa iura omnia, quæ tempore locationis factæ habebat,tranſtuliſſe: Nec eſt præſumendum aliquid ultra uoluiſſe dare,ſeu trãſferre, nec periurium,& pœnas conuentionales incurreret:Vnde cũ uerba cõtractus poſſint uerificari reſpectu aliquorum iurium, de quibus ſupra, præſumendum eſt, quòd de illis tantum, quæ ipſe Dauit tunc habebat, intellexerit, & non de aliis, prout uerba inſtrumenti ſonare uidentur:Quæ interpretatio etiam in dubio eſt facienda ad euitãdum delictum, ſeu periurium,& pœnas argumen.l.merito ff.pro ſocio,& l.ueteribus cum ſimilibus ibi allegatis ff.de pactis,ubi ſemper in dubio uerba inſtrumenti interpretantur contra eum, ad cuius fauorem fuerunt expreſſa,quia ſibi imputatur, ſi legem apertius non dixit:Sed uerba, de quibus ſupra, fuerunt appoſita ad fauorem Vitalis,ergo debent contra ipſum interpretari,quia debebat apertius loqui, & ideò cõtra eum interpretando intelligentur ſolum illi uendita, & ceſſa, ſeu tranſlata illa iura, quæ tempore uenditionis Dauit in dicta domo habebat:& conſequenter etiam ea, quæ reſpectu illius domus habebat aduerſus Simonem, quæ dicuntur eſſe maximæ utilitatis,& importantiæ. Et ſtante huiuſmodi intelligentia,ac declaratione,omnia appoſita in dicto inſtrumento uenditionis factæ Vitali uerificantur, & habent locum in dictis iuribus,adeò quòd ipſe Dauit non dicitur aliquid contra conuenta, & promiſſa in dicto inſtrumento uenditionis feciſſe,nam quoad illa iura,quæ tunc habebat, uerificatur pactum conſtituti de poſſidendo,& pactum tradendi rem uacuam,& expeditam &c.trahuntur enim ad iura, quæ uenditor habuit, & ad id, quod uenditor poſſedit, & eo modo, quo poſſedit, ut per Paulum de Caſtro in d. l.ſi quis domum ff.locati:Et ad propoſitum optimè faciunt ea,
16 † quæ ponunt Angel.& Alex.in l.locus ff.de acquiren.poſſeſſ.& in l.ſi ſic §.1.ff.de legat.1.ubi concludunt, quòd ille, qui uendit,& cedit iura,quæ habet in domo, ſeu in alia re,

non

non tenetur de euictione, niſi pro illis iuribus, quæ uendi tor in re habebat, & traditio, ac promiſſio de tradendo rē uacuam, & expeditam non extenduntur, niſi ad ius, quod uenditor habebat, & non ultra, per tex. in l. quod ſi in uenditione cum tribus legibus ſequentibus ff. de hæredit. uel actio. uendit. ¶ Et ex prædictis reſponderi poteſt, ſi in cōtrarium adduceretur, quòd uendens tenetur rem liberam, uacuam, & expeditam tradere l. cum uenderes ff. de contrahen. emptio. Bal. in l. fin. in uerſi. ſed pone, quidam nobi lis C. de pact. inter empto. & uendito. & eſt bonus tex. in l. ſi in emptione §. uacua: cum l. ſequen. cum ibi. not. per Barto. ff. de actio. empt. & ibi Paul. de Caſtr. & alij poſt glo. & in dubio uidetur quis uendere rem liberam l. ex prædiis, & ibi Bal. uerſ. quæritur utrum uendens C. de euictio.
17 l. quoniam, & ibi Bal. C. de compenſa. quia † hoc procede ret, quando quis ſimpliciter rem uendidiſſet illi, qui etiam ignoraſſet ius uenditoris, ſecus ſi uendidiſſet illi, qui ſaltem in genere habuiſſet ſcientiam, & notitiam de iure, quod uē ditor in re habebat, ut quia ſaltem ſciuiſſet, rem fuiſſe alteri obligatam, ſeu locatam per prædicta: & ita in terminis declarat Paul. de Caſt. in d. §. uacua in fina. uerbis, quia tunc ſufficit, quòd uenditor tradat eo modo, quo tradere poteſt uacuam, & expeditam: Et maximè hoc eſt uerum, quando uenditor uendidit, dedit, & ceſſit omnia illa iura, quæ in ipſa re uendita habebat, per prædicta. Ex quibus concludendum uidetur, quod Simon expelli ab ipſo Vitali emptore non poteſt, ſed ipſe inquilino uſque ad finem locationis ſtare tenetur, & quòd Dauit dicitur adimpleuiſſe contractū eo modo, quo de iure tenebatur, tum quia ſcienti conditionē rei ſaltem in genere uendidit rem, tum etiā quia uendidit, & ceſſit omnia illa iura, quæ in domo uendita habebat. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In ædificatione, & reparatione eccleſiæ quis contribuere teneatur, conſuetudo eccleſiæ, ſi qua extat, eſt in primis ſeruanda.*
2 *Conſuetudo, quòd populus, ſiue laici, aut alij eccleſiam reparare debeant, eſt ſeruanda.*
3 *Idem, ſi ſtatutum antiquum, aut priuilegium à Papa conceſſum ſuper hoc extaret.*
4 *Conſuetudo, ſtatutum, & priuilegium æquiparantur.*
5 *Portione certa redditum eccleſiæ pro fabrica eccleſiæ deputata, ſi illa ſit ſufficiens, ad eam, & non ad alias perſonas, nec ad alios redditus eſt reccurrendum.*
6 *Epiſcopus ſolus quando ad reparationem, & ædificationem ſuæ eccleſiæ de quarta redditum ſuorum etiam perceptorum, & præteritorum, aliàs de ſuo proprio teneatur, & num. 15.*
7 *Et an præſcriptio in contrarium etiam longiſſimi temporis ei proſit.*
8 *Et ſi quarta illa ſufficiat, an canonicos, & alios in hoc grauare poſſit.*
9 *Epiſcopus recipiens quartam ſuorum redditum ſecundum canones pro fabrica eccleſiæ diſtribuendam, non poteſt illam tempore reparationis eccleſiæ retinere, ſed expendere tenetur.*
10 *Epiſcopus an pro annis, quibus eccleſia ſua reparatione, & ædificatione non indiget, quartam redditum fabricæ, & reparationi à canone deputatam ſuam faciat, & in ſuos uſus conuertere queat, an uerò illam prouſu fabricæ, & reparationis eccleſiæ conſeruare teneatur.*
11 *Quid de quarta redditum pauperibus debita, ſi illam inter pauperes non diſtribuit.*
12 *Quid in rectore eccleſiæ parrochialis de tertia, ſeu quarta eccleſiæ parrochialis.*
13 *Onus ſubire non debet recuſare is, qui lucrum, & emolumentum percipit.*
14 *Monachus ad clericales ordines promotus, cui de eccleſia curata prouiſum fuit, ad fabricam eccleſiæ de tertia parte pro fabrica deputata tenetur.*
16 *Conſuetudo, quòd epiſcopus de redditibus non faciat quatuor partes iuxta canonum diſpoſitionem, an quo ad quartam inter pauperes diſtribuendam, & quo ad quartam fabricæ eccleſiæ deputatam ualeat.*
17 *Capitulum, ſeu canonici eccleſiæ cathedralis quomodo, & quo iure ad reparationem, & ædificationem eccleſiæ teneantur, & nume. 21. 26. & 42.*
18 *Capituli, ſeu Vniuerſitatis maior pars quando minori poſſit præiudicare.*
19 *Epiſcopus fortius, & prius ad fabricam eccleſiæ cathedralis de quarta redditum tenetur, quam canonici de redditibus ſuarum præbendarum.*
20 *Quid de clericis inferioribus beneficiatis, & nu. 22. 26. & 42.*
21 *Dominicus de Sancto Geminiano in c. ſi propter tua col. 2. uer. Quæro, an epiſcopus, de reſcrip. in 6. declaratur.*
22 *Clerici inferiores beneficiati quando, & quomodo ad fabricam eccleſiæ cathedralis contribuere teneantur, & nu. 26. & 42.*
23 *Neceſſitatibus ſuis quis ſubtrahere non debet, ut in pias cauſas eroget.*
24 *Epiſcopus quando ſolus ſine capitulo poſſit ſuper certa parte redditum ſpectantium ad canonicos, ac etiam ad alios clericos inferiores beneficiatos pro fabrica eccleſiæ maioris ſtatuere, & quando conſenſus capituli, uel maioris partis requiratur, & nu. 44.*
25 *In obligatione à iure inducta conſenſus obligati non eſt neceſſarius.*
26 *Prælatus, & maritus expenſas neceſſarias, & utiles, non autem uoluntarias, ſeu uoluptuarias facere debent, aliàs de ſuo facere cenſentur.*
27 *Pacta, & promiſſa præſertim ab epiſcopo ſeruanda.*
28 *Ignorantia iurium, & canonum neminem excuſat, & præſertim epiſcopum.*
29 *Cleri, ſeu clericorum ſimpliciter appellatione, an & quando canonici etiam eccleſiæ cathedralis contineantur, & quando non, & nume. 38.*
30 *Synodus epiſcopalis, prouinciale concilium, & capitulum ex quibus conſiſtant.*
31 *Promiſſio facta præſentibus, & ad eorum fauorem dicitur ab eis acceptata, etiam ſi de acceptatione aliter non conſtet.*
32 *Eccleſiarum ciuitatis, uel diœceſis appellatione etiam eccleſia cathedralis, & illius capitulum in materia quoque ſtricta comprehenditur.*
33 *Et quando diœceſis ſeu eccleſiæ appellatione comprehendatur ciuitas, ſeu eccleſia cathedralis, & quando non.*
35 *Expreſſum quid dupliciter dicitur.*
36 *Conſilium, & interuentus aliquorum circa negotia, & expenſas faciendas ſæpe exigitur, ut conſulant ſolum, non autem ut concurrant.*
37 *Canonicorum conſenſus in negotiis ab epiſcopo expediendis ad aliorum utilitatem, uel damnum ſæpe requiritur.*
38 *Pactum factum ciuitati, ſeu clero, quomodo ciuibus ſingularibus, ſeu canonicis, & clericis particularibus non prodeſſe, nec obeſſe dicatur.*
39 *Eccleſia, & templum quare Dauid, & Salomon de oblationibus Sacerdotum ædificauerunt, & hodie ſecus fiat.*
40 *Redditus eccleſiarum in quartas quo iure fuerint diſtributi.*
41 *Argumentum ab iis, quæ olim in ueteri teſtamento obſeruabantur, ſumere non poſſumus.*
43 *Epiſcopus pro reparatione, & reſtauratione eccleſiæ potius uaſa aurea, & argentea, & ueſtimenta ſuperflua uendere debet, quam canonicos, & clericos in ſuis redditibus grauare:*
Et quomodo hoc ſit uerum.

EPITOME.

ECCLESIÆ *cathedralis reſtauratio, & ædificatio ad quem, & de quibus bonis pertineat, hic plenè demonſtratur.*

CONSILIVM III.

PRODEAT de uultu Dei iudicium, & oculi iudicātium uideant æquitatem: In hac conſultationis ſpecie ad quem eccleſiæ cathedralis reſtauratio, & de quibus bonis pertineat, hinc inde multa mihi ſe offerunt dicenda: Sed, ut breuitati ſtudeam, omiſſo ſolito argumentorū ordine, per ueras, & receptas ſcribentium theoricas tranſeundo, nonnullas ex illorum uerbis concluſiones eliciam,
1 quarum prima erit, quod † hac in re in primis ſeruanda eſt conſuetudo eccleſiæ, ſi qua ſolita eſt ſeruari, ut omnes hi contribuere teneantur, qui conſueti aliàs fuerunt, ſiue clerici, ſiue nobiles, ſiue ignobiles ſint, ut uolunt ferè omnes canoniſtæ, ueluti refert, & ſequitur do. Anto. in c. 1. extra de eccleſ. ædifican. argumen. c. ad apoſtolicam de ſimonia, talis

talis enim conſuetudo pia cenſetur,ergo ſeruanda,ut ibi,& eſt optimus tex.in c.ſi propter tua de reſcript. in 6.& in extrauaganti ſuſcepti Ioan.22. ſituata ſub tit.de electione: & inquit Henricus Boic ſolennis doctor vltramõtanus in ſuis diſtinctionibus in d.c.1.de eccleſ. ædifican. quod ſi quæris, quis debeat,& teneatur eccleſiam reparare, diſtingue,aut
2 † eſt conſuetudo in eccleſia, quòd populus,ſeu laici reparare debeant, ſicut eſt in quibuſdam regionibus, & talis conſuetudo ſeruanda eſt,arg.d.c.ad apoſtolicam,& c.conſiliū de obſeruatio.ieiunio. nã & ipſorum intereſt,cum ibi percipiant eccleſiaſtica ſacramenta, & miſſas audiant: & præcipuè hoc erit obſeruandum,ſi ipſi laici malè ſoluant decimas c.quicunque, c. hoc diximus, c.filiis, & nepotibus 16. q.7.compellendique ſunt talem conſuetudinem ſeruare §. pro conſuetudinibus in authen.de ſanctiſſ. epiſcop.& in §. adhæc ſancimus in auth.de eccleſia.titulis,l.ad inſtructiones, & l.priuilegia C.de ſacroſan.eccleſ. Hanc concluſionem ſequitur Hoſtien. in c.fin.de his,quæ fiunt à maio.par. capitu.dicens, quòd in talibus cõſuetudo antiqua eccleſiæ ſeruanda eſt,argumento c.certificari extra de ſepultu.aſſerendo dominum ſuum iſtud tenuiſſe, & idem Hoſtien.in ſumma in titulo de eccleſ.ædifican.§.1.inquit,quòd in primis ad conſuetudinem eſt recurrendum, quod etiam ſe-
3 quitur Abb.Sicul.in d.c.1.† Idem crederem dicendũ eſſe, quando in loco extaret ſtatutum antiquum, quòd non ſolum clerici,ſed etiam laici tenerentur ad reparationem, & cõſtructionem eccleſiæ, uel ſuper his priuilegium à Papa aliàs eſſet eccleſiæ conceſſum, ut laici, & hi, qui ſunt de
4 populo,contribuere tenerentur,cum † conſuetudo, ſtatutum,& priuilegium in iſtis æquiparentur, argumento d.c.ſi propter tua, & c.duo ſimul de offic. ordina. cum aliis, & hoc eſt,quod innuere uoluit Abb. in d.c.1. ibi, idem dico,
5 niſi aliter diſpoſitio ſpecialiter prouideret: Et ideò † ſi ex ſtatuto,uel cõſuetudine,uel priuilegio eſſet prouiſũ, quòd in euentum deſtructionis eccleſiæ cathedralis, aut alterius omnes clerici beneficiati unà cũ epiſcopo tenerentur certam ratam reddituum aſſignare pro fabrica, & reparatione eccleſiæ,uel aliunde eſſet de certis redditibus pro fabrica prouiſum,tunc ante omnia recurrendum eſſet ad illam portionem deputatam,ſi ſufficit, & non ad alias perſonas, nec ad alios redditus, ut uoluit Henricus Boic in d.c.1.& eſt de mente glo.ibi in fin. uerb.ac ſequitur Hoſtien. ibi in uerſi.& hoc intelligas,quando portio deputata non ſufficit, & clarius ponit Abb.ibi: idem dico, niſi diſpoſitio ſpecialiter prouideret: Nam uidemus hodie, quòd eccleſiæ præcipuè cathedrales communiter habent certos redditus diſtinctos pro fabrica, & hoc idem uoluit Domi. de Sancto Geminiano in d.c.ſi propter tua col.2.uerſi.quæro,ân epi-
6 ſcopus de reſcrip.in 6. ¶ Secunda concluſio ſit † quòd ceſſante cõſuetudine,ac etiam ſtatuto, & priuilegio,& deputatione certorum reddituum pro fabrica(prout fortè in caſu,de quo agitur,ceſſant, cum in facto mihi non præſupponatur,quòd aliqua ex prædictis prouiſionibus pro fabricã eccleſiæ cathedralis extiterit) tunc ipſe epiſcopus ſolus ad reparationem ſuæ eccleſiæ tenetur de quarta reddituũ ſuorum ab eo perceptorum, quam quartam etiam de iam perceptis conſeruare tenetur pro hoc pio uſu adimplendo,aliàs de ſuo proprio teneretur,ut in c.unio, ubi gl.cõ-
7 muniter recepta 10.q.3.c.decernimus 10. q. 1.† Nec prodeſſet epiſcopo allegare præſcriptionem etiam longiſſimi temporis in contrarium c.nobis circa fin.cum glo.fin.12.q. 2.c.de rebus,c.vulterrana,c.cõceſſo,c.quatuor,c. de reddi-
8 tibus, & c. cognouimus ea. cauſ.& q. Et † ſi huiuſmodi quarta præſentium, & præteritorum reddituum pro fabrica ſufficeret,cæteri canonici,& clerici hac de cauſa grauandi non eſſent,ut uidentur aſſentire doct. & gloſæ communiter iuris canonici,ut per glo. in c.1.ſtatim allegando in fin. uerb.& clarè inquit Henricus Boic in d.c.1.ibi, & tunc ab illo &c.per iura proximè allegata, & omnino inſpici debet tex.in d.c.quatuor, ibi quia nephas eſt, ſi ſacris ædibus deſtitutis in lucrum ſuum præſul impendia his ſacris ædibus deputata conuertat,& tex.in d.c.cognouimus appellat prauam conſuetudinem,ſeu præſcriptionem,quam epiſcopus pro ſe contra dictam diſtributionem quartæ reddituũ allegare uellet, ergo talis conſuetudo, ſeu præſcriptio, cum ſit contrà utilitatem eccleſiæ,potius corruptela uocãda eſſet, & nullius momẽti cenſeretur,quia irrationabilis eſſet c.1. & c.fin.extra de conſuetu.& contra ſalutem animæ præſcriptio non eſt ſeruanda, c. uigilanti, & c. fin. de præſcriptio. Concluſionem hanc tenent Innoc. & Hoſtien. in d.c.fi.de his,quæ fiunt à maio.par.cap.& Innocen.in c.de his de eccleſ.ædifican.per tex.cum glo.in d.c.unio cum iam allegatis,inquit,epiſcopum teneri de quarta reddituum perceptorum reſtaurare, & ædificare eccleſiam,aliàs de propriis bonis teneretur,videlicet, quando nollet dictam quartam
9 exponere,& domi.Anto.in d.c. de his dicit, † quòd ſi epiſcopus conſueuit recipere quartam ſuorum reddituũ, quã canones pro fabrica eccleſiæ uolunt diſtribuendã fore tempore reparationis eccleſiæ,non poteſt illã retinere, ſed expendere tenetur,ut uoluit glo. quã ipſe allegat in d.c.unio: Et hæc ueriſſima eſſe arbitror, quæ etiam ſunt de mente Ioan.And.in d.c.1.& in d.c.de his, & Archid.in c.quatuor 12.q.2. ¶ Nec refragatur id,quod habetur in d.c. unio, ubi uidetur probari,quòd ſi eccleſia non indigeat reparatione, epiſcopus pro illis annis,quibus non eſt opus reſtauratione,quartam fructuum,& reddituum ſuam faciat, ut in ſuos uſus conuertere poſſit,quia glo.fin.ibi, quam ſcribentes ibi,
10 & alibi ſunt ſequuti,ſoluit, quòd † aut loquimur de reparatione eccleſiæ epiſcopalis,& tunc epiſcopus tenetur quartam omnium fructuum, & reddituum præſentium, & futurorum pro fabrica eccleſiæ expendere, & ideò dictas quartas conſeruare pro tàm pio uſu tenetur, & hoc modo loqui-
11 tur tex.in d.c.uobis 12.q.2. quinimmo † ſi quartam redditaum pauperibus debitam nõ diſtribuiſſet inter pauperes, tenetur epiſcopus illam inter futuros pauperes diſtribuere,aut in utilitatem eccleſiæ expendere, ut uoluit Domin.
12 poſt Archid.in d.c.unio in d.ult.col. aut † loquimur de tertia,ſeu quarta parrochialis eccleſiæ,& illam rector ſuam facit, & in uſus ſuos conuertere poteſt,ut in d.c.unio,& ratio poteſt eſſe,quia ſi eccleſia parrochialis quandocunque reparatione indigebit,poterit rector de omnibus redditibus, inimò de bonis ipſius eccleſiæ cogi eccleſiam reparare, ut in d.c.de his,& in c.1.de eccleſ.ædifi. Præterea cum epiſcopus,qui habet curam ſuæ eccleſiæ, ſolus habeat illius commodum, æquum eſt, ut etiam ſolus patiatur eius incommo-
13 dũ,ſaltem quo ad quartam à canone deputatam,nã † qui ſentit emolumentum,debet etiam ſentire onus, nec ferendum eſt,ut quis lucrum percipiat, & onus ſubire recuſet l. unica §.ne autem,& §.pro ſecundo C.de caduc.tollen.l.manifeſtiſſimi §.pen.in fin.uer.C.de fur.& c.qui ſentit de reg. iur.in 6.Corroborantur prædicta ex tex. in c.ſi monachus
14 16.q.1.ubi † monachus,qui ad ordines clericales promotus fuit,& cui prouiſum fuit de eccleſia curata, tenetur ad fabricam eccleſiæ de tertia parte pro fabrica deputata, eadem ratione & ipſe epiſcopus, qui præfuit eccl.cathedrali: & quãuis canones quandoq; loquantur de quarta, & quãdoque de tertia,ut in c.priſcis cum ſequen.10 q.3.&in d.c. quatuor cum ſimilibus 12.q.2.tamen debent intelligi ſecũdum diuerſas conſuetudines eccleſiarum, ut inquit Innoc. in d.c.fin.de his, quæ fiunt à maio.par. capi. inquit etiam
15 Abb.in c.1.de eccle.ædifi.ibi,nam uidemus &c.† quòd hodie eccleſiæ præcipuè cathedrales communiter, & ex cõſuetu-

ſuetudine habent certos redditus diſtinctos à menſa epiſco pali ſpecialiter pro fabrica eccleſiæ deputatos: & in caſu iſto epiſcopus, ſeu prælatus non teneretur quartam partem reddituum ſuorum dare, quoniam huiuſmodi conſuetudo ualet, quãuis ſit contra canones, qui ſtatuerunt quartam reddituum debere pro fabrica eccleſiæ diſtribui, cum eccleſia in hoc caſu detrimentum circa fabricam ſuã non
16 patiatur, nam uidemus † hodiè non ſeruari, quòd epiſcopus teneatur facere illas quatuor partes de redditibus eccleſiæ: & iſta conſuetudo ſecundum Inn. in d.c.ſi.de his, quæ fiunt à maior. part. capi. ualida eſt, quod eſt intelligendum ſecundum Abba.in d.c.1.dummodo diſtribuat quartam debitam pauperibus, alioquin conſuetudo talis reſpectu quartæ debitæ pauperibus eſſet irrationabilis, & ſic inualida 16. q.1.c.fina.cum c.fin. de conſuetudi. ſed idem etiam dicendum eſt de quarta debita pro fabrica eccleſiæ, ut epiſcopus illam teneatur expendere pro reparatione, & fabrica eccleſiæ, non obſtante illa conſuetudine, quia huiuſmodi conſuetudo ad hanc quartam extendi non poteſt, nec debet, aliàs eſſet impia, & irrationabilis per tex.in d.c.cognouimus, & per Hoſtien. in ſumma, de eccleſ. ædifican.§.1. At in caſu occurrenti nulla reperitur portio, nec aliquis certus redditus ſtatutus fuit pro fabrica eccleſiæ, ut in facto præſupponitur, igitur epiſcopus de quarta reddituum ſuæ eccleſiæ tàm præſentium, quàm præteritorum tenebitur prouidere pro fabrica eccleſiæ, antequam alios clericos, & canonicos in hoc grauare poſſit, non obſtante quacunque conſuetudine contraria, quæ non eſt extendenda ad quartam tàm pauperibus, quàm fabricæ à ſacris canonibus deputatam, ut eſt de mente Abba. & aliorum canoniſtarum communiter, ut iam diximus. ¶ Et notandum eſt, quòd epiſcopus tenetur, ut ſupra, non ex eccleſiæ ſtatuto edito de conſenſu capituli, ſed regulariter, & de iure communi ex diſpoſitione ſacrorum canonum tàm antiquorum, quàm re-
17 centiorum, ut in iuribus ſupra allegatis, † capitulum uerò eccleſiæ cathedralis, ſeu canonici ad reparationem eccleſiæ cathedralis regulariter non tenentur, ſed de iure ſingulari uidelicet ex ſtatuto epiſcopi facto de conſenſu maioris partis capituli, & non aliter, c.ex parte, quod eſt c.ſi.de his,
18 quæ fiunt à maio.part.capi. Et † hic eſt unus de caſibus, in quibus maior pars capituli, ſeu uniuerſitatis põt minori præiudicare in his, quæ pertinẽt ad ſingulos canonicos iure eccleſiæ, ſeu capituli, quando maior pars per uiam ſtatuti hoc faceret pro pio actu exercendo, aut pro fabrica eccleſiæ, ut latè declarant docto. Hoſtien. Ioan. Andr. do. Anto. &
19 Abb.in d.c.fina. ergo infertur, quòd † ad fabricam eccleſiæ cathedralis prius, & fortius tenetur epiſcopus contribuere de quarta reddituum, ut ſupra, quàm canonici de ſuis præbendis, & illarum redditibus, quia epiſcopus tenetur de iure communi auctoritate ſacrorum canonum, ſed canonici ſolum ex ſtatuto particulari ab epiſcopo de conſenſu maioris partis capituli edito, d.c.fin. Igitur ubi non extaret huiuſmodi ſtatutum, canonici contribuere non tenerentur de bonis, ſeu redditibus etiam ad eos ut ſingulos ſpectantibus iure ſuæ eccleſiæ, nullo autem modo de bonis, ſeu redditibus ad eos iure proprio, hoc eſt iure ſui patrimonij ſpectãtibus, niſi omnibus conſentientibus, quoniam maior pars, immo unus ſolus cæteris contradicere poſſet, nam quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, ut in c.cum omnes extra de conſtit.per glo.1.ibi in fin. regula quod omnes, & ibi Ioan. Andr.in Mercuria.de reg.iur.in 6. & latius per dom.
20 Anto. Abb. & alios in d.c.fin. † Alij ergo clerici inferiores beneficiati minus tenentur contribuere pro fabrica eccleſiæ cathedralis, quàm canonici, quia canonici aliquo caſu tenentur, cum ſint pars, ſeu tanquam membra eccleſiæ cathedralis, c.nouit de his, quæ fiunt à maio.part.capi. alij autem clerici inferiores non dicuntur eſſe pars eccleſiæ cathedralis; Ac etiam quia alij clerici inferiores beneficiati ſunt ad reparationem ſuarum eccleſiarum grauati, ut inquit Domin. de San. Gemin. in d.c.ſi propter tua in 2.col. per text.in d.c.1. & d.c. de his de eccleſ. ædifican. quamuis gl.in d.c.1.illum tex. intelligat etiam habere locum in epiſcopo, allegando d.c.unico, & ibi per totum, quæ iura de fabrica, & reſtauratione non eccleſiæ cathedralis, ſed eccleſiarum parrochialium loquuntur. Et ſecundum proximè dicta declaratur id, quod uoluit Dominic. poſt alios in d.c. ſi propter tua colum.2.uerſ.quæro an epiſcopus &c. qui quo ad onus fabricandi, ſeu reparandi eccleſiam cathedralem uidetur coniungere epiſcopum, & canonicos, ut ſimul
21 teneantur, quia † illud debet intelligi, ut ſupra declaratum eſt, quando daretur conflictus inter epiſcopum, & canonicos, tunc enim ſemper prius teneretur epiſcopus de quarta reddituum ſuæ eccleſiæ: ſi autem quarta illa non ſufficeret, tunc ſupplerent canonici de ſuperabundantibus redditibus ſuarum præbendarum, uel aliarum rerum capituli d. c.1.de eccleſ.ædifican. cum gloſ.& hoc modo, & in hoc caſu ſaluari poteſt illa coniunctio, quam præſupponit Domi.
22 in d.c.ſi propter tua; Et † ſi non ſufficerent ſimul epiſcopus, & canonici, tunc epiſcopus una cum capitulo poſſet ſtatuere, quòd alij inferiores clerici de ſuperabundãtibus fructibus, deductis neceſſarijs, ad contribuendum fabricæ eccleſiæ tenerentur, ad tradita per Domi.in d.c.ſi propter & optimè probat tex.in d.c.1.& in d.c.de his de eccle.ædi-
23 fican. ibique Henri. Boic, & alij. † Non enim tenetur quis ſuis neceſſitatibus ſubtrahere, ut in pias cauſas eroget, ut ad propoſitum inquit Hoſtienſ. in d.c. de his, per text.in c.1.& c.auctoritate de inſtitutio.c. bonæ rei 12.q.2. c.apoſtolicæ extra de donatio. Et ideò quando clerici redditibus ſuperabundarent, tunc in ſubſidium, & non aliter, ut ſupra, poſſet epiſcopus cum capitulo ſtatuere, ut de ſuperabundantibus redditibus clerici erogare pro fabrica eccleſiæ tenerentur, ut uoluit do.Ant.in d.c.1.& eſt communis omnium theorica, & Ioan. Andr. Domin. & Modernorum in d.c.ſi propter tua: Quinimmo plus uoluit Abb.Sicul.& ſentit Hoſtien.in d.c.fin.de his, quæ fiunt à maio.par.capi. circa finẽ,
24 † quòd pro fabrica eccleſiæ epiſcopus ſolus ſine capitulo ſtatuere poſſit de fructibus, & redditibus ſuperfluis, & ſuperabundantibus clericorum, ac etiam canonicorum: quod tamen intelligo uerum eſſe in ſubſidium, ut ſupra, & non aliter, ut uoluit Abb.in d.c.ſi.in ult.uerb.& fuit de mente Hoſtien. ibi, de quo Abb. non facit mentionem: quod dictum Abba. ita ſimpliciter intellectum uidetur dubitabile, quoniam in caſu d.c.fina. dum præſupponitur, quòd epiſcopus cum capitulo poſſit pro fabrica eccleſiæ ſtatuere ſuper certa parte reddituum ſpectantium ad canonicos, intelligitur de fructibus, & redditibus ſuperfluis, et ſuperabundantibus deductis prius neceſſarijs, alioquin ſtatutum eſſet iniquum, & non ualeret, quia non debet detrahi de neceſſitatibus alicuius, ut in pias cauſas erogetur, ut dixi ſupra poſt Hoſtien. in d.c.de his; Et tamen ille text. in d.c.fina. requirit, quòd epiſcopus ſolus non poſſit niſi cum maiori parte capituli: Igitur dictum Abb. uidetur dubitabile: Et ideò illud intelligerem, quando epiſcopus uellet per ſe, ſine capitulo ſtatuere grauando inferiores eccleſias in modico, quod pro fabrica eccleſiæ maioris deficeret; Nam tunc epiſcopus ſolus ſine capitulo poteſt de ſuperfluis redditibus canonicorum, & clericorum diſponere, quamuis aliàs epiſcopus grauando in magna ſumma non poſſet ſine conſenſu capituli, uel maioris partis d.c.ſi. Hoc modo Federicus in conſ.225. Caſus talis eſt &c. declarat de quo conſilio mentionem facit Abb.in d.c.1.de eccleſ.ædifican.in fin. uerb. Et Henric. Boic, & alij in d.c.1.uolunt epiſcopum ſolum ſtatuere non

poſſe,

poſſe,ſed cum capitulo,uel maiori parte illius per tex.in d. c.fina. Secundo illud dictum Abb. poteſt intelligi in terminis d.c.1.& c.de his de eccleſ. ædifican. quæ iura ipſe al legat,uidelicet quando ageretur de fabrica,ſeu de reparatione eccleſiæ non cathedralis,ſed alterius inferioris eccleſiæ,in qua illa diſtributio quartarum fieri non ſolet:hanc differentiam inter eccleſiam cathedralem, & alias inferiores eccleſias ponit glo.in d.c.unio 10.q.3. Vel tertio illud dictum Abb. & Hoſtien. in d.c.fin. debet intelligi in caſu, in quo opus eſſet reparatione eccleſiæ, & non ſufficeret quarta epiſcopalis,de qua in d.c.quatuor cum ſimilib. & ſic aliunde prouideri nō poſſet,niſi habito recurſu ad ſuperabundantes redditus canonicorum, & aliorum clericorum, qui omnes repugnarent, & contradicerent, & ſic pro aliqua parte nollent contribuere,quia tunc epiſcopus poſſet illos compellere ad contribuendum,ne ex illorum omnium contradictione ſine iuſta cauſa fabrica neceſſaria impediretur,
25 ut expreſsè loquitur Hoſtien.in d.c.fi.nam † in obligatione à iure inducta non eſt neceſſe habere conſenſum obligati, cum in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtat ſecundum Abb. ibi in fin. uerb. argumento l.rem legatam ff.de alimen. leg. Sed quando canonici,ſeu clerici,aut maior illorum pars offerrent ſe uelle contribuere,& aliqui cōtradicerent,uel eſſet diſcordia inter epiſcopum,& canonicos,ſeu clericos circa ſummam diſtribuendā,tunc epiſcopus cum maiori parte capituli debet ſummam, & ratas ſtatuere, & taxare, non autem ſolus epiſcopus hoc facere poteſt,ut in d.c.fin.& argumento l.Sabinus ff.commu. diuidun. At in caſu occurrenti canonici,& clerici eccleſiæ cathedralis ſatis magnam ſummam redditiuum, & pecuniarum obtulerunt, igitur de iure non ſunt ulterius grauandi, niſi in caſu neceſſitatis aliter ſtatutum fuerit ab epiſcopo, & canonicis ſimul, uel ſaltem interueniente conſenſu maioris partis ipſorum d.c.fi.
26 Quod ſuadetur ex prædictis primo,† quia ipſi ſolum tenentur,& poſſunt ab epiſcopo,& maiori parte capituli obligari in caſu,quo fabrica eſſet neceſſaria,ut in d.c.fi.ſed iſta fabrica potius ad decus,& ornamentum, quam ex neceſſitate aliqua fieri dicitur, ut ex ſcripturis mihi exhibitis conſtat, ergo non tenentur canonici,& clerici contribuere,cū prælatus ſicut maritus debeat expenſas neceſſarias,& utiles,nō autem uoluntarias,ſeu uoluptuarias facere,alias de ſuo facere cenſeretur, ut in l.1.l.utiliū,& per totum ff.de impenſ. in reb.dotalib.fact.iuncto c.quanto,& c.inter corporalia de translatio. epiſco.Secundo quia canonici,& clerici tenentur in ſubſidium, quando quarta portio epiſcopi ad fabricam à canone deputatam nō ſufficeret,ut ſupra dictum eſt, & omnes docto. canoniſtæ fatentur in d.c.1.in d.c.de his,& in d.c.ſi propter tua cum alijs: Sed in caſu,de quo agitur, epiſcopus habet redditus pingues, & amplos ex bonis ſuæ eccleſiæ cathedralis,quorum redditiuum præſentiū,& præteritorum quarta eſſet pro fabrica ſufficiens,igitur non ſunt grauandi canonici,& alij clerici præſertim ultra illas ſummas, quas ipſi ſponte pro hoc pio uſu obtulerunt, cum ſolum in ſubſidium teneantur,ut dictum fuit. ¶ Tertio ipſi canonici,& clerici ultra quam obtulerint, non ſunt cogendi, neque grauandi aliquid aliud contribuere, ſtante maximè promiſsione, & oblatione bis facta per epiſcopum de non petendo ab ipſo clero ullo unquam tempore pro fabrica
27 prædicta aliquid ultra, quæ † promiſſio facta ab epiſcopo ſeruanda eſt,quoniam uerba cum effectu ſunt intelligenda; c.relatum de cleri. non reſidentib. Et uniuerſi de concilio aphricano dixerūt,pax ſeruetur,pacta cuſtodiātur,& quod promiſſum eſt ſaltem ab epiſcopo,ſuam obtinere debet firmitatem c.1.extra de pact. Et inter ſimplicem loquelam,& Iuramentum Deus non facit differentiam c. iuramenti 22. quæſt.5.c.quicunque ſuffragio cum ibi not.12.quæſt.2.ſtudioſeque agendum eſt, ut ea, quæ promittuntur, ſtudioſè adimpleantur c. qualiter extra de pact. & inquit Pſalmiſta, quæ procedunt ex labijs meis non faciam irrita c. pſalmiſta 23. diſtinct.ergo indecens eſſet tanto epiſcopo non adimplere ea,quæ clero promiſit,nec eſt credendum,nec ueriſimile ipſum promiſſi pœnituiſſe, præſertim cum ipſe ſci-
28 uerit,uel ſcire debuerit iura, & canones, † quorum ignorantia neminem excuſat,& præſertim epiſcopum,c.ſi in laicis cum ſequen.& ſequen.& ibi gloſ. in ſumma 38. diſtinct. Nec refragatur, quòd illa promiſſio ab epiſcopo dicatur facta clero,& non capitulo,ſeu canonicis eccleſiæ Patauinæ, cum appellatione cleri non dicantur clerici eccleſiæ cathedralis comprehendi, cum canonici maiores, & digniores ſint alijs clericis c.ſtatutū cū ibi no.de reſcr.in 6.c.nouit, c.quanto de his,quæ fiunt à præla. ſine conſen.capi.& ideò cleri, ſeu clericorum appellatione canonici non dicuntur contineri, ut argumento c.ſedes cum iis, quæ ibi habentur extra de reſcript.prout etiam appellatione eccleſiarū ſimpliciter eccleſia cathedralis non includitur c. cum clerici extra de uerb. ſign.c.quamuis §.quamquam de præbend.
29 in 6.& ubiquę per gloſ. quia reſpondetur primo, † quòd licet in literis ad lites hoc uerum eſſe poſſet, quia illæ ſunt odioſæ,& reſtringendæ d.c.ſedes cum alijs, tamen in materia non reſtringibili appellatione cleri,ſeu clericorum ſimpliciter cōtinentur etiam canonici eccleſiæ cathedralis, c. cum tibi,c. cleros,ubi caſus not.21.diſtin.& c.duo ſunt 12. q.1.ubi omnes clerici cuiuſlibet ordinis, ac etiam epiſcopus ſub appellatione clericorum,ſeu cleri includuntur,dūmodo de clericis in materia ſtricta mentio non fiat, ut uolunt Ioan. Hoſtien.do. Anto.& Abb. in d.c.cum tibi,& probatur in rubro, iuncto nigro de uita,& honeſta. clerico. & in rubr. cum nigro de cohab. clerico. & mulie. ubi etiam epiſcopi,alijque omnes, qui ſunt de ordine clericali, nuncupatione clericorum continentur: Et præſertim quando ſumus in diſpoſitione iuris communis, etiam ſi eſſet difformis ſtatuto,& conſuetudini loci,ut eſt tex.ibique Abbas antiquus, ac etiam Abb. Siculus in d.c. cum tibi, & ratio eſt, quia res facile redit ad ius cōmune l.ſi unus §.pactus uerſi. quoties ff.de pact. ſed per huiuſmodi promiſſionem factam clero ab epiſcopo res ad ius commune redit, uidelicet ut clerici non teneantur ad reparationem eccleſiæ cathedralis, quando ſupereſſet quarta epiſcopalis fabricæ debita,ut latius ſupra dictum fuit poſt omnes in d.c.1.de eccleſ.ædifican.cum ſimilibus ſupra deductis, igitur hæc promiſſio facta clero dicetur facta non ſolum clericis inferioribus, ſed etiam canonicis, ne contingat ipſos teneri ad fabricam eccleſiæ in caſu,quo de iure non tenentur,ut quando epiſcopus ex eccleſia pinguiſſimos redditus haberet,atque perciperet, illoſque tandiu percepiſſet, ex quorum quarta congruè poſſet,prout tenetur,eccleſiam reparare,& fabricare: Et iſta reſponſio iudicio meo debet cuiuſlibet doctiſſimi auribus congruere. ¶ Præterea hæc promiſſio facta clero de non petendo aliquid ultra id, quod ipſi canonici,& alij clerici obtulerūt,ſi eſſemus in caſu,quo de iure ipſi ultra illam ſummam cogi poſſent contribuere, planè uideretur facta ex liberalitate epiſcopi,& conſequenter ſaperet quandam remiſſionem,ſeu donationem l.ſiquis delegauerit ff.de nouationibus,& epiſcopus hoc ſciuit, ſeu ſcire debuit argum. l.cum de indebito ff.de probatio.cum ibi not.ergo appellatione cleri omnes, ac etiam canonici dicentur contineri, quia in iis, quæ ex liberalitate proueniunt, latiſſima debet fieri interpretatio c.cum dilecti extra de donatio. ¶ Corroborantur præmiſſa ex iis, quæ in facto præſupponuntur, nam prima uice,qua facta fuit ab epiſcopo dicta promiſſio, ea facta fuit in capitulo,& præſentibus canonicis, abſentibus alijs clericis: et cum appellatione cleri canonici quoque

que poſsint cōtineri; illa promiſsio dicetur potius facta præſentibus canonicis, cum quibus epiſcopus ſermonem habebat, quam aliis clericis abſentibus, cum nullus ibi eſſet, qui nomine aliorum clericorum acciperet, ſeu accipere uellet: quo fit, ut ſi non diceretur facta canonicis præſentibus, non poſſet dici facta etiā aliis clericis abſentibus, arg. eorū, quæ uoluit glo. in l. illud, & ibi Bal. & Paul. de caſt. C. de ſacroſan. eccleſ. & conſequenter illa promiſsio nulla fuiſſet, arg. c. cum ſuper abbatia de offic. delega. l. multū intereſt C. ſi quis alteri, uel ſibi: quod minimè dicendum eſt, cū ſemper ſit facienda interpretatio, ut actus potius ualeat, quàm pereat l. quoties. ff. de uerb. obliga. & ff. de reb. dub. & ff. de regu. iur. cum aliis. Et ideò cum potuerit ualere in perſonis canonicorum præſentium tanquā facta canonicis, ex quibus conſtabat capitulū d. c. nouit de his, quæ fiunt à prælat. debet ipſis dici facta, quia ipſi etiam dicuntur clerici, & appellatione cleri continentur d. c. cum tibi cum ibi not. quādo uero ſecunda uice ipſe epiſc. eandem promiſsionem, ſeu oblationem ipſi etiā clero, ut ſynodo fecit, erant ibi præſentes in ſynodo non ſolum alii clerici, ſed etiam canonici eccleſiæ cathedralis, qui oēs ad hoc uocati fuerant, tanquam pars ſynodi, & unà cū aliis ſynodum epiſcopalem facientes,

30 quia † ſynodus ex clericis diœceſis conſiſtit, ſicut prouinciale concilium ex epiſcopis, & capitulum ex canonicis, ut in c. propter cum ſequ. & ſequenti 18. diſtinc. c. quando 38. diſtinc. cum gloſ. c. abbates. 18. q. ii. cum iis, quæ habentur 18. diſtinc. per totum, & in d. c. nouit de his, quæ fiunt à præla. & per Ioan. de Imol. in c. graue extra de præbend. Sed illa oblatio, ſeu promiſsio facta fuit clericis exiſtentibus in ſynodo, inter quos etiam canonici ut clerici connumerati fuerunt, igitur ex præmiſsis uerum eſt dicere, quòd non ſolum ipſis canonicis ut canonicis, ſed etiam ipſis ut clericis oblatio, & promiſsio facta fuit. Nec obſtat, quòd oblatio, ſeu promiſsio facta ab epiſc. tàm prima, quàm ſecunda uice nō reperitur recepta à capitulo, nec à ſynodo ſecūdo loco, ergo non poteſt dici ualere, arg. l. 1. & l. ſciēdum. §. dictum. ff. de pact. & l. pactum. ff. de pollicitatio. quia ſaluando præmiſſa

31 dici poteſt, quod † ex quo illa promiſsio prius facta fuit capitulo, & canonicis præſentibus, & ſecunda uice ſynodo, & ſic clericis congregatis in ſynodo, in qua aderant etiam ipſi canonici, cenſeri debet ab omnibus acceptata, cum ad eorum fauorem facta fuerit, ex not. per Bar. in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat. cum aliis. Præterea illa promiſsio epiſc. dicitur expreſsè acceptata nō ſolum a canonicis ut canonicis, ſed ab ipſis etiā ut clericis in ſynodo congregatis, cum poſt oblationem, & promiſsionē factam ſuper omnibus propoſitis, & promiſsis ab epiſc. factum fuerit ſcrutinium, & partitum poſitum, quod fuit obtentū per duas partes ex tribus oīum ſuffragiorum, & ſic ab omnibus cenſetur dicta promiſsio acceptata. c. cum omnes cum ibi not. extra de conſtitu. l. quod maior. ff. ad municipal. cum aliis. Item dum præſupponitur ex aduerſo, quod appellatione cleri non uenit capitulū eccleſiæ cathedralis, ſicut eccleſiarum appellatione non includitur cathedralis, primum non uidetur uerum, ut iam di-

32 ctum eſt, nec etiam ſecūdum, cum † appellatione eccleſiæ Placentinæ regulariter comprehendatur capitulum dictæ eccleſiæ, prout eſt quid diſtinctum ab epiſcopo illius eccleſiæ, ut eſt tex. in c. cū clerici de uerb. ſign. qui probat, quòd eccleſiæ placentinæ appellatione, licet nō cōtineantur clerici illius diœceſis, continetur tū capitulum illius etiā in materia ſtricta, ubi de periurio agitur. Præterea uerius uidetur, quòd appellatione eccleſiæ ciuitatis, uel diœceſis regulariter contineatur eccleſia cathedralis, ut eſt tex. in terminis in c. quamuis. §. 1. de præbend. in vi. ubi ſi mandetur prouideri alicui in aliqua eccleſiarum prouinciæ, comprehenditur etiā eccle. metropo. & ſic cathed. ergo eadem ratione retorquendo argumentum appellatione cleri diœceſis Paduæ debēt includi etiam clerici, & canonici ciuitatis illius ut in d. c. cū tibi de uerb. ſign. Nec prædictis aduerſantur illa, quæ plenè poſuit Fel. in c. rodulphus extra de reſcript.

33 quia ut ipſe ēt ſæpius conſiderat, † magna eſt differētia, an ſimus in literis ad lites, ſeu in priuilegiis, & aliis diſpoſitionibus tertio præiudicialibus, & tunc fieri debet ſtricta interpretatio, ut appellatione diœceſis, ſeu eccleſiæ diœceſis non comprehendatur ciuitas, ſeu eccleſia cathed. an uerò ſimus in materia non reſtringibili, nec præiudiciali, & tunc appellatione eccleſiæ comprehendatur eccleſia cathed. ac ēt appellatione eccleſiæ ciuitatis, uel diœceſis eccleſia cathedralis comprehendetur, ut ibi latius habetur per Felin.

¶ Multa alia quoq; pro parte epiſc. contra canonicos, ſeu capitulum opponuntur, primū, quòd ſi idē corpus eſſet clerus, & capitulum, fruſtra unum præfectum operi, ſeu fabricæ capitulum elegiſſet, & alium ſynodus. Huic motiuo facilis eſt reſponſio, quòd ſic eſt arguere ex diuerſis, quid. n. cōmune inter ſe habent contribuere pro fabrica, & eligere præfectos operi? certe nihil: igitur &c. c. per uenerabilem qui fil. ſint legit. l. papinianus exuli. ff. de minor. & l. inter ſtipulantē. §. ſacrā uerſ. ſed hæc diſsimilia. ff. de uerb. oblig. & non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe l. non hoc C. und. legit. l. neq; natales C. de probatio. Secūdo eligi plures præfectos, ut unum a capitulo, & alium à Synodo, dicitur eſſe utile eccleſiæ, & oībus clericis, ac canonicis, cum integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſentētiis cōfirmatur c. prudētiam in fi. prin. extra de offic. delega. Sed cōtribuere fabricæ eſt damnū nō ſolū clericis, ſed ēt canonicis, maximè in caſu, in quo de iure cōi nō tentur, ut quia hoc onus fabricæ epiſcopo cōpeteret, prout in caſu ocurrenti competit, & non alteri, ut iā dictū fuit: Ex quibus motiuū ceſſat. Præterea negari nōn pōt, quòd diuerſa corpora ſunt capitulū, & ſynodus, ut tetigi ſ. & colligitur ex iis, quæ uoluit Ioan. de Imol. in d. c. graue de præbend. Vnde nō eſt inconueniens, quod electio unius præfecti facta fuerit à capitulo, & electio alterius à Synodo; nō tū ex hoc infertur, quòd appellatione cleri non cōprehendantur canonici, ac ēt alij clerici, d. c. cum tibi cum ibi not. per gloſ. & docto. & habetur in d. c. cum clericis eod. tit.

¶ Secundum, quod canonicis opponitur, eſt, quòd ſi epiſc. uoluiſſet illam promiſsionem extendi ēt ad canonicos, id expreſsiſſet, ſicut expreſsit de clericis; ergo cum de illis dictum non fuerit, cenſeri debet dictū epiſc. noluiſſe. c. ad audiētiā de decim. l. unica. §. ſin aūt ad deficiētis C. de caduc. tollen. l. ſi ſeruū. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred. Sed

34 hoc obiectum facile tollitur, † cū de canonicis dicatur ſatis expreſſum in promiſsione, ex quo illa clero facta fuit, cuius appellatione ēt canonici cōtinentur. c. cleros. 21. diſtinc. c. duo ſunt genera xii. q. 1. d. c. tibi de uerb. ſign. cū aliis

35 iā allegatis. Præterea † dupliciter quid dicitur expreſſum, primo uerbis generalibus, ſecundo uerbis ſpecialibus, ut latè traditur per Bar. in l. 1. et in l. cēturio. ff. de uulga. & pupilla. Vnde quāuis de canonicis per uerba ſpecialia nō fuerit expreſſum, tū uerbis generalibus de illis dicitur ſpecificatū quòd ſufficit ad hoc, ut de illis expreſſum dicatur, ut ſupra.

¶ Tertium, quòd canonicis obijcitur, eſt, quòd in diſcuſsione modelli, ſeu formæ ipſius fabricæ interuenit capitulum canonicorum, de quorum conſenſu electa fuit certa forma modelli: ex quo inferri uidetur, quòd niſi ipſi debuiſſent contribuere, non fuiſſent adhibiti, nec requiſiti: Huic motiuo, quod à longè, & à remotis ſumitur, pluribus modis reſpondꝫri poteſt, primo, quòd cum ipſi canonici dicantur eſſe membra eccleſiæ, & epiſcopus caput, d. c. nouit, ipſi tanquam membra, ut conſulerent epiſcopo, interuenerunt,

36 non autem ut contribuerent, quoniam † ſæpe petitur conſilium

ſilium aliquorum circa negotia, et expenſas faciendas ſolũ, ut conſulant, non aũt ut concurrant, arg. c. cum olim extra de arbit. & probatur in c. cum omnes de conſtitutio. Præte
37 rea † ẽt in negotiis ab epiſc. expediendis, quæ fiunt ad aliorum utilitatem, uel damnum, ſæpè requiritur cõnſenſus canonicorum, ut legitur in multis iuribus, & ferè per totum de his, quæ fiunt a maio. par. capi. quæ uideri poſſunt. Tertio requiſiti fuerunt canonici in diſcuſsione modelli, cum ipſi ẽt ex ſua uoluntate, & ſponte ſe obtulerint, & promiſerint quoſdam redditus in cõmuni, ac etiam quaſdam certas ſummas particulariter contribuere: Vnde ſua etiã poterat dici intereſſe, cognoſcere formam, & modellũ. Quarto ſua intererat, cum ipſi in ſubſidium contribuere de iure tenerentur in caſu, quo quarta reddituum, & fructuũ præſentium, & futurorũ, quos iamdiu epiſcopus percepit, nõ ſufficeret pro complemento fabricæ, & ratione huius intereſſe in ſpe conſiderabilis ipſi canonici huic diſputationi interfuerunt, non autem, ut ex hoc ſe abſolutè obligare uoluerint, quoniam in dubio quis non præſumitur uelle iactare ſuum. l. cum de indebito. ff. de probatio. cum aliis.

¶ Obijcitur etiam canonicis quarto loco, quòd ipſi contribuere fabricæ unà cum epiſc. tenerentur, quoniam ex ipſa eccleſia, hoc eſt ex ſuis præbendis, quæ ipſis iure eccleſiæ debentur, magnum commodum percipiunt; æquum ergo eſt, ut etiam incõmodum, & onus eccleſiæ ſentire debeant, per regulam l. ſecundum naturam. ff. de regu. iur. & c. qui ſentit de regu. iur. in vi. cum aliis, quæ allegat gloſ. in c. 1. de eccleſ. ædifican. cuius in hac ſpecie fuit iſtud argumentum. Sed glo. ibi huic uulneri remedium adhibet, nam in fine inquit, quòd motiuum procederet, quando quarta epiſcopalis fabricæ à canone deputata non ſufficeret, quia in ſubſidium tenentur canonici, & clerici habentes commodum ab eccleſia, ſeu iure eccleſiæ contribuere: Quam ſolutionem, & doctrinam omnes ferè canoniſtæ receperũt, ut plenius iam retuli.

¶ Quòd autem pactum ab epiſc. in ſynodo factum ſingularibus de ſynodo, ſeu de capitulo non proſit, ſicut pactum ciuitati factum ciuibus ſingulariter nõ dicitur prodeſſe, arg. eorum, quæ habentur, in l. ſi municipes, & ibi gloſ. & l. ſicut in prin. uerſ. ſi quid. ff. quod cuiuſq; uniuerſita. nomi. & ibi Bar. nihil obſtare uidetur, quoniam nõ ſynodo, ſed bis clero ab epiſcopo factum fuit hoc pactum, ſemel in conſilio ſapientiæ, in quo interfuit principaliter ad hoc capitulum canonicorum, & alia uice in congregatione ſynodi, quia de iure cleri appellatione canonici, & alii clerici includuntur, præter quam in literis ad lites, uel quando de præiudicio, & onere aliquorum ageretur, ut in d. c. cum tibi cum aliis iam proximè allegatis: Sed pactum factum clero de non petendo nihil aliud ultra id, quod fuit à canonicis, ſeu clericis oblatum, non continet præiudicium, ſeu damnum cleri, ſed illius potius utilitatem, igitur pactum clero factum latè debet interpretari, ut extendatur etiam ad cano-
38 nicos, & ad alios de clero: † id autem, quod dictum eſt de ciuitate, uerum eſt in ſe ad effectum, ut proſit ciuibus particularibus iure proprio, non autem iure ciuitatis, ut in iuribus allegatis. Ex quo infertur, quòd ſi uellemus pactum factum clero extendere ad canonicos in iis, quæ ipſis iure proprio & ſingulari debentur, tunc procederet argumentum prædictum, ſicut pactum, quod nocere poſſet clero, non traheretur ad canonicos, & clericos in iis, quæ ipſis iure ſingulari, & proprio deberentur, ut ſunt illa, quæ habent iure ſui patrimonij, ſed dico, quod pactum huiuſmodi factum clero trahi debet ad canonicos, & clericos particulares in iis, quæ ipſis, ut ſingulis debentur iure eccleſiæ, ut ſunt redditus, & fructus præbendarum, & beneficiorum, iuxta ea, quæ latè ponit Abb. in repetitio. c. relatum extra de teſtamen. & per gloſ. in c. præſenti de offic. ordina. in vi; & hæc diſtinctio in propoſito colligitur ex uerbis do. Anto. Abba. & aliorum communiter in dicto capitulo fin. de his, quæ fiunt a maio. par. capi. & ſupra retuli.

¶ Et dum pro parte Epiſcopi allegatur, quòd canonicis prodeſſe non debet, ſi quid ex proprijs pecunijs, & ex bonis proprijs aliqui clerici, ſeu canonici aliquid obtulerint, ſeu promiſerint pro fabrica; Reſpondetur, quòd hoc uerum eſſet in caſu, quo canonici, ut uniuerſi, ſeu ut ſinguli aliquid, quod ipſis deberetur iure eccleſiæ, neceſſario contribuere tenerentur, quia in neceſsitatibus nemo liberalis exiſtit, ut iam dixi. Sed præſupponendum eſt in caſu occurrenti ſecundum ea, quæ mihi proponuntur, quòd canonici, ſeu alii clerici ut uniuerſi, & ut ſinguli nullo modo tenentur pro contributione fabricæ, ex quo ipſi duntaxat in ſubſidium concurrere debent, & non ſimpliciter, uidelicet in caſu, quo quarta epiſcopalis fructuum, & reddituum iam diu perceptorum, & qui de præſenti ab epiſcopo percipiuntur, non eſt per ſe ſufficiens pro huiuſmodi fabrica, nec ex eo, quòd epiſcopus illam conuerterit in uſus ſuos, dicitur abſolutus, ut latè dixi ſupra, & eſt de mente gloſ. & aliorum in capitulo unio. x. q. 3. cum aliis iam allegatis.

¶ Non refragatur, quòd Dauit, & Salomon etiam de obligationibus ſacerdotum templum ædificauerint, ut habetur primo Paralipo. cap. xxviii. nec quòd Ioas ex oblationibus ſarta tecta templi inſtaurauerit, ut traditur. iiii. Regum cap. xii. Quia multifariam iſtæ auctoritates ueteris teſtamenti euitari poſſunt, Primo, † quòd id factum 39
fuit ex decreto Regum, qui prius oblationes illas ad fabricam, & reſtaurationem templi deputauerunt, nam, ut dictum fuit ſupra in ſecunda concluſione, ſi quid principaliter ex diſpoſitione, & auctoritate principis ordinatum, & deputatum fuit pro fabrica, & reſtauratione templi, ſeu eccleſiæ, tunc in primis ex illo debet fabrica, & reſtauratio fieri, ut uolunt communiter canoniſtæ, ut iam dixi, in d. c. 1. de eccleſ. ædifican. ſi uerò non reperitur aliqua portio, ſeu quantitas à ſuperiore ordinata pro huiuſmodi opere, tunc ad quartam reddituum, & fructuum omnium, quos epiſcopus etiam in præteritum recepit, eſt recurrendum, & hanc quartam epiſcopus ad hunc finem cuſtodire, & conſeruare tenetur; & ſi ea non ſufficeret, tunc epiſcopus cum capitulo poteſt ſtatuere, ut canonici, & clerici contribuere teneantur certam partem reddituum ſuorum, quos ſingulariter iure eccleſiæ percipiunt, ut iam dixi, per ea, quæ dicunt ſcribentes in d. c. fin. de his, quæ fiunt à maio. part. capi. Secundo reſpondetur, quòd illis temporibus nondum reperiebantur oblationes, & redditus templi, ſeu eccleſiæ diſtincti in quatuor partes, quarum unam habeat Antiſtes, aliam clerici pro uſu diuinornm, alia erogetur inter pauperes, & alia deſtinata fabricæ, & re-
40 ſtaurationi eccleſiæ ſit reſeruanda. † Hæc enim diſtinctio quartarum introducta fuit canonum auctoritate, ut in cap. uobis cum gloſ. fin. c. conceſsio, c. quatuor, c. de redditibus, & c. cognouimus cum ſequen. & ſequen. xii. q. 2. & habetur per gloſ. in d. c. ratio x. q. 3. cum alijs, ergo non eſt recurrendum ad id, quod iam fuit in ueteri teſtamento obſeruatum, cum ſpecialiter fuerit aliter ſuper hoc prouiſum per decreta pontificum, & ſacrorum conciliorum canones, arg. eius, quod habetur in cap. tranſlato de conſtitutio. & in prin. & per totum diſtinc. v. & vi. maximè in §. his itaque reſpondetur, c. ſi romanorum, & c. ita
41 dominus ix. diſtinc. Tertio reſpondetur, quod † ab iis, quæ olim in ueteri teſtamento obſeruabantur, non poſſumus argumentum ſumere, cum in iudicialibus magna ſit diuer-

diuerſitas inter legem ueteris teſtamenti, & legem noui
teſtamenti, ſiue iuris canonici, quod ſeruandum eſt inter
clericos c.1. de nou. oper. nuncia. c. quod clericis de foro
competen. quia multa in lege ueteri puniebantur, quæ
hodie tolerantur, ut in cap. ne autem per totum, & in c.
ſequenti xxiii. q. iiii. c. gaudemus extra de diuortijs, & in
prin. v. diſtin. & ibi in gloſ. ſummæ, & in c. nõ eſt peccatũ. §.
his ita vi. diſtin. cum aliis pluribus, quæ allegari poſſent.
Ex prædictis ergo conſtat ante omnia recurrendum eſſe
ad conſuetudinem loci, ſeu eccleſiæ, etiam ſi illa popu-
lum, ſeu laicos ad reparationem obligaret, ſecundo ad por
tionem fabricæ deputatam, puta quia uel ex ſtatuto, uel
antiquorum canonum auctoritate illa eſſet deputata ad fa-
bricam, qualis eſt quarta reddituum eccleſiæ cathedralis,
quam epiſcopus percepit. d. c. quatuor cum aliis iam ſupra
allegatis: Tertio quando illa non ſufficeret, recurrendum
eſt ad redditus canonicorum, & clericorum mediante ſta
tuto facto ab epiſcopo cum conſenſu ſui capituli, uel ma-
ioris partis. c. fin. de his, quæ fiunt à maio. par. capi. cum c. ſ.
& c. de his de eccleſ. ædifican. & ibi Hoſtien. Ioan. And.
do. Anto. Abb. & Henricus Boich, Dominicus in dicto ca-
pitulo ſi propter tua, & latius dictum fuit. Et dicunt Ioan.
And. & Domin. in d. cap. ſi propter, & Domin. in d. cap.
42 quatuor xii. q. ij. quòd † ad redditus canonicorum, &
aliorum clericorum pro fabrica non eſt deueniendum, niſi
in caſu, quo fabrica, ſeu reparatio eſt neceſſaria, & in ſub-
ſidium, & tunc mediante ſtatuto, ſeu diſpoſitione epiſcopi;
& capituli ſimul, uel maioris partis illius; ſentiunt igitur,
quòd non extante neceſsitate etiam epiſcopus cum capi-
tulo non poſſet obligare redditus canonicorum, & aliorum
clericorum; & hoc modo debent declarari iura ſupra ſæ-
pius allegata, uidelicet tex. in d. c. fin. de his, quæ fiunt à
maio. par. cap. in c. 1. & in c. de his de eccleſ. ædifican. &
per Abb. in dicto capitulo 1. in fina. uerb. & in d. c. de his. De
43 bet † etiam epiſcopus potius uendere uaſa aurea, & ar-
gentea, & ueſtimenta ſuperflua pro reſtauratione, & re-
paratione eccleſiæ, quàm canonicos, & clericos in ſuis red
ditibus grauare, ut inquit Domin. d. c. ſi propter in iij. col.
per tex. in d. c. aurum habet eccleſia xij. q. ij. quæ omnia
ſemper ſunt intelligenda in ſubſidium, quando non exta-
ret conſuetudo, & non ſufficeret quarta epiſcopalis, & eſ-
ſemus in caſu neceſſariæ reparationis, ut ibi per eum, &
per alia ſæpe iam reperita. ¶ Quicqnid tamen ſcriptum
apud ſacros canones, & canoniſtas reperiatur, epiſcopi &
Rectores etiam eccleſiarum, quando eccleſiæ reparatione
indigent, ſemper ſolẽt ad eleemoſinas parrochianorum, &
laicorum quorumcunque confugere excutientes humeros
ſuos ab hoc onere, quantum poſſunt; quod non impro-
bant Hoſtien. Ioan. Andr. & Do. Anto. in c. ex parte de cen
ſibus, cum laicorum quoq; dicatur intereſſe, ex quo ipſi in
eccleſijs ſacramenta percipiunt. ¶ Nec præmiſsis refra-
gatur id, quod inquiunt Innocen. & Hoſtien. in d. cap. fin.
de his, quæ fiunt à maiori parte capit. quod refert Domi-
nicus in dicto capitulo quatuor in ulti. col. quòd quando
de conſuetudine non fit diſtinctio quartarum iuxta d. cap.
quatuor cum ſimilib. ut quia totum ſit inter epiſcopum, &
canonicos diſtributum, tunc epiſcopus cum capitulo po-
teſt ſtatuere, ut habetur in d. c. fin. de his, quæ fiunt à maio.
part. capi. Quia pro reſponſione dici poteſt, quòd Hoſtien.
ibi primo loquitur, quando immineret neceſſaria eccleſiæ
reſtauratio, quæ in caſu occurrenti non dicitur imminere,
ut uerũ in facto eſſe præſupponitur. Secundo id, quod ſen
tit ibi Hoſtiẽ. poſſet procedere, qñ prius nõ eſſet conuentũ
inter epiſcopum, & canonicos, & clericos, ut quia canonici
aliqui, & clerici denegarent, & reſiſterent uelle aliquid cõ
ferre; ſed in hac ſpecie & canonici, & clerici ſummam ſa-
tis notabilem obtulerunt pro fabrica, & conuentum fuit in
ter epiſcopum, & clericos, & canonicos, quod ultra ſummã
oblatam nihil exigi poſſet, ut præſupponitur, igitur illud,
quod promiſſum fuit ſeruandum eſt. Tertio etiam in caſu
Hoſtien. ſolus epiſcopus cum aliquibus canonicis, ſeu cle-
ricis non poteſt ſtatuere ſuper redditibus etiam ſuperfluis
canonicorum, & clericorum ad reparationem eccleſiæ, ſed
requiritur ſtatutum epiſcopi editum ab eo interueniente
conſenſu ſaltem maioris partis capituli, ut inquit tex. in d. c.
fin. ad quem tex. Hoſtien. ibi ſe remittit, ut colligitur ex uer
bis ſuis. Præterea Innocen. in d. c. fin. & conſequenter etiã
Hoſtien. qui uidetur ibi referre Innocen. loquuntur de di-
ſtinctione quartarum, ſeu tertiarum, quæ fiebant de oblatio
nibus factis eccleſiæ: nos uerò loquimur de diuiſione quar
tarum, fructuum, & reddituum menſæ eccleſiæ cathedralis,
quæ à canone facta fuit, ſecundũ quod habetur in d. c. qua-
tuor cum aliis ſimilibus allegatis, contra quam diuiſionem
in præiudicium fabricæ eccleſiæ cathedralis nulla conſue-
tudo, nec præſcriptio tanquam irrationabilis, & contra uti
litatem eccleſiæ ualet, arg. c. 1. de conſuetud. & in indiui-
duo habetur per Do. Henricum Boich in d. c. 1. de eccleſ.
ædifican. & eſt de mente Abba. ibi. Ex quibus concluden-
dum eſſe arbitror, quòd clerici, & canonici de iure non poſ
ſunt compelli ad contribuendum aliquid in caſu propoſi
to pro fabrica dictæ eccleſiæ, et ſi quid ab ipſis oblatũ fuit,
debet dici dedicatum non iuris neceſsitate, ſed potius ex
quadam liberalitate; Quam oblationem ab ipſis factam, ex
quo fuit ab epiſcopo acceptata, reuocare non poſſunt, ut
colligitur ex iis, quæ uolunt Bal. Paul. de caſtr. & alii poſt gl.
in l. illud C. de ſacroſan. eccleſ. & per Paul. in l. decernimus
eod. tit. & faciunt ea, quæ habentur per Alex. poſt Bar. &
alios, in l. qui romæ. §. flauius. ff. de uerbo. obligat. Cætera
ſupplebunt pro ſua ingenij perſpicacia. Reuerendiſsimi
& Domini mei, Domini iudicare debentes.

Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiam ditare, ſeu dotare licitum eſt.*
2 *Mulieres etiam dotatas, ac diuites dotare, illiuſq; dotem augere licet.*
3 *Maritus dotem non exigendo ob eius negligentiam uxori tenetur.*
4 *Prælatus, & Rector eccleſiæ dotem promiſſam, uel eius augumentum non exigendo, eccleſiæ teneretur.*
5 *De dote matrimonij temporali ad dotem eccleſiæ arguere licet.*
6 *De ſimilibus ad ſimilia arguere poſſumus.*
7 *Eccleſiæ ſine ceſsione ipſo iure perfectè, & irreuocabiliter acquiritur per notarium uti publicam perſonam eius nomine acceptantem, & ſtipulantem: Sequuta tamen ratificatione, nu. 34. ubi hoc declaratur, & numero 40. & 57.*
8 *Pactum conſtituti idem operatur, quod ipſa traditio, & per illud omnis poſſeſſio, uerumq; ac directum dominium transfertur.*
9 *Notarius ut publica perſona contractum, & pactum conſtituti de poſſidendo nomine Titii accipiens directum dominium ipſi Titio etiam ignoranti ſine ceſsione acquirit;*
Et an hoc ſit uerum nu. 42.
10 *Dominium facilius in eccleſiam, quam in alium priuatum transfertur.*
11 *Acquiſitum alicui mediante perſona notarii ut publicæ perſonæ dicitur mediante legis diſpoſitione acquiſitum.*
12 *A contractu in præiudicium tertij recedi non poteſt, nec eſt locus pœnitentiæ, quando occaſione contractus ex legis diſpoſitione illi tertio ius re, uel ſpe acquiritur:*
Et quomodo hoc procedat nu. 48.
13 *Donatio facta Eccleſiæ ualet, & bona donata irreuocabiliter eccleſiæ acquiruntur, etiam ſi quo ad acquirendum ius patronatus ipſi donanti non ualeret:*
Quod limitatur nu. 49
14 *Iuramentum habet in ſe clauſulam, ut actus ualeat omni meliori modo.*
15 *Obligationem præciſam operatur.*

Efficit

16 *Efficit irreuocabile id, quod aliàs ſui natura eſt reuocabile.*
Quid ſi non ſui natura, ſed ex conuentione, uel conditione adiecta eſſet reuocabile, nu. 50.
17 *Iuramentum habet uim uerborum derogatiuorum adeo, quòd actus iuratus ſpecialem requirat derogationem, nec generalis ſufficiat.*
18 *In contractibus innominatis re integra locus eſt pœnitentiæ, niſi eſſet appoſitum iuramentum.*
19 *In contractibus innominatis fauore dotis, & piæ cauſæ locus non eſt pœnitentiæ: & an ſit uerum nu. 56.*
20 *Idem ſi cum innominato mixtus eſſet contractus nominatus:*
Quod limitatur, num. 23.
21 *Datio, ſeu donatio ob cauſam cenſetur eſſe contractus innominatus, & in eo locus eſt pœnitentiæ.*
22 *Cauſa finalis quæ, & quando eſſe dicatur.*
23 *Donatio reſultans ex contractu innominato quando reuocari poſſit, et in ea locus ſit pœnitentiæ.*
24 *Dotanti eccleſiam, poſtquam ea fuit conſtructa, & conſecrata, an, et quando ius patronatus acquiratur, & quando non.*
25 *quid, ſi eccleſia prius erat ſufficienter dotata: Et quid, ſi cum conſenſu primi dotantis, & epiſcopi dotauit, nu. 31.*
26 *quid, ſi dos prima eccleſiæ fuiſſet diminuta, & depauperata, & alius animo acquirendi ius patronatus dotem eccleſiæ augeret, an illi ius patronatus acquiratur.*
27 *Ius patronatus non acquiritur reædificanti, & reparanti eccleſiam non totaliter deſtructam, ſecus ſi funditus, & totaliter deſtructam reædificaret.*
28 *Argumentum de ædificante eccleſiam ad dotantem illam procedit.*
29 *Iuribus ab initio ſimul concorditer eccleſiam dotantibus, uel ædificantibus, ius patronatus omnibus acquiritur.*
30 *Abb. in conſi. 28 uolu. 1. declaratur.*
32 *Transferre in alium nemo poteſt, niſi illud ius, quod habet.*
33 *Eccleſiæ nõ patronatæ, quæ unà cum dotibus ſuis eſt in libera diſpoſitione, & prouiſione epiſcopi, poſt ius realiter epiſcopo quæſitum, nullum onus imponi, nec addi poteſt, etiam conſenſu epiſcopi accedente, per quod ius epiſcopale minueretur.*
34 *Per notarium ut publicam perſonam nomine abſentis acceptantem, & ſtipulantem etiam nomine eccleſiæ, vel piæ cauſæ quando, & quomodo illi acquiratur, & quid requiratur.*
35 *Donatione, ſeu uenditione cum pacto conſtituti de poſſidendo facta alicui abſenti mediante notario, qui ut publica perſona pro abſente acceptauit, ante ratificationem, uel traditionem nec dominium, nec poſſeſſio ipſi emptori, ſeu donatario acquiritur,*
36 *Etiam in caſibus, in quibus dominium ipſo iure ſine traditione acquiritur.*
37 *Dominium per procuratorem, ſeu notarium non acquiritur abſenti, niſi uera interueniat traditio,*
38 *Vel ſaltem ratificatio.*
39 *Oratio ſumpta ex uniuerſo, & facta per uniuerſalem omnis æquipollet orationi copulatiuè factæ, & quomodo.*
40 *Reuocatio, & pœnitentia an fiat tacitè, uel expreſſè, non refert in caſibus, in quibus ea de iure admittitur.*
41 *Donatione facta abſenti, pro quo notarius acceptauit, ſi ante ratificationem abſentis donans reuocauerit, uel alteri donauerit, ſecundus donatarius eſt potior.*
42 *Dominium penes donantem, qui abſenti, pro quo notarius acceptauit, donauit, ante donatarij ratificationem remanet.*
43 *Donatio facta abſenti, cui ex ratificatione tantum acquiritur, poteſt re integra, & ante ratificationem donatarij reuocari.*
44 *Epiſcopus abſenti conferens beneficium non poteſt collationem reuocare, et ſe pœnitere.*
45 *Dos Eccleſiæ data quando eccleſiæ reuocabiliter acquiratur.*
46 *Notarij ſtipulatio pro abſente excludit ſolum ceſsionem, non autem ratificationem abſentis ad hoc, ut illi mediante ſtipulatione notarij acquiri poſſit.*
51 *In iuramento ſemper intelligitur clauſula rebus ſic ſtantibus, & illi ob cauſam de nouo ſuperuenientem contrauenir i poteſt.*
52 *Iuramentum non operatur, quin omnia pacta in contractu adiecta adimpleri debeant.*
53 *A contractu, non obſtante iuramento, recedi poteſt, cauſa finali contractus ceſſante, & pacto contractus reſolutiuo non adimpleto.*
54 *Iuramentum recipit interpretationem à contractu, ſuper quo interponitur, unà cum qualitatibus, & conditionibus illius.*
55 *Venditio prima etiam cum iuramento facta per ſecundam cum traditione rei factam reuocata cenſetur.*

EPITOME.

DOTATIO, accedente conſenſu dioceſani, uel Papæ facta eccleſiæ, pro qua notarius ut publica perſona acceptauit, etiam cum pacto conſtituti de poſſidendo nomine eccleſiæ, & cum iuramento de non reuocando, rectè ante acceptationem, & ratificationem factam per eccleſiam poteſt reuocari: Et facta ad effectum, ut ipſi dotanti ius patronatus in eccleſia illa acquireretur, cum pacto, quod ſi legitimo aliquo impedimento obſtante ius patronatus acquiri non poſſet, dotatio non ualeat, & pro non facta habeatur, ipſo iure reuocatur, ſi ius patronatus de iure ipſi dotanti acquiri nequeat: Et ſi eccleſia prius eſſet ſufficienter dotata, non poteſt ſecundo dotanti, uel dotem augenti ius patronatus aquiri.

CONSILIVM. IIII.

VISO toto proceſſu cauſæ, plura, quæ hinc inde partes adduxerũt, diſcutienda forent, ſed ſuper duobus dũtaxat principaliter inſiſtẽdum eſſe arbitror. Primum eſt, vtrũ dotatio facta per D. Bernardinũ eccleſiæ S. Andreæ irreuocabiliter tenuerit ita, quòd ipſi eccleſiæ, ſeu eius rectori ius agendi contra Ser. Antonium hæredem dicti Do. Bernardini effectualiter competierit: Secundum eſt, an ex dicta dotatione ipſi Do. Bernardino dotanti potuerit in dicta eccleſia ſancti Andreæ aliquod iuspatronatus acquiri, & cõſequẽter an Do. Bernar. aliquod ius patronatus dictæ eccleſiæ ex titulo donationis in Do. Paulum, & eius hæredes trãſferre potuerit. ¶ Circa primum uidetur prima facie indubitanter concludendum, quòd dotatio irreuocabiliter ua-
1 luerit, quia † licitum eſt eccleſiam ditare, ſeu dotare, ut in c. filiis, c. quicũq; xvii. q. ult. & notatur per glo. in c. piæ men
2 tis ead. cauſ. & q. ſicut † licitum eſt mulieres etiam dotatas, & diuites dotare, ac dotes illis augere l. fin. C. de dot. promiſsio. l. unica §. accedit cum ibi not. C. de rei uxor. actio. Et
3 ideo † ſicut maritus dotem non exigendo ob eius negligentiam uxori teneretur, ut habetur in l. uir ab eo. ff. de iur. dot.
4 ita † rector, & prælatus, qui uti ſponſus, & maritus eſt eccleſiæ, ut in cap. inter corporalia de translatio. epiſco. cum ſimilibus, teneretur eccleſiæ, ſi dotem promiſſam, ſeu
5 eius augumentũ non exigeret, † arguendo de dote matrimonij temporalis ad dotem eccleſiæ, prout licitum eſt arguere, ut colligitur ex iis, quæ habentur in c. cum ſicut per gloſ. Ioan. And. & ſcriben. de conſecra. eccleſ. uel al-
6 tar. & in c. nemo de conſecratio. diſtinc. 1. Et † de ſimilib. ad ſimilia poſſumus arguere l. non poſſunt ff. de legib. c. trãſlato de conſtitu. & d. c. inter corporalia cum ſimilib.
7 ¶ Secundo † ex quo notarius, ut publica perſona nomine eccleſiæ acceptauit, & ſtipulatus fuit dotem datam, ſeu promiſſam, ſequitur, quòd eccleſiæ ipſo iure ſine ceſsione actio utilis, & donatio, ſeu dotatio fuit perfectè, & irreuocabiliter acquiſita, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Alexander in antepen. col. & dominus meus Sozinus in vi. concluſione in l. qui romæ. §. flauius, & ibi Raphael ff. de uerb. obliga. per not. à Ioan. de Imol. in c. potuit in ulti. charta de locato: Et facit id, quod uoluit Petrus de Anchar. in conſilio ccccviii. & habetur per Bal. in l. cum à ſocero C. de iur. dot. & per Paul. de Caſt. in l. inſulam in fin. ff. ſolut. matr. qui uolunt, quòd ſi quis donauit Titio cum pacto, quòd poſt mortem Titij ſit, ſeu acquiratur eccleſiæ, quamuis locus ſit pœnitentiæ, & poſsit illud pactum ad præiudicium eccleſiæ reuocari, ut uoluit Bartol. in d. §. flauius, quem doct. magis cõmuniter ſequuntur, tamen ſi notarius ut publica perſona acceptauit, ſeu ſtipulatus fuit

nomine eccleſiæ, perfectè dicitur eccleſiæ acquiſitum, & locus non eſt pœnitentiæ, nec reuocationi propter ſtipulationem factam per notarium nomine eccleſiæ, qui potuit illi acquirere argumento eorum, quæ habentur per Bart. & Alexand. in l. 2. ff. rem pupill. ſaluam fore, per Ioann. de Imol. in l. huiuſmodi in princip. ff. de lega. 1. per Bal. in l. 2. C. de adopt. per Bart. Alex. & alios in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler ff. de uerborum obligationibus, & eſt gl. in §. ſi quis alij Inſtit. de inutil. ſtipulatio. ¶ Tertio huiuſmodi dotatio non remanſit in puris terminis promiſſionis, quia bona fuerunt ſaltem fictè tradita ipſi eccleſiæ, ex quo do. Bernardinus donator conſtituit ſe nomine eccleſiæ poſſidere, ut in
8 inſtrumento dotationis habetur, † quòd pactum conſtituti idem operatur, quod ipſa traditio l. quædam mulier cum ibi not. ff. de rei uendica. dom. Anto. de Butr. & alij in c. cum uenißent de reſtitut. ſpolia. Et ideò per huiuſmodi fictam tradirionem, ſeu per pactum conſtituti in eccleſiam dicitur tranſlata omnis poſſeſſio cum uerò, & directò dominio bonorum donatorum, ut per Bar. in l. ſi is qui pro emptore in ult. q. ff. de uſucap. & in l. ab emptione in fi. uerb. ff. de pact. & per eum, & omnes in l. quod meo, & in l. interdum in princip. & in fine ff. de acquirend. poſſeſſ. cum ſimilibus, &
9 † dicit Bald. in l. ſi quis in emancipatum C. de donatio. per ea, quæ habentur in l. 1. C. per quas perſo. nob. acqui. quòd ſi notarius ut publica perſona acceptat contractum nomine Titij, ac etiam pactum conſtituti de poſſidendo, ipſi Titio etiam ignoranti acquirit directum dominium recta uia ſine ceſſione: Et ſi hoc dicimus regulariter in priuato, mul-
10 to magis idem dicendum eſt in eccleſia, † in quam dominium facilius transfertur, ut in l. ſi. cum ibi not. C. de ſacroſ. eccleſ. & faciunt, quæ habentur per Imol. Roma. & Alex. in l. qui mihi donatum per illum tex. ff. de donatio. cum glo. ubi ſi uerè, ſeu fictè res mihi donata tradatur procuratori meo, mihi dominium, & poſſeſſio directè, & ipſo iure abſq;
11 ceſſione acquiritur. ¶ Quarto facit, quia † ubicunque mediante perſona notarij ut publicæ perſonæ alicui acquiritur obligatio, ſeu actio, aut ius aliquod, dicitur mediante legis diſpoſitione acquiri, ut uoluit Bal. & ſequitur Alex. in l. nec ei §. eorũ ff. de adopt. & ignoranti dicitur ipſo iure ſine
12 ceſſione acquiri per prædicta; ſed † quando occaſione contractus alicui tertio ex legis diſpoſitione ius re, uel ſpe acquiritur, tunc ab eo cõtractu in præiudicium illius tertij recedi non poteſt, nec eſt locus pœnitentiæ, nec reuocationi, ut probatur in l. ſi cõſtante in fi. C. de donatio. ant. nupt. ubi Bald. hoc expreſsè uoluit, & ſequitur Alex. in d. l. qui romæ §. flauius in antepen. colum. in uerſic. nec huic membro obſtat &c. ergo in caſu noſtro ius irreuocabiliter mediante perſona notarij eccleſiæ acquiſitum eſſe dicetur.
13 ¶ Quinto facit, † nam etiam in caſibus, in quibus donatio non ualet quo ad acquirendum ius patronatus donanti, ſeu ditanti, uel dotanti eccleſiam, ut quando eccleſia erat prius ſufficienter dotata, iuxta not. per gloſ. in c. piæ mentis 16. q. ulti. tamen ualet in ſe, ut bona donata irreuocabiliter eccleſiæ acquirantur, ut eſt de mente d. gloſ. & habetur per Abb. in conſ. 28. In cauſa communis, & in conſ. 59. quidam domi. &c. & in conſ. 106. caſus ſuper quo in 2. uol. & per do. Card. in rub. de iure patro. in 6. q. ibiq; Inno. & Io. And. in c. 1. eod. tit. ergo in caſu noſtro dotatio facta eccleſiæ ualuit ſaltem quo ad effectum acquirendi bona donata eccleſiæ. ¶ Sexto ſuper dotatione interuenit iuramentum,
14 † quod habet in ſe clauſulam, ut ualeat actus omni meliori modo, quo ualere poteſt, & ſi non ualeat, ut fit, ſaltem ualeat, ut ualere poſſit. l. cum pater §. filius matrem ff. de leg.
15 2. Bart. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de uerbo. obliga. Et † operatur præciſam obligationem c. ad noſtram il 2. de iureiuran. gl. in l. ſi pecuniam ff. de condict. ob cauſ. Barto. & Docto. in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de uerb. obliga. & faciunt, quæ habentur per Alexand. in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler eodem titu. dum quærit, an ex ſtipulatione alteri facta poſ-
16 ſit agi interueniente iuramento, & id, † quod aliàs ſui natura eſt reuocabile, propter iuramentum efficitur irreuocabile, nam donatio cauſa mortis, quæ eſt reuocabilis, propter iuramentum fit irreuocabilis, & naturam donationis inter uiuos aſſumit, ut per Bald. in l. quis C. de condict. ob cauſ. per Alexand. in conſil. 59. in 4. uolum. & in l. ſtipula-
17 tio hoc modo ff. de uerbor. obligatio. Hinc † dixit Barto. in l. ſi quis in princip. in ultim. colum. ff. de lega. 3. quòd iuramentum habet uim uerborum derogatiuorum, adeò, quòd actus iuratus, qui aliàs etiam non obſtante iuramento reuocari poteſt, ad hoc, ut dicatur reuocatus, requiritur ſpecialis reuocatio, nec generalis ſufficeret, & ita dicit eſſe de mente Ioan. Andr. in c. quod ſemel de regulis iuris in 6. in mercuria. Sed in caſu noſtro non conſtat, quòd donatio facta eccleſiæ fuerit ſpecialiter reuocata, ergo poſito illam generaliter fuiſſe reuocatam, adhuc uires dicetur habere,
18 ſtante iuramento. Præterea † quamuis aliàs in contractibus innominatis re integra locus ſit pœnitentiæ, l. ſi pecuniam in princip. ff. de condic. cauſ. dat. tamen ubi eſſet appoſitum iuramentum, res dicitur deſiiſſe eſſe integra, & facit, quòd amplius pœnitentiæ locus eſſe non poſſit, ut eſt gloſ. & Alexand. in d. l. ſi pecuniam in princip. poſt Ioan. de Imol. in l. 2. §. ſed ſi quis ff. de donatio. ¶ Vltimo, quamuis aliàs in contractibus innominatis locus ſit pœnitentiæ, iuxta ea, quæ habentur in l. iuriſgentium §. quinimmo ff. de
19 pact. & in d. l. ſi pecuniam in princip. cum ibi not. † tamen fauore dotis locus non eſt pœnitentiæ, ut eſt tex. in l. ſi ego §. ſi res ff. de iur. dotium, quem text. dicit unicum, & ſingularẽ Alexand. in d. l. qui romæ §. flauius in 5. colum. & not. Bart. in d. l. ſi pecuniam colum. 2. & Bald. in l. mandatum in 4. colum. C. mandati, ubi dixit, quòd in contractibus innominatis non eſt locus pœnitentiæ fauore dotis, & piæ cauſæ, per d. l. ſi ego, & ita per illum text. firmant Bart. in d. l. ſi pecuniam in 1. colum. & Salic. in l. pecuniam C. de condict. ob cauſ. ergo cum in caſu noſtro agatur de fauore dotis, & piæ cauſæ, hoc eſt eccleſiæ, donatio ualuit irreuo-
20 cabiliter, nec in ea locus potuit eſſe pœnitentiæ: Et † maximè cum principalis contractus in caſu noſtro fuerit nominatus, hoc eſt dotis, ad tradita per Barto. in l. legata, & in l. iuriſgentium in principio ff. de pact. per Bald. in l. ad exactionem C. de dot. promiſſ. in rubr. de rer. permuta. in l. 1. ff. ſolut. matrimon. & in l. legem C. de pact. ergo ſequitur, quòd non potuit reuocari, nec in eo eſſe locus pœnitentiæ, argumento l. ſicut C. de actio. & obligatio. et habetur per Alexand. ad propoſitum in d. §. flauius in 8. col. & per Barto. & alios, in d. l. ſi pecuniam in princip. & in l. fina. eodem titu. ut ibi per Paul. de Caſtr. & Salice. qui dicunt, quòd quando contractus nominatus eſt mixtus cum innominato, ut quia in contractu donationis ſit appoſitum pactum taliter, quòd habita relatione pacti ad contractum, reſultat quidam contractus innominatus, prout contingit in caſu noſtro, tunc non eſt locus pœnitentiæ, nec reuocationi eius, quod in contractu nominato uenit, per text. in l. ariſto in principio. ff. de donatio. ubi caſus clarus. Hæc ſunt, quæ prima facie multum pro hac parte ſtringere uidentur. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrariam opinionem exiſtimo ueriorem eſſe, quòd datio, ſeu dotatio facta eccleſiæ potuerit per ipſum dominum Bernardinum reuocari, prout reuocata fuit: Ad quod dicendum moueor in primis, quia facta fuit eccleſiæ non ſimpliciter, ſed ob cauſam de futuro, ut apertè ex inſtrumento dona-
21 tionis apparet, & infra dicetur: & † ſic potius dicitur ob cauſam datio, quam donatio, & eſſe cenſetur con-

tractus innominatus, in quo pœnitentia locum habere poteſt, ut uoluit Paul. de Caſtr. in l. 2. in fine in fina. uerb. ſi de donatio. per text. in l. 1. cum ibi notatis eod. titu.

22 ¶ Secundo † cauſa, ob quam eccleſiæ facta fuit hæc donatio, ſeu dotis datio, & conſtitutio fuit finalis, tum quia aliàs do. Bernardinus, qui dotauit, cauſa non ſequuta, nec adimpleta, non erat eccleſiæ S. Andreæ donaturus, ſeu daturus, ut habetur in inſtrumento dotationis, in uerſiculo, Et ad hunc finem, & effectum &c. ac etiam in uerſiculo, & ſi aliquo legitimo impedimento obſtante &c. quo caſu cauſa dicitur eſſe finalis, ut in l. 2. in fin. ff. de donation. & in l. ſi ego in princip. ff. de iur. dotium. Tum quia cauſa concernebat cauſam fauorabilem, & piam, & animæ, uidelicet ut ipſi do. Bernardino dotanti acquireretur ius patronatus, & præſentandi in eccleſia S. Andreæ, & ut ſingulis annis celebrarentur miſſæ, & diuina pro animabus, iuxta d. l. ſi ego in §. 1. ff. de iur. dot. & per Barto. Paul. de Caſtr. & alios in d. l. 2. in fin. ubi Paul. de Caſtr. in quarto caſu plura allegat, tum etiam quia cauſa, ob quam facta fuit huiuſmodi datio, ſeu dotatio, concernebat fauorem ipſius dantis, ut ſibi acquireretur ius patronatus, & pro aīa ſua diuina celebrarentur: per quod infertur, quòd cauſa dicitur eſſe finalis, iuxta not. in l. titio centum in princ. ff. de condi. & demonſt. ut declarat Paul. de Caſt. in d. l. 2. in fin. in 2. caſu: Vel ſaltem mediatè continebat hæc cauſa fauorem tertij, uidelicet, ut in effectu mediante perſona domini Bernardini, & eius donatione illud ius patronatus acquireretur do. Paulo, eiusque hæredibus, ex quibus infertur cauſam eſſe finalē, ut uoluit Bar. in d. l. 2. in fi. per tex. in d. l. titio in fin. & in l. quibus diebus in fin. ff. de condit. & demonſtr. in l. ſi tibi purè ff. de lega. 3. & Paul. de Caſt. in d. l. 2. in fin. ergo ceſſante illa cauſa, ceſſare debet ipſa dotatio, & eius effectus, argumento c. cum ceſſante de appellatio. l. adigere §. quamuis ff. de iure

23 patronatus: & † quamuis aliàs quando contractus nominatus eſt mixtus cum innominato, ſeu ex contractu innominato oritur, & reſultat donatio, locus non ſit pœnitentiæ, nec reuocetur l. ariſto in princip. ff. de donatio. tamen quando talis contractus factus fuit ob cauſam finalem, reuocatur, & illi neceſſario non eſt ſtandum, ſi ea cauſa non ſit adimpleta, uel adimpleri non potuerit, ut eſt text. in d. l. ſi ego in princip. in fina. uerb. ubi ſi quid datum fuerit, ut eſſet ex cauſa dotis, ſequutis nuptiis, ſi nuptiæ ſequi non potuerint, quia interdictæ fuerint, & prohibitæ, datio non habet effectum, & reuocari poteſt, & ita eſt de mente Barto. Paul. de Caſtr. Salice. & aliorum in l. fin. circa finem ff de condic. ob cauſ. per tex. in l. cum te C. de pact. inter empto. & uend. & in l. 1. C. de donatio. quæ ſub modo cum ſimilib. & ad propoſitum optimè inſeruit text. in d. l. 2. in fin. ubi donatio facta fuit ob cauſam finalem, quia donans aliàs non erat donaturus, uidelicet donando titio decem, ut inde ſtichum ſeruum emeret, & cum cauſa non poſſet impleri ob mortē ſtichi, dicitur ibi, quòd datum, uel donatum reuocatur, ſeu repetitur: ſed cauſa, propter quam facta fuit dotatio, non fuit adimpleta, nec de iure poteſt impleri, quia nec ipſi do. Bernardino, nec hæredibus ſuis, nec etiam dicto do. Paulo, ſeu hæredibus ſuis in dicta eccleſia S. Andreæ, potuit, ſeu poteſt acquiri ex huiuſmodi dotatione ius patronatus, uel ius præſentandi, ergo ceſſante cauſa dationis, ſeu dotationis, debet ceſſare ipſa datio, ac dotatio, ac effectum ſortiri non debet, quinimmo ſi realiter datio fuiſſet facta, poſſet repeti, ut in locis præallegatis. Quòd autem cauſa, hoc eſt acquiſitio iuris patronatus non potuerit ſequi, nec adim-

24 pleri, colligitur ex ijs, † quæ uoluit Abb. in conſ. 59. quidam dominus Iacobus in 2. uolu. & in conſ. 106. incip. caſus, ſuper quo eod. uolu. iuncta gloſ. in d. c. piæ mentis 16. q. ultim. ubi quærunt docto. an ille, qui dotauit eccleſiam, poſtquā habuit eſſe, & ſic poſt eius conſtructionem, & conſecrationem ex dotatione acquirat ius patronatus; Et quamuis glo. in d. c. piæ mentis ſimpliciter, & indiſtinctè dicat, quòd nō, tamen docto. cōmuniter, ut habetur per Abb. in locis præallegatis, & in c. quoniam de iure patron. diſtinguunt, quòd aut eccleſia ab initio non fuit dotata, ſeu non ſufficienter, uel ſi fuit dotata, dos ex poſt facto fuit in totum perdita, & tunc dotans eccleſiam ex poſt facto, etiā poſt conſecrationē eccleſiæ, acquirit ius patronatus, quia retrotrahitur dotatio, & perinde habetur, ac ſi ille ab initio, dotaſſet, ut per Abb. in d. c. quoniam, & eſt de mente Innoc. in rubr. eod. tit.

25 † Aut uerò eccleſiæ ab initio, uel ex poſt facto reperitur ita prouiſum, quòd neceſſitatibus eccleſiæ benè poteſt ſubueniri, iuxta ea, quæ habentur in c. nemo eccleſiam de pœniten. diſtinct. 1. & in auth. ut nullus fabri. orato. do. §. 1. col. 6. & per gl. in c. ſicut de conſecr. eccleſ. uel altar. cum ſimil. & tunc ſi aliquis dotaret talem eccleſiam, illi augendo dotem, & pinguius eam ditando etiam animo acquirendi ius patronatus, & ius præſentandi, propter hoc illi non poſſet ius patronatus acquiri: Et hoc modo, & in hoc caſu intelligatur id, quod uoluit gloſ. in d. c. piæ mentis, quæ mouetur hac ratione, quia poſt conſecrationem uideretur rei ſacræ ſeruitus quædam imponi, quod eſſe non debet l. ſeruitutes §. fin. ff. de ſeruitu. & l. caueri ff. communia prædio. nam ius patronatus reſpectu eccleſiæ uidetur quoddam onus, & quædam ſeruitus, ut ibi per gl. & per Bal. in rub. C. de uſufruc. & per gl. & docto. in d. c. quoniam: ergo poſt quam eccleſia fuit conſecrata, & ſufficienter dotata, ſeu ditata, non poterit in illa ius patronatus acquiri ei, qui pinguius eccle-

26 ſiam ditaret, ſeu dotē illi augeret: Quinimmo † ſi poſt conſecrationem eccleſiæ, quæ tunc fuerat ſufficienter dotata, ſeu ditata, dos fuiſſet diminuta, & depauperata, ſed non in totum perempta, & quis animo acquirendi ius patronatus dotem augeret, propter hoc non efficeretur patronus, nec illi ius patronatus in eccleſia acquireretur, ut notabiliter uoluit do. Card. in d. c. quoniam in 1. q. in 4. col. per not. per Ioan. Cald. in c. ſignificaſti de iure patrona. quæ concluſio probatur in ſimili per id, quod uoluit glo. in d. c. quoniam,

27 dicens, † quòd ex refectione, & reparatione eccleſiæ non totaliter deſtructæ reædificanti, & reparanti nō acquiritur ius patronatus, quod ædificanti, non aūt reparanti acquiritur, ſecus ſi quis eccleſiā funditus, & totaliter deſtructam re-

28 ædificaret, ut habetur in d. c. quoniam per ſcribentes: † arguendo ergo de eo, qui ædificat, & conſtruit eccleſiam ad ipſum dotantē reſpectu iuris patronatus, quod argumentū procedit, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Abb. in c. ad audientiā de eccleſ. ædific. ac etiā ex iis, quæ uolunt, & ponunt ſcribentes cōiter in rub. & in d. c. quoniā de iure patr. ſequitur, quòd ipſi dotanti eccleſiā ſufficienter dotatā, ſeu ditatā, uel illi, qui auxit dotē eccleſiæ, cuius dos etiā aliqualiter fuiſſet diminuta, & deperdita, non debet acquiri ius patronatus: pro quo facit, quia aliud eſt dotare, aliud eſt dotē ex poſt facto ſupplere, ſicut aliud eſt ædificare de nouo, aliud reficere, ſeu reparare eccleſiā, c. conſuluit extra de iudæis: Et hæc opinio eſt uerior, & æquior, quāuis cōtrariū uideatur uelle Abb. in conſ. 28. In cauſa cōitatis in 2. uolu. per no. per Io. And. in c. 1. de iure patro. ubi Io. Andr. hoc non dicit, ſed lo

29 quitur in alio caſu diuerſo, uidelicet, † qn̄ plures concorditer ſimul ab initio eccleſiā dotarēt, quia cōcurrendo in dotatione ipſis acquireretur ius patronatus, ſicut plurib. ſimul conſtruentibus, & fundantibus, iux. not. in d. c. ad audientiā, & ibi Abb. & habetur per doct. ubi aliàs ſum ſolitus exami-

30 nare in d. rub. ac etiam in d. c. quoniam de iure patron. † Et hoc modo, & in caſu iſto poteſt ſaluari id, quod uoluit Abb. in d. cōſ. 28. qui aliter non loquitur, ut ex eius uerbis clarè colligitur, dum dicit, quòd in caſu ſuo n. edū Papa, ſed etiā epiſcopus

epiſcopus potuiſſet hominibus Caſtri ius patronatus concedere, ex quo eccleſiæ minus dotatæ contulerunt dotem, licet poſt conſecrationem,& ſic loquitur, quando eccleſia minus, hoc eſt nullo modo dotata eſſet, prout etiam colligitur ex not.per Ioan.Andr.in c. 1. de iure patrona. qui loquitur in hoc caſu, ut ſupra dixi,& dictum doctoris ſemper in dubio debet intelligi ſecundum iura, quæ allegat, & ſecundum illa,quæ deducit,ad tradita per Bart.in l.nō ſolum §.liberationis ff. de liber.leg.& ita in indiuiduo tenent Moderni de Curte in ſuo tracta. de iure patronatus in uerb.& dotauit in 2.& 3.q.dicentes hāc opinionem eſſe ueriorem, magiſque communem: Et ita ſemper ſolitus fui tenere legendo in rubr. & in d.c.quoniam de iur.patrona.quicquid dixerint quidam alij Moderni de Cittadinis in ſuo tractatu de iure patrona.in 3.parte in 2.cauſa acquirendi ius patro-
31 natus in 4.q.qui dicunt, † quòd ditanti cum eo,qui iā prius dotauit, acquiritur ius patronatus, quando cum conſenſu primi dotantis ille eccleſiam iam dotatam dotauit, quod intelligas etiam cum conſenſu epiſcopi, quia nunquam poteſt ius patronatus alicui acquiri ex aliqua cauſa,niſi interueniente conſenſu epiſcopi, ut eſt tex. in c.nobis cum ſimilib.de iur.patrona.& latè habetur per Abbatem, & omnes in rubr.eod.tit.quorum opinio iure non probatur, nec tale quid ipſi allegant, per quod poſſit eorum dictum ſuſtineri, falſumq; uidetur id,quod præſupponunt, quòd hæc quæſtio non ſit ab aliquibus examinata, ut patet ex præmiſſis: Vel poſito,non tamen conceſſo,quòd doctrina illorum ſuper hoc eſſet uera,& de iure ſubſtentabilis,dico ex ea inferri,& probari,quòd do.Bernardino dotanti,& cōſequenter eius donatario, ſeu hæredibus ſuis in caſu noſtro nō fuit acquiſitum, nec acquiri potuit ius patronatus in dicta eccleſia S. Andreæ,quoniam & ſi dom. Bernardinus uoluerit ius patronatus in dicta eccleſia acquirere ex dotatione, ſeu augumentò dotis facto, accedente, & interueniente conſenſu diœceſani, ſeu Papæ,ut in inſtrumento dotationis habetur,tamen ipſe do. Bernardinus hoc non fecit de conſenſu,&uoluntate illius,ſeu illorum,qui iam prius dotauerunt, ſeu dotem illi eccleſiæ dederunt,& hoc nō fuit probatum, nec ex inſtrumento conſtat, ergo do. Bernardino ex ſua dotatione non potuit ius patronatus acquiri,ex quo non interuenit conſenſus eorum,qui prius eccleſiam ditauerunt,ſeu dotauerunt,ut in terminis uolunt,& requirunt dicti Moderni in d.ſuo tractatu,& argumento eorum, quæ uolunt in ſimili docto. communiter in d.c.quoniam: Et ſic ex præmiſſis clarè,& neceſſariò infertur,quòd ipſi dom. Bernardino, ſeu hæredibus ſuis non fuit acquiſitum ius patronatus in dicta eccleſia re, nec ſpe, nec de iure potuit quomodocunq; acquiri, & conſequenter dictus do. Bernardinus illud ius, quod ſibi nec re,nec ſpe competere, nec acquiri potuit, in alium, hoc eſt in dominum Paulum titulo donationis tran-
32 sferre non potuit,quia † nemo plus iuris in alium transferre poteſt,quam ipſe habeat l.nemo plus ff.de reg. iur.c.nemo poteſt de regu. iur. in 6.& nemo dat, quod non habet, nec habere poteſt,l. ſi filius,& ibi Bar.C.de donatio.l.uniuerſæ,& ibi Bar.C.de lega. & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non poteſt de iure donare c. quod autem in fi.de iure patro. cum ſimil. quòd autem eccleſia S. Andreæ ante donationem factam per do. Bernardinum fuerit ſufficienter dotata,& ditata,ita quòd ex ſuis redditibus ſufficienter poſſet neceſſitatibus,& miniſtris ſuis ſubueniri,iuxta ea,quæ habentur in d.c.nemo eccleſiam de conſecra. diſtinc.1. & in c.cum ſicut de conſecra. eccleſ. uel altar. ſatis fuit in proceſſu deductum,atque probatum: Ergo ſequitur,quòd ex poſt facto alteri ditanti,ſeu augenti dotē dictæ eccleſiæ non potuit ius patronatus acquiri, quia ſic abſque cauſa neceſſaria imponeretur ſeruitus rei ſacræ,hoc eſt eccleſiæ poſt conſecrationem contra id,quod uoluit gl.in d.c piæ mentis. Item quia ſic fieret præiudiciū primo patrono, qui iā prius dotauit eccleſiā,ſi alius erat patronus, ille enim inuitus, & abſq; ſuo conſenſu teneretur alium in compatronum ex poſt facto recipere, & conſequenter hoc modo auctoritas, & poteſtas dicti primi patroni minueretur ſaltē in præſentando,& in eligendo rectorem ad eccleſiam uacantem,quoniam in præſentādo deberet etiam hic alius nouus patronus interuenire,& concurrere d.c.quoniam, & cle.1. cod.tit.quod minimè eſt dicendum, nam abſq; facto noſtro per aliū maximè in acquiſitis non debet cōditio noſtra fieri deterior l.non debet cum ſeq.& l.melior, cum ibi not.ff.de reg.iur.cum ſimil.& hoc reſpectu dicti Moderni de Cittadinis in d.3.par.in 2.cauſa in 4.q.uoluerunt cōſenſum pri-
33 mi patroni debere accedere.Præterea † ſi prius ante dotationem factā à do.Bernardino eccleſia non erat patronata, ſed libera, & in libera diſpoſitione, & prouiſione epiſcopi unà cū dotibus ſuis iux.tex.cum ibi not.in c.decretum cum ſeq.10.q.1.ſequitur,quòd poſtquam realiter ius fuit acquiſitū epiſcopo,non potuit ipſi eccleſiæ imponi, nec addi aliquod onus, per quod minueretur ius epiſcopale, etiā interueniente,& accedente cōſenſu epiſcopi,ut concludunt oēs ſcribentes poſt gl.in c.cum dilectus in uerb.conſtitutū extra de conſuetudine,ut ibi per Abb.Io.de Imol.Petr.de Anch. Fel.& alios,& eſt gl.not.in c.ſic quidam 10.q.1.& habetur per Abb.in c.ſignificatū de præbē.ſed in caſu,quo dicta eccleſia S. Andreæ eſſet in libera diſpoſitione epiſcopi, & ſic eſſet totaliter ſub iure epiſcopali, & ex dotatione facta per do. Bernardinum ipſi,ſeu hæredibus,aut donatarijs ſuis diceretur ius patronatus acquiſitum, ita diceretur minui iuriſdictio epiſcopi,&ius liberū epiſcopale,quoniā epiſcopus non poſſet abſq; conſenſu,& præſentatione patroni prouidere eccleſiæ uacanti,& in illa aliquē inſtituere,ut in c.decernimus 16.q.ult.cum ibi no.quod minimè eſt dicendum, ut patet ex prædictis,ergo &c. ¶Tertio principaliter conſiderandum eſt,quòd tempore,quo do.Bernardinus fecit dotationem,ſeu augumentum dotis dictæ eccleſiæ S.Andreæ, prælatus illius nō fuit præſens,qui pro eccleſia acceptaret, ſed ſolus notarius,qui fuit rogatus de inſtrumento, tanquā publica perſona eccleſiæ nomine acceptauit dotationem, ſeu ſtipulationem eccleſiæ factā,& conſtitutū de poſſidēdo factū ab ipſo do.Bernardino dotante,& ſe pro eccleſia conſtituente poſſidere,ut ex inſtrumēto dotationis apparet: ex
34 quibus infertur,† quòd bona donata nō dicuntur ipſi eccleſiæ cū effectu, & irreuocabiliter ipſo iure acquiſita, ſed ita demū ſequuta ratificatione eccleſiæ,iuxta ea,quæ habētur in d.l.ſi ego ff.de neg.geſ.& requiritur,quòd ratificatio fuerit facta re integra,uidelicet ante, quā alteri eſſet ius quæſitū,ſeu ante,quā per dotantē eſſet reuocata,arg.l.ſi ego §.ſi res ff.de iur.dot.& eorū,quæ habentur in l.bonorū ff.rē rat. habe.& faciunt no.per Bar.in l.ſi uxor §.ſi quis uxorem ff. de adul.per Ant.de Butr.in c. accedens de præb. & Bal.in l.fi. C.ad maced.Et ideò ratificatio fieri debuit uiuo donatore,non aūt eo mortuo,alioquin ſi ipſo mortuo fieret,non prodeſſet ratificatio,ut uoluit Alex. i cōſ.14.Pōderatis his in 3.col.in 5.uolu.per no.per do.Ant.& Imol.in c.fi. extra de confeſ.&ad propoſitū optimè facit id,quod uoluit Pau. de Caſ.in conſ.172.In caſu præſenti in nouis,qui in patre, qui donauit filiæ abſenti cum pacto conſtituti de poſſidēdo noīe filiæ,pro qua notarius ut publica perſona acceptauit, cōcludit,quòd ante ratificationē filiæ nullū fuit ei ius quæſitū irreuocabiliter,īmò nec reuocabiliter: Idē eſt de mēte Io.de Imol.in conſ.174.In caſu præmiſſo,& ſequitur Iaſ.in l.legatū in fi.ff.de leg.1.Dec. in l.ſeruus in 1.col. in fi.C.de pac.Soz.in conſ.53.Viſo inſtrumēto donationis in ult.col. in 4.uolu.& faciunt not.per Bar.in l.fundū ff.de act.empti.

per Alex. poſt Bar. in l. ſi mihi, & titio in 5. col. ff. de uer. obl.
per Bal. in l. multū intereſt C. ſi quis alteri, uel ſibi, per Bar.
in l. 1. C. per quas perſ. nob. acqui. Bal in l. officium C. cōm.
diuid. circa finē, per Bar. in l. qui mihi donatum in 1. col. ff.
de donat. & per Paul. de Caſ. in l. fideiuſſores in fi. ff. de neg.
geſt. cum multis alijs ſimilib. quæ poſſent allegari. Quòd
autem eccleſiæ, cuius nomine notarius ut publica perſona
acceptauit, ante ratificationem legitimè factam non fuerit
ius aliquod acquiſitum, nec ex conſtituto de poſſidendo po
tuerit ipſi dominium, aut poſſeſſio acquiri probatur ex ijs,
quæ in terminis uoluit Paul. de Caſt. in l. illud C. de ſacroſ.
eccl. qui dixit, quòd donatio facta pijs locis ab aliquo pro
ipſis non acceptata non ualet, ſi uerò ab aliquo eorum no-
mine fuit acceptata, acquiritur ius ex donatione, ſequuta
ratificatione, & non aliter, nec prius, per ea, quæ habētur in
35 d. l. ſi ego ff. de nego. geſ. Et † inquit Sozi. in l. 1. §. ſi iuſſerim
circa fi. ff. de acq. poſ. poſt Moderniores ibi, quòd ſi facta fue
rit uenditio, ſeu donatio cum pacto conſtituti de poſſidēdo
alicui abſenti mediāte notario, qui ut publica perſona pro
ipſo emptore, ſeu donatario abſente acceptauit, ex tali con
ſtituto de poſſidendo, & ſic ex ficta traditione non acquiri-
tur ipſi emptori, ſeu donatario ante ratificationē dominiū,
nec poſſeſſio, quoniam licet inueniatur iure cautum, quòd
ea, quæ mediante ceſſione quæruntur, ut eſt obligatio, &
actio, dicantur acquiri per notarium ſine ceſſione, ut in l. 2.
& ibi Bar. ff. rē pup. ſalu. for. tamen non inuenitur iure cau-
tum, quòd dominium, & poſſeſſio acquiratur: Vnde nota-
rius acquirere non potuit, niſi tāquam negotiorum geſtor,
quo caſu requiritur ratificatio ad hoc, ut acquiratur illi, cu
ius nomine fuit acquiſitum, & acceptatum l. ſi cōis ſeruus ff.
de acq. poſſ. d. l. ſi ego cum ſimil. & optimè inſeruit id, quod
uoluit Paul. de Caſ. in l. ſi mihi donatum ff. de donatio. per
36 ea, quæ uoluit ibi Bar. † quòd etiam in caſibus, in quibus ip
ſo iure dominium ſine traditione acquiritur, ut eſt in uen-
ditione, ſeu dotatione facta eccleſiæ, iux. l. fi. C. de ſacroſ. ec
cleſ. & in alijs caſibus, de quibus in l. traditionib. C. de pact.
per procuratorem, ſeu notarium, & ſic per liberam perſo-
nam non poteſt dominiū, nec poſſeſſio ipſo iure, ſeu ex actu
ficto acquiri, ut ex traditione ficta inducta ex pacto conſtitu
ti de poſſidendo, ſed requiritur uera traditio, uel ſaltem ra-
tificatio per tex. in l. 1. C. per quas perſo. nob. acquir. iunctis
his, quæ habentur in d. l. ſi ego, & hoc ſequitur Alex. in d. l. ſi
mihi donatum, & Ioan. de Imol. poſt Guliel. in l. ſi quis pro
emptore in fi. ff. de uſucap. & in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler
ff. de uerb. oblig. & Ang. in l. 1. C. de acquir. poſſ. & in l. 1. §.
per procuratorem ff. eod. expreſsè uoluit, quòd in caſu no
ſtro etiam eccleſiæ non acquiratur dominium, nec poſſeſſio
per conſtitutum de poſſidendo acceptatum per procurato
rem, ſeu per notarium nomine eccleſiæ, dicit enim, quòd l.
fina. C. de ſacroſ. eccleſ. quæ uult, quòd ex ſolo titulo eccle-
ſiæ ſine traditione acquiratur dominium, nō habet locum,
ſi per procuratorem, ſeu notarium actus fictus, hoc eſt ficta
traditio interuenerit, ut quia nomine eccleſiæ conſtitutum
acceptauerit, quod reputat multum notandū ad limitatio-
nem d. l. fi. per not. per Bart. in d. l. ſi mihi donatum, & in l. 1
37 C. per quas perſon. nob. acquir. qui uoluit, † dominium per
procuratorem, ſeu notariū non acquiri, quando non inter-
uenit uera traditio, ſed ficta, ſeu actus ciuilis, & ita ſequitur
Petr. de Anch. in c. accedens de præbend. Et quamuis plu
res docto. & fortè magis communiter, ut referunt Alex. &
Aret. in d. l. 1. §. per procuratorem, teneant contrarium, im-
38 pugnando Ang. & alios ſupra relatos, tamen † non negāt,
quin requiratur ratificatio, quia concludunt, quòd median
te actu ficto per procuratorem, ſeu per liberam perſonam,
& ſic per notarium acquiritur dominium, & poſſeſſio ipſo
iure abſque ceſſione, ſed non abſque ratificatione: Ita eſt de
mente Aret. qui tenuit contra Ang. & ſequaces in d. §. per
procuratorem, dum allegat quoddam conſilium Dyni. Et
ita etiam eſt de mente Sozi. in d. §. ſi iuſſerim in fin. uerb. &
Pauli de Caſ. in locis præallegatis: Vnde cum in caſu no-
ſtro ante mortem do. Bernardini donatoris, & ſic ipſo ui-
uente, eccleſia non ratificauerit donationem ſibi factam, &
ſic res deſierit eſſe integra, ſequitur, quòd ex ratificatione
poſtea facta amplius nō potuit ipſi eccleſiæ acquiri, per ea,
quæ uoluit Paul. de Caſt. in d. conſi. 172. cum ſimilib. ſupra
allegatis. Præterea dictus do. Bernardinus ante omnem ra
tificationem eccleſiæ in ſuo teſtamento reuocauit non ſo-
lum omne aliud ſuum teſtamentum, legatum, & fideicom-
miſſum, ſed etiam omnem aliam uoluntatem ſuam reuoca
bilem prius factam, & conſequenter dicitur etiam reuocaſ
ſe cōceſſionem, & dationem iſtam factam eccleſiæ, quia illa
erat reuocabilis ex expreſſa diſpoſitione, & conuentione
ipſius dotantis, qui uoluit eam poſſe reuocari, nec bona do
nata eccleſii Sanctæ Andreæ, & alteri eccleſiæ illis debe-
ri, nec acquiri in caſu, quo de iure, & ob aliquod iuris impe
dimentum ipſi do. Bernardino, ſeu do. Paulo donatario in
dictis eccleſijs ius patronatus acquiri non poſſet: De iure
autem in eccleſia S. Andreæ non potuit ex dotatione facta
acquiri ius patronatus, ut ſupra concluſum fuit, & infra di
cetur, ergo ſequitur, quòd illa uoluntas do. Bernardini, per
quam eccleſiam prædictam dotauit, dicitur fuiſſe reuoca-
bilis, quæ ex alijs quoque rationibus ſupradictis fuit reuo-
cabilis, ergo illa cenſetur, & dicitur expreſsè reuocata per
illam reuocationem uniuerſaliter factam, per quam reuo-
cauit omnem ſuā uoluntatem reuocabilem, nam qui omne
dicit, nihil excludit l. iulianus ff. de leg. 3. & dicendo omnem
uoluntatem reuocabilem perinde eſt, ac ſi ſpecialiter, & co
39 pulatiuè reuocaſſet illam, & illam, & iſtā, quia † oratio, quæ
ſumitur ex uniuerſo, & quæ fit per uniuerſalem omnem,
æquipollet orationi copulatiuè factæ, tantum enim eſt dice
re omnis mea uoluntas reuocabilis, quantum eſſet dicere,
iſta, & iſta mea uoluntas reuocabilis, argumēto eorum, quæ
habentur in l. is qui ducenta §. cum ita ff. de reb. dub. in l. hæ
redes mei §. cum ita ff. ad trebellian. & in l. penul. C. de im-
pub. & alijs ſubſtitutio. iunctis not. per Bar. in l. hoc articu-
lo in 2. colum. ff. de hæred. inſti. qui allegando d. l. penul. &
d. §. cum ita dixit, quòd ibi uerba uniuerſalia fuerunt pro-
40 lata, quæ erant collectiua, non autem diſtributiua: Et † in
caſibus, in quibus reuocatio, ſeu pœnitentia de iure admit-
titur, non uidetur referre, an expreſsè quis reuocauerit,
ſeu ipſum pœnituerit, an uerò tacitè, argumento d. l. ſi ego
in §. 1. in finalibus uerbis ff. de iur. dot. ibi aut diſtulerit, uel
abſit etiam nolente, uel abſente eo dominium ad maritum
ipſo iure transferri, &c. & argumento tex. cum ibi nota. à
contrario in d. l. Ariſto. in principio ff. de donatio.
41 ¶ Corroborantur prædicta ex iis, † quæ uoluit Paul. de
Caſtr. in conſil. 197. Viſis his, quæ narrantur &c. in 2. du-
bio in nouis, quòd ſi in donatione abſenti facta notarius
ut publica perſona fuerit ſtipulatus, & acceptauerit pro
abſente, non acquiritur abſenti ante ratificationem, &
ideò ſi ante ratificationem donans reuocauerit, uel alte-
ri donauerit, potior erit ſecundus donatarius, ex quo ante
ratificationem nullum ius fuit primo donatario acquiſi-
tum, per notata in d. l. ſi ego: Et propterea ſi poſt reuo-
cationem, uel ſecundam donationem primus donatarius
ratificauerit, & acceptauerit, talis ratificatio tanquam fa-
cta re integra primo donatario non proderit. Præterea
cum ipſi eccleſiæ dominium in caſu noſtro ante accepta-
tionem, & ratificationem non fuerit ex dotatione facta ac-
42 quiſitum, ut ſupra, ſequitur, † quòd illud remanſit penes do.
Bernardinum dotantem, quia interim non eſt dicendum,
dominium per aera uolaſſe, cum ab uno non ſeparetur, niſi
aliter

alteri acquiratur l. nec utilem,& ibi Barto. Bal.& alij ff.ex
quibus cauſ.maio. Et ita tenent Bar.& communiter docto.
reprobata gloſ.ibi in d.l.ſi ego,& in l.qui hominem §.ſi de-
bitorem ff.de ſolutio. Paul.de Caſtr.in l.cum quis §.1.eod.
tit. Bart. & omnes in l.ſi ſponſus §.ſi uxor ff.de donatio. in-
ter uir.& uxo. Alex. in conſil.232. Ponderatis his in 1.co-
lum.in fi.in 6.uolum.Petr.de Anchara.& ſcriben.in c.ſi ti-
43 bi abſenti de præbend. in 6. Et † conſequenter ante acce-
ptationem,& ratificationem factam per eccleſiam,cui non
dum erat ius aliquod, ſeu dominium, aut poſſeſſio acquiſi-
tum, uel acquiſita, ipſe dominus Bernardiuus donans, ſeu
dotans potuit reuocare,prout reuocauit, quia in re ſua qui
libet eſt moderator,& arbiter l.in re mandata.C.manda.Et
ita in terminis concludit Paul.de Caſtr.in l.abſenti in fin.1.
col.ff.de donatio.dicens,quòd donatio facta abſenti, cui ex
ratificatione acquiritur,ut in d.l.abſenti, poteſt per donato
rem re integra, hoc eſt ante, quam donatarius acceptaue-
rit,ſeu ratum habuerit, reuocari, quoniam ex quo donator
uoluntariè donauit,poteſt reuocare ante,quàm donatarius
acceptet,quia ante acceptationem donatarius non fit do-
44 minus,ſed † epiſcopus,qui abſenti contulit beneficium, an-
te acceptationem non poteſt pœnitere,& collationem re-
uocare,quia uoluntariè non contulit, cum debeat ex neceſ
ſitate beneficium uacans conferre,& ita intelligatur tex.in
d.c.ſi tibi abſenti de præbend.in 6.ut nota. in c. relatum de
præbend.& per Paul.de Caſtr. in d.l.abſenti,& facit etiam
id,quod uoluit in terminis Alex. ſequendo Paul.de Caſtr.
in loco præallegato in conſ.131. In cauſa, & lite in 2.col.
in fin.uolum.4. Et poſſem hanc cõcluſionem pluribus aliis
iuribus,& rationibus cõprobare,quæ breuitatis cauſa omit
to. ¶ Solum ſupereſt reſpondere iis, quæ ſupra in contra-
rium fuerunt adducta,quibus licet pro maiori parte ex præ
dictis reſponſio colligi poſſit, tamen omnibus ſigillatim re
ſpondebo, & in primis non obſtat, quòd dos data eccleſiæ
acquiritur eccleſiæ irreuocabiliter,& niſi prælatus illã exi-
geret,& peteret, teneretur, ut dicitur de dote tẽporali pro
45 matrimonio carnali data; quia reſpondetur, † hoc uerùm
eſſe,quando dos eſſet data ſimpliciter,& non ob cauſam ali
quam finalem, ſecus ſi ob cauſam finalem, quæ ceſſaret,&
effectum habere nõ poſſet,ut probatur in d.l.ſi ego in prin.
in fin.uerb.ff.de iur.dot.& per alia plura,quæ ſupra deduxi.
Præterea datum,ut,nuptiis ſequutis,dotis efficeretur,fauo-
re dotis, & matrimonij reuocari non poteſt, ne ſic matri-
moniũ impediatur,& mulier indotata remaneat,ut eſt text.
in d.l.ſi ego in §.1.ſed in caſu noſtro non uertitur fauor ma
trimonij, quia per reuocationẽ dotis non impediretur ma-
trimonium temporale,nec ſpirituale,item eccleſia non re-
maneret indotata, cum ipſa habeat dotem ſufficientem, &
bona pro neceſſitatibus eccleſiæ ſufficientia, ergo potuit ta
lis dos,ſeu datio reuocari ob cauſam finalem nõ ſequutam,
ac etiam quia ante reuocationem ipſi eccleſiæ, quæ non ac
ceptauerat,nec ratificauerat,ius,ſeu dominium non fuerat
acquiſitum, ut ſupra dictum eſt. ¶ Non obſtat ſecundum
fundamentum, quòd pro eccleſia, & eius nomine notarius
ut publica perſona fuit ſtipulatus,& acceptauit dotationẽ,
ergo ipſo iure abſque ceſſione dicitur ius ipſi eccleſiæ ac-
quiſitum,quia reſpondetur, ſtipulationem, & acceptatio-
nem notarij non operari,quòd abſque ratificatione, & alia
acceptatione ius abſenti,ſeu eccleſiæ acquiratur,immo re-
quiritur acceptatio,& ratificatio,ut ſæpius dictum fuit, ſed
ſolum, quòd ſequuta ratificatione, & acceptatione acqui-
ratur abſenti ,ſeu eccleſiæ actio utilis, ſeu ius ſine ceſſione,
quod non eſt in alio,quàm in notatio,ut habetur in d.l.2.ff.
rem pupilli ſalu. fore,& per Paul. de Caſ.in d.conſ.197.ut
46 ſupra retuli: † ſtipulatio ergo notarij pro abſente quamuis
excludat ceſſionem,non tamen excludit acceptationem,&
ratificationem abſentis ad hoc,ut mediante facto, & ſtipu-
latione notarij abſenti acquiri poſſit, ut eſt de mente Aret.
Pauli de Caſ.Sozi.& aliorum,quos ſupra ad propoſitum re
tuli, qui etiam tenent, quòd per conſtitutum acceptatum
per notarium acquiratur abſenti dominium, & poſſeſſio,
quoniam ipſi non excludunt,quin requiratur acceptatio,&
ratificatio: ſed in caſu noſtro non fuit facta acceptatio, nec
ratificatio, nec fieri potuit, quia deſiit eſſe res integra, cum
ante acceptationẽ dotans mortuus fuerit iuxta ea, quæ ha-
bentur per Alex. in d.conſ.24. Ponderatis his in 3.colum.
uolu.5.per not.per Anto.& Imol.in d.c.fin.de confeſſ.cum
ſimilib. ſupra ad propoſitum adductis, ergo &c. Præterea
acceptatio,& ratificatio non potuit prodeſſe, etiam ſi facta
fuiſſet re integra, ex quo donatio facta fuit ob cauſam fina
lem, uidelicet ad finem, & effectum, ut ex illa acquireretur
ius patronatus ĩ dicta eccleſia S.Andreæ,alioquin nihil ipſi
eccleſiæ ex dotatione facta acquireretur,ut in inſtrumento
apparet,quæ cauſa effectum nõ habuit, nec habere potuit,
ut ſupra probatum eſt. ¶ Non obſtat tertium fundamentũ,
quòd per conſtitutum de poſſidendo factum nomine eccle
ſiæ,& per notarium acceptatum dicatur acquiſitum eccle-
ſiæ dominium,& poſſeſſio rerum,quia ex prædictis tollitur,
47 † quoniam,ut dictum eſt,ante ratificationem,& acceptatio
nem non dicitur acquiſitum eccleſiæ dominium, nec poſſeſ
ſio,ut per Sozi.in d.l.1.§.ſi iuſſerim in fin.uerb. cum alijs ſu-
pra allegatis. Præterea quamuis per perſonam notarij, ſeu
procuratoris acquiri poſſit abſenti dominium, & poſſeſſio
mediante actu uerò,ut per Alex.& Roma. per illum tex. in
d.l.ſi mihi donatum ff.de donati. non tamen mediante actu
ficto,hoc eſt mediante conſtituto, per quod dicitur res fictè
tradi ad not. per Bar.& Paul.de Caſt.in d.l. ſi mihi donatũ,
& in d.l.1.C.per quas perſo.nob.acqui.per Imol.in d.l.ſi is,
qui pro emptore in fina.uerb.& per Ang.in d.l.1.§.per pro
curatorem ff.de acquir.poſſ.cum ſimil. quæ ſupra allegaui,
ne duo circa idẽ concurrãt ſpecialia,uidelicet, quòd alteri
etiã abſenti per alterum acquiratur , itẽ quòd ex actu ficto
contra tex.cum ibi not.in l.1.C.de dot.promiſſio.¶ Non ob
ſtat quartum argumentum, quia primo poteſt reſponderi,
uelùti ſupra alijs fuit reſponſum : Vel ſecundo dici poteſt,
48 † illud procedere, quando ex contractu facto inter duos
alteri, qui non eſſet de contrahentibus, ius ex diſpoſitione
legis acquireretur, ut in caſu poſito per Bar. & docto. in l.
qui romæ §.flauius de uer.oblig.& in caſu Bal.in l.ſi à ſoce-
ro C. de iure dotium in fine, & in caſu l.quoties C.de do-
natio. quæ ſub modo : ſed nos loquimur, quando ex facto
notarij,& ex eius ſtipulatione acquireretur abſenti,qui eſ-
ſet de contrahentibus,cui nõ poteſt acquiri,niſi ſequuta ra-
tificatione,& acceptatione ſua,ut ſupra. ¶ Nõ obſtat quin-
tum fundamentum ex aduerſo ut ſupra factum : Quia re-
ſpondetur,quòd ex dotatione facta poſt conſecrationẽ ec-
cleſiæ dotanti nõ acquiritur ius patronatus,ſi eccleſia aliàs
erat dotata, & habebat bona ſufficientia pro neceſſitatibus
eccleſiæ,uel etiam ſi haberet dotem minus ſufficientem,ſe-
cundum quod ſupra plenè fuit probatum, & hæc eſt magis
cõis opinio doct. Et ſi diceretur,quamuis ex tali dotatione
nõ poſſit acquiri ius patronatus, dotatio tamen in ſe debet
ualere ad utilitatẽ eccleſiæ,ut habetur in dicto quinto fun-
damento,& arg.d.l.ſi ego in princ.ff.de iur.dot. ad hoc di-
49 cendũ eſt,quod † ex quo dotatio facta fuit ob hanc cauſam
finalem, uidelicet ad finẽ, & effectũ, ut ex ea acquireretur
ius patronatus,non aliàs dotaturus,& ius patronatus de iu-
re acquiri nõ poteſt,ſequitur quòd ipſo iure ius dotationis
factæ reſolui debet propter pactũ reſolutiuũ in inſtrumẽto
appoſitũ,quo actũ fuit, quòd ſi ex aliquo iuris impedimẽto
ius patronatus acquiri non poſſet dotanti in eccleſijs, quas
dotauit,dotatio non ualeat, & habeatur pro non facta ar-

gumerto text.in l.cum te C.de pact. inter empto.& uend.
cum ibi not. ubi ſi pactum ſubſtantiale,quale eſt illud,quod
continet cauſam finalē,non adimpleatur,reſcinditur,quic-
quid principaliter fuit cōtractum,& conuentum, ad quod
facit tex. in l.commiſſoriæ eod.tit.& in d.l.ſi ego in princ.in
fina. uerb.ff.de iur.dot.& faciunt not.per Ioan. de Imol. in
d.l.ſi mihi donatum in ult.col.ff.de donatio. ubi ſi in dona-
tione ſit appoſitum pactum reſolutiuum contractus etiam
per procuratorem,ex illo pacto ipſo iure dominium in do-
natorem transfertur. Præterea in caſu noſtro ex dotatione
facta eccleſiæ non potuit dominium, ſeu ius, aut poſſeſſio
acquiri,niſi ſequuta acceptatione,& ratificatione eccleſiæ,
ut ſupra tetigi. ¶Non obſtat ſextum fundamentum de iu-
50 ramento appoſito,quia reſpondetur,quòd † iuramentum
operatur,ut id,quod aliàs ſui natura eſt reuocabile,non poſ
ſit reuocari,ut eſt donatio cauſa mortis, item contractus in
nominatus, & ita intelligantur allegata in hoc ſexto argu-
mento, ſecus ſi illud ſit reuocabile non ex natura actus, ſed
ex conuentione,& conditione adiecta,ut quia fuiſſet adie-
ctum pactum reſolutiuum contractus, uel promiſſum, aut
datum eſſet aliquid ob cauſam aliquam finalem, quoniam
tunc non obſtante iuramento reſolueretur contractus, ſi
cauſa ceſſaſſet,& pactum non fuiſſet adimpletum, & ſic lo-
51 cus eſſet reuocationi, quia † in iuramento ſemper intelli-
gitur,rebus ſic ſtātibus,&ob cauſam de nouo ſuperuenien-
tem poteſt iuramento contraueniri, ut in l.fi.ff.qui ſatiſdar.
cogan.& eſt bonus tex.cum ibi not.in c.quemadmodum de
iureiurand. Barto. in l. quæro §. inter locatorem ff.locati:
Item intelligitur,ſi ipſi iuranti ſeruentur promiſſa,ut habe-
tur in l.ſiquis maior C.de tranſactio.c.querelam,& c.per-
uenit de iureiurand.& not.per gl. & Innoc. in d.c.quem-
52 admodum: Item † iuramentum non operatur, quin om-
nia pacta, & conditiones adiecta, & adiectæ in contractu
debeant adimpleri,ad tradita per Salice.in l.nonnunquam
C.de reuocand.donatio.Bal.in l.1.C.de inofficio.donatio.
per Alex.in l.titia §.imperator ff.de lega.2.& habetur in d.
53 l.ſi quis maior: Ergo † ſi cauſa finalis,propter quam factus
fuit contractus, ceſſet, & non poſſit adimpleri, item ſi non
ſeruetur pactum reſolutiuum contractus, non obſtante iu-
ramento, poterit à contractu recedi, & contractus reſolui,
quia & iſta ſub iuramento includuntur, ut adimpleri de-
beant: immò ſecundum Bart. in d.l.titia §.imperator, & in
54 d.l. quæro §.inter locatorem † iuramentum recipit inter-
pretationem à contractu, ſuper quo interponitur, & reci-
pit qualitates,& conditiones contractus,ut ibi per Barto.&
Alex.in l.1.§.ſi quis ita in 3.colum.ff.de uerb.obliga. & per
Bal.in d.l.1.C.de inofficio.donatio.l.fi.C.de non numerata
pecunia Bar.in l.ſed ſi quis §.quæſitum,& ibi Alex.& alij ff.
ſiquis cautio.& faciunt,quæ habentur per Alex.in conſ.95.
in 4.uolum.per l.uxorem §.fœliciſſimo de lega.3.& in l.co-
hæredi §.qui partem ff.de uulga.& pupilla. Nam generalis
prouiſio,& ſic generale iuramentum de non contrauenien
do non facit ceſſare ſpecialem prouiſionem, & ſpecialiter
conuenta. ¶Non obſtat,quòd ubi eſt appoſitum iuramen
tum de non reuocando,requiritur ſpecialis reuocatio, nec
ſufficeret generalis,ad tradita per Bart.in d.l.ſiquis in prin.
ff.de lega.3.in ult.colum. cum ſimil. ibi allegatis per Alex.
quia ad hoc reſpondetur primo, quòd in caſu noſtro ſit re-
ſolutio,& reuocatio ipſo iure ob cauſam finalem conditio-
naliter appoſitam nō ſequutam, nec adimpletam,iuxta ea,
quæ habentur per Bar. in l.demonſtratio.§.fin.ff.de condit.
& demonſt.& in l.ſi pecuniam in princ.ibique docto.com-
muniter ff.de cond. ob cauſ. Item ſit reſolutio ipſo iure ob
pactum reſolutiuum non adimpletum,iuxta ea, quæ haben
tur in d.l.cum te, & per Imol. in d.l.ſi mihi donatum in ulti.
colū. ergo non requiritur alia reuocatio generalis,ſeu ſpe-
cialis. Præterea,ut dictū eſt,in caſu noſtro dotans non cen-
ſetur,nec dicitur iuraſſe ſimpliciter non reuocare, prout lo
quitur Bàr.in d.l. ſi quis in prin. ſed ſecundum quid,& cum
qualitate certa,uidelicet ita demum,ſi ex dotatione conſe-
quatur ius patronatus in eccleſia, & cum hac qualitate cen
ſetur iuraſſe,ergo non obſtante iuramento poterit contra-
uenire, & reuocare, ſi non ſequatur iſte effectus, quia non
poſſit effici patronus eccleſiæ,nam,ut dictum eſt,iuramen-
tum recipit omnes qualitates, & conditiones in contractu
adiectas: facit etiam id,quod uoluit Ioan.de Imol.in c.cum
contingat de iure iurand.in colum.102.& ſequitur Iaſ.in l.
55 quoties C.de rei uendica. † quòd ſi prima uenditio firmata
fuerit iuramēto,& facta fuerit ſecunda cum traditione rei,
ex quo emptor ſecūdus eſt in poſſeſſione, ſtari debet ſecun
dæ emptioni,quia per illam cēſetur prima reuocata, prout
reuocari potuit, cum per primam ſolum fuerit acquiſitum
primo emptori ius non in re,ſed ad rem,& ideò non obſtan
te iuramento poteſt ius illud ad rem reuocari,ut ibi. Sed in
caſu noſtro ex dotatione eccleſiæ mediante facto notarij
fuit acquiſitum ius non in re, ſed ad rem ante ratificatio-
nem,& acceptationem eccleſiæ, ergo &c. ¶Vltimo non
obſtat d.l.ſi ego in §.1.ff.de iur.dot.& id,quod per illū text.
dicunt docto. in d.l.qui romæ §.flauius,& in d.l.ſi pecuniam
in princ. ff.de cond.ob cauſ.quia reſpondetur primo,quòd
56 † ille tex. probat quidē,quòd hæres illius,qui dedit ob cau-
ſam dotis,non poſſit reuocare,ſed non negat,quin ipſe, qui
dedit,potuerit reuocare,immo ſecundum Salic.& Paul.de
Caſt.in d.l.ſi pecuniam, quamuis hæres dantis reuocare nō
potuerit,dans tamen potuit reuocare, ex quo uiuo ipſo nō
fuit tranſlatum dominium in accipientem, ut ibi per Salic.
in 3. colum. ſed in caſu noſtro uiuo dotante non fuit tran-
ſlatum dominium in eccleſiam, tum quia conſtitutum fuit
acceptatum per notarium,tum quia eccleſia non accepta-
uit,nec habuit ratam dotationem, ergo dotans potuit reuo
care,prout reuocauit.Præterea ex quo nō fuit ſequuta cau
ſa,quia non fuit acquiſitum ius patronatus,nec de iure ac-
quiri potuit, ſequitur,quòd reſoluitur contractus dotatio-
nis,& omne ius,quod potuit acquiri eccleſiæ per prædicta.
¶Non obſtat deciſio Bal. in l.cum à ſocero C.de iure dot.
& id,quod per illud dictum uolunt Alex.Imol.& Aret.in d.
l.qui romæ §.flauius ff.de uerb.obliga.quod per ſtipulatio-
nem,& acceptationem notarij factam nomine eccleſiæ di-
citur eccleſiæ ipſo iure ſine ceſſione acquiri, quia reſponde
57 tur,quod † licet poſſit acquiri ſine ceſſione, non tamen ſine
acceptatione, & ratificatione eccleſiæ, per ea, quæ ſupra
plenè dixi: Et ideò ante tranſlationem dominij in eccle-
ſiam potuit per dotantem reuocari per ea, quæ uoluit Sa-
licet.in d.l.ſi pecuniam in 3.colum.& per alia,quæ allegaui
ſupra ad propoſitum,quæ aliter non repeto: & ita reſpon-
det Dec.in ſuo conſ.226.in fi.Et facit id,quod uoluit nota-
biliter Specul.in tit.de loca.in §.nunc uerò aliqua in uerſi.
148.dum ponit de marito acceptante emphyteoſim pro ſe,
& uxore,& habetur per Dec.in conſi.58.qui plura allegat.
Alijs,quæ in contrarium poſſent adduci, reſponſio ex præ
miſſis colligi poteſt.¶Circa ſecundum dubium non inſiſto,
quia eius deciſio colligitur ex ijs, quæ dicta ſunt ſupra in
tertio fundamento,& alijs allegatis, quòd ipſi domino Ber
nardino dotanti non potuit acquiri ius patronatus in eccle
ſia S.Andreæ ex dotatione ſua,prout ipſi uoluit debere ac-
quiri,ut per plura firmaui,& comprobaui, & conſequenter
ius aliquod patronatus non potuit titulo donationis in aliū,
hoc eſt in dominum Paulum, eiuſque hæredes transferre,
quia non plus ius potuit in alium transferre,quam ipſe ha-
beret, & pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui de
iure donare non poteſt c.quod autem in fi.uerb.extra de iu
re patrona. & ita iuris eſſe concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Præſentatio à maiori parte patronorum facta eſſe debet, quando plures ſunt patroni, alioquin non valet.

2 Præſentatus ſecundo loco, & inſtitutus, ac in poſſeſsionem beneficij, & bonorum immiſſus præfertur primo præſentato, qui non eſſet idoneus.

3 Minor quatuordecim annis abſque diſpenſatione ſuperioris de iure communi ad canonicam etiam eccleſiæ cathedralis, & maior ſeptennio ad beneficium ſimplex non curatum, quod non ſit dignitas, eſt idoneus.

4 Quid ſi beneficium ſimplex non curatum, & non habens adminiſtrationem habeat annexum ordinem ſacrum ex priuilegio, conſuetudine, vel ſtatuto.

5 Minor quatuordecim annis nec ad ſacros ordines, nec ad ſacerdotium poteſt ordinari.

6 Qualitates, & conditiones à teſtatore in beneficio per ipſum inſtituto appoſitæ, & annexæ non poſſunt ab hærede etiam de conſenſu epiſcopi immutari: ſed omnino debent obſeruari num. 10. & quando hoc verum ſit nume. 33. & 34.

7 Epiſcopus regulariter nihil contra legem etiam diſpenſando poteſt, & nume. 43.

8 Teſtatoris voluntas circa beneficia ab eo fundata, vel dotata, certa reſpectu vel loci, vel cauſæ, vel perſonæ non poteſt per epiſcopum nec in totum, nec pro parte alterari, ſed eſt ſeruanda; & quando hoc verum ſit nume. 33. & 34.

9 Ad beneficium etiam ſimplex, & ſine cura habens ordinem ſacrum annexum ex conſuetudine, vel ex priuilegio, vel ex diſpoſitione teſtatoris debet præſentari is, qui ſaltem habitu, ſeu aptitudine ſacerdos eſſe poſsit, alioquin præſentatio, & inſtitutio aliter facta non valeret: & an, & quomodo illud de diſpoſitione teſtatoris ſit uerum nume. 21.

11 Teſtator rei ſuæ etiam ab eo relictæ eccleſiæ poteſt, quam vult, legem à iure non improbatam apponere, ſecus ſi eſſet à iure improbata.

12 Beneficium ſimplex, & ſine cura non habens adminiſtrationem poteſt clerico in minoribus conſtituto annorum ſeptem, & maiori infante de iure communi dari, & concedi, & nume. 24. Niſi ex ſtatuto, vel priuilegio, vel conſuetudine ordinem ſacrum annexum haberet numero 21.

13 Minor, qui ſit ſeptem annorum, & maior infante, poteſt ad ordines clericales aſſumi, ac etiam intitulari.

14 Teſtator, aut patronus fundans, & erigens beneficium, & altare non poteſt ſine conſenſu epiſcopi qualitates, & conditiones illi beneficio validè apponere, & conſenſu epiſcopi deficiente ualidè ſine illis qualitatibus, & conditionibus datur, & num. 20. & quando iſtæ qualitates, & conditiones ſeruari debeant nume. 33.

15 Et an ex diuturnitate temporis hic conſenſus epiſcopi interueniſſe præſumatur.

16 Conſenſus epiſcopi an ex diuturnitate temporis in conſtructione eccleſiæ, vel altaris quo ad acquirendum ius patronatus interueniſſe præſumatur, & nume. ſeq. & 19.

17 Conſenſus illius, qui pro ſolemnitate requiritur, nunquam ex diuturnitate temporis præſumitur, quando de odio, & præiudicio alterius agitur.

18 Solemnitas, auctoritas, & conſenſus ſuperioris ex diuturnitate temporis non præſumuntur, quando de damno, & præiudicio aliorum ageretur.

19 Ius patronatus laicis fauore cultus diuini, & eccleſiarum acquiritur, & quare.

22 Beneficium ſimplex, & ſine cura quomodo ordinem ſacrum annexum ex ſtatuto habere dicatur.

23 Conſuetudinem ſuper aliquo non extare probatur ex vno actu tantum contrario.

24 Ad beneficium ſimplex non habens adminiſtrationem unuſquiſque clericus in minoribus ordinibus exiſtens, & nullum ordinem ſacrum habẽs, nec aptus etiam habere, etiam ſi minor 14. ſit anno, præſentari poteſt.

25 Beneficium ſacerdotale etiam clerico in minoribus ordinibus conſtituto ex diſpenſatione, & gratia dari poteſt.

26 Diſpenſatus ad beneficium ab habente auctoritatem diſpenſandi ita tuendus eſt in poſſeſsione beneficij, ſicut beneficiatus de iure communi.

27 Ex duobus præſentatis ad beneficium is, qui eſt de ſanguine fundatoris, eſt præferendus: & quòd ſit de ſanguine, iuſta eſt cauſa ſecum ad illud beneficium diſpenſandi, & nume. 42.

28 Epiſcopus, qui cum minore ad beneficium ſacerdotale diſpenſauit, debet dare vicarium, & adminiſtratorem habilem, qui ſit ſacerdos, & uſque ad legitimam ætatem promouendi altari inſeruiat.

29 Patroni duo ex quatuor ſi vnum ex dictis quatuor præſentauerint, præſentatio à maiori parte facta dicitur, & valet.

30 Præſentatus, & præſentans, ac inſtitutus, & inſtituens differre debent.

31 Patronus vnus ab alijs compatronis præſentatus ſi conſentiat præſentationi, & illam acceptet, conſenſus ſuus pro vna voce computatur, patronis inter ſe diſſentientibus.

32 Præſentatio de idoneo non inualidatur ex eo, quod alius magis idoneus reperiatur.

34 Patronus ſolus, & epiſcopus ſolus contra uoluntatem, & diſpoſitionem teſtatoris circa qualitates, & conditiones beneficij adiectas venire non poteſt, ſecus ambo ſimul.

35 Epiſcopus cum conſenſu patronorum circa ſpiritualia diſponere poteſt, alterando qualitates, & conditiones beneficio annexas, ſaltem pro vna vice tantum num. 38.

36 Epiſcopus conſentiente patrono poteſt iuri patronatus in totum præiudicare.

37 Patronus poteſt in totum iuri patronatus renunciare.

39 Relictum pró anniuerſario ex cauſa poteſt pro vna uice in aliud expendi.

40 Epiſcopus ex cauſa vtili, & honeſta qualitates, & conditiones beneficio adiectas poteſt in totum tollere.

41 Epiſcopus ex cauſa ſaltem pro vna vice, etiam ſine conſenſu patronorum, & multo magis cum eorum conſenſu poteſt diſpenſare cum clerico in minoribus ordinibus conſtituto, & minore quatuordecim annis, vt poſsit admitti ad beneficium habens ordinem ſacrum, ſeu ſacerdotalem annexum, & nume. 53. & 57. vſque ad num. 64.

42 Et quæ ſit iuſta cauſa ita diſpenſandi.

44 Epiſcopi non diſpenſant, vbi canones legem imponunt, niſi id ſpecificè ſit ipſis conceſſum,

45 Et ſolum in caſibus expreſsè permiſsis diſpenſant, niſi maxima, & vrgens cauſa adeſſet, & an hoc ſit verum, nume. 56.

46 Teſtatoris voluntas eſt in forma ſpecifica ſeruanda.

47 Epiſcopus voluntatem teſtatoris non poteſt diſpenſando etiam pro vna vice immutare, & quando hoc uerum ſit nu. 65.

48 Epiſcopus cum patiente defectum natalium non poteſt diſpenſare in beneficio curato, vel in ſimplici habente annexum ordinem ſacrum.

49 Nec cum patiente defectum ætatis in beneficio habente annexum ordinem ſacrum, & an hoc ſit verum nume. 67.

50 Epiſcopus cum patiente defectum ordinis, & cum patiente defectum ætatis poteſt diſpenſare, ſed non cum patiente vtrunque defectum.

51 Diſpenſationis materia eſt odioſa, et reſtringibilis, ac loquens in caſu ſimplici locum non habet in caſu mixto.

52 Epiſcopus hodie non poteſt in ætate diſpenſare.

54 Epiſcopus in beneficijs curatis, & requirentibus certam, & determinatam ætatem tempore promotionis non poteſt diſpenſare.

55 Epiſcopum non poſſe in ætate reſpectu ordinis diſpenſare, & in ordine poſſe diſpenſare, quomodo procedat.

56 Epiſcopus poteſt diſpenſare vbicunque non reperitur prohibitus.

57 Epiſcopus de beneficio patronato poteſt ex cauſa aliter diſponere, quam beneficij natura exigat, etiam inuito patrono.

58 Patronorum conſenſus in quibus actibus requiratur, & nume. 69.

59 Patroni conſenſus requiritur in vnione eccleſiæ patronatæ;

60 Idem in ſubiectione, & permutatione, quæ fieret de beneficio patronato.

61 Idem, ſi epiſcopus eccleſiam patronatam ſimplicem vellet in collegiatam, vel cathedralem erigere.

62 Patroni conſenſus in alienatione rei eccleſiæ an requiratur.

63 Patroni ius ad quæ extendatur, & ſit limitatum.

64 Diſpenſatio debet eſſe libera, & nullius citationem, aut præſentiam requiric, ſed à mera diſpenſantis liberalitate dependet.

66 Epiſcopus pro vna vice tantum diſpenſando non dicitur voluntatem teſtatoris, & canones impugnare, nec tollere, niſi diſpenſandi poteſtas illi ſit expreſsè prohibita.

68 Defectus natalium maior eſt, quam defectus ætatis, & quam defectus ordinis.

70 Ad præſentandum per procuratorem requiritur ſpeciale mandatum, nec ſufficit generale cum libera.

71 Diſpenſatio eſt gratia, & ex quadam gratioſa liberalitate prouenients videtur eſſe quædam donatio.

72 Ad donandum per procuratorem ſpeciale mandatum requiritur.

73 Mandatum ſpeciale requiritur, nec ſufficit generale ad petendam diſpenſationem in perſonam electi, & ad petendam confirmationem electi.

74 Idem ad petendum, & impetrandum diſpenſationem ſuper natalibus, & generaliter ad petendam diſpenſationem pro aliquo: quid ad conſentiendum diſpenſationi, num. 76.

75 Mandatum habens ſpeciale ad præſentandum aliquem, & ad petendum eum confirmari, & ad beneficium inſtitui, & generaliter

ad omnia, & ſingula alia facienda, que ſpecialiter exigunt ſpeciale mandatum, etiam ſi illa eſſent maiora expreſſis; & ad omnia gerendum, & faciendum, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint quomodolibet neceſſaria, requiſita, & opportuna, & quæ ipſemet conſtituens &c. dicitur etiam mandatum habere ad petendam diſpenſationem cum præſentato, illiq́ue conſentiendum.

76 *Mandatum generale ſemper ſufficit, exceptis his caſibus, quibus iure cautum eſt, quòd ſpeciale requiratur.*

77 *Præſentatio, & inſtitutio ſecundo loco facta ſine citatione primi præſentati, & inſtituti non ualet.*

78 *Maximè ſi prima cum cauſæ cognitione, & citatis citandis facta fuit.*

79 *Præſentatio, & inſtitutio ſecunda facta poſt primam quando ualeat.*

80 *Inſtitutus primo loco ius plenum in beneficio ex ſola inſtitutione conſequitur ita, quòd inſtitutio poſtea alteri facta etiam cum traditione poſſeſſionis non ualeat.*

EPITOME.

AD *beneficium ſimplex non habens adminiſtrationem, ſed habens ex diſpoſitione teſtatoris, & fundatoris ordinem ſacrum annexum ita, quòd ad illud ſacerdos præſentari debeat, ſi epiſcopus huic diſpoſitioni, & qualitati ordinis ſacri non conſenſit, clericus minor 14. anno etiam ſine diſpenſatione de iure commum, & cum diſpenſatione Epiſcopi, quatenus ille conſenſiſſet, & beneficium eſſet ſacerdotale, maximè ſi eſſet de ſanguine, & agnatione fundatoris, ualidè præſentatur, & inſtituitur, & alteri ſecundo loco præſentato, & inſtituto præfertur.*

Epiſcopus ad beneficium ſimplex non habens adminiſtrationem, ſed exiſtens ſacerdotale, ordinemq́; ſacrum annexum habens ex iuſta cauſa cum minore 14. anno in minoribus conſtituto ualidè poteſt diſpenſare.

Et ſi beneficium ſit patronatum, & unus de ſanguine patronorum fuerit præſentatus, iuſta eſt cauſa cum illo etiam ſine conſenſu patronorum, & multo magis cum eorum conſenſu diſpenſandi.

Patroni etiam ad conſentiendum diſpenſationi factæ cum præſentato ad beneficium mandatum dediſſe, & ipſi diſpenſationi conſenſiſſe dicuntur, ex quo dederunt mandatum ad præſentandum aliquem, & ad petendum eum confirmari, & ad beneficium inſtitui, & generaliter ad omnia, & ſingula alia facienda, quæ ſpeciale exigunt mandatum, etiam ſi illa eſſent maiora expreſſis, & ad omnia gerendum, & faciendum, quæ in prædictis, & circa prædicta fuerint quomodolibet neceſſaria, requiſita, & opportuna, & quæ ipſimet conſtituentes &c.

CONSILIVM V.

VISO puncto unà cum proceſſu cauſæ mihi exhi-
bito, plura ſunt diſcutienda, primum eſt, an prima
præſentatio, & inſtitutio facta de perſona do. Vin-
centij clerici in minoribus conſtituti fuerit de iure ualida.
Secundum eſt, poſito, quòd beneficium ſit ſacerdotale, an
Epiſcopus potuerit de iure ad illud cum dicto Vincentio in
minoribus conſtituto diſpenſare. Tertium, an patroni me-
diantibus eorum procuratoribus dicantur legitimè diſpen-
ſationi factæ conſenſiſſe. Vltimum, an præſentatio, & in-
ſtitutio ſecundo loco facta de perſona do. Hieronymi fue-
rit ualida, & de iure admittenda. ¶Circa primum uidetur
primo aſpectu concludendum, quòd præſentatio, & con-
ſequenter inſtitutio Epiſcopi facta de perſona do. Vincen-
1 tij fuerit inualida, & nulla, primo, quia, † ut præſupponi-
tur, quatuor ſunt patroni, ad quos ius præſentandi pertinet,
& præſentatio facta fuit à duobus tantum, uidelicet à Iaco
bo, & à Ioannino, quoniam perſona domini Vincentij non
connumeratur inter perſonas præſentantium, ex quo ipſe
fuit præſentatus argumento c. per noſtras cum ibi nota. de
iure patron. & in c. fin. de conſtitu. ergo apparet præſen-
tationem non fuiſſe à maiori parte patronorum factam,
prout de iure debuit fieri, & ſic ea non ualuit c. quoniam
2 cum materia extra de iur. patron. ¶Secundo † huiuſmodi
præſentatio prima tanquam facta de non idoneo non de-
bet dici ualida, & ſecundo præſentatus, & inſtitutus, qui eſt
idoneus, debet dici potior, ex quo immiſſus fuit in poſſeſ-
ſion em beneficij, & bonorum, ut in c. quod autem in princ.
extra de iur. patrona. cum ſimilibus. Et quòd do. Vincen-
tius non fuerit, nec ſit idoneus ad huiuſmodi beneficium,
quod habet annexum ordinem ſacrum, & ſacerdotalem,
3 demonſtratur, nam † quamuis minor 14. anno de iure com
muni abſque diſpenſatione ſuperioris ſit idoneus ad cano-
nicam etiam eccleſiæ cathedralis, & maior ſeptennio ſit
idoneus ad beneficium ſimplex non curatum, quod non ſit
dignitas, ut eſt gloſ. in c. ex eo de electio. lib. 6. in c. ſi eo tē-
pore de reſcript. & in c. ulti. de iudi. eod. lib. quoniam cum
in illa ætate poſſint ordinari c. de his 28. diſtinct. c. poterunt
etiam in eadem intitulari c. cum ſecundum de præbend. d.
c. ex eo, & c. præterea cum ſimilib. extra de ætate, & qualit.
4 cum ibi not. tamen † ſi beneficium ſimplex, & non curatum
non habens adminiſtrationem habeat annexum ordinem
ſacrum ex priuilegio, conſuetudine, uel ſtatuto, ad illud nō
dicitur idoneus minor 14. anno, & qui non eſt conſtitutus
in ea ætate, in qua de iure non poſſit infra breue tempus ad
illum ordinem ſacrum promoueri, ut per gloſ. in d. c. ſi eo
tempore, bona gloſ. in c. 1. in primo reſpon. de filijs pre-
sbyte. & habetur in c. ei cui de præbend. in 6. & d. c. præte-
rea de ætat. & qualita. Sed in terminis noſtris beneficium
habet annexum ordinem ſacrum, quia ex inſtitutione teſta
toris, qui fundauit altare, non poteſt niſi ſacerdoti, & pre-
sbytero dari: Item do. Vincentius ad huc tempore præſen-
tationis, & inſtitutionis factæ non erat annorum quatuor-
5 decim, † in qua ætate quis non poteſt ad ſacros ordines,
nec ad ſacerdotium ordinari, ut in c. uel non eſt compos de
temporib. ordina. & habetur in c. cum in cunctis §. inferio-
ra de electio. & in c. eam te de ætat. & qualit. & ibi ferè per
totum, ergo do. Vincentius idoneus ad illud non dicitur.
6 ¶Præterea † hæres non poteſt qualitates, & conditiones,
quas teſtator in beneficio inſtituit, & qualitates annexas be
neficio tempore, quo inſtitutum fuit, etiā de conſenſu epi-
ſcopi immutare, quia uolūtas teſtatoris, & forma ab eo tra-
dita ſeruanda eſt in forma ſpecifica, nec poteſt in aliud ſine
licentia Papæ commutari, per ea, quæ habentur in clemen.
quia contingit in princip. de religio. domib. & ibi do. Card.
& Ioan. de Imol. l. legatum ff. de uſufruct. lega. & latè tra-
ditur per Petr. de Ancha. & Imol. in c. nos quidem de te-
ſtam. & per Andr. Barba. in conſil. 23. incip. ſcripſit pro-
pheta in 1. col. uolu. 1. Nam uoluntas teſtatoris pro lege
ſeruanda eſt §. diſponat in authen. de nupt. c. ultima uolun-
7 tas 13. q. 2. † epiſcopus autem regulariter aliquid contra le
gem etiam diſpenſando non poteſt c. dilectus de temp. or-
8 dina. Præterea † tex. in d. clemen. quia contingit in princip.
dicit, quòd quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata
fidelium, ad illum debent, & non ad alium (ſalua quidem
ſedis apoſtolicæ auctoritate) conuerti: qui tex. cum loqua-
tur indiſtinctè, debet indiſtinctè intelligi iuribus uulgaribus,
ut diſpoſitio, & uoluntas teſtatois nec in totum, nec in pro
parte alterari poſſit: Et dicit Bald. in l. ſi quis ad declinan-
dam in 3. colum. C. de epiſcop. & cler. quòd ubicunque di
ſpoſitio teſtatosis eſt certa reſpectu certæ perſonæ, uel loci,
uel cauſæ, nō poteſt per epiſcopum alterari, habetur etiam
per Alexand. in d. l. legatum, & per Abb. in c. tua nobis in 3.

not.

no.de teſtam. cum multis alijs, quæ poſſent ad hoc allegari: ex quibus uidetur inferri, quòd patroni hæredes teſtatoris, qui hoc altare, & ius patronatus inſtituit, non potuerint præſentare do. Vincentium, qui non eſt ſacerdos, nec in ætate, in qua poſſit infra breue tempus ad illum ordinem promoueri, iuxta ea, quæ habentur, & not. in clem. generalem de æta. & qualita. quia hoc eſſet contra uoluntatem teſtatoris, & formam ab ipſo in ſuo teſtamento traditam.

9 ¶ Rurſus † quando beneficium etiam ſimplex, & ſine cura habet ordinem ſacrum annexum, ut quia in fundatione beneficij fuerit ordinatum, quòd ad illud debeat presbyter præſentari, & ſic habeat annexum ordinem ſacrum ex conſuetudine, uel ex priuilegio, uel ex diſpoſitiõe teſtatoris, debet id ſeruari aptitudine, quãuis non actu, requiritur enim, quòd præſentatus, & inſtitutus habitu, ſeu aptitudine ſit, uel eſſe poſſit ſacerdos, licet non ſit actualiter, ut habetur per glo. in clem. hi qui de æta. & qualita. alioquin præſentatio, & inſtitutio aliter facta non ualeret, ut uolunt docto. communiter, & Abb. in d. c. cũ in cunctis in §. inferiora in ulti. col. gloſ. in d. c. ſi eo tempore, & in d. c. 1 de filiis præsbit. in 6. Domi. de ſan. Gemi. in c. cum in eccleſia de præbend. in 6. in ulti. not. c. cũ dilectus, ibiq; Abb. Ioan. de Imol. & do. Anto. de conſuetud. & habetur per Abb. in c. præterea de æta. & qualita. & per Felin. in tracta. quando literæ Apoſtolicæ &c. in 2. col. in uerſi. corroborari poteſt &c.

10 qui dicit, quòd ſi hæredes patroni, & Epiſcopi, ad quos ius inſtituendi pertinet, non ſeruarẽt qualitates, conditiones, & modos beneficio per teſtatorem, & patronos annexos, retraherentur homines à cõſtructione eccleſiarum, & beneficiorum: Et ideò dicendum eſt, quòd omnino ſeruari debeant ea, quæ ipſi patroni tẽpore inſtitutionis uoluerunt, ut inuitẽtur homines ad conſtructiones eccleſiarum, argumento not. in c. quoniam, & in c. cum dilectus de iure patrona. & ibi per Felin. qui multa ad propoſitum ponit.

11 Præterea † licitum eſt teſtatori legem, quam uult, rei ſuæ apponere l. in traditionibus ff. de pact. etiam ſi ſit res, quam relinqueret eccleſiæ, & imponeret legem à iure non improbatam, nam improbatam non poteſt imponere c. uerũ de conditio. appoſ. c. cũ dilecti de donatio. c. eleuterius 18. q. 2. c. nullus de ſeruis non ordinan. glo. in c. 2. 10. q. 1. bonus tex. cum gloſ. in c. ſiquis baſilicam de conſecratio. diſtin. 1. iuncto c. requiſiſti de teſtam. & in l. nemo ff. de lega. 1. & habetur per do. Cardi. in clem. quia contingit in prin. in 11. not. & in 8. q. de relig. dom. Sed in caſu noſtro do. Vincentius, qui fuit præſentatus, & inſtitutus ad beneficiũ, tẽpore præſentationis, & inſtitutionis nec actu, nec habitu, ſeu aptitudine erat ſacerdos, quia adhuc erat minor 14. anno, ergo præſentatio, & inſtitutio de eo facta ipſo iure non ualuit, ut habetur in d. §. inferiora. ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrarium de iure uerius eſſe uidetur, quòd præſentatio prima, & ſic inſtitutio facta de domino Vincentio fuerit de iure ualida: Ad quod dicendum moueor ex

12 pluribus, & in primis, quia † cum iſtud beneficium ſit ſimplex, & ſine cura, neque habeat adminiſtrationem, poteſt de iure communi dari, & concedi clerico in minoribus cõſtituto, qui ſit ſeptem annorum, & maior infante, ut uoluit glo. in dicto c. ex eo de electio. in 6. & ibi doctores, & in c. ſi eo tempore de reſcript. eodem libro, & in d. c. fin. de iudi. & per Abb. in d. c. præterea de ætate & qualitate. nam

13 † cũ in illa ætate poſſint ordinari, & ad ordines clericales aſſumi c. de his 28. diſtin. ſequitur, quod etiam poterunt in titulari c. cum ſecundum de præbend. ut dicit glo. in dicto c. ſi eo tempore in uer. ætatem: Et quamuis in locis preallegatis excipiatur caſus, quando beneficium ſimplex non habens adminiſtrationem haberet ordinem ſacrum annexum, ut quia ex priuilegio, conſuetudine, uel ſtatuto deberet, & ſolitum eſſet dari presbytero, ſeu alteri in ordine ſacro conſtituto, ut per gloſ. in d. c. ſi eo tempore, & per Abb. in d. c. præterea, tamen in caſu noſtro beneficium non dicitur habere ordinem ſacrum, ſeu ſacerdotalem annexum ex priuilegio, quia de priuilegio aliquo nõ conſtat, nec ex ſtatuto, quia nullum extat ſtatutum ſuper hoc beneficio de hac qualitate; Nec etiam apparet, quòd tempore inſtitutionis, & fundationis epiſcopus, qui inſtitutioni, et erectioni huius altaris conſenſit, admiſerit, ſeu ſtatuerit, (prout de iure fuit neceſſarium) quòd huiuſmodi beneficiũ deberet ſolum ſacerdoti, & conſtituto in ſacris ordinibus

14 dari, & concedi. Et † quamuis teſtator in ſuo teſtamento diſpoſuerit, quòd ad illud beneficium, & altare deberet præſentari unus ſacerdos, & uoluerit illud beneficium eſſe ſacerdotale, prout in teſtamento continetur, tamen propter hoc dictum beneficium non dicitur eſſe ſacerdotale, nec recepiſſe hanc qualitatem, & conditionem, niſi appareat epiſcopum tempore inſtitutionis, & conſtructionis illius, ultra quod conſenſerit conſtructioni, & erectioni, ac dotationi altaris (prout de iure debuit conſentire, alioquin non potuiſſet erigi, nec in eõ acquiri ius patronatus, ut in c. nobis de iure patrona. & ibi Abb. & alij, & in c. 2. & in c. nouerint, & per totum 10. q. 1. c. nemo, c. ſi quis baſilicam de conſecra. diſtin. 1. & in c. cum ſicut de conſecrat. eccleſ. uel alta.) etiam conſenſiſſe expreſſè qualitati, & conditioni per teſtatorem ipſi beneficio circa ſpiritualia appoſitæ, ut quòd in eo debeant dici tot miſſæ, uel anniuerſarium pro anima teſtatoris, uel quod beneficium dari, & concedi debeat ſacerdoti, alioquin ſi nõ appareret, quòd epiſcopus conſenſiſſet qualitatibus, & conditionibus per teſtatorem appoſitis, beneficium non diceretur illas qualitates, & conditiones habere annexas adeò, quod dari, & ad illud quis præſentari poſſet abſque illi qualitatibus, & conditionibus, quia tales cõditiones, & qualitates appoſitæ per patronum in fundatione beneficij ſine conſenſu epiſcopi non tenent, ut uolunt docto. communiter do. Anto. Compoſtel. in 11. col. Ioan. de Imol. in 9. col. & Abb. in 3. not. & moder. in c. cum dilectus. de conſuetudine, Felin. in c. cum acceſſiſſent col. 7. de conſtitu. in uerſ. primo dummodo &c. & faciunt not. per gloſ. in d. c. nobis in fine magnæ gloſ. & in d. c. ſiquis baſilicam, & ita uoluit Abb. in c. ſignificatum in 1. not. de præbend. & hoc latiſſimè ponunt Moderniſſimi quidam in tracta. de iur. patrona. in uerb. pro eo in 12. q. ubi plura, & infinita ad propoſitum adducunt, & reſpondent aliquibus, quæ in contrarium facere uidebantur: Sed in terminis noſtris nõ apparet, quòd tempore fundationis, & erectionis altaris epiſcopus conſenſerit, ſeu admiſerit hanc qualitatem, & conditionem, quòd beneficium eſſet ſacedotale, & quòd ſolum ſacerdos ad

15 illud poſſet præſentari, ergo &c. ¶ Et ſi diceretur, † quòd ex diuturnitate temporis hæc ſolemnitas conſenſus debet præſumi, ſicut præſumitur, quòd conſenſus epiſcopi interuenerit in conſtructione, ſeu dotatione eccleſiæ, quantũ ad acquirendũ ius patronatus ipſi conſtructori, & dotanti, ut uoluit Archid. in d. c. nemo de conſecra. diſtin. 1. & traditur per Cardi. in c. requiſiſti de teſtam. Item ſicut & alia, maximè quæ ſunt de ſolemnitate extrinſeca, præſumuntur ex diuturnitate temporis, ut habetur in l. ſciẽdum per Bart.

16 Alex. et alios ff. de uerbo. obliga. et † quòd conſenſus epiſcopi ex diuturnitate temporis præſumatur interueniſſe in conſtructione eccleſiæ, uel altaris quo ad acquirendum ius patronatus, uoluit Felin. in cap. de quarta colum. 4. de præſcriptio. et faciunt nota. per Abb. in c. cura in 2. gloſ. in ſecunda ſolutione de iure patrona. cum ſimilibus, quæ poſſent allegari; Ad hoc reſpondetur primo, quòd quamuis ex diuturnitate temporis præſumantur illa interueniſſe,

ueniſſe,quæ ſunt de ſolennitate extrinſeca,ut ſupra,& ideò
præſumitur conſenſus illius, cuius conſenſus requiritur pro
17 ſolennitate, ut ſupra, † tamen non præſumetur conſenſus
epiſcopi quo ad acquirendũ ius patronatus, ut uoluit Abb.
in conſ.ſuo 106.incip. caſus in 1.col.uol.2. tũ quia de præ-
iudicio eccleſiæ tractatur, cui ſic diceretur imponi ſerui-
tus iuris patronatus iuxta not.in c.piæ mentis 15.q.ult.& in
c.ſignificauit de teſtibus,ubi bonus tex. & ubicunq; agitur
de odio,& præiudicio alterius, tunc ex diuturnitate tempo
ris nunquam præſumitur conſenſus,ut not. per glo.in c.qui
tacet de reg.iur.in 6.& facit c. cum iam dudũ de præbend.
18 & † Alex.in d.l.ſciendum in uer. item fallit ſecundum An-
gel.inquit, quòd quando agitur de damno, & præiudicio
tertij,& aliorum,ſolennitas ex diuturnitate temporis non
præſumitur,faciunt etiã not.per Imol.in c. peruenit de em-
ptio.& uendi.& Bal.in l.2.C.de legit.hæred.dicit, quòd ex
diuturnitate temporis non præſumitur auctoritas, & con-
ſenſus iudicis,ſeu ſuperioris,& per Alex.in conſi.1. in pen.
col.uolu.4.quando ageretur de præiudicio aliorum: Sed ſi
præſumeretur conſenſus epiſcopi interueniſſe circa hanc
qualitatem, quòd beneficium eſſet ſacerdotale, & ad illud
non poſſet admitti,niſi ille clericus, qui eſſet ſacerdos, ſe-
queretur damnum, & præiudicium aliorum clericorum in
genere,qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti, & qui
aliàs de iure ſunt habiles, & idonei ad beneficia ſimplicia
non habentia adminiſtrationem, ut habetur per glo. in d.c.
ex eo,in d.c.ſi eo tempore,& per Abb.in d.c.præterea, er-
go in dubio ex diuturnitate temporis non debet præſumi,
quòd epiſcopus huic qualitati,& conditioni per teſtatorẽ
adiectæ conſenſerit. Præterea poſito, quòd conſenſus epi-
ſcopi ex diuturnitate temporis præſumi deberet interueniſ
ſe in conſtructione eccleſiæ,ſeu altaris,ut ſupra,quo ad ac-
19 quirendum ius patronatus, tamen † hoc non debet extendi
ad caſum noſtrum, uidelicet,ut præſumatur cõſenſiſſe qua-
litati,& cõditioni per teſtatorem ipſi beneficio adiectæ per
proximè dicta,& ratio differentiæ eſt, quia primo caſu agi-
tur principaliter de fauore,& nõ de odio, nam fauore cul-
tus diuini,& eccleſiarum inductũ eſt principaliter, quòd ius
patronatus ex gratia laicis acquiratur, ut laici ad conſtru-
ctiones,& dotationes eccleſiarum inuitentur, ut in c.quo-
niam,& in c.cum dilectus per glo.de iur.patrona.cum ſimi
libus ibi per Abb. allegatis: Secundo uerò caſu dicitur agi
potius de odio,& præiudicio aliorum clericorum, qui non
20 ſunt presbyteri,ſeu ſacerdotes,ut dictum eſt, & † ideò do-
ctores ſupradicti uolunt ſimpliciter,& indiſtinctè, quòd ad
hoc,ut qualitates,& conditiones adiectæ per teſtatorem in
fundatione beneficij teneant, & ſint ſeruandæ, requiratur,
quòd epiſcopus tempore fundationis conſenſerit, & illas
qualitates expreſsè admiſerit adeò,quòd nõ ſufficeret ſim-
plex,& ſola diſpoſitio, & uoluntas teſtatoris diſponentis,
quòd beneficium eſſet ſacerdotale, ſeu alium ordinem ſa-
crum annexum haberet: & propterea gl. præallegata in d.
c.ſi eo tempore,in d.c.ex eo, & in c.ei cui de præb.in 6. &
21 Abb.in d.c. præterea, dicunt, † quod ſimplex beneficium
poteſt dari maiori ſeptennio,& minori 14.anno, niſi bene-
ficium ex priuilegio, uel conſuetudine, uel ſtatuto habeat
ordinem ſacrum annexum: in quo noto, quòd doctores,
& gloſæ conſiderant,& loquuntur ſolum de priuilegio,cõ-
ſuetudine,uel ſtatuto, & non de uoluntate,& diſpoſitione
teſtatoris ſimpliciter,ut in terminis uelle uidentur Moder-
ni,qui ſic declarant mentem doct.in ſuo tracta. de iure pa-
tronatus in uerb.honorificum in 4.q.in uerſ.circa aliud,an
de neceſſitate &c. & dicitur, quòd ſi in fundatione benefi
cij fuit ordinatum, & diſpoſitum, quòd ad illud præſen-
tari debeat ſacerdos,uel alter, & poſtea id ſtatutum eſt uel
ex priuilegio, uel ex conſuetudine cauetur, tunc illud eſt
obſeruandum, & ſic ultra ordinationem, & diſpoſitionem
factam à teſtatore in fundatione,requiritur etiam,quòd il-
lud poſtea fuerit per ſtatutum, uel priuilegium ſuperioris,
uel conſuetudinem diſpoſitum,aut confirmatum: Sed in ca
ſu noſtro nullum ſuper hoc extat priuilegium, nec ſtatutũ,
22 ut dictum eſt ſuprà,quia † dum loquuntur de ſtatuto, uo-
lunt intelligere de admiſsione, & conſenſu epiſcopi tem-
pore fundationis beneficij, ad quem epiſcopũ ſpectat ius,
ſeu iuriſdictio ſtatuendi, iuxta c.2.de conſtitut. in 6.& ha-
betur in c.quod ſuper his de maioritate, & obedien. & ita
intelligit Abb. in c.cum in cunctis §. inferiora in ulti.colũ.
de electio.item nulla extat conſuetudo,quòd ſolum ad hu-
iuſmodi beneficium poſſint admitti clerici ſacerdotes, &
non alij, tum quia de conſuetudine aliqua non fuit in pro-
ceſſu probatum, prout debuit probari, iuxta not.per Barto.
in l.de quibus ff. de legib. per glo. in c.conſuetudo. 1.di-
ſtinct.& per Abb.in d.§.inferiora in princ. pen. colũ. tum
etiam,quia apparet dictum beneficium fuiſſe ſæpius cõceſ
ſum,& datum clericis ſimplicibus habentibus tantum mino
res ordines,ut in proceſſu conſtat, maximè de quodam do.
23 Franciſco,& † ad probandũ conſuetudinẽ non extare ſuper
aliquo ſufficit etiam unum actum tantum contrariũ proba-
re, ut ſingulariter colligitur ex iis, quæ ponit Bar.in l.ſem-
per in ſtipulationibus in fin.uerb.ff.de reg. iur.ergo ex præ
dictis apparet dictum beneficium non eſſe ſacerdotale,nec
tale, quòd ad illud ſolum ſacerdos præſentari debeat,quo-
24 niam † ad beneficium ſimplex non habens adminiſtratio-
nem poteſt præſentari unuſquiſque clericus, qui ſit in mino
ribus ordinibus, & non habeat aliquem ordinem ſacrum,
nec de iure etiam ſit aptus habere, & ſit etiam minor 14.
anno, immò ſufficeret, quòd eſſet annorum quinque,uel
ſeptem, ut per Abb. in c. in ordinata poſt alios de præ-
bend.in d.c.præterea de æta.& qualitate, & in d.§.inferio-
ra, & per glo.in d.c.ſi eo tempore cum ſimilibus.¶ Secun-
do principaliter moueor, quoniam poſito etiam, ſed non
cõceſſo,quòd beneficiũ ſit ſacerdotale,& nõ poſſit niſi pre-
ſbytero dari per ea,quæ fuerũt in contrariũ allegata, tamẽ
25 hoc eſt uerũ regulariter loquendo, ut ibi, ſed † ex diſpenſa
tione,& ex gratia potuit dari etiã clerico in minoribus or-
dinibus conſtituto, cum quo fuiſſet diſpenſatum, quia di-
ſpenſatio facit inhabilẽ habilẽ,& incapacẽ, & nõ idoneum
capacẽ,& idoneũ,ut per Spec.in tit.de diſpenſatio. in §.po
ſtremo circa princip. per tex.in c.fin. extra de cleri. peregri
nan. c.literas de ſupplen.negligen. prælato.& in c. diuerſis
de cleri.coniug.etiam in terminis noſtris, ut infra dicetur
in ſequenti articulo, in quo examinabitur, an epiſcopus
poſſit diſpenſare cum clerico in minoribus conſtituto in
beneficio ſimplici ordinem ſacrum annexum habente, &
26 † diſpenſatus ad beneficium ab eo, qui diſpenſandi auctori
tatẽ habet,iuxta ea,quæ habentur per gl.in §.niſi rigor 1.q.
7.& per Spec.in ti.de diſpenſatio.§.1.ita tuendus eſt in poſ
ſeſſione beneficij,ſicut beneficiatus de iure cõmuni, ut di-
cit Bald. in l.liberos C.de collationibus.¶ Præterea,& ter-
27 tio † cum dominus Vincentius ſit idoneus ad dictum bene-
ficium de iure communi,uel ſaltem ex diſpenſatione epi-
ſcopi,& ſit de caſata,& ſanguine illorum, qui beneficium
fundauerũt,ſequitur,quòd ipſe eſt dicto do.Hieronymo ex
traneo præferendus,hæc potuit dici iuſta cauſa ſecum di-
ſpenſandi,ad not.per glo.communiter approbatam in c.ne
minem in uerb.ſine poſſeſſione 70. diſtinct. ibique Archid.
Moderniſs. & alij, & faciunt not. per glo. & doctor.in c.ſi
proponente de reſcript.ubi Abb.allegat bonum tex.in c.bo
ne il 2.de poſtula.prælato.circa fin. in c. inuitis 61. diſtinct.
& in c.hortamur 71. diſtinct.ibique eſt glo.not.& Archid.
& plenè uideas ea, quæ ponunt ad propoſitum Moderni
in d.tracta.de iure patrona.in uerbo honorificum in 18.q.

¶ Et

28 ¶Et ſi diceretur, † quomodo in caſu noſtro inſeruietur altari, cum illi ſit inſeruiendum per ſacerdotem ex diſpoſitione teſtatoris, quæ in hoc ſeruanda eſt, ut per do. de Rota in tit. de teſtam. in deciſione incip. & eſt ſciendum, reſpondeo, quòd per epiſcopum, qui ſecum diſpenſauit, debebit dari uicarius, & adminiſtrator clericus habilis ad curam animarum, qui ſit ſacerdos, & inſeruiat altari uſque ad legitimam ætatem promouendi, & hic dicetur uicarius temporalis. ¶Et ſequendo concluſionem prædictam, ſupereſt, ut allegatis in contrarium reſpondeatur, quibus licet ex præmiſſis poſſit colligi reſponſio, tamen ſpecialius unicuiq; reſpondendo, non obſtat primo, quòd præſentatio facta de do. Vincentio non fuit facta à maiori parte, cum facta fuerit à duobus tantum mediante ſuo procuratore, & quatuor ſint patroni, ut in puncto præſupponitur per tex. cum materia in c. quoniam de iur. patrona. quia reſpondetur, quod
29 † immò dicitur à maiori parte facta, quoniam cum tantum ſint quatuor patroni uocem ad præſentandum habentes, & duo ex illis mediante ſuo procuratore præſentauerint unũ ex dictis quatuor patronis, prout per procuratorem de iure potuerunt præſentare, iuxta ea, quæ habentur in c. fin. de conceſſ. præbẽ. & ibi doc. omnes, Cardi. in cle. 1. in prin. de iure patrona. Felin. in c. cum uenerabilis in princ. de except. & arg. c. accedens de præbend. cum ſimilibus, & prout de iure etiam potuerunt unum ex patronis præſentare, dummodo ipſe ſe ipſum non præſentauerit, ut in c. per noſtras per doct. & ibi Abb. de iure patrona. ſequitur, quòd præſentatio facta ab illis duobus de alio patrono dicitur, & cenſetur à maiori parte patronorum facta, quoniam ius præſentandi dicitur penes alios tres ex quatuor remanſiſſe, cum patronus præſentatus nõ cõnumeretur inter patronos, qui poſſint de iure præſentare, & uideatur quodammodo iure
30 præſentandi pro illa uice priuatus, quia † inter præſentatũ, & præſentãtem debet eſſe differentia d. c. per noſtras, ſicut inter inſtituentem, & inſtitutum, ut in c. fin. de inſtitu. cum ſimilibus ibi allegatis, ergo præſentatio facta à duobus de dicto domi. Vincentio dicetur à maiori parte facta. Secundo reſpondeo, eam alio reſpectu à maiori parte factam dici
31 debere, † quoniam cum ipſe do. Vincentius unus ex patronis uocem habentibus fuerit præſentatus à duobus compatronis, & poſt præſentationem de ipſo factam conſenſerit præſentationi, illamque acceptauerit, ille ſuus conſenſus computatur pro una uoce, ex quo aliqui ſunt patroni, qui diſcordant, & alium præſentauerunt, nam quamuis quis ſe ipſum non poſſit præſentare, ut d. c. per noſtras, tamen quã do iam eſſet præſentatus ab uno, uel à pluribus compatronis, poſſet præſentationi conſentire, & eam acceptare, illeque conſenſus ſuus connumeraretur pro una uoce, ubi eſſent alij patroni diſcordes, ut quia alium præſentauerint, ueluti in terminis uoluit Audr. Barba. ſummus canoniſta in conſi. 33. incip. ſcripſit pſalmiſta, in pen. col. in 2. uolumi. qui allegat glo. in terminis in c. conſuluit de iure patrona. & hoc tenuit Abb. in c. cum in iure in pen. col. de electio. & ſequuntur Moderni præfati in d. tracta. in uerb. honorificũ in 4. q. in uerſ. circa aliud, an quis poſſit præſentare ſe ipſum &c. ¶Secundo non obſtat, quòd præſentatio facta de domino Vincentio facta fuit de non idoneo, ergo præferẽdus eſt do. Hieronymus, qui eſt omni reſpectu idoneus, & immiſſus fuit in poſſeſſionem per text. in c. quod autem de iur. patrona. quia reſpondetur, ut ex præmiſſis colligitur, quòd do. Vincentius ad huiuſmodi beneficium ſimplex dicitur idoneus de iure communi, uel ſaltem effectus eſt idoneus ex diſpẽſatione epiſcopi, ut ſupra dictum fuit, & col-
32 ligetur ex infra dicendis: Et † ſufficit ad hoc, ut præſentatio ualeat, quòd præſentatus ſit idoneus, quamuis alius reperiatur magis idoneus, ut habetur pulchrè per Abb. & alios in d. c. quoniam de iure patrona. & ideò cum dominus Vincentius ſit idoneus, & fuerit præſentatus, & inſtitutus ab epiſcopo, & immiſſus in poſſeſſionem ante dictum dominum Hieronymum, ſequitur, quòd dominus Vincentius illi eſt præferendus, & eo potior eſt, quia fuit prior, ut infertur in d. c. quod autem. Præterea ille tex. uidetur uelle, quòd ſecundo præſentatus, ſi idoneus ſit, præferatur primo præſentato, qui non erat idoneus, ex quo ſecundus præſentatus fuit immiſſus in poſſeſſionem, & primo præſentatus minimè, ergo infertur, quòd ſi primo præſentatus fuiſſet inſtitutus, & immiſſus in poſſeſſionem ante, quam alius ſecundo loco eſſet præſentatus, & inſtitutus, primo præſentatus eſſet præferendus, & maximè ſi poſſet dici idoneus. ¶Vltimo non obſtant alia ſupra pro cõtraria opinione adducta, quæ omnia ad idem tendunt, uidelicet, quod uoluntas teſtatoris, qui appoſuit qualitates, & conditiones in fundatione beneficij, ut quod beneficium eſſet ſacerdotale, uel aliter diſponendo, debeat in forma, & ad unguem obſeruari, quia in traditione rei ſuæ quilibet poteſt legem, quã uult, apponere, dummodo non improbatam à iure, & maximè quia cuſtodiendæ, & ſeruandæ ſunt uoluntates patronorũ fundantium, & dotantium eccleſias, & beneficia, ne, ſi contrarium fieret, laici retraherentur à fundationibus, & dotationibus eccleſiarum, ad quas potius ſunt inuitandi fauoribus, priuilegiis, & gratiis etiam contra ius commune d. c. quoniam, & habetur in c. cum dilectus per Abb. & alios de iure patrona. & arg. d. clem. quia contingit in princ. de religio. domib. cum ſimilibus ſupra allegatis, quia primo po-
teſt reſponderi, quòd † prædicta poſſent procedere, quando conditiones, & qualitates adiectæ in fundatione beneficij per teſtatorem, & patronum fuiſſent tempore fundationis receptæ, & admiſſæ per epiſcopũ, qui expreſsè conſenſiſſet, ut tales conditiones, & qualitates ſeruarentur, ſic ſtatuendo, & diſponendo: uel quando ex priuilegio, ſeu ſtatuto, uel conſuetudine eſſent approbatæ, & confirmatæ, ut in terminis uoluit Fel. in d. c. cum acceſſiſſent in 7. col. de conſtitutio. & faciunt plenè not. per do. Anto. Abba. Ioan. de Imol. & doct. communiter in d. c. cum dilectus de conſuet. & per Abb. in c. ſignificatum de præbend. cum ſimilibus plenè ſupra allegatis: ſola enim diſpoſitio, & uoluntas teſtatoris non ſufficeret, niſi epiſcopus expreſsè conſenſiſſet, ut iam dixi: Sed in caſu noſtro non apparet niſi de ſimplici uoluntate teſtatoris expreſſa in teſtamento ſuo, ergo &c. Secundo reſpondeo, quòd poſito, ſed non conceſſo interueniſſe conſenſum etiam epiſcopi in fundatione ſuper hoc, uel ſaltem ex diuturnitate temporis præſumi interueniſſe per ea, quæ habentur per Abb. in d. c. cura in 2. glo. de iur. patrona. cum ſimilibus ſupra allegatis, tamen dico, quòd prædicta procederent, quando † ſolus hæres patroni, uel ſolus epiſcopus uellet contra uoluntatem, & diſpoſitionẽ teſtatoris uenire, non obſeruando qualitates, & conditiones in fundatione beneficij adiectas, & ad hoc omnia ſupra in contrarium allegata tendunt, ſed quando hæres patroni, & teſtatoris unà cum epiſcopo hoc uellet facere, ipſi de iure contra uoluntatem, & diſpoſitionem teſtatoris uenire, & conditiones, ac qualitates adiectas, & annexas beneficio immutare poſſe uidentur, ut in terminis uolunt Abb. & cæteri in c. cum acceſſiſſent de conſtitutionibus, & in d. c. cum in cunctis §. inferiora, & d. c. præterea de æta. & quali-ta. & not. per glo. in clemen. generalem de ætate, & quali-ta. in d. c. ſi eo tẽpore, & in d. c. ex eo, & latius dicam in ſequ. articulo: Nam patronus circa ſpiritualia poteſt cum cõſenſu epiſcopi diſponere, uel melius loquendo, † epiſcopus poteſt circa ſpiritualia diſponere alterando qualitates, & conditiones beneficio annexas cum conſenſu patronorũ, ut in d. c. cum dilectus, & ibi doct. de conſuetud. in d. c. edoceri,

33 34 35

ceri,& ibi Abb.de reſcript.in d.c. ſignificatum de præben.
36 quod confirmatur,nam † ſi per epiſcopum poteſt conſen-
tiente patrono in totum iuri patronatus præiudicari,ut uo-
lunt doct.omnes in d.c.cum acceſſiſſent de conſtitutio.poſt
Calder.ibi,& habetur per Moder.in d.tract.in uerb.hono-
rificum in 3.q. qui multa ad propoſitum cumulant, item ſi
37 † per patronum poteſt ſupprimi ius patronatus, & illi renũ
tiari in totũ,ita quòd eccleſia remaneat libera, ut in c.illud,
& ibi Abb.& alij de iure patrona. ergo à fortiori patronus
cum conſenſu epiſcopi,uel ècontra poterit tollere,ſeu alte
rare cõditiones,& qualitates in beneficio appoſitas: ita di-
cunt præfati Moder.in d.tract.in uerb.pro eo in 12.q. Præ-
terea poſito, quòd patronus cum epiſcopo, uel ècontra nõ
poſſit in totum tollere conditiones, & qualitates annexas
beneficio,per rationes, & iura ſupra in contrarium addu-
ctas,& adducta,maximè per tex.in d. clemẽ.quia contingit
in princ.cum ſimilibus, quæ iura,& rationes in caſu iſto lo-
38 quuntur, & procedunt, tamen † epiſcopus cum conſenſu
patroni poteſt pro una uice tantum alterare qualitates, &
conditiones beneficio adiectas diſpenſando cũ clerico cir-
ca ætatem, ſeu circa ordines, ut notabiliter uoluit Felin.in
d.c.cum acceſſiſſent in 7.& 8.col.ubi ita dicit ſe conſuluiſſe
39 Ferrariæ,& pro hoc faciunt † not.per Anto.de Butr.in c.ſi.
ante medium uerſi.Vincentius autem &c. extra de teſtam.
qui dicit, quòd relictum pro anniuerſario ex cauſa poteſt
pro una uice ad aliud expendi, & poſtea ad ſolitum debitũ
40 rediri: Et doct.communiter concludunt, † quòd ex cauſa
utili,ſeu iuſta epiſcopus poteſt etiam in totum tollere qua-
litates,& cõditiones beneficio adiectas,ut per Abb.& alios
in d.c.cum ueniſſent,& ita tenet ibi Feli.in 7.col.maximè in
uerſi.ſecundo &c.ac etiam per eundem Abb.& alios in d.
c.cũ in cunctis §.inferiora:ergo magis poterit pro una uice
tantum ex cauſa iuſta hoc facere, quia ſic minus præiudica
41 tur, & fit contra uoluntatem patroni fundatoris: & † quòd
ex cauſa epiſcopus poſſit ſaltem pro una uice tollere,& ſup
primere in terminis noſtris diſpenſando, quòd etiam cleri-
cus in minoribus ordinibus cõſtitutus minor 14. anno poſ-
ſit admitti ad beneficium, quod habet annexum ordinẽ ſa-
crum,ſeu ſacerdotalem etiam ſine cõſenſu patroni, uoluit
Abb.in d.c.præterea de æta.& qualita. & glo. in d.c.ex eo,
42 & in d.c.ſi eo tempore,& dicam in ſequenti dubio: † Iuſta
autem cauſa hoc faciendi eſſe poteſt in terminis noſtris, ut
ille,qui erat de caſata,& de patronis, qui fundauerunt be-
neficium,poſſit ad illud admitti,& cæteris clericis extraneis
præferri,prout magis conueniens, & iuſtum eſt, magiſque
intereſt eccleſiæ,ut plenè dixi ſupra per not. per glo.in d.c.
neminem 70.diſtinc.& ibi Archi. cum ſimilibus,quæ ſupra
allegaui,& habetur per And.Barb.in conſ.23.incip.ſcripſit
propheta in 1.uolu.in 6.& 7.col. ex hac igitur cauſa potuit
epiſcopus ſaltem pro una uice diſpenſare cum dicto do.
Vincentio,ut poſſit ad huiuſmodi beneficium admitti, poſi
to,quòd illud ſit ſacerdotale,etiam ſine conſenſu patrono-
rum,quoniam iuſta cauſa operatur, ut ſolus epiſcopus per
ſe hoc poſſit facere,ad tradita per Abb. & ibi Felin. in d.c.
cum acceſſiſſent ergo multo magis hoc poterit cum con-
ſenſu patronorum, ut fatentur omnes ſcribentes. Nec ob-
ſtat,quòd hæres patroni non poteſt uenire contra factum
defuncti iuribus vulgaribus ſupra allegatis,quia cum aucto
re epiſcopo hoc faciat,non uidetur ei imputandum, arg.l.
iuſtè poſſidet ff.de acquir. poſſ. & eorum, quæ habentur in
c.conquerente extra de reſtitu. ſpolia.ita dicit Felin.in d.c.
cum acceſſiſſent,in 7.col. & hæc ſufficiant quoad hoc pri-
mum dubium.¶ Capio ſecundum dubium, poſito, quòd in
terminis noſtris beneficium dicatur eſſe ſacerdotale, an
epiſcopus potuerit de iure diſpenſare cum domino Vincẽ
tio minore 14.anno in minoribus conſtituto, ut ad benefi-
cium illud potuerit admitti: & non potuiſſe uidetur prima
facie dicendum, quia uoluntas teſtatoris lex eſt,& pro lege
obſeruanda §.diſponat in authẽ. de nup.c. ultima uoluntas
43 13.q.2.cum ſimilibus, ſed † epiſcopus non poteſt regulari-
ter aliquid contra legem etiam diſpenſando, quia inferior
non poteſt tollere legem ſuperioris c. dilectus de tempor.
ordin.c.quod ſuper his de maior,& obedien. Et dicit Hoſt.
44 in c.1.de ſupplend.negligen.prælato. in 6. † quòd ubi cano
nes legem imponunt,epiſcopi non diſpenſant, niſi id ſpeci
ficè reperiatur ſibi cõceſſum; & ita refert, ac ſequitur Abb.
in c.at ſi clerici in §.de adulteriis de iudic.in 4.colũ.ubi etiã
45 ſubiungit, † quòd epiſcopus non poteſt diſpenſare, niſi in
caſibus,in quibus reperitur ſibi expreſsè permiſſum,& cõ-
ceſſum,niſi adeſſet maxima,& urgens cauſa, ad quod alle-
gat do.de Rota in deciſio.ſua 255.ergo ſequitur, quòd in
caſu noſtro epiſcopus non poterit aliquo modo diſpenſare
contra uoluntatem defuncti iure non improbatam, & quæ
de iure ſeruari poteſt,niſi id faciat ex cauſa: ita arguunt in
propoſito Moderni in d. tracta. in uer. pro eo &c. in 15.q.
46 Præterea,ut dictum fuit ſupra, † uoluntas teſtatoris eſt ſer
uanda in forma ſpecifica c.nos quidem de teſtam.l. legatũ
ff.de uſufruc.lega.& clem. quia contingit in princi. de reli-
47 gio.domi.ergo † epiſcopus illam immutare non poterit di-
ſpenſando etiam pro una uice: alioquin non diceretur uo-
luntas teſtatoris in forma ſpecifica adimpleri, & ita arguũt
Petr.de Anch.& Ioan.de Imol.in d.c. nos quidem, & per
hæc, & plura alia ita uidentur tenere Moderni in d.q.15.
circa finem illius. ¶ Tertio hanc opionem confirmo ex his,
48 † quæ uoluit glo.notabilis in c.1.in 1.reſpon.de filiis præ-
sbyter.in 6.in uerb.tale, uolens, quòd epiſcopus non poſſit
cum eo, qui patitur defectum natalium diſpenſare in bene
ficio,quod habet curam animarum, ſeu in ſimplici benefi-
cio,quod habet annexum ordinem ſacrum, nam ex quo cũ
eo per epiſcopum non poteſt diſpenſari in ordine ſacro,nõ
poterit etiam in beneficio habente curam annimarum, ſeu
ordinem ſacrum annexum diſpenſari: infertur ergo ex idẽ
49 titate rationis,quòd † per epiſcopum non poterit diſpenſa-
ri cum eo,qui patitur defectum ætatis in beneficio habente
annexum ordinem ſacrum,quoniam cum minore 14.anno
epiſcopus non poteſt diſpenſare in ordine ſacro,ut in clem.
generalem cum glo.de æta.& qualita.in uerb. anno in fin.
ergo nec in beneficio habente annexũ ordinẽ ſacerdotalẽ.
50 ¶ Præterea & quarto † licet epiſcopus poſſit diſpenſare cũ
eo,qui patitur defectũ ordinis, ut habetur in c. uno de æta.
& qualita.in 6.in c.præterea,& ibi no.de æta. & qualita.itẽ
& cum eo,qui patitur defectum ætatis, ut in d.c. præterea,
c.ex ratione,c.indecorum de æta.& qualita.& no. in c.cum
in cunctis §.inferiora, & in c.cum dilecti de electio. tamen
cum eo,qui utrunque defectum pateretur, uidelicet ordi-
nis,& ætatis,epiſcopus non debet poſſe diſpenſare,quia hoc
plus eſt,quam diſpenſare ſuper altero defectu tantum: Nã
51 cum † diſpenſationis materia ſit odioſa,& reſtringibilis c.2.
de filiis præsbyte.in 6.iura loquentia de caſu ſimplici non
habebunt locum in caſu mixto, argumen. not.per Bartol.
Alex.& alios in l.2.in princ.cum ſimilibus ibi allegatis ff.de
uerb.oblig.ſed in caſu noſtro dominus Vincentius patitur
vtrunque defectum,uidelicet ætatis, & ordinis, ex quo ſu-
mus in beneficio,quod habet annexum ordinem ſacrum,
ergo epiſcopus cum illo non potuit diſpenſare: & prædi-
52 cta confirmantur maximè tenendo,quòd † quamuis epiſco
pus poſſit diſpenſare in ordine,non tamen in ætate, maxi-
mè hodie,ut uoluit glo.in c. licet canon de electio.in 6. &
in d.c.cum dilecti,ibique doc.quia longe maius eſt pati de-
fectum in ætate,quam in ordine, ut uoluit glo.1. in c.unico
de æta.& qualita.in 6. & hoc uidetur uerius: Vnde cum in
caſu noſtro dominus Vincentius pateretur defectum æta-

tis,&

tis, & ordinis, epiſcopus cum eo non potuit diſpenſare. ¶ Sed contrariam ſententiam dico eſſe ueriorem, ut in terminis noſtris in indiuiduo tenuit Abb. in d.c. præterea de
53 æta.& qualita.dicens, † quod cum minore 14.anno qui nõ poteſt ad ſacros ordines promoueri ad tex.in d.cle.generalem epiſcopus cum cauſa iuſta poteſt diſpenſare in beneficio ſimplici non habẽte adminiſtrationem, quod habet ordinem ſacrum annexũ ex ſtatuto, ſeu priuilegio, uel ex conſuetudine, idem tenet Abb.& ſequuntur alij in d.c.cum acceſiſſent, & ibi Felin.in 7.& 8.col.maximè quando pro una uice tantum uellet diſpenſare, & conditiones, ac qualitates adiectas beneficio alterare, idemque uoluit ipſe Abb.in d. c.cum in cunctis in §.inferiora: Sed in caſu noſtro extabat iuſta cauſa diſpenſandi cum domino Vincentio, quia ipſe eſt de caſata, & ſanguine illorum, qui altare, & beneficium erexerunt, ut ſupra dixi, ergo &c. Nec obſtat ſecundum Abb.in d.c.præterea id, quod not. glo. in d.c. licet canon, quòd epiſcopus nec ſuper ætate, nec ſuper beneficio habẽte ordinem ſacrum annexum diſpenſate poteſt, quia reſpõ-
54 detur, quod † ille tex. cum ibi not. procedit in beneficiis requirentibus certam, & determinatam ætatem, uidelicet in beneficiis habẽtibus curam animarum annexam, in quibus certum tempus determinatum tempore promotionis requiritur, ut ibi, ſed nos loquimur in beneficio ſimplici nõ habente adminiſtrationem, nec curã animarum, in quo nõ requiritur certa, & determinata ætas tempore promotionis, quia ſi illud habeat ordinem ſacrum annexum, epiſcopus in eo poterit diſpenſare, ut ibi per Abb. Non obſtant not. per Ioan.Andr.in d.clem.generalem in glo. ubi dicit, quòd epiſcopus non poteſt in ætate reſpectu ordinis diſpẽſare, quia reſpondetur ſecundum Abb. in d.c. præterea,
55 † quòd reſpectu ordinis epiſcopus non poteſt diſpenſare, ut ante debitam ætatem promoueri poſſit, quia ſic diceretur diſpenſare non ſolum ſuper defectu ordinis, ſed etiam ſuper ætate, quod ipſi epiſcopo non eſt conceſſum, neque permiſſum, ut dictum eſt ſupra per not. per glo. in d.c.licet canon, & in d.c.uno de æta.& qualita.in 6.ſed quantum ad hoc, ut poſſit quis promoueri ad beneficium, quod habet ordinem ſacrum annexum, epiſcopus non poteſt ex cauſa iuſta diſpenſare, quamuis ille ordo ſacer requirat certam ætatem, quoniam tunc non dicitur diſpenſari ſuper ætate, ſed ſolum ſuper ordine, quando ille, cum quo diſpenſatur, erat ſaltem in ſeptennio conſtitutus, in qua ætate quis dicitur idoneus ad beneficium ſimplex, uel uti ſupra dictũ fuit: Sed in caſu noſtro dominus Vincentius erat tempore promotionis annorum 13.& ſic in ætate habili ad huiuſmodi beneficium, ergo cum illo epiſcopus potuit de iure diſpenſare, ut dicit Abb.in d.c.præterea, quia ſic diſpenſando nõ dicitur diſpenſare in ætate, quia in ætate habili ad huiuſmodi beneficium erat cõſtitutus, arg.not.in c.ſi eo tempore de reſcrip.in 6.ſed ſolum ſuper defectu ordinis, quod quidem eſt epiſcopo conceſſum d.c. præterea cum ſimilibus ſupra allegatis: Et cum in caſu noſtro extaret iuſta cauſa, propter quam cum domino Vincentio eſſet diſpenſandum, uidelicet, quia ipſe erat de caſata, & ſanguine patronorum, & cõſequenter eſſet cæteris extraneis præferendus, per ea, quæ ſupra plenè dixi, ſequitur, quòd epiſcopus ſolus etiã abſq; conſenſu patronorum diſpenſare potuit, ut uoluit Abb. in d.c.præterea, qui non requirit conſenſu alicuius alterius, & clarius hoc uoluit Abb.poſt alios in d.c.cum ueniſſent de conſtitu.ibique Felin.qui ad hoc ponderat uerba Abbatis ibi in 7.& 8.colum. & idem Abb. in d.§. inferiora. Multo magis ergo hoc dicendum erit, ſi in caſu noſtro diſpenſatio facta fuiſſet cum conſenſu patronorum, quoniam epiſcopus cum minore 14.anno in beneficio ſimplici non habente adminiſtrationem, quod habet ordinem ſacrum annexũ, potuit diſpenſare, ut tenent docto. communiter in d.c cum ueniſſent, ibique Felin.ac etiã in d.§. inferiora. Quare ſiue dicamus conſenſum patronorum interueniſſe in diſpenſatione epiſcopi, ſiue non, legitimè dicetur cum dicto domi-
56 no Vincentio diſpenſatum. Suadentur prædicta, nam † ſecundum doct.magis communiter, ut dicit Specul.in titu.de diſpenſa.in §.nunc de epiſcoporum in 11.colum.uerſic.& propter hoc &c.epiſcopus põt diſpẽſare, ubicunq; nõ reperitur prohibitus, ut ibi per plura iura, & habetur in d.c.at ſi clerici per gl.& doct.in §.de adulteriis de iudic. nam apoſtolus dicit omnia mihi licẽt c.aliud 11.q.1.nec obſtat d.§. de adulteriis, ut ibi no.per gl.Sed in caſu noſtro non reperitur epiſcopus prohibitus diſpenſare, immò uidetur permiſſus, cum diſpenſatio dicatur fieri reſpectu ordinis, & nõ reſpectu ætatis, ut in d.c.præterea, ibique Abb. ergo epiſcopus poterit de iure diſpenſare per ſe etiam abſque conſenſu patronorũ, & ex his reſpõſum eſt primo argumento ſupra pro contraria opinione facto. ¶ Præterea forte non er-
57 raret, qui diceret, † quòd etiam ſolus epiſcopus ſine conſenſu patronorum potuerit cum dicto domino Vincentio diſpenſare, ut ex prædictis poteſt inferri, & uidetur eſſe de mente Abb.in d.c.cum ueniſſent, ibique Feli.in 8.& 9.col. ubi plura adducit, quæ inferre uidentur, quòd epiſcopus ex cauſa poſſit diſponere de beneficio patronali aliter, quam eius natura exigat etiã inuito patrono, ut ibi: ſed in hoc caſu extabat iuſta cauſa diſpenſandi, quia dominus Vincentius erat de caſata, & de ſanguine patronorum, qui beneficinm fundauerũt, ut ſupra dictum fuit maximè in fine primi dubij, ergo &c. Suaderi etiam hæc poſſunt, quoniam per diſpenſationem huiuſmodi in caſu noſtro nullum præiudiciũ graue potuit inferri patronis, nec iuri præſentandi ipſorũ, immò interfuit ſua potius dictum dominum Vincentium admitti, quam dictum Hieronymum extraneũ, ex quo erat de caſata, & de ſanguine patronorum, immò unus de patro-
58 nis, per ſupra ſæpius dicta. Et † ratione præiudicij, quod poteſt inferri patronis, ſeu iuri præſentandi ipſorum in actibus, qui fiunt de beneficio patronato, debet requiri, & inter-
59 uenire conſenſus patronorum. Hinc uidemus, † quod in unione, quæ fieret de eccleſia patronata, requiritur conſenſus patroni, ad tradita per Cardina.in clemen.fin.in princi. in fina.uerb.de reb.eccleſ.non alienan.& per Felin. in d.c.
60 cum acceſſiſſent colum.7.qui plures allegat: idem † in ſubiectione, quæ fieret de eccleſia patronata, ut per Cardin.in clem.2.in 11.not.de religio.domib.ſimiliter in permutatione, quæ fieret de beneficio patronato, ut per Cald.in conſi. 2.in titu.de rer.permuta.cum multis ſimilibus quæ allegat ad hoc Felin.in d.c.cum acceſſiſſent in fi.7.col.eodem mo-
61 do, † ſi epiſcopus uellet eccleſiam patronatam ſimplicem erigere in collegiatam, ut per Bald.in l.ſi quis præsbyter in 3.not.C. de epiſco.& cleri.aut uellet illam erigere in cathedralem ſecundum Petr.de Anch.in c. cum inferior de maiorit.& obedi.& per Felin.in loco præallegato, nam in his
62 caſibus requiritur conſenſus patronorum, & † ſecundum aliquos etiam in alienatione rerum eccleſiæ, iuxta ea, quæ habentur in c.filiis 16.q.ulti. & in c. cum & plantare §. in eccleſiis de priuilegiis: quamuis in hoc ultimo plures contrarium teneant, ut per Andr.Barba.in d.c.cum acceſſiſſent in 7.col.ſed primum eſt de mente Specul.in tit. de emptio. & uenditio.in §.ulti.uerſi.cæterum, quoniam ex illis actibus fit præiudicium patronis, & iuri præſentandi, ut in c.nobis cum ibi not.de iur.patro.ac etiam eccleſiæ, quæ ſic dicitur quandam quaſi capitis diminutionem pati, ut per Cardin. in d.clem.fin.de rebus eccleſ.non alienan. quod non contingit ex diſpenſatione facta per epiſcopum, per quam habilitatur quis ad beneficium ſimplex, quod habet annexum ordinem ſacrum, & maximè quando habilitaretur is,

qui

qui eſſet de caſata, & ſanguine fundatoris per prædicta.
63 ¶ Hoc etiam demonſtratur alia ratione, nam † ius patroni eſt limitatum ſolum ad actum præſentationis, ut in c. nobis, & c. fin. de iure patrona. item ad actum percipiendi alimenta, ſecundum quod habetur in d. c. nobis, & in c. quicunque 16. q. 7. Item quo ad actum proceſſionis, ut in d. c. nobis, & in c. piæ mentis cum ſequen. 16. q. 7. & habetur per docto. omnes in rubr. de iure patrona. Item eſt limitatum in prouidendo, ne ſine cauſa eccleſiæ ſtatus mutetur, & quodammodo quaſi capite minuatur, ut quòd nõ uniatur, uel ſubiiciatur alteri eccleſiæ, uel erigatur in cathedralem, uel collegiatam, ut iam dictum fuit, adducendo caſus, in quibus requiritur conſenſus patronorum, quando perpetuò mutaretur, & alteraretur ſtatus, ſeu qualitas, uel natura, & conditio eccleſiæ, non autem reperitur limitatum ius patroni ad actum diſpenſandi, quando per diſpenſationem non perpetuò mutaretur, ſeu alteraretur, ſed ad tempus, & pro una uice tantum, ergo ad hunc actum non debet extendi ius patroni, ut requiratur eius conſenſus in diſpenſatione huiuſmodi, quia quod non dixit canon, nec nos debemus dicere, argumento c. ad audientiam de decim. & in l. unica §. ubi autem C. de cadu. tollẽ. l. ſi ſeruum §. non dixit prætor ff. de acquir. hæredi. l. illam C. de collatio. quinimmo de iure in caſu iſto diſpenſatio, ſeu ius diſpenſandi ipſi epiſcopo expreſsè uidetur permiſſum, ex quo dicitur fieri diſpenſatio pro una uice, & non perpetuò ſolũ reſpectu ordinis, & non ætatis, per ea, quæ ſupra dixi, argumento d. c. præterea cum ſimilib. & ideò uidetur, quòd in illa non requiratur uolun-
64 tas, nec cõſenſus, ſeu præſentia alicuius, quia † diſpenſatio, quæ dicitur gratioſa, debet eſſe libera, argumento l. donari ff. de donatio. & ideò ad illam non debet aliquis citari, nec in ea requiritur præſentia alicuius, ſed dependet à mera liberalitate diſpenſantis, ut uoluit Bal. in addi. ad Specul. in tit. de diſpenſatio. Innoc. & Ioan. Andr. in c. ueniens de filijs præsbyte. & Specul. in d. tit. de diſpenſa. in §. qualiter uerſi. dicunt autem &c. Quicquid autẽ ſit, ex quo in caſu noſtro interuenit conſenſus patronorum in huiuſmodi diſpenſatione mediantibus eorum procuratoribus, ad quorum petitionem, & inſtãtiam facta fuit diſpenſatio per epiſcopum de dicto domino Vincentio, qui conſenſit dictæ diſpenſationi, & illi fuit præſens, eam ab epiſcopo petendo, & acceptando, cuius conſenſus pro una uoce connumeratur, & computatur, maximè quo ad actum petendi diſpenſationem, ueluti dixi in primo dubio in reſponſione primi contrarij per plura, quæ ibi allegaui, & argum. not. per Abb. in c. per noſtras de iur. patrona. ceſſant difficultates proximè relatæ, quoniam omnes docto. conueniunt in hoc, quòd interueniente cõſenſu patronorum epiſcopus in caſu noſtro poſſit diſpẽſare taliter, quòd ſimplex clericus in minoribus conſtitutus poſſit admitti ad beneficium ſimplex, quod habet ordinem ſacrum annexum etiam abſque alia iuſta cauſa, ut per Abb. & omnes in d. c. cum acceſſiſſent. Videndum tamen eſt, an in caſu noſtro dicatur interueniſſe conſenſus patronorum legitimus, & ſufficiens, ex quo interuenit mediantibus eorum procuratoribus, & an dicti procuratores ſufficiens mandatum ad hoc habuerint, de quo in ſequenti dubio dicetur. ¶ Et ſequendo hanc opinionem aliis in contrarium adductis poteſt reſponderi, & præſertim dum dicebatur, quòd uoluntas teſtatoris pro lege eſt ſeruanda, & in forma ſpecifica, ergo epiſcopus contra illam non poterit diſpenſare, ſicut non diſpenſat contra legem, ſeu canonem,
65 nam † hoc uerum eſſet, quando uellet epiſcopus diſpenſatiuè contra diſpoſitionem teſtatoris uenire, illam in totum ſupprimendo, ſecus ſi pro una uice tantum, alterando diſpoſitionem teſtatoris, & maximè quando hoc faceret cum conſenſu patronorum, per ea, quæ uoluit Calde. & clarius Felin. in d. c. cum acceſſiſſent in 7. colum. & dictum eſt ſu-
66 pra. Præterea † epiſcopus diſpenſando pro una uice non dicitur impugnare, nec tollere uoluntatem teſtatoris, nec canones, niſi expreſsè à canone, ſeu à iure ipſi epiſcopo eſſet interdicta poteſtas diſpenſandi, ut dicit Specul. in tit. de diſpenſatio. in loco præallegato: Vnde diſpenſatio dicitur prouida iuris communis relaxatio, ſeu eſt rigoris iuris canonicè facta relaxatio, ut not. per glo. in §. niſi rigor 1. q. 7. ¶ Non obſtat tertium fundamentũ, quod prima facie multum uidetur ſtringere de notatis per gl. in c. 1. de filijs presbyte. in 6. in uer. tale, ut ſupra induxi, quia fateor id, quod uult ibi gloſ. uidelicet, epiſcopum nõ poſſe diſpenſare cum eo, qui patitur defectum natalium in beneficio, quod habet annexum ordinem ſacrum, quoniam ex quo cum illo non poteſt diſpenſari in ordine ſacro, non poterit etiam di-
67 ſpenſari in beneficio habente ordinem ſacrum, † ſed cum alio, qui defectum natalium non pateretur, epiſcopus benè poterit diſpenſare in beneficio habente ordinem ſacrum annexum, nam cum tali poteſt diſpenſare in ordine, ut in c. præterea de æta. & qualit. cum ſimilib. ſupra allegatis, ergo & in beneficio habente ordinem ſacrum annexum diſpenſare poterit: Et ſic non poſſumus inferre ex ijs, quæ ponit gloſ. in d. c. 1. ad caſum noſtrum, quoniam ex diuerſis non
68 eſt bona illatio, iuribus uulgarib. † longè enim maius eſt pati in natalibus, quàm in ætate, itẽ quàm in ordine ſolo, quoniam qui patitur in natalibus, eſt omnino incapax ordinis, & beneficij, ut per totum extra de filijs presbyte. ſed qui patitur in ordine, ſeu in ætate reſpectu ordinis ſacri, non dicitur omnino incapax, quia ad aliqua beneficia poteſt admitti, ut not. in d. c. ſi eo tempore cum ſimil. facit etiã id, quod nota. gloſ. in c. unico de æta. & qualita. in uer. canonicam, quæ præſupponit maiorem eſſe defectum natalium, quàm ordinis, ſeu ætatis, & habetur etiam per gloſ. in d. c. 1. de filijs presbyte. in 6. in uer. ſedis. ¶ Non obſtat quartum, & quintum argumentum, quia illa procedunt, quando per epiſcopum diſpenſaretur in ætate, & in ordine ſimul, uel ſaltem in ætate, quoniam epiſcopus tunc non poteſt de iure diſpenſare, ut ſupra, ſed in caſu noſtro epiſcopus ſolũ dicitur diſpenſare in ordine, ſeu ſuper defectu ordinis, qui erat annexus beneficio, non autem ſuper defectu ætatis, nam ætas erat legitima reſpectu beneficij ſimplicis non habentis adminiſtrationem, cũ maior ſeptennio dicatur idoneus, ut habetur in d. c. præterea per Abb. & in d. c. ſi eo tempore, & in d. c. ex eo cum gloſ. & ideò in caſu noſtro cum do. Vincentius eſſet 13. annorum, ſecum dicitur diſpenſari nõ reſpectu ætatis, ſed reſpectu ordinis ſacri tantum, quem beneficium habebat annexum, quæ diſpenſatio reſpectu ordinis epiſcopo de iure dicitur permiſſa, ut in d. c. præterea, ibique Abb. & fatentur omnes docto. ¶ Venio ad tertium dubium, an patroni in caſu noſtro legitimè dicantur conſenſiſſe mediantibus eorum procuratoribus, & conſequenter, an procuratores dicantur ſufficiens mandatum habuiſſe, an uerò neceſſarium fuerit ad hoc ſpeciale mandatum: Et uidebatur dicendũ, quòd ex quo agi uidebatur de præiudicio eccleſiæ, quod patet, quia ad tollendum, & alterandum qualitates, & conditiones annexas beneficio neceſſarius eſt conſenſus patronorum, ut per Cald. Abb. Imol. &
69 alios in d. c. cum acceſſiſſent de conſtitutio. † qui conſenſus patronorum non adhibetur, niſi in actibus eccleſiæ præiudicialibus, ut in d. c. filiis 16. q. 7. & probatur ex iis, quæ ſupra dicta ſunt de unione, & ſubiectione eccleſiæ, ac de aliis, neceſſarium fuerit ſpeciale mandatum, non autẽ ſatis fue-
70 rit generale, ſicut dicimus † ad præſentandum debere dari ſpeciale mandatum, & non ſufficere generale cum libera, ut in c. dilecto extra de teſtib. & ibi ponderat Felin. & habetur per Paul. de Caſ. in cõſi. 57. incip. uenerabilis uir &c. & ratio

71 & ratio poteſt eſſe,nam , † diſpenſatio dicitur eſſe gratia,&
procedere ex quadam liberalitate gratioſa in caſu noſtro,
& ſic uidetur quædam donatio,argumento eorum,quæ uo
luit Bal.in additio. ad Specul.in tit.de diſpenſa. & c.conſul-
tationibus extra de donatio. & per Abb.in c.ſuſcitata in 2.
col.de reſtitu. in integr.gloſ.in clemen.2.de offic.uica.& in
72 c.relatum,ibique Imol.de præbend.Sed † ad donandum re
quiritur ſpeciale mandatum,ut in c.fi.de offic.uica. lib.6.l.
contra iuris §.ſi filius ff.de pact.& faciunt not.per Imol.in c.
73 fin.de conceſſio.præben. ergo &c. Præterea † ad peten-
dum diſpenſationem in perſonam electi requiritur man-
datum ſpeciale ,cum generale ad petendum confirmatio-
nem electi non ſit ſufficiens,ut per Abb. in d.c. ſuſcitata in
74 2.colum.per Innocen.in c. innotuit de electio. Item † ad
petendum , & impetrandum diſpenſationem ſuper natali-
bus ſpeciale mandatum requiritur,Specul.in tit.de procu-
ra. in §.1.in uerſ.24.& Bal. ibi in additio. Item & generali-
ter ad petendum diſpenſationem pro aliquo requiritur ſpe
ciale mandatum,ut in c.nonnulli de reſcrip.& per Specul.
in titu.de procurato.§.1.in uerſic.21.in 5. colum.
¶Sed prædictis non obſtantibus, contrarium eſt uerius, ui-
delicet,quòd patroni legitimè conſenſerunt diſpenſationi
factæ de do. Vincentio , ex quo Vincentius eſt unus de pa-
tronis,& ipſe petiit ſecũ diſpenſari,& duo alij patroni me-
diantibus eorum procuratoribus diſpenſationi factæ per
R. D.Vicarium conſenſerunt,& conſequenter diſpenſatio
facta dicitur cum conſenſu trium patronorum,& ſic maio-
ris partis eorum,cum tantũ eſſent quatuor patroni,ad quos
ius præſentandi ſpectaret, quia , ut dictum fuit proximè in
præcedenti dubio,conſenſus dicti Vincentij connumeratur
pro unà uoce ſaltem quo ad actum petendi diſpenſationẽ,
& conſentiendi diſpenſationi factæ, ueluti etiam dixi ſupra
in primo dubio circa reſponſionem primi contrarij : Sed
tota huius dubitationis difficultas dependet ab hoc dubio,
an in caſu noſtro procuratores , qui habuerunt mandatum
ſpeciale ad præſentandum cum clauſulis , de quibus in eo,
dicantur habuiſſe ſufficiens mandatum ad conſentiendum
dictæ diſpenſationi : Et quamuis ex præmiſſis uideatur di-
75 cendum,quòd non, tamen contrarium eſt uerius , † quia in
inſtrumento mandati facti per Iacobũ de Dõnolinis unum
ex patronis plura fuerunt ſpecialiter expreſſa,quæ exigunt
ſpeciale mandatum,uidelicet, quòd procuratores haberẽt
mandatum ad præſentandum, quod de iure exigit ſpeciale
mandatum,ut ſupra dixi, item ad petendum eum confirma
ri,& ad rectoriam altaris inſtitui, quod etiam requirit ſpe-
ciale mandatũ,ut per Abb.in d.c.ſuſcitata,& per Hoſtien.
in d.c.innotuit, item ad ſubſtituendum alium, ſeu alios pro
curatores,quod ſimiliter expoſcit ſpeciale mandatum,ut in
c.1.de procurato.lib.6.Et adiecta fuit clauſula generalis,&
ualde prægnans, uidelicet, & generaliter ad omnia,& ſin-
gula alia facienda, quæ ſpecialiter exigunt ſpeciale manda
tum,etiam ſi illa eſſent maiora expreſſis, & ad omnia geren
dum,& faciendum,quæ in prædictis,& circa prædicta fue-
rint quomodolibet neceſſaria , requiſita , & opportuna , &
quæ ipſemet conſtituens &c.Ex quibus infertur,quòd hu-
iuſmodi mandatum extendi debet etiam ad actum petendi
diſpenſationem,& ad illi conſentiendum,quãuis hoc man-
datum ſpeciale requireret per ea,quæ not. uoluit Ioan. de
Imol.in c.fi.de conceſſio. præben.per tex.in c.qui ad agen-
dum de procurato.in 6.qui dixit,quòd quamuis præſenta-
re requirat ſpeciale mandatum , ut ſupra , tamen ſi aliqua
fuerint ſpecialiter expreſſa, quæ mandatum expoſcunt ſpe
ciale cum clauſula illa generali, uigore illius mandati pro-
curator poterit præſentare , ergo & ſimiliter petere diſpen
ſationem,illique conſentire, quia hoc eſt minus,quam præ
ſentare, ad quod faciunt etiã ea , quæ habentur per domi.
Cardin. & Imol.in clem. non poteſt de procuratorib.quæ
uideantur. Præterea ultra illam clauſulam generalem , &
generaliter ad omnia alia, quæ poſſet facere dictus conſti-
tuens, etiam ſi eſſent talia,quæ requirerent ſpeciale manda
tum,& maiora expreſſis, adiecta fuit illa clauſula, & ad fa-
ciendum omnia,quæ in prædictis,& circa prædicta fuerint
quomodolibet neceſſaria,requiſita,& opportuna, per quã
clauſulam uidetur data poteſtas etiam petendi diſpenſatio
nẽ,& illi conſentiendi,quia in terminis noſtris,ex quo præ-
ſupponitur beneficium eſſe ſacerdotale,ad illud non pote-
rat admitti do. Vincentius in minoribus conſtitutus abſque
diſpenſatione,ut ſupra in aliis dubiis dictum fuit : et ſic di-
ſpenſatio dicitur de neceſſariis,& opportunis,ac de requiſi
tis ad ipſam præſentationem, & inſtitutionem , ſeu confir-
mationem faciendam de perſona do. Vincentij, ergo dici-
tur data poteſtas etiam petendi diſpenſationem : Et hoc
maximè dicendum eſt in caſu noſtro,ex quo ultra ſpeciali-
ter ſpecificata,quæ exigunt ſpeciale mandatũ, duplex clau
ſula generalis,& multum prægnans fuit in mandato expreſ
ſa : quæ duplex clauſula generalis , & geminata debet hoc
operari , quod non fuiſſet ſimplex clauſula generalis ope-
rata, argumento eorum, quæ habentur maximè per Felin.
in c.ſi cautio de fide inſtrumen. ¶Rurſus conſidero,quòd
quamuis ad imperrandam , & petendam diſpenſationem
nomine abſentis requiratur , quòd procurator habeat ad
76 hoc ſpeciale mandatũ per ea,quæ ſupra dixi,tamen † quan
tum ad conſentiendum ipſi diſpenſationi factæ per epiſco
pum,uel eius Vicarium ad inſtantiam , & petitionem domi
ni, qui conſtituit procuratorem , præſentis, & acceptantis,
ſufficiet generale mandatum cum libera , nec erit neceſſa-
rium mandatum ad hoc ſpeciale, quoniam iure cautũ non
reperitur , quòd ad conſentiendum diſpenſationi requira-
tur ſpeciale mandatum , ſed ſolum ad petendam, & impe-
trandam diſpenſationẽ nomine domini abſentis : Et ideò
quòd non reperitur iure cautum,& quòd non dixit lex,nec
nos debemus dicere,iuribus uulgarib.quæ aliàs ſupra alle-
gaui : nam generale mandatum ſemper ſufficit , niſi in iis
caſibus,in quibus lege,& iure cautum eſt,quòd ſpeciale re
quiratur,ut not.in l.pomponius in prin.ff.de procura. Spe-
cul.in tit.de actore in prin.col.14.in uerſ.ſed quid ſi pater,
&c. Quantum uerò eſt reſpectu mandati facti per Ioanni-
num de Donnolinis alterum patronũ non eſt opus inſiſte-
re,nec ſuper eo diſputare, quoniam ſpecialiter factum fuit
ad impetrandum, & petendum diſpenſationem, quatenus
beneficium eſſet ſacerdotale:Et hæc ſufficiant quo ad iſtud
77 dubium. ¶Capio ultimum,in quo concludo, † præſenta-
tionem , & inſtitutionem ſecundo loco factam de do. Hie-
ronymo de iure non eſſe ualidam , immò ipſo iure nullam,
in primis, quia facta fuit nõ citato nominatim ipſo domino
Vincẽtio prius præſentato,& inſtituto, argumento eorum,
quæ habentur in c.fi.de electio.lib.6.ubi gl.& doct. dicunt,
illum tex.cum ibi not. habere locum etiam in præſentatio-
78 ne. Præterea † dominus Vicarius, qui primo præſentauit,
proceſſit cum cauſæ cognitione,uidelicet citatis citandis,&
eo modo,quo de iure citari debebant,iux.tex.in d.c.fi.in fi.
& diffinitiuè pronunciando admiſit dictum Vincentium,
illumque inſtituit, ut in ſententia lata ad fauorem dicti do.
Vincentij apparet : Et propterea ſequitur,quòd talis pro-
nunciatio habet uim diffinitiuæ,& reuocari amplius non po
teſt per ipſum epiſcopum,ſeu eius Vicarium, ex quo ſemel
functus fuit officio ſuo diffinitiuè pronunciando , argumen
to l.iudex poſtquam ff.de re iudica. Ita dicit glo. in d.c.fi.in
uer.manes : ſecus ſi ſine cauſæ cognitione proceſſiſſet,quia
non haberet uim diffinitiuæ , ſed interlocutoriæ , ut ibi per
glo. Vnde ſequitur, quòd inſtitutio, & ſententia lata ſuper
præſentatione,& inſtitutione facta ad fauorem do. Hiero-
nymi

nymi non ualuit, tanquam lata ab eo, qui amplius nullam
habebat ſuper hoc poteſtatem, ex quo ſemel functus fuit
officio ſuo, argumento d.l. iudex poſtquam: Item quia di-
ſpenſatio ſemel facta reuocari non poteſt contraria uolun-
tate diſpenſantis, gloſ. in c. ex eodem de electio. in 6.
79 ¶ Rurſus † ſecunda præſentatio, & inſtitutio ualet poſt pri-
mam præſentationem, quæ habuit inſtitutionem epiſcopi,
quando prima præſentatio, & inſtitutio facta fuit de non
idoneo, alioquin ſi ſit facta de idoneo, ſecunda inſtitutio, &
præſentatio dicitur inualida, & nulla, ut in c. quod autem
de iure patron. ubi Abb. in uerſi. et aduerte &c. dicit, quòd
80 † ex ſola inſtitutione primus inſtitutus conſequitur ius ple-
num in beneficio, ut in c. ſi tibi abſenti de præben. in 6. ita,
quòd poſt illam inſtitutionem non ualet inſtitutio alteri fa-
cta etiam cum traditione poſſeſſionis, quamuis aliud ſit in
rebus prophanis, argumento l. quoties C. de rei uendicat.
ergo à fortiori ſecunda inſtitutio erit nulla, ſi primo inſtitu
tus fuit immiſſus in poſſeſſionem, ex mente Abb. ibi: Sed in
caſu noſtro do. Vincentius fuit idoneus ad huiuſmodi bene
ficium de iure communi, uel ſaltem ex diſpenſatione ſibi
conceſſa, quæ fuit legitima, & de iure ualida, ut ex præmiſ-
ſis apparet, ergo ſecunda inſtitutio nulla fuit. ¶ Nec obſtat,
quòd ſecūda inſtitutio debet dici ualida, ex quo prima fuit
ipſo iure nulla, & de eius nullitate notoriè cōſtabat, & ideò
ſecunda fieri potuit non citato dicto dom. Vincentio prius
præſentato per ea, quæ uoluit Bald. in conſil. ſuo 283. in 4.
uolu. et facit tex. in c. quoniam extra de filiis presbyt. quia
reſpondetur uerum non eſſe, quòd prima præſentatio, & in
ſtitutio fuerit nulla, immò ualida, & legitima, ut plenius ſu-
pra deductum fuit: Et poſito illam fuiſſe nullam (quod ne-
gatur) tamen non dicitur notoriè nulla, quoniam ex multis
iuribus, & rationibus ſupra per me allegatis ſaltem infer-
tur, quòd de nullitate illius notoriè non conſtet. Quare de-
buit dictus do. Vincentius primo loco præſentatus, & inſti-
tutus citari, argumento tex. cum ſimilibus in c. licet epiſco-
pus cum ibi not. per gloſ. & docto. de præbend. in 6. Ex
quibus omnibus prædictis cōcludo dictum dominum Vin-
centium legitimè præſentatum, & inſtitutum fuiſſe, ac eſſe
potiorem, & conſequenter ipſi domino Hieronymo præ-
ferendum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Iuris patronatus quaſi poſſeſsio probatur ex præſentationibus.*
2 *Præſentatio eſt fructus iuris patronatus, & ad eum, qui eſt in quaſi poſ-
ſeſsione iuris præſentandi cum bona fide, ſpectare debet.*
3 *Ius patronatus ex antiquiſsima quaſi poſſeſsione probatur etiam per fa-
mam, & indicia, maximè quando de iure patronatus alterius non con-
ſtat: Et an ſit uerum nu. 8. uſque ad nu. 14.*
4 *Rector eccleſiæ ſimilis eſt uſufructuario, uel uſuario, Et quomodo nu-
mero 26.*
5 *Poſſeſsio, uel quaſi longiſsimi temporis quando ius, & titulum, ex quo do-
minium, & cauſa proprietatis acquiri poſsit, probet, & quando non,
& nume. 14.*
6 *Ius patronatus ex quibus alicui in eccleſia conſtitutum, ſeu acquiſitum di-
catur.*
7 *Conſtruens, fundans, uel dotans eccleſiam ius patronatus non acquirit,
niſi hac animo expreſſo illud acquirendi, & de conſenſu epiſcopi fe-
cerit.*
8 *Ius patronatus aduerſus eccleſiam, ſeu cappellam, ac etiam aduerſus pa-
tronum ex curſu longiſsimi temporis acquiri non poteſt,*
9 *Niſi eſſet curſus tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium
non exiſteret.*
10 *Ius eccleſiaſticum, ſeu ſpirituale contra regulas iuris communis ſine ti-
tulo quo temporis curſu præſcribi poſsit.*
11 *Ius patronatus de iure communi laicis non debetur, neque acquiritur, niſi
ex quadam gratia, & contra iuris regulas.*
12 *In eccleſia regulari cappella hodie conſtrui non poteſt, cui clericus ſecula
ris præeſſe debeat.*
13 *Ius patronatus in eccleſia, & cappella quomodo, & quo temporis ſpatio
præſcribi poſsit.*
14 *Titulus principaliter allegatus quando, & ex quo curſu temporis probe-
tur, & præſumatur.*
15 *Ius patronatus quando, & quomodo ex re data eccleſiæ acquira-
tur.*
16 *Præſentatio, & inſtitutio ad eccleſiam facta expreſsè contra prohi-
bitionem canonis eſt ipſo iure nulla, nullumque ius ex ea acquiri-
tur.*
17 *In iure patronatus cappellæ, uel altaris cum conſtructore illius concurrit
etiam eccleſia principalis, in cuius ſolo, & fundo cappella fuit conſtru
cta,*
18 *Et inuita eccleſia, uel eius rectore conſtructor non poteſt in hac cappella
aliquid facere.*
19 *In re communi ſocius non poteſt inuito alio ſocio quicquam facere, et me-
lior eſt conditio prohibentis, & quando.*
20 *Eccleſias, & cappellas reparari facere ad epiſcopum, et non ad patronos
ſpectat.*
21 *Patroni ius ædificandi in eccleſia non habent, & quæ iura habere dican-
tur.*
22 *In iure patronatus non datur petitorium, nec poſſeſſorium.*
23 *In quaſi poſſeſsione iuris præſentandi exiſtens non dicitur quoad alios ef-
fectus eſſe in quaſi poſſeſsione iuris patronatus, ut ultra præſentatio-
nem alia facere poſsit.*
24 *Cauſa proprietatis probata ante diſcuſsionem cauſæ poſſeſſorij abſorbet
cauſam poſſeſsionis.*
25 *Ius patronatus ad hæredes tranſit.*
27 *Vſufructuarius an ſimpliciter, & indiſtinctè in re poſsit ædificare.*
28 *Eccleſia ſine conſenſu epiſcopi non eſt reparanda.*
29 *Rectori eccleſiam alterare, aut aliquid in ea facere nō eſt permiſſum, niſi
de ſcientia, & conſenſu patroni ſaltem eccleſiaſtici.*

EPITOME.

Ex *ſola quaſi poſſeſsione præſentandi etiam longiſsimi temporis ad cappellam in eccleſia regulari poſitam nō probari ius patronatus laicis competere contra eccleſiam, in cuius ſolo, & fundo cappella eſt conſtituta, nec patronos, ſeu eos, qui in dicta quaſi poſſeſsione præſentandi exiſtunt, nec præſentatum ab eis poſſe in dicta cappella liberè ædificare, aut aliud facere, inuita dicta eccleſia, hic probatur.*

CONSILIVM VI.

IN cauſa iuris patronatus cappellæ Sanctæ Iulianæ inter
Abbatem eccleſiæ Sancti Stephani ex una, & illos de
Leonorijs ex altera pendente, prima facie uidetur di-
cendum, quòd dicti de Leonorijs ſint in quaſi poſſeſſione
iuris patronatus, & ſic ad eos liberè ſpectet ædificare, con-
ſtruere, & arma eorum in dicta cappella imponere, tanquā
ad ueros illius patronos, in primis, quia conſtat dictos de
Leonorijs eſſe in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, ut per
plures præſentationes per eos factas de rectore ad dictam
1 cappellam uacantem, de quibus in proceſſu, apparet, † ex
quibus probatur quaſi poſſeſſio iuris patronatus, ut in c. ſi.
& in c. conſultationibus cum ibi not. de iur. patrona. Et ha-
2 betur in c. querelam de electio. † præſentatio enim eſt fru-
ctus iuris patronatus, ut in d. c. ſi. & not. in c. cum Bertoldus
de re iudica. & ideò debet ſpectare ad eum, qui eſt in quaſi
poſſeſſione iuris præſentandi cum bona fide, ut in d. c. con-
ſultationibus, & ponitur in c. cura, & in c. ex literis de iur.
3 patrona. Et † cum iſtud ſit ius patronatus antiquiſſimū, &
ab antiquo tempore citra præfati de Leonorijs fuerint in
hac quaſi poſſeſſione, ex hoc probatur ipſos eſſe patronos,
& maximè cum de iure patronatus alterius perſonæ non
conſtet, per ea, quæ notabiliter uoluit Bald. in l. cum ſuper
C. de rei uendica. & in auth. quas actiones in fina. uerb. C.
de ſacroſan. eccleſ. quòd ad probandū ius patronatus ualet
antiquiſſima poſſeſſio, & ſufficit probatio præſumptiua per
famam, & per indicia: & dicit Abb. in d. c. conſultationi-
bus, & in d. c. querelam de electio. quòd quando non ap-
paret de iure patronatus alterius, ille cenſendus eſt patro-
nus,

nus,qui reperitur in quaſi poſſeſſione iuris patronatus,quo
4 niam eccleſia non naſcitur. Prætereat† rector eccleſiæ ſimi
lis eſt uſufructuario, ſeu uſuario, ut eſt glo.in c.præſenti de
offi.ordin.in 6.Bal.in l.2.C.de epiſ.& cler. ſed uſufructua-
rius ædium lumina immittere,colores,& picturas,marmo-
ra,ſigilla,& ſi quid ad domus ornamentum pertinet,impo-
nere,& facere poteſt, ut eſt textus in l.æquiſſimum §.ſed ſi
ædium ff.de uſufruct. ergo hæc eadem in cappella, ſeu ec-
5 cleſia rector ipſius facere poterit. Rurſus † ille,qui diu ſte-
tit in quaſi poſſeſſione iuris patronatus, vel alterius iuris,
ſeu in poſſeſſione rei, ſi fundet ſe in titulo, allegando titu-
lum aliquem principaliter, ex quo dominium, & ius pro-
prietatis acquiri poſſit, & ad probandum illum titulum, &
cauſam proprietatis ſolum probet poſſeſſionem uel quaſi
longiſſimi temporis,ſufficit ad hoc,ut dicatur dominus, ſeu
proprietarius, aut patronus, ut notabiliter uoluit Abb.in d.
c.querelam, & habetur latè per Bar.& alios in l.cum de in
rem uerſo ff.de uſur. & in l. ſi certis annis C. de pactis cum
ſimilibus:uis ergo conſiſtit in modo proponēdi, quia ſi prin
cipaliter proponitur dominium,vel quaſi, & ad probādum
illud deducatur,& probetur longiſſima poſſeſſio,uel quaſi,
& uſus longiſſimi temporis,tunc ex huiuſmodi tēporis cur-
ſu probari dicitur illud ius, ſecus ſi principaliter quis ſe
fundaret in tempore, nam tempus per ſe non ſufficeret:
ſed in terminis noſtris illi de Leonorijs principaliter ſe fun
dant in iure patronatus, illud principaliter deducendo, &
ad probandum illud oſtendunt,& probant ſuam quaſi poſ-
ſeſſionem iuris patronatus lōgiſſimi temporis, ut in proceſ-
ſu apparet,ergo &c. ¶ Præmiſſis tamen non obſtātibus con
trariam ſententiam in caſu noſtro arbitror eſſe ueriorem,
quòd illi de Leonorijs non ſint dictæ cappellæ patroni: &
poſito etiā,ſed non conceſſo,illos eſſe patronos,dico,quòd
ad eos non ſpectat,inſcio, & inuito abbate eccleſiæ matri-
cis, in dicta cappella ædificare: ad quod dicēdum moueor
6 ex pluribus, & in primis,quia † in eccleſia, ſeu in cappel-
la non cenſetur conſtitutum,uel acquiſitum ius patronatus
alicui,niſi ex fundatione, uel conſtructione, uel dotatione,
uel ex priuilegio ad not.in c. piæ mētis 16.q.7. & per Abb.
7 & alios in rubrica de iure patrona. & † de illis debet conſta
re, quòd facta fuerint animo acquirendi ius patronatus, &
de conſenſu epiſcopi, alioquin ſi quis ſimpliciter fundaret,
ſeu conſtrueret,aut dotaret eccleſiam abſque eo,quòd di-
ceret,& probaret ſe feciſſe animo acquirendi ius patrona-
tus,eccleſia cenſeretur libera,& non patronata c.ſignifica-
uit de teſtibus cum ibi not.c.nobis,& ibi Abb.& melius per
eum in c. quoniam de iure patr. ſed non conſtat de conſtru
ctione, fundatione, uel dotatione illorū de Leonorijs, nec
de aliquo eorum priuilegio, ergo patroni dici nō poſſunt:
& quamuis fortè poſſet probari quaſi poſſeſſio iuris patro-
8 natus longiſſimi temporis illorum de Leonorijs,tamen† ex
curſu longiſſimi tēporis aduerſus eccleſiā,ſeu cappellā non
pōt ius patronatus acquiri, ut uolunt Io.And.in c.quod ali
cui de reg.iu.in 6.Mod.& Io.de Monte Murlo,& alij cōiter
in d.c.querelā,Arch.in c.hortamur 71.diſt.& in c.ſi plures
16.q.7.& ſecundum Abb.in d.c.querelā etiam aduerſus pa
tronū ille,qui non eſt patronus, non pōt ius patronatus ac-
quirere,quia illud nō eſt præſcriptibile per plura ibi per eū
adducta.Præterea & ſi uera eſſet illa opinio,quòd aduerſus
patronū ille,qui non erat patronus,poſſit præſcribere ius pa
tronatus ex curſu tēporis,ut uidetur uoluiſſe Io.And.in d.c.
9 quod alicui,quē doct.magis cōiter ſequi uidentur, † tamen
hoc debet intelligi uerum eſſe ex curſu tanti tēporis, de cu
ius initio non exiſtit memoria in contrariū, quia tale tēpus
habet uim tituli,ſeu cōſtituti priuilegij arg.l.hoc iure §.du-
ctus cū ibi not.ff.de aqu.quot.& æſti.& Rom.in rub.de arb.
10 in 20.col.Nam†ad hoc,ut ius eccleſiaſticum,ſeu ſpūale con
tra regulas iuris cōis ſine titulo poſſit præſcribi, & acquir
ex curſu tēporis,requiritur præſcriptio tanti tēporis, de cu
ius initio non exiſtit memoria in cōtrariū, quæ ſupplet uim
tituli, non aūt ſufficit præſcriptio longiſſimi tēporis 40. uel
50.annorū,quia ius eccleſiaſticū, uel ſpūale ſine titulo præ
ſcribi non pōt ſpacio longiſſimi tēporis, qn̄ ius cōe reſiſtit,
ut eſt caſus clarus,& in terminis in c.1.de præſcr.in 6. cum
ibi not.ibiq; Domin.& alij:ſed in caſu noſtro ius cōe reſiſtit
11 huic præſcriptiōi duplici reſpectu,primo,quia† de iure cōi
ius patronatus non pōt laicis acquiri,nec deberi,niſi ex qua
dam gratia,& contra regulas iuris,ut in d.c.quoniam,& ibi
oēs doct. de iur.patr. & in c.ſi quis epiſcoporū 16.q.1. nam
de iure cōi quælibet eccleſia præſumitur eſſe libera, & non
patronata,ut in d.c.ſignificauit de teſtib.& per Abb. in d.c.
querelam,in 4.not.& not.in d.c.piæ ment; ſecundo reſpe-
12 ctu, quoniā † & ſi de iure antiquo in eccleſia regulari licitū
eſſet conſtruere cappellā,cui clericus ſecularis præeſſe de-
beret,tn̄ hodie hoc dicitur eſſe prohibitum, ut eſt tex.cū ibi
not.per Abb.in c.ea quæ §.præcipimus de ſtatu mona. ergo
hæc allegatio tituli,ſeu præſcriptionis iuris patronatus,quā
faciūt hi de Leonoriis in dicta cappella ſanctæ Iulianæ poſi
ta in eccleſia regulari ſancti Stephani, dicitur eſſe cōtra re
gulas iuris, illiq; ius cōe reſiſtit. Ex quibus infertur primo,
quòd cū nō appareat de aliquo titulo iuris patronatus cū
conſenſu epiſcopi,quia non conſtat de fundatione, nec de
conſtructione, nec dotatione, nec de conceſſione aliqua iu
13 ris patronatus,†ad acquirendū ius patronatus in dicta cap
pella fuit neceſſarius curſus tanti tēporis,de cuius initio nō
exiſtit memoria in cōtrariū cum bona fide,alioquin præſcri
bi ſeu acquiri aliquo alio tēporis curſu nō potuit,ut eſt tex.
cū ibi not.plenè in d.c.1.de præſcr.in 6. & conſequēter re
quiritur ad minus tēpus 100.annorum,& vltra,quod tēpus
dicitur eſſe tēpus longæuæ ætatis hoīs l.fi.C.de ſacroſ.eccl.
& habetur per gl.Domi.& alios in d.c.1. Infero & ſecūdo,
14 quòd†licet ad probandū, & præſumendū titulum principa
liter allegatū ſufficiat aliàs tēpus lōgū,ſeu longiſſimū, uide
licet 10.uel 20.ſeu 30.uel 40.annorum, iuxta ea, quæ hn̄r
in d.l. cum de in rem uerſo ff.de uſu. & in d.l. ſi certis annis
C.de pact.cum ſim.tn̄ quādo ſumus in iis, quibus ius cōmu
ne reſiſtit,prout eſt in caſu noſtro,requiritur uſus,ſeu quaſi
poſſeſſio tanti temporis,de cuius initio memoria in contra-
rium non exiſtit,ut uolūt Moderni Papien.in tract. iuris pa
trona.in fin.illius in pen.colum. ubi hoc in terminis noſtris
per plura optimè probant.Cū itaq; in caſu noſtro non con
ſtet, neq; probatum ſit pro parte illorum de Leonorijs de
curſu,uel uſu, ſeu quaſi poſſeſſione tāti temporis, ſequitur,
quòd eorum allegatio tituli iuris patronatus nō dicitur ali
quo modo probata ex uſu, & quaſi poſſeſſione iuris patro-
natus,nec etiā ex fundatione, nec ex conſtructione, nec ex
dotatione,nec ex priuilegio,de quibus nō cōſtat, neq; pro
batū fuit.¶ Et quāuis ex proceſſu fortè diceretur cōſtare de
quodā ſalario rectori dictæ cappellæ ab illis de Leonoriis
annuatim ſoluto,ſeu cōſtituto, tn̄ propter hoc non dicitur,
15 nec dici pōt acquiſitum ius patronatus, quia † requiritur,
quòd id,quod datur eccleſiæ,detur pro dote,& dotis noīe,
nō aūt ſimpliciter: itē quòd expreſsè detur aīo acquirendi
ius patronatus,ac interueniēte cōſenſu,& auctoritate epi-
ſcopi,ut habetur per Abb.& alios in d.c.quoniā,in c.nemo
de conſecr.diſt.1.& in c.cū ſicut de conſecr.eccl.uel alt.&
ideò cōcludendū eſt, dictis de Leonoriis nullū ius patrona
tus in dicta eccleſia cōpetere, ſiue conſiderentur cauſæ, ex
quibus acquiritur ius patronatus,iuxta ea,quæ habentur in
rubri.extra de iure patrona.& per gloſ. & docto.in d.c. piæ
mētis,ſiue conſideretur uſus, ſeu quaſi poſſeſſio curſus tem
poris quadraginta, quinquaginta, uel ſexaginta annorum
principaliter, ſiue incidenter ad probandum titulum iuris

patronatus principaliter allegatum. ¶Tertio infertur ex
prædictis, quòd in dicta cappella dominus Hieronymus,
qui eſt clericus ſecularis, nullum ius habet tanquam rector
16 inſtitutus;& † quòd omnis præſentatio, & inſtitutio de illo
facta, ſi qua facta fuit, nulla eſt, & ipſo iure non tenet, & nul
lum ex ea ius ipſi potuit acquiri c.1.de reg.iur.in 6.ex quo
facta fuit expreſsè contra prohibitionem canonis, argumen
to l.non dubium C.de legib.l.quemadmodum C.de agri-
col.& cenſi.lib.11.Nam canon prohibet in eccleſia regula
ri cappellam erigi, & conſtrui, ad quam clericus ſecularis
poſſit inſtitui,& ordinari, ut eſt tex.in d.c.ea, quæ §.præcipi
mus, ibique Abb.& propterea infertur, quòd etiam ex cur
ſu longiſſimi temporis non potuit domino Hieronymo, nec
alteri, ut rectori ius aliquod in dicta cappella acquiri, nec
etiam ex uſu, ſeu curſu illius tēporis potuit probari aliquis
titulus principalis pro parte dicti domini Hieronymi alle-
gatus, argumento d.c.1.cum ibi not.de præſcrip.in 6.& ha
betur per Modernos in d.tracta.in fi.in pen.col.& ideò ſi ali
cui in dicta cappella dici poteſt competere ius patronatus,
profectò dicendum eſt, illud competere ipſi Abbatiæ,& ec
cleſiæ matrici, in cuius ſolo, & fundo ea conſtructa fuit, ut
in c.ad audientiam de eccleſ.ædific.glo.in c.ad apoſtolicos
12.q.2.Cald.in conſi.5.de relig.dom.& conſequenter ab-
batia ius commune pro ſe habet,& ius ſuum dicitur in iure
communi fundatum. ¶Secundo principaliter ita moueor,
nam poſito etiam, ſed non cōceſſo, dictos de Leonorijs ali-
quo reſpectu eſſe patronos, vel ex dotatione, uel ex alia cau
ſa, tamen in iure patronatus hmōi concurrit etiam abbatia,
& eccleſia matrix rōne fundi, & ſoli, in quo cappella fuit,&
eſt poſita, atque conſtructa, ut ad oculum patet, & credo ſa
17 tis clarè fuiſſe probatum,& ex proceſſu conſtare, quia † cū
conſtructore cappellæ in iure patronatus concurrit etiā ec
cleſia principalis, puta abbatia, in cuius ſolo, & fundo cap-
pella fuit conſtructa, ut in d.c.ad audientiam de eccle.ædi-
fi.gl.in d.c.ad apoſtolicos, Cald.in d.conſi.5.cū ſim.ex qui-
18 bus infertur, † quòd cum ius patronatus dictæ cappellæ ſit
commune inter dictos Leonorijs, & ipſam eccleſiā princi-
palem, ſeu matricem, iuxta ea, quæ habentur in rub.de iur.
patr.per abba.& alios,& in locis proximè allegatis, ipſi de
Leonoriis in dicta cappella non poſſunt de iure aliquid fa
cere, inuita eccleſia matrice, & ſic inuito abbate, ad quem
ſpectat omnis cura,& ſolicitudo monaſterii c.nullam 18.q.
19 2.quoniam† in re communi nnus ſocius inuito alio non po
teſt aliquid facere, nec conſtruere, & melior eſt conditio
prohibentis,& hoc quando alter ex ſocijs uellet uti re com
muni ad uſum nō deſtinatum l.ſabinus cum glo.& l.ſi ædes
cum gl.ff.commu.diuid.Bar.in l.1.§.nunciatio ff.de no.ope.
nuncia.& in l.ſerui electione §.1.& ibi do.meus Sozi.in 1.
colum.ff.de leg.1.ſed cappella ſanctæ Iulianæ principaliter
non fuit conſtructa ad uſum ædificandi, ſed ad cultum diui
nū, ergo dicti de Leonorijs inuito abbate eccleſiæ nō poſ-
ſunt in dicta cappella ædificare, ſeu cōſtruere. ¶Tertio ad-
20 duco tex.in c.unico 10.q.3.ubi † ad epiſcopum ſpectat fa-
cere, quòd eccleſiæ,& cappellæ reparentur, & non ad pa-
tronos, quia omnis cura, & ſollicitudo ad epiſcopum perti
net,& facit, quod habetur 10.q.1.& c.omnes de cōſe.diſt.
21 1.cum ſi.¶Quarto† inter iura, quæ dantur à iure,& compe
tunt ipſis patronis, de quibus in rub.extra de iu.patr.& in d.
c.piæ mentis, nō reperitur, quòd patroni poſſint ad libitum
formam eccleſiæ amouere,& mutare, in illa ædicare,& re-
parare, ſolum.n.dicuntur habere ius præſentandi rectorem
ad uacantem eccleſiam, c.fi.c.illud c.quoniā,& c.quod aūt
de iure patr.Item ius alimenta percipiendi tēpore neceſſi-
tatis, ut in c.quicunque 16.q.7.Item ius reuerentiale,& ho
norem in ſedendo,& procedēdo d.c.piæ mentis, c.nobis de
iur.patr.nec non ius defendendi bona eccleſiæ, ne dilapidē

tur, ut in c.filijs 16.q.7.& in d.c.nobis cū ibi not. ergo con-
cludendum eſt, quod ipſis patronis non competit ius ædifi-
candi in eccleſia, ſeu cappella patronata, cum hoc nō repe
riatur iure cautum: & ideò quod à canone non eſt expreſ-
ſum, nec nos debemus dicere, argu.l.ſi ſeruum §.non dixit
prætor ff.de acq.hær.potuiſſet.n.canon de hoc exprimere,
ſicut de alijs expreſſit, ſi uoluiſſet hoc ius etiam ad patronos
ratione iure patronatus ſpectare,& argu.c.ad audientiā de
decim.cum ibi not.l.unica §.ſi uerò C.de cad.toll.& tex.cū
ibi not.in l.cum prætor ff.de iudicijs: & ex his infero, quòd
22 † cum in hoc non detur, nec reperiatur petitorium, quia in
patronis iſtud ius non datur, nec reperitur, non eſt etiam
in caſu iſto dare quaſi poſſeſſionem, nec remediū poſſeſſo-
riū, quia tunc eſt dare,& reperire poſſeſſorium, quando eſt
dare,& reperire petitorium, arg.l.1.§.1.ff.de acqui.poſs.&
traditur per Cyn.in l.non epiſtolis C.de proba. ¶Quinto,
23 † quāuis dicti de Leonoriis dici poſſint eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione iuris patronatus reſpectu iuris, & quaſi poſſeſſionis
præſentandi, prout conati fuerunt probare, faciendo fidem
de pluribus eorum præſentationibus, iuxta tex.cum ibi no-
ta.in d.conſultationibus,& in c.fi.de iure patr.& in d.c.quę
relam cum ibi not.& in c.cum bertoldus de re iud.non ta-
men ex hoc ſequitur, quòd omni reſpectu,& quoad omnes
effectus etiam ultra effectum præſentationis ipſi debeāt di
ci patroni, & eſſe in quaſi poſſeſſione iuris patronatus, ſed
ipſi ſolum erunt, & ſunt defendendi in illa quaſi poſſeſſio-
ne, in qua reperiuntur,& nō ultra adeò, quòd quoad alios
effectus non dicentur eſſe in quaſi poſſeſſione, & ultra
præſentationem non poterunt aliquid facere per textum
cum ibi nota.in c.cum olim in fin.& in c.auditis in fine de
præſcriptio. ergo ipſis non dicetur conceſſum liberè in di-
cta cappella ædificare, & alia facere, quæ ius præſentandi
24 non cōcernunt. ¶Præterea & ſexto† dicti de Leonorijs ali
quo reſpectu conati fuerūt probare ſe eſſe in quaſi poſſeſ-
ſione iuris patronatus,& ipſe Abbas aliis reſpectibus proba
uit etiam ſe eſſe in quaſi poſſeſſione dictæ cappellæ, & iuris
illius, ut in proceſſu patet,& ulterius etiam conſtat de pro-
prietate iuris patronatus abbatiæ in dicta cappella ex fun-
datione, quia in eius ſolo, & fundo cappella fundata fuit,
ut in d.c.ad audientiam, in c.uobis de iure patro.& in d.c.
piæ mentis, cum ergo ante diſcuſſionem cauſæ poſſeſſorij
conſtiterit de proprietate iuris patronatus dictæ abbatiæ,
cauſa proprietatis debet cauſam poſſeſſionis abſorbere, &
pronuntiandum eſt ad fauorem proprietarij, uerīq; patro-
ni,& præcipuè cum ille actus quaſi poſſeſſionis, ſuper quo
lis pendet non fuerit probatus c.cum dilectus de cau. poſs
& propr.cū ibi not.& habetur per Abb.in d.c.conſultatio-
nibus de iure patr.& Moder.Papien.in d.tracta.in uerb.ali-
cui competēs in 19.q. ¶Et quamuis ex prædictis pateat re
ſponſio ijs, quæ ſupra in contrarium primo loco adducta
fuerunt, tamen ſpecialiter reſpondendo primo non obſtat,
quòd illi de Leonorijs fuerint diu, & lōgo tempore in qua
ſi poſſeſſione iuris patronatus, quia licet probetur de qua-
ſi poſſeſſione cuiuſdam Leonardi, non tamen fuit proba-
tum, quòd dominus Hieronymus,& eius fratres fuerint hæ
redes dicti Leonardi, cuius perſona mediante ad ipſos ut
ad hæredes peruenerit ius patronatus, prout fuit neceſſa-
25 rium probare, cum † ius patronatus tranſeat ad hæredes,
ut in c.1.cum ibi not.extra de iure patro.Secundo reſpon-
deo, ut colligitur ex ſupra dictis in primo fundamēto ad fa
uorē abbatis facto, quòd ex quo nō apparet de proprietate
iuris patronatus illorū de Leonorijs, ſed ſolū de ſua quaſi
poſſeſſione longi, ſeu lōgiſſimi temporis, non autē tēporis,
de cuius initio non exiſtit memoria in contrariū, hæc quaſi
poſſeſſio non prodeſt eis ad præſcribēdum ius patronatus,
nec ad probandum allegationem iuris patronatus, nec ad
præſu-

præſumendum ipſos fuiſſe patronos, & maximè cũ de iure patronatus abbatiæ ratione fundi conſtare dicatur. Præterea dicti de Leonorijs probantur fuiſſe ſolum in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, & non aliorum iurium patronorum, ut dixi ſupra in quinto fundamento, ergo &c.

Nõ obſtat ſecundum, quòd rector eccleſiæ, ſeu cappellæ dicitur eſſe ſimilis uſufructuario, uel uſuario, quia reſpondetur, quòd † quamuis ſimilis ſit, non tamen dicitur eſſe uſufructuarius, nec uſuarius, nam omne ſimile non eſt idem .l. quod nerua. ff. depoſiti, & ibi Bart. ergo ex diuerſis non eſt inferendum iuribus uulgaribus, nõ .n. ſimilis eſt uſufructuario ſimpliciter, ſed ſecundum quid, uidelicet quoad faciendum fructus ſuos, ut in d. c. præſenti per glo. & Bald. in d. l. omnes C. de epiſco. & cleri. Non eſt igitur uerum ſimpliciter, quòd ſit uſufructuarius, nec procedet argumentum de uno ad alium alio reſpectu arg. l. hoc legatũ. ff. de lega. 3. & cũ

27 ibi not. Secundo dico, quòd † uſufructuarius ſimpliciter, & indiſtinctè non ædificat in re, quia alterando, & mutando faciem, & formam rei non põt ædificare, quia ſic diceretur facere deteriorem conditionem domini ẽt in melius cõmutãdo, ut in l. hactenus in fine cum ſequenti. l. uſufructuarius nouum. l. æquiſſimũ. ff. de uſufruct. iuncta. l. fin. cum ibi not.

28 ff. de uſu, & habita. Præterea † abſq; cõſenſu epiſcopi eccleſia nõ eſt reparanda, quia hæc cura, & ſolicitudo ad epiſcopum ſpectat d. c. unico 10. q. 3. & c. 1. & per totum 10. q. 1. c. omnes de conſecratio. diſtinc. 1. Poſſet ẽt forte attentari,

29 quod † rectori non ſit permiſſum alterare eccleſiam, ſeu aliquid in illa facere, niſi de ſcientia & conſenſu patroni ſaltẽ eccleſiaſtici, ad quem ſpectat habere curã, & defenſionem eccleſiæ c. filijs 16. q. ult. ne contingat eccleſiã damnificari, ut ibi, & arg. c. & plantare. §. in eccleſijs de priuilegijs, & in d. c. ad audientiam de eccleſ. ædifi. Præterea, ut dictum fuit ſupra in primo fundamẽto in tertia illatione, in huiuſmodi cappella nõ potuit inſtitui clericus ſecularis, quia canõ hoc prohibet d. c. ea quæ. §. præcipimus, & ibi Abb. ergo in illa non põt aliquid ut rector facere, cum nullum in ea ius habeat. l. non dubium cum ſimil. C. de legib. ¶ Non obſtat ultimum argumentum, quòd ſufficiat allegatio cauſæ, & tituli iuris patronatus, & ad illius probationem ſufficiat probare quaſi poſſeſſionem diutinam, & longiſſimi temporis, ut per Abb. in d. c. querelã cum ſimil. ſupra allegatis, quia ex iis, quæ plenè dicta ſunt ſupra in primo fundamẽto, hoc remanet reſolutum. Ex his itaq; exiſtimo omnino eſſe iudicandũ ad fauorem abbatis, ſeu abbatiæ, in cuius ſolo, & fundo cappella eſt conſtituta, contra, & aduerſus illos de Leonorijs prætenſos patronos. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus, qui prius ad canonicatum cum aſſignatione loci, & ſtalli fuit à capitulo receptus, præfertur ei, qui poſtea fuit receptus, & num. 6.*

2 *Maximè ſi tempore receptionis neuter eſſet in ordine ſacro conſtitutus.*

Et quid, ſi uterque tempore ſuæ receptionis eſſet ordinatus:

Quid ſi extaret conſuetudo, ſeu ſtatutum, quòd prior in receptione præferretur poſteriori recepto, non habita diſtinctione ætatis, ordinis, aut alterius qualitatis num. 7.

3 *Præcedentia ratione ordinis, uel receptionis inter canonicos acquiſita in quibus conſiſtat.*

4 *Canonicus antiquior dicitur reſpectu receptionis, non autem reſpectu acquiſitionis canonicatus.*

5 *Præcedẽtia inter canonicos poteſt dici eſſe quid ſpirituale, et eccleſiaſticũ.*

7 *Statutum, ſeu conſuetudo, quòd inter canonicos prior in receptione præferatur etiam illi, qui prius fuit ad maiorem ordinem aſſumptus, ualet.*

8 *Recipi ad canonicatum, & præbendam is à capitulo non poteſt, qui pacificè, & quietè non poſſidet.*

Pacificè, & iuridicè quis propter litis pendentiam poſſidere non dicitur: Et quæ litis pendentia hoc operetur.

9 *Etiam ſi lis indebitè, & non iuridicè mota fuerit.*

10 *Interlocutoria, quæ quoad partem in rem iudicatam tranſiuit, non poteſt ad inſtantiam partis reuocari, nec etiã ex officio, quando res integra eſſe deſiit, & ius ex ea parti fuit acquiſitum.*

11 *Statutũ, quòd primo receptus in eccleſia, et inter canonicos præferatur ſecundo recepto, intelligitur de uerè, non aũt fictè, et impropriè recepto.*

12 *Homo fingere non poteſt.*

13 *Capitulũ ſtatuere, ac ẽt fingere poteſt, ſtatuendo tamen, & non aliter.*

14 *Capitulum non de per ſe, ſed cum epiſcopo ſtatuit.*

15 *Actus in præiudicium iuris iam alteri quæſiti non poteſt retrotrahi.*

16 *Fictio tranſlatiua, quæ fit de tempore ad tempus cum præiudicio iuris alterius, & extremis non exiſtentibus habilibus, fieri non poteſt.*

17 *Appellatio alternatiuè interpoſita ad plures iudices ualet, & admittitur, & adiecta clauſula optione ſibi retenta, corã quo maluerit appellationẽ proſequi, infra quod tẽpus appellãs poſſit eligere, et declarare.*

18 *Quid ſi hæc clauſula non eſſet adiecta.*

19 *Et an appellans, pendente tempore ei dato ad eligendum, & declarandũ, poſſit ab appellato præueniri, & num. 23.*

20 *Eligendi ius infra certum tempus ei competens non poteſt ab altero, niſi illo tempore finito, auferri.*

21 *Appellatus quando poteſt appellantem præuenire.*

22 *Cauſarum benefi cialium, in quibus de prouiſione eccleſiæ facienda agitur, appellationes ſunt coram Papa cognoſcendæ, & infra quæ tempora.*

24 *Stilus curiæ, quòd appellatus poſſit appellantem præuenire, quomodo procedat.*

25 *Dilatio congrua ſecundum locorum diſtantiam ad producendum iura ſua dari debet, alioquin à denegata dilatione poſſet appellari.*

EPITOME habetur ſupra in ſummario num. 1. uſque ad num. 3

CONSILIVM VII.

IN cauſa ſuper præcedentia inter Ioannem Temperan, & Nicolaum de Tolledo canonicos in curia uertente,

1 proponitur † dictum Nicolaum prius fuiſſe à capitulo receptum, eiq; locum in illo, & ſtallũ in choro prius fuiſſe aſſignatum, & ideò infertur ipſum Nicolaum præfato Ioanni præferendum eſſe, primo ex diſpoſitione iuris communis, quia regula eſt, quòd qui prior eſt tempore, potior eſt iure. l. qui aſſiduis C. qui potio in pigno. hab. & ibi, ac. ff. per totum, & regula qui prior de regu. iur. in 6. quæ regula etiã inter receptos ad eccleſiaſtica locum habet c. 1. cum ibi

2 not. de maio. & obed. ¶ Secundo † hoc probatur arg. text. in c. ſtatuimus de maio. & obed. à contrario, ubi primo ordinatus, etiam ſi in receptione fuit poſterior, præfertur priori recepto, ergo ſi receptionis tempore nullus ſit in ordine ſacro conſtitutus, præcedere debebit ille, qui prius fuerit a capitulo in canonicum receptus. Si uero uterque tempore ſuæ receptionis eſſet ordinatus, tunc præfertur is, qui ad maiorem ordinem fuit promotus, quamuis alius fuiſſet prius receptus, ut in d. c. 1. & d. c. ſtatuimus, ibique docto. communiter hoc ſequuntur: Sed in caſu occurrenti receptionis tempore neuter erat ordinatus, & Nicolaus ante Ioannem à capitulo fuit receptus, ergo quamuis Nicolaus in adipiſcendo canonicatum fuerit ultimus, tamen debet ipſum Ioannem præcedere, quoniam quoad prælationem, ſeu præcedentiam in ſedendo, & in aliis ad canonicos ſpectantibus non attenditur tempus promotionis, ſeu quo ius canoniæ acquiritur, ſed tempus receptionis, ut in dictis iuribus, & ſequuntur Hoſtien. & alii in c. 1 de tregua, &

3 pace. In quibus † autem conſiſtat hæc præcedentia, quæ uel ratione ordinis ſacri, uel ratiõe receptionis acquiritur, declarat ſatis not. Abb. poſt Innocen. in d. c. 1. de maio. & obed. ubi inquit eam conſiſtere in ſedendo, in ſcribendo, in reſpondendo, in ſigillando, necnon in perceptione præbendæ iuxta c. ſi eum de præben. in 6. uel in collatione præbendarum, & in ſimilib. poſſet etiam exemplificari in optione præbendarum iuxta terminos c. fin. de conſuetud. in 6. ubi antiquiores graduum præferuntur

4 in optando, & † antiquiores intelligo reſpectu receptionis, non autem acquiſitionis canonicatuum, dicit enim ibi glo. in uer. antiquiores non ætate, ſed tempore, quo militauerũt

in eccleſia, ſed militare incipiunt à die receptionis,& non
ante c.dilectus il 1.& il 2.c.pro illorũ de præb.& in d.c. ſta-
tuimus,& habetur per doct.poſt gl.in c.auctoritate de inſti.
c.unico de cler.non reſid.in 6.ergo ex illo text.in d.c.ſi.in-
fertur,quòd præcedẽtia illa,quæ ſeruatur inter canonicos,
debetur primo receptis: poteſt etiam ex prædictis inferri,
5 † quòd cum illa præcedẽtia ſub ſe contineat quædam iura
ſpiritualia,& eccleſiaſtica,hoc eſt,quæ ſolum ratione eccle
ſiæ debentur,ut eſt perceptio,& optio præbendarum,quan
do eſſent annexæ canoniæ iuxta c. dilecto de præb. & ut eſt
ius conferẽdi, quod forte antiquiori canonico cõpeteret,
quod eſt ius ſpũale,& eccleſiaſticũ,ut in c.2.3.& 4.de inſtit.
& in c.1.eo.ti.in 6.ſequitur ex ijs,quòd poteſt dici eſſe quid
ſpirituale,& eccleſiaſticum arg.c.quanto de iudi.& gloſ.in
in c.piæ mentis 16.q.7.cum ſi. ¶Quod autẽ Nicolaus iuxta
concluſionem traditam ſit Ioanni præferendus,ita etiã con
6 firmatur,†nã per receptionẽ Nicolai fuit illi prius aſſigna-
tus certus locus in capitulo,& ſtallus in choro iuxta d.c.di-
lectus,& d.c.pro illorum,ergo quoad illum locum,& ſtallũ
Ioannes non poteſt ipſi Nicolao præferri,cum Nicolaus in
illorum poſſeſſione,uel quaſi prius fuerit, & plures eodem
tempore habere,& poſſidere non poſſunt l.3.§.ex cõtrario
cum ibi not.ff.de acq.poſ. ergo iura priori recepto ratione
loci,& ſtalli ſibi aſſignati competentia non poſſunt dici cõ-
petere ſecundo recepto, qui ad locum, & ſtallum priori cõ
ceſſum non poteſt dici receptus, niſi excluſo primo, quod
abſque facto,& animo prioris fieri non poteſt l.quẽmadmo
7 dum,& l.3.§.in amittẽda ff.de acq.poſſ.¶Rurſus†Nicolaus
tanquam prior à capitulo receptus eſt Ioanni præferẽdus
ex diſpõne ſtatuti à conſuetudine eccleſiæ confirmati,quo
cautum eſt indiſtinctè,canonicum tempore priori à capitu
lo receptum,& cui locus in capitulo,& ſtallus in choro fuit
prius aſſignatus,debere præcedere quoad actus,& iura ca-
pituli poſteriori recepto,non habita diſtinctione ætatis, or-
dinis,uel alterius qualitatis: & quamuis Abb.in d.c. ſtatui-
mus dicat,conſuetudinem,ſeu ſtatutum non ualere, quibus
inductum eſt, quòd prior in receptione præferatur illi, qui
prius fuit ad maiorẽ ordinem aſſumptus, tamẽ Hoſt.& alij,
magis communiter in c.1.de tregua,& pace contrariũ uel-
le uidentur,ut refert, ac ſequitur id multipliciter compro-
bando Fel.in d.c. ſtatuimus: ſed circa hoc ultimum non eſt
inſiſtendum, quoniam tempore receptionis utriuſque neu
ter erat in aliquo ordine conſtitutus: & ideò ſecundum om
nium ſñiam in caſu occurrenti, ſtante dicto ſtatuto conſue
tudine approbato, Nicolaus præferendus eſt ipſi Ioanni po
8 ſtremo recepto, †nam ſi tempore, quo Nicolaus fuit rece-
ptus,capitulum uoluiſſet Ioannem recipere,non potuiſſet,
quoniam tunc quietè, & pacificè præbendam ſuam nõ obti
nebat propter cauſam appellationis interpoſitæ ab exequu
torialibus per dictũ Ioannem obtentis adhuc pendentẽ per
ea,quæ uoluit glo.in clem.1.de ſequeſt.poſſ.& fruct.in uer
ſi.antea, iuncta glo.in c.placuit 16.q.6. ubi non intelligitur
quietè, hoc eſt iuridicè poſſidere, quando lis eſt mota, ſed
quãdo nullo modo etiam de facto lis ſuper canonicatu mo
ta fuiſſet,& ita in curia practicatur,& ſufficit litẽ fuiſſe mo
tam maximè talem,per quam quis fructus,uel eorum maio
rem partem interim percipere impediretur argumẽto l.na
turaliter ff.de uſucap.& glo.in c.commiſſa de elect.in 6.ſed
ipſi Ioãni talis erat lis mota,per quam interim tẽpore, quo
Nicolaus fuit receptus,non poterat fructus canonicatus re
cipere,ergo tunc canonicatum, & præbẽdam quietè, & pa
cifice habere non dicebatur. ¶ Et ex his tollitur unum,
9 † quod pro Ioanne adduci poſſet, quòd appellatio, quæ
fuit à ſuis literis exequutorialibus interpoſita, fuit iniu-
ſta,& friuola, ergo illi nocere non debuit, quia non præ-
ſtat impedimentum,quod de iure non ſortitur effectum c.
non præſtat de regu. iur.in 6.& c. cum appellationibus de
appellatio.eodem lib.cum ſimilibus.Nam quamuis potue-
rit dici litem non iuridicè, ſed indebitè fuiſſe Ioãni motam
per appellationem interpoſitam,tamen hæc litis motio in-
troduxit,quòd Ioannes canonicatum,& præbendam pacifi
cè,& quietè non habuerit, nec illius fructus percipere po-
tuerit, ergo interim ad canonicatum recipi non potuit, &
tanto magis,ſi canonici,coram quibus literæ exequutoria-
les præſentatæ fuerunt, appellationi detulerunt, ſeu illam
expreſsè, uel tacitè admiſerũt, ut in d.c.cum appellationib.
¶ Non obſtat quædam aſſerta declaratio facta à quibuſdã
canonicis tunc præſentibus,& capitulum repræſentantibus
poſt receptionem iam de utroque factam ad querelam di-
cti Ioannis,qua dicti canonici abſque cauſæ cognitione, &
abſente, ac non citato dicto Nicolao declarauerunt, quòd
Ioannes,qui longè poſt Nicolaum à capitulo receptus fue-
rat, haberetur pro recepto retro de menſe Octobris, & ſic
ante receptionem factam de dicto Nicolao, gauderetque
iiſdem priuilegiis,prærogatiuis,& iuribus, quæ fuiſſet con-
ſequutus, ſi uerè de dicto menſe Octobris receptus fuiſſet,
10 quia reſponderetur primo, † quòd illa declaratio à capitulo
fieri non potuit,poſtquam canonici de capitulo ſemel offi-
cio ſuo functi fuerunt l.iudex poſtquam cum materia, & l.
quod iuſſit cum ibi not.ff.de re iudi.iunctis ijs, quæ habẽtur
per glo.& ſcriben.in l.1.in fin.ff.de præto.ſtipula. ubi etiam
interloquutoria, quæ quo ad iudicem nunquam tranſit in
rem iudicatam,ſed benè quoad partem, non poteſt ad inſtã
tiam partis reuocari, nam quoad eam in rem iudicatam trã
ſiuit,nec etiam ex officio iudicis,quando res integra eſſe de
ſit, ut quia per eam ius fuerat parti acquiſitum, prout ex
receptione facta de Nicolao fuerat ante hanc declaratio-
11 nem ius ipſi Nicolao acquiſitum.Secundo†cum per ſtatu-
tum loci, & eccleſiæ fuerit primo recepto acquiſitum ius
præcedentiæ,& ſtatutum loquatur de primo,& ſecundo re
cepto,debet intelligi de uerè, non autem de fictè, & impro
priè recepto,quia uerba ſtatuti ſunt uerè,& propriè intel-
genda, non autem fictè, & impropriè c.in noſtra de iniur.
& dam.da.l.quicquid aſtringendæ,ibique Barto. & alii ff.de
uerbo.oblig.l.3.§.hæc uerba ff.de nego.geſt.Bart. in l. ſi ma
ritus §.legis iuliæ ff. de adulte. cum ſimilibus: ſtante ergo
diſpoſitione ſtatuti debet attendi tempus, quo quis uerè à
capitulo fuerit receptus. Tertio alia ratione nõ potuit hæc
declaratio fieri, quoniam facta fuit à capitulo per quãdam
fictionem,ueluti demonſtrant uerba declarationis, & de ſe
12 patet, † homo autem non poteſt fingere l. ſi fortè ff. de ca-
ſtren.pecu.& Bar.in l.ſi is,qui pro emptore in 1.q.ff. de uſu
13 cap.Et quamuis† capitulũ poſſit facere ſtatuta, ut in c.quod
ſuper his,& ibi doct.de maio.& obed.& l.fi.C.de iuriſd.om.
iud. & conſequenter poſſit fingere tanquam habens aucto
ritatem ſtatuendi arg.eorum,quæ habentur per Bar.in d.§.
legis iuliæ,& in d.l.ſi is,qui pro emptore,tamen illud eſt ue
rum,quando ſtatuendo uellet fingere, ut per Bar.in d.q.1.
ſed in caſu occurrenti capitulum noluit ſtatuere,ſeu ſtatuẽ
do non finxit,nec declarauit, ſed ſimpliciter ut canonici re
14 cipientes declarauerunt, ergo &c. Præterea † capitulum
poteſt ſtatuere unà cum capite ſuo,hoc eſt cũ epiſcopo, nõ
aũt de per ſe,ut in d.c.c.quod ſuper his, c.nouit cũ ibi not.
de ijs, quæ fiunt à præla.& not.in clem. ne romani de elect.
quod quidem hic factũ non fuit,ergo &c.Accedat ad hæc,
15 quòd† receptio facta de Ioanne non potuit mediante fictio
ne retrotrahi,quia extrema non erant habilia, tum quia de
menſe Octobris non poterat recipi, prohibente ſtatuto, cũ
tunc ipſe canonicatũ pacificè, & quietè non haberet, quia
lis pendebat, ut dictum eſt, tum quia hæc retrotractio non
poterat fieri ad præiudicium tertij, hoc eſt Nicolai, cui
16 iam ex ſua receptione fuerat ius acquiſitum, & † hoc eſt

unum de illis,quæ impediunt actum poſſe retrotrahi per fictionem translatiuam, quæ cum præiudicio iuris alterius fieri non poteſt, quia ceſſaret æquitas, ſuper qua fictio eſt fundata,ac etiam quia requirit extremũ à quo, & ad quod eſſe habile,ad tradita per Bal.in l.fin. C. ad macedo. iunctis iis,quæ optimè ponit Bar.in d.l.ſi is, qui pro emptore in 5. q.princip.& melius ibi in 3.oppoſ.colu.4.l.ſi debitum.§.ſi procurator.l.bonorum.ff.rem rat. hab. & l.1.ff. de appella. recip.& ubique not. ubicunq; autem extrema non ſunt habilia,fictio translatiua,quæ fit de tempore ad tempus, locũ habere non poteſt,ut per Bart.in locis præallegatis: Ex quibus concluditur,dictam declarationem non potuiſſe à capitulo fieri, præſertim cauſa non cognita, & ad præiudicium dicti Nicolai abſentis,& non citati l.ea, quæ C. quomodo, & quando iud.l.de unoquoq;.ff. de re iud.& clemen. paſtoralis eod. tit. Et propterea quamprimum dicta declaratio ad notitiam Nicolai peruenit,ipſe ab ea appellauit ad epiſcopum,archiepiſcopum,uel romanũ Pontificem, optione ſibi retenta,coram quo maluerit appellationem proſequi:
17 † quæ appellatio licet incerta uideatur, l. ubi autem non apparet.§.qui illud.ff.de uerbo.oblig.tamen procedit,& ualet Specul.in tit.de appellat.§.nunc tractemus, Angc.& alij in l.1.§.ſiquis.ff. de appellat. & ad appellantẽ ſpectat declarare,atque eligere,etiam infra tempus datum ad proſequendam appellationem,coram quo cauſa appellationis ſit cognoſcenda,an coram epiſcopo,uel coram Papa, nam corã archiepiſcopo cognoſci non potuit, quoniam cum appellatio fuerit interpoſita ab actu capituli, debuit ad epiſcopum appellari,non autem ad archiepiſcopum c. romana de appella.in 6.& c.2.cum ibi not.de conſuetud. eod. lib. omiſſo .n.medio nõ poteſt niſi ad Papam appellari c.dilecti filij de
18 appella. Abb.& alij in rub.eod.tit. † Si uero fuiſſet alternatiuè appellatum ad epiſcopum, uel ad Papam ſine clauſula optionis,de qua ſupra, tunc appellans debuiſſet declarare, coràm quo proſequi uellet,infra tempus datum ad appellãdum,& non ultra,quo elapſo,& declaratione non facta,appellatio haberetur pro non interpoſita per Specula. in d. tit.& per Ang.in d.§. ſi quis, & ponunt domini de rota in deciſio.209.in nouis,aliàs eſt deciſ.33. ſub tit. de appellat. Et quamuis Ioan.and.in c.is,cui de offi.delega. in 6.& in c. in alternatiuis de reg iur.in 6.in mercurialibus, & Archid. in c.ſi quis à iudice 2.q.6.teneant talem appellationem alternatiuam tanquam incertam non ualere, quia non licet cum alterius diſcrimine ſic in incerto uagari,ut in l. prætor ait.ff.de iureiur. c.2. & c. ut quis de electio. in 6.tamen contrarium eſt uerius,ut uolunt docto. communiter, & do. de rota in præallegata deciſ.ac etiam Bellam.in deciſ.479.prædicta.n. incertitudo conſiderata à Ioan.and. & ab Archid. ſi qua eſſe dicitur,ad certitudinem reducitur,quum appellans coram uno de illis proſequi incipiet,& partem appellatam citare faciet argu. c. præterea de dilat. & faciunt ad hæc ea, quæ Ioan. de ligna. & alij uoluerunt in c. ſi duobus de appellat. Ex prædictis itaq; infertur,quòd ſtante appellatione incerta facta ſine clauſula illa optionis prædictæ, electio,& certificatio fieri debet infra decem dies datos ad appellandum,ſed cum illa clauſula,debet electio, & certificatio fieri infra tempus datum ad proſequendum, & ante certificationem,& electionem factam non conſtat de iudice,coràm quo ſit proſequendum: Et hæc electio, ac declaratio pertinet ad appellantem, & non ad appellatum maximè in caſu,quo clauſula prædicta hoc continens fuit appoſita: Quinimmo in d.deciſ.Bellam.479.dicitur, quòd talis appellatio alternatiua etiam ſine dicta clauſula recipitur in palatio apoſt. quãuis appellans infra tempora data ad appellandũ non declarauerit,ita.n.intelligo illã deciſionem,licet eius uerba inferant de tẽpore dato ad proſequendum: quod non uidetur dicendum,quia aliæ deciſiones, & doct. coĩter requirunt, ut declaratio fiat ſaltem infra tẽpus datũ ad proſequendũ,item quòd electio ſpectet ad ſic appellan-
19 tem,& non ad appellatũ,ut dictum eſt. Et ideò † ex hoc neceſſario infertur,quòd ante,quam appellans iudicem declaret,& eligat,quod quidẽ põt,ut dictũ eſt,infra tempus datũ ad proſequendum,& conſequenter uel infra tẽpus datum ab hoĩe iuxta c.perſonas cũ ſimil.de appella.uel infra tempus datum à iure, quod eſt unius anni,uel ex cauſa bieñi,ut in c.cum ſit cũ ſimil.eo.tit.non poterit appellatus ipſum appellantẽ præuenire,& ſupplantare adeundo curiã, ſeu papã ad effectum,ut contra appellantẽ in cauſa appellationis procedatur per audientiã contradictarũ iuxta terminos c. ſæpe,c. oblatæ,& c.nicolao de appellat. nec ſecundũ terminos c.ſtatuimus,& c. cupientes de elect.in 6.& in clem.cauſam eo.tit.& ratio eſt,quia cũ optio,& electio ſpectet ad appellantẽ infra certũ tempus,ut ſupra, illo tẽpore pendẽte; appellatus non poterit agere,ſeu proſequi arg.§.plus inſtit.
20 de actio.& in c.unico de mutuis petit.nã † ius eligẽdi,quod uni cõpetit,alius non põt auferre,niſi finito tempore,infra quod debebat eligere arg.c.licet,& c.fin.de ſuppl. neglig. prælat.c.fin.de cõſuetud.in 6.d.c.unico, & glo. in l.legato generaliter.ff.de leg.1. ergo ſi appellatus, nondũ facta per appellantẽ electione, præuenerit ipſum appellantẽ in adeũdo uel Epiſcopũ,uel Papã,nihil faciet, & proceſſus per eũ factus nõ ualebit,tanquã factus ab eo, qui nõ eſt iudex arg l.fin.C.ſi à non cõpet. iud. & c. at ſi clerici de iudi. Ex qua rõne concluditur,quòd in caſu, de quo agitur, Ioannes nõ potuit eo mõ procedere,quo proceſſit per audientiã cõtradictarũ,& proceſſus fuit nullus,ex quo pendente tẽpore,& iure eligendi Nicolao cõpetenti Ioan. Papã ſuper cauſa appellationis adiuit. ¶ Non obſtant iura præallegata,maximè
21 tex.in d.c.ſæpe,& ĩ d.c.oblatæ,quia † loquũtur,qñ iudex ad quẽ eẽt certus,ut quia ſimpliciter, & purè fuiſſet ad Papã appellatũ,uel qñ in caſu appellatiõis alternatiuæ appellãs iudicẽ declaraſſet, & elegiſſet,nã tunc appellatus poſſet in procedendo ipſum appellantem præuenire iuxta terminos illorũ iurium cũ ſimil. eodemq; modo ẽt intelligitur,prout expreſsè loquitur,tex.in d.c.1.in d.c.cupientes, in dicta cle
22 men.cãm,& in c.cordi de appella.in 6. Præterea † d.c.1.& d.c.cupientes cũ ſimil.loquuntur in cauſis beneficialibus,in quibus agitur de prouiſione facienda eccleſiæ,quas expedire publicè intereſt,ne contingat eccleſias diu uacare, & paſtore carere,& ideò aſſignantur tẽpora, de quibus in dictis iuribus; quarũ cãrum appellationes ſui natura ſunt coram Papa cognoſcendæ,ut ibi: ſecus eſt in alijs cauſis ẽt ſpiritualibus,& eccleſiaſticis,in quibus nõ ageretur de prouiſione eccleſiæ,nã in illis ſeruarẽtur alia iura,de quibus ſupra in d. c.ſæpe cũ ſimil. ¶ Adde,quòd Nicolaus nõ fuit citatus,prout citari debuit,ex quo ipſe nondũ elegerat iudicẽ, & ideò ueriſimiliter potuit ignorare, an appellatus curiã adiuerit
23 ad proſequendã appellationẽ per prædicta: Quo fit, † ut appellatus uel debuerit facere citari appellãtẽ, uel melius ei intimare,quòd infra certũ tempus deberet eligere iuxta ea,quæ habetur in d.clem.cãm,in d.c.cordi, & per Bellam. in deciſ.726.& Rot.in deciſ.204.in nouis cũ ſequen. ¶ Nec
23 ſtilus curiæ refragatur, quia † aliud eſt in caſibus,in quibus iudex appellationis ẽ certus uel expreſsè,uel ex iuris diſpoſitione,ut quòd propter fauorẽ cauſæ ipſa cauſa eẽt à Papa cognoſcẽda,& in eius curia,nã tunc locũ habet ſtilus curiæ de quo habetur ĩ d.c.ſæpe,& in d.c.ſtatuimus cũ ſimil. At ĩ caſu,quo iudex nõ eẽt certus, ueluti qñ appellatio eſſet alternatiua,& electio ad appellantẽ ſpectaret,aliter dicendũ
25 ẽ,ueluti declaratũ fuit.Ex quibus infertur,quòd† cũ Nicolaus nũc appellãdo ad Papã ab intimatione ſibi facta de literis exequutorialibus à præfato Ioan. obtẽtis elegerit ſu-

per hac cauſa etiam in meritis cauſæ coram Papa litigare,
danda eſt illi congrua dilatio ſecundum locorum diſtantiã
iuxta c.cum ſit de appellat. ad producendum inſtrumẽtum
primæ appellationis,& ſtatuta eccleſiæ,& inſtrumenta rece
ptionum ſuarum, & alia ad cauſam facientia iuxta l.1.ubi
plenè C.de dilat.c.cum longè 63.diſt. & c. vbicunque 24.
q.2.alioquin poſſet appellari à denegata dilatione, & de-
fenſione, quoniam defenſio in dilationibus quoque conſi-
ſtit argumento l.non tantum ff.de appella. Hæc mihi nunc
in hac cauſa ſuccurrerunt, remittẽdo me in reliquis ad ea,
quæ clariſſimus uir dictus dominus Nicolaus olim diſcipu-
lus meus doctiſſimè ſcripſit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Inter canonicos eiuſdem eccleſiæ ille alteri in actibus capitularibus eſt præferendus, qui prior ad canonicatum receptus fuit.*
2 *Canonici adminiſtrationem non habent.*
3 *Ordo inter canonicos quoad effectum prælationis, & præcedentiæ non attenditur: & quid attendatur.*
4 *Canonicus ad canonicatum receptus non deſinit eſſe canonicus, vel non dicitur nudus canonicus, nec ſibi quoad alios poſt eum receptos in præcedentia, & prælatione præiudicat ex eo, quod poſt illius receptionem ſedes apoſtolica de eius conſenſu nomen, locum, & ſtallum in choro alteri reſeruauit; & quid hæc reſeruatio operetur.*
5 *Donatio ſi facta ſit alicui reſeruato vſufructu, quid illa uſusfructus reſeruatio operetur.*

EPITOME.

PRÆCEDENTIA, *& Prælatio inter canonicos attenditur ſecundum tempus receptionis ad canonicatum, quamuis poſt receptionem quoad illum canonicatum reſeruatio nominis, loci, & ſtalli in choro de conſenſu recepti per ſedem apoſtolicam alteri cum regreſſu facta fuerit.*

CONSILIVM VIII.

DILIGENTER inſpectis ſcripturis, & allegatio-
tionibus ſuper cauſa præcedentiæ inter R. dominum
Franciſcum Foſſam ex una, & R.dominum Ioannem
Parolarium concanonicos eccleſiæ cathedrali Regienſis ex
alia coram Reuerendiſsimo domino Epiſcopo dictæ eccle
ſiæ uertente, Viſiſque literis ipſius domini epiſcopi, quibus,
omiſſa cauſa poſſeſſionis, petit ſolum ſuper articulo petito
rii iuxta rei veritatem breuiter informari, ac certiſſimi, non
ignarus uerbi domini dicentis, Ego ſum uia, ueritas, & vita,
c.ſi conſuetudinem 8.diſt.& Eſdræ lib.2.c.9.atteſtantis ue-
ritatem uincere, ualere, & inualeſcere, & in æternum uiue-
re, ac obtinere, c.conſuetudo ead.diſtin.idcirco in præſenti
negotio ſolam ueritatem conſiderando, venio in illorum
ſententiam, qui ad fauorem domini Franciſci Foſſæ reſpon
derunt, cum ipſi prius de canonicatu in dicta eccleſia Re-
gienſi per ſedem apoſtolicam fuerit prouiſum, & is prius
quaſi poſſeſſionem canonicatus fuerit adeptus, & à capitu-
lo dictæ eccleſiæ ad chorum, & ſtallum, ac ad alios actus ca
1 pitulares receptus: quoniam † inter canonicos eiuſdem ec
cleſiæ ille alteri in ſtando, eundo, ſubſcribendo, ac in alijs
actibus capitularibus eſt præferendus, qui prior ad canoni-
2 catum receptus fuit, cum non rõne adminiſtrationis, † quã
canonici non habent Ioan.And.Ant.& Abb.in c.fi.ne cler.
vel mon.& ſcrib.poſt gl.in c.præſenti de offi.ordi. in 6. nec
ratione honoris ordinis, qui in alijs dignitatibus eccleſiaſti
cis cõſideratur c.ſtatuimus extra de maio.& obed. effectus
3 iſte prælationis inducatur, quia † ordo, ſeu honor ordinis
inter canonicos quoad hunc effectum non attenditur, ſed
ſimplex temporis prærogatiua, ut uolunt Inn.Io.An.do.An
to.Abb.Henricus Boic,& Fel.in d.c.ſtatuimus,& ſic tẽpus,
quo quis ad canonicatũ fuit receptus, hoc opertur, vt is,
qui prior fuit, maior habeatur c.1.de maio.& obed. & in iu
re is potior ſit cenſendus, qui prior tẽpore fuerit c.vlt.75.
diſt.& ff.& C.qui potio.in pig.hab.c.qui prior de reg.iu.in
6.qui tex.exemplificat etiam in duobus canonicis eiuſdem
eccleſiæ, ut is alteri in ſeſſionibus, ſubſcriptionib. & in alijs,
hmõi præferatur, qui eſt quoad actũ receptionis antiquior
c.fi.17.diſt.l.1.C.de præfec.præt.lib.12.c.cum olim, & ibi
gl.extra de conſue.l.1.2.& 3.ff.de albo ſcrib.& eſt optimus
tex.in l.1.in fi.C.præpo.ſacri cubicu.lib.12.immò non de-
bet eſſe in cõſideratione tempus, quo dignitatis adminiſtra
tio defertur, ſed tempus, quo prius delata fuit dignitas l.ſan
cimus C.de conſulib.lib.12.& ibi in l.1.& ideò ſi inter cano
nicos eiuſdem eccleſiæ quæſtio ſuper præcedentia oriatur,
is præferendus erit, qui prius ad canonicatum receptus fue
rit, ut ſcribentes ferè oẽs uoluerunt in d.c.ſtatuimus, quo-
rum opinio eſt magis recepta, vt atteſtatur ibi Fel.fidelis re
lator, quicquid dixerit Hoſti.ibi per illum text. & in ſumma
de maio.& obed.in §.in quibus col.2.In hoc igitur cũ ha-
beamus communem doctorum canoniſtarum ſententiã, ul
terius non eſt quærendum arg.eorum, quæ dixerunt Ioan.
And.& cæteri canoniſtæ in c.1.circa fi.extra de conſt.& fa-
cit ad hæc tex.in c.fi.de conſue.in 6.c.duobus de reſcri.eo.
lib.c.mandatum, c.literis, & c.abbate de reſc.c.dudum il 1.
ibiq; Abb.in nor.extra de electio.¶ Nec domino Franciſco
uidetur obeſſe, quòd poſt illius receptionem ad canonicatũ
ſedes apoſtolica de ipſius domini Franciſci conſenſu reſer-
uauerit domino Baptiſtæ eius patruo nomen, locum, & ſtal
lum in choro cum regreſſũ &c.ex qua reſeruatione domi-
nus Franciſcus videtur factus nudus canonicus, & quolibet
iure canonicatus priuatus, uiuente domino Baptiſta, ergo il
li dominus Ioannes, cui plene ab eadem ſede apoſtolica de
canonicatu prouiſum fuerat, debuit præferri arg.l.2.§.i.cũ
4 ſeq.& ibi Bar.ff.de decu.quia reſpondetur, † quòd ex dicta
reſeruatione fructuum cum regreſſu ad fauorem do. Bapti
ſtæ facta nihil ad præiudicium ipſius domini Franciſci po-
tuit dici domino Ioanni Parolario eſſe quæſitum, nam res
inter alios acta tertio nec nocere, nec prodeſſe poteſt c.quã
uis de re iudi.& c.inter dilectos de fi.inſtr.& idcirco do.Frã
ciſcus poteſt do.Ioãni dicere, quoad te liberas ædes habeo
l.loci corpus §.competit in fi.uer.ff.ſi ſerui.uend.& l.fi. C.de
rei uend.Præterea per reſeruationem fructuum, & aliorum
emolumentorum do.Baptiſtæ factam do. Franciſcus nõ de
ſiit eſſe canonicus, nec habere illa omnia, quæ de iure ad ca
nonicum iure proprietatis ſpectant, cum per dictam reſer-
uationem do.Baptiſta ſolum effectus fuerit uſufructuarius
canonicatus, & præbendæ, & hac de cauſa potuerit dici na
turalis poſſeſſio illi acquiſita: at do. Franciſcus tanquã pro-
prietarius habendus erat, penes quem ciuilis poſſeſſio remã
5 ſit, ut † dicitur de illo, qui rem alicui donat, reſeruato uſufru
ctu, nam per eam reſeruationem dicitur factus uſufructua-
rius, & naturalem tãtum poſſeſſionem habere, alius autem
dicitur proprietarius, & ciuilẽ habere poſſeſſionẽ l.quiſquis
& ſi quis argentũ §.ſi quidẽ C.de dona.iũcta l.naturaliter
in prin.ff.de acquir.poſs.Bart. poſt glo.in l.3.§. ex contrario
ff.eo.tit.& faciunt ea, quæ ipſe Bar.poſuit in l.fi.ff.uti poſſid.
& per obitum præfati domini Baptiſtæ ilico, & ipſo iure fa-
cta fuit conſolidatio oĩum tàm naturalis poſſeſſionis, quàm
uſusfructus in perſonã do.Franciſci Abb. in c.cũ ueniſſent
col.2.verſi.ulti.inducitur extra de reſtit.ſpol. & Bal.in l.2.
quæſtio.46.colum.5.ff. de rerum diuiſio. Nec aduerſatur
textus in l.2.§.1.ff.de decurionibus, & in c.ex inſinuatione
de ſimon. ubi reſtitutus non primum locum, quo priuatus
fuit, ſed nouum adipiſcitur, quia illa iura loquuntur, quan-
do quis ratione criminis loco ſuo penitus perpetuo, uel ad
tempus priuatus fuiſſet, quod quidem nõ contigit in caſu,
de

de quo agitur, quia do. Franciſcus non ratione delicti fuit
naturali poſſeſſione,ſeu fructibus beneficii priuatus,ſed tan
tum uoluntate ſua concurrente diſpoſitione ſedis apoſtoli
cæ,ex qua fructuum ſeparatione,ut iam dixi, non deſiit eſſe
canonicus,nec iura canonicatus habere, niſi quatenus con
ſenſit,uidelicet quoad fructus tantum,& alias obuentiones
canonicatus: Ex quibus, & pluribus aliis, quæ adducere
potuiſſem,ſi aduerſa ualetudine in præſentia non opprime-
rer,mihi de iure uerius eſſe uidetur,quòd do.Franciſcus in
actibus ad canonicos pertinentibus ſit ipſi do.Ioanni præfe
rendùs, ſaluo tamen ſemper integerrimo iudicio præfati
Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi,cui me plurimum com-
mendo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Eligendi poteſtas uni competens ad alium non deuoluitur, niſi data ne-
gligentia prioris,qui infra tempus à iure ſtatutum non elegerit.*

2 *Præbenda canonicatui unita cenſetur eſſe quid indiuiduum,& connexũ
cum canonia,& quid ſpirituale,ſicut canonia iudicatur.*

3 *Præbenda tãtum optata, etiam canonia cenſetur optata, quando illi
præbenda eſt annexa, & num.6.*

4 *Dictio cum coniungit non principaliter,ſed acceſſoriè.*

5 *Statutum in materia exorbitanti,& contra regulas iuris communis de-
bet intelligi in caſu,in quo loquitur,& non in alio.*

EPITOME.

STANTE *ſtatuto eccleſiæ, quòd antiquior canonicus poſſit
infra decem dies optare canonicatum, & præbendam,ſeu canonica
tum cum præbenda, ſi præbenda ſit annexa canoniæ, canonicus
antiquior infra tempus ſtatuti optando præbendam tantum ualí-
dè iuxta diſpoſitionem ſtatuti optauit,cæteriſq; præfertur, qui etiã
ante illum canonicatum,& præbendam eandem optaſſent.*

CONSILIVM IX.

STANTE ſtatuto eccleſiæ Auguſtenſis,& optione
facta per uenerabilem do. Petrum de canonicatu,&
præbenda ſub titulo S.Nicolai, Dubitatur,utrum ipſe
dominus Petrus,qui prius dictum canonicatum, & præben
dam optauit,præferendus ſit do. Ludouico antiquiori cã-
nonico,qui expoſtfacto, infra tempus tamen datum à ſtatu
to, optauit, an uero ècontra: Et uidetur dicendum, quòd
do.Ludouicus ſit admittendus,& præferendus in optando,
tum quia eſt antiquior,tum quia infra tempus debitum, &
1 à ſtatuto aſſignatum optauit, ergo † prior optio facta per
do. Petrum non debuit illi nocere, quia do. Petrus debuit
expectare lapſum decendii à ſtatuto aſſignati,& ante optan
do nihil fecit,nec potuit præiudicare domino Ludouico an
tiquiori canonico,qui in optando negligens non fuit c. nul
la,c. quia diuerſitatem de conceſſ.præben.& c. licet cum ſe
quen.& ſequen.de ſupplen. neglig. præla. cum, ut ibi dici-
tur,poteſtas deuoluatur ad alium,data negligentia prioris,
qui infra tempus à iure ſtatutum non elegit, & non aliter.
Nec obſtat, quòd do. Ludouicus ſimpliciter præbendam
optauerit,& non canonicatũ,& ſtatutum expoſcit utrumq;
debere optari,quia reſpondetur, quòd præſuppoſito ſecun
2 dum ea,quæ mihi in facto proponuntur, quòd † præbenda
ſit unita canonicatui, ut quia in eccleſia ſit taxatus certus
numerus canonicorum, & quælibet canonia ſuam habeat
præbendam annexam, quo caſu præbenda cenſetur eſſe
quid indiuiduũ,& connexũ cum canonia,& iudicatur quid
ſpirituale,ſicut ipſa canonia c.dilecto de præben. ſequitur,
quòd non refert, an quis optauerit canonicatũ de per ſe,
3 an præbēdã de per ſe, an uero utrumq;, quoniã † optando
præbendã tantũ cenſetur ẽt optare canonicatũ, & econtra
ratione indiuiduitatis,& cõnexionis arg. d.c.dilecto,& eius,
quod dicitur de illo,qui pro parte tantum hæreditatẽ adit,
qui dicitur eſſe hæres in totum ratione indiuiduitatis, cum
iura abhorreant,quem decedere pro parte teſtatum,& pro
parte inteſtatum.l. unica cum ibi plenè not.C.quando non
peten.par.l.1.& 2.& l.qui ex duabus in fin.ff.de acquir.hæ-
red.cum ſimil. ibi allegatis: Vnum .n. corpus indiuiduum
cenſentur præbenda,& canonia in caſu noſtro, in quo præ
benda eſt canoniæ annexa d.c.dilecto: ergo quis partẽ ha-
bere non poteſt,quin totum habeat. ¶ Ex oppoſito autem,
quòd do.Petrus ſit præferendus,nec optio facta à do.Ludo
uico attẽdi debeat, facit, quia ſtatutum à Papa confirmatũ
copulatiuè, & ſæpius repetendo requirit, quòd antiquior
canonicus optet canonicatum,& præbendam,ergo non ſuf
ficit optare ſolam præbendam,quia de natura copulatiuæ,
ſeu orationis copulatæ eſt, requirere concurſum utriuſque
partis adeò,quòd ad illius ueritatem alteram partem tantũ
adimplere non ſufficiat.l.ſi is,qui ducenta.§. cum ita.ff. de
rebus dub.& l.ſi quis ita.ff.de uerb. oblig. Præterea ſtatutũ,
ac etiam confirmatio apoſtolica expoſcunt,ut antiquior ca
nonicus prius,& principaliter optet canonicatũ, & acceſſo
riè præbendam, ut patet ex illis uerbis canonicatum cum
4 præbenda &c. nam † dictio cum coniungit non principali-
ter,ſed acceſſoriè .l.1.2.& 3.ff. de peculio lega. &.§. ſed ſi
quis inſtit.de lega.ſatis igitur non erit præbendam ſimplici
5 ter optare,quoniam † cum ſimus in materia exorbitanti, &
contra regulas iuris communis; ſtatutum illud debet intelli
gi in caſu,in quo loquitur,& non in alio,ut uoluit Calde.in
conſi.ſuo 5.& 7.ſub tit.de conſuetud.ſed ſtatutum expreſſè
diſponit,quòd antiquior canonicus poſſit optare canonica
tum,& præbendam, ſeu cum præbenda, & de forma illius
eſſe uidetur, quòd canonicatus, & præbenda copulatiuè
optari debeat, ut ſupra, ergo locum non habebit, quando
præbendam ſimpliciter optaret, nam forma ſtatuti eſt ſer-
uanda c.cum dilecta,& ibi omnes maximè moder. extra de
reſcrip. ¶ His tamen non obſtantibus magis inclino in pri
mam partem,quòd præferẽdus ſit do.Ludouicus,qui infra
tẽpus ſibi à ſtatuto aſſignatum optauit, primo per rationes
ſupra primo loco allegatas,nec nõ ex eo, quòd optio facta
à do. Petro, qui pendente adhuc tempore decem dierum
præfixo do.Ludouico antiquiori canonico optauit, fuit nul
la,& fieri non potuit ad præiudicium antiquioris canonici,
cui ius optandi erat acquiſitum argu.c.decernimus 16. q.7
& c.2.de ſupplen.neglig. præla.ibi extunc tibi liceat, &cæt.
Nec obſtant adducta pro parte do. Petri, quia ex dictis ſu-
6 pra colligitur reſponſio, † nam cum præbenda ſit annexa
canoniæ,utiq; optando præbendam dicitur ratione conne
xionis canonicatum optaſſe argu. d. c.dilecto,& l.qui patri
cum ibi not.ff.de acquir.hæred.& qui uult conſequens, ui-
detur uelle antecedens neceſſarium,& connexum.l. illud,
& ibi glo.& docto.ff.eo.tit.de acquir. hæred. Sed tamen id
rectius ſentientibus cogitãdum relinquo, nam ego de ſen
tentia mea ſimpliciter requiſitus, hæc in præſentia breuiter
magis de iure eſſe exiſtimaui. Laus deo.

SVMMARIVM.

1 *Optatio præbendæ iuxta conſuetudinem,ſeu ſtatutum eccleſiæ locum non
habet, quando Papa alicui etiam ad illius petitionem prouidet de præ
benda cum ſpeciali clauſula derogatoria dicti ſtatuti, ſeu conſuetudi-
nis,& num. 6.*

2 *Idem, ſi Papa præbendam uacaturã,ſiue generaliter,ſiue ſpecialiter, &
ad petitionem alicuius ſibi reſeruaſſet,& num. 5.*

3 *Ad præbendam habentem annexum ordinem ſacerdotalem, ſeu ab eo de-
pendentè admittitur is ſolum, qui eſt in ordine ſacerdotali conſtitutus.*

4 *De connexis præbendæ idẽ iudicatur, quod de ipſa principali præbenda.*

6 *Optandi ius ceſſat, quando Papa motu proprio facit alicui gratiam ſuper
præbenda, & canonicatu vacatiouis, vel quando ſpecialiter derogat
ſtatuto,ſeu conſuetudini eccleſiæ de optatione loquentibus.*

EPITOME *habetur ſupra in ſummario ſub num. 1.& 2.*

CONSILIVM X.

IN cauſa, quam habet dominus Nicolaus de Strata cũ domino Nicolao Gaita, ſuper præbenda olim domini Gregorij de Riſtis, dominus Nicolaus de Strata de iure uidetur obtinere debere, non obſtante optione domini Nicolai de Gaita facta iuxta conſtitutiones, ſeu conſuetudinem capituli, in primis quia prouiſio à Papa facta dicto domino Nicolao de Strata dicitur facta cum ſpeciali clauſula derogatoria ſtatutorum, ſeu conſuetudinis eccleſiæ, in
1 qua eſt illa præbenda, & † ubicunque Papa prouidet, ſeu mandat prouideri alicui ad illius petitionem cum ſpeciali clauſula derogatoria, non obſtante conſuetudine, ſeu ſtatuto eccleſiæ, quod admitteret antiquiorem canonicum poſſe optare præbendam uacantem, prout in caſu occurrenti, ſpecialiter huiuſmodi ſtatuto, ſeu conſuetudini eccleſiæ fuit derogatum, non eſt locus optationi, & ſtatutum, ſeu conſuetudo quoad illam præbendam ſeruari nõ debet, ſecus ſi generaliter fuiſſet illi derogatum argumento c. ſi clericus, & c. cui de non ſacerdotali de præben. in 6. & eſt doctrina Lapi, quam refert, & ſequitur Gemin. in c. fi. de conſue. in 6. in §. in præbendis colum. 1. in uerſic. quid ſi Papa, & ibi etiam idem Lapus, quem refert, & ſequitur ipſe Geminia. ibidem
2 in 1. col. uerſi. nam quandocunque &c. dicit, quòd † quandocunque Papa ſcribit ſuper præbenda uacatura, ſemper illam diſpoſitioni ſuæ reſeruaſſe dicitur, & ideò optationi locus non erit, quia reſeruando abrogat omnes leges, & ſtatuta, tollitque cæteris omnem poteſtatem conferendi, & conſequenter ſtatutum, ſeu conſuetudinem, ex quibus poteſtas optandi datur, & prædicta procederent, etiam ſi reſeruatio ſpecialiter facta fuiſſet, puta ſpecialiter ſcribendo ſuper certa conferenda uacatura etiam ad petitionem alicuius, nam tunc ſiue Papa illam conferat, ſiue mandet conferri, non eſt locus optationi, quoties de ſtatuto, ſeu conſuetudine eccleſiæ expreſſam fecerit mentionem, prout fecit in caſu, de quo agitur, per plura, quæ allegat Lapus, & re-
3 fert Gemin. in dicto loco. Præterea † præbenda dicti olim domini Gregorij, quam præfatus dominus Nicolaus Gaita optauit, habet annexum ordinem ſacerdotalem, ſeu ab illo dependet, ut in facto præſupponitur, ergo ad illam non poteſt admitti, niſi conſtitutus in ordine ſacerdotali argumento d. c. cui de non ſacerdotali cum glo. & in c. ſi cui cum gl. de præben. in 6. Sed dominus Nicolaus Gaita non eſt in ordine ſacerdotali conſtitutus, ergo non potuit ad huiuſmodi præbendam optandam admitti, alius uerò dominus Nicolaus eſt presbyter, & in ordine ſacerdotali: & ſi Gaita non potuit ad optationem præbendæ admitti, nec etiam ad optationem domorum, aliorumque cõnexorum, tum quia de domibus quoque, & alijs connexis in literis domini Nicolai de Strata ſpecialis fit mentio, ſicut de ipſa præbenda,
4 tum quia † de domibus, alijſque cõnexis iudicatur, ut de principali præbenda ad not. per Gemin. in c. nulla 12. q. 2. c. id conſtituimus 17. q. 4. c. 1. de immunit. eccle. Archidiac. in c. 1. de cenſibus, & Innocen. in c. uolentes de priuileg. in 6. Conſtat etiam ex collatione Papæ ſpecialiter facta dicto domino Nicolao de Strata de canonicatu, & præbenda, quòd Papa canonicatum, & præbendam ſaltem generaliter ſibi reſeruauit, de qua reſeruatione conſtat ex narratione ipſius Papæ facta in literis dictæ collationis, ſuper qua ipſe ſe fundauit; ut in clementi. 1. de probatio. Quo fit,
5 † ut per hanc generalem reſeruationem illorum collatio ad Papam ſpectaret, & ideò de eis ex ſtatuto, uel conſuetudine eccleſiæ optatio fieri non potuerit etiam ante, quàm per Papam collatio facta fuiſſet, quia per Papam non ſolum reſeruatio generalis, ſed etiam poſtea ſpecialis collatio de illis facta fuit dicto domino Nicolao de Strata. Nec obſtat textus in d. c. fin. de conſuetu. in 6. quia procedit, quando per Papam poſtea etiam ſpecialis collatio non fuiſſet facta per iura, & rationes Archid. Ioan. And. & Gemin. in d. §. in præbendis circa princi. Præſupponitur etiam in facto, quòd dominus Nicolaus de Strata fuit ſubrogatus in iuribus D. Secundi Tamagri S. D. N. Papa parafrenarij, cui motu proprio Papæ fuerat conceſſa gratia de primo canonicatu, & præbenda uacaturis in eccleſia Vercellenſi, & cum ſpeciali derogatione ſtatuti, & conſuetudinis eccleſiæ loquentium de optione facienda, prout de hac gratia conſtat in literis ipſius Papæ, ergo uacantibus in dicta eccleſia canonicatu, & præbenda per obitum dicti domini Gregorij, non potuit eſſe locus optationi, tum ob reſeruationem, qua dictus canonicatus, & præbenda affe-
6 cti fuerunt, tum etiam quia † quando Papa motu proprio facit gratiam ſuper canonicatu, & præbenda uacaturis, vel quando ſpecialiter derogat ſtatuto, & conſuetudini eccleſiæ de optatione loquentibus, ceſſat ius optandi ad tradita per Lapum, & Geminia. in d. §. in præbendis in uerſicu. quid ſi Papa, & in uerſicu. nam quandocunque, & per dominos de Rota in deciſio. 30. in nouis incipien. ſi mandetur, & in deciſio. 219. in antiquis incip. nota, quòd ſecundũ. Hæc ad fauorem præfati domini Nicolai de Strata breuiter dicta pro nunc ſufficiant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium ſummarium, extraordinarium, & quodammodo iudicij ordinarij, & plenarij præparatorium dicitur, quando iudex mandat alicui ſub pœna, ne alium in ſua poſſeſsione, vel quaſi turbet, & moleſtet.*
2 *Et ad quem finem fiat hoc iudicium, & quid in eo agendum.*
3 *Et in quo differt à iudicio poſtea faciendo ſuper petitorio, vel ſuper plenario poſſeſſorio.*
4 *Interdictum vti poſsidetis, & poſſeſſorium retinendæ odinarium quando, & pro quibus detur, & quis in eo obtineat, & num. 15. & 16.*
5 *Canonicatus ſupernumerarius differt ſpecie, & ſubſtantia à canonicatu numerario, & gratia, ſiue prouiſio de ſupernumerario facta alicui non extenditur, nec ius aliquod tribuit ad canonicatum numerarium poſtea vacantem.*
6 *Continuatio poſſeſsionis, vel quaſi quando ex priori poſſeſsione fieri dicatur, & ſufficiat abſque eo, quod noua poſſeſsio apprehendatur.*
7 *Continuatio dominij ipſo iure datur, ſed non poſſeſsionis, etiam concurrente fauore eccleſiæ, & piæ cauſæ.*
8 *Ad acquiſitionem quaſi poſſeſsionis canonicatus quid requiritur.*
9 *In canonicatus ſupernumerarij quaſi poſſeſsione exiſtens non poteſt poſtea ex cauſa canonicatus numerarij incipere poſsidere, ſeu ſuam quaſi poſſeſsionem continuare, & ſupra nume. 7.*
10 *Canonicatus, & beneficij quaſi poſſeſsio transferri in alium, & acquiri alij poteſt mediante relaxatione, & ceſsione alteri, & notario eius nomine recipientibus facta,*
11 *Et an ratificatio requiratur.*
12 *Canonicatus, & beneficij quaſi poſſeſsio non poteſt abſque canonica inſtitutione, & titulo ſaltem colorato acquiri.*
13 *Exequutor literarum ad beneficia in earum exequutione debet citare eos, apud quos tunc poſſeſsio beneficij eſſet.*
14 *In ſpiritualibus, & beneficialibus ad obtinendum in iudicijs poſſeſſorijs non prodeſt habere poſſeſsionem abſque titulo ſaltem colorato.*
17 *Prouiſione facta alicui de canonicatu ſupernumerario, nec non de præbenda vacatura, is non poteſt ad præbendas canonicatibus numerarijs annexas regreſſum habere, & quæ præbenda ſit illi debita num. 18.*
Potior in canonicatu dicitur etiam potior in præbenda illi annexa.
19 *Gratia, ſeu prouiſio facta iam recepto in canonicum de præbenda vacatura dicitur extincta per reuocatoriam omnium gratiarum expectatiuarum.*

EPITOME.

Ex *Prouiſione uni facta de canonicatu ſupernumerario, cuius quaſi poſſeſsionem habuit, & adeptus fuit, nec non de præbẽda uacatura, nullũ ius poſſeſsionis, nec tituli poſſe acquiri in ca*

nom-

nonicatu numerario poſtea uacante, nec in præbenda canonicatui numerario annexa, & illum, cui poſtea de canonicatu numerario prouiſum fuit, eſſe etiam quoad præbendam annexam potiorem, & obtinere debere, demonſtratur.

CONSILIVM. XI.

IN præſenti cauſa, in qua de mero, & ſimplici poſſeſſorio agitur, quia petitorium fuit ſuſpenſum, ſolum concernentia cauſam poſſeſſorij tangam, reſeruato iure multa in cauſa petitorij dicendi, ſi opus erit. Cum autem
1 † cauſa incœperit à præcepto Reuerendiſſimi domini, quo mandauit ſub pœna domino Laurentio, quòd non deberet turbare, nec moleſtare dominum Ioannemfranciſcum in ſua quaſi poſſeſſione canonicatus, & portionis præbendalis, cum clauſula, & ſi quis ſenſerit ſe grauatum &c. uidetur eſſe iudicium poſſeſſorium extraordinarium, & ſummariũ, ac quodammodo iudicij ordinarij, & plenarij præparatorium, ſecundum quòd ponit, & declarat Paul. Caſ. in conſ. 3. ſeu 6. incip. In cauſa, quæ uertitur coràm domino Vicario &c. lib. 2. ex mente Innocen. per illum tex. in c. cum ueniſſent extra de inſtit. & per text. in l. ſi de poſſeſſione C. de tranſac. & in l. fin. ff. de offi. procurat. cæſa. & faciunt not.
2 per Bal. in l. fin. C. de edic. diui adr. tollen. † fit enim hoc iudicium non ad finem, ut ad ſententiam diffinitiuam perueniatur ſuper petitorio, uel ſuper poſſeſſorio retinendæ, in quo principaliter diſceptatur, quis ſit poſſeſſor, ſed ad finem principaliter, ne, lite pendente ſuper proprietate, uel poſſeſſione, partes ueniant ad rixas, & ad arma, ſe inuicem turbando, cum quælibet pars aſſerat ſe ſolam eſſe in quaſi poſſeſsione canonicatus, & portionis præbendalis uacantium per obitum domini Herculis à bono, & ius illius ad ſe ſpectare, ſuper quo neceſſarium eſt ſummatim cognoſcere, quæ pars ſit in dicta quaſi poſſeſſione, & reperto in ea eſſe dominum Ioannemfranciſcum, & non dominum Laurentium, ad officium iudicis ſpectat inhibere domino Laurentio, ne interim ipſi domi. Ioan. Franciſco moleſtiam, uel turbationem faciat, prout colligitur ex uerbis Pauli Caſ. in
3 d. conſil. qui dicit, † quòd hæc pronunciatio ſic facta non faciet præiudicium iudicio poſtea ſuper petitorio, ſeu plenario poſſeſſorio faciendo, per primum namque iudicium non infertur præiudicium perpetuum, ſed temporale circa poſſeſſionem, at per ſecundum perpetuum præiudicium inferretur, ex quo plenè probatur poſſeſſio, & ſic prout eſt iuris, & facti, & à ſimplici detentatione differt, ut colligitur ex iis, quæ ibi ponit Paul. de Caſtr. & faciunt not. per Bart. in l. 1. C. quorum bono. Et ideò in caſu, de quo agitur, ſi iudex cognoſcet dominum Ioannemfranciſcum forè in priori actuali poſſeſſione, quam ſit do. Laurentius, debebit pronunciare ad fauorem Ioan. Franciſci, confirmando præceptum factum do. Laurentio, & ei mandando, ne do. Ioannemfranciſcum moleſtet, neque turbet, donec fuerit poſtea ſuper cauſa petitorij iudicatum. ¶ Poſſet etiam fortè quis dicere, inter dictas partes primo fuiſſe, & eſſe intentatum plenarium, & ordinarium poſſeſſorium retinendæ, quod ap
4 pellatur interdictum uti poſſidetis, † quod datur, quando contenditur de poſſeſſione inter duas partes aſſerentes ſe eandem rem, eodemque reſpectu poſſidere, uel quaſi: in quo remedio ille obtinere debet, qui melius probauit de antiquiori poſſeſſione, prout eſt iuris, & facti, ut in l. 1. §. interdictum, & §. hoc interdictum ff. uti poſſed. & non ſolum datur ob poſſeſſionem prædij, rerumq; immobilium, ut ibi, uerum etiam pro quaſi poſſeſſione iurium, & rerum incorporalium, ſeu canonicatus l. loci corpus §. ſi quis cum gl. ff. ſi ſerui. uend. l. fina. ff. uti poſſid. c. licet cauſam de proba. do. Anto. in c. fin. de cau. poſſ. & proprie. & in c. in literis poſt Innoc. de reſtit. ſpolia. ſed in caſu occurrenti ſiuè dicamus fuiſſe intentatum iudicium poſſeſſorium ſummarium, ſiuè plenarium, & ordinarium, in utroque dicendum eſt ipſum do. Ioannemfranciſcum debere contra dictum dominum Laurentium obtinere per infra dicenda: ¶ Cumque inter præfatos litigantes nunc agatur non ſolum ſuper quaſi poſſeſſione canonicatus, quem do. Hercules à bono in eius uita tenebat, & qui per illius mortem uacauit, ſed etiam ſuper aſſerta quaſi poſſeſſione portionis canonicalis eiuſdẽ, ideò de ſingulis ſeparatim uidendum eſt, & primo de quaſi poſſeſſione dicti canonicatus, qui diebus elapſis per obitũ præfati do. Herculis uacauit: & concluſiuè loquendo dico do. Ioannemfranciſcum, & non dominum Laurentiũ eſſe poſ-
5 ſeſſorem dicti canonicatus, † nam ius omne, quod dominus Laurentius ſuper illo habet, & habere prætendit, ſolum poteſt, prout præſupponit, habere ex gratia ſibi facta à S. D. Clemente Papa, ac ex electione, & prouiſione prius facta per capitulum, & canonicos eccleſiæ S. Petronij: Sed per electionem, & gratiam apoſtolicam prædictas Laurentius ſtatim iam factus, & creatus fuit canonicus ſupernumerarius actualis, ipſique per prouiſionem Papæ fuit quæſitum ius in re ſuper dicto canonicatu ſupernumerario, & non ſuper alio, ac diuerſo canonicatu numerario, qui tunc non uacabat, ut colligitur ex uerbis gratiæ ipſius Papæ, quæ non habuit reſpectum ad futurum ius, ſed ad præſens, & ille canonicatus ſupernumerarius eſt alius diuerſus & ſpecie, ac ſubſtantia differt à canonicatu numerario, quem dictus do. Hercules in uita ſua eodem tempore obtinebat, & qui per illius mortem diebus elapſis uacauit, ergo ad illum canonicatum numerarium do. Laurentius uigore ſuarum literarum recurſum habere non poteſt argumento c. quamuis, & c. cui de non ſacerdotali cum ſimil. de præben. in 6. quòd autem inter ſe ſpecie, & ſic ſubſtantia differant, probatur primo, quia canonicatus numerarius ſui natura uacat per mortem canonici, ſupernumerarius uerò non uacat, ſed finitur, atque extinguitur per mortem eius, qui illum obtinebat, ut in c. dilecto de præbendis. Præterea tempore uitæ do. Herculis ipſe do. Laurentius realiter, & actualiter erat canonicus per prouiſionem Papæ, & aliquibus iuribus canoniæ fruebatur, item illius ſui canonicatus quaſi poſſeſſionem adeptus fuerat mediante exequutore dato in literis eo tempore, quo etiam dom. Hercules uiuebat, & illo uiuente ſemper do. Laurentius fuit in quaſi poſſeſſione eiuſdem faciendo aliquos actus, qui ſunt ipſi canonicatui proportionabiles, ut ipſemet fatetur, & ex proceſſu conſtat, quamuis plenitudinem iuris canonici non haberet, & dom. Hercules erat canonicus canonicatus ſui numerarij, & in quaſi poſſeſſione illius, ac plenitudinem iuris canonici habebat: Canonicatus igitur ſupernumerarius domini Laurentij non poteſt dici idem cum canonicatu numerario, quem dominus Hercules obtinebat, quia duo non poſſunt eodem tempore eiuſdem rei inſolidum domini, & poſſeſſores eſſe iuribus uulgaribus: Ex quibus infertur, quòd dominus Laurentius nullum ius in canonicatu numerario uacante per mortem domini Herculis dicitur acquiſiuiſſe uirtute ſuarum literarum, quæ loquuntur de canonicatu ſupernumerario tunc à papa ultra numerum facto, & creato iuxta quæ habentur in d. c. dilecto, & in c. dilectus il 3. cum ibi not. extra de præben. & non de uacaturo, nec de numerario: Virtute igitur ſuarum literarum ipſe do. Laurentius non potuit adipiſci aliquam poſſeſſionem etiam mediante ſuo exequutore per prædicta, ac etiam quia exequutor datus fuit pro exequendo contenta, & comprehenſa in dictis literis, in quibus cum nulla fiat mentio de canonicatu uacaturo, nec de numerario, ſequitur, quòd nihil potuit facere, nec exequi

exequi circa dictum canonicatum uacantem, & numerarium ex defectu poteſtatis, & mandati fines ſunt diligenter ſeruandi, ut in d.c.quamuis, & in c.ſi clericus cum ibi not. de præben. in 6. Habebit ergo, & poſſidebit dictus dominus Laurentius ſuum canonicatum ſupernumerarium cum qualitatibus, & conditionibus ſuis, de quibus habetur in electione facta per capitulum, & canonicos dictæ eccleſiæ, & in conceſſione apoſtolica ſibi, ut ſupra, facta; Canonicatus uero numerarius, qui ut ſupra, uacauit, debet ſpectare ad ipſum dominum Ioannē Franciſcum ex collatione, & prouiſione Reuerendiſſimi domini Legati, cuius manus nullo modo reſpectu dicti canonicatus uacātis ligatæ dici poſſunt. ¶ Nec obſtat, ſi diceretur, quòd dominus Laurentius propter obitum do. Herculis potuit ſuam quaſi poſſeſsionem continuare cum quaſi poſſeſsione canonicatus, quam do. Hercules habuit ex eo, quod dominus Laurentius uidetur ſuccedere in iuribus ipſius do. Herculis etiā abſque eo, quòd ſibi neceſſe fuiſſet aliam quaſi poſſeſsionē canonicatus apprehēdere argu. l. in ſuis ff. de libe. & poſth. & per ea, quæ ferè in terminis uoluit Bal. in l. ſi aquam col. 9. C. de ſeruitu. & aqua, dicens, quòd ſiquis dici, ut canonicus ſteterit in choro, & capitulo, & cum uerè canonicus non eſſet, papa ſecum diſpenſauit, eique contulit illum canonicatum, ad acquirendam, ſeu continuandam quaſi poſſeſsionem illius canonicatus non requitur alia noua inſtallatio, cum ex prima ſuam quaſi poſſeſsionem continuare dicatur, ita etiam in terminis noſtris eſſet dicendum, in quibus adhæc uideretur ſufficere, quòd antea dominus Laurentius habuerit ius in re, hoc eſt in canonicatu, ſeu ad rem ex collatione ſibi de canonicatu facta abſque eo, quòd in illius quaſi poſſeſsionē immiſſus fuiſſet, quamuis do. Ioan. Franciſcus, cui poſtea canonicatus per Reuerendiſsimum dominum Legatum fuit collatus, prius fuerit in illius quaſi poſſeſsionem immiſſus, quoniam diſpoſitio l. quoties C. de rei uendica. locum ſibi non uendicat in beneficialibus, ut dixit Iaſ. in d. l. quoties, & probatur in c. ſi poſtquam cū ſimil. de præben. in 6. & argu. c. fin. de conceſſ. præben. eod.
6 libro. Quia his omnibus reſpōdetur primo, quòd † ea procedunt, ſeu procedere poſſent, quando daretur continuatio poſſeſsionis eiuſdem rei, & ſic eiuſdē canonicatus, ſed in caſu occurrēti nō poteſt dici, quòd cōtinuetur eadē poſſeſsio eiuſdē rei, ſed alterius, quia do. Laurētius prius quaſi poſſidebat canonicatum ſupernumerarium, unde non poteſt dici illam ſuam quaſi poſſeſſionem poſſe continuare reſpectu canonicatus numerarij uacantis, nā alia fuit, & eſt quaſi poſſeſſio canonicatus ſupernumerarij, quam habuit dominus Laurentius, & alia fuit illa, quam in canonicatu numerario habuit do. Hercules, tum quia ſunt poſſeſſiones circa res diuerſas argumento l. 3. §. genera ff. de acquir. poſſ. tum quia uno, eodemq; tempore penes dominū Laurentium erat quaſi poſſeſſio ſui canonicatus ſupernumerarij, & penes dominum Herculem erat quaſi poſſeſſio ſui canonicatus numerarij, ergo ſunt diuerſæ argumento l. fin. iunctis ibi not. per Bar. ff. uti poſſi. Impoſſibile eſt igitur hoc in caſu dari continuationem poſſeſſionis, in caſu autē Bal. in d. l. ſi aquam dicebatur fieri continuatio eiuſdem poſſeſſionis, ac eiuſdem canonicatus. Præterea tunc dicitur fieri continuatio poſſeſſionis, quādo quis iure ſucceſſionis in poſſeſſione, uel quaſi alterius perſeuerat, & continuat d. l. in ſuis: At in caſu occurrenti dominus Laurentius non ſucceſſit, nec uirtute ſuarum literarum ſuccedere potuit in canonicatu olim dicti domini Herculis, quia literæ de illo nō loquuntur, nec ad eum poſſunt extendi, cum loquantur, & habeant locum in canonicatu ſupernumerario, qui ſpecie, & ſubſtantia differt à canonicatu, qui olim fuit domini Herculis, ut ſupra, ergo dictæ literæ ad rem diuerſam extendi nequeunt d.c. quamuis cum ſimil. ibi allegatis. Rurſus id, quod dicit Iaſ. in d. l. quoties, procedit in quaſi poſſeſſione eiuſdē beneficij, ut patet ex uerbis ſuis: & cū do. Laurētius eſſet in quaſi poſſeſſione ſui canonicatus ſupernumerarij, impoſſibile uidetur, quòd illam ſuam quaſi poſſeſſionē trahat ad canonicatum numerarium, qui per mortem domini Herculis uacauit, alioquin poſſet quis dici poſſidere rē, in qua ſuccedit, poſſidendo aliquas alias res ſuas cōtra tex.
7 in l. cum hæredes ff. de acquir. poſſ. & † quamuis ipſo iure continuatio dominij dari queat, nunquam tamen datur cōtinuatio poſſeſſionis etiam concurrente fauore eccleſiæ, & piæ cauſæ l. fin. ibiq; gloſ. & docto. C. de ſacroſan. eccle. Et ideò requiritur noua apprehenſio poſſeſſionis inducta per actus proportionabiles poſſeſſioni, illiuſq; acquiſitioni, ut
8 in d. l. cum hæredes, & habetur in d. l. in ſuis: Et † ad hóc, ut quaſi poſſeſſio canonicatus de nouo acquiratur, requiruntur actus ad hoc proportionabiles, uidelicet quòd ſtallus in choro, & locus in capitulo ab habēte auctoritatem aſſignentur ad tradita per Bal. in d. l. ſi aquam col. 9. d. c. dilectus de præben. Innocen. Anto. & alij in d. c. in literis de reſtit. ſpolia. Anto. in d. c. fi. de cau. poſſ. & propric. & c. auctoritate cū ibi not. de inſtitut. Itē titulus requiritur ſaltem coloratus c. 1. de regu. iur. in 6. & per Innoc. Anto. & Abb. in d. c. in literis, ergò quaſi poſſeſſio canonicatus uacantis non poteſt ex continuatione quaſi poſſeſſionis dici acquiſi
9 ta per prædicta. ¶ Adde, quòd † dominus Laurentius, qui erat in quaſi poſſeſſione canonicatus ſupernumerarij non poteſt ex poſt facto incipere poſſidere, ſeu continuare ſuam quaſi poſſeſſionē ex cauſa canonicatus numerarij, quia nemo poteſt cauſam ſuæ poſſeſſionis mutare l. 3. §. illud quoque ff. de acquir. poſſ. & l. cum natura C. eod. tit. Ex prædictis ergo liquet, quòd do. Ioan. Franciſcus, cui fuit ſimpliciter per Reuerendiſſimum dominum Legatum collatus canonicatus, qui per obitum domini Herculis uacauit, cum iure portionis canonicalis, ac cum plenitudine iuris canonici debet eſſe potior, & præferendus quoad quaſi poſſeſſionem dicti canonicatus, quam adeptus fuit tam ex inſtallatione, & aſſignatione ſtalli in choro, & loci in capitulo ab habente poteſtatem, præcedēte canonica inſtitutione iuxta d. c. auctoritate, & per Bal. in d. l. ſi aquam col. 9. quàm ex actu ficto Reuerendiſſimi domini Legati, penes quem ſtatim, quo canonicatus uacauit, illius quaſi poſſeſſio fuit mediante ſuo nuncio, quā poſtea relaxauit, & ceſſit dicto do. Ioan. Franciſco mediantibus eius fratre, & notario, qui nomine ipſius Ioannis Franciſci relaxationem, & ceſſionem
10 poſſeſſionis receperunt: † per quem actum potuit transferri, & acquiri quaſi poſſeſſio canonicatus, & beneficij, ſicut poſſeſſio rei corporalis immobilis iuxta l. quod meo, & l. interdum, ibiq; Bar. ff. de acquir. poſſ. & habetur per eundem in l. ab emptione ff. de pactis: ita uolunt doct. canoniſtæ in c. 2. de conſuetud. & plenè traditur per Anto. in c. fin. de
11 cau. poſſ. & propric. & in d. c. in literis. ¶ Nec obſtat, † quòd hæc quaſi poſſeſſio canonicatus non potuit do. Ioanni Franciſco acquiri mediante fratre, & notario, niſi ſequuta ratificatione, ut eſt tex. cum glo. in l. communis ſeruus in fin. ff. de acquir. poſſ. ubi per habentem ſpeciale mādatum acquiritur poſſeſſio domino etiam ignoranti, & abſque alia eius ratificatione, ſed per non habentem ſpeciale mandatum, quamuis aliàs haberet generale, non acquiritur, niſi ſequuta ratificatione, ut ibi, quæ ratificatio debet re integra fieri l. bonorum ff. rem rat. haberi & Bal. in l. ſi. C. ad macedon. & in caſu noſtro res deſiit eſſe integra, quoniam ante, quā do. Ioānes Franciſcus ratam haberet dictam poſſeſſionis relaxationem, dominus Laurentius fuit in quaſi poſſeſſionē dicti canonicatus immiſsus, ergo ratificatio poſtea per dominum Ioannem Franciſcum facta ipſi nō profuit, quia reſpon-

ſpònderi poteſt, quòd ante prædictam ratificationem quaſi poſſeiſio dicti canonicatus uacantis non fuit acquiſita, nec potuit acquiri do. Laurentio, qui nullum illius canonicatus
12 titulum canonicum, nec coloratum habuit, & † abſque canonica inſtitutione quaſi poſſeſſio canonicatus non poteſt acquiri, nec poſſideri, ut in d.c.1. de regu. iur. in 6.d.c. auctoritate, & habetur per do. Anto. in d.c. in literis, & in d.c. fin. de cau. poſſ. & propr. & in d.c.2. de conſuetud. nam ipſe nullum ius habuit in dicto canonicatu numerario, ſed ſolum in ſupernumerario, qui eſt diuerſus à numerario, ut ſupra, ergo nec habuit quaſi poſſeſſionẽ dicti canonicatus, & própterea res eſſe integra non deſiit, quin do. Io. franciſcus relaxationẽ poſſeſſionis ratificare potuerit. Præterea exquo poſſeiſio fuit relaxata fratri do. Io. franciſci, & notario, qui eius nomine receperunt, illa interim ante ratificationem ipſius domini Ioannisfranciſci ſaltem erat penes eos, quibus fuit relaxata, uel ſaltem apud notarium, qui ut publica perſona poteſt alteri acquirere, uel penes fratrem negotiòrum geſtorem, qui poſſeſſionem alteri acquirere poteſt d.l. ſi ſer-
13 uus communis, ergo † exequutor datus in literis dom. Laurentij, (poſito, ſed non conceſſo, dictas literas ad præfatum canonicatum uacantem poſſe extendi) non potuit pro illarum exequutione quicquam facere, niſi citatis iis, penes quos dicta quaſi poſſeſſio tunc erat argumento c. licet epiſcopus de præben. in 6. & hoc in terminis uoluit do. Ant. in c. conquerente de reſtit. ſpolia. At in caſu noſtro per exequutorem domini Laurentij non fuerunt citati do. Ioannesfranciſcus, nec notarius, nec frater ipſius domini Ioannisfranciſci, ergo mediante facto exequutoris non potuit poſſeſſio acquiri domino Laurentio, & conſequenter dici non poteſt rem deſiiſſe eſſe integram, quin dominus Ioannesfrãciſcus dictam quaſi poſſeſſionis relaxationem ratam habere potuerit. Ex præmiſſis itaque uidetur concludendum, quòd dominus Laurentius, qui nullum in hoc canonicatu uacante ius habere dicitur, non poteſt in hoc iudi-
14 cio retinendæ poſſeſſionis obtinere, tum quia † in ſpiritualibus, & beneficialibus non prodeſt habere poſſeſſionem ad obtinendum in iudiciis poſſeſſoriis, niſi etiam habeatur titulus ſaltem coloratus ad tradita per docto. in d.c. in lite-
15 ris, tũ quia † in hoc iudicio retinendæ poſſeſſionis ille debet obtinere, qui melius de ſua poſſeſſione, & titulo probauit, ut in c. licet cauſam, ibique Ant. & Abb. de probatio. & Barto. in l. ſi duo ff. uti poſſid. ſed reſpectu quaſi poſſeſſionis canonicatus do. Ioannesfranciſcus melius probauit de ſua poſſeſſione, quoniam ultra relaxationẽ poſſeiſionis, de qua ſupra, probauit etiam ſe fuiſſe immiſſum in quaſi poſſeſſionem dicti canonicatus per inſtallationem, & aſſignationem loci in capitulo, & ſtalli in choro, item melius probauit de titulo dicti canonicatus per prædicta, ergo &c.

¶Quo uerò ad quaſi poſſeſſionem portionis canonicalis, ea maiorem habet difficultatem, cum dom. Laurentius, cui realiter fuit collatus canonicatus ſupernumerarius, per dictas literas Clementis Papæ habeat expectatiuam ad primam præbendam, ſeu portionem canonicalem primo uacaturam: Quo fit, ut quoad dictam portionem canonicalem, quæ per mortem dom. Herculis uacauit, uideatur eſſe potior, ut in c. ſi poſtquam de præbend. in 6. cum ſimilibus. Sed tamen contrarium de iure uidetur eſſe dicendum,
16 † quoniam & ſi do. Laurentius ius ad rem in dicta portione uacante habuerit, ut in c. fin. de conceſſ. præben. in 6. tamen quoad iudicium motum retinendæ poſſeſſionis, ſeu ne do. Ioannesfranciſcus in ſua quaſi poſſeſſione turbetur, debet dom. Ioannesfranciſcus contra dominum Laurentium obtinere, quia in hoc iudicio non eſt in conſideratione, quis meliorem titulum habuerit, dummodo habeat coloratum, ut uolunt docto. in d.c. in literis, & in d.c. licet cauſam, & habetur in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſ. & in l.1.§.1. cum ſequen. & ſequen. ff. uti poſſid. & Bart. in l. ſi duo ff. eod. tit. & do. Anto. & Abb. in d.c. licet cauſam dicunt, quòd in hoc remedio retinendæ ille obtinet, qui melius de ſua antiquiori poſſeſſione probauit, quamuis aduerſarius melius probauerit de titulo, nam titulus ſuffragatur, quoties probationes circa poſſeſſionem pares eſſent, & facit id, quod uoluit Alex. in conſ. 88. uolu. 5. ſed do. Ioannes franciſcus melius probauit de ſua quaſi poſſeſſione portionis canonicalis, quoniam de antiquiori probauit, quo caſu iunior poſſeſſio domini Laurentij præſumitur uitioſa, & talis, quæ in hoc iudicio ipſi poſſeſſori non prodeſt, Alex. in d. conſi. 88. & ſcriben. in d.c. licet cauſam, ergo debet obtinere: Nam dom. Ioannesfranciſcus habuit quaſi poſſeſſionem dictæ portionis canonicalis ante dominum Laurentium ex relaxatione poſſeſſionis facta per Reuerẽdiſſimum dominũ Legatum, nec non per canonicos fuit inductus in dictam quaſi poſſeſſionem auctoritate mandati facti per dictum Reuerendiſſimum dominum, & ſic iuſtam dicitur habere poſſeſſionem, quia iuſtè poſſidet, qui auctoritate ſuperioris poiſidet l. iuſtè ff. de acquir. poſſeſ. ergo ſequitur, quòd non attenta ualiditate tituli ipſe debet obtinere, ut habetur per
17 Paul. de Caſt. in d. conſ. 3. lib. 1. ¶Secundo † cum canonicatus numerarij dictæ eccleſiæ habuerint connexas præbendas, ſeu portiones canonicales ſequitur, quòd do. Laurentius, qui habet ius ad primam portionem, ſeu præbendam uacaturam, non poteſt ad dictam portionem canonicatui connexam regreſſum habere, quia ratione connexitatis dominus Ioannesfranciſcus, qui potior eſt in canonicatu uacante, debet etiam eſſe potior in præbenda, ſeu portione canonicali annexa canonicatui argumento c. quia ſæpe in fin. in ratione ſui de præbend. in 6. & facit in ſimili id, quod habetur in l. qui patri, ibique ſcrib. ff. de acqui. hæred. ¶Et ſi diceretur, quomodo erit ſuccurſum do. Laurentio, ne gratia ſibi conceſſa uideatur fruſtratoria? Reſpondeo,
18 † quòd dicetur ſibi debita illa præbenda, ſeu portio, quæ canonicatui numerario non reperiretur connexa, uel ſibi erit prouidendum de alijs fructibus, & redditibus eccleſiæ, qui expoſtfacto aucti reperirentur, ne canonicus ſine præbenda ſtare reperiatur, ut habetur in c. cum M. de conſtitu. & in d.c. dilectus, & in d.c. dilecto extra de præben. Præte-
19 rea † ſtante gratia facta domino Laurentio de canonicatu actualiter, & de portione uacatura, ex quo ante uacationem portionis canonicæ omnes gratiæ expectatiuæ factæ per Clementem fuerunt per Paulum Modernum Pontificem reuocatæ, ſequitur, quòd gratia facta dom. Laurentio dicitur extincta, & ipſe ex ea non poteſt aliquod ius obtinere, ut ultra regulam cancellariæ dicti Pauli eſt text. in terminis noſtris in c. fina. §. præſenti de conceſſ. præbend. in 6. Cum itaque dictus dom. Laurentius reſpectu quaſi poſſeſſionis dictæ portionis canonicalis nullum titulum ratione gratiæ ſibi, ut ſupra, conceſſæ habeat, ſequitur, quòd eius quaſi poſſeſſio non poteſt ex titulo colorari, immò ex tali gratia nullum titulũ habere poteſt per ſupradicta; Et ideò in hoc iudicio poſſeſſorio non poteſt obtinere, ſed ſolum do. Ioan. franciſcus, qui ultra quod habeat quaſi poſſeſſionem, dicitur etiam titulum ex collatione, & prouiſione ſibi per dictũ Reuerendiſſimum dominum Legatum facta habere, & propterea ex his omnibus ad illius fauorem in hoc iudicio mero poſſeſſorio eſt iudicandum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In acquirenda poſſeſsione beneficij ſeruanda eſt conſuetudo, ſi qua in hoc extat, aliàs poſſeſsio diceretur iniuſta, & poſſeſſor intruſus, qui aduerſus alium poſtea ſeruata conſuetudine, & canonicè ingredientem non poſſet, ut ſpoliatus, reſtitutionem petere.*

2 *Ingreſſu.*

2 *Ingreſſus poſſeſſionem beneficij propria auctoritate abſque alicuius ſuperioris licentia, & ante, quam ſibi de illo eſſet prouiſum, aut aliquem titulum acquiſiuiſſet, quas pœnas incurrat.*

3 *Intruſus quis dicatur, & num. 14.*

4 *Intruſus dicitur ingrediens beneficium aliàs reſeruatum.*

5 *Beneficium eccleſiaſticum ſine titulo ſaltem colorato non dicitur poſſideri.*

6 *Poſſeſsio beneficij uiolenta, & uitioſa ex titulo ſuperuenienti non iuſtificatur.*

7 *Violenta poſſeſsio quando proſit quoad hoc, ut quis in poſſeſsione ſit conſeruandus, & quando non.*

8 *Tituli ſuperuenientia, & impetratio beneficij quando retrotrahi, & priorem poſſeſsionem iniuſtam, & temerariam iuſtificare poſsit, & quando non, & num. 14.*

9 *Datæ, & collationis beneficij prioritas ſi non conſtet, quis ſit præferendus.*

10 *Præſentatio patroni quando prouiſionem, & collationem beneficij iam factam confirmare dicatur, & quando non.*

11 *Iuri patronatus ex conſuetudine acquiſito Papa, & legatus in totum poſſunt derogare,*

12 *Idem, ſi ius patronatus aliter, quam ex fundatione, & dotatione acquiſitum eſſet.*

13 *Ius patronatus eccleſiaſticum dicitur, atque præſumitur id, quod à perſona eccleſiaſtica fuit erectum, & acquiſitum.*

14 *Impetratio beneficij eſt ipſo iure nulla, quando impetrans antea temerariè, & propria auctoritate poſſeſsionem illius ingreſſus fuiſſet, & in impetratione poſtea nullam de tali poſſeſsione mentionem feciſſet.*

EPITOME.

IN *beneficio tàm quoad poſſeßionem, quàm quoad petitorium potiorem eſſe illum, qui ſeruata conſuetudine, & non temerè, nec propria auctoritate,, nec ante tituli acquiſitionem beneficii poſſeßionem ingreſſus eſſet, & qui magis canonice in illius poſſeßione exiſteret, & econuerſo illum, qui contrario modo fuiſſet poſſeßionem beneficii ingreſſus, eſſe poſſeſſorem iniuſtum, & intruſum, nec illius poſſeßionem ex ſuperuenientia tituli poſt ius alteri iam quæſitum iuſtificari, hic oſtenditur.*

CONSILIVM. XII.

IN cauſa domini Bartholomei tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio infraſcripta poſſunt conſiderari, & primo
1 circa poſſeſſorium, quòd † quando in loco extat conſuetudo, quòd poſſeſſio beneficij à ſuperiore detur certo modo, uel per inſtallationē, uel ex mādato, & ex officio ſuperioris, quod ipſe impartitur, ultra prouiſionem, & inſtitutionem, uel per inueſtituram, tunc ad acquirendam poſſeſſionem talis cōſuetudo ſeruari debet ad tradita per Abb. in c. traſmiſſam in ulti. col. de electio. in his enim conſuetudo multum conſideratur, ac operatur, ut habetur per Innocen. & omnes in c. in literis de reſtitu. ſpolia. Domin. Archid. & Moder. in c. eum, qui in fin. de præben. in 6. & traditur in d. c. tranſmiſſam: & poſito, quòd ingredienti non ſeruata conſuetudine, & abſque officio ſuperioris poſſeſsio eſſet acquiſita, talis poſſeſſio dicitur iniuſta, ac poſſeſſor dicitur intruſus, ut per Archid. in d. c. eum qui in fin. quia eccleſiaſticum beneficium non poteſt abſque canonica inſtitutione, hoc eſt canonica inductione detineri, Dyn. & Ancha. in c. ſine poſſeſſione de regu. iur. in 6. & ſi contingeret poſtea alium poſſeſſionem beneficij canonicè ingredi, tunc primus intruſus, & iniuſtè poſſidens non poſſet, ut ſpoliatus reſtitutionem poſſeſſionis petere, ut not. uoluit Innocen. in d. c. in literis in fi. col. penul. uerſi tamē ad hoc, ut quis poſſit petere, ergo in caſu, de quo agitur, dominus Bartholomeus cenſendus eſt quoad poſſeſſionem potior, quamuis aduerſarius antea non ſeruata conſuetudine, nec modo conſueto fuiſſet poſſeſsionem ingreſſus, illa enim aduerſario non opitulatur contra eum, qui ex titulo, modoque conſueto, & auctoritate, ac officio ſuperioris fuiſſet ingreſſus: & hoc maximè in caſu noſtro procedit, cum conſtet de priori poſſeſsione domini Bartolomei, uel ſaltem de non poſteriori, ex quo eadem die fuerunt apprehenſæ: Præferendus ergo erit dominus Bartholomeus, qui ex mandato, & officio ſuperioris poſſeſſionem habuit argumento not. per Bar. in l. ſi duo ff. uti poſſid. & Abb. in c. licet cauſam de probatio. ¶ Præterea
2 † aduerſarius ante tituli acquiſitionē, & antequā ſibi prouiſum eſſet, fuit ſua temeritate abſque alicuius ſuperioris licentia poſſeſſionem ingreſſus, quo fit, ut dicatur incurriſſe pœnas d. c. eum, qui de preben. in 6. in fin. quem tex. docto. etiam in hoc caſu intelligunt, & ideò dicetur priuatus omni commodo dictæ poſſeſsionis, ac etiam omni alio iure ſibi quomodolibet competenti fortè ex præſentatione de eo facta, uel aliter. ¶ Rurſus † ipſe dicitur intruſus,
3 ex quo abſque titulo non ſolum canônico, ſed quouis alio ingreſſus fuit poſſeſsionē, ut per glo. in c. cum dilectus de purga. cano. & ideò † qui ingreditur beneficium aliàs reſer-
4 uatum, dicitur intruſus, quia etiam ſi titulum de facto haberet, tamen ille titulus habetur pro non titulo, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Archid. in d. c. eum, qui, & ſic propriè intruſus eſt, qui ſine titulo ingreditur, glo. in regula cancellariæ. 33. incip. Item ſtatuit, & ordinauit, ergo non dici-
5 tur poſſeſsionem habuiſſe, quia † beneficium ecclèſiaſticum non dicitur, nec poteſt ſine titulo ſaltem colorato poſſideri, ut in d. c. 1. de regu. iur. in 6. & Abb. in d. c. in literis. ¶ Nec obſtat, quòd aduerſarius poſteà titulum beneficij à ſuperiore obtinuerit, ex quo prima poſſeſſio iniuſta dicatur iuſtificari, cum titulus ille ad tempus poſſeſſionis adeptæ retrotrahatur, quia reſpondetur primo, nullam fuiſſe acquiſitam poſſeſſionem, ut ſupra, quamuis habēs titulum, & uiolenter ingrediens illam dicatur acquirere, ut habe-
6 tur per Domin. in d. c. eum qui, & in d. glo. Secundo † uiolenta, & uitioſa poſeſsio non iuſtificatur ex titulo ſuperuenienti d. c. eum, qui. Tertio cum ante titulum aduerſario acquiſitum dominus Bartholomeus habuerit titulum, & canonicam poſſeſſionē fuerit auctoritate ſuperioris adeptus, & ſic res integra eſſe deſierit, ſequitur, quòd titulus aduerſarij non potuit ad tempus poſſeſſionis aduerſarij retrotrahi argumento l. bonorum cum materia ff. rem rat. haberi.
7 Nec obſtat, † quòd uiolenta poſſeſsio cum titulo prodeſt quoad hoc, ut quis in poſſeſsione ſit conſeruandus d. c. in literis, & Domin. in d. c. eum, qui, nam dico aliud eſſe in eo, qui ſine titulo ingreſſus fuit prætēſam poſſeſsionem, quia nullam acquirit ad effectum, ut alius cum titulo canonico poſſit impediri poſeſsionem ingredi, ut colligitur ex glo. in d. regula cancellariæ 33. ac etiam ex iis, quæ dicit Abb. in d. c. in literis de beneficio reſeruato. Ex quibus infertur, quòd cum dominus Bartholomes dicatur prior, & potior in poſſeſsione beneficij, in dubio quoque dicitur priorem datam habuiſſe, & obtinere debet contra aduerſarium, qui eadem die datam eiuſdem beneficij habuiſſet
8 per prædicta. ¶ Animaduertendū eſt etiam, quòd † poſito, quòd impetratio beneficij, & ſic ſuperuenientia tituli poſſet retrotrahi, & iuſtificare ſuam iniuſtam, & temerariam poſſeſsionem, illud eſt uerum, quando in impetratione beneficij poſtea facta impetrans de ſua iniuſta poſſeſsione, ac intruſione mentionē faceret, alioquin ſecus, gloſ. nota. quam commendant ibi Domin. & alij in dicto c. eum, qui in fi. in uer. obtinebat. Sed aduerſarius in ſua impetratione de ſua iniuſta poſſeſsione nullam mentionem fecit, ueluti infra etiam dicetur, ergo &c.

¶ Quoad petitorium ſimiliter uidetur dicendum dominum Bartholomæum habere meliora, ac potiora iura, † quoniam
9 & ſi de prioritate datæ non conſtaret, tamen is præferendus

dus eſſet, qui magis canonicè eſſet in quaſi poſſeſſione; ut in c. ſi à ſede de præbend. in 6. ſed dominus Bartholomæus eſt canonicus poſſeſſor, aduerſarius uerò intruſus; ut ſupra dictum eſt, ergo &c. Si autem de priori collatione ſaltem reſpectu horæ conſtaret, præferretur is, qui datam priorem habuit, etiam ſi hoc per teſtes probaretur, ut uoluit gloſ. in d. c. ſi à ſede in ver. appareat, & in c. duobus in uer. ſi non appareat de reſcript. in 6. Alia etiam ratione do. Bartholomæus uidetur eſſe potior in iure, non obſtante prætenſa præſentatione facta de aduerſario, quia illa facta fuit poſt eius primam iniuſtam apprehenſionem, ac etiam poſt collationem, & prouiſionem cappellaniæ, de qua agitur, dom.
10 Bartholomæo factam: Ergo † ea præſentatio non potuit confirmare collationem, quæ à principio fuit ipſo iure nulla tanquam non facta ad præſentationem patroni c. decernimus cum ſimil. 16. q. ulti. nam quod ab initio eſt ipſo iure nullum, non poteſt tractu temporis confirmari, & maximè quando interim ius alteri fuit quæſitum, & ſic res integra eſſe deſiit c. non firmatur de regu. iur. in 6. ibique Dyn. & l. quod ab initio ff. eod. tit. cum ubique not. Et hoc modo debent intelligi ea, quæ uoluit Abb. in q. incipien. Augerio in colum. 12. præſupponens, per præſentationem patroni ſequutam ratificari prouiſionem de beneficio factam, quia cum hoc dicatur fieri mediante ratificatione etiam tacita, debet fieri re integra, & nulli interim iure acquiſito. ¶ Præ
11 tereat † ex quo ij, qui aduerſariũ præſentarunt, aſſerunt cappellã eſſe de iure patronatus ex conſuetudine, hoc eſt illis ex conſuetudine fuiſſe acquiſitum, ius patronatus non dico nunc aduerſus eccleſiã, illiusq; libertatem, quoniã doct. in hoc multũ interſe uariant, ut habetur per do. Rochũ in ſuo tracta. de iure patro. in ulti. q. & per Cittadinum in ſuo tracta. in 5. parte in 1. q. & in aliis pluribus locis, ſed aduerſus alios patronos, quod de iure licet, ut in dictis locis, & traditur per Ioan. Andr. in c. quod alicui de reg. iur. in 6. in mercurial. & Abb. in c. querelam de electio. & in c. dilectus de offi. lega. cum ſimilib. ergo tali iuri patronatus, & iuri præſentandi Papa, & Legatus in totum derogare potuerunt, ut in c. cum dilectus de iure patro. & in d. c. dilectus, ſed do. Bartholomæo prius fuit facta prouiſio à domino Legato cum derogatione iuris patronatus in totum, ſi eſſet ex conſuetudine, & præſcriptione, ergo ipſi ius fuit in dicta cappellania acquiſitum, non obſtante collatione poſtea facta aduerſario ad præſentationem, & cum derogatione, quia fuit poſterior, & non potuit priori ualidæ præiudicare. Rurſus
12 † conſtat ius patronatus, & ius præſentandi debitum illis de Martignonibus fuiſſe eis acquiſitum ex ceſſione, & donatione, & ſic aliter, quam ex fundatione, & dotatione, ergo Legatus potuit illi in totum derogare ex identitate rationis, qua dicitur, quòd poteſt derogare iuri patronatus ex conſuetudine, & præſcriptione acquiſito, quia ob hoc homines à fundatione, & dotatione non retraherentur argumento eorum, quæ dicuntur in d. c. cum dilectus, & in d. c. dilectus cum ſimil. & ita ſeruatur, ſentitque Abb. in d. c. dilectus in fi.
13 ¶ Conſiderandum eſt etiam, quòd † pro parte aduerſarij allegatur, dictam cappellaniam fuiſſe erectam à quodam domino Bartholomæo de Argelata priore S. Mariæ maioris, & à quodam fratre Bonutio de Argelata ordinis militum S. Mariæ uirginis, quibus ex fundatione aſſeritur ius patronatus fuiſſe acquiſitum, & ſic uidetur, & præſumitur ius patronatus eccleſiaſticum, & acquiſitum intuitu eccleſiæ, ac ordinis eccleſiaſtici argumento tex. cum ibi not. in c. requiſiſti de teſta. ubi relictum prælato ſub nomine ordinis, & prælaturæ dicitur acquiri eccleſiæ, ac illius intuitu ad not. per Bart. in l. ſi filio ff. de dona. cau. mor. & in l. fin. C. de uſufruc. & ad not. in c. quoniam abbas de offi. de legata. ac etiam quia in dubio id, quod eſt acquiſitum à clerico, ſeu priore, aut prælato, cenſetur ex bonis eccleſiæ, & prælaturæ acquiſitum, ut not. habetur in d. c. requiſiſti in fin. & c. 1. & fin. de pecul. clerico. ¶ Vltimo præmiſſa corroborantur,
14 † nam ex quo aduerſarius ante, quam ſibi eſſet aliquo modo prouiſum à ſuperiore, & ſine illius auctoritate poſſeſſionem beneficij temerariè, & propria auctoritate ingreſſus fuit, dicitur intruſus, ut ſupra, ergo ſi poſtea beneficiũ etiã à Papa impetrat, nulla de tali poſſeſſione, ſeu intruſione mẽtione facta, talis impetratio eſt ipſo iure nulla, & ex ea nullum ius illi acquiritur, nec aliqua poſſeſſio prius apprehenſa iuſtificatur, ut not. colligitur ex iis, quæ uoluit gloſ. in d. c. eum, qui in fi. uer. ibique Domi. & alij, & Felin. in c. ueniens de accuſat. nu. 2. Ioan. And. in c. dudum il 2. de electio. Abb. in c. ad aures de reſcript. & in c. cum iam de præbend. Cardin. & Ancha. in clemen. per literas eod. titu. de præbend. quod quidem ultra alia eſt benè notandum. Et hæc ad fauorem domini Bartholomæi breuiter dicta iuris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Exequutorem in beneficialibus non poſſe abſque citatione poſſeſſoris, & cognitione cauſæ exequi etiam prætextu cuiuslibet clauſulæ in literis appoſitæ, demonſtratur.*
2 *Clauſula in literis beneficialibus apponi ſolita, amoto exinde quolibet illicito detentore, non tollit cauſæ cognitionem, nec partis citationem, nec literarum ſubreptionem, quando aliquis reperiretur poſſeſſor ſaltem coloratus.*
3 *Iudex, ſeu exequutor in literis datus, qui interloquendo, uel exequendo totaliter fuit functus officio ſuo, non poteſt reuocare ſuam interloquutionem, ſeu exequutionem, à qua fuit appellatum, nec appellantem reponendo cognoſcere.*
4 *Idem in iudice, qui tulit ſententiam diffinitiuam, uel habentem uim diffinitiuæ, à qua fuit appellatum.*
5 *Exequutor in literis Papæ datus non poteſt de iuribus partium cognoſcere, quando à decreto literarum, & ab ijs, quæ per ſubreptionem, & obreptionem fuerunt aduerſario conceſſa, appellatum fuit ad ſedem apoſtolicam, ſeu ad legatum illius, qui appellationi detulit.*
6 *Comparere quando quis non teneatur coràm iudice, ſeu exequutore, qui iniuſtè contra ipſum proceſſit.*
7 *Iudex, uel exequutor ingerens ſe, & affectans non poteſt de cauſa ſubreptionis literarum cognoſcere.*
8 *Iudex quando de ſubreptione literarum, & ſic de ſua iuriſdictione non cognoſcat.*
9 *Exequutor in literis beneficialibus datus non poteſt de ſubreptione literarum, & de aliji petitorium concernentibus cognoſcere, quando ſuper poſſeſſorio retinendæ agitur coràm ordinario, ad quem ſuper eo fuit recurſum.*
10 *Ordinarius etiam in cauſa alteri ſpecialiter commiſſa poteſt ſe intromittere defendendo, & manutenendo poſſeſſorem à moleſtationibus, turbationibus, ac uiolentis illi ab aduerſario, ac etiam à iudice, cui cauſa eſſet commiſſa, illatis.*
11 *Inferior non poteſt in geſtis per ſuperiorem ſe intromittere, quando ſunt licita, & ualida, ſecus ſi eſſent illicita, & nulla.*
12 *Viſitator generalis poteſt id, quod à uiſitatore ſpeciali malè factum fuit, corrigere.*
13 *Subreptio ipſo iure in totum uitiat literas gratioſas, & ad beneficia.*
14 *Subrogato à Papa, & habente facultatem ſubrogandi in beneficialibus fieri poteſt non ſolum quoad titulum beneficij, ſed etiam quoad poſſeſſionem.*

EPITOME.

EXEQVVTOREM *datum in literis apoſtolicis beneficialibus non potuiſſe abſque cauſæ cognitione, & citatione poſſeſſoris beneficii etiam colorati exequi, & ſi ab eius exequutione, & ab aliis inde ſequutis, fuerit pro parte dicti poſſeſſoris appellatum, non poſſe de iuribus poſſeſſoris, & de ſubreptione literarum aduerſarii cognoſcere, etiam ſi reuocando grauamina appellantem ad hunc effectum repoſuerit, hic oſtenditur.*

CONSI-

CONSILIVM XIII.

REVERENDISSIME domine,dicitur pro par-
1 te domini Ioannisfrancisci † literas apoſtolicas conceſſas ſuper canonicatu,& præbenda,de quibus agitur,abſque cauſæ cognitione,& ſic non citato ipſo domino Ioannefrãciſco poſſeſſore colorato, immò etiam legitimo, & iuſto per dominum Vicarium illarum exequutorem ad præiudicium do. Ioannisfranciſci exequi non potuiſſe,quia literæ non fuerunt puræ, nec ſimplices, ſed conditionales, uidelicet quatenus reſignatio facta per Ioãnem Thomam ipſi Ioannifranciſco rectè admiſſa non foret, item dummodo aduerſarius in canonicatu,& præbenda non fuerit intruſus,nec non dummodo tempore datæ illarum in dictis canonicatu, & præbenda non eſſet ius alicui quæſitum: Quæ conditiones cum concernant ius, & intereſſe Ioannisfranciſci,nec poſſint purificari, niſi illo interueniente,ſequitur, quòd exequutor ad inſtantiam dicti aduerſarij non potuit exequi, niſi citato Ioannefranciſco poſſeſſore ad not. per Abb. Anto. Imol.Felin. & docto.in c.fin.de præſumptio.& per Innoc. & alios in c.de cætero de re iudi.& per eundem in c.propoſuit de conceſſ.præben.& Compoſt.in c.capitulum de reſcript. & dicunt docto.quos refert Felin.in d.c.ſi. in 2.limitatione, quòd exequutor in beneficialibus non poteſt exequi ad præiudicium poſſeſſoris etiam prætextu cuiuſlibet clauſulæ in literis appoſitæ, ſed poſſeſſor eſt citandus ad gl. in c.licet epiſcopus de præben.in 6.& l.meminerint C.unde ui.
2 Nec † obſtat clauſula ſolita apponi,amoto exinde quolibet illicito detentore,quia illa non tollit cauſæ cognitionem,nec partis citationem,nec etiam literarum apoſtolicarum ſubreptionem caſu,quo aliquis poſſeſſor ſaltem coloratus reperiretur ad tradita per Lapum in ſua deciſ.15. quam refert,& ſequitur Felin. in c.de cætero de re iudica. ibique alia allegat: Sed do. Ioannesfranciſcus fuit, & eſt in poſſeſſione, quam aduerſarius non ignorauit, quia ſuper illa coràm R.D. tunc Gubernatore fuit inter ipſos litigatum,& pronunciatum ad fauorem Ioãnisfranciſci,qui actualiter hactenus poſſedit,& poſſidet:quam poſſeſſionem etiam do. exequutor ſciuit,quia coràm eo,ut ordinario diu diſceptatum fuit,ergo exequutor nullomodo potuit ad inſtantiam aduerſarij procedere ad exequutionem literarũ, nec ad alia inde ſequuta,non citato Ioannefrãciſco,& exequutio, aliaque inde ſequuta, Ioannefranciſco ignorante, & non citato, nullum penitus præiudicium illi inferre potuerunt.¶ An autem dictus do.exequutor,à cuius exequutione,& ab aliis inde ſequutis appellatum extitit, & qui reuocando grauamina,ſi qua intulit,dictum Ioannemfranciſcum repoſuit ad effectum cognoſcendi de iuribus illius,& de ſubreptione literarum aduerſarij, poſſit & debeat de illis cognoſcere,an uero alius, uidelicet Reuerẽdiſſimus do. Legatus,& uices Papæ repræſentans,quamuis uideretur dicendum,quòd do. exequutor deberet cognoſcere, & maximè,an ſua eſſet iuriſdictio, cum per ſubreptionem oppoſitam dicatur eliſa,& penitus annullata, ut habetur in c.ſuper literis de reſcriptis cum ſimil. ubi ſubreptio ipſo iure uitiat literas gratioſas,& probari uidetur in c. ſi à iudice de appel.in 6. c.cum ceſſante extra eod.tit.d.c.ſuper literis in fin.ibiq; ſcriben. l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi. & l.2.ff.ſi quis in ius uoca. non ier. Tamen contrarium eſt uerius, primo,
3 quia † exequutor in exequendo functus fuit omni officio ſuo,adeò quòd nihil penes eum remanſit,ut conſtat ex fulminatione proceſſus, & ex aliis poſtea ante appellationem ab eo interpoſitam ſequutis: Quo fit, ut poſtquam fuit ab eo appellatum,ſi ipſe uoluerit reuocare grauamina, & appellantem reponere iuxta ea,quæ dicuntur in d.c. ſi à iudice cum ſimil.profectò hoc non poſſet facere,nec reponendo cognoſcere,ut uolunt docto. & refert,ac ſequitur dom. Philippus Corneus in d.c. ſi à iudice in 2.limitatione,& habetur præſertim per Moder. in c.cum ceſſante de appellat. facitque id, quod traditur in c.in literis,& c. ſignificauit de
4 offic.deleg. Et ideò † ſicut quando iudex, qui tulit ſententiam diffinitiuam,a qua fuit appellatum, non poteſt grauamen reuocare,& appellantem reponere l.iudex poſtquam, ubi not.ff.de re iudi. & d.c. in literis cum ſimilibus, ita nec iudex,ſeu exequutor,qui interloquendo,uel exequendo totaliter functus fuit officio ſuo, quia talis interloquutoria in
5 hoc habet uim diffinitiuæ.¶ Secundo quia † pro parte Ioannisfranciſci appellatum,& querelatum fuit ad ſedem apoſtolicam à decreto literarum,& ab iis, quæ per ſubreptionem, & obreptionem ipſi aduerſario in literis conceſſa fuerunt, ſeu ſaltem à falsò narratis, & tacitis per aduerſarium, & quia copia Papæ hic haberi nõ poterat, appellatum fuit coràm Reuerendiſſimo do. Legato tanquam ordinario,& perſonam Papæ repræſentante,uel ſaltem tanquam coràm optimo, & honeſtiſſimo uiro, prout de iure permittitur, quando non poteſt haberi copia perſonæ,coràm qua ſit appellandum,ut in l.fi.C.de iis,qui propter met. & c.fi.de appellat. qui Reuerendiſſimus dominus appellationi detulit, ergo per hanc appellationem, cui delatum fuit, dicuntur ligatæ manus ipſius exequutoris ſuper cognitione iurium Ioannisfranciſci,& ſubreptionis c. non ſolum de appell.in
6 6. ¶ Tertio † præfatus do. exequutor in exequendo iniuſtè proceſſit contra Ioannemfranciſcum illum non citando,& illum in ſua poſſeſſione turbando, ac moleſtando, & mediantibus ſuis mandatis ſpoliare quærendo, ergo ſuſpectus ipſi Ioannifranciſco factus fuit, ut is coràm illo comparere non teneatur,ut dixit Petr.de Ancha.in repetit.c.1.col.12. de regu.iur.in 6.Ioan.de Anan.in c.licet heli colum.14. de ſimon. & Felin.in d.c. ſuper literis in 6. limitatione 2.par-
7 tis,ubi etiam † inquit poſt Ang.in d.l.2.ff ſi quis in ius uoca. non ierit,quòd ſi iudex,uel exequutor ſe ingerit,& affectat cognoſcere,de cauſa ſubreptionis literarum non poteſt co-
8 gnoſcere,item † quando iudex,& pars aduerſa ſtant pro iuriſdictione,iudex non cognoſcit de ſubreptione, ſed ſolum, quando iudex ſolus,uel partes,ut per Felin. in dicta 6.limitat. ſimiliter quando iudex, qui de iuriſdictione ſua, & ſic de ſubreptione cognoſceret, ſportulas habere deberet, ut per Angel.in d.l.2.& Felin.in d.c.ſuper literis in 8.limitatione, qui omnes caſus optimè caſui noſtro conueniunt, ſi
9 diligenter conſiderentur. ¶ Quarto † do. exequutor non poteſt de ſubreptione, & alijs petitorium concernentibus cognoſcere,quoniam cum ex turbationibus,& moleſtationibus Ioannifranciſco indebitè,& temerariè ſuper ſua poſſeſſione illatis ipſe habuerit recurſum ad Reuerendiſſimum dominum tanquam ad iudicem ordinarium, qui mandauit aduerſario,ne deberet moleſtare,atque turbare Ioannemfranciſcum ſuper ſua poſſeſſione,& ſic coràm Reuerendiſſimo domino fuerit inchoatum iudicium merum poſſeſſorium retinendæ,quod ſecum non admittit iudicium,& cognitionem concernentem petitorium,ſeu proprietatis cauſam,ut in c.licet cauſam de probat. l.1.§. huius autem cum ſequen.ff.uti poſſid.Bar.glo.& omnes in l.naturaliter §.nihil commune ff.de acquir. poſſ.l.incerti C. de interdic. & l. ordinarij C.de rei uendica.ſequitur,quòd prius cognoſcendum eſt ſuper poſſeſſorio coràm R.domino,quam cognoſcatur de cauſa ſubreptionis, & de contentis in literis apoſtolicis,quæ cauſam petitorij concernunt c. paſtoralis cum ſimil.ſupra allegatis de cau.poſ.& propr.& l.1.C.de appel. ¶ Nec obſtat, quòd Reuerendiſſimus dominus, qui eſt iudex generalis,non poteſt ſe intromittere de cauſa ſpecialiter alteri commiſſa, & conſequenter de hac cauſa huius canonicatus,quæ ſpecialiter domino Vicario exequutori cõ-

miſſa fuit, ut in c. ſtuduiſti de offi. de lega. quia reſpondetur,
10 quòd † ad Reuerendiſſimum dominum Legatum uti iudi-
cem ordinarium de iure recurri poteſt, ut defendat, & ma-
nuteneat poſſeſſorem, ac illum, qui eſt in actuali poſſeſſio-
ne, à moleſtationibus, turbationibus, ac uiolentiis ſibi ab
aduerſario, ac etiam à iudice, cui cauſa eſſet commiſſa, illa-
tis, ut eſt tex. in c. cum teneamur cum ibi not. per ſcriben.
maximè Abb. extra de appellat. & in c. conquerente, ubi
tex. cum glo. de reſtit. ſpolia. & probatur ſecundum unam
lecturam in d. c. ſtuduiſti in ultimis uerbis, ubi do. Anto. di-
11 cit, quòd † licet inferior non poſſit ſe intromittere de geſtis
per ſuperiorem, tamen hoc eſt uerum, quando ea ſunt lici-
ta, & ualida, ſecus, ſi illicita, & nulla eſſent, & ibi And. Bar-
bat. col. 13. num. 59. & eſt optimus tex. in c. ſignificauit de
offi. ordin. ubi ordinarius loci ſe intromittit de cauſa alij ſpe
cialiter commiſſa, defectũ illius ſupplendo, ut ibi eſt glo. &
12 † Bal. in l. ſi in aliquam ff. de offi. proconſul. dicit, quòd ui-
ſitator generalis poteſt corrigere id, quod à uiſitatore ſpe-
ciali malefactum fuit l. ſi hominem ff. mandati. ¶ Quòd
autem literæ apoſtolicæ aduerſario conceſſæ ſint ſubrepti-
tiæ, & obreptitiæ, ac per fraudem aduerſarij impetratæ, &
13 conſequenter nullæ, quia † ſubreptio ipſo iure in totum ui-
tiat literas gratioſas, & ad beneficia, ut in c. ad audientiam
de reſcrip. Abb. in c. cæterum eod. tit. in tantum, quòd ſi
uirtute illarum iuriſdictio in conſequẽtiam daretur, uitian-
tur, & ipſo iure annullantur etiam quoad iuriſdictionem, ut
per Abb. in d. c. cæterum, probatur, & conſtat primo, quia
nec de regreſſu, nec de poſſeſſione Ioannis Thomæ mentio
facta fuit. Secundo nec de ſubrogatione facta de Ioanne
Franciſco per Reuerendiſſimum dominum Legatum, qui
habebat facultatem derogandi regulæ loquenti de ſubro-
gatione, & aliis, exceptis duabus uidelicet de uiginti die-
14 bus, & illa de nõ ueriſimili notitia: † Quæ ſubrogatio à Pa
pa & legato facultatem ſubrogandi habente fieri poteſt
non ſolum quoad titulum beneficij, ad tradita per domi-
minos de Rota in deciſ. 411. uel. 403. aliàs eſt deciſ. 10. &
11. ſub tit. ut lit. penden. in nouis, ſed etiam quoad poſſeſ-
ſionem adeò, quòd ſubrogatus dicitur cõtinuare poſſeſſio-
nem primam illius, in cuius locum ſubrogatio facta fuit, ut
per dominos de Rota in deciſ. 64. in antiquis. Tertio non
fuit facta mentio de poſſeſſione Ioannis Franciſci, nec de il
lius cõtinuatione. Quarto nec de cognitione, nec de pro-
nunciatione R. D. Gubernatoris ſuper poſſeſſione canoni
catus, & præbendæ ad fauorem Ioannis Franciſci contra
aduerſarium, quinto nec de appellatione à dicta pronun-
ciatione interpoſita, & ultimo nec de multis aliis, de qui-
bus ſi mentio facta fuiſſet, papa literas ſupradictas aduer-
ſario non conceſſiſſet, uel ſaltem non ita facilè, argumento
eorum, quæ uoluit Abb. in d. c. cæterum, & in c. 3. & in ce
poſtulaſti eod. tit. Hæc breuiter pro aliquali informatione
Reuerendiſſimi domini Prolegati domini mei ſingulariſſi-
mi ſint dicta. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Literis Apoſtolicis, quibus mandatur quem ad poſſeſsionem admitti, et illi de fructibus reſponderi, parendum eſt.*

2 *Exequutor ad beneficia, citato poſſeſſore, ſeu detentore eccleſiæ poteſt libere mandatum exequi, & immittere in poſſeſſionẽ immittendum, et amouere illum, qui in ea erat, quando hoc fuit illi expreſsè commiſſum, abſque citatione autem minime.*

3 *Exequutor ad beneficia quando, poſtquam immittendo in poſſeſsionem exequutus fuit, poteſtatem adhuc, & iuriſdictionem habeat in defendendo inductum.*

4 *Papæ credendum eſt, quòd de aliqua cauſa cognouerit.*

Exequutor merus cenſetur, & ſolum formam traditam in exequendo ſeruare debet, nullamq́; exceptionem exequutioni impeditiuam admittere, quando Papa ſuper aliquo diſpoſuit, & prouidit, & pro exequutione aliquid fieri ſub certa forma mandauit.

5 *Exequutor ad beneficia non habet cognitionem ſuper aliqua exceptione, quæ collationem factam à ſuperiore elideret, aut factum ſuperioris reſcinderet, uel retardaret, ſed facta exequutione debet comparentem ad ſuperiorem remittere.*

6 *Vicarius epiſcopi non poteſt de iuribus collationis beneficij ab epiſcopo factæ cognoſcere.*

7 *Inferior factum ſuperioris non reſcindit, nec conſequenter de illis cognoſcit, quæ ad hunc finem reſcindendi coram eo deducuntur.*

8 *Exequutor merus quis non deſinit eſſe ex eo, quòd in exequendo citauerit, & ex abundanti quædam alia ad iuſtificandam ſuam exequutionem fecerit.*

9 *Ab exequutione exequutoris facta ſeruata forma tradita, & à repulſione exceptionum propoſitarum, de quibus exequutor cognitionem non habet, rectè non appellatur.*

10 *Iudex nullus ordinarius, uel delegatus debet aliũ inſtituere in beneficio ab alio poſſeſſo, niſi prius amoto poſſidente amouendo, uel de facto:*

11 *Et quando de facto poſſit amoueri, & num. 14.*

12 *Papa in beneficialibus ius alteri quæſitum tollere poteſt.*

13 *Exequutor cum clauſula citatis citandis quando non merus, ſed mixtus dicatur, & quando etiam merus tantum.*

15 *Epiſcopus poteſt de facto priuare tenentem eccleſiam notoriè iniuſte, nec illum in iudicium uocare, aut contra ipſum iudicialiter procedere neceſſe habet.*

EPITOME.

EXEQVVTOR *ad beneficia datus in literis apoſtolicis cũ mandato, ut uocatis Titio, & aliis uocandis, Caium in corporalem poſſeſsionem cuiuſdam eccleſiæ inducat, & inductum defendat contradictores compeſcendo, amoto exinde dicto Titio, & quolibet alio illicito detentore, quòd citato Titio liberè potuerit mandatum exequi, Caium inducendo in poſſeſsionem, & inductum defendẽdo maximè contra Titium contradictorem, ipſumq́; Titium etiam de facto amouendo, abſque eo, quod de exceptionibus propoſitis per Titium ualiditatem tituli, & prouiſionis apoſtolicæ concernentibus cognouerit, hic demonſtratur.*

CONSILIVM. XIIII.

VISIS literis Apoſtolicis, quibus prouiſum fuit do-
mino Gregorio de Giraldis de eccleſia parrochiali
ſancti Blaſij, & dati fuerunt exequutores, quibus
mandatum fuit, ut uocatis quodam domino Dominico, &
aliis, qui fuerint euocandi, ipſum dominum Gregorium,
uel eius procuratorem in corporalem poſſeſſionem dictæ
parrochialis eccleſiæ inducerent, & inductum defenderẽt,
amoto exinde dicto domino Dominico, & quolibet alio illi
cito detẽtatore, dubitatur, an id, quod dominus Gratianus
de Graſſis unus ex exequutoribus fecit in amouẽdo, & ex-
pelli faciendo dictum dominum Dominicum à detẽtatio-
ne dictæ eccleſiæ, de iure ualeat ita, quòd domino Grego
rio ſit acquiſita poſſeſſio corporalis dictæ eccleſiæ, & in ea
ſit tuendus nõ ſolum per ipſos exequutores in literis datos,
ſed etiam per ordinarium loci. In quo abſque multiloquio
non arguendo aliter ad partes concludo, quòd ex quo do.
exequutor ſeruauit formam ſibi datam in exequendo; ui-
delicet quia uocauit, & citari fecit dictum dominum Do-
minicum, potuit mandatum ſibi iniunctum exequi, immit-
tendo in poſſeſſionem procuratorem præfati domini Gre-
1 gorij, quia † parendum eſt literis apoſtolicis, quibus man-
datur quem ad poſſeſſionem admitti, illiq́; de fructibus re-
ſponderi, ut in c. ſiquando, in c. mandatum, c. literis, & c.
2 abbatem de reſcrip. Præterea † docto. cõmuniter in c. fin.
de præſumptio. & in clem. 1. de offi. delega. præſupponunt,
quòd dummodo exequutor, cui mandatum hoc factum eſ
ſet, procedat, atque mandatum exequatur, citato poſſeſſo
re, ſeu detẽtore eccleſiæ, ipſe poſſit libere mandatum exe-
qui, & immittere in poſſeſſionem immittendum, & amoue
re illum, qui erat in poſſeſſione, quando hoc fuiſſet ei ex-
preſsè

preſſè commiſſum argumento l.meminerint C. unde ui,&
in l.fin.C. ſi per uim, uel alio modo, & argumento c.licèt
epiſcopus de præben.in 6.nam abſque citatione nullo modo
poſſet per iura prællegata, ut uolunt omnes in d.c.fin.
de præſumpt. & in c.cum noſtris de conceſſ. præbend. qui
ſolum dubitant,an exequutor,& ille, cui hoc fuit commiſ-
ſum, poſſit abſque citatione hoc facere, & citationem tan-
tum,& non aliud requirunt,ut ibi: ita eleganter decidit In-
nocen. in c. 1.in 2.gl.de conceſſ. præbend. in 6.& in c.cum
olim il 1.de priuileg. Ang. in l.ordo C.de exequu. rei iudi.
Bald.in l.2. colum.2.C.ubi in rem actio,& Roma. in l.iuſtè
poſſidet ff.de acqui.poſſ.Sed in caſu noſtro dictus dominus
Dominicus fuit citatus, & auditus ſæpius, ergo quicquid
do. exequutor pro exequutione mandati ſibi iniuncti fecit,
3 ualuit: Et † ultra quod ipſe fuerit exequutus immittendo,
& amouendo,& ſic uideatur functus officio ſuo, iuxta l.iu-
dex poſtquam ff.de re iudi. & argumento l. à filia ff.ad tre-
bell. c.in literis,& c.conquerenti de offi.deleg. adhuc pro-
pter illa uerba in literis appoſita,& inductũ defendant con
tradictores compeſcendo, uidetur durare poteſtas ſua in
defendendo inductum, ut uidentur expreſsè inferre uerba
mandati, & colligitur in terminis ex ijs, quæ uolunt Ioan.
And. & alij in c.cum noſtris de conceſſ. præben. & melius
in c.pro illorum de præb. ubi Abb. in terminis tangit hunc
caſum,& dicit aliquos tenere, quòd talis exequutor cenſe-
tur conſtitutus conſeruator,eiusq́ue poteſtas non excludi-
tur anno argumento c.fin.de offic. delega. lib.6. ſed tamen
Ioan.And.in d.c.pro illorum dicit ſe audiuiſſe curiam tene
re,quòd ſi inductus in poſſeſſionẽ aliquandiu pacificè poſ-
ſedit,expirat eius poteſtas,alioquin durat,& hoc placet Ab
bati ibi, ne poteſtati ordinarij præiudicetur argumento c.
ad hoc de reſcript. & ſecundum Abb. ibi ita Archid. tene-
re uidetur,& facit id,quod expreſsè uoluit Cardin.in conſ.
54.in 2.colum. dicens per hanc clauſulam durare poteſta-
tem exequutoris etiam poſt factam exequutionem maxi-
mè contra eum,qui ante exequutionem contradixit,& hoc
etiam tenet do. Cardin.in conſi.33. lite in romana curia in
fin. ergo cum do. Gregorius poſt exequutionem nunquam
pacificè poſſederit,adhuc pro defendendo illũ,ſeu eius pro
curatorẽ in poſſeſſionem dictæ eccleſiæ inductum poteſtas
dominorum exequutorum durare dicitur,& maximè cõtra
dictum do. Dominicum,qui ante exequutionẽ contradixit.
4 ¶ Accedat adhæc, † quòd ubicunque Papa de aliqua cau-
ſa cognouit, prout de hoc eſt illi credendum, argumento
clemen. 1.de probat.& c.ſi Papa de priuil.in 6.cum ibi no.
& cum ſimi.& ſic ſuper aliquo diſpoſuit,& prouidit,ac pro
exequutione fienda mandat alicui, ut aliquem in poſſeſſio-
nem inducat,tunc ille,cui mandatum ſic fuit, cenſetur eſſe
merus exequutor,& in exequendo ipſe ſolum debet ſerua
re formam traditam, & nullam exceptionem admittere ad
retardandam exequutionem,ex quo Papa,& reſcribens co
gnouit, ac prouidit, quia inferior non poteſt cognoſcere,
nec reſcindere factum ſuperioris argumẽto c.inferior 21.
diſtin. c.cum inferior de maio.& obed.& ita firmant Ioan.
And.& Hoſtien.in c.accepimus de æta.& qualita.do.Anto.
5 & Ioan.de Imol. in c.fin.de præſumptio. Et † ad propoſi-
tum facit id,quod uoluit Petr.de Anchar.in conſil.225.in-
cip. do. exequutor, qui conſuluit, quòd ſi legatus benefi-
cium alicui actualiter contulit, & ſic de titulo beneficij di-
ſpoſuit, atque prouidit,& poſtea dedit exequutorem,ut in
ducat in poſſeſſionem, aliaque faciat pro exequutione col-
lationis, talis exequutor non poteſt aliquam exceptionem
admittere,nec cognoſcere ad finem retardandi,ſeu reſcin-
dendi factum ſuperioris, ſed facta exequutione debet com
parentem contra illam ad ſuperiorem remittere,quoniam
poſtquam Papa,ſeu Legatus contulit titulum beneficij,exe
quutor nõ uidetur habere cognitionem de exceptionibus,
6 quæ ad dictum titulum elidendum uenirent, ſicut † uica-
rius epiſcopi cognitionem non habet de iuribus collationis
beneficij, quod epiſcopus contuliſſet iuxta nota. per Ioan.
7 Andr.in c.2.de offic.uica.in 6.† inferior enim factum ſupe-
rioris non poteſt reſcindere, & conſequenter nec de illis
cognoſcere,quæ ad hunc finem reſcindendi coràm eo de-
ducuntur argumento c. cum ueniſſent de inſtitu. c. ut no-
ſtrum de appellat. & argumento l.ſi hominem ff.mandati.&
clemen. ne romani de electio. Ex quibus ſequitur, quòd ſi
in terminis noſtris do. Dominicus, qui erat in detentatio-
ne,ſeu in poſſeſſione beneficij,prætendebat ius,ſeu titulum
in illo habere, poſtquam ſibi per literas, & citationes exe-
quutoris innotuit,qualiter intendebat exequi, & nolle co-
gnoſcere de iuſtitia tituli, nec de aliquibus exceptionibus
retardantibus exequutionem, debuit Papam adire, & co-
ràm eo iura ſua proponere,ut colligitur ex uerbis Petri de
Ancha.ibi,qui ſubdit, quòd exequutor ſic faciendo dicitur
uiam rectam elegiſſe,quia ad eum non ſpectat manum im-
ponere ſuper ijs, in quibus ſuperior ſe interpoſuit. ¶ Et
8 † quamuis exequutor fortè ex forma mandati citauerit, &
in exequendo uiã citationis elegerit,ac ex abundanti etiam
quædam egerit ad iuſtificandum ſuam exequutionem ten-
dentia,nõ tamen propter hoc minus dici debet exequutor
argumento c.bonæ il 1.de electio.nam & quilibet exequu-
tor de aliquibus cognoſcit,ſed nõ de iis,quæ rei, ſuper qua
exequutio eſt facienda, proprietatẽ reſpiciunt l. à diuo pio
9 §. ſi ſuper rebus ff.de re iudica. ¶ Et † ex his ſequitur, quòd
non rectè à repulſione exceptionum propoſitarum in caſu
noſtro concernentium ius opponentis,uel inhabilitatẽ eius,
qui gratiam obtinuit, fuit appellatum,ut ibi per Anchar. &
maximè cum in exequendo fuerit ſeruata forma tradita,
quia fuit uocatus dictus dom. Dominicus iuxta ea,quæ ha-
bentur in c.exhibita de iudiciis,& ideò ab exequutione ap-
pellari non potuit c.nouit cum ibi plenè not. de appellatio.
10 Et ad propoſitum noſtrum optimè facit id, † quod uoluit
Ioan. And.in c.quia diuerſitatem de conceſſ.præbend. qui
poſt Innoc.dicit,quòd nullus iudex ordinarius,uel delega-
tus debet alium inſtituere in beneficio, quod alius poſſidet,
niſi amoto prius poſſidente, qui amouendus eſt, uel de fa-
11 cto,quando ſuperior hoc mandauit,quia † tunc auctorita-
te ſuperioris poteſt amoueri de facto, & non ſeruato ordi-
ne iudicij,ſi nil proponitur rationabile: Sed in caſu noſtro
Papa mandauit exequutori,quòd dictus do. Dominicus de-
beret de poſſeſſione, & ab eccleſia amoueri, ergo licitum
fuit exequutori de facto illum amouere; quia ſic amouen-
12 do dicitur hoc feciſſe auctoritate Papæ, † qui in beneficia-
libus ius alteri quæſitum tollere poteſt, cum in illis plenitu
dinem poteſtatis habere dicatur c. propoſuit de conceſſ.
præbend.glo.in c.fin.9.q.3.& faciunt ea,quæ habentur per
Abb. in c. conſequenter de reſtitut. ſpolia. ¶ Nec obſtat,
13 † quòd ubicunque etiam Papa mandat aliquid fieri uoca-
tis uocandis, non dicitur facere merum exequutorem, ſed
mixtum ad ea,quæ habentur in c.paſtoralis de offic.delega.
& ideò talis non poteſt procedere,niſi iuris ordine ſeruato,
& iudicialiter c.exhibita,ibique Abb. in ultimo notabili de
iudi. & Cardin. in conſ.92. nobiles uiri &c. qui dicit hanc
clauſulam uocatis uocandis eſſe tanti uigoris, quòd etiam
ſi adiiciatur exequutori, qui aliàs eſt merus exequutor, fa-
cit, quòd teneatur aſſumere partes iudicis per text. in d.c.
exhibita,dicitq́ue Cardin. ibidem, quòd propter talẽ clau-
ſulam reſcriptum non poteſt ſubreptitium dici,nec allega-
ri,ex quo iudex debet iudicialiter, iuriſq́ue ordine ſerua-
to procedere,& facit id,quod uolunt domini de Rota in de
ciſ.370.in antiquis,quia reſpondetur hoc uerum eſſe,quan
do Papa cum hac clauſula citatis, & uocatis uocandis man

daſſet aliquid fieri, quod à Papa nondũ factum, ſeu cognitũ
fuiſſet, nec ſuper eo Papa diſpoſuiſſet, aut prouidiſſet, ut
clarè, & in terminis loquitur tex. in d.c. exhibita, ibique ſcri-
ben. quia tunc ceſſat illud incõueniẽs, quòd inferior factũ
à ſuperiore reſcindat, ſeu reſcindere poſſit, ſed qñ Papa ſu-
per eo prius prouidiſſet, aut diſpoſuiſſet, ut quia iam benefi
ciũ cõtuliſſet, & pro exequutione collationis, ac prouiſionis
mandaſſet, illũ debere in immitti in poſſeſſionem, amoto
tali, ſeu quolibet detentatore, tunc exequutor ille non cen
ſeretur factus cognitor, nec electus, ut iudicialiter, iuriſque
ordine ſeruato procederet ſuper exceptiõibus oppoſitis ab
eo, qui fuit uocatus, & maximè qñ illæ ius tituli, & proprie-
tatis concernebant: immò forma hac obſeruata, v3 quòd
citauerit, exequutor poterit de facto exequi, ne cõtingeret
inferiorẽ factũ ſuperioris reſcindere, & de illo cognoſcere,
ut colligitur ex iis, quæ uoluit Pet. de Anch. in d. conſ. 225.
& faciunt, quæ habẽtur per Io. And. in d.c. quia diuerſitatẽ,
14 & ſupra dixi, nã † ex quo Papa in caſu noſtro mandat do.
Gregoriũ debere ĩmitti ĩ poſſeſſionẽ dicti beneficij, citato,
& amoto dicto do. Dominico, quẽ Papa reputat intruſum
eſſe abſq; aliquo canonico titulo, & dictũ beneficium deti-
nuiſſe, & detinere indebitè occupatũ, quæ uerba Papæ fa-
ciunt fidem, & rẽ manifeſtã, ac quodãmõ notoriã, ex quo
ſuper illis prouiſionẽ, & diſpoſitionẽ ſuã fundat, iuxta quæ
habentur in d.c. gratia de reſcrip. in 6. & in d. clem. 1. de pro
batio. cum ibi not. ſequitur, quòd Papa mandando do. Do-
minicum debere amoueri, debet intelligi, ut poſſit amoueri
de facto abſq; eo, quod contra ipſum iudicialiter proceda-
tur, dummõ ſeruata fuerit forma tradita in exequendo, v3
15 quod is fuerit citatus: Et ultra prædicta facit id, † quod uo
luit Abb. in c. quia clerici poſt princip. de iure patr. ubi ſin-
gulariter dixit, quòd ſi quis notoriè iniuſtè tenet eccleſiã,
non eſt neceſſe, quòd epiſc. ipſum uocet in iudiciũ, & cõtra
illum iudicialiter procedat, ſed põt de facto priuare, ex quo
de facto ſe intruſit, prout in caſu noſtro do. Dominicus ſe
de facto intruſit abſq; canonico titulo, ueluti atteſtatur Pa
pa, cui in hoc eſt ſtandũ, ut ſupra. Et quòd in caſu, de quo
agitur, non dicatur mixtus, ſed merus exequutor, & quãuis
ex abundãti citauerit, & quædam alia ad iuſtificandam ſuã
exequtionem fecerit, tamen propter hoc non deſinat eſſe
merus, uoluit do. Cardin. in conſil. 76. incip. Reuerende pa
ter: Ex prædictis itaque conſtat, quòd poſſeſſio relaxanda
eſt domino Gregorio, ſeu eius procuratori, & ſi dominus
Dominicus prætendat ius aliquod in dicto beneficio ha-
bere, adeat Papam, qui ſemel manum ſuper hoc appoſuit,
& coram illo doceat de iuribus ſuis, qui ei iuſtitiã facere nõ
denegabit c. ex ore de priuileg. ne, ſi aliter fieret, contin-
gat inferiorem corrigere, ſeu reſcindere id, quod Papa fe
cit, & ordinauit, quod eſſet abſurdum, ut ſupra dictum
eſt. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, & liberalitas propriè dicitur collatio beneficij.*
2 *Oeconomi conſtitutio in eccleſiis an, & quando gratiam in ſe contineat, & in quibus eccleſiis conſtituatur.*
3 *Gratiam continere id dicitur, quod in fauorem alicuius eſt introductum.*
4 *Relatio clauſulæ in literis poſitæ eſt ad contenta, & conceſſa in literis, & non ad extra facienda.*
5 *Annullatio actus eſt pœna.*
6 *Priuare aliquem adminiſtratione, & iure iam quæſito pœnale eſt, & odioſum.*
7 *In pœnalibus, & odioſis ſtricta eſt facienda interpretatio.*
8 *Interpretatio ſemper facienda eſt, ne iuri iam alteri acquiſito præiudicetur, & potius, ut uerba nil operentur, quam ut indebitè quis damnum patiatur.*
9 *Priuilegium iuri alterius præiudiciale debet ſtrictè intelligi, & in eo caſu, in quo minus præiudicet.*
10 *Literas, ſeu bullas beneficij ſibi collati quis infra certum tempus expedire de iure communi non tenetur.*
11 *Et eas infra certum tempus debere expediri continet potius utilitatem, & fauorem eius, cui beneficium fuit collatum, quam onus.*
12 *Coniectura ſemper potius ex proxima ſcriptura, quam ex remota eſt aſſumenda.*
13 *Pœna adiecta in caſu, quo duo copulatiuè non fiant, non committitur, niſi utrumque non fuerit adimpletum, nec ſufficit alterum tantum non fuiſſe factum.*

EPITOME.

CLAVSVLA *illa, alioquin gratia ſit nulla, in fine literarum, ſeu breuis appoſita, quòd ad conceſsionem duntaxat in ipſis literis contentam, uel ad proxima tantum ſit referenda, probatur.*

CONSILIVM XV.

QVAMVIS pauca excogitari poſſint, ultra ea, quæ
per do. Aduocatum cauſæ, de qua agitur, conſide-
rata fuerunt, tamen, ut ueritati, & amico ſatisfa-
ciam, aliqua breuiter ſubiungam: Tota itaque difficultas iu
dicio meo in eo uertitur, an illa clauſula in fine literarum,
ſeu breuis poſita, alioquin gratia ſit nulla, referenda ſit ad
conceſſionem tantum in ipſis literis factam, an uerò ad gra
tiam, per quam beneficium aliàs do. Herculi collatum fuit:
& licet prima facie uideretur dicendum, relationẽ debere
fieri ad gratiã collationis, & prouiſionis factæ de beneficio,
1 quia † talis propriè dicitur gratia, & liberalitas argu. c. gra-
tia, c. quamuis, c. tibi qui, & c. ſi gratioſè cum multis ſimilib.
de reſcrip. in 6. & non ad id, quod fuerat conceſſum per lite
ras, in quibus talis clauſula fuit appoſita, quoniam talis con
ceſſio gratiã non continet, ſed ius cõe, ſecundũ quod, ne fru
ctus eccleſiæ, eiuſq; poſſeſſio indebitè ab aliquo occupẽtur,
dum eccleſiæ prouidetur, cõſtituitur œconomus, qui nomi
ne eccleſiæ apprehendat poſſeſſionem, eiuſque fructus, &
illos conſeruet c. cum uos cum materia de offi. ordin. tamen
contrarium in terminis noſtris uerius eſſe arbitror, quòd
relatio facienda ſit ad conceſſionem, de qua in ipſis lite-
ris, quæ gratiam in ſe dicitur continere: Et hoc multifa-
2 riam apertè demonſtratur, in primis quia † de iure com
muni, & regulariter œconomi conſtituuntur in eccleſiis
uacantibus, quibus nondum de rectoribus eſſet prouiſum,
ut in d. c. cum uos, ibique plenè notatur, non autẽ in ec-
cleſiis, quibus iam de rectoribus eſſet prouiſum, nam tunc
ad ipſos rectores ſpectaret apprehendere poſſeſſionẽ ua-
cantem, fructuſque eccleſiæ etiam propria auctoritate,
ex quo per collationem iam acceptatam ipſis ius in re, hoc
eſt in eccleſia dicitur acquiſitum iuxta text. in c. ſi tibi ab-
ſenti de præben. in 6. ibique docto. & in c. fin. de conceſſ.
præben. Ita tenet Ioannes andr. & ſequitur Domin. de S.
Gemin. & alii in d. c. ſi tibi abſenti; ſecus ſi poſſeſſio eccle-
ſiæ non eſſet uacans, ut ibi. Conſtituuntur etiam œco-
nomi de iure communi, ut ſupra, qui nomine eccleſiæ
apprehendant poſſeſſionem, & fructus, illamque, & illos
in utilitatem eccleſiæ expendant, aut futuris rectoribus re-
ſeruent, ut in d. c. cum uos, non autẽ, qui nomine Papæ, &
ſedis apoſtolicæ apprehendant poſſeſſionẽ, & fructus, pro-
ut factũm fuit in caſu noſtro: Et quamuis poſtea mandetur
œconomis, ut ipſi debeant relaxare poſſeſſionem eccleſiæ
do. Herculi rectori, tamen de fructibus nihil iniungitur: Et
his reſpectibus dici põt, quòd cõceſſio, & cõſtitutio œcono
morum, de qua ĩ literis, gratiã, & aliquid præter ius cõe cõti
nere dicatur. Quinimo arbitror, quòd cõſtitutio œconomi
regulariter, quæ fit ẽt pro cõſeruatiõe fructuũ, & pro tuen
da poſſeſſ. eccl. uacãtis, & ſic in caſu d.c. cũ uos, & ĩ aliis ſimi
lib. ac ẽt in caſu noſtro, gratiã ſimpliciter cõtinere dicatur,
ut ẽ tex. clarus, iũcta gl. in primis uerbis in c. quod ob gratiã

de reg. iur. in 6. nam dicitur gratia ſaltem reſpectu eccle-
ſiæ, quia interim conſeruantur fructus, qui in utilitatem ec-
cleſiæ expendi poſſunt, item reſpectu rectoris, cui fructus
reſeruari poſſunt, ut in d.c. cum uos: tex. enim in d.c. quod
ob gratiam dicit, quod ob gratiam alicui conceditur, nõ eſt
in eius diſpendium retorquendum, & glo. ibi inquit, œcono
mus ergo, qui in fauorem eccleſiæ conſtitutus eſt, eccle-
ſiam grauare non debet, & ſic ſentit, conſtitutionem œco-
nomi gratiam continere, quia iſtis reſpectibus continet fa-
3 uorem eccleſiæ, & † ſic largè loquendo id, quod in fauo-
rem alicuius eſt introductum, gratiam dicitur continere, ut
ibi, & probatur ex iuribus præallegatis, & ex aliis multis, in
quibus collationes, & prouiſiones beneficiorum, quæ fiunt
etiam ſecundum ius commune, gratiam continere, & gra-
tioſè fieri dicuntur. ¶ Quibus ſtantibus modo ad fauorem
domini Herculis multæ ex rationibus, & regulis per dictũ
dominum adductæ locum ſibi uendicant, quibus demõſtra
tum fuit, quòd clauſula decreti in fine literarum poſita eſt
referenda ad gratiam, de qua habetur in ipſis literis, & non
4 ad gratiam alias factã de parrochiali eccleſia, quia † relatio
eſt facienda ad contenta, & conceſſa in ipſis literis, & non
extra illas argumẽto l. hæredes palam §. ſed ſi nomina ff. de
teſtam. l. ſi ſeruus plurium, l. talis ſcriptura ff. de leg. 1. l. num
mis ff. de leg. 3. & faciunt not. per Bal. in l. 1. C. de his, qui an
te aper. tab. ubi dixit, capiendam eſſe coniecturam, quæ ex
teſtamento ordinatur, ſecus ſi ueniat ab extra, nam non eſt
in conſideratione. Præterea ex quo ſumus in pœnalibus, &
5 odioſis, quia † annullatio actus eſt pœna, Barr. in l. prætor in
prin. ff. de no. op. nun. l. quemadmodum C. de agri. & cenſi.
lib. 11. l. iubemus C. de ſacroſ. eccl. & l. non dubium C. de
6 legibus: item † odioſum, ac pœnale eſt priuare aliquẽ admi-
niſtratione, & iure iam acquiſito, ut eſt text. in l. teſtamento
centurio in fin. ibiq; glo. ff. de manumiſs. teſtam. l. decreto, &
7 ibi Bar. ff. de ſuſpect. tuto. † ſtricta facienda eſt interpreta-
tio argumẽto l. cum quidam ff. de lib. & poſth. l. ſi de inter-
pretatione cum ſim. ff. de pœnis, c. in pœnis, & c. odia de re-
gu. iu. in 6. & ideò interpretatio in caſu noſtro faciẽda erit,
ut intelligatur de gratia, de qua principaliter habetur in ip
ſis literis, & non de gratia aliàs domino Herculi de eccle-
ſia parrochiali facta: ſuadẽtur præmiſſa, quia ſic interpretã
do minus præiudicatur iuri iam domino Herculi acquiſito
in ipſa eccleſia ex collatione ei facta, & per eum acceptata
iuxta d.c. ſi tibi cum ibi not. & c. quodam, ibiq; Io. An. & Do
8 min. de præb. in 6. & † ſemper facienda eſt interpretatio, ne
iuri iam alteri acquiſito fiat præiudicium, & potius, ut uer-
ba nihil operentur, quam ut aliquid operentur, & quis inde
bitè damnum patiatur, ut in c. dudum, & c. ſuggeſtum de de
cimis, facit tex. in c. cum dilectus, & ibi do. Ant. de conſu. c.
in his, & c. dudum de priuil. ubi Abb. ad propoſitum inquit,
9 quòd † priuilegium iuri alterius præiudiciale debet ſtrictè
intelligi, & in eo caſu, in quo minus afferat præiudicium c.
cum cappella, & c. quoniam intentionis cum ſim. de priuil.
l. 1. §. ſi quis à principe, & §. meritò ff. ne quid in loco publi.
& Inno. in c. 2. de donat. Sed in caſu noſtro ſi clauſula actus
annullatiua eſſet referenda ad gratiam collationis aliàs fa-
ctæ de eccleſia parrochiali, do. Hercules indebitè damnum
pati diceretur, quia propter non expeditionem literarũ in-
fra ſex menſes priuatus eſſet iure ſuo ſibi in re, & in eccle-
ſia acquiſito, quod eſſet iniquum, & maximè, cum de iure
cõi quis nõ arctetur infra certum tempus expedire bullas,
ſeu literas beneficij, ut colligitur ex text. in d.c. ſi tibi, ibique
Domin. ubi non eſt præfixus terminus illi, cui collatio bene
ficij facta fuit, ad acceptandum collationem factam, illiq;
conſentiendum, & conſequenter nec ad expediendum lite
10 ras terminus præfixus dicetur. ¶ Præterea poſito, † ſed non
conceſſo, clauſulã prædictã debere, & poſſe referri ad gra-
tiã aliàs factã do. Herculi de eccleſia parrochiali, tñ adhuc
dico ipſum non fuiſſe priuatũ eccleſia ſibi conceſſa ob non
expeditionẽ literarũ ſub plumbo infra ſex menſes, quia cõ-
ſiderandum eſt, quòd in fine breuis, ſeu literarum de uolun
tate Papæ duo copulatiuè do. Herculi mãdantur, primum,
11 quòd literæ expediantur ſub plũbo infra ſex mẽſes, † & hoc
potius utilitatẽ, & fauorẽ do. Herculis cõtinere dicebatur,
quã onus, tum quia per has literas ſub plũbo collatio eccle
ſiæ probari põt, quæ aliter probari non poterat, ut cautũ eſt
ex regula cãcellariæ 25. tũ quia per illarũ expeditionẽ gra
tia cẽſetur perfecta arg. not. per Bal. in c. 1. col. 2. per quos
fiat inueſt. in uſu feud. arg. l. contractus C. de fi. inſtr. ſecun-
dũ fuit, quòd oĩa iura cameræ apoſtolicæ debita ſoluere te
neretur, & hoc non ſuũ fauorẽ, ſed cameræ cõcernebat, &
nõ fuit hoc certo tẽpore coarctatũ, ſed ſimpliciter deman-
datũ, & conſequẽter hoc qñcunque poterat per do. Hercu
lẽ adimpleri: unde cũ poſtea adiungatur clauſula annullati
ua gratiæ, alioquin gratia ſit ipſo iure nulla, ea debet referri
ad proximũ caſum, & ſic ad ſecundũ, & non ad primũ, vide
licet quòd gratia, & collatio ſit nulla in caſu, quo nõ ſolue
rit iura debita cameræ, quod quidẽ poterat qñcunq; face-
re, cũ certũ tempus ad id faciendũ non fuerit præfixũ: & cũ
ſimus ĩ pœnalib. hæc clauſula ultimo loco poſita eſt ad pro
xima tantũ referẽda, quia ſic minus iuri quæſito do. Hercu
li præiudicatur, & mitior ſit interpretatio, vt ſ̃ dictũ fuit, &
12 † ſemper cõiectura potius eſt aſſumẽda ex proxima ſcriptu
ra, quã ex remota, ut in d. l. hæredes palã §. ſed ſi noĩa, in d.
l. ſi ſeruus pluriũ in fin. & in d l. nũmis. ¶ Vltimo referendo
etiã illam clauſulam annullatiuã ad utrũq; dictũ, adhuc di-
co do. Herculẽ nõ poſſe dici priuatũ eccleſia ſibi collata ob
13 nõ expeditionẽ literarũ infra ſex menſes, quia † hæc annulla
tio actus, & remotio ab adminiſtratione, & officio, quæ dici
tur eſſe pœna, vt ſ̃, fuit appoſita ſub cõditione duo copula
tiuè cõtinente, uidelicet in caſu, quo do. Hercules nõ expe
diret literas ſub plũbo infra ſex menſes, & non ſolueret oĩa
iura debita cameræ apoſtolicæ, & hoc ultimũ fuit adiectũ
ſimpliciter ſine præfixiõe certi tẽporis, ut dixi, ergo ad hoc,
vt hæc pœna annullationis cõmitti potuerit, debuit utrũq;
eueniſſe, nec ſatis fuit alterũ tantũ nõ fuiſſe factũ, ut eſt tex.
in l. is, qui ducenta §. cũ ita ff. de reb. dub. & facit, quod habe
tur in c. 2. cũ ibi not. per gl. Abb. & alios de reſcri. Sed in ca
ſu noſtro quãuis do. Hercules alterũ nõ adimpleuerit, quia
non expediuerit literas infra ſex menſes, non tñ dicitur alte
rũ non adimpleuiſſe, ſeu adimplere noluiſſe, cũ adhuc poſ-
ſit illud adimplere, uidelicet ſoluere omnia iura cameræ de
bita, ergo ſoluendo adhuc pœnã prædictam euitare poteſt.
Hæc ſunt, quæ ad fauorem domini Herculis dictis aliorum,
qui in hac cauſa ſcripſerunt, addere uolui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Penſio dimidiam redditũ non excedens monacho facto epiſcopo poteſt ex cauſa auctoritate apoſtolica etiam ſuper eccleſia cathedrali reſeruari, & quo iure num. 13.*
2 *Penſionum ſuper eccleſiis conſtitutio canonum auctoritate eſt ordinata, & ſuper illis Papa, quomodo vult, ſtatuere poteſt.*
3 *Abbas poteſt certam penſionem ſuper bonis, & redditibus monaſterij ſimplici monacho concedere, & quomodo,*
4 *Et ſi ea fuerit à Papa ad uitam monachi confirmata, efficitur quoad abbatem irreuocabilis.*
5 *Monachus etiam ſimplex poteſt ex prouiſione Papæ ſuper quibuſcumque eccleſiis etiam cathedralibus penſionem quoad uſum, & adminiſtrationem, habere etiam inſcio, & inuito abbate.*
6 *Pẽſio ſimpliciter monacho à Papa cõceſſa quõ ĩ dubio ĩtelligatur cõceſſa.*
7 *Penſio etiam laico concedi poteſt.*
8 *Monachus factus epiſcopus, an proprium habere poſſit, & differat à ſimplici monacho, & nu. 10.*
9 *Monachus factus epiſcopus ſi poſtea epiſcopatui renunciauit, quomodo, & ſecundum quam regulam, & cui ſubditus viuere debeat.*
10 *Monachus ex diſpenſatione Papæ an, & quõ proprium habere poſſit.*

11 Mo-

11 *Monacho ex diſpenſatione Papæ prouideri poteſt de beneficio, & eccle-
ſia etiam curata, cuius redditus facit ſibi ſuos iure eccleſiæ.*
12 *Monachus factus epiſcopus quoad multa deſinit eſſe monachus ſui mona-
ſterij, à poteſtate ſui abbatis liberatur, & capax fit aliquorum, quo-
rum ſimplex monachus eſt incapax.*
14 *Monachus, ſeu Clericus non poteſt in feudo ſuccedere, & feudum, quod
ante monachatum, ſeu clericatum habebat, domino aperitur.*
15 *Quid ſi feudum ſit tale, cui per alium poſsit inſeruiri.*
16 *Quid ſi ex gratia Papæ illud ſibi retinere conceſſum eſſet.*
17 *Epiſcopatus qualitas monachatui adiecta auget potius, quam minuat, &
quid operetur.*

EPITOME.

MONACHVM *factum epiſcopum, ac etiam ſimplicem poſſe auctoritate apoſtolica ſuper eccleſiis etiam cathedralibus penſionem non iure ſuo, ſed iure eccleſiæ quoad adminiſtratione, & diſtributionem habere, hic probatur.*

CONSILIVM XVI.

1 QVOD † auctoritate apoſtolica penſio, quæ dimi-
diam redditaum non excedat, monacho facto epi-
ſcopo potuerit ex cauſa reſeruari etiam ſuper eccle
ſia cathedrali, neminem latet, quoniam in iis, quæ ſunt à iu-
re poſitiuo introducta, Papa plenitudinem poteſtatis habe
re cenſetur, & in eo cauſa iuſta præſumitur c. propoſuit de
conceſſ. præben. ad not. in c. quanto de tranſla. epiſcopi, &
ad ſcriben. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. Bal. in l. teſta
2 mentum C. de teſtam. † Conſtitutio autem penſionum au
ctoritate canonum, leguinque eccleſiaſticarum ordinata
fuit ad c. nulli. §. his ita reſpondetur 12. q. 2. & habetur in c.
cum M. de conſtit. ſuper illis igitur Papa liberè quo modo,
3 & in quem uoluerit, ſtatuere poterit: Immò † permittitur
abbati ēt certā penſionem ſimplici monacho concedere ſu
per bonis, & redditibus monaſterii, non, ut illam habent tan
quam propriam, nec ut eam alii dare, & in alium transferre
ualeat, cum proprium habere nō poſſit, ſed ut indè uiuere,
illamque adminiſtrare, & diſtribuere queat c. niſi eſſent de
4 præben. clem. 1. §. quia uerò de ſtatu monacho. Et † quāuis
tunc huiuſmodi penſio ſit ad nutum abbatis reuocabilis, ta
mē ſi à Papa fuerit cōfirmata ad uitā monachi, erit quoad
abbatem effecta irreuocabilis, cum ex tali confirmatione
monachus fuerit effectus obedientiarius Papæ, ut declarat
Abb. cuius dictum crebro receptum eſt, in d. c. niſi eſſent cir
5 ca finē. A fortiori ergo † Papa ex ſua prouiſione principa
liter ordinare poterit, quòd monachus etiam ſimplex poſſit
penſionem ſuper quibuſcunque eccleſijs ēt cathedralibus
habere quo ad uſum, & adminiſtrationem, ſeu diſtributio-
6 nem ad eius uitam ēt inſcio, & inuito abbate: Et † in dubio
penſio monacho ſimpliciter à Papa conceſſa intelligetur
data eo modo, quo illam de iure monachus habere poteſt,
ut actus ualeat ad. l. ſi domus in fin. cum ibi plenè not. per
Alex. & alios. ff. de lega. 1. & l. ſi quando à prin. C. de inoffi
7 cio. teſta. nam & † laico poteſt concedi glo. in d. c. cum M.
Ex quibus infertur, quòd penſio facilius poterit à Papa mo
8 nacho facto epiſc. reſeruari, quia † & ſi monachus factus
epiſc. propriū habere, ſibiq; acquirere nequeat c. unico, &
ibi glo. 18. q. 1. Abb. Card. Imol. & alij in c. penul. de uita, &
honeſt. cler. tñ ī pluribus à ſimplici monacho differt, & mul
torū eſt capax, quorū ſimplex monachus eſt incapax glo. in
9 c. de monachis 16. q. 1. ēt ſi ex poſtfacto epiſcopatui renūcia
uerit, quia & ſi monachus remaneat, non tñ ſui primi mona
ſterii, nec ſecundū regulā illius uiuere debebit, ſed potius di
cetur monachus religionis in genere, & ſubditus epiſcopi,
ſecundum cuius regulam uiuere tenebitur, ut rectè intuen
ti colligitur ex uerbis Feder. in conſil. 5. & 19. iuncto c. cō-
ſtitutionem in fin. & not. in c. non ſolum de regul. in 6. &
argumento text. not. cum glo. in c. fin. 20. q. 3. Valuit ego
penſio, quam habuit R. D. Tadeus epiſcopus Callinēſi. ex
prouiſione Papæ ſuper eccleſia cathedrali epiſcopatus Ca
riatenſis non ſolū quoad adminiſtrationē, & diſtributionē,
10 ſed ēt fortè pleno iure ex Papæ conceſſione: quoniā † & ſi
monachus factus epiſc. propriū habere, & ſibi acquirere nō
poſſit, ſed ſuæ eccl. ut not. in d. c. unico 18. q. 1. & in d. c. de
monachis, tamen ex Papæ conceſſione monachus pōt pro
priū habere, & matrimoniū cōtrahere ad tradita per Abb.
& ferè oēs in c. 1. de uoto, & in c. cū ad monaſteriū de ſtatu
mona. & licet tex. ille dicat, quòd quāuis Papa nō poſſet cū
monacho diſpenſare, ut monachus exiſtēs propriū habere
poſſit, tñ de monacho non monachum facere poterit, & ſic
propriū poterit habere, ut inquit ibi gl. hoc tñ debet ītelligi
de monacho ſimplici, qui dicitur abbati ſubiectus, ut ibi: At
ſecus puto dici poſſe de monacho facto epiſ. quòd is aūcte
Papæ propriū habere poſſit iure eccleſiæ nō, ut de illo poſſit
liberè diſponere, ſed ut id eccl. ſuæ relinquat, ueluti dicitur
de aliis clericis, ut in c. 1. & per totū 12. q. 3. Quod ſuade-
11 tur, nam † monacho ex Papæ diſpenſatione poteſt prouii-
deri de beneficio, & de eccleſia ēt curata, ut ex aduerſo cō
ceditur per tex. in d. c. 1. quo caſu monachus facit ſibi ſuos
redditus iure eccl. ſicuti faciūt alii clerici ad gl. in c. præſen
ti de offi. ordin. in 6. & per Abb. in c. extirpādæ. §. ſi uerò de
præben. ergo nec erit inconueniēs, quòd monachus factus
12 epiſc. † qui deſinit quoad multa eſſe monachus ſui monaſte
rii, & capax fit aliquorū, quorū incapa eſt ſimplex mona-
chus, & à potāte ſui abbatis liberari dicitur, ut in d. c. unico,
& per Fed. in dictis conſiliis, & doct. maximè moder. in d. c.
13 penul. de uita, & honeſt. clerico. & in d. c. de monachis, † ex
prouiſione Papæ poſſit pēſionē, uel aliquid aliud habere ſu-
per bonis eccleſiæ nō iure proprio, & pleno, ſed iure eccle
ſiæ, v3. non ut illud liberè ualeat, cui uelit, relinquere, & de
eo diſponere, ſed ut relinquat eccleſiæ, ex cuius bonis acqui
ſiuit d. c. 1. Quod ultimū nō excludit, quin monachus factus
epiſc. ex Papæ diſpēſatione propriū habere dicatur iure ec
cleſiæ, & non iure ſuo, ueluti habent, ſeu habere poſſunt alii
clerici, quibus de bonis eccl. ſuæ aliquid acquiritur. ¶ Cor-
14 roborantur prædicta optimo ſimili, † nam legitur in c. 1. de
vaſal. mili. qui arma bellica, in c. 1. de feu. fœm. & in c. 1. §.
quod ſi clericus ſi de feu. fuer. contē. inter do. & agna. quò
clericus, ſeu monachus nō pōt ſuccedere in feudo, ſeu feu
dū, quod ante clericatū, ſeu ingreſſum monaſterū habebat,
per monachatum, uel ingreſſum aperitur dño, cū is, qui fa-
ctus eſt miles Chriſti, debeat deſinere eſſe miles ſeculi, nec
beneficiū, hoc eſt feudū pertinet ad eū, qui non debet offi-
cium uaſalli gerere d. c. 1. in fin. de uaſal. mil. qui arma bel-
lica, ubi glo. inquit, quòd uaſallus monaſterii ingreſſus dñs
rerū ſuarū eſſe deſinit, vt pote dñs: ergo de illis nec diſpone
re, nec teſtari poterit auth. īgreſſi C. de ſacroſ. eccl. & c. quia
15 ingredientibus 19. q. ult. † Si tamē feudū ſit tale, cui per aliū
poſsit inſeruiri, clericus, & monachus ī illo ſuccedere pote
rit, ut uoluit glo. not. quā feudiſtæ ſequuti ſunt, in d. c. 1. de
16 feu. fœm. quinīmo † And. de Iſer. ibi uoluit, quòd ex gratia
principis, hoc eſt Papæ clericus, & cōſequenter monachus
pōt feudū retinere eo mō, quo aliàs iura ipſis aliquid poſſi-
dere permittunt, nā iura illos parificant, ſi ſit tale feudū, cui
per aliū poſſit inſeruiri, ut ſ. ¶ Quo verò ad officiū, ſeu locū
inter milites S. Pauli, num R. D. Thadeus epiſc. Callinenſis
illius capax fuerit, & ſic ab eo potuerit in aliū transferri, ex
prædictis inferri poteſt, ipſum inter alios milites locum obti
nere potuiſſe, ſaltem quoad adminiſtrationem, & diſtribu-
tionem, ut dictum fuit de penſione, & ex quo Papa præfa-
tum epiſcopum admiſit, quem ſciuit de monachatu ad epi
ſcopatum tranſiuiſſe, ut ex multis documentis oſtendi po-
teſt, Papa uidetur uoluiſſe, quòd ille ad officium præ-
dictum admiſſus fuerit eo modo, quo de iure potuerit,

d.l.ſi domus in fi.ff.de lega.1.cum aliis iam allegatis,& præ
17 ſertim eum † hæc qualitas epiſcopatus adiecta monachatui augeat potius, quam minuat, nam operatur, ut factus epiſcopus ſit effectus capacior quamplurium, quorum ſimpliciter monachus erat inhabilis, ac etiam liberior, quam ſimplex monachus,ut quoad contrahendum,& conſentiendum,ac etiam quoad acquirendum, ut ex prædictis colligitur. ¶ Vltimo dictus Reuerendus Dominus Epiſcopus quoad vixit, in dicto officio militum ſciente, & patiente Papa toleratus fuit etiam ultra triennium, quæ tolerantia quātum,& quot effectus operetur,lōgum eſſet referre, & cum hæc apud doctos, coram quibus hæc cauſa agitur, trita, & vulgaria ſint,prætermitto.Quibus ſtantibus ſequitur,quòd eo modo, quo dictus epiſcopus potuit locum inter dictos milites obtinere,pariter in alium illum transferre ualuit,ut is,in quem tranſlatio facta fuit, poſſit ſaltem quoad adminiſtrationem,& diſtributionem dictum locum obtinere,prout ipſe epiſcopus poterat. Et hoc modo declarando ceſſabunt omnia, quæ ex oppoſito deducuntur, & conſiderari poſſunt, ſi ea recta mente percipiantur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verbis Papæ narratiuis, ſuper quibus ipſe ſuam intentionem fundauit, eſt credendum.*

2 *Dictio ex denotat cauſam proximam, & immediatam.*

3 *Hypotheca, & obligatio fructuum, aut aliarum rerum inducitur, & conſtituitur, quando in caſu non ſolutionis, aut alterius contrauentionis creditores ex pacto habent liberum regreſſum ad fructus, ſeu alias res, illaſque propria auctoritate percipere poſſunt.*

4 *Dictio ſuper adiecta certæ rei quando pignoris obligationem importet.*

5 *Solutio annua facienda ex fructibus, & in recompenſationem commoditatis fructuum, quos percipit, diminutis fructibus etiam ſolutio minui debet, & num. 23. & 24. ubi declaratur.*

6 *Obligatio ſolutionis annuæ faciendæ ex, & ſuper fructibus videtur conditionalis, ſi fructus naſcantur, & per annos, quibus nati non fuerint, eſt remiſſio facienda: & an, & quando id ſit verum nu. 23. 24. & 27. vbi declaratur.*

7 *Idem, ſi obligatio ſuper certa portione fructuum alicuius rei pluribus annis ſoluenda facta eſſet, & num. 23. & 24. vbi hoc declaratur.*

8 *Penſionis, ſeu portionis ſuper aliquo titulo, vel beneficio impoſitæ onus dicitur onus fructuum, & non tituli, tacitamque habet conditionem, ſi fructus naſcantur, & illis non natis, an ſolutio, an verò remiſſio ſit facienda, & nume. 13. & quomodo id procedat num. 25.*

9 *Portiones ſuper aliquo titulo, vel beneficio aſſignatæ, an ſint idem, quod penſiones, an verò inter ſe differant, & quomodo uſque ad nume. 12.*

10 *Penſiones dantur, vt quid temporale, & non in titulum, & penſionem habens non dicitur titulum, ſeu penſionem habere.*

11 *Penſiones non poſſunt cum beneficio permutari;*

12 *Et per mortem non vacant, ſed cum perſona penſionarij extinguuntur.*

14 *Prælati, & milites cœleſtis militiæ non tenentur vltra vires ſuæ eccleſiæ de ſuo ſoluere, ſed ſolum de fructibus, & bonis eccleſiæ.*

15 *Fructib. non natis, aut non perceptis, quādo hæres, vel alius non teneatur.*

16 *Loci, ſeu materiæ appoſitio, ex quibus fructuum, ſeu pecuniæ quantitas ſolui debet, an & quando cenſeatur facta gratia demonſtrationis tantum adeò, quòd etiam aliunde ſit ſoluendum, & quando gratia conditionis, ſeu taxationis, & nu. 22. & 23. vbi hæc plenè declarantur.*

17 *Verba diſpoſitionis in dubio ſunt interpretanda potius demonſtratiuè, quā conditionaliter.*

18 *Interpretatio, per quam diſpoſitio magis conſeruatur, magiſque effectum ſortitur, eſt alijs præferenda.*

19 *Obligatus ad præſtandum penſionem annuam conſtitutam à Papa cenſetur perſonaliter, & in genere obligatus, & propter difficultatem præſtationis non excuſatur;*

20 *Idem, quando ratione tituli, quem habet in eccleſia, eſſet obligatus.*

21 *Emphyteota reſpectu cuius rei penſionem, vel canonem ſoluat, & quare integraliter etiam non perceptis in totum, vel pro parte fructibus ſoluere debeat.*

23 *Solutioni ſi adijciatur locus, vel materia, ex quibus ſolutio ſit facienda, an & quando locus, vel materia ſtent demonſtratiuè, & quando conditionaliter, & quando aliunde etiam ſoluendum ſit, & quando ſecus.*

26 *Periculum caſus fortuiti ad quem ſpectare debeat.*

27 *Fructus ſi ex certo fundo ſingulis annis debeantur, ſi vno, vel pluribus annis nati non fuerint, quid faciendum.*

EPITOME.

PORTIONIBVS *annuis ex fructibus, & prouentibus eccleſiarum, ſeu beneficiorum, quæ alicui in titulum obuenerunt, per Papam aliquibus conſtitutis, & aſſignatis, etiam cum onere iniuncto, ut titularis teneretur habentes portiones ſuper titulis aſſecurare præſtando bancherios de triennio in triennium, qui portionariis deberent ſingulis annis ſoluere, & ſi ita cautum non fuerit, ſeu annuatim non ſolutum, portionarii habeant liberum regreſſum ad portiones fructuum, illaſq; propria auctoritate percipere, & leuare poſſint, quòd ſolum ex fructibus eccleſiarum, & beneficiorum, & non aliunde, nec de ſuo titularis dictas portiones ſoluere teneatur, Et pro illo tempore, quo fructus percipere non potuit, quòd ex fructibus annorum ſequentium, quouſque fuerit de omnibus portionibus integraliter ſatisfactum, ſoluere debeat, non autem ſit pro illo tempore in totum liberatus, & portionarii debeant fructus ſequentium annorum expectare, hic demonſtratur.*

CONSILIVM XVII.

VISA, ac diligenter conſiderata bulla apoſtolica, quæ emanauit ad confirmationem portionum alias factarum per Reuerendiſſimos dominos Cardinales tempore electionis Sanctiſſimi domini noſtri in cōclaui exiſtentes ex fructibus,redditibus,& prouentibus dignitatum, eccleſiarum,& officiorum eiuſdem S. D. N. dum in minoribus exiſteret,ſuper dubitatione, quæ ad præſens inter R. do.Legatum Bononiæ,& R.do. de Rangonibus ex una, & R.do.de Ceſis ex altera ſuper ſolutione portionum quorūdam annorum uertitur,breuius, quam fieri poterit, me abſoluam,ſalua tamen ſemper præfatorum RR. DD.meliori, ac ſaniori deliberatione. Dubium igitur,quod inter eos in iudicio uertitur,eſt,an R.do.de Ceſis, cui eccleſia Clarauallenſis in titulum obuenit, portiones fructuum, & reddituū iuxta prouiſionem; & aſſignationem dictis RR. Cardinalibus factam pro illis annis, quibus ipſe R.do. de Ceſis ob bella,& alias clades,quæ in partibus Lombardiæ uiguerunt,ex dicta eccleſia modicos,aut nullos fructus, & redditus percipere potuit,teneatur præfatis do. RR. portionariis de iure ſoluere. Super quo dubio prius ad fauorem R. domini de Ceſis pro parte negatiua, deinde ad fauorem RR. portionariorum pro parte affirmatiua argumentabor,demū,prout de iure uerius mihi uidebitur, difficultates remouendo concludam.¶ Pro parte itaq; negatiua in primis facit,præſupponendo,quòd portiones 37.factæ,& aſſignatæ RR.do. Cardinalibus in conclaui exiſtētibus aſſignatæ fuerunt nō ſuper titulis, nec reſpectu titulorum,ſed ſuper fructibus, & redditibus dignitatum,beneficiorū, & officiorum promoti, ueluti ex verbis bullæ oſtēditur, quibus Papa primo narrādo dicit,quòd per Collegium Cardinalium conſtitutum,& ordinatum fuit,accedente conſenſu dicti S. D. N. quòd ex fructibus,redditibus,& prouentibus dignitatum, & beneficiorum ipſius promoti fierent,& ſic factæ fuerunt, portiones 37.inter ipſos Reuerendiſs. Cardinales diſtribuendæ, quā diuiſionē,ordinationē, & aſſignationē Papa motu proprio, & ex certa ſcientia approbauit, & confirmauit, nam
1 † his uerbis ſic narratiuis, ſuper quibus Papa ſuam intentionem fundauit,& confirmauit,danda eſt fides indubitata.ut in clementina prima de probatio. deinde quaſi circa finem bullæ Papa incidenter dicit, & narrat, ponendo

hæc

hæc uerba, quòd ipſi titulares ante, quam eis de titulis pro
uideatur, portiones ſuper eiſdem titulis habentes aſſecu-
rare, & cautelare teneantur: Ex quibus uerbis narratiuis
licet innui uideatur, portiones fuiſſe ſuper titulis conſtitu-
tas, tamen illis ſtandum non eſt, quia ſuper eis Papa ſuam
intentionem non fundauit, ſed ſuper primis, d. clemen. 1.
Ergo portiones conſtitutæ fuerunt ſuper fructibus, & non
ſuper titulis, ut etiam infertur ex illis uerbis, ex omnibus
2 fructibus & cæt. † quæ uerba denotant cauſam proximam,
& immediatam, ut in .l. 1. §. ex incendio per Barto. ff. de
3 incend. ruin. & naufra. Quod etiam colligitur ex eo, †
quòd in dicta bulla circa fin. dicitur, quòd ſi per ipſos ti-
tulares cautum non fuerit, ſeu annuatim ſolutum, tunc
ipſi Reuerendiſſimi domini Portionarij habeant liberum
regreſſum ad portiones fructuum, & illas propria aucto-
ritate percipere poſſint, & leuare: ex quibus infertur in-
tentionis Papæ fuiſſe quod pro portionibus, & quantitati-
bus annuatim debitis, & ſoluendis fructus eſſent obligati,
& hypothecati, ita enim innuunt dicta uerba, argumento
eorum, quæ habentur per Barto. & in alios in l. 3. C. de
4 pignor. ibique eſt bonus text. Et † quamuis dictio ſuper
importet pignoris obligationem iuxta ea, quæ habentur
per Barto. in l. fundus, quem. ff. de annuis lega. per l. co-
dicillis. §. inſtituto. ff. de lega. 2. Bald. in l. 1. poſt gloſ. C.
communia de lega. in prima colum. Alexan. in. l. reſcri-
ptum. §. ſi pacto. ff. de pactis, & in .l. ad diem. ff. de uerbo.
obligatio. tamen id uerum eſt, quando dictio ſuper adiici-
tur certæ rei diſpoſitiuè, ut in d. §. inſtituto, & per Barto.
in loco præallegato, non autem aſſertiuè, & narratiuè, ut
in caſu noſtro. ¶ Stantibus his infertur, quòd cum Re-
uerendiſſimus dominus de Ceſis non potuerit ob bella, a-
liosque caſus fortuitos percipere fructus dictæ eccleſiæ
Claraualleńſis, ipſi remiſſio facienda eſt pro illo tempo-
5 re, ut aliquid ſoluere cogi non poſſit, nec teneatur: nam †
ex quo titulares grauati fuerunt ad ſolutionem dictarum
portionum ſingulis annis in recompenſationem commo-
ditatis fructuum, quam ex titulis percipiunt, iuxta ea quæ
habentur per Abb. in c. niſi eſſent de præben. Innocen. in
c. cum ſit circa fin. de decimis, & in c. dilecto extra de uer-
borum ſignificat. & Deci. in conſil. 188. ſequitur, quòd
diminuta commoditate titulorum debet etiam minui ſo-
lutio portionum argumento text. notabilis in l. forma. §.
illam. ff. de cenſibus cum ſimil. ibi allegatis in glo. l. 2. C.
de alluuio. & palud. lib. 10. & c. propter ſterilitatem extra
6 de locato cum aliis. ¶ Præterea † cum dictæ portiones,
& quantitates pecuniarum annuatim ſoluendæ ipſis por-
tionariis ſint debitæ ex, & ſuper fructibus eccleſiarum ſim
pliciter, ut habetur in dicta bulla, ibi ex omnibus, & ſingu-
lis fructibus, & fructus ſint percipiendi per ipſos dominos
titulares, & non per eos, quibus portiones ſolui debebant,
ſequitur, quòd pro illis annis, quibus fructus non fuerunt
percepti, ipſi domini titulares non debent eſſe obligati ad
præſtationem illarum portionum, ſed ipſis remiſſio pro illo
tempore eſt de iure facienda, nam ex quo facta fuit obli-
gatio ſimpliciter, & generaliter ſuper fructibus dictarum
eccleſiarum, obligatio uidetur eſſe conditionalis, ſi fructus
naſcantur, argumento l. 1. in fin. ff. de condit. & demonſtr.
& in l. interdum. ff. de uerbo. obligat. ut colligitur ex iis,
quæ ponit Barto. in l. eotem. §. qui maximos. ff. de publica.
in fin. 3. colum. cum ſequen. & in q. incip. Publicanus.
7 ¶ Secundo † ſi dicamus, obligationem portionum, & quan
titatum annuatim ſoluendarum factam fuiſſe non ſuper
fructibus ſimpliciter, & in genere, ſed ſuper certa quanti-
tate fructuum, adhuc uidetur eſſe concludendum, quòd
pro illis annis, quibus fructus percipi non potuerunt, ſit fa-
cienda remiſſio, & quòd titulares non teneantur ad præſta-
tionem illarum portionum, quia ubicunque debetur certa
quantitas fructuum alicuius rei pro pluribus annis, tunc fru
ctibus nō perceptis remiſſio fieri debet, & tanto magis, quā
do fructus erant percipiendi per eum, qui ſingulis annis ſol
uere tenebatur, ut colligitur ex uerbis Bar. in d. l. qui maxi-
mos in 3. colu. quaſi circa fin. & in d. q. incip. Publicanus: ſed
in caſu noſtro certa quantitas, & portio pecuniæ debetur
ex fructibus ſingulis annis per ipſos titularees, qui etiā fru-
8 ctus percipere debent, ergo & c. ¶ Tertiò † cum, ut dictum
eſt, hoc onus portionum ſit onus fructuum, & non tituli ſim
pliciter, & immediatè, prout onus pēſionis ſimiliter dicitur
onus fructuum, & non tituli ſimpliciter iuxta ea, quæ haben
tur per Innoc. in d. c. cum non ſit, per Dec. in d. conſi. & gl.
in c. quæſti 16. q. 1. in tantum, quòd onus penſionis dicatur
habere tacitam conditionem, ſi fructus naſcantur d. l. 1. in
fi. & d. l. interdum, ſequitur, quòd ſicut titulares non tenen
tur ad ſolutionem penſionum, ſi fructus non fuerint nati, &
facienda eſt remiſſio pro illis annis, quibus fructus abſque
culpa titularis nō potuerunt percipi, quoniam prælatus de
ſuo penſionem ſoluere non tenetur, Abb. in d. c. niſi eſſent
de præben. & latè Felin. in c. ad audientiam il. 2. in ult. colu.
de reſcript. Ita in terminis noſtris Reuerendiſſimi domini
titulares non erunt obligati ſoluere portiones, de quibus
in bulla, niſi perceptis fructibus, & ſi aliquo tempore per-
cepti non fuerint, non erunt pro illo tempore ad ſolutio-
nem grauati, quoniam eſſet inconueniens, & abſurdum,
quòd de ſuo tenerentur: Nam ſi ratione beneficij, & fru-
ctuum eiuſdem tenentur, non debent de ſuo teneri, cum
deceat nos beneficio iuuari, non autem grauari, nec decipi,
ut in c. unico extra de commoda. &. l. in commodato. §.
9 ſicut. ff. commoda. Et † quamuis hæ portiones, de quibus in
bulla, propriè non ſint, nec dicantur eſſe penſiones, tum
quia penſiones communiter dantur alimoniæ cauſa ad tra
dita per Felin. in d. c. ad audientiam, & Roma. in conſil. 388.
hæ autem portiones fuerunt alia ratione aſſignatæ, ut in
10 bulla habetur, tùm etiam quia † penſiones cenſentur da-
ri, & aſſignari, ut quid temporale, & non in titulum adeò,
quòd qui penſionem habet, non dicitur habere titulum,
nec beneficium, argumento d. c. niſi eſſent cum ibi not. &
per glo. in d. c. quæſti, Anto. & Cardin. in c. conſtitutus de
religio. domi. Bald. in d. c. ad audientiam il 2. & habetur per
docto. maximè Modern. in c. poſtulaſti de reſcrip. Cardin.
& Imol. in clemen. 1. §. 1. in 3. quæſt. de ſupplen. negligen.
præla. hæ uerò portiones cenſentur ut quid ſpirituale, &
dicuntur conceſſæ in titulum, & loco beneficii, ut in bulla,
11 tum etiam quia † penſiones non poſſunt cum beneficio, &
ſic cum ſpirituali permutari, quia eſſet ſimonia, & daretur
temporale pro ſpirituali, argumento c. cum pridem de pa-
ctis, c. fin. c. quæſitum de rerum permutat. c. præterea il 1.
& il 2. & c. conſtitutus de tranſactio. hæ autem portiones
poſſunt cum beneficiis permutari, ut in bulla: Tamen ſi
has portiones uolumus aſſimilare, illas potius æquiparabi-
mus penſionibus, quam aliis, ſunt enim conſtitutæ ad in-
ſtar penſionum, & cum illis conueniunt in hoc, quòd ſicut
12 † penſiones per mortem non uacant, ſed cum perſona pen
ſionarii extinguuntur, ut in d. c. niſi eſſent, ibiq; doct. & Car
din. in d. clem. 1. in 6. q. ita hæ portiones, ut habetur in bulla
circa finem. Et ideò de penſionibus ad has portiones argui
poterit argumento .l. 1. §. ſiquis ſeruum. ff. de poſiti. l. eum,
qui. §. 1. ff. commoda. l. naturalis circa fi. ff. de præſcrip. uer.
& Barto. in. l. ſi uno. §. cum quidam in ultima colum. ff.
13 locati. Quare ſicut † penſiones, quæ imponuntur ſuper
fructibus beneficiorum, dicuntur impoſitæ taxatiuè, &
non demonſtratiuè, quoniam fructus ſunt expreſſi gratia
taxationis, ut prælatus illas ſoluere teneatur ita demum, ſi
fructus extent, & percepti fuerint, & non aliter, ut per Abb.

in d.c.niſi eſſent, & Decius in d.conſilio, glo. in d.c. quæ-
ſti, & argumento l.nomen debitoris §.uni ex hæredibus ff.
de lega.3.l. ſi quis ſeruum §. ſi quis legauerit, l. lucius §.
ciuibus ff.de leg. 2. & l.ſi debitor §.ueriſimile ff.de contrah.
empt.quæ iura allegantur in materia penſionũ, ut per Pau
lum de Caſt.in conſi.335.incip.exceptiones,ita & hæ por-
tiones ita demum erunt ſingulis annis ſoluendæ, ſi quotan
nis fructus percepti erunt, & pro tempore, ſeu anno, quo
non fuerunt percepti,ſolui non debebunt,nã & hoc in pen
ſionibus obſeruatur,quæ pro re locata ſoluuntur, ut in d.c.
propter ſterilitatem de locato cum ibi allegatis, & l.licet
C.locati cum ſimilibus: alioquin eſſet iniquum,ueluti etiã
ſupra dixi,quòd titulares, qui fructus ex beneficiis abſque
eorum culpa non habuiſſent, tenerentur de ſuo patrimo-
nio,uel aliunde ſoluere, ut dicunt in ſimili domini de Rota
in deciſio.869.incip.Lego in ultima columna, alias eſt de-
ciſio.11.ſub titulo de teſtamen.in antiquis, quòd fieri de-
bet ſuppletio non ex aliis rebus, ſed ex fructibus rei, ſuper
14 qua diſpoſitio facta fuit,& maximè,quoniam † prælati mi-
lites cœleſtis militiæ utuntur priuilegio militum ſeculariũ,
vt ipſi vltra vires ſuæ eccleſiæ non teneantur de ſuo ſolue
re,ſed ſolum de fructibus, & bonis eccleſiæ, ut habetur in
c.odoardus de ſolutio.& in c.olim il 2.de reſtitutio.ſpoliat.
¶ Quarto conſiderandum eſt, quòd S. D. noſter Papa
in dicta bulla,ut prouideret ipſis portionariis, uoluit,quòd
in caſu, quo per titulares non fuiſſet prouiſum de banche-
riis,prout in bulla,uel ſi non fuiſſet ſolutum, ſeu ſatisfactũ
ſingulis annis de portionibus ipſis dominis portionariis, il-
li in ſubſidium liberum haberent regreſſum ad portiones
fructuum,& illas propria auctoritate percipere, ac leuare
poſſent: ex quo infertur, quòd ſi fructus non extarent,
nec percepti fuiſſent,ipſi nihil habere,nec conſequi debẽt,
cum in eorum ſubſidium hoc ius fuerit illis reſeruatum:fru
ctibus itaque deficientibus non erit aliquid, ad quod re-
greſſus haberi poſſit,argumento eorum,quæ dicunt docto-
res,& maximè Bal.in l.non dubium C.de legibus, & l.ele-
ganter in principio ff.de dolo,iuncta l.1.§.ait prætor uſque
ad finem cum ſequen.eodem titulo. ¶ Confirmantur præ-
miſſa ultimo loco per plura iura,quibus probatur,quòd fru
15 ctibus † non natis,nec per hæredem perceptis,ipſe libera
tur, nec ulterius tenetur, quia taxationis vicem obtinent
uerba,quibus locus continetur, ex quo naſci debent, ut eſt
textus in l.cum certus ff.de uino,oleo,triticoq; lega.& in l.
lucius §.ciuibus ff.de lega.2.glo.in l.ſi fideicommiſſum §. ſi
tamen in uer.hic puto in finalib.uerb.ff.de iud. & d.l.ſi de-
bitor §. ueriſimile. ¶ Pro parte uerò affirmatiua, quòd
Reuerendiſſimus dominus de Ceſis teneatur ſoluere etiam
de ſuo,& aliunde,quam de fructibus dictæ eccleſiæ pro illis
annis,quibus ob bella non potuit fructus, ac redditus ex di
cta eccleſia percipere, plura poſſunt adduci, & in primis,
16 quia † ubicunque quis ut hæres tenetur ſoluere certam
quantitatem fructuum, ſeu pecuniæ cum adiectione certi
loci, ſeu materiæ, ex quo, ſeu qua illa quantitas ſolui de-
beat, locus, ſeu materia cenſetur adiectus, ſiue appoſita,
gratia demonſtrationis,& non conditionaliter, nec taxati-
uè adeò, quòd ſi ex illo loco, ſeu materia ſolui non poſſet,
tamen hæres aliunde ſoluere teneretur l.quidam teſta-
mento §.1.ff.de lega.1.l.paulo callimacho §.fina.ff.de lega.
3.&l. lucius ff.de alimen.& ciba.lega.quæ iura poſſunt ad
caſum noſtrum allegari, ſicut communiter allegantur in
materia penſionum, quæ ſuper redditibus, & fructibus be
neficiorum imponuntur,ut per Paulum de Caſtro in d.con
ſi.335.Decius in conſ.156. & per Romanum in conſi.388.
17 & † in dubio quando in diſpoſitione ſunt prolata uerba,
quæ ſe ad conditionem, & demonſtrationem haberi poſ-
ſunt, debent interpretari, ut potius ſtent demonſtratiuè,
quàm conditionaliter, & taxatiuè,ut eſt textus in l.in con-
ditionibus §.1.ff. de condition. & demonſtration. & habe-
tur per Bartolum in l.centurio colum.11.uerſicu.ſed quod
dixi ff.de uulga.& pupilla.& in l. cum pater §. menſæ ff. de
lega 2. Sed in caſu noſtro verba bullæ, per quæ ordinatum
18 fuit, quòd portiones debeantur ex fructibus, & ſuper titu-
lis beneficiorum, poſſunt ſe habere ad conditionem, & ad
demonſtrationem; ergo in dubio debent intelligi demon-
ſtratiuè, & non conditionaliter: item quia † ſic intelli-
gendo magis conſeruatur diſpoſitio,magiſque ſortitur ef-
fectum, & ideò huiuſmodi interpretatio eſt præferenda ar
19 gumento l.ſi quando in princi.ff.de lega.1.l. fideicommiſ-
ſa §.ſi rem,& §.ſi ſeruo, l.non dubium in fin.ff.de lega.3.l.ti
tia §.lucius ff.de lega.2. & l. quoties ff. de rebus dubiis cum
ſimilibus. ¶ Secundo accedat id, † quod ferè in ter-
minis uoluit Paulus Caſtren. in d.conſil.335. & Romanus
in d.conſi.388.& habetur in d.c.niſi eſſent, ibique doctores
de præben.quòd dignitas, ſeu eccleſia, & prælatus cenſen-
tur obligati ad præſtationem penſionis conſtitutæ à Papa,
quæ obligatio cum ſit perſonalis,& in genere, videlicet de
ſoluendo annuatim certam pecuniæ quantitatem, difficul-
tas præſtationis debitorem non excuſat l.2.§.ex his ff.de uer
borum obligatio.item quia genus perire non poteſt l.incẽ
dium C.ſi certum petat.& l.in ratione §.incertæ ff.ad l. fal-
20 cid.ex quibus ſequitur, quòd Reuerendiſſimus dominus de
Ceſis,qui dicitur perſonaliter,& in genere obligatus,dice-
tur eſſe obligatus,etiam ſi nihil ex fructibus eccleſiæ perci-
pere potuerit. ¶ Tertio † Reuerendiſſimus dominus
de Ceſis ad ſolutionem harum portionum tenetur ratione
tituli,quem habet in eccleſia,ut ex bulla colligitur,& argu-
mento d.c.niſi eſſent, & per Paulum in d. conſilio, igitur
quouſque retinet titulum, debet præſtatio portionum du-
rare,quia ratione tituli ad illarum ſolutionem perſonaliter
dicitur obligatus: & ideò tenebitur portiones debitas ſin-
gulis annis integraliter ſoluere,nõ attento, an potuerit fru
21 ctus percipere,nec ne,ſicut dicitur de † emphyteota, qui
penſionem ſoluit non reſpectu fructuum, ſed reſpectu, &
in recognitionem directi dominii, quod habet dominus, &
utilis dominij, quod ipſe emphyteota habet, quoniam te-
netur penſionem quolibet anno integram abſque diminu-
tione ſoluere,etiam fructibus non perceptis, ſeu ex aliquo
caſu fortuito diminutis l.1.C.de iure emphyteo.ubi de ma
teria habetur. ¶ Quarto prædicta corroborantur ex do-
ctrina communi tàm legiſtarum, quàm canoniſtarum uo-
22 lentium,quòd † vbicunque præcedit aliqua diſpoſitio ſi-
gnificãs aliquid etiã annuatim, & pro plurib.annis ſolui de
bere,deinde in alia oratione ſubiiciatur locus, ſeu materia,
unde ſolui, ſeu præſtatio fieri debeat,& ſic locus, ſeu materia
adiiciatur exequutioni,& nõ principaliter obligationi, tũc
id,quod fuit exequutioni & in diuerſa oratione adiectum,
cenſetur adiectum gratia demonſtrationis,non autem con
ditionaliter,nec taxatiuè: ex quo fit, quòd debitor tenetur
aliunde ſoluere,etiam ſi ex loco,& materia adiecta ſoluere
non poſſet, ut uoluit Bartolus,quem doctores communiter
ſequuntur in l.inter ſtipulantem §.ſacram, & ibi Alexan.ff.
de uerborum obligatio.poſt Petr.ibi,& Cyn.in l. ſi quis ar-
gentum in fin.C.de donatio. Paulus de Caſtro in d. conſil.
335.Roman.in ſingula.433.incip.quæritur,an teſtator cũ
ſimilibus infra in deciſione dubii allegandis,& habetur per
dominos de Rota in dicta deciſio. 869. & Fel.in d.c.ad au-
dientiam: ſed in caſu noſtro, ut colligitur ex bulla papali,
primo conſtitutum,& ordinatum fuit, quòd ex redditibus,
& fructibus eccleſiarum,ac beneficiorũ promoti fierẽt por
tiones 37.æquales diſtribuẽdæ inter RR. do.Cardinales in
conclaui exiſtentes, deinde in alia oratione quaſi circa fi-
nem bullæ Papa poſuit materiam, ex qua dictæ portiones
ſolui

ſolui deberent, quia mandauit dominis titularibus, ut præſtarent bancherios de triennio in triennium, qui portionariis deberent ſingulis annis ſoluere, ergo uidetur dicendum, quòd ipſi titulares, ſeu bancherii pro eis integraliter dictas portiones ſingulis annis ſoluere teneantur, ſiue fructus, & redditus perceperint, ſiue non. ¶ Hæc ſunt, quæ pro nunc hinc inde poſſunt allegari, ex quibus res magis dubitabilis eſſecta uidetur. ¶ Verum his nõ attentis, arbitror de iure concludendum eſſe, quòd Reuerendiſſimus dominus de Ceſis, cui titulus dictæ eccleſiæ Clarauallenſis fuit aſſignatus cum onere ſoluendi ſingulis annis Reuerendiſſimis dominis portionarijs portiones ex fructibus, prout in bulla, non teneatur de ſuo, nec aliundè ex aliis rebus, ſed ſolum ex fructibus, & redditibus dictæ eccleſiæ ſingulis annis ſoluere portionarijs, & ſi pro aliquibus ãnis fructus, ſiue redditus ob bella, uel alios caſus fortuitos percipere non potuerit, pro illis annis nõ cenſeatur abſolutus, quin ex fructibus annorum ſequentium integraliter portiones omnium annorum etiam præteritorum ſoluere teneatur, & conſequenter hoc, quòd ob aliquos caſus non potuerit fructus percipere, non totalem liberationem, ſed dilationem ad ſoluendum, & remiſſionem ſolum ad tempus operetur:
23 & ad ſic concludendum moueor † ex doctrina Bar. communiter approbata, ueluti atteſtatur Alex. in d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerbo. obliga. qui poſt Pet. ibi, & Cyn. in d. l. ſi quis argentum in fin. C. de donat. notabiliter diſtinguit, ex cuius uerbis plura inferuntur, per quæ deciſio caſus noſtri colligetur: Et primo ĩfertur hoc, quòd locus, ſeu materia, ex quibus quid ſolui debet, dicitur adijci gratia demonſtrationis, quando adijcitur præſtationi, ſeu exequutioni in alia, & diuerſa oratione, ut quando dictum eſſet, promitto, uel lego decem menſuras uini, uel frumenti, uel decem ducatos, quos uolo debere ſolui, & præſtari ex tali fundo, ſeu ex fructibus talis rei, nam tunc id, quod eſt promiſſum, ſeu legatum, debetur ſtatim, & purè, uel ex illo loco, ſiue ex illa materia, uel aliundè, etiam ſi ex illo loco, ſiue materia præſtari non poſſet, quia nihil natum, ſiue perceptum fuerit. l. lucius. ff. de alim. & ciba. lega. l. quidam teſtamento in prin. ff. de lega. 1. & l. paulo callimacho in fin. ff. de lega. 3. quæ iura propriè hoc in caſu loquuntur ſecundum Bar. ibi, & hic non eſt caſus noſter. ¶ Secundum eſt, quod infertur ex uerbis diſtinctionis Bart. in d. §. ſacram, quòd quando locus, ſeu materia adiicitur conditionaliter, & taxatiuè, ut quando adijcitur principaliter obligationi, & non exequutioni, ut quia adijciatur in eadem oratione per relatiuum quis, uel qui, puta, ſi dictum eſſet, lego, uel promitto decem corbes frumenti, uel uini, quod ex tali fundo naſcetur, uel decem ducatos, qui ex fructibus talis rei percipientur, & tunc ſi una tantum eſt præſtatio facienda, & pro uno anno tantum, debebitur, ſi natum fuerit, & perceptum ex tali re, & non aliter, adeò, quòd ſi uinum, uel frumentum natum non fuerit, nec aliquid ex fructibus perceptum, debitor non tenetur, & in totum liberatur, ut eſt text. in l. cum certus, ibique glo. ff. de uino, oleo, triticoque lega. l. ſi debitor. §. ueriſimile. ff. de contrahen. empt. & declarat Deci. in conſil. 183. in uerſi. non obſtat. Et hic non eſt caſus noſter, quia hic non fuit adiecta materia per relatiuum quis, uel qui, ſed aliter, item non erat una duntaxat præſtatio facienda pro uno anno tantum, ſeu ſemel, ſed pro pluribus annis, inter quæ maxima eſt differentia in terminis noſtris, ut eſt de mente Bart. & aliorum in d. §. ſacrã, & glo. in d. l. cum certus, & in l. ex eo. ff. de uino, oleo, triticoque lega. Præterea etiam in caſu, quo adiectio loci, ſeu materiæ facta eſſet taxatiuè per relatiuum quis, uel qui, ut quia materia eſſet adiecta principaliter obligationi, & plures faciendæ eſſent præſtationes annuæ, ſi in uno anno non poſſet aliquid præſtari, nec ſolui, ut quia nihil natum fuiſſet, uel aliquo caſu percipi non potuiſſet, tunc debitor pro illo anno non liberatur, ſed quod deficit in uno, ſuppletur ex iis, quæ poſtea in primo anno ſequenti, uel ex aliis ſequentibus immediatè perciperentur. l. legatum. §. uini falerni. ff. de annuis lega. d. l. ex eo cum glo. & eſt glo. not. in d. l. cum certus: Sed in caſu noſtro locus, ſeu materia adiicitur taxatiuè, uidelicet obligationi principaliter, & plures ſunt faciendæ præſtationes annuæ de certa quantitate, ergo licet uno anno, ſeu pluribus non potuerit ob bella, caſuſque fortuitos ſolui, aut præſtari id, quod ſingulis annis erat præſtandum, tamen ob hoc non debet dici dictus Reuerendiſſimus dominus de Ceſis pro illo tempore totaliter abſolutus, ſed ſupplendum, & ſatisfaciendum erit de fructibus annorum ſequentium, donec integraliter fuerit ſatisfactum dominis portionariijs etiam pro omnibus annis præteritis. ¶ Tertio infertur ex uerbis Barto. in d. §. ſacram, quòd quando locus, ſeu materia adiicitur taxatiuè non per relatiuum, ſed per alia uerba in una, eademq; oratione, & principaliter obligationi, adiecta puta dicendo, lego, ſeu promitto decem menſuras uini ex tali fundo, ſeu mille aureos ex fructibus talis eccleſiæ, tunc ſi plures ſint præſtationes faciendæ ſiue menſtruæ, ſiue annuæ, præſtatio eſt facienda duntaxat ex illo loco, ſeu ex illa materia, & non aliundè, & expectantur fructus ſequentium annorum, ſi in primo anno, ſeu in pluribus annis non ſufficerent, ut quia minus, uel nihil fuerit ob bella, aut alios caſus fortuitos perceptum d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram, & l. firmio in princ. ff. quando dies lega. ced. & non ſolum unus annus ſequens, ſed etiam duo, & plures ſunt expectandi, donec pro omnibus etiam præteritis fuerit integraliter ſatisfactum, ut inquit Barto. per illum text. in d. §. ſacram, quicquid dixerit gloſ. ibi, quæ uoluit, duos annos tantum ſequentes eſſe expectandos, quoniam illa uidetur eſſe contra generalitatem, & mentem d. §. ſacram in uerſic: ſi ſtipulatus, ubi eſt caſus
24 clarus. ¶ Præterea † ex quo obligatio eſt in genere de certa quantitate fructuum, ſeu pecuniæ, ea non dicitur eſſe conditionalis, ſi fructus naſcentur, ſed in diem, ut in d. §. certam, ibique Barto. Nec obſtat text. in l. 1. in fin. ff. de condit. & demon. & in l. interdum. ff. de uerbo. oblig. ubi obligatio fructuum dicitur eſſe conditionalis, ſi fructus naſcentur, & ideò illis non natis debitor liberatur, nec amplius tenetur, quia illa iura loquuntur, non quando certa quantitas fuit promiſſa, & debita, ſed quando fructus certæ rei ſimpliciter, & indefinitè debentur:

Et hic eſt propriè caſus noſter, in quo locus, ſeu materia fuit taxatiuè, & principaliter obligationi, & in eadem oratione abſque relatiuo adiecta, pluresque ſunt præſtationes de certa quantitate faciendæ. Quamuis igitur uno anno, uel pluribus non potuerit ſatisfieri de quantitate debita ex fructibus dictæ eccleſiæ Clarauallenſis, propterea quia fructus ob bella percipi non potuerunt, tamen Reuerendiſſimus dominus de Ceſis non ex alia re, ſed ex fructibus dictæ eccleſiæ annorum ſequentium tenetur integraliter ſoluere etiam pro annis præteritis per prædicta.

Et quòd hic propriè ſit caſus noſter, ſatis apertè conſtat ex uerbis bullæ, quibus dicitur, quòd ex fructibus, & redditibus dignitatum, beneficiorum, & officiorum ipſius promoti conſtitutæ fuerunt portiones 37. diſtribuendæ, prout diſtributæ fuerunt inter ipſos Cardinales, qui electioni Sanctiſſimi Domini noſtri interfuerunt: quæ omnia ſunt compræhenſa ſub eodem conſtructu uerborum, & fructus, ac redditus fuerunt adiecti principaliter obligationi, & non præſtationi, ſeu exequutioni, quãuis ĩ aliis orationibus fuerint plures aliæ qualitates, & cõditiones ipſis portionibus adiectæ.

Et ſic ex hac diſtinctione Bart. in d. §. ſacram decidi uidetur caſus noſter, quam ſequitur Paul. Caſt. in d. conſil. 335. qui ferè in terminis conſulendo uidetur caſum noſtrũ decidere: Et hanc diſtinctionem Bar. ſequuntur etiam doct. communiter, ut atteſtatur Alex. in d. §. ſacram, idemque uoluit Bar. in l. lucius. ff. de alim. & ciba. leg. & Roma. ĩ ſingul. ſuo 333. ſequitur Felin. in d. c. ad audientiam il 2. in ulti. colum. ac ſequuntur etiam domini de Rota in d. deciſ. 869. de teſta. in antiquis incip. lego, eandemque diſtinctionem ponere uidetur glo. in d. l. cum certus, & nobis ad propoſitum optimè inſeruit id, quod uoluit Abb. in d. c. niſi eſſent de præben. qui dixit, quòd quando prælatus tenetur annuatim dare certam quantitatem pecuniæ, ſeu fructuũ, ut ſpeciem quandam de fructibus prioratus, eo ipſo quod non poteſt de illis redditibus dare, liberatur; et ex hoc infert,
25 † quòd exiſtẽs in dignitate, qui eſt obligatus ad ſoluendam ſingulis annis certam penſionem, nõ percipiens omnes redditus, ex quibus poſſit ſoluere, non tenetur de ſuo, nec aliunde ſoluere, ſed, prout habetur in d. l. legatum. §. uini falerni, qui tex. in terminis probat, quòd pro illo anno, quo uinum natum non fuerit, ſolui debet ex fructibus, ſeu ex uino annorum ſequentium: Vnde quamuis prælatus dicatur quodammodo liberatus quoad præſens tempus, non tamen dicitur effectualiter liberatus, quin illud ſoluere teneatur de eo, quod annis ſequentibus percipietur, ut eſt caſus clarus in d. §. uini falerni: et hæc eſt mens Bart. allegando illum tex. argu. eorum, quæ dicit idem Bart. in l. non ſolum. §. liberationis. ff. de libera. lega. Ex quibus inferri poteſt ad caſum noſtrum, quòd Reuerendiſſimus dominus de Ceſis tenetur ſatisfacere de portionibus annorum præteritorum, quibus ob bella non potuit fructus dictæ eccleſiæ percipere, ex fructibus annorum ſequentium immediatè, donec portiones omnes etiam annorum præcedentium fuerint integraliter ſolutæ, etiam ſi ipſi nihil remaneret, & nõ poſſent ſolui por-
26 tiones ſibi debitæ, quoniam † ad ipſum tanquam ad dominum periculum caſus fortuiti ſpectare debet. l. quæ fortuitis C. de pigno. actio. l. ſi inter. §. quicquid. ff. de pigno. §. fi. Inſt. quibus mod. re contrahi oblig. & l. neceſſario, & per totum ff. de pericu. & commo. rei uendi. Et prædicta confirmo ex iis, quæ not. uoluit Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de pu-
27 blica. in 3. colum. dum dicit, † quòd ſi quis ſit obligatus dare ſingulis annis certam quantitatem fructuum ex certo fundo, ſi fructus uno anno nati non fuerint, ſeu aliquo caſu haberi non potuerint, tenetur non ex alia re, nec aliunde ſoluere, ſed ei remiſſio pretij facienda erit, uel expectari debebit, quòd iterum ex illo fundo naſcantur, ut ex illis ſoluere poſſit, & allegat tex. in d. l. ſi debitor. §. meminiſſe. ff. de contrah. empt. & not. per eum in d. §. ſacram, & per Cyn. in d. l. ſi quis argentum in fin. ¶ Ex præmiſſis itaque remanet firma concluſio, quòd Reuerendiſſimus do. de Ceſis titularis non dicitur liberatus à ſolutione portionum pro illo tempore, quo ob bella nõ potuit fructus, & redditus dictæ eccleſiæ percipere, ex rebus tamen ſuis, & aliundè non tenetur eas ſoluere, ſed ex fructibus, & redditibus annorum ſequentium dictæ eccleſiæ, quouſque fuerit integraliter ſatisfactũ de omnibus portionibus dictis Reuer. dd. portionarijs per ea, quæ ſupra plenè allegata fuerunt, ex quibus clara poteſt colligi reſponſio omnibus ſupra adductis, quæ contra hanc determinationem facere uidentur, quoniam, ne idem ſæpius repetatur, aliter ſuper reſponſione eorum, quæ huic concluſioni uidentur obſtare, non inſiſto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum factum de alto ad baſſum, et de facto in aliquem, ut arbitratorem, ſequuto arbitramento, dicitur quædam tranſactio.*

2 *Tranſactio facta ſuper re ſpirituali, & ſuper titulo beneficij tanquam ſimoniaca non ualet, & lis per eam non eſt extincta, ſed adhuc durat, & ſuper illa procedi poteſt.*

3 *Compoſitio amicabilis ſuper titulo beneficij, & ſuper re ſpirituali, ut ualeat, quid requiritur.*

4 *Et quid de compromiſſo facto de alto ad baſſum, & de facto.*

5 *Tranſactio ſuper iure ſpirituali facta cum onere præſtandi certam penſionem tanquam ſimoniaca non ualet.*

Idem de compromiſſo facto de alto ad baſſum, ſequuto laudo cum onere ſoluendi certam penſionem.

6 *Tranſactio, ſeu compoſitio, & compromiſſum ſuper re ſpirituali, & titulo beneficij poteſt auctoritate Epiſcopi, ſeu iudicis, coram quo litigatur, fieri, & quando.*

7 *Ius ſpirituale cum onere ſoluendi penſionem nõ poteſt per tranſactionem, & compromiſſum remitti.*

8 *Prælatus eccleſiæ maioris ſi eximat eccleſiam inferiorem cum reſeruatione certæ penſionis facta perſonæ, & non loco, exemptio illa non ualet.*

9 *Penſionis conſtitutio facta per Vicarium Epiſcopi ex poteſtate ſibi à partibus in compromiſſo conceſſa non ualet, etiam ſi auctoritate Papæ facta fuiſſet.*

10 *Penſionem conſtituere Vicarius Epiſcopi non poteſt, niſi hoc ſibi ſpecialiter fuiſſet ab Epiſcopo conceſſum.*

11 *Laudum latum ultra contenta in compromiſſo non ualet.*

12 *Regula de triennali poſſeſſione quomodo procedat, & intelligatur.*

13 *Et quòd non habeat locum, quando principaliter agitur de titulo, ſeu de proprietate beneficij.*

14 *Dominium quando ex poſſeſſione præſumatur, & probetur, & quando ſecus.*

15 *Ius ſuperueniens, & titulus multiplicatus etiam in beneficialibus prodeſt.*

EPITOME.

COMPROMISSVM *factum de alto ad baſſum, & de facto ſuper titulo beneficii, & iure ſpirituali, & laudum inde ſequutum cum onere ſoluendi certam annuam penſionem, non ualere, nec litem, ſuper qua compromiſſum factum fuit, eſſe extinctam, & finitam, hic probatur.*

CONSILIVM. XVIII.

SVPER puncto mihi exhibito paucis me expediam, nam uiſis, & benè conſideratis iis, quæ in eo continentur, & præſuppoſito bono iure, quod Antonio competebat ſuper beneficio ante tempus compromiſſi facti in Vicarium Epiſcopi, uidetur omnino de iure concludendum, quòd compromiſſum factum in dictum Vicariũ inter Franciſcum ex una, & Antonium ex alia cum omnibus inde ſequutis, & ſic laudum, ſiue arbitramentum inde ſequutum non ualuerit, nec iuribus Pauli habentis iura ceſſa ab Antonio ſuper dicto beneficio aduerſetur, & in primis moueor,
1 quia † compromiſſum factum de alto ad baſſum, & de facto in aliquem, ut in arbitratorem, ſequuto arbitramento, dicitur quædam tranſactio, Bar. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de noui op. nuncia. glo. in authen. ut differ. iud. §. ſi uerò colla. 9. auth. ſi uerò C. de iudi. Innocen. in c. quintauallis de iure
2 iur. & Abb. in c. 2. de arbit. Sed † tranſactio facta ſuper re ſpirituali, & ſuper titulo beneficii tanquam ſimoniaca non ualet c. conſtitutus cum ſequen. & ſequen. & c. ſuper eo de tranſactio. in tantum, quòd omnibus reuocatis in irritum lis, & cauſa, ſuper quibus tranſactio facta fuit, non dicitur extincta, neque finita, ſed durare, ac ſuper ea procedi, & cognoſci poteſt, ut eſt bonus tex. in d. c. conſtitutus in fin. & facit id, quod uoluit Felin. in c. capitulum in ulti. colum. de reſcrip. ergo compromiſſum factum de alto ad baſſum, & arbitramentum inde ſequutum de iure non ualuit, & per illud lis in caſu noſtro non dicetur finita, neque extincta, ſed durare, & ſuper illa procedi poterit.
3 ¶ Et † quamuis compoſitio amicabilis ſuper titulo beneficij, & ſic ſuper re ſpirituali ualeat, tamen requiritur, quòd ſit

ſit gratuita, & ab omni temporalitate ſeparata, d. c. ſuper-
4 eo, ergo † compromiſſum factum de facto, & de alto ad baſſum, quod dicitur eſſe quædam tranſactio, & quædam amicabilis compoſitio, non ualebit, nec arbitramentum inde ſequutum ſimiliter ualebit, niſi fuerit liberum ab omni temporalitate, & ſic à præſtatione penſionis annuæ c. conſtitutus il 1. & il 2. extra de träſact. In caſu igitur noſtro nō ualuit, ex quo arbitrator conſtituit, & arbitratus fuit, quòd Franciſcus uti poſſidebat eccleſiam, illā poſſideret, teneret, ac regeret cum onere ſoluendi ſingulis annis ipſi Antonio ducatos 30. auri in Kalendis Ianuarij: Item pondero glo.
5 ad propoſitum in d.c. præterea il 2. quæ uoluit, quòd † quis poſſit eccleſiam ſibi ſubiectam à ſua iuriſdictione eximere, ſed non per uiam tranſactionis, etiam ſibi retinendo certam penſionem annuatim ſoluendam eccleſiæ maiori, & quòd ſic ſimonia committi non diceretur, ut in c. conſtitutus de relig. dom. Infertur ergo, quòd ſi per uiā tranſactionis fuiſſet remiſſum ius, quod maior eccleſia habebat in eccleſia ſibi ſubiecta cum retentione annuæ penſionis, ſimonia committeretur, & tranſactio non ualeret, quoniam tranſactio ſuper iure ſpirituali facta cum onere præſtandi certam penſionem tanquam ſimoniaca nō ualet, ſed compromiſſum de alto ad baſſum ſequuto arbitramento dicitur quædam tranſactio, ut ſupra, ergo de iure ualere non debet, ex quo latum fuit cum onere ſoluendi certam pen-
6 ſionem. ¶ Nec obſtat id, † quod uoluit glo. ibiq; Abb. in c. de cætero de tranſac, quòd cum auctoritate epiſcopi, ſeu iudicis delegati, coram quo litigabatur, poſſit fieri compoſitio cum conſtitutione cenſus, & penſionis ad uitam aduerſarij, ut eſt tex. in c. niſi eſſent de præben. & ibi doct. ergo & in caſu noſtro debuit ualere compromiſſum, & arbitramentum, quod dicitur quædam compoſitio cum onere certam penſionem ſoluendi, ex quo interuenit conſenſus, & auctoritas uicarij epiſcopi, coram quo litigabatur, quia reſpondetur illud procedere, ac uerum eſſe, quando facta fuiſſet compoſitio ſuper aliquibus iuribus temporalibus eccleſiæ, ſecus ſi ſuper titulo, ſeu rebus, & iuribus ſpiritualibus eccleſiæ, quoniam non ualeret etiam cum auctoritate epiſcopi, & ita intelligit, & declarat Abb. in d. c. de cætero in glo. 2. & in c. ſtatuimus de tranſac: qui melius loqui non
7 poſſet. ¶ Et ex prædictis infertur, quòd † ſi per tranſactionem, & ſic per compromiſſum factum, ut ſupra, eſſet remiſſum ius ſpirituale cum onere ſoluendi certam penſionem illi, qui ius ſuum ſpirituale remiſiſſet, quòd remiſſio tanquam ſimoniaca non ualeret, ut in c. 2. extra de arbit.
8 Item infertur, † quòd ſi in caſu glo. in d. c. præterea, uidelicet quando prælatus eccleſiæ maioris eximeret eccleſiam inferiorem cum reſeruatione certæ penſionis, prælatus reſeruaſſet penſionem perſonæ, & non loco, compoſitio, ſeu exemptionis conceſſio non ualeret, ut ibi per Abb. & doct. Sed in caſu noſtro penſio conſtituta fuit perſonæ Antonij pro remiſſione iuris ſpiritualis, quod ipſe in dicta eccleſia
9 habebat, ergo & c. ¶ Præterea uidetur, † quòd talis conſtitutio penſionis non ualuerit tanquam ſimoniaca, quoniam fuit conſtituta per uicarium epiſcopi ex poteſtate ſibi in compromiſſo conceſſa, & ſic ex conuentione litigantium ſuper beneficio, ergo non potuit fieri, etiam ſi fuiſſet facta auctoritate Papæ propter labem ſimoniæ, ut per Felin. in d. c. ad audientiam il 2. in 3. col. extra de reſcrip. poſt Abb. & Ioan. de Ana. & Maria. Sozin. in c. non ſatis de ſimon. Vnde dici, & conſiderari poteſt, quòd aut uicarius
10 epiſcopi hoc fecit auctoritate propria, † & tunc dicendum eſt, quòd non ualuit, quoniam de iure ipſe non poteſt hoc facere, quia id eſt epiſcopale, Felin. in d. c. ad audientiam, & in d. c. de cætero, niſi illi ſpecialiter ab epiſcopo fuiſſet conceſſum, argumento c. fin. cum glo. de offi. uica. in 6. iunctis iis, quæ habentur per Lapum in ulti. allegatione: Præ-
11 terea † cum ipſe Vicarius proceſſerit ex ui compromiſſi in eum facti, in quo hæc poteſtas illi conceſſa non fuit, ſequitur, quòd conſtituendo penſionem nihil fecit, arbitrando, ſeu arbitramentando ultra id, quod in compromiſſo continebatur, argumento l. non diſtinguemus §. de officio ff. de arbit. cum ſimilibus: Aut uolumus dicere, quòd uicarius epiſcopi hoc fecerit ex poteſtate conceſſa à partibus, & ſimilter non ualebit, quoniam diceretur factum mediante conuentione, & quadam tranſactione partium, ut ſupra, ſed, ut dictum eſt, hæc poteſtas non fuit ei per compromiſſum attributa, ergo & c. ¶ Non obſtat, quòd ex quo Franciſcus ultra triennium poſſedit, & illi Bernardus ſucceſſit, ipſe non tenetur oſtendere titulum, nec tenetur ulterius ad iuſtificandum aliter ſuam poſſeſſionem, ſtante regula cancellariæ loquente de triennio,
12 quæ quotidie practicatur, quoniam † illa regula debet intelligi, prout loquitur, uidelicet de eo, qui pacificè per triēnium poſſedit, hoc eſt de eo, cui lis mota non fuit ſuper beneficio, & ſic quando beneficium non eſſet litigioſum, iuxta gloſ. in clem. 1. de ſequeſtra. poſſ. & fruc. & de eo, qui per triennium cum titulo, & iuſtè poſſediſſet, ut in c. placuit cum glo. 16. q. 6. Sed in caſu noſtro beneficium erat, & eſt litigioſum, quia per arbitramentum, de quo ſupra, lis non potuit dici finiri, nec extingui, ut ſupra dixi, item quia lites non extinnguuntur, niſi per ſententiam, aut ceſſionem, ut habetur per dominos de Rota in deciſ. 411. in antiquis incip. Item in lite pendente in curia & c. Item ex quo Franciſcus detinuit beneficium ex titulo reprobato, & ſimoniacè, uidelicet mediante compromiſſo, & arbitramento iuxta ſupradicta, poſſeſſio triennij non potuit ei prodeſſe. Præterea poſſeſſio pacifica trienij quamuis à poſſeſſione defendat pacificum poſſidentem, ut is non teneatur poſ-
13 ſeſſionem ex aliquo titulo iuſtificare, † tamen non defendit illum à poprietate, ut ex hac poſſeſſione quis præſumatur habere iuſtum, & canonicum titulum, quando lis eſſet ſuper titulo, & proprietate beneficij, argumento not. per glo. in c. contingit de dolo, & contuma. & ibi Abb. pulchrum uerbum ponit ad propoſitum, & facit id, quod uoluit Innocen. in c. 1. de offi. uicar. & in c. fin. de ſupplen. neglig. præla. Ad idem facit id, quod in ſimili dicitur, quòd
14 † ex poſſeſſione quis præſumitur dominus, quando dominium incidenter uenit probandum, ſecus, ſi de dominio principaliter agatur, ad tradita per Innocen. in c. illud de præſumptio. Anto. de But. in c. cum ad ſedē de reſti. ſpolia. Imol. in c. ex literis de proba. Bal. in l. 2. in fin. C. eodem tit. Bar. in l. apud in fin. ff. de aqua plu. arcen. & in l. rem alienam, ibiq; Alex. ff. de pigno. actio. Ang. in l. ſi titio ff. de pigno. Bal. in l. etiam in 2. col. C. de exequut. rei iudi. & Salic. in l. certi C. locati: nam ſine canonica inſtitutione beneficium obtineri non poteſt c. 1. de regu. iur. in 6. & per Abb. in c. in literis de reſtitu. ſpol. unde cum in terminis noſtris agatur de titulo, ſeu de proprietate beneficij principaliter, poſſeſſio tiennij nihil ad propoſitum facit. Et ſic ex prædictis uidetur, quòd Antonij ius, præmiſſis non obſtantibus firmum remanſerit, & ex illo ipſe Paulus poſſit ſe aduer-
15 ſus Bernardum adiuuare, quoniam † ius ſuperueniens, & titulus multiplicatus prodeſt etiam in beneficialibus, ut habetur per Lapum in ulti. allegat. in 2. q. & per Felin. in c. in noſtra de reſcrip. ſaluo tamen ſaniori iudicio, & ſalua ſemper in his, omnibusq; aliis ſententia RR. patrum DD. Auditorum ſacri palatij Apoſtolici. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Primitias exigendi ius ad rectorem parrochialis eccleſiæ tàm de iure communi, quàm ex conſuetudine ſpectat.*

Con-

2 *Primitiæ, & decimæ ſunt pari modo debitæ, & ad illarum ſolutionem quilibet tenetur.*
3 *Conſuetudo in ſolutione decimarum multum operatur, & pollet.*
4 *A ſolutione decimarum, & primitiarum quis ex indulto apoſtolico eximi poteſt.*
5 *Laici parrochiani ſe à ſolutione decimarum, & primitiarum ex conſuetudine etiam longiſsimi temporis excuſare nequeunt.*
6 *Primitiæ, & decimæ à quibus ſolui debeant.*
7 *Decima tanquam onus reale poſſeſſorem ſequitur.*
8 *Pro Primitijs quid, & quantum eccleſiæ ſit ſoluendum.*
9 *Primitias non ſoluentes an peccent.*
10 *Primitiæ ex præcepto legis diuinæ debentur.*
11 *Reſcriptum, & libellum fuiſſe impetratum, & productum contra homines alicuius loci non ſolum ut uniuerſos, ſed etiam ut ſingulos, et particulares, ex quibus uerbis oſtendatur.*
12 *Verba nonnulli, quidam, & aliqui ſunt termini particulares, & particulares comprehendunt.*
13 *Libellus dubius ex contentis in capitulis declaratur.*
14 *Actio confeſſoria eſt realis ita domino competens pro iuribus incorporalibus, ſicut rei uendicatio pro rebus corporalibus.*
15 *Actio confeſſoria continet petitorium, et quando competat.*
17 *Condictio ex canone ſequitur perſonam, & non rem, & immediatè ex legis diſpoſitione, non autem mediante aliquo contractu, uel quaſi oritur.*
18 *Et contra quem, ac quomodo competat.*
19 *Pro conſequendis primitijs, & decimis an ab eccleſia officium iudicis poſſit intentari.*
20 *Eccleſia, cui annuæ præſtationes ſolui denegantur, ſua quaſi poſſeſſione priuatur, & quomodo illi ſuccurratur.*
21 *Poſſeſſorium reſtitutorium, uel recuperandæ inter alia ſua extrema præſupponit agentem non poſsidere.*
22 *Libellum, ſeu reſcriptum impetrans omnia in libello, & reſcripto contenta fatetur.*
23 *Remedium l. diffamari C. de ingen. & manum. quando, & contra quem competat, & quid in eo ſeruandum.*
24 *Interdictum utile uti poſsidetis quando, & quomodo detur, et competat, & nu. ſequen.*
25 *Domino, & ſuperiori contra ſuos ſubditos, qui illi contradicerent, non datur interdictum utile uti poſsidetis.*
27 *Actio confeſſoria, ut competat ei, qui eſt in quaſi poſſeſsione iurium incorporalium, quid ex parte rei conuenti requiratur.*
28 *Clauſulæ libelli ſuper quibus omnibus, & ſingulis &c. & deducendo omne ius ſibi quomodolibet, & quomodocunque competens, quid operentur.*
29 *Probationes plenæ, & concludentes ſunt neceſſariæ in actione confeſſoria, & in petitorio.*
30 *Teſtes ſingulares, & de auditu etiam in iudicio uti poſsidetis parum, uel nihil proſunt.*
31 *Ad primitiarum, & decimarum ſolutiones quando homines alicuius loci teneantur, ut uniuerſi, & quando ut ſinguli.*
32 *Libellus generalis quoad reos conuentos ſuſtineri poteſt, quando poſtea illa generalitas fuiſſet in citatione, uel in capitulis declarata, reos ſpecialiter, & nominatim exprimendo.*
33 *In reſcripto, & libello perſonæ particulares, contra quas reſcriptum conceditur, & libellus concipitur, nomine proprio neceſſario non exprimuntur, ſed debent in proceſſu, & citatione exprimi, alias proceſſus, et ſententia non ualerent.*
34 *Reſcriptum generale habitu tantum, & non actu, & exercitio ſuper omnes illa generalitate comprehenſis, aut comprehendi aptos iuriſdictionem tribuit, niſi nominatim, & ſpecialiter exprimantur.*
35 *Et quando, quomodo, & per quem hæc expreſsio, & nominatio fieri debeat.*
36 *Citatio generalis omnium, quorum intereſt, etiam ex poteſtate tradita à reſcripto ita citandi non eſt arctatoria, ſed incitatoria, & inuitatoria, & contra quos illius uirtute procedi poſsit, & contra quos non.*
37 *Citatio quando debet eſſe ſingularis cum expreſsione nominum citandorum, & quando uniuerſaliter facta ſufficiat.*
38 *Citatio generalis de ijs, quorum intereſt, ſufficit, quando agitur de præiudicio tertij, & quid ea operetur.*
39 *Reſcripto impetrato contra homines talis loci, citatio quomodo ſit facienda.*
40 *Syndicus ab uniuerſitate conſtituitur.*
41 *Sententia, & probationes contra non nominatum in proceſſu, nec citatum, nec contra eum, cum quo lis non fuit conteſtata, ferri, et fieri non poſſunt.*
42 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij non tollit ius agendi in alia inſtantia.*
43 *Abſolutio ab obſeruatione iudicij quando ferri poſsit.*

EPITOME.

PRIMITIÆ *quibus, & in qua quantitate debeantur, & quæ actio, quodu'e remedium ad illas conſequendas competat, demonſtratur.*

CONSILIVM XIX.

IN cauſa, ſuper primitiarum ſolutione ad me tranſmiſ-
ſa, uiſis, & ſæpius perlectis toto proceſſu, depoſitionibus
teſtium hincinde examinatorum, ac doctiſſimis iuris al-
legationibus clariſſimorum utriuſque partis aduocatorum,
plura diſcutienda eſſe cenſeo, quæ, ut breuius fieri poterit,
& magis iuri conſonum mihi eſſe uidebitur, omiſſo ordine,
quem aliàs in conſulendo ſeruare ſoleo, expediam. Primũ,
eſt, nunquid eccleſiæ parrochiali, de qua in proceſſu, ius exi
gendi decimas de iure competere dicatur: Secundum, à
quibus primitiæ debeantur: Tertium, quid, & quãtum pro
primitijs ab eccleſia exigi poſſit: Quartum, contra quas per
ſonas in caſu noſtro motum fuerit iudicium. Quintum eſt,
quod remedium intentatum fuerit: Sextum, ad cuius fauo-
rem ſit iudicandum: Septimum, & ultimum eſt, qualiter ſen
tentia ſit formanda. ¶ Redeo ad primum, in quo conclu-
1 dendum eſt, quòd † ius exigendi primitias ad rectorem par
rochialis eccleſiæ de iure ſpectare dicitur tam de iure com
muni, ut in c. fin. & ibi ſcriben. extra de parroch. Hoſtien.
in ſumma de decim. in §. fi. circa finem illius titu. in 17. q. c.
cum contingat, & ibi gloſ. c. apoſtolicæ extra eod. titu. c. ex
tranſmiſſa, ibique docto. extra de præſcript. c. 2. de reſtitut.
ſpolia. in 6. c. 1. de preſcript. eo. lib. c. de decimis, c. ſtatui-
2 mus 16. q. 1. & gloſ. not. in ſumma 13. q. 1. Et cum † primi-
tiæ ſint ita debitæ, ſicut decimæ c. 1. de decimis, c. tua nobis,
c. reuertimini 16. q. 1. et ad ſolutionem primitiarum, & de-
cimarum quilibet teneatur d. c. 1. c. à nobis de decimis cum
ſimilib. ſequitur, quòd eccleſia parrochialis habet funda-
tam intentionem contra omnes ſuos parrochianos ſuper
primitiarum ſolutione, & qui dixerit ſe non teneri, probare
debebit, quoniam Deus neminem à ſolutione primitiarũ,
ſeu decimarum excepit, ut habetur Exodi c. 22. Hoſtien. in
ſumma in fine illius titu. de decim. & habetur per Abb. in
d. c. à nobis: omnes ergo ad illarum ſolutionem tàm de iu-
re communi ſub periculo animæ tenentur, quàm etiam ex
3 diutina conſuetudine, † quæ in ſolutione decimarum mul-
tum operatur, & pollet d. c. fin. & ibi Abb. gloſ. in d. ſumma,
& in d. c. 1. de præſcript. c. cũ ſint homines, & ibi glo. Abb. &
cæteri, c. ad apoſtolicæ, c. 1. c. in aliquibus in fi. extra de de-
cim. & ibi gloſ. & latè habetur per Abb. in locis allegatis,
4 & in d. c. cum ſint. Et quamuis † ex indulto apoſtolico quis
ab illarũ ſolutione eximi poſſit, ut in d. c. à nobis, & ibi Abb.
5 cum ſimilibus, tamen † laici parrochiani ex conſuetudine
etiam longiſſimi temporis ab illarum ſolutione ſe excuſare
non poſſunt, ut plenè examinat Abb. poſt Hoſtien. in d. c. in
aliquibus, & Hoſtien. in d. ſumma. §. & unum in princ. & in
uerſic. 7. do. Anto. in c. parrochianos eod. titu. c. cauſam de
præſcriptio. & Bald. in l. competit. C. de præſcriptio. 30.
anno. Sed in caſu, de quo agitur, eccleſiæ Sancti Felicis pri
mitiæ ex conſuetudine longiſſimi temporis etiam deben-
tur, & ſolitæ ſunt ſolui, ut per teſtes tàm pro parte eccle-
ſiæ, quàm ipſorum hominum uidetur probatum, ergo &c.
6 ¶ Quod ad ſecundum quæſitum reſpondeo, quòd † primi
tiæ debent ſolui à parrochianis poſſeſſoribus, & qui fructus,
ſeu fruges terræ percipiunt, ut habetur exodi cap. 22. d.

c. à no

t.à nobis, c.tuæ nobis uerſi.& cum, c.ex parte, & c.non in
poteſtate de decim. Card.in clem.1.23.q.eod.titu. & gloſ.
in d.c.tua nobis in fin. gloſ.in uerb.ſic,inquit, eccleſiam poſ
ſe conuenire, & cogere ad ſoluendum decimas, & primi-
tias poſſeſſores prædiorum, & rerum, pro quibus deci-
mæ ſoluuntur, ſiue ſuo, ſiue alieno nominine poſſideant,aut
7 colant c. ſi quis laicus 16. q.1. † Decima enim tanquam
onus reale ſequitur poſſeſſorē l.fin.in fi.ff.de contrah.emp.
c.cum non ſit de decim.& facit tex in c.cũ homines eod.
titu.ergo de iure homines, qui ſunt ſub cura dictæ eccleſiæ
ſancti Felicis, & qui coloniam in parrochia illius exercēt,
cogi poſſunt de frugibus terræ primitias rectori dictæ ec-
8 cleſiæ ſoluere. ¶Tertio † quid, & quantum pro primi-
mitiis eccleſiæ ſit ſoluendum, aliqui dicunt, hoc eſſe in ar-
bitrio ſoluere debentiũ,dummodo minimum non ſoluatur
d.c.1.de decim.quia in pentateucho Moyſis quotta primi-
tiarum taxata non reperitur, at in decimis ſecus eſt, ut in
d.c. 1. & d.c. tua nobis, & cum generaliter obligatio pri-
mitiarum concepta fuerit, ut exodi 22.cap.ea erit arbitra
ria d.c.1. iuncta l.1 in fin.C. de iur. deliberan. ergo non mi
nimum, ſed mediocre debebitur arg. l. legato generali-
ter ff. de lega.1.habito tamen reſpectu ad qualitatem ec-
cleſiæ, & ſoluere debentium, & temporum conditionem,
argumento eorum, quæ uoluit Archid. in c. ſicut nonnulli
1.q.1.& Abb.in d.c.1.de decimis.In dubio enim ſemper fie
ri debet interpretatio contra clericos,& rectores, ne ipſis
uitium cupiditatis, & nota auaritiæ imputetur c. diaconi
93.diſtin.Aliqui etiam dixerunt primitias eſſe ſoluendas ſe
cundum conſuetudinem eccleſiarum argu.c.quanto extra
de cenſibus:Nam ex quo lex diuina ambiguè quo ad quan
titatem primitiarum loquuta fuit, interpretationem ſume-
re debebit à conſuetudine c. cum dilectus de conſuetud. l.
ſi de interpretatione ff.de legibus. Et hanc opinionem ſe-
quutus fuit Innocen. in d.c.1. Quidam alij, ut fuit beatus
Hieronymus auctor d.c.1.cuius opinio uidetur recepta à
Gregorio compilatore decretalium, permittendo dictum
illud Hieronymi poni inter alias decretales, argumento l.
1.§.omnia enim noſtra C.de uete.iur.enucle.dixerũt,quòd
& ſi quotta primitiarum à lege diuina non fuerit expreſſa,
tamen a beato Hieronymo,& à compilatoribus decretaliũ
fuit approbata, quòd primitiæ ſint ſoluendæ arbitrio ſolue
re debentium,dummodo ſoluant inter quadrageſimam, &
ſexageſimam partem frugum, ut eſt caſus in d.c. 1.cui ſtan
dum eſt,argu.eorum, quæ habentur in proœmio Gregoria
no circa finem : quam ſententiam ſequutus fuit Abb. & an
te eum hoc uoluit Hoſtien. in d.c.1.& in ſumma de decim.
in §.fin.in ultimis uerbis. Aliqui etiam antiqui uoluerunt,
quòd primitiæ non ex neceſſitate, ſed ex mera uoluntate
ſoluantur, ut inquit Abb.in d.c.1. Quidam etiam uoluere,
9 † quòd ſi ſit conſuetudo antiqua in eccleſia, quòd nihil ſol
uatur, non ſoluentes non peccant, ut refert Henricus Boic
in d.c.1.in uerſ.fina.in fin.uerbis: & iſte conflictus opinio-
num excuſabit à peccato non ſoluentes illas,ut ibi per Hen
ricum, & Abb.argu.not.in c.1. de poſtula.prælato in 6.In
foro autem contentioſo ſeruanda erit opinio Hieronymi,
10 de qua ſupra,quia negari non poteſt, † quin primitiæ ex
præcepto legis diuinæ debeantur,ut in d. 22.cap. & c.re-
uertimini 16.q.1. d.c.tua nos, & quamuis lex Dei non de-
clarauerit quantitatem, tamen Hieronymus, & alij ſancti
patres interpretati fuerunt legem diuinam, ut habetur in
d. c. 1.quam approbauit decretalium compilator, & cum
illa pertranſeunt docto.cõmuniter in d.c.1. Hoſtien. Abb.
Henri.& alij, illaq; mihi plus placet: Niſi apertiſsimè aliter
ſeruaretur de conſuetudine eccleſiæ, quia tunc illa ſeruan
da eſſet,cum in decimis, & primitiis conſuetudo multum
ualeat, & operetur, ad tradita per docto.communiter in d.
c.1.& d.c.in aliquibus cum ſimilibus: ſed in caſu occurrenti
ultra teſtes ipſorum hominum teſtes quoque actoris di-
uerſimodè, & difformiter primitiarum ſolutiones proba-
runt,quia aliqui dicunt, conſuetum fuiſſe primitias ſolui
ad rationem duorum ſtariorum pro quolibet pari bouum,
quidam,ut eſt dominus Baptiſta quintus teſtis dicit, quòd
pauperibus primitiæ remitti ſolebant; & ſextus teſtis dnus
Frãciſcus ait,quòd aliquæ erãt poſſeſſiones,pro quibus nihil
ſoluebatur,item,quòd primitiæ dictæ eccleſiæ ſancti Feli-
cis inæqualiter ſoluebantur, quia pauperes nihil dabant,&
coloni, qui colebant cum mangiis, ſeu iuuencis, minus ſol
uebant,& ſic conſtat,quòd ex dictis teſtium ipſius do.agen-
tis uniformiter non fuit probata ſolutio, ſeu conſuetudo ſo
lutionis primitiarum, ergo conſuetudinem hoc in caſu at-
tendere non poſſumus;ſtante enim conſuetudine certa,illa
erit ſeruanda, ut ſupra : & ſi diuerſæ extēt conſuetudines,
ſi eccleſia ſit diues, & abundans,attendi debebit ſecundum
Gofredum illa conſuetudo, quæ magis tendit ad mediocri
tatem §.hoc ius 10.q.2.& ſi abundantiſſima, quod minimũ
eſt, ſolui poterit argumēto l. nummis ff.de lega.3.c.ex par
te de cēſibus,ueluti etiam refert Henricus Boic in d.c.1.in
fin.de decim.ſi uerò eccleſia eſſet tenuis, & non haberet,
unde ſacerdotem ſubſtentare poſſet,tunc eſſet eligenda illa
conſuetudo,per quam mediocre ſolueretur,argumento d.
§.hoc ius ſecundum Rayne. ſed in caſu noſtro aliqui teſtes
de uno ſextario pro pari bouum,aliqui de duobus ſextariis
dicunt,aliqui uerò deponunt,quòd pauperes nihil ſoluunt;
ideò in hoc dubio dicendum eſſet,quòd pauperes ad nihil,
cæteri uerò ad præſtationem unius ſextarij pro quolibet
pari bouum tenerentur : Et hæc ſufficiant quo ad tertium
dubium. ¶Venio ad quartum,contra quos fuerit motum
11 iudicium,& breuiter reſpondeo, † quòd non ſolum contra
commune, & maſſarium, & ſic contra homines ut uniuer-
ſos, ſed etiam contra particulares homines degentes ſub
cura dictæ eccleſiæ, ibiq; coloniã exercentes, & primitias
ſoluere debentes. Quod ſatis clarè oſtenditur, nam ultra
quòd pro parte Reuerendi do. rectoris facta fuerit ſpecia
lis petitio,& productus fuerit libellus formiter conceptus,
fuit etiam productum reſcriptum loco libelli,& petitionis,
ut in proceſſu apparet,quod reſcriptum uidetur abſque du
bio impetratum contra homines S. Felicis,ut uniuerſos,ac
etiã contra illos,ut ſingulos, & particulares, ut conſtat in
narratiua dicti reſcripti, ibi ab hominibus dicti loci ſub cu
ra ipſius ecclſiæ degentibus, & coloniam exercentibus, &
ibi nonnulli ex ipſis hominibus calcitrare, & ſoluere dene-
gare uoluiſſent &c. & ibi, quòd ipſi homines à certis die-
bus uociferant,& ſe iactant &c. quæ uerba ad ſingulos ada
ptantur,quia uniuerſi non poſſunt contineri ſub illis uerbis
nonnulli ex ipſis &c. ſed particulares, ut optimè colligitur
ex uerbis Bal.in l.ſed ſi in hac §. qui manumittitur ff. de in
ius uocan. in 1.lectura,quòd quando reſcriptum fuit impe
tratum contra homines certi loci, uel Caſtri, aut uillæ, uir
tute illius reſcripti non poſſunt conueniri uniuerſi homi-
12 nes illius loci,ſed ſingulares,& paticulares; Item quia † illa
uerba nonnulli &c. exponuntur, hoc eſt aliqui, ut in proœ
mio decretalium §. ſanè, clem. 1. de iudic.c.fina. de capell.
mona.c.quia nonnulli de reſcript.l.1.§. ſed nouiſſimè ff.de
tutel.& ratio. diſtrahen.l.quæ ſub conditione ff. de condi-
tio.inſtitu.& terminus quidam, ſeu aliquis dicitur terminus
particularis, & particulares comprehendit c.1.de reſcip.in
6.c.ſedes extra eodem titu.l.1.cum gloſ.C. de inoffi.dona.
ergo ſub dicto reſcripto etiã particulares homines dicti lo-
ci comprehenſi dicuntur. Præterea in diſpoſitiua reſcri-
pti dicitur contra, & aduerſus eoſdem homines,aut ſolutio
nem prædictam recuſantes, omneſq; alios, & ſingulos ſua
communiter, uel diuiſim intereſſe putantes de & ſuper ia-
ctatio-

ctationibus,ſub quibus uerbis certè negari non poteſt,quin etiam comprehenſi dicantur ſingulares,& particulares, ut ibi,omneſque alios,& ſingulos &c. Item & ex uerbis alijs reſcripti, ibi committere,& mandare dignemini homines, ſeu ſoluere recuſantes præfatos, omneſque alios aduerſarios in decreto,& executione citationis nominandos &c.& ibi,dictoſque homines,aut ſolutionem huiuſmodi recuſantes, & quoſuis alios primitias ipſas ſoluere habentes, hæc enim uerba ad particulares,& ſingulares homines adaptari cenſentur, ut ex eorum ſignificatu conſtat, & ex iis, quæ uoluit Bald.in d.§.qui manumittitur,ergo &c. ¶Secundo prædicta ſuadentur, quia in libello, ſeu in petitione formiter facta,& in illius narratione dicitur,quòd procurator ipſius rectoris proponit contra,& aduerſus commune, maſſarium,& ſeu homines præfati loci degentes ſub cura præfatæ eccleſiæ, & coloniam exercentes, & de quibus in precibus &c. Nam,ut uerba ſonant, homines ut uniuerſi dicuntur contineri ſub illis,maſſarium,&commune ſancti Felicis, ac etiam ſingulares, & particulares, quia procurator in dicta petitione ſe referrendo ad illos, de quibus in reſcripto, in dicta petitione etiam de particularibus ipſum procuratorem intellexiſſe apparet,quoniam reſcriptum, ut dictum eſt, dicitur contra particulares homines ſancti Felicis impetratum,ut ſupra.¶Tertio,quòd non ſolum contra commune,& maſſarium illius,ſed etiam contra particulares homines procurator dom. Rectoris uoluerit litem,& cauſam mouere,colligitur ex citationis decreto,& exequutione,in quibus apparet,omnes homines tàm ut uniuerſos,quàm ut particulares citatos fuiſſe, ut habetur in proceſſu carta ſeptima,ibi,notificari maſſario,communi,& hominibus Sancti Felicis,omnibuſque alijs,& ſingulis ſua communiter,uel diuiſim intereſſe putantibus, & quos præſens tangit negotium,&c. & ibi,citentur iidem maſſarius,homines,& commune,ac omnes alij ſupraſcripti. ¶Suadetur quarto ſimiliter ex contentis in capitulis factis pro parte rectoris, ut in quinto capitulo, de quo in proceſſu fol.27. ubi exponitur, quòd quidam ex dictis hominibus,neſcitur quo ſpiritu,ducti indebitè, & iniuſtè &c. quæ uerba non ſunt uniuerſalia, ſed particularia, & particulares homines comprehendentia,ut ex prædictis apparet, ac etiam ex iis, quæ habentur per Bart.in l.hoc articulo in 3.colum.ff.de hæred.inſtit. Ergo conſtat, iudicium etiam fuiſſe intentatum contra par-

13 ticulares homines, quoniam † ex contentis in capitulis declaratur mens dubia proponentis libellum dubium, & ambiguum ad tradita per Bart. in l.ſi quis intentione ambigua ff.de iudicijs,& per do. Anto.Abb.& Decium in c.in præſentia de probat. in notabilib. Vtrum autem homines ſufficienter fuerint citati,infra dicetur. ¶Modo quinto loco uidendum eſt, quod remedium fuerit contra homines præfatos intentatum: Et uidetur dicendum, quòd rector ege-

14 rit actione confeſſoria,†quæ eſt actio realis competens pro iuribus incorporalibus,quæ datur domino,ſicut rei uendicatio pro rebus corporalibus,argumēto tex.in §.æquè cum ibi not.iuncto §.præcedenti inſtit.de actio.l.in rem in prin. ff.de rei uend.& per totum ff.ſi ſeruit.uend.& hæc fuit opinio Ioan.gloſatoris,ut refert glo.in c.tua nobis de decimis, & iſto modo poteſt intelligi tex.in c.moderamine 16.q.1. ibi uendicet,uidelicet,per actionem confeſſoriam, quia rei uendicatio non datur pro rebus incorporalibus, ut ſunt decimæ, ſeu ius decimandi, ut ſupra, & latius declarat gloſ.in d.c.moderamine: Sed hæc declaratio non conuenit caſui noſtro,in quo ex contentis tàm in reſcripto, quàm in petitione conſtat potius fuiſſe intentatum poſſeſſoriū, uel aliud

15 remedium,quàm petitorium, † prout eſſet,ſi confeſſoria eſſet intentata,ad tradita per Alex. in l.ſi prius in 8.oppoſ.in 5.colum.de nou.oper.nuncia. & ex infra dicendis appare-bit: Item actio iſta competit,quando inter duos eſt de quaſi proprietate,uel quaſi iuris dominio quæſtio,ut in iuribus ſupra allegatis,& ideò cōpetere diceretur, ſi de primitiis exigendis inter duas eccleſias lis oriretur, ſi autē eccleſia ageret contra debentem ſoluere ad ipſos fructus, & ſic ad res corporales, tunc rei uendicatione agere diceretur, ut declarat Abb. in d.c.tua nobis, ſed in caſu iſto agitur ad aliud, & ad alium finem,ut in proceſſu, igitur non poteſt dici in-

16 tentata confeſſoria,nec rei uendicatio.¶†Datur etiam pro conſequēdis primitijs, & decimis eccleſiæ parrochiali condictio ex lege diuina,& ex canone c.decimæ, c.moderamine, c.reuertimini 16.q.1.d.c.1.c.tua nobis de decimis, iuncta l.unica ff.de condic.ex lege,ad quam legem per extenſionem paſſiuam extenduntur iura præallegata,argumento not. per Barto. in l.1.§.lex falcidia ff.ad l.falcid. & hæc fuit opinio gloſ.in d.c.moderamine,& in d.c.tua nobis in fina.

17 uerbis, † quæ condictio ex canone eſt diuerſæ naturæ ab alijs actionibus,de quibus ſupra, ſequitur enim perſonam, & non rem §. ſic itaque Inſtit. de actio. & oriri dicitur immediatè ex legis diſpoſitione, non autem mediante aliquo contractu,uel quaſi,ut declarat Bar.in d.l. unica in 4.col.ff. de condictio. ex lege; poſſeſſores autem, & fructus percipientes ex canonis diſpoſitione tenentur ad primitiarum ſolutionem, ut ſupra, ergo actio huiuſmodi cōpetere potuit: dicendum tamen eſt, eam in caſu noſtro non competere,

18 nec intētatam fuiſſe,quia † illa competit contra perſonam obligatam ad dandum,c.1.c.ex parte,c.non in poteſtate,c. à nobis,& per totū de decim.& d.c.reuertimini,hoc eſt ratione obligationis immediatè à lege inductæ, & ſic dicetur actio natiua,quæ oritur ex obligatione datiua,iuxta ea,quæ habentur per Bar.in l.1.ff.de actio.& oblig.& uidetur competere ab initio, quando quis ex diſpoſitione legis, uel canonis incipit obligari eccleſiæ,quæ nondum habuit,nec poſſedit ius decimandi:exemplum in caſu noſtro,quando quis inciperet eſſe parrochianus eccleſiæ, & poſſidere bona, ex quibus primitiæ ſolui debeant, ut in caſu c. cum contingat de decimis. Præterea fuit intentatum iudicium contra homines,qui ſoliti,& cōſueti fuerant primitias præſtare, ergo nō dicitur intentata condictio ex canone,quæ datur ad dandum de nouo,d.§.ſic itaq;,& non ut quis in ſua poſſeſſione iam acquiſita conſeruetur,prout pro parte do.Rectoris petitum fuit,quamuis aliter uideatur uelle Abb. in d.c. tua no-

19 bis in 3.col. ¶An † autem poſſit intētari officium iudicis,ut uidetur præſupponere gl.in d.c.moderamine in fin. uerbis, recurrendum eſſet ad not. per Bart. in d.l.unica ff.de condict. ex lege,qui declarat, quando ex legis diſpoſitione dicatur oriri actio,ſeu condictio ex lege, uel competere officium iudicis: ſed poſſet forte dici officium iudicis poſſe cōpetere,&intentatum fuiſſe in terminis noſtris,loquendo de officio iudicis,de quo loquitur tex.in l.ſi coloni. C.de agrico.& cēſi. lib.11.quod datur pro recuperanda poſſeſſione, uel quaſi,qua quis iniuſtè priuatus fuerit,de quo ſoleo ponere in c. in literis extra de reſtitut. ſpolia. & habetur per

20 do. Anto. in c.ſæpe in 7.colum.eod.tit. At † quando annuæ præſtationes ſolui eccleſiæ denegantur, ipſa eccleſia dicitur ſua poſſeſſione priuari,ut in c.querelam,ibique Imol. & Abb. de electio.eique ſuccurritur uel per officium iudicis, argumento d.l. ſi coloni,ut uolunt Angel.in repetitione l.ſi certis annis C.de pact.in pen.& ulti.col.& Dec.in cōſ.136. uel per utile interdictum unde ui, ut latè traditur per ſcriben. in d.c. querelam, & nota. in c.nullus 2.q.2. cum alijs, quæ ad propoſitum in præſenti cauſa do. Carolus Malateſta adduxit,ergo &c. quæ tamen an uera ſint,ſubſiſto, cum ipſe agens ſolum ſe fundet in iactationibus, uociferationibus, & moleſtationibus extraiudicialiter illatis ab ipſis hominibus ſuper exactione primitiarum,nō aūt præſupponat

ſe

ſe priuatũ ſua quaſi poſſeſſione,ut ex literis excellentiſſ.Du
cis ferrar.æ productis infertur, ac etiam ex tenore petitio-
nis ipſius rectoris,in qua præſupponit ſe eſſe, & reperiri in
quaſi poſſeſſione habendi, & conſequendi, ac exigendi, &
cum effectu recipiendi à dictis hominibus primitias, ſeu de
cimas modo prædicto,hoc eſt ad rationem duorum ſexta-
riorum,& hoc idem in reſcripto,quod loco petitionis pro-
ductum fuit,præſupponitur,ut in illius principio habetur,er
go non potuit agi poſſeſſorio aliquo reſtitutorio, uel recu-
21 perandæ, † quod inter alia ſua extrema præſupponit agen-
tem non poſſidere c.cum contingat de offi.delega.d.c.in li-
teris cum ſimilibus latè in l.naturaliter §.nihil commune ff.
22 de acquir.poſſ.per ſcribentes deductis: & †cõtenta in libel
lo,& reſcripto probant contra agentem,& libellantem,ſeu
impetrantem reſcriptum,quia omnia in libello,& reſcripto
contẽta dicitur fateri l.cum precum C.de libera.cauſ.& ibi
gloſ.& ſcriben. ¶Quare fortè dici poſſet, fuiſſe intẽtatum
23 remedium l.diffamari C. de ingen.& manum.†quod com-
petit contra eum, qui iactat, & diffamat ſe ad aliquid non
teneri,uel econtr aliquid ſibi deberi: propter has enim ia-
ctationes, diffamationes, & moleſtationes extraiudiciales
agi poteſt remedio d.l.ut ibi habetur per glo.Salic.& alios:
Sed adhuc dicendum eſt,illud non fuiſſe intentatum, quo-
niam agens, uel iudex debet præfigere certum tempus ad
docendum de iuribus diffamantis,& ſe iactantis, & illo ela-
pſo debet peti,ut imponatur ſilẽtiũ perpetuum,ut ibi: Hæc
autem non fuerunt petita,nec obſeruata in hoc iudicio,er-
go licet ex tenore petitionis generalis potuiſſet ſecundum
illud remedium procedi, tamen eius extrema in proceden
do ſeruata non fuerunt: ergo ex proceſſu ſubſequuto de-
claratur, intentionem agentis non fuiſſe uti tali remedio,
argumento eorum,quæ habentur per Bar.in d.l.ſi quis in-
tentione ambigua ff.de iudic.cum ſimilibus. ¶Melius er-
go uidetur dicendum, quòd in caſu iſto intentatum fuerit
24 utile poſſeſſorium uti poſſidetis, † quod datur, quoties quis
turbatur, moleſtatur,& inquietatur in ſua quaſi poſſeſſione
iuriũ, ut in l.locl §.ſi quis, l.ſicuti §.ariſto cira fi.& ibi gloſ.
in uerb.uti ff.ſi ſeru.uendi.& per Bar.in l. 1. §. interdictũ ff.
uti poſſid.c.licet cauſam, & ibi per canoniſtas de probatio.
& hoc interdictum datur etiam contra illum, nõ ſolum qui
contendit ſe poſſidere, ſed etiam contra eum, qui ſimplici-
ter turbat,& moleſtat extraiudicialiter, quamuis non poſſi-
deat, ſeu nõ dicat ſe poſſidere, ut eſt tex.& ibi Bart.in l.uim
facit, ibiq́ue gloſ. ff.de ui, & ui arma.& in d.l. ſicuti, & eſt
tex. clarus ſecundum unam lecturam in l. ſi duo §.cum in-
quilinus, & in §.ſi uicinus eod.titu.per quæ iura, & alia plu
ra hoc uolunt Alex. & alij in l.ſi prius ff. de nou.oper.nun-
cia.& expreſsè Bar. in l.1.§.huius autem ff.uti poſſi. qui me
lius non poſſet declarare, quam faciat, ponendo exem-
plum, quod optimè conuenit caſui noſtro, & reſpondet di
ctis Innocen.in c.2.extra de in integr.reſti.declarando eius
mentem; & hoc idem uolunt glo.in uerb.uti poſſidetis, &
ſcriben. cõmuniter in d.c.licet cauſam: Sed in reſcripto,&
in libello narratur,atque concluditur de turbationibus, ia-
ctationibus,& uociferationibus illatis do.Rectori ſuper pri
mitiarum exactione ab ipſis hominibus S.Felicis,ergo ui-
detur intentatum interdictum uti poſſidetis,quia ex medio
concludendi cognoſcitur, quod remedium fuerit in-
tentatum, Bar.poſt glo.in l.certi condictio in prin.ff.ſi cert.
peta.& c.cum dilecti.de emptio.& uendi.cum aliis infini-
tis. Verum rectè conſiderando adhuc dici poteſt iſtud in-
terdictum uti poſſidetis in caſu iſto non poſſe competere,
quamuis conſtaret de turbationibus, & moleſtationibus,
ſeu iactationibus ipſorum hominum etiam iudicialiter illa-
tis, puta denegando agentẽ habere ius aliquod, iuxta ea,
quæ uoluit Bar.poſt Dyn.in l. ſi prius.ff.de no.oper.nun.in
5.oppo.& ibi Alex.Bal.in l.ordinarij in 5.col.C.de rei uen
dica.cum aliis allegatis per Alex.in conſi.72.in 3.uolu.& in
d.l.ſi prius,&per Abb.in c.cum inter de renuncia.quoniam
25 †interdictum hoc non datur ſuperiori, ſeu domino contra
ſuos ſubditos, qui illi cõtradicerent,ſed ſolũ quando alius,
qui non eſſet ſubditus, contenderet aduerſus dominum, &
ſuperiorem,ut ſingulariter uoluit Bar.in d.l. 1. §. huis au-
tem ff. uti poſſide.poſt Innocen.in d.c.2.de in integ. reſtit.
Sed homines S.Felicis ſunt parrochiani,& ſic ſubditi eccle
ſiæ illius loci,cui de iure tenentur primitias præſtare, argu.
26 tex.in c.fin.& ibi per totum extra de parrochiis, ergo † ex
illorum contradictione facta ſuper ſolutione, ſeu iure exi-
gendi dictas primitias non potuit rector eccleſiæ interdi-
ctum uti poſſidetis intentare,ſed uel utilẽ actionem confeſ-
ſoriã,uel utilem in rem, uel officium iudicis, ad tradita per
Bart.in d.§.huius autem interdicti; cum quo dicto optimè
concordat illud,quod uolunt gloſæ ſupra allegatæ in d. c.
moderamine, & in d.c.tua nobis,quæ dicunt contra deben
tes ſoluere primitias,ſeu decimas competere actionem cõ
feſſoriam,uel actionem in rem, uel officium iudicis, nullam
autem mentionem faciunt de interdicto uti poſſidetis, & fa
ciunt ea,quæ uoluit Abb.in d.c.tua nobis,& in c. cõmiſſum
de decimis, qui optimè declarat. Nec aduerſatur, quòd in
narratione,& concluſione tàm libelli, quàm reſcripti fit
mentio de iactationibus, uociferationibus, turbationibus,
& moleſtationibus,quæ uidentur huic interdicto retinen-
27 dæ conuenire,ut ſupra, quia reſpondetur, † quòd quando
ille,qui eſt in quaſi poſſeſſione iurium incorporalium, uult
agere actione confeſſoria, iuxta l.& ſi fortè §. ſciendum ff.
ſi ſerui uendic.in l.uti frui ff. ſi uſufruct. peta. in l. loci §. ſi
quis mihi, & in l.ſi quis diuturno ff.ſi ſerui. uendic. & per
Innocen.in c. abbate de uerb.ſigni.ex parte eius, qui con-
uenitur,requiritur moleſtatio, ſeu inquietatio, & aliter cõ
ueniri non poteſt,ut innuit tex.in d.l. uti frui in fi. in l. egi,
& in l.& harum ff. ſi ſerui. uendi. & optimè poſt Iacob.
Butriga.declarat Bart.in d.l.ſi prius in 5.oppoſ.ff. de nou.
oper.nuncia.& ibi Alex. ergo tenendo, ut uidetur uerius,
quòd fuerint intentata uel actio cõfeſſoria, uel utilis actio
in rem,uel officium iudicis, quæ remedia in hac materia
primitiarum, & decimarum competere dicuntur, ut in di-
ctis gloſis in d.c.moderamine,& in d.c. tua nobis,ibiq; Abb.
optimè conueniunt uerba tàm reſcripti, quàm libelli, in
quibus pro parte rectoris agentis, qui dicit ſe eſſe in quaſi
poſſeſſione exigendi,narrantur iactationes, turbationes, &
moleſtationes hominum. Et his remediis conueniunt etiã
clauſulæ in libello appoſitæ,ut eſt illa ſuper quibus omni-
bus,& ſingulis inſtat,& petit ius,& iuſtitiam ſibi miniſtrari
28 omni meliori modo &c. † per quam cenſetur intentatum
illud remedium, quod qualitercunque ex deductis,& nar-
ratis melius competere poteſt,ut per Abb.do.Anto.&alios
in c. 2.extra de ord.cogni.cum ſimilibus,ac etiam ut expreſ
sè importat illa alia clauſula magis ſpecifica, deducendò
in præſenti iudicio omne ius ſibi quomodolibet,& quomo-
docunque competens &c. & hæc opinio mihi magis pla-
cet, quam aliæ prædictæ. ¶Aggredior ſextum dubium,
ad cuius fauorem ſententia ſit ferẽda; Et omiſſis pluribus,
quæ hinc inde ab aduocatis ambarum partium deducta
fuerunt,& præſertim dum inſiſtunt ſuper dictis teſtium, ea
enim omnia ceſſare uidentur, ſi uera ſit opinio, quam
in proximo præcedenti dubio ſequutus fui, prout illam ue
ram eſſe exiſtimo, & maximè illud ceſſat, dum ex parte
actoris dicebatur,quòd in poſſeſſorio mero admittũtur pro
bationes ſemiplenæ, & preſumptiuæ,ut de auditu, & teſtes
ſingulares,argumẽto eorum,quæ habentur in l 1.C. quo-
29 rum bonorum, et ibi Bar.cum ſimibus: quia tenẽdo,†quòd
intentata fuerit confeſſoria, et ſic petitorium, et non poſ-
ſeſſorium

ſeſſorium retinendæ, ſequitur, quòd probationes plenæ,& concludentes ſunt neceſſariæ,ut per Bart. in d.l.1.C.quor. bono.& habetur per Bar. Alex.& alios in d.l.ſi prius. Præ-
30 terea † etiam in iudicio uti poſſidetis teſtes ſingulares,& de auditu parum,uel nihil proſunt,ut in c.licet cauſam de probatio. ibique Abb.& do.Anto.& Bart.in l.ſi duo in princip. in penul.colum.ff.uti poſſide.& c.quoties cum gloſ. de teſtibus: Animaduertendum eſt, ueluti etiam ſupra latius dixi, quòd ad ſolutionem primitiarum non commune, nec homines Sancti Felicis ut,& tanquam uniuerſi, ſed ſolum homines particulares ut ſinguli dicuntur obligati, ex quo non conſtat,neque probatum fuit,quòd uniuerſitas hominum,ſeu commune Sancti Felicis tanquam uniuerſi teneantur,ſed ſolum illi,qui prædia colunt,ſeu fruges,& fructus colligunt; nam hoc eſt onus fructuum, iuribus ſupra
31 allegatis: Et ideò † ad hoc,ut commune, ſeu uniuerſitas hominum ad ſolutionem primitiarum teneatur, requiritur, quòd homines ut uniuerſi,& non ut ſinguli ex prædijs frumenta, & alios fructus percipiant ad uniuerſitatis utilitatē, & commodum, alioquin ſi conſtaret ipſos homines non ut uniuerſos, nec ad uniuerſale commodum, ſed ut ſingulos, & ad priuatam utilitatem fructus percepiſſe, & prædia ſic coluiſſe,non poſſent homines,ut uniuerſi,& tanquam commune conueniri,ſed ut ſinguli,& particulariter: hæc enim inter ſe differunt,& tanquam à perſonis diuerſis factū cenſetur,uidelicet, quòd aliquid fiat à communi, ſeu ab hominibus ut uniuerſis,aut à pluribus ut ſingulis l.ſed ſi hac §.qui manumittitur.ff.de in ius uocan.l.1.§. quibus, & l. ſicut §.ſi quid, ibique Bart.ff.quod cuiuſque uniuerſita. nomi.& habetur in c.cum omnes de conſtitutio. Sed in caſu occurrēti non conſtat,nec probatum reperitur,quòd maſſarius,commune, & homines ſancti Felicis ut uniuerſi prædia aliqua poſſederint, & coluerint, nec ex prædiis, & poſſeſſionibus poſitis in dicto communi ipſi homines ut uniuerſi fructus perceperint ad commune, & uniuerſale bonum dicti communis,& conſequenter etiam non apparet, ipſos homines ut uniuerſos nomine dicti communis aliquid quoquo tempore ſoluiſſe,nec ſolitos fuiſſe ſoluere, ſi dicta omnia teſtiū legantur,ac iterum legantur,ergo ſequitur,dictos homines ut uniuerſos, ac commune, & maſſarium, contra quos fuit etiam motum iudicium,non eſſe condemnandos, ſed abſoluendos,quia actore non probante reus, & ſi nihil præſtiterit,abſoluendus eſt l.qui accuſare C.de edend. c.fin. de iureiuran.& c.unico ut eccleſia benefic. ¶ An autem particulares,& ſinguli homines ſub cura dictæ eccleſiæ degentes, & ibi coloniam exercentes, contra quos ſimiliter rector dictæ eccleſiæ mouit iudicium, ſint condennandi ad præſtationem primitiarum, prout fuit petitum, ac etiam ut in futurum debeant ceſſare à turbationibus, moleſtationibus, & iactationibus ab eis inferendis, & turbationes iam factæ, & illatæ declarandæ ſint iniuſtæ,ac temerariæ, ac ſuper illis omnibus perpetuum ſilentium ſit imponendum,prout fuiſſe uidetur mens,& intentio ipſius agentis,ut ex reſcripto,& illius petitione inferri uidetur,iuncto text.cum ibi nota.per ſcriben. in c.in præſentia extra de probatio. ita prima facie dicendum eſſe uideretur,quia contra dictos particulares,& ſingulos homines ſub cura dictæ eccleſiæ degentes, ibique coloniam exercentes impetratum fuit reſcriptum, quod loco petitionis fuit productum,& contra illos formata,& producta fuit petitio, item ipſi ad omnes, & quoſcunque actus citari fuerunt, & contra eoſdem ſuper contentis in libello facta fuerunt capitula,& examinati teſtes,qui deponunt homines particulares, etiam aliquos nominatim exprimendo, ſolitos, & conſuetos fuiſſe primitias petitas à x. xx. & xxx. annis citra ſoluere, & nedum iſta deponere uidentur teſtes pro parte do. Rectoris agentis inducti,ſed etiam teſtes,qui ad inſtantiam,& petitionem ſyndici,communis,maſſarij,& hominum dicti communis examinati fuerunt: ergo cum ſaltem contra homines particulares, & ſingulos dicti loci fuerit probatum de iure exigendi primitias,& de conſuetudine illas ſoluendi, dictoſque homines conſuetos fuiſſe eas ſoluere, ſequitur, quòd illi ſunt condemnandi, ut ſupra, & prout in petitione porrecta continetur,quoniam actore plenè ſuam intentionem probante,reus eſt comdemnandus d. c.fin.d.c.unico, & d.l.qui accuſare cum ſimilibus.

¶ Sed præmiſſis non obſtantibus,prout rectè intuenti conſtare poteſt illa non obſtare, dico, & concludo etiam homines ſingulos, & particulares dicti loci in præſenti iudicio non poſſe,nec debere condemnari,quamuis ipſi fortè de iure ad ſolutionem dictarum primitiarum tenerentur, & prout de iure debuiſſent condemnari, ſi ea ſeruata fuiſſent in hoc iudicio,quæ ſeruari potuiſſent, ut infra dicetur: Nam
32 † quamuis quo ad ipſos homines reos conuentos libellus generalis eſſet, tamen ſubſtineri potuiſſet, ſi poſtea illa generalitas fuiſſet in citatione,uel in capitulis declarata, uidelicet illos homines ſpecialiter, & nominatim in proceſſu,& citatione exprimendo, argumento eorum, quæ habentur per Bar.in d.l.ſi quis intētione ambigua ff.de iudicijs,& per ſcriben. in notabilib. ut ibi per Abb. & Decium poſt alios in d.c.in præſentia,& c. 2.de reſcrip.in 6.quod cum factum non fuerit, non ualuit proceſſus quo ad ſingulos homines, qui conueniri, & citari potuiſſent ad ſolutionem primitiarum, quoniam illi erant expreſsè, & nominatim in proceſſu,& in citatione ſpecificandi. Et ideò iudicium tanquam factum contra perſonas incertas de certis non ualuit ex de-
33 fectu citationis incertæ, & uagæ, † nam licet in reſcripto,& in libello neceſſe non ſit ſpecificare perſonas particulares nomine proprio, contra quas conceditur reſcriptum, uel. concipitur libellus, c. ſedes extra de reſcript. & c.2. in fin. eod. titu. in 6. cum ſimilib. tamen requiritur, quòd in proceſſu,& citatione nominatim exprimātur, alioquin non ualeret proceſſus, nec ſententia illius uigore lata: quia & ſi
34 † iudex ratione generalis reſcripti dicatur habere iuriſdictionem habitu ſuper omnes, & ſingulos comprehenſos, ſeu aptos comprehendi ſub illa generalitate, non tamen illam habere dicitur contra ſingulos, & particulares actu, & exercitio, niſi nominatim & ſpecialiter exprimantur, &
35 † ante illorum expreſſionem citatio non ualet, quæ dicitur de proceſſu c.quoniam contra extra de probatio. & de ſubſtantia ſententiæ l.de unoquoque ff.de re iudi. l. ea quæ,& per totum C.quomo. & quand. iudex cum ibi not.l.prolatam cum gloſ.& ibi Barto.& alij C.de ſentent. & inter locu. omn.iudi. Et hæc expreſsio,& nominatio perſonarum fieri debet per iudicem decernentem citationem, nec ſufficeret, ſi executor citationis illam faceret, quia formam cōmiſſionis excedere diceretur, nominatim exprimendo perſonas. abſque expreſſa iudicis commiſſione,et conſequenter nihil ageret c.cum dilecta de reſcript. l.diligenter in fin.ff. manda. Præterea † ex quo in reſcripto, ſeu in commiſſione iu-
36 dicis mandatum fuit poſſe citari omnes, quorum intererat, ſeu intereſſe poterat, poſito quòd fieri potuerit citatio generalis c.cum in tua qui matri. accuſa.poſſ.c. fin.de electio. in 6. et ibi Innocen.tamen talis citatio non fuit arctatoria, ſed incitatoria, et inuitatoria ad comparendum, ita quòd omnes, qui putauerint ſua intereſſe, comparere potuerint ad ſe defendendum,et ſic quo ad illos iudicium ualere potuit, ſi ſucceſſiuè poſtea ad alios actus ſequentes nominatim citati eſſent, ſed contra alios non uenientes, nec comparentes, talis citatio nihil potuit operari, nec illius uigore contra non comparentes procedi, nec ſententia ferri potuit, nam quo ad illos non comparentes habetur, perinde ac ſi citatio aliqua facta non foret, & conſequenter

perinde

perinde ac ſi iudicium aliquod contra illos factum non fuiſſet, prout uerè factum non cenſetur, ut per Innocent. & Hoſtienſ. in cap. dilecto de exception. & alios ibi; & facit dictum Hoſtien. in cap. paſtoralis de reſcripis: & hæc omnia in terminis ſunt de mente dominorum de Rota in deciſ. 419. ſi impetretur &c. in nouis: At in caſu, de quo agitur, citatio facta fuit generaliter, & commiſſa contra omnes, & ſingulos ſub cura dictæ eccleſiæ S. Felicis degentes, ibiq; coloniam exercẽtes, ac illos, quorum intereſſe poſſet, & nullus particularis homo comparuit, ergo quo ad illos particulares citatio nihil potuit operari, nec illius uirtute cõtra eos procedi, nec iudicari per prædicta, ad quæ faciũt ea, quæ uoluit Bal. in authen. ſed cum teſtator C. ad l. falci.
37 † quòd quando agitur de intereſſe ſingulorum, citatio debet eſſe ſingularis cum expreſſione nominatim citãdorum, quando uerò de intereſſe uniuerſorum, ſufficit citatio uniuerſaliter facta: Similiter ſi agatur de præiudicio collegij,
38 citatio debet eſſe collegialis: Item † quando agitur de præiudicio tertij, ſufficit generalis citatio facta de his, quorum intereſſet, & operabitur, ut dictum fuit ſupra, & facit tex. in
39 l. 2. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. ea. Et † inquit etiam Bald. in d. l. ſed ſi hac §. qui manumittitur ff. de in ius uocan. quòd ſi reſcriptum ſit impetratum contra homines talis loci, ſinguli, & non uniuerſi ſunt citandi; facit etiam tex. in d. c. 2. de reſcript. in 6. & ibi Archi. in fin. 2. col. Specula. in titu. de citatiõe §. 1. in 3. col. Præterea ex forma reſcripti, quæ eſt omnino ſeruanda c. cum dilecta de reſcrip. cum aliis, ipſi homines ſoluere recuſantes, omneſq; alij aduerſarij præfati domini rectoris erant in decreto, uel exequutione citationis nominandi, ut in reſcripto habetur, quæ forma quo ad homines particulares dicti communis S. Felicis non fuit obſeruata, ergo quo ad illos proceſſus, & citatio fuerunt nullius momẽti d. c. cũ dilecta, & per Alex. & alios in l. 1. ff. de libe. & poſthu. Nam, ut ex inſpectione proceſſus colligitur, expreſsè, & ſpecialiter facta fuit citatio de maſſario, & communi, & hominibus, ut uniuerſis, ut in libello, & in citationibus apparet: Et nomine dicti communis, maſſarij, & dictorum hominum communis, & ſic uniuerſorum compa-
40 ruit ſyndicus, † qui ab uniuerſitate dicitur conſtitui, ut in l. 1. §. quibus cum ſequen. & ſequenti, & per totum ff. quod cuiuſque uniuerſita. nomi. cap. 1. & ibi glo. & ſcriben. extra de ſyndico; & cum dicto ſyndico duntaxat fuit proceſſum, adeò quòd poteſt dici iudicium, & illius proceſſus quo ad commune, maſſarium, & homines, ut uniuerſos dicti communis ualere, & uirtute illius poſſe ſententiam abſolutoriã, uel condemnatoriam ferri, quæ ualebit, & effectum rei iudicatæ habebit d. l. prolatã cum ibi not. per Bar. C. de ſenten. & interlocu. omn. iudic. & habetur in c. quoniam contra circa fin. de proba. cum ſimilibus. ¶ An autem contra commune, & homines uniuerſos dicti loci ferenda ſit ſententia condemnatoria, uel abſolutoria, quæ ius inter ipſas partes faciat, concludo, ut etiam ſupra dictum fuit, quòd ex quo non fuit probatum, quòd commune, & uniuerſitas dicti loci habuerit prædia aliqua, & poſſeſſiões, quæ ſint ipſius communis, ſeu ad dictum commune, & homines uniuerſos dictæ uniuerſitatis pertineant, & conſequenter dictum commune, & homines fructus non perceperint ex colonia bonorum ipſius communis, nec etiam ſit probatum, quòd commune, maſſarius, & homines uniuerſi illius ſoluerint aliquo tẽpore dictæ eccleſiæ primitias, ſequitur, quòd ipſum commune, maſſarius, & homines, ac ipſorum ſyndicus condemnari non debent, neque poſſunt, ſed diffinitiuè abſolui, quæ ſententia ſi in rem iudicatam tranſibit, de cætero ſuper dictis primitiis commune, maſſarius, & homines uniuerſi dicti loci conueniri, & moleſtari à rectoribus dictæ eccleſiæ non poterunt, quoniam quo ad eos omne ius eccleſiæ deductum fuit, iuxta ea, quæ habentur per Bart. in d. l. prolatam C. de ſenten. & d. c. quoniam contra, ibiq; gloſ. &
41 docto. circa finem: Et ex prædictis infero, † quòd quo ad homines particulares, & ſingulares dicti loci, qui ſoliti ſunt primitias ſoluere, & coloniam exercere, aliqua ſentẽtia diffinitiua ferri non poteſt, quia cum illis nullus fuit factus proceſſus, nec ipſi fuerunt citati, nec in iudicio aliquo modo ſpecialiter nominati, nec cum illis lis fuit conteſtata, per quam inter litigantes quaſi contrahitur l. 3. §. idem ſcribit ff. de peculio: Et ideò ad probationes contra eos deueniri nõ potuit, ut in rubro, & nigro extra ut lite non conteſta. glo. in authen. ſi quis C. de teſtibus, & minus ad ſententiam diffinitiuam, ad quam deuenitur mediante conteſtatione litis, ac tela iudiciaria d. c. quoniam contra, dicta l. prolatam cum ubiq; nota c. 1. cum ibi not. de lit. conteſta. cum ſimilibus. Videtur ergo dicendum, quòd dicti homines ſinguli, & particulares, qui generaliter fuerunt citati, & contra quos generaliter fuit impetratum reſcriptũ, & porrecta petitio, ut ſupra, & proceſſum per rectorem, ſeu eius procuratorem, debeant à iudice abſolui ab obſeruatione præſentis iudicij, ſaluo tamen, & reſeruato iure agẽdi dicto rectori in alio iudicio contra dictos homines particulares ſuper aſſertis decimis, & primitiis: ipſe tamen rector, ſeu illius procurator eius nomine in expenſis factis in hoc iudicio per commune, & homines uniuerſos dicti communis ipſi ſyndico nomine dicti communis erit condemnandus, quia uictus uictori in expenſis in lite factis condemnari debet, cum non adſit cauſa aliqua iuſta excuſandi dictum rectorem à ſolutione illarum, gloſ. in uer. ſolo in §. oportet in authen. de iudicibus, Bal. in l. properãdũ §. ſin autẽ alterutra C. de iudic. & ibi Bar. & alij. c. finẽ de dolo & cõtuma. Similiter ſi quas expenſas ipſi homines particulares feciſſent, in illis rector eſſet condemnandus ex iiſdem iuribus, ſed ex quo nullus particularis ex dictis hominibus comparuit, nec contra aliquem eorum poteſt dici proceſſum, non poſſunt dicti homines particulares prætendere aliquas expenſas, in quibus rector poſſit cõdemnari; Et quòd abſolutio ab obſeruatione
42 iudicij, † quæ non tollit ius agendi in alia inſtantia, ut per Bal. in l. properãdum §. ſin autem reus in 2. col. C. de iudic. & per Bart. in l. Iulianus uerſ. quandoq; quis ab obſeruatione &c. ff. de cond. indeb. cum ſimilibus, in caſu noſtro ad fauorem hominum particularium ferri poſſit, colligitur ex uerbis Bart. in l. iuſiurandum, & ad pecunias §. cum res ff. de
43 iureiuran. qui dicit, † illam poſſe ferri, quando proceſſui obſtat exceptio legitima, ac etiam ex iis, quæ uoluit Bar. in d. l. properãdum §. & ſiquidem, & Paul. de Caſt. in l. oratione ff. de feriis, qui dicunt eam poſſe ferri, quando contra conuentos nihil fuit probatum, prout in caſu noſtro contigit, ut ex prædictis apparet. Et ex his inferri poteſt ad determinationem ultimi quæſiti, qualiter ſententia ſit formanda, & à iudice ferẽda, quæ cum ex iam dictis ſatis apertè colligatur, ulterius non inſiſto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Decimandi ius in capella parrochiali, quam non apparet ab epiſcopo de conſenſu capituli fuiſſe cõſtitutam cum certa, & diſtincta parrochia, & cum expreſſa, et ſpecifica conceſſione decimarum illius parrochiæ, in dubio ad eccleſiam plebis, & matricem tanquam antiquiorem ſpectat.*
2 *Capella, ſeu eccleſia parrochialis de nouo cum preiudicio antiquarum eccleſiarum, maximè quo ad decimas, fundari non debet.*
3 *Eccleſiæ plebis decimæ in parrochia conceſſa capellæ exiſtenti in plebanatu iuxta conſuetudinem debentur.*
4 *Conſuetudo eſt optima legum interpres in materia decimarum.*
5 *Portionis, ſeu partis appellatione in dubio uenit dimidia, niſi ex aliis contrarium colligeretur.*
6 *Eccleſiæ plebis, in qua ſacramentum baptiſmi percipitur, pars decimarum*

rum perſonalium, & magis prædialium ſecundum conſuetudinem debetur in eccleſia, ſeu capella parrochiali, in qua alia ſacramenta miniſtrantur.

7 *Decimæ perſonales magis, quam prædiales debentur eccleſiæ parrochiali, & prædiales magis eccleſiæ matrici, quàm parrochiali, uel ſaltem pariter debentur.*

8 *Decimas in uno, eodemque loco poſſe diuerſis eccleſiis diuerſis reſpectibus, & rationibus deberi, non eſt inconueniens.*

9 *Decimæ uni eccleſiæ de certis fructibus tantum, & alteri de reliquis deberi poſſunt.*

10 *Interdictum uti poſſidetis, & retinendæ contra quos detur,*

11 *Et quis in eo debeat obtinere, & ut obtineat, quid requiratur numero 13.*

12 *Poſſeſſio, uel quaſi debet iuſtificari per eum, qui iuris communis præſumptionem contra ſe habet, aliàs in poſſeſſorio recuperandæ, uel retinendæ non obtinebit aduerſus illum, qui pro ſe habet ius commune.*

14 *Poſſeſſio acquiſita etiam ex unico actu, & recenti ſufficit in interdicto uti poſſidetis, dummodo ea non ſit uitioſa, nec iniuſta ab aduerſario.*

15 *Iniuriam, & moleſtiam, ſeu turbationem non infert, qui ſua poſſeſſione, uel quaſi iuſta, uel etiam iniuſta, ſed cauſam à tertio habente utitur.*

16 *Iniuriam non facit, qui ius prætendit habere.*

17 *Ordinarius in cognitione cauſæ iam coram eo prius inchoatæ, non poteſt poſtea per alium impediri.*

18 *Inhibitio quando cum cauſæ cognitione, et parte citata fieri debeat, aliàs ſit nulla.*

29 *Et quando abſque cauſæ cognitione fieri poſſit.*

20 *Poſſeſſorum bonæ fidei commodum eſt fructus lucrari.*

EPITOME.

DECIMAS *pro certa parte conſueta deberi eccleſiæ plebis, & baptiſmali etiam in parrochia eccleſiæ, ſeu capellæ, ad quā cura animarum, & diuina celebrandi, ac ſacramenta miniſtrandi ſpectat, oſtenditur.*

CONSILIVM. XX.

VISIS, ac diligenter conſideratis ſcripturis, & atteſtationibus utriuſque partis, in quibus tota uis huius cauſæ conſiſtit, omiſſis ſuperfluis diſputationibus, ſolum ſuper quatuor principaliter inſiſtam, quibus breuiter diſcuſſis, de optimo iure eccleſiæ plebis ſancti Petri, & conſequenter domini Raphaelis illius Archibresbyteri conſtabit. Primum eſt, an ius decimandi ſaltem pro certa parte poſſit competere eccleſiæ plebis ſancti Petri in parrochia eccleſiæ parrochialis ſancti Chriſtophori, ad quam ſpectat cura animarum, & celebrandi diuina, ac miniſtrandi ſacramenta. Secundo, poſito, quòd ius decimandi ſpectet ad utranque eccleſiam pro certa portione, & ſecundum quod conſuetum fuit, & dicta eccleſia ſancti Petri, uel eius archipresbyter illius nomine decimas pro parte ſua exegerit, & contra exactores illarum egerit coràm aliquo iudice, puta coràm uicario epiſcopi, quantum eſt pro ſua parte, an dicatur inquietare, ſeu moleſtare dictam eccleſiam ſancti Chriſtophori, in ſua quaſi poſſeſſione iuris percipiendi decimas; & an ob hoc ei dicatur aliquam iniuriam inferre, & conſequenter an uigore talis iniuriæ, & moleſtationis conſeruator fratrum dictæ eccleſiæ ſancti Chriſtophori potuerit inhibere iudici, ſeu uicario epiſcopi, ut non procederet, nec cognoſceret, nec ſuper exactione decimarum exactores illarum moleſtaret, & mandare ſub pœnis, & cenſuris omnibus hominibus, qui tenentur ad ſolutionem decimarum, ut pro aliqua parte non ſoluerent prædictæ eccleſiæ plebis S. Petri. Tertio poſito, quòd potuerit inhibere, an talis inhibitio facta per dictum dominum conſeruatorem fuerit, & ſit ualida, & de iure tenuerit. Quarto, an præfatus dominus Archipresbyter dictæ eccleſiæ plebis S. Petri teneatur, &

cogi, ſeu condemnari poſſit ad ſoluendum quadraginta ſtaria grani, & libras mille lini, quæ, & quas ab eo conuentus eccleſiæ ſancti Chriſtophori petit, propterea, quòd dictus dominus archipresbyter illa, & illas pro parte ſua decimarum in dicta parrochia exegir. ¶ Redeo ad primum, in quo omiſſis allegationibus hincinde, concludo, quòd in caſu noſtro eccleſiæ plebis S. Petri de iure poteſt habere ius decimandi in dicta parrochia, etiam ſi illa ſit parrochia diſtincta à parrochia eccleſiæ plebis, & iuſtè ſaltem pro parte potuit exigere prædiales decimas in parrochia cappellæ, ſeu
1 eccleſiæ parrochialis, † nam quoties ſumus in dubio, quæ
eccleſia ſit antiquior, uidelicet, an eccleſia plebis, an cappella parrochialis, nec apparet, an de conſenſu capituli epiſcopus cappellæ parrochiam conſtituerit, nec quòd ſpecificè eccleſiæ, & cappellæ parrochiali conceſſerit, & deputauerit decimas illius parrochiæ conſtitutæ, tunc de iure ius decimandi in illa parrochia aſſignata cappellæ ſpectat ad eccleſiam matricem, & ad eccleſiam plebis, & non ad cappellam, ita uoluit Ioan. And. in addit. ad Specul. in titu. de decimis in addit. incipien. unica, in principio illius tituli: Et
2 ratio eſt, quia † cappella, ſeu eccleſia parrochialis non de-
bet de nouo fundari cum præiudicio antiquarum eccleſiarum, & maximè decimarum: Et ideò cum eccleſia plebis cõmuniter ſit antiquior, & territorium, ſeu parrochia cappellæ eſſet antiquitus de parrochia plebis, non debet eccleſia plebis antiqua priuari decimis prædialibus propter conſtructionem cappellæ: ſatis enim eſt, ſi cappella habeat oblationes, mortuaria, & decimas perſonales, quæ intuitu diuinorum, & ſacramentorum debentur c. ad apoſtolicæ de decimis c. fin. de parrochiis: Et abſque dubio hoc uidetur uerum, quando non conſtaret, quòd per epiſcopum, & capitulum eſſet cappellæ aſſignata, ſeu conſtituta certa, & diſtincta parrochia, quoniã cum adhuc eccleſia plebis diceretur habere ſuam parrochiam, integraliter ipſi deberentur decimæ in ſua parrochia, ut traditur per Innocen. in d. c. ad apoſtolicæ, & per Hoſtien. poſt gloſ. in c. cum contingat de decimis: ſolum enim docto. dubium faciunt, quando cappellæ, quæ eſt in plebanatu, fuit conſtituta, & aſſignata certa, & diſtincta parrochia, an debeantur decimæ illius parrochiæ cappellæ, an uerò plebi: ergo quando non appareret, quòd parrochia eſſet conſtituta, & aſſignata cappellæ, decimæ deberentur plebi, & nõ cappellæ, quia eo caſu non debentur decimæ cappellæ, ſed eccleſiæ matrici, & plebi, ut in dictis locis, & not. in c. ſtatuimus, & in c. quicun-
3 que 16. q. 1. Et in caſu prædicto † ſi conſtaret de conſuetu
dine, ut quia eccleſia plebis conſueta eſſet exigere decimas in parrochia conceſſa cappellæ, tunc iuxta conſuetudinem decimæ eccleſiæ plebis deberent, ita uoluit Ioan. And. in d. addit. & Abb. & ſequuntur omnes ſcriben. in d. c. cum con-
4 tingat de decimis facit tex. in c. fi. de parroch. Nam † con-
ſuetudo eſt optima legum intetptes in hac materia decimarum c. cum dilectus de conſuetu. & in d. c. ad apoſtolicæ, ibiq; Abb. ſed per teſtes utriuſq; partis probatum fuit quòd à x. xx. xxx. & xl. annis & à tanto etiam tempore, de cuius initio non extat memoria hominũ per aliquos teſtes, eccleſia plebis, eiuſq; archipresbyteri exegerunt uſque ad hæc tempora decimas in dicta parrochia eccleſiæ S. Chriſtophori
5 pro certa parte, & conſequenter pro dimidia, quia † por-
tionis, ſeu partis appellatione in dubio dimidia uenit l. nomen §. portionis ff. de uerb. ſign. not. in l. rectè §. quod quintus eod. tit. etiam in materia decimarum, ut no. in c. 2. in §. 1. in uerb. medietatem de decim. in 6. uel melius ſaltem dicta teſtiũ præfatorum intelligi, & interpretari debent de certa parte, hoc eſt de conſueta, nã conſuetudo eſt optima interpres, & maximè in materia decimarum, ut ſupra: Item quia aliqui teſtes intelligunt de portione decimarum ſecundum

liſtas

liſtas cõſuetas officialiũ,& hominũ loci, ergo de illa portio
ne conſueta debet intelligi, quia uerbũ portio non ſemper
cõprehẽdit dimidiã,& hoc qñ ex aliis uerbis apparere, ſeu
colligi poſſet,quòd non intelligatur de dimidia,ut in d.l.no
6 men.§.portionis. Secũdo † qñ in eccleſia plebis percipitur
ſacramentũ baptiſmi,& ĩ eccleſia, ſeu cappella parrochiali
miniſtrantur alia ſacramẽta, tunc ẽt de decimis perſonalib.
deberetur pars eccleſiæ plebis, & ſic dimidia iuxta prædi-
cta,quia cũ baptiſmus ſit ianua oĩum ſacramẽtorũ c.1.& c.
fi.de præsb.non bapt.& ſit nobilior aliis ſacramentis, rõne
illius eccleſia plebis debet habere partẽ decimarũ perſona
liũ,& ſic dimidiã,ſi non extet aliqua conſuetudo,quæ ſi ex-
taret,debet habere partẽ conſuetã, quia in hoc ſtandũ eſt
conſuetudini,ita inquit notabiliter Abb. in d.c.cũ cõtingat,
ex mente Io.and.in addit.ad ſpecul.in titu.de decimis in d.
additio.incip.vnica. Et facit,quod uoluit Innoc.ibiq; Abb.
in c.de his de ſepultu.cum ſimil.ſupra allegatis, ergo à for-
tiori rõne ſacramenti baptiſmi ipſa eccleſia plebis debebit
7 habere partẽ decimarũ prædialium,quia † magis debentur
decimæ perſonales eccleſiæ parrochiali, cũ debeãtur rõne
diuinorũ,& ſacramẽtorum,ut in d.c.ad apoſtolicæ,& ĩ d. c.
fi.de parroch.& c.quæſti 16.q.1.iuncta glo.quã prædiales,
quæ debẽtur magis eccleſiæ matrici,quàm parrochiali, uel
ſaltem pariter ita deberi poſſunt, ut colligitur ex his, quæ
uoluit Innoc.in d.c. ad apoſtolicæ, qui dicit prædiales deci
mas pertinere ad eccleſiã baptiſmalẽ, & ſic ad plebem, &
habetur per eundem in c. nouum genus de decim. ratione
ergo ſacramẽti baptiſmi,quod confert eccleſia plebis S. Pe
tri, habere debebit partẽ decimarũ prædialium ſaltẽ iuxta
conſuetudinẽ per ea,quæ uoluit Abb.in d.c.cũ contingat.
8 † Nec eſt inconueniẽs, quòd in uno, & eodẽ loco decimæ
poſſint diuerſis eccleſiis diuerſis reſpectibus, uel ex diuerſis
rõnibus deberi,vni v3 propter diuina, & ſacramenta alta-
ris,alii aũt ratione ſacramenti baptiſmi, item uni pro una
parte, alteri pro certa alia parte, ut colligitur ex uerbis
Abb.poſt Hoſtien.& Ioan.and.in c. cum ĩ tua circa finẽ de
decimis: non inconuenit ẽt, quòd eccleſia parrochialis de
certis fructibus,ut de grano,& de lino ſolum certã partem
decimarum, & de aliis fructibus integrè decimã capiat, &
aliã partem grani, & lini capiat alia eccleſia, puta eccleſia
plebis,nam quãuis in certo loco decima prædialis nõ poſſit
de certis fructibus tãtum deberi,quia de omnibus rebus de
bet eccleſia decimas prædiales habere,cum una, & eadem
9 res non debeat diuerſo iure cenſeri,† Tamen hoc eſt uerũ,
niſi quis ſolitus eſſet habere decimã tantum de certis fructi
bus,& alius de reliquis fructibus,ut uoluit Abb.in d.c. cum
in tua, ubi hoc declarat,quod optimè facit ad propoſitum
noſtrum,quia,ut ex dictis teſtiũ manifeſtè apparet, eccleſia
plebis S.Petri ſolita fuit habere decimas certorum fructuũ,
ſeu partem illorum, hoc eſt grani,& lini,& non aliorum fru
ctuum,& per teſtes ẽt probatur, quòd eccleſia parrochia-
lis S. Chriſtophori ſemper habuit ius percipiendi, & perce
pit oẽs decimas dicti loci,& parrochiæ,ergo ſequitur,quòd
ad eccleſiam plebis ſolum ſpectat ius colligendi decimas in
dicta parrochia grani,& lini, & non aliorũ fructuũ, ſi uerũ
ſit,quòd decima aliorũ fructuum fuerit ſolita percipi ab ec
cleſia S. Chriſtophori: ſin aũt eccleſia S.Chriſtophori non
fuerit ſolita percipere decimã aliorum fructuũ, & eſſet exi
genda decima de alijs fructibus ultra granũ,& linum,certè
ita eccleſiæ plebis S. Petri deberetur ſua portio,ſicut eccle
ſiæ S.Chriſtophori,ut expreſsè uult Abb.in d.c.cum in tua;
quod eſt ualde notandum. ¶ Tertio in hoc iudicio coram
do.vicario Ariminen.conſeruatore electo uidetur intenta
tum remedium retinendæ, & ſic interdictum uti poſſidetis,
10 † quod datur contra turbantes,inquietantes, & moleſtãtes
aliquem in ſua poſſeſſ.uel quaſi,ut in c.licet cauſam, & ibi

Abb.Anto.de Butr.& communiter canoniſtæ de proba. &
per Abb.in c.paſtoralis,& in c.cum dilectus de cauſ.poſſ.&
propr.glo.in l.1.in princ.& in .§. retinendæ,& ibi per Bart.
& latius in.§.interdictum.ff.uti poſſid. & hic agitur contra
dominum Raphaelẽ archipræsbyterum dictæ eccleſiæ ple
bis,ut contra turbantem,inquietantem, & moleſtantem fra
tres,& eorum exactores decimarum in iure,& quaſi poſſeſ
ſione decimandi in dicta parrochia, ut in petitione dictorũ
fratrum,& in aliis ſcripturis per eorum procuratorẽ produ
11 ctis continetur. Et † in hoc iudicio poſſeſſorii retinẽdæ ille
debet obtinere, qui melius probat de ſua poſſeſſione, uel
quaſi,& de antiquiori c.cum eccleſia de electio. & ſi pares
ſint probationes poſſeſſionis,& tituli,tunc pronunciandum
eſt utranque partem poſſidere pro dimidia, & pro indiuiſo,
ut uoluit Bart.qui bonis rationibus mouetur,in l. ſi duo .ff.
uti poſſide. & hoc clarè etiã ſequitur Vincentius, ut refert,
& ſequitur Abb.in d.c.licet cauſam in penul.colum. dicens
eſſe ex mente Bart.in d.l.ſi duo,quòd iudex etiam tunc põt
diuidere,& cuilibet partem pro diuiſo aſſignare, ergo ſequi
tur,quòd à fortiori hoc erit dicendũ, quando utraque pars
pariter probat ſe poſſediſſẽ, ſed pro parte diuiſa, uel indi-
uiſa,quoniam iudex debebit pronuntiare, uti poſſidetis, ita
poſſideatis, & ſic pro parte, ſecundum quod fuit probatũ,
quia ſi pronuntiatur,ut quiſque pro parte poſſideat, quan-
do utraque pars pariter probat de poſſeſſione ſimpliciter,
nec appareat pro qua parte, ergo magis ita pronuntiãdum
erit, quando quælibet pars probat ſe poſſediſſe pro certa
parte diuiſa,uel indiuiſa,quoniam in incertis, & non in cer
tis locus eſt coniecturis l. continuus.§.1.ff. de uerbo obliga.
& ita in terminis uoluit Bart. propriè loquens in his incor-
poralibus in l.fin. in fina. uerbis per illum text.ff.uti poſſide.
Sed in caſu noſtro utraque pars per ſuos teſtes probauit ſe
pro certa parte poſſidere, uel quaſi ius percipiendi deci-
mas grani,& lini ĩ dicta parrochia,quia teſtes producti pro
parte dictæ plebis,& clarius teſtes producti pro parte eccl.
S.Chriſtoph. probant, eccleſiã plebis pro parte percepiſſe
decimas in dicta parrochia,& pro certa parte probãt eccl.
S. Chriſtoph.percepiſſe ẽt dictas decimas ĩ dicta parrochia
per plures,& infinitos ãnos, & utrãque eccleſiã percepiſſe
pro parte dictas decimas,& per tantũ tẽpus, de cuius initio
memoria hominũ non extat,ergo iudex non poterit pronũ
tiare,niſi quòd ius decimandi,ſeu quaſi poſſeſſio iuris deci-
mandi ad utrãque eccl.pro parte conſueta ſpectet,atq; per
12 tineat,quia ſic probatũ fuit. ¶ Quarto † ubicunq; duo liti-
gant ſuper quaſi poſſeſſione decimarũ,& unus eſt, cui de iu
re cõmuni debeãtur,qualis eſt eccl.parroch.& alius eſt, cui
non debeantur de iure coĩ, ut quia eſſent canonici alicuius
eccl. ſi illi, qui habent præſumptionẽ iuris coĩs contra ſe,
non demonſtrent,neq; probent iuſtam cãm ſuæ quaſi poſ-
ſeſſionis,excludũtur,& ſuccumbunt,ẽt ſi ut ſpoliati agerẽt,
ut ante oĩa reſtituerentur: ſi uerò iuſtam cãm poſſeſſionis
demonſtrent,obtinere debent contra rectorẽ parrochianũ,
cui de iure coĩ decimæ debentur, & iuſta cauſa poſſeſſ. eſt
probare cõpoſitionem,& conuentionẽ factã eſſe inter eos,
uel præſcriptionẽ ẽt abſq; titulo legitimo,dummõ ſit præ-
ſcriptio tanti tẽporis,de cuius initio nõ extet memoria c. 2.
& ibi glò.in uerb.oſtẽdatur in fine,& Dom.in 1.col. de re-
ſtitu.ſpolia.in 6.iuncto c.1. de præſcrip.eo.lib. Poſito itaq;,
quòd de iure coĩ eccl.parrochiali,& non baptiſmali debeã
tur decimæ prædiales,tñ ex quo ĩ caſu noſtro probatũ fuit,
quòd ex cõuentione,& cõpoſitione inter dictas eccl. facta
eccleſia plebis S.Petri percepit decimas,item & ante cõpo
ſitionẽ,& conuentionẽ per tantũ tempus,de cuius initio nõ
extat memoria, ſequitur, quòd dicta eccleſia plebis debet
obtinere contra eccleſiam S. Chriſtophori parrochialem,
quia poſſeſſio,uel quaſi dictæ eccleſiæ plebis iuſtificatur ex

conuentione facta, ac etiam ex præſcriptione temporis, de cuius initio non extat memoria per prædicta: Præterea eccleſiæ plebis ita deberi poſſunt de iure cõmuni decimæ parrochiæ, ſicut eccleſiæ parrochiali, quamuis quãdoque uni magis, quàm alteri, ſecundum quod ſupra dictum fuit; ergo ad hoc, ut eccleſia plebis obtineat, ſufficit, quòd propter ſe quaſi poſſediſſe per tantum tẽpus, per quãtum poſſedit eccleſia parrochialis. Et hoc maximè uerũ eſt, quoniã poſito, quòd poſſeſſio dictæ eccleſiæ plebis non eſſet ita antiqua, ſicut quaſi poſſeſſio eccleſiæ parrochialis, adhuc dico ultra prædicta, quòd eccleſia plebis deberet obtinere, quantũ eſt pro parte ſuæ quaſi poſſeſſionis, de qua fuit probatum, nã ex quo probatum eſt, ut ex dictis teſtiũ apparet, quòd dicta eccleſia plebis poſſedit ius decimandi per 30. annos à die cuiuſdam conuentionis factæ inter dictas eccleſias, quam conuentionem probant teſtes utriuſque partis, & maximè teſtes conuẽtus, ſequitur, quòd dicta eccleſia plebis non dicitur à dicta eccleſia S. Chriſtophori poſſidere ui, clam, uel precario, & ſic iniuſtè, ex quibus infertur, quòd eccleſia ſancti Chriſtophori nõ poterit obtinere in hoc iudicio poſſeſſorio retinendæ contra dictam eccleſiam plebis, uel eius ar-
13 chipresbyterum, quia † ad hoc, ut quis in interdicto uti poſſidetis poſſit obtinere, requiritur, quòd ille, contra quẽ agit, ab eo poſſideat iniuſtè, ui, clam, uel precario, ſecus ſi ab eo poſſideret iuſtè, uel ab alio etiam iniuſtè ui, clam, uel precario, ueluti hoc probatur in l. 1. in princip. iuncto §. fina. cum l. ſequen. & ibi Barto. ff. uti poſſide. per Abba. & alios per il-
14 lum textum in d. c. licet cauſam: & † in interdicto uti poſſidetis ſufficit, quòd probetur poſſeſſio acquiſita etiam ex unico actu, & recenti, dummodo non ſit uitioſa, & iniuſta ab aduerſario, ut eſt de mente Ant. de But. in c. cum eccleſia, ibiq; Abb. in 6. col. de cauſ. poſſ. & proprieta. ¶ Et ex prædictis, ac etiam ex alijs, quæ poſſent adduci, inferri poteſt ad ſecũdum dubium, quòd dictus archipresbyter exigendo decimas in dicta parrochia pro parte conſueta, & ſibi tangente, & exactores decimarum coram iudice ſuper parte ſua conueniendo non dicitur moleſtare, nec inquietare dictam eccleſiam S. Chriſtophori, nec fratres illius, nec eis etiam iniu-
15 riam aliquam inferre, † quoniam ex quo archipresbyter utitur ſua quaſi poſſeſſione iuſta, ut ſupra probatum eſt, & ex quo utitur iure ſuo, non dicitur inferre moleſtiam, nec iniuriã, quia iniuria dicitur, quod iure nõ fit, ut in prin. Inſti. de iniu. & l. 1. in prin. ff. eod. Item ille, qui utitur ſua poſſeſſione iuſta, uel etiam iniuſta, quæ habet cauſam à tertio, non dicitur inferre moleſtiã, nec turbare, nec inquietare. Quod patet, quia cõtra eũ non poteſt quis agere interdicto uti poſſidetis, niſi ab eo poſſideret iniuſtè, ui, clam, uel precario, ut in d. l. 1. in fi. cum l. ſequenti, & ibi Bart. ff. uti poſſid. nam ſi ille, qui utitur ſua poſſeſſione iuſta, uel iniuſta, quam habet ab alio, diceretur moleſtare, & inquietare, contra eum poſſet agi remedio uti poſſidetis, quod datur, ut quis ceſſet a moleſtationibus, & propter moleſtationes illatas, ut ſupra, & tamen non datur, ut dictum eſt: item qui iure ſuo, ſeu quaſi poſſeſſione utitur, nemini facit iniuriam c. cum eccleſia Vulterrana de electio. ubi Abb. in 5. not. dicit etiam, quod
16 † ex quo quis prætendit ius habere, non dicitur facere iniuriam, ex quo utitur iure ſuo non in dedecus alterius, nec animo iniuriandi, quod in dubio non præſumitur l. merito ff. pro ſocio. Itẽ qui contendit in iudicio actione ordinaria, non dicitur uim facere, nec qui contradicit in iudicio ſuper ſua quaſi poſſeſſione incorporalium, dicitur moleſtiam, ſeu iniuriam inferre, ſed ſuam quaſi poſſeſſionem retinere, d. c. cum eccleſia, & ibi Ioan. de Imol. & dicit Domin. in c. 2. in 1. colum. de reſti. ſpolia. in 6. quòd qui ſuam poſſeſſionem, uel quaſi continuat, non ſpoliat, nec alium moleſtat c. olim, & c. cum ueniſſent extra de reſtitu. ſpolia. Ex quibus etiam infertur, quòd archipresbyter agendo coram vicario epiſcopi Feretrani contra exactores decimarum, quantum eſt ſolum pro parte ad eum ſpectante, & ſic pro parte conſueta, non dicitur iniuriam, ſeu moleſtiam aliquam intuliſſe eccleſiæ, & conuentui dictæ eccleſiæ ſancti Chriſtophori, & conſequenter hac de cauſa non fuit licitum recurrere ad conſeruatorem, ut inhiberet, & mandaret, prout fuit inhibitum, & mandatum; nec etiam ex eo, quòd cauſa decimarũ mota corã dicto vicario epiſcopi Feretrani eſſet cauſa pertinens ad dictam eccleſiam, & conuentũ S. Chriſtophori, cum omnes cauſæ dicti conuentus, & monaſteriorum fratrum hæremitarum poſſint cognoſci per conſeruatorẽ ſuũ,
17 ut in eorum priuilegio continetur, quia † ex quo talis cauſa decimarum mota contra exactorem, prius fuit mota, & cœpta coram ordinario loci, conſeruator non potuit ſe in ea intromittere, nec ordinarium impedire in cognitione cauſæ iam inchoatæ coram eo, ut colligitur ex tex. cum ibi not. per ſcribentes de offi. ordi. in c. ſtuduiſti. Et ſi in caſu noſtro conſeruator inhibuit uicario, tanquam ipſe uicarius non ſit iudex competens, & ad eum nõ ſpectet cognitio cauſæ motæ contra exactores decimarum, certè nõ potuit inhibere, quia vicarius epiſcopi Feretrani erat iudex competẽs, & loci ordinarius, qui habebat generalẽ iuriſdictionem in illo loco, & potuit cognoſcere de illa cauſa, quia præuenit ipſum cõſeruatorẽ, & ideò conſeruator nõ potuit illũ impedire d. c. ſtuduiſti, & ibi doct. Præterea conſeruator dicitur eſſe iudex dicti conuentus in cauſis mouendis per ipſos fratres cõtra alias, & ſic qñ ipſi eſſent actores, ut in dicto ſuo priuilegio, ergo non debet hoc trahi ad caſum, quãdo alius ageret cõtra ipſos fratres, uel alias ſuas perſonas, arg. eorũ, quæ notabiliter uoluit Domin. de S. Gem. in c. ad decimas in 1. col. de reſt. ſpol. in 6. ſi uerò inhibuit conſeruator alio reſpectu, uidelicet, quia dictus archipresbyter agendo contra dictos exactores decimatũ coram dicto uicario uidetur quodammodo moleſtare, & inferre iniuriã dicto cõuentui, & fratribus mediãte perſona exactoris, & quia ipſi fratres prætẽdebãt ad ſe dictas decimas ſpectare, & tunc ſimiliter dico nõ potuiſſe inhibere, quoniã ex quo archipresbyter agebat ſolũ pro parte decimarum de iure ad eum ſpectante, nõ dicebatur aliquã iniuriã, nec moleſtiã inferre, ut ſupra dictum
18 fuit, ergo propter hoc etiã non debuit inhibere: uel † ſaltem antequã inhiberet, debebat partẽ aduerſam citare, ex quo poterat allegari aliqua ratio, propter quã non deberet fieri inhibitio, & propterea inhibitio debuit fieri cũ cauſæ cognitione, & ſic parte citata, c. licet epiſcopus cũ ibi not. de præben. in 6. l. in cauſæ §. cauſa cognita ff. de minorib. & faciunt ea, quæ ſtatim dicã in ſequenti dubio: in quo uidetur cõcludendum eſſe, quòd talis inhibitio non ſit ualida, ſed nulla, ac nullum potuerit operari effectũ, quoniã ad hoc, ut inhibitio operetur, requiritur, quòd fuerit facta parte citata, & cauſa cognita, ut dictũ eſt, & probatur in c. romana §. ſi uerò cũ §. ſequen. de appell. in 6. ubi iudex inhibere non põt, niſi ſibi conſtiterit &c. conſtare autem dicitur, ſi pars fuerit citata l. fi. C. ſi per uim, uel alio modo, l. ĩ cauſæ §. cauſa cognita ff. de minorib. Inno. in c. dudum de præſumpt. gl. magna in clemen. 1. de offi. delega. & ita ſequitur Domin. in d. §. ſi uerò: & ita tenent communiter docto. quòd inhibitio ualidè fieri non poſſit ad inſtantiam partis, niſi aduerſarius citetur, ut per Ioan. de Imol. & Abb. in c. debitores de iureiuran. Ioan. de Imol. in l. 4. §. condemnatum, & ibi Alexan. in 9. colum. ff. de re iudica. & in l. titia in fine ff. ſolu. matrimo. ubi atteſtatur illam eſſe communem opinionem, quam etiam latè proſequitur Rodulphus in tracta. de uſuris in q. 131. ¶ Non obſtant not. per Ant. de Butr. & Ioan. de Imo. in c. tuam de ordi. cognit. per illum textum, qui uolunt, quòd iudex eccleſiaſticus poteſt mittere inhibitoriã iudici principalis cauſæ, abſque

abſque citatione,& cauſæ cognitione propter litis penden
tiã ſuper incidenti,& pendere dicitur lis ſtatim, quo mota
fuit,& ſic per citationẽ partis,clem.fin.ut lite penden.quia
19 multipliciter põt reſponderi, Primo,† quòd illud eſt uerũ,
qñ corã iudice eccleſiaſtico penderet quæſtio incidens, nã
propter litis pendentiã ſuper incidenti põt inhibere iudici
principalis cauſæ abſq; cauſæ cognitione,ſed in caſu noſtro
corã conſeruatore nõ pendebat lis aliqua ſuper incidenti
reſpectu cauſæ motæ corã vicario epiſ.Feretrani, quinimo
cauſa,quæ mota fuit corã cõſeruatore,erat alia cauſa prin-
cipalis ſeparata, & noua à cauſa mota corã vicario,nec ab
illa dependebat,quia corã vicario agebatur contra quẽdã
Bartolũ exactorẽ decimarũ,ut ſolueret partẽ ſolitã decima
rum dicto do.Raphaeli,ac corã do. conſeruatore agebatur
ſuper moleſtationib.& turbationib.inter aliàs perſonas, v3
inter fratres,& dictũ do.Raphaelem, ſeu ẽt dictum do.vica
rium,& alias perſonas de parrochia dictæ eccleſiæ S.Chri-
ſtophori,item corã do.cõſeruatore agebatur pro parte fra
trum contra dictũ do.Raphaelem ſuper ſtarijs 40.grani, &
mille libris lini,ergo nõ põt dici, quòd propter litis pendẽ
tiam ſuper incidentibus cauſæ principalis iudex, hoceſt do.
conſeruator potuerit abſq; cauſæ cognitione inhibere.Præ
terea Ioa.de Imol.& do.Ant.in d.c.tuã loquuntur,quando
de cauſa incidenti iudex cauſæ principalis non poterat co-
gnoſcere,quia erat iudex ſecularis, & cauſa erat eccleſiaſti
ca,ſeu ſpiritualis,de qua ſolũ iudex eccleſiaſticus cognoſce
re poterat,iuxta clem.diſpẽdioſam de iudic. ſed in caſu no
ſtro do.vicarius,cui fuit inhibitum, erat iudex competens,
& poterat cognoſcere de cauſa,propter quam facta fuit in
hibitio,ſicut do. conſeruator,item cauſa non erat incidens,
ſed principalis,& ſeparata à cauſa, quæ pẽdebat coram do.
vicario,ergo dicta do.Anto, & Ioan. de Imol.non obſtant,
quia loquuntur in alio caſu diuerſo,& conſequenter dicen
dum eſt, inhibitionem factam per do. conſeruatorem non
ualere, & reuocandam eſſe. ¶Quoad ultimum dubium
concludo,dictum do.Raphaelem nõ teneri, nec poſſe cogi
ad ſolutionem dictæ quantitatis grani,& lini percepti ab eo
pro decimis,ſeu pro parte decimarũ ad ipſum ſpectante,ex
quo de iure dicta pars decimarũ ad ipſum ſpectabat ratio-
ne iuris,& ſuæ quaſi poſſeſſionis percipiendi decimas,quo-
20 niam † commodum poſſeſſionis bonæfidei eſt fructus lucra
ri l. bonæ fidei .ff. de acquir. rer.domi. & Barto.in l.1.ff.de
acquir.poſſeſſ.cum ſimilibus. Præterea petitum fuit ipſum
do.Raphaelem cogendum eſſe ad reſtitutionem dictæ quã
titatis grani,& lini,ſed probatum non fuit, ipſum illam ha-
buiſſe,nec ipſum ad illã reſtituendã teneri : quinimmo ex
teſtibus tàm dicti do.Raphaelis,quàm dictorũ fratrum pro
batum fuit,quòd ipſe habuit ius percipiendi,& ſemper fuit
in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas pro certa parte,er
go ſequitur,quòd dictus do.Raphael eſt abſoluẽdus à peti-
tione dictorũ fratrũ, quia actore non probante intentionẽ
ſuam,reus,etſi nihil ipſe probauerit, eſt abſoluendus l. qui
accuſare C.de æden.c.fin.de iureiuran. multo magis ergo,
ſi actor non probauit intentionem ſuam,& reus per ſuos,&
actoris teſtes contra intentionẽ actoris probauerit. Ex qui-
bus omnibus apparet,quòd partes dñorum iudicantium in
præſenti cauſa ſunt,& eſſe debent in iudicãdo ad fauorem
do.Raphaelis,& contra dictos fratres agentes. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ante concilium Lateranenſe poterant ab eccleſia ex iuſta cauſa laicis in feudum concedi, & in eos perpetuo transferri, ut eas abſque peccato detinerent, & naturaliter poſiderent, ſecus poſt dictum concilium, num. 3. & 5.*

2 *Feudatarij naturaliter tantum poſident.*

4 *Papa ſolus per ſuum priuilegium ſpiritualia etiam laicis concedere, & hodie decimas laicis concedere, & in feudum dare põt.*

5 *Decimarum fructus hodie poſt concilium lateranenſe ab epiſcopo, et alio inferiori non poſſunt laico perpetuò, uel ad longum tempus concedi, ſed ſolum ad modicum tempus, & ad tempus uitæ ſuæ.*

6 *Conceſſio ad uitam alicuius hominis ſtrictè loquendo non dicitur perpetua, ſed potius temporalis.*

7 *Decimarum fructus quomodo laico ad tempus vitæ ſuæ concedi poſſint.*

8 *Decimandi ius tanquam quid ſpirituale etiam ad modicum tempus laico non poteſt concedi.*

9 *Decimæ ex iuſta cauſa ante concilium lateranenſe ab epiſcopo, & eccleſia laicis conceſſæ hodie poſt dictum concilium non poſſunt ab epiſcopo, uel laico uaſallo alteri laico etiam cum conſenſu epiſcopi in feudum cõcedi, ſeu in emphytheoſim, uel aliter ad longum tempus, & perpetuo locari.*

10 *Quid ſi alteri eccleſiæ concederentur.*

11 *Decimarum, illasque colligendi iuris laicus eſt incapax.*

12 *Decimæ ante concilium lateranenſe laicis in feudum concedi ſolitæ ſi ex aliqua cauſa ad eccleſiam, cuius erant, deuoluantur, & reuertantur, non poſſunt poſtea ab epiſcopo, ſeu prælato eccleſiæ etiam cum conſenſu ſuperioris alteri laico in feudum, ſeu aliter ad longum tempus concedi.*

13 *Et ſi concederentur, nullum ius ex tali conceſſione in laicum transferretur.*

14 *Decimæ in feudum à laico habitæ, & detentæ in dubio cenſentur, & præſumuntur conceſſæ poſt concilium lateranenſe, & per eccleſiam uendicari poſſunt, niſi laicus contrarium probauerit.*

15 *Et quando ante concilium prædictum præſumi debeant conceſſæ, & laicus contra eccleſiam obtinere poſſit.*

16 *Detentatio ſimplex etiam per tempus immemoriale non habet uim tituli in laicis, quoad ea, quorum laici ſui natura, & regulariter ſunt incapaces.*

17 *Titulus ſimoniacus eſt à canone reprobatus, nullumque ius transfert.*

18 *Decimæ etiam ante concilium lateranenſe in feudum laico conceſſæ non poſſunt per alium laicum præſcribi, præſertim contra eccleſiam, ad quam eſſent de iure deuolutæ.*

19 *Præſcribi non poteſt prohibitum alienari, prohibitione habente cauſam prohibitionis perpetuam, & titulum, ac poſſeſſionem inficiente.*

20 *Præſcriptio ſine poſſeſſione non procedit.*

21 *Nec cum mala fide, ſeu poſſeſſione iniuſta.*

22 *Mala fides, & poſſeſſio iniuſta in caſu, quo canon alienationem, & præſcriptionem prohibet, non excuſatur propter errorem iuris, & conſenſum, ac auctoritatem epiſcopi.*

23 *Ius patronatus à laico non contra eccleſiam, ſed contra laicum patronum præſcribi poteſt, & quare num. 24. Et an id ſit uerum numero 26.*

24 *Decimæ an à laico contra laicũ, cui illas habere de iure permiſſum eſſet, ita præſcribi ualeant, ſicut præſcribitur ius patronatus.*

25 *Ius patronatus poteſt à laico de nouo acquiri, & de laico in laicum cum conſenſu patroni transferri, dummodo labes ſimoniaca abſit.*

27 *Priuilegium, & præſcriptio etiam quo ad ſpiritualia à pari procedunt, idemque operantur.*

28 *Et quando id procedat.*

29 *Præſcribere poteſt etiam naturaliter tantum poſidens.*

30 *Res alienas detinens etiam nullam poſſidendi cauſam iuſtam habens non cogitur illas uendicanti reſtituere, niſi uendicans contra eum ſuam fundauerit intentionem.*

31 *Conceſſio alicuius rei, uel iuris in tali loco etiam per uerba generalia, & uniuerſalia facta non extenditur, niſi ad id, quod concedens in eo loco habebat, & niſi de iure concedentis appareat, nihil operatur etiã quoad acquiſitionem poſſeſſionis, & præſcriptionem, maximè nulla certi loci traditione facta.*

32 *Verbum, quædam, non eſt uerbum uniuerſale, ſed particulare, deſignans potius partem, quam totum.*

EPITOME.

DECIMAE *an, quando, & quomodo laicis concedi, & ab illis præſcribi potuerint, & poſſint, hic plenè agitur.*

CONSILIVM XXI.

IN PRAESENTI conſultatione, prætermiſſo ordine aliàs à me in conſulendo obſeruari ſolito, & omiſſis pluribus, quæ ſermone ſatis longo, & forte longiori, quàm neceſſarium foret, ſcripſerunt, & cumulauerunt docto.

docto. qui pro utraque parte conſuluerunt, & ad quorum conſiliũ pro diuiſione præſentis cauſa recurſum fuit, quàm breuiſſimè potero aliqua addendo, & ad inſtar Ruth meſſorum ueſtigia ſequentis poſt illorum terga ſpiculas derelictas colligendo, id, quod mihi de iure uerius uidebitur, cõcluſiuè dicam. Viſo igitur ingẽti ſcripturarum cumulo, nec non hinc inde maximo conſiliorum, ac allegationũ conflictu, illisq; diligẽter, ac maturè cõſideratis, ex quibus modo in unã, modo in alteram partẽ animus meus impulſus fuit, tandem fauorabiliorem partem amplectendo, cenſeo partes rectè iudicare debentis in hac cauſa fore, & eſſe in pronunciando, ac declarando benè, & iuſtè fuiſſe per R.D. Albertum Canonicũ Tridentinum, & in hac parte iudicẽ delegatum ad fauorem nobilis do. Ioannis Contis de Trilaco, iuxta ſeriem, & concluſionem conſilij deciſiui eximij Iuriſconſulti do. Ioan. Franciſci Bebij Regienſis referẽdarij de conſenſu partium electi iudicatum, & pronunciatum, maleq;, & iniuſtè fuiſſe appellatum, & de nullitate dictum pro parte nobilium de Calapinis à ſententia dicti do. Iudicis à quo, & in condemnando dictos de Calapinis in expẽſis per dictos de Trilaco iuſtè, & legitimè factis. ¶ Et pro ueritate huius determinationis, nec non pro reſolutione plurium hinc inde deductorum, & allegatorum, non recedendo tñ à communi theorica ſcribentium, quam in conſulendo, & iudicando ſemper amplecti debemus, ut dicunt cõiter Canoniſtæ in c. 1. & in c. ne innitaris, ibiq; Io. Andr. & Inno. extra de conſtitu. & Bar. & Bal. in l. 2. C. de pœna iudi. qui malè iudi. Pono aliquas concluſiones, ex quibus ad terminos præſentis quæſtionis cum eiuſdem deciſione inferã. Prima
1 concluſio ſit, quòd † ante Concilium Lateranenſe, de quo in c. prohibemus extra de decimis, & de quo habetur mẽtio in c. quamuis eod. titu. & in c. 2. §. ſanè cum ſeq. eod. ti. in 6. ac etiã in c. cum apoſtolica de ijs, quæ fiunt à præl. ſine conſenſu cap. ubi plenè habetur per ſcribentes, & quod, ut refert Io. And. & ſequitur Io. de Imo. in d. c. cum apoſtolica, editum fuit de anno 1179. tempore Alexandri tertij, qui multa in materia decimarum ſtatuit, ut in d. c. quãuis, & in pluribus alijs capitulis præcedentibus, & ibi per totũ de decimis, poterãt ab eccleſia ex iuſta cauſa decimæ in feudum concedi laicis, & in illos perpetuo ex tolerantia, & permiſſu eccleſiæ transferri; quas decimas, & ius illas colligẽdi laici poterant, & adhuc illas, quas tunc habuerũt, poſſunt abſq; peccato detinere, & naturaliter, ut feudatarij poſſidere d. c. cũ apoſtolica, ibiq; Abb. & cõiter alii docto. & habetur etiã in d. c. prohibemus extra de decimis, & in c. 2. §. ſanè cum §.
2 ſequen. eo. tit. in 6. † feudatarij enim tãtum naturaliter poſſident, ut not. in l. 3. §. ex contrario ff. de acq. poſ. & in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commodat. cum ſim. iunctis ijs, quæ habẽtur in c. cauſam quæ extra de præſcr. ubi Abb. & alii docto. maximè Moderni per illum textum iuncta gl. dicunt, quòd laici quamuis decimas ciuiliter poſſidere non poſſint, naturaliter tamen poſſunt illas poſſidere; quod eſt intelligendum de laicis, qui ante concilium Lateranenſe ha
3 buerũt decimas in feudum, † quoniam poſt illud ſi laico decimæ fuiſſent in feudum conceſſæ, illas nec ciuiliter, nec naturaliter poſſideret, ſed detineret, & cum peccato occuparet, ut eſt tex. in d. c. cauſam, & ibi ſcribẽtes: iuſta autem cauſa ante concilium Lateranenſe concedendi decimas in feudum fuit, ut ipſi defenderent eccleſias, & clericos ab hæreticis, & ab oppreſſoribus, ut dicit gl. in d. c. quamuis, & habetur in d. c. cum apoſtolica, & in d. c. 2. §. ſanè: ob has. n. cauſas eccleſia tolerauit, & contra regulas iuris in priuilegium laicorum permiſit, ut tunc decimæ poſſent ipſis in feudum cõcedi; hodie uerò indiſtinctè, & ſimpliciter hoc eſt prohibitum per Lateranenſe concilium, ut etiam ad tẽpus decimæ nõ poſſint dari in feudũ laicis ex quacunq; cauſa ab epiſco-
4 po, nec ab alio etiam de conſenſu epiſcopi, † nam ſolus Papa, qui per ſuum priuilegium ſpũalia etiam laicis cõcedere põt, ad tradita per Abb. in d. c. cauſam quæ, & per gl. in c. im per uim 10. diſt. & in ſumma 25. q. 7. cum ſimi. allegatis per Fel. in d. c. cauſam quæ, põt decimas laicis concedere, & in feudum dare, d. c. prohibemus, d. c. quamuis, & ibi do. Anr. & alij, & Abb. in c. ad hæc extra de decimis, ubi dicit, quòd nullus citra Papam põt ius decimandi, uel etiã fructus decimarum ad magnum tempus laico concedere, ut in d. c. quãuis cum ibi not. & eſt ratio, quia nullus citra Papã põt laicũ capacẽ iuris ſpũalis reddere, c. 2. de iudi. cum ibi not. & faciunt not. per gl. in §. uerũ 33. diſt. & per Imol. in d. c. cũ apo
5 ſtolica in 6. col. ¶ Secunda cõcluſio ſit, quòd † hodie poſt cõcilium prædictum fructus etiã decimarũ, ſeu illorum collectio non poſſunt per epiſcopũ, ſeu per alium inferiorẽ perpetuò, uel ad longũ tẽpus laico concedi, nec locari, ſed ſolũ ad modicũ tempus, ut in c. 2. extra de loca. & ita intelligi poteſt id, quod uoluit gl. in d. c. quãuis, dicẽs, quòd fructus decimarũ poſſunt concedi, ſeu locari laico ad tẽpus uitæ ſuæ,
6 † nã ſecundũ do. Abb. quãuis conceſſio ad uitã alicuius hominis largo modo dicatur perpetua l. 1. ff. pro ſocio, gl. in §. perpetua 10. q. 2. tñ ſtrictè loquendo talis cõceſſio propter dubiũ tẽporis, cũ laicus poſſet infra modicum tẽpus decedere, non dicetur perpetua, ſed potius tẽporalis, & ualebit, per gl. in d. c. quãuis, quæ non reperitur ab aliquo impugna
7 ta: † hæc tñ cõceſſio ad uitã fieri nõ poterit ſine auctoritate ſuperioris cle. 1. de reb. eccl. non alien. & facit id, quod habetur in c. fi. ne prælati uices ſuas: & dicit Abb. in d. c. ad hæc de decimis in 2. q. dũ quærit, an indiſtinctè prohibitũ ſit decimã laico cõcedi, quòd doct. dicunt, quòd in feudũ, ſeu in emphyteoſim cõcedi non põt d. c. ad hæc. Nec etiã põt decimã laico locari, uel aliquis contractus ſuper ea iniri, per quẽ uideatur facta alienatio, arg. c. nulli de reb. ecc. nõ alie. ſed ad modicũ tempus põt concedi etiã pro certa pẽſione, ut in d. c. 2. de locato, & in effectu uolunt dicere doct. ſecundũ Abb. quòd non põt fieri contractus, per quẽ trãsferatur dñium directũ, uel utile, quia tunc uideretur facta quædam alienatio de decima, ut in d. clem. 1. cum gl. ſed per cõceſſionẽ ad modicum tẽpus non transfertur dominium directũ, uel utile. Et hoc debet intelligi, quãdo cõcederetur fructus
8 decimæ, ſeu eius collectio: nã † ius decimãdi cũ ſit quid ſpũale, etiã ad modicum tẽpus laico concedi non põt, ut not. gl. in d. c. quãuis, & facit c. 2. de iudi. & quamuis gl. in d. c. quãuis multum ſingularis dicat, quòd ex cauſa fructus decimæ poſſint laicis in tempus uitæ ſuæ concedi, cuius dictum probari uidetur in d. c. ad hæc, tamen debet intelligi, ut ſupra dictum fuit ex mente Abba. in d. c. quãuis: hæc ponit, & firmat Abb. in d. c. ad hæc, & facit, quod uoluit Io. de Imo. in
9 d. c. cum apoſtolica, in 6. col. ¶ Tertia ſit concluſio, † quòd decimæ, quæ ex iuſta cauſa ante concilium Lateranẽſe fuerunt ab eccleſia, & ab epiſcopo laicis conceſſæ, non poſſunt hodie poſt concilium per epiſcopum, ſeu per laicũ uaſallũ alteri laico etiã cum conſenſu epiſcopi cõcedi in feudum, ſeu in emphyteoſim, ſeu aliter ad longũ tẽpus, & perpetuò locari: ita tenẽt doc. cõiter, ut refert, & ſequitur Abb. in d. c. prohibemus, reprobãdo gl. ibi, quæ cõtrariũ uoluit, dicit. n. Abb. ibi, nota gl. quæ uult, quòd laicus habẽs decimã in feudũ ab antiquo poſſit illã infeudare alteri laico de auctoritate epiſcopi: ſed contrariũ cõiter ſentiũt doct. hic, & uerius; primo per iſtũ tex. qui indiſtinctè hanc tranſlationẽ prohibet, ſecundo facit c. quãuis eod. ti. & c. fi. de deci. & uidetur apertè probari in c. cũ apoſtolica de ijs, quæ fiunt à prælat. ſine cõſens. capitu. & idem probatur in d. c. 2. §. ſanè cum §. ſequenti eodem titu. in 6. de decimis, nam ibi ſpeciale eſt, ut cũ auctoritate epiſcopi laicus poſſit concedere tales decimas alteri eccleſiæ, cuius decimæ uerè nõ eſſẽt, quia multũ non

non refert, quæ eccleſia habeat illas decimas, dummodo extrahantur de manibus laici, qui eas in feudum habebat, quæ ratio ceſſat, quando alteri laico concederentur: ergo uidetur, quòd ſi ſpeciale eſt in caſu, quo laicus uellet illas decimas concedere eccleſiæ, regulariter alteri laico dari, ſeu aſſignari non poterunt, argumento l. ius ſingulare. ff. de legib. ſi nanque laicus poſſet etiam cum conſenſu epiſcopi huiuſmodi decimas laico concedere, poſſet hoc tendere in magnum præiudicium eccleſiæ, cui decimæ debentur, nam per mortem iſtius laici feudatarij ſine liberis decimæ deuoluerentur ad eccleſiam, c. 2. de feud. vnde ſi ille laicus poſſet eas alteri laico concedere, poſſet illas fortè alicui laico filios, & deſcendentes habenti concedere, & ſic deuolutio ad eccleſiam impediretur contra text. in d. c. cũ apoſtolica, ubi ius fauet, & ſtudet deuolutioni huiuſmodi, ut decimæ de manibus laicorum extrahantur, & ad eccleſiam deuoluantur, ita eſt de mente Abb. expreſsè, cuius ſunt uerba prædicta, quæ etiam approbat Felin. in d. c. cauſam quæ in 3. colum. de præſcript. Idemque in terminis voluit Ioan. de Imol. in d. c. cum apoſtolica in 6. colum. & in gloſ. in uerb. lateranenſi, ubi alij doct. communiter hoc
10 idem ſequuntur, dicentes, † quòd aut laicus uaſallus uult decimas, quas in feudum habuit ante concilium lateranenſe, concedere eccleſiæ, quæ in illis directum dominium habet, & poteſt hoc facere etiam ſine conſenſu epiſcopi, & ſuperioris, ut eſt tex. in d. c. cum apoſtolica, quia res facilè ad naturam ſuam primæuam redit, arg. l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. aut uult illas concedere alteri eccleſiæ, & tunc non poteſt, niſi de conſenſu epiſcopi ẽt abſq; alia ſolemnitate requiſita in alienatione rei eccleſiæ, ut eſt tex. ẽt in d. c. cum apoſtolica, & in c. 2. §. ſanè cum. §. ſequenti de decimis in 6. aut uult illas concedere alteri laico ẽt cũ conſenſu epiſc. & tunc talis conceſſio fieri non põt, & facta eſt ipſo iure nulla tanquam facta contra expreſſam prohibitionem canonis
11 habentis perpetuam cauſam prohibitionis, uidelicet, quia † laicus iuris decimarum, & colligendi decimas, quæ etiam antiquitus dari in feudum laicis conſuetæ erant, eſt incapax d. c. prohibemus, d. c. adhæc, & d. c. quamuis, & argu. d. c. cum apoſtolica, & d. §. ſanè, ex eo, quòd decimæ dicuntur eſſe quid ſpirituale, & quoddam ſanctuarium Dei, d. c. adhæc, & d. c. cauſam quæ de præſcriptio. Ex quibus infertur,
12 † quòd ſi huiuſmodi decimæ, quæ ante conciliũ ſolitæ erant in feudum concedi laicis, eſſent ex aliqua cauſa quomodocumq; reuerſæ, & deuolutæ ad eccleſiam, cuius erant, puta uel propter lineam finitã, iuxta tex. in d. c. 2. de feud. & per Abb. in d. c. prohibemus, vel propter felloniã uaſalli, iuxta tex. cum ibi not. in d. c. 2. & in c. 1. quæ fuit prima cauſ. beneſic. amitten. vel propter alienationem, iuxta tex. in d. c. 1 in fin. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lotha. in c. 1. de prohib. feud. alie. per Fed. & ĩ c. 1. §. donare qualiter pote. olim feud. alie. in uſib. feudo. vel propter ceſſionẽ, ſeu renunciationem factã per laicum ipſi eccleſiæ, iuxta tex. in d. c. cum apoſtolica cũ ſimilib. epiſc. ſeu prælatus eccleſiæ ẽt cũ conſenſu ſuperioris ex poſtfacto non poterit illas decimas deuolutas alteri laico in feudum, ſeu aliter ad longum tempus concedere, ut in terminis uoluit Cald. in conſil. 1. in tit. de decimis, & idem ſequitur Ioan. de Imol. in c. 2. de feudis in penul. col. dicens, hanc opinionẽ eſſe ueriorẽ, & tutiorem, idemq; uoluiſſe Ioa. and. in d. c. prohibemus, quamuis cõtrarium inferatur ex uerbis glo. ibi, quam ſequitur in hoc do. Floria. de S. Petro. Non obſtat id, quod habetur in d. c. 2. de feud. ubi epiſcopus, & prælatus põt infeudare de re ad ipsũ reuerſa, & deuoluta, quæ ſolita erat in feudum concedi, & ſic infeudando non dicitur uenire contra ſuum iuramentum, quo iurauit non infeudare, ut ibi, & habetur, in c. ut ſuper de reb. eccle. non alienam. Quia illud procedit in re, & feudo temporali, cuius laicus eſt capax, nos uerò loquimur in feudo rei ſpiritualis, cuius eſt incapax d. c. prohibemus, & d. c. cauſam quæ. Et hanc opinionem Cald. ut ueriorem, tutiorem, magiſque communem ſequi debemus, tum quia in dubiis ſemper tutior uia eſt ſequenda, argu. c. in ciuitate extra de uſur. tum quia hæc opinio magis fauet eccleſiæ; & ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt perſonæ. ff. de religio. & ſumpti. fune. Item ex prædictis infer-
13 tur, † quòd ſi talis conceſſio fieret, ex ea ius aliquod in laicum non transferretur, ut colligitur ex dictis Abb. in locis præallega. qui uoluit poſt alios cõmuniter, quòd non transferatur dominium. Non transfertur etiam poſſeſſio aliqua etiam naturalis, ut in d. c. prohibemus, ibique doct. & eſt tex. in d. c. cauſam quæ cum ibi not. per ſcriben. Nec transfertur etiam ius præſcribendi, ex quo canon prohibet alienationem, & translationem huiuſmodi decimæ in laicum fieri, etiam ſi laicus credidiſſet tranſlationem hanc de iure fieri poſſe, & ſic in iure errauiſſet, argu. not. per glo. in c. 2. in uerb. poſt multum, & ibi Abb. in finalib. uerbis, ac etiam Ioan. de Imol. de his quæ fiunt à præla. & infra latius in ultima concluſione dicetur. ¶ Vnde infero ex præmiſſis ad terminos noſtros, quòd cum decimæ, quas illi de Belenzanis auctores illorum de Calapinis habebant, reuerſæ, & deuolutæ fuerint ad eccleſiam tridentinam per ceſſionem, & renunciationem illarum liberè in manibus epiſcopi factam, iuxta tex. in d. c. cum apoſtolica, ſequitur, quòd epiſc. illas non potuit de iure concedere in feudum illis de Calapinis, nec ipſos de illis inueſtire, & inueſtituræ factæ per plures epiſcopos ipſo iure ſunt nullæ, & ex eis nullum ius potuit Nobilibus de Calapinis acquiri, poſito etiam, quòd conſtaret, uerumque eſſet, quòd illæ decimæ fuiſſent ante concilium lateranenſe ex cauſa iuſta dictis de Belenzanis conceſſæ. Et è conuerſo ẽt infertur, quòd decimæ, quas illi de Gauardinis detinebant, & poſtea Nobilibus de Trilaco uendiderunt ducatis centum quinquaginta, ut ex quodam inſtrumento pro parte illorum de Trilaco producto apparet, dari & concedi non potuerunt illis de Trilaco ẽt accedente conſenſu epiſc. tridentini, & inueſtituræ oẽs de dictis decimis factæ Nobilib. de Trilaco ſunt ipſo iure nullæ, & ex illis nullum ius potuit ipſis de Trilaco acquiri, tũ quia factæ ſunt contra canonis prohibitionem, ut ſ. tum quia huiuſmodi conceſſio ſimoniæ labem ſapit, iuxta tex. in c. ſi. de rerum permuta. cum ibi not. c. quia clerici, & c. de iure extra de iu-
14 re patrona. ¶ Quarta ſit concluſio, † quòd quando non apparet expreſsè, quòd decimæ, quas laicus in feudum habet, & detinet, fuerint conceſſæ ante conciliũ lateranenſe, ſed dubium eſt, an fuerint conceſſæ ante, uel poſt, ſecundũ Hoſtien. Ioa. Mona. Ioa. de Lignano, & Archid. in dubio debẽt intelligi, & præſumi conceſſæ poſt dictum concilium, niſi laicus uaſallus contrarium probauerit, vz, decimas ſibi fuiſſe conceſſas ante cõcilium, uel poſt auctoritate Papæ, & ideò uendicari poſſunt per eccleſiam, ut habetur in d. c. cum apoſtolica, & in d. c. prohibemus, ut refert Domin. in d. c. 2. in. §. ſanè de decimis in 6. & Ioannes Andr. & alii in d. c. cum apoſtolica, quoniam eccleſia cum intentionem ſuam fundatam de iure communi habeat, obtinebit, niſi alius probet iuſtum titulum c. 1. de præſcript. in 6. tum etiam quia uertitur periculum animæ, quòd laicus detineat decimas d. c. cauſam quæ, & d. c. prohibemus: & ideò in dubio ſequendum eſt illud, quod eſt pro anima tutius d. c. in ciuitate, & c. iuuenis de ſponſalibus, tum quia talis poſſeſſio decimarum in laicis eſt odioſa, cum regulariter non cadat in laicum, d. c. cauſam, tum quia res facilè reuertitur ad id, quod ius, & natura ſibi ab initio cõceſſit l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. in uerſ. quod ſi, & c. cum uenerabilis poſt medium de cenſibus, tum etiam quia ſumma eſt ratio, quæ in dubio pro

eccleſia, & religione facit, d.l.ſunt perſonæ: & ſequendò
hanc opinionem Hoſtien.& aliorum de quibus ſupra,clarè
conſtaret, quod tàm Nobiles de Calapinis, quàm Nobiles
de Trilaco, eorumque omnium auctores nullum dicuntur
habere,nec habuiſſe ius in dictis decimis,de quibus inueſti
ti fuerunt,ex quo nõ fuit per eos plenè, nec ſemiplenè per
ueras, & legitimas probationes probatum, dictas decimas
fuiſſe ab eccleſia ante prædictum concilium cõceſſas: quæ
opinio Hoſtien. in practica fortè eſſet ſeruanda tanquam
magis fauorabilis eccleſijs, per ea, quæ uolunt doctores in
15 c.1.circa finem de conſtitu. ſed † Ioan. Andr.in d.c. cum
apoſtolica, quem multi ſequuti fuerunt, uidelicet Abb. Io-
an.de Imo.ibi,& Dominic.de S.Geminian. in d.c.2.in §. ſa
nè circa finem, uoluit, ut etiam refert, & ſequitur Abb. in
dubio præſumi debere conceſſas ante concilium Latera-
nenſe, alioquin propter difficultatem probandi laicus ſuo
iure facilè priuaretur,quod non eſt dicendum,& hoc duo-
bus concurrentibus,primo,quòd iſte laicus tanquam uaſal-
lus poſſederit decimas tanto tempore, de cuius initio non
exiſtat memoria;ſecundo,quòd ſit fama,& communis opi-
nio, quòd laicus illas decimas habuerit ante concilium; &
hoc probari debet,ſecundum Io.And.in d.c. cum apoſtoli
ca,& Domin.in d.c.2.§.ſanè: & cum hac opinione pertran
ſeunt ut plurimum doct.in d.c.cum apoſtolica, & in d.c.2.
16 in §.ſanè ſecundum Abb.qui ex prædictis inferr,quòd † ſim
plex detentatio etiam per tempus, de cuius initio nõ exiſtit
memoria,non habet uim tituli in laicis quo ad ea,quorũ lai
ci ſunt ſui natura,& regulariter incapaces,ut in ſimili habe
tur per Io.And.in d.c.3.de præb.in 6. Non obſtat text.in c.
1.de præſcr.in 6.ſecundum Domin.in d.§.ſanè,quia proce
dit in rebus,& iuribus,quæ poſſunt poſſideri,& præſcribi,&
quorum ille, qui detinet,ſui natura eſt capax, loquitur.n.in
eccleſijs,& clericis, qui poſſunt decimas poſſidere, & præ-
ſcribere d.c.cum apoſtolica cum ſimil. ſupra allegatis, ſed
prædicta procedunt in laico, qui nõ eſt capax decimarum,
& qui illas non poteſt poſſidere, neque præſcribere d.c.ad
cauſam quæ de præſcr. quamuis Io.de Fantucijs aliter dixe
rit,& non benè,quia etiam ſecundum Io.And. ut eũ refert
Imo.in d.c.cum apoſtolica in 7.col.ſi laicus probare põt,&
probauerit poſſeſſionem decimarum tanti temporis, cuius
initij memoria non exiſtit in cõtrarium, & ſic quòd ſemper
illas in feudum tenuerit, & quod non eſt memoria in cõtra
rium,& communis opinio,ſeu fama publica ſic ſe habet,ſe-
cundum not.per gl.in c.1.de præſcr.in 6.tunc laicus debe-
bit obtinere contra eccleſiam,quæ decimas uendicaret per
ea,quæ habentur in d.c.1.& in c.ſuper quibuſdã de uerb.ſi
gni. & hæc eſt magis communis opinio, quam ſequi debe-
mus:& quamuis Imo.poſt do.Flo.in d.c.cum apoſtolica ui-
deatur uelle id,quod Io.de Fantucijs,ac etiam Præpoſi.in c.
1.11.col.qui feu.dar.poſs.in uſib.feu. quòd ſufficiat proba
re poſſeſſionem tanti temporis,de cuius initio nõ exiſtit me
moria cum allegatione tituli ante concilium per d.c.1. de
præſcr.in 6.cui textui fuit reſpõſum, tamen opinio Io.And.
uel ſaltem Hoſt.eſt magis communis, & tutior, ac æquior,
ut dictum fuit.¶ Et ex his infertur ad caſum noſtrum,quòd
cum nobiles de Calapinis agentes,& uendicantes decimas
contra illos de Trilaco non probauerint ſe poſſediſſe per
tantum tẽpus,de cuius initio nõ exiſtit memoria, nec quòd
fama,& communis opinio ſit,quòd illas decimas ipſi,ſeu au
ctores ſui habuerint in feudum ante concilium,immò iſtud
per eos non fuit articulatum,ſequitur, quòd non dicentur,
nec præſumentur hmõi decimæ ipſis conceſſæ ante conci-
liũ,ſed poſt per prædicta.Ex quo infertur,præfatos de Ca-
lapinis in dictis decimis nõ habere dñium aliquod directũ,
nec utile,prout ipſi in eorum libello prætendunt, nec aliud
ius, propter quòd poſſint contra illos de Trilaco agere, &
obtinere,ut infra concludetur: Similiter cùm dicti nobiles
de Trilaco non articulauerint, nec probauerint de publica
uoce,& fama,quòd ipſi, ſeu auctores ſui hmõi decimas an-
te cõcilium habuerint,quãuis fortè probauerint de poſſeſ-
ſione,ſeu de detentatione tanti tẽporis,de cuius initio non
exiſtit memoria,ſequitur,quòd ipſi nõ dicuntur habere ius,
ſeu dominium utile, nec etiã ius poſſidẽdi in dictis decimis,
& præſertim cum ipſi de Trilaco habuerint dictas decimas
ab illis de Gauardinis ex titulo emptionis pro pretio 150.
17 ducatorum,& ſic ex titulo ſimoniaco,† qui titulus tanquam
à canone reprobatus nullum ius transfert c.ſi.de rer.perm.
c.cum pridem de pactis, c.2.cum ibi no.de arb.c.cum laici,
& c.de iure cũ ſim.extra de iur.patr.¶ Quinta,& ultima ſit
18 concluſio,† quòd decimæ etiam ante concilium in feudum
laico conceſſæ non poſſunt per alium laicum præſcribi præ
ſertim contra eccleſiam, ad quam illæ eſſent de iure deuo-
lutæ;ita ex prædictis infertur,& probatur multipliciter,pri-
mo ex generalitate text. in d.c. cauſam quæ, ſecundo quia
19 † cum hmõi decimæ ſint hodie poſt concilium laicis prohi
bitæ quomodocunque alienari etiam cum conſenſu epiſco
pi,d.c.prohibemus,& patet ex prædictis,quæ prohibitio ha
bet perpetuam cauſam prohibitionis, quia ſanctuariũ Dei
iure hæreditario non defertur c.ad hæc de decimis.cum ibi
not.item quia laicus eſt incapax rei ſpiritualis, & ſic deci-
marũ d.c.cauſam quæ,d.c.prohibemus,d.c.quãuis de deci-
mis,c.2.de locato,& c.2 de iudic.ſequitur, quòd etiam per
laicum non poterunt aliquo tẽpore præſcribi,quoniã pro-
hibitio alienationis adeò inficit titulum,ac etiam poſſeſſio-
nem,quòd etiã præſcriptio dicatur prohibita l.ubi lex inhi-
bet ff.de uſucap.l.alienationis cum gl.ff.de uerb. ſig.gloſ.&
ibi Abb.& alij in c.2.in uerb.multũ de ijs,quæ fiunt à præ-
lat.l.quemadmodum C.de agri.& cenſi.lib.11.c.1.de pro-
hib.feud.aliena.per Fed.& in c.1.de prohib.feud.alien.per
Lothar. Præterea cum poſt concilium ſit prohibitum laicis
decimas poſſidere etiam ex quacunque conceſſione epiſco
pi,uel alterius de conſenſu epiſcopi,etiam ſi eſſent decimæ
ſolitæ concedi laicis ante concilium, ut ſupra concluſum
fuit poſt Abba.in d.c.quamuis,& in d.c.prohibemus,& per
Calda.in d.conſi.1.cum ſimilib. ſequitur, quòd tales deci-
mas laicus nõ poterit præſcribere aduerſus eccleſiam, nec
20 contra alium,quoniam † ſine poſſeſſione non procedit præ
ſcriptio c.ſine poſſeſſione de regu.iu.in 6.l. ſine poſſeſſione
de uſucapio.& habetur per glo.& doct.in d.c.cauſam quæ.
21 Præterea & quarto, † laicus poſt concilium non poteſt de
nouo acquirere iuſtam poſſeſſionem decimarum etiam ea-
rum, quæ ante concilium dari in feudum conſuetæ fuerũt;
alioquin talis poſſeſſio diceretur iniuſta, & laicus malè, &
iniuſtè, & cum peccato detineret d.c.prohibemus, ubi ca-
ſus,& d.c. cauſam quæ de præſcriptio. ergo huiuſmodi de-
cimas non poteſt præſcribere,c.poſſeſſor de reg.iur.in 6.&
c.fina.de præſcriptio.cum ſimilib. & dicit glo.in c.1. in uer.
niſi de præſcriptio.in 6.quòd cum mala fide, ſeu cum poſ-
ſeſſione iniuſta non poteſt quis rem, ſeu decimam præſcri-
bere etiam ſpatio tanti temporis, de cuius initio non exiſtit
22 memoria; & † error iuris, & conſenſus,ac auctoritas epi-
ſcopi non excuſant,nec purgant malam fidem,& poſſeſſio-
nem iniuſtam in caſu, quo canon prohiberet alienatio-
nem, ſeu præſcriptionem, prout in caſu noſtro prohi-
bet, ut uolunt gloſ. Abb. & Imol. in c.2. de ijs, quæ fiunt
à prælato ſin.conſen.capi.d.l.quemadmodum C.de agri-
co.& cenſi. & faciunt, quæ habentur per Abbatem in c.
conſultationibus de iure patrona. Non obſtat quòd res ſpi
ritualis, ſeu annexa ſpirituali quamuis non poſſit imme-
diatè contra eccleſiam præſcribi, poteſt tamen præſcribi
contra laicum,cui à iure conceſſum fuiſſet, & permiſſum il
23 lud ſpirituale habere, ut patet in iure patronatus, † quod
laicus

laicus non poteſt contra eccleſiã præſcribere,Ioa.and.in c.
quod alicui de reg.iur.in 6.in mercurialibus,Abb.in c.ſanè
de priuileg.& Alex.in conſil. 75. in 4.uolu. ſed benè illud
præſcribit contra laicum patronum, ut habetur per Abba.
in c. querelam de electio. iunctis iis, quæ habentur in c.
hortamur per Moder.71.diſtin.& per Ioan.And. & Domi.
in c.fina.de iure patron.in 6. Abb. in c. cum eccleſia ſutri
na de cauſ.poſſeſſ.& proprie.ergo uidetur idem dicendum
de decimis, quarum laicus ex iuris permiſſione capax fa-
ctus fuerat, quia pluribus modis poteſt reſponderi, primo,
quòd in caſu noſtro præſcriptio procederet contra eccle-
ſiam, ad quam decimæ erant deuolutæ per alienationem
factam ab illis de Gauardinis, iuxta tex.in c.1. quæ fuit pri-
ma cauſa benefic.amitten. & in c. 1. in fin.de prohib. feud.
aliena. per Lotha. & c. potuit de locato; Item per renun-
ciationem, & ceſſionem factam de decimis in manibus epi
ſcopi per illos de Belenzanis, iuxta d.c. cum apoſtolica, &
quamuis eccleſia, ſiue epiſcopus de illis decimis poſtea No
biles de Calapinis, & Nobiles de Trilaco inueſtiuerit, ta-
men tales inueſtituræ fuerũt ipſo iure nullæ, & per eas nul
lum potuit ius ipſis acquiri, ut ſupra dictum, & concluſum
fuit; ergo in caſu noſtro præſcriptio proceſſiſſe contra ec-
cleſiam ſuper decimis diceretur. ſecundo reſpondeo, quòd
ex quo non conſtat huiuſmodi decimas fuiſſe conceſſas in
feudum ante concilium prædictum, illæ præſumuntur con-
ceſſæ poſt concilium, ut dictum fuit ſupra in quarta conclu
ſione: Et ideò ſicut non poſſunt alienari in laicum d.c.quã
uis cum ſimilib. ita non poſſunt præſcribi d. c. cauſam quæ
cum glo.Tertio reſpondeo, quòd quamuis diſtinctio prædi
cta poſſit eſſe uera in iure patronatus, tamen non habebit lo
24 cum in decimis etiam ante concilium conceſſis, † quoniam
ius patronatus non eſt ſpirituale, ſed annexum ſpirituali, &
ideò magis & facilius laico acquiri poteſt c.3.de iur.patro.
iuncto c. quanto de iudiciis, d. c. de iure, & c. cum laici de
iur.patrona.ſed decimæ ſunt merè quid ſpirituale, c.adhæc
de decimis, & d.c. cauſam quæ: Vel melius dicendum eſt,
quòd prædicta diſtinctio, quæ habet locum in iure patro-
25 natus, non procedit in decimis, quia † laicus hodie etiam
de nouo acquirere poteſt ius patronatus, d. c. 3. c. cum no
bis, & per totum extra de iur. patrona. & illud poteſt de
laico in laicum transferri cum conſenſu patroni, dummodò
non interueniat labes ſimoniaca, ut habetur in c.1.in c.cum
laici, & in c.de iure per glo. & docto. de iure patrona. & in
c.1.eod.titu. in 6. vbi ius patronatus tranſit etiam ad hæ-
redes extraneos; Item legari, & donari poteſt etiam laico,
quod non eſt in decimis etiam ante concilium conceſſis,
quia epiſcopus, ſeu alius de conſenſu epiſcopi non poteſt
illas dare, nec concedere alteri laico, ut dictum fuit per tex.
in d.c.quamuis, & in d.c.prohibemus, cum ſimil. Vnde cum
diuerſa ſit ratio, non poſſumus de uno ad aliud arguere d.
c. cum apoſtolica, & in l. papinianus exuli.ff. de minorib. l.
inter ſtipulantem.§. ſacram uerſic. ſed & hæc diſſimilia.ff.
de uerbo. obligatio. & c. per uenerabilem qui filii ſint le-
26 git. Quarto dici poteſt, quòd † illa diſtinctio etiã in iure pa
tronatus non procedit, immò indiſtinctè uidetur uerius,
quòd ius patronatus tanquam res ſpiritualis, ſeu annexa
ſpirituali præſcribi non poſſit per laicum, ut uoluit Archid.
in d.c. hortamur 71. diſtinctio.quem defendit, & ſequitur
Abb.in ſua diſputatione incip. Augerio in 9. column. in
uerſic. ex his ſequor, ac etiam in d.c. querelam in 4.colum.
de electio. & cum hoc etiam pertranſire uidetur Felin. in
d. c. cauſam quæ in 3.colum. quamuis Ioan. Andr. in d. c.
quod alicui aliter ſentire uideatur. ¶ Non obſtat etiam
27 prædictæ concluſioni, quòd † priuilegium, & præſcriptio
à pari procedunt, idemque operantur etiam quoad ſpiri-
tualia c. cum contingit de foro compe. c. auditis, & c. cum
olim de præſcrip. ſed laicus mediante priuilegio ſpirituali
poteſt acquirere, c. adrianus, c. in ſynodo 73. diſtinct. &
glo. in c. imperium 10. diſtinct. ergo & mediante præ-
ſcriptione: quia primo reſpondetur, quòd attenta hac ra-
tione ſequeretur, quòd laicus poſſet hodie indiſtinctè præ-
ſcribere decimas, cum hodie indiſtinctè poſſit illas ex pri-
uilegio Papæ acquirere, ut ſupra dixi, & per ea, quæ ha-
bentur per Abba.in d. c. ad hæc, & per Imolen.in d.c. cum
apoſtolica cum ſimilibus ſupra allegatis in fine tertiæ con-
cluſionis, quod tamen eſt falſum, ut eſt text.in d.c. cauſam
28 quæ. Secundo reſpondeo, quòd † æquiparatio, quæ fit in-
ter præſcriptionem, & priuilegium, procedit data capa-
citate in præſcribente, ut eſt text.in c.1. de præſcriptio. ſed
data eius incapacitate plus poteſt priuilegium, quam præ-
ſcriptio, ita hanc obiectionem ſoluit Abb. in d. c. cauſam,
quem alii ſequuntur, & Abb. in c. quinto in 1. not. extra
de conſuetud. Domin.in c. catholica 11.diſtinctio. & ſub-
dit Abb.in d. c. cauſam idem eſſe de his, quæ ſunt annexa
ſpiritualibus, ſed laicus eſt incapax hodie etiam illarum de-
cimarum, quæ ante concilium ſolitæ erant laicis in feu-
dum dari, d. c. prohibemus, & dixi ſupra ergo &c. Et ſic
ex prædictis uidetur concludendum, quòd etiam decima,
quæ ante concilium ſolita fuit dari in feudum laicis, hodie
per alium laicum nõ poſſit præſcribi, maximè quando eſſet
ad eccleſiam reuerſa per rationes, & iura prææallegata, non
autem ex illa ratione, quòd ius patronatus per laicum ſal-
tem contra laicum præſcribi poteſt, ut dixi, nec etiam ex
eo, quod quidam dicebant, uidelicet quòd cum laicus hu-
iuſmodi decimas non dicatur poſſidere ciuiliter, ſed natu-
raliter tantum, iuxta ea, quæ habentur in d.c. cum apoſto-
lica, & in d. c.cauſam, ſequitur, quòd illas laicus præſcribe-
re non poteſt, nam ſola ciuilis prodeſt ad præſcribendum,
glo.& docto. in d.c.cauſam, & Barto.in l. 3.§. ex contrario
29 ff. de acquir. poſſeſſ. quia † licet laicus decimas naturaliter
tantum poſſideat, tamen poterit illas præſcribere, ut patet
in uſufructuario, qui præſcribit ius uſusfructus, ut in l. fin.
in fine C.de præſcriptio. longi.tempo. cum ibi not.per glo.
& docto. & tamen dicitur naturaliter ſolum poſſidere. l.
naturaliter .ff. de acquiren. poſſeſſ. l. fin. & ibi Barto.ff. uti
poſſid. not. in d.l.3.§. ex contrario & in l. ſi ut certo .§.
ſi duobus uehiculum .ff. commoda. ſicut ſola ciuilis cau-
ſat acquiſitionem fructuum, ut in .l. qui ſic. §. in alieno
ff. de uſur. & ibi gloſ. & gloſ. in d.§. ex contrario, & tamen
uſufructuarius, qui tantum naturaliter poſſidet, facit fru-
ctus ſuos .l. ſi uſufructuarius. ff. quibus mod. uſusfructus
amitta. & Barto. in d.§. ex contrario. Procedit ergo con-
trarium in eo, qui ciuiliter, & naturaliter, uel ciuiliter tan-
tum poſſideret, ſed in eo, qui naturaliter tantum poſſide-
ret, ſecus eſſet, quia ex tali ſua naturali poſſeſſione præ-
ſcribere poſſet, quando illa naturalis non aduerſaretur ci-
uili, ut patet in uſufructuario: vera eſt igitur prædicta con
cluſio per ea, quæ dicta ſunt. ¶ Et ex prædictis infertur,
quòd Nobiles de Trilaco decimas, de quibus agitur, præ-
ſcribere non potuerunt aduerſus Nobiles de Calapinis,
quia poſt concilium lateranenſe laicis nullum ius, nullaq;
poſſeſſio potuit de iure acquiri ex conceſſione epiſcopi, uel
alterius de cõſenſu epiſcopi in dictis decimis, etiam poſito,
quòd illæ fuerint ante concilium cõſuetæ dari laicis in feu
dum; & ideò tam nobiles de Calapinis, quam Nobiles de
Trilaco nullum ius poſſunt in illis prætendere: malè ergo
egerunt illi de Calap. contra Nobi. de Trilaco uendicando
decimas ratione dñij directi, uel tituli: & propterea quo
ad decimas, quas Nobiles de Trilaco detinent, & poſſident
in uilla Couali, & alibi, ſuper quibus agitur, ex quo Nobiles
de Calapinis in illis ius aliquod de iure prætendere ne-
queunt, dicti de Trilaco ſunt abſoluendi à petitionibus di-

ctorum de Calapinis,quia cum domini de Trilaco illas decimas detineant,& poſſideant, ut per eos probatum fuit, & pars aduerſa confeſſa fuit,& pro parte ipſorum de Calapinis probata non fuerit eorum intentio, nec aliquod ius, ex quo potuerint intentionem ſuam fundare, ut ſupra dictum fuit,ſequitur,quòd ab illorum petitionibus nobiles de Trilaco ſunt abſoluendi, quia ipſi quo ad Calapinos liberas ædes habent,argumento l.loci §.competit ff.ſi ſerui. uendi.

30 & † res alienas detinens licet nullam cauſam iuſtam habeat poſſidendi,illas tamen non cogitur uendicanti reſtituere,niſi ille contra eum ſuam intentionem fundauerit l.fi.C. de rei uend.non.n.refert,an reus poſſideat iuſtè,uel iniuſtè,dũmodo actor cõtra eum non fundauerit intentionẽ ſuam, l.qui accuſare C.de eden.& traditur per Innocen. in c.ſolet de ſenten.excommu.& ſic unuſquiſque habebit decimas,quas

31 detinet,& ſolitus eſt exigere. Præterea † cum ab initio fuerint ab epiſcopo conceſſæ decimæ Calapinis,quas habebãt, & poſſidebant illi de Belinzanis in uilla Couali, ſolum illæ dicuntur ſibi conceſſæ, quas illi de Belinzanis, & ſucceſſiuè illi de Calapinis poſſediſſe probantur, & ſic conceſſio non extenditur niſi ad eas,quas auctores Calapinorum habuerunt, & tenuerunt,per ea,quæ uolunt Bart. Dyn.& alij in l.ſi ſic §.ſi mihi ff.de leg.1. per illum tex.& per tex.in l.legaui ff.de libera.leg.qui dicunt, quòd ſi comes conceſſit eccleſiæ,quicquid iuris ipſe habet in tali loco, ſeu in talli villa,hæc conceſſio nihil operatur, niſi de iure concedentis appareat, debuit enim probari, & conſtare id, quod Comes in dicta villa tenebat,& poſſidebat, alioquin incertitudo impedit acquiſitionem poſſeſſionis,& conſequenter ex tali cõceſſione non potuit uſucapiendi, ſeu præſcribendi conditio transferri,l.3.§.incertã,l.locus,l.ſi quis fundum ff.de acquiren.poſſeſſio.& faciunt, quæ habentur per Specul.in titulo de locato in §.nunc uerò aliqua uerſic.58. & uerſi.76. Baldus in l.quòd ſi in uenditione, & in l.quod ſi ſic in lectura antiqua ff.de hæredi. uendit. & hoc maximè uerum eſt, quando ultra conceſſionem huiuſmodi generalem nõ fuit facta traditio certi loci,ſeu totius loci,& fundi, prout in caſu noſtro non fuit facta traditio decimarum totius villæ Couali ipſis Calapinis,per ea,quæ voluit Barto.in l.emptor ff. pro empto. & nobis ad propoſitum benè inſeruit id, quod uoluit Oldrad. in conſil.164. incipien. uiſo priuilegio, ubi Comes conceſſit, ſi quid in dicto loco habebat, per quæ verba generalia, & ſub quodam confuſo ſermone prolata nihil iuris dicitur collatum, niſi quantum Comiti competere oſtendatur per d.l.ſi ſic,& d.l.quod ſi in uenditione, & argumento l.quintus mutius ff.de auro,& argento lega. l.non deſignata l'ultima C.de fals.caus. adiect.lega. & hoc apertè deſcribit lex,dum dicit,quòd ſi dicam,quicquid iuris habeo in hoc fundo,tibi trado, & incertum ſit,quantum iuris habeam,nihil dicor tradidiſſe, & tu nihil diceris conſequi d.l.3.§.incertam,& l.locus cum ibi not.l.ſi fur.§. ultimo ff.de uſucap.Niſi ergo dicti de Calapinis ultra conceſſiones ipſis factas aliquid aliud probent,uidelicet,quòd ius auctores ſui de Belinzanis habuerint ſuper decimis in villa Couali, certum eſt, quòd eorum intentio non dicitur plenè, nec ſemiplenè probata,quoniam exhibitio ſuorum priuilegiorum per ſe nihil releuat, nec iuuant confirmationes plurium epiſcoporum poſtea ſubſequutæ, quia de intentione confirmantium non fuit aliquid de nouo dare,ſed confirmare prius habita,& poſſeſſa,& nõ ultra, c.inter dilectos §.porro de fide inſtrumentorum,vnde cum prima conceſſio per ſe ſola non iuuet ipſos Calapinos,non iuuabunt etiã confirmationes priuilegiorum, quæ ex ipſa prima cauſa originem acceperunt, ut à primordio tituli poſterior formetur euentus l.1.C. de impo. lucra.deſcrip. lib.10.& eſt caſus in c.cum inter uos circa finem extra de iudiciis: Hæc ſunt,quæ inferunt uerba Oldrad.in d.conſi.Coadiuuantur etiam præmiſſa ex uerbis primæ inueſtituræ, quam fecit R. epiſcopus dominus Georgius, in qua dicitur,quòd quidam Rodulphus de Belinzanis reſignauit, & refutauit in manibus præfati epiſcopi omne ius ſuum, quod habebat, & habere poterat,& uiſus eſt habere per ſe,ſiue per prædeceſſores ſuos iam pluribus annis, & habet de præſenti in quadam decima in uilla Couali &c. & ſic per uerba generalia, & ſub quodam confuſo ſermone prolata facta fuit prima conceſſio, ergo ſolum uidetur conceſſa illa decima, quæ ultra dictam conceſſionem conſtat legitimè fuiſſe illorum de Belinzanis. Præterea cum reſignatio decimæ, & conceſſio etiam facta fuerit de quadam decima, quam habuerunt illi de Belinzanis, ſequitur, quòd nõ dicitur facta de tota de

32 cima villæ Couali,ſed potius de parte,quia † hæc uerba, de quadam decima non ſunt uniuerſalia, ſed particularia, & deſignant potius partem, quam totum, ut eſt textus, & ibi Albericus in l.quædam ff. de acquirendo rerum domin. & idem Alberic. poſt Cynum in l. quædam ff. de iure codicill. Ex quibus omnibus clariſsimè conſtat ipſos nobiles de Trilaco omnino eſſe abſoluendos à petitionibus per illos de Calapinis factis, & pronunciandum eſſe, ut ſupra dixi in principio: In reliquis me remitto ad ea, quæ ſatis copioſè deduxit dominus Ioannes Franciſcus Bebius Regienſis, ad cuius relationem lata fuit ultima ſententia ad fauorem Nobilium de Trilaco, qui cætera dubia ſatis clarè dilucidauit, & quoad illa in eius ſententiam venio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Miſſas ſolennes in præcipuis feſtiuitatibus, abſente epiſcopo, celebrare ad archipresbyterum, & non ad archidiaconum de iure communi ſpectat.*

2 *Subrogatio facta intelligitur, vt naturam primæuam, & originalem eius, in cuius locum fit, ſapiat.*

3 *Vicarij officium differt ab officio archidiaconi, & archipresbyteri, & quod ſit horum omnium officium.*

4 *Vicarius generalis epiſcopi in his ſe non intromittit, in quibus alius vicarius ſpecialiter eſt deputatus, contra nume.40.*

5 *Iudex vnus de iuriſdictione alterius ſe non intromittit, quando officia ſunt diſtincta.*

6 *Archiepiſcopus de cauſis ſuffraganei ſe non intromittit.*

7 *Epiſcopus iuriſdictionem ordinariam non habet, nec eam per ſe, aut per alium exercere poteſt in loco illo diœceſis, in quo vicarius ſpecialis ex iuris diſpoſitione, ſeu ex conſuetudine derogatiuè, & non accumulatiuè eſt deputatus.*

8 *Argumentum de loco ad cauſam procedit.*

9 *Archidiaconus non poteſt ab epiſcopo ad libitum reuocari, nec alteri committendo prohiberi exercere ea, quæ ipſi ex ſua ordinaria iuriſdictione competunt, & nume.33. vbi hoc declaratur.*

10 *Epiſcopus non poteſt tollere, nec impedire ea, quæ archidiacono ex conſuetudine, ac etiam ex ſtatuto loci, & eccleſiæ competunt, & num.33. vbi hoc declaratur.*

11 *Vicarius generalis epiſcopi quando tanquam vicarius epiſcopi ſpiritualia quoque, & diuina poſſit exercere, & nume.19.*

12 *Vicarius quoad ea, quæ poteſt exercere ex generali conceſſione, vel ex particulari commiſſione, vel ex expreſſione aliquorum ſpeciale mandatum requirentium cum clauſula generali, & prægnanti, cenſetur eadem perſona cum epiſcopo, eademque vtitur prærogatiua, & iuriſdictione, & vtriuſque vnum, & idem eſt tribunal, eademque poteſtas, & iuriſdictio.*

13 *Vicarius quoad iuriſdictionem, & ea, quæ ratione officij ſui poteſt exercere, epiſcopo ſubditus, & minor eſſe non dicitur.*

14 *Vicarius generalis etiam in ſibi competẽtibus de iure ſpeciali, vel ex clauſula generali cum ſpecificatione aliquorum expreſſam mentionem requirentium, dicitur ordinarius, & iure proprio ex ſua ordinaria iuriſdictione illa exercere, quando cum generali conceſſione ſimul, & ſemel etiam requirentia ſpeciale mandatum conceduntur, ſed quando ex interuallo, & diuiſim conceduntur, eſt delegatus, & in illis iuriſdictionem habet delegatam.*

15 *Miſſæ ſolemnes celebrandi officium eſt per epiſcopum, ac etiam illo inferiorem delegabile.*

16 *Delegare qui poteſt ea, quæ ſunt iuriſdictionis contentioſæ, multo magis delegabit ea, quæ ſunt iuriſdictionis uoluntariæ.*

17 *Delegatus ſemper re integra reſpectu eiuſdem cauſæ præfertur ordinario, & quo ad cauſam ſibi commiſſam quocunque ordinario maior eſſe cenſetur.*

18 *Epiſcopus, & archidiaconus in uiſitatione concurrunt: Et ad uiſitandum poteſt epiſcopus alium deputare: In uiſitatione tamen & epiſcopus, et deputatus ab eo archidiacono præfertur.*

19 *Vicarius epiſcopi quando in omnibus etiam ſpiritualibus, & diuinis deputatus cenſeatur.*

20 *Vicarius generalis epiſcopi in iis, quæ ſibi ut uicario competunt, ſemper archidiacono tanquam inferiori eſt præferendus, etiam in caſu, quo conſuetudo, ſeu ſtatutum extaret, quòd archidiaconus eſſet uicario præferendus.*

21 *Statutum, ſeu conſuetudo, quòd minor maiori præferatur, non ualet.*

22 *Archidiaconus reſpectu quorum in iis, quæ ſibi de iure competunt, primum locum obtinere, & poſt epiſcopum illius eſſe uicarius dicatur.*

23 *Maiorem alterum altero eſſe, & alterum alteri eſſe præferendum etiam in eo, quod ipſis in ſolidum ex poteſtate ordinaria competit, non inconuenit.*

24 *In iuriſdictione eadem ordinaria concurſus plurium datur quandoque accumulatiuè, quandoque derogatiuè, & quandoque ordinatiuè, ſeu ſecundum prius, & poſterius.*

25 *Iuriſdictio pluribus in ſolidum competens in dubio cenſetur competere accumulatiuè, & quomodo dicatur ſic competere: & quomodo ordinatiuè, num. 27. & quomodo derogatiuè, num. 28.*

26 *Præuentioni locus eſt in iuriſdictione pluribus in ſolidum accumulatiuè competente: Idem in duobus ordinariis, & delegatis datis cum clauſula, uel alteri ueſtrum.*

29 *Statutum non debet intelligi, ut alteri, & iuri iam alteri quæſito præiudicetur, nec ultra ſtatuentium intentionem.*

30 *Officialium plures ordines in eccleſia dantur, & quomodo alter alteri præferatur, & alter altero maior, ſeu minor eſſe dicatur.*

31 *Archidiaconus, ſi etiam eſt presbyter, præfertur Archipresbytero, etiã quo ad celebrandas miſſas ſolemnes, & alia, quæ ſunt ordinis, & ratione ordinis competunt.*

32 *Vicarius generalis epiſcopi presbyter, & in ordine ſacerdotali conſtitutus, præfertur archidiacono, & archipresbytero etiam in iis, quæ ſunt ordinis, & ratione ordinis competunt.*

33 *Epiſcopus quomodo, & quando poteſtatem archidiaconi tollere, eique derogare alteri concedendo poſsit, & quomodo, & quando non, & num. 35. 38. & 39.*

34 *Vicarij generales epiſcoporum à canone, & lege poteſtatem ordinariam habent; & quare ab epiſcopis ſuis poſsint reuocari, & prohiberi.*

35 *Epiſcopus derogandi canoni, & tollendi conceſſa à canone facultatem non habet.*

36 *Epiſcopus ſtatuto ſuo, ſeu ſui capituli non ligatur.*

37 *Epiſcopus in ſua dioceſi ſtatuta facere, illaq; corrigere poteſt.*

38 *Superior quando, & quomodo poſsit inferiorem reuocare, & prohibere.*

39 *C. ad hæc quoniam de exceſſ. prælato declaratur.*

41 *Archidiaconus in adminiſtratione eſt præpoſito maior, & dignior.*

42 *Poteſtas, & iuriſdictio pluribus ſiue ordinariis, ſiue delegatis alternatiuè conceſſa intelligitur cuilibet inſolidum, & accumulatiuè conceſſa, & in ea locus eſt præuentioni, non attento, quis primo ſit nominatus, & abſque eo, quod de alterius impedimento conſtet.*

EPITOME.

VICARIVS *generalis epiſcopi in ordine ſacerdotali conſtitutus, cui poſt conſtuutionem, & conceſsionem generalem ſibi factam etiam ſpecialiter ab epiſcopo diuiſim, & ex interuallo officium celebrandi miſſas ſolemnes præcipuis diebus feſtiuis, epiſcopo abſente, fuit commiſſum, eſt in celebrandis dictis miſsis ſolemnibus præferendus archidiacono, cui ex ſtatuto eccleſiæ hoc munus competeret.*

Statuto eccleſiæ diſponente, quòd capitulum conuocetur per archidiaconum, uel per præpoſitum, uel per antiquiorem canonicum, poteſtas capitulum conuocandi omnibus æquè principaliter, & accumulatiuè, non autem ordinatiuè competit, locusq́; eſt præuentioni abſque eo, quod de impedimento alterius conſtet, aut quis primo ſit nominatus, attendatur.

CONSILIVM. XXII.

VERTITVR in dubium, an in celebrandis miſſis
ſolemnibus in præcipuis feſtiuitatibus præferendus
ſit generalis uicarius epiſcopi, an uerò Archidiaco
nus Lunenſis, & Satranenſis eccleſiæ: Et primo aſpectu cõ
cludẽdum uidetur, quòd hoc officium ad Archidiaconum,
1 & non ad uicarium generalem epiſcopi ſpectet, quia † licet de iure communi, abſente epiſcopo, hæc prærogatiua
celebrandi miſſas ſolemnes in diebus præcipuis ſpectet ad
archipresbyterum, & non ad archidiaconum, ut in c. perle-
ctis 25. diſtinct. c. 1. 2. & 3. de offi. archipresbyt. & alia ſunt,
quæ ad officium archidiaconi pertinent, ut in d. c. perlectis,
& in c. officium, & c. ad hæc de offi. archid. tamen ex ſtatuti
eccleſiæ, de quo agitur, diſpoſitione hoc munus competit,
& datur archidiacono, qui in hoc per ſtatutum ſubroga-
2 tur in locum archipresbyteri: Ergo † hæc ſubrogatio debet
intelligi facta, ut archidiaconus ſapiat naturam primæuam,
& originalem ipſius archipresbyteri, non autem illam, quæ
contingẽter uenit, quia talis eſt natura ſubrogationis l. ſi cũ
§. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. glo. & ibi Bart. in l. certi
condictio in princ. in 3. col. ff. ſi cert. peta. ſed ad officium ar
chipresbyteri principaliter, & primordialiter ſpectat abſen
te epiſcopo celebrare miſſas ſolemnes, ut in d. c. perlectis
cum ſimilibus, ergo in hoc ex ſubrogatione per ſtatutum
3 facta dicetur archidiaconus ſubrogatus. ¶ Secundo † di-
uerſificatur officium uicarij ab officio archidiaconi, & ar-
chipresbyteri, quia officium uicarij, eſt gerere uices epiſco
pi in temporalibus, & in iis, quæ ſunt de iuriſdictione con-
tentioſa, ut in c. 1. & 2. de offic. uica. in 6. cum ibi not. archi-
diaconi uerò in diuinis, & ſpiritualibus, & in iis, quæ ſunt
de iuriſdictione uoluntaria, c. officium, & c. adhæc de offic.
archid. & d. c. perlectis, archipresbyteri autem in meris di-
uinis, quæ competunt ratione ordinis, ut per totum de offic.
archipresb. & in d. c. perlectis, & habetur per glo. in c. de li-
beratione de offic. dele. in 6. Domi. & alij in c. epiſcopos 17.
diſtinc. & per gloſ. do. Anto. & Hoſtien. in titu. de offi. archi
bresb. ſed per ſtatutum loci hæc poteſtas archipresbyteri
circa diuina, & circa miſſas celebrandas abſente epiſcopo,
translata fuit ſimpliciter in archidiaconum, ergo ea non
poteſt dici eſſe penes uicarium generalem epiſcopi, cuius
officium ſe ad diuina non extendit, ne officiorum ordo con
fundatur, argu. tex. in c. quoniam 10. diſtinc. & c. ſi impera
4 tor 16. diſtin. cũ ſimilibus. ¶ Tertio † uicarius epiſcopi dici-
tur gerere uices epiſcopi generaliter d. c. 1. 2. & per totũ de
officio uicã. in 6. & per Card. in clem. 1. eod. tit. archidiaco
nus uerò dcitur gerere uices epiſcopi ſpecialiter circa ali-
qua, & maximè ex diſpoſitione dicti ſtatuti in celebratione
miſſarũ ſolemniũ: Vnde cũ unus ſit generalis uicarius, alius
ſpecialis, ſequitur, quòd generalis nõ poterit ſe intromitte
re in iis, quæ archidiacono cõpetũt, quia generi per ſpeciẽ
derogatur c. 1. de reſcrip. c. generi de reg. iur. in 6. c. ſtuduiſti, ubi bonus tex. de offi. lega. iunctis præſertim iis, quæ po-
nunt per illũ tex. Lapus, & Domi. de S. gemin. in c. 2. de offi,
uica. in 6. dum loquũtur de uicario generali epiſcopi, & de
5 uicario ſpeciali eiusdẽ: facit etiã id, † quod uoluit Ang. in l.
cum prætor ff. de iudi. quòd ne iudicia, ſeu officia confundã
tur, unus iudex non debet ſe intromittere de iuriſdictione
alterius, quando officia ſunt diſtincta. Vnde generalis of
cialis ſe non intromittit de iis, quæ ſpecialiter ad officia-
6 lem ſpecialiter deputatum ſpectant: Et proptere † archi-
epiſcopus ſe non intromittit de cauſis ſuffraganei, ut in ſum
nia

ma,& per totum 9.q.3.c.duo de offi.ordina.& faciunt not.
per Fel.in c. paſtoralis in 2. colum. ibi, ſecundo limita &c.
7 de offic. ordi. ¶ Quarto † ubicunque deputatus reperitur
uicarius ſpecialis in aliquo loco particularis diœceſis ex iu-
ris diſpoſitione,ſeu ex conſuetudine derogatiuè,& non per
modum accumulationis, tunc epiſcopus non dicitur in illo
loco,ſeu in illa parte diœceſis iuriſdictionem ordinariam ha-
bere,nec illam ibi poteſt per ſe exercere,nec per alium,pu-
ta conſtituendo uicarium particularem,uel generalem,qui
iuriſdictionem in loco illo diœceſis exerceat, ut notabiliter
uolunt Archidia. Ioan. Mona.Ioan.Andr.Paul.de Leazar.
& Domi.de ſan.Gemin.in c.cum epiſcopus de offic. ordin.
in 6. qui dicunt diſpoſitionem illius text. hoc in caſu locum
8 non habere, ſed arguendo de loco ad cauſam, † quod ar-
gumentum procedit,ut colligitur ex iis,quæ ponunt docto.
in c.p.& g.de offic.delegat.in materia prorogationis iuriſ-
dictionis,& in l.1.& 2.ff.de iudic.& in l.1.C.de iuriſd. omn.
iud. cum ſimilibus,ſequitur,quod in caſu noſtro,ex quo hu-
iuſmodi officium celebrandi miſſas ſolennes ſpecialiter eſt
commiſſum, ſeu competit Archidiacono tanquam uicario
epiſcopi ex diſpoſitione ſtatuti, non poteſt epiſcopus alteri
puta uicario ſuo generali illud committere.¶Quinto cor-
roborantur prædicta ex iis, quæ ferè in terminis decidunt
Innocent.in c.1.de offic.Archidia.& Archidia. in d.c.per-
lectis 25.diſtinct.& Innoc.in c.cum ab eccleſiarum de offi.
9 ordina.concludentes, † quòd quamuis Archidiaconus ſit
uicarius epiſcopi,tamen non poteſt illum ad libitum reuo-
care, nec poteſt prohibere ipſum exercere ea, quæ ſibi ex
ſua iuriſdictione ordinaria competunt,& alij committere:
quoniam cum ipſe Archidiaconus hanc ſuam iuriſdictio-
nem,& illa,quæ eius uirtute poteſt exercere,à lege,ſeu ca-
none habeat, ut in d.c. perlectis,& in d.c.officium,c.ad hæc
de offi.Archidia.uel à ſtatuto,ut in caſu noſtro miſſas cele-
brare,abſente epiſcopo,uel ex cõſuetudine, ſequitur,quòd
ipſe epiſcopus nõ poterit eum reuocare, nec prohibere illa
exercere,c.de his 18.diſtinct. & argumento eorum,quæ ha
bentur in d.c.cum epiſcopus. ¶Sexto ad propoſitum facit
tex. in terminis, qui uidetur hanc quæſtionem determina-
10 re, in c. ad hæc quoniam de exceſſ. præla. † ubi per epiſco-
pum non poſſunt tolli,nec impediri ea, quæ competunt Ar
chidiacono ex conſuetudine,quãuis ipſe dicatur uices epi-
ſcopi gerere: ergo idem dicendum eſt,ſi aliquid ei compe-
tat ex ſtatuto loci, & eccleſiæ, quia à pari procedunt con-
ſuetudo,& ſtatutum c.1.de conſtitu.in 6. cum ſimilib.
¶Præmiſſis tamen non obſtantibus, quæ rectè intuenti, &
intelligenti obſtare non debent, puto opinionem contra-
riam eſſe de iure ueriorẽ, quòd uicarius generalis epiſcopi
in hoc ipſi Archidiacono ſit præferendus: Et præſuppono,
quòd licet uicarius generalis epiſcopi regulariter, & ex ge
nerali conceſſione non poſſit exercere ſpiritualia, nec diui-
11 na,tanquam uicarius epiſcopi,†tamen ex ſpeciali commiſ-
ſione poteſt,uel quando ultra generalem cõceſſionem epi-
ſcopus aliqua ſpecialiter, quæ mandatum requirunt ſpecia
le, cõmiſiſſet cum clauſula illa generali,& omnia alia, quæ
requirerent mandatum ſpeciale, quia tunc poſſet uicarius
omnia ea,quæ requirunt ſpeciale mandatum,& ſic ſpiritua
lia,& diuina etiam exercere,ut eſt tex. & ibi gloſ. & docto.
communiter in c.2.& in c.3. de offi.uicar. in 6. argumento
c.qui ad agendum de procur.in 6.& in clem. non poteſt de
procura. cum ibi not. & per ea, quæ habentur per do. Ant.
12 & alios in c.fin.de offi. Archidia.Et † quo ad ea,quæ poteſt
exercere uicarius ex generali conceſſione, uel ex particu-
lari commiſſione,uel ex expreſſione aliquorum, quæ requi
runt ſpeciale mandatũ cum clauſula generali, & prægnan-
ti,iuxta not.in c.2. ipſe uicarius cenſetur eadẽ perſona cum
ipſo epiſcopo,& eadem utitur prærogatiua, ac iuriſdictio-
ne,adeò quòd ipſius,& epiſcopi unum, & idem cenſetur eſ-
ſe tribunal,& conſiſtorium,& una eademque ipſorum cen-
ſetur eſſe iuriſdictio,& poteſtas c.2.cum ibi no.de conſue-
tu. in 6. c.romana in prin.de appellatio.in 6.& in c. perle-
ctis 25.diſtinc.gloſ.in d.c.2.de offi.uica.in 6.& ubique ſcri-
bentes,& Domin. in conſil.114. Ex quibus infertur, quòd
13 † uicarius nõ dicitur eſſe ſubditus,nec minor epiſcopo quo
ad iuriſdictionem,& quo ad ea, quæ poteſt ratione officij
ſui exercere,ſed archidiaconus benè dicitur ſubditus,& mi
nor epiſcopo: quod patet, quia ab archidiacono appella-
tur ad epiſcopum, ſed non à uicario ad epiſcopum, d.c.ro-
mana in prin. iuncto §.1.& faciunt,quæ habentur per Abb.
in conſil.21.cum ſequen. & ponit Felin. in rubr.& in c.ſta-
tuimus de maiori. & obedien.& do. Anto.in c.1.de offi. ar-
chid.inquit,quòd archidiaconus eſt uicarius epiſcopi,eiuſ-
que uices gerens,quia poteſtatem, quam habet, illam ſub
14 epiſcopo,& eius nomine exercet.¶Itẽ præſuppono,†quòd
quo ad ea etiam, quæ competunt uicario de iure ſpeciali,
uel ex ſpeciali mandato, uel ex clauſula generali cum ſpe-
cificatione aliquorum, quæ expreſſam expoſcunt mentio-
nem, ut dictum eſt, ipſe uicarius generalis epiſcopi dicitur
eſſe ordinarius, & habere iuriſdictionem ordinariam,& ſic
iure proprio illã exercere, quando cum generali conceſſio
ne ſimul, & ſemel conceduntur etiam illa, quæ requirunt
ſpeciale mandatum, ſed quando prius facta fuit conceſſio
generalis,deinde ex interuallo, & diuiſim cõmittantur ali-
qua,quæ non ueniunt in generali conceſſione,ſed requirũt
ſpecialem commiſſionem, tunc quo ad illa, quæ ſpecialẽ
commiſſionem expoſcunt,cenſetur eſſe delegatus, & iuriſ-
dictionem delegatam habere,ut uoluit Ioan.And.in addit.
Specul.in tit.de offi.uica. quem docto.communiter ſequun
tur,ut refert,ac ſequitur Domi.de ſan.Gemi. & ibi Moder.
in d. c.perlectis in gloſ. in uerb. iurgia.25.diſtinct. et idem
Domin.in c.2.poſt Lapum de offi.uica.in 6. qui allegat do
minos de Rota in deciſio.262.& per dom. Anto.in c.fin.de
offi.archidia. ¶Stantibus his,modo comprobo concluſio-
nem traditam multipliciter,& primo conſidero,quòd uica
rius epiſcopi dicitur habere hoc officium tanquam delega
tus,& ex iuriſdictione per epiſcopum delegata,qui poſt cõ
ſtitutionem uicarij, & cõceſſionem generalem ſibi factam
diuiſim,& ex interuallo commiſit uicario ſuo generali ſpe-
cialiter hoc officium celebrandi miſſas ſolennes præcipuis
diebus abſente epiſcopo, ut mihi in facto præſupponitur,
quo caſu cenſetur uicarius quoad hoc delegatus,& non or
dinarius,ut ſupra dictum fuit ex mente Io. Andreæ,& alio-
15 rum communiter: Quoniam † hoc officium celebrandi
miſſas ſolemnes eſt delegabile etiam per inferiorem epiſco
po,ut eſt tex.& ibi Ant.& alij in c.2.& 3.de off.archipreſb.
ergo magis per epiſcopum, ad quem principaliter hoc ſpe
ctat ex ſua poteſtate ordinaria,& uniuerſali c.epiſcopus de
conſecratio.diſtinct.1.& in c.Deo,& c.iubemus ead.diſtin.
c.2.de offi.archid.& c.2.de offi.archipreſb.Nam ſi minor,&
inferior epiſcopo poteſt hoc delegare d.c.2.& 3.ergo à for
tiori ipſe epiſcopus, qui eſt maior, & ſuperior, arg.l.1.cum
ibi not.ff.de offi.eius,cui manda.eſt iuriſdict.l.1.ff.de iuriſd.
16 omn.iud. Quod etiam confirmatur,† nam epiſcopus dele-
gat ea,quæ ſunt iuriſdictionis cõtentioſæ c. irrefragabili de
offi.ordi.& habetur in l.1.ff.de off.eius,cui mand.eſt iuriſd.
ergo à fortiori hoc officium,quod eſt iuriſdictionis uolunta
riæ,delegabit: cõſequentia in terminis noſtris probatur ex
iis,quæ uoluit do.Ant.in d.c.2.& 3.de off.archipreſb.ſi igi-
tur uicarius epiſcopi hoc habet ex poteſtate, & iuriſdictio-
17 ne delegata, ſequitur, † quòd ſi concurrat cum ordinario,
cui hoc cõpetat ex poteſtate à lege,ſeu canone,uel à ſtatu-
to,ſeu conſuetudine conceſſa,iuxta ea, quæ habẽtur in l.&
quia cum ibi not.ff.de iuriſd.om.iud.et per Specul.in tit.de
offi.

offic.iudi.ordina.prout ipſi archidiacono in caſu noſtro di-
citur competere,ipſe uicarius tanquam delegatus erit præ-
ferendus,& potior archidiacono erit: quoniam quando re
ſpectu eiuſdem cauſæ concurrunt ordinarius,& delegatus,
re integra,& nondum præuēta iuriſdictione ab altero, ſem
per præferendus eſt delegatus,qui quo ad cauſam ſibi com
miſſam cenſetur eſſe maior quocunq; ordinario c. ſtuduiſti.
de offic.lega.c. paſtoralis §.præterea de offi. ordina. & qui
non ſua,ſed delegantis utitur iuriſdictione,ut in l. & ſi præ
tor ff. de iuriſdi. omn. iudic. c. ſanè de offi.delega.cum ſi-
milibus. Et ad prædicta facit id,quod uoluit do. Anto. poſt
Hoſtien. in c.1.de offi. archid. in uerſ. oppono quòd epi-
18 ſcopus &c. ubi dicit, † quòd quoad uiſitationem concur-
runt epiſcopus, & archidiaconus, & epiſcopus poteſt aliū
deputare ad uiſitandum loco eius,qui in uiſitatione funge-
tur uice epiſcopi, & ſic præferetur ipſi archidiacono, quā-
uis & ipſe archidiaconus poſſit uiſitare,iuxta c. mandamus,
eodem tit.præferendus tamen erit epiſcopus,& conſequen-
ter deputatus ab eo,ut innuit tex.in d.c.1.de offi.archidia.
19 ¶Secundo † uicarius in caſu noſtro fuit ab epiſcopo de-
putatus nedum in temporalibus,ſed etiam in ſpiritualibus,
& diuinis ſimul, & ſemel , & cum ſpecificatione aliquorū,
quæ ſpeciale mandatum requirunt , & cum clauſula præ-
gnanti, & generali,quòd omnia, & ſingula poſſet expedi-
re, quæ poteſt epiſcopus,etiam ſi talia eſſent, quæ require-
rent ſpeciale mandatum, & maiora, ac grauiora expreſſis,
ut mihi præſupponitur : Quo caſu in omnibus etiam ſpiri-
tualibus, & diuinis cenſetur deputatus,ut per glo.& docto.
in d.c.2. de offi.uica.in 6.& argumento eorum, quæ ha-
bentur in clem.2. de procu.cum ſimilibus ſupra allegatis,
poſt do. Anto.in c.fin.de offi.archi.& quo ad omnia ipſe ui-
carius cenſetur eſſe ordinarius,& habere iuriſdictionem or-
dinariam,ex quo ſimul, & ſemel hæc omnia fuerunt ei ab
20 epiſcopo conceſſa, ut ſupra præſuppoſui: Ergo † ſi uicarius
cōcurrat cum alio ordinario inferiore, ut cum archidiaco-
no, qui quoad hoc officiū, de quo queritur,dicitur eſſe or-
dinarius, ex quo hoc habet ex diſpoſitione ſtatuti per præ-
dicta, & argumento not. in d.l.& quia, uicarius erit præfe-
rendus ipſi archidiacono, qui inferior eſſe cenſetur : quia
ſemper inferior cedere debet maiori,& ſuperiori,ac maior
præferendus eſt minori c. perlectis,& ibi doct.omnes 25.di
ſtinct.c.epiſcopos, & ibi oēs ſcribentes, & c. fin. 17. diſtinct.
& pulchrè habetur per Abb.in d.conſi.21.cum ſequen.ubi
concludit, uicarium epiſcopi generalem eſſe ſemper præ-
ferendum in iis,quæ ſibi ut uicario competunt , ipſi archi-
diacono tanquam inferiori etiam in caſu, quo extaret con
ſuetudo,& conſequenter etiam ſtatutum, quòd archidiaco-
21 nus eſſet uicario præferendus; quoniam † talis conſuetudo,
& conſequenter ſtatutum tanquam irrationalis , & irra-
tionale non ualeret, per quod,ſeu quam minor maiori præ
ferretur,ut ibi per Abba.& per Domin. in c. epiſcopos 17.
diſtin.& per Felin.in rubr.in 5.colū.& in cap.ſtatuimus de
maio.& obedien.& argu.c.erit autem lex.4. diſtin. c. legi-
mus 93.diſtin.c.fin.de conſuetu.cum ibi plenè not. quia ut
22 dicit Abb.in d.conſi.21. † quamuis archidiaconus quo ad
ea, quæ ſibi de iure competunt , dicatur in omnibus primū
locum obtinere,& poſt epiſcopum eſſe eius uicarium in om
nibus d.c.1.de offi.archid. tamen hoc eſt uerum reſpectu
aliorum clericorum, & inferiorum, non autem reſpectu ui
carij epiſcopi generalis, qui cum epiſcopo cōcurrit,& cen
ſetur una, eademque perſona cū eo, & qui unum, idēq; tri
bunal, & conſiſtoriū cū ipſo epicopo facere,& eandē gere
re iuriſdictionem ordinariam dicitur d.c.2. de conſuetu.c.
à collatione de appella. in 6. & c. romana cum ſimilibus
eodem titu.eſt enim abſque dubio in iis,quæ competunt ui
cario generali, ipſe uicarius maior archidiacono : quod ap
paret,quia uicarius non dicitur ſubditus , ſeu minor epiſco
po, ſicut eſt archidiaconus,nam à uicario ad epiſcopum nō
appellatur, ſed ab archidiacono ad epiſcopū appellatur d.
c.romana in princ.iuncto §.1 de appella.cū iis, quæ haben
tur in d.c.2.de conſuet.in 6. & in rub.extra de appella.per
Abb. Ergo etiam quo ad hoc officium celebrandi miſſas,
quod dicitur ipſi uicario competere,ut ſupra,uicarius dici-
23 tur eſſe maior,& conſequenter præferēdus. Nec † eſt incō-
ueniens, quòd unum,& idem pluribus competat inſolidū
ex poteſtate ordinaria, & tamen alter dicatur maior alte-
ro, & alter alteri ſit præferendus,ut patet in terminis no-
ſtris; nam omnia , quæ competunt archidiacono, & hoc
etiam officium celebrandi miſſas, & ea etiam, quæ de iure
competunt uicario generali epiſcopi, etiam in ſolidum cō-
petunt ipſi epiſcopo , & omnibus ex poteſtate ordinaria,ut
ſupra, & omnes fatentur, ut in d.c.perlectis cum ſimilibus,
& tamen unus cenſetur maior,& alius inferior,& ſubditus:
Item unus uidelicet epiſcopus cæteris præfertur in exerci-
tio,ut habetur in d.c.perlectis,& argumento c.quoniam de
24 offi.ordina.cum ſimilibus. † datur enim concurſus plurium
in eadem iuriſdictione ordinaria quandoq; accumulatiuè,
quandoq; derogatiuè, & quandoq; ordinatiuè, ſeu ſecun-
dum prius, & poſterius , ueluti habetur in c. prudentiam in
prin.de offi.delega.& in terminis noſtris, maximè per Do-
min.de ſancto Gemin.& alios in c. cum epiſcopus de offi.
25 ordin.in 6. Et † in dubio niſi aliud expreſsè appareat,cen-
ſetur iuriſdictio,quæ pluribus competit in ſolidum,compe-
tere accumulatiuè, nō autem derogatiuè,& maximè in ter
minis noſtris,nam ex eo,quòd ad archipresbyterum,ſeu ad
archidiaconum ſpectet miſſas celebrare, & alia, de quibus
in d.c.1.de offi.archipresb. in c.officium,& in c. ad hæc de
offi.archid.& in d.c.perlectis,non dicitur iuriſdictioni epi-
ſcopi derogatum,quando ipſe per ſe, uel per alium poſſit
ſuam iuriſdictionem in ſolidum quo ad illa exercere , ut in
locis præallegatis,& probatur etiam ex iis, quæ habentur
latè per Abb.in d.c.prudentiam in prin.& per Bal. & alios
in authen. habita C. ne filius pro patre , in l. fi.C.de iuriſd.
26 omn.iudi.& per Anto.in c.1.de offic.archid. Et † tunc quā-
do pluribus competit iuriſdictio in ſolidum accumulatiuè,
locus eſt præuentioni,ut in locis præallegatis , & ſicut dici
mus de duobus ordinariis, & de duobus delegatis datis cū
clauſula, uel alteri ueſtrum &c. ut in d.c.cū epiſcopus , ubi
caſus,& in c.peruenit 11.q.1.in c.ut debitus.de appella.&
per docto.in d.c. prudentiā in prin.& colligitur ex iis , quæ
27 ſentit Domin.in d.c.cum epiſcopus,qui innuit † tunc iuriſ-
dictionem pluribus competere ordinatiuè , ſeu ſecundum
prius,& poſterius,quando hoc fuit expreſſum,ut in caſu d.
c.prudentiam in princ.uel quia dictum ſit, prius cognoſca-
tur per talem in defectum talis, ſeu illo abſente , talis poſſit
28 cognoſcere:† derogatiuè uerò,quando apparet , quòd uni
data fuit poteſtas, ſeu iuriſdictio ita,quòd ipſe ſolus,& non
alius poſſit cognoſcere,ut quia ex ſtatuto , uel conſuetudi-
ne inductum fuerit, quòd ſolus archidiaconus,& non alius
poſſit de cauſis certi loci cognoſcere in caſu poſito,& decla
rato per Ioan.Andr.& ibi Domi.in d.c.cum epiſcopus per
not.per glo. 1.in c.paſtoralis de offi.delega.ſed in caſu no-
ſtro per ſtatutum data fuit poteſtas archidiacono celebran-
di miſſas ſolemnes ſimpliciter nulla facta mentione de ui-
cario, nec de epiſcopo, ergo debet cenſeri data hæc pote-
ſtas accumulatiuè,non autem derogatiuè,nec ordinatiuè :
29 † Non enim debet hoc ſtatutum ita intelligi , ut alteri in-
feratur præiudicium , & iuri iam alteri quæſito præiudi-
cetur l. 2. §. quod ſi à principe ff. ne quid in loco pu-
blico cap. ſuggeſtum de decim. c. dudum de priuileg.
& c. cum dilectus de conſuetud. Nec talis cenſetur fuiſ-
ſe mens ſtatuentium , iuribus præallegatis , ergo ultra
inten-

intentionem ſtatuentium non debet ſtatutum hoc intelligi, quòd ipſi archidiacono hoc officium dicendi miſſas adeò competat, quòd ſibi ſoli competat,& non alteri, cui de iure aliàs competebat, d. c. cum epiſcopus: actus enim agentium non operantur ultra eorum intentionem etiam præſumptam d.l.2.d.c.dudum,l.non omnis ff.ſi cert.peta. ſi enim hoc uoluiſſent ſtatuentes, dixiſſent expreſsè c. ad audientiam de decim.l.unica §.ſi uerò C.de cadu. tollen. Et propterea cum ſtatutum hoc non dixerit, nec nos dicamus l.ſi ſeruum §.non dixit prætor ff.de acquir.hæred.

30 ¶Tertio principaliter facit,† nam ut præſupponunt docto. in uariis locis,maximè in d.c.perlectis,ubi Archidia.Dom. & Moder. hoc uolunt,& gloſ. Anto. Hoſtien. & alij in c.1. de offi.archipresb.& Archid.in c.quanquam 2.q.7.& habetur in c.in nouo 21.diſtinct.in eccleſia dantur plures ordines officialium, quorum aliqui dicuntur eſſe maiores aliis in adminiſtratione,minores tamen in ordine,& econtra alii qui dicuntur eſſe maiores cæteris in ordine, minores tamẽ in adminiſtratione,& maiores in adminiſtratione præferuntur cæteris quoad ea, quæ competunt eis ratione adminiſtrationis, ſed quoad ea, quæ competunt ratione ordinis, cum ſint minores,cæteris non præferuntur,immò aliis debent cedere,& ecõuerſò maiores in ordine quoad ea, quæ eis competunt ratione ordinis,præferuntur cæteris, quamuis quoad ea, quæ ſunt adminiſtrationis,non præferantur cæteris, ſed illis cedant: & exemplificant in archidiacono, & archipresbytero,qui archipresbyter in celebrandis miſſis ſolemnibus de iure communi præfertur archidiacono, quia ipſe archipresbyter in ordine eſt maior archidiacono,& officium celebrandi miſſas dicitur ratione ordinis cõpetere, quamuis archidiaconus quoad ea,quæ ſunt adminiſtrationis, archipresbytero præferatur,quia archidiaconus in adminiſtratione illo maior eſſe dicitur, ut ibi. Dicit tamen do. Anto.in d.c.1.de offi.archipresby. ſequendo Ho-

31 ſtien.ibi, cuius fuit hoc dictum originale, † quòd ſi contingat ipſum archidiaconum eſſe presbyterum,prout eſſe poteſt, & propter hoc non perdit archidiaconatum,ut in c.ad ſupplicationem de renunciat.tunc etiã quoad ea, quæ ſunt ordinis,& ratione ordinis competunt, archidiaconus præfertur archipresbytero, & ſic quoad celebrandas miſſas ſolemnes,cum ipſe reperiatur, & ſit par archipresbytero in ordine, & maior in adminiſtratione,quod dictum non poſſet melius in caſu noſtro ad fauorem uicarij facere,quã faciat,illud ſic reducendo, nam in caſu noſtro ex diſpoſitione ſtatuti datur poteſtas archidiacono celebrandi miſſas ſolemnes,& hoc non poteſt dici conceſſum,niſi ratione ordinis in tantum,quod ipſe,ſtante hac ſtatuti diſpoſitione,dicitur,& cenſetur eſſe maior in ordine ipſo uicario,& conſequenter ipſi uicario eſt præferendus,quamuis uicarius ſit maior eo in adminiſtratione, & conſequenter illi præferendus quoad ea, quæ ſunt adminiſtrationis, ut in d.c.2.de off. uica.in 6.& per Abb.in d.conſil.21. ſicut dictum eſt de ar-

32 chipresbytero reſpectu archidiaconi: Sed † cum ipſe uicarius generalis epiſcopi ſit presbyter, & in ordine ſacerdotali conſtitutus,ſequitur, quòd ipſe erit archidiacono præferendus etiam quoad ea, quæ ſunt ordinis, & competunt ratione ordinis, ut eſt ius celebrandi miſſas ſolemnes, cum uicarius ſit, & reperiatur eſſe par in ordine ipſi archidiacono,& maior eo in adminiſtratione, ſicut dicunt Hoſtien. & Ant.in d.c.1.de off.archipresbyt. in uerſi. dicebat Hoſtien. de archidiacono reſpectu archipresbyteri: Et hæc ratio eſt concludens,& neceſſaria, ac ſola ad uictoriam ſufficeret.

¶Quarto corroborantur præmiſſa,& ſatis concludenter ex iis, quæ ponunt ſcribentes communiter in c.1. & melius in c.2.& fina.de offi.archid.& ibi per Ioan.Andr.do.Anto.&

33 alios,quos infra allegabo,† quærunt enim ibi,an archidiaconus, qui iuriſdictionem ordinariam ſaltem ex conſuetudine habere dicitur,ut habetur in d.c.adhæc,& in d.c. fin. de offi.archid.& in d.c.perlectis cum ſimilibus,poſſit ab ipſo epiſcopo reuocari taliter, quod epiſcopus ualeat prohibere archidiaconum exercere illa, quæ ſibi competunt ratione officij,ac alium deputare:& Ioan.Andr.poſt Gofred. & do.Anto.in d.c.2.& fin. de off. archid. poſſe concludunt rationibus per eos adductis: Innocen.uerò in d.c.1.de off. archid.& in c.cum ab eccleſiarum de offi.ordi.& archidia. in c.ad hæc quoniam de exceſſ. prælato.per illum tex.contrarium uolunt: Sed Domin.de ſan. Gemin.in d.c.perlectis in 3.colum.ibi in uerſ.ſed concordando opiniones &c. dicit,diſtinguendo, quòd aut epiſcopus penitus uult poteſtatem archidiaconi reuocare, & illam in alium transferre, & ſic totaliter iuriſdictioni archidiaconi derogare, & non poteſt,& ita procedat opinio Innocen. & Archidia. & intelligatur tex.in d.c.adhæc quoniam de exceſſ. prælato.ſecundum Domin. in d.c.perlectis: Nam cum hanc poteſtatem archidiaconus à lege,& canone habeat,non poteſt epiſcopus illam tollere,nec ei in totum quo ad omnes cauſas derogare,argumento c.de his 18. diſtinct.cum ſimil. aut epiſcopus nõ uult abdicare ab archidiacono illam generalem poteſtatem, quam à iure habet, ſed quoad unam cauſam tantum, uel quoad cæteras cauſas, et ſic quoad certam tantum ſpeciem cauſarum, & tunc ipſe poteſt reuocare, et talem poteſtatem ab archidiacono abdicare,alteri concedendo ſaltem accumulatiuè, ut eſt de mente Anto. etiam in d. c.1.de offi. archid.in 2.oppoſ. Et hoc modo intelligatur,et procedat opinio communis docto. Ioan. Andr. Gofred. et do.Anto.in c.2.et in c.fin.de offi. archid. Quæ firmatur hac ratione, nam ſi archidiaconus eſt uicarius epiſcopi, ut in c. 1.et per totum de off.archid.ſequitur,quòd in cauſis,in quibus archidiaconus habet etiam poteſtatem procedendi,eadem,ſeu maior poteſtas in ipſo epiſcopo remanſit,argumẽto tex.in c.dudum de præbend.in 6. et c.cum epiſcopus de offi. ordina.in 6. ſi remanſit eadem, immò maior poteſtas, quia ſua eſt principalis,ſequitur, quòd poterit illam ab archidiacono abdicare non in totum, ſed quoad quid, uidelicet quoad unam, uel plures cauſas per tex.in l.iudicium ff. de iudi.

34 ¶Præterea † uicarij generales epiſcoporum habent poteſtatem ordinariam à canone,et lege, ut in c.1.2. et 3.de offi. uicar. in 6. nam quamuis deputatio, et electio perſonæ ſpectet ad epiſcopum, iuriſdictio tamen datur à canone, et hoc reſpectu uicarius dicitur ordinariam habere, iuxta tex.in d.l.et quia ff.de iuriſd.om.iudi.et tamen ex eo, quia ſunt uicarij epiſcopi,et penes epiſcopum remanſit eadem, ſeu maior poteſtas, poteſt epiſcopus uicarium ſuum reuocare,illumque prohibere, ut per Calde. in conſil.2.in tit.de offi. uica. Et pro hac diſtinctione facit id, quod nota. in c.principalẽ 9.q.3.ubi Papæ permittitur priuare epiſcopum unum, uel plures ſuo epiſcopatu, ſed non omnes epiſcopos,ratione ſuæ ordinariæ poteſtatis, et ſupremæ facultatis,quã in beneficialibus habet,iuxta c.propoſuit de conceſſio. præben.ergo cum in caſu noſtro epiſcopus reuocauerit poteſtatem archidiaconi quoad certam cauſam alterum ſubrogando,ſeu alteri, uidelicet ſuo uicario hoc officium dicendi miſſas committendo, iuxta ea, quæ habentur per Cald. in d. conſil.2. non autem in totum reuocauerit, nec poteſtatem, et iuriſdictionem archidiaconi abdicauerit,ſequitur,quòd hoc potuit facere, et ſtandum eſt deputationi per eum factæ,ut ibi per Domin.in d.c.perlectis.

¶Quod etiam confirmo à ceſſante ratione, nam tenentes, quòd non liceat epiſcopo reuocare poteſtatem archidiaconi fundant ſe in hac ratione,quia archidiaconus hanc ha-

35 bet à canone,et † epiſcopus non poteſt tollere ea,quæ à canone conceduntur,cum ipſe poteſtatem derogandi canoni non

non habeat,d.c.de his 18.diſtin.& melius in c. quod ſuper
his, & ibi not.de maiorit.& obed. ergo infertur, quòd ipſi
epiſcopo licitum erit reuocare,& tollere ea, quæ archidia-
conus quo ad quid ab ipſo ſtatuto epiſcopi, ſeu capituli ha
36 bet, quoniam† epiſcopus non ligatur ſtatuto ſuo, ſeu ſui
capituli, ut uoluit Bal.in authen. quibuſcunque C. de ſa-
croſ.eccleſ.in l.digna uox. C.de legibus,in l.cum ipſe C.de
contrah.emptio.& in l.uoluntatis col. penul. C. de fidei-
com.in lectura antiqua in 3.col.& in l.ſancimus in §. ſimi-
li C.de latin.libert.tollen.& in §.ad hæc de pac. iuramen.
37 firman. in uſib. feudo. Et † epiſcopus poteſt in ſua dioce-
ſi ſtatuta facere, illaq; corrigere, ut in c. 2. de conſtitu. in
6.c.2.& ibi docto. maximè Abb. de maior. & obed. ſed in
caſu noſtro archidiaconus ius celebrandi miſſas ſolemnes
nón habet à canone,ſed à ſtatuto loci,& contra ius commu
ne, & canonem,qui hanc poteſtatem dat archipresbytero,
ut per totum de offi.archipresb.ergo à ceſſante ratione di
cendum eſt licitum fuiſſe in hoc poteſtatē archidiaconi re-
38 uocare. Et † do.Anto.in d.c.fin.de offi.archid.in 3. col. in
hoc articulo, an ſuperior poſſit reuocare, & prohibere in-
feriorem, diſtinguendo inter alia concludit, quòd ſi infe-
rior ſubſit ſuperiori tanquam uicarius, ut ſunt archidiaco-
nus,& archipresbyter, qui tanquam uicarij regulariter ſub
ſunt epiſcopo,niſi aliter ſit ex conſuetudine inductum, ui-
delicet,quòd non ſubſint tanquam uicarij, tunc epiſcopus
pōt reuocare,& prohibere poteſtatē inferioris,uidelicet ar
chidiaconi,& archipresbyteri, ſaltem quoad quid, ut dice-
bat Domin. ut ſupra dixi:ergo expreſsè innuit Anto. quòd
epiſcopus poſſit prohibere poteſtatem circa miſſas ſolem-
nes,quoniam hoc eſt de iis, quæ ad archipresbyterum ſpe-
ctant.¶Non obſtat tex.in d.c.ad hæc quoniā de exceſſ.præ
39 lato.ut ſupra inductus,quia primo reſpondetur, † illum de-
bere intelligi, quando epiſcopus in totum uellet totam po
teſtatem Archidiaconi tollere, & abdicare,ut uoluit,& in-
tellexit Domin.in d.c.perlectis in 3.col. Secundo intelligo
illum tex.quando archidiaconus haberet aliqua ex conſue
tudine non tanquam uicarius epiſcopi, & ſic non ut ſubdi
tus epiſcopi,ſed ut ordinarius,&ut principalis,quoniā tunc
epiſcopus non poſſet illis derogare,nec præiudicare,& hic
uidetur propriè intellectus d.c.ad hæc quoniam, pro quo
facit id,quod uoluit Domin.in d.c.cum epiſcopus de offi.
ordin. in 6.qui propriè hunc caſum ponit. Tertio reſpon-
deo, illum tex. loqui,quando epiſcopus uellet tollere ea,
quæ archidiaconus à conſuetudine, & conſequenter etiam
à ſtatuto habet,per quæ minuerentur redditus, & prouen-
tus archidiaconi, & ſic quando epiſcopus tollendo pote-
ſtatem archidiaconi, illamq; reuocando etiā quoad quid
faceret præiudicium archidiacono quoad redditus,& pro
uentus,& ſic ageretur de præiudicio pecuniario, & burſa-
li, ut ibi eſt tex. ſecus ſi ſolum de quadam prærogatiua, &
præeminentia ageretur,quia tunc poſſet epiſcopus,ſecun-
dum quod ſupra dictum fuit; Sed in caſu noſtro nō agitur
de præiudicio pecuniario, ſed ſolum de quadam præemi-
nentia,& prærogatiua, ergo &c. ¶Aliis ſupra in contra-
riū adductis colligitur reſponſum ex iis,quæ poſita,& addu
cta fuerunt pro parte R. domini uicarij, & præſertim ſta-
tuto capituli, quòd eſt totale fundamentum domini archi
diaconi,quia ultra ea,quæ ſuper illo dicta fuerunt per alios
dominos cōſultores, dici poteſt, ſtatutum illud loqui reſpe
ctu aliorum clericorum,non autem reſpectu uicarij,qui nō
eſt inferior, ſed maiór ipſo archidiacono, per ea,que ſupra
dixi in 2.& 3.fundamento. Secundo illud ſtatutum pro-
cederet, quando archidiaconus eſſet maior in ordine ipſo
uicario, & cæteris,qui eſſent maiores adminiſtratione ipſo
archidiacono, quoniam tunc præferretur archidiaconus:
Secus ſi uicarius eſſet præsbyter, & ſic par in ordine ipſi
archidiacono,quoniam tunc in celebratione miſſarum præ
ferretur uicarius, cum par eſſet in ordine, & maior in ad-
miniſtratione,per id, quod in terminis uoluit Hoſtien. & ſe
quitur do.Anto.in c.1.de offi.archipresb. Tertio ſtatutum
non procedit, nec loquitur, quando epiſcopus per ſe, uel
per alium uellet celebrare, & ſic non loquitur, quando epi
ſcopus delegatum ſuper hoc ſpecialiter feciſſet, quia tunc
delegatus præferetur archidiacono per ea, quæ ſupra di-
cta ſunt in 1.fundamento,& eſt bonus tex.in d.c. cum epi-
ſcopus. Quarto ceſſat obiectio facta de dicto ſtatuto per
ea,quæ dicta ſunt in quarto, & quinto fundamento, quo-
niam poteſtas, quam habet archidiaconus à canone, ſeu
conſuetudine, uel ſtatuto, poteſt ab epiſcopo quoad quid
reuocari, & tolli, ſed non in totum abdicari. ¶Non obſtat
ſecundum fundamentum partis aduerſæ,quia licet ex iuris
diſpoſitione, & regulariter diſtincta ſint officia uicarij, ar-
chidiaconi, & archipresbyteri, ut in dicto fundamento,
tamē quandoq; ſimul in pluribus concurrūt in iuriſdictio-
ne accumulatiuè, ut dixi in ſecundo fundamento facto pro
parte R. domini uicarij,qui ex poteſtate ſibi generaliter cō
ceſſa in hoc cum archidiacono concurrere dicitur. Præte-
rea, & ſecundo in caſu noſtro uicarius tanquam delegatus
epiſcopi, & ſic non ex ſua iuriſdictione, ſed epiſcopi præfe
rendus eſt archidiacono,ut ſupra in primo fundamento: &
aliter etiam poteſt reſponderi,prout colligitur ex tertio,&
quarto fundamento, & prout dixi, reſpondendo ſtatuto ca
pituli. ¶Tertio argumento facto pro archidiacono reſpō-
40 deri poteſt, † quod non procedit, quia ſi illud eſſet uerum,
ſequeretur,quòd epiſcopus non poſſet ea exercere, quæ
fuerunt archidiocono conceſſa: quod tamen eſt falſum, ut
ſupra dixi, & argu.d.c.cum epiſcopus, nam archidiacono
data fuit hæc poteſtas accumulttiuè, non autem derogati-
uè: Vnde cum uicarius habeat hanc poteſtatem tàm ex
poteſtate ordininaria, quàm ex delegata, ſequitur, quòd
ipſe tanquam maior,& dignior erit archidiacono præferen
dus, ut ſupra. ¶Non obſtat quartum argumentum, quia
negatur, quòd archidiacono data fuerit hæc poteſtas dero
gatiuè,cum accumulatiuè data fuerit. Præterea ex quo
ipſi archidiacono hoc fuit conceſſum tanquam archidiaco
no, & ſic tanquam uicario epiſcopi, iuxta text. ind.c.1.de
offi.archid.cū ſimilibus,ſequitur, quòd epiſcopus potuit ta
lem poteſtatem reuocare, & præſertim ex quo illam non
habuit à canone, ſed à ſtatuto loci, ut dixi ſupra in ultimo
fundamento. Rurſus potuit epiſcopus hoc officium alteri
delegare, ut dixi, & delegatus epiſcopi tanquā dignior,&
maior erit archidiacono præferēdus,ut dixi in primo fun-
damento. Præterea epiſcopus reuocādo,& abdicādo hanc
poteſtatem quoad hunc articulum, non dicitur in totum
poteſtatem archidiaconi tollere, ſed ſolum quoad quid,
quod dicitur eſſe permiſſum, ut dixi in quarto fundamen-
to poſt Domin.in d.c.perlectis. Et ex his, & aliis,quæ poſ-
ſunt colligi ex prædictis, dicitur ſublatum etiam ultimum
fundamentum: Vnde ſuper hoc proximo dubio ulterius
non inſiſto,quia ſatis clarè de iure R.do.uicarij conſtat.
¶Supereſt aliud dubium, ad quem ſpectet ius conuocan-
di,& congregandi capitulum, an ad archidiaconum, an ad
præpoſitum: Et quia ſuper hoc extat prouiſio ſtatuti, ui-
dendum eſt breuiter de illius intelligentia: & quoniam
ſtatutum ſub rubri.de ſedandis diſcordiis, & ſub rubri.
de cap. fiendo ſemel in menſe, dicit, quòd capitulum
conuocetur per archidiaconum, uel per præpoſitum,
uel per antiquiorem canonicum, uidetur, quòd hæc pote-
ſtas ordinatiuè, hoc eſt ſecundum prius, & poſterius fue-
rit conceſſa, non autem accumulatiuè in ſolidum, & con-
ſequenter primo archidiacono,et ipſo impedito, uel abſen
te,poſtea præpoſito, ex quo prius in ordine ſcripturæ fuit
poſitus,

poſitus argumento tex. in l.ſi communis ſeruus de ſtipula.
ſeruo. & traditur per canoniſtas in c. quoniam abbas de
offi.deleg. et faciunt, quæ habentur in l.2.§.prius ff.de uul-
41 ga.& pupill. Item quia † archidiaconus eſt dignior,& ma-
ior præpoſito in adminiſtratione, ergo præpoſito eſt præ-
ferendus c.perlectis 25.diſtinct.& uoluit Bal. in conſ.387.
incip. archidiaconus in 1.libro. ¶Contrarium arbitror
poſſe de iure attentari, quòd hæc poteſtas pariter ſpectet
ad præpoſitum,&ita principaliter,ſicut ad archidiaconum,
& conſequenter accumulatiuè, non autem ordinatiuè per
42 prius, & poſterius: quoniam † cum ea ſimpliciter fuerit
conceſſa his pluribus alternatiuè, debet intelligi conceſſa
cuilibet inſolidum,& accumulatiuè,ut dixi ſupra in alio du
bio per nota. per Domin. in d.c. cum epiſcopus de offi. or-
dina. cum ſimilib. allegatis,adeò quòd locus ſit præuentio
ni argumento tex. in c. peruenit 11.q.5.& per ea,quæ uo-
luit do.Anto.in c.1.de offi.Archid.in 2. oppoſ. Et ad pro-
poſitum adduco id, quod uolunt docto. magis communi-
ter,ut refert,ac ſequitur Abb. in d.c.prudentiam in prin. in
3.colum.de off.delega.per ea,quæ uoluit gloſ.in c. ut offi-
cium de hæret. in 6.& in l. ſi uni ff.de re iudi. & per Barto.
in l.ſi plures ff.de exercito. cum ſimilib. quòd ſi plures ſint
deputati ordinarij iudices ſimpliciter, cenſentur habere iu
riſdictionem inſolidum accumulatiuè adeò, quòd locus ſit
præuentioni,& id, quod factum fuerit ab uno ſolo, ualebit
abſque eo, quod de impedimento alterius conſtet, & abſq;
eo,quòd ſit inconſideratione,quis fuerit primo nominatus:
ergo idem dicendum erit in caſu noſtro, cum hæc poteſtas
conuocandi capitulum à ſtatuto pluribus ſimpliciter detur,
quoniam intelligetur conceſſa inſolidum tanquam ordi-
naria, ex quo datur à ſtatuto per ea,quæ habentur in d.l.&
quia ff.de iuriſd.omn.iud.per docto. & per Specul.in tit.de
offi. ordina. non habita conſideratione, quis fuerit primo,
uel ſecundo nominatus,& abſque eo,quod de impedimen-
to alterius conſtet, & hoc maximè dicendum eſt in caſu
noſtro,cum ſtatutum in attribuendo hanc poteſtatem uta-
tur uerbis alternatiuis,ibi aut ad archidiaconum,aut ad præ
poſitum &c. de quorum natura eſt uerificari in uno tan-
tum,quia ad ueritatem alternatiuæ ſufficit alteram partem
eſſe ueram, l.is qui ducenta §.utrum ff.de reb. dub.l.ſi quis
ita ſtipulatus ff.de uerb.oblig. Et ad propoſitum benè facit
id, quod uolunt docto. omnes, ut ibi per Abb. in d. c. pru-
dentiam in prin. in 2.colum. in ſecũdo notab. qui dicunt,
quòd quando dati fuerunt plures iudices delegati,quo ca-
ſu regulariter non cenſentur dati inſolidum, nec accumu-
latiuè taliter,quòd locus ſit præuentioni, ut ibi ipſe conclu
dit,ſi fuerint dati cum illa clauſula, committimus uobis om
nibus,aut alteri ueſtrum, & ſic alternatiuè poſita, cenſetur
data iuriſdictio cuilibet inſolidũ,& accumulatiuè, ita quòd
locus ſit præuentioni, ut ſi unus ſolus inſolidum, proceſſe-
rit,ualebit proceſſus,& ſolus poterit procedere abſque eo,
quòd de aliquo impedimento alterius conſtet, nec ibi con-
ſiderant docto. quis prius fuerit nominatus, & deſcriptus,
uel poſt, alioquin non eſſet uerum id, quod ibi ſimpliciter
uolunt Abb. & alij: Nam de natura alternatiuæ eſt attri-
buere actum utrique inſolidum, ut ibi per Abb. & eſt text.
de hoc notab. in c.cum plures de offi.deleg. in 6.ergo à for
tiori hoc dicendum erit in pluribus ordinariis ſic datis per
uerba alternatiua, ut omnes dicãtur poteſtatem inſolidum
habere, adeò quòd unus ſolus poſſit procedere, & locus ſit
præuentioni abſque eo, quòd aliter de impedimento alte-
rius conſtet,nec habita conſideratione,quis fuerit prius no
minatus,ut eſt caſus clarus,& ibi not. in d.cap. cum plures,
cum de natura poteſtatis ordinariæ ſit inſolidum tranſire,
& locum eſſe præuentioni, quãdo plures fuerunt deputati.
¶Et ex his apparent ſublata eſſe ea, quæ in contrarium fa-
cere uidebantur,quoniam non eſt uerum,quòd debeat at-
tendi,quis prius fuerit nominatus,& deſcriptus, illud enim
procedit quoad proceſſiones,& prælationes,uidelicet quis
ſit præferendus in incedendo, ſeu in ſedendo,ut uolunt Do
min. & alij in d.c.perlectis,& in d.c.epiſcopus 17.diſtinct.
cum ſimilib. non autem quoad iuriſdictionem acquiren-
dam, ſeu quoad illius exercitium, ut d.c.cum plures, & per
Abb. in d.c.prudentiam: Item nec uerum eſt,quòd intel-
ligi debeat hoc ius,de quo in ſtatuto, conceſſum primo, &
ipſo impedito intelligatur conceſſum ſecundo nominato,
quia hoc eſt expreſsè contra id, quod uolunt Abb. & alij
in d.c.prudentiam, & probatur in d.c.cum plures, ex quo
per uerba alternatiua pluribus denominatis à ſtatuto datur
poteſtas conuocandi: quod eſſe ueriſſimum demonſtratur
ex iis,quæ habentur in ſtatuto, ſeu in additionibus ſtatuto-
rum,ubi cauetur,quòd in caſu illo archidiaconus,uel abſen
te archidiacono præpoſitus,uel abſentibus archidiacono,&
præpoſito, antiquior canonicus exiſtens in capitulo poſſit,
& debeat præcipere canonicis, & cappellanis circa diuina
&c. Qua ratione igitur ſtatuentes uoluerunt, & expreſſe-
runt in caſu illo,quòd poteſtas ea non tranſeat ad præpoſi-
tum,niſi archidiaconus fuerit impeditus, eadem ſi hoc uo-
luiſſent etiam in caſu,de quo quærimus,idem expreſſiſſent:
unde cum hoc non fecerint, apparet, ſeu præſumitur ipſos
uoluiſſe ius uocandi capitulum ſpectare unicuique inſoli-
dum adeò,quòd alter ſolus poſſit illud conuocare, non at-
tento ordine ſcripturæ,qui ſemper non eſt obſeruandus,ut
in d.l.2.§. prius cum ibi not. & abſque eo, quòd aliter de
impedimento alterius conſtet per prædicta,quia ſi hoc uo-
luiſſent in caſu illo,ita expreſſiſſent,ſicut in illo alio caſu ex-
preſſerunt, argumento d.c.ad audientiam de decim. & d.l.
unicæ §.ſi uerò C.de cadu.tollen. cum ſimilib. Et ita con-
cludendum eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus an poſſit diſpenſare cum ſuffraganeo,ſeu epiſcopo,qui cle
ricos non ſuos,& extra ſuam dioceſim ordinauit, & quis cum illo di-
ſpenſet,& nu.3.*
2 *Epiſcopus ordinans clericos extra tempora ſtatuta ſuſpenditur,& aucto
ritate ordinandi priuatur,& cum eo ſolus Papa, & non archiepiſco-
pus diſpenſat.*
4 *Canonici,ſeu capitulum an abſente epiſcopo,ſeu archiepiſcopo,illoque re
fragante, poſſint per ſe uicarium generalem epiſcopi eligere uſque in
finem conſilij.*
Et quid ſi epiſcopus in electione illius negligens eſſet nu.10.
5 *Vicarius epiſcopi ordinariam habet iuriſdictionem.*
6 *In capitulum non tranſit iuriſdictio epiſcopalis, niſi ſede epiſcopali ua-
cante.*
7 *Capitulum, mortuo epiſcopo, an poſſit uicarium generalem conſti-
tuere.*
8 *Capitulũ ſolum,ſede. ſeu eccleſia uacante,non poteſt,uiuo prælato,œco-
nomum conſtituere.*
9 *Epiſcopi,& uicarij generales parem,& ordinariam habent iuriſdictio-
nem,& ipſorum unum,& idem eſt tribunal.*
11 *Epiſcopus quomodo aduerſus rebelles, & inobedientes ordinationi ſuæ
procedere poſſit.*
12 *Vicaria de nouo in eccleſia conſtitui non poteſt abſque auctoritate,& con
ſenſu epiſcopi.*

EPITOME.

ARCHIEPISCOPVM *non poſſe cum epiſcopo,ſeu ſuf-
fraganeo,qui clericos non ſuos,& extra ſuam dioceſim ordinauit,
diſpenſare,*

*Et capitulum, ſeu canonicos per ſe non poſſe, abſente epi-
ſcopo, & illo refragante, uicarium generalem eligere, hic oſten-
ditur.*

CON-

CONSILIVM. XXIII.

1 VTRVM † liceat archiepiſcopo diſpenſare cum
ſuffraganeo, qui clericos non ſuos, & extra dioce-
ſim ſuam ordinauit, & ſi in hoc gloſæ, & docto. ma
ximè in c. at ſi clerici §.de adulteriis extra de iudic.ubi glo.
& Abb. latè diſtingu ũt,multum dubitent,tamen uerius ui-
detur, quòd non archiepiſcopus,ſed ſolus Papa poſſit cum
eo diſpenſare, ut in fortioribus terminis uidetur inferri ex
iis, quæ uoluit Specul.in tit.de lega.§. nunc oſtendendum
uerſi.5 2.& in tit.de diſpenſa.§. nunc de epiſcoporum uerſ.
prohibetur autem epiſcopus, & uerſi.poteſt & aliter diſtin
gui ſecundum magiſtrum per tex.in c.cum quidam, c. dile
2 lectus,& c.literas extra de tempo. ordin. ubi † epiſcopus
ordinans clericos extra tempora ſtatuta ſuſpenditur, & au
ctoritate ordinandi priuatur c.2.eod.tit.& cum eo ſolus Pa
pa,& non archiepiſcopus diſpenſat,ergo à fortiori hoc di-
cendum eſt in caſu,quo epiſcopus clericos nõ ſuos, uel ex-
tra ſuam dioceſim ordinaret,cum plus,&grauius ſit hoc ul
timum,quam primum, quoniam ordinando extra propriã
dioceſim, & clericos alienos facit contra canones in iure
3 diuino fundatos c.1.& per totum 9.q.2. Fallit† autem hoc,
quando epiſcopus bona fide extra dioceſim ſuam, uel cle-
ricos alterius dioceſis ordinaret, nam tunc archiepiſcopus
cum illo diſpenſare poſſet c.fin.in fin.cum glo. 9.q. 2. & in
hac ſpecie intelligo tex.in c.conſultationi de tempo. ordin.
& prædictis non refragantur ea,quæ glo.Abb. & alij dicũt
in d.§.de adulteriis, quinimmò magis conueniunt,ſi rectè
4 inſpiciantur. ¶Quoad aliud dubium, † An abſente epi-
ſcopo, ſeu archiepiſcopo canonici,refragãte epiſcopo, per
ſe poſſint uicarium generalem epiſcopi eligere, clari iuris
eſſe uidetur,quòd non, cum deputatio uicarij ex iuris di-
ſpoſitione ad epiſcopum pertineat c.1.de offi.uica. in 6. cũ
glo.in uer.ipſius, ubi ſi contingat uicarium epiſcopi excom
municari,epiſcopus alium uicarium facere poteſt,& inquit
tex.in c.penul.& fin.eod.tit.quòd ſi epiſcopus uicarium ſibi
ſimpliciter,& generaliter conſtituat,non cenſetur in illum
tranſlatum ius inquirendi, & corrigendi ſubditos de crimi
ne, nec etiam ius conferendi beneficia uacantia, niſi ſpecia
liter epiſcopus talem poteſtatem in eum tranſtulerit: Ergo
talis electio ad epiſcopum,& non ad capitulũ noſcitur per
tinere, quia iure cautum non reperitur,quòd uiuente epi-
ſcopo canonici per ſe poſſint uicariũ deputare, maximè re
fragante epiſcopo: eſſet enim maximum inconueniens,
quòd capitulum, penes quod non eſt ordinaria iuriſdictio
epiſcopalis,poſſet illam iuriſdictionem in alium transferre,
5 eligendo uicarium, † qui ordinariam dicitur habere iuriſ-
dictionem,ut habetur in c.1.de offi.uica.in 6.& per glo. in
6 c.romana in prin. de appella.eod.lib. † in capitulum enim
non tranſit iuriſdictio epiſcopalis, niſi ſede epiſcopali ua-
cante,ut legitur in c. iis,quæ,& in c.cum olim de maior. &
obed.& habetur in c.2.extra ne ſede uacan. & quamuis nõ
7 nulli dicant, † quòd mortuo epiſcopo,capitulum poſſit ui-
carium generalem conſtituere, tamen fortè hoc poſſet ſub
ſtineri illa ratione, quia mortuo epiſcopo,& ſic eius ſede ua
cante,capitulum dicitur in iuriſdictione epiſcopi ſuccede-
re,ut ſupra, & c.ad abolẽdam in prin.extra de hæreti. Sed
adhuc arbitror, quòd capitulum de nouo non poſſit uica-
rium generalem eligere,ſed ſolum iam ab epiſcopo electũ
confirmare,uel remouere,ut infertur ex uerbis Abb. in c.
tua nobis col.2.uerſi.nunquid autem mortuo extra de offi.
uica.& poſito, quòd ſede uacante capitulum poſſet uica-
rium deputare,ut fuit de mente Hoſti.& ibi Abb.in d.c.tua
nobis in fin.uer. non tamen uerum uidetur, quòd uiuente
8 epiſcopo poſſit per prædicta. Hinc† capitulum ſolum,ſede,
ſeu eccleſia uacãte,non poteſt œconomum creare,uiuo præ
lato c.cum uos de offi.ordin.& ibi Abb.in 2. notabili uerſi.
& facit iſte tex. nã uideretur inconueniens, quòd electio ui
carij, quæ de iure ad ſolum epiſcopum pertinet, ut uoluit
Abb.in d.c.tua nobis col. 2.refragante epiſcopo, poſſet etiã
ad canonicos per ſe ſpectare, quoniam ſi capitulum per ſe
hoc poſſet,diceretur creare quoad iuriſdictionem, & con-
9 ſiſtorium, ſeu tribunal ſimilem epiſcopo, illo inuito,† cũ epi
ſcopi, & uicarij generales parem, hoc eſt ordinariam iuriſ
dictionem habere dicantur, & ipſorum unum, idemq́; ſit
conſiſtorium, & tribunal.c. 2. de conſuetu. in 6.d.c.roma-
na in prin.de appella.eod.lib.& in d.c.1. & hoc indubitati
iuris eſſe uidetur, quòd capitulum uiuente epiſcopo,ſeu ar
chiepiſcopo nullo modo poſſit uicarium per ſe deputare,
epiſcopo refragante, maximè quando nulla negligẽtia poſ
ſet epiſcopo circa electionem imputari, ut quia uicarium
generalem iam ordinaſſet,& illius ordinationi canonici eſ-
ſent rebelles, tunc enim ad capitulum nullo modo poteſt
10 deuolui ius eligendi, immò† data negligentia epiſcopi nun
quam poteſtas eligendi ad capitulum deuoluitur,ſed ad ſu
periorem negligentis,ut in c.cum ſimus 9.q. 3. & eſt gloſ.
magna in c.irretragabili in uerb.ſed cum epiſcopus eſt ne-
11 gligens de offi.ordin.cum ſimilibus. Quinimmò † aduer-
ſus inobedientes, & rebelles ordinationi ſuæ epiſcopus po
teſt implorare auctoritatem ſuperioris, ut Papæ, argumen
to d.c.irrefragabili §.cæterum: Crederem etiam epiſcopũ
poſſe rebelles,& inobedientes excommunicare, & contra il
los aliis cenſuris uti argu. c.præterea extra de offi. deleg. &
c.cum ab eccleſiarum,ubi glo.in fin.& ibi Abb.in 2.regu-
12 la de offi.ordin. Adde, quòd † ſicut quando agitur de uica
ria de nouo in eccleſia conſtituenda, requiritur auctoritas,
& conſenſus epiſcopi, ſine quo conſtitutio non ualeret c.
extirpandæ §. quia uero de præben.& argu.c. cum ſatis de
offi. Archid. & Abb.in c.adhæc col.2.uerſi.uenio ad quæſi-
ta de offi.uica.per illum tex.ita & deputatio uicarij genera
lis epiſcopi ad epiſcopum, & non ad capitulum pertinere
debet, quoniam uideretur inconueniens, quòd capitulum
carens iuriſdictione epiſcopali eligeret uicarium, qui non
uices capituli, ſed epiſcopi ſubſtineret, & illius iuriſdictio-
nem exerceret. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio fundata ſuper certa qualitate, uel illam preſupponem ſine ea locum non habet.*

2 *In gratia, et priuilegio ſe fundans debet probare qualitatem, ſeu cauſam, ob quam data eſt gratia, ſeu priuilegium, aliàs ſuccumbit.*

3 *Priuilegij cauſa finita, finitur priuilegium.*

4 *Talem ſe aſſerens, & uolens ſe, ut talem admitti, debet probare ſe eſſe talem.*

5 *Priuilegiatus ratione officij, uel oneris, ut uelut talis priuilegio gaudeat, quid requiritur.*

6 *Succedens in onus debet etiam in priuilegium, & commodum ſuccedere.*

7 *Exemptio loci, & eccleſiæ, et exemptio capituli, ſeu congregationis clericorum, uel monachorum, & exemptio populi inter ſe differunt, & exempto uno ex ipſis alij non cenſentur exempti.*

8 *Exemptiones ſunt ſtrictè interpretandæ, & ſecundum proprietatem uerborum intelligendæ.*

9 *Nec ſunt de perſona ad perſonam, nec de loco ad locum, nec de caſu ad caſum extendendæ.*

10 *Exemptio à iuriſdictione ordinarij eſt gratioſa, & odioſa, & propterea ſtricti iuris.*

11 *Exemptio conceſſa monaſterio quoad ſe, & ſua loca non extenditur ad loca facta ſua poſt exemptionem.*

12 *Papa in dubio non cenſetur uelle per ſuum priuilegium derogare iuri alterius, & maximè epiſcopi, & iura ordinarij in dubio uelle conſeruare cenſetur.*

13 *Eccleſiæ ſeculares, & regulares, & capellæ quoad quam legem epiſcopo ſubſunt, & quid in ſubiectis monaſterio num. 15.*

14 *De lege iuriſdictionis, & de lege diœceſana quæ dicantur remiſſiuè.*

Viſi-

15 *Viſitatio eſt de lege iuriſdictionis.*
16 *Priuilegia poſſunt quidem alijs quoque concedi, ſed non ad alios extendi.*
17 *Exemptio conceſſa congregationi monachorum, ſeu monachis, clericis, uel canonicis non facit loca ipſis ſubiecta exempta.*
18 *Priuilegium ad preces conceſſum debet ad ſuum caſum tantum reſtringi, nec aliquo modo ultra propriiſsimam uerborum ſignificationem extendi etiam ad id, quod longè ſub uerbis expreſsis comprehendi poſſet.*
19 *Priuilegium conceſſum ad poſtulationem debet magis reſtringi, quam conceſſum motu proprio.*
20 *Ordinarij uiſitantes in quibus locis ſint recipiendi.*
21 *Viſitationes in quibus locis ab epiſcopo, & ordinario ſint faciendæ.*
22 *Eccleſia non cenſetur exempta ob exemptionem conceſſam monachis, uel clericis, ſeu illorum congregationi, uel capitulo, & in omnibus, præter quam in iuriſdictione monachorum, & clericorum, epiſcopo reſpondet.*
23 *Et ea exempta unà cum locis, clericis, & religioſis, populus tamen non cenſetur exemptus, et in iuriſdictione illius epiſcopo reſpondere tenetur.*
24 *Exemptus etiam ſi ſit eccleſia ratione rei, uel perſonæ non exemptæ iudicatur tanquam non exemptus, & iuriſdictioni ordinarij ſubijcitur.*
25 *Eccleſia parrochialis aliàs quoad ſe, et perſonas ſuas eccleſiaſticas exempta, ſed non quod parrochianos, quoad curam parrochianorum, et ratione illorum non dicitur exempta, et dioceſano loci ſubeſt.*
26. *Idem in rectore illius.*
27 *Etiam ſi eccleſia illa ad monaſterium exemptum pleno iure ſpectaret.*
28 *Monachus de iure communi poteſt abſque diſpenſatione ex ſola inſtitutione habentis poteſtatem inſtituendi curam animarum populi in eccleſia ſeculari exercere.*
29 *Et quid ſi in illa eccleſia habitaret congregatio monachorum.*

EPITOME.

VISITATIO *populi non exempti, quòd in eccleſia alias exempta, & inuitis clericis, ſeu monachis etiam exemptis ab epiſcopo, ſeu ordinario fieri poſsit, & quòd eccleſia aliàs exempta ratione populi non exempti cenſeatur non exempta, & ordinario loci ſit ſubdita, hic demonſtratur.*

CONSILIVM XXIIII.

IN præſenti cauſa uiſis dubiis mihi exhibitis, ac diligenter conſideratis uerbis priuilegiorum tàm congregationis uallis umbroſæ, quàm monaſterij Sanctæ Iuſtinæ, omiſſo mulriloquio, quid uerius de iure ſentiam, exponam, & licet ſuperuacaneum fortè uideatur, me in huiuſmodi cauſa manum apponere, cum ſuper eiſdem dubiis tam doctè, copioſè, ac eleganter alius excellentiſſimus conſultor olim collega, ac concurrens meus ſcripſerit, ut uix locus mihi ſuperſit aliquid ulterius addendi, tamen nō diſcedendo ab eius dictis, immò illis adhærendo, quædā alia ad propoſitum leui calamo percurram, ſolum inſiſtendo circa duo ultima dubia, quæ ſunt difficiliora, prætermiſſo primo dubio ſatis luculenter per dictum dominum Conſultorē enucleato, cum cuius deciſione pertranſeo, uidelicet, quòd adhoc, ut monachi uallis umbroſæ gaudere poſſint priuilegiis conceſſis congregationi Sanctæ Iuſtinæ, teneātur ante omnia probare ſe regi iuxta regulam, ſeu obſeruantiam regula-
1 rem dictæ congregationis Sanctæ Iuſtinæ, nam † quotieſcunque diſpoſitio eſt fundata ſuper certa qualitate, uel certam præſupponit qualitatem, ceſſante illa qualitate, ceſſat diſpoſitio, & ea exiſtente, diſpoſitio habet effectum clem. ſi de beneficio de præben. clemen. literas cum ibi nota. de reſcript. & Ioann. de Anan. in cap. tua in 4. colum. de uſu.
2 Et ideò † ſi non probetur qualitas, ſeu cauſa, ob quam data eſt gratia, ſeu priuilegium, ſuccumbit ille, qui ſe in gratia, & priuilegio fundat, ut eſt caſus no. iuncta gl. in uerb. creatum de reſcriptis, qui text. loquitur in literis ad beneficia
3 † finita enim cauſa priuilegij, finitur priuilegium l. titia ſeio §. uſuras, & ibi habetur de legat. 2. Barto. in l. ex facto ff. de uulga. et pupilla. & Abb. in c. ſuggeſtum de decimis: quare cum ad preces monachorum aſſerentium ſe regi iuxta regulam, & obſeruantiam regularem congregationis Sanctæ Iuſtinæ fuerint eis conceſſa priuilegia congregationis Sanctæ Iuſtinæ, ipſi monachi debent probare hanc qualitatem, quòd regantur iuxta dictam regulā, alias ſuccumbent, quia
4 † is, qui aſſerit ſe talem, & uult admitti, ut talis, debet probare ſe talem l. qui non ignorat C. qui accu. non poſſunt.
5 Præterea † priuilegiatus ratione officij non gaudet priuilegio, ſi officium non exerceat, uel onus uerè, & actualiter non ſubeat, l. ſi duos §. philoſophus, & ibi Barto. de excuſa. tuto. & dicit Bald. in l. ſiuè poſſidetis in 2. colum. C. de probat. in uerſi. ſecundo quæro, quòd priuilegiatus ut talis gaudet priuilegio eorum, qui propriè ſunt tales, & ideò ut tanquam talis poſſit gaudere, debet ſe talem eſſe probare, ut ibi, & argumento d. l. qui non ignorat C. qui accu. non poſſunt, & faciunt not. per Barto. in l. ſi maritus §. legis Iuliæ ff. de adulteriis: Et his ſolis ultra dicta per alium dominum Conſultorem quoad hoc primum dubium ſum contentus.

¶ Capio ſecundum, quo quæritur, dato, quòd dicti monachi uallis umbroſæ poſſint gaudere priuilegiis conceſſis cōgregationi Sanctæ Iuſtinæ, an ordinarius uolens uiſitare populum dictarum eccleſiarum non exemptum poſſit hoc facere in locis, ut ſupra exemptis, inuitis ipſis monachis, & nō conſentienribus, non obſtantibus quibuſdam priuilegiis, de quibus, ac quorum tenore in puncto exhibito habetur mentio: & non poſſe uidetur dicendum propter priuilegia prædicta, quæ hoc uidentur prohibere, & ultra alia multum repugnat quartum priuilegium Eugenij conceſſum congregationi Sanctæ Iuſtinæ in ſecunda parte, ubi uoluit Eugenius, quòd ex cauſa uiſitandi, uel ex alia cauſa, inuitis monachis, ordinarius non poſſit in locis ſolitis miſſas celebrare, nec cauſas ciuiles, ſeu criminales cognoſcere, nec ſynodus, conuentus, ſeu quæuis congregatio tàm eccleſiaſticarum perſonarum, quàm laicorum cogi, ſeu congregari poſſit, ergo in illis epiſcopus populum non exemptum, & ſic perſonas laicas non poterit uiſitare, nec facere, ut in illis cō-
6 gregentur cauſa uiſitandi. Præterea † qui ſuccedit in onus, ſuccedere debet in commodum, & priuilegium clem. 1. de cenſi. c. qui ſentit de regu. iur. in 6. ſed monachi uallis umbroſæ ſuccedunt in onus monaſterij Sanctæ Iuſtinæ quoad uitam, & obſeruantiam regularem, ergo iuſtum eſt, quòd ſuccedant in commodum priuilegiorum conceſſorum ob uitam, & obſeruantiam regularem, ut in conceſſione priuilegiorum continetur. ¶ Sed non obſtantibus prædictis priuilegiis, puto ueriſſimum de iure, quòd in caſu noſtro ordinarius in locis dictorum monachorum uallis umbroſæ poterit populum non exemptum uiſitare, & ideò parrochianos non exemptos poterit conuenire ad ſuas eccleſias parrochiales, & ad loca ipſarum, quamuis etiam illa exempta forent: Et ad hoc dicendum moueor ex pluribus, prius præ-
7 ſupponendo, † aliud eſſe, quòd eccleſia, ſeu locus fuerit exēptus, aliud, quòd capitulum, ſeu congregatio clericorum, uel monochorum, & aliud, quòd populus fuerit exemptus, ut eſt optimus tex. in c. per exemptionem de priuileg. in 6. c. cum cappella, & ibi Innocen. de priuilegiis, & in clemen. unica de exceſſ. præla. nam exempta facta eccleſia, dicuntur exempti omnes monachi, ſeu clerici, ac etiam conuerſi, & cappellani, ſeu præsbyteri habentes curam eccleſiæ, tamen non dicuntur exempti ipſi parrochiani, & ſic laici, niſi ſpecialiter in priuilegio dicatur: item ſi ſint facti exempti clerici, ſeu monachi, uel canonici, & ſic illi, qui ſunt de congregatione, ſeu capitulo canonicorum, uel monachorum

fuerit

fuerit cōceſsū priuilegiū exemptionis, nō dicuntur eccle-
ſiæ,& loca ipſa eſſe exēpta d.c. per exēptionē, ibi ſi canoci
alicuius eccleſiæ,iūcto c.1.10.q.1.cū ibi no.per gl.& Do-
min.& c.cum.m.de conſt.& d.c.cum cappella, & ibi Inno.
8 ¶Item præſuppono, quòd † exemptiones huiuſmodi ſunt
ſtrictè interpretandæ,& debent intelligi ſecundum proprie
tatem uerborum, & non largè c. priuilegium de priuileg.
9 in 6.iuncta glo.& † ideò in illis non fit extenſio de perſona
ad perſonam, nec de locoad locum, nec de caſu ad caſum,
ſed debent intelligi,prout iacent, & in propriis terminis d.
c.per exemptionem, ſatis eſt.n.ut aliquid operentur ultra
ius commune,& hoc ex eo,quia tēdunt in præiudicium po
teſtatis,& iuriſdictionis ordinariæ epiſcopi,quæ eſt fauori-
10 bilis, † exemptio uerò ex hoc iudicatur gratioſa, & odioſa,
& conſequenter ſtricti iuris ad tradita per Domin. in d. c.
per exemptionem poſt Hoſtien.quem refert, & ſequitur,
dando regulā,ut ſupra,in ulti.uerbis illius capituli per text.
in c.ſanè de priuileg.& in l.ſi unus.§.pactus.ff.de pactis,un
11 dè dicit glo.fi.& ibi Imol.in clem.1.de cenſi.quòd † exem
ptio conceſſa monaſterio quoad ſe,& ſua loca non extendi
tur ad loca,quæ facta fuerunt ſua poſt exemptionem,quia
exemptiones nō ſunt extendendæ, ad idem tex. in c.ſi Papa
de priuilegiis in 6.ubi priuilegium exemptionis conceſſum
eſt quoad quædam monaſterio, uel eccleſiæ,& quo ad alia
cenſetur confirmatum ſub iuriſdictione ordinarii, & ratio
12 eſt,quia † in dubio Papa per ſuum priuilegium non cenſe-
tur uelle iuri alterius, & maximè epiſcopi derogare, nam
in dubio ſemper Papa cenſetur uelle conſeruare iura ordi-
narii,quia ſi unicuique epiſcoporum iuriſdictio ſua non ſer
13 uetur,eccleſiaſticus ordo confunditur c.peruenit 11.q.1.
& not.in c.2.de religio.domi. ¶Præſuppono ēt,quòd † ec
cleſiæ ſeculares ſubſunt epiſcopo quoad utramq; legem
v3 iuriſdictionis,& quo ad legem diœceſanā, eccleſiæ uerò
regulares, ut monaſteria ſolum ſubſunt epiſc. quo ad legē
iuriſdictionis,& non quo ad legē diœceſanā c. conqueten-
te cum ibi not.& melius in c.dilecto de offi.ordina & eſt bo
na gl.& ibi ſcribentes in ſumma 10.q.1.& c.cum dilectus
14 cum ibi not.de religio.domi.† quæ autem ſint de lege iuriſ
dictionis,dic,ut ibi plenè: & inter alia uiſitatio ſub illa con
15 tinetur,& quæ dicūtur de lege diœceſana,ibi uideas.† Cap
pellæ tamen,& aliæ ſeculares eccl.ſubiectæ monaſterio ſub
ſunt epiſc.quo ad utramq; legem, niſi monaſteriū eſſet exē
ptum ēt ſpecialiter cum ſuis locis,cappellis,& eccl. ad tra-
dita per glo.in dicta ſumma,& ī aliis locis præallegatis, ma
ximè in d.c.dilectus per glo.& ſcribentes,dicit tñ Abbas in
d.c.conquerente in 4.not.quòd ſi in cappells,ſeu eccl. mo
naſterio ſubiectis habitarent monachi, ſeu in eis habitaret
congregatio monachorum,illæquoq; dicerentur regulari-
ter exemptæ quoad legē diœceſ.ſed non quoad legē iuriſ-
dictionis,quia ſi monaſteriū eſſet exemptum quo ad legē iu
riſdict.ob hoc cappellæ hmōi non dicerētur exemptæ quo
ad legem iuriſdict.niſi expreſsè ēt de cappellis, & eccleſiis
ſubiectis mentio facta eſſet per not.in dicta ſumma,& in d.
c.dilectus,item quia priuilegia exemptionum non debent
16 extendi ultra caſus expreſſos,ut ſupra,ac etiam quia † pri-
uilegia ſui natura non ſunt ad alios caſus extenſibilia, quā-
uis aliis etiam concedi poſſint,ut dicit glo. in c. hinc eſt 16.
q.1.immò ex maioritate rationis extenſio in priuilegiis lo-
cum non habet, Abb.in c.dilecti,& in c. ex parte il 3. de de
cimis,c.ſanè de priuil.ſpeculat.in tit.de diſpenſa.§. uidendū
reſtat uerſi.ſed oppono,glo.in c.quæſitum 13.q.2.& l.ſi pu
pillorum.§.pen.ff.de rebus eorum.¶His ita ſe habentibus,
modo in caſu noſtro Papa ad poſtulationem, & preces mo
nachorum congregationis uallis umbroſæ aſſerentium ſe
regi iuxta regulam, & obſeruantiam regularem congrega
tionis ſanctæ Iuſtinæ extendit oīa priuilegia aliàs conceſſa
dictæ cōgregationi S.Iuſtinæ,quatenus ſint in uſu,ad ipſam
cōgregationem uallis umbroſæ in oībus,& per omnia: hæc
ſunt uerba conceſſionis,& priuilegiorū conceſſorū à Papa,
in quibus conſidero,quòd priuilegia conceſſa congregatio
ni S.Iuſtinæ fuerunt extenſa ad cōgreg. monachorū uallis
umbroſæ,ergo ſolum priuilegia conceſſa congreg. S.Iuſti-
17 næ dicuntur conceſſa congreg.uallis umbroſæ: Sed † ubi-
cunq; priuilegium exemptionis eſt conceſſum congreg.
monachorum,ob hoc non cenſentur loca ipſorum exēpta,
& præſertim loca ſubiecta d. c. per exemptionē cū ſimilib.
ſupra adductis,ergo ex hac priuilegiorum extenſione facta
à Papa ſolum monachi uallis umbroſæ dicentur exēpti, &
non loca ipſorū,quia ſolum fuerunt extenſa priuilegia con
ceſſa congreg. S. Iuſtinæ ad congreg. monachorum uallis
umbroſæ,non aūt priuilegia conceſſa ipſis locis,& eccleſiis
S. Iuſtinæ fuerunt extenſa ad loca, & eccleſias uallis um-
broſæ,quia per priuilegia conceſſa congreg. monachorū,
ſeu monachis, uel clericis, & canonicis non dicuntur loca
ipſa exempta,ut ſupra præſuppoſui. Nihil ergo obſtabit in
caſu noſtro, quin ordinarius poſſit uiſitare populū non exē
ptū in locis,& eccl.parrochialibus ſubiectis ipſis monachis
uallis umbroſæ,cū ex inſpectione copiæ priuileg.ad me trāſ
miſſæ non uideā,quòd loca,& hmōi dicantur exempta,ſeu
exemptæ,conſiderando ut ſupra. ¶Secundo hoc idē corro
18 boratur,nam † priuilegia conceſſa cōgregationi S. Iuſtinæ
ad preces,& poſtulationē monachorū uallis umbroſæ, fue
runt per Papā extenſa ad congreg. monachorū uallis um-
broſæ,ergo talis extēſio, ſeu cōceſſio priuileg. debet ad ſuū
caſum tantum reſtringi, nec aliquo modo extēdi ultra pro
priiſſimā ſignificationē uerborū ad id,quod largè ēt poſſet
ſub uerbis expreſſis comprehendi argu.tex. in c. ſi pluribus
de præben.in 6.cū alijs infinitis ſupra allegatis,c. ſtatuto de
decimis in 6.& per Imol.in clem.1.ſuper glo.in ver. uolu-
19 mus de cenſibus,qui dicit † priuileg. conceſſum ad poſtula
tionē debere magis reſtringi,quàm ſi fuiſſet conceſſum mo
tu proprio d.c.ſtatuto,iūcto d.c.ſi pluribus,ex quo infertur,
quòd ſolum ipſi monachi,ſeu eorū cōgregatio dicetur exē
pta,& poterit uti priuilegiis conceſſis congreg.S.Iuſtinæ,&
non conceſſis locis,& eccleſiis ſuis.Ex quibus percipitur nō
eſſe inconueniens,quòd in locis,& eccleſiis uallis umbroſæ
ordinarius poſſit uiſitare populum non exemptū abſq; præ
iudicio ſuorum priuileg. ¶Tertio hoc uerū eſſe clariſſimè
20 oſtendo,præſupponendo prius,quòd † ordinarij uiſitantes
ſunt recipiendi in eccleſiis,& locis,ac domibus eccl. ac mo
naſteriorum,& non in aliis locis ēt congruis,ipſis inuitis,ut
eſt tex. cum glo.in uerbo ipſorū,& ibi Imola,& alii in clem.
21 2. de cenſibus, † viſitationes.n.ab epiſcopo,& ordinario fa
ciendæ ſunt in monaſterio, & clauſtro, ſeu in domibus ec-
cleſiarum,quæ ſunt loca congrua,de quibus loquitur tex. in
d.c.1.de cenſi.in 6.& non in aliis locis etiā aliàs aptis, c. ut
iuxta de offi. ordi.c.1.de cenſi.in 6.& ibi Archid.& Domi.
bonus tex.in c.placuit 10.q.1.circa fin.ibi,& ſic poſtea epi
ſcopus de illa eccle.proficiſcatur ad aliā, qui loquitur nedū
de uiſitationibus clericorum,& monachorum,ſed etiam de
illis,quæ fiunt populo non exempto.Et ſi ipſis ordinariis uo
lentibus uiſitare fieret reſiſtentia, poſſunt propria aūcte op
ponentes,& reſiſtentes ēt per uim expellere,& eiicere,non
tamē poſſunt portas,& ualuas monaſterii,& eccl.frangere,
ut eſt bonus tex.& ibi gl.& Imola optimè declarat in clem.
2.de cenſi.& habetur ēt per Ioa.and.poſt Innoc.& Hoſtiē.
in c.1.de īmunita.eccl.Hoc præſuppoſito,& dato ēt, quòd
nedū congreg.monachorū uallis umbroſæ dicatur exēpta,
ſed ēt eorum monaſterium, & oīa loca eis ſubiecta ſint exē
pta propter ſupradictā extenſionem priuileg. eccl.S.Iuſti-
næ,& conſequenter in omnibus, & per oīa etiā quoad loca
ſubiecta monachi uallis umbroſæ dicantur exempti, prout
ſūt monachi S. Iuſtinæ,adhuc dico de iure ordinariū poſſe
uiſitare populum non exemptum in eccle.& locis ſubiec-

tis monachis dictæ vallis vmbroſæ, inuitis ipſis monachis:
22 quia † ubicunque priuilegiũ exemptionis eſt cõceſſum monachis, ſeu clericis, uel congregationi, ſeu capitulo monachorum, uel canonicorum, tunc eccleſia nõ cenſetur exempta, & ideò in omnibus reſpõdebit ipſi epiſcopo, præterquã in iuriſdictione clericorum, & monachorum, Innocen. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. cum cappella per illum textum de priuileg. in princi. Domin. in c. per exemptionem per illum
23 textum in 3. colum. eodem titu. in 6. ſed † ſi eccleſia cum locis, & clericis, & religioſis fuerit exempta, nõ tamen populus cenſetur exemptus d.c. per exemptionem cum ſim. ergo licet eccleſia non teneatur reſpõdere epiſcopo in iuriſdictione ipſius eccleſiæ, & clericorum, tamen tenebitur reſpondere in iuriſdictione populi non exempti, & propterea reſpectu uiſitationis populi non exempti eccleſia debebit ordinarium uiſitantem recipere. ¶ Præterea & me-
24 lius † exẽptus ratione rei non exemptæ ſubiicitur iuriſdictioni ordinarij, & ideò ſi eccleſia etiam cum locis, & perſonis eccleſiaſticis fuerit exempta, ratione rei, uel perſonæ non exemptæ non cenſetur exempta, & tanquam non exempta reſpectu illius rei, uel perſonæ ordinario ſubijcitur, ita dixit Innocen. & ibi Hoſtien. Ioan. Andr. & alij in d.c. cum cappella in ultimis uerbis, & habetur per Imolam, & Ioan. And. & Abb. in c. ex ore eodem tit. & per Domin. in c. ſi Papa de priuileg. in 6. & in d.c. per exemptionem in 3. colum. ergo monaſterium, & monachi vallis vmbroſæ ratione populi non exempti non dicentur, nec cenſebuntur exempti, & poteſtati ordinarij ſubiicientur, ſed quando eccleſia non eſt exempta, uiſitatio etiam inuitis monachis, & clericis facienda eſt in eccleſia, & ordinarius in monaſteriis, & domibus eſt recipiendus, & non alibi, ut ſupra, ergo ratione populi non exempti, inuitis monachis, ordinarius poterit in eccleſiis, & locis exemptis viſitare, licet ratione perſonarum exemptarum, ut clericorum fortè non poſſet, & iſto modo poſſunt intelligi priuilegia conceſſa congregationi vallis vmbroſæ. ¶ Confirmantur iſta ex ijs, quæ ferè in terminis tradit Domin. in c. unico de cappellis mona. in 6. in 2. co-
25 lum. dicens, quòd † ex quo eccleſia parrochialis non fuit exempta cum parrochianis, quos habet, licet aliàs ſit exempta quoad ſe, & quoad perſonas ſuas eccleſiaſticas, non tamen erit exempta quo ad curam parrochianorum, & populi non exempti, d.c. per exẽptionem, & d.c. cum cappella, ibique Innoc. & propterea dicit, quòd illa eccleſia ratione parrochianorum non exemptorum ſuberit diœceſano loci
26 c. ex ore de priuil. cum ſim. ſupra allega. & multo magis † ſecundum ipſum diœceſano ſuberit rector illius eccleſiæ parrochialis ratione parrochianorum non exemptorum, quãuis alias ipſe rector eſſet exemptus d. c. per exemptionem, & ideò ſi delinquat, poterit per diœceſanum tanquàm ſubditus ſuus ratione populi nõ exempti puniri, & eccleſia priuari. Si ergo eccleſia exempta ratione populi non exempti dicitur non exempta, & ordinario loci eſt ſubdita, ſequitur quòd in illa ordinarius poterit uiſitare populum non exẽptum inuitis clericis, & monachis, quia reſpectu populi non exempti eccleſia, uel clerici non dicitur exempta, ſed ſubdita, nec dicuntur exempti, ſed ſubditi per textum in d. clem. 2. cum glo. de cenſib. & cum aliis ſim. ſupra allega. & hoc ui
27 detur falcem ad radicem ponere. ¶ Præterea † quandò eccleſia, & monaſterium exemptum cum ſuis locis, & eccleſiis ſubditis habet eccleſiam parrochialem ſibi ſubditam etiam pleno iure, cuius populus nõ ſit exemptus, ſiue inſtitutio de illa parrochiali eccleſia ſpectet ad epiſcopum iuxta ea, quæ habentur in c. unico de cappellis mona. ſiue ad monachos, puta ex priuilegio ſecundum not. per Inno. in c. 1. de cappellis monachorum, & per doct. in d.c. unico cum ſim. talis inſtitutio dicitur acceſſoria ad curam populi non exempti, cum fiat ratione, & reſpectu curæ populi non exempti, & ideò ſequi debebit naturam curæ populi non exempti ad c. acceſſorium de reg. iu. in 6. c. 1. de cõſ. eccl. & c. is cui §. nõ ſic de preb. in 6. ergo de ipſa eccleſia parrochiali rõne curæ iudicabitur, ut de cura parrochianorum nõ exemptorum, cũ ſit acceſſoria ad curã parrochianorũ d.c. is cui, & d.c. unico; ſicut igitur parrochiani ſubſunt epiſcopo, ita eccleſia ſuberit ratione parrochianorum, & ideò ratione parrochianorum uiſitatio facienda erit etiam in eccleſia inuitis monachis: & hæc ſunt etiam expreſsè de mente Inn. in c. 1. de cappellis mona. qui dicit, quòd ſi eccleſia parrochialis ſpectet ad monaſterium exemptum pleno iure, cuius eccleſiæ parrochialis populus non ſit exemptus, ratione populi non exẽpti eccleſia illa, & rector epiſcopo ſuberit, nec dicetur eccleſia exẽpta, ergo ſequitur, quòd in illa epiſcopus poterit uiſitare populum, quia eccleſia exempta rõne ſui membri non exempti non cenſetur exempta, & ſubeſt epiſcopo, ut per Innò. in d.c. cum cappella; & ex his apparent iura R. epiſcopi Florentini eſſe potiora; ex quibus etiam ſublata uidẽtur ea, quæ in contrarium adduci poſſent, & præſertim nõnulla priuilegia, de quibus ſupra, & maximè dum in quarto priuilegio Eugenij in ſecunda parte eximuntur monachi ſanctæ Iuſtinæ, ne teneantur in eorũ monaſteriis, & locis recipere conuentus, & congregationes perſonarum tàm laicarum, quàm eccleſiaſticarũ, reſponderi poteſt primo, quòd illud priuilegiũ conceſſũ monaſterio, & locis S. Iuſtinæ non extenditur ad eccleſias, & loca congregationis vallis vmbroſæ, quia ſolum ea priuilegia, quæ fuerunt conceſſa congregationi monachorum S. Iuſtinæ, & nõ illa, quæ fuerunt conceſſa monaſterio, & locis, fuerunt extenſa ad congregationẽ monachorum vallis vmbroſæ, ut ſupra dictũ eſt. Præterea dico illud priuilegium debere intelligi, quñ fierent per ordinarium congregationes non ratione populi non exempti, & pro uiſitando populum non exẽptum, ſed ex alia cã, alioquin tales congregationes pro uiſitãdo populum non exẽptum poſſent per ordinarium in illis eccleſiis, & locis fieri, ut dictum fuit; & hæc quoad ſecundum dubium dicta ſufficiant. ¶ Tertium reſtat dubiũ, in quo multum non inſiſten-
28 do cũ alio do. conſultore concludo, quòd † de iure cõi abſq; diſpenſatione ex inſtitutione habentis ptãtem inſtituendi monachus per ſe poteſt exercere curam aĩarum populi in eccleſia ſeculari per not. per Abb. in c. quod dei timorẽ de ſtatu monachorum poſt Io. Andr. & Hoſt. & per alia multa ſimilia, quæ ipſe do. conſultor in ſuo conſilio adduxit, & c. parrochia 16. q. 1. & d.c. quod dei inducẽdo, ut ibi per Abb.
29 Hoc † tamen intelligerem uerum eſſe, ſecundum illã opinionem, quæ mihi uidetur cõior Innoc. Io. Andr. & aliorum in eccleſia, in qua non habitaret congregatio monachorum, ut in eccleſia ſeculari, & parochiali, in qua alij monachi nõ habitarent, ſecus eſſet in eccleſia, in qua habitaret congregatio monachorum, quia in illa non debet inſtitui monachus ad curam populi, ſed alius clericus, & presbyter ſecularis, ex diſpenſatione tamen poſſet præfici tali eccleſiæ, Abb. in c. non eſt de uoto, & not. per illum textum in c. 2. de ſtatu monachorum, & eſt glo. in clemen. 1. de electio. c. 1. & ibi gloſ. & Abb. de cappellis monachorum, ubi poſt gloſ. & Anto. aſſignat rationem differentiæ, quare monachus de iure communi abſque diſpenſatione poteſt præſentari, & inſtitui ad eccleſiam habentem curam animarum, in qua non habitaret congregatio monachorum, & tamen non poteſt abſque diſpenſatione, & priuilegio præfici eccleſiæ parrochiali, in qua congregatio monachorum habitare, ſuper quo dicas, ut ibi per dominum Anto. & alios, & omnino per Imolam in clementina prima circa finem de electione; & ex his remaneant prædictæ difficultates reſolutæ. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Congregatio religioſorum, aut aliorum non poteſt eſſe acephala.*
2 *Subditi prælato ſuo obedientiam, & reuerentiam præſtare tenentur, nulla temporis præſcriptione obſtante.*
3 *Viſitatio, & procuratio ſuperioris non poteſt à ſubditis præſcribi.*
4 *Procuratio debetur ſuperiori ratione uiſitationis.*
5 *Imperare quis ſibi ipſi, & iuriſdictionem, ac ius ſuperioritatis in ſe exercere non poteſt.*
6 *Subditus non poteſt præſcribere, ut non ſit ſuo ſuperiori ſubiectus.*
7 *Subditi articuli contra ſuum ſuperiorem dicentis ſe exemptum eſſe ab omni illius iuriſdictione non ſunt admittendi.*
8 *Corpus omne tam humanum, quam myſticum, unum caput, & non duo habere debet.*
9 *Eccleſiæ unius debet eſſe unus gubernator, & rector, & non duo.*
10 *Scandala, & inconuenientia ſunt omnino uitanda.*
11 *Viſitatio, & obedientia ſubditorum à quo, & quo modo preſcribi poſsit, & num. 13. & 14.*
12 *Præſcriptio quando titulum ex parte præſcribentis requirat.*
13 *Præſcriptio temporis immemorialis præbet iuſtam cauſam, iuſtumque titulum præſcribendi etiam aduerſus ius commune, ſeu illum, qui intentionem ſuam de iure communi fundatam habet.*
14 *Obedientia, & ſuperioritatis ius aduerſus ſuperiorem an, quomodo, & à quo præſcribatur.*
Libertas per ſubditum aduerſus ſuperiorem præſcribi poteſt.
15 *Præſcriptio quando poſſeſsionem requirat, et quando non.*
16 *Præſcriptio ſolum comprehendit illa, ſuper quibus expreſsè, & ſpecialiter facta fuit, & non alia.*
17 *Viſitatio arguit, & infert procurationem, ſed non è contra.*
18 *Procuratio neceſſariò accedit uiſitationi, ſed non è contra.*
19 *Procuratio triplex, & quòd non omnis procuratio uiſitationem inferat.*
20 *Eccleſia prius ſubiecta uni poteſt alteri ſubijci, ſeu uniri, reſeruato iure ſoluendi aliquid pro cenſu priori prælato.*
21 *Priuilegium per non uſum longi temporis amittitur.*

EPITOME.

PRIOR *generalis totius ordinis, & congregationis religioſorum tàm conuentualium, quàm obſeruantium, quòd nõ habeat ius uiſitandi in ordine, & congregatione obſeruantium, quamuis ex priuilegio congregationis id ei ſoli conceſſum eſſet, ſi nunquam per longiſsimum tempus hoc uiſitandi officio in dicta congregatione fuit uſus, ſed quòd uicarius generalis de biennio in biennium ex auctoritate, & conceſsione apoſtolica à dicta congregatione obſeruantium electus cum eadem, & omnimoda poteſtate prioris generalis, qui huiuſmodi officio uiſitandi ſemper functus fuit, uiſitandi congregationem prædictam obſeruantium ius habeat, illudque aduerſus priorem generalem præſcripſerit. hic oſtenditur.*

CONSILIVM XXV.

AN prior generalis habeat uiſitationẽ iuxta tenorem
priuilegii ſui in congregatione obſeruantiũ: & id ma
gis uidetur, prout clarè cautum eſt in priuilegio ſuo,
à cuius uerbis nõ eſt recedendũ, alioquin ſequeretur, quòd
1 † cõgregatio diceretur acephala, quod eſſe non põt c. nul
la. 93. diſtin. c. oĩs decenſibus, & c. magnũ 11. q. 1. eſſet. n. ſi-
cut locuſta, quæ regẽ nõ habet, ſecundũ Solomonẽ, ut not.
2 in c. qui uerè 16. q. 1. Præterea † ſubditi prælato ſuo obediẽ
tiã, & reuerentiã præſtare tenẽtur, nulla præſcriptione tem
poris obſtante c. non liceat extra de præſcriptionibus, ẽt ſi
longiſſimo tẽpore uiſitationis obſequiũ nõ præſtiterint; &
3 † hinc aduerſus ſuperioris uiſitationẽ, & illius procurationẽ
præſcribi nõ põt, quia ſic diceretur præſcribi aduerſus eius
obedientiã, ut in c. cum ex officii cũ ibi not. extra de præſcri
ptionibus. ¶ Præterea cum ordo obſeruantiũ ſemper ſingu
4 lis annis præſtiterit priori generali procurationẽ, † quæ ra
tione uiſitationis debetur, ut in d. c. cum ex officii, ſequitur,
quòd ex hoc ſemper dici debet illi reſeruatũ fuiſſe ius uiſitã
di, quoniã unũ uenit in conſequẽtiã alterius, ut not. ĩ d. c. in

glo. in uer. uiſitationẽ, & qui hauſtũ habet, iter ẽt habere de
5 bet l. 3. §. qui habet. ff. de ſerui. ruſti. prædio. ¶ Rurſus † cum
quis non poſſit ſibi ipſi imperare, nec in ſe iuriſdictionẽ, &
ius ſuperioritatis exercere l. pen. ff. de arbit. c. fi. de pœnit. &
remiſs. l. ille à quo. §. tẽpeſtiuũ ad treb. & per cõſequens ẽt
6 nequeat ſeipſum poſſidere, & † ſine poſſeſſ. præſcriptio nõ
procedat c. ſine poſſeſſ. de reg. iur. in 6. ſequitur, quod ſim-
pliciter non põt præſcribere, ut nõ ſit ſuperiori ſuo ſubie-
7 ctus, & † dicunt do. de Rota ĩ deciſ. 239. incipien. ſi decanus
in nouis, aliàs eſt deciſio 1. ſub tit. de præſcript. quòd ſi ſub-
ditus ſuo prælato format artic. quòd ẽ exẽptus ab oĩ iuriſ-
dictiõe ſui ſuperioris, quia præſcripſit aduerſus eũ oĩmodã
libertatẽ, tales articuli nõ ſunt admittẽdi, quia ſunt contra
iuris diſpoſitionẽ. ¶ Sed his, multisq; aliis, quæ breuitas cã
omitto, nõ obſtan. exiſtimo cõtrariũ de iure uerius eẽ, quòd
ad priorẽ generalẽ nõ ſpectet uiſitare ordinẽ, & cõgrega-
tionẽ obſeruãtiũ cũ ptãte intra domos corrigẽdi, & puniẽ
di priores, & fratres, quãdiu ĩ obſeruãtia relig. uixerit, nec
alia hmõi uiſitatiõis officiũ cõcernẽtia facere, nec exerce-
re, ſed uiſitatiõis officiũ ſpectet ad vicariũ gñalem dicti or
dinis obſeruã. quẽ ſingulo biẽnio ſibi aũcte apoſt. v3 Pauli
Eugenii, & Sixti iiii. ſũmorũ Põtif. eligunt, qui vicar. gñlis
tãtã ptãtẽ ĩ fratrib. obſeruan. & ĩ illorũ ordinẽ, quãtã prior
gñalis in toto ordine, habere dignoſcitur, ex quibus ſequi-
tur, quod ordini obſeruãtium prior gñalis nõ præeſt, ſed ſo
lus vicarius gñalis, ne uni ordini dentur duo capita, quod
8 profectò mõſtruoſum eẽt, † cum corpus myſticũ eẽ debeat
ad inſtar unici corporis humani, in quo oſtentũ eẽt habere
duo capita, ut in l. oſtẽtum cum gl. ff. de uerb. ſigni. l. nõ ſunt
ff. de ſtatu homi. cũ gl. ſimiliter huius corporis myſtici debet
eẽ unicum caput, & nõ plura, ſicut in eccl. uniuerſali, cuius
corporis Chriſtus eſt caput, unus eſt dñs, una fides, unũ ba
ptiſma, prout ẽt una fuit diluuii tẽpore arca, quæ unũ Noe
9 gubernatorẽ, & rectorẽ habuit, igitur † unius eccl. unus eſſe
debet gubernator, & rector, quia unũ corpus, unũ caput, &
nõ duo capita hẽre debet, alioquin facilè officia cõfunderẽ
10 tur, & incõueniẽtia, ac ſcãdala ſequi, & oriri poſſent, † quæ
oĩo uitãda ſunt l. nã abſurdũ. ff. de operis liberto. c. 2. de no.
ope. nuncia. & c. nihil de præſcrip. ¶ Præterea cum vicarius
gene. aũcte apoſt. fretus officio uiſitatiõis tãdiu per lõgiſſi-
mum tẽpus in ordine obſeruan. functus fuerit abſq; impedi
mento prioris gene. & abſq; eo, quòd dictus prior gene. ab
annis 40. & 50. citra in dicto ordine obſer. officio uiſitatiõis
functus fuerit, ſequitur, quòd vicarius gene. aduerſus dictũ
priorẽ gene. præſcripſiſſe dicitur uiſitationẽ, & libertatẽ, nã
licet ſubditi cõtra ſuperiorẽ nõ poſſint uiſitatiõem præſcri
bere d. c. cum non liceat, ẽt tãto tẽpore, de cuius initio non
11 exiſtit memoria in cõtrariũ, tñ alius, † qui fungatur iuriſdi-
ctione illius in uiſitãdo, poterit aduerſus dictũ ſuperiorẽ ui
ſitationẽ, & obedientiam ſubditorũ præſcribere c. cũ ex offi
cii de præſcrip. gl. & doct. in d. c. nõ liceat, & do. de Rota in
12 d. deciſ. 239. Et † ad præſcribẽdum ſpatio quadraginta an
norũ neceſſarius erit titulus ex parte præſcribentis, ex quo
ius commune reſiſtit, & præſumptio eſt cõtra præſcriben-
tem, ut habetur in c. de quarta præſcrip. ubi Abb. & alii, in
caſu autem noſtro adeſt titulus ex parte vicarii generalis,
hoc eſt priuilegium ſibi conceſſum ab Eugenio, Paulo, &
Sixto Pontificibus, cuius uigore uſus fuit tali iure uiſitatio-
nis, & quolibet alio iure dicti prioris generalis in ordine ob
ſeruantium, ergo aduerſus dictum priorem generalem
vicarius generalis in dicto ordine obſeruantium ſpatio ẽt
quadraginta ann. potuit uiſitationem in dicto ordine præ-
ſcribere c. 1. de præſcrip. in 6. c. cũ perſonæ de priuileg. in 6.
13 ¶ Rurſus præſupponitur in facto, † quòd dictus prior gene.
in dicto ordine obſeruantium à tãto tẽpore, de cuius initio
non exiſtit memoria in contrarium, nunquam uſus fuit offi

cio uiſitandi, nec corrigendi etiam intra domos fratres di-
cti ordinis,& illo iure ſemper uſus fuit uicarius generalis,er
go prior generalis cenſetur huiuſmodi iure priuatus,ut am
plius uiſitare non poſſit, ut uolunt do.de Rota in d. deciſio-
ne, quia talis præſcriptio tanti temporis, de cuius initio non
exiſtit memoria in contrarium per ſe præbet iuſtam cau-
ſam, iuſtumque titulum præſcribendi etiam aduerſus ius
commune, ſeu aduerſus illum, qui habet fundatam ſuam
intentionem de iure communi, & pro quo eſt præſumptio
d.c.1.in fin. de præſcriptionibus in 6. & ſi longo tempore
potuit, ut ſupra, præſcribi, multo magis tempore longiſſi-
mo, argumento eius, quod dicit gloſ.in c.1.§. quid ergo de
14 inueſti.de re aliena. Præterea † nulli dubium eſt, quin con
tra obedientiam præſcribi poſſit, ut in d.c.cum perſonæ, &
in huiuſmodi præſcriptione obedientiæ aduerſus ſuperio-
rem duo ſunt conſideranda, unum inquantum habet rela-
tionem duorum extremorum,& ad duas perſonas tantum,
præcipientis uidelicet,& obſequentis, & tunc procedit id,
quod dicitur, quòd ſi quis non poteſt præſcribere obedien
tiã,ut non ſit ſubditus ſuo ſuperiori, quoniam nemo poteſt
ſibi imperare,nec obedientiam poſſidere in ſeipſo,ut in d.c.
non liceat,ſed alius in ſubditis alterius bene poteſt præſcri-
bere aduerſus ſuperiorem illum obediẽtiam,ſiue ſubiectio-
nem,aut ſuperioritatem,uel exemptionem, & conſequen-
ter uiſitationem,& procurationem,ut in d.c.cum ex officij,
& in d.deciſione 239.prout in caſu noſtro uicarius genera-
lis,ut ſupra,præſcripſit. Aliud eſt conſiderandum in præſcri
ptione obedientiæ, inquantum iſtud præſcribere habet effe
ctum abnegatiuum quo mediãte quis, hoc eſt ille,qui aliàs
erat ſubditus,dicit ſe liberum ab obedientia prælati,& tunc
talis non dicitur præſcribere obedientiam aduerſus ſuum
ſuperiorem,ſed libertatem,ut in rubro,& nigro C. de præ-
ſcrip.quæ pro liberta. uel contra.l.3.§.ſi ſeruus ff. de acqui.
poſſ.& facit text.in l.ſi partem ff. quemad. ſer.amitta. & ita
intelligi põt id,quod habetur in c.cum olim de priuil. & in
d.c.cũ perſonæ,ubi probatur,quòd obedientia,& ius ſupe-
rioritatis præſcribi poſſit, debet enim intelligi quo ad liber-
tatem,ita notabiliter,& pulchrè declarauit abbas in d.c.nõ
liceat in penul.colum.quæ declaratio fuit in terminis, & de
uerbo ad uerbum ſolemnis doct.Oldradi in conſi. 254.inci.
quia tota &c.de quo non meminit Abb.& ita dici poteſt in
caſu noſtro,quòd ordo obſeruantium præſcripſerit aduer-
ſus ſuperiorem non obedientiam, nec uiſitationem, ſed li-
bertatem. ¶ Et ad id,quod dicebatur,quòd ſine poſſeſſione
non procedit præſcriptio d.c.ſine poſſeſſione de regu.iu. in
6.& l.ſine poſſeſſione ff.de uſucap.Reſponderi poteſt primo
ſecundum Oldradum in d.conſilio, cuius dictum reſcripſit
Abbas tacito auctore in d.c.non liceat, quòd hæc propoſi-
tio non eſt ſimpliciter uera,ſed oportet diſtingui, quoniam
15 † aut præſcriptio inducitur ad acquiſitionem rei, ſeu alicu-
ius iuris in re,& tunc procedit aſſumptum, quòd ſine poſ-
ſeſſione,uel quaſi non procedit præſcriptio,aut præſcriptio
fit,ſeu inducitur ad extinguendum ius alterius,uel ad defen
ſionem contra ius alteri competens,ut contra actionẽ per-
ſonalem, & tunc tali præſcribenti non eſt neceſſaria uera
poſſeſſio, uel quaſi, alioquin ſequeretur, quòd non poſſet
præſcribi actio perſonalis, quam debitor non dicitur poſſi-
dere,uel quaſi,ſed creditor, cui uerè cõpetit, ad tradita per
Inno.in c.in literis de reſt.ſpol. quod tamen eſt falſum, ut
habetur in l.2.C.de conſt.pecu.in l.ſicut C. de præſcri.30.
annorũ,& ita reſpondet, & declarat Old.in d.conſ.& ſequi
tur Abb.in d.c.non liceat. ¶ Nõ obſtat etiam id,quod ſupra
primo loco in prin.dictũ fuit,quod ſequeretur,quòd cõgre
gatio obſeruantiũ eſſet acephala, ſi prior generalis illi non
diceretur præeſſe,quoniã reſponſio colligitur ex prædictis,
quòd & ſi prior gñalis non præſit, nec habeat ius uiſitandi,
tñ uicarius generalis illi præeſt, & in illa ius uiſitãdi habet,
& conſequenter nõ dicitur acephala,nec capite caret,tum
ex priuilegio & conceſſione apoſtolica, quod, ſeu quæ iuſtã
causã præſcribendi præbuit ipſi uicario generali aduerſus
priorẽ generalẽ d.c.cũ olim de priuilegijs,& melius in d.c.
cũ perſonæ,tũ ex præſcriptione tãti tẽporis, de cuius initio
nõ exiſtit memoria in cõtrariũ. ¶ Nõ obſtat aliud,quod ſu-
pra dictũ fuit, quòd ex quo cõgregatio obſeruãtiũ ſemper,
& ſingulis annis præſtitit priori generali procurationẽ,quæ
datur rõne uiſitatiõis, nõ dicitur aduerſus dictũ priorẽ præ
ſcriptum ius uiſitãdi,arg.eius,quod dicitur de hauſtu,quòd
qui hẽt hauſtũ,iter ad hauriendũ habere debet,quia rñde-
16 tur,quòd † natura præſcriptionis cõtra eũ,qui hẽt genera-
lẽ,& ordinariã iuriſdictionẽ,eſt,ut ſolũ dicãtur præſcripta il
la,ſuper quib.expreſſè,& ſpãliter facta fuit præſcriptio, &
ſolũ in articulis,in quibus facta præſcriptio reperitur,ſuper
alijs uerò,quæ ad ius ſuperioris ſpectare noſcũtur,& ſuper
quibus facta nõ fuit præſcriptio, ius ſuperioris integrum,
& illæſum remanere debet c.auditis,& c.cũ olim de præſc.
ergo quo ad uiſitationẽ dicetur præſcriptũ contra priorem
generalẽ,nõ aũt quo ad præſtationẽ procurationis,quæ ſibi
17 ſemper fuit præſtita;& † quãuis uiſitatio arguat præſtationẽ
procuratoris per ea, quæ hñr in d.c.cũ ex officij, tñ è cõtra
procuratio neceſſario nõ arguit uiſitationẽ,quoniã procu-
ratio in iure priuato,& tẽporalitate cõſiſtit c.quã periculo-
ſum 7.q.1. & uenit in neceſſariã conſequentiã uiſitationis,
ut in d.c.cũ ex officij,ſed uiſitatio,& correctio in ſpũalitate,
& in iure publico conſiſtũt,ad tradita per Io.And.in c.fi. de
cenſi.& habetur in d.c.cũ ex officij per Abb.in 3.col.& alios
ibi, nec reperitur,quòd ueniat in neceſſariã cõſequentiam
18 procurationis,quoniã † procuratio neceſſario accedit uiſita
tioni,& non è contra, ut habetur in d.c.cũ ex officij, c.cauẽ
dũ 10.q.3.Spec.in ti.de inſtru.edit.§.nunc aũt uidẽdũ uer.
19 quid ergo. ¶ Præterea,ut audio, † id,quod annuatĩ ſoluitur
priori gñali,nõ datur eidẽ,ut procuratio,ſed potius noĩe cu
iuſdã cẽſus, & pẽſionis pro illis monaſterijs olim cõuentua
libus,quæ unita,& annexa fuerũt unà cũ iuribus ſuis congre
gationi obſeruantiũ, iuxta ea, quæ hñr in c.& tẽporis cum
gl.16.q.1.quia ne in totũ per hmõi unionẽ uideretur præ-
iudicatũ congregationi cõuentualiũ ex iuribus prioris ge-
neralis,reſeruatũ fuit eidẽ ius exigẽdi dictũ cenſum, ſeu pẽ
ſionẽ annuã ſolui ſolitã, quæ ſolutio cenſus,ſeu pẽſionis ius
uiſitandi non infert,quia aliud eſt procuratio,quæ eſt anne
xa uiſitationi,aliud penſio,ſeu cenſus,qui,ſeu quæ etiã pro-
curatio dici põt,ut in c.uenerabilis de cenſib. iũctis not.per
gl.in c.procurationes de cẽſib.quæ dicit triplicẽ eſſe procu
rationẽ,unam,quæ rõne uiſitatiõis debetur,& de iſta intelli
gatur argumẽtũ,aliã,quæ debetur ſolũ rõne conſuetudinis,
tertiã,rõne pacti & cõpoſitionis, & de his duab. ultimis põt
intelligi id,quod ſoluitur in caſu noſtro priori generali,ſeu
ordini cõuentualium c. quãto de cenſi. & cõſequenter nõ
infertur neceſſario, quòd ille, cui ſoluitur procuratio, ha-
20 beat ius uiſitandi,cũ multiplex ſit procuratio,vt ſ. & † eccle
ſia, quæ prius erat ſubiecta uni, põt ſubijci, ſeu uniri alteri,
reſeruato tamen iure ſoluendi aliquid pro cẽſu,ſeu pro pẽ
ſione priori prælato,ut in c.conſtitutus de relig.dom.c.uiſis
16.q.2.cum ſim. ¶ Cæteris in cõtrariũ adductis ex prædictis
patet reſponſum: ex quibus oĩbus concludendum eſſe arbi
tror,quòd priori generali uigore ſui priuilegij non cõpetit
21 ius uiſitandi in congregatione obſeruantiũ,& † maximè cũ
ipſe, & prædeceſſores ſui non fuerint uſi dicto ſuo priuile-
gio per 10.20.30.& 40.annos,& per tantũ tẽpus, de cuius
initio memoria in contrariũ nõ exiſtit, ergo priuilegiũ quo
ad hunc effectũ dicitur amiſſum, ut not.in c. cũ acceſſiſſent
de cõſt.ubi gl.& doct.& in c.accedẽtib.de priuil.& habetur
per Bar.in l.beneficiũ in fi.uer.ff.de conſtit.prin. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Monachus de licentia ſuperioris, vel ſedis apoſtolicæ extra monaſterium manens abſque eo, quòd ad aliud monaſterium, ſeu ad aliam eccleſiam ſecularem, vel prælaturam legitimè tranſlatus fuerit, adhuc monachus remanet, & obligatus monaſterio, in quo fuit profeſſus,*

Et illi monaſterio, in quo profeſſus fuit, interim acquirit, & nu. 11.

3 *Monachus proprium habere non poteſt etiam ex diſpenſatione Papæ. Et quid illa diſpenſatio ei proſit, & operetur.*

4 *Monachus ſine licentia è monaſterio egreſſus, & uagabundus, uel aliud monaſterium clandeſtinè ingreſſus poteſt à primo monaſterio, in quo fuit profeſſus, cum omnibus bonis illi, uel illius contemplatione acquiſitis uendicari.*

5 *Et ſi illum uendicare negligeret, cui per eum acquiſita debeantur.*

6 *Monachus putatiuus unius monaſterij ab alio monaſterio poſſeſſus cui monaſterio acquirat remiſſiuè.*

7 *Monachus creatus à Papa Cardinalis an deſinat eſſe monachus, & cui acquirat, & num. 8.*

8 *Monachus de licentia ſuperioris, vel Papæ exiens monaſterium, et aliud ingreſſus, uel ad aliam eccleſiam regularem, ſeu prælaturam habentem adminiſtrationem eccleſiaſticam, uel ſpiritualem legitimè tranſlatus cui acquirat, & num. 15.*

Et quid ſi ante tranſlationē ad aliam religionem acquirat nu. 10. & 13.

Et quid ſi poſtquam tranſlatus eſſe deſierit num. 17.

Et quid ſi fuerit ad canonicatum promotus num. 18.

9 *Monacho ſi delata ſit hæreditas, cui ius illam adeundi competat.*

10 *Hæreditas delata monacho, qui poſtea legitimè ad aliud monaſteriū, uel ad aliam eccleſiam, ſeu prælaturam fuit tranſlatus, debetur primo monaſterio, & non alteri.*

11 *Monachus ad epiſcopatum tranſlatus quid epiſcopatui, & quid monaſterio acquirat, & num. 12.*

14 *Monachus è monaſterio etiam cum licentia egreſſus, & ægrotans non receptus à monaſterio, nec ab eo alimenta habens ſi poſt conualeſcentiam in ſeculo permanens aliquid acquirat, deinde aliam religionem ſit ingreſſus, cui per eum acquiſita debeantur.*

16 *Monachus ad hæreditatem ſibi delatam agens nomine proprio, & ad proprium commodum, & non ad commodum eccleſiæ, uel monaſterij, nec cum illius mandato, male agit.*

18 *Canonicus non dicitur habere prælaturam, nec eccleſiam, nec adminiſtrationem uerè, & propriè.*

19 *Canonicus ſimpliciter, & perſonaliter dicitur beneficiatus, nec dicitur habere ſucceſſorem, nec curam animarum.*

20 *Canonico relictum cui, & cuius contemplatione dicatur relictum, et quid in relicto epiſcopo, uel prælato, ſeu clerico adminiſtrationem eccleſiaſticam habenti.*

21 *Rector eccleſiæ, ſeu prælatus ſucceſſorem habet, qui contractui prædeceſſoris ſtare tenetur, ſecus in canonico.*

22 *Canonicatu uacante, quomodo, & quo iure alius illum habeat.*

23 *Epiſcopus, & canonicus in eadem eccleſia quis eſſe poteſt.*

24 *Beneficia duo ſub eodem tecto haberi non poſſunt.*

25 *Canonicus contra concanonicum, ſed non contra extraneum ſine mandato prælati, & capituli agere poteſt, ſecus in prælato, & rectore eccleſiæ.*

26 *Monachus tranſlatus ad aliud monaſterium, & prior conuentualis exiſtens cui, prioratu durante, acquirat.*

27 *Monaſteriū repudiando hæreditatē ſibi delatam poteſt ſibi præiudicare.*

28 *Et quid ſi dolo fuerit inductum ad illam repudiandum.*

29 *contractus omnes de iure canonico ſunt bonæ fidei.*

30 *Monaſterium, & minor aduerſus repudiationem hæreditatis ob enormē læſionem in integrum reſtituuntur.*

EPITOME.

MONACHVM *de licentia ſuperioris, & Papæ extra monaſterium in ſeculo permanentem, ac etiam promotum ad canonicatum alicuius eccleſiæ, hæreditatem illi delatam, & alia per eum acquiſita monaſterio, & non ſibi acquirere, hic plenè demonſtratur.*

CONSILIVM XXVI.

DOCTE quidem, multumq; magiſtraliter in præſenti cauſa conſultum fuit per clariſsi. aduocatum do. Ludouicum Syluestrum, cuius dictis in omnib.
1 adhæreo, nam † quando monachus ex licentia ſuperioris, uel ſedis apoſtolicæ extra monaſterium manet abſque eo, quod ad aliud monaſteriū, ſeu eccleſiā ſecularem, uel prælaturā legitimè translatus fuerit, cum adhuc monachus remaneat, & monaſterio, in quo profeſſus fuit, dicatur obligatus, ut in c. per tuas extra de uoto, c. ioannes, & ibi Abb. de
2 regula. c. de monachis cum ibi not. 16. q. 1. & c. quod dei timorem in fin. de ſtatu. mona. † quicquid interim acquirit, non ſibi, ſed monaſterio, in quo prius fecit profeſſionē, dicitur acquirere d. c. ioannes, c. de lapſis 16. q. 6. & c. quia in-
3 gredientibus 19. q. ulti. † monachus enim propriū habere non poteſt c. non dicatis 12. q. 1. etiam ſi Papa ſuper hoc cum illo diſpenſauerit, quia talis diſpenſatio eſſet contra ſubſtantialia regulæ c. cum ad monaſterium in fin. de ſtatu mona. ſed ut ea nō ſit fruſtratoria, & aliquid operetur, intelligi debebit per illā permiſſum eſſe monacho, quòd ea bona habere poſſit quoad uſum, & ſimplicem adminiſtrationem tantum iuxta tex. in c. monachi, & ibi gloſ. in uer. adminiſtratione de ſtatu monacho. glo. in d. c. ioannes, & not. per Abb. in d. c. cum ad monaſterium in 2. colu. iuncta. l. ſi quando in prin. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando in princi. ff. de lega. 1. Bar. in authen. excipitur C. de bon. mater. & in l. ſi ita ſcriptū in prin. ff. de hæred. inſtit. Aret. in l. ſi quis mihi bona col. 1. ff. de acquir. hæred. & faciunt ea, quæ ſenſit Pet. de Ancha. in conſil. 425. in primis uerbis, nam monachus, ipſo exiſtente monacho, nullo modo proprium etiam de licentia Papæ, niſi, ut ſupra, poſſidere poteſt, ad tradita per
4 glo. ſummæ 12. q. 1. Et ideò † ſi contingeret monachum abſque licentia, & diſpenſatione exire monaſterium, & uagari, uel clandeſtinè aliud monaſterium ingredi, poſſet primum monaſteriū, in quo profeſſionem fecit, ipſum monachum cū omnibus bonis illi, uel eius contēplatione acquiſitis uendicare c. abbates, & ibi glo. & ſcriben. 18. q. 2. c. fin. cum glo. fi. de regula. & optimè declarat poſt alios inſignis præceptor meus Sozi. in l. 1. §. per ſeruū il 1. col. 1. in 2. & 3.
5 caſu. ff. de acquir. poſſeſſ. & Anch. in d. conſ. 425. † Niſi monachum uagabundū, ſeu fugitiuū abbas, uel monaſteriū, in quo facta fuit profeſſio, uendicare negligeret, ut quia haberet illum pro derelicto, tunc. n. uel ſibi, uel monaſterio, uel eccl. in quo, ſeu qua degeret, acquireret, glo. not. in d. c. abbates in uer. quæ circa fi. & ſentit Sozi. in d. §. per ſeruum, & latè cōſuluit Barba. in conſ. 55. in 2. dubio lib. 4. & Anch. in
6 d. conſ. 425. Quid † iuris etiam in monacho putatiuo unius monaſterij, qui ab alio monaſterio poſſideretur, utrum primo monaſterio, an illi, in quo reſidet, acquirat, not. per eundē Sozi. in d. §. per ſeruū, ad cuius dicta eſt recurrendū, illa .n. referre non curo, quia ad caſum noſtrū non faciunt. Cōcludendū eſt igitur in caſu, de quo agitur, quòd cū iſte monachus de licentia abbatis, & Papæ exiuerit, & in ſeculo ēt extra aliud monaſteriū permāſerit, ex quo nōdū monachus illius monaſterii eſſe deſiit, quia aliud legitimè non fuit ingreſſus, quicquid ſibi fuit acquiſitū, dicitur monaſterio ſaltē quoad proprietatē, illo uiuente, acquiſitū, illo uero mortuo, pleno iure, ut expreſsè uoluit Anch. in d. conſ. 425. uer.
7 ex quo ſequitur, iunctis not. per glo. fi. in d. c. de lapſis. Et † dixit Ioan. de Imol. ī d. l. ſi quis mihi bona. §. 1. quòd ſi monachus fuerit à Papa creatus Card. nō deſinit eē monachus, & quicquid acquirit, dicitur monaſterio, ī quo profeſſus fuit, acquirere, per not. ī clem. ne romani de elec. iūctis iis, quæ habētur in c. quod dei de ſtatu mona. & in c. nōnunquā de
8 cōſecra. diſtin. 6. Si uerò † de licentia ſuperioris, uel Papæ monachus exeundo monaſt. ad aliud monaſt. trāſiuiſſet, iuxta c. licet de regul. uel aliter legitimè ad aliā eccl. regularē translatus fuiſſet, puta quia creatus fuiſſet epiſcopus, uel Cardinalis, qui dicitur ad titulum alicuius eccleſiæ in urbe promoueri ſecundum Aret. in d. l. ſi quis mihi bona. §. 1. uel eſſet effectus prælatus, ſeu rector alicuius eccl. & prælaturæ habentis adminiſtrationem eccleſiaſticam, ſeu ſpiritualem iuxta d. c. quod dei, tunc taliter translatus acquirit eccleſiæ, ſeu monaſterio, in quā, & quod translatus fuit, ut in c.

unico 18.q.1.c.cum olim il 2.ubi caſus extra de priuile. &
9 ibi Abb.& hoc procedit,†tenẽdo opinionem Bar. & ſequa
cium in l.1.ff.de uulga. & pupilla. quòd quando hæreditas
fuit delata monacho,ius adeundi ſpectat ad monachum, &
nõ ad monaſterium, ueluti dicitur de ſeruo in l.cum propo
nas C.de hæred.inſti.& hæc uidetur communis opinio legi
ſtarum: ſi uerò teneamus opinionem Ioan.And.in c.in præ
ſentia de proba.quam canoniſtæ communiter ſequuti fue-
runt per illum textum, & per alia iura, & quam ego ſequu
tus fui in d.c.in præſentia,& pleniusin c.raynutius in mate
ria uulgaris ſubſtitutionis extra de teſtam.& illam uti uerio
rem defendi,quæ opinio in foro canonico,ſeu eccleſiaſtico
ſeruanda erit maximè inter perſonas eccleſiaſticas ad not.
in c.1.de no.ope.nun.uidelicet quòd ius adeundi hæredita
tem monacho delatam dicatur ipſi monaſterio , uel abbati
10 ipſo iure acquiſitum,& nõ monacho,†quamuis monachus
poſt delatam ſibi hæreditatem legitimè fuerit ad aliud mo-
naſterium,uel ad aliam eccleſiam,aut prælaturam transla-
tus,tamen hæreditas, uel ius adeundi acquiri dicentur pri-
mo monaſterio,in quo monachus profeſſus fuit,non conſi-
derata aliter licentia Papæ,uel ſuperioris de exeundo mo-
naſterium,ut uoluit Pau.de Caſt.in l.anniſtius §. ſi ſeruus ff.
de acquir.hæred.& eſt de mente Ioan.de Imol.in d.l.ſi quis
mihi bona §.1.& canoniſtarum communiter in locis allega
tis.¶ Ex quibus infertur,quòd hæreditas, ſuper qua lis pen-
det, debet eſſe illius monaſterij, in quo profeſſionem fecit,
& non ipſius monachi extra monaſterium etiam de licen-
11 tia permanentis,quia† ſi alteri, quam monaſterio hæreditas
eſſet acquirenda,certè non ipſi monacho,ſed potius epiſco
po,uel ſuæ eccleſiæ cathedrali eſſet acquirenda, cum tunc
adire non poſſit,niſi de conſenſu,& auctoritate epiſcopi,cui
deberet acquirere,ut uoluit Bald.in l.deo nobis in fin.uerb.
C.de epiſco. & cleri. quem etiam refert Areti.in d.l.ſi quis
mihi bona §.1.Hoc tamen ultimum dictum Baldi ita ſimpli
citer de iure uerum non uidetur,quia ipſe fundat ſe in tex.
d.c.cum olim il 2.de priuileg.& ideò debet intelligi, ſecun
dum quod loquitur ille tex.iuxta not.per Barto.in l.non ſo
lum §.liberationis uerba ff.de libera.lega. Sed ille text.lo-
quitur de monacho de monaſterio translato ad epiſcopa-
tum,ergo nil mirum,ſi id,quòd acquiſiuit,poſtquam è mo-
naſterio egreſſus fuit,non acquiritur monaſterio, ſed epi-
ſcopatui,ut ibi eſt caſus,& Abb.& alii ſic declarant, nos ue
rò loquimur,quando monachus,qui de licentia ſuperioris,
vel Papæ è monaſterio exiuit,ut extra illud ſub certo habi-
tu religioſorum, uel clericali uiueret, aliter non fuit alicui
eccleſiæ dedicatus,nec ad aliquam prælaturam, ſeu recto-
riam habentem adminiſtrationem tranſlatus, nam ſi quid
huic fuerit acquiſitum, non ſibi, quia adhuc eſt monachus
d.c.cum ad monaſterium,& d.c.quod dei cum ſim.ſed mo-
naſterio,in quo profeſſionem fecit, acquiritur,& debetur
per prædicta: & hoc etiam expreſsè uoluit Petr.de Anch.
in conſi.353.cui ſe do.Ant.ſubſcripſit:& idem uoluit Spec.
in titu.de ſtatu mona.uerſi.40.nec uerum eſt, quòd Aret.in
d.l.ſi quis mihi bona §.1.contrarium uoluerit,ſeu dictũ Bal.
approbauerit,quia ſi uerba eius ibi inſpiciantur, ipſe ſimpli
citer quoſdam docto.recitat,ac etiam Baldum in d.l.deo in
fi.illud dicẽtem per textum in d.c.olim,qui loquitur de mo
nacho ad epiſcopatum tranſlato,qui non ſibi,ſed epiſcopa-
tui acquirit c. unico 18.q.1. ſecundum opinionem quorũ-
dam, quæ ab alia opinione multum ambigua dependet, ut
ſupra retuli.Præterea Are.ibi utitur uerbis quibuſdam,quæ
non ita clarè hoc præſupponunt,ueluti ex aduerſo præſup-
ponitur. ¶ Minus etiam uerum uidetur id, quod aduerſarij
dicunt,uidelicet quòd Specul.dixerit, monachum è mona
ſterio cũ licentia exeuntẽ, & in ſeculo manentem ſibi poſſe
12 acquirere id,quod lucratus fuit,dũ in ſeculo permãſit,† nã
Specu.in tit.de ſtatu mona.uerſi.23.loquitur de monacho,
qui exeundo monaſterium factus fuit epiſcopus, quia id,
quod ante epiſcopatum acquiſiuit, dicitur monaſterio ac-
quiſiuiſſe,illud autem,quod factus epiſcopus acquiſiuit,di-
citur epiſcopatui acquiſiuiſſe,ut ibi per eum,& probatur in
d.c.unico,& in d.c.olim il 2. Item in uerſic.42. Specul.ibi
nihil de hoc,& in uerſic.40.& 41.non dicit id,quod ex ad-
13 uerſo præſupponitur,quia in uerſi.40.inquit,†quòd mona
chus licẽtiatus à ſuperioribus, ut ad arctiorem religionem
tranſiret,ſi ante trãſitum uagabundus aliquid acquiſiuerit,
non ſibi,nec monaſterio,ad quod poſtea ſe trãſtulit,ſed pri
mo, in quo profeſſus fuit, acquiſiuiſſe dicitur, ut ibi: item
14 † in d.uerſicu.41.ponit caſum,quando monaſterium noluit
recipere monachum ægrotantem, nec alimenta ei exhibe-
re, quia ſi poſt conualeſcentiam in ſeculo extra monaſte-
rium permanſerit,& lucratus fuerit, deinde aliam religio-
nem fuerit ingreſſus,inquit Specula.quòd ſi ſolus abbas ſi-
ne capitulo,& conuentu fuit ille,qui monachũ eiecerit,tũc
illi quæſita debentur primo monaſterio,quoniam ſolus ab-
bas non potuit monaſterio præiudicare, ſi uerò abbas cum
toto conuentu,uel maiori parte illum eieciſſet,ſeu noluiſſet
recipere,tunc acquiſita,ut ſupra, debentur nouo monaſte-
rio, quod poſt acquiſitionem factam monachus ingreſſus
fuit argumento authen.ingreſſi C.de ſacroſ.eccl. ¶ Non re
fragatur unum aliud, in quo aduocati aduerſarij magnam
uim facere uidẽtur,quòd ex quo iſte monachus uocatus fra
ter Vincentius poſt exitum monaſterij auctoritate apoſto-
lica,ueluti conſtat ex bulla plumbata, tranſlatus fuit ad ec-
cleſiam ſecularem, & in illa intitulatus eius regimini, quia
in eccleſia Imolenſi factus fuit canonicus,ut illi eccleſiæ ſer
uiret,ergo potuit poſt exitum monaſterij acquirere taliter,
quòd id non dicatur monaſterio acquiſitũ, nam per trãſla-
tionem monachi ad aliam eccleſiam legitimè puta aucto-
ritate Papæ factam monachus liberatur ab obedientia ab-
batis,ſeu ſuperioris,& amplius monaſterio non acquirit,im
mò ea,quæ prius mediante monaſterio acquiſita fuere,tra-
hit ſecum, & à monaſterio abdicat per infinitas doctrinas
ex aduerſo deductas, quas referre potius laborioſum eſſet,
quam neceſſarium;quia pro reſponſione prædictorũ in pri-
15 mis†fateor uerum eſſe,quòd ea,quæ monachus poſt tranſ-
lationem de eo factam ad aliam eccleſiam acquiſiuit,ſeu il-
li iure hæreditario delata fuerunt,non dicuntur primo mo-
naſterio,nec ipſi monacho acquiri,ſed illi eccleſiæ, ſeu præ
laturæ,in quam tranſlatus fuit,ut probant pleniſſimè allega
ta ab aduerſarijs,& habetur per Anch.in d.cõſ.353.& 425.
& glo.in clemen.2.in uer.eccleſiarum de hære.tex. eſt cum
gl.in d.c. de monachis 16.q.1. Abb. & alij in d.c. cum olim
il 2.de priuil.d.c.unico 18.q.1.Feder.in conſi.35. Cardin.
Abb.& alii in c.quod à te de cler.coniug.& Cardi.in conſi.
16 20.& 30. cum alijs: ſed † in caſu occurrenti ad hæredita-
tem non agit eccleſia Imolenſis, ſed ipſe monachus frater
Vincẽtius,ut mihi præſupponitur,ergo malè agere dicitur,
cum ipſe non nomine eccleſiæ, nec ad illius commodum,
ſed ad proprium,& proprio nomine agat,item quia non cõ
ſtat de mandato eccleſiæ argumento eorum,quæ habentur
per Io.And.in c.ex literis extra de prob.& maximè quando
ante acquiſitionem iam canonicus eſſe deſiiſſet, quia cum
amplius non ſit canonicus,non potuit abſque mandato ec-
cleſiæ agere pro eccleſia,ſeu præbenda, quæ ſua eſſe deſiit,
ut colligitur ex iis,quæ habentur in d.c.ex literis cum ſimi-
libus. Præterea cum iſte frater Vincentius non ſit amplius
canonicus dictæ eccleſiæ,& ſic deſierit eſſe tranſlatus,ſequi
tur, quòd hæreditas ſibi delata non potuit acquiri dictæ ec-
cleſiæ Imolenſi, ſeu præbendæ, quam antea habebat, cum
quoad illum extraneus fuerit effectus, nec etiam ipſi fra-
tri Vincentio potuit acquiri, cum adhuc ſit monachus,
nam

nam per licentiam de exeundo monaſterium, ac etiam per
translationem non deſiit eſſe monachus d. c. de monachis
cum glo. d. c. quod dei cum ſimil. ſupra allegatis, ergo dicta
hæreditas debuit acquiri monaſterio, in quo profeſſus fuit,
d. c. in præſentia, & d. authen. ingreſſi cũ aliis præallegatis.
17 Præterea † id, quod dicitur, quòd per translationem factã
de monacho, ſi quæ fuerunt monacho acquiſita, ea acquirũ
tur eccleſiæ, in quam fuit translatus, ut ſupra, uerum eſt du
rante translatione, & quouſque in eccleſia, ad quam fuit
translatus, permãſit, ſed ſi monachus deſierit eſſe trãslatus,
ut quia renũciauerit eccleſiæ, ſeu canonicatui, uel præben-
dæ, ad quam fuit translatus, non põt amplius illi acquirere
argu. tex not. in. §. hoc aũt ſolatio in authen. de ſanctiſſ. epiſ.
& probatur ex iis, quæ habentur in d. c. quod à te de cleri.
coniuga. & in d. c. cum olim, & in d. c. unico 18. q. 1. cum ſi-
milib. ubi ſi monachus deſierit eſſe ſub obedientia abbatis,
& monaſterii, in quo profeſſus fuit, ut quia ad aliam eccle-
ſiam fuerit translatus, nõ acquirit amplius ipſi monaſterio,
ergo eodem modo ex quo dictus frater Vincẽtius ante de-
latam hæreditatem deſiit eſſe tranſlatus, & canonicus eccl.
Imolenſis, non potuit hæreditas ipſi fratri Vincentio delata
acquiri illi eccleſiæ, ſeu præbẽdæ, & minus dicto fratri Vin
centio monacho, quia cũ adhuc ſit monachus, qui propriũ
habere non poteſt, ſibi acquirere non potuit, ergo monaſte
rio, in quo ſit profeſſus, debuit acquirere, ut ſæpe dictum
fuit, & optimè facit tex. in d. §. hoc autem ſolatio. Nec uerũ
uidetur id, quod ex aduerſo præſupponitur, quòd quando
monachus fuit legitimè tranſlatus, illa, quæ priori monaſte
rio fuerant acquiſita, tranſeant cum monacho tranſlato, ut
colligitur ex iis, quæ ponunt Abb. & alii in d. c. quod à te.
Præterea hæc diſputatio ceſſat ĩ caſu noſtro, ex quo iſte mo
nachus deſiit eſſe tranſlatus, ergo hæreditas per eum debet
priori monaſterio acquiri d. §. hoc autẽ ſolatio, iunctis præ
18 dictis. Poſtremò reſpondetur, quòd † licet dictus frater Vin
centius licentiatus de permanendo extra monaſterium pro
motus fuerit ad canonicatum Imolenſem, tamen uerè non
dicitur translatus ad eccleſiam, nec ad prælaturam, & ideò
in eo non procedunt, nec locum habent illa, quæ de mona-
cho translato in locis ſupraallegatis dicuntur, quia mona-
chus promotus ad canonicatum etiam ex prouiſione Papæ
non dicitur translatus ad prælaturam, nec ad eccleſiam,
nec dicitur habere adminiſtrationem uerè, & propriè, li-
cet largiſsimè loquendo uideatur quodam modo admi-
niſtrationem temporalem ſuæ præbendæ habere, ut de-
clarat Abb. in d. c. ex literis de probat. colum. 4. qui ibi
19 ſubdit, quòd † canonicus ſimpliciter, & perſonaliter
dicitur beneficiatus, & non dicitur habere ſucceſſorem,
nec curam animarum, ut eſt etiam de mente gloſ. in c. præ-
ſenti de offi. ordi. in 6. idemque uoluit Abb. in c. fi. de pecul.
20 clerico. & in c. cum eſſes de teſtam. Hinc † canonico re-
lictum in dubio non cenſetur relictum canonicatui, nec il-
lius contemplatione, ſed intuitu perſonæ canonici, quod
ſecus eſt, quando ſimpliciter fuiſſet relictum epiſcopo, uel
prælato, ſeu clerico adminiſtrationem eccleſiaſticam ha-
benti c. relatum, & c. requiſiſti iuncto fin. extra de teſtam.
21 ibique ſcriben. Et † dicit Bald. in l. emptorem colum. 2. C.
locati, quòd rector eccleſiæ, ſeu prælatus ſucceſſorem ha-
bet, qui contractui prædeceſſoris ſtare tenetur, ſed non
ille, qui ad canonicatum, & præbendam aſſumitur, ſeu eli-
gitur, ut in c. fin. ne præla. uices ſuas, quoniam canonicus
præeſt glebæ, & non eccleſiæ, rector autem, & prælatus
22 eccleſiæ præeſſe dicitur: Item † ille, qui uacante canoni-
catu ad præbendam, & canonicatum uocatur, non dici-
tur habere cauſam à prædeceſſore, nec dicitur per tranſ-
miſſionem, ſeu translationem ſuccedere, ſed per uiam pri-
uationis, quia corruptio anteceſſoris dicitur generatio ſuc-
ceſſoris in canonicatu ex natura ordinis, & non creationis,
nec ex poteſtate transfuſionis c. dilecto de præben. quæ
uerba Bald. melius quadrare non poſſent, & faciunt ea,
quæ Abb. Ioan. de Anan. & ſcriben. tradunt in d. c. fin. &
in d. c. præſenti, ponentes differentiam inter canonicum,
& alios prælatos, & rectores eccleſiarum, ueluti etiam col-
ligitur ex tex. in c. fin. iuncto. §. his ita reſpondetur, & ibi
Domin. 12. q. 1. Et ſic ex prædictis clarè colligitur, quòd
canonicus non dicitur ſuccedere in canonicatu, nec etiam
in titulum eccleſiæ, ſeu prælaturæ trãsferri, prout trans-
ferri dicuntur illi, qui de monaſterio, aut de una eccleſia
ad aliam eccleſiam, ſeu prælaturam, aut ad aliud mona-
ſterium transferuntur, ut in d. c. licet de regula. d. c. quod
dei de ſtatu mona. & per totum extra de transla. epiſcopi,
23 & per totum 7. q. 1. & 21. q. 2. Præterea † idem poteſt
in eadem eccleſia eſſe epiſcopus, & canonicus c. à collatio-
24 ne de appellat. in 6. & d. c. ex literis de probat. Et † tamen
ſub eodem tecto duo beneficia in titulum haberi non poſ-
ſunt, ut habetur in c. de multa extra de præben. Item ſecun
25 dum Felin. in d. c. ex literis † licet canonicus contra con-
canonicum ſine mandato prælati, & capituli agere poſſit,
tamen hoc agendo contra alium extraneum facere non po
teſt, quod ſecus eſt in ipſo prælato, & rectore, ut ibi.
26 ¶ Nec obſtat, † quòd monachus translatus ad aliud mo-
naſterium, ut ibi ſit prior conuentualis, qui ad nutum ſu-
perioris dicitur amouibilis, ſi durante prioratu hæreditas
illi delata fuerit, eam non monaſterio, ſed prioratui acqui-
rit, ut uoluit Abb. in d. c. in præſentia quaſi circa fin. de
probat. poſt Feder. in d. conſil. 35. & Bald. in addit. Specul.
in tit. de ſtatu mona. quæſt. 23. ergo idem dicendum eſt
in monacho, qui habuit licentiam exeundi monaſterium,
ſi auctoritate Papæ canonicus eccleſiæ ſecularis factus fuiſ
ſet, quia reſpondetur, quòd prior, ut ſupra, remouibilis di-
citur eſſe adminiſtrator ordinarius, at canonicus anorma
lus, & extraordinarius, ut ex prædictis colligitur. Item
bona deputata ad uſum canonici reuocabiliter, & ad tem-
pus dicuntur deputata, & in illis canonicus ſimplicem ha-
bet uſum, ſed bona prioratus habent perpetuam naturam,
& ſunt irreuocabiliter conceſſa, & ideò non ſunt inuicem
compatibilia, ad tradita per Felin. in d. c. ex literis colum.
3. verſic. item conſidero. ¶ Vltimo contra monaſterium
pro parte dicti fratris Vincentii allegatur, quòd monaſte-
rium ſolemniter, & legitimè renunciauit bonis dictæ hæ-
27 reditatis illam repudiando, † propter quod, cum ſimus
in quærendis, uidetur monaſterio præiudicatum ad notat.
per Bald. in authent. ſi qua circa fin. C. de ſacroſan. eccle.
& per ſcriben. in l. legatum la prima ff. de lega. 1. & per
gloſ. & docto. in c. potuit de loca. Barba. in conſilio 19.
colum. 6. volu. 3. & in conſil. 65. colum. 7. volu. 4. Huic
motiuo, & alijs optimè reſpondit præfatus dominus Lu-
28 douicus, & cum eo pertranſeo, † nam non obſtante præ-
dicta repudiatione monaſterium debet audiri, quia dolo
ex propoſito fuit ad renunciandum inductum, ratione cu-
ius doli repudiationi cauſam dantis repudiatio poteſt re-
ſcindi actione de dolo l. ſi quis cum aliter. ff. de uerb. oblig.
tenendo nos eſſe in iis, quæ ſunt ſtricti iuris, at tenendo
nos eſſe in iis, quæ ſunt bonæ fidei, repudiatio fuit ipſo
iure nulla l. eleganter in princ. & ibi Barto. ff. de dolo, &
29 not. in c. cum dilecti de emptio. & uendi. & maximè † cum
de iure canonico, quod ſeruandum eſt in caſu, de quo agi-
tur, ut ſupra dixi, omnes contractus dicantur eſſe bonæ fi-
dei, ut dicunt Moderniſs. in d. c. cum dilecti colum. 17. ibi-
que plenè dixi, & probatur in terminis per ea, quæ uoluit
Bald. in c. 1. circa fin. extra de plus petit. Secundo reſpon
deo, quòd poſito, non tamen conceſſo, repudiationem in
30 ſe ualuiſſe, nec in ea dolũ ex propoſito interueniſſe, † tũ ne-

gari non poteſt, quin monaſterium aduerſus illam poſſit reſtitutionem in integrum petere, cum dicatur enormiter læſum, ſicut contingit in minore, qui lucroſam hæreditatem ſibi delatam repudiauit l. & ſi §. reſtitutus ff. de minor. l. 1. & 2. C. ſi ut miſs. & l. fin. C. de repud. hæred. minor enim, & eccleſia, ſeu monaſterium ratione læſionis quoad petendam reſtitutionem æquiparantur c. 1. extra de in integrum reſt. c. 1. eodem tit. in 6. & in clemen. Poteſt ergo monaſterium dicere repudiationem nullam ratione doli, & quatenus ſit aliqua, petere aduerſus illam reſtitutionem in integrum: & hæc petitio, ſeu libellus alternatiuus maximè ĩ eccleſia procedit, & ſuſtinetur, ut eſt tex. ibique Abb. in c. olim il 2. extra de priuilegijs. Et ex his in ſententiam præfati excellentiſſimi domini Ludouici Syluestri eundum eſſe duxi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio nulla, niſi quadragenaria aduerſus eccleſiam locum habet, et ſtatuta laicorum aliter de præſcriptione loquentia non comprehendũt eccleſias, nec monaſteria.*

2 *Ius ciuile in eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis non ſeruatur in caſibus, in quibus per ius canonicum expreſsè prouiſum reperitur, ſed ſolum in ſubſidium.*

3 *Eccleſia in omnibus, & præcipuè in præiudicialibus æquiparatur pupillis, & minoribus.*

4 *Ingreſſus, & profeſsio religionis ſi ſuaſu, & ſeductione religioſorum fiãt, valent quidem, ſed bona ingreſsi aliàs monaſterio quærenda non monaſterio, ſed hæredibus ſtatim acquiruntur.*

5 *Hæredum appellatione continentur etiam legatarij, & fideicommiſſarij.*

6 *Conditio de non ingrediendo religionem, ſeu alias impeditiua matrimonij tàm ſpiritualis, quàm temporalis legato, aut alij diſpoſitioni teſtatoris adiecta quando valeat, & ſit adimplenda, & quando ſecus.*

EPITOME.

CONDITIONEM *de non ingrediendo religionem aliquam in ſpecie adiectam diſpoſitioni teſtatoris hic ualere, nec eſſe reiiciendam, nec haberi pro non ſcripta, demonſtratur.*

CONSILIVM XXVII.

IN cauſa fratrum ſancti Dominici, litiſque conſortum contra dominum Hannibalem ſuper poſſeſſorio intentato, uidetur dicendum, tempus ad illud intentandum non eſſe lapſum, quia & ſi decurſum ſit decennium à morte teſtatoris, tamen non dicitur adhuc præſcriptum, quia
1 † aduerſus eccleſiam nulla alia decurrit præſcriptio, niſi quadragenaria, ut in c. de quarta, & in c. illud de præſcript. neque ex ſtatuti, uel iuris ciuilis diſpoſitione cõtrarium introducente poteſt eccleſiæ præiudicium generari, ut in c. uigilanti eodem titu. & ideò licet huic remedio poſſeſſorio per ſtatuta ciuitatis Bononiæ præfixum fuerit ſpatium decem annorum, tamen huiuſmodi ſtatuta laicorum non cõprehendũt eccleſias, nec monaſteria c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & c. quæ in eccleſiarum extra de conſtitutio. & c. fin. de rebus eccl. non alien. Similiter per diſpoſitionem l. fin. C. de edict. diui adr. tollen. non uidetur excludi, ubi remedio d. l. præſcribitur præſcriptione lõgi temporis, ut ibi, quia cum expreſsè prouiſum ſit per ius canonicum, quòd nulla alia præſcriptio longi, uel longiſſimi temporis, quæ inter priuatos, & ſeculares locum habet, poſſit contra eccleſiam, & perſonas eccleſiaſticas decurrere, niſi illa, quæ eſt quadraginta annorum, non obſtanre lege contrarium in hoc diſponente, ut in d. c. uigilanti, & in d. c. illud, & faciunt ea, quæ plenè habentur in c. 1. extra de conſtit. & in c. 1. de noui ope. nun-
2 cia. cum glo. & ibi doct. † ubi in eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis ius ciuile non ſeruatur in caſibus, in quibus expreſsè per ius canonicum prouiſum reperitur, ſed ſolum in ſubſidium c. ſi in adiutorium 10. diſtin. & Anto. in c. cum cauſam de dolo, & contuma. & quoad tollendum ius eccleſijs ex curſu temporis reperiatur per ius canonicum prouiſum, ergo &c. Præterea per ſtatutum ciuitatis Bononiæ ſub rub. quod nullus poſt annum &c. quo cautum fuit, poſſeſſorium competens hæredi ad adipiſcendam poſſeſſionem bonorum hæreditatis tolli ſpatio decem annorum, excipiuntur pupilli, minores, & quidam alij, quibus dictum remedium competere poſſet, ut illud etiam ultra decennium in-
3 tentare ualeant, ſed † eccleſia in omnibus, & præcipuè in præiudicialibus æquiparatur pupillis, ut in c. 1. extra de in integrum reſtitu. ergo in caſu iſto etiam eccleſiæ hoc remedio poſſeſſorio ultra decennium uti permiſſum erit, quia æquiparatorum eadem eſſe debet diſpoſitio c. translato de conſtitut. cum ſimilibus. ¶Quo uerò ad merita cauſæ, an diſpoſitio teſtatoris, qua ad bona hæreditatis uocauit dictos fratres ſancti Dominici, & alias perſonas eccleſiaſticas, & loca pia ſub conditione, & in caſu, quibus dictus dominus Hãnibal tunc exiſtens in monaſterio ſancti Saluatoris indutus habitu nouitiorum infra tempus probationis profiteretur in dicta religione, prout deſtinauerat, ualida ſit, an uerò pro non ſcripta habeatur, cum uideatur eſſe uitæ contemplatiuæ impeditiua ad tex. in §. ſed & hæc præſenti in authen. de ſanctiſs. epiſ. & habetur in c. in præſentia de probat. & in authen. niſi rogati C. ad trebell. de iure concludendum eſſe arbitror, quòd ex quo dictus dominus Hãnibal profeſſus fuit in dicta religione, & ſic euenit conditio, propter quam dicta pia loca ad prædicta bona uocati fuerunt, illa ſunt debita dictis pijs locis, & ad ea ſunt deuoluta, & primo, quia, ut
4 fatetur dominus Hannibal in poſitionibus, † ipſe ingreſſus fuit religionem ſancti Saluatoris, & in illa profeſſionẽ emiſit, ſuaſu, & ſeductione, ſiue circũuentione religioſorum dicti monaſterij: quo fit, ut licet ingreſſus, & profeſſio tenuerit, quia non dicitur circumuentus, qui ſe deo coniungit c. cum dilecti cum ibi not. extra quod met. cau. tamẽ propter talem circumuentionem bona, quæ ex ingreſſu erãt monaſterio quærenda, ut in authen. ingreſſi C. ſacroſ. eccl. ſtatim fuerũt acquiſita illis, qui uel ex teſtamento, uel ab inteſtato ſucceſſuri erant, c. conſtituit. 20. q. 3. & c. conſtituit, ubi eſt ſi-
5 milis tex. 16. q. ult. ubi hæredes uocantur, † quorum appellatione legatarij, & fideicommiſſarij etiam contineri dicuntur, ut in l. ſi filius §. fin. ff. quod cum eo, ibique Alex. in apoſtil. ad Bar. & l. 1. §. de illo, ubi Bar. & Alex. ff. ad trebel. cum ſimilibus: Succedere autem in bonis, de quibus agitur, debebant fratres ſancti Dominici, & alia loca pia, ergo &c.
6 ¶Secundo † inſtitutioni factæ de dicto Hannibale fuit adiecta conditio de non ingrediendo religionem ſancti Saluatoris, in qua ipſe tanquam nouitius iam erat ueſtibus dictæ religionis indutus, quæ conditio & ſi poſſet dicit impeditiua religionis in ſpecie, hoc eſt illius monaſterij, non tamen in genere, quin poſſet aliam ingredi argumento c. conſtitutionem de regula. in 6. & ad ea, quæ habentur per Abb. in c. in præſentia colum. 8. de probat. Ergo talis conditio adiecta non eſt reijcienda, immò adimplenda ad effectum conſequendi diſpoſita in teſtamento, argumento l. cum ita, & ibi Bal. & in l. hoc modo ff. de condit. & demonſtra. arguendo de conditione impeditiua matrimonij carnalis ad illam, quæ poſſet dici impeditiua matrimonij ſpiritualis, hoc eſt ingreſſus monaſterij, prout arguit ibi Bal. & ut faciunt ſcriben. in d. c. in præſentia, & not. in d. §. ſed & hæc præſenti.
¶Tertio conditio impeditiua matrimonij ſpiritualis, hoc eſt ingreſſus monaſterii, uel matrimonii temporalis reiicitur, & habetur pro non ſcripta d. §. ſed hæc præſenti cum ſimil. Sed fallit in caſu, quando in defectum conditionis huiuſmodi

iuſmodi alia pia cauſa, ſiue eccleſia fuiſſet ſubſtituta, & uocata, ut in caſu occurrenti, ueluti in terminis probatur in §. ſi tamen, qui ponitur poſt d. §. ſed hæc præſenti in auth. de ſanctiſſ. epiſ. & eſt glo. fin. quam docto. ſequuntur in uer. inſtituit in d. c. in præſentia, idemq; ſenſit glo. fin. in fin. uer. in authen. niſi rogati C. ad trebell. nam priuilegiatus non debet uti ſuo priuilegio cõtra alium æquè priuilegiatũ ad tradita latè per Bar. in authen. quas actiones C. de ſacroſ. eccleſ. priuilegiatum enim eſt monaſterium, in quod quis ingreditur, quòd conditio adiecta ingredienti, per quam ab ingreſſu retrahi poſſet, fauore monaſterij reiiciatur, ut in d. §. ſed & hæc præſenti, & habetur in d. authen. ingreſſi, & in d. c. in præſentia, ergo monaſterium non debet hoc priuilegio uti in caſu, quo deficiente conditione aliud monaſterium, uel alia pia cauſa uocaretur. ¶Quarto dicta conditio habetur pro non ſcripta, ipſo ingrediente perſeuerante in monaſterio, at ſi in eo nõ perſeueraret, illudque exiret, prout do. Hannnibal exiuit, tunc non debet hoc ſolatio frui, ut in §. hoc autem ſolatio in authen. de ſanctiſſ. epiſ. per quem tex. limitantur ea, quæ habentur in d. §. ſed & hæc præſenti, & in d. c. in præſentia. ¶Quinto relicta ſub conditione impeditiua uitæ comtemplatiuæ, & matrimonij ſpiritualis debẽtur, etiam ſi illa conditio nõ fuerit adimpleta, quia habetur pro non ſcripta fauore ingreſſus monaſterij, ut ei bona poſſint acquiri, ut ſupa; quæ uera ſunt regulariter, niſi contrarium expreſsè conſtet de mente teſtatoris, qui reliquit, aut inſtituit, ſed quando teſtator expreſsè prohibuit bona poſſe monaſterio, & ingredienti acquiri in caſu, quo conditio deficeret, & hæres, uel legatarius, neglecta expreſſa diſpoſitione teſtatoris, eſſet ingreſſus monaſterium, tunc contra expreſſam uoluntatem teſtatoris bona non debent acquiri ingredienti, ſeu monaſterio, ſed illis, quibus teſtator expreſsè uoluit acquiri, ut uoluit Dec. in cõſi. 259. & in d. c. in præſentia colum. 29. cum ſequen. ex mẽte Bal. in l. deo nobis in 1. colum. C. de epiſ. & cle. & do. Anto. in d. c. in præſentia, & eſt de mente gl. cuius motiua nobis inſeruiunt, in d. authen. niſi rogati in ult. colum. ¶Nec aduerſatur illud, quod ipſemet Dec. in d. c. in præſentia colu. 25. inquit, & uidetur communis opinio, quòd ſi alicui fuit aliquid relictum, ſi non fuerit ingreſſus monaſterium, ſeu religionem, talis conditio reijcitur, & habetur pro non adiecta, & legatarius etiam ingrediendo legatum conſequitur, quia reſpondetur primo illud uerum eſſe, quando talis conditio eſſet generaliter impeditiua uitæ contemplatiuæ, & religionis in genere, & in ſpecie, ſecus ſi in ſpecie tantum, ut ſupra dictum fuit: Secundo dico motiuum eſſe uerum, & procedere, quando de tacita uoluntate teſtatoris dicebatur tacitè conſtare ipſum noluiſſe bona monaſterio acquiri debere, ut quia non prohibuit monaſterio acquirenda fore, ſed tacitè debebant acquiri mediante ingreſſu iuxta text. in d. authen. ingreſſi, ſecus, ſi expreſsè appareret teſtatorẽ nullo modo uoluiſſe acquiri debere monaſterio, quod ingreſſus fuit ille, cui fuit relictũ, aut qui hæres inſtitutus fuit per prædicta: & hoc modo debet intelligi id, quod uoluit Bar. in l. fin. C. de pactis colum. 3. dicens, quòd diſpoſitio d. §. ſed & hæc præſenti loquitur in iure iam quæſito monaſterio, quod ita facilè non tollitur, ſecus in iure quærendo, quod teſtator apponendo talem conditionem expreſsè etiã prohibuit monaſterio debere acquiri, ſed uoluit in caſu conditionis deficiẽtis alteri acquiri, & præcipuè quãdo expreſsè uoluit acquiri debere alteri eccleſiæ, aut piæ cauſæ, ut factũ fuit in caſu, de quo agitur, nam tunc abſque dubio ingrediẽti, ſeu monaſterio contra expreſſam uoluntatem teſtatoris acquiri non deberet, ſed illi piæ cauſæ, ſeu monaſterio, cui fuiſſet relictum in caſu, quo hæres, uel legatarius monaſterium ingreſſus eſſet contra expreſſam teſtatoris uoluntatẽ, quæ ſaltem in hoc caſu eſt ſeruanda. Hæc pauca pro aliquali informatione excellentiſſimi domini Auditoris dixiſſe uolui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum mulieri, cum monachabitur, dicitur factum ſub conditione: Nec ante factam profeſſionem debetur num. 4.*
Nec ad monaſterium traſmittitur, decedente muliere in monaſterio infra annum probationis ante factam profeſſionem num. 5. & 13.
2 *Conditio uoluntaria uerè, propriè, & ſpecificè debet adimpleri, non autem fictè, impropriè, & per equipollens.*
3 *Monachari, ſeu monachus fieri uerè, & propriè quis ante profeſſionem non dicitur.*
6 *Iuramentum monachorum, ſeu monialium ad quid obliget monaſterium, & ipſos iurantes, & ad quid non.*
7 *Monachi, & moniales cum iuramento contrahentes poſſunt monaſterio in acquirendis præiudicare.*
8 *Moniali mortua in monaſterio infra annum probationis ante profeſſionem factam, monaſterium tenetur ad reſtitutionem dotis, & eius, quod ſibi pro ingreſſu illius datum fuit.*
9 *Monaſterium pro ingreſſu monialis quando aliquid licitè abſque ſimonia accipiat, & num. 12.*
10 *Turpiter accipiens tenetur id, quod recipit, reſtituere danti, ex cuius parte nulla fuit turpitudo.*
11 *Monachi quando bona ingreſſi monaſterium reſtituere hæredibus, ſeu uenientibus ab inteſtato debeant.*
12 *Monaſterij ingreſſus factus probationis cauſa ingredientem non obligat, nec econtra.*
13 *Ingreſſo religionem decedenti infra annum probationis quis ſuccedat.*
14 *Pactum de ſuccedendo in dotibus etiam legatis monialis ingreſſæ monaſterium, ſi ea ante profeſſionem factam decedat, ualet.*
Pactum de ſuccedendo quando ualeat, & quando non.
15 *Legatum factum mulieri, cum monachabitur, ſeu ſi monaſterium ingreſſa fuerit, uel ſi & quando nupſerit, an ualeat tanquam purum, an uero tanquam conditionale.*
16 *Legatum de mille factum filiæ, ſi nupſerit, & de quingentis, ſi monaſterium ingreſſa fuerit, ualet, nec conditio appoſita reiicitur.*
17 *Profeſſio, & oblatio facta ab infirmo in ultimo uitæ ſpiritu, & tempore, quo iam loquelam amiſerat, nihil operatur ad fauorem monaſterij, & in præiudicium hæredum, aut fideicommiſſariorum, & num. 19.*
18 *Deſponſatio concubinæ facta in ultimo uitæ ſpiritu ad effectum, ut filij ex ea nati legitimentur, non nocet filiis legitimis, & naturalibus.*

EPITOME.

MONIALI *infra annum probationis ante factam profeſſionem decedente, legatum ei factum à patre, cum monachabitur, hæredi, non autem monaſterio deberi, & monaſterium teneri ad reſtituendum omne id, quod pro ingreſſu recepit, hic probatur.*

CONSILIVM. XXVIII.

VISO eleganti conſilio eximij aduocati unà cum inſtrumento mutuæ promiſſionis factæ inter ipſas moniales ex una, & Ioannem Baptiſtã ex altera, concurro in ſententiam domini Conſultoris, qui tàm clarè, & doctè ad fauorem dicti Ioanis Baptiſtæ conſuluit, quòd uix aliquis dicendi locus ſuperſit. Sed ne illotis, ut ita dixerim, pedibus pertranſeam, pauca ſubiungam. Concludo igitur unà cum dicto domino conſultore, quòd monaſterium tenetur ad reſtitutionem eius, quod habuit à dicto Ioanne Babtiſta, quòdq; nullum ius eidem monaſteriò competit agendi, & petendi ab ipſo Ioanne Baptiſta reſiduum dotis, & promiſſionum inſtrumento prædicto: quoniam monaſterium uirtute legati nec poteſt illud reſiduũ petere, nec
1 retinere id, quod ſibi datum fuit, nam † illud fuit legatum ſub conditione, cum monachauerit, quæ uerba denotant principaliter tempus, & ſecundario conditionem, & ſuſpendunt, prout eſt de natura conditionis, ut probatur in l. qui promiſit ff. de condi. indeb. & iuxta ea, quæ plenè habentur

tur per Bart. in l. 1. uerſi. ſecundo quæro ff. de conditio.
2 & demonſtratio. † quæ conditio cum ſit uoluntaria, debuit uerè, propriè, & in forma ſpecifica adimpleri, nec ſatis fuit illam fictè, impropriè, & per æquipollens adimpleri l. qui hæredi, & l. meuius ff. de cond. & demon. & habetur per Bart. & doct. communiter in l. gallus §. & quid ſi
3 tantum ff. de lib. & poſthu. Sed † ante profeſſionem factam in monaſterio quis nō dicitur monachari, ſeu monachus fieri propriè, & uerè, ſed impropriè c. religioſo de ſenten. ex comm. in 6. & doct. communiter in c. in præſentia de probat. & in authen. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccleſ. & Bart. ex-
4 preſſè in authen. ſi qua mulier C. eod. tit. ergo † ante profeſſionem tacitam, uel expreſſam id, quod fuit relictum ſub hac conditione, cum monachauerit, non potuit dici debitū, & conſequenter non exigibile, quia nondum ceſſit, nec uenit dies l. cedere diem ff. de uerbor. ſignifi. cum ſimilibus.
5 Ex quibus infertur, quòd † cum do. Lucretia infra annum probationis deceſſerit in monaſterio, & ſic ante, quam conditio legati fuerit adimpleta, non potuit legatum tranſmittere ad hæredes, ſeu ſucceſſores ſuos, hoc eſt ad monaſterium, eſto, quòd monaſterium illi ſuccedere diceretur iuxta ea, quæ habentur per doct. in c. 2. de teſtam. & per Cyn. Bart. & alios in d. authen. ingreſſi, & per Dec. in d. c. in præſentia colum. penult. ſed illud debet remanere apud hæredem uniuerſalem, hoc eſt Ioannem Baptiſtam, à quo fuit relictum, ut eſt tex. clarus in l. unica §. fin autē aliquid C. de cadu. tollen. cum ſimilibus. ¶ Præterea non poteſt monaſterium petere illud reſiduum, nec datum retinere uirtute promiſſionis, & obligationis factæ per dictum Ioannem Baptiſtam, quia attenta forma illius promiſſionis, quæ facta fuit ſub certis pactis, & conuentionibus iuratis, apparet, monaſterium non poſſe petere illud reſiduum, immò teneri ad reſtituendum Ioanni Baptiſtæ id, quod recepit, ex quo ita conuentum, & iuratum fuit per monaſterium, ſeu per mo-
6 niales omnes legitimè, & capitulariter congregatas, † quæ & ſi ſuo iuramento nōn obligent monaſterium ad reatum periurij, quia monaſterium non habet animam ad ea, quæ habentur per glo. in c. dilectus il 2. de ſimon. & c. romana §. in uniuerſitatem de ſenten. excommunicat. in 6. illud tamen obligant quoad ualiditatem, & obſeruantiam contractus, & promiſſionis, ut habetur per Bal. in l. generaliter C. de rebus credit. & c. præſentium de teſtibus in 6. item moniales ipſæ, quæ iurauerunt, ligantur iuramento ad illius obſeruātiam, & ad reatum periurij, ut in d. c. præſentium cum glo. & ibi doct. & Bald. in d. l. generaliter, & ideò non poſſunt ſuo iuramento contrauenire, ſed illud in forma ſpecifica adimplere, & obſeruare tenentur c. debitores, & c. ad noſtram il 1. de iureiur. cum ibi not. Ergo dictæ moniales propter mortem do. Lucretiæ tenentur ipſi Ioanni Bapti-
7 ſtæ reſtituere, quicquid habuerunt, nam † ex quo huiuſmodi promiſſionem cum iuramento fecerunt dicto Ioanni Baptiſtæ, potuerunt in hoc præiudicare monaſterio, cum eſſemus in acquirendis, & non in acquiſitis ad ea, quæ habentur per Abb. in cap. dudum de conuer. coniug. ſuper glo. in ver. aliquando, & habetur per Ioan. Andr. in c. delictum de regu. iur. in 6. & in c. cum uenerabilibus de excep. c. conſtituit 16. q. ultim. & 20. q. 3. iunctis not. per glo. in c. ſi epiſcopum 16. q. 7. & per Abb. in c. 1. de dolo, & contum. in 3. colum. Et ad propoſitum facit id, quod uoluit Iaſ. in l. ſi quis maior in 2. colū. C. de tranſact. dicens, quòd d. l. ſi quis maior etiam in uniuerſitate ratione iuramenti locum habet.
8 ¶ Secundo pro concluſione tradita † uidetur deciſio clara, & ferè in terminis Ioan. Cald. in conſ. 9. in titu. de regular. ubi uoluit, quòd mortua moniali infra annum probationis ante profeſſionem factam in monaſterio, monaſterium teneatur ad reſtitutionem dotis, & eius, quod pater pro ingreſſu dedit per rationes, & iura ab ipſo allegata, quæ nobis optimè inſeruiunt. Et quamuis concluſio ſupra poſita poſſet ex pluribus confirmari, & præſertim ex iis, quæ alius aduocatus doctiſſimè deduxit, cuius dicta aliter non refero, tamen quia maior difficultas conſiſtit in iis, quæ pro parte contraria ad fauorem monaſterij allegari poſſent, ideò breuius quam potero pro uiribus conabor illis reſpondere.

¶ Non obſtat itaque in primis, quòd promiſſio, & conuentio facta monaſterio de quibuſdam quantitatibus, & rebus pro ingreſſu monaſterij tanquam ſimoniaca non ualuit, ut in c. non ſatis cū ſequen. c. dilectus il 2. c. tua nos, & c. quóniam extra de ſimon. quia ultra reſponſiones, quæ colliguntur ex iis, quæ dicit Cald. in d. conſil. 9. ac etiam refert alius
9 aduocatus in ſuo conſilio, reſpondetur, quòd † quando monaſterium eſſet ita tenue, quòd nōn poſſet expenſam ſupportare, licitum eſt tunc ipſi monaſterio abſque labe ſimoniæ monialem admittere, & recipere aliquo dato, uel ſub conditione, ſi aliquid monaſterio dederit, ut inde poſſit uiuere, ut habetur per gloſ. in d. c. non ſatis in uer. requiratur, ibique Abb. & alij, quia ne ingrediens ſit oneroſus monaſterio, licitum erit aliquid recipere, ut dicit Cald. in d. conſ. 9. & facit id, quod uoluit Imol. in l. ſi læ inſtitutiones ff. de hæ-
10 red. inſtit. Secundo reſpondeo, quòd † cum ex parte monaſterij ſit turpe lucrum, quia turpiter recepit d. c. quoniā cum ſimilibus, & ex parte dantis non ſit aliqua turpitudo, quia Ioannes Baptiſta ſoluit, & promiſit monaſterio id, in quo illi tenebatur, dicta Lucretia monaſterium ingrediente, tanquam debitor ipſius Lucretiæ, & ab eo inuito poterat extorqueri id, quod ipſe promiſit, tanquam debitum ex teſtamento patris, ac etiam pro reſtitutione dotis matris dictæ Lucretiæ, argumento eorum, quæ habentur in l. 1. ff. ſi cer. pet. & in l. creditor cum l. debitor, ibique not. ff. de uerb. ſignifi. ſequitur, quòd monaſterium tenetur ad reſtituendum Ioanni Baptiſtæ id, quod recepit argumento c. non ſatis cum glo. 14. q. 5. & per ea, quæ habentur per glo. in c. dilectus il 1. de ſimon. ibique Abb. & Ioan. de Anan. l. 3. ff. de
11 condict. ob tur. cau. & habetur in l. penul. eod. tit. Et † eſt bonus tex. in c. conſtituit 20. q. 3. ubi ſi monachi dolo aliquem induxerit ad ingrediendum monaſterium, ut per illius ingreſſum bona ſua haberent, tenentur bona illius reſtituere uenientibus ab inteſtato, ex quo ipſi turpiter acceperunt: ad idem eſt tex. in c. conſtituit 16. q. ulti. cuius diſpoſitio habet locum, quando totum monaſterium fuiſſe in culpa, ut quia capitulariter omnes, uel maior pars recepiſſent, & dolum commiſiſſent, ueluti factum fuit in caſu noſtro ad tradita per Abb. in d. c. dudum de conuer. coniug. ſuper glo. in
12 ver. quando. Præterea, † ut dicit Cald. in d. conſ. 9. datio pecuniæ tempore ingreſſus ante profeſſionem etiam ex pacto facto non eſt ſimoniaca, quia talis ingreſſus, qui fit cauſa probationis, ingredientem monaſterio non obligat, nec è contra, ut in c. ſi quis incognitus 17. q. 2. c. monaſteriis 19. q. 3. Et ſic ne interim ſit monaſterio oneroſus, poteſt pecunia, ſeu aliud monaſterio dari, uel promitti, ad quod allegat id, quod legitur de Samuele lib. 2. Regum in prin. & facit id, quod habetur per glo. in d. c. non ſatis. Adde, quòd, ut ſupra dictum fuit, cum id, quod à patre fuit filiæ legatum, relictum fuerit ſub conditione, cum monachabitur, non potuit ante euentum conditionis, hoc eſt ante monachationem, & ſic ante profeſſionem tacitam, uel expreſſam acquiri dictæ Lucretiæ, nec monaſterio d. l. cedere diem cum ſimilibus: Et ſi interim ante euentum conditionis, illaque non adimpleta, deceſſerit, legatum de iure debet apud hæredē remanere per tex. in d. l. unica §. ſin autem ſi quis ſub conditione C. de cadu. toll. ergo ex his infertur, quòd conuentio facta ſuper bonis datis, & promiſſis monaſterio inter Ioannem Baptiſtam hæredem, & monaſterium cenſetur facta

eo modo, quo de iure inerat, & in caſu à iure permiſſo, & ideò eius expreſſio nihil debet operari, cum exprimatur eo modo, quo tacitè inerat arg. l. 3. cum ibi not. ff. de leg. 1. neq; ex hoc peccatũ, & delictũ reſultare debet arg. c. qui peccat 23. q. 4. & l. gracchus C. de adul. & ſic ex huiuſmodi promiſſione, ſeu cõuẽtione crimẽ ſimoniæ reſultare dici nõ debet. ¶ Secũdo nõ obſtat, quòd quoties ingreſſus religionẽ decedit infra annum probationis, tũc monaſterium illi ſuccedit, & non uenientes ab inteſtato, ut traditur per Petr. de Ancha. in d. c. 2. de teſta. per Cyn. & Bar. in d. authen. ingreſſi, & per Deci. in d. c. in præſentia de proba. col. penul. quia reſpondetur primo, quòd in puncto iuris contraria opinio eſt uerior, ut probat Abb. in d. c. in præſentia in 9. q. & eam ego arbitror eſſe magis communem, illam enim ſequitur Ioan. de Imol. in d. c. 2. dicens eã eſſe ueriorem, & idem uoluit Benedictus Capra. in conſi. 145. Bar. etiã uidetur idem uoluiſſe in authen. ſiqua mulier circa fin. C. de ſacroſ. eccle. And. Barba. in d. c. 2. & latiſſimè in d. c. in præſentia, & ſequitur Ioan. Andr. ibi in glo. fin. per tex. in c. beneficium de regu. iur. in 6. & idẽ uidetur tenere Raph. Fulgo. in d. auth. ſi qua mulier; & hoc in terminis noſtris tenuit, ſi rectè conſideretur, Cald. in d. conſ. 9. & Petr. de Anch. dicit durã eſſe opinionem Petri, & Cyni contra uenientes ab inteſtato, quamuis ipſe ſequatur opinionem, quæ monaſterio fauet argumento l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſump. fun. & profectò hæc opinio, quòd ſuccedẽtes ab inteſtato admitti debeant, mihi ſemper magis placuit, & illam ueriorem, & magis communem eſſe cognoſco, & ultra doctores præallegatos idem tenent Bal. in d. authen. ingreſſi, & Iaſ. in d. authen ſi qua mulier circa fin. & Pet. de Ancha. in d. c. beneficium: Et ita infinitis iuribus, & rationibus dictam ſententiam corroborat Andr. Barba. in d. c. in præſentia: Quare in iudicando, & conſulendo non eſt ab hac opinione recedendũ per ea, quæ dicunt Ioan. Andr. Abb. & alij in c. 1. de cõſtit. Præterea ad ſummam in teſtamento patris legatam ipſi Lucretiæ, quæ infra annum probationis deceſſit, non poteſt monaſterium aliquo modo admitti, nec in ea ſuccedere, etiam poſito, ſed non cõceſſo, quòd opinio Decij, Petri de Anch. & aliorum ſupra proximè relatorum uera eſſet, quoniam ipſi loquuntur reſpectu bonorum illius, qui fuiſſet ingreſſus, & ſic de bonis iam perfectè acquiſitis, & contentis in hæreditate ingredientis, qui poſtea infra annum probationis deceſſiſſet, ſed legatũ factum dominæ Lucretiæ nõ fuit acquiſitum, nec potuit acquiri infra annum probationis, & ante profeſſionem tacitam, uel expreſſam, ut ſupra probaui, ergo non poteſt dici, quòd monaſterium poſſit ſuccedere in dicto legato, immò illud remanet hæredi, ex quo Lucretia legataria ante euentum conditionis deceſſit d. l. unica §. fin autem quis. ¶ Non obſtat tertio principaliter, quòd
14 † pactum de ſuccedendo, uidelicet ſi contigerit dictam dominam Lucretiam ante profeſſionem expreſsè factam decedere, quòd ius ſuccedendi in dotibus ſuis competat ipſi Ioanni Baptiſtæ, tanquam contra bonos mores, & continẽs uotum captandæ mortis, & impediens liberam teſtamẽti facultatem non ualeat, nec iuramento confirmetur, quando ille, de cuius ſucceſſione agitur, non conſenſit l. fi. ibiq; Bar. & omnes C. de pactis, & in c. 2. de conceſſ. præben. cum ſimilibus, quia reſpondetur primo, quòd tex. in d. l. fin. procedit in pacto facto ſuper hæreditate uiuentis, & ſic ſuper ſucceſſione uniuerſali, non autẽ ſuper re certa, ſeu certis rebus alicuius, tum quia ille tex. loquitur de hæreditate, & ſucceſſione uniuerſali, tum quia in rebus particularibus non militat ea ratio, quæ locum habet in hæreditate, & ſucceſſione uniuerſali, ut ibi colligitur: Ergo diſpoſitio d. l. fin. non debet trahi ad caſum pacti facti ſuper una, uel pluribus rebus particularibus: At in caſu noſtro pactum huiuſmodi fuit factum non ſuper hæreditate, & uniuerſali ſucceſſione dictæ dominæ Lucretiæ, ſed ſuper libris trecentis ſibi à patre legatis, ſeu in quibus fuit hæres inſtituta, & ſuper libris ducentis ad eam occaſione dotium maternarum ſpectantibus, ac etiam ſuper nõ nullis certis bonis, & ſic ſuper bonis certis particularibus, & non ſuper hæreditate iuxta ea, quæ habentur in l. quoties, & ibi Bart. & docto. communiter C. de hæred. inſtit. & Imol. in l. ex facto, & in l. 1. §. ſi ex fundo ff. eod. tit. ubi inſtitutio facta de quotta bonorum non dicitur eſſe inſtitutio facta de hæreditate, ſeu ſucceſſione uniuerſali, ſed particulari, & dicitur eſſe inſtitutio facta de re, ſeu rebus certis, & particularibus, adeò quòd potius dicitur legatum, quam hæredis inſtitutio. Præterea tale pactum reſpectu librarum trecentarum in teſtamento patris legatarum non dicitur eſſe factum ſuper ſucceſſione rerum, & bonorum dictæ Lucretiæ, cum illæ nondum eſſent in, & de bonis ipſius, & pactum de ſuccedendo non erat collatum in illud tẽpus, in quo dictæ libræ trecẽtæ eſſent effectæ ipſius Lucretiæ, immò in illud, in quo ei non eſſent acquiſitæ, quia Ioannes Baptiſta reſeruauit ſibi ius ſuccedendi in caſu, quo Lucretia decederet ante profeſſionem factam, & ſic ante, quam monacha eſſet effecta per ſupradicta; & conſequenter uidetur factum pactũ de ſuccedendo, ſeu de conſeruando ſibi ſucceſſionẽ circa res, quæ non erãt, nec futuræ erãt do. Lucretiæ ante profeſſionem, & ſic non ſuper ſucceſſione bonorum, & rerum ipſius do. Lucretiæ, cum ſolum dicatur reſeruatum ius ſuccedendi in dictis bonis in caſu, & tempore, quibus ipſa nondum domina eſſet effecta, ergo in eo diſpoſitio d. l. fin. locum nõ habet, ut ex uerbis illius tex. col-
15 ligitur. ¶ Non obſtat prædictis, quòd † legatum factũ mulieri ſub hac conditione, cum monachabitur, debet dici purum, & illa conditio tanquam turpis ſit reijcienda, quoniam ſapere uidetur ſimoniam per ea, quæ in ſimili uolunt Bart. & alij in l. titio centum §. titio centum il 1. ff. de condit. & demonſt. & plenè Ioan. de Anan. in c. non ſatis de ſimon. & argu. c. fin. de condi. appoſi. quia reſpondetur, quòd aliud eſt, quòd relinquatur alicui monaſterio ſub conditione, ſi aliquam receperit in monialem, & tunc procedunt ea, quæ habentur per Bart. & alios in d. §. titio centum, & in d. c. nõ ſatis per Imol. & Ana. & habetur in l. illæ autẽ inſtitutiones ff. de hæred. inſtit. aliud eſt, quòd relinquatur aliquid filiæ, uel alteri mulieri ſub conditione, ſi monaſterium ingrediatur, & ualet legatũ, & condi. io §. ſed hæc præſenti in auth. de ſancti. epiſc. c. in præſentia de probat. & habetur per Bal. in l. 1. C. de inſtit. & ſubſti. ſub cond. fac. & per Decium in d. c. in præſentia in 26. col. Præterea Bald. ibi ſentit, legatum etiam in primo caſu ſub illa conditione ualere: Ergo ubicunque legatum eſt factum filiæ, ſi, & quando nupſerit, aut monaſterium ingreſſa fuerit, prout factum fuit in caſu noſtro, legatum abſque dubio ualebit cum conditione appoſita, quæ non eſt impeditiua matrimonij temporalis, nec ſpiritualis, ſed illius incitatiua argumento eorum, quæ habentur in d. §. ſed hæc præſenti, & in d. c. in præſentia, & fa-
16 ciunt † tradita cõmuniter per do. Anto. Areti. & alios, quos Moder. & Decius referunt in d. c. in præſentia in 30. col. in fin. quòd quando pater reliquit filiæ mille, ſi nupſerit, & quingenta, ſi monaſterium ingreſſa fuerit, legatum ualet, nec conditio reijcitur, ut habetur per Bal. in l. deo nobis in 1. col. C. de epiſc. & cleri. & in authen. niſi rogati C. ad trebel. ibiq; Paul. de Caſtr. cum ſimilibus allegatis per Deciũ in d. c. in præſentia. ¶ Vltimo non obſtat, quòd domina Lucretia, dum eſſet infirma, fecit profeſſionem in manibus cuiuſdam religioſi, ut in facto præſupponitur, ergo per eius oblationem de perſona factam monaſterio cẽſentur etiam omnia bona ſua monaſterio oblata, & acquiſita, ſic etiam uidetur adimpleta conditio legato ſupradicto appoſita, ut habetur

habetur in d. authent. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. & in d. c.
in præſentia, ibique latiſſimè, quia huic fundamento optimè
pluribus modis reſpondet do. Conſultor Ioannis Baptiſtæ,
17 & illi aliter etiam poteſt reſponderi, quòd † talis profeſſio
facta à do. Lucretia in infirmitate, & in ultimo uitæ ſpiritu,
ac eo tempore, quo iam loquelam amiſerat, non ualet, nec
quicquam operatur ad præiudicium Ioannis Baptiſtæ hæ-
redis, qui etiam ex forma ſtatutorum Fauentiæ ipſi Lucre-
tiæ ab inteſtato ſuccedere debet, ut dicit præfatus do. Con-
ſultor in ſuo conſilio: Et quoad hunc effectum talis profeſ-
ſio, ſi uerum eſt, illam fuiſſe factam, nihil operatur, ut colli-
gitur ex iis, quæ uoluit Bal. in d. c. in præſentia per text. in l.
filiæ meæ, ibique idem Bal. ff. ſolut. matr. & argumento c. 2.
de renuncia. ubi notabilem ponit deciſionem: Et facit id,
18 † quod in ſimili uoluit Angel. in l. nuper C. de natur. lib. de
eo, qui in ultimo uitæ ſpiritu concubinam deſponſauit ad
effectum, ut filij ex ea nati legitimarentur, hoc enim filiis le
gitimis, & naturalibus non nocebit, quia uidetur factum in
19 fraudem, & facit etiam † id, quod uoluit Petr. de Anch. in c.
ſicut de regula. quòd ſi ille, qui erat grauatus per fideicom
miſſum ſub conditione, ſi decederet ſine liberis, conſtitutus
in mortis articulo profeſſionem in manibus aliquorum re-
ligioſorum fecerit, offerendo ſe, & ſua monaſterio, talis pro
feſſio, & oblatio non ualet, nec fideicommiſſariis præiudi-
cat, & de hoc latiſſimè poſuit And. Barba. in d. c. in præſen-
tia colum. 22. Et ſi diceretur, quòd ex quo quis ſe, & ſua
obtulit, uidetur nutu ſpiritus ſancti, & bono zelo inductus
feciſſe, ergo omnis fraus ceſſare debet argumento cap. duæ
ſunt 19. q. 2. & c. licet de regul. adhoc reſpondet ipſe Bar-
bat. in d. c. in præſentia, nam quamuis quoad concernentia
animam ſuam præſumantur huiuſmodi facta bono zelo,
non tamen quoad ea, quæ in præiudicium alterius tertij
tendunt, ut ſupra, et ibi habetur per Barb. & alios, quos ipſe
allegat. Ex quibus omnibus unà cum præfato do. Conſulto
re concludo, monaſterium non poſſe petere reſiduum non
dū ſibi ſolutum, & dictum Ioannem Baptiſtam eſſe ab illius
petitione abſoluendum, quinimmo monaſterium teneri re
ſtituere ipſi Ioanni Baptiſtæ omne id, quod ab eo rece-
pit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio uſusfructus donatori facta in donatione quid operetur, & numero 8.*
Quid, ſi illi pactum conſtituti eſſet adiectum nu. 7. & 9.
2 *Monaſterium per ingreſſum religionis ipſo iure, & facto abſque alia apprehenſione, aliove facto acquiritur non ſolum dominium bonorum ingreſſi, ſed etiam illorum omnis poſſeſſio penes ingredientem exiſtens.*
3 *Monachus, & ingrediens monaſterium quoad acquirendum æquiparatur ſeruo.*
4 *Vſufructuario ingrediente monaſterium, ilico uſusfructus, & poſſeſſio illius naturalis monaſterio acquiruntur.*
5 *Ex pacto conſtituti poſſeſſio rei naturalis, & ciuilis transfertur.*
6 *Detinetur ſimpliciter, non autem poſſidetur, quando alius poſſidet.*
7 *Ex pacto cōſtituti adiecto et reſeruationi uſusfructus, & precario utraq; poſſeſſio transfertur.*
10 *Profeſſio per ſolam ſcripturam ipſius profitentis ſufficienter probatur*
11 *Profeſſio à furioſo, & demente facta nulla eſt, nec profitentem, illiuſque bona obligat.*
12 *Et ut ex hoc uitietur, quid requiritur, & cui, & quomodo profitentem fuiſſe furioſum probandi onus incumbat.*
13 *Ieſuatorum religio an ſit approbata, & profeſſio in illa facta an liget, & nume. 32.*
14 *Donatio facta eccleſiæ etiam tumultuario mentis impulſu præſertim ab eo, qui ſe monaſterio dedicauit, ualet, & reuocari non poteſt.*
15 *Donatio facta eccleſiæ quando poſſit reuocari.*
16 *Profeſſio facta in manibus non habentis ius incorporandi ordini, nec poteſtatem recipiendi profeſſionem eſt nulla, nec religioni, ſeu ordini in ſpecie obligat.*
17 *Profeſſio ut ualeat, & religioni in ſpecie obliget, in manibus cuius, & quomodo fieri debeat, & poſſit. Et an in manibus prioris, & numero 18.*
19 *Prior conuentualis poteſt cum conuentu obligare monaſterium in iis, ad quæ monaſterium eſt deſtinatum.*
20 *Profeſſio ad obligandum aliquem religioni in genere in manibus cuius fieri poſſit.*
21 *Profeſſio in manibus cuius non obliget nec in genere, nec in ſpecie.*
22 *Profeſſio infra annum probationis in regula mendicantium facta, & recepta ſolum in genere, & non in ſpecie religioni obligat.*
Et an, & quomodo id ſit uerum nu. 31.
23 *Religioſi ſancti Auguſtini, et Ieſuati an ſint mendicantes, et numer 24. & 25.*
25 *Mendicantes religioſi qui dicantur, et nu. 30.*
26 *Mendicantes an, et quando comprehendantur appellatione regulæ ſancti Auguſtini, et quando non.*
27 *Mendicantes religioſi non ſunt, nec dicuntur illi, qui ſunt pauperes.*
28 *Religioſi omnes regulares ſunt pauperes, et paupertatem uouent, et tamen non ſunt mendicantes.*
29 *Ethymologiæ quando ſtetur, et quando non.*
33 *Interpretatio in fauorem religionis contra commodum priuatum eſt facienda.*

EPITOME.

MONASTERIO *per donationem cum reſeruatione uſus fructus & cum pacto conſtituti adiecto per ingredientem factam etiam ante profeſſionem, & multo magis ſequuta profeſſione, dominium, & utranque poſſeſſionem rei donatæ ipſo iure, & facto abſque aliqua apprehenſione acquiri, nec donantem poſſe, re alii poſtea locando, monaſterio præiudicare,*

Et profeſſionem in religione Ieſuatorum in manibus prioris conuentualis factam ualuiſſe, & legitimam fuiſſe,

Et quomodo illa ualidè, & legitimè fieri poſſit, hic demonſtratur.

CONSILIVM XXIX.

CONCLVDO fructus ſequeſtratos penes maſſa-
rium debere relaxari monaſterio Ieſuatorum, & il-
lud cum ſatiſdatione præſtanda præferendum eſſe,
excluſo fratre Ioanne Baptiſta, ſeu excluſis habentibus cau
ſam conductionis ab eo, & hoc ex ſtatuto ſub rub. de ſeque
ſtrationibus, quod mandat, fructus ſequeſtratos rei, de qua
lis pendet, debere relaxari uerò poſſeſſori, cum ſatiſdatio
ne de reſtituendis fructibus, & non detentatori, & ſi uterq;
aſſerat ſe poſſidere, illum eſſe præferendum, qui melius de
ſua poſſeſſione probauerit, ſed monaſterium Ieſuatorum di
citur in uera poſſeſſione naturali, & ciuili rei, de qua agitur,
pars uerò aduerſa ſimpliciter dicitur detinere, ergo &c.
Quod ſit in poſſeſſione ciuili, conſtat ex ipſo inſtrumento,
in quo frater Ioannes Baptiſta donauit rem illam immobi-
1 lem, retento, & reſeruato ſibi uſufructu, † per quam uſuſ-
fructus reſeruationē dicitur in monaſterium tranſlata poſ-
ſeſſio ciuilis, naturalis uerò reſeruata ipſi donatori l. quiſ-
quis, & l. ſi quis argentum cum ibi not. C. de donat. & ha-
betur per doct. in l. 3. in prin. ff. de acquir. poſſ. & per Alex.
in conſi. 18. circa fin. uolum. 1. Quòd etiam ſit in poſſeſ-
ſione naturali, clarè demonſtratur, quoniam dictus frater
Ioannes Baptiſta tempore, quo religionem Ieſuatorum in
greſſus fuit, & in ea expreſſam fecit profeſſionem, poſſide-
bat rem donatam naturaliter ex reſeruatione uſusfructus
ſibi facta, ut ſupra dictum fuit, & alia ſua bona poſſidebat
2 naturaliter, & ciuiliter, ergo † poſſeſſio illa naturalis ipſo fa
cto, & iure abſque alia apprehenſione per ingreſſum reli-
gionis

gionis fuit monaſterio acquiſita per text. & ibi Andr. Barba. in notabilibus poſt Innocen. & alios in c. in præſentia de probat. per Bart. in authen. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. ubi per ingreſſum religionis ipſo iure, & facto abſque alia apprehenſione, & abſque alio facto acquiritur monaſterio nedum dominium omnium bonorum ingreſſi, ſed etiam illorum omnis poſſeſſio, quæ penes ingredientem erat, & ad propoſitum eſt gloſ. notabilis in cap. ſi qua 19. quæſtio.
4 ultim. Quod ſuadetur, quia † ingrediens monaſterium, ſiue monachus quoad acquirendum æquiparatur ſeruo, ut per Bart. & Alexand. in l. 1. ff. de ſtipul. ſeruo. & in l. 1. §. per ſeruum ff. de acquir. poſſ. & per Innocen. in c. cum olim extra de priuil. ſed per ſeruum poſſeſſio domino immediatè acquiritur d. l. 1. §. per ſeruum, ergo & per monachum monaſterio, & ſicut per ſeruum uſusfructus domino acquiritur l. fin. C. de uſufruct. ita de monacho quoad monaſterium eſt dicendum: Et ideò † ſi uſufructuarius mo-
4 naſterium ingrediatur, ilico uſusfructus, & poſſeſſio naturalis, quam habuit iuxta l. naturaliter ff. de acquir. poſſ. acquiruntur monaſterio, l. placet cum ibi nota. ff. de acquir. hæred. & uoluit Innocen. in d. c. in præſentia in 2. glo. Bar. poſt. glo. in d. authen. ingreſſi in ulti. col. uerſi. quæro, quid ſi ingreſſus, & ibi Bal. Alex. & cæteri, Specul. in titu. de ſtatu mon. uerſi. 46. & Alex. in l. ſi ex cauſa §. papinianus in apoſt. ad Bar. ff. de minor. & ſic non uideo, quomodo ad fauorem dicti fratris Ioannis Baptiſtæ, ſeu cõducentis ab eo fructus ſint relaxãdi, cum non poſſit proprium habere, nec aliquid poſſidere, niſi nomine monaſterij, cum per ingreſſum ſe, & omnia ſua monaſterio dedicauerit c. cum ad monaſterium de ſtatu mona. c. abbates 18. q. 2. & habetur in d. c. in præſen-
5 tia cum ibi not. ¶Secundo facit, nam † ex quo dictus frater Ioanes Baptiſta tempore donationis factæ conſtituit ſe nomine monaſterij poſſidere, in monaſterium dicitur tranſlata poſſeſſio rei naturalis, & ciuilis iuxta not. per Bar. Alex. & communiter alios in l. quod meo, in l. interdum, & in l. quamuis §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. quædam mulier cum ibi not. ff. de rei uendi. & per Anto. de But. in c. cum ueniſſent de reſtit. ſpol. & in repetit. c. fin. in 14. col. de cau. poſſ. & proprie. & Bar. expreſsè in d. authen. ingreſſi, ergo fructus monaſterio, ut poſſeſſori ſunt relaxandi, & non dicto fra-
6 tri Ioanni Baptiſtæ, ſeu ab eo conducenti, † qui ex prædictis ſolum dicitur ſimpliciter detinere, & non poſſidere, ex quo alius, hoc eſt monaſterium poſſidet, argu. l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commoda. l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſ. iuncta l. ſtipulatio iſta §. hæc quoque ff. de uerb. obliga. præſupponendo, quòd ſeruus, & monachus quoad acquirendum æquiparentur, ut tenent docto. communiter, ueluti ſupra dictum eſt. ¶Nec aduerſatur, quòd donator ſibi uſumfructum reſeruauerit, per quam reſeruationem dicitur ſibi poſſeſſionem naturalem reſeruaſſe d. l. quiſquis, & d. l. ſiquis cum ſimilibus, ex qua fructus ipſi uſufructuario acquiruntur, ſecundum quod declarat Bar. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſ. Quia ad hoc multipliciter re-
7 ſpondetur, & primo, † quòd donator ultra reſeruationem uſusfructus cõnſtituit ſe poſſidere, per quod conſtitutũ etiã iunctum reſeruationi uſusfructus transfertur utraque poſſeſſio, uidelicet naturalis, & ciuilis, ſicut quando ultra precarium, ex quo ſola naturalis ſolet retineri, factum fuit pactum conſtituti de poſſidendo, ut uoluit Bart. quem alij ſequuntur, in d. l. interdum, & in d. l. quod meo: & ideò ſicut per conſtitutum de poſſidendo factum eadem hora ultra precarium transfertur utraque poſſeſſio, ita per conſtitutum factum ultra reſeruationem uſusfructus debet utraque tranſferri, nec plus debet in his terminis operari reſeruatio, quam precarium, ſicut enim per reſeruationem acquiritur ſola naturalis, d. l. ſiquis cum ſimilibus, ita per precariũ acquiruntur, & debentur fructus illi, qui conſtituit ſe precario poſſidere l. iulianus §. poſſeſſionem ff. de actio. empti. ſecundum quòd declarat Bar. in d. l. 3. §. ex contrario: & cõſequenter apparet, quòd in caſu iſto generi per ſpeciem nõ derogatur iuxta c. generi de regu. iur. in 6. & c. 1. extra de reſcrip. & quòd aliud dicendum non ſit in reſeruatione uſusfructus, & aliud in conſtitutione precarij, colligitur ex iis, quæ in terminis uoluit Bal. poſt alios in d. l. ſiquis §. pen. C. de donat. qui illum tex. loquentẽ de eo qui ſibi reſeruauit uſumfructum allegat, & adducit ad eum, qui conſtituit precario ſimpliciter poſſidere, & ita ſimiliter faciunt, & allegant docto. communiter in d. l. interdum, in d. l. quod meo, & Anto. de But. in d. c. cum ueniſſent. Secundo re-
8 ſpondetur, quòd † per reſeruationem uſusfructus transfertur ſola ciuilis, & retinetur naturalis, ut ſupra; quod uerum eſt, niſi contrariũ actum fuerit inter partes, uidelicet, quòd utraque poſſeſſio in donatarium transferretur argumento l. certe §. is qui cum ibi not. ff. de precar. neque hoc negant
9 ſcriben. in d. l. interdum, & in d. l. quod meo: Sed † quando ultra reſeruationem uſusfructus quis conſtituit ſe poſſidere nomine donatarij, dicitur actum, quòd per reſeruationem uſusfructus nulla ſit ipſi reſeruanti poſſeſſio reſeruata, quia per conſtitutum utraq; poſſeſſio transfertur, ut dictum eſt, ſicut in ſimili, quando ultra precarium factum fuit conſtitutum de poſſidendo, penes illum, qui pactum precarij, & conſtituti appoſuit, nulla poſſeſſio remanet, ſed utraque transfertur in eum, cuius nomine factum fuit conſtitutum, non attenta natura precarij, per quod naturalis ſolet penes precario conſtituentem retineri, & ſola ciuilis in eum, cuius nomine precarium factum fuit, transferri, ut in terminis uoluit Bart. in d. l. interdũ in princ. Tertio reſpondetur, quòd in caſu noſtro ipſe donator merè, liberè, purè, & ſimpliciter donauit rẽ cum pacto conſtituti, & ideò incontinẽti utraq; poſſeſſio rei fuit in monaſterium donatarium tranſlata; Poſtea idem donator ſub conditione, ſi non faceret profeſſionem, & monaſterium exiret, uel ſi ipſe aliter uellet, hoc eſt ſi declarauerit ſe uelle iuxta not. in c. potuit de loca. reſeruauit ſibi uſumfructum, ex qua reſeruatione quamuis donator poſtea potuerit ſibi acquirere naturalẽ poſſeſſionem iure mediante, & facto iudicis, non tamen potuit monaſterium facto ſuo, uidelicet alij locando, ſua poſſeſſione priuare l. ſi id, quod in prin. & in fin. & l. quemadmodum ff. de acquir. poſſ. & faciunt not. per Anto. de But. in d. c. cum ueniſſent de reſtit. ſpolia. ¶Quòd autem profeſſio expreſſa, ueluti ſupra eſt præſuppoſitum, facta fuerit per dictum fratrem Ioanem Baptiſtam in dicto monaſterio, puto ſatis probatum fuiſſe per plures teſtes pro parte dicti monaſterij examinatos: & ſi nihil de hoc per teſtes probatum fuiſ-
10 ſet, † tamẽ ſatis plenè dicitur probatum per ſcripturam manu ipſius fratris Ioannis Baptiſtæ ſcriptam, & tempore ſuæ profeſſionis confectam, de qua in proceſſu habetur, quæ ſcriptura ſola eſt per ſe ſufficiens probatio, ut in c. uidua 20. q. 1. c. omnes fœminæ 27. q. 1. c. ſaluberrimum 1. q. 7. per Specul. in tit. de regular. §. 1. per glo. & Domin. de S. Gem. in c. nullus religioſus de elec. lib. 6. qui dicit ſcripturam non eſſe de eſſentia profeſſionis, ſed bene profeſſionem per ſcripturam profitentis probari, etiam ſi in ea ſolum diceretur, quòd renunciaſſet ſeculo, ut in c. non ſolum, & ibi Domin. in notabilibus de regul. in 6. ¶Et ſequendo hanc opinionem ad fauorem dicti monaſterij, ſupereſt, ut pluribus, quæ in contrarium adduci poſſent, reſponſum accommodetur. Non obſtat igitur primo, quòd dictus frater Ioannes Baptiſta fuerit, ſeu ſit in furore, aut dementia conſtitutus, ex quo
11 ſequitur, † quòd profitẽdo nec ſe, nec ſua obligauerit, quia nullum eſt uotum, ſeu nulla eſt obligatio, quæ fiunt mente alienata c. gonſaldus 17. q. 2. & c. ſicut tenor extra de regular.

12 gular. Quia adhoc breuiter reſpondetur, quòd † ad ui-
tiandam profeſſionem non ſufficit probare illum, qui pro-
feſſus eſt, fuiſſe, uel eſſe furioſum, aut dementem, niſi pro-
betur fuiſſe furioſum, & dementem illo tempore, & inſtan-
ti, quo fuit profeſſus: nam in tantum pro profeſſione præſu
mitur, quòd dicenti profitentem fuiſſe furioſum, & demen
tem incumbit onus hoc probandi, quòd tunc temporis ille
talis fuerit in furore, uel dementia conſtitutus, ut eſt text.
iuncta gloſ. in uer. mentem in d.c. ſicut tenor: quod qui-
dem non fuit probatum, nec etiam probari poſſe exiſtimo,
cum ueritas ſe in cõtrarium habeat, prout ex dictis plurium
teſtiũ pro parte monaſterij examinatorum euidenter con-
ſtat, & apparet, quòd ipſe tempore donationis factæ non
erat extra mentem, ſed ſanæ mentis, tum ex dictis teſtium,
tum ex tenore donationis, & ex pactis, reſeruationibus, &
iuribus, quæ dictus frater Ioannes Baptiſta ſibi reſeruauit,
& fecit tempore donationis factæ, prout quiſque ſanæ men
tis poteſt ex tenore inſtrumenti percipere, cum ille uolue-
rit ſibi prouidere nedum quoad ſtatum præſentem, ſed etiã
quoad futurum, ut prudentes faciunt. ¶Secundo non ob-
13 ſtat, quòd † profeſſio facta per dictum fratrem Ioannem
Baptiſtam ipſum non ligauerit, quia facta non fuit in reli-
gione approbata, qualis eſt iſta Ieſuatorum, ut colligitur ex
iis, quæ in terminis uolunt Abb. Aret. Ant. & Barb. in c. nul
nus de foro compet. qui dicunt Ieſuatos non eſſe perſonas
eccleſiaſticas, nec religioſas, & ſubiacere iudici ſeculari, &
ideò profeſſio facta in tali ordine non dicetur profitentem
ligare c. unico de uoto in 6. & cap. unico de religio. domi.
Quia reſpondetur, quòd prædicta poterant dici uera eſſe
tempore primæ fundationis dictæ regulæ, ſed hodie dicta
religio dicitur per ſedem apoſtolicam approbata, ut patet
ex pluribus priuilegiis, & literis, & indultis conceſſis dicto
ordini per Pium Papam II. Sixtum IIII. Innocent. 8.
Alexandrum 6. Iulium 2. & Leonem 10. & præſertim per
literas Innocentij, quibus conceſſum fuit, ut qui uoto ſe re-
ligioni obligauerint, dicantur profitendo in hac religione
Ieſuatorum uotum adimplere: Ex quo ſequitur, quòd di-
citur eſſe religio approbata, alioquin quis eam ingredien-
do, & in ea profitendo non diceretur uotum ſolennizare, ar
gumento d.c. unici de uoto in 6. cum ibi not. per Anto. de
Butr. in c. meminimus extra qui cleri. uel uouen. Præte-
rea, ut uoluit Anto. de Butr. in d.c. nullus, & latè diſputat,
& ſequitur Abb. in conſ. 56. & eſt uerius, etiã tempore pri-
mæ fundationis dictæ regulæ ipſi Ieſuati dicebantur perſo-
næ eccleſiaſticæ, & religioſæ ſub foro eccleſiaſtico, & non
ſeculari. ¶Tertio nõ obſtat, quòd donatio facta per dictum
fratrẽ Io. Baptiſtam non ualuerit tanquam facta tumultua
rio mentis impulſu per text. in l. quicquid ff. de regu. iur. in
l. 3. ff. de diuor. & in l. licitatio in princ. ff. de publica. Quia
14 reſpondetur, quòd † etiam ſi hæc donatio facta eſſet, ut
proximè præſupponitur, tamen debet dici ualida, & irreuo
cabilis, quia donatio facta eccleſiæ etiam tumultuario men
tis impulſu, & præſertim ab eo, qui ſe monaſterio dedica-
uit, ualet, & reuocari non poteſt c. ſunt qui opes 18. q. 4.
quem tex. adhoc pro ſingulari allegat Roma. in ſingul. ſuo
519. incip. uolo commentare, & habetur per Alex. in conſi.
141. uolum. 1. per docto. in c. ſicut ex literis de iureiur. &
15 in d.c. in præſentia, † niſi quis inductus fuiſſet adhoc facien
dum dolo, & fraude abbatis, & monachorum, ut in c. con-
ſtituit 20. q. 3. Et dicit Anto. de Butr. in cap. fin. de donat.
quòd donatio facta eccleſiæ præſertim ab eo, qui religio-
nem ingreditur, non poteſt reuocari, niſi uel propter defe-
ctum modi, uel propter turpitudinem peccati ſimoniæ, uel
propter dolum, & fraudem donatarij, uel propter ſuperue
nientiam filiorum iuxta ea, quæ habentur in d. c. conſtituit,
& in c. conſtituit 16. q. ulti. & in c. quicunque 16. q. 3.

16 ¶Quarto non aduerſatur, quòd † profeſſio fuerit facta in
manibus non habentis ius incorporandi ordini, nec pote-
ſtatem profeſſionem recipiendi, cum fuerit facta in mani-
bus cuiuſdam religioſi gerentis ſe pro priore, & non in ma
nibus procuratoris, & uiſitatorum hanc poteſtatem haben
tium, ut in literis Iulij Papæ 2. & Leonis 10. continetur, er-
go profeſſio fuit nulla, nec ex ea quis dicitur in ſpecie reli-
gioni, ſeu ordini obligatus, ut in c. porrectum, & in c. ad apo
ſtolicam, & ibi Ioan. And. Anto. Abb. & alij extra de regul.
c. conſuluit qui cleri. uel uouen. Domin. in c. conſtitutio-
nem de regula. in 6. circa fin. qui Domin. etiam in c. nullus
de elect. in 6. dicit, quòd abbas, uel alter de eius mandato
poteſt profeſſionem recipere, alioquin non ualeret per ea,
quæ uoluit Ioan. And. & alii in d.c. porrectum, quia reſpon
17 deri poteſt primo, quòd † profeſſio ualuit, ex quo facta fuit
in manibus prioris, qui præſentibus omnibus religioſis dicti
conuentus profeſſionem recepit loco, ac nomine procura-
toris, & uiſitatorum per ea, quæ inquit Domin. in d.c. con-
ſtitutionem in §. aliis, qui dicit, quòd profeſſio fieri debet in
manibus illius, qui poteſt ordini incorporare, ut abbatis, uel
epiſcopi, uel alterius, qui eorum loco, & nomine recipiat, &
conſequenter innuit, quòd ſimplex religioſus, qui nomine
prælati ui profeſſionem reciperet, & non ſimpliciter, ſeu
eius nomine, ſit idoneus: Et ita poteſt intelligi text. in d.c.
uidua 20. q. 1. & in c. fin. qui cleri. uel uouen. Secus ſi reli-
gioſus ſimplex ſuo nomine, uel ſimpliciter profeſſionem re
ciperet, & ita intelligo text. in d.c. porrectum, & in d.c. ad
18 apoſtolicam, & in d.c. conſuluit. Secundo † ualuit dicta pro
feſſio facta in manibus prioris, & conuentus, quia adhoc, ut
profeſſio ualeat, ſatis eſt, quòd fiat uel in manibus prælati
generalis, uel prælati immediati, puta prioris, & conuentus,
qui de iure dicitur hanc poteſtatem habere, ut colligitur ex
iis, quæ nor. uoluit Cald. in conſil. 3. in tit. de regula. & ſequi
tur Domin. in c. ſi religioſus, in c. nullus, & clarius in c. quo-
rundam in 2. colum. §. 1. de elect. in 6. qui uult, quòd prior
in cõuentuali eccleſia poteſt profeſſionem accipere, & hoc
ſuadetur attenta ratione, quare profeſſio non poteſt fieri in
manibus ſimplicis religioſi, ſed debet fieri in manibus ha-
bentis poteſtatem illam recipiendi, de qua per Abb. & alios
in d.c. porrectum, & in d.c. ad apoſtolicam, & per Domin.
in d.c. conſtitutionem circa fi. ratio enim eſt, quia cum hinc
inde inter ingreſſum, & monaſterium contrahatur quidam
quaſi contractus ultro, citroque obligatorius, nam ingre-
diens obligatur ad tria ſubſtãtialia regulæ, & monaſterium
obligatur ingredienti ad alimenta præſtanda, ut in c. cum
ad monaſterium extra de ſtatu mona. requiritur, quòd pro
monaſterio interueniat perſona, quæ recipiendo profeſ-
19 ſionem poſſit monaſterium obligare, ſed † prior cum con-
uentu in conuentuali eccleſia poteſt monaſterium obliga-
re in iis, ad quæ monaſterium eſt deſtinatum, quia prior præ
cæteris poſt abbatem dicitur eſſe potens in opere, & ſermo
ne, ut in c. non dicatis 12. q. 1. d.c. quorundam, & d.c. cum
ad monaſterium, ergo prior cum conuentu dicitur perſo-
na idonea ad recipiendum profeſſionem, & ad obligandum
ingredientem religioni in ſpecie, nec non ad obligandum
20 monaſterium ipſi ingredienti: † Quo autem ad obligan-
dum quem religioni in genere, ſufficit, quòd profeſſio fue-
rit facta in manibus non habentis poteſtatem recipiendi,
nec incorporandi in ſpecie c. non ſolum, & c. conſtitutio-
nem de regula. in 6. & rationem differentiæ inter obligatio
nem in genere, & in ſpecie quoad caſum noſtrum refert
21 Domin. in d. c. conſtitutionem circa fin. † ſi uerò quis nec
in genere, nec in ſpecie haberet poteſtatem recipiendi, nec
incorporandi, ut eſt merè laicus, & ſecularis, is recipiendo
profeſſionẽ non obligaret in genere, nec in ſpecie ad tradi-
ta per Bar. in auth. ingreſſi C. de ſacroſ. eccleſ. c. ſacroſancta
de

de elec.c.cauſam de præſc.d.c.nō ſolū,& d.c.cōſtitutionē.

22 ¶Quinto principaliter non aduerſatur, quòd † profeſſio dicti fratris Ioannis Baptiſtæ non obligauerit ipſum religioni, & ordini Ieſuatorum,& ſic in ſpecie, ſed duntaxat religioni in genere,quia facta,& recepta fuit infra annū probationis, quo caſu profeſſio in regula mendicantium non obligat profitentem religioni in ſpecie, ſed ſolum in genere, ut eſt tex.in d.c.non ſolum, & in d.c.conſtitutionem, & fatentur ubique docto. ſed fratres Ieſuati profeſsionem emittere tenentur, ſicuti emittunt religioſi ordinis S. Auguſtini,ut in eorum bullis,& priuilegiis maximè Iulij ij. & Leonis x.habetur, ergo ut mendicantes, ſeu ad inſtar mendicā-

23 tium profiteri tenentur, quoniam † religioſi ſancti Auguſtini, quales ſunt hæremitani,ut in d.c.quorundam de electio. & in d.c.unico de relig.dom.in 6. & quales ſunt prædicatores,ut per Ioan.de Imol.in clem.1.de electio. ſunt mendicantes,ut in iuribus proximè allegatis, ergo & Ieſuati: Quod etiam ſuadetur, quia religioſi Ieſuati dicuntur eſſe pauperes, & hoc nomine nuncupantur, ac de facto mendicant, & uictum quærunt,ut notorium eſt, ergo mendicantes dicentur arguendo ab ethymologia uocabuli argumento l.tugurij ff.de uerbo.ſign.& l.1.in prin.ff.de acquir. poſſ.cum ſimilibus. Cum igitur dictus frater Ioannes Baptiſta per profeſſionem factam infra annum probationis religioni in ſpecie non fuerit obligatus,ſequitur,quòd per talem profeſſionem nec ſe,nec ſua ipſi monaſterio Ieſuatorū dedicauerit, & conſequenter uſusfructus, quem ille ſibi reſeruauit,& naturalis poſſeſſio, quam tempore donationis penes ſe retinuit,non dicentur monaſterio Ieſuatorum acquiſita per prædicta,& argumēto not. in d.authen. ingreſſi:Quia huic fundamento,quod eſt potiſſimum, poteſt optimè reſponderi,quòd poſito,Ieſuatos teneri profiteri,prout ſoliti ſunt profiteri religioſi ordinis S. Auguſtini, tamen ex hoc non ſequitur,ipſos teneri profiteri, ſecundum quod religioſi mendicātes profiteri tenentur, immò ex hoc totum

24 contrarium innuitur, quoniam † religioſi S. Auguſtini ſimpliciter loquendo, attento fundamento, & propria natura regulæ,non dicuntur mendicantes, ut eſt tex. clarus in c. nolo,& in c.non dicatis 12.q.1. ubi beatus Auguſtinus loquendo de eius regula, & religione prohibet ſuos religioſos habere proprium in particulari,ſed in communi permittit: Ex quo ſequitur,quòd non dicuntur mendicantes,quia

25 † mendicantens dicuntur, qui ex præcepto, uel ex conſtitutionibus regulæ nō poſſunt etiam in communi proprium habere,& mendicare tenentur, ut eſt gloſ.in c.quorundam de elec.in 6.in c.conſtitutionem de regul.eod.lib.in c.1.de exceſſ.præla.& in c.unico de relig.dom.in 6.& hæc eſt propriè diffinitio mendicantium,ut in terminis uoluit Domin. de S.Gemin.in d.c.unico in §.confirmatos, & hoc adducit ad probandum,quod regula S. Auguſtini non ſit mendicātium, quamuis quandoq; mendicent, & ibi idem ſequitur Ioan. Andr.& habetur per Cald.in conſi.17.in titu. de regula.& latius in cōſi.14.incip.ſuper dubitationum articulis ſecundum ordinem libri mei antiqui, hæc enim duo copulatiuè requiruntur ad hoc,ut dicantur mendicantes, uidelicet quòd ex præcepto, uel conſtitutionibus regulæ uictum quærant, item quòd non poſſint habere proprium in communi etiam,&quamuis de facto mendicent,propter hoc tamen non dicuntur mendicantes,ſi poſſunt proprium in communi habere,ut eſt tex.clarus in d.c.nolo,iuncto d.c. non dicatis, & ita in terminis declarat Domin.in d.c. unico §.confirmatos in 1.col.ibi quæro,qui ſunt mendicātes poſt Ioan.Andr.ibi,& habetur per Feder.de Senis in coſi.45.& per Domin.in d.c.non ſolum in princ.4.col.poſt Lapum in allega.4.quem allegat, cuius uerba ſunt hæc,nec obſtat, quòd habent poſſeſſiones,& non quærunt uictum per quæ-

ſtum, quia propter hoc non tollitur,quin ſint de ordine mēdicantium, ſicut uidemus, quòd illi, qui non ſunt de ordine mendicantium,qui nō habēt poſſeſſiones, de facto mendicant,non tamen dicuntur mendicantes, nec prohibentur poſſeſſiones habere,ut notat Paul.in clem.ut profeſſores de regula.ita dicamus de illis,qui de iure,uel inſtitutione regulæ ſunt mendicantes, licet de facto non mendicent,quia ex priuilegio Papæ habent,uel habere poſſunt poſſeſſiones, & fructus recipere, ut ibi per Domin. & clarius in d.§. confirmatos,ſed Ieſuati habent proprium im communi,nec probatū fuit per partē aduerſam,quòd hoc habeant ex priuilegio Papæ, ergo non dicentur mendicātes, quamuis pro neceſſitate uictus quādoque uictum quærant,quod conſtat ex prædictis, & maximè cum Ieſuati teneātur profiteri, ſecundum quod profitentur religioſi ordinis S. Auguſtini, qui ſimpliciter loquendo, prout loquūtur bullæ,& literæ apoſtolicæ dictorum Ieſuatorum, non dicuntur mendicantes, ut ex prædictis euidenter apparet, ac etiam conſtat ex ordine canonicorum regularium, qui ſunt diuerſi habitus, & coloris, & poſſunt habere proprium in communi, ut non mendicantes,ut habetur in extrauagan. Martini Papæ iiij. incip. uiam ambitioſæ, & tamen dicuntur eſſe ordinis ſancti Auguſtini ſimpliciter, ut eſt glo.in clem. 1. de electio. Nec obſtat id,quod dicitur de hæremitanis, & prædicatoribus,qui regulam. S. Auguſtini profiteri dicuntur, ut in d. c.quorundam, & in d.c.unico, & per Ioan. de Imol. in d. clem.1.& tamen dicuntur mendicantes, quia reſpōdetur, quòd illi dicuntur mendicantes non ex fundamento, & præcepto regulæ Sancti Auguſtini, ſed ex eorum conſtitutionibus, ut habetur in locis præallegatis. Præterea in bullis Ieſuatorum non dicitur, quòd teneātur profiteri, ſecundum quod ſoliti ſunt, & tenentur prædicatores, ſeu Hæremitani ſancti Auguſtini, ſed ſimpliciter dicitur,quòd teneātur profiteri, ſecundū quòd profitentur religioſi ordinis S. Auguſtini,inter quæ maxima eſt differētia,nam ſi,ut primo modo dictū eſt,diceretur in Bullis, utiq; argumentū procederet, quòd deberent profiteri, ut mendicantes, ſed quia in Bullis dicitur, ut ſecundum modo dictum eſt, ſequitur,

26 quòd profitentur, ut non mendicantes, quoniam †ſimpliciter loquendo de regula S. Auguſtini, non comprehenduntur mendicantes, niſi exprimatur alia qualitas per ſe mendicantem ſignificans, & ideò iura uolentia comprehendere mendicantes,qui ſunt ordinis S.Auguſtini, uel loquuntur per uerbum generale mendicantes, uel per iſtam qualitatem hæremitarum, uel fratrum prædicatorum S. Auguſtini,ut in c.quorundam,in c. non ſolum,in c.conſtitutionem, & in c.unico præallegatis, & Imol. in d. clem. 1. de de elec.& in dubio facienda eſt hæc interpretatio, ne ipſi fratres Ieſuati deliquiſſe,&pœnā incurriſſe dicantur arg.l. merito ff. pro ſocio, iuncto d.c.non ſolum, ubi mendicantes recipiendo profeſſionem infra annum probationis peccant, & pœnam ſuſpenſionis, ac aliam incurrunt,ut ibi. Et ad id, quòd dictū fuit,Ieſuatos eſſe,& uocari pauperes facilis

27 eſt reſponſio,quia †nō ſequitur,ſunt,ſeu uocantur pauperes, ergo dicuntur mendicantes, ſecundum quod mendicantes in materia noſtra capi debent, ut colligitur ex tex. in l.id,quod pauperibus,& in l. ſiquis C.de epiſ.&cle.&per Bal.ibi,& in authen. hoc ius porrectum C.de ſacroſ.eccleſ.

28 Præterea † omnes religioſi regulares pauperes ſunt,& paupertatem uouere tenentur c.cum ad monaſterium de ſtatu mona. & c.duo ſunt genera 12.q.1. Et tamen non omnes ſunt mendicantes, ut probatur ex iuribus præallegatis. Nec obſtat,quòd attēta ethymologia,& alluſione uocabuli illi dicantur mendicantes,qui mendicant,& uictum quærunt,ut in d.c.unico §.confirmatos, hoc enim facilè ex præ-

29 dictis tollitur, quia† ſtandum eſt ethymologiæ,quando diffinitio

ſinitio uocabuli ſe aliter non habeat, ut in l.1.ff.de teſtam. & Inſtit. eod.& habetur per Bar.& alios in l.1.in princ.ff.de
30 acquir.poſſ. Sed † propriè loquendo mendicantes dicuntur, qui ex præcepto, uel conſtitutionibus regulæ tenentur mendicare,& proprium etiã in communi habere non poſſunt,& hæc duo copulatiuè requiruntur ad tradita per Domin.in d.c.unico §.confirmatos, qui dicit hanc eſſe diffinitionem,quamuis de facto aliter contingat, ut quia de facto non mendicent,uel de facto, ſeu ex priuilegio poſſeſſiones habeant,ut declarat idem Dominic. in d.cap.non ſolum in quarta colum. poſt Lapum in ſua allegatione 4. Vel ſaltem dicuntur mendicantes propriè illi, qui ex præcepto,& conſtitutionibus regulæ mendicare tenentur ad tradita per Imol. in l. titiæ textores in principio ff.de legat.1. Ergo ad ethymologiam uocabuli non eſt recurrendum.

¶ Vel ſecundo, redeundo ad dictam quintam oppoſitionem,illi reſponderi poteſt,quòd profeſſio in caſu noſtro facta fuit poſt annum probationis,& non infra,ut colligi poteſt ex deductis in proceſſu, quia dictus frater Ioannes Baptiſta die prima Nouembris induit ſe habitu religionis, ut religionem probaret, poſtea donationem fecit circa finem menſis Auguſti anni ſequentis, & conſequenter tempore donationis ſteterat cauſa probandi religionem per decem menſes uel circa,prout etiam ipſe ſic dixit,& confeſſus fuit, ac iurauit,ut legitur in inſtrumento donationis, deinde die 11.menſis Nouembris poſt donationem factam profeſſus fuit expreſsè in dicto monaſterio, & ſic clarè conſtat ipſum per annum integrum,& ultra ante profeſſionem feciſſe probationem, & ita ſecundum prædicta in terminis conſuluit Cald.in conſ.14.incip. Super dubitationum articulus ſecundum ordinem libri mei antiqui non impreſſi.

¶ Sexto principaliter non obſtat,(tenendo,quòd Ieſuati debeant,ut mendicantes,profiteri,) quòd ex profeſſione dicti fratris Ioannis Baptiſtæ ipſe non debet dici etiam in genere religioni obligatus,& ideò poterit liberè ad ſeculum re-
31 dire, quia † ex profeſſione expreſſa facta infra annum probationis in ordine mendicantium quis religioni in genere obligatur,quando intendit, ſeu uoluit ſe obligare religioni nedum in ſpecie,ſed etiam in genere,ſecus ſi ſolum intendit,& uoluit ſe tantũmodo ordini, & religioni in ſpecie obligare,& ita intelligatur tex. in d.c.non ſolum,& in d.c.conſtitutionem, ibique Domin. poſt Lapum quia pro reſponſione dici poteſt, contrarium de iure uerius eſſe per text.in d.c.non ſolum, & in d.c. conſtitutionem,quæ iura loquuntur generaliter,ergo generaliter ſunt intelligenda l.de pretio ff.de publica. l.in fraudem in fi.ff.de milit. teſtam. & ita eſt de mente Io.Andr.Archid. & aliorum communiter ibi. Secundo ſi in terminis noſtris benè cõſideretur forma profeſſionis, manifeſtè conſtabit, illam fuiſſe factam animo ſe obligandi etiam religioni in genere, quia promiſit nedum priori Ieſuatorum,ſed etiã Deo omnipotenti,& Beatæ uirgini tria ſubſtantialia regulæ,& ſeculo renunciauit,& conſequenter eius intentionis fuit uelle ſe religioni in genere, & in ſpecie obligare. Sed ſi præſupponamus, prout uerum eſt,fratres Ieſuatos non teneri profiteri eo modo,quo profitentur fratres mẽdicantes,uel profeſſionem fuiſſe factam poſt annum probationis, ut ſupra dictum fuit,tunc ceſſabit obiectum, quia profeſſio de iure ualebit, & profeſſus dicetur obligatus religioni in ſpecie, & ſic ordini Ieſuatorũ per tex.in d.c.conſtitutionem in fin.uer. ibique Domin.

32 ¶ Vltimo non obſtat,†quòd Ieſuati omnes ſint conſtituti in peccato mortali,quia profitendo in illo ordine dicuntur facere contra prohibitionem canonis, cum talis ordo non ſit de approbatis,ut in d.c.unico de relig.dom.in 6.& in c.fin. extra eod.tit.vnde ipſi non dicuntur perſonæ religioſæ,nec eccleſiaſticæ,ut uolunt ſcrib. & ibi Abb. in c.nullus de foro competen.Quoniam pro ſolutione dicas,quòd profitendo non faciunt contra prohibitionem canonis d.c.fin.& d.cap. unici de relig. domi. quia illa iura locum habent ſolum in mendicantibus, & iis, qui religionem nullo modo approbatam ingrediuntur,ut declarat Domin. in d.c.unico, ſed ordo Ieſuatorum non eſt de mendicantibus, & eſt approbatus per ſedem apoſtolicam, ut ſupra probatum fuit, ergo quis in illo ordine profitendo non dicetur peccare,ſed efficietur perſona religioſa,& eccleſiaſtica argumẽto c.unici de uoto,& eorum, quæ Anto. de Butr. in d.c. meminimus qui cleri. uel uouen. ¶ Et ſic ex prædictis ſtat firma concluſio,quòd fructus ſequeſtrati, omnium bonorum, ac etiam rei donatæ ſint relaxandi fratribus Ieſuatorum, & illi tanquam ueri, & indubitati poſſeſſores dictæ rei donatæ, & omnium bonorum dicti fratris Ioannis Baptiſtæ in ſatiſdatione præſtanda ſint præferendi, & præcipuè, quia negari non poteſt, quin ſaltem ex prædictis res inter ipſos li-
33 tigantes dubia reddatur, & ideò † in fauorẽ religionis contra commodum priuatum facienda eſt interpretatio l. ſunt perſonæ ff.de relig. & ſumpt.fun.& habetur per Bart.in d. authent. ingreſſi colum.13. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio iuſta, & bona eſt ſeruanda.*
2 *Monachi priuati prioratibus, prælaturis, et aliis officiis, quæ poſſidebant, an reſtitutionem petere poſſunt, & nu.14.*
3 *Priores, & Abbates conuentuales, ſeu clauſtrales poſſunt abſque cauſa ad ſolum nutum ſuperioris remoueri: Quid ſi ex malitia, & odio, & ex iniuſta cauſa remouerentur, quomodo illi ſuccurratur nu.9. & 15. Et quomodo de hac malitia, & iniuſta cauſa conſtare dicatur, numero 10.*
4 *Præuaricatores, & contemptores ordinis alicuius religionis quomodo ſint puniendi.*
5 *Monachi denunciantes ſuum Abbatem, & ſuperiorem, & inſtantes ſuper correctione, & reformatione ordinis, tàm in capite, quàm in membris, non poſſunt per abbatem denunciatum priuari, aut aliter puniri, ſi iam negotium ſuper dicta correctione, & reformatione ſit cœptum, et priuati ſunt ex officio Papæ reſtituendi, et pœnæ contra illos latæ relaxandæ:*
Et quando negotium dicatur cœptum nu.13.
6 *Subditus ſi accuſauerit, ſeu denunciauerit ſuum ſuperiorem de crimine, et iam inter ipſos ſuper hoc, et correctione illius negotium ſit cœptum, et pendeat, debet hic ſuperior accuſatus, ſeu denunciatus ab omni proceſſu contra ſubditum abſtinere, per quem principalis negotij proſequutio impediretur.*
7 *Monachi denunciantes abbatem, et ſuum ſuperiorem, et inſtantes ſuper correctione, et reformatione, ſi expenſæ, illiſque neceſſaria ab Abbate denegarentur, poſſunt propria auctoritate, inuito Abbate, de bonis monaſterii capere, ſibique prouidere.*
8 *Minor pars capituli pro utilitate, et bono monaſterij præfertur maiorĩ parti.*
9 *Ad Papam, omiſſo quocunque medio, recurſus haberi poteſt.*
10 *In negotio Papæ, et coràm illo iam cœpto etiam ſuper incidentibus, et dependentibus alius inferior ſe intromittere non poteſt.*

EPITOME habetur ſupra in ſummario ſub nu.6.

CASVS CONSILII.

PENDENTE, *ſeu cœpto negotio ſuper correctione, & reformatione tàm in capite, quàm in membris facienda in regula monachorum S. Benedicti, et præſertim ad inſtantiam uenerandorum patrum fratris Vincentii Abbatis S. Petri de Eugubio, & fratris Ioannis Baptiſtæ prioris S. Michaelis de Scarchalaſino, eiſdemque adherentium, Reuerendus do. Hippolytus de Mediolano Abbas generalis totius congregationis una cum prælatis dicti ordinis eidem adherentibus, & cum uoluntate Reuerẽdiſsimi Cardinalis protutoris, de qua conſtat per quaſ-*

dam

*dam literas præfati Reuerendiſsimi do.protectoris priuauit,& re-
mouit dictos fratrem Vincentium ab abbatia prædicta, & fratrē
Ioannembaptiſtam á prænominato prioratu ſub prætextu, quód
ipſi contrauenerint cuidam conſtitutioni dicti ordinis,quæ emana-
uit contra turbantes pacificum ſtatum dictæ religionis, et contra
eos,qui malitioſè officio Abbatis generalis ſe opponerent, eidemq;
abbati reſiſtendo obedientiam denegarent, & ſe totaliter rebella-
rent, prout latius in dicta conſtitutione continetur, & declarauit
ipſos incurriſſe pœnas in dicta conſtitutione contentas,quæ ſunt in-
famia,& quód quis perpetuò ſit omnino priuatus officio abbatiæ,
prioratus,& cuiuſcunq; dignitatis,officii, & honoris dictæ religio
nis,nec uocem habeat in capitulo: nec non idem Reuerendus Ab-
bas generalis quoſdam alios monachos dictis fratri Vincentio, &
Ioannibaptiſtæ adhærentes uoce actiua, & paſsiua priuauit: dubi
tatur nunc,an talis priuatio,amotio,& declaratio de iure fieri po-
tuerit,& facta an ſit reuocanda, & aduerſus illam præfati fra-
tres,eisq; adhærentes ſint ad eorum prælaturas,& prioratus, offi-
cia,& ad omnia alia reſtituendi,quibus priuati,& amoti fuerunt,
non obſtante dicta conſtitutione, ac declaratione poſtea ſubſe-
quuta.*

CONSILIVM XXX.

VIDERETVR vtiq; in propoſita facti ſpecie, &
dubitatione prima facie dicendū, quòd priuatio, &
amotio,ac declaratio ualuerit, & quòd præfati fra-
tres,& monachi,illiſq; adhærētes ſic amoti, & priuati per-
petuò debeāt eſſe priuati, & non ſint ad eorum prælaturas,
nec ad ius dandi uocem in capitulo reſtituendi, & hoc ex
uerbis dictæ conſtitutionis,cui dicuntur contrauenisse, il-
1 liusq; pœnas incurriſſe,† quæ conſtitutio tanquam iuſta,&
bona eſt ſeruanda argumento c.cum omnes, & c.ex parte
de cōſtitutionibus, c.1.& c.ex ore de his,quæ fiunt à maio.
2 par.capi. Præterea † præfati fratres, & eiſdem adhærentes
non debent reſtitui ad eorum prælaturas,officia,& priora-
tus,& ad ius dandi uocem in capitulo,quamuis etiam iniu-
ſtè illi priuati dici poſſent,nam ex quo ipſi non fuerunt ex-
pulſi de monaſterio,ſed ſolum priuati prioratibus, prælatu
ris,& officiis,quæ poſſidebant,non debent audiri petentes
reſtitutionē arg.c.cum ad monaſteriū §.tales, & in §. abbas
de ſtatu.mona.& hoc uoluit Innoc.in c.pen.de accu. & ra-
tio eſt,quoniam tales ſic amoti non proprio nomine mona
ſterij huiuſmodi prælaturas,officia,& adminiſtrationes poſ
ſidebant, nec monaſterium dicitur ſpoliatum, cum poſſi-
3 deat,ergo non debent reſtitui, ac etiam quia † tales prio-
res,& Abbates conuentuales poſſunt abſque cauſa remoue
ri ad ſolum nutum abbatis,& ſuperioris d.§.tales, & habe-
tur per glo.in c.2.in fin.de ſtatu.mon.& prout ex conſtitu-
tionibus dictæ religionis, & indultis illi conceſſis cauetur.
4 Præterea † præuaricatores ordinis, aut contemptores, ſeu
negligentes,non ſolum ab officio ſunt deponendi, ſed &
alio modo ſecundum regulam ab Abbate ſunt caſtigandi
d.c.cum ad monaſterium §.abbas. ¶ Sed præmiſſis non ob-
5 ſtantibus,contrarium eſt concludendum,quòd † huiuſmo-
di priuatio,amotio,& declaratio contra dictos fratres, &
eiſdem adhærentes,& denunciantes, & inſtantes ſuper cor
rectione,& reformatione in capite,& in membris ad hono
rem,& utilitatem, ac bonū totius congregationis facta per
dictum Reuerendum Abbatem,ut ſupra,denunciatum,uel
per alium pro ipſo negotio ſuper dicta correctione, & re-
formatione iam cœpto ſint relaxandæ, & fratres ſic ſpolia
ti,& amoti ſint ad eorum prælaturas,officia,& ad alia, qui-
bus fuerunt priuati,ex officio Papæ reſtituendi, ut eſt text.
6 clarus in d.c.penul.extra de accuſa. Nam † pendente, &
cœpto iam negotio inter ſuperiorem, & ſubditos ſuper cri
minibus ſuperioris, ſeu ſuper correctione, & reformatio
ne in capite,& in membris, debet ipſe ſuperior interim ab
omni proceſſu contra ſubditos inchoando abſtinere, per
quem poſſet impediri negotij principalis, hoc eſt reforma
tionis,et correctionis proſequutiò, et ideò ſi contingeret
interim proceſſum aliquem contra ſubditos fieri, illosque
priuari,et amoueri,poſſunt ipſi petere ſaltem implorando
officium ſuperioris,puta Papæ,ſe contra abbatem, et ſupe-
riorem reſtitui,quoniam ſic illicitè, et malitioſè cenſentur
7 priuati,et ſpoliati,quinimmò † tales ſubditi denunciantes,
et inſtantes ſuper reformatione,et correctione huiuſmodi,
& ſic iſto modo ſpoliati,& priuati,ſi eis expenſæ,illiſque ne
ceſſaria ab ipſo abbate, illiq; adhærentibus denegarentur,
poſſent, ac eis licitum eſſet ſibi ius propria auctoritate di-
cere,& propria auctoritate,inuito abbate, capere de bonis
monaſterij,ſibiqúe prouidere,neque ex hoc poſſet contra
illos agi,nec excipi de ſpolio,cum ipſius monaſterij utilita-
tem,& bonum procurent,ita probatur in d.c.fin.& ibi Ab-
bas,& alij canoniſtæ communiter,& facit in ſimili id, quod
habetur in d.c.fin.de accuſa.& in c.uenerabili cum ibi not.
8 de officio deleg. Nam † pro utilitate, & bono monaſterij
præfertur minor pars capituli,quia cenſetur melior, & ſa-
nior pars,maiori parti capituli,& conuentus,ut in c.quan-
to de his, quæ fiunt a præla. ſine conſenſu cap. & c.1. cum
ibi not.de his,quæ fiunt à maiori parte capituli: Et faciunt
9 ad prædicta etiam illa, † quæ uoluit Innoc.in c.inſinuante,
quod eſt c.fin.qui clerici, uel uouen.qui dicit, quòd ſi caſus
occurreret,in quo abbas,uel ſuperior uellet ex malitia re-
mouere eum,quem deputauit, & quem aliàs ad nutum re-
mouere poſſet,ille poſſet ſupplicare ſuperiorem, & ſupe-
rior illum audire deberet ad ſimilitudinem ſerui l.1. C.de
preci. impera.offeren. Accedant etiam ea,quæ uolunt Ioā.
Andreas,& alij maximè moderni in c. cum ſingula de præ
ben.in 6.ubi dicunt per not.ab Innocen.in d.c.inſinuante,
quòd ſi prior, qui aliàs poteſt remoueri ad nutum abbatis,
remoueatur ſine iuſta cauſa ex odio, uel alia iniuſta cauſa,
talis prior poteſt querelam deponere coram ſuperiore ip-
ſius abbatis, ſupplicando ad inſtar ſerui, & per ſuperiorem
talis uoluntas ſub ratione reſtringetur, ut habetur per Ioā.
de Imol.in clemen. quia regulares de ſupplen. negli. præ-
la.referendo dominum Antonium de Butr.qui dicit, quòd
ſi Abbas remouet priorem clauſtralem ex cauſa iniuſta, &
ex malitia,& hoc appareat,tunc reuocatio,& remotio non
ualet,& poteſt officium ſuperioris implorari: & ita eſt de
mente Floria.ibi, & ſequitur Philippus peruſi. poſt Pe-
trum de Ancharo in d.c.cum ſingula, & ſecundum prædi-
cta debent declarari illa,quæ habentur in c.2.§.priores per
glo. & in c. cum ad monaſterium §. tales cum ſimili. de
ſtatu.mona.dum ibi præſupponitur,quòd priores clauſtra-
les poſſint remoueri ad ſolum nutum abbatis, quia debent
intelligi, quando conſtaret, quòd remotio fieret ex cauſa
iuſta, ſecus ſi conſtaret, quòd ex malitia, & ex cauſa iniu-
10 ſta, & † conſtare dicitur hoc ex malitia,& iniuſta cauſa fie-
ri, quando fuiſſet remotio, & priuatio facta per Abbatem,
cœpto negotio correctionis,& reformationis contra Ab-
batem ex denunciatione prioris remoti, ut eſt textus, &
ibi Abbas,domihus Antonius, & alij omnes in d.c.penul.
de accuſa. & hæc ſunt expreſsè de mente Philippi in d.c.
cum ſingula in princip. in ultima colum. ergo contra ab-
batem remouentem in hoc caſu poteſt implorari officium
11 ſuperioris,& conſequenter Papæ, † ad quem,omiſſo quo-
cunq; alio medio,poteſt recurſus haberi c. ad romanā 3.q.
6.iunctis iis, quæ poteſt alios uolunt do.Antonius, & Abb.
in d.c.pen.& in c.cum dilecta in glo.fin. de reſcript.

¶ Præterea cum pro reformatione facienda in capite, & in membris contra dictum abbatem fuerit recurſum ad Papã
12 exiſtentem extra urbẽ in ciuitate Bononiæ, & alibi, & † conſequẽter cum negotium fuerit inchoatum coram Papa, ad ipſum etiam ſuper omnibus incidentibus, & depẽdentibus eſt recurrendum, nec alius inferior poteſt ſe intromittere ſuper hac cognitione priuationis, & remotionis arg. c. ut noſtrum cum ibi not. de appel. c. nomen 2. q. 1. c. licet de offic. lega. & c. eccleſia il 2. ut lit. penden. & ex his infertur, quòd cum negotium reformationis, & correctionis eſſet coram Papa inceptum contra abbatem, & adhærentes ſuos, non licuit abbati, nec alteri inferiori, ad quem aliàs ius procedendi ſpectaſſet, contra denuntiantes, & procedentes aliquid attentare, & innouare, cum iam illud effectum fuerit negotium Papæ d. c. ut noſtrum, & per Abb. in d. c. penult.
13 ¶ Quando † autem negotium dicatur cœptum ad hoc, ut non poſſit huiuſmodi priuatio, & remotio fieri, in hoc dico recurrendum eſſe ad ea, quæ uoluit Antonius in d. c. penul. de accuſatio. in 3. quæſt. quem ſequuntur Anan. Feli. & alij ibi, qui uoluit negotium dici cœptum quoad hunc effectũ, quando monachi ſubditi iter arripuerunt ad ſuperiorem, uel ad Papam contra abbatem propter inquiſitionem impetrandam, ſeu denunciationem faciendam c. dilecti, & c. de priore cum ibi not. de appellatio. ſed in caſu noſtro præfati fratres remoti, & priuati nedum iter arripuerunt ad Papam, ſed etiam illi denunciauerunt, & ab eo petierunt reformationem debere fieri in capite, & in membris pro bono publico dictæ congregationis, ergo negotium dicebatur cœptum tempore, quo præfatus abbas, & alij prælati ei adhærentes ex literis Reuerendiſſimi domini protectoris amouerunt, atque priuauerunt dictos fratres abbatia, & prioratu, & conſequenter ſumus in caſu d. c. penul. & eorum, quæ ſupra diximus. Et quamuis ex prædictis colligi poſſit reſponſio ad ea, quæ ſupra in contrarium adducta fuerunt, tamen ſpecialiter reſpondendo dico, in primis non obſtare conſtitutionem dicti monaſterij, quia illa habet locum, quando aliquis monachus, ſeu prælatus dicti monaſterij malitioſè, & fraudulenter ſtatum quietum dictæ congregationis turbaret, & contumaciter, & malitioſè, & abſque iuſta, & legitima cauſa ſe contra abbatem dicti monaſterij opponeret: Sed in caſu noſtro dicti frater Vincentius, & frater Ioannes baptiſta, et alij illis adhærentes, qui fuerunt priuati, et amoti, non malitioſè, nec malo animo, et contra utilitatem monaſterij ſe oppoſuerunt regimini dicti abbatis, & ſuorum adhærentium, ſed bono animo, et pro communi utilitate totius congregationis, uidelicet pro reformatione, et correctione facienda in capite, et in membris, ut notorium eſt, et maximè prout notũ eſt Sanctiſs. Do. N. Papæ, quæ dicitur iuſta, et legitima cauſa, propter quam quis potius eſt laudandus, quàm grauandus, ut eſt text. in d. c. penult. de accuſatio. et c. uenerabili cum ibi nota. de officio delegat. ergo ob hanc cauſam præfati fratres non potuerunt pœna dictæ conſtitutionis puniri, nec grauari, et grauati, ſeu priuati, et remoti debent ex officio Papæ reſtitui, ut in d. c. penult. cum ibi not. per dominum Anton. Abb. et alios, et in c. cum dilecta in glo. fin. de reſcript. cum iis, quæ habentur in d. c. cum ſingula de præbend. in 6. Præterea illa conſtitutio emanauit ad effectum, ne turbaretur pacificus ſtatus dicti ordinis, petere autem reformationem in capite, et in membris dicti ordinis, non eſt turbare illius ſtatum pacificum, ſed eum augere, et ad quietem reducere, ut in d. c. penult. cum ibi not. et cum ſimil. quæ poſſent allegari, ergo &c. ¶ Non obſtat ſecundum, de quo ſu-
14 pra, quia reſpondetur, quòd † quamuis uia ordinaria tales fratres remoti non poſſint petere ſe reſtitui, tamen poſſunt hoc petere extraordinariè, implorando officium ſuperioris, hoc eſt Papæ per tex. in d. c. penult. ut uoluit ibi doctorum communis ſchola, qui ſic declarant uerba Innocen. ut habetur per dominum Anton. Abb. Anan. Felin. & alios. Præte-
15 rea † monachus remotus ab abbatia, ſeu à prioratu conuentuali, & clauſtrali, qui aliàs non poteſt petere reſtitutionem d. c. cum ad monaſterium §. ad tales, & in c. 2. cum glo. in fi. de ſtatu mona. ſi fuerint remoti ex odio abbatis, & ſuperioris remouentis, & ſic ex iniuſta cauſa, quod præſumitur ex eo, quòd fuerunt remoti ab abbate denunciato, & poſt petitam ab eis correctionem, & reformationem in capite, et in membris, et poſt denunciationem ab eis factam contra abbatem, et ei adhærentes, debent reſtitui ad eorum prælaturas, et officia, tanquam priuati, & remoti ex cauſa iniuſta, et ex odio, ut uolunt doctores, et maximè moderni in d. c. cum ſingula in princip. per textum in d. c. penult. et ſupra dixi, et conſequenter infertur, quòd præfati fratres remoti, et priuati, ut ſupra, non fuerunt, nec dici potuerunt rebelles, et inobedientes, ex quo propter bonum publicum totius ordinis inſteterunt, et inſtant coram S. Do. Noſtro ſuper dicta reformatione, et correctione facienda in capite; et in membris, quæ omnino facienda eſt, ſi appareat, et utile ſit illam fieri pro pacifico ſtatu dictæ congregationis, et animarum, et ideò ob hanc cauſam, non obſtantibus conſtitutionibus, et indultis dicti ordinis, licitum eſt monachis, et prælatis illius recedere ab obedientia abbatis, et accedere ad curiam, et ad pedes S. Do. N. pro huiuſmodi reformatione facienda, abſque timore alicuius pœnæ, quæ non habent locum in caſu iſto, ſed ſolum quando aliquis malitioſè, et abſque cauſa iuſta concernente bonum publicum accedere uellet, ut in d. c. penult. c. ad romanam 3. q. 6. et c. prior cum ibi not. de appella. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ ad reparationem pontium, et uiarum cum laicis conferunt, atq; contribuunt:*
Et an ſit uerum num. 21.
2 *Leges ciuiles diſponentes eccleſias cum laicis teneri ad onera cauſa neceſſitatis, & communis utilitatis impoſita, & præcipuè ſi pietatem ſapiunt à iure canonico dicuntur approbatæ, & in utroque foro ſunt ſeruandæ; Contra num. 22.*
3 *Eccleſiæ ad onera maximè patrimonialia neceſſitatem, & communem etiam clericorum utilitatem reſpicientia unà cum laicis tenentur,*
4 *Et an, & quomodo hoc ſit uerum, & eccleſiæ ad ea cogi poſſint, & nume. 5. 12. & 13. ubi hoc declaratur.*
6 *Eccleſiæ ad ſolutionem gabellæ, & datiorum tenentur, & quando, & nume. 8*
7 *Eccleſiæ quando, & ad quæ onera unà cum laicis contribuere teneantur.*
9 *Clericorum, & eccleſiarum bona dicuntur bona pauperum, & pro redemptione, & alimonia pauperum alienari poſſunt.*
10 *Eccleſiæ ad onus rebus impoſitum ante, quàm res illæ ad eccleſias peruenirent, tenentur,*
Et quomodo hoc procedat num. 29.
11 *Lex interpretans in dubio debet intelligi in terminis legis interpretatæ.*
12 *C. non minus, & c. aduerſus de immuni. eccle. de quibus oneribus intelligant, & nu. 18.*
14 *Clerici ad onus extraordinarium unà cum laicis ſoluendum inconſulto Papa ſe impunè obligare nequeunt.*
15 *Clerici, & eccleſiæ ad onus extraordinarium regulariter non tenentur.*
16 *Ad onus perſonis pro rebus impoſitum nec clerici, nec eccleſiæ, nec laici ciues non ſubditi tenentur.*
17 *Et conſuetudo contraria ſolum laicis, & non clericis, nec eccleſiis nocet.*
18 *Cap. 1. de immunit. eccleſ. in 6. & c. quanquam de cenſib. eod. lib. declarantur.*
19 *Impoſitiones ſpeciales quæ ſint, & quando ad eas nec eccleſiæ, nec laici forenſes teneantur.*

Eccleſiæ

20 *Eccleſiæ ex ratione pietatis ad onera unà cum laicis contribuere teneantur.*
21 *L.ad inſtructionem,& l.neminem C.de ſacroſ.eccle.correctæ.*
22 *Leges imperiales expreſsè diſponentes,& mentionem facientes de eccleſiis etiam ad earum fauorem ſunt ipſo iure nullæ:*
Idem, & magis de opinione docto.ſuper his legibus fundata,num.24.
23 *Opinio doctorum etiam communis reuccatur, quando reperitur expreſſa iuris diſpoſitio in contrarium.*
24 *Diſpoſitio legalis neceſſaria,doctorum uerò magiſtralis.*
25 *Clerici ad cuſtodiam ciuitatis quando unà cum laicis teneantur.*
26 *Onera quæ dicantur à ſacris canonibus prohibita clericis imponi.*
27 *Lex referens declaratur,& interpretatur à lege relata, & omnia in lege relata dicta cenſentur poſita in lege referente.*
28 *Principium conſtitutionis inſpiciendum tanquam fundamentum, quando generale eſt,& ab eo ſumenda eſt interpretatio.*

EPITOME.

ECCLESIAS, *& clericos tàm de iure communi,quàm ex literis apoſtolicis,de quibus hic mentio habetur, ad onera hic expreſſa perſonis ipſis pro rebus impoſita,etiam,communem utilitatem,& neceſſitatem continentia non teneri unà cum laicis contribuere,demonſtratur.*

CONSILIVM XXXI.

CONSVLTATIO hæc noſtra in præſenti cauſa tendet ad determinandum,utrum clerici,& aliæ perſonæ eccleſiaſticæ habentes bona ſtabilia in ciuitate, & territorio Ferrarienſi ultra onus annuatim, durãte anno duodecimo,ipſis impoſitũ pro cõſtructione,& reparatione riparum,& aggerum padi,& murorum ciuitatis,ac pontiũ, & aquæductuum,necnon pro ſtudij generalis in dicta ciuitate conſeruatione,de quo in diuerſis literis apoſtolicis à diuerſis põtificibus,& præcipuè à Paulo ij.emanatis,ad aliud onus ex cauſis prædictis iniunctum,&,ut uulgo dicitur,pro cornellis,& paraduciis,quæ fiunt pro tuitione,& conſeruatione dictorum aggerũ,uirtute dictarum literarum,uel ſaltem de iure communi teneantur, & ad contribuendum à cõitate, & ciuibus dictæ ciuitatis quoquo modo cogi poſſint.Quæ materia quamuis ob uarias opiniones doct. antiquorum,& modernorum tàm canoniſtarum, quàm legiſtarum & in lecturis,& in conſiliis in ſe ualde difficilis, & intricata reddatur,tamen in caſu occurrẽti facile erit pedes firmare,& alteri parti adhærere, ut ex infra dicendis liquidè conſtabit.Et in primis pro parte cõitatis Ferrarienſis, & ad
1 illius fauorẽ plura facere uidẽtur,primo † tex.in l.ad inſtructionem,aliàs ad inſtructiones, & in l.neminẽ C.de ſacroſ. eccl.ubi eccleſiæ ad reparationem pontium,& uiarum contribuere,& conferre tenẽtur:& dicit do.Card.in c.non mi-
2 nus de immu.eccl.quòd † leges ciuiles diſponentes eccleſias teneri cum laicis ad onera, quæ imponuntur cauſa neceſſitatis,& cõis utilitatis,& præcipuè ſi ſapiunt pietatem, approbatæ à iure canonico dicuntur,& ſic ſeruandæ ſunt in utroq; foro,quoniam cum non ſint reprobatæ, illis ſtãdum eſt c.cum expediat de elect. in 6.& in hoc doct.magis communiter concordare uidentur allegantes dicta iura ciuilia
3 contra eccleſias.¶ Secundo optimè facit † tex. in c.peruenit de immu.eccl.iuncto c.igitur cum ſeq.& ſeq.23.q.8.vbi clerici,aliæq; eccleſiaſticæ perſonæ tenentur aduerſus inuadentes,ſeu aggredientes ciuitatem, & loca chriſtianorum arma ſumere,& ciuitatem unà cum laicis pro neceſſitate,& communi utilitate cuſtodire:ſed onera,de quibus agitur,neceſſitatem,& cõem utilitatem etiam clericorum reſpiciũt, cum ſint impoſita pro reparatione riparum,& aggerum padi,& dicũtur eſſe onera patrimonialia,ut infra dicetur,quia imponuntur clericis pro rebus ſuis,uidelicet ad ſoluendum certum quid iuxta uires facultatum, & ſui æſtimi,ergo magis ad hæc onera ſoluenda tenentur,cum eccleſiæ,ſeu perſonæ eccleſiaſticæ magis ad onera realia,& patrimonij teneantur,quã ad merè perſonalia,de quibus in d.c.peruenit cum ſimil.ut eſt de mente omnium, & maximè Abb.in d.c. non minus poſt Inno.¶ Tertio adduco id,quod uoluit Abb. in d.c.non minus in pen.col.in uer.fateor tamen &c.dicẽs,
4 † quòd propter cõem etiam utilitatem, & neceſſitatem clerici non tenẽtur ad onera, niſi illa fuerint impoſita de eorum conſenſu,ſed ſi clerus abſq; iuſta cauſa nollet cõſentire,tũc populus poteſt adire ſuperiorẽ eccleſiaſticum, qui clericos compellat:& quod hoc in caſu non eſt opus Papam conſuli,eiuſq; licentiam haberi iuxta c.aduerſus de immu.eccle. quoniam impenſa eſt facienda, & onus eſt impoſitum non ſolum propter utilitatem publicam,ſed etiã propter utilitatem priuatam,& particularem etiam eccleſiarũ, & bonorũ ſuorum,& ſic ſecundum Abb.ſumus extra caſum d.c.aduerſus,qui loquitur,quando onera eſſent ſolum ad utilitatem publicam: dicitq; ibi Abb. hæc dicta ſua eſſe benè notanda tanquam optima,& à nemine conſiderata.¶ Quarto ponderãdæ ſunt in hoc literæ apoſtolicæ tàm Pauli,quàm aliorum pontificum tàm cõitati Ferrariæ, quàm clericis dictæ ciuitatis conceſſæ,in quibus cauetur ipſos clericos, ſeu eccleſiaſticas perſonas nõ debere,nec poſſe ad aliud onus cogi ultra id,de quo in dictis literis,quod ab ipſis ſacris canonibus exigi prohibeatur, ergo ſi a ſacris canonibus prohibitũ non reperiatur,illud exigi poterit:ſed onus,de quo agitur, non eſt à ſacris canonibus prohibitum,immò permiſſum;cũ fuerit,& ſit impoſitum ob neceſſitatem,& contineat cõem, & priuatam utilitatem etiam eccleſiarum,quia ſic bona particularia eccleſiarum conſeruantur,& à periculo inuaſionis,& inundationis aquarum defenduntur,quo caſu de iure etiam canonico tali oneri eccleſiæ ſubiiciũtur d. l.ad inſtructionem cum ſimil.ſupra allega.ergo ex diſpoſitione,& mente dictarum literarum eccleſiæ huic oneri contribuere tenebuntur. Pondero etiam dictas literas Pauli ij.à cæteris Romanis pontificibus confirmatas in illa parte,qua inhibetur,ne ſupra id,quod dictũ erat,clerici tàm regulares, quã ſeculares angarientur,ſeu aggrauẽtur occaſione quorumcunq; ſecularium onerum,ergo ſi eſſent onera, quæ reſpicerent etiã clericos,& perſonas eccleſiaſticas, quale eſt id, de quo agitur,cum ſit impoſitum pro neceſſitate,& cõi utilitate etiam eccleſiarum,ut dictum eſt,& de ſe patet,clerici profectò ad illa poſſent angariari,& aggrauari. ¶ Quinto hanc opin.confirmo auctoritate plurium docto.& fortè ma-
5 gis communiter,qui uolunt, † quòd ubi neceſſitas magna, & utilitas cõis particularis etiam eccleſiarum uerſatur,laici auctoritate iudicis eccleſiaſtici poſſint cogere clericos ad contribuẽdum abſq; aliqua ſedis apoſtolicæ conſultatione,ut in terminis uoluit Abb.in d.c.nõ minus in pe.col.uer. fateor tamen quod: idem & ferè in terminis noſtris uoluit Pet.de Anch.in d.c.non minus per tex. in d.l. ad inſtructionem cum ſimi.dicens,quòd circa murorum conſtructionẽ, & refectionem neceſſariam,ut propter guerram, uel illius ſuſpitionem,eccleſia tenetur contribuere,ſecus quoad uoluntariam,ut etiam uoluit Iacob.Butrig.in d.l.ad inſtructio-
6 nem,dicens etiam,quòd † eccleſiæ ad ſolutionem gabellæ portarum pro plauſtris,& curribus tenentur,ſi gabella conuertitur in reparationẽ uiarum, & pontium: quoniam ita de eccleſiæ,ſicut de priuatorũ utilitate agitur:& ex his Pet. de Anch.in d.c.non minus generalẽ inferebat doctri.quòd
7 † quoties tractatur de generali, & cõi utilitate tàm clericorũ,quàm laicorũ ſimul,& mixtim, tunc clerici tenẽtur unà cum laicis ad onera à ciuitate impoſita contribuere:& ideò aliàs conſultum fuit,prout aſſerit ſe audiuiſſe, quòd eccleſia etiam teneri debet ad aggeres,qui fiunt in littore maris ad euitandum inundationes,quæ damnum omnibus paſſim

inſerebātur propter cōe periculum, idemq; dicendū uidetur
ad euitandum rapinas, incendia, captiuitates militū, & ho-
ſtiū, uelui hoc ultimum fuit ex mente Bar. in l. nullus C. de
8 curſu publi. lib. 12. ubi dixit, † clericos teneri, et ſimul cū lai
cis poſſe aggrauari ad ſoluēdū datia, et collectas, et ad alia
munera ſordida, ad quæ aliàs non tenentur, ut in d.l. ad in-
ſtructionem, ob periculum guerræ euitandū, nā in hoc uer
titur publica utilitas, ac etiā pietas: ſic.n. defenſantur pau-
peres perſonæ, uiduæ, pupilli, et aliæ miſerabiles perſonæ à
damnis, & periculis, & ubi uerſatur pietas, & utilitas publi-
ca, eccleſia tenetur contribuere l. iubemus nullam C. de ſa
croſ. eccl. d.l. ad inſtructionem, & d.c. 2. de immu. eccl. cum
ſimil. ergo & in caſu occurrenti eccleſia teneri debet, cum
agatur de reparatione aggerum, & riparum padi, & conſe
quenter de utilitate publica, & pietate, nam ſi aggeres, & ri
pæ ui, & impetu fluminis rūperentur, fierent maximæ inun-
dationes, & damna non modo diuitibus, ſed etiā uiduis, pu-
pillis, & alijs miſerabilibus perſonis inferrentur, ergo cum
adſit publica, & priuata utilitas cōmunis, & pietas, eccleſia
9 tenebitur conferre: quoniā † bona clericorum, & eccleſia-
rum dicuntur bona pauperū c. ſi. cum glo. 16. q. 1. & illa pro
redemptione, & alimonia pauperum poſſunt alienari c. au
rum habet eccleſia, & ibi in ſumma 12. q. 2. & in hāc ſnīam
cōcurrunt uiri maximæ auctoritatis, ut fuit Bal. in d.l. ad in-
ſtructionem, & in tit. de pace conſtan. in uer. munitione, Sa
li. in d.l. ad inſtructionem, Barb. in conſi. 29. in 4. uol. & in cō
ſi. 1. in 3. Iaſ. in l. placet C. de ſacroſan. eccleſ. ubi in fi. 4. col.
plures allegat, uidelicet Card. in cle. 1. col. 16. de uit. & ho-
ne. cler. Alex. in conſi. 68. in 2. uol. & Cæpol. in trac. ſerui-
tutum ſub rub. de uia, in q. 25. idemq; uoluit ſolēnis doctor
Guid. Pap. in q. 78. & gl. in d.c. non minus: quare hæc uide-
tur eſſe communis opinio, quæ in iudicando ſequenda eſt,
ad tradita in c. 1. per Io. Andr. Abb. & cōiter alios circa ſin.
10 extra de conſtit. ¶ Vltimo uidetur dicendum, † quòd cum
onus, de quo tractatur, ſit onus reale, ſeu patrimonij ſaltem
ratione rerum, quibus ante, quàm ad eccleſias peruenirēt,
tale onus erat impoſitum, eccleſiæ, & perſonæ eccleſiaſticæ
contribuere teneantur ad ea, quæ habentur per Inno. in d.
c. nō minus, & ibi Abb. in 3. col. in uerſ. uenio ad primū &c.
Bar. in d.l. unica C. de mulieri. & c. Bal. in d.l. omnes, & Abb.
in d. conſi. 3. in 1. uol. & hoc in caſu propriè conſuluit Barb.
in d. conſi. 1. in 3. uol. & habetur per Iaſ. & alios in d.l. pla-
cet, & in d.l. neminem, & in c. fin. de ui. & hone. cle. & Hoſt.
in ſumma de immu. eccle. in §. quibus in 1. col. ¶ Pro parte
uerò clericorum, & perſonarum eccleſiaſticarum ciuitatis,
& diœceſis Ferrarien. quòd ultra onus impoſitum pro annis
duodecim, & multoties ad alios duodecim annos proroga
tum, ut in literis diuerſorū pōtificū, Pauli uidelicet ij. Sixti,
Alexandri, Iulij, Clement. & Pauli moderni ipſis clericis tā
regularibus, quàm ſecularibus conceſſis, non poſſint aggra-
uari ad contribuendum pro aſſertis cornellis, & paraducis
ſic uulgo nominatis, ſiue loquamur attētis dictis literis apo-
ſtolicis, ſiue de iure canonico, & cōſequēter quòd huiuſmo
di exactio ſi fieret, diceretur contra prohibitionē ſacrorum
canonum fieri, multa conſiderari poſſunt: & in primis indu
co tex. in d.c. non minus, qui emanauit à concilio Lateranē.
ad fauorem eccleſiarum: Et quāuis aliqui dicāt illum loqui
in caſu, quando clerici, & aliæ perſonæ eccleſiaſticæ aggra
uarentur ad ſoluendum onera, quæ ſolùm ad aliquos perti
nerent, & conſequenter non continerent cōem utilitatem
etiam eccleſiarum, & ponderent illa uerba, iſti uerò onera
ſua ferè uniuerſa imponunt eccleſiis &c. & hoc modo etiā
uelint intelligi debere tex. in c. aduerſus eod. tit. qui uenit ad
interpretationem declaratiuam, uel melius extenſiuam, &
per modū additionis iuxta not. per Bar. in l. oēs populi col.
18. in uerſ. ſexto principaliter quæro ff. de iuſti. & iure, quia
11 † lex interpretans in dubio debet intelligi in terminis legis
interpretatæ, ut in l. ſi alterius C. ſi minor ſe maio. dixe. & in
auth. de fil. ant. dotal. inſtru. nat. Bar. in auth. ſacramēta pub.
12 col. 2. C. ſi aduer. uen. tamen uerius eſt, quòd † loquatur de
oneribus impoſitis pro neceſſitate, & cōi utilitate tàm cleri
corum, ſeu eccleſiarum, quàm laicorum, prout loquimur
in caſu occurrenti: quæ intelligentia colligitur ex uerbis il-
lius tex. in pluribus locis, primo dū loquitur de foſſatis ab-
ſolutè, quæ poſſunt etiā utilitatē eccleſiarum reſpicere, ut
quia eſsēt foſſata facta ad munitionē ciuitatis iuxta ea, quæ
habentur per Iaco. Butri. in d.l. ad inſtructionem, ſiue eſſent
foſſata generaliter pro utilitate poſſeſſionum, & prædiorū
iuxta text. in l. ſi uicinus, iuncta l. præced. ff. de aq. plu. arc.
Secundo dum ille tex. expreſsè in uerſ. quo circa &c. conſi
derat cōem utilitatem, ut ibi ad releuandas cōes utilitates,
uel neceſſitates, ubi laicorum non ſuppetunt facultates: &
illa uerba, iſti uerò onera ſua &c. in contrariū, ut ſupra, pon
derata debēt intelligi reſpectu partis ipſorum laicorū, non
enim negat ille tex. quin loquatur de oneribus īpoſitis pro
cōi utilitate, quāuis dicat, iſti, hoc eſt laici onera ſua &c. nā
quod cōe eſt, meum dici poteſt l. ſerui electione de leg. 1. in
§. 1. & ſi tex. in d.c. non minus loquitur, ut dictū eſt, idē eſt di
cendum de tex. in d.c. aduerſus, qui ad interpretationem il-
lius emanauit, ut ex eius uerbis colligitur iunctis præmiſſis,
& hæc ſunt de mente Abb. in d.c. non minus in 5. col. & in
conſ. 3. in 1. uol. in 1. fundamen. in 1. col. & nota, quia dicta
iura etiā loquūtur de oneribus patrimonialibus, quæ impo
nūtur perſonæ propter res, & ibi foſſata, ſiue expeditiones,
ſeu alia quælibet agenda de bonis clericorum &c. ¶ Secun
do induco tex. in cle. uni. de immu. eccl. & in c. 1. eo. tit. in 6.
ubi in d. cle. poſtquā correxit tex. in c. clericis laicos de im-
mu. eccl. in 6. ſubdit, quòd laici exigentes, & extorquentes
à clericis, & ab eccleſiis taleas, ſeu collectas, aut exactiones
quaſcunq;, & illis conſilium dantes, & auxilium, uel fauorē
ad præſtandas ſubuentiones laicis, incurrunt pœnas Late-
ranen. concilij, de quibus in d.c. nō minus, pondero illa uer
ba, aut exactiones quaſcunq;, & conſequenter etiā, quæ cō
tinerent cōem utilitatem tàm clericorum, quàm laicorum
arg. l. baliſta, & ibi Bar. ad treb. pondero etiā illa uerba, ad
præſtādas ſubuentiones laicis, ergo loquitur in caſu, quo tā
laici, quàm clerici tenerentur: Præterea ille tex. in §. uolen-
tes uenit ad interpretationem Lateranē. concilij, de quo in
d.c. non minus, ergo in caſu, quo cōis eſſet utilitas, ut ſupra
dictū fuit in primo funda. & ſic etiam in caſu, quo uerſatur
cōe bonū, eccleſiæ aggrauari non poſſunt, niſi, ut i. dicetur:
& in d.c. 1. pōdero illa uerba, taleas, & collectas, ſeu exactio
nes quaſcūq; eccleſiis &c. imponere, uel exigere ab eis pro
domibus, prædiis, uel quibuſcunq; poſſeſſionibus &c. nec de
bet attendi quælibet conſuetudo contraria, quia tanquam
contra utilitatem eccleſiæ non ualeret c. quanquā de cenſi.
in 6. et arg. c. 1. de conſue. et cum ille tex. loquatur de col-
lectis, infertur, quòd loquitur de oneribus patrimonialibus,
quæ imponūtur perſonæ propter res, ut colligitur ex uer
bis Bar. in l. reſcripto §. ſciendum ff. de mune. et hon. et in ca
ſu occurrenti tractatur de huiuſmodi onere reali, ergo &c.
¶ Tertio ad fauorem eccleſiarū facit extrauagās Bened. xj.
ſub rub. de immu. eccle. ibi taleas, decimam, uel aliam quot
tam, ſeu quantitatem aliquam de prouentibus bonorū ſuo
rum, aut eccleſiarum, et ibi in uer. cæterum. ¶ Quarto cor-
13 roborantur prædicta, quia negari non pōt, † quòd ubi adeſt
magna neceſſitas, et cōis utilitas, ac etiā pietas, eccleſiæ non
poſſint compelli ad contribuendum cū laicis ad onera pro
tali neceſſitate, et utilitate, ac pietate impoſita, ut uidentur
uelle cōiter doct. in d.c. non minus, et ibi eſt tex. in d.c. ad-
uerſus, et doct. in d.l. ad inſtructionem, et habetur per mo-
dern. in d.l. placet, et in uariis conſiliis, ut traditur per

Andr.Barb.in d.conſ.29. & in d.conſ.3. & cum totale fun-
damentũ aduerſariorũ in hoc cõſiſtat,ideò pro intelligẽtia
dico,& ita arbitror de iure uerũ eſſe, quod prædictũ aſſum
ptum,& opinio doctorũ,de qua proximè,debet intelligi nõ
ſimpliciter,ſed pluribus cõcurrentibus, primo, ut dictũ eſt,
quòd adſit magna neceſſitas,ut probatur in d.c. nõ minus,
& in d.c.aduerſus,ibiq; Abb.& in d.extrauag.ſecundo cõis
utilitas,uel ſaltẽ pietas,ut in dictis iuribus, & de pietate pro
batur in d.l.ad inſtructionem,& in d.c. peruenit de immu-
nita.eccleſ. & optimè in d.c. non minus, inducendo,ut ſu-
pra, tertio, quòd ſit tale onus, ad quod ſubſtinendum non
ſufficiant laici,quia clerici,& eccleſiæ ſolum tenentur cum
laicis contribuere in ſubſidium, & ubi laicorum non ſuppe
tunt facultates,ut in d.c.non minus, in d.c.aduerſus,& cla-
rius in d.extrauagan.ibi cœterum attendant clerici, & alij
prælati eccleſiarum,quòd in huiuſmodi ſubuẽtionibus ſolũ
caſum neceſſitatis,aut cõis utilitatis,ubi laicorum ad id non
ſuppetunt facultates &c.quarto requiritur, quòd ad onus
hmõi imponẽdũ uocetur totus clerus, ut cõſentiat, nec ſuf
ficeret epiſcopus cum capitulo ſuo,nã quod oẽs tãgit, par
ticulariter ab oĩbus approbari debet c.quod oẽs de reg.iur.
in 6.habetur in c.cum oẽs de cõſtitutio.& probatur in d.c.
aduerſus,ibi,uerũ ſi qñ epiſcopus ſimul cum clericis &c.&
Abb.in d.c.nõ minus in 4.notab.ubicunq; tamen abſq; iu-
ſta cauſa clerus nollet cõſentire, tunc poſſet procedere id,
quod uoluit Abb.in d.c.non minus in pen. col.quod etiam
intelligo cõcurrentibus aliis neceſſariis per prædicta,& in-
fra dicenda. Quinto requiritur, quòd onus imponatur con
ſulto Papa, ut in d.extrauag.& in d.c.aduerſus, & Abb.in
d.4.notab.prædicta ferè omnia requirit. Sexto requiritur,
quòd ad hoc onus ſoluendum clerici, & eccleſiæ cogantur
ab epiſcopo,& à ſuo ſuperiore eccleſiaſtico:laici.n.& pote
ſtates ſeculares nõ poſſunt ſe intromittere, ut ipſos cõpel-
lant,ut habetur in d.l.ad inſtructionẽ per Bal.cum quo cæ-
teri pertranſeunt, maximè Abb.in d.c.non minus in 5.col.
Idemq; vult Guid.Pap.in d. q.78.& cum prædictis requiſi
tis cõcurrit Abb.etiam in d. conſ.3. qui ad fauorẽ eccleſiæ
contra laicos cõſuluit. Quibus præmiſſis requiſitis ſtãtibus,
uidetur ẽt,quòd ſecundũ iuris rigorẽ clerici non teneãtur
cõtribuere,niſi ex quadã gratia,& æquitate:Vnde tex.ĩ d.c.
aduerſus monet laicos humiliter, & deuotè recipere cum
gratiarũ actione,quod à clericis offertur,& Hoſt.ĩ ſum.ſub
ti.de immu.eccl.in §.quib.muneribus in 3.col.uer.hæc ue-
ra &c.quẽ refert,& ſequitur Alber. in d.l. ad inſtructionẽ,
dicit,quòd clerici non cogũtur, ſed charitatiuè cũ gratiarũ
actione cõferre poſſunt,ſi uolunt: ex quibus infertur,quòd
ſecundũ regulas ſacrorũ canonũ prohibitum eſt in aliquo
eccleſias grauare,niſi cõcurrentibus prædictis,ut probatur
in iuribus ſupra pro hac ſecunda parte allegatis: Itẽ infer-
tur,quòd cũ oĩa prædicta requiſita interuenerint in impo-
nendo onus, de quo in prædictis literis apoſtolicis Pauli 2.
& aliorũ ſucceſſorum pontificum,quia clerus dictæ impoſi
tioni oneris cõſenſerit,& ſoluere promiſerit, & ad nihil ul-
tra ſoluendum cogi poſſit ratione neceſſitatis,& cõis utilita
tis in reparando ripas,& aggeres,& in faciẽdo alia,de qui-
bus in dictis literis,ſequitur,quòd iuſtè,& legitimè,& iuxta
permiſſionem ſacrorum canonũ ad dictum onus ſoluendi
decem ſolidos tantum pro quolibet denario extimi cleri-
ci,& eccleſiaſticæ perſonæ tenẽtur, & per ſuos ſuperiores
eccleſiaſticos ad id deputatos,& nõ per alios cogi poſſunt,
ut ſupra: Et ècõtra ex prædictis cõcludendum eſt ipſos cle
ricos nullo modo teneri ad contribuendum cum laicis ad
onus,de quo agitur, quod dicitur extraordinarium, iuxta
no.per Bar.in l.1.C.de mulieribus, & in quo loco col. ulti.
lib.10.per Bal.in l.omnes C.ſine cenſu.in 2.colum.in uerſ.
aduerte tamen &c.& Hoſt.in ſum.in ti.de immu. eccl.in §.
quibus in 2.col.nam ad hoc munus extraordinarium impo
nendũ non fuit uocatus clerus, nec is aliquo modo cõſen-
14 ſit,iuſtamq; cãm habuit nõ conſentiendi,quia † & ſi uoluiſ
ſet cõſentire,& ſoluere,nõ potuiſſet impunè,cũ hoc clerus
facere nequeat niſi cõſulto Papa iuribus ſupra allega.ut in
d.c.aduerſus cũ ſimil. Itẽ ad hoc onus ſuppetunt facultates
laicorũ,ergo infertur, quòd exigere tale onus dicitur eſſe
contra prohibitionẽ ſacrorũ canonũ,qui ſolũ admittunt ec
cleſias teneri ad contribuendũ cõcurrentibus prædictis re-
quiſitis,& ideò dici põt,hoc onus,de quo agitur, fuiſſe ex-
preſsè prohibitum per literas apoſtolicas Pauli,& aliorum
Pontificum &c.ut in literis ipſis continetur.¶ Quinto prin
cipaliter ſuadẽtur prædicta ad fauorẽ eccleſiarum,conſide
rãdo, quòd onus,de quo diſputatur, ultra quòd ſit extraor
dinarium, ueluti colligitur ex iis, quæ uoluit Bar.in d.l.1.&
15 Bal.in d.l.oẽs,† ad quod regulariter eccleſiæ non tenentur
d.c.nõ minus cum ſim.& ibi Abb. in 4.col.l. ſacroſancta C.
de ſac.ſanc.ecc.dicitur eſſe etiam onus patrimoniale,quod
imponitur perſonæ pro rebus, & imponitur ipſi rei de eo,
quod nõ percipitur ex re ipſa,nec eſt in ipſa re, ſed omni-
no extra rẽ,quia debet pro ipſa re præſtari certa quantitas
16 pecuniæ: Et † ad tale onus eccleſiæ nõ tenentur,nec cleri-
ci,nec etiã laici ciues nõ ſubditi,quamuis in loco patrimo-
nium habeant l.reſcripto §.fi.& ibi Bar.ff.de muner. & ho-
no.& eſt tex.ĩ c.1.de immu.ecc.in 6.in cle.unica eo.ti. quæ
iura loquuntur etiã de collectis,quæ dicũtur onera,& quæ
iniunguntur perſonis pro rebus,ut uoluit Bar. in d.l.reſcri-
17 pto §.ſciendum,& in d.l.unica,ſi † tamen extaret conſuetu
do in cõtrariũ, ea noceret ſolũ laicis,ut no. Bar.in d.l.unica
C.de mulierib.& in quo loco,lib.10.ſed non eccleſijs,tum
quia illa eſſet contra utilitatẽ eccleſiæ, ut ſupra, tum quia
diceretur eſſe cõtra libertatẽ eccleſiæ,auth. caſſa.C.de ſac.
ſanc.ec.iuncta auth.nulla cõitas C.de epiſc. & cle.qui tex.
18 multũ in caſu occurrenti eccleſiis fauet: Et † ſecundũ præ-
dicta põt intelligi tex.in d.c.nõ minus,in d.c. aduerſus in c.
1.de immu.eccl.in 6. & in c.quanquã de cenſib.eo.lib.cum
aliis pro hac parte allegatis:& cum his concordat id,quod
dixit Bal.in d.l.oẽs in 2.col.in uer.ſpãlis autẽ impoſitio &c.
19 C.ſine cẽſu,quòd † impoſitiones ſpãles ſunt,quæ imponun
tur in aliqua ciuitate,uel loco ad cõfectionem certi operis
publici,ut aquæductus,uiæ,pontis,uel alterius publici ope-
ris,aut publicæ neceſſitatis,& ſi tales impoſitiones iniunge
rentur perſonis pro rebus,non tenẽtur hi, qui non ſunt ſub
diti,quales ſunt eccleſiæ,& laici etiã forenſes, ad quod alle
20 gat d.l.reſcripto:Et † quãuis Abb.in d.c.non minus dixerit,
quòd ratione pietatis eccleſiæ tenẽtur ad onera unà cum
laicis contribuere,ut ibi per eum circa finẽ in uer. fateor tñ
abſq; quod conſulatur Papa, quod tanquã dictum nouum
inquit eſſe notãdum, contrarium tamẽ mihi eſſe uerius ui
detur,ut tenuit gl.in §.nouarum 16.q.2. & gl. in d.l.ad in-
ſtructionẽ,præciſè Hoſt.in d.§.quib.in ſum. de immu. eccl.
in prin.3.col.& etiam ibi in uer.& hæc uera putamus &c.et
probatur rectè intuẽti in d.c.non minus, dum loquitur de
foſſatis,quæ fiunt pro tuitione,et defenſione ciuitatis,ac ẽt
pauperum,pupillorum,uiduarum,et aliarum miſerabilium
perſonarum,& faciunt alia iura ſupra ad hoc ponderata,&
eſt de mente Bal.in d.l.oẽs in 2.col.uer.ſpecialis autem&c.
ubi loquitur de refectione uiarum,pontium,& aquæductus
quæ cõtinẽt in ſe pietatẽ, ut habetur in d.l. ad inſtructionẽ,
& multi ẽt præſupponunt in d.c.nõ minus,et Hoſt.in d.§.qui
bus,et tñ vult,quòd non ſubditi,ut ſunt eccleſiæ,non teneã
tur,hoc idẽ eſt de mẽte Alb.de Ro.in d.l.ad inſtructionem.
Præterea licet uerũ ſit, quòd clerici poſſint cogi incõſulto
Papa,ut ĩquit Abb.tñ ipſe nõ excludit reliqua requiſita,de
quibus ſ,et ideò in caſu iſto clerici cogendi ſunt per ſuum
ſuperiorẽ,ut ibi per Abb.Idẽ etiã dicendum eſt quoad alia,

uidelicet,quòd onus fuerit iniunctũ adhibito cõſilio cleri-
corũ, ipſisq; uocatis,ut dictum fuit:Itẽ hoc etiã procederet
contra clericos in ſubſidiũ,& ſic qñ facultates laicorũ non
ſuppeterent,ut in d.c.non minus,in d.c.aduerſus,& in d.ex
trauag.vnde cum nõ interuenerint hmõdi requiſita,eccle-
ſiæ non tenebuntur contribuere: multa alia ad propoſitum
poſſem adducere, ſed ulterius nõ eſſe inſiſtendum putaui,
& me remitto ad ea,quæ in d. cõſ.3. ponit Abb. qui quar-
to loco arguit ex mente concilij Lateran.de quo in d.c.non
minus,ibi,de bonis eccleſiarũ,& clericorum, & pauperum
Chriſti uſibus deputatis &c.iũctis uerbis Abb.tàm in d.cõſ.
quàm in d.c.non minus,ubi ferè de uerbo ad uerbum illud
conſilium refert. Et hanc ſecundam opin. ad fauorem ec-
cleſiarũ,ut ſ.corroboratã ſequor tãquã de iure ueriorem,
ac etiã quia fauet eccleſiis,pro quibus in dubio eſt iudican
dum l.ſunt perſonæ ff.de relig.& ſump.fun. ¶ Supereſt,ut
tollantur contraria, quo concluſio poſita pro eccleſiis ab
21 oĩ difficultate nitida remaneat;in primis itaq; † non obſtant
tex.uulgares in d.l.ad inſtructionẽ,& in d.l.neminem,ſuper
quibus tenentes cõtrarium potiſſimè ſe fundãt,nam,ut fuit
de mente Bar.ibi,corriguntur per tex.in auth. nulla cõitas
C.de epiſ.& cler.& expreſsè uoluit Hoſt.in d. §.quibus,&
clarius Abb.in d.conſ.& in d.c.non minus, maximè per illũ
tex.ibi adiicimus,ut cõſtitutiones,& ſñiæ,quæ &c.Præterea
22 † ut inquit Io.And.in d.c.non minus,& ſequitur Abb.ibi,&
in d.cõſ.3.leges imperiales mentionẽ facientes expreſſam
de eccleſiis ſunt ipſo iure nullæ,auth.caſſa C.de ſacroſ.ecc.
etiã ſi tales leges ad bonum, & ad fauorẽ eccleſiarum ten-
derent c.eccleſia S.Mariæ,& ibi omnes ſcriben.& in c.quæ
in eccleſiarum,& in c.1.ubi dixi,de conſti.&hoc ex defectu
poteſtatis,& iuriſdictionis arg.c.ſi.de conſti.in 6. iuncta l.ſi.
C.ſi à non compet.iud.c.at ſi clerici de iud. & c.ſi diligenti
de for.compe.ergo à maioritate rationis idem & magis di
cẽdũ eſt in legibus imperialibus,& laicorum, quæ expreſsè
diſponerent in odium,& præiudicium eccleſiarum authen.
multo magis C.de epiſ.& cler.Præterea quãuis multi doc.
& fortè magis cõiter uelint eccleſias etiã teneri ſolum ad
onera,quæ concernunt utilitatem cõem,& pietatem,ac ne
ceſſitatem magnã per tex.in d.l.ad inſtructionem,& in d.l.
neminem cum ſim.tamen horum opin. ſolũ fundata ſuper
dictis iuribus debet dici falſa,nulliuſq; momẽti, & ſuper ea
nullum eſt faciendum fundamentum, quia illi aduerſantur
plura iura canonica,quibus in cauſis eccleſiæ ſtandum eſt,
non obſtante legum humanarum diſpoſitione ad not. per
glo.& doct.in d.c.1.extra de nou.ope.nun. & ponunt ſcrib.
ibiq; ego dixi in d.c.1.extra de conſtit.Aduerſatur.n. tex.in
in d.c.nõ minus,in d.c.aduerſus,in d.c.j.de immu.ec.in 6.in
c.quanquã de cenſi.eo.lib.in cle. præſenti de cenſi.in clem.
unica de immu.eccl.& in d.extrauag.Bonifacij,necnon ad-
uerſantur auctoritates plurium gloſſ.& Bar.ac aliorũ, quos
23 ſ. pro eccleſiis allegaui, Et † ab opin.docto.quæ etiam eſſet
cõis,receditur,quando reperiretur expreſſa iuris diſpoſitio
in contrarium,ut uolunt ſcrib.omnes Io.And. Ant.Abb. &
24 alij in d.c.1,circa ſi.de conſtit.& ibi tetigi. Rurſus † ſi leges
ciuiles diſponẽtes expreſsè de eccleſiis ad merum illarum
fauorem ſunt nullæ,nec ſunt aliquo modo in iudiciis allegã
dæ,quanto magis dicetur nulla,& falſa opinio docto.etiam
cõis,quæ eſſet fundata ſuper dictis legibus ciuilibus etiam
fauorabilibus eccleſiis, quoniã diſpoſitio legalis eſt neceſſa
ria,doctorum uerò magiſtralis,ut inquit Bar.in l. prolatam
C.de ſent.& interloc.glo.in c.de libellis 21.diſt. & in hanc
ſententiam, quòd dictæ leges ſint correctæ, ultra prædicta
uoluit Hoſt.in ſumma in d.§.quibus de immu.eccl. ¶ Non
obſtat ſecundum fundamentum de tex.in c.2.quod incipit
peruenit de immu.eccl.inducendo, ut ſ.,quia pro reſpõſio
ne dici poteſt, primo quòd parũ facere uidetur ad cauſarũ
decisionem,cum habeat uarios intellectus, ut colligitur ex
dictis doct.ibi, & ideò non eſt ſuper illo faciendum funda-
mentum,ut inquit Bar.in l.in ambiguo ff.de reb.dub.Secun
25 do ille tex.intelligitur, †quando ciuitas timeret,ne à ſarace
nis,& infidelibus inuaderetur,quia ad illius cuſtodiã etiam
clerici unà cùm laicis tenentur,& cum hoc intellectu per-
tranſeunt docto.cõiter ibi,& Abb.in d.c.non minus,& in d.
cõſ.3.cuius quidem ratio poteſt eſſe periculum animarum,
quod ſequi poſſet,ſi ciuitas ab infidelibus occuparetur arg.
eorũ,quæ habẽtur in c.1.de præſcri.& in c. placuit 16.q.3.
c.omni timore,& c.igitur,iuncto §.præced. 23.q.8. Tertio
intelligitur in laicis ſeruientibus eccleſiæ,ut ſunt ſerui,colo
ni,& ſimiles, nã imminente magno periculo propter cõem
utilitatem tenentur ad cuſtodiam ciuitatis unà cum laicis.
Quarto poteſt ille tex.intelligi etiã, quando ad cuſtodiam
ciuitatis nõ ſufficerent milites, & laici, quoniã in ſubſidium
propter magnã neceſſitatem,& periculum, & ſic ob cõem
utilitatem clerici,& alij eccleſiaſtici tenentur, & cogi poſ-
ſunt ad cuſtodiam ciuitatis,arg.eius, quod dicitur de oneri
bus,quæ imponuntur perſonis propter res,ut in d.c.aduer-
ſus,in d.c.non minus,& in d. extrauag. Benedicti xj. Poſſet
quinto reſpõderi illum tex.debere intelligi uolente,& con
ſentiente epiſcopo ciuitatis,& non aliter,et in caſu iſto pro
priè loquitur ille tex.ubi Papa dat epiſcopo hanc poteſta-
tem,non autem laici poſſunt cogere, nec ad illorum inſtan
tiã:pro quo facit id,quod ſupra inter alia requiſita dictum
fuit,et fortè non erraretur,ſi tex.ille intelligeretur,quando
ipſi clerici uocati ad cuſtodiam contradicerent abſq; iuſta
cauſa,quia tunc epiſcopus poſſet illos cõpellere,ut ibi, ſed
ad hoc omnes generaliter compellantur &c.¶Non obſtat
tertium principale de doctri. Abb. in d.c.non minus in pe.
col.ibi,fateor tamen &c.quia ſupra fuit reſponſum.¶ Non
obſtat quartum,dum ponderãtur quædam uerba poſita in
literis apoſtolicis Pauli,& aliorum pontificum,&primo uer
ba poſita in literis Pauli ij.ibi,ac uobis diſtrictius inhibue-
rat,ne ſupra id occaſione quorumcunq; ſecularium onerũ
uobis ſcilicet laicis incumbentiũ aggrauare quoquo modo
præſumeretis &c.euitari facillimè poſſunt, et fortè in cõtra
rium retorqueri hoc modo,onera, quæ incumbunt ipſis lai
cis taliter,quòd nõ clericis,ſunt illa,quæ imponuntur abſq;
cõſenſu cleri,et inconſulto Papa. Item quòd talia ſint,quæ
ſoli laici ſufferre poſſint,alioquin in ſubſidium etiam clerici
tenerentur, ſi eſſent impoſita ob magnam neceſſitatem, et
cõem utilitatẽ,ſed onus,de quo agitur, fuit impoſitũ abſq;
conſenſu cleri,qui ſemper contradixit,item inconſulto Pa
pa,qui ſolum conſultus fuit ſuper onere x.ſolidorũ pro quo
libet denario extimi &c. de quo principaliter in dictis lite-
ris apoſtolicis, ergo uirtute dictorum uerborum in literis
Pauli ij.poſitorũ,non poſſunt ad huiuſmodi onus teneri, et
ſi contineret cõem utilitatem,et neceſsitatẽ: oĩa.n. onera,
quæ imponuntur etiam propter neceſſitatem, et cõem utili
tatẽ,de iure dicuntur laicis ſimpliciter,et ſolum ipſis incum
bere,quando non interuenit conſenſus clericorum,et Pa-
pa non fuit conſultus, et ſunt talia onera, quæ laici per ſe
ſupportare poſſint per ea,quæ ſupra latius dicta fuere.Item
illa alia uerba,de quibus in literis Alexã.Papæ,ibi,dũmodo
ab eiſdẽ eccleſiaſticis perſonis aliquid ultra dictã ſummam
non exigerent, quod ab ipſis ſacris canonibus prohibeatur
26 exigi,ut præfertur,obſtare non uidentur, quia † onera illa
dicuntur à ſacris canonibus prohibita imponi ipſis clericis,
quæ non ſunt impoſita ob neceſſitatem magnam, uel quæ
non continẽt communem utilitatem,uel quando in impo-
nendo non interuenit præſentia, et conſenſus cleri, nec
fuit Papa ſuper hoc conſultus: Item quando laici ſuffice-
rent ad ſupportandum tale onus, ut dictum fuit ſupra
in quarto fundamento principaliter pro eccleſiis facto:
ſed

ſed onus,de quo lis eſt,& ſermo,quamuis fuerit impoſitum ob neceſſitatem,& communem utilitatē contineat, tamen alia requiſita non interuenerunt, ergo dicitur prohibitum per ſacros canones imponi ipſis clericis,& ideò ad ſolos lai cos pertinet. Præterea Alexāder Papa apponēdo illā clau ſulam,dummodo ab eiſdem &c.ut ſ relatum fuit, refert ſe ad alias literas apoſtolicas præcedentes Pauli ij.ut ibi præfertur,prout etiā aliæ ſubſequentes literæ aliorum pontificū,Iulij uidelicet,Clemen.&Pauli,ad eaſdē literas Pauli ij. ſe referunt:quo fit,ut dictæ literæ Alexandri etiā in illa par te,dummodo ab eiſdem &c.intelligantur,&declarationem

27 recipiāt à literis Pauli,dum de eodem loquitur,quia† dicta in lege,& diſpoſitione relata cenſentur poſita in lege refe rente ita,quòd lex referens declaratur,& interpretatur à le ge relata l.omnes C.de præſcr.xxx.an.l.ij.ff.de coniung.cū eman.lib.gl.in c.is,qui de elec.in 6.cū ſim. ſed in literis Pau li ſimpliciter,& abſolutè ſub excōicationis pœna prohibetur,quòd clerici ultra onus, de quo principaliter in dictis li teris,nullo modo aggrauentur, ſeu cogātur ad ſoluendum aliud onus,nec aliquid aliud,ergo nō poterunt cogi ad ſol uendum onus,de quo agitur,& quod fuit impoſitū pro cor nellis,& paraduciis faciēdis,quia eſt onus penitus diuerſum ab onere, de quo in dictis literis,ut colligitur ex prædictis, & nullus negat. Præterea Clemēs in ſuis literis referēdo ſe ad literas Pauli,Alexādri,Iulij,& Sixti, appoſuit clauſulam magis conformē clauſulæ ipſius Pauli,quàm clauſulæ Alexandri:inquit.n.dummodo ad ſoluendū aliquid ultra, quā per prædictorum prædeceſſorū literas cogi poterant, cogi nō poſſent &c.abſq; illis uerbis, quòd ab ipſis ſacris canoni bus prohibeatur exigi. Itē oēs alij pontifices approbauerūt literas Pauli ij.& ad illas penitus ſe remiſerunt tanquā ad principiū,& fundamētū,ergo infertur, quòd ſimpliciter,& abſolutè in hoc ſtandum eſt literis Pauli, ac etiā Clemētis, & ſecundum illas debent intelligi literæ Alexandri, in illa parte dūmodo &c.quæ uidētur aliquid ultra ponere, ut di

28 ctum fuit:nā † initium,& principiū conſtitutionis, quando generale eſt,ut eſt clauſula,de qua in literis Pauli, tanquā fundamentū eſt inſpiciendū, & ab illo ſumi debet interpre tatio l.regula §.fi.ff.de iur.& fac.ign. & facit tex.in l.1.ff.de orig.iur. ¶ Quinto principali fundamento colligitur rñſio ex latè deductis ſ in 4.arg.facto ad fauorem eccleſiarum.

29 ¶ Non obſtat ultimum argumen.principale, quoniā † illa diſtinctio,quòd debeat attendi,utrū rebus onus fuerit impo ſitū ante,quàm ad eccleſias peruenirent, an uerò poſt quā peruenerunt,quia primo caſu eccleſia ad illud tenetur, ſecundo uerò caſu,minimè,procedit in oneribus merè realibus,quæ fuerunt impoſita rebus pro ipſis rebus, non aūt in oneribus,quæ īponuntur perſonis propter res,ut colligitur ex uerbis Inno.quē Abb.& reliqui ſequuntur in d.c.nō mi nus,& per Bal.in d.l.oēs C.ſine cē.per Bar. in d.l.uni. C.de mulier.&c.lib.x.per Mod.in d.l.placet, per Abb.in d.cōſ.3. & per Phil.Fran. in c.j.de immu.eccl.in 6.cū plurib. aliis ſi. quæ allegari poſsēt:ſed onus,de quo agitur,nō eſt merè rea le,ſed impoſitū eſt perſonis propter res, ergo in illo non ha bet locū prædicta diſtinctio, quoniā ad tale onus regulariter eccleſiæ non tenentur contribuere, niſi eo modo, quo ſupra dictum fuit. Potuiſſem plura alia ſcribere ad fauorē cleri Ferrarienſis,ſed cum arbitrer omninò pro eo iudicandum eſſe,ſi iuris canonici metas nolimus excedere,ideò his contentus finem huic conſultationi impono. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei eccleſiæ ob cauſam maioris utilitatis facta de licentia, & auctoritate epiſcopi,ſeu uicarij ualet, licet auctoritas Papæ non interuenerit, & quando num. 6.*

2 *Pupilli, & minoris bona propter maiorem utilitatē alienari non poſſunt.*

3 *Inſtrumento maximè in antiquis eſt ſtandum.*

4 *Solennitas quando præſumitur ex diuturnitate temporis, & uerbis inſtrumenti narratiuis.*

5 *Papæ licentia ex diuturnitate temporis non præſumitur.*

7 *Emphyteoſis eſt alienatio.*

8 *Mandatum, & commiſſio, ſiue delegatio an ex diuturnitate temporis, & uerbis inſtrumenti enunciatiuis præſumatur.*

9 *Alienatio rei eccleſiæ facta ex cauſa iuſta, & cum ſolennitate requiſita ualet, licet cauſa allegata in ſe uera non eſſet.*

10 *Eccleſia quando, & ex quibus reſtitui poſſit.*

11 *Eccleſiæ, ſeu minori, quomodo ſit ſuccurſum, quando pretium rei ſuæ alienatæ fuit apud aliquem effectum non ſoluendo depoſitum.*

EPITOME.

ALIENATIONEM *rei eccleſiæ factam ex cauſa maioris utilitatis eccleſiæ, & cum licentia, & auctoritate epiſcopi, ſeu eius uicarii ualuiſſe, licet auctoritas Papæ non interuenerit, hic probatur.*

CONSILIVM XXXII.

IN præſenti cauſa requiſitus de aliquali iuris informatio ne paucis agā, offerens me plenius dicturū, ſi opus erit:

1 Et ex iis,quæ in facto proponūtur,uidetur,† quòd licentia,& auctoritas vicarij,& ſic inferioris Papæ ſufficiat,dum modo alienatio fuerit facta ex cauſa maioris utilitatis eccleſiæ c.ut ſuper in fi.de reb.eccle.nō alie.glo.in ſumma,& c.ſine exceptione 12.q.2.et in hoc differt pupillus ab eccle

2 ſia,quia † propter maiorē utilitatem bona pupilli alienari non poſſunt l.ſi fundus ſterilis ff.de reb.eo. & ibi gl.quāuis contrariū,& malè ſenſerit glo.in l.mandata ff. de offi.eius, cui mand.eſt iuriſd.ut latè dixi in c.j.extra de in integ.reſti. & de euidētia utilitatis probatur ex relatione facta, de qua

3 aſſeritur in inſtrumento, † cui ſtandum eſt maximè in antiquis ad not.in l.ſciendū ff.de uerb.obli.in l.qui in aliena ff. de acq.hære.per Fel.in c.quoniā contra col.24.uerſ.ſeptima concluſio de prob.& in c.albericus in antepen. & pen. col.de teſti.& in c.ſicut de re iudica.col.antepen. qui dicit,

4 quòd † ſi in inſtrumento actus principalis narratiuè fieret mentio de ſolēnitate,de qua ſolet fieri ſcriptura,ſeu inſtrumentū ſeparatum,illa ex diuturnitate tēporis præſumitur, dummodo ſolennitas ea in inſtrumento fuerit benè,& ordi natè relata,ut ibi,& faciunt ea,quæ habētur in auth.ſi quis

5 in aliquo C. de eden. Nec obſtat,quòd † quādo actus fieri nō poteſt,niſi de licentia Papæ, illa ex diuturnitate tēporis non præſumitur Fel.in d. c.ſicut col. 20. ſed in alienatione rerum eccleſiæ requiritur licentia Papæ etiā, quādo fieret ex cauſa iuſta,ut habetur in extrauag. Pauli, ergo &c.quia

6 reſpondetur primo, † quòd quando conſuetum eſſet in lo co alienationes fieri cum licētia,& decreto epiſcopi, prout eſt Bononiæ,quod pōt probari ex pluribus alienationibus fa ctis,in quibus ſolum licentia,& decretum vicarij,& epiſco pi interuenit,iuxta not.per Bar.in l.ſemper in ſtipulationibus ff.de reg.iur.tunc illi conſuetudini eſt ſtandum,ut habe tur latè per Fel.in c.cum cauſa in 5.col.in 1.& 5.limi.de re iud.Secundo non procedit prohibitio dictæ extrauag.in re bus,quæ propter euidētē utilitatē alienarentur,& uenderē tur,Itē nec in rebus,quæ ſolitæ eſſent antiquitus in emphyteoſim cōcedi,ut in ea habetur:Sed in caſu noſtro facta fuit uenditio in,& propter euidentem utilitatē,item de re conſueta in emphyteoſim concedi, ut conſtat ex inſtrumento, & ſolitum dicitur,quod ſemel factum prius fuit,Bar.in l.me la §.1.ff.de alim.& cib.leg. ergo &c. Et ratio eſt, quia cum

7 † emphyteoſis ſit alienatio c.nulli de reb.eccleſ. non alien. l.fin. C.de reb.alie.nō alie.Imo.& Bar.poſt glo.in l.codicillis §.inſtituto ff.de leg. 2. & res ſolita fuerit alienari, ſeu in emphyteoſim concedi,facilius pōt ſine illa ſolēnitate,& ſic

ſine licentia Papæ alienari, quia ſemel factum alienabile
ſemper durat alienabile l.pater filium §.quindecim ff.de le-
ga.3.& quoad euidentem utilitatem debet inſpici tempus,
quo facta fuit alienatio ad not.in l.2.C. de reſcind. uendit.
cum ſimilibus,& de ipſa conſtare dicitur ex relatione facta
in inſtrumento,ut ſupra. Nec obſtat,quòd de mandato fa-
cto illis duobus, de quibus in inſtrumento, in dubio etiam
ex longitudine temporis non præſumitur, Alex.in d.l.ſcien
8 dum,& Fel.in d.c.ſicut,quia reſpondetur† illud eſſe uerum
in mandato procuratoris, qui aliena negotia alieno no-
mine gereret, ſed benè ex diuturnitate temporis præſumi-
tur commiſſio,& delegatio facta alicui,maximè quando de
illa fit mentio enunciatiuè,Felin.in d.c.ſicut colum.19.iun
ctis ijs, quæ dicit in principio ſequentis colum.ex diuturni-
nitate ergo triginta,& quadraginta annorum, quæ in caſu
occurrenti interuenit, præſumetur, licentiam epiſcopi, ſeu
vicarij interueniſſe, nec non commiſſionem fuiſſe factam il
lis, de quibus in inſtrumento, & ſimiliter de informatione,
& cognitione cauſæ iuſtæ, & euidentis utilitatis, ac de pro-
ceſſu, & de relatione ab eis facta argumento eorum, quæ
habentur per Fel.in d.c. ſicut,in d.c.albericus, & in d.c.quo
9 niam contra.Et ſic ex prædictis apparet† alienationem in ſe
valuiſſe,quia facta fuit ex cauſa iuſta, uidelicet ex cauſa uti
litatis d.c.ut ſuper in fin.& d.c.ſine exceptione, & gloſ.in d.
ſumma; item ſeruata forma, & ſolemnitate in alienatio-
ne requiſita, quæ duo faciunt alienationem in ſe tenere,
quamuis cauſa allegata in ſe uera non eſſet, ut not.per gl.
in d.c.ſine exceptione, & in d.c.nulli, & habetur in c. ad
noſtram de rebus eccl. non alien.& in c.1.de integ.reſt.ubi
10 dixi,& per Imolam in d.c.ad noſtram.Poſſet tamen† eccle-
ſia aduerſus talem alienationem in ſe ualidam reſtitui in
integrum tribus concurrentibus, primo quòd fuerit enor-
miter læſa, hoc eſt ultra tertiam,ueluti declarat Imol. in c.
quintauallis de iureiuran. & ego dixi poſt alios in d.c.1. de
in integrum reſtitu. Secundo quòd talis læſio interuenerit
tempore contractus, poſt enim eccleſiæ non prodeſſet ad
petendam reſtitutionem,ut ibi habetur, & argumento not.
per Bar.& alios in d.l.2.C.de reſcin.uend. & in authen.ſa-
cramenta puberum,ibique alij C.ſi aduer.uend.doct.Abb.
& alij in d.c.dilecti de emp.& uēd.& in d.c.1. Tertio,quòd
reſtitutio petatur infra quadriennium à die mortis illius re-
ctoris,qui alienauit,ut in c.1.de in integrum reſt.in 6. clem.
1. eodem titu.Imo.in d.c.ad noſtram,& docto.communiter
in d.c.1.extra de in integ.reſtit.ubi dixi.Ex quibus infertur,
quòd etiam per reſtitutionem in integrum non poteſt eccle
ſiæ in caſu noſtro ſuccurri, quia læſio longè poſt contractū
11 interuenit.¶Non obſtat,† quòd eccleſia ſaltem debeat reſti
tui aduerſus ſolutionem ſibi factam de pretio, quia emptor
præcauere debebat, ut illud inueſtiretur in aliqua re utili
eccleſiæ,& non permittere,quòd deponeretur, cū pecunia
perdi poſſet,& depoſitarius effici non ſoluendo argumento
no.in l.uerū §.ſciendū ff.de minor.cum gl. et ideò ſaltem in
ſubſidium eccleſiæ ſuccurrendum erit contra emptorem
poſſeſſorem per reſtitutionem in integrum, ex quo depoſi-
tarius effectus fuit non ſoluendo argumento l.in cauſæ la.1.
in fin.cum l.ſequen.& ſequen. ff.de minor.& ibi Bar.& alij,
& l. ſi apud eodem titu.quia reſpondetur primo prædicta
procedere,quando tempore contractus,& ab initio pretiū
fuiſſet depoſitum penes cōſumpturū,& non idoneum,tunc
enim malè ſoluenti imputatur d.§.ſciendum, & d.l.ſi apud,
& ibi Bart. Sed ex quo tempore contractus fuit depoſitum
ad petitionem rectoris,& cum auctoritate ſuperioris penes
tunc idoneum,& qui ab omnibus idoneus reputabatur,ſuffi
cit ad hoc,ut contra emptorem uſum bona fide,& iure cō-
muni reſtitutio peti non poſſit l. non uidetur C. de minor.
Nec ex eo, quod depoſitarius poſtea fuerit effectus non ſol
uendo,emptor teneri debet,quia periculum,& caſus ſuper
ueniens ſpectat ad eccleſiam, ſicut ad minorem d.§.ſcien-
dum,& per totum ff.& C.de peric.& commo.rei uend.Nec
poteſt eccleſia in ſubſidium agere contra poſſeſſorem pro-
pter damnum,quod poſtea caſu fortuito euenit,ſi rectè, &
iuſtè ab initio contractum fuit, ſecus ſi tempore contractus
læſio interueniſſet, uel male ſolutum fuiſſet, & ita loqui-
tur text.in d.l.ſi apud, & in d.l.in cauſæ §.interdum. Præ-
terea cum eccleſia fuerit læſa ex facto ſui rectoris depo-
nentis penes depoſitarium non idoneum, ipſa prius debet
agere contra rectorem, cuius bona fuerunt hypotheca-
ta ex mala adminiſtratione argumento not. per gloſ. in c.
ſimiliter 16.q.1.& facit id,quod uoluit glo.not.loquens de
pupillo in authen.de hæred.& falcid.in §.illud quoque, &
ibi Ange. Poteſt etiam eccleſia agere ad bona depoſitarij,
quæ expreſsè fuerunt eccleſiæ hypothecata, ergo non de-
bet agere contra poſſeſſorem, qui bona fide,& cum aucto-
ritate ſuperioris cōtraxit,& nihil peccauit,quoniam rector
eccleſiæ,qui habuit facultatem,& licentiam deponendi,de
bet teneri de mala electione,& non emptor, qui ſoluit de li
centia ſuperioris,& propterea rector debet teneri,& eccle
ſia ad bona uel rectoris,uel depoſitarij,quæ tunc, & poſtea
poſſederunt,agere debet,ad tradita per glo. in d.c.ſimiliter
cum ijs,quæ habentur per glo.in d.§.illud quoque, & Sali.
& alij in l.ſi.C.ſi aduer.rem iudica. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia à iudice non competenti lata eſt ipſo iure nulla.*
2 *Cauſa matrimonialis, in qua de fœdere matrimonij agitur, per quos cognoſcenda, & quibus committenda.*
3 *Sententia confirmatoria ſententiæ, quæ erat nulla, non dicitur & ipſa nulla, ſed iniuſta, & iniqua, & ab ea iuſtè appellatur, non autem de nullitate dicitur.*
4 *Sententia iudicis ad quem confirmans ſententiam nullam valet, nec dicitur nulla, & operatur, quòd de nullitate primæ ſententiæ amplius dici non poſſit.*
5 *Querelæ recurſus, & reſtitutionis aduerſus ſententiam cauſa debet corā Papa, & principe, & non coram inferiore proponi,*
6 *Maximè quando fuiſſet ſententia lata à delegato Papæ, & principis.*
7 *Delegatus Papæ quoad cauſam ſibi commiſſam eſt maior, & ſuperior quocunque ordinario, ac etiam legato de latere.*
8 *Inferior non poteſt ſe intromittere in ijs, in quibus ſuperior manum appoſuit.*
9 *Iudex cognoſcens de cauſa matrimoniali, quas in ſe qualitates habere debeat.*
10 *In cauſa fœderis matrimonij nullus ordo iuris in cognoſcendo, & procedendo ſeruatur.*
11 *Sententia lata in cauſa matrimonij, quomodo nunquam tranſeat in rem iudicatam, & quomodo tranſeat.*
12 *Mulieris virginitas, vel corruptio per matronas, & obſtetrices peritas ſæpius inueſtiganda, & probanda.*
13 *Sponſa etiam per verba de præſenti nondum corrupta, & viro carnali copula coniuncta poteſt monaſterium, & religionem ingredi.*
14 *Marito aſſerenti cum iuramento ſe mulierem carnaliter cognouiſſe, & matrimonium conſumaſſe, maximè ſi nudus cum nuda iacuit, etiā muliere negante, eſt credendum.*
15 *Aetas certa, & verè, ac directè quomodo probanda.*
16 *Matrimonium cum muliere ætatis annorum vndecim cum dimidio per verba de præſenti contractum non poteſt ſeparari, copula carnali ſequuta.*
17 *Mulier quando viri potens, & proxima pubertati dicatur.*

EPITOME.

MVLIER, *quæ annorum undecim cum dimidio matrimonium per uerba de præſenti contraxit, ſi à marito cum iuramento aſſeratur carnaliter cognita, & ipſa neget, ac religionem ingredi uelit, quid iudex agere debet: & quòd matrimonium prædictum ualeat, & ſequuta carnali corpula ſit indiſſolubile.*

CON-

CONSILIVM XXXIII.

VISIS ſcripturis,& atteſtationibus, nec non allegationibus ambarum partiũ in præſenti cauſa editis, illiſque diligenter, & maturè conſideratis, tres reperio ſententias fuiſſe latas, Primam, quam tulit do. Ioan. Baptiſta uentura ad fauorem matrimonij, & perſanctis mariti contra do. Matthæam, & reos conuentos condemnatos ad reſtituendum dictam Matthæam, prout in dicta ſententia, ſecundam latam per dominum Richardum canonicum commiſſarium Apoſtolicum in cauſa appellationis confirmatoriam primæ, qua pronunciatum fuit, benè fuiſſe iudicatum per dominum Ioannem Baptiſtam ad fauorem dicti Perſanctis, & malè fuiſſe appellatum per dominam Senſionam matrem do. Mattheæ, & Alexandrum, ac Vincentium fratres eiuſdem reos conuentos: Tertiam reperio ſententiam latam per quendam dominum Ioannem Andream Auditorem, & commiſſarium R. D. ſuper libello propoſito pro parte dictæ dominæ Senſionæ agentis proprio nomine, ac etiam tutorio nomine dictæ dominæ Matthææ, & curatorio nomine dictorum Alexandri, & Vincentij ſuorum filiorum per uiam appellationis, recurſus, & reſtitutionis ad ſuperiorem ſuper nullitate, & iniquitate, ac iniuſtitia primarum duarum ſententiarum, & ſuper licentia danda ipſi dominæ Mattheæ, de ingrediendo monaſterium, ac ſuper moleſtationibus, & inquietationibus illatis, & inferendis per dictum Perſanctem ipſi Mattheæ occaſione prætenſi matrimonij, & ſuper impoſitione perpetui ſilentij facienda Perſancti ſuper dicto aſſerto matrimonio, in qua ſententia pronunciatum fuit per dictum Ioannem Andream ad fauorem dictæ Senſionæ agentis nominibus quibus ſupra, & contra Perſanctem reum conuentũ, uidelicet, declarando ſententiam aliàs latam in fauorem dicti Perſanctis fuiſſe, & eſſe nullam, & inualidam, perperamq́; latam, beneque fuiſſe, & eſſe pro parte, & nomine dictæ Mattheæ appellatum, & recurſum, eamq́; ab euidenti læſione aſſertæ ſententiæ reſtitui debere, prout per ſuam ſententiã illam reſtituit, ac eam liberam, & nullis innodatam matrimonialibus uinculis pronuntiauit, & declarauit, ut latius habetur in dicta ſententia: A qua, ut præſuponitur in quodam reſcripto producto per procuratorẽ, & ſyndicum monaſterij monialium nuncupatarum le pouere, pro parte Menechi patris dicti Perſanctis fuit appellatum, & demum ad petitionẽ, & inſtantiam dicti monaſterij, & monialium prædictarum, quarum etiam intereſt, cauſa dicti matrimonij, appellationum, recurſus, reſtitutionis, & nullitatis aduocata fuit per reuerendiſsimum dominum legatum, & commiſſa in terminis, in quibus erat, cum omnibus ſuis incidentibus &c. domino Abbati ſancti Petri de Peruſia, prout de iure &c. coram quo per utramque partem fuit proceſſum ad plures actus uſque ad concluſionẽ in cauſa: cumq́; iam res eſſet in calculo ferendæ ſententiæ, præfatus dominus Abbas quãuis ob eius peritiam, & diſcretionem, quæ in cognitione cauſæ matrimonialis requiruntur, ut in c. 1. in fi. extra de conſang. & affin. ſciuiſſet cauſam huiuſmodi diffinire, tamen ut cõſultius, & prudẽtius procederet, ſuper hoc quid ſentirem, à me ſcire uoluit. Quare ut illius uoto in aliqua parte ſatisfaciam, breuius quam potero, prætermiſſis non neceſſariis, id, quod iuris eſſe mihi uidebitur, exponam, hoc ordine progrediendo, nam prius tractabo de ualiditate, & inualiditate ſententiarum hactenus latarum, deinde an dicatur matrimonium ſic legitimè contractum, quòd illud per ingreſſum religionis ſeparari non potuerit. ¶ Circa primum, abſque argumẽtis hinc inde factis procedendo, uidetur eſſe concludendum, quòd † pri-
1 ma ſententia lata per dominum Ioannem Baptiſtam fuerit ipſo iure nulla ob iudicis incompetentiam, iuxta l. fin. C. ſi à non competen. iudi. & per ea, quæ habentur in clem. 1. & in clem. paſtoralis de re iudi. & in clem. unica de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. in glo. fin. ſed dictus do. Ioan. Baptiſta fuit iudex incompetens, & de iure non potuit de cauſa
2 matrimonij cognoſcere, ergo &c. Nam † ubi agitur de fœdere matrimonij, regulariter cauſa debet cognoſci per epiſcopos, & per iudices eccleſiaſticos diſcretos, qui habeant poteſtatem iudicandi, & canonum ſtatuta non ignorent c. 1. in fin. extra de conſangu. & affinita. & c. accedentibus de exceſſi. prælato. eſt enim cauſa huiuſmodi eccleſiaſtica, & ſpiritualis, cuius cognitio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticũ, & non ad ſecularem, clem. diſpẽdioſam cũ ibi not. de iudi. & habetur in c. lator, & in c. cauſam quæ qui fil. ſint legit. et in c. decernimus de iudic. & dicit gloſ. in ſumma 11. q. 1. quòd cauſa matrimonij, ſicut cauſa decimarum eſt eccleſiaſtica, & ſpiritualis, quæ ſolum eſt tractanda coram iudice eccleſiaſtico, & non coram ſeculari: & dicit Abb. in c. ſi pro debilitate in ultimo notab. quòd cauſa matrimonialis dicitur eſſe grauis: Et ideò infertur ſecundũ docto. ibi, quòd illa non poteſt per delegatum Papæ ſubdelegari, & ſecundum ſtilum curiæ non ſolet facilè aliis, quam epiſcopis, delegari: Et poſito, quòd epiſcopus delegatus poſſit illam ſub delegare, non tamen poteſt eam non epiſcopo ſubdelegare: & fortè Abb. in d. c. pro debilitate inquit, quòd curia nõ ſolet de facili aliis, quam epiſcopis delegare, quia Papa cauſam hanc etiam aliis inferioribus epiſcopo committere ſolet, ut archiprebyteris, abbatibus, & canonicis, ut in c. ex literis de reſtitu. in integr. in c. propoſuiſti de probatio. & in c. 1. ut lit. non conteſta. cum ſimilibus: & quamuis regulariter huiuſmodi cauſæ cognitio ſpectet ad ordinarios locorũ, & ſic ad epiſcopos, d. c. accedentibus, & d. c. 1. in. fin. de conſanguinit. & affinita. tamen ex priuilegio, ſeu præſcriptione huiuſmodi iuriſdictio ordinaria poteſt etiam inferioribus prælatis acquiri, ut eſt tex. in c. auditis extra de præſcriptio. & not. glo. in d. c. accedentibus, & ſic poteſt intelligi tex. in c. literas de reſtit. ſpolia. cum ergo cauſa matrimonialis poſſit cognoſci, & terminari ſolum per iudices, & perſonas eccleſiaſticas, & non per laicos, nec per ſeculares, ſequitur, quòd proceſſus factus coram do. Ioanne Baptiſta, qui erat laicus, & ſecularis, & ſententia ab eo lata fuit nullus, & nulla: ex quo etiam infertur, quod dominus Richardus canonicus, cui fuit commiſſa cauſa nullitatis, & appellationis dictæ ſententiæ, qui fuit iudex competens, iuxta c. ſtatutum de reſcript. in 6. & d. c. ex literis, debuit ſentẽtiam illam do. Ioan. Baptiſtæ dicere, & declarare nullam, & inualidam
3 ipſo iure: Vnde † cum illam confirmauerit, & pronuntiauerit benè fuiſſe iudicatum, & male appellatum, & de nullitate dictum, hæc illius ſententia fuit iniuſta, & iniqua, & ab ea potuit iuſtè appellari, non autem fuit nulla, nec ipſo iure inualida, ut colligitur ex iis, quæ
4 uolunt Bart. & alij in l. ſi expreſſim ff. de appellatio. † quæ ſententia domini Richardi confirmatoria primæ ſententiæ nullæ operata eſt hunc effectum, quòd amplius de nullitate ſententiæ domini Ioan. Baptiſtæ non potuit dici, nec principaliter agi, ex quo ſemel de illius nullitate dictũ fuit, & ſequuta fuit expreſſa illius confirmatio, ut uoluit Barto. & ſequuntur doct. communiter in d. l. ſi expreſſim in 2. & 3. colum. ff. de appella. qui uoluit, quòd ſententia iudicis ad quem, qui cognouit de iniquitate, & nullitate ſententiæ, & qui confirmauit ſententiam nullam ex alio defectu, quam ex errore in ſententia expreſſo, ualet, & in ſe tenet, nec dicitur nulla, & operatur, quòd amplius de nullitate primæ ſententiæ dici nõ poteſt. Ex prædictis itaque infertur, quòd ſententia domini Richardi, qui expreſsè ſententiam do. Ioan. Baptiſtæ ipſo iure nullam confirmauit, in ſe ualuit, & ex hoc

hoc capite non potuit dici nulla, nec ipſum dominum Richardum nulliter ſententiam illam confirmaſſe, quamuis fortè eius ſententia dici iniqua, & iniuſta potuerit, & ideò reuocanda, ſi de illius iniuſtitia, & iniquitate apparere potuerit. Malè ergo pro parte dictarum dominarum Senſioniæ tutricis, & curatricis, & Matthææ, ac etiam Alexandri, & Vincentij poſt ſententiam dicti domini Richardi iterum fuit dictum coram Reuerendiſſimo domino Vicelegato de nullitate primæ ſententiæ per dominum Ioannem Baptiſtam latæ, ac etiam de nullitate ſententiæ domini Richardi confirmatoriæ, quia debuit agi de iniquitate, & iniuſtitia tàm primæ, quàm ſecundæ ſententiæ per prædicta: ex quo ſequitur, quòd ſententia lata per dominum Ioannem Andream auditorē, & commiſſariū in hac cauſa dicti R.D. Vicelegati, qui iudicauit, & declarauit ſententiam aliàs latā in fauorem dicti Perſanctis fuiſſe, & eſſe nullam, & inualidam, perperamque latam &c. ex hoc capite fuit iniqua, & iniuſta, ac iniquè, & iniuſtè lata, quia ſæpius de nullitate eiuſdem ſententiæ agi non potuit. Præterea ſententia do. Ioan. Andreæ fuit ipſo iure nulla, primo quia ipſe non potuit cognoſcere de cauſa matrimoniali, cum eſſet laicus, & iudex ſecularis per ea, quæ ſupra dicta fuerunt, ſecūdo quia cum per uiam querelæ, & ſupplicationis pro parte dictarum do. Senſioniæ, & Matthææ, litiſq; conſortum fuerit recurſum aduerſus ſentētias latas ad fauorem Perſanctis propter dubiū, quod erat, an poſſet amplius appellari, ex quo prima ſententia fuerat per ſecundam cōfirmata, iuxta ſtatutum loci, & prouiſionem ſanctiſſimi Papæ Sixti, de quibus
5 in proceſſu, ſequitur, † quòd huiuſmodi cauſa querelæ, & reſtitutionis debuit coram Papa, & non coram inferiore proponi, ut eſt tex. in d.c. ex literis, ubi Innocen. Abb. & alij hoc tenent: ergo cum fuerit coram R.D. Vicelegato propoſita, & cognita, ac diffinita per eius auditorem, ſeu commiſſarium, de cuius commiſſione etiam in proceſſu non apparet, ſequitur, quod proceſſus non ualuit, & ſententia lata ſuper huiſmodi libello querelæ, & recurſus, ſeu reſtitutionis fuit ipſo iure nulla, & inualida per ea, quæ habentur
6 in d.c. ex literis per Innocen. & Abbatem: Et† maximè hoc uidetur uerum in terminis noſtris, quoniam per uiam querelæ, & recurſus prædictæ mulieres, litiſque conſortes adiuerunt R. dominum Vicelegatum aduerſus latam ſententiam per dominum Richardum, prout in eorum libello apparet, qui dominus Richardus in hac cauſa erat iudex dele
7 gatus Papæ, & † conſequēter maior, & ſuperior quoad cauſam ſibi commiſſam quocunque ordinario, ac etiam legato de latere, quia uices papæ gerit, ut in c. ſtuduiſti, & c. ſanè de offi. deleg. & c. paſtoralis §. præterea de offi. ordina. ergo illius ſententiā Vicelegatus non potuit reuocare, & minus inferior Vicelegato hoc potuit, qualis eſt do. Ioan. Andreas delegatus Vicelegati, iuxta ea, quæ habētur per Abb.
8 & alios in d.c. ex literis; quia† ubi ſuperior, & Papa manum appoſuit, inferior non poteſt ſe intromittere c. ut noſtrum cum ſimilibus de appellat. per regulam c. cum inferior de maior. & obed. & c. inferior 21. diſtinct. cum ſimilibus: Debuit igitur remedium querelæ, ſeu recurſus in caſu noſtro intētari coram Papa, uel eius legato, & non corā inferiore, ſeu eius delegato, qui dicitur eſſe de minimis magiſtratib. & appellatur iudex pedaneus, ut in l. unica C. qui pro ſua iuriſd. iuncta l. 1. & fina. & per totum cum ubique not. per glo. C. de pedan. iudic. Et ex his uidetur poſſe dici, quod cū huiuſmodi querelæ recurſus ad ſuperiorem, quæ corā quodam domino Antonio Cantiano pendebat indeciſa, fuerit ad ſupplicationem monaſterij monialium pauperum per Reuerendiſſimum dominum Legatum aduocata, & commiſſa, ac delegata R. D. Abbati Sancti Petri, ut in quodam reſcripto continetur, ipſe dominus Abbas de huiuſmodi di cauſa non poſſit tanquam inferior cognoſcere, quia debuit ad ſanctiſſimum dominum noſtrum Papam ſupplicari, ut cauſam hāc ad ſe aduocaret, illamque committeret per prædicta, ueluti factum fuit, quando per Papam commiſſa fuit domino Richardo; niſi ipſe Reuerendiſſimus dominus Legatus ex ſpeciali indulgentia, & conceſſione ſedis apoſtolicæ haberet poteſtatem, & facultatem cognoſcendi de cauſis per uiam querelæ, ſupplicationis, & recurſus ad ſuperiorem, & committendi cauſas ad ſedem apoſtolicam deuolutas, & de quibus etiam Papa, uel eius delegatus ſemel cognouerit: alioquin non uideo, quomodo etiam do. Abbas ſit iudex competens, & de huiuſmodi cauſa cognoſcere poſſit. ¶ Sed poſito illum eſſe iudicem competentem, &
9 de hac cauſa poſſe cognoſcere, attento maximè, quod † in eius perſona concurrunt qualitates omnes, quæ in iudice, qui uult de cauſa matrimoniali cognoſcere, debent cōcurrere iuxta c. 1. in fi. & ibi glo. de conſangui. & affinita. uidelicet peritia canonum, diſcretio, & poteſtas iudicandi ſaltem delegata; breuiter uidendum eſt, quænam ſint, & eſſe debeant partes ipſius in iudicando ſuper iudicādo ſuper iure, & fœdere matrimonij, & ſic ſuper meritis cauſæ. Et præ
10 mitto, † quod cum in caſu noſtro non agatur ad ſeparationem thori, ſed ſuper iure, & fœdere matrimonij, nullus ordo iuris in cognoſcendo hanc cauſam debuit, nec debet neceſſario attēdi, nec obſeruari, ut diſtinguitur per tex. in c. 1. ut lit. non cōteſt. ſed ſimpliciter ſummariè, & ſine ſtrepitu, ac figura iudicij eſt procedendum, & procedi poteſt clem. diſpendioſam, & ibi glo. & docto. de iudi. & habetur in d.c. 1. & ideò olim etiam ordo iudiciarius non erat neceſſarius, & lite etiam non conteſtata poterant teſtes recipi, & exami
11 nari d.c. 1. ibique gloſ. item† & olim, & hodie ſententia lata in cauſa matrimonij nunquam tranſit in rem iudicatā quo ad merita, & quoad acta reſciſſoria cauſæ, & ita intelligatur tex. in d.c. lator, & in c. conſanguinei de re iudi. cum ſim. ſed quo ad inſtantiam, & acta ordinatoria, quæ acta iudicij appellātur, ut declaratur in clem. ſæpe in uerb. defenſiones de uerb. ſigni. benè tranſit in rem iudicatam, ueluti not. declarat Abb. in d.c. ex literis in glo. in uer. reſtituimus. ¶ Hoc
12 præmiſſo, modo conſulo, † quod ipſe dominus iudex ante, quàm cauſam determinet, ex officio ſuo eligat alias honeſtas, & peritas matronas, quæ diligenter inſpiciant dictam dominam Matthæam, an ſit uirgo, & non corrupta, & ſecūdum illarum peritiam referant, an ſit corrupta, nec ne: & quamuis ſemel domina Matthæa fuerit inſpecta per quaſdam obſtetrices, ut in proceſſu, tamen iterum poteſt inſpici ad cognoſcendum, & inueſtigandum de eius uirginitate, tū quia dictæ obſtetrices non concludunt, quia altera aſſerit ſe non potuiſſe inſpicere, denegante, & reſiſtente dicta domina Matthæa, tum etiam quia de iure ad inueſtigandam ueritatem poteſt iudex ex ſuo officio, ac etiam ad inſtantiā partis facere, quòd iterū, & ſæpius inſpiciatur per alias matronas, & peritiores obſtetrices, quæ melius de uirginitate, ſeu de corruptione illius deponant, ut eſt tex. in terminis, &
13 ibi glo. & doct. notant in c. cauſam extra de proba. & † ſi iudex ex illarum relatione cognouerit dictam dominam Matthæam eſſe uirginem, & non corruptam, tunc ipſe debebit iudicare ad fauorem matrimonij ſpiritualis, contra matrimonium carnale, et illam non teneri redire ad uitum, ſed obligatam eſſe monaſterio, in quo profeſſionem fecit, poſito etiam, quòd matrimonium fuiſſet per uerba de præſenti, et inter puberes contractum per textum, ubi plenè habetur in c. uerum, et in c. ex publico de conuerſio. coniuga. cum ſimilibus: ſin uerò matronæ, & obſtetrices eligendæ inuenerint dictam dominam Matthæam corruptam, & cognitam
14 fuiſſe, tunc † præſumendum eſt, ipſam fuiſſe cognitam à uiro ſuo, qui ſecum nudus cum nuda in eodem lecto iacuit,

ut probatum fuit, iuxta c. literis cum ſimilibus extra de præſumptio. & qui dicit, ac iurat, ſe illam carnaliter cognouiſſe, & matrimonium cum ea conſumaſſe, cuius aſſertioni, & iuramento, muliere etiam negante, in hoc ſtandum eſt, & credendum, ut in c. continebatur, & ibi gloſ. & doct. cum ſimilibus de deſponſa. impub. & ſi do. Matthæa nollet inſpici, & reſiſteret, prout aliàs fecit, tunc præſumptio contra eam eſſet, quòd eſſet cognita, & haberi deberet pro fictè confeſſa, & conuicta argumento c. 2. de confeſſ. in 6. cautè ergo aget ipſe do. Iudex, ſi fecerit illam denuo per alias matronas, & obſtetrices peritas inſpici, quoniam ex illarũ relatione poterit informari, qualiter debeat iudicare.

¶ An autem ex actis cauſæ deciſoriis hucuſq; factis, ex quibus quandocunque poteſt iudicari in cauſa matrimonij & poſt plures ſententias latas, per ea, quæ habentur per Abb. in d. c. ex literis, iudex debeat iudicare ad fauorem Perſanctis uiri, & ſic matrimonij carnalis, an uero ad fauorem dictæ dominæ Matthææ, & monaſterij, aliorumq́ue litis conſortum, & ſic matrimonij ſpiritualis, puto abſque multiloquio concludendum eſſe, quòd debeat iudicare ad fauorẽ Perſanctis uiri contra ipſam do. Matthæam, litiſq; cõſortes, prout aliàs fuit iudicatum per do. Richardum iudicem, qui confirmauit ſententiam do. Ioan. Baptiſtæ, quæ in ſe tenuit, ueluti ſupra dictum eſt, quia ſi rectè, & diligenter dicta, & de poſitiones teſtium hinc inde examinatorum, & confeſſiones, ſeu reſponſiones factæ poſitionibus conſiderentur, melius probatum dicitur eſſe pro parte Perſanctis, cui eius uxor eſt reſtituenda, non obſtante ingreſſu religionis, ex quo probatum eſt eo modo, quo de iure poteſt probari, ipſam dominam Matthæam carnaliter fuiſſe à Perſancte uiro ſuo cognitam, iuxta tex in cap. literis, & in c. tertio loco de præſumptio. quam probatum fuerit pro parte do. Matthææ, quæ conata fuit probare ætatem illegitimã ad contrahẽdum matrimonium, quæ quidem iudicio meo minus plenè probata fuit: Et ſi uellem ſingula dicta, & uerba teſtium reaſſumere, profectò lõgior res eſſet; unde ſummariè ſolum conſiderando depoſitiones teſtium deponentium pro do. Mathæa contra Perſanctem dico non uideri probatam intentionem do. Matheæ, litiſque conſortum, nam Franciſcus Iacobi, & do. Catherina uxor olim Angeli nihil concludunt, ut clarè ex eorum dictis colligitur: domina Sanctina eſt pauperrima, uiliſq; perſona, & hoſtiatim quærit eleemoſinam, & deponit dominam Matthæam eo tempore, quo peruenit ad manus Menechi fuiſſe annorum ſeptem, alij uerò teſtes deponunt de maiori tempore, uidelicet Franciſcus de annis decem, domina Catherina de nouem, & domina Marſia de octo, & ſic in hoc teſtes multum uariant, neque plenè concludunt, cuius ætatis eſſet domina Matthæa, quando Dux Vrbini ad ciuitatem Peruſiæ acceſſit, quia non deponunt, de quo anno nata fuerit, quamuis dicant, quòd poterat eſſe tunc temporis, ſeu uidebatur
15 eſſe trium annorum, nam † ad concludendam certam ætatem, & ad probandum directè, & uerè illius ætatem debebant teſtes, & uicini deponere de tempore certo natiuitatis, & de quo anno illa nata fuerat, ut declarat Bart. in l. de ætate in 3. col. in uerſ. uenio ad ſecundam ff. de mino. & ibi habetur in apoſtil. Præterea quatuor ex teſtibus dictæ do. Matthææ reſpondendo interrogatoriis, uidelicet domina Marſia, domina Peregrina, domina Felicia, & Centius Herculani concordãt in hoc, atque deponunt, quòd mater do. Mathææ melius, quam alius ſcit illius ætatem, ſed Senſiona mater ſua reſpondendo poſitionibus cum iuramento dixit, & confeſſa fuit, quòd tempore, quo contracta fuit parẽtela, & fuit facta dotis promiſſio, quod quidem fuit de anno 1523. de menſe Iunij, ipſa Matthæa erat annorum decem cum dimidio alterius anni, ut in proceſſu folio 20. reſpondendo primæ poſitioni ſimpliciter, & indiſtinctè confeſſa fuit, deinde elapſus fuit unus alius annus ante, quã per uerba de præſenti matrimonium contraheretur, quod fuit contractum de anno 1524. & de mẽſe Iunij, ut apparet in proceſſu per inſtrumentum publicum, & per fidem à notario factam, ac etiam ex confeſſione matris, ergo coniungendo confeſſionem cum dictis illorum quatuor teſtium uidetur probatum, quod tempore, quo Perſanctes uir Matthæam domum duxit, ipſa erat ætatis annorum undecim cum dimi
16 dio, † in qua ætate de iure matrimonium contrahi poteſt, & contractum per uerba de præſenti non poteſt ſeparari, ſi copula carnalis ſequuta, & mulier cognita fuerit carnaliter à uiro, cuius aſſertioni, & iuramento hoc in caſu de copula carnali ſtatur, etiam in caſu, quo mulier copulam carnalem, & ſe fuiſſe cognitam negaret, ut eſt tex. ibiq; Abb. qui in terminis noſtris hoc in indiuiduo ponit in d. c. continebatur de deſponſatio. impub. & tanto magis hoc dicendũ eſt in caſu noſtro, in quo ultra dictũ, & iuramẽtum uiri hoc probatum fuit per plures teſtes pro parte Perſanctis examinatos, qui probant copulam carnalem illo tempore interueniſſe, & ſic in illa ætate, in qua ſi interuenit, dicitur contractum matrimonium indiſſolubile, ut per Abb. in d. c. continebatur, ubi quando fœmina eſt proxima pubertati, ſi probetur, quòd ſimul ſe cõiunxerint, prout in caſu noſtro probatum fuit, tunc ſtandum eſt dicto, & iuramento uiri de co-
17 pula carnali, & quòd illam perfectè cognouerit, † & ex hoc fœmina uiripotens, & apta ad contrahendum matrimoniũ præſumitur, ſubditq; Abbas ibi in fin. uerb. quòd quando mulier fuit cognita, ſi erat in decimo anno conſtituta, uel ultra, tunc cenſetur uiripotens, & dicitur proxima pubertati, ergo hoc magis dicendum eſt, quando eſſet annorum undecim, & ultra. Præterea plures teſtes examinati pro parte Perſanctis deponunt tempore, quo uiderunt illã nudam cum Perſancte nudo in eodem lecto, ſe inuicem amplexãtes, & deoſculantes, de ſignis pubertatis in ipſa do. Matthæa, uidelicet de tumefactione mammillarum, de lanugine ipſius, & de aliis ſignis, ex quibus infertur pubertas, ſeu proximitas pubertatis, ſeu ſaltem uiripotẽtia ſua, prout etiã deponunt obſtetrices in cauſa examinatæ, uʒ do. Brigida, & do. Eugenia, quæ dixerunt illam fuiſſe aptam ad generãdum, & procreandum. In reliquis me remitto ad ea, quæ ad fauorem Perſanctis ab aliis allegata fuerunt: & hæc pro nunc puto ſufficere pro quali quali informatione do. Iudicis, coram quo in præſentiarum hæc cauſa uertitur. Cætera ipſe ſuppleat. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ſub conditione honeſta, quæ nõ ſit contra ſubſtantiam matrimonij, contrahi poteſt, & ea pendente, uires ſponſaliorum de futuro, & non matrimonij habet.*
2 *Et ſequuta copula carnali, uel ſequutis uerbis de præſenti abſque repetitione conditionis uim matrimonij puri, & de præſenti habet.*
3 *Matrimonium per ſimplicem copulæ carnalis conatum non perficitur.*
4 *Pater, ſeu Mater in cauſa filiæ quando teſtis idoneus ſit, & quando non.*
5 *Cap. uidetur in fin. qui matr. accuſa poſſ. declaratur.*
6 *Proteſtatio præambula mentem, qualis fuerit, declarat, & quando in cõtractu repetita cenſeatur, & num. 7.*
8 *Pater pro filia, quam habet in poteſtate, poteſt ſponſalia quomodocunque contrahere, ea ſciente, & non contradicente.*
9 *Teſtibus ſuper affirmatiua deponentibus etiam uni magis, quam ſuper negatiua eſt credendum.*

EPITOME.

MATRIMONIVM *ſub ea conditione fuiſſe per uerba de præſenti contractum, ſub quia ſponſalia prius à patre nomine filiæ*

filiæ ac ſciente, & non contradicente contracta fuerant, hic oſtenditur.

CONSILIVM XXXIIII.

NON inſiſtendum eſſe arbitror, an matrimonium ſub conditione honeſta, & quæ non ſit contra ſubſtantiam matrimonij, contrahi poſſit,
1 †quia & theologi, & canoniſtæ communiter poſſe contrahi uolunt, & interim pendente huiuſmodi conditione non dici habere uires matrimonij, ſed ſponſaliorum de futuro, ut in c. 1. in fin. de ſponſal. in 6. & habetur in c. de illis, in c. ſuper eo, & in c. per tuas de conditio. appoſit. & ubique per ſcribentes, et præcipuè per inſignem doctorem vltramontanum dominum Henricum Boic in c. ſi conditiones eodem titulo. Clari iuris eſt etiam,
2 † quòd ſi pendente conditione honeſta, ſub qua contractum fuit matrimonium, vel etiam pendente conditione, ſub qua ſponſalia de futuro contracta fuere, ſequuta fuerit copula carnalis, uel ſequuta fuerint inter ſponſos uerba de præſenti, uidetur à conditione receſſum, et matrimonium, ac ſponſalia, quæ uim matrimonij de futuro habebant, purificantur, et uim habēt matrimonij puri, et de præſenti, niſi conditio expreſsè repetita fuerit eo tempore, quo poſt ſponſalia conditionalia matrimonium per uerba de præſenti contractum fuit, ut probatur in iuribus ſupra allegatis, et ibi glo. et doct. in d. c. unico in fin. ibique glo. et alii, et prout in huiuſmodi cauſa à pluribus clariſſimis aduocatis dominæ Ceciliæ plenè diſcuſſum fuit, ad quorum dicta me remitto: Sed tota uis præſentis cauſæ in eo conſiſtit, an pro parte præfatæ dominæ Ceciliæ probatum fuerit, quòd ſponſalia de futuro contracta fuerint ſub conditione, de qua in proceſſu, et an probatum ſit, quòd eo tempore, quo poſtea matrimonium per uerba de præſenti fuit contractum, eadem conditio repetita fuerit, ac etiam utrum ex parte Fraciſcimariæ aduerſarij probata fuerit copula carnalis inter ipſum, et dominam Ceciliam, ſuper quo ultimo non eſt inſiſtendum, cum ſuper eo ſatis plenè ab alijs aduocatis ſatisfactum eſſe cēſeam, quòd non dicatur copula carnalis probata, quoniam præfatus Franciſcusmaria coram Reuerendiſſimo epiſcopo Caſalenſi tunc Romandiolæ Præſide, et reſpondendo etiam poſitionibus præfatæ dominæ Ceciliæ, negauit copulam interueniſſe, ſolumque conatum ſimplicem carnalis copulæ
3 confeſſus fuit, † per quem conatum matrimonium nō perficitur, ut in c. fina. extra de ſponſalib. quo uerò ad ſponſalia per uerba de futuro contracta, an illis fuerit appoſita cōditio de ueniendo ad habitandum ad ciuitatem Fauentiæ, & in illa perpetuò permanendum, plenè per plures conteſtes pro parte dominæ Ceciliæ productos credo probatū fuiſſe: & poſito, quòd hoc non diceretur concludenter probatum, uidēdum eſt, an tempore matrimonij per uerba de præſenti contracti conditio illa de ueniendo ad habitandū, ut ſupra, adiecta fuerit taliter, quòd matrimoniū purè nō dicatur contractum, ſed ſub conditione prædicta, quæ nunquam adimpleta, nec purificata fuit, immò illam Frāciſcusmaria adimplere recuſauit, atque recuſat, ut in proceſſu habetur, & ideò huiuſmodi matrimonium de iure effectum ſponſaliorum de futuro habere dicatur, ita quod etiam lite pendente dictæ dominæ Ceciliæ licuerit, & liceat matrimonium cum alio contrahere, & cum illo permanere, non obſtante primo matrimonio conditionali, ut in d. c. unico in fi. de ſponſal. in 6. iuncto c. 1. & 2. de matrimonio contract. cōtra interdic. eccl. Et quòd conditio ſupradicta expreſſa fuerit tempore matrimonij per uerba de præſenti contracti, & conſequenter illud fuerit matrimonium non purum, ſed cōditionale, apparet ex dictis plurium teſtium pro parte dominæ Ceciliæ examinatorum, illud enim palàm, & publicè coram pluribus, & diuerſis perſonis contractum fuit, & præcipuè coram magnifico domino Saluatore Pacino tunc ciuitatis Fauentiæ gubernatore, qui optimè informatus de uerbis tunc temporis expreſſis, quia ipſe erat in loco propinquiori penes ſponſos, in ſuo teſtificatu diligenter interrogatus depoſuit, quòd inter dominam Ceciliam, & præfatum Franciſcummariam per uerba de præſenti ſub conditione, quòd ipſe Franciſcusmaria ad habitandum perpetuò ad ciuitatem Fauentiæ uenire deberet, matrimonium contractum fuit in domo magiſtri Pauliantonij: idem per uerba clara magiſter Paulusantonius pater dominæ Cæciliæ teſtis ab ea inductus depoſuit, & cum dicto præfati do. Sal-
4 uatoris in omnibus, & per omnia concordauit: & † quamuis pater in cauſa filiæ regulariter teſtis eſſe non poſſit ad fauorem filiæ l. teſtis idoneus ff. de teſtibus §. item teſtis idoneus 4. q. 3. l. parentes C. de teſtibus, tamen ad coniungendum, ac etiam ad diſiungendum matrimonium, illudq́; impediendum pater idoneus teſtis cenſetur, dummodo aliàs ſit perſona honeſta, & fide digna, ut eſt textus in c. uidetur extra qui matrimo. accuſ. poſſ. glos. in ſumma in ultimis uerbis 3. q. 5. c. uidetur. 35. q. 16. Nec aduerſatur c. ſuper eo extra de teſtibus, quia ille text. in princi. loquitur, quando mater, ſeu pater eſſet aliàs ſuſpectus, ut quia uellet deponere ad fauorem filiæ, ut matrimonium contraheret cum uiro longè digniori, & ditiori, ac honeſtiori, quàm eſſent ipſe, & eius filia, ut ibi nor. ſecundo eſt differentia, an pater, ſeu mater uelit pro filia deponere ad effectum, ut impediatur matrimonium contrahi, & ſi ipſe pater ſit bonæ opinionis, & famæ, tunc admittitur ad teſtificandum, & hic uidetur caſus noſter, aut pater uult deponere pro filia ad finem, ut dirimatur matrimonium iam contractum, in quo contrahētes tanquam uir, & uxor perſeuerauerunt, & tunc non debet admitti, ut probaur in d. c. ſuper eo. §. ſuper illa uerò: &
5 † ſecundum hanc diſtinctionem intelligo text. in d. c. uidetur in fin. qui matrimo. accuſa. poſs. qui his generalibus uerbis utitur, quod uerò legitur, pater non recipiatur in cauſa filij, nec filius in cauſa patris, in cauſis matrimonialibus, & contractibus uerum eſt, in matrimonio uerò coniungendo, & diſiungendo ex ipſius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res eſt, congruè admittuntur: illa enim uerba in cōiungendo, & diſiungendo matrimonio, intelligo, quando uellet teſtificari, ut matrimonium contraheretur, uel ut nō contraheretur, ut quia deponeret ad finem, ut impediretur contrahi: immò generalitas illius textus innuit, quòd pater pro filio, ſeu filia teſtificari poſſit, etiam ad effectum, ut contractum diſiungeretur, quem tamen caſum ultimum intelligere debemus, quando ratione conſanguinitatis peteretur matrimonium iam cōtractum diſſolui, ad c. 1. 35. q. 6.

¶ Ad fauorem etiam dominæ Ceciliæ facere uidetur depoſitio domini Antonijmariæ ſacerdotis tertij teſtis, qui atteſtatur ſe à magiſtro Pauloantonio fuiſſe informatū, quòd deberet proponere, & narrare, qualiter matrimonium contrahendum intelligeretur contrahi debere cūm hoc pacto, & conditione, ut ſponſus, hoc eſt Franciſcusmaria teneretur uenire ad habitandum ad ciuitatem Fauētiæ, propterea quòd ſic erat conuentum &c. ergo infertur mentē magiſtri Pauliantonij, & conſequenter do. Ceciliæ fuiſſe ſemper, quòd non aliter matrimonium eſſet contrahēdum, niſi ſub illa conditione, prout etiam antea ipſa domina Cecilia tempore, quo contracta fuerunt ſponſalia de futuro, & poſt, ſemper dixit, ſe nolle extra ciuitatem Fauentiæ nubere, & ita pater iurauit, eique promiſit, ut ſupra. Ex quibus infertur, & colligitur, quòd domina Cecilia ſemper in hoc propoſito perſeuerauit etiam eo tempore, quo per uerba de
6 præſenti matrimonium contractum fuit, quia † ex proteſtatione

tione præambula deprehenditur, qualis fuerit mens illius, ad not. per ſcriben. in c. per tuas de condi. appoſi. cui proteſtationi ipſe Fráciſcusmaria aſſenſit, prout deponũt plures teſtes, & maximè frater Stephanus ſecundus teſtis, magiſter Alexander quartus teſtis, & magiſter Paulus Antonius ſeptimus teſtis, Antonius quintus teſtis: & quòd proteſtationi factæ dictus Franciſcusmaria conſenſerit, ſatis etiã colligitur ex chirographo ſcripto manu ipſius, iunctis dictis teſtium, ergo illa proteſtatio, quæ ad notitiam dicti Fráciſcimariæ peruenit, & quam ipſe recepit, debet intelligi re
7 petita in contractu matrimonij poſtea celebrati, † quia in iis, quæ à conſenſu plurium dependent, ut ſunt contractus, proteſtatio præambula, quæ deuenit ad notitiam alterius partis, & ab ea recepta fuit, intelligitur in contractu poſtea contracto repetita, & declarat, qualis fuerit mens, & uoluntas proteſtantis, ut per Bar. in l. non ſolũ §. morte ff. de nou. oper. nun. circa fin. per Anto. Abb. & alios communiter in c. cum m. ferrarienſis extra de conſtitu. per Card. & Abb. in d. c. per tuas, & per dominum Henricum Boic. in c. conditiones de conditio. appoſi. in 2. col. Dicendum eſt igitur matrimonium poſtea ſubſequutum propter proteſtationẽ præambulam fuiſſe ſub conditione illa contractum, & præſertim cum (ut dixi) adſint etiam duo teſtes bonæ opinionis, & famæ, qui deponũt de huiuſmodi conditione tempore cõtracti matrimonij de præſenti expreſſa, & in ore duorũ etiã ſtet omne uerbum, c. in omni extra de teſtibus, l. ubi numerus ff. eod. ¶ Et ſi diceretur, quòd eo tẽpore, quo ſponſalia ſub conditione prædicta contracta fuerunt, ipſa domina Cecilia non fuit preſens, ſed ipſe Magiſter Paulus Antonius ſolus cum Franciſcomaria ſponſalia nomine filiæ contraxit, & conditionem appoſuit, & propterea non poteſt dici conditionem ab ea fuiſſe in ſponſalibus, & poſt ſponſalia appoſitam, & ſine conſenſu filiæ pater non poteſt illius nomine ſponſalia contrahere l. ſponſalia ff. de ſponſalibus.
8 Reſpondetur, † quod ex quo do. Cecilia erat in poteſtate patris, ipſe pater potuit pro ea ſponſalia quomodocunque contrahere, dummodo illa ſciuerit, & non contradixerit, quia non contradicendo conſenſiſſe cenſetur, l. in ſponſalibus l. ſed ea ff. de ſponſal. ſed ipſa do. Cecilia non modo non contradixit, immò etiam approbauit, & ratificauit, ut per teſtes probatum fuit, quod ſufficere uidetur, ut in l. hæc ita ff. de ſponſal. c. 1. de deſponſa. impub. in 6. c. 1. 30. q. 2. & c. fin. de deſponſa. impub. ergo &c. ¶ Et quia ex aduerſo præfatus Franciſcusmaria conatus fuit per plures teſtes uelle negatiuam coarctato loco, & tempore probare, quòd eo tempore, quo matrimonium de præſenti contractum fuit, conditio aliqua adiecta non fuit, ſed purè, & ſimpliciter fuit per uerba ſolita inter uirum, & uxorem proferri contractum, iuxta text. in c. ſi inter uirum extra de ſponſalibus, prout deponere uidentur teſtes pro parte ipſius Franciſcimariæ examinati, ſubſtinendo partes do. Ceciliæ reſpon-
9 detur, quòd † ex quo plures teſtes pro parte ſua deponunt ſuper affirmatiua, illis plus credendum eſt, quam teſtibus contrariis ſuper negatiua deponentibus, l. diem §. ſi plures cum ibi not. per Bar. ff. de arbitr. Bal. & alij in l. actor C. de probatio. & per ſcriben. in c. quoniam contra extra de probatio. & plus creditur uni teſti ſuper affirmatiua, quam plùribus ſuper negatiua, Bart. in l. 1. in princ. ff. de uentr. inſpic. Præterea ultra quod per duos teſtes probatum fuerit de conditione in matrimonio adiecta, ſufficeret, quòd ante cõtractum matrimonium de præſenti etiam ex interuallo interuenerit proteſtatio facta per ipſam dominam Ceciliam, uel per eius patrẽ eius nomine ipſa ſciente, & uolente; quæ proteſtatio facta fuerit ipſi Franciſcomariæ illam acceptãti, nec contradicenti, prout fuit per teſtes do. Ceciliæ probatum, nam illa cenſetur repetita tempore, quo contractum fuit matrimonium de præſenti, nec ab illa dicitur receſſum: ergo uerum eſt dicere conditionem matrimonio adiectam fuiſſe, ut ſupra dictum eſt. Præterea ut concordẽtur teſtes utriuſque partis, qui contrarij uidentur, prout ſemper concordandi ſunt, quando hoc fieri poteſt iuribus uulgaribus, dici poteſt, quod teſtes Franciſci Mariæ, qui deponunt, matrimonium contractum fuiſſe purè, & ſimpliciter per uerba conſueta ad formam matrimonij, debent intelligi, ut uoluerint deponere tantum de ultimis uerbis à domino Antonio Maria ſacerdote pro forma matrimonij prolatis, & ſic dicta illorum ſolũ referenda ſunt ad ea ultima uerba, & non ad omnia, quæ ab illo ſacerdote prolata fuere: quia uerum eſt, quòd illa uerba formalia ultimo loco relata fuerunt pura, & ſimplicia, non tamen negant, quin prius in præfationibus potuerit conditio exprimi, & ut plerunque contingit in huiuſmodi actibus matrimonialibus illi, qui ſunt præſentes, & actui aſſiſtunt, magis animaduertunt ad uerba formalia matrimonij, quam ad alia precedentia: & hoc modo poſſunt teſtes concordari, uidelicet quòd teſtes dominæ Ceciliæ deponant de omnibus iis, quæ fuere tempore contracti matrimonij geſta, & prolata: teſtes uerò Franciſci Mariæ deponant ſolum de ultimis uerbis formalibus matrimonij argumento eorum, quæ uolunt Bar. Alex. & alij in l. 2. §. creditum ff. ſi cert. peta. cum infinitis ſimilibus, quæ allegari poſſent. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Proteſtatio etiam à parte acceptata in iis, quæ à uoluntate duorum dependent, actum contrarium poſtea ex interuallo factum non impedit,

2 Niſi proteſtationis uerba tractum de futuro haberent, & generalia, ac pinguia eſſent, & num. 29.

3 Actus ex interuallo abſque dubio dicitur fieri, qui fit poſt quinque, uel ſex dies.

4 Matrimonium ſolemniter contractum per proteſtationem generalem, & tractum ad futurum habentem antea factam non impeditur, & num. 7. ubi id diſtinguendo declaratur, & num. 30.

5 Ex copula matrimonium præſumptum inducitur, licet ſponſalibus ſub conditione contractis facta eſſet proteſtatio, quòd per ſubſequentem copulam matrimonium non intelligatur contractum, & quando hoc uerum ſit num. 23.

6 Idem & magis, ſi proteſtatio hæc præceſſiſſet copulam ſequutam poſt matrimonium ſolemniter, & per uerba de præſenti contractum, & num. 14. 18. & 23. ubi hoc declaratur.

7 Proteſtatio generalis futurum reſpiciens, & derogatoria matrimonij ſequentis, etiam ueſtita iuſta cauſa matrimonium poſtea publicè contractum impedit, ſi ſolum uerba apta ad matrimonium ſint ſubſequuta; ſecus ſi ultra uerba etiam carnalis copulatiua ſequuta foret.

8 Copula carnalis quot effectus in matrimonio operetur.

9 Pro matrimonio ſemper in dubio iudicandum.

10 Matrimonio, quod iure contractum, ſeu præſumptum dicitur, partes præiudicare non poſſunt.

11 A proteſtatione derogatoria matrimonij an, & quando etiam in foro conſcientiæ per copulam ſequentem ſit receſſum.

12 Proteſtatio matrimonio aduerſatiua ab utraq; parte recepta, & mutuo conſenſu facta per uerba generalia, ac futurum reſpicientia, & omnem actum matrimonij, ſeu ſponſaliorum præcedens conſenſum in futurum ita excludit, ut matrimonium poſtea de facto publicè, & ſolemniter contractum non ualeat, & penitus nullum dicatur, nec à copula ſequuta conualidetur, aut præſumatur num. 14.
Et tanto magis, ſi cum iuramento fuerit facta proteſtatio, num. 16.

13 Conſenſus ſimultaneus, & liber in matrimonio pro ſubſtantia illius requiritur.

14 Copula ſubſequens quando matrimonium ualidum faciat, ſeu præſumat, & quando non, & num. 22.

15 Copula ſequens nihil operatur in nuptiis ſimulatis, uel iocoſis.

16 Iuramentum animi deliberationem magis demonſtrat.

17 Proteſtatio facta in iis, quæ à uoluntate duorum dependent, per actum contrarium ſubſequentem tollitur, niſi proteſtans non ſibi ſimpliciter, ſed alteri, cuius intererat, iurauiſſet.

turpitudo fornicationis tollatur, copula ſequens operatur, ut dicatur à proteſtatione contraria receſſum, & non obſtante diſſenſu, qui ex ea inferebatur, partes dicantur conſenſiſſe: ſed in caſu noſtro quãuis ambæ partes mutuo conſenſu fecerint proteſtationem etiam ueſtitam iuſta cauſa, & per uerba generalia, ac futurum reſpicientia, tamen ex quo ultra matrimonium publicè per uerba de præſenti contractum ſequuta fuit etiam copula carnalis, iudicãdum eſt matrimonium ualidum, & irreuocabile: quam theoricam ſequitur ſolemnis doctor ultramontanus Henricus Boic in d.c. tua nos circa finem ſecundæ diſtinctionis ex mẽte Hoſtien. ibi, ac etiam Innocen. in d.c. ueniens il 2. qui hoc ibi uoluit, & ex mente Specula. in rub. de conditio. apposi.
8 in fin. Nam ſicut † copula ſequens facit conſenſum conditionatum haberi pro puro, & præſenti ad effectum, ut dicatur matrimonium efficax contractum, non obſtante etiam præambula proteſtatione contraria; ut per glo. & docto. in d.c. per tuas de conditio. appoſi. Item ſicut purgat metum præcedentem, ut in c. conſultationi de ſponſal. & ſicut remouet effectum proteſtationis factæ poſt ſponſalia de futuro contracta, per gloſ. in d.c. tua nos, & tenent docto. in c. is qui fidem ſpõſal. ubi do. Anto. Henric. Boic, & Cardin. in d.c. ueniens il 2. ita & multo magis remouere debet, quando poſt proteſtationem mutuam contractum fuit matrimonium per uerba de præſenti, & fuit carnalis copula ſequuta; nam hæc duo uincula, uidelicet uerba matrimonij de præſenti, & copula carnalis ſubſequuta proculdubio dicentur proteſtationem, omnemque eius effectum remouere, & extinguere, argu. auth. itaq; C. commun. de ſucceſſio. c. 1.
9 de tregua & pace. Et † ſemper in dubio iudicãdum eſt pro matrimonio, c. fin. de re iudi. c. licet ex quodam de teſti. &
10 † partes non ualent præiudicare matrimonio, quod iure dicitur contractum, ſeu præſumptum, c. is qui fidem cum ibi not. de ſponſal. c. ſuper eo de eo, qui cognõ. conſangui. uxo. ſuæ: ergo proteſtatio etiam mutua ſiue ſit relatiua ad copulam, ut in caſu, quem ponunt doctores in d.c. is qui fidẽ, & gloſ. in d.c. per tuas, ſiue ſit relatiua ad matrimonium ſubſequens, ut in caſu, quem ponit gloſ. in d. c. tua nos, ſequuta copula carnali non poteſt effectum matrimonij, & iuris conſequutiuum tollere, tum quia proteſtatio eſt contraria facto, tum quia eſt nutritiua peccati, & turpitudinis per prædicta, & habetur per Iaſ. in d. §. morte in 7. col. in princ. & in tertia concluſione, & per Felin. in d. c. cum min
11 antepenul. col. uerſ. ſatis tamen &c. Immò † ſecundum eũ ibi in uerſ. fallit quarto &c. etiam in foro conſciẽtiæ per copulam ſequentem uidetur receſſum à proteſtatione derogatoria matrimonij, quod tamen eſt intelligendum in caſu, quo una pars tãtum fuiſſet proteſtata, altera parte ignorante, & ſic eſſemus in terminis tex. & gl. in d.c. tua nos: ſecus autem, ſi ambæ partes proteſtationi conſenſiſſent, ſeu ſimul proteſtatæ fuiſſent, quia tunc copula ſequẽs non cauſat, nec præſumit matrimonium in foro conſciẽtiæ: Et hæc eſt mens omnium ſcribentium do. Anto. Abb. & aliorum communiter in d.c. tua nos, & in d.c. is qui fidem: Et quãuis Iaſ. in d. §. morte in 7. col. in uerſ. & ibi do. Abbas &c. dicat Abbatem cõtrarium ſenſiſſe in d.c. per tuas ad finem, & proteſtationem ſupradictam factam conſentiente muliere matrimonium in foro conſcientiæ impedire, quando non eſſet copula ſequuta, & ſic innuat ſecus eſſe, quando poſtea copula ſequuta fuiſſet, tamen ſi benè uerba Abb. inſpiciantur, ipſe loquitur non in foro conſcientiæ, ſed in foro iudiciali, & eccleſiæ, prout loquitur etiam glo. in d. c. per tuas, ad cuius declarationem Abbas ponit ea, quæ is ibi dicit in uerſ. in glo. in uer. præſumendum &c. cuius dicta inſpiciantur. ¶ Præmiſsis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam arbitror de iure ueriorem eſſe in caſu, de quo quæritur: Et ad hoc moueor ex pluribus, & primo;
12 Nam † quando ante omnem actum matrimonij, ſeu ſponſaliorum præcedit proteſtatio aduerſatiua matrimonij ab utraque parte recepta, & mutuo conſenſu facta per uerba generalia, & futurũ reſpicientia, tunc talis proteſtatio facit conſenſum in futurum abeſſe adeo, quòd ſi poſtea matrimonium publicè, & ſolemniter contrahatur, illud tanquã
13 factum ſine conſenſu ſimultaneo, & libero, † qui pro ſubſtantia eius requiritur, ut in l. nuptias ff. de regu. iur. c. cum locum, c. tuæ, c. tua, c. requiſiuit cum ſimilibus de ſponſal. iuncta l. obligationũ ſubſtãtia in fin. ff. de actio. & oblig. dicitur nullum, & penitus inualidum non ſolum in foro cõſcientiæ, ſed etiam in foro iudiciali eccleſiæ: Ita concludũt do. Anto. Henri. Boic. Innocen. & Hoſtien. in c. ueniens il 2. & in c. tua nos de ſponſal. & faciunt notata per Bart. in d.l. non ſolum §. morte, in d.l. qui in aliena §. celſus ff. de acquir. hæred. & in d.l. pacta nouiſſima, ubi doct. poſt Bar. uolũt, quòd in iis, quæ à conſenſu duorum dependent, ſi fiat proteſtatio generalis, quæ habeat tractum de futuro, & fuerit ab utraque parte acceptata, illa ita remoueat conſenſum, quòd actus contrarius factus etiam ex interuallo tanquam factus abſque conſenſu partium non ualeat. Modo
14 † ſi poſt huiuſmodi matrimonium de facto contractum ſequuta fuerit copula, non debet ex ea matrimonium conualidari, nec à iure præſumi, quia ita demũ copula ſubſequẽs facit, ſeu præſumit matrimonium, quando ea reperiret aliquod præcedens, ſuper quo fundari poſſet, ſeu quod confirmaret: Et ideò ſi præcedant ſponſalia, quæ fuerint diſſoluta uel ex defectu conditionis, ut in c. per tuas, & ibi habetur, de cond. appoſ. uel ex eo, quod partes ſe abſoluerint, & illis renuntiauerint, iuxta tex. in c. præterea de ſponſal. dein de ſequatur copula carnalis uoluntaria, matrimonium à iure non præſumitur, quia copula non reperit aliquod præambulum, ſuper quo fundetur, ſeu quod poſſit confirmare, ut eſt tex. in d.c. ueniens il 2. & ibi omnes ſcribentes, & traditur per eos etiam in d.c. tua, & in d.c. is qui fidem: & hoc in caſu per hãc rationẽ poteſt ſubſtineri illud, quod uoluit do. Præpoſ. Alex. in d.c. tua nos in 4. col. uerſ. ſed iſtud uidetur falſum &c. qui uidetur diſſentire ab eo, quod ibi uoluit do. Anto. quia ita demum copula carnalis matrimonium præſumptum, & ualidũ inducit, quando præcedit aliqua obligatio, ſuper qua poſſit fundari d.c. is qui, & d.c. ueniens: At quãdo nihil præceſſit, ſed fuit inchoatum à proteſtatione generali, quæ futurum reſpiciat, cui ambæ partes conſenſerunt, tunc licet poſtea de facto matrimonium ſit contractum, tamen ex hoc nulla oritur obligatio, nec aliquod uinculum, ergo copula ſubſequens nihil poterit operari, quia deficit conſenſus, & copula nihil reperit, quod confirmet, & ſuper quo poſſit fundari: Et in ſimili facit id, quod
15 dicitur, † quòd quoties ſimulatæ contrahuntur nuptiæ, uel iocoſæ, tunc copula ſequens nihil operaretur, ut eſt de mẽte gloſ. in d.c. tua in uer. deſponſauerit in fin. uer. & ibi doct. maximè Præpoſi. l. obligationum §. uerborum ff. de actio. & obliga. c. illud 15. q. 1. c. quod ait 22. q. 2. l. nuptiæ ff. de reg. iur. & per Hoſtien. in ſumma ſub rub. de matrimo. in §. qualiter in 2. & 3. col. ſed quãdo præcedit proteſtatio ſimultanea expreſsè derogatoria matrimonij futuri, & poſtea matrimoniũ cõtrariũ ſequatur, profectò cõſtat de aperta ſimulatione, quia de conſenſu partiũ cõtrario apparet, ergo &c.
16 & † tãto magis hoc dicẽdum eſt in caſu noſtro, in quo ultra quod partes ſimul, & mutuo conſenſu proteſtatæ fuerint, etiam iuramento dictam proteſtationem firmauerunt, quo caſu de animo deliberato partium magis dicitur conſtare, quòd uerè noluerint matrimonium contrahere, ut per Archid. in c. quamuis de pact. in 6. Anto. de Butr. in c. ſi diligẽti in 5. colum. de foro compet. & per Alex. in rubr. ff. de uerborum

17 borum obliga.in ultima columna.Et † ideò licet aliàs in ijs,
quæ dependent à uoluntate duorum, proteſtatio facta di-
catur tolli per actum contrarium ſubſequentem,ut perBar
tolum in d.§.morte, in d.§.celſus, & in d.l.pacta nouiſſima,
tamen quando proteſtatio fuit iurata tertio, quia proteſtās
non ſimpliciter,ſed alteri,cuius intererat,iurauit,ea per iu-
ramentum efficitur irreuocabilis,nec tollitur per actum cō
trarium,per quem aliàs regulariter tolli ſolebat,ut pulchrè
uoluit Iaſ.in d.§.morte in 7.colu.ibi limita nunc &c.ubi plu
ra allegat. ¶ Non obſtat id,quod uoluit do.Anto.in d.c.
18 tua nos, & in d.c.is qui fidem, quia ſaluari poteſt,† quando
copulam carnalem præcederet aliquod uinculum, ſeu ali-
qua obligatio,ſuper quo, ſeu qua ipſa copula fundari poſ-
ſet, quoniam tunc non obſtante proteſtatione contraria
etiam ſimultanea inferretur matrimonium: & propterea ſi
præceſſiſſent ſponſalia, ſiue pura, ſiue conditionalia, & fa-
cta fuiſſet proteſtatio etiam ab utraque parte derogatoria,
ſeu relatiua matrimonij ſubſequentis,& poſtea de facto ma
trimonium fuiſſet per uerba de præſenti contractum,& ſic
ſolum uerba fuiſſent ſubſequuta, tunc proteſtatio eſſet ua-
lida, & impediret matrimonium; ſi uerò ultra uerba eſſet
etiam ſequuta copula carnalis, quamuis illa non confirma
ret matrimonium publicè contractum,tamen faceret ma-
trimonium præſumi, quoniam ipſa reperiret obligationē,
ſeu uinculum ſponſaliorum, ſuper quo fundari poſſet, &
quod confirmaret: & ita etiam intelligatur gloſ.in d.c.tua
nos,& in d.c.per tuas de conditio.apposi.¶Secundo confir
19 matur prædicta concluſio,†nā in caſu noſtro facta fuit pro-
teſtatio derogatoria matrimonij, & relatiua ad matrimo-
nium,& ad copulam futurā, & fuit iuſta cauſa ueſtita, quia
facta fuit propter metum mortis, & amiſſionis omnium bo
norum ipſius Menicæ, prout expreſsè conſtat ex proteſta-
tionibus factis,in quibus expreſſa fuit cauſa in ſe iuſta,quia
metus amiſſionis omnium bonorum,ſeu maioris partis ſimi
lis eſt metui mortis,& cruciatus corporis, argumento text.
in c.1.de reſtit.ſpol.in 6.ergo talis proteſtatio ueſtita iuſta
cauſa debet ſequens matrimonium impedire,nam per actū
contrarium non uidetur à proteſtatione ueſtita iuſta cauſa
receſſum,ut concludunt docto.communiter in d.c.tua nos,
20 & in d.c.is qui,ac etiam in d.c. per tuas:ſed†an ſufficiat pro
teſtationem fuiſſe ſimpliciter ueſtitam iuſta cauſa metus
abſque eo, quòd aliter illa cauſa probetur, an uerò ea ſit
probanda ad hoc,ut proteſtatio releuet,quidam,ut Ang.in
d.l. qui in aliena §. celſus ff. de acquiren. hæred. dixerunt
cauſam,hoc eſt iuſtum metum debere probari:Imo.autem,
& Alexan.ibi contrarium dicunt, quia de ſubſtantia huius
proteſtationis non requiritur, quòd cauſa ueri metus in-
terueniat,ut per glo.in d.§.celſus, & omnes ſequuntur, ſed
ſolum ſufficit, quòd interueniat proteſtatio facta uerbote-
nus metus cauſa contrario conſenſui derogans l. ſed ſi quis
§.plerique ff. de relig.& ſumpt.fune.quod quidem Alexan.
uerum eſſe putat,quia uerus metus non eſt in conſideratio-
ne:& quamuis metus uerborum non ſit metus, qui cadat in
conſtantem uirum,tamen operatur,ut actus propter prote
ſtationem nullus reddatur abſque eo,quod uerè metus al-
legatus in proteſtatione probetur; ſi enim oporteret me-
tum probare,profectò neceſſe eſſet probare metum,qui ca
deret in conſtaret virum, ergo non requiritur probatio me
tus,quamuis in proteſtatione fuiſſet allegatus, quod etiam
ſuadetur ex mente Alexan.poſt Bart. in ſimili in d.§.celſus
in antepen.colum.in uerſi. ſed hoc non puto uerum &c. nā
ſi in terminis noſtris uerè eſſet probandus iuſtus metus, ſu-
21 per quo fundata fuit proteſtatio,† tunc iuſtus metus per ſe
ſufficeret abſque proteſtatione ad inualidandum, ſeu nul-
lum reddendum matrimonium ſequens, quod propter me
tum eſt ipſo iure nullum,ut in c.cum locum, c.ueniens il 2.
& c. conſultationis de ſponſal. ſed omnes docto. fatentur,
quòd in ijs, quæ à conſenſu duorum dependent, ut in ma-
trimonio, ad illud impediendum ſufficiat proteſtatio facta
ex iuſta cauſa,hoc eſt ex cauſa metus,ut per dominum An-
tonium,& alios in d.c.tua nos,& in d.c.is qui fidem, & tan-
to magis ſi proteſtatio fuit ab utraque parte acceptata, ut
ibi per dominum Antonium,& alios,ergo ſufficiet proteſta
tio facta expreſsè ex hac cauſa iuſta, uidelicet metus,abſq;
eo,quod aliter de hoc metu probetur,quia cum huiuſmodi
proteſtatio faciat conſenſum abeſſe,ut per Barto.in d.§.cel
ſus, actus matrimonij contrarius proteſtationi redderetur
ipſo iure nullus, quoniam conſenſus de neceſſitate ad ſub-
ſtantiam contractus matrimonij requiritur, ut in d. c. cum
22 locum cum ſimilibus ſupra allegatis. ¶Nec obſtat, † quòd
copula ſequens uoluntaria confirmet, ſiue ualidum faciat
id,quod ab initio non ualuit propter metū iuſtum, aut uio-
lentiam illatam, quia copula purgat uitium metus, ut in c.
ueniens il 1. & ibi do.Anto. in notabilib. de ſponſal.c. ad id
eodem titu.c.ſignificauit de eo,qui duxit in matrimo.quam
polluit per adulterium ,c.inſuper qui matr.accuſa. poſſ. &
not.in c.de illis il 2.de deſponſa.impub. Nam illud eſt ue-
rum in dubio,ut quando copula fuit uoluntariè commiſſa,
nec in illa de diſſenſu apparet,tunc enim talis copula ſpon-
tè, & uoluntariè facta facit in dubio præſumi conſenſum,
& ea præſumitur facta animo, & intentione conſentiendi
in matrimonium,ut in dictis iuribus. Sed quando non eſſe-
mus in dubio, ut quia conſtaret copulam etiam fuiſſe con-
tractam non animo, & intentione contrahendi matrimo-
nium,nec illud conſentiendi,tunc ſecus eſſet,quia in incer-
tis, & non in certis locus eſt coniecturis l.continuus §.cum
ita ff.de uerborum obliga.At in caſu noſtro ex prima,& ſe-
cunda proteſtatione ab utraque parte acceptata,& iurata,
ac ſæpius reiterata, & ſic animo deliberato facta conſtat de
diſſenſu ambarum partium,& quòd non intendebant ex co
pula ſubſequenti aliquo modo in matrimonium conſenti-
re, ergo non ſumus in caſu d.c. inſuper, & d.c. ſignificauit
cum ſimilibus. ¶Nec his aduerſatur glo.in d.c.per tuas,ubi
proteſtatio non remouet effectum copulæ, quod eſt iuris
conſequutiuum,argumento not.per gloſ.in clemen. graue
de reſcript.& d.c.is. qui fidem cum ſimilibus ſupra allega-
23 tis,quia,ut infra dicetur,† illud procedit,quando copula ali
quod præcedens ualidum reperiret, ſuper quo ſe fundaret,
ſeu quod confirmaret, ut quando præcederent ſponſalia
purè,ſeu conditionaliter contracta, quæ per copulam ſub-
ſequentem purificantur,ut in d.c.per tuas cum ibi nota.itē
& ſecundo illud habet locum,quādo proteſtatio facta fuiſ-
ſet clandeſtinè ab altera parte tantum, quæ alteram par-
tem decipere quærebat,& ne ex ſua fraude, & malitia com
modum reportaret, copula facit, & contra eum operatur,
quòd dicatur contractum matrimonium præſumptum: ſed
ubi non præcederet aliquod ualidum, ſuper quo copula
poſſet fundari, nec interueniret deceptio, aut fraus, quia
utraque pars proteſtationi expreſsè,& cum iuramento con
ſenſiſſet,tunc ſecus eſſet dicendum, quia ſcienti, & uolenti
non ſit fraus, neque deceptio l.nemo uidetur ff.de reg.iur.
& c.ſcienti eodem titu.in 6.cum ibi not. ¶Tertio principa
liter corroboratur prædicta concluſio,quoniam licet etiam
ſimpliciter poſſet dici uerum eſſe id,quod uoluit do. Anto.
in d.c.tua nos,quòd quando ſimultanea, & mutuo conſen-
ſu acceptata proteſtatio generalis, & futuri matrimonij de
rogatoria præceſſit, ſi poſtea nil aliud ſit ſequutum, quam
uerba, ut quia ſolum contractum ſit matrimonium per uer
ba de præſenti,tunc proteſtatio actum matrimonij uitiet: ſi
uerò aliud,quam uerba fuerit ſequutum, ut quia ultra ma-
trimonium uoluntaria copula carnalis interuenerit, tunc
proteſtatio tanquam turpis,& omnis eius effectus ad indu-
cendam

cedam copulam fornicatoriam ordinatus tollatur, etiam ſi talis proteſtatio eſſet cauſa iuſta ueſtitita, ut ſupra, tamen
24 † illud, quod dictum eſt de copula, & de eius effectu, procederet, quando ſolum probaretur, copulam fuiſſe ſubſequutam, ut loquitur dominus Anto. & ſentiunt alij doctores ibi: Secus ſi etiam probaretur, quòd partes prius ante omnem proteſtationem, & omnem alium actum ex alia cauſa, uidelicet amoris, & libidinis conſueti erant turpiter ſe carnaliter cognoſcere, & continuando in huiuſmodi fornicatorio coitu ex aliqua cauſa in ſe iuſta, ambo ad prædictam proteſtationem deueniſſent, quia tunc ſequens copula non tolleret effectum proteſtationis, nec operaretur, quòd ab illa diceretur receſſum, & conſequenter ex ſequenti copula matrimonium præſumptum non induceretur, ita uoluit Iaſ. in d. l. non ſolum §. morte in 7. colum. dicens, ſe ita Patauij conſuluiſſe: Et quamuis poſſet dici Iaſ. loqui ſolum in caſu, quo allegaretur copula præcedens proteſtationem, & actum matrimonij, quia dumtaxat probaretur copula præcedens, & non ſequens, ut etiam uolunt, & declarant dom. Anton. Abb. & alij per illum textum in d. c. ueniens il 2. tamen ſi rectè Iaſ. uerba inſpiciantur, & conſiderentur, ipſe uoluit, ut ſupra retuli, quòd dictum domi. Antonij locum non habeat, quando probaretur copulam non ſolum fuiſſe ſubſequutam, ſed etiam præceſſiſſe: Et quòd hoc uoluerit Iaſ. conſtat clariſſimè ex iis, quæ ipſemet uoluit, reaſſumendo illud idem, quod uoluit in dicto §. morte, in l. pacta nouiſſima in ultima colum. ff. de pactis, ubi apertius fuit loquutus: inquit enim ibi, & quod dictum eſt de copula, intellige ſanè, quando ſolum eſſet ſequuta copula, ſecus ſi etiam anteceſſiſſet, ſecundum dominum Antonium, & Panormita. in d. c. tua nos, & in d. c. ueniens il 2. in 1. not. & ſic proculdubio Iaſ. hoc uoluit: quòd autem domi. Anton. quem ipſe allegat, hoc idem ſenſerit in d. c. tua nos, patet ex uerbis ſuis in 2. colum. ibi, quia ſi uerba ſequuta eſſent, & copula, proteſtatio uelut turpis ordinata ad inducendam copulam fornicatoriam non ualuiſſet: ut dixi pridie in c. ueniens ſupra eodem, noto enim illa uerba ordinata ad inducendam copulam fornicatoriam, quæ inferunt, ita demum copulam ultra uerba operari, quando proteſtatio fuit cauſa ordinatoria inducendi copulam fornicatoriam: ergo ſecus, ſi non proteſtatio, ſed inordinatus amor præcedens, ob quem ante proteſtationem eſſent ſoliti, & conſueti ſe inuicem carnaliter cognoſcere, fuit cauſa ordinatoria copulam inducendi: & hoc idem ſenſit etiam ipſe domi. Anto. in d. c. ueniens il 2. in 1. notab. & ibi Abb. qui di-
25 cunt, † quòd uolens obtinere pro matrimonio præſumpto in terminis c. is, qui fidem debet probare ſponſalia de futuro, & copulam contractam poſt ſponſalia, alioquin ſi probaret ſponſalia, & copulam ſimpliciter, non obtineret, quia poſſet intelligi de copula commiſſa ante, & poſt ſponſalia, argumen. c. in præſentia de probatio. ergo infertur, quòd ſi copula præcedat, ac etiam ſequatur, ex ea matrimonium præſumptum non infertur: clarius tamen hoc ſenſit domi. Anton. in d. c. tua nos: Et quòd ex conſuetudine cognoſcendi ſe carnaliter ante, & poſt proteſtationem, & matrimonium de facto contractum tollatur effectus copulæ præſu-
26 mendi matrimonium, facit, quia † ex eo, quod conſuetum eſt fieri, colligitur mens, & uoluntas l. quod ſi nolit §. qui aſſidua ff. de ædilit. edict. l. ſi ſeruus plurium in fine ff. de legatis 1. l. nummis ff. de legat. 3. l. ſi de interpretatione ff. de legibus, ergo ſi ante omnem intentionem contrahendi ſponſalia, ſeu faciendi proteſtationem duo iuuenes capti amore improbo, & inordinato conſueti fuerint ſe carnaliter cognoſcere, & ſemper in hac conſuetudine perſeuerauerint, etiam poſt proteſtationem factam ex aliqua cauſa, & poſt uerba matrimonij, profectò non eſt præſumendum, quòd ipſi ſe inuicem copulauerint animo, & intentione contrahendi matrimonium, & in matrimonium conſentiendi, prout iura præſumunt, quando ex copula matrimonium præſumptum inducunt, iuxta textum cum ibi not. in d. c. is, qui ſidem cum ſimilibus, quoniam conſuetudo ſe cognoſcendi carnaliter, quæ habuit ortum, & perſeuerantiam ab inordinato, & improbo amore, facit ceſſare præſumptum conſenſum aliàs ex copula reſultantem, quia præſumitur ratione conſuetudinis perſeueratum in copula ex priori cauſa amoris immoderati, prout clarè, & expreſsè bis, & ſæpius, ac cum iuramento ambæ partes in ſuis proteſtationibus expreſſerunt, atque dixerunt: quo fit, ut cum ſimus in claris, & certis uerbis expreſſis, & iuratis, non debet eſſe locus coniecturis, & præſumptionibus iuris, quæ ſolum in dubiis admittuntur, ut not. in l. unica §. accedit C. de rei uxor. actio. d. l. continuus §. cum ita, & habetur per Bartolum in l. ſi is, qui pro emptore ff. de uſucapio. ¶ Nec obſtat prædictis text. cum ibi not. in d. c. per tuas, ubi copula præcedens, & ſubſequens adimplementum conditionis adiectæ ipſis ſponſalibus operatur, ut dicatur contractum matrimonium præſumptum, ergo non refert, an copula ſequatur, an etiã conſueta ſit præcedere, ut per doctores ibi, quia reſpondetur,
27 † aliud eſſe, quòd ante omnem intentionem contrahendi ſponſalia, ſeu matrimonium, & faciendi proteſtationem aliquam derogatoriam matrimonij, aliqui amore capti fuerint conſueti inter ſe carnaliter cognoſci cauſa ſolum explendi libidinem ſuam, & capiendi fructus amoris improbi, & immoderati, & hic eſt caſus noſter, ut dictum eſt: aliud, quòd poſt ſponſalia ſub conditione contracta ſequuta fuerit copula ante, & poſt adimplementum conditionis, & tũc ex tali copula etiam præcedenti infertur, & inducitur matrimonium à iure præſumptum, quia copula interueniens poſt ſponſalia pendente conditione ſponſaliorum facit cõditionem haberi pro non adiecta, & conſequenter reddit ſponſalia pura, & ideò copula operatur effectum ſuum, quia reperit, ſuper quo fundetur, & quòd confirmet, ut eſt tex. in d. c. per tuas, & in d. c. is, qui iunctis præcedentibus: ergo ſi copula etiam ante ſponſalia interueniſſet, ſecus fuiſſet. ¶ Non aduerſatur etiam prædictis text. in d. c. tua nos, ubi præſupponitur conſenſum non adeſſe, & tamen copula facit matrimonium præſumi in foro eccleſiæ, quia reſponde-
28 tur, † quòd ibi ex parte unius tantum defuit conſenſus, & ideò propoſitum in mente retentum nihil potuit operari l. cum in plures §. locator horrei ff. loca. ſecundum intellectum Pet. l. ſi repetendi C. de condict. ob cauſam. Præterea ex parte illius, cuius defecit conſenſus, interuenit dolus, & deceptio, & ne ex ſua malitia glorietur, & commodum reportet, fit interpretatio contra ipſum in foro iudiciali eccleſiæ, ut ibi communiter omnes ſentiunt: At in caſu noſtro abfuit conſenſus utriuſque partis cum iuramento, item nulla interuenit deceptio, & nullus dolus, nec aliqua ambiguitas, ſed ex utraque parte interuenit proteſtatio iurata, & acceptata, & conſuetudo fornicandi ex alia cauſa, quam perficiendi ſponſalia, ſeu matrimonium, quia ante omnem intentionem proteſtandi, & contrahẽdi matrimonium de facto, & quo ad uerba partes conſuetæ fuerunt ſe carnaliter coniungere: ergo his concurrentibus concludendum eſt, ex copula nullo modo præſumendum eſſe matrimonium etiam in foro iudiciali eccleſiæ, quia iura, gloſæ, & doct. in caſibus, quibus uolunt matrimonium debere ex copula præſumi, non loquuntur in ſimili caſu, ſed in aliis penitus diuerſis, ut ex prædictis colligitur: & ideò ex illis ad caſum noſtrum, in quo tot concurrunt coniecturæ, & tot alia uerba ex quibus arguitur, non eſſe præſumendum matrimonium,

ut demonſtratum fuit, non eſt facienda illatio tanquam ex
penitus diuerſis c. per uenerabilem qui fil. ſint legit. l. in-
ter ſtipulantem §. ſacram uerſi. ſed hæc diſimilia ff. de uer-
borum obligatio. l. naturaliter §. nihil commune ff. de ac-
quir. poſ. quare ſtantibus prædictis non ſunt hi iuuenes co-
gendi inuitas nuptias contrahere, quia inuitæ nuptiæ ſo-
lent malos euentus habere, ut in princi. 31. quæſt. 2. c. præ-
terea il 1. & c. requiſiuit de ſponſalibus. Nec obſtant ſu-
pra in contrarium allegata, & primo, quòd proteſtatio
etiam ab utraque parte acceptatata non impedit actum
contrarium ex interuallo factum, etiam ſi proteſtatio re-
ſpiciat futurum actum, niſi ea ſit generalis, & facta per
uerba prægnantia, ut ſenſit Bar. in d. §. celſus, & expreſsè
ponit Iaſon in d. §. morte in 6. colum. cum aliis, quia re-
29 ſpondetur primo, † ſatis eſſe, quòd proteſtatio futurum
reſpiciat ad hoc, ut faciat ceſſare actum contrarium ex in-
teruallo factum, ut uidentur uelle docto. magis communi-
ter in d. §. morte poſt Bartol. & in d. §. celſus, & in d. l. pacta
nouiſſima, ubi Bartol. Alexand. Paul. de Caſtr. & alij docto.
communiter concludunt ſufficere proteſtationem habere
reſpectum ad futura, nec ipſi requirunt, quòd fuerit gene-
ralis, & ampla, ut colligitur ex uerbis, et exemplis, quæ po-
nit Barto. in d. §. pacta nouiſſima, ſed ſolus Iaſ. in d. §. morte
hoc conſiderauit, vnde ſequenda eſt communis opinio do
ctorum, quicquid dixerit Iaſ. nec aliud uoluit Barto. in d. §.
celſus, ſi rectè eius uerba ponderentur: dicit, enim ſi prote-
ſtatio largior fieret, ut quia ſe referret ad futurum. Præte-
rea ſi uerba tàm primæ, quàm ſecundæ proteſtationis benè
animaduertantur, ultra quòd expreſsè ad futurum ſe refe-
rant, ut clariſsimè colligitur ex earum uerbis, ibi, & ex tunc
dico, che non è mio animo, ne mia intẽtione, ne uoglio per
niuna uia eſſer moglie, ne ſpoſa &c. & ibi, Però ſe da meſ-
ſer Iulio mi fuſſe fatta alchuna carta di ſponſalitio, & ma-
trimonio, io inteudo, & uoglio indubitatamente, & lo
animo mio, & intentione è, che detta carta non uaglia co-
ſa alcuna; & che la ſia irrita &c. & ibi, & etiamdio che det-
to meſſer Lorenzo ci cõſtringeſſe à ponere lo anello nu-
ptiale, & (come ho detto di ſopra) quello, che ſe farà; ſi farà
ſolo per euitare il pericolo &c. dicuntur etiã eſſe pinguia,
& generalia, ut ex prædictis uerbis primæ, & ſecũdæ pro-
teſtationis apparet, & magis, quàm ſint uerba Barto. quæ
tanquam generalia, & ampla conſiderat Iaſ. in d. §. morte
in 6. colum. & ad propoſitum benè facit id, quod uoluit
gloſ. in d. c. tua nos, in glo. ibi, quod aliquis proteſtetur co-
ram pluribus, quod omnia, quæ dicet, uel faciet &c.

¶ Secundo principaliter non obſtant ea, quæ uoluit glo.
in d. c. tua nos, & in d. c. per tuas, quia ex prædictis apparẽt
30 nihil facere ad caſum noſtrum, † nam glo. in d. c. tua nos
loquitur primo, quando proteſtatio facta in iis, quæ de-
pendent à uoluntate duorum facta fuit ab uno tantum, &
non peruenit ad notitiam alterius, & fuit ab altero ſo-
lum facta animo decipiendi alium, & ideò non tollit con-
trarium actum poſtea factum, ut per docto. in d. c. tua, in
d. l. pacta nouiſſima, & in d. §. morte, ac etiam in d. §. cel-
ſus, ubi requiritur ad hoc, ut proteſtatio alteri præiudi-
cet, quòd ad illius notitiam deuenerit: Item in d. c. tua
cum ibi not. non ualet proteſtatio ad præiudicium matri-
monij præſumpti, quod ex copula reſultat, quia fuit fa-
cta animo decipiendi mulierem, ut ibi omnes docto. ſen-
tiunt, & uolunt: Sed in caſu noſtro proteſtatio fuit rece-
pta, immò facta ab utraque parte, & non fuit deceptoria,
nec doloſa, quia ſcienti non fit deceptio, nec dolus, ut ſupra
dictum fuit, ergo &c. Præterea in terminis glo. d. c. per
tuas copula ſequens reperiit ſponſalia præcedentia ualida
facta ſub conditione, ſuper quibus potuit fundari, & ideò
proteſtatio nihil nocuit, ut ſupra latius dictum fuit.

¶ Non obſtant ea, quæ uoluit do. Anto. in d. c. tua nos, & in
d. c. is, qui fidem, cum quo uidentur cæteri doctores per-
tranſire, quia ſuper hac doctrina do. Anto. & aliorum mul-
ta ſuperius fuerunt dicta, ex quibus conſtat illam non ad-
uerſari caſui noſtro: vnde ulterius non inſiſto, nec repeto
prius dicta: ex quibus omnibus infertur, quòd in terminis
noſtris non dicitur aliquod matrimonium ualidum, & le-
gitimum contractum inter dictos do. Iulium, & Menicham,
ſtante proteſtatione mutua generali, & habente tractum de
futuro, ac iurata inter eos facta, & ſtante conſuetudine in-
uicem coeundi.

ADDITIO.

VLTRA ea, quæ dicta fuerunt circa doctrinam domi
ni Antonij, & gloſ. in d. c. tua nos de ſponſalib. & in c. per
tuas de conditio. apposit. ac etiam text. in c. ueniens il 2. &
c. ad id de ſponſalib. & c. ſignificauit de eo, qui duxit in ma-
trimo. quam pollo. per adulter. cum aliis &c. ut dubiæ men
31 ti, quoad poſſit, ſatisfiat, conſiderandum eſſe puto, † quòd
ad perficiendum, & ualidandum matrimonium mediante
uoluntaria copula carnali, quandoque ex copula aliquid
non præſumitur, ſed obſtaculum ſolum remouetur, ſeu ui-
tium purgatur, ut contingit, quando matrimonium fuit uio
lenter, ſeu metu contractum, & hoc caſu ex copula uolun-
tariè ſubſequuta non præſumitur conſenſus, quia ille ade-
rat, ſeu interuenerat, quamuis uiolenter, ſeu per metum,
cum uoluntas, ſeu conſenſus coactus, uel meticuloſus uolũ-
tas, & conſenſus ſit, ut l. ſi mulier §. ſi metu ff. quod metus
cauſa; ſed ſimpliciter uitium uiolentiæ, & metus purgatur,
ac tollitur, & ſic remanet mutuus conſenſus liber, à quo
matrimonium cauſatur, ut in dicto c. ueniens, & argumen.
d. c. ad id cum ſimilibus: quandoque ex copula uolunta-
riè ſubſequuta conſenſus, qui erat de futuro, præſumitur
de præſenti ad perficiendum matrimonium, ut in d. c. is, qui
fidem, & in c. ueniens il 2. de ſponſalib. quandoque præſu-
mitur conſenſus unius tantum, qui dolum, & fraudem adhi
buit ad alterum, qui uerè conſenſit, decipiendum, ut in ca-
ſu d. c. tua nos, & ibi gloſ. quandoque copula carnalis uo-
luntariè ſubſequuta facit conſenſum conditionalem præ-
ſumi purum, ut in caſu d. c. per tuas, & in caſu iſto, & in pro-
ximis præcedentibus proteſtatio contraria non impedit ma
trimonium, ſeu iuris conſequutiuum, quoniam tanquam
turpis reiicitur, ut per glo. in dicto c. per tuas, & in dicto c.
tua nos, ibique doctores: Nam licet facta fuerit proteſta-
tio contraria, & illa tãquam turpis remoueatur, tamen co-
pula reperit aliquid, ſuper quo fundari poteſt ad inducen-
dum matrimonium, uidelicet uel conſenſum meticuloſum,
aut coactum, uel conſenſum de futuro, uel conſenſum alte
rius partis uerum, & uoluntarium, uel conſenſum condi-
32 tionalem, ut in caſibus ſupra enumeratis: † Nunquam ta-
men reperij, quòd canon ad perficiendum, & ualidandum
matrimonium inter aliquos mediante copula præſumat
conſenſum utriuſque partis, alioquin ſequeretur, quòd
abſque uerò conſenſu ex ſimplici copula poſſet præſu-
mi matrimonium contractum eſſe contra textum in l. nu-
ptias ff. de regulis iuris: Similiter, quòd ex copula, quæ ſe-
quuta eſſet poſt nuptias ſimulatas, ſeu matrimonium ioco-
ſè per uerba de præſenti contractum, præſumeretur ue-
rum, & irreuocabile matrimonium, contra ea, quæ uoluit
gloſ. communiter approbata in d. c. tua nos relata ad text.
quæ expreſſè contrarium ſenſit: ſimiliter ſequeretur, quòd
ſi inter illos, inter quos contracta erant ſponſalia de futu-
ro, ea fuiſſent diſſoluta, deinde ſequuta eſſet inter eos co-
pula carnalis, ex illa præſumeretur matrimonium, cuius
contra-

contrarium tamen uolunt dominus Antonius, Abb. & alij
33 in c. ueniens il 2. de ſponſalib. Nam † abſque conſenſu uero, uel præſumpto, impoſſibile eſt, ut matrimonium dicatur uerè contractum, cum conſenſus ſit de ſubſtantia illius d. l. nuptias, c. cum locum, & c. requiſiuit de ſponſal. & nunquam, ut dictum eſt, à canone ſimpliciter ex copula carnali præſumitur conſenſus utriuſque partis abſque alio admini culo ad perficiendum matrimonium, niſi in caſibus proximè relatis. Sed quãdo præceſſit mutua proteſtatio, & iurata cõtraria matrimonio contrahendo, illa conſenſum utriuſq; partis excludit, & remouet, quia in actibus à conſenſu duorum dependentibus proteſtatio generalis uerbis prægnantibus facta, quæ reſpiciat actum de futuro, facit, ut actus poſtea factus dicatur ſine conſenſu factus, Bar. & alij in l. non ſolum §. morte de nou. oper. nuncia. & in l. qui in aliena §. celſus de acq. hære. Et in terminis matrimonij hoc uolunt canoniſtæ communiter in d. c. ueniens il 2. & in d. c. tua nos, quòd præcedente mutua proteſtatione, de qua ſupra, ſi ſolum contractum eſſet matrimonium per uerba de præſenti, non ualeret, tanquam conſenſus defecerit, qui pro ſub-
34 ſtantia requiritur, ergo † ſi ex copula ſubſequenti diceretur perfici, & ualidari, ſequeretur, quòd ex hac copula præſumeretur conſenſus non alterius tantum, ſed utriuſque, qui per ſe cauſaret matrimonium uerum, quod nullibi eſt iure cautum. Ex quibus uidetur dictum do. Anto. in d. c. tua nos non eſſe tutum, nec ſtare poſſe, quoniam ſine conſenſu uero, aut ex copula præſumpto, nõ poteſt eſſe matrimonium, & requiritur, quòd conſenſus unius partis tantum ſit à iure præſumptus, & non utriuſq; partis. Nec obſtat, & eſt de mẽte do. Anto. in d. c. tua nos, quòd mutua proteſtatio contraria matrimonio contrahendo, ſi copula ſequuta ſit, non impedit iuris conſequutiuum, & tãquam turpis, & fouens pẽc
35 catum eſt reiicienda: quia reſpondetur, † hoc uerum eſſe, quando ex tali copula reſultaret præſumptio iuris, & de iure, ut quia haberet præexiſtentem materiam, ſuper qua fundari poſſet, prout dicitur de fictione iuris, quæ ſimilis eſt huic præſumptioni iuris, & de iure, iuxta gloſ. in d. c. is, qui
36 fidem, † quæ fictio debet eſſe fundata in æquitate ad not. per Bart. in l. ſi is, qui pro emptore ff. de uſucap. & probatur
37 in terminis noſtris, † quia quandocunque canon præſumit ex copula conſenſum ad perficiendum matrimonium, aut illum præſumit ex præexiſtente uero conſenſu de futuro, ut in caſu d. c. is, qui fidem, iunctis iis, quæ habentur in d. c. ueniens il 2. aut præſumit ex præexiſtenti conſenſu uero con ditionali, ut in caſu d. c. per tuas cum glo. aut ex præexiſtenti uero conſenſu unius partis tantum, hoc eſt mulieris, ut in caſu d. c. tua nos; at quando proteſtatio mutua, & iurata contraria matrimonio futuro præceſſiſſet, tunc ſi ex copula ſubſequenti præſumeretur conſenſus ad perficiendum matrimonium, diceretur præſumi conſenſus utriuſque partis, quia propter mutuam proteſtationem, de qua ſupra, neutrius uerus conſenſus extabat, ergo non ſupereſtaret ſufficiens materia, ſuper qua fundari poſſet præſumptio illa iuris, & de iure: & ex iſtis, ac aliis, quæ ſupra in conſilio ſunt dicta, apparet dictum do. Anto. nudum à ratione, iure, & auctoritate reſtare: ergo non eſt illi credendum, ſed tenẽdum eſt id, quod ſupra fuit concluſum, quod uidetur fundatum iure, ratione, & auctoritate, ut oſtenſum fuit: & peccatum fornicationis per ſe in hac materia non eſt conſiderabile,
38 ne contingat inuitas, & iniuſtas nuptias conſeruare, † quæ ſolent malos euentus parere c. præterea il 1. c. requiſiuit de ſponſalib. & in princip. 31. quæſtio. 2. & probatur ex iis, quæ habentur in d. c. tua nos, & in d. c. ueniens il 2. cum ſimilibus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Viro ne, an mulieri quando credatur de copula carnali, & quando magis uni, quàm alteri, ſi unus affirmet, & alter neget, & num. 7. & 11. & per totum uſque in finem conſilij.*

2 *Affinitas ſolum per copulam carnalem, & carnis commixtionem contrahitur.*

3 *Matrimonium contractum etiam per uerba de præſenti, ſed nondum copula carnali conſumatum ſolum uinculum, & impedimentum publicæ honeſtatis cum conſanguineis coniugum inducit.*

4 *Vinculum, & impedimentum publicæ honeſtatis inter conſanguineos coniugum dicitur à lege canonica, & à iure poſitiuo introductum.*

5 *Super impedimento publicæ honeſtatis Papa liberè, & abſque expreſsione cauſæ diſpenſat.*

6 *Mulier aſſerens ſe uirginem, & non corruptam à uiro an, & quando contra uiolentam iuris præſumptionem, ſeu teſtium probationem ſuper copula carnali poſſit etiam per iuramentum ſuum probare ſuam aſſertionem, & num. 9. & 12.*

8 *Copula carnalis quomodo per teſtes probari poſſit.*

9 *Iurare ad delationem alterius quando quis non teneatur, & quando iuramentum illud à parte delatum licitè recuſetur, & num. 10.*

EPITOME *habetur in ſummario num. 1.*

CONSILIVM XXXVI.

DVBIVM eſt in præſenti cauſa, ſi per plures teſtes genere, nobilitate, moribuſque probatiſſimos, & omni exceptione maiores probatum fuit, quòd Titius primus maritus, & Seia uxor ambo legitimæ ætatis, & uiripotentes poſt matrimoniũ inter eos per uerba de præſenti contractum, & ſolennizatum, in loco ſecreto ſoli, nudi iacentes more maritali in eodem lecto ſæpius, & iteratis uicibus ſimul cubuerint, ea, ut credunt, intentione, ut ſe inuicem carnaliter cognoſcerent, & quorum teſtium aliqui etiam deponunt ſæpe audiuiſſe præfatum Titium primum maritum dicentem, & affirmantem ſe præfatam Seiam coniugem carnaliter cognouiſſe, utrum depoſitiones teſtium huiuſmodi tàm claram, certam, & indubitatam carnalis copulæ probationem faciant, ut licet prædicta Seia, poſtquam cum Sempronio conſanguineo primi uiri matrimonium contraxit, etiam iureiurando aſſeruerit, ſe ex complexu dicti Titij ſui primi uiri uirginem euaſiſſe, tamen huic etiam iuratæ aſſertioni ſtari non debeat, quamuis ad fauorem ſecundi matrimonij tendere dicatur. Hæc dubi-
1 tatio penes me ſatis ambigua cenſetur, quoniam † uidetur magis ſtandum eſſe aſſertioni uiri affirmantis ſe uxorem carnaliter cognouiſſe, quàm dicto, & iuramento mulieris contrariũ aſſerentis, nam cum uir dicatur eſſe caput mulieris, ſequitur, quòd uiro potius credendũ eſt de copula carnali, quàm mulieri dicenti ſe uirginem euaſiſſe, ut in c. duo pueri, c. continebatur de deſponſa. impuberum, & c. ſi quis acceperit 33. quæſtio. 1. Et hoc præcipuè uerum uidetur, cum ſimus in caſu, in quo mulier per aſpectum corporis ex dicto plurium honeſtarum matronarum, & obſtetricum, quæ inſpexerunt, corrupta cenſeatur iuxta textum in c. propoſuiſti de conceſ. præben. & in c. cauſam de probat. taliter quòd ipſa amplius ſe uirginem probare, & incorruptam ſe oſtendere nequeat, cum iam conſtiterit, ut ſupra, illam eſſe corruptam, & à ſecundo uiro cognitam, ut colligitur ex iis, quæ uoluit glo. in d. c. continebatur, quæ dicit, quòd de copula magis creditur uiro, quam mulieri, quando mulier non probaret, ſeu probare non poſſet per aſpectum corporis ſe uirginem eſſe, ut quia ipſa iam filios peperiſſet ad nadita per glo. in d. c. ſi quis acceperit. Præterea ex quo mu-

lier ſtatim,quo ſimul in eodem lecto cum uiro concubuit, non proclamauit, ſe ipſam cognitam non fuiſſe, & uirum eſſe impotentem, poſtea ipſi de uirginitate non creditur, ſed uiro contrarium affirmanti c.1.de frigi.& malefi.quoniã raro aliquis inuenitur impotens ad coeundũ c.quia tua 50.diſt.& ideò potius dicto uiri ſtatur.¶ In contrariũ autẽ, quòd magis credendũ,& ſtandũ ſit aſſertioni,& iuramento Seiæ honeſtiſſimæ mulieris,quòd à Titio primo uiro carnaliter cognita nõ fuerit,multa poſſent adduci:Primo.n.facit, quia in terminis noſtris aſſeueratio mulieris affirmantis ſe uirginem,& talẽ ex complexu primi uiri euaſiſſe,facta fuit in cauſa iam mota ſuper ualiditate ſecundi matrimonij,& ad illius fauorem,ut ualeat,& conſeruetur, aſſeueratio autem primi mariti,qui contrarium dixit,tendit ad præiudiciũ ſecundi matrimonij,ut illud debeat ſeparari,ergo ſequitur, magis ſtandum eſſe dicto mulieris,quia ipſa ſtat pro matrimonio,quod eſt fauorabile,ſicut magis creditur uiro de copula,quando uir pro matrimonio ſtaret, ut uoluit glo. magna in d.c.ſi quis acceperit.Et hoc maximè uerũ eſt in caſu noſtro,cum Titius primus maritus dixerit ſe carnaliter Seiam cognouiſſe, ſimpliciter abſque iuramento hoc aſſerendo:& ideò potius erit ipſi mulieri iuranti de ſua uirginitate credendum,præſertim quia,ut dixi, ipſa ſtat pro matrimonio,per tex.cum ibi not.in d.c.continebatur,ubi ita demum creditur magis uiro,quòd mulierem cognouerit,quàm mulieri contrarium aſſerenti, ſi uir id iuramento firmauerit, ergo ſine iuramento ſecus erit arg.illius tex.¶ Secundo ad propoſitum adduco ſolẽne dictum Hoſtien. in d.c.duo pueri de deſpon.impub.quod Abb.Sicul. ibi ſequitur, multũq; commendat,quòd ſi copula confirmaret matrimonium,& ad illius confirmationem tenderet,tunc magis ſtaretur dicto mulieris affirmãtis copulam interueniſſe,& ſe à uiro cognitam fuiſſe, quàm dicto uiri contrarium dicentis,& hoc fauore matrimonij,& reſpõdet Abb.illi tex. in d.c.duo pueri,ut ibi per eum:Sed in terminis noſtris aſſeueratio mulieris iurata dicentis ſe cognitam non fuiſſe à primo uiro tendit ad fauorem ſecundi matrimonij,& ad illius cõfirmationem,aſſeueratio uerò dicti Titij primi uiri uenit contra matrimonium,ergo potius ſtãdũ eſt aſſertioni mulieris:Quòd autem aſſeueratio Seiæ tendat ad fauorem ſecundi matrimonij,& aſſertio Titij tendat ad illius præiudicium, clariſſimè conſtat,quoniam ſi illa à Titio primo coniuge carnaliter cognita non fuiſſet, profectò nulla fuiſſet contracta affinitas inter ipſam Seiam,& conſanguineos Titij primi uiri, & conſequenter nec inter ipſam, & Sempronium conſan-
2 guineum Titij,cum † affinitas tantummodo cõtrahatur per copulam carnalem,carniſque commixtionem, ut in c.nullum,ibiq; glo.& c.ſanè 35.q.2.iuxta illud erunt duo in carne una Gene.cap.2.& in c.gaudemus de diuor.& per Abb. in c.iuuenis de ſponſ.ergo nullo exiſtente uinculo, ſeu gradu affinitatis inter ipſos,matrimonium inter eos cõtractum ſolum diceretur contractum contra prohibitionem, & uinculum iuris poſitiui introducentis uinculum publicæ honeſtatis ex uerborum de præſenti deſponſatione,non autẽ affinitatis,ut in c.quidam deſponſauit,& ibi gloſ. 37.q.2.quæ
3 uoluit,quòd † ſi matrimonium fuerit contractum etiã per uerba de præſenti, ſed nondum copula conſumatum, non contrahitur uinculum affinitatis, quod per unitatem carnis contrahitur, ſed ſolum uinculum publicæ honeſtatis cum conſanguineis coniugum,& facit tex.in c. ſi quis deſponſauerit il 1.& il 2.& c.ſi quis uxorem eadem cauſa,& quæſtione,c.ad audiẽtiam de ſponſa.& ibi glo.in uer.habere, & eſt glo.not.in c.non debet in uer.ſecundis de conſanguinita.&
4 affinit. † quòd uinculum publicæ honeſtatis ſimplex dicitur eſſe introductum à lege canonica, & de iure poſitiuo, ut colligitur ex glo.magna circa fin. d.c.non debet, & c.1.

de ſponſal.& matri.in 6. & dicit Abb.in d.c. ad audientiam in 2.notab.quòd hoc impedimentum inductum eſt per eccleſiam,& ipſe etiam hoc clarius uoluit in c. iuuenis in ult. notab.eodem titu.dicit etiam in c.ſponſam de ſponſa.quòd maior eſt honeſtas,ut non ducatur ſponſa de præſenti,cum qua matrimoniale uinculum eſt contractum, quàm ſponſa de futuro,cum ſolum facta ſit promiſſio futurarum nuptiarum, & ſic infertur ſecundum Abb.quòd tàm ex ſponſalibus de futuro, quàm ex matrimonio de præſenti, non ſequuta copula carnali,oritur impedimentum publicæ honeſtatis inter ſponſam,ſeu maritatam, & conſanguineos ſponſi,ſeu mariti,& è contra,ſed carnis copula inter eos interueniente oritur aliud uinculum,uidelicet affinitatis, quod eſſe dicitur iuris diuini,propter unitatẽ carnis,ut omnes conſanguinei uxoris ſint affines mariti, & è conuerſo c.ſuper his de conſanguini.& affinita.cum ſimilibus aliàs allegatis: Si ergo inter conſanguineos Titij, & ipſam Seiam fuiſſet ſolum uinculum publicæ honeſtatis contractum, profectò ualeret diſpẽſatio Papæ in caſu noſtro inter Seiam,& Sempronium conſanguineum Titij,quia Papæ permiſſum eſt liberè,& abſque expreſſione cauſæ diſpenſare ſuper impedimento eccleſiæ,& iuris poſitiui,ut in d.c.propoſuit de conceſſ.præben.cum ſimilibus ſupra allegatis poſt Abb.& alios
5 in c.literas de reſtit.ſpoliat.Et † ſuper impedimento publicæ honeſtatis doctores omnes fatentur Papã poſſe diſpenſare,tanquam ſuper impedimento iuris poſitiui,ut per Abbatem,& alios in c.ſponſam de ſponſa.& in c.non debet de conſanguin.& affinit.Et ſic infertur, quòd ſi in terminis nõſtris ſtari deberet aſſertioni mulieris, quòd ipſa non fuiſſet carnaliter à primo uiro cognita, ſolum diceretur extitiſſe impedimentum publicæ honeſtatis inter ipſam,& Sempronium,& conſequenter Papæ diſpenſatio ualuiſſet,& ſic aſſeueratio Seiæ tenderet ad fauorem matrimonij, illiuſque conſeruationem,& è cõntra aſſeueratio Titij primi uiri affirmantis ſe coniugem Seiam carnaliter cognouiſſe faceret contra ſecundum matrimonium, & ad illius præiudicium,ſi per copulam carnalem fuiſſet contracta affinitas,ut ſupra,inter ipſam Seiam,& conſanguineos Titij. Ex prædictis ergo inferendum uidetur,quòd in caſu noſtro aſſertioni potius mulieris,quàm Titij primi uiri ſtari debeat. Præterea ex quo Seia offert ſe uelle iurare, uel iuramentum referre Sempronio,quòd ipſa erat uirgo tempore,quo ſe illi copulauit,equidem manifeſtiſſimæ turpitudinis, & confeſſionis cenſeretur eſſe, ſi ipſe Sempronius nollet iurare, nec iuſiurandum deferre l.manifeſtæ ff.de iureiurand.
6 ¶ Poſtremo † etſi per teſtes conſtare poſſit uiolenta iuris præſumptione,quòd ipſa Seia fuerit carnaliter à primo uiro cognita,probando,quòd ipſa iacuerit nuda cum nudo in eodem lecto,& ſolus cum ſola iuxta tex. in c.literas cum c. ſequen.de præſump.& iuxta illud Ouidianum,A iuuene,& cupido credatur reddita uirgo,& per glo.in d.c.ſi quis acceperit 33.q.1.contra tamen hanc uiolentam præſumptionem mulier poteſt probare,quia hæc non eſt præſumptio iuris,& de iure,contra quam probatio in contrarium non admittatur,ut in c.is,qui fidem de ſponſal.ſed eſt præſumptio iuris tantum, contra quam probari poteſt etiam per ſimplex iuramentum,ut probatur in c.nec aliqua 27.q.1.& in c.extraordinaria 35.q.3. ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus,aliter concludendum eſſe puto, & hoc de iure ueriſ-
7 ſimum eſſe arbitror, quòd † in præſenti cauſa non ſit ſtandum dicto, & iuramento mulieris quantumcunque ſanctiſſimæ, & honeſtiſſimæ, quòd euaſerit uirgo de manibus primi uiri, cum per plures teſtes genere nobiles, fide dignos, & omni prorſus ſuſpitione carentes probetur, ipſam ſæpius iacuiſſe, & concubuiſſe nudam cum nudo, ſolam cum ſolo in eodem lecto in locis ſecretis, & latebris

bris ad hoc commodis, horiſque electis ea, ut creditur,
intentione, ut interſe carnaliter cognoſcerent, per quam
probationem plenè, & uioléter dicitur probata copula car
8 nalis inter ipſam Seiam, & Titium primum uirũ, quia † ue-
rè, directè, & concludenter copula carnalis per teſtes pro-
bari non poteſt, ſed dumtaxat præſumptiuè, & ſi eo modo,
quo proximè dictum fuit, probaretur, diceretur uiolenta,
immò uiolentiſſima præſumptio, ut in d.c. literas cum ſeq.
de præſumptio. c. nec aliqua 27.q.1.& gl. in d.c. extraordi-
naria; quæ de iure cēnſetur legitima probatio etiã ad præ-
iudicium matrimonij, ut in dictis iuribus, & per glo. in uer.
ſuſpitio in c. dixit dominus 32.q.1.& in c. adulterij de adul.
contra quam probationem, & uiolentam præſumptionem
quamuis admittatur probatio per teſtes, puta per honeſtas
matronas, & peritas mulieres, & obſtetrices, ut in c. propo-
ſuiſti de proba. & habetur in c. cauſam eo. tit. & hoc, quando
dubium eſſet, an eſſet uirgo, ſeu corrupta, quia non obſtan
te illo ſimultaneo concubitu admitteretur probatio con-
traria per aſpectum corporis, ut per gl. in c.1.& in c. ſi quis
acceperit 33.q.1.& in d.c. extraordinaria: quãdo uerò ma
nifeſtum eſſet ipſam mulierem eſſe corruptam, & conſe-
quenter contra illam uiolentam probationem, & præſum-
ptionem probatio per aſpectum corporis fieri non poſſet,
tunc poſſet probari per teſtes idoneos ſuper hac negatiua
deponentes, illam coarctando loco, & tempore, quòd mu-
lier à tali non fuerit cognita, ut per glo. in d.c. dixit domi-
nus 32.q.1. iunctis iis, quæ habentur in c. tertio loco, & in c.
quoniam contra de proba. in princ. & in l. actor C. de pro-
bat. cum ibi no. & per ſimplicem aſſertionem, & iuramen-
tum mulieris contra illam uiolētam probationem nõ poſ-
ſet probari, quoniam etiam ad præiudiciũ matrimonij po-
tius ſtandum eſt præſumptioni, & probationi uiolentæ, de
qua ſupra, quam ſimplici iuramento mulieris affirman-
tis contrarium, ut in d.c. literas cum ſeq. de præſump. iũcta
glo. in d.c. dixit dominus in glo. magna in fin. ex quibus in-
9 fertur, quòd † ultra huiuſmodi præſumptionem, & proba-
tionem uiolentam, quæ quoad hunc effectum dicitur legi-
tima, & plena probatio, Sempronius conſanguineus Titij,
qui habet fundatam intentionem ſuam ſuper copula car-
nali contracta inrer Seiam, & Titium primum eius uirum,
non tenetur aliter ad alicuius delationem iurare, tum quia
non interfuit, nec præſens fuit, & ideò de hoc facto iurare
non tenetur, iuxta no. in l.2.§. quod obſeruari C. de iureiur.
prop. calũ. & per Bar. in l. manifeſtæ in ult. col. ff. de iureiu.
tum etiam quia ex quo ipſe per teſtes legitimos probauit
copulam corporis, mulieremq; fuiſſe carnaliter cognitam
eo modo, quo de iure probari poteſt iuxta tex. in d.c. literas
cum ſimili. quæ ſpecies probationis dicitur legitima, & ple-
na, ut ibi, idcirco ſequitur, quòd ultra illam probationem,
quæ pro legitima, & plena à iure reputatur, nõ tenetur ſu-
bire iuramentum, nec ad ſuperfluam iuramenti probatio-
nem arctatur, quia ſatis eſt, quòd intentionem ſuam legiti-
mè, & plenè probauerit eo modo, quo de iure probari po-
teſt, abiq; eo, quod aliter iuret, & anceps iuramentũ ſubire
teneatur arg. tex. not. ibiq; doc. communiter in c. ſicut cõ-
ſuetudo de probatio. ¶ Non obſtat tex. in d.c. extraordina-
ria, ubi admittitur iuramentum mulieris affirmantis ſe uirgi
nem contra illam probationem, & præſumptionem uiolen
tam, de qua in d.c. nec aliqua, & in d.c. literas, quia non ob-
ſtante illo tex. contrarium uoluit glo. in d.c. dixit dominus,
dicens, quòd contra illam probationem uiolentam factam
per teſtes non admittitur probatio, quæ fieret per ſimplex
iuramentum mulieris iurantis ſe uirginem euaſiſſe, ſed be-
ne admittetur probatio per teſtes contrarium, ut ſupra, de-
ponentes. Nec aduerſatur ille tex. in d.c. extraordinaria,
quia ſecundum gl. fin. ibi illud obtinet, quando mulier uir-
go euaſiſſet, & non fuiſſet corrupta, & uolebat contra illã
uiolentam præſumptionem probare per teſtes ex aſpectu
corporis ſui iuxta tex. in d.c. nec aliqua, & in d.c. propoſui-
ſti: et ultra illam probationem ex ſuperabundanti, & ad
cautelam mulier ſe offerebat etiam ſe uelle iurare, quia tũc
iuramentum ſuum admitteretur, & ita intelligatur ille tex.
Sed in caſu noſtro Seia non eſt uirgo, & conſequenter uir-
ginitatem ſuam probare non poteſt per aſpectum corpo-
ris, ut per glo. in d.c. ſi quis acceperit, ergo tex. in d.c. ſi ex-
traordinaria ad rem non facit. ¶ Non obſtat, quòd manife-
ſtæ turpitudinis eſt nolle iurare, nec iuramentum referre
10 d.l. manifeſtæ, quia reſpondetur † hoc uerum eſſe, niſi quis
ſuam intentionem aliter plenè, & legitimè probaſſet, puta
per teſtes, ſecundum quod ius permittit, quia tunc non te-
neretur iurare, nec etiam iuramentum referre d.c. ſicut cõ
ſuetudo, & c. fin. de iureiur. & uidetur hoc eſſe ueriſſimum.
Præterea ut dicunt Bar. & alij in d.l. manifeſtæ, quando iu
ramentum defertur à parte parti, poteſt licitè recuſari l. ge
neraliter §.1. C. de iureiur. ſi uerò iudex talem delationẽ
approbaret, & præciperet parti, cui iuramentum eſſet dela
tum, quòd iuraret, tunc ſine iuſta cauſa recuſare non poſ-
ſet, alioquin eſſet manifeſtæ turpitudinis, & confeſſionis d.l.
generaliter §.1.& ita poteſt intelligi text. in d.l. manifeſtæ:
Ex cauſa tamen iuſta pars, cui iuramentum eſſet delatum,
ſeu præceptum à iudice, quòd iuraret, poſſet recuſare, &
cauſa iuſta recuſandi inter alias cauſas eſt, quando quis re-
cuſaret propter ignorantiam, uel dubitationem facti illius,
cui defertur, uel refertur l. iuſiurandum & ad pecunias §.1.
& §. ait prætor, & ibi Bar. & in d.l. manifeſtæ ff. de iureiurã.
Sed in terminis noſtris Sempronius conſanguineus primi
uiri iuſtè poteſt ignorare, & dubitare de copula carnali Ti
tij, & an mulier à primo uiro carnaliter cognita fuerit, quia
alieni facti tolerabilis eſt ignorãtia, & dubitatio, ut in l. ſi. ff.
pro ſuo, & l. plurĩũ ff. de iur. & fac. ign. ergo põt iuſtè recu-
ſare iuramẽtũ, ſi ipſi deferatur, ſeu referatur. ¶ Ex ſupra re
11 latis igitur poſſunt aliquæ cõcluſiones inferri, prima, † quòd
quando copula carnalis probari non poteſt per teſtes depo
nentes ex aſpectu corporis, uel præſumptiuè iuxta tex. in d.
c. propoſuiſti, & in d.c. literas cum ſimilibus, & una pars fa-
tetur, alia uerò negat copulam carnalem, tunc ſtatur dicto,
& aſſertioni illius, qui ſtat pro matrimonio, & hoc fauore
matrimonij, ſiue eſſet uir, ſiue eſſet mulier arg. not. per glo.
in d.c. ſi quis acceperit, & per Hoſt. quem ſequitur Abb. in
d.c. duo pueri. ¶ Secunda concluſio ſit, quòd ex quo uir di
citur eſſe caput mulieris, potius ſtandum eſt aſſertioni ma
riti affirmantis ſe uxorẽ carnaliter cognouiſſe, quam aſſer-
tioni mulieris contrariũ dicentis, & hoc, quãdo uir iſtud iu
ramento affirmaret, ſecus ergo infertur eſſe, ſi uir ſuo iura-
mento hoc non affirmaret c. continebatur de deſponſa. im-
12 pub. cum ibi not. ¶ Tertia concluſio ſit, quòd † quando co-
pula carnalis uiolẽter probata eſt per teſtes mediãte iuris
præſumptione uiolentiſſima iuxta text. in c. nec aliqua 27.
q.1.& in d.c. literas cum ſeq. de præſump. tunc contra talẽ
probationẽ nõ admittitur probatio per iuramentũ mulie-
ris cõtra matrimoniũ, ſed ſolũ per teſtes deponẽtes, uel per
aſpectũ corporis, uel directè ſuper mera negatiua, proban
do negatiuã illo modo, quo de iure probari põt, ut eſt gl. in
d.c. dixit dñs 32.q.1.& ſ dixi, & hic uidetur caſus noſter.
¶ Quarta concluſio ſit, quòd quando aliquis copulam car
nalem per teſtes legitimè probauit, & eo modo, quo de iu
re probari poteſt iuxta tex. in d.c. literas, tunc non requiri-
tur, quòd ultra illam probationem teſtium ipſe onere iu-
riſiurandi grauetur, quia ultra probationem legitimam
quis non tenetur coadiuuare probationem plenè factam
per ſuum iuramentum d.c. ſicut conſuetudo de proba. ibiq;
glo. & ſcriben. Nec in caſu iſto locũ habet illa regula, quòd

manifeſtæ turpitudinis,& confeſſionis ſit nolle iurare, nec iuramentum deferre,ut ſupra dictum fuit: Et per prædicta concludendum eſt,quòd in caſu noſtro nullo modo ſtandũ eſt aſſertioni,& iuramento Seiæ quantumcunq; religioſiſſimæ,honeſtiſsimæ, & pudiciſsimæ mulieris, ſed ſtari debet probationi factæ per teſtes ſuper copula carnali Titij primi mariti,non aduerſantibus iis,quæ ſupra in contrariũ adducebantur,quibus ex prædictis reſponſio clara colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi debitori tanquam hæredi uniuerſali ſuccedat, iura ipſius creditoris tolluntur, & confunduntur.*
Niſi cum beneficio legis, & inuentarij hæreditatem adiuerit, numero 10.
2 *Vxor tanquam hæres marito ſuo ſuccedens, creditrix dotium ſuarum eſſe deſinit, & dotes cum patrimonio mariti confunduntur:*
Et an dotes ſuas deducere, & ab aliis bonis ſeparare poſſit, numero 11.
3 *Vxor tanquam hæres mariti ſi pro filiabus dotes, & ultra dotes omnia bona hæreditatis promiſit, ſibi per hanc promiſſionem quo ad dotes ſuas præiudicauit: Contra nu. 12.*
4 *Æs alienum appellatione bonorum deductum cenſetur, ſecus ſi de bonis, & de hæreditate mentio fiat: quid ſi mentio facta ſit de bonis hæreditatis nu. 6.*
5 *In promiſſione, & obligatione generali bona, & iura dotalia non continentur, maximè ſi mulier plura alia bona ultra dotalia habeat.*
7 *Filia in certis rebus à patre inſtituta, & iuſſa ſtare tacita, & contenta, & quòd plus de bonis ſuis petere non poſſit, dotes maternas ſibi à patre debitas petere poteſt.*
Idem, ſi dictum ſit, quòd plus de bonis ſuæ hæreditatis petere non poſſit, ſecus, ſi dictum eſſet de bonis, & de hæreditate ſua numero 9.
8 *Verba demonſtratiuè poſita non poſſunt ſtare diſpoſitiuè.*
13 *Iuramentum facit actum aliàs de iure inualidum firmum, & utilem.*
14 *Promiſſio ex cauſa dotis, & matrimonij facta abſque inſinuatione, & ſolemnitate ualet.*
15 *Tertio abſenti an, et quando ex facto, & geſto alterius illius nomine cum aliquo contrahente ius acquiratur, nec locus ſit reuocationi, aut pœnitentiæ, & nu. 32. & 33.*
16 *Dotis futuræ nomine, aut quando nupſerit, mulieri dari promiſſum, ſeu mandatum, ante nuptias, & re integra reuocari non poteſt.*
17 *Verba & amplius quando repetitionem non inducant.*
18 *Repetitio nulla fieri dicitur, quando eſt rerum diuerſitas, licet ſit perſonarum identitas, & duæ ſunt orationes perfectæ.*
19 *Promittat ſi quis dotes in una oratione perfecta, & poſtea in alia oratione ſeorſum his uerbis, & amplius ultra dotes promittat omnia bona &c. ſecunda promiſſio non dotis, ſed donationis cauſa facta intelligitur.*
20 *Donatio cauſa mortis ex mentione mortis non cenſetur, quando ex aliis contrarium apparet.*
21 *Donatio contrahi poteſt etiam ſine uerbo dono.*
22 *Contractus non ſeruata forma ſtatuti factus dicitur ipſo iure nullus, et inualidus, niſi eſſet iuratus.*
23 *Iuramentum ſuper contractibus appoſitum quando ſtatutis annullantibus contractus etiam iuratos ſine certa ſolemnitate factos non aduerſetur.*
24 *Iuramenta ui, ſeu metu, aut dolo præſtita iurantem non obligant.*
25 *Inſtrumentum poteſt ex diſpoſitione ſtatuti falſum præſumi ex eo, quod non fuerit regiſtratum.*
26 *Contractus bonæ fidei ob dolum dantem cauſam contractui eſt ipſo iure nullus, at ſtricti iuris actione de dolo reſcindi poteſt.*
27 *Promiſſio, ſeu conuentio gratuita ſuper diſpoſitis in teſtamento facta quo modo ut ualeat, fieri debeat.*
28 *Diſpoſitio l. & ſolemnitatis l. de his ff. de tranſact. an, & quomodo renunciari poſſit.*
29 *Abſolutio à iuramento ad effectum ſuæ promiſſioni contraueniendi conceditur ob ſolemnitatem, & formam non ſeruatam.*
30 *Enormiſſima læſio facit contractum etiam iuratum poſſe uel dici nullum, uel actione de dolo reſcindi.*
31 *Promittens nomine hæreditario alicuius, à quo fuit hæres inſtitutus, cenſetur ad teſtamentum relationem habuiſſe, ac modo, & forma in teſtamento contentis promiſiſſe.*
33 *Dotis promiſſio ad fauorem mulieris abſentis facta etiam re integra reuocari non poteſt.*
34 *Res, uel locus, ex quibus res debita ſolui debeat, ſi exprimantur, quando demonſtratiuè, & quando taxatiuè, ſeu diſpoſitiuè ſtare dicantur, ut ſi locus, uel res expreſſa pro ſatisfactione debiti non ſufficiat, de aliis rebus ſit ſatisfaciendum, uel ſecus.*

EPITOME.

VXOR, quæ hæres marito ſucceſsit, ſi pro filiabus promittat dotes, & ultra dotes omnia bona mobilia, & immobilia hæreditatis dicti ſui mariti, ſibi quo ad dotes ſuas, & hypothecam, quam illarum occaſione in bonis mariti habebat, non præiudicat, quin eas deducere, & ab aliis bonis ſeparare ualeat, & ex reliquis poſtea dotes promiſſas, aliudque æs alienum ſoluere.

Promiſſio ab uxore, quæ marito hæres ſucceſſit, amplius ultra dotes pro filiabus promiſſas cum iuramento hæreditario nomine facta de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus hæreditatis mariti ſui, non ſeruata forma, & ſolennitate ſtatuti loci diſponentis, quòd non ſeruata forma tradita contractus etiam iuratus cenſeatur ſimulatus, fictitius, ac metu, & dolo factus, ipſo iure non ualet, uel actione de dolo reſcindi poteſt, maximè ſi promittens ex ea fuerit enormiſsimè læſa:

Et tanto magis reuocari poteſt, ſi filiabus abſentibus etiam notario pro illis ſtipulante facta ſuit, & res adhuc ante illarum ratificationem ſit integra.

Promiſſa ſi ſint mille in una oratione, deinde in alia oratione ſeparata promiſſum ſit pro dictis mille in ſolutum aſsignare tot bona in certo loco, ſi bona illius loci ad integram dictorum mille ſatisfactionem non ſufficiant, pro complemento de aliis bonis promittentis ſuppleri debet.

CONSILIVM XXXVII.

VISO inſtrumento conuentionum inter Magnificã dominam Dariam ex una,&do. Giannellum de Fauentia ex altera initarum ſuper ſpõſalibus inter filias dictæ dominæ Dariæ,& filios præfati do. Giannelli cõtrahendis cum promiſſione dotium,& apparatuum dictarũ filiarum per dominam Dariam ipſi Giãnello facta, & ultra dotes cum promiſſione etiam de relaxandis, & dandis omnibus bonis mobilibus, & immobilibus hæreditatis Magnifici Comitis Andreæ Bernardoni poſt obitum ipſius do. Dariæ dictis filiabus ſuis; necnon uiſo ſtatuto dictæ ciuitatis Fauentiæ ſub rub. 25. lib. 7. viſaq; informatione tàm in iure, quàm in facto litium,& differentiarum inter ambas partes uertentium, ſuper dubiis propoſitis breuibus utar: Primo.n. dubitatur, an do. Daria promittendo dotes, & omnia bona mobilia,& immobilia hæreditatis olim dicti do. Andreæ ſibi præiudicauerit quoad ſuas dotes,& hypothecam, quam occaſione ſuarum dotium in bonis dicti do. Andreæ olim mariti ſui habuit. Secundo an promiſſio, quam fecit domina Daria de omnibus bonis, ut ſupra, fuerit ipſo iure nulla, uel ſaltem tanquã inualida reſcindi, & reuocari poſſit. Tertio, ſi contingat bona, ſiue poſſeſſionem poſitam in comitatu Caſtri Bononienſis non eſſe idoneam pro ſatisfactione integrali dictarum dotium, utrum ſocer, ac filij ſui poſſint ad bona alibi ſita pro complemento ſatisfactionis dictarũ dotiũ recurſum habere. Quartò, præſuppoſito, quòd de aliis bonis dotes ſint cõplẽdæ,& ſupradicta promiſſio de relaxandis omnibus bonis &c. ualida fuerit, num do. Daria ante integram ſolutionem, & ſatisfactionẽ dictarum dotiũ faciendam de aliis bonis hæreditatis dicti olim do. Andreæ mariti ſui prius dotes ſuas deducere, & ſeparare poſſit ad

effectum

effectum, ut de illis liberè diſponere ualeat. ¶Redeo ad pri
muin, in quo prima frõte uidetur dicendum eſſe, quòd do.
Daria quoad dotes ſuas ſibi præiudicauerit, promittendo
omnia bona, ut ſupra, nam qui omnia dicit, nihil excludit,
l. iulianus ff. de leg. 3. ac etiam quia ex quo do. Daria inſoli
dũ fuit hæres uniuerſalis dicti olim do. Andreæ mariti ſui,
& illius hæreditatem adiuit, ſequitur, quòd omnia iura, quæ
ratione dotium ſuarum ſibi competebant, fuerunt per adi-
tionèm hæreditatis in totum cõfuſa, & extincta, adeò quòd
amplius dos ſua non põt eſſe in aliqua conſideratione, quo
1 niam † quando creditor ſuccedit debitori, tolluntur, & con
funduntur iura ipſius creditoris l. ſtichum §. aditio ff. de ſo-
lu. l. cum ſecundum C. de fideicom. l. ſi debitori cum glo. C.
de pac. l. ſi indulta C. de hæt. act. l. licet C. ad leg. falci. l. ſi ab
2 eo C. de neg. geſt. & l. ſi debitori creditor ff. de fideiuſ. † Et
ſi uxor creditrix ſui mariti illi tanquã hæres ſucceſſerit, de-
ſinit eſſe creditrix dotium ſuarum, quia confunditur dos cũ
patrimonio mariti argu. l. ſed ſi plures §. ſi filio ff. de uulg. &
pupil. per Bar. in l. bona col. 2. in prin. ff. de bon. poſ. tit. gene
3 rali, ergo † ſi uxor tanquam hæres mariti ſui pro filiabus ſuis
dotes duorum milliũ, ac etiam ultra dotes omnia bona hæ-
reditatis poſt eius mortem promiſerit, ipſa dotes ſuas dedu
cere non poterit, quia per huiuſmodi promiſſionẽ ſibi quo
ad dotes ſuas præiudicaſſe uidetur, cum hæreditatis appel-
latione iura, & actiones comprehendantur l. 2. §. non ſolum
ff. de hære. uel act. uend. l. 3. §. hæreditas ff. de bono. poſ. & ibi
Bar. l. nihil ff. de uerb. ſig. & l. hæreditas ff. de reg. iur. ¶ Se-
cundo promittendo bona hæreditatis nõ uidetur do. Daria
4 reſeruaſſe dotem ſuam tanquam æs alienum, quia † etſi bo
norum appellatio intelligatur deducto ære alieno l. ſubſi-
gnatum §. bona ff. de uerb. ſign. Bar. in l. ut iuriſiurandi §. ſi li
beri in fin. uer. ff. de ope. liber. Bar. in l. non amplius §. cũ bo-
norum ff. de leg. 1. l. ſi quis ſeruum in fi. ff. de leg. 2. tamẽ ubi
cunq; facta fuit mentio de bonis, & hæreditate, tunc non cẽ
ſetur deductum æs alienum, ſed dos etiam ſub illa mẽtione
comprehenditur, Bal. ſignanter in l. liberti, libertæq; col. 6.
& 7. C. de oper. lib. ergo cum in caſu noſtro do. Daria pro-
miſerit omnia bona hæreditatis, cenſetur etiam uoluiſſe cõ
prehendere, & obligare dotes ſuas, & iura, quibus dotes pe
ti poterunt, quia hæreditatis appellatione, ut iam dixi, iura
actiuè, & paſſiuè continentur d. l. nihil aliud ff. de uerb. ſign.
Bar. in d. l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi in fin. ¶ Præmiſſis tamen
non refragantibus, contrariam ſententiam de iure ueriorẽ
5 eſſe exiſtimo, primo quia † in promiſſione, & obligatione ge
nerali bona, & iura dotalia non continentur, Alex. in l. ſi cõ
ſtante §. ſi maritus, & ibi Cyn. Dyn. & Bal. ff. ſol. matri. cum
non ſit uериſimile, quòd mulier, quæ habet alia plura bona
ultra dotalia, obligando generaliter bona, uoluerit etiã do-
tes ſuas obligare, ex quo de illis nullam fecit mentionem in
dicto inſtrumento, & ſi illas comprehendere uoluiſſet, faci-
le ei fuiſſet hoc dicere l. ſi ſeruum §. non dixit prætor ff. de
acquir. hære. l. unica §. ſin autem ad deficientis C. de caduc.
toll. c. ad audientiam extra de deci. & hæc interpretatio ſu-
menda eſt, ne fortè contingat ipſam do. Dariam remane-
re indotatam l. obligatione generali ff. de pigno. & arg. l. 1.
ff. ſolut. matrimon. l. ſi ego §. ſi res ff. de iure dotium.
6 ¶ Secundo † domina Daria promittendo omnia bona hæ-
reditatis olim do. Andreæ ſui mariti cenſetur uoluiſſe obli-
gare ſolum bona, deducto ære alieno, quia bonorum appel
latio æs alienum non comprehendit d. l. ſubſignatum §. bo-
na ff. de uerb. ſign. cum aliis, ergo non cenſetur uoluiſſe æs
ſuum dotale cõprehendere: & huic cõcluſioni optimè con
7 uenit † doctrina Bar. in d. l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi, iunctis
iis, quæ uoluit Bal. in l. liberti, libertæq; col. 6. cum ſeq. C. de
oper. libert. ubi ſi teſtator filiam ſuã in certis rebus inſtitue-
rit, & iuſſerit ipſam ſtare tacitam, & cõtentam, & quòd plus
de bonis ſuis petere non poſſit, utrum ipſa filia poſſit dotes
maternas, quæ ſibi à patre debebantur petere, cõcludit Bar.
ibi, quod ſic, quoniam cum de bonis teſtator mentionem fe
cerit, noluit comprehendere æs alienum, & ſic dotes mater
nas a patre debitas, idem ſi dictũ fuiſſet, & quòd plus de bo-
nis ſuæ hæreditatis petere non poſſit, quoniam dicendo de
bonis ſuæ hæreditatis illa uerba ſtant demõſtratiuè, & ideò
8 uerba illa ſuæ hæreditatis non diſponunt, quia † uerba, quæ
ſtant demonſtratiuè, non poſſunt ſtare diſpoſitiuè, Bar. in l.
inter ſtipulantem §. ſacram ff. de uerb. oblig. & in l. centurio
col. antepen. uerſ. quoniam iuxta præmiſſa ff. de uulg. & pu
pill. Felin. in c. ſuper literis col. 3. & in c. ad audientiam il 2.
col. 5. de reſcrip. Perinde ergo eſt, ac ſi de bonis ſimpliciter,
& diſpoſitiuè facta eſſet mentio, ſicuti ſi dictum fuiſſet, &
quod de bonis ſuis &c. Quorum bonorum appellatione nõ
9 cenſetur es alienum, ut ſupra, incluſum, ſed excluſum, † ſe-
cus ſi teſtator dixiſſet, & quòd plus petere non poſſit de bo
nis, & de hæreditate ſua, & ſic mentio de hæreditate facta
fuiſſet diſpoſitiuè, prout facta fuit illa mentio de bonis, nam
tunc filia dotes maternas petere non poſſet, tanquam illæ
eſſent comprehenſæ ſub uerbis prohibitiuis, quia ſub nomi
ne hæreditatis æs alienum, & alia iura actiuè, & paſsiuè cõ-
prehenduntur d. l. nihil, & d. l. hæreditas, & eſt de mẽte Bal.
in d. l. liberti, libertæq; col. 7. uerſ. aut dixit, relinquo centum
pro omni iure, quod habet in hæreditate &c. & ibi in uerſi.
quid ergo, ſi filia cedit omnia iura, quæ habet ſuper hæredi-
tate &c. ubi fit hæc differentia, an de bonis ſuis, an uerò de
hæreditate ſua mentio fiat: idem eſt de mente Bar. in d. l. nõ
amplius §. cum bonorum, & in d. l. qui ſeruum in fin. ¶ Non
obſtant illa, quæ ex aduerſo ſupra allegata fuere, & in pri-
mis, quòd cum ipſa do. Daria fuerit inſtituta hæres uniuer
ſalis in totum, omnia iura, quæ ipſa prius habebat ſuper bo-
nis mariti ſui pro dotibus hypothecatis, per aditionem hæ-
reditatis dicũtur confuſa, & extincta: ſimiliter & dotes ſuæ,
quæ dicuntur ſuum patrimoniũ l. pomponius philadelphus
ff. famil. herciſ. confuſæ cenſentur cum patrimonio ſui mari
ti, & ex huiuſmodi confuſione unum, & idem patrimonium
ipſius do. Dariæ effectum fuit per prædicta: & ideò cũ pro-
miſerit omnia bona, ſub hac promiſſione etiam dotes ſuæ
comprehenſæ uidentur, ut iam dictum fuit, nam huic moti-
uo, quod eſt potiſſimum partis aduerſæ, reſponderi poteſt,
primo, quòd licet negari non poſſit, quin per aditionem hæ
reditatis confuſa dicantur iura oĩa, quæ ipſi do. Dariæ com
petebant ratione dotium ſuarum, & cuiuſlibet alterius cau-
ſæ, cum idẽ nõ poſſit eſſe creditor, & debitor reſpectu eiuſ-
dem rei arg. c. fi. extra de inſtit. c. per noſtras, & ibi glo. de iu
10 re patro. & c. ut debitum extra de baptiſ. tamen † quãdo cre
ditor tanquam hæres uniuerſalis ſucceſſit debitori, & hære
ditatem adiuit cum beneficio legis, & inuentarij, tunc iura
ipſius creditoris, & hypothecæ nõ dicũtur confuſa, ſed inte
gra creditori reſeruata per tex. ĩ l. fi. §. in cõputatione C. de
iur. delib. & in auth. de hære. & falc. §. hinc nobis, & in indiuĩ
duo in hac ſpecie hoc uoluit Bal. in l. debitori C. de pac. Præ
11 terea † quando uxor creditrix mariti ratione dotiũ ſuarum
fuit à marito hæres uniuerſaliter inſtituta, & hæreditatẽ ſim
pliciter adiuit, nõ confecto inuentario, licet etiã in caſu iſto
iura dotium fortè dicantur confuſa d. l. cum ſecundũ cum
aliis ſupra allega. tamẽ ius deducendi, & ſeparandi ab aliis
bonis dotes, non cẽſetur confuſum, quin mulier dotes ſuas
deducere poſſit, & de aliis bonis legata, aliudq; æs alienum
ſoluere, & hoc fauore dotis, ne cõtingeret ipſam remanere
indotatam, ut de hoc eſt caſus ſingularis in l. unica §. igitur,
& ibi ſcribentes C. de rei uxor. actio. & argumen. d. l. ſi ego
12 §. ſi res de iure dot. ergo † uerum erit dicere, quòd iura do-
minæ Dariæ non ſint taliter confuſa per aditionem hæredi
tatis, quin ipſa dicatur dotes ſuas præcipuas, & ab aliis bo-

nis ſeparatas habuiſſe,& ideò ſub promiſſione omnium bo-
norum potuerunt non contineri dotes,ne mulier indotata
remanere dicatur,cum nõ intelligatur facta compenſatio,
nec confuſio effectualis d.l.unica §.primum itaq; iuncta d.
l.ſi ego §.ſi res.¶ Non aduerſatur id,quod ſecũdo loco prin
cipaliter adducebatur,quia argumentum illud fortè proce
deret,ſi do. Daria promiſiſſet omnia bona,& hæreditatem
ſui mariti,nam promittendo hæreditatem,dotes quoq;,ſeu
iura dotalia fuiſſent comprehenſa,quia hæreditatis appel-
latione iura continentur, ſecus autem ſi promiſiſſet,prout
promiſit omnia bona hæreditatis,nam tunc cenſetur ſolum
obligaſſe bona teſtatoris hæreditaria,quorum appellatione
iura non continentur,cum bona dicantur deducto ære alie
no,ut iam dictum fuit.¶ Aggredior ſecũdam difficultatem,
nunquid promiſſio per do.Dariam facta de omnibus bonis
hæreditatis in ſe ualida fuerit,an ſaltẽ reuocari, & reſcindi
potuerit:& uidetur dicendum illam ualidam fuiſſe, & ſeruã
13 dam,maxime ratione iuramenti, † quod facit actũ aliàs de
iure inualidum firmum,& utilem, auth.ſacramenta puberũ
C.ſi aduerſ.uend.c.cum contingat, c.debitores de iureiur.
c.quãuis de pact.in 6.& c.licet de iureiur.eod.lib.¶ Secun
14 do † promiſſio uidetur facta ex cauſa matrimonij, & ſic ex
ex cauſa dotis filiarum ſuarum,arg.l. ſancimus C. de nupt.
ergo ualida cenſetur,& ſi in illa non interuenerit ſtatuti ſo
lennitas,nec inſinuatio, ut ex fine dicti ſtatuti colligitur, &
arg.l.fin.C.de iur.dot.cum iis,quæ ibi ſcriben. uolunt.
15 Tertio † do.Daria,quæ pro filiabus abſentibus ſocero om-
nia bona hæreditatis promiſit,nõ potuit dictã promiſſionẽ
reuocare, præſertim cum illa facta cẽſeatur ex cauſa dotis
l.ſi à ſocero,& ibi Bal.C.de iur.dot.Alex.poſt illos,quos al-
leg.in l.qui romæ §.flauius col.9.in fi.quinti caſus ff.de uer.
obl.ubi etſi id,quod factum, & geſtum eſt cum aliquo con-
trahente nomine tertij abſentis, illi tertio non acquiratur,
niſi ſequuta ratihabitione, taliter quòd re integra, hoc eſt
ante ſequutam ratificationem reuocari poſſit l.ſi ego C.de
neg.geſt.l.abſenti,& ibi Bar. ff.de donat. & in l. qui abſenti
in prin.ff.de acquir.poſſ.Pau.Caſt.in l.illud col. 2. uerſ.ul-
timo allegatur C.de ſacroſ.eccleſ.tamen ſi pro abſente no
tarius ut publica perſona fuerit ſtipulatus,tunc tertio abſen
ti ita acquiritur,quòd non eſt locus pœnitentiæ, nec reuo-
cationi,ut in d.l.ſi à ſocero,& ibi Bal. Alex.in d.§.flauius, &
16 d.l.abſenti.Præterea † ſi à me fuit mandatum alicui, ut id,
quod accepit,det,ſeu aſſignet certæ mulieri,quando nupſe
rit,ante nuptias contractas,& ſic re integra ego nõ poſſum
illud reuocare, & hoc fauore dotis, ne mulier indotata re-
maneat d.l.ſi ego §.ſi res ff.de iure dot. & habetur per Ale-
xand.in d.l.qui romæ §.flauius.¶ Contrarium autem in ca
ſu occurrenti de iure ſaluari poteſt,præſupponendo, quòd
promiſſio facta per dominam Dariã de omnibus bonis hæ-
reditatis relaxandis poſt eius mortem,facta non fuit ob cau
ſam dotis,ſed ſimpliciter ultra, & præter dotis cauſam, ut
innuunt uerba illa in inſtrumento appoſita ibi, & amplius
17 domina Daria ultra dotes prædictas &c.promiſit &c. † hæc
enim uerba,& amplius ſine pronomine demonſtratiuo fa-
ciunt comparationem actus ad actum,ſeu rei ad rem,ut nõ
ſolum dicantur promiſſæ dotes,ſed etiam promiſſa dican-
tur omnia bona aliter, quàm pro dote l.ſi ſeruus §.qui ita,
& ibi Bar.ff.de leg. 1.non autem faciunt repetitionem qua
18 litatis præcedentis, quia † licet ſit identitas perſonarum,ta
men eſt rerum diuerſitas,quo caſu nulla dicitur fieri repeti
tio,quando duæ ſunt orationes perfectæ Bar.in l.in repeten
dis col. 2.uerſi.quandoque eſt identitas perſonarum,ſed re-
rum diuerſitas &c.ff.de leg.3.iunctis iis, quæ habentur per
Bar.in l.ſi tibi purè eod.tit.& in d.l.ſi ſeruus §.qui ita. Hoc
19 ſtante, † cum promiſſio omnium bonorum facta fuerit de
per ſe,& ſeorſum à promiſſione dotis ſine repetitione qua

litatis præcedentis,& ſic facta ſit ſine cauſa, debet intelligi
facta donationis cauſa,arg.l.2.§.1.cum glo.ff.de excep.do-
li,iunctis not.per glo.in uerb. cauſam in l.generaliter C. de
non numera.pecu.ubi promiſſio facta ſimpliciter ab eo,qui
ſciebat nullã cauſam adeſſe, cenſetur facta donationis cau
ſa:quod quidẽ ex eo probatur,quod facta fuit filiabus pro-
20 priis. Et † quamuis illius exequutio,& effectus reſeruatus
fuerit ad tempus,quo ipſa domina Daria mortua fuerit, &
ſic poſt eius mortẽ,non tamen dicetur donatio cauſa mor-
tis, quia ſola mentio mortis non facit donationem cauſa
mortis,quando ex aliis contrarium apparet l.ubi ita dona-
tur,& ibi habetur ff.de dona.cau.mor. ſed plura arguunt in
caſu noſtro,hanc promiſſionem non eſſe donationem cau-
ſa mortis, primum, quod facta fuit cum inſinuatione, quæ
non requiritur in donatione cauſa mortis,ſecundum quòd
facta fuit coram tribus teſtibus tantum, cum in donatione
cauſa mortis quinque teſtes interuenire debeant,& utrũq;
21 probatur in l.fin.C.de dona.cau.mor.Itẽ quia † donatio cõ
trahi poteſt,et ſi uerbo dono,quis nõ ſit uſus l.fi.ff.de dona.
in fin.& arg.not.per glo.in d.l. 2.§.1.ff.de except.doli, & in
d.l.generaliter in uer.cauſam. Et quamuis do. Daria hæres
à marito inſtituta grauata fuerit bona hæreditatis filiabus
ſuis poſt mortem ſuam reſtituere,& conſequenter do.Da-
ria non uideatur ex uoluntate ſua promiſſionem hãc feciſ-
ſe,ſed potius,ut impleret uoluntatem teſtatoris,& ſic ex ne
ceſſitate ſibi iniuncta arg.§.poſtea diuus Inſti. de fideicõ.hæ
redi.cum ibi not. & conſequenter non uideatur poſſe dici
donationem cõtinere,quia donatio dicitur id,quod fit nul-
lo iure cogente l.donari ff.de dona.& ff.de reg.iur. tamẽ ex
quo ipſa fuit grauata de reſtituẽdo nõ ſimpliciter, ſed eue
niẽte caſu,quo illa ab inteſtato decederet, ſatis dicitur pro
miſſio ab ipſa ex quadam liberalitate facta, quoniam in ca-
ſu,quo faceret teſtamentum,nõ dicebatur grauata filiabus
reſtituere arg.l.generaliter in prin.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub
cond.fac.quo fit,ut dicta promiſſio tanquam ex liberalitate
facta poſſit dici donationem in ſe continere per prædicta:ſi
autem dicamus hanc promiſſionem omnium bonorum do
nationem,ſiue promiſſionem factam ob cauſam continere,
uidelicet,ut matrimonium,de quo in dicto inſtrumẽto,effe
ctum ſortiretur,tunc uidẽdum eſſet,an huiuſmodi promiſ-
ſio ualida fuerit,nec ne,uel ſaltẽ fuerit reuocabilis:& quòd
ualida fuerit,& reuocari non potuerit,faciunt ea, quæ iam
dixi in prin.huius ſecundi dubij,maximè propter iuramen-
tum in cõtractu appoſitum.¶ Ex aduerſo autem, quòd fue
22 rit inutilis,& inualida,multipliciter oſtenditur,& primo † ex
defectu ſolennitatis à ſtatuto requiſitæ, quod ſtatutũ in pro
miſſionibus,&obligationibusmulierũ requirit inter alia præ
ſentiam,conſenſum,& auctoritatem duorum agnatorũ,ſeu
cognatorum,ſi agnati haberi non poſſint,uel duorum uici-
norum mulieris,ſi agnati,& cognati non extarent, poſſiden
tium bona immobilia in ciuitate,uel comitatu ciuitatis Fa-
uentiæ,& iurantium &c.Sed tres fuerunt dicto inſtrumen-
to promiſſionis factæ per do. Dariã præſentes, quorũ unus
non fuit agnatus,nec cognatus,nec etiã uicinus,ſed amicus
olim mariti ſui,quãuis bona immobilia ĩ comitatu ciuitatis
Fauẽtiæ poſſideret,qui uocatur do.Antonius de Spatis,er-
go non eſt idoneus:alius etiam interfuit dicto inſtrumento,
qui non poſſidebat bona immobilia in ciuitate,nec in comi
tatu Fauentiæ, uidelicet Iacobus olim Stephani, qui erat
de caſtro Bononienſi, & ideò non fuit idoneus pro imple-
mento ſolẽnitatis dicti ſtatuti:alius uerò, qui adhibitus fuit
pro obſeruatione ſolennitatis uocatus Antoniusmaria Zo-
lettus aſſertus cognatus,poſſidebat bona immobilia in ciui
tate,& comitatu Fauentiæ,ſolus fuit idoneus ad conſentien
dum,& auctorizandum ipſi do. Dariæ pro promiſſione præ
dicta faciẽda,ergo manifeſtè conſtat,dictam promiſſionem

fuiſſe

fuiſſe factam non ſeruata forma, nec ſolemnitate dicti ſta-
tuti, quia ſolum unus ex tribus fuit, qui idoneus ex diſpoſi
tione ſtatuti erat: & conſequenter infertur, quòd dicta pro
miſſio omnium bonorum debuit ipſo iure dici nulla, & in-
ualida, argumento l. iulianus §. ſiquis rem ff. ad exhiben. &
per not. ab Alex. in l. 1. ff. de liber. & poſthu. gloſ. in c. con-
ſuluit extra de uſur. Bart. in l. cum hi §. eam, & in §. ſi præ-
tor ff. de tranſactio. Bal. in l. 1. col. antepen. uerſ. quæritur ſta
tuto C. qui admitti, & Bar. in l. cum lex. col. 3. uerſ. ſed iux-
ta prædicta ff. de fideiuſſo. & idem Bart. & Alex. in l. ſi non
ſortem in princ. ff. de condictio. indeb. niſi contractus fuiſſet
iuratus, quia ſtatutum laicorum non poteſt ratione alicu-
ius defectus contractum iuratum annullare, ut per Bar. in l.
omnes populi q. 2. 3. quæſtionis principalis ff. de iuſti. & iur.
doct. communiter in c. cum contingat, ubi latè per Imol.
extra de iureiuran. Bal. in authen. ſacramenta puberũ col. 2.
uerſ. ſed quæro &c. C. ſi aduerſ. uenditio. in l. non dubium
in ultima oppoſitione C. de legibus, & in l. 2. q. 9. C. de re
ſcinden. uend. & plenè per Alex. in l. fin. ff. qui ſatiſda. cogã.
23 & in conſi. 39. uolu. 4. & † ideò ſolent fieri ſtatuta ad effe-
ctum, ut iuramentum ſuper contractibus appoſitum non
aduerſetur diſpoſitioni ſtatutorum, quòd ſi minor, ſeu fœ
mina contrahat, non adhibitio conſenſu duorum, ſeu trium
propinquorum, contractus etiam iuratus cenſeatur ſimula
tus, & fictitius, ac metu, & dolo factus, ut uoluit Bar. in d. l.
omnes populi in d. q. 2. & ſequitur Bal. in d. authen. ſacra-
menta puberum, contra quam præſumptionẽ probatio fie-
ri non poteſt, & conſequenter per ſtatutum hoc in caſu di-
citur inducta præſumptio iuris, & de iure, argumento. c. is
qui fidem de ſponſalibus: ita enim ſtatutum hoc ualidum
eſt, atque ſeruandum, quoniam ſic non dicitur iuramentũ
tollere, nec illi derogare, ſed ex cauſa uim iuramenti anni-
hilare cenſetur, ut illo non obſtante poſſit contrauenire cõ
24 tractui iurato ratione metus, ſeu doli, cum † iuramenta ui,
ſeu metu, aut dolo præſtita iurantem non obligẽt, d. c. cum
contingat, d. authen. ſacramenta puberum, d. c. quamuis de
pact. in 6. d. c. licet de iureiurand. eod. lib. & quòd per ſta-
tutum laicorum hoc introduci poſſit, ultra Bart. in d. l. om-
nes populi in d. 2. q. 3. q. princ. qui hoc expreſsè dicit, & ul-
tra Bal. in d. authen. ſacramenta puberum, crebrò iſtud te-
nent doct. ut per Salice. in d. authen. ſacramenta puberum
25 col. penul. argumento d. auth. nam † ſtatutum poteſt etiam
inſtrumentum falſum præſumere ex eo, quod non fuerit re
giſtratũ, Bal. in c. 1. §. ſiquis ſi de feud. fuer. cõtrouer. & ideò
in caſu noſtro dicendum eſt, quòd promiſſio, ſeu cõtractus
de omnibus bonis in ſe ualuerit, ſed poſſit reſcindi actione
de dolo, aut quod metus cauſa, tanquam dolo, ſeu metu ini
tus, ut per totum ff. & C. de eo, quod met. cauſ. Immo ſi ue-
rum eſt, quòd ſtatutum poſſit dolũ præſumere in caſu præ-
26 dicto, ut ſupra, quæ opinio eſt recepta, ſi † intelligamus il-
lud de dolo dante cauſam contractui, prout uerba genera-
lia ſtatuti innuũt, uerum erit dicere, quòd contractus dica-
tur ipſo iure nullus, ſi ſumus in contractibus bonæ fidei l.
eleganter in princ. ff. de de dolo, & ibi Bar. ſi uerò præſup-
ponamus contractum iſtũ eſſe ſtricti iuris, tunc ratione do
li poterit actione de dolo reſcindi l. ſi quis cum aliter ff. de
uerb. obliga. & ibi gloſ. & doct. & ſic in utroque caſu con-
tractus in caſu noſtro cum effectu inualidus ob defectum
ſolemnitatis ſtatuti diceretur. ¶Alia quoque ratione pro
miſſio omnium bonorũ inualida dici poteſt, quia in illa non
ſeruata fuit alia ſolemnitas à iure communi inducta, nam
27 † quoties contractus, ſeu promiſſio gratuita fit ſuper diſpo-
ſitis in teſtamento, tunc in ipſo contractu debet expreſſa
mentio fieri de contentis in teſtamento, dicendo, uiſis, le-
ctis, & intellectis uerbis teſtamenti, aliàs pactum, ſeu conuẽ
tio nõ tenet l. de his, & ibi glo. & Bar. ff. de tranſactio. An au
28 tem † huic ſolemnitati renunciari poſſit per partes, credere,
quòd cum iuramẽto expreſsè illi renunciari poſſet, ut uo-
lunt Canoniſtæ maximè Ioan. de Imol. in d. c. cum contin-
gat, & Alex. in d. l. de his in apoſtil. ſed tacitè, etiam ſi conten
ta in teſtamento ſciuerint, ſecus eſt: & hoc modo intelliga
tur illud, quod inquit Bar. in d. l. de his, referẽdo ſuper hoc
uarias ſententias, quæ hoc modo ad concordiã reduci poſ-
ſunt: Et iſtud ſequitur Caſtren. in d. l. de his aſſerens docto.
crebrò hoc ſequutos eſſe, & faciũt not. per Alex. poſt alios,
qui plura allegat in l. qui romæ §. duo fratres poſt Bart. in
5. q. princi. col. 40. circa fin. cum ſequen. & licet in 4. & 5. q.
Alex. poſt alios uelit, quòd ſolemnitati d. l. de his cum iura-
mẽto renũtiari poſſit poſt Bar. in l. ſi quis pro eo ff. de fide-
iuſſo. & Ioan. de Imol. in d. c. cum cõtingat, tñ hoc eſt uerũ,
quãdo expreſsè fuiſſet contẽtis in teſtamento cũ iuramẽto
renunciatũ; Itẽ & in caſu, in quo mulier nõ eſſet metu, uel
dolo etiam præſumpto inducta, ſecus ſi metu, uel dolo ſal-
tem præſumpto inducta eſſet, prout cõtigit in caſu, de quo
agitur, ut ſupra dictum eſt, quoniam iuramentum non obli
gat iurantem, qui dolo, uel metu eſſet inductus d. cap. cum
contingat, d. c. licet mulieres, & d. c. quamuis. Quinimmo
etiam tenendo ſimpliciter, quòd quando contractus fuit iu
ratus, intelligatur renuntiatum ſolennitati d. l. de his, ut latè
per Alex. in d. l. de his in apoſtill. & latius in d. l. qui romæ
§. duo fratres in 4. & 5. q. colum. 39. cum ſequenti, & ſe-
29 quen. tamen † hoc non obſtante poterit abſolutio à iura-
mento peti, & cauſa iuſta illam concedendi erit hæc, quòd
forma d. l. de his ſeruata non fuerit, & tunc conceſſa huiuſ-
modi abſolutione poterit mulier, quæ promiſſionem gratui
tam fecit, promiſſioni contrauenire: Ita notanter inquit
Alex. in d. §. duo fratres in 5. q. col. 41. uerſi. et poſito &c.
qui hanc declarationem plenè confirmat: Sed in caſu oc-
currenti non fuit adhibita forma d. l. de his, nec illi fuit ex-
preſsè renunciatum, ſed ſimpliciter promiſſio de omnibus
bonis fuit iurata, & ex illa do. Daria læſa reperitur, & prius,
quam ageret, & ueniret contra dictam promiſſionem, im-
petrauit habilitationem, ſeu abſolutionem à iuramento, er
go ſumus in caſu, in quo licuit dictæ dom. Dariæ ſuæ pro-
miſſioni, ut ſupra, factæ contrauenire. ¶Quòd autem ex
promiſſione prædicta omnium bonorum præfata do. Da-
ria læſa fuerit non ſolum enormiter, ſed etiam enormius, &
enormiſſimè, conſtat, quia excepta dote ſua in totò læſa re
peritur, per ea, quæ pulcherrimè notãt do. Anto. & Abb. in
ſimili in c. quintauallis extra de iureiuran. & ego dixi in re-
petitio. c. 1. de reſtitu. in integr. declarando, quæ dicatur læ
ſio enormis, enormior, & enormiſſima poſt Ioan. de Imol. &
Bar. ut uideri poteſt, & nulli dubium eſt, quòd læſio in toto
contingens cenſetur enormiſſima. Quòd autem do. Daria
in toto, ut ſupra, læſa fuerit ex ſua promiſſione, patet, quo-
niam in recompenſationem eorum, quæ promiſit, nihil pe-
cuniarium conſequuta, nec conſequutura eſt: & cum pro-
miſerit omnia, & quæcũque bona mobilia, & immobilia hæ
reditatis ſui mariti, quæ longè excedũt ualorem dotium ſua
rum, concurrente huiuſmodi leſione ſimul cum aliis ſupra
relatis, quæ annihilant, & elidunt uires dictæ promiſſionis,
abſque dubio dicendum erit, quòd do. Daria poſſit agere,
ut contractus reſcindatur, ad tradita per Decium in conſi.
180. uolu. 1. & per Moder. repetentes Petuſinos in d. auth.
ſacramenta puberum, cum plura uincula magis ſtringant,
quam unum ſimplex c. 1. de treg. & pace, & authen. itaque
c. commu. de ſucceſſio. ¶Augetur difficultas, ſtante huiuſ-
modi enormiſsima læſione, quæ eſt manifeſta, quoiam & ſi
domina Daria poſt eius mortem à teſtatore fuerit grauata
filiabus reſtituere, non tamen ſimpliciter, ſed ſi ipſa ab inte
ſtato decederet. igitur condito teſtamento non potuit ad
reſtituendum dicta bona cogi, ſed illa ſecudum uolũtatem
ipſius

ipſius ad hæredem ſuum ab ea inſtitutum tranſmittere po-
30 tuit, propter quod infertur, †quòd dicta promiſſio ob illam enormiſſimam læſionem ipſo iure potuit dici nulla, uel ſaltem omnino actione de dolo eſt reſcindenda, argumento d.l. eleganter in prin. & d.l. ſi quis cum aliter cum ibi nota. per glo. Barto. & Alexan. & alios ff. de uerborum obligatio. quia enormiſſima læſio, quæ in contractu interuenit, dolo ex propoſito æquiparatur, argumento l. omnes §. lucius ff. quæ in fraud. cred. & traditur per Bartolum in l. ſocietatem §. arbitrorum cum ſequenti ff. pro ſocio. & ſcribentes in d. c. quintauallis, & tetigi in dicta mea repetitione d. c. 1. de reſtitut. in integrum, & habetur per Modernos Peruſinos repeten. in d. authen. ſacramenta puberum: ſicut ergo ratione doli ex propoſito contractus ſaltem in effectu uitiatur iurib. ſupra allegatis, & dixi in d. c. 1. nec non in repetitio. c. ad noſtram de emptio. & uendit. ita & ex huiuſmodi dolo, qui ex enormiſſima læſione reſultat per prædicta, non obſtante iuramento ipſius dominæ Dariæ, tum quia ab illo ipſa fuit abſoluta, ſeu habilitata, tum etiam quia iuramentum in contractu appoſitum, ſi in eo dolus interuenit, non obligat iurantem, ut ſupra ſæpius dictum eſt. ¶ Quinimmò attentari poteſt, quòd etſi contra dictam promiſſionem factam de omnibus bonis nihil de prædictis opponi poſſet, & in ſe ualida foret, quod expreſsè negatur per iam dicta, ta-
31 men †ex quo domina Daria nō ſimpliciter nomine ſuo, ſed ſolum hæreditario nomine dicti Comitis Andreæ ſui mariti promiſit, ſequitur, quòd ipſa tanquam hæres ſolum promittendo uoluerit uoluntatem defuncti exequi, & eo modo, quo ille diſpoſuerat, & non aliter, cum ulterius in dicta promiſſione non proceſſerit, & conſequenter cum domina Daria promiſerit ſolum poſt mortem ſuam filiabus reſtituere illa omnia bona, ſi ipſa ab inteſtato deceſſerit, non autem ſi teſtamentum fecerit, & de illis bonis aliter diſpoſuerit, prout etiam teſtator diſpoſuerat, ſequitur, quòd promittendo hæreditario nomine, ut ſupra, cenſetur habuiſſe relationem ad ea, quæ in teſtamento diſpoſita fuere, uidelicet, ut ipſa tanquam hæres, & hæreditario nomine poſt mortem ſuam reſtituere teneatur modo, & forma in dicto teſtamento contentis, & non aliter, quia omnia dicta in diſpoſitione relata cenſentur in diſpoſitione referente repetita l. omnes C. de præſcriptio. triginta, uel quadraginta anno. l. 2. & ibi Barto. ff. de coniungen. cum emancipa. liber. & in auth. de filiis ante dotal. inſtrumen. nat. cum alijs allegatis ibi per Bar. & Alexan. in apoſt. cui intelligentiæ non refragantur uerba dictæ promiſſionis; & quòd ſic intelligendo nihil operaretur, quia dico, quòd promiſſio iſta dicetur aliquid operari pluſquam in teſtamento contineatur, quoniam cum domina Daria actione ex teſtamento ad reſtituendum, ut ſupra, teneretur, modo tenetur actione ex ſtipulatu, & intereſt noſtra plures habere actiones l. filiusfamilias §. uarijs ff. de leg. 1. Plura etiam alia fuerunt in promiſſione adiecta, quæ non continebantur in dicto teſtamento, igitur hæc interpretatio quoad dictam promiſſionem non uidetur extranea, & in dubio facienda eſt interpretatio, ut quis minus uoluerit ſibi præiudicare, minuſque ſe grauare, quàm ſit poſſibile, iuribus uulgaribus, & quòd noluerit facultatem ſuam teſtandi, & diſponendi de rebus ſuis reſtringere, ac minuere, ſed potius conſeruare, & augere, argumento l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. l. ſi quando in prin. C. de inoffic. teſtam. ¶ Rurſus præſuppoſita ualiditate dictæ promiſſionis, citra tamē ueri præ-
32 iudicium, uidetur dicendum, † quòd ex quo promiſſio facta fuit ſocero filiarum, quæ tunc erant abſentes, pro quibus notarius, ut publica perſona fuit ſtipulatus, domina Daria, re exiſtente integra, hoc eſt ante ratificationem filiarum, & poſtquam à ſuperiore abſolutionem, ſeu habilitationem ex iuſta cauſa à iuramento impetrauit, prout adeſſe iuſtam cauſam impetrandi apparet, ut iam dixi, potuit, & poteſt illam promiſſionem ſibi præiudicialem reuocare, argumento l. bonorum, & ibi Bar. ff. rem ratam habe. & in d. l. ſi ego ff. de nego. geſt. d. l. abſenti, & ibi Bar. ff. de donatio. & in d. l. qui abſenti in prin. ff. de acquir. poſs. Pau. de Caſt. in l. illud colum.
33 2. C. de ſacroſanct. eccl. Præterea ſi† fauore dotis introductum eſt, quòd traditio, ſeu promiſſio dotis facta ad fauorē mulieris abſentis reuocari non poteſt etiam re integra, & hoc, ne mulier remaneat indotata, d. l. ſi ego §. ſi res. ff. de iur. do. & Alexan. in d. l. qui Romæ §. flauius, ergo regulariter uerum erit dicere, quòd re integra promiſſio facta ad fauorem abſentis reuocari poſſit ab ipſo promittente, de cuius præiudicio agebatur, argumento l. ius ſingulare ff. de legib. & præcipuè hoc uerum uidetur in caſu noſtro, ex quo promiſſio facta fuit non ſeruata ſtatuti ſolemnitate: quo caſu promiſſio, & iuramentum præſumuntur dolo, & metu facta, & maximè cum ex tali promiſſione magna læſio prædictæ dominæ Dariæ illata fuerit: & ad prædicta optimè faciūt ea, quæ uoluit Decius in conſi. 598. uiſis &c. & in conſ. 276. inter Ioannem &c. Alciatus in l. 2. §. ex his ff. de uerborum obliga. qui atteſtatur docto. ita communiter tenere, & Decius in l. contractus ff. de reg. iur. in 6. limitat. inquit, quòd ſi quis conſtituat ſe rem poſſidere pro abſente, pro quo notarius ut publica perſona acceptauerit, & ſtipulatus fuit, poſſeſſio non acquiritur abſenti, niſi ſequuta ratificatione re integra, aliàs ſi res integra eſſe deſiſſet per reuocationem, uel aliter, non poſſet amplius ratificari, argumēto d. l. bonorum, cum ibi not. per Bar. & Barto. in l. ſi uxor §. ſi quis uxorem ff. de adulterijs, Dec. in regula ſemper qui non prohibet colum. 4. uerſi. ſecundo regula ff. de reg. iur. Ex quibus omnibus concludo dominam Dariam ad obſeruantiā promiſſionis omnium bonorum non teneri. ¶ Et quamuis aliqua in oppoſitum ſupra allegata fuerint, quæ prima facie ipſi dominæ Dariæ aduerſari uideantur, tamen ſi diligēter conſiderentur illa, quæ ad eius fauorem conſiderata fuere, certè ex ijs clara reſponſio ex aduerſo conſideratis colligetur. Nam dum primo conſiderabatur, quòd ratione iuramēti ſui domina Daria ad obſeruantiam ſuæ promiſſionis tenebatur, ſane hoc motiuum eſt ſatis debilè, & optimè illi fuit ſupra reſponſum, & ideo aliter non inſiſto. ¶ Secundum fundamentum partis aduerſæ etiam ſublatum fuit, dum præſuppoſui, quòd promiſſio omnium bonorum non fuit facta ex cauſa dotis, ſed ſolum promiſſio facta ex cauſa dotis de duobus millibus cum apparatibus nuptialibus ualida extitit. ¶ Tertium quoque argumentum parum obſtare uidetur, cum probauerim ſupra licitum fuiſſe dominæ Dariæ re adhuc exiſtente integra ante ratificationem filiarum, dictā ſuam promiſſionem de omnibus bonis hæreditariis factam reuocare. Quare quoad hoc ſecūdum dubium cæteris difficilius arbitror optimè ad fauorem dictæ dominæ Dariæ ſatisfactum fuiſſe. ¶ Venio ad tertium dubium, quod penes me omni caret difficultate, quoniam uidetur, quòd domina Daria, quæ pro dotibus filiarum ſuarum duo millia promiſit, & pro dictis duobus millibus promiſit inſolutum aſſignare Giannello ſocero tot, & tantas terras ex terris cuiuſdam poſſeſſionis ſitæ in comitatu Caſtri Bononienſis &c. pro pretio taxando &c. & ſi terræ dictæ poſſeſſionis non ſufficerent, teneatur de aliis terris, & bonis hæreditatis dicti
34 olim Comitis Andreæ ſatisfacere: quoniam † animaduertendum eſt, quòd ſi illa uerba, tradere, & aſſignare ex terris poſſeſſionis ſupraſcriptæ &c. ſtant taxatiuè, ſeu diſpoſitiuè, tunc ſi dictæ terræ poſſeſſionis ſupraſcriptæ ad ſatisfactionem duorum millium non ſufficerent, damnum profectò ſpectaret ad dictas filias, quoniā illis ex aliis bonis de reſiduo ſatiſfaciendum non eſſet, at ſi ſtetit demonſtratiuè, ſecus erit, quia de aliis bonis domina Daria ſatisfacere tene-

tenebitur: & hanc differẽtiam quoad hunc effectum an uer ba ſimilia ſtent diſpoſitiuè,ſeu taxatiuè,an uerò ſtent demõ ſtratiuè, poſuit Bar.in l.inter ſtipulantẽ §.ſacram ff. de uer. obli.& in l.libertis.ff.de alimen.& ciba.legat.§.refert Oldra dum iſtam differentiam conſideraſſe, & plenè habetur per dominos de Rota in antiquis in deciſ.869.incipiente, Lego pro anniuerſario,quos etiam refert,ac ſequitur ad propoſitum Felin.in c.ad audientiam il 2.extra de reſcrip. col. 5. & in cap. ſuper literis colum.3.uerſ.modos autem extra de reſcrip. Num autem in terminis noſtris illa uerba inſtrumenti, tantas terras ex terris poſſeſſionis ſupraſcriptæ &c. ſtent taxatiuè, ſeu diſpoſitiuè, an uero demonſtratiuè,ſeu deſignatiuè, colligititur ex theorica doctorum proximè allegatorum dicentium, quòd quãdo in una oratione perfecta exprimitur res promiſſa, ſeu legata, & in alia oratione ſubſequenti, & perfecta exprimitur locus,ſeu res, ex quo,uel qua res debita ſoluenda ſit, tunc ſequens clauſula, ſeu oratio non taxat promiſſionem,nec legatũ,ſed demonſtrat,unde facilius, & ſine incommodo rei familiaris res debita ſolui poſſit l.quidam teſtamẽto in prin.ff. de leg. 1.l. paulo callimacho §.fi. ff.de lega.3.& tunc licet res debita integraliter nõ poſſit ex re deſignata ſolui, tamẽ reſiduũ rei debitæ ex aliis rebus debitoris ſolui debet, ut ibi: Sed ſi utraque res,uidelicet res principaliter debita, & res, ſeu locus,ex quibus ſolutio, & ſatisfactio fieri debeãt,fuerint expreſſæ ſub una, eademq; oratione, ut quia dictum fuerit promitto, uel lego centum Titio,quæ ſunt in arca,uel promitto 20. ſalmas frumenti ex tali fundo, tunc uerba denotantia,ex qua, uel ex quibus rebus facienda ſit ſatiſfactio, ſtãt taxatiuè, ut omnino ex frumento illius fundi,& non ex alio ſolui debeat id, quod promiſſum, aut legatum fuit. Et in hanc ſententiam inclinant legiſtæ,& Canoniſtæ communiter,quos refert, ac ſequitur Felin.in d.c.ad audientiam, & in d.c.ſuper literis,& Bart.etiam in d.l. inter ſtipulantem §. ſacram,idemq; tenent, & exemplificant dicti domini de Rota ſub tit.de teſtamen.in dicta deciſione 869. ſed in dicto inſtrumento promiſſionis, de quo nunc agitur, in una oratione ſeparata per dominam Dariam fuerunt promiſſa duo millia pro dotibus filiarum ſuarum, deinde in alia oratione ſeparata ipſa ſoluere,ſeu in ſolutum aſſignare promiſit pro dictis duobus millibus tot, & tantas terras ex terris poſſeſſionis poſitæ in comitatu caſtri Bononienſis, igitur illa uerba ex terris &c. dicuntur ſtare demonſtratiuè, & expreſſa cenſentur gratia deſignandi,ex quibus rebus, & terris duo millia ſolui, & ſatisfieri deberent: quo fit, ut ſi dictæ terræ non ſufficerent ad integram debiti ſatiſfactionem, pro complemento debebit de aliis bonis, & terris debitoris ſuppleri arbitrio boni uiri, & maximè hoc eſt dicendum fauore dotium dictarum filiarum, cum omnia nobis ſuadeant hanc interpretationem fieri debere ad effectum, ut pro dotibus non detur minus, quam ſit ſumma duorum millium promiſſa, atque relicta. ¶ Vltimum dubium ex dictis in primo uidetur reſolutum, quoniam ſi ſub promiſſione omnium bonorum facta per dominam Dariam non dicitur dos ſua comprehenſa, ut iam dixi in primo dubio, infertur,quòd antequam ipſa teneatur ſupplere dotes filiarum ſuarum ex aliis bonis hæreditatis, poteſt, ſi uult,dotes ſuas deducere, cum per ſucceſſionem, & aditionem hæreditatis ſui mariti non dicatur confuſum ius deducendi dotes ſuas ex bonis hæreditatis d. l.unica §. igitur C.de rei uxor. actio. & præſertim, quia domina Daria habet bona hæreditatis dicti olim dominæ Andreæ ſui mariti pro dotibus ſuis per prius obligata,ac hypotecata l. aſſiduis C. qui potio.in pigno.hab.ac etiam quia ipſa, quando promiſit omnia alia bona, nõ cenſetur uoluiſſe ſibi quoad dotes ſuas præiudicare, ut iam dixi, ergo ante, quam perfectè de aliis bonis hæreditariis ſatiſfaciat de dictis duobus millibus,ipſa poterit ex illis bonis dotes ſuas deducere. Et hæc ſufficiant pro complemento præſentis conſultationis. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſemper ita debent intelligi,ut aliquid operentur.*
2 *Statuentium ius extra territorium eorum non extenditur.*
3 *Verba,ut,& iuxta ſtant ſimilitudinariè.*
4 *Pacto id fieri poteſt, quod non eſt lege prouiſum,& contra id, quod lex diſponit,paciſci poteſt,dummodo pactum non ſit contra ſubſtantialia contractus,uel à lege reprobatum.*
5 *Aequalitas in lucris coniugibus hinc inde poſt illorum mortem debitis eſt ſeruanda,& inæqualitas ad æqualitatem reducenda.*
6 *Extenſioni etiam ex ſimilitudine rationis non eſt locus,nec a propria uerborum ſignificatione eſt recedendum,quando omnia diſpoſita ſunt ad literam, & prout in charta continetur, ſeruanda, ac intelligenda.*
7 *Mobilia pro immobilibus haberi in pluribus caſibus iura admittunt.*
8 *Exceptio firmat regulam, & diſpoſitionem principalem in caſibus non exceptis.*
9 *Conditione deficiente,deficit diſpoſitio ſub illa conditione facta.*
10 *Argumentum à contrario ſumi poteſt, quoties abſurdum non reſultat.*
11 *Renunciatur ſolum iuri iam acquiſito, uel debito, non autem iuri, quod nondum competit, nec debetur.*
12 *Effectus contrarij ab euentu eiuſdem conditionis reſultare nequeunt.*
13 *Conditiones plures ſimul copulatiuè uni diſpoſitioni adiectæ debent omnes copulatiuè adimpleri, & altera deficiente, diſpoſitio quoque deficit.*
14 *Exceptio ſemper debet intelligi ſecundum terminos, & qualitates diſpoſitionis,à qua ſit exceptio.*
15 *Clauſula in fine poſita ad omnia præcedentia debet referri, quando congruè referri poteſt,& magis ad proxima.*
16 *Recompenſatio rem iam debitam, & acquiſitam infert, & arguit.*
17 *Vſuſfructus cum onere aliquid dandi,uel faciendi,uel ſoluendi creditoribus de proprietate relinqui, aut aliter deberi poteſt.*
18 *Vſuſfructus uni,& alteri uſus ſuper eadem re deberi poteſt.*
19 *Vſuſfructus omnium bonorum alicui ut uxori relictus, aut aliter conceſſus,quando poſſit ei in ſolidum deberi abſque eo, quod aliqua pars hæredibus proprietariis remaneat,aut conſideretur, an habeant,unde ſe alant,& quando ſecus.*
20 *Caſus dicitur is, qui habet ſe ad eſſe, & non eſſe, & ab euentu de futuro dependet.*
21 *Caſus dici poteſt etiam in eo,quod certum eſt de iure, ſed quoad contrahentes eſt incertum.*
22 *Conditio,& uerba,ſi potuerit aliquid facere, intelliguntur & de iure,et de facto.*
23 *Bona ſpecialiter prohibita alienari non ſunt etiam ex cauſa dotis alienabilia: Contra num.35.*
24 *Prohibitio alienationis expreſſè à teſtatore facta in ultima uoluntate fortior eſt prohibitione in contractu inter uiuos facta.*
25 *Prohibita res alienari in contractu, & inter uiuos, non poteſt etiam ex cauſa dotis alienari, contra num. 36.*
26 *Vxor infra annum à die ſoluti matrimonij poteſt dotes ſuas ſuper bonis hypothecatis petere, & exigere, uel ſaltem petere, ut declaretur ſuper illis dotem fore reſtituendam,etiam durante iure uſuſfructus bonorum mariti ſibi iure uiduitatis, aut aliter debito.*
27 *Mulieres in conuentionibus, & hypothecis inter ipſos coniuges factis ſunt ualde priuilegiatæ, & ideò illæ ſunt præcisè ſeruandæ.*
28 *Dos ut longiori die, quam infra annum à die ſoluti matrimonij reſtituatur, paciſci non poteſt, & ſtatim finito anno, illo pacto non obſtante peti poteſt, ſi in rebus mobilibus conſiſtat, ſi uero in rebus immobilibus ſtatim ſoluto matrimonio.*
29 *Pactum continens & fauorem, & præiudicium dotis, et mulieris, quoad fauorem eſt ſeruandum, quo uerò ad præiudicium minime.*
30 *Verba enunciatiua in fauorem dotis, & mulieris probant, atque diſponunt.*
31 *Mulier ſoluto matrimonio poteſt ex rebus ſibi pro dotis reſtitutione hypothecatis fructus percipere, illoſque ſuos facere abſque eo, quod in ſortem compenſentur.*
32 *Mulier pro reſtitutione dotis etiam à rebus immobilibus ſibi pro dote hypotecatis poteſt incipere.*
33 *A mobilibus pro debiti ſatiſfactione prius inchoandum eſſe, quam ad immobilia*

mobilis debitoris deuenitur, quando, & quomodo procedat.

34 *Quid ſi bona eſſent expreſſè creditori hypothecata.*

37 *Statuta, & conuentiones partium in dubio ſecundum ius commune debent intelligi.*

38 *Dos etiam in nominibus debitorum aſsignari poteſt, gaudetque iiſdem priuilegiis, quibus dos actualiter numerata.*

39 *Exprimi quid ſolum tripliciter dicitur, & quomodo.*

40 *Conſenſus tacitus, & fictus, non autem expreſſus, & uerus arguitur ex ſcientia, præſentia, & non contradictione; qui non ſufficit, quando conſenſus uerus, & uerbis expreſſus requiritur.*

41 *Conſenſus tacitus non ſufficit, nec idem, quod expreſſus operatur, quando tractatur de aliquo obligando.*

42 *Ratificatio tacita non ſufficit, quando expreſſa ex pacto contrahentium requiritur.*

43 *Vxor uſufructuaria omnium bonorum à marito in teſtamento relicta, alio hærede uniuerſaliter quoad proprietatem inſtituto, non tenetur ad ſolutionem æris alieni ipſius mariti, ſed hæres.*

44 *Vſufructuarius omnium bonorum, alio hærede uniuerſaliter dato, non dicitur hæres, ſed legatarius, & titulo particulari ſuccedere, & ad ſolutionem æris alieni defuncti de uſufructu non tenetur.*

45 *Pater uſufructuarius bonorum aduentitiorum filij non tenetur æs alienū filij de uſufructu, ſed de proprietate ſoluere.*

EPITOME.

PACTA *quædam matrimonialia inter coniuges inita ſuper iure uiduitatis, ſeu uſusfructus iuxta forum Aragoniæ uxori uiduæ ex marito ſine filiis prædecedente ſuper pluribus bonis tàm in regno Aragoniæ, quàm alibi ſitis contemplatione matrimonii aſsignatis debito, ſuper quibus bonis, & quomodo iſtud ius uiduitatis, ſeu uſusfructus debeatur, declarantur.*

Vxor ſoluto matrimonio, & durante uſufructu in bonis mariti defuncti ſibi ex iure uiduitatis loci, aut ex pacto, aut aliter debito, infra annum, ſi dos in bonis mobilibus cōſiſtat, & ſtatim, ſi in immobilibus, poteſt dotes ſuas petere, atque exigere, & multo magis petere, ut declaretur, in quibus bonis, & pro quanta parte, finito uſufructu prædicto, ſint reſtituendæ, quamuis pacto inter ipſos coniuges conuentum ſit, quòd in caſu, quo dictum uſumfructum aliquo modo conſequeretur, ipſa non poſsit petere, aut exigere aliquam ſummam ex dote ſua.

Vxor, quæ ſe ex pacto obligauit ad medietatem ſolutionis debitorum mariti, in quibus ipſa ſe expreſſè obligauit, ſeu quæ expreſſè laudauerit, uel conſenſerit, non tenetur ad dictam ſolutionem, niſi expreſſis uerbis conſenſerit, aut ratificauerit, aut ſe obligauerit, etiam ſi illis contrahendis præſens fuerit, & de illis notitiam habuerit, & non contradixerit, ac uſufructuaria bonorum mariti remanſerit.

CONSILIVM XXXVIII.

SVPER capitulis matrimonialibus inter dominum Raymundum de Spes ex una, & dominam Ioannam de Calcena coniuges ex altera, præſente, uolente, & donante domina Iſabella Fabia initis, & concordatis, tria mihi ſe offerunt principaliter diſcutienda, Primum eſt, an ius uiduitatis, quod ex pacto reſeruatū fuit præfatæ dominæ Ioannæ in, & ſuper bonis domini Raymundi, ſi illa ſuperuixerit domino Raymundo ſine filijs, reſeruatum etiam illi cenſeatur ſuper uilla de Angleſola, & ſuper Baronia de Spes, & tenentijs de Almanſa, Villena, & Tecla &c. Secundum, an domina Ioanna ſoluto matrimonio inter ipſam, & dominum Raymundum partem dotis ſuæ pro ſumma aureorum octo millium ducatorum octuaginta unius, & ſolidorum quatuor in cenſualibus, nec non ſolidorum nouem millium augumēti dotis uſque ad ſummam trium millium ducatorum, aliorumque, de quibus habetur in capite 27. liberè in, & ſuper bonis domini Raymundi exigere ualeat, an uerò ſuper bonis prædictis immobilibus pro reſtitutione dotis hypothecatis cum fructuum perceptione ſolum inſiſtere poſſit, aut ſaltem poſſit petere declarari in, & ſuper quibus bonis dos ſit reſtituenda. Tertium, num domina Ioanna ad ſatisfactionem medietatis æris alieni tempore matrimonij à præfato domino Raymundo contracti teneatur.

¶ Redeo ad primum, ſuper quo de iure concludendum eſſe arbitror, quòd ius uiduitatis ſuper Baronia de Spes, & pertinentijs illius ipſi dominæ Ioannæ debeatur, donec uidua permanſerit ſine filijs ex domino Raymundo, quia, ut in capitulis coniugalibus continetur, conuentum fuit, quòd ipſa domina Ioanna remanente, & durante uidua ex dicto domino Raymundo, ius uiduitatis, ſeu uſusfructus in Baronia de Spes, & Drecos, & pertinentijs illius, & in medietate emolumentorum, & prouentuum de Almanſa, Villena, & Tecla, & in tribus mille ſolidis annuis in oppido de Samper de Carlanda, & oppido de Lierta ipſi dominæ Ioannæ (ut etiam ex foro Aragoniæ ſolet competere) debeatur: nec non conuentum fuit, ut eidem ius uiduitatis debeatur ſuper Baronia de Alfaiarin, Drecos, & pertinentiis illius, & ſuper Pardinis de Antiano &c. & in omnibus alijs bonis ſupra cōtentis, ſi ipſa remanſerit uidua ſine filiis ex dicto domino Raymundo; ſed inter alia bona contenta, & enumerata ſupra in capitulis continetur Baronia de Spes cum ſuis pertinentijs, item etiam villa de Angleſola, dum contemplatione matrimonij dominus Raymundus aſſignauit oppidum de Angleſola ſituatum in principatu Cathaloniæ cum omnibus ſpectantibus ad ipſum, ut in 12. cap. ergo infertur, quòd ex partium conuentione ius uiduitatis dominæ Ioannæ, quæ ut ſupra remāſit uidua, ſuper Baronia de Spes &c. & ſuper oppido de Angleſola &c. debitum eſſe cenſetur, quoniam hæc ſunt de expreſſis, & contentis ſupra, ac etiam quia ſub iſta generalitate, & in omnibus alijs bonis continetur uilla de Angleſola, aliàs illa uerba generalia nihil dicerentur ſub ſe continere, cum omnia alia ſpecificata fuerint:
1 & † uerba ſemper ita debent intelligi, ut aliquid operentur l. ſi quando ff. de lega. 1. l. ſi quando in princip. C. de inoffic. teſtamen. Bal. in rub. C. de contrahen. emptio. & uendit.

¶ Nec refragatur, quòd ius uiduitatis reſeruatum illi fuerit iuxta forum Aragoniæ, & ut competit ex foro Aragoniæ, & ſic reſtrictiuè, prout in dicto foro debetur; ſed quamuis ex foro Aragoniæ in Baronia de Spes, & alijs conſiſtentibus in regno Aragoniæ ius uiduitatis deberi poſſit, tamen ſecundum ius Aragoniæ non poteſt ius uiduitatis deberi in oppido de Angleſola, & in alijs poſitis in regno Cathaloniæ, cum dicantur eſſe extra territorium, & iuriſdictionem Aragoniæ, & † extra territorium ius ſtatuentium non
2 extenditur, l. extra territorium C. de iuriſdict. omnium iudi. c. 2. de conſtitu. in 6. hæc enim uerba, & ut, ponuntur reſtrictiuè, & limitatiuè, ut per Bartolum in extrauagan. ad reprimendum in uerb. prout: igitur illa uerba, & in alijs ſupra contentis ſunt referenda ſolum ad bona in regno Aragoniæ ſituata, cum ex illius foro uiduitas debeatur, & non ad oppidum de Angleſola, & ad alia, quæ ſunt in regno Cathaloniæ, ex cuius foro uiduitas non dicitur debita, quia
3 reſpondetur, quòd † illa uerba, & ut competit ex foro Aragoniæ, & ibi, iuxta forum Aragoniæ uiduitas aſſignatur, non ſtant reſtrictiuè, ſed ſimilitudinariè pro ſicut, ſeu pro tanquam, uel ad inſtar, ut in l. ſi quis C. de ſepulchr. uiola. l. 1. C. de ijs qui paren. uel libe. occi. l. leges ut generales C. de legibus, & ſenſus eſt, quòd ſicut ex foro Aragoniæ regulariter ius uiduitatis debetur, ita ex conuentione inter ipſos coniuges inita debeatur etiam in omnibus bonis donatis, & expreſſis ſupra in capitulis, inter quæ fuit expreſſa villa de Angleſola, & Baronia de Spes &c. Rurſus & ſi bona ſituata in principatu Cathaloniæ non dicantur

ex

ex foro, nec de iure ſubiecta iuri uiduitatis, tamen ex con-
uentione partium fauore matrimonij illi ſubiecta fieri poſ-
4 ſunt, quoniam † contractus legem accipiunt ex conuētione
partium l.contractus ff.de regu.iur.l.1.§.ſi conueniatur ff.
depoſ. & quod lege non eſt prouiſum, ſeu cautum, pacto
id fieri poteſt: quinimmò cōtra id, quod lex diſponit, par-
tes conuenire, & paciſci poſſunt, dūmodo contra ſubſtātia
lia cōtractus non faciant, uel pactū nō ſit à lege reprobatū,
ut in iuribus allegatis, & l.ſi fundum ſciens C. de euictio. l.
ſi familiæ C.fam.herc.& ibi not.l.ſi fratres C.cōm.utriuſq;
iudic.cum ubiq; not.Bart.in l.cum precario ff. de precar. l.
pacta conuenta ff.de contrahen.emptio.& l. iuriſgētium §.
ſi paciſcar ff. de pact.cum ſimilib.& prædicta ſuadentur ex
diſpoſitis in capitulis matrimonialibus, quibus conuentum
fuit, quòd ſi contingat dominam Ioannam maximè ſine fi-
liis ſuperuiuere do.Raymundo, ac etiam dominæ Iſabellæ,
in omnibus bonis in capitulis contentis, inter quæ etiā Ba-
ronia de ſpes cum pertinentiis ſuis, nec non uilla de An-
gleſola cum aliis pertinentiis ſuis &c. continentur, ipſi
dominæ Ioannæ ius uiduitatis, ut ex foro Aragonum,
debeatur: ergo iſta, quæ conuenta fuerunt, cum oneribus
ſuis ſeruanda ſunt, quia dixit prætor, pacta ſeruabo, d.l.iu-
riſgentium §. prætor ait ff. de pact.cum ſimilibus.
¶ Secundo animaduertendum eſt, quòd pactum ſuper iu
re uiduitatis inter cōiuges factum dicitur eſſe reciprocum,
quoniam ſicut prædecedente domino Raymūdo debetur
do. Ioannæ, ita illa prædecedente debetur ipſi do.Raymun
do in bonis dotalibus ipſius do.Ioannæ, ut expreſsè in capi-
5 tulis, & pactis matrimonialibus continetur: Item † quoad
lucra, quæ coniugibus hinc inde poſt illorum mortem de
bentur, æqualitas ſeruanda eſt, & inæqualitas ad æqualita
tem reducitur, auth.æqualitas C.de pact.conuen.& in cor
pore, unde ſumitur, in auth.de æqualita.dot.§.1.l. ut libe-
ris C.de collatio. l. fin.C.famil.herciſc un.ſed præmorien-
te do.Ioanna, ſimpliciter & abſolutè ius uiduitatis in bonis
dotalibus, & aliis ſuis ipſi do.Raymundo debetur, ut in di-
ctis capitulis, ergo idem dicendum eſt de iure uiduitatis,
quod do.Ioannæ debetur præmoriente do.Raymundo: &
ſi aliqua inæqualitas, maiuſuè grauamen appareat ex par
te do.Ioannæ, debet ad æqualitatem reduci, ut inter ipſos
coniuges, qui ſunt una, & eadem caro, omnis inuidia, quæ
ex inæqualitate naſcitur, ceſſet, & tollatur, ut ibi habetur, &
argumento l. penul.C.de colla.ibi, ne ex eo aliquid iniuſtū
oriatur, & ibi Bal.& Specul.in tit.de donatio. uerſ.item po
ne pater: & propter prælationem, & inæqualitatem inuidia
inter Chaim, & Abel fratres orta fuit, c. ſexto.35.diſtin.&
ibi glo.& quod in Baronia de ſpes, quæ eſt in regno Arago
niæ cum pertinentiis ſuis, ius uiduitatis dom. Ioannæ ſu-
perſtiti debeatur, dubitatione penitus caret, quia ex pacto
expreſſo, ac etiam ex foro, ſeu ex iure aragonū hoc eſt cau
tum, & ſic duplici uinculo debetur, duplexq; uinculum eſt
fortius, quam ſimplex authen.itaq; C.commu.de ſucceſſio.
6 c.1.extra de tregu.& pace. Item quia in Aragonia † omnia
conuenta, & diſpoſita ad literam, & prout in charta conti-
nentur, ſeruanda, & intelligenda ſunt adeò, quòd non eſt li
citum à uera, & propria uerborum ſignificatione recedere,
nec eſt locus extenſioni etiam ex ſimilitudine rationis, Bal.
in l.2.in princi.uerſ.extra inducitur. C. de patribus qui fil.
diſtraxe.& in l.illud in 2.col.C.de ſacroſ.eccle.Alex.in apo
ſtil.ad Bar.in l.omnes populi circa finem ff. de iuſtit.& iur.
in uer.interpretationem: Et non ſolum ſuper immobilius,
ſed etiam ſuper omnibus mobilibus datis, & aſſignatis in re
compenſationem matrimonij ius uiduitatis do. Ioannæ de
betur, quoniam mobilia ex pacto facta fuerunt ſedentia,
hoc eſt immobilia, ſeu loco immobilium, & ideò debent iu
ri diſponenti de immobilibus ſubiacere; cum iure Arago-
num diſpoſitum ſit, quòd mobilia ex pacto ſedentia fieri
poſſint, & iura loquentia de immobilibus locum ha-
bent etiam in huiuſmodi bonis mobilibus, quoniam in Ara
gonia omnia conuenta, & diſpoſita debent intelligi, ut in
carta, & ad literam, dummodo non ſint impoſſibilia, & con
tra ius naturale: ſed hoc non eſt de iure impoſſibile, nec
7 contra ius naturale, quia † iura, & leges in pluribus ca-
ſibus admittunt, mobilia haberi pro immobilibus, ut eſt
pecunia ad emptionem immobilium deſtinata, ſeu depūta
ta, Roma.in conſi.178.& in l.ſi ex legati ff. de uerb. obliga.
per l.3.§.quid ergo, ff.de contrar.iudi.tutel.l.à diuo pio in fi.
& ibi Raphael. ff. de re iudi. & eſt bonus tex.in l. ſi chorus
ff.de lega.3.& cum hac opinione pertranſire uidetur Alex.
in l.1.§.quæſitum ff.ad trebellia.qui ultimo loco in hoc ui-
detur reſidere, licet prius pro parte contraria argumenta-
tus fuerit ibi: Itē ut ſunt ſerui, & aliæ perſonæ aſcriptæ gle
bæ, & ad culturam agrorum deſtinatæ, ut in l.quemadmodū
C.de agricō.& cenſi.lib.11.& ibi per totū, Abb. per illū tex.
in c.nulli extra de rebus eccleſ.non alien.in 2.not.ubi ple-
nè dixi, ergo dicendum eſt, ius uiduitatis poſſe etiam in bo-
nis mobilibus, quæ ex pacto effecta ſunt ſedentia, deberi.
8 ¶ Corroborantur præmiſſa ex regula, † quæ habet, quòd
exceptio firmat regulam, ſeu diſpoſitionem principalem in
caſibus non exceptis, l.qui neque in fin.ff.de rebus eorum, l.
nam quod liquide in fin.ff.de penu.lega. l. quæſitum §. de-
nique, & ibi Bart.cum aliis ff.de fund.inſtruc.ſed à genera-
li conſtitutiōne uiduitatis facta ad fauorem dominæ Ioan-
næ in caſu, quo ipſa poſt mortem do. Raymundi ſine filiis
uidua remanſerit, excipitur caſus, niſi ipſe do. Raymundus
potuerit de Baronia de ſpes, & de uilla de Angleſola &c.
diſponere, ergo infertur, quòd in caſu, quo diſponere non
poſſet, dicuntur partes uoluiſſe, quòd do.Ioāna in dictis Ba
ronia, & uilla ius uiduitatis habere poſſit, ſed do. Raymun-
dus diſponere non potuit de iure uiduitatis ſuper Baronia
de ſpes, nec de eius tenentiis, quia de iure, ſeu ex foro Ara-
gonum, cui ipſe ſubiectus eſt, & ſtare tenetur, argumento
c.priuilegio in fin.cum c.ſequen.4.diſtinc.l.iuſtitia ff.de iu-
ſti.& iur.l.3.C.de legibus, de iure uiduitatis diſponere non
poteſt, nec etiā de iure uiduitatis ſuper uilla de Angleſola,
quia illa fuit, & eſt uinculata, & ſubiecta reſtitutiōi, ergo ſe-
quitur, quòd adhuc ius uiduitatis in & ſuper dictis bonis re
manere dicitur ipſi domine Ioannæ, quoniam conditio, ſub
qua facta fuit exceptio de iure uiduitatis ſuper dictis bonis,
defecit, cum dominus Raymūdus diſponere non potuerit,
9 & † deficiēte conditione, deficit diſpoſitio, ſeu exceptio ſub
illa conditione facta l.1.& per totum C.de condi.inſert. &
per totum ff.eod.ac etiam per argumentum ſumptum à cō
10 trario, † quod ſumi poteſt, quoties abſurdum non reſul-
tat l.2.de condi. inſert. & plenè habetur per Alexand.in
l. 1. §.huius rei ff. de offic. eius, cui mandata eſt iuriſdic.
nam ſi extra uiduitatem Baronia de ſpes, & uilla de An-
gleſola eſſe dicuntur in caſu, quo dominus Raymundus
de illo iure ſuper dictis bonis diſponere potuerit, ergo à
contrario ſi de eo diſponere non potuerit, uerum erit di-
cere, quòd ius uiduitatis in illis dictæ dominæ Ioannæ
integrum remaneat, eueniente caſu ipſius uiduitatis, ut
quia ſine filiis ipſi domino Raymundo ſuperuixerit, &
in uiduitate permanſerit, & hæc fuit manifeſta intentio
ipſorum coniugum, & contrahentium: Quo fit, ut ad
alias coniecturas non ſit recurrendum l. continuus §. cum
ita in fin.uerb.ff.de uerbo.obliga. quia nōn eſt ueriſimile,
quòd dominus Raymūdus in caſu, quo filios nō haberet, de
bonis prædictis uoluiſſet in alias perſonas diſponere, quā
in ſuam dilectiſſimam coniugē dominam Ioannam, ut col-
ligitur ex illa conditione uiduitati adiecta, ſi prædeceſſerit
ſine filiis, quæ infert ipſum filios ſuos do.Ioannæ, illiſq; non
exclu-

extantibus eam cæteris alijs prædilexiſſe, ad ea, quæ haben tur in l.lucius la grande ff.de hæred. inſtit. in l.cum auus.ff. de condit.& demon.in l.cum acutiſſimi C. de fideicom. & in l.generaliter §.cum autem C.de inſtit.& ſubſti.ſub condit.fact. ¶ Ad corroborationem præmiſſorum etiam accedat renunciatio, quam domina Ioanna fecit de iure uiduitatis ſuper Baronia de Spes &c. & oppido de Angleſola, ex illa enim infertur, quòd tàm ex capitulis, & conuentionibus, quàm de iure uiduitatis ipſa erat prius dominæ Ioannæ acquiſita, quia niſi fuiſſet iam acquiſita, fruſtra illi renun
11 ciaſſet, † quoniam iuri, quod nondum competit, nec debetur, renuntiari non poteſt, ſed ſolum iuri iam acquiſito, ſeu debito, ad notata in l. 1.C.de pact.& in c. 1.& in rubr.& per totum extra de renuntiatio.cum alijs. Præterea exceptio, de qua in uerſ.excepto, & renuntiatio, de qua in uer.& quòd in dicto caſu, non poſſunt dici ſimpliciter factæ ſub illa conditione, ſi dominus Raymundus ſine filijs prædeceſſerit &c.quoniam ante dictos uerſiculos iam cõuentum erat, ut ius uiduitatis generaliter ſuper omnibus bonis, & ſic ſuper prædicta Baronia de Spes, ac etiam ſuper villa de Angleſola diceretur dominæ Ioannæ acquiſitum ſub conditione, ſi dominus Raymundus deceſſerit ſine filijs, ergo id, quod dicitur in dictis uerſiculis, in quibus ab illa generalitate ius uiduitatis ſuper dictis Baronia, & uilla eximitur, nõ poteſt dici factum ſub illa ſola conditione, ſi dominus Raymundus prædeceſſerit ſine filijs, alioquin ſequeretur, quod ſub eadem conditione, & ſub eodem caſu ius uiduitatis ſuper dictis bonis diceretur debitum, & nõ debitum dominæ
12 Ioannæ, & † conſequenter ab euentu eiuſdem conditionis, ſi deceſſerit ſine filijs, effectus contrarij reſultaret, quod minimè dicendum eſt, ut in l. 1.C.de fur.l. ubi repugnantia ff. de regu.iur.ne contingat contrahentes in uno, eodemque caſu uoluiſſe ſe incontinenti corrigere, contra textum cum ibi not.in l.non ad ea ff.de conditio. & demonſtratio. Quare fateri neceſſe eſt, quòd exceptio, & renuntiatio de Baronia, & de villa prædictis dicatur facta etiam ſub alio, & diuerſo caſu, & ſub diuerſa conditione, quæ expreſſa fuit, uidelicet ſi diſponere de illis potuerit. Et ex prædictis clarè
13 infertur † quòd ius uiduitatis ſuper oppido de Angleſola &c.& ſuper Baronia de Spes, & pertinentijs dicatur dominæ Ioannæ ſub pluribus conditionibus copulatiuè debitum, ſub prima, ſi dominus Raymundus prædeceſſerit, ſub ſecunda, ſi ipſe non potuerit diſponere &c. quia in caſu, quo potuerit diſponere, fuit excepta; ſed ille deceſſit ſine filijs, item de dictis Baronia, & villa diſponere non potuit, ergo in illis ius viduitatis dominæ Ioãnæ debitum fuit, & exceptioni locus eſſe non potuit, quia omnes ſimul, & copulatiuè adimpleri debuerunt, adeò quòd ſatis non fuit alteram adimpletam fuiſſe, & alteram defeciſſe, ut in l.ſi quis ita ſtipulatus ff.de uerborum obligat. & in l.ſi is qui ducenta §.utrum ff.de rebus dubijs, & altera deficiente, totaliter ipſa exceptio deficeret, ut in dictis iuribus. Et licet in ipſa exceptione ſupradicta non fuerit hæc conditio, ſi ſine filiis prædeceſſerit &c. expreſſa uerbis ſpecialibus, tamen expreſſa fuit uerbis generalibus, ut dicitur de uulgari, & pupillari comprehenſa ſub compendioſa, quæ dicuntur expreſſæ non uerbis ſpecialibus, ſed generalibus, ad tradita per Bartolum, & omnes in l. 1.& in l.centurio ff.de uulga.& pupilla.& in l.precibus C.de impub.& per Ioan.de Imol.in c.raynutius in materia uulgaris, & compendioſæ, ibique tetigi, extra de teſtamen. Quòd autem ſaltem uerbis generalibus conditio illa, ſi dominus Raymundus prædeceſſerit ſine filiis, dicatur expreſſa, ſeu comprehenſa etiam in dictis uerſiculis ultra conditionem, ſi diſponere potuerit, ſatis clarè demonſtratur, nam hæc exceptio uiduitatis ſuper Baronia &c.& ſuper oppido &c.facta fuit ab illa generali diſpoſitione, qua conuentum fuit, quòd ius uiduitatis dominæ Ioannæ deberetur ſuper omnibus bonis in capitulis contentis, & ſic etiam ſuper Baronia de Spes, & oppido de Angleſola, ut colligitur ex uerbis capitulorum, & ſupradictum fuit: ſed illa generalis conceſſio uiduitatis facta fuit ſub conditione, ſi dominus Raymundus prædeceſſerit ſine filis &c. ergo, ſub eadem quoque conditione exceptio ipſa uidui-
14 tatis neceſſario debet intelligi facta; quia † exceptio ſemper debet intelligi facta ſecundum terminos, & qualitates diſpoſitionis, à qua fit exceptio, alioquin non diceretur exceptio bona, ſi enim dicerem, omnis homo currit excepto equo, certè non eſſet exceptio bona, ſed ſi dicerem omnis homo currit, excepto Titio, benè procederet exceptio, quoniam Titius eſt homo, & hoc probatur ex iis, quæ habentur per gloſam in c. 1.de regu. iur.in 6.l. nam quod liquidè in fin.ff.de penu.lega.l.quæſitum §.denique de fun. inſtruct. & ibi Barto. in l. legata inutiliter in princi. ſoique Bar.in fin.uer.ff.de lega. 1. cum aliis. Si ergo à diſpoſitione facta generaliter ſub conditione, ſi prædeceſſerit ſine filiis &c. facta dicitur exceptio, ſi potuerit diſponere &c. debet etiam neceſſario intelligi facta ſub illa conditione, ſi prædeceſſerit, de qua in principali diſpoſitione, alioquin non diceretur exceptio, niſi retẽtis iiſdem terminis, & qualitatibus præcedentibus facta intelligeretur; ex quibus infertur, quòd ad hoc, ut exceptio uiduitatis ſuper Baronia, & ſuper oppido effectum habeat, requiritur utrunque uerificari, uidelicet, quòd dominus Raymundus prædeceſſerit ſine filiis &c. & quòd potuerit de iure uiduitatis Baroniæ &c.& oppidi &c.diſponere per iura ſuperius allegata: & quòd in illo uerſiculo, & quod in dicto caſu &c.facta etiã fuerit exceptio à generali diſpoſitione uiduitatis de villa de Angleſola, negari non poteſt, quia cum iam prius conſtitutum eſſet ius uiduitatis generaliter ſuper omnibus bonis, ac etiam expreſsè ſuper Baronia de Spes, poſtea in d.uerſi. excepto &c.excipitur de Baronia de Spes, deinde in uerſi. & quod in dicto caſu, reuocatur ius uiduitatis ſuper villa de Angleſola in caſu, quo potuerit diſponere &c.ergo clarè colligitur, quòd etiam in illo uerſiculo, & quod in dicto &c.facta fuit exceptio &c.quo fit, ut ultra conditionẽ, ſi potuerit diſponere, dicatur etiam facta ſub illa conditione, ſi prædeceſſerit ſine filiis &c. quod quidem oſtendunt etiam illa uerba, & quòd in dicto caſu, quæ ſtant demonſtratiuè, & demonſtrant caſum proximum, ac etiam remotum, proximum uidelicet, ſi diſponere potuerit, remotum uerò, ſi prædeceſſerit ſine filiis &c. & ſic utrunque caſum,
15 quia † clauſula in fine poſita debet ad omnia præcedentia referri, quando congruè referri poteſt, & magis ad proxima, ut in l.talis ſcriptura in fin.& ibi Barto. Alexan. & alii ff.de legat. 1. Abb.in c.cum dilecti extra de donatio. Bar.in l.prætor la prima §.erit ff.ui bon.rap.cum aliis allegatis poſt glo.in l.ſi idem §.ſed ſi ff.dè iuriſd.omn.iud. quicquid ex oppoſito dicant aliqui, uolentes, quòd ea, quæ dicuntur in d. uerſ.& quòd in dicto caſu, non ſint referenda ad proxima, in quibus fuit expreſſa conditio illa, ſi diſponere potuerit, ſed ad alia ſuperius dicta tantum, quando fit mentio ſimplex de conditione, ſi prædeceſſerit ſine filiis &c. Quod etiam magis liquidè probatur, quoniam ſi illud, quod dicitur in dicto uerſi.& quòd in dicto caſu, ſolum diceretur dictum, & factum ſub ſola conditione, ſi prædeceſſerit ſine filiis, & non ſub alia, ſequeretur, quòd ipſi diſponentes ſibi contrarij fuiſſent, & incontinenti uoluiſſent ſe corrigere, quod nequaquam dicendum eſt, iuribus aliàs ſupra per me ad hoc allegatis. Quòd autem hoc ſequeretur, oſtenditur, nam ſub conditione, ſi do. Raymundus prædeceſſerit ſine filiis ipſi do. Ioannæ, conuentum fuit, ut do. Ioannæ uiduitas etiam in Baronia de Spes, & pertinentiis deberetur, ut

dictum fuit,ſi autem id,quod dicitur in d.uerſi. & quòd in dicto caſu &c. ſolum intelligeretur diſpoſitum ſub illa met ſola cōditione,ſi prædeceſſerit ſine filiis,infertur,quòd eodem caſu in Baronia de Spes uiduitas non deberetur, item quòd deberetur: quod uidetur impoſſibile, quia hæc ſunt contraria, & incompatibilia: ergo neceſſe eſt inuitis dentibus fateri,quòd dictum in d.uerſi.& quod in dicto caſu,ſit factum non ſolum ſub illa conditione, ſi prædeceſſerit &c. ſed etiam ſub illa copulatiuè,ſi potuerit diſponere. Nec aliter, ut etiam dictum eſt, poſſumus intelligere, niſi iudaicè uellemus interpretari. ¶Et quamuis ex ſupra relatis plura,quæ in oppoſitum contra dominam Ioannam facere uidebantur, ſint ſublata, tamen ut de bono ipſius iure clarius conſtet, ſingulis, quæ magis ſtringere uidentur, reſpondebo: Opponitur enim pro parte ſuccedere debentium, ſeu proprietariorum, quòd in Baronia de ſpes &c. uiduitas nō eſt do. Ioannæ debita,quoniā poſt illum uerſ.& quod in dicto caſu &c.ibi in uerſi.uoluit etiam & cōſenſit &c.& ſic in eadem diſpoſitione ſubiicitur,quòd do. Ioanna exiſtens uidua per mortem do. Raymūdi ſine filiis, & finito quitamēto, ſeu finita luitione ſummarum loci de Samper,habeat,& percipere debeat annuatim in recompenſationem eiuſdē tria millia ſolidorum ſingulis annis ex redditibus Baroniæ de Spes &c. ex quo infertur, quòd d. Baronia de Spes extra uiduitatem remanet in caſu, quo domina Ioanna ſimpliciter uidua remanſiſſet ex domino Raimundo ſine filiis abſque alia conditione,ſi potuerit diſponere:Sed pro reſpōſione præſuppono, ut in capitulis continetur, conuentum fuiſſe generaliter, quòd diſſoluto matrimonio per mortem domini Raymundi ipſa domina Ioanna ſuperſtes ius uiduitatis habere debeat,cum pacto tamen, quòd ſi domina Iſabella ſuperuiuat domino Raymundo,tunc domina Ioanna ius uiduitatis in Baronia de Spes, Drecos &c.& pertinentiis, & in tribus mille ſolidis annuis in oppido de Sāper &c. poſt mortem uerò dominæ Iſabellæ, ſi ſuperuiuat domina Ioanna uidua cum filiis, qui uiuant, ipſa habere debeat ius uiduitatis iuxta forum Aragoniæ in Baronia de Alfaiarim, & in pardinis,& in omnibus ſupra contentis, cum hac tamen conditione, ſeu cum hoc onere, ut ipſa uiginti ſex millia ſolidorum annuatim ſoluat pro tantis cenſibus debitis, ſed inter alia contenta fuit expreſſa Baronia de Spes, ergo etiā in illa in caſu huiuſmodi ius uiduitatis deberi dicitur. Item etiam in caſu,quo domina Ioanna poſt mortem dominæ Iſabellæ ſuperuixerit uidua ex dicto domino Raymundo ſine filiis ex eo,tunc habeat ius uiduitatis ſuper Baronia de Alfaiarim, Dacos, & pertinentiis illius, & ſuper Pardinis de antiano, Viecha, Schedo, Caſtelon, Ciecos, & ſuper tribus mille ſolidis in oppido de Samper de Carlanda, & in oppido de Lierta, & in domibus Cæſarauguſtanis, & in aliis bonis ſupra contentis: quæ uerba generalia,&indefinita etiam uerificantur in Baronia de Spes,quia illa fuit de nominatis, ergo uerum eſt dicere, quòd in quocunque caſu conſiderato ab ipſis contrahentibus ius uiduitatis fuit dominæ Ioannæ uiduæ ex domino Raymundo ſiue ſine filiis, ſiue cum filiis, qui uiuant, debitum.

¶Non obſtat modo conſideratio ex aduerſo facta,quia reſpondetur, quòd rectè intelligendo id,quod continetur in d.uerſi.uoluit etiam &c. oppoſitio nihil dominæ Ioannæ refragatur,quin regulariter ius uiduitatis habere debeat in dicta Baronia de Spes,quoniam illud debet intelligi tantum in caſu,de quo in d.uerſ. et quòd in dicto caſu &c. ſic ad proxima debet referri,& non ad alia remota, alioquin reſultaret abſurdum, & contrarietas, de quibus ſupra, uidelicet,quòd illo caſu,quo dominus Raymundus ſine filiis ipſi do. Ioannæ prædecederet, illa ius uiduitatis in dicta Baronia de Spes haberet,itē illud ius habere non deberet,quod minimè dicendum eſt: Declaro,nam in dicto uerſi.& quòd in dicto caſu &c. fuit conuentum,ſeu diſpoſitum,quòd eueniente caſu,quo do. Raymūdus prædecederet do. Ioannæ ſine filiis, & do. Raymundus potuerit diſponere de iure uiduitatis ſuper dicta Baroniade Spes,tūc d.Baronia ſit extra uiduitatē, & ipſa do.illi renuntiauit, & in hoc caſu, quo ius uiduitatis ipſi non debetur in d. Baronia,& ſic in caſu,quo ipſa do. Ioanna illi renuntiauit,ut ſupra, ipſa habere, & recipere debet ſuper dicta Baronia in recompēſam eiuſdem tres mille ſolidos,& ad proxima tantum facienda eſt relatio, quando ſi ad præcedētia,ſeu ad omnia fieret,reſultaret abſurdum,ut in d.l.talis ſcriptura,in fin. & ibi Bar.cum ſimilibus ſupra allegatis. Ex quibus infertur, quòd ex quo domina Ioanna non ſimpliciter, ſed ſolum in caſu proximè dicto renuntiauit in caſu, quo dominus Raymundus prædeceſſiſſet ſine filiis,& diſponere non potuerit,ipſa do.Ioanna illa tria millia ſuper dicta Baronia habere non debuit, ſed ipſam Baroniam de Spes, ut innuit illud uerbum renuntiauit,quod præſupponit ius uiduitatis prius fuiſſe dominæ Ioannæ acquiſitum in caſu, quo non potuerit diſponere, ut ſupra, & prout etiam infertur ex illis uerbis in recompenſationem eiuſdem Baroniæ,hoc eſt,quòd domina Ioanna habere debeat tria millia ſuper dicta Baronia in recompenſationē eiuſdem, quæ fuerat dominæ Ioannæ acquiſita, quia
16 † in recompenſationem rei iam debitæ, ſeu acquiſitæ, non aūt nō debitæ, nec acquiſitæ quid datur, ſeu conceditur, l. 2.& ibi doct. C. de compenſa. glo. in l. quæcunque in uerb.ueniunt ff. eodem, iuncta l.etiam,& ibi Bal.C.eodem. ¶Aliud contra dictam dominam Ioānam opponitur,quòd in pertinentiis prædictis ius uiduitatis habere non debeat eo caſu,quo dominus Raymundus prædeceſſerit ſine filiis, quia fuit conuentum,quòd in caſu, quo tenentiæ liberentur,ſumma,ſeu quantitas,quæ inde extrahetur, debeat deponi penes adminiſtratores regni Aragoniæ, & quòd in caſu dictæ luitionis, ſi domina Ioanna ſupereſſet uidua ſine filiis ex dicto domino Raymundo, teneatur totidem penſiones annuatim,&c.quot erunt penſiones cenſualium,de proprietate dictarum tenentiarum ſoluere ſucceſſori domus de Spes: Ergo infertur, quòd domina Ioanna non dicitur ius uiduitatis ſuper tenentiis prædictis habere, quia ſi illud ius haberet, non teneretur de proprietate illarum ſoluere, nam reſpondetur hæc ſimul ſtare, quòd in tenentiis prædictis domina Ioanna ius uiduitatis habere deberet, ſed cum onere ſoluendi in caſu dictæ luitionis de illarum pro-
17 prietate, neque hæc inter ſe repugnant,quoniam † ille, cui uſusfructus datur, uel relinquitur, poteſt teneri, ſeu grauari, quòd de proprietate rerum, in quibus debetur uſusfructus, creditoribus hæreditariis ſoluere debeat, ut colligitur ex iis, quæ habentur, & ibi ponuntur per Alex.poſt alios in
18 l.uſufructu ff. ad l. falcid. item † ſuper eadem re uni uſusfructus, & aleri uſus rei deberi poteſt, ut in l. fin. ff.uti poſſid. & facit l.ab eo ff.de uſufruc.lega.ubi illi,cui relictus eſt uſusfructus, poteſt imponi onus fideicommiſſi, & conſequenter uſusfructus poteſt cum onere aliquid dandi, uel faciendi deberi. ¶Nec aduerſatur, quòd non ſit uerisimilè dominum Raymundum uoluiſſe in caſu,quo decederet ſine filiis, quòd ius uiduitatis, ſiue uſusfructus omnium bonorum ſuorum dominæ Ioannæ uiduæ in ſolidum debeatur, & quòd ſucceſſor domini Raymundi interim nihil de fructibus habere poſſit,quia interim non haberet, unde ſe poſſet alere; & ideò dicendum uidetur, quòd à generalitate uiduitatis ſit excepta uiduitas, ſeu uſusfructus Baroniæ de Spes,quia huic coniecturæ facilè reſpondetur, nam de iure Aragonum,quo uiduitatis ius debetur uxori remanenti uiduæ ſine filiis, non ſtatur coniecturis,ſed ſtādum eſt cartæ, hoc eſt uerbis præciſè,ut ſupra dictum eſt. Secundo reſpōdeo,

19 deo,† quòd huiuſmodi coniectura ſumi poſſet in caſu, quo ius uiduitatis fuiſſet debitum dominæ Ioannæ ſuperſtitibus filiis domini Raymundi, quoniam tunc uſusfructus omnium bonorum uxori non poſſet deberi, quin pars aliqua filiis defuncti remaneret, ut per Bart. in l. uxori meæ ff. de uſufruct. lega. glo. in l. omnium bonorum ff. de uſufru. & in authen. nouiſſima C. de inoffic. teſtamen. At quando non ſupereſſent liberi defuncti, ſed extranei hæredes, quibus omnium bonorum proprietas debetur, tunc uxori, uel alij poteſt uſusfructus in ſolidum omnium bonorum deberi, ſeu relinqui, nec debet eſſe in conſideratione, an hæredes proprietarij habeant, unde ſe poſſint alere, ut colligitur ex not. per glo. in d. l. uxori meæ: ſatis enim debet eſſe hæredibus extraneis nudam habere proprietatem interim, dum uſusfructus durat, qui finitus cum proprietate conſolidabitur l. idem §. non ſolum ff. de uſufr. accreſc. cũ d. l. uxori meæ &c. ¶ Opponitur etiã cõtra præfatam dominam Ioannã, quòd ipſa non debeat ius uiduitatis in dicta Baronia de Spes habere, quia illa fuit excepta à generali conceſſione uiduitatis, etiam in caſu, quo dominus Raymũdus ſine filijs ex illa præ decederet, quod conſtare allegatur pro parte ſucceſſoris ex illis uerbis, & quòd in dicto caſu, quæ dicũtur repetere ſolum caſum illum, quo dominus Raymundus prædecederet dominæ Ioannæ ſine filijs, & non caſum illum, ſi ipſe diſponere poterit de uiduitate dictæ Baroniæ: nam hoc, an poſſit
20 diſponere necne, non dicitur caſus, quoniam † caſus dicitur is, qui habet ſe ad eſſe, & non eſſe, ut colligitur ex not. per Bar. in l. 1. ff. de cond. & demon. colum. 1. l. pecuniam in fin. cum ſequen. ff. ſi cer. pet. hoc autẽ, ſi potuerit diſponere &c. ab euentu de futuro non dependet, ut ſtatim dicam: decedere uerò ſine liberis, ſeu filijs dependet à futuro, & poteſt ſe habere ad eſſe, & non eſſe, ut in l. ex facto per totam legẽ ff. ad trebel. l. lucius ff. de hæred. inſtit. cum aliis, ergo uerba illa, & quòd in dicto caſu, comprehendent ſolum caſum, ſeu conditionem illam, ſi dominus Raymundus dominæ Ioãnæ prædeceſſerit ſine filiis, non autem illud, ſi potuerit diſponere de iure uiduitatis ſuper Baronia de Spes, quoniam an poſſit diſponere, in ſe de iure certum eſt, & conſequẽter nõ poteſt dici caſus, cum in hoc ius, & id, quod in iure conſiſtit, in ſe certum ſit, argumento tex. in l. 1. in fi. & in l. antiqui ff. de pet. hær. & per Bar. in l. uentre ff. de acqui. hær. cum ſim. Sed huic motiuo reſponderi poteſt, primo, quod ex quo id, quod diſpoſitum fuit ſub illa conditione, ſi potuerit diſponere, dicitur etiam diſpoſitum ſub illa conditione, ſi dominus Raymundus prædeceſſerit ſine filiis, abſque dubio dicetur diſpoſitũ ſub caſu, ſeu ſub conditione illa, ſi ſine filiis &c. ac etiam ſub conditione, ſi potuerit diſponere, ut ſupra plenius probaui, ita quòd erit neceſſe ad hoc, ut uiduitas ſuper Baronia de Spes dicatur excepta, & illi renuntiatum, quòd utrunque euenerit, argumẽto d. l. ſi ita quis ſtipulatus cum
21 aliis. Præterea † ſimpliciter conſiderando etiam ſolum illud, ſi potuerit diſponere &c. põt dici ſub caſu diſpoſitum, quia & ſi de iure in ſe certum fuerit, & ſit, an potuerit diſponere, tñ quo ad contrahentes potuit dici incertum, & hoc reſpectu hic dicitur caſus, quoniam inſpiciendum non eſt, quòd quid in ſe certum ſit de natura, uel de iure, ſed inſpici, & cõſiderari debet in ſcientia cõtrahentium, & hominum l. ſed & ſi in fine ff. de iudic. ibi, nec rerum naturam intuendã, in qua omnia certa eſſent, cum futura utique fierent, ſed noſtram inſcientiam aſpici debere. ¶ Rurſus conſiderandum eſt, quòd uerba illa ſine filiis &c. expreſſa fuerunt ad includendum ius uiduitatis etiam ſuper Baronia de Spes, ut colligitur ibi, & ſi dicta domina Ioanna filios non habuerit ex dicto domino Raymundo, tunc ipſi dominæ Ioannæ aſſignatur uiduitas &c. ergo illud decedere ſine filiis nõ debet excludere uiduitatem, quia inducta ad incluſionem, ſeu ad argumentum non debent operari excluſionem, ſeu diminutionem, cum inducta ad unum effectum non operentur cõtrarium l. quod fauore C. de legib. cum ibi not. l. nulla iuris ff. eodem l. legata inutiliter ff. de leg. 1. & ff. de adimen. lega. quo fit, ut ademptio, ſeu renuntiatio uiduitatis dicatur facta directè, & principaliter ſub illa conditione, ſeu ab illo caſu ſi dominus Raymũdus potuerit diſponere de uiduitate &c: & cõſequenter illa uerba, & quòd in dicto caſu, ſint ad proxima referenda, ut dictat ratio, & rectitudo ſermonis, ut ſupra dictum fuit: vel ſi etiam ad remota poſſint referri, ſunt referenda magis principaliter, & immediatè ad caſum proximum, ſi potuerit diſponere, ut latius dictum eſt. Præterea ſi illa uerba, ſi potuerit diſponere &c. quo ad nillam de Angleſola, dicuntur, ſeu poſſunt facere conditionem, ut uerba innuunt, & quilibet fatetur, ergo nõ eſt inconueniens, quòd idem etiam dicamus quoad Baroniam de Spes, & pertinentias illius. Vlterius pro reſponſione ſciendum eſt, quòd illa uerba, ſi potuerit diſponere &c. de quib. in uerſ. excepto,
22 & tacitè etiam repetita ibi, & quòd in dicto caſu, † intelligi poſſunt, ſi potuerit de facto, item ſi potuerit de iure, primo caſu de facto intelliguntur attenta facultate diſponendi, ut quia morte, aut alio impedimento facti non fuerit impeditus diſponere, ad tradita per Inno. & alios in c. quemadmodum de iureiur. Bal. in l. fi. C. de non num. pecu. ſed ipſe dominus Raymundus de dicta uiduitate poſt conuenta nõ diſpoſuit, igitur non debet cenſeri illi renuntiatum, ſed ipſa uiduitas dominæ Ioannæ remanet: ſecundo caſu intelligẽdo ſi diſpoſuerit de iure, adhuc dicitur dicta uiduitas ipſi dominæ Ioannæ remanere, nec illi debet dici renuntiatum, quoniam dominus Raymundus de iure Aragonum, cui ſubijcitur, tenetur ſtare uiduitati, nec potuit de dicto iure uiduitatis diſponere ad præiudicium dominæ Ioannæ, cui & ex pacto, & de iure Aragonum fuit ius uiduitatis in dicta Baronia de Spes acquiſitum: Præmiſſa ſuadentur ex diſpoſitis in capitulis, quando dominæ Iſabellæ fuit conceſſum, ut ipſa poſſet liberè diſponere de bonis ab ea datis contemplatione matrimonij in caſu, quo dominus Raymundus decederet ſine filiis: quoniam non ſatis fuit ipſum decedere ſine filiis, niſi etiam domina Iſabella de dicta rata bonorum de facto diſpoſuerit, adeò quod illa de facto non diſponente, bona omnia in ſolidum remanẽt debita, & acquiſita, ſeu data contemplatione matrimonij, & conſequenter coniugum, argumento d. l. fideicommiſſa §. interdum cum ſimi. ff. de leg. 3. ex quibus omnibus apparent reſolutæ omnes difficultates, quæ contra dominam Ioannam facere uidebãtur. ¶ Venio ad ſecundum principale dubium de dote, ſeu eius parte ab ipſa domina Ioanna petenda, & exigenda: in quo uidetur primo aſpectu, quòd ipſa non poſſit petere declarari, & minus in continenti petere, uel exigere aliquam ſummam dotis, ſoluto matrimonio, durãte iure uiduitatis in bonis, in quibus uiduitas data fuit, ut in c. 13. ibi, item fuit conuentum inter prædictos, quòd ſi contingat dominam Ioannam aliquo prædictorum modorũ ius uiduitatis conſequi, tunc uidelicet tempore, quo uiduitas locum habebit, & ſic ſoluto matrimonio, ipſa non poſſit petere, aut exigere aliquam ſummam ex dote ſua, quam habet, & ex nunc uolumus habere, & aſſecuratam eſſe in dicta Baronia de Spes, & Alfaiarim. Ex quibus uerbis uidetur hoc dictum contra dominam Ioãnam decidi, quòd ipſa ſolum ius pignoris, uel hypothecæ durante uiduitate habeat, non autem ius exigẽdi aliquam partem, uel petendi declarari ſuper quibus bonis, & pro qua quantitate. ¶ Præterea in c. 26. fuit prohibitum, dicta bona (intelligendo de bonis datis, & aſſignatis cõtemplatione matrimonij) poſſe alienari, niſi in filios legitimos, & naturales dicti matrimonij, ergo durante uiduitate domina Ioãna pro dote non potuit dicta bona petere, quia

†vbi

23 † ubi ſpecialiter aliqua bona fuerunt alienari prohibita, ea non dicūtur alienabilia etiam ex cauſa dotis, ut uoluit Bal. in c.1.§.donare qualiter olim feud.alie.por. ¶Tertio ſic ar
24 guo, † prohibitio alienationis facta expreſsè à teſtatore in ultima uoluntate eſt fortior, quàm prohibitio facta in contractu inter uiuos, nā prohibitio teſtatoris impedit dominij tranſlationē, ſed non illa, quæ facta fuit inter uiuos, ut not. glo.& doct.in l.ea lege C.de condi.ob cau.& in l.ſi ita quis
25 §.ea lege ff.de uerb.obl. Sed † res expreſsè prohibita alienari in contractu, & inter uiuos non poteſt alienari etiā ex cauſa dotis glo.not.in l.nulla C.de iur.dot.& ibi Bal.& Cy. ergo idem uidetur dicendum, quando alienatio fuiſſet per teſtatorem prohibita, & hoc argumentum fuit Iaſ. in auth. res, quæ C.cōmu.de leg.in 5.not.col.12. At in caſu, de quo agitur, prohibitio facta fuit à cōtrahentibus, ergo etiam ex cauſa dotis non potuit fieri alienatio: quo fit, ut do.Ioannæ licitum non dicatur dotem ſuā, uel partē exigere de bonis aſſignatis contemplatione matrimonij, in quibus uiduitas debetur per glo.in d.l.nulla.¶Quarto iure Aragonum cautū eſt, quòd exactiones debeant prius ſuper bonis mobilibus fieri, quàm ſuper immobilibus, & ſedentibus, ueluti etiā de iure communi cautum eſt, ut in l. à diuo pio §. in uenditione cum ibi alleg.ff.de re iudi.c.quoniā frequenter in fin. extra ut lit.non cōteſt.ergo non licet do.Ioannæ dotes ſuas in cōtinenti exigere, uel petere declarari dotes fore immediatè ſuper baroniis, & aliis immobilibus exigendas.¶Quinto uirtute cap.32.conuentum fuit, quòd do.Raymūdus, aut eius hæredes non teneantur ad maiorem reſtitutionē dotis, quā fuerint bona illa, de quibus conſtabit uerè ad do. Raymundū actualiter, & expreſsè dotis cauſa perueniſſe, ſed nō conſtat expreſsè, nec actu publico, hoc eſt manifeſto de aliquibus bonis, quæ uerè ad do.Raymundū peruenerint, & ſi cōſtat de aliquibus redditibus, non tamen de aliis ſedentibus, ergo dictæ do.Ioannæ ius exigendi, & declarandi non cōpetit ſuper bonis immobilibus, ſed ſuper illis, quæ ipſa pro dote aſſignauit, ut in d.c.habetur.¶Præmiſſis tñ non aduerſan
26 tibus, contrariū eſſe uerius exiſtimo, quòd † ipſa do.Ioanna ſaltē infra annum à die ſoluti matrimonij de iure cōi poſſit dotes ſuas ſuper bonis hypothecatis petere, & exigere, uel ſaltē petere, ut declaretur ſuper illis dotē fore reſtituēdā, ad quod dicendū moueor ex regula, quæ colligitur ex rub. & ex l.2.ff.ſol.mat.& in rub.& in l.dotis, & in l.fi.C.ſol.mat. quemadmo.dos peta.cum l.unica §.exactio C.de rei uxor. actio.nec maritus, ſeu hæredes ſui poſſunt uti retentione aliqua ob aliquam cauſam, niſi ob pactum de lucrādo dotem uxore prædecedente, ut in d.l.unica §.taceat cū ſequen.qui caſus exceptus non poteſt caſui noſtro accōmodari, cū ipſa do.Ioanna ſuperuixerit do.Raymūdo, & cōtra illius hæredes agere etiā durante iure uiduitatis, ſeu uſusfructus ut ſupra ſibi debito, & dotē ſuā cum augumēto repetere intendat, ſuper quibus aūt bonis illā repetere, & retinere poſſit, conuentū fuit inter cōiuges tēpore cōtracti matrimonij, ut cōtinetur in cap.27.cuius uerba ſunt clara, & ideo illorū tenorē aliter nō refero. In c.autem 32.cōuentum fuit, quòd do.Raymundus, aut eius hæredes non teneantur ad ulteriorem reſtitutionem dotis, quam conſtiterit actu publico, & uerè ipſum do.Raymundū à do.Ioāna recepiſſe, & quoniā, ut præſupponitur, cenſualia, & pēſiones aſſignata, & aſſignatæ dotis nomine ferè totaliter cōſumpta, & cōſumptæ reperiuntur, idcirco dotis reſtitutio fieri debet, & ſuper bonis ſedentibus, ſeu immobilibus dicti do.Raymūdi, ac etiā ſuper mobilibus adductis per do.Raymūdū, & donatis per do.Iſabellā in recōpenſationē dicti matrimonij, quæ bona ex conuentione unà cū illorū fructibus à dicta do. Ioāna retineri, & poſſideri poſſunt tanquā ob hanc cauſam ſibi obligata, &
27 hypothecata, ut habetur in d.c.27. quæ † conuentiones, & hypothecæ conuentæ ſunt præciſè inter ipſos coniuges ſeruandæ, cū in illis mulieres ſint ualde priuilegiatæ, ut in d.l. unica ferè per totū, l.aſſiduis C.qui pot.in pig.hab.l.1.& ibi Bar.& alij ff.ſol.mat.Ex quibus infertur, quòd proculdubio licitum erit præfatæ do.Ioannæ infra annū à iure datum ad dotis reſtitutionē petere cōtra hæredes do.Raymūdi, quòd declaretur, dotē ſibi reſtituendā fore ſuper bonis ſedentibus, & Baroniis ipſi hypothecatis pro tanta quantitate, pro quanta reperientur fuiſſe cenſualia, & pēſiones data, & datæ pro dote non extare per id, quod habetur in d.27.cap. præſupponendo, quòd ex diſpoſitis in cap.13.impediatur, actualē reſtitutionē fieri ſuper bonis ſedentibus, & baroniis hypothecatis, donec ipſa cum effectu ius uiduitatis ſuper dictis bonis conſequitur. ¶Quod ultimum num ita ſit intelligendum, ad præiudicium do.Ioannæ, cōcludendū eſt, quòd non, quoniā etſi inter coniuges cōueniri poſſit, ut citeriori die, quā lex ſtatuat, dos reddatur, puta in continenti, & ante
28 lapſum anni, † tamen inter eos conueniri non poteſt, ut longiori die reſtituatur, ita quòd non obſtāte illo pacto, ſtatim elapſo anno à die ſoluti matrimonij, poteſt dos repeti, ſi in rebus mobilibus cōſiſtat, ut in d.l.unica §.exactio, iūcto tex. not.in l.de die, cum l.ſeq.& ſequen.ff.de pact.dot.Præterea debitor in diē pendente tēpore poteſt ex cauſa ad ſatiſdandum de ſoluendo debitum cogi l.in oībus ff.de iud.Bal.in l. uniuerſa C.de preci.imper.offer. Sed quando mulier cōuenit, ut ulteriori die dos ſolueretur, ſeu reſtitueretur ſoluto matrimonio, hæc eſſet iuſta cauſa petendi ſibi ſatiſdari, item ſi, non obſtante pacto de dote ulteriori die ſoluenda, poteſt dos peti, & exigi infra annum, ut s̄, ſi conſiſtat in rebus mobilibus, uel ſtatim ſoluto matrimonio, ſi cōſiſtat in rebus immobilibus, ut in d.l.de die cum ſequentib.iuncta d.l.unic.§. exactio, ergo à maioritate rationis poterit petere declarari durante uiduitate, in quibus rebus, & pro qua parte dos finita uiduitate ſit reſtituēda, quia cui cōceditur id, quod plus eſt, magis dicitur cōceſſum id, quod minus eſt, regula cui licet de reg.iur.in 6. Et hæc ſunt benè notanda ad fauorem do.Ioannæ, quòd iis, quæ in 13.cap.continentur, ipſa de iure ſtare non teneatur.¶Ex quibus ceſſare uidetur principale motiuum aduerſariorum ſe fundantium ſuper d.c.13.
29 Nam † illud, inquantum continet, quòd durāte iure uiduitatis ipſa non poſſit dotis reſtitutionem petere, non eſt ſeruandum, quia hoc do. Ioannæ quoad ius petendi præiudicaret, inquantū uerò fauorē illius continet, quòd proprietates baroniæ, & aliorum bonorum dicantur illi pro dotis reſtitutione hypothecatæ, capitulum erit ſeruandum, ut eſt tex.not.in l.attilicinius ff.de pact.dota.& licet uerba in dicto
30 capit.poſita quoad hypothecam ſint enunciatiua, † tamen ad fauorem dotis, & mulieris probant, & diſponūt, ut in l.2. C.de dot.promiſſio.& ponit Bal. Nouell. in tracta. de dote in 78.ſpeciali ſextæ partis. ¶Addo etiam non eſſe incon-
31 ueniens, quòd † de iure communi mulier ſoluto matrimonio poſſit ex rebus obligatis, & hypothecatis pro dotis reſtitutione fructus percipere, & illos ſuos facere, abſque eo, quòd hi fructus in ſortem cōpenſentur, ut uoluit Bal.in l.2. C.de pignor.actio.& in authen.ei, qui iurat C.de bon. auctor.iudic.poſſiden.in 13.colum. maximè, quando illos fructus perciperet pro ſuis, & ſuorum neceſſitatibus, ut per Bal.Nouell.in d.tracta.in 22.ſpeciali octauæ partis principalis, ad textum cum ibi not. in capitu. ſalubriter extra de uſur.& iſtud expreſsè inter ipſos coniuges conuētum fuit, ut in 27.cap.circa finem apparet: ergo ſeruandum eſt.

¶Et quamuis de iure, ſeu de foro Aragonum pro debiti ſatiſfactione inchoandum ſit à rebus mobilibus debitoris ante, quàm poſſit ad bona ſedentia, ſeu immobilia debitoris deueniri, ut in facto præſupponitur, & hoc etiā cautū eſt de
32 iure communi, ut dictum eſt, tamen † pro reſtitutione dotis

mulieri licebit incipere etiã à rebus immobilibus ſibi à ma-
rito pro dote hypothecatis, quia ea, quæ pro faciliori reſti-
tutione dotis ad fauorem mulieris pacto cõuenta ſunt, om
nino ſeruari debent, d.l.unica §. pe. qui incipit illud etiã C.
de rei ux.act. ſed inter ipſos coniuges in caſu occurrenti pa
cto expreſſo conuentum fuit, quòd eueniente caſu reſtitu-
tionis dotis, ſi cenſualia in dotem aſſignata in eſſe non repe
riantur, ut quia fuerint à do. Raymundo conſumpta in to-
tum, uel pro maiori parte, tunc incontinenti dos ſoluenda
ſit ex bonis ſedentibus, ſeu immobilibus obligatis, & hypo
thecatis, igitur ratione huius cõuentionis do. Ioãna ſtatim,
& immediatè ad im mobilia regreſſum habere poterit, non
ſeruato ordine fori Aragonum, nec iuris cõis, quòd à mo-
bilibus creditor incipere debeat, quia contractus ex iuris di
ſpoſitione legẽ ex conuentione partiũ accipiunt, ut ſ alias
33 dixi. Præterea † iura uolentia in primis inchoandum fore a
mobilibus procedunt, quando uel pro exequutione ſenten
tiæ ſimpliciter eſſet ad uenditionẽ bonorum debitoris deue
niendum d.l.à diuo pio §.in uenditione, vel qñ ratione con
tumaciæ eſſet faciẽda immiſſio, ut in d. c. quoniã frequẽter
34 in fi. ut lit. non conteſt. † non aũt qñ bona eſſent expreſsè hy
pothecata creditori, quia ratione hypothecæ licitũ eſt cre-
ditori agere actione hypothecaria ad bona etiã immobilia,
non ſeruato ordine ſupradicto arg. tex. in d. §. illud etiã, &
eſt de mente glo. in uer. bonorũ, in l. cũ proponas C. de bon.
auct. iud. poſſi. & faciunt not. per Bal. in auth. ei qui in 8. col.
uerſi. quæritur qualiter C. eo. tit. Rurſus cum etiã bona oĩa
mobilia ex pacto effecta ſint immobilia quoad effectum, de
quo quærimus, non erit facienda differentia iſta inter mobi
lia, & immobilia, cum oĩa ſint, & dicantur eſſe immobilia, ut
alias dictum eſt. ¶ An autem cenſualia, & penſiones, ac alia
aſſignata in dotem do. Raymundo fuerint in totum, uel pro
maiori parte ab eo conſumpta, non eſt præſentis ſpecula-
tionis, cum hoc in mero facto conſiſtat, & ſuper iis, quæ me
ri facti ſunt, iuriſperiti de iure interrogati reſpondere non
tenentur ad ea, quæ habentur per Bar. & alios in l. unica C.
quan. non peten. par. Et ex prædictis remanent reſoluta ea,
quæ primo, & quarto loco pro parte ſucceſſorum do. Ray
mundi ſ conſiderabam, ponderãdo dictum 13. cap. ac etiã
ius Aragonum. ¶ Non obſtat etiã ſecundum motiuũ factũ
ex aduerſo per doctri. Bal. in d. c. 1. §. donare, iũcto c. 26. ubi
bona cenſualia &c. prohibita fuerunt alienari &c. quia pro
35 reſpõſione in primis dico, quòd † doctri. Bal. in d. §. donare
communiter à doctor. damnata reperitur, ut atteſtatur Iaſ.
in auth. res, quæ in 11. col. C. cõmu. de lega. Secundo reſpõ
deo, quòd in d. c. 26. nõ fuerunt prohibita alienari bona aſſi
gnata in recompenſationẽ matrimonij, ſed cenſualia, & pẽ-
ſiones data, & datæ in dotem a do. Ioanna, ut colligitur ex il
lis uerbis dicta bona &c. poſita in d. c. 26. iunctis iis, quæ ha
bentur in c. 25, ad quod per illa uerba, & dicta bona &c. ha
bita fuit relatio. ¶ Nõ aduerſatur tertium motiuum, in quo
præſupponitur, quòd ſi bona ſint prohibita in contractu, &
ex pacto alienari, etiam ex cauſa dotis alienari nõ poſſunt,
ut fuit de mente glo. in d. l. nulla C. de iur. dot. quia contra
36 rium uidetur uerius, † quicquid dixerit Iaſ. in d. auth. in 11.
col. qui argumentari contra cõem ſententiam conatus fuit,
quia ſi quando fuit facta prohibitio in ultima uoluntate, bo
na prohibita poſſũt ex cauſa dotis alienari d. auth. res quæ,
& eſt cõis opinio, ut fatetur Iaſ. ergo magis pro dote aliena
ri poterit res in contractu prohibita alienari, quia fortior
eſt prohibitio alienationis, quæ fit in ultima uoluntate, quã
illa, quæ fit in contractu, ut uoluit ibi Iaſ. Præterea bona ſe-
dentia, hoc eſt immobilia, & quæ pro ſedẽtibus habita ſunt
ex pacto partium, non reperiuntur expreſsè prohibita alie-
nari, ergo ceſſat præſuppoſitum. ¶ Non refragatur quintũ
motiuum, in quo ſucceſſores do. Raymundi maximam uim
faciunt, quod do. Raymundus, aut eius hæredes ſoluto ma-
trimonio non teneantur ad ulteriorem dotis reſtitutionẽ,
quàm apparuerit actualiter, & expreſsè ipſum do. Raymun
dum à do. Ioanna recepiſſe &c. quia reſponderi poteſt du-
pliciter, primo, quòd cap. 32. debet intelligi reſpectu quãti
tatis dotis, nã ſi ponamus dotem datam à do. Ioanna ipſi do.
Raymundo fuiſſe mille, dico, quòd partes in d. cap. dicũtur
cõueniſſe, quòd eueniente caſu dotis reſtituendæ nõ poſſit
mulier petere, nec exigere ultra dictam quantitatẽ mille, &
hoc modo intelligendo motiuum nihil aduerſabitur, quia
hoc diſponitur etiã de iure communi, ut in l. pe. §. mulier ff.
37 ſol. mat. & † in dubio ſtatuta, & conuentiones partiũ debẽt
intelligi ſecundum ius cõmune c. cum dilectus extra de con
ſuetu. & faciunt, quæ habentur per ſcribẽ. in l. hæredes mei
§. cum ita ff. ad trebell. Secundo poteſt illud cap. intelligi nõ
de ſumma, & quantitate dotis, ſed de modo dotis datæ exi-
gendæ, & ſenſus ſit, quòd do. Raymundus, & ſucceſſores ſui
non debeant teneri ad al quam reſtitutionem dotis, n. ſi cõ-
ſtiterit illam actu publico, hoc eſt expreſsè, & uerè fuiſſe ſo
lutam, & datam ipſi Raymundo, ſed non apparet, quòd do.
Ioanna actu publico dotem dom. Raymundo ſoluerit, ſeu
dederit, ergo &c. qua intelligentia ſtante facilis eſt reſpon
ſio, quòd licet non conſtiterit de actuali numeratione pecu
niaria dotis, tamen apparet dotem fuiſſe uerè aſſignatam in
tot nominibus debitorum, & iuriũ, quia tot cenſualia, & pẽ
ſiones, ac alia plura fuerunt aſſignata do. Raymũdo pro do
te, quæ ipſe recepit, & confeſſus fuit recepiſſe, ac ſibi aſſi-
gnata fuiſſe, cuius confeſſioni credendum eſt ad præiudiciũ
hæredum glo. in l. creditor §. iuſſus ff. de appel. quòd aſſigna
tio cenſualium, & nominum expreſsè facta fuit: & ideò dici
38 poterit, quòd actu publico de dote data conſtet, quoniã † nõ
refert, an quis dotem actualiter, & in quantitate receperit,
an in nominibus ueris debitorũ, de quibus etiã dos aſſignari
poteſt, taliter, quòd iiſdem priuilegiis gaudebit, quibus gau
det dos actualiter numerata l. debitor, l. promittendo §. ſi à
debitore, & §. ſi debitor cum aliis ff. de iur. dot. & in d. §. ſi de
bitor ponitur caſus multũ notab. ad propoſitũ, quòd non ſit
differẽtia, an mulier dotẽ promiſerit, uel actualiter dederit,
uel de eius uolũtate alius, puta debitor ſuus dederit, aut pro
miſerit. Cum igitur do. Ioãna pro dote certas pẽſiones, &
cenſualia marito cõſentiẽti aſſignauerit, quãuis ipſe illa nõ
exegerit, ſibi eſt imputãdum, quoniã dos dicitur, & cẽſetur
iã aſſignata, arg. d. l. promittẽdo §. ſi à debitore, ubi caſus cũ
aliis ſimil. ¶ Venio ad tertium, & ultimũ dubiũ, quod maio-
rem habet difficultatẽ, utrum do. Ioanna ad medietatem æris
alieni à do. Raymundo durante matrimonio contracti ſol-
uendum teneatur: Et pro parte negatiua, quam ueriorẽ eſſe
puto, faciunt uerba 11. cap. ſuper quo ſucceſſores do. Ray-
mundi ſe fundare uolebant, & malè, nã do. Ioanna obliga-
uit ſe ad ſolutionẽ debitorum, in quibus ſe expreſsè obliga
uerit, ſeu quæ laudauerit, uel conſenſerit expreſsè pro me-
dietate, ſed nõ reperitur, quòd ipſa expreſsè ſe obligauerit,
aut laudauerit, ſeu ratificauerit, uel conſenſerit, ergo ex for
39 ma conuentionis teneri non debet, quoniã † quid exprimi
ſolũ tripliciter dicitur, primo id, quod uerbis generalibus di
ctum fuit, ut in l. fi. in fi. cum ibi not. C. quod cum eo: Secun
do, quod uerbis ſpecialibus l. 1. §. inter filium ff. ad leg. Cor-
nel. de falſ. Tertio, quod uerbis ſingularibus l. quod in rerũ
§. 1. ff. de leg. 1. cum glo. & optimè declarat Bart. in l. 1. in 2.
col. ff. de uulga. & pupil. Sed nullo ex dictis tribus modis do.
Ioanna expreſsè, hoc eſt uerbis ſe non obligauit, nec lauda
uit, ſeu ratificauit, neque conſenſit, ergo teneri non debet,
quia à uerbis, ſeu à carta iure Aragonũ non eſt recedendũ,
ſed ſtãdũ eſt cartæ, & proprietati uerborũ l. quicquid aſtrin
gendæ ff. de uerb. oblig. l. 3. §. hæc uerba ff. de neg. geſt. Nec
40 ſufficit, † quòd dici poſſit, ipſam dominam Ioannam tacitè
conſen-

conſenſiſſe,& præſentem fuiſſe, ac ſciuiſſe, & non contradixiſſe,quia ipſa omnia adminiſtrabat,& ideò cenſetur notitiam habuiſſe,& non contradixiſſe,& conſequenter conſenſiſſe,& ratificaſſe,cum etiam ſolo facto quid dicatur ratificari l. paulus ff.rem rat.habe.regula qui tacet de reg.iur. in 6.& Specul.in titulo de locato §.3.uerſi.1.quia reſpondetur,quòd prædicta arguunt tacitam mentem,fictumque, & tacitum conſenſum, non autem expreſſum, ſeu uerum d.c.qui tacet,ibi uidetur conſentire,quod uerbum uidetur fictionem, & improprietatem denotat, Barto.in l.ſi is qui pro emptore ff.de uſucap.l.1.§.deieciſſe ff.de ui,&ui arma. Sed ex forma capituli non ſufficit tacitus, ſeu fictus conſenſus,ſed uerus,& uerbis expreſſus,ut ſupra, ergo &c. Secun
41 do reſpondeo,quòd † licet aliàs tacitus,& fictus conſenſus operetur idem,quod expreſſus l.cum quid ff.ſi cer. pet.cũ ſimilibus,& per Barto. in l.quæ dotis ff.ſoluto matri.tamen quando tractatur de aliquo obligando, tunc non ſufficit tacitus conſenſus,nec quòd quis ſit præſens,& ſciat,& non contradicat,quia expreſſus requiritur conſenſus, ut decla-
42 rat Bar.in d.l.quæ dotis in ſua diſtinctione. Prætereatquãuis quis dicatur ratificare non ſolum, quando uerbis ratificat,ſed etiam quando actu,& ſic tacitè, l. paulus ff.rem rat. habe.tamen ubi expreſſa ratificatio ex pacto contrahentiũ requireretur,ut in caſu noſtro, tunc non ſufficeret quẽ tacitè ratificare,uel conſentire,quia non eſſet uerum dicere, quòd quis expreſsè conſenſiſſet,ſeu ratificaſſet, ut colligitur ex prædictis, ac etiam quia ex foro aragonum ſtandum eſt cartæ.Et licet ex uerbis capituli inferatur,quòd do.loãna teneatur pro medietate contribuere: hoc tamen debet intelligi,ut uerba capituli dicunt, quando ipſa expreſsè ſe obligaſſet,ſeu expreſsè laudaſſet, uel conſenſiſſet, ſed non reperitur,quòd expreſsè hoc fecerit, ergo concludendum eſt ipſam nullo modo teneri de bonis ſuis aliquid ſoluere, & præmiſſis optimè conueniunt ea, quæ communiter uo-
43 lunt ſcribentes uariis in locis, † quòd uxor, cui uſusfructus omnium bonorum mariti ex illius teſtamenti diſpoſitione fuit relictus,alio hærede uniuerſaliter quoad proprietatem inſtituto,non teneatur ad ſolutionem æris alieni ipſius mariti,ſed hæres,ad quem æs alienum hæreditarium tranſit, l. pro hæreditariis C.de hæredit.actio.l.nihil ff.de uerb.ſign. cum glo.& l.hæreditas ff.de reg.iur.cum aliis,ac etiam quia actiones actiuè,& paſſiuè ad hæredem tranſeunt,& non ad legatarium,quia non dicitur in ius uniuerſale, ſed particu-
44 lare ſuccedere,ut in dictis iuribus, ſed † uſufructuarius omnium bonorum,alio hærede uniuerſaliter dato, non dicitur hæres,ſed legatarius, ſeu titulo particulari cenſetur ſuccedere l.ſempronio ff.de uſufruct.lega. Barto.in l. ſi quis ſeruum in fin.ff.de leg.2.& ſentit Barto.in l.fin.ff. de uſufr. leg. ergo ad ſolutionem æris alieni de uſufructu non tenetur.
45 Corroborantur hæc † ex tex.in l.fin.§.fin autem C.de bon. quæ liber.ubi pater, qui eſt uſufructuarius omnium bonorum aduentitiorum filij,non tenetur æs alienum filij de uſufructu,ſed de proprietate ſoluere,& hanc opinionem ſequitur Bal.in conſi.209. lib.3. Idem Paul.Caſtr.in conſi.387. ſecundum numerum antiquum,& latè refert, ac ſequitur Alex.in l.uſufructu ff. ad l.falcid. quicquid ſenſerit Bartol. in d.l.fin.ff.de uſufruct.leg.qui in hoc non rectè ſenſit: uel poteſt declarari id,quod uoluit Bar.ibi, ſecũdum quod plenius ſuper hoc articulo dixi in c. raynutius extra de teſtamen.conſiderando plures caſus, quos in præſentia referre non expedit,cum ibi uideri poſſint, & nobis pro nunc ſatis ſit communem ſententiam ad fauorem noſtrum habere.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens,præſupponendo certam qualitatem,locum non habet, niſi probata,& concurrente illa qualitate.*

2 *Mulier poteſt uniuerſa ſua bona nedum præſentia, ſed etiam futura marito in dotem dare.*

3 *Mulier uniuerſa ſua bona tacite in dotem marito dediſſe quando cenſeatur,& nu.12.& 13.*

4 *Statutum poteſt inducere,ut maritus totam dotem lucretur, etiam ſi omnia bona in dotem data eſſent,nec contra tale ſtatutum reſtitutio petitur,& nu.13.ubi hoc declaratur.*

5 *Matrimonium illicitum ignoranter, & per errorem facti contrahens nõ eſt aliqua pœna puniendus.*

6 *Matrimonium ſine dote contractum dicitur,quando nulla dotis, uel bonorum mentione facta inter aliquos ſimpliciter contrahitur.*

7 *Mulier bona ſua in dotem marito dediſſe non cenſetur, niſi expreſsè hoc conueniatur,ſed ſunt bona uxoris paraphernalia.*

8 *Mulier minor non poteſt bona ſua immobilia, & hæreditatem paternã abſque decreto marito in dotem dare,& nu.13.*

9 *Et ſi dediſſet in dotem omnia ſua bona marito non digno tanta dote,debet in integrum reſtitui,& nu.13.*

10 *Maritus quam partem dotis lucrari ex ſtatuto debeat, ſi mulier omnia ſua bona ei in dotem cum decreto dediſſet.*

11 *Quid ſi ſine decreto.*

14 *Maritus quando ad uxoris ſucceſſionem admittatur.*

EPITOME.

MARITVS nihil de bonis uxoris lucratur ex diſpoſitione ſtatuti uolentis, quòd medietas dotis acquiratur marito, muliere prædecedente abſque liberis,ſed ad illa proximiores agnati tanquã hæredes admittuntur,ſi ab inteſtato deceſſerit, quando mulier tempore contracti matrimonij nullam nec de dote,nec de bonis ſuis mẽtionem fecit. & tunc matrimonium illud eſſe ſine dote contractum, hic probatur.

CONSILIVM XXXIX.

IN præſenti cauſa breuius,quam fieri poſſit,quid iuris ſit exponẽdo,tota uis in eo conſiſtit, an inter Antoniũ de ſalto,& Catherinã de Menegutiis coniuges fuerit dos aliqua,nam ſi inter eos dos fuit, & præſertim omniũ bonorum,uel certæ partis,tunc caſus eſt clarus, quòd ipſi Antonio marito dimidia dotis per obitum ipſius Catherinæ debetur,&hoc ex ſtatuto loci poſito ſub rubrica de uxore defuncta cognita in matrimonio,quo cautum eſt, quòd moriente uxore cognita per maritũ in matrimonio abſque liberis maritus lucretur medietatẽ dotis,quoniã præfata Catherina cognita fuit in matrimonio per Antoniũ maritum, itẽ deceſſit abſq; liberis: ſi uerò inter ipſos nulla fuit dos data,nec conſtituta tacitè, nec expreſsè, ſequitur, quòd ipſi Antonio marito nihil debetur,quia ſtatutum uocat maritũ ſolũ ad medietatẽ dotis, & nõ aliorũ bonorũ: ergo ubi nul
1 la eſt dos,diſpoſitio ſtatuti locũ ſibi nõ uẽdicat: quoniã† qñ ſtatutũ aliquid diſponit præſupponẽdo certã qualitatẽ, nõ habet locum illius diſpoſitio, niſi probetur, & concurrat qualitas ab eo præſuppoſita l.1.§. ait prætor cũ ibi not. per Bar.ff.ne quid in flum.publi.l.pen.§.docere ff.ne quis eum, qui in ius uocat.Io.And.in c.1.de homici.in 6. Bald. in l.ſi quis nõ dicã C.de epiſcopa.audiẽ.in 3.col.Bar.in l.nõ ſolũ §.ſed ut reprobari ff.de nou.ope.nun. & facit, quod habetur per Bar.in l.quidã C.de natu.libe.gl. in l.mãcipia C.de ſeru.fug.& Rom.in ſingulari 496. Diſcutiendum eſt igitur, an dicta Catherina dicatur dotem habuiſſe, quod quidem prima facie magis uidetur ex auctoritate Ariſtotelis in topicis uolentis, quòd mulier contrahendo matrimoniũ dicatur omnia bona,quæ habebat tẽpore contracti matrimonij,dediſſe in dotẽ,de quo dicto habetur mẽtio in gl.
2 in l.mulier bona ff.de iur.dot. Nec † abſurdũ cẽſetur, nec aliqua lege prohibitũ eſt ipſi mulieri uniuerſa ſua bona nedũ præſentia,ſed ẽt futura marito ĩ dotẽ dare l. nulla C.de
3 iure dotium,d.l.mulier bona,& ibi glo. Præterea † quando

mulier contrahit matrimonium cum aliquo, qui ſit dignus
tanta dote, quot ſunt uniuerſa bona mulieris, tunc præſu-
muntur tacitè omnia bona in dotem data, ſecus ſi non ſit
dignus tanta dote, & ita debet intelligi illud dictum Ariſto
telis ſecundum Baldum in d.l.nulla: nam ſecundum dignita
tem, & conditionem mariti, & uxoris dos debet conſtitui l.
cum poſt §.gener ff.de iure dotium, l.quæro eodem tit.cum
ſimilibus, ergo ſaltem in caſu noſtro dicetur dos conſtituta
ſecundum dignitatem, & conditionem mariti: & propterea
4 ſaltem medietas illius dotis ei debebitur. Rurſus † quando
omnia bona data fuerunt in dotem, uel iuris præſumptione
data cenſentur, tunc per ſtatutum poteſt induci, quòd ma-
ritus lucretur nedum dotis medietatem, ſed etiam totam
dotem, & ſic omnia bona, & contra tale ſtatutum non pote
rit reſtitutio peti l.fine §.lucius ff.de adminiſtra.tuto.ut dixit
Bal.in l.unica C.ſi aduerſ.dotem. Nec ipſi Antonio marito
aduerſatur quædam exceptio inceſtus, & illiciti matrimo-
5 nij, † quoniam cum dictus Antonius matrimonium contra
xerit ignoranter, & per errorem facti, non eſt aliqua pœna
puniendus, ut per do.Cardin.in clemen.unica in 2.oppoſit.
& in 2.& 5.quæſt.de conſanguin.& affinit.& per Ioan. Cal
der.in conſi.2.in titu.de conſanguini.& affinit. & eſt bonus
text.in l.fin.ff.de ritu nuptia.ubi qui palàm matrimoniũ con
trahit cum eo, qui eſt conſanguineus ex latere, & non per li
neam deſcendentium, uel aſcendentium, à pœna legis ex-
cuſatur, ex quo palam contraxit, & ideò ut errans dicitur
contraxiſſe. ¶ Præmiſſis tamen nõ obſtantibus, contrarium
de iure uerius in caſu noſtro eſſe arbitror, & concludo nul-
lam fuiſſe dotem datam, ſeu conſtitutã tacitè, nec expreſsè
inter ipſum Antonium, & dictam Catherinam, quoniã cla
rum eſt, quòd tempore, quo contractum fuit matrimonium
inter præfatos, item & ante, & poſt matrimonium contra-
ctum nunquam aliquid fuit ipſi Antonio pro dote, & nomi
ne dotis datum, ſeu promiſſum, ſed inter eos ſimpliciter fuit
contractum matrimonium nulla facta mentione de dote,
ſeu de datione, uel promiſſione bonorum dictæ Catherinæ:
6 † Et quando ſimpliciter matrimonium inter aliquos contra
hitur nulla facta mentione dotis, uel bonorum, uidelicet nõ
exprimendo, quòd mulier daret marito bona ſua, tunc ma-
trimonium dicitur eſſe contractum ſine dote, ut eſt glo.cõ-
muniter approbata in d.l.mulier bona, quam ſequitur Bal.
in d.l.nulla, dicens hæc benè notanda eſſe ad ſciendum, utrũ
uir, qui debet ex forma ſtatuti certam partem dotis lucra-
ri, debeat aliquid lucrari ex bonis uxoris, quæ ſecum ſim-
pliciter contraxit matrimonium, nulla de rebus ſuis mentio
7 ne facta: & † dicit Salice.etiam in d.l.nulla, & clarius in l.fi.
in fin.C.de repud.quod per illum tex.cum glo. reprobatur
opinio, & dictum Ariſtotelis, de quo ſupra, dicentis, omnia
bona mulieris cenſeri data in dotem eo caſu, quo matrimo
nium ſimpliciter contraxit, quoniam, ut dicit glo.in d.l.mu-
lier bona, hoc nulla lege cauetur, quia niſi expreſsè hoc cõ
ueniatur inter uirum, & uxorẽ, bona mulieris data non cen
ſentur in dotem marito, ſed ſunt parafrenalia uxoris, ut in-
8 quit Bal. in d. l.nulla in 1. colum. Præterea † ex quo dicta
Catherina tempore contracti matrimonij erat minor uigin
tiquinque annis, quinimmò xx.etiam ſi expreſsè omnia bo-
na ſua nomine dotis dediſſet, tamen nulla fuiſſet dotis con-
ſtitutio, quoniã cum ſua bona eſſent bona immobilia, abſq;
decreto nõ potuiſſent dari marito nomine dotis, quia abſq;
decreto iudicis bona minoris ex cauſa dotis dari non poſ-
ſunt, ut uolunt docto.communiter, maximè Bal. & Salicet.
ibique Barto.poſt gloſam in l. unica C.ſi aduerſ. dotem per
textum, quem ſic intelligunt in l. titia, & in l.ſiue generalis
ff.de iure dotium, & dicit Bal.in d.l.nulla circa finem, quòd
puella minor uigintiquinque annis nubens poteſt quidem
hæreditatem paternam, in qua ſucceſſit, in dotem dare, ſed
interueniente decreto iudicis, ut in d.l. ſiue generalis in fin.
9 dummodo uir ſit tanta dote dignus, ergo † ſi non eſſet tan-
ta dote dignus, aduerſus illam conſtitutionem dotis mulier
reſtitui in integrum deberet, & ſolum diceretur tantam do
tem dediſſe, quanta eſſet dignus maritus, & hoc quando
mulier expreſsè omnia bona in dotem, & cum decreto de-
diſſet, ut per Baldum in d.l.nulla, & clarius in d. l.unica per
10 illum textum C.ſi aduerſ.dotem: & † ideò eo caſu, quo mu-
lier expreſsè dediſſet omnia bona in dotem, & cum decre-
to ratione immobilium, ſi maritus non eſſet tanta dote di-
gnus, per mortem mulieris maritus deberet lucrari partem
dotis ex forma ſtatuti non omnium bonorum, ſed illius do-
tis, qua dignus erat, ut eſt tex.cum glo.& ibi Bal.& Barto.in
11 d.l.unica, ubi etiam Paul. Caſtren. inquit, † quòd ſi mulier
minor det bona immobilia etiam expreſsè nomine dotis
abſque decreto iudicis, quoad illa bona immobilia non ua-
let dotis conſtitutio, & maritus uigore ſtatuti, ſeu pacti de
lucrando non poteſt aliquam partem bonorum illorum lu
crari, quod dictum eſt ad caſum noſtrum ualdè notandum:
Et hæc omnia procedunt, quando mulier expreſsè omnia
bona marito in dotem dediſſet, quæ ceſſant in caſu noſtro,
cum nec expreſsè, nec tacitè data fuerint bona omnia in do
tem, nec etiam pars ipſorum: & ideò matrimonium fuit ſi-
ne dote, & conſequenter dici non poteſt, quòd ſit locus ſta
tutő diſponenti circa lucrum dotis, ad tradita per Paulum
in d.l.unica. ¶ Et ſequendo hanc concluſionem, non obſtat
id, quod dicebat Ariſtoteles in Topicis, quia reſpondetur
primo, illud dictum reprobari per legem, quæ uult, quòd
mulier ſimpliciter contrahendo matrimonium, nulla facta
mentione de rebus, non dicatur bona ſua nomine dotis da-
re, ut eſt text.& ibi Salice.ponderat in d.l.fin.in fin.C.de re
pud.& eſt etiam de mente glo.in d.l.mulier bona. Secundo
12 † illud dictum Ariſtotelis poteſt intelligi, & ſaluari reſpe-
ctu ſecundi matrimonij, quãdo priori uiro omnia bona ſua
in dotem dediſſet iuxta l.dotem C. ſolu.matrim. & in l.poſt
diuortium ff.de iure dotium, & ita ſaluat Salice. in d.l.fina.
in fin. Tertio illud poteſt ſaluari, non quando matrimonium
ſimpliciter fuit contractum, ſed quando facta mentione de
rebus, puta dicendo do, uel trado, uel committo me, & om-
nia bona mea tibi, nam tunc in dubio uidebuntur data, ſeu
tradita bona ex cauſa dotis, ut eſt text. ſingularis in l. quod
autem in ſtipulatione, & ibi gloſ. ff. de iure dotium, & ita
etiam ſaluat, & intelligit Bal.in d.l.nulla. ¶ Non obſtat ſe-
cundum, dum dicebatur, quòd ſaltem omnia bona in do-
tem data dicentur, ſi maritus fuit tanta dote dignus, aliàs
intelligetur cum effectu tanta dos data, & conſtituta, quan
ta maritus erat dignus, attenta qualitate perſonæ, & uxo-
ris per tex.cum ibi not.per gloſam, & doct. in d.l.unica cum
23 ſimilibus ſupra allegatis, quia reſpondetur, † illa procede-
re, quãdo uxor expreſsè dediſſet omnia bona ſua in dotem,
uel ſaltem tempore contracti matrimonij de rebus, & bo-
nis ſuis mentio, ut ſupra, facta fuiſſet, quia tunc ſi mulier
erat maior, ualebit dotis conſtitutio d. l.nulla, & d.l.mulier
bona, ſi uerò erat minor uigintiquinque annis, & tunc ua-
lebit cum decreto iudicis, ſi bona erant immobilia, ut ſu-
pra dictum fuit, uel ſine decreto, ſi bona erant mobilia, &
ſi ex tali conſtitutione dotis mulier amplè fuiſſet læſa, quia
ſui facilitate fuiſſet inducta ad dandum omnia bona ſua in
dotem, tunc mulieri reſtitutio in integrum aduerſus il-
lam dotis conſtitutionem daretur, ut exceſſus dotis corri-
geretur, ut in dicta l.unica; ex quo ſequitur, quòd maritus
uigore ſtatuti partem totius illius dotis conſtitutæ non po-
terit lucrari, ut ibi per Bal. Et quamuis contra legem, uel ſta
tutum non competeret reſtitutio, ut exceſſus lucri corrige-
retur l. fine §.lucius ff. de adminiſtratio. tutor. tamen per
indirectum, quia peteretur reſtitutio in integrum contra
conuen-

conuentionem, ſeu conſtitutionem dotis à muliere minore factam, diceretur peti contra effectum ſtatuti, & non contra ſtatutum, ut per Bal. in d. l. unica in 2. notab. Ex quibus omnibus prædictis apertè conſtat, matrimonium in caſu noſtro fuiſſe contractum ſine dote, nullámq́; fuiſſe conſtitutam dotem tacitè, ſiue expreſsè inter ipſum Antonium, & dictã Catherinam, ex quo ſequitur, quòd ſtatutum ſupradictum loquens, & diſponẽs de dote, ut medietas dotis acquiratur marito, muliere prædecedente abſq; liberis, non habebit locum in caſu noſtro: & ideò ad bona omnia dictæ Catherinæ, quæ non dicuntur eſſe dotalia, dicentur ut & tanquam hæredes uocatæ ab inteſtato ſorores ipſius, quæ ſunt proximiores agnatæ, quibus de iure hæreditas ab inteſtato defertur, ut in auth. ceſſante C. de legit. hæred. ubi ſi quis decedat abſq; liberis, & parentibus ab inteſtato, prima ſucceſſio eſt fratrum, & ſororum utrinq; coniunctorum, ſed dicta Catherina deceſſit ab inteſtato abſq; liberis, & aſcendentibus ſolum relictis ſororibus utrinq; coniũctis, ergo illæ ſunt ad bona omnia, & ad totam hæreditatem ſuam, aliis excluſis, admittendæ, & præſertim excluſo in totum Antonio, qui ui gore ſtatuti non poteſt uenire, ſeu capere partem dictorum bonorum, ex quo illa non ſunt dotalia, ut ſupra declaraui: nec etiam poteſt uenire tanquam uocatus ad ſucceſſionem

14 dictæ Catherinæ uxoris ab inteſtato, quoniam † donec ſuperſunt agnati, & cognati uxoris, maritus non uocatur ad ſucceſſionem ſuam, ſed ſolum illis deficientibus, ut eſt tex. in l. 1. C. vnde uir, & uxor, niſi eſſemus in caſu auth. præterea C. eod. tit. ſed ipſi Catherinæ defunctæ ab inteſtato ſuperſtites fuerunt ſorores utrinq; coniunctæ, quæ ſunt agnatæ, ut in l. iureconſultus §. ſunt ff. de gradib. & in §. 1. Inſtit. eod. nec ſumus in caſu d. authen. præterea, quoniam ille tex. habet locum, quando alter coniux ſuperſtes eſſet egenus, & inops, ut ibi, qualis non eſt dictus Antonius, ergo &c. Et ita de iure eſt ueriſſimum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Statutum de dote per maritum lucranda, uxore defuncta in matrimonio ſine liberis, eſt exorbitans, & correctorium.

2 Alienationem rerum ſuarum non eſſe ingenuis hominibus liberam eſt iniquum.

3 Dos eſt proprium mulieris patrimonium.

4 Legata filiæ pro dote ſunt ipſius filiæ, ac ipſi, & non futuro marito acquiruntur.

5 Sponſalia non ſunt uerè, nec propriè matrimonium.

6 Extenſio in exorbitantibus, & correctoriis in materia ſtatutorum non fit de caſu ad caſum improprium, ſeu impropriiſſimum.

7 Filia deſponſata non continetur ſub ſtatuto excludente filiam maritatam à ſucceſſione patris.

8 Deſponſata ſimpliciter non continetur ſub ſtatuto loquente de uxore marito prædecedente ſine liberis, & ſimilibus uerbis utente, quæ ad nuptã potius per uerba de præſenti, quàm ad ſponſam per uerba de futuro adaptantur.

9 Vxoris, & mariti appellatio ſolum coniuges per uerba de præſenti, non autem illos, inter quos ſolum ſponſalia de futuro interuenerunt, comprehendit.

10 Matrimonium præſumptum impropriè, & ſecundum quid, non autem uerum, nec ſimpliciter dicitur, quando poſt ſpõſalia de futuro ſequuta fuit ſimpliciter copula carnalis, licet ſit matrimonium indiſſolubile.

11 In ſtatutis exorbitantibus, correctoriis, & odioſis, & quæ rationi iuris naturalis, & gentium aduerſantur, uerba ſunt uerè, & propriè, ac abſq; alterius præiudicio intelligenda.

12 Matrimonij ueri, & matrimonij præſumpti multiplex differentia.

13 Carnalis copula ſponſalia de futuro ſubſequuta quoad quos effectus matrimonium præſumptum inducat.

14 In matrimonio putatiuo dos, et mulier in quibus ſit priuilegiata, et in quibus non.

15 Matrimonium ex uerbis enunciatiuis inſtrumenti inter aliquos contractũ præſumi, quoad quos effectus procedat.

16 Mentem, & rationem legis expreſſam, & ſi non eſt expreſſa, eam, quæ eſt naturalis, & communiter, ac naturaliter probari poteſt, ſeruare, et à uerbis legis recedere debemus.

17 Lex conſtat ex uerbis, & mente, ſeu ratione, & ratio uerbis eſt præferenda.

18 Ratio legis non expreſſa quomodo coniecturari debeat.

19 Statuti lucrum dotis marito deferentis uxore ſine liberis prædecedente, quæ ſit ratio.

20 Vir, & uxor quoad affectum, & reliquias coniugij ad imparia iudicari non debent.

21 Ratio finalis diſpoſitionis attendenda, ut ab ea omnis diſpoſitio reguletur, & illa ceſſante, ſeu urgente, ceſſet, ſeu urgeat diſpoſitio.

22 Sponſa ad domum ſponſi traducta, poſt ſponſalia de futuro contracta, carnalis copula ſubſequuta præſumitur, & matrimonium præſumptũ contractum cenſetur.

23 Matrimonium præſumptum non dicitur, ubicunque ſponſa per uerba de futuro clam, & furtiuè, item quæ eſſet minor duodecimo anno ad domum ſponſi traducta fuiſſet.

24 Matrimonium ex ſimplici traductione ſponſæ de futuro ad domum ſponſi non præſumitur, & quid aliud requiratur.

25 Statutum de lucro dotis uxore prædecedente quãdo in matrimonio ſolum per uerba de præſenti contracto, & carnali copula non conſumato locum habeat, & quando etiam copulæ conſumationem requirat.

26 Matrimonium ſaltem quoad eccleſiam triumphantem non dicitur, niſi poſt corporalem coniunctionem perfectum.

27 Maritus non ſubſtinens onera matrimonij, & expenſas nuptiales fructus dotis lucrari non debet, & nume. 51.

28 Nec lucrum dotis ex diſpoſitione ſtatuti, & num. 51.

29 Mulier, cui fuit à patre aliquid pro dote relictum, matrimonium poſtea contrahendo cenſetur marito ſuo dotem ſibi in teſtamento relictam conſtituiſſe: Contra num. 52. & num. 56. ubi declaratur.

30 Mulier, quæ primo uiro dotem dedit, ſeu promiſit, illoq; mortuo ſimpliciter ſecundo nulla dotis mentione facta nupſit, eandem dotem ſecundo uiro dediſſe, ſeu promiſiſſe cenſetur,

31 Etiam ſi primum matrimonium fuiſſet putatiuum, & inualidum.

32 Filia, cui à patre aliquid pro dote ante nuptias fuit relictum, dicitur dotata, & ante matrimonium contractum, ſi petat, tenetur cauere de nubendo, & conuertendo relictum in dotem pro futuro matrimonio, & quoad quos effectus dicatur dotata, & quoad quos non nume. 49. & num. 56.

Et quando dicta cautio ſit præſtanda num. 57.

33 Filia quando dicatur dotata adeò, quòd ſub ſtatuto loquente de filia dotata comprehendatur.

34 Dos legata filiæ ſaltem dos præſumpta ſequuto matrimonio dicitur.

35 Copula et coniungit, et concurſum omnium copulatorum requirit, adeò, quòd oratio copulata in uno ex copulatis falſa in totum falſa redditur.

36 Statutum de lucrando dotem requirit caſum uerum in ſtatuto expreſſum, & cum omnibus qualitatibus ſuis.

37 Statutum de lucrando dotem in recompenſationem onerum, & expenſarum matrimonij de quibus oneribus, & expenſis intelligatur.

38 Expenſarum, ſeu onerum appellatione de quibus intelligatur.

39 Modicum non conſideratur in iis, quæ contra ius commune, & regulare conceduntur.

40 Modicitas, & magnitudo quomodo conſideretur.

41 Recompenſatio cadit inter æqualia, non autem inter inæqualia.

42 Statutum de lucro dotis an locum habeat in dote mulieri ante contractũ matrimonium legata, ſi matrimonium poſtea nulla de ea mentione facta contractum fuerit, & nu. 46.

43 Mulier ſimpliciter nulla dotis mentione facta matrimonium contrahendo non cenſetur dotem marito dediſſe, aut conſtituiſſe, etiam ſi dos ei fuiſſet à patre, aut ab alio relicta, uel aliter conſtituta, niſi eſſemus in ſecundo matrimonio, & in primo dos marito fuiſſet conſtituta.

44 Statutum de lucro dotis quando in dote præſumpta locum habeat, & quando non.

46 Dos ante matrimonium per patrem filiæ maximè pupillæ in teſtamento legata, nullo ad generum reſpectu habito, dos eſſe, & dici non poteſt.

47 Dos filiæ ante matrimonium à patre legata non poteſt dici futuro marito conſtituta, & cui actio ad illam competat, etiam ſi nomine filiæ genero legata fuiſſet, & num. 52.

48 Et quando gener ad talem dotem agere poſſit, & num. 52.

49 Filia, cui ſimpliciter dos ante matrimonium fuit legata, quare dicatur dotata quoad effectum, ut excludatur à ſucceſſione ex ſtatuto excludente filiam dotatam, ſed non quoad effectum, ut maritus dotem ex ſtatuto loquente de lucro dotis lucretur, & num. 56.

50 *Statutum excludens filiam dotatam propter maſculos dicitur eſſe fauorabile.*

51 *Maritus facilius fructus dotis, quam dotem, uel illius partem lucratur.*

52 *Dos legata filiæ, ſequuto poſtea matrimonio, non dicitur tacitè marito conſtituta, ſeu promiſſa,*

53 *Secus ſi filia marito actionem ad illam ceſsiſſet.*

54 *Mulier minor ſimpliciter matrimonium contrahens dotem tacitè conſtituiſſe, aut promiſiſſe dici non poteſt.*

55 *Dos ſemel à muliere pro matrimonio expreſſè deſtinata, & conſtituta ſemper ſic deſtinata, & conſtituta remanet, et ad omne ſubſequens matrimonium tranſit.*

58 *Dos quando tacitè à muliere marito conſtituta, ſeu promiſſa cenſeatur, & quando non, ut ſtatutum de lucro dotis locum in ea habeat, uel non.*

59 *Hæredibus duobus inſtitutis, ſi unus teſtatori prædecedat, alter eſt hæres in ſolidum, ac ſi ſolus hæres fuiſſet inſtitutus, & ipſi adeunti etiam inuito pars alterius accreſcit.*

60 *Legatum factum hæredi, qui ſolus eſt hæres, eſt nullum, atque inutile,*

61 *Secus in legato facto uni ex pluribus hæredibus.*

EPITOME.

STATVTVM *de dote per maritum lucranda, uxore prædefuncta in matrimonio ſine liberis, non habet locum, ſi ea decedat in ſponſalibus tantum per uerba de futuro contractis:*

Nec ſi poſt ſponſalia fuerit carnalis copula ſequuta, aut ſponſa ad domum ſponſi traducta, maximè clam, & furtiuè, & non in forma nuptiali. Et tanto magis ſi tunc ea minor duodecimo anno fuiſſet:

Idem ſi matrimonium ſimpliciter per uerba de præſenti contractum fuiſſet, nec carnalis copula ſequuta foret.

Statutum deferens marito lucrum dotis, uxore prædecedente in matrimonio ſine liberis propter onera, & expenſas, quæ, & quas tempore nuptiarum, & in matrimonio paſſus fuit, ad hoc, ut locum habeat, quas expenſas, & quæ onera maritus feciſſe, & ſubſtinuiſſe debuit, etiam quando matrimonium per uerba de præſenti contractum, & carnali copula conſumatum fuit.

Statutum prædictum de lucro dotis locum non habet in dote à patre ante matrimonium relicta filiæ, quæ poſtea ſimpliciter, nulla dotis mentione facta, matrimonium contraxit, etiam ſi per uerba de præſenti matrimonium contractum, & carnali copula conſumatum fuiſſet.

CONSILIVM XL.

REM non leuem aggredior: Diana pupilla, cui à patre tria millia pro dote, & dotis nomine legata fuerunt, ſponſalia cũ filio domini Franciſci Muſoni contraxit, nulla illi dote conſtituta: dicto ſponſo defuncto, ipſa adhuc in ætate minori, uel fortè pupillari conſtituta, cum domino Hercule de Caſtaldis ſponſalia contraxit, & effecta pubes, anno ſuæ ætatis decimotertio nondum perfecto, ſuo prius condito teſtamento, in quo matrem inſtituit hæredem, uitam cum morte cõmutauit; dominus Hercules prædictus medietatem trium millium, ut ſupra, legatorum uirtute ſtatuti Mantuæ ſub rubrica de dote per maritum lucrãda, uxore defuncta in matrimonio ſine liberis, in 2. uol. conſequi deſiderat, matrem hæredem inſtitutam cõueniendo: Quæritur, quid iuris. Et quoniã facti contingentia non ſatis clarè proponitur, ideò ne res indiſcuſſa remaneat, quin que tractanda eſſe exiſtimaui. Primum, ſi matrimonium nõ ſit uerbis de præſenti, ſed de futuro contractum, an dictum ſtatutum de lucro dotis locum ſibi uendicet. Secundum, quid ſi poſt ſponſalia de futuro ſequuta fuerit commixtio corporum. Tertium, quid iuris, ſi poſt ſponſalia huiuſmodi ad domum uiri traducta Diana deceſſerit, ut ſupra. Quartum, quando per uerba de præſenti ſimpliciter matrimonium contractum fuiſſet. Quintum, quando ultra, quod per uerba de præſenti eſſet contractum, etiam carnali copula foret confirmatum. ¶ Quoad primum concludendum eſſe arbitror, prædictum ſtatutum in caſu propoſito locum non habere, quoniam cum loquatur de matrimonio, ut in
1 rubro, & nigro, & † ſit exorbitans, & correctorium, ut omnes ſcribentes atteſtantur, ut uoluit Bal. in l. 2. C. de dot. promiſ. & in l. 1. C. de condict. ob cauſ. in 4. oppoſitio. quia mulieribus ſine liberis decedentibus aufert liberam teſtandi, ac diſponendi de patrimonio ſuo facultatem, quod eſt ualdè odioſum, ut in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. l. in re mandata C. manda. et nihil tàm conueniens ſit æquitati naturali, quam uoluntatem domini uolentis res ſuas in alium transferre ratam haberi §. per traditionem Inſtit. de rerum diuiſ.
2 & † iniquum ſit ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem, ut in l. non uſq; ff. ſi à paren. quis
3 fuer. manum. & † dos ſit patrimonium proprium mulieris l. pomponius philadelphus ff. famil. herciſcun. l. 3. & ibi glo. in
4 §. ſed utrum ff. de minorib. Et † legata filiæ pro dote ſint ipſius filiæ, ac ſibi, & non futuro marito acquirantur l. titio cẽtum §. fin. ff. de conditio. & demonſtra. l. cum pater ff. de iure dotium, immò & legatum pro dote ipſi genero nomine filiæ ipſi filiæ acquiratur, & debeatur l. ſeruo legato §. ſi teſtatori ff. de leg. 1. ſequitur ex his, quòd ſtatutum huiuſmodi extendi non debet ad caſum, quando mulier non deceſſiſſet in matrimonio, ſed in ſponſalibus per uerba de futuro con
5 tractis, nam † ſponſalia non ſunt uerè, nec propriè matrimonium, ut ex uerbis rubr. de ſponſalib. & matrimoniis apparet, & in l. ſponſalia, & in l. in ſponſalibus eod. titu. iunctis
6 not. in rub. ff. de iur. & fac. ignoran. † in exorbitantibus autem, & correctoriis non fit extenſio in materia ſtatutorum de caſu ad caſum improprium, ſeu impropriiſſimũ c. in noſtra de iniur. & dam. dat. l. 3. §. hæc uerba ff. de nego. geſtis, l. cum quidam ff. de liber. & poſthu. glo. & Bal. in l. fin. C. de in ius uocan. & ita cõcludit Bal. in d. l. 2. C. de dot. promiſ.
7 Et benè † inſeruit doctrina Abb. in rubr. extra de ſponſalib. ubi ſub ſtatuto excludente filiam maritatam à ſucceſſione patris &c. non continetur filia deſponſata, quia ſumus in exorbitantibus, & in quibus de odio filiæ agitur, ſecus ſi de fauore, ut per Cyn. & alios in l. non ſine C. de bonis, quæ li-
8 ber. iunctis uerbis Abb. in d. rubr. Hoc † idem uerificatur etiam ex aliis uerbis dicti ſtatuti, ibi defuncta ſine liberis cõmunibus &c. quæ adaptantur ad nuptam per uerba de præſenti, ad not. per Bartolum in l. 1. ff. de ſuis, & legit. hæred. & ex illis uerbis uxor poſtquam fuerit in domum traducta, ſeu cum eadem uir concubuerit, etſi non fuerit in domum traducta, matrimonium fuerit carnali copula cõſumatum, & in matrimonio defuncta ſit ſine liberis: quæ uerba cum referãtur ad illam, quæ iam uxor eſſet, ſequitur, ut ex infra dicendis etiam apparebit, quòd ſponſæ per uerba de futuro non conueniunt, quia cui non conueniunt uerba legis, nec illius conuenit diſpoſitio, iuribus uulgaribus. Et hanc opinionem ſequutus eſt Bal. in l. deo nobis in prin. in 2. colum. C. de epiſcop. & cler. idem uoluit Bal. Nouell. in tract. dotis in 11. parte in uerſic. hactenus &c. ibi ſed dubium eſt, qui dicit, hoc eſſe indubitatum per textum in l. 1. C. de con dic. ob cauſ. ubi pactum de lucrando dotem non habet effectum, quando matrimonium non eſſet contractum, uel nulliter. Corroborantur præmiſſa ex iis, quæ plenè in hac materia ponit Salicet. in l. cum te C. de donation. ante nupt. fundando ſe in illis uerbis ſtatuti, ſi uxor marito prædeceſſerit ſine liberis, quæ propriè loquendo conueniunt nu-

pta

ptæ per uerba de præſenti, & carnaliter cognitæ, non autē ſimpliciter deſponſatæ, ut ſupra, & colligitur ex not. per Alexand.& Modernos in l.centurio ff.de vulga.& pupil. & per Imol.in c.raynutius extra de teſtamen.in materia compendioſæ: & quia † vxoris, & mariti appellatio, de qua in
9 dicto ſtatuto, comprehendit coniuges per uerba de præſenti, non autem illos, inter quos ſolum ſponſalia de futuro interuenerunt, uxor enim ab ungendo, quia olim ungi ſolebant: unde per ſacramentum matrimonij perfecti repræſentatur Chriſtus,& eccleſia triumphans,ad tradita per gl. in c.debitum extra de bigamis,& per Salic.in d.l.cum te:& matrimonium quoad ſacramentum perfici dicitur coniunctione animorum de præſenti,ac etiam corporum, ut ibi,& faciunt not. per Bald.in additio.ad Specula.in tit.de ſponſalibus circa medium, dictumq́; eſt matrimonium, quaſi matris muniū,uel mater oīum,&maritus,quaſi maris ritus, ut per Paul.de Caſt.in conſi. 121.& cum maritus, & uxor ſint correlatiua, ſicut uxor propriè dicitur, quæ per uerba de præſenti contraxit, ſimiliter maritus: Et ideò ſtatutum prædictum,quod loquitur de matrimonio, & de marito,& uxore,quæ ſine liberis decedit,non poteſt, nec debet intelligi de ſponſalibus,nec de illa, quæ ante matrimonium contractum per uerba de præſenti decedit, quod quidē,ut inquit Bal.Nouell.& ſupra retuli, eſt indubitatum: Et faciūt, quæ habentur per Bald.in l.certum in 4. col. uerſ. ſequitur uidere de bono.poſſ. unde uir,& uxor C. und. legit. & per Bal.& alios in l.1.in 2.quæſt.C.und. uir, & uxor. ¶ Venio ad ſecūdum,quando poſt ſponſalia de futuro ſequuta fuit ſimpliciter copula carnalis,utrum ſtatutum prædictum locum habeat,& † quamuis illud dicatur eſſe matrimonium
10 indiſſolubile,cui omnino ſtandum ſit,etiam ſi poſtea cum alio per uerba de præſenti contraheretur, tamen non dicitur uerum,ſed præſumptum matrimonium, ut eſt text.in c. is qui fidem,& ibi habetur extra de ſponſalibus,in c.ueniēs il 2.cum glo.eo.tit.& in c.de illis extra de conditio. appoſ. & ubique per Abb. Anto.& alios quo: fit,ut non ſimpliciter dicatur eſſe matrimonium,ſed ſecundum quid, uidelicet matrimonium præſumptum: ergo impropriè ſaltē quo ad alios effectus,quàm quoad uim coniunctionis, & eſſentiæ,ſeu fœderis,quia non eſt propriè tale, quod eſt tale ſecundum quid,& non ſimpliciter l.hoc legatum ff. de leg.3. l.1.& 2.C. de patribus, qui fil. diſtrax. Bart. in l. ſi maritus §.legis iuliæ ff.de adulte.& ideò cum ſtatutum,de quo agitur,ſit exorbitans,correctorium,&odioſum,ut dictum fuit, & ſimpliciter de matrimonio loquatur, debet intelligi de eo,quòd eſt uerum, & propriè matrimonium, non autem de improprio,quale eſt matrimonium præſumptum, quia
11 † in ſtatutis exorbitantibus, correctoriis, & odioſis, & quæ rationi iuris naturalis, & gentium aduerſantur, uerba ſunt uerè,& propriè intelligenda,iuribus vulgaribus, Bald.in l. contractus in 2.col.C.de fid.inſtrumen. & abſque alterius
12 præiudicio,ut in c.cum dilectus extra de conſuetud.& † diuerſitas inter uerum, & præſumptum matrimonium multiplex conſiderari poteſt, quia uero ſtādum eſt in utroque foro,præſumpto autem neceſſario in foro animæ ſtari non debet,ut in c.tua nos extra de ſponſalibus. Præterea in præſumpto deficit forma coniugium contrahendi, & aliquando uera ſubſtantia coniugalis contractus,hoc eſt cōſenſus, cuius loco interuenit factum ipſum,de quo in d.c. is qui, & eſt tex.cum glo.fin.in finalibus uerbis in d c.tua nos, ſed in uerò non, aliàs non diceretur uerum matrimonium, nec illi ſtandum eſſet l.nuptias ff.de reg. iur.d.c. de illis, ibi, niſi conſenſus de præſenti, aut carnalis ſit commixtio ſubſequuta,& in d.c.is qui fidem: Et ideò dici poteſt,† quòd car-
13 nalis copula, quæ ſponſalia de futuro ſubſequitur, introducit matrimonium præſumptum in foro iudiciali quoad effectum intrinſecum irreuocabilis fœderis, ſicut uerum matrimonium, d.c.is qui, d.c.tua nos, & d.c.ueniens, ſed nō quoad alios effectus extrinſecos matrimonij, niſi ad mulieris,& eius dotis fauorem, argumento tex. cum ibi not.in l.ſi cum dotem in fin.ff.ſolu.mat.iuncta l.1.C.de condic.ob
14 cauſ.ubi † in matrimonio putatiuo licet dos, & mulier ſit multum priuilegiata in concernentibus eius fauorem, non tamen quoad hoc,ut pactum de lucrando dotem effectum habeat: Faciunt etiam not.per doct.& Felin.qui poſt Anto. de But. per multas locorum ſedes exemplificat, in c. illud in 2.col.in uerſ.ſecundo not. extra de præſumptio. † ubi ſi
15 enunciatum ſit in inſtrumento matrimonium inter aliquos fuiſſe contractum, ex hoc matrimonium præſumitur, ut ibi in gl.cui ſcribentes adhærent, ſed non quoad omnes effectus matrimonij,at ſolum quoad illud ſubſtinendum,&cōſeruandum,ut ibi per do.Ant.¶ Accedat ad hæc,quòd† nō
16 ſolum debemus à uerbis legis recedere,& ſeruare mētem, ubi mens eſt expreſſa,ſed etiam ubi mens, ſeu ratio non eſt in lege expreſſa,dummodo illa ratio præfinita ſit naturalis, & communiter ac naturaliter probari poſſit, per ſimilem rationem,per quam etiam ſi lex non eſſet, cōtrarium imaginari poſſet,ut notabiliter probatur in l.ſcire oportet ff.de excuſa.tuto.ibi,ſed & ſi maximè uerba legis hunc habēt ſenſum,mens tamen legis latæ aliud vult,& ibi,cuius fidem ſufficit firmare ex ipſa naturali iuſtitia; ad idem l.mulier, iū cta glo.ff.ſolu.mat.ubi mens contra uerba ipſius legis coniecturatur,c.de intelligentia de uerbo.ſignifi.c.melchior 1.
17 quæſt.1.† conſtat enim lex ex uerbis,& mente,ſicut homo ex anima,& corpore, c.erit autem lex 4.diſtinc.doc.in c.1. de conſtitutio.& uerba ſe habent,ut corpus, & tāquam ſuperficies,ratio autem, ſeu mens ſe habet ut ſpiritus, & anima,& ideò ratio uerbis eſt præferenda,ſicut anima corpori præfertur,arg.c.ſolitæ de maio.& obed. iuncto c.præcipi
18 mus 12.q.1. † ad coniecturandam autem rationem legis, ubi non eſt expreſſa, debemus coniecturare, propter quid uir ſapiens feciſſet,ſeu motus fuiſſet,cum talis cenſeatur legiſlator,& iudicibus, doctoribusq́; data fuerit poteſtas iura interpretandi,& legis mentem,ac rationem excogitandi l.unica C.de profeſſo. qui in ciuita. conſtantinop. lib. 12.
19 Innoc.in c.cum ſpeciali de appella.† Ratio autem, cur ſtatutum marito lucrum huiuſmodi deferat, non poteſt dici, quòd fuerit affectus coniugij,ſeu reliquiæ ſponſalium, aut matrimonij,quoniam pari ratione ſtatutum tale lucrū donationis propter nuptias porrexiſſet uxori marito prædecedente,cum in utroq; idem affectus præſumatur,& dicantur eædem reliquiæ ſupereſſe, nec non æqualitas inter dotem, & donationem propter nuptias ſit ſeruanda,ut in auth.uxore C.de ſecund.nupt.authen.æqualitas C.de pact.conuen.
20 ubi caſus,& † uir,& uxor quoad affectum, & reliquias coniugij ad imparia iudicari non debent c. gaudemus extra de diuor.c.fin.de donatio.inter uir.& uxor.l.ult.§.penul.C.de donatio.ante nupt.Nec coniecturari poteſt, rationem talis lucri fuiſſe,quòd uir ſit caput mulieris,quia idem foret in caſu d.auth.uxore,& d.auth.æqualitas, & d.l.fin. cuius tamen contrarium ibi habetur,& arg.eorum, quæ traduntur in d.l.deo nobis C.de epiſco.& cleri. Ratio ergo erit, qua nullam meliorem coniecturare poſſumus,uidelicet iactura, & damnum ſumptuum,& expenſarum,quas paſſus fuit maritus in ornamentis, ueſtibus, conuiuiis, muneribus, & in apparatu feſtiuitatis nuptiarum: Quæ ratio non eſt communis mulieri,ſed eſt ſolius uiri, & ferè ab omnibus doctor. tanquam ſola,& unica in propoſito conſideratur,& præſertim in l.ſi cum dotem in fin. ubi Alexan. & alij ff.ſolu.matr. & omiſſa haberi debet pro expreſſa, argumen.l.2. ff. de liber. & poſthumis: Et hanc rationem ſolum in indiuiduo
21 conſiderat dictum ſtatutum ciuitatis Mantuæ, † quæ tāquā

finalis ſtatuti, ex quo eſt in eo expreſſa, iuxta ea, quæ uoluit Bar. in l. 1. ff. de donat. eſt attendenda, & ab ea omnis diſpoſitio regulanda, & illa ceſſante debet ſtatuti diſpoſitio ceſſare l. adigere §. quamuis ff. de iur. patro. c. cum ceſſante cum materia de appel. & quoties illa uiget, & locum habet, utiq; debet ſtatuti diſpoſitio uigere l. illud ad legem aquil. & ad effectum huius lucri conſequendi ſatis non eſſet, maritum aliquas modicas expenſas feciſſe, quia de illis non curatur, nec conſideratio habetur l. ſcio ff. de in integ. reſtitu. & not. in c. 1. eod. tit. cum ſimili. & hæc ferè omnia ſunt de capite, & mente Ant. in conſi. 1. in 1. uol. At in caſu occurrenti & ſi dici poſſet poſt ſponſalia de futuro ſequutam fuiſſe copulam, tamen ex quo aſſertus maritus Dianæ expenſas & ſumptus magnos nuptiales, de quibus ſupra, paſſus non fuit, non erit dignus lucro, quod à ſtatuto defertur: Et hæc conſideratio ſeruit etiam iis, quæ infra in ſequentibus dubiis dicemur, & præcipuè in quarto, in quo plura ſunt dicenda, quæ ad cõcluſionem traditam in præſenti diſcuſſione adaptari poſſunt. ¶ Et ex prædictis inferò ad deciſionem tertij dubij, quo quæritur, ſi poſt ſponſalia de futuro Diana ad domũ dicti domini Herculis traducta fuiſſet, & in decimo tertio anno, ut ſupra, prædeceſſiſſet, an ſtatutum prædictum locum habere debeat: Nam † ex quo præſumeretur carnalis

22 copula ſubſequuta, & ſic præſumptum cẽſeretur matrimonium contractum, ut per Bar. in l. cùm fuerit ff. de condit. & demon. per tex. in l. ea, quæ ff. ad municip. in l. deniq; ff. de ritu nupt. l. ſeia ff. de dona. inter uir. & uxor. not. in d. l. nuptias ff. de reg. iur. glo. & ſcriben. in l. cum te C. de dona. ante nuptias, ubi Iacob. de Aren. infertur, quòd ſtatutum de lucro dotis muliere, ſeu uxore decedente in matrimonio locum habere non debet per ea, quæ ſupra proximiori loco ſunt dicta. Et † tanto magis hoc uerificatur, ſi ſponſa per uerba de

23 futuro ad domum clam, & furtiuè, non autem in forma nuptiali, ſed ſine nuptiarum feſtiuitate traducta fuiſſet, argu. l. ſcimus C. de nupt. & eſt de mente Imol. in l. cui fuerit ff. de condit. & demonſtra. ibi, ſi tanquam uxorem, & ibi publicè trãſductam ad domum, & eſt tex. cum glo. in l. ea, quæ la 2. ff. ad municipa. l. mulierem, cum l. ſequen. & ubique gloſ. ff. de ritu nuptia. iuncto c. 2. de clandeſti. deſponſa. idem ſi mulier ſponſa minor erat, & inhabilis ad contrahendum matrimonium iuxta textum in c. 2. ibique not. extra de deſponſa. impube. eo tempore, quo ad domum ſponſi traducta fuit l. hæc conditio §. 1. ff. de condi. & demonſtr. l. quod pupillæ ff. quando dies lega. ced. ibi, quia uideri non poteſt nupta, quæ uirum pati non poteſt, propterea quia ſit pupilla, ut ibi colligitur, ſed Diana eo tempore, quo fuit ad domum domini Herculis traducta, non fuit apta uiro, quia minor duodecimo anno: item clam, & furtiuè, & fortè uiolenter traducta fuit, ergo ex tali traductione non poteſt dici præſumptum matrimonium, & conſequenter non poterit ſtatutum prædictum locum habere. Præterea ſi in caſu, quo fuit præſumptum matrimonium ex uera copula carnali ſubſequuta contractum iuxta d. c. is, qui, d. c. ueniens il 2. & d. c. de illis, non poteſt maritus lucrari dotem uirtute ſtatuti loquentis de matrimonio, & de uxore, & marito, ut fuit in præcedenti articulo dictum, & concluſum: ergo minus lucrari poterit ille, qui ex præſumpta copula carnali inducta ex cohabitatione, & traductione ad domum præſumptum matrimonium contraxit, tum quia plus operari debet uera copula, quàm præſumpta, & imaginaria, arg. l. cõtinuus §. cum ita cum ibi not. ff. de uerb. oblig. tum quia primo caſu adeſt una præſumptio; ſecundo uerò caſu duplex concurrit, quia ex præſumpta copula præſumitur matrimonium, ergo &c. arg. l. j. cum

24 ibi not. C. de dot. promiſ. Et † quòd ex ſimplici traductione ſponſæ de futuro ad domum ſponſi non præſumatur, nec dicatur matrimonium contractum, fuit de mente Bal. in d. l. cum te in 1. quæſt. C. de donatio. ante nupt. & ideò ultra traductionem deberet etiam longa conuerſatio concurrere iuxta textum cum ibi not. in d. c. illud extra de præſumptio. Nec obſtat id, quod uoluit Bald. in d. l. cum circa C. de iure dot. quia Bal. ibi uult, maritum poſſe ex ſtatuto lucrari partem dotis nedum ueræ, ſed etiam dotis præſumptæ per illũ textum: ſed quòd lucrari poſſit dotem, ſeu illius partem, quando uxor deceſſit in matrimonio præſumpto, Bal. ibi de hoc non loquitur, & hæc quoad tertium dubium ſufficiant. ¶ Aggredior quartum, quando iam eſſet matrimonium cõ

25 tractum per uerba de præſenti, & † quamuis Bart. in l. nihil ff. rerum amota. quem docto. communiter ſequi uidentur, uidelicet Bal. in d. l. deo nobis, & alij, ut atteſtantur moderni in tractatu ſtatim allegando, uelle uideatur, quòd contracto matrimonio per uerba de præſenti, ac ſolo conſenſu iuxta textum in d. l. nuptias, & in d. l. cui fuerit, maritus lucretur dotem ex ſtatuti diſpoſitione, muliere prædecedente, ut etiam in terminis uoluit Paul. de Caſtr. in d. l. cui fuerit, & colligitur ex iis, quæ uoluit Bal. in ſimili in l. certum in ultimis uerbis C. unde cogna. & in l. 1. in 2. quæſt. C. unde uir, & uxor, tamen hoc eſt uerum, quando ſimpliciter ſtatutum diceret, quòd muliere decedente in matrimonio maritus lucretur dotem, ſed quando diceret, quòd muliere decedente ſine liberis &c. ut loquitur ſtatutum, de quo agitur, tunc non ſufficeret matrimonium fuiſſe contractum per uerba de præſenti, niſi etiã eſſet uerè per copulam carnalem conſumatum, quia dicendo ſine liberis, ſtatutum denotare uoluit totalem matrimonij perfectionẽ, quæ fit per copulam d. c. debitum cum ibi not. extra de bigamis, & hoc modo limitari, & declarari debet opinio Bartoli, & aliorum, ut uoluit Bal. Nouell. in tracta. dotis in 1. parte in 12. colum. uerſicu. hactenus &c. & ita debet intelligi id, quod uoluit Alexand. in dicta l. nihil, qui contrarium uelle uidetur ejus, quod ibi inquit Barto. idem eſt de mente Bal. in l. non ſine C. de bonis, quæ liber. & ibi Alexan. in apoſtillis multos ad hoc allegat: quando igitur ſtatutum non ſimpliciter loquitur de matrimonio, ſed cum alia qualitate, quæ conſumationem, ſeu copulam arguat, tunc non ſufficit matrimonium contractum eſſe per uerba de præſenti, ut exemplificat Bal. in dicta l. non ſine, & habetur per Abbatem in conſi. 1. in 1. lib. Corroborantur præmiſſa ex iis, quæ etiam in fortioribus terminis uoluit Salice. in l. cum te C. de dona tio. ante nuptias dicens, ſe conſuluiſſe, & totam conſilij ſeriem referens, arguendo ad partes, & tandem concludendo probans diuerſimodè, quòd ſtatutum tale locum non habeat in illa, quæ deſponſata ſimpliciter per uerba de præſenti deceſſit, tum quia ſtatutum loquitur de uxore, quæ dicta eſt, quaſi ſit in uſu mariti, uel ab ungendo, cum eo tempore, quo ducebatur intra domum uiri, ungeretur, ſimiliter loquitur de uxore, quæ decederet ſine liberis, item loquitur de marito, qui propriè dicitur quaſi matris ritus: quæ duo nomina uerificantur poſt contractum, & perfectum matrimonium, ut in l. non ſine C. de bonis, quæ liberis:

26 necnon loquitur de matrimonio, † quod adhuc perfectum ſaltem quoad eccleſiam triumphantem non dicitur, niſi poſt corporalem coniunctionem, ut in d. c. debitum extra de bigamis, c. ſi quis deſponſata 27. quæſt. 2. item quia maritis hoc lucrum fuit conſtitutum in recompenſationem onerũ matrimonij, & ob expenſas magnas, quæ ab illis fiunt in ueſtibus, iocalibus, & nuptiarum feſtiuitatibus, ac conuiuiis,

27 ut ſupra dictum fuit; & ideò ſicut † maritus, qui onera matrimonij non ſubſtinet, nõ debet lucrari fructus l. dotis fructus ff. de iure dot. l. de diuiſione, l. ſi ante ff. ſolu. matrimo. l.

28 pro oneribus C. de iure dot. cum aliis, ita † & multo minus debet lucrari dotem, quæ eſt quid principale reſpectu fructuũ, arg. auth. multo magis C. de ſacroſ. eccle. & C. de epiſ. & cle

& cleric. Præterea, ut aliàs dictum fuit, ſi ſumptus magni, & expenſæ nupliales, de quibus ſupra, ſunt cauſa finalis dicti lucri, ut innuit expreſsè dictum ſtatutũ, ergo illa ceſſante, debet lucri acquiſitio ceſſare: Multa alia, & copioſius congerit Salic. in d. l. cum te: ſed quia ſua ſunt, ne in ſpeciem furti incurram, ea prætermitto, cum præſertim penes illum inſpici poſſint: & in hanc ſententiã pariter inclinat Abb. in d. conſ. 1. per plura ab eo conſiderat, acũ quibus per prædicta pertranſeo. ¶ Superest ultimum dubium, in quo maior conſiſtit difficultas, an dictum ſtatutum locũ habeat in caſu, quo præſupponeretur dominam Dianam fuiſſe uxorem do. Herculis, hoc eſt deſponſatam, & ab eo cognitam, ſeu ad domum traductam, ut requirit ſtatutum: & ex uerbis dicti ſtatuti infertur locum habere, quia illius uerba conueniũt, nam præſuppoſito, quòd ipſa Diana fuerit uxor carnaliter cognita, uel ad domum dicti domini Herculis poſt contractum matrimonium traducta, ſequitur, quòd in ea uerificantur & uerba, & diſpoſitio ſtatuti prædicti, argum. l. 4. §. toties ff. de damn. infect. Bal. in l. 1. in 3. colu. C. ſi quis

29 omiſſ. cauſ. teſta. ¶ Secundo † ex quo pater dotem trium millium legauit Dianæ filiæ, & illa poſtea matrimonium cũ do. Hercule contraxit, cẽſeri debet ipſam filiam marito ſuo dotem relictam in teſtamento deſtinaſſe, & conſtituiſſe, ut in terminis uoluit Rui. Regienſis in rub. ff. ſolu. matrim. in 2.

30 col. qui aſſerit ita ſe conſuluiſſe, motus primo per id, † quod in ſimili dicitur de muliere, quæ primo uiro dotem dedit, uel promiſit, illoq; mortuo ſimpliciter cum ſecũdo uiro cõtraxit, nulla de dote facta mentione, nam certè ipſi ſecundo uiro eadem dos cenſetur data, & cõſtituta, ſeu promiſſa

31 l. pen. §. uxor ff. ſolu. matri. † quod etiam procederet, quando primum matrimonium fuiſſet putatiuum, & inualidum, & uiro putatiuo mulier dotem dediſſet, ſeu promiſiſſet, quoniam poſtea alteri ſimpliciter nubẽdo nulla dotis facta mẽtione, eandem dotem ſecundo uiro conſtituiſſe cenſetur, l. ſi ſerua ff. de iur. dot. iuncta. l. cũ ancillis. C. de inceſt. nupt. Bart. in diſputatione incip. mulier habens amplum patrimonium &c. Si ergo in proximo caſu dos dicitur repetita, & eadem ab uxore conſtituta, multo magis, quando pater filiæ dotem reliquiſſet, illa cenſeri debebit à filia nubente conſtituta, & promiſſa: nec poteſt ratio differentiæ ſecundum præfatum doctorem aſſignari: Et quòd hoc uerum ſit, con

32 ſtat, † nam in terminis l. titio centum §. titio genero ff. de cond. & demon. & l. ſeruo legato §. ſi teſtator ff. de lega. 1. quando dos legata fuit filiæ, aut genero nomine filiæ, cenſetur ipſi filiæ legata, & ipſi etiam competit actio, ut ibi: Si tamen filia dotem illam petat, cauere tenetur de conuertendo illam in dotem pro futuro matrimonio; Ergo infertur, quòd dos legata filiæ cenſetur marito futuro conſtituta, & promiſſa, mediante cautione prædicta, ut colligitur ex iis, quæ habentur per Paul. de Caſt. poſt Bart. in d. l. titio centum: fatetur tamen Ruinus, quòd etſi futuro marito illa dos conſtituta dicatur, tamen ille agere non poterit, niſi mediãte ceſſione ſibi facta à filia, per not. per gloſ. in l. cum plures §. pen. ff. de adminiſtra. tuto. & dicit Bar. ibi, quòd ſi pater in teſtamento aliquid filiæ pro dote reliquit, filiã dicitur dotatã per glo. illam, & ſe remittit ad nor. per eum in d. l. titio §. fin. ff. de cond. & demon. & agendo ad dotem ante matrimonium contractũ tenetur cauere de nubendo, quia ut dicit Bar. poſt Dyn. in l. lucius §. à te peto ff. de lega. 2. dicendo pro dote, uel pro maritanda &c. hæc uerba faciunt modum per illum tex. & ideò ad hoc, ut poſſit legatum conſequi, debet de implendo modum cauere argu. d. l. titio centum §. 1. & in l. quibus diebus §. termilius, & ibi Bar. ff. de cõditio. & demon. & idem Bart. in l. qui pupillam in princ. ff.

33 de adulte. declarando, † quando filia dicatur dotata ad effectum, ut ſub ſtatuto loquente de filia dotata comprehendatur, inquit, quòd dotata intelligitur, quando pater illi dotẽ dedit, uel quando eſt tradita nuptui, uel deſponſata, ſeu ſub certa dote deſtinata; uel ſi dos eſt conſtituta filiæ in teſtamento per illum tex. & per gloſ. in d. l. cum plures: & quòd filia, cui pater aliquid pro dote reliquit, poſſit ſaltem facta pubes legatum conſequi, eſt tex. not. in l. qui filium ff. ubi pupil. educ. debe. quæ addere poſſumus iis, quæ uoluit Bar. in d. l. titio centum in fin. in fina. uerb. Ex prædictis ergo uidetur, quòd ſtatutum loquens de lucro dotis comprehendit etiam dotem ſimpliciter à patre legatam, quamuis tempore nuptus, uel poſt ipſa filia expreſsè dotem non conſtituerit, aut promiſerit: Multo magis igitur hoc uerum eſſet, qñ pater genero ſuo præſenti, uel futuro pro filia, aut nomine filiæ aliquid reliquiſſet, quoniã tunc non ſolum dos diceretur eſſe filiæ, & ad eius fauorem conſtituta d. l. ſeruo legato §. ſi teſtator, ſed etiam marito genero, qui etiam poſſet abſque ceſſione agere, ut in d. l. cum pater ff. de iur. dot. & d. l. titio centum in fin. Præterea ſicut filia, cui fuit à patre aliquid pro dote, ſeu nomine dotis in teſtamẽto relictum, dotata, ſeu illi dos conſtituta dicitur ad finem, ut ipſa per ſtatutum excludatur à ſucceſſione, & conſequenter ſub tali ſtatuto excludente filiam à ſucceſſione, mentionem de dote, ſeu de filia dotata facient, quod eſt odioſum, & correctorium iuris l. maximum uitium C. de liber. præter. l. lege 12. tabularum C. de legitim. hæredib. comprehenditur non ſolum dos data, ſeu promiſſa, ſed etiam dos à patre in teſtamento legata, ut determinãt Bar. Paul. de Caſt. & alij in d. l. titio in ultima col. in d. l. qui pupillam, & in d. l. cum plures, cum aliis, quæ poſſent allegari, & argum. d. l. qui filium: ita & in caſu huius ſtatuti de lucro dotis debet dos à patre filiæ legata comprehendi, nec bona diuerſitatis ratio uidetur

34 poſſe aſſignari; Et præſertim quoniã † talis dos legata filiæ ſequuto matrimonio ſaltem dicitur dos præſumpta, argumento eorum, quæ habentur in d. l. cum plures, & in d. l. qui pupillam cum ſimilibus: ergo in illa quoque debet habere locũ ſtatutum loquẽs de lucro dotis, quia illud etiam in dote præſumpta locum ſibi uendicat. ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, in caſu occurrenti contrariam opinionem puto ueriorem, & æquiorem eſſe, quia præſuppoſito etiam, matrimonium fuiſſe contractum, ac etiam cum ipſa Diana conſumatum, tamẽ ex quo ſtatutum ſe fundat expreſsè in hac ratione, quæ & ſi non fuiſſet expreſſa, hæc unica ſubintelligebatur, ut ſupra ex mente omnium concluſum fuit, ut per Salice. in d. l. cum te, & per Abb. in d. conſi. 1. in 1. uolum. uidelicet, quòd propter onera matrimonij, & expenſas factas per maritum tempore nuptiarum, & in matrimonio, ipſe maritus in recompenſationem illorum onerum, & expenſarũ lucretur, & lucrari debeat totam dotem ab uxore conſtitutam &c. ſequitur, quòd in terminis noſtris dictum ſtatutum locum habere non debet, in primis ponderando, quòd ſtatutũ requirit copulatiuè maritum ſubſtinuiſſe onera, & expenſas non ſolum tempore nuptiarum, ſed etiam

35 in matrimonio, ut ibi nuptiarum, & in matrimonio, † copula enim, & coniungit, & requirit concurſum omnium copulatorum, adeò, quòd oratio copulata falſa in uno ex copulatis in totum reddatur falſa l. is qui ducenta §. cum ita ff. de reb. dub. l. ſi quis ita ſtipulatus ff. de uerb. obliga. l. quinta ff. de conditio. inſtitu. Sed non apparet dictũ dominum Herculem uirum expenſas ſaltem notabiles feciſſe, nec ſubſtinuiſſe onera conſiderabilia matrimonij tempore nuptiarũ, hoc eſt feſtiuitatis matrimonij iuxta l. lancinius C. de nupt. & per Bart. in d. l. titio centum in fin. circa finem, nec etiam in matrimonio, hoc eſt durante matrimonio, iuxta d. l. qui pupillam cum ſimilibus, ergo ſtatutum prædictum Mantuæ in caſu noſtro locum habere non poteſt: quoniam ſtatutum huiuſmodi de lucrando dotem per maritum eſt odioſum, correcto-

correctorium, & multum exorbitans, & ideò reſtringendum, ut ſupra dictum fuit in principio poſt Bal. in d.l. 2.C.
36 de dot. promiſſ. & † ſecundum Bal. in ſuo tractatu ſtatutorum in uerbo dos, ſeu dotare in 3.colum.& in l. 1.in 4.oppoſi.C.de condict.ob caus.ad hoc, ut ſtatutum de lucrãdo dotem locum habeat, requiritur, quòd concurrat uerus caſus in ſtatuto expreſſus, & cum omnibus qualitatibus ſuis, & quòd propriè uerba ſtatuti uerificentur: unde dicit Bal. in d.l.1. quòd cum ſtatutum conſideret matrimonium, item illius onera, & expenſas, alterum ſine altero non ſufficiet, ſed neceſſe erit, quòd uerè matrimonium ſit ſequutum, & maritus expenſas, & onera ſubſtinuerit. ¶ Secundo conſi-
37 dero, † quòd ſtatutum hoc faciens mentionem de expenſis, & de oneribus matrimonii debet intelligi de magnis, & notabilibus, ac de æquiualentibus ipſi lucro dotis, non autem de modicis, & leuibus, tum quia de modicis lex non cõſiderat l.ſcio ff. de in integrum reſtitutio.l. ſi oleum in fin.ff. de dolo, & l. ſi quis conduxerit cum ibi not.ff. locati; tum
38 quia † expenſarum, ſeu onerum appellatione intelligitur de magnis, & notabilibus, ſicut damni, & detrimenti appellatione, argumento c.1.cum ibi not. extra de in integrum reſtitu.& per ſcribentes in c. quintauallis de iureiuran. Roma.in rubri. de arbitr. in 22.col uer. l. in rebus §. poſſunt ff. commoda.& ibi gl.& doct.poſt Guliel.Rayne.& Dyn.in l. ſi proprietarius, & ibi glo.ff.de dam.infect.gloſ.in c.pen. de reſcript.& habetur per Specula.in titu.de locato §.6. uerſi. ut autem, & in tit.de iuramen. calum.§.2. uerſi. quid ſi cauſa, & in titu.de reſtitut.in integrum §.2.uerſi.& ſcias cum ſi-
39 milib. & † dicit Barto.in d.l.ſcio, quòd in ijs, quæ contra ius commune, & regulare conceduntur, non conſideratur, nec attenditur id, quod modicum eſt, ſed contra ius commune à ſtatuto conceditur marito lucrum dotis propter expenſas, & onera matrimonij, ergo non debet intelligi de modicis, & leuibus oneribus, & expenſis, ſed de magnis. Præ-
40 terea † modicitas, & magnitudo conſideratur reſpectu rei, ad quam habetur reſpectus, & fit relatio, ut per Barto.in d. l.ſcio, & facit id, quod uolunt Abb.& alii in c.1. de accuſatio. ſed expenſæ, & onera per ſtatutum ponuntur reſpectiuè ad lucrum totius dotis, ergo intelligi debet de oneribus, & expenſis magnis, ſicut eſt lucrum totius dotis. Rurſus ſtatutum uult, lucrum totius dotis ſpectare ad maritum in recompenſationem onerum, & expenſarum matrimonij, ergo debet intelligi de magnis, & notabilibus expenſis, & oneribus, quale eſt lucrum dotis, tum quia iniquum eſſet, quòd ob modicam, & leuem expenſam maritus dotem triũ millium lucri faceret, quod non eſt ueriſimile, argumento l.nõ eſt ff.quod met.cau. tum quia inter modicam expenſam, & magnum lucrum totius dotis non caderet recompenſatio,
41 quam expreſsè conſiderat ſtatutum: † recõpenſatio enim cadit inter æqualia, nõn aũt inter inæqualia, & pretiũ, quod datur pro recompenſatione rei emptæ, aut conductæ, non debet eſſe modicũ, & leue, alioquin contractus nõ ualeret, ut in d.l.ſi quis conduxerit, ibiq; glo.& Bar.& facit id, quod uoluit Bal.in l.fi.in 1.q.C.de compenſa. per Bar.& Bal.in l. in rebus in fi.poſt glo.ff. cõmoda. Cum igitur in caſu occurrenti factæ non fuerint expenſæ, nec ſubſtenta onera matrimonii lucro dotis faciendo æquiualẽtia, immò longè minora, ac modica, & fortè nulla, ſequitur quòd non ſumus in caſu dicti ſtatuti, quod in ſuo caſu, & rigororosè contra maritum eſt intelligendum, ne iniuſtè inferatur præiudicium hæredibus uxoris, excludendo parentes, fratres, & conſanguineos ipſius à ſucceſſione ob modicas expenſas à marito factas reſpectiuè ad magnum dotis lucrum, arg. c.ſuggeſtũ, c.dilecti extra de decimis, & c. quid per nouale de uerbo. ſignifi. bonus eſt text. in l.2. §. ſi quis cum glo.ff.ne quid in loco publ.& argu.l.1.§.ſunt autem in uerſic.oportet, iuncta glo.ff. ne quid in flumi.pub. ubi glo.dicit utilitatem, hoc eſt maximam, & in uerb. iniuria dicit, ideſt maxima. Præterea ſtatutum uult, maritum lucrum totius dotis conſequi propter onera, & expenſas, & rectè, quia proprium onerum, & incommodi eſt lucra conſequi l. ſecundum naturam ff. de regu.iuris.§.de illo inſt. de ſocieta. ergo æqualis debet eſſe cauſa onerum, & expẽſarum ipſi lucro, & econtra, alioquin iniquum eſſet ob minimum damnum uelle lucrum immenſum conſequi, argu. l.ſi non fuerint cum l. ſequenti ff. pro ſocio cum ibi notatis. ¶ Tertio ſtatutum huiuſmodi loquitur de dote aut ab ipſa muliere, uel ab alio pro ea, uel eius nomine ipſi marito data, promiſſa, uel conſtituta, ut ibi lucrari debeat totam dotem ſibi ab uxore, ſeu à quouis alio pro ea, uel eius nomine conſtitutam, datam, ſeu etiam pro-
42 miſſam: Et † quamuis ſtatutum iſtud de lucro dotis habeat locum in dote data, aut promiſſa, ut uoluit Salice.in d.l.cum in te C. de dona. ant.nupt. & per glo. iuncto tex. in l.cum poſt.§.1.in uerb. habet ff. de adminiſtratio.tuto.tamen locum habere non dicitur in dote à patre filiæ ſuæ pupillæ ante contractum matrimonium, & ſponſalia legata, & in teſtamento relicta, quia & ſi talis dos dici poſſit ipſi filiæ conſtituta, ut ſupra probatum fuit per multa iura, ut in d.l. cum pater, in d.l.qui filium, & in d.l.qui pupillam cum ſimilibus, non tamen ipſi marito dicitur data, promiſſa, ſeu conſtituta ab uxore, ſeu ab alio eius nomine, prout expoſcit ſtatutum prædictum, quod in caſu ſuo expreſſo ſolum locum habere
43 poteſt, & non ultra, ut ſæpè dictum fuit: Nam † præſuppoſito, do. Dianam ſimpliciter contraxiſſe matrimonium cũ domino Hercule, nulla mentione facta de aliqua dote ſibi legata, nec aliter, profectò non poteſt dici dos aliquo modo ipſi marito data, aut promiſſa, ſeu conſtituta, quinimmò matrimonium dicitur ſine dote contractum, ita uoluit Bal. in l.nulla in 2.colum.in uerſi.ſed pone quòd ſimpliciter eſt contractum C.de iure dot.glo.1.in l.mulier bona ff. eodem tit. quæ dicit Ariſtotelem contrarium dixiſſe, ſed hoc à lege non dici: & concludit Bar.in q.incip. Mulier habens amplũ patrimonium, quòd ſi mulier minor ſimpliciter matrimonium contraxit, tacitè non cenſetur dotem marito dare, ſeu conſtituere, maior uerò cenſetur ſecundo uiro dotem illam dare, ſeu conſtituere, quàm alius tertius pro ea prius priori uiro dedit, ſeu promiſit, at ſi alius tertius pro illa dotẽ priori uiro non dediſſet, aut aliter non conſtituiſſet, tunc ipſa ſimpliciter contrahendo matrimonium non cẽſetur illi dotem dediſſe, nec conſtituiſſe; & hoc optimè probatur ex tex.in l.fina.& ibi Salice.C.de repud.maximè in uerſic.eodem modo, & in authen.de nuptijs in §. ſi quis enim uerſic. & ſi mulier: ſed in caſu noſtro domina Diana erat minor, immò pupilla, quando cum domino Hercule ſimpliciter matrimonium contraxit, ergo etiam tacitè non cẽſetur dotem aliquam marito conſtituiſſe. Præterea tempore primi matrimonij, ſeu ſponſaliorum cum priori contractorum ipſa non promiſit, nec conſtituit dotem aliquam, ergo ſimpliciter cum ſecundo contrahendo, non dicetur dotem aliquam conſtituiſſe, aut promiſiſſe, per ea, quæ ſupra dicta ſunt, maximè per not.per Bartolum, & alios in locis allegatis. ¶ Nec aduerſatur illud, quod uoluit Bal.in l.cum circa per gloſam ibi C.de iure dotium, quòd ſtatutum de lu-
44 cro dotis uendicat ſibi locum in dote præſumpta, † quoniam ipſe loquitur, quando dubium eſſet, an marito pro matrimonio dos fuiſſet data, promiſſa, aut aliter conſtituta; quòd enim dos data fuerit, probari poteſt per teſtes, uel alias probationes, ſeu per præſumptiones, & inditia, & in dote ſic præſumptiuè probata habet locum ſtatutum loquens de lucro dotis, & ſic Bal. ibi loquitur de dote præſumptiuè probata, nõ autem de dote, quæ pro certo non eſſet marito data, neque promiſſa, ſed poſſet dici

præ-

præſumpta,hoc eſt imaginaria,& in mente patris, uel filiæ
nuptæ conſiderata tantum,& non aliter expreſsè uiro pro-
miſſa,nec data: & quòd in huiuſmodi dote tacita,quæ præ
ſumpta dici poteſt, etiam ſi illa fuiſſet ante matrimonium
uxori legata dictum ſtatutum de lucro dotis locum non ha
beat,expreſsè uoluit Alex.in conſi.122.in 7.uol.qui in for-
tioribus terminis conſuluit, dotem uxori legatam ante ma-
trimonium contractum dicto ſtatuto non comprehendi:
45 † Mulier enim ibi primo contraxerat matrimonium ſimpli
citer nulla dote conſtituta, & primus uir ueniens ad mor-
tem uxori legauit certam dotem,quam in teſtamento con-
feſſus fuit ſe ab uxore habuiſſe,quæ confeſſio nocet uiro, &
hæredibus ſuis, ut teneantur dotem illam uxori præſtare,
etiam ſi eam uir non recepiſſet,ut in §.ſed ſi uxori Inſti.de
lega.l. ſi non deſignata C.de falſa cauſ.adiect.lega.demum
uxor,cui maritus certam dotem legauit,cum ſecundo ma-
trimonium ſimpliciter nulla dotis mentione facta contra-
xit,dubitatum fuit,an uxore poſtea moriente uir ex ſtatuto
dotē, uel illius partem lucrari poſſit; quod uidebatur,quia
illa dos legata tacitè ſecundo uiro conſtituta cenſebatur,
per ea,quæ uoluit Bar.in d.q.ſua, tamen contrarium con-
46 ſuluit Alex.in d.conſi.122. ¶ Quarto † quando dos ante
matrimonium per patrem in teſtamento filiæ maximè pu-
pillæ legata fuit,nullo habito reſpectu ad certum generum,
nec illius contemplatione,talis tunc non poteſt dici, nec eſ
ſe dos,quia ſine matrimonio dos eſſe non poteſt l. 3. ff. de
iur.dot.& faciunt ea,quæ habentur per Alex.& Sozi.in d.l.
de diuiſiōe ff.ſol.matr. ergo ſi poſtea filia uiuo, ſeu mortuo
patre ſimpliciter matrimonium contrahat,nihil dicendo de
dote,non poteſt talis dos dici marito conſtituta, aut promiſ
ſa,cum dos nulla uerè, & eſſentialiter fuerit, nec uiro dos
aliqua fuerit promiſſa,& conſequenter in tali dote non po
teſt dictum ſtatutum locum habere, quod uerificatur ſolū
in uera,& propria dote ipſi marito promiſſa, aut conſtitu-
ta,ut ex uerbis illius apparet, iunctis iis, quæ habentur per
Bal.poſt glo.in d.l.1.C.de condi.ob cauſ.& in d.l.2. C. de
47 dot.promiſſ. ¶ Corroborantur præmiſſa,† nam quādo an-
te matrimonium pater filiæ dotem legauit, quāuis ex hoc
filia dicatur dotata, ut per Bart.in d.l.qui pupillam cum ſi-
milibus,tamen non poteſt dici futuro marito conſtituta: &
ideò non illi,ſed ſoli uxori actio ad dotem competit,ut in l.
cum pater ff. de iur. dot. immò ſi nomine filiæ pater dotem
genero legaſſet, filiæ,& nō genero actio competeret l.ſeruo
legato §.ſi teſtator ff.de lega. 1. quomodo igitur poteſt in
caſu noſtro dici dos data,aut promiſſa, ſeu conſtituta domi
48 no Herculi marito è nullo modo certè. Et † quamuis gener
poſſit ad talem dotē legatam à patre agere,ſi ſibi ab uxore
actio ceſſa fuerit, ut habetur per ſcribentes in d.l.titio cen-
tum §.fin.& per Rui.in d.rub.tamen hoc contingit,quia fi-
lia,hoc eſt uxor ei cedendo dotem conſtituit, & in illū actio
nem ad petendam dotem legatam tranſtulit, quoniam qui
actionem habet,rem habere uidetur,ut in l.qui actionem ff.
de regu. iur l.rem in bonis ff. de acquir.rer.domi.& l.ha-
49 bere ff.de uerbo.ſignifi.cum gloſ. & † licet filia dicatur do-
tata, cui ſimpliciter dos legata fuit ante matrimonium,quo
ad effectum excludendi eam a ſucceſſione, ex diſpoſitione
ſtatuti,quod excludit filiam dotatam, ut uolunt doctores
communiter ubique, & maximè Bar.in d.l. titio centum in
fin.& in d.l.qui pupillam de adulte.l.qui filium ff. ubi pu-
pill. educa.debeat,cum iis,quæ allegantur per Modernos
in d.rub.ff.ſolu.matri.tamen non debet cenſeri dotata quo
ad effectum,ut maritus lucretur dotem, ex ſtatuto loquen
50 te de lucro dotis: Et ratio diuerſitatis apparet primo,† quia
ſtatutum excludens filiam dotatam propter maſculos dici-
tur eſſe fauorabile introductum principaliter fauore agna
tionis,& familiæ conſeruandæ, argumento l. qui exceptio-
nem in prin.ff.de condic. indeb. ut uolunt doctores com-
muniter, Bald. & alij in l. maximum uitium C. de liber.
præter.Gaſpar Calda.in conſi. 11.in 6.& 4.colū. Ange.in
conſi 68.& in conſi. 119.& Barthol.Bologni.in conſi 69.
ſed ſtatutum deferens marito lucrum totius dotis,quale eſt
illud, de quo agitur, dicitur odioſum, exorbitans, & corre
ctorium,ut ſupra dixi,& traditur expreſsè per Bal.in d.l.1.
C.de cond.ob cauſ.in 4.oppo.in l.1.C.de dot. promiſſ.Præ
terea ſtatutum excluſiuum fœminarum à ſucceſſione loqui
tur ſimpliciter de filia dotata,quæ poteſt dici,& eſt dotata,
ſi ei dos legata fuit,ut per Bar.in d.§.titio genero, & in d.l.
qui pupillam cum ſimilib. at ſtatutum de lucro dotis in ca-
ſu noſtro non loquitur de filia, ſeu uxore dotata ſimplici-
ter,ſed qñ marito dos fuit ab uxore, aut ab alio eius nomi-
ne data,promiſſa, aut conſtituta, quo caſu etſi mulier, cui
dos fuit legata,poſſit dici dotata,non tñ uerum erit dicere,
quod hoc modo dos poſſit dici marito data, aut promiſſa,
uel conſtituta: Et quāuis fortè, fictè, & impropiè dos lega-
ta filiæ,ſeu mulieri poſſet dici conſtituta ipſi marito, ueluti
conatur perſuadere Rui.in d.rub.in 2.col.quod non placet
ex prædictis,tñ uerè, & propriè loquendo non poteſt dici
ipſi marito conſtituta,aut data,ſeu promiſſa,quia in ueritā-
te non ſibi,ſed mulieri fuit conſtituta,ut conſtat, ergo talis
dos non poteſt comprehendi ſub hoc ſtatuto de lucro do-
tis,quod requirit dotem eſſe marito cōſtitutam,aut datam,
uel promiſſam, & in eo uerba ſunt propriè,& uerè, ac in ca
ſu ſuo uero intelligēda,ut dicit Bal.in d. ſuo tractatu ſtatu-
torum, & in d.l.2.C.de dot.promiſſ.& in d.l.1. C. de con-
51 dic.ob cauſ. ¶ Confirmatur etiam concluſio tradita,† nam
maritus, qui non ſubſtinet,ſeu non ſubſtinuit onera matri-
monij,nec expenſas fecit,dotis fructus non lucratur l. do-
tis fructus,l.ubi aduc,& l.pro oneribus C.de iur.dotium,&
not.in l.ſi ante,& in l.de diuiſione ff.ſolut.matr.ergo nec de
bet dotē,uel eius partē lucrari,quoniam facilius uir lucra-
tur fructus dotis,quam dotem,uel illius partem, quod pa-
tet,nam maritus putatiuus fructus dotis lucratur, ſed non
lucratur ex ſtatuto dotem, uel illius partē l. 1. cum ibi not.
C.de condic.ob cauſ. Alex.& alij in l.ſi cum dotem §.tranſ
grediamur ſolu.matr.& Bald.Nouel.in 11.parte ſui tracta-
tus dotis. ¶ Modo ſupereſt reſpondendum iis, quæ in con-
trarium conſiderata fuerunt, & præcipuè à Ruino in dicta
rub.ff.ſolu.matr.quæ licet ex prædictis ſint reſoluta, tamen
ſpecialius reſponderi poteſt, & in primis dico Rui.non nul
52 la præſupponere,quæ de iure ſubſiſtere non uidentur, † fal
ſum enim uidetur, quòd dos relicta filiæ in teſtamēto, quæ
dicitur deſtinata filiæ pro matrimonio contrahendo, quia
ſub modo ſibi relicta dicitur, & ideò de implendo modum
cauere tenetur,ut ſupra dictum fuit, & probatur argumen
to d.l.cum pater,dicatur ſequuto matrimonio tacitè mari-
to conſtituta, & promiſſa,quoniam futuro genero poſt ma
trimonium etiam ſubſequutum nō datur,nec cōpetit actio,
ſed ſolum ipſi uxori, & filiæ d.l.cum pater d.l. ſeruo legato
§.ſi teſtator, cum ibi not.l.huiuſmodi §.cum pater ff.de leg.
1.ubi gener,& ſic maritus filiæ legatariæ ita demum agit, ſi
ſocer ultra legatum illi per ſtipulationem promiſiſſet; fi-
lia enim ſola ex legato agit actione ex teſtamento,gener ue
rè ex ſtipulatione,ergo ſi ſimpliciter filiæ pro dote ante ma
trimonium, & nuptias legatum fuerit, ſola filia agit d. §.ſi
teſtator,ubi ſi contemplatione filiæ, & illius nomine pater
genero dotem legauerit, quo caſu non genero, ſed filiæ di
citur legatum l.fideicommiſſa §.interdum ff.de lega.3. ſolà
filia agit, & non gener; ſi uerò genero ſimpliciter dotem
pater legaſſet,quo caſu utriuſque contemplatione cenſe-
tur legaſſe, tunc utrique datur actio, d.l.titio centum §. ti-
tio genero ff.de cond.& demon.ergo falſum eſt, quòd dos
legata filiæ, ſequuto matrimonio,dicatur tacitè marito cō-
ſtituta,

ſtituta, ſeu promiſſa, nam hoc iure cautum non reperitur,
52 †niſi mediante ceſſione actionis marito à filia facta, ut præſupponit Rui.in d.rubri.in 2.colum.cum ſequen.& uolunt doct.in d.§.titio genero, & in alijs iuribus allegatis: & tunc filia cedendo expreſsè diceretur marito dotem conſtituere transferendo actionem ad dotem, quia qui actionem ad rē habet, rem ipſam habere cenſetur, d.l. qui actionem cum ſimilibus, & per ceſſionem maritus efficeretur dominus utilis argumento eorum, quæ habentur per Baldum in l.1.in fin.uerb.C.de uſucap.pro dote. Ceſſio autem in caſu occurrenti non interuenit, igitur non debet dici dos per mulierem, hoc eſt filiam tacitè marito, hoc eſt domini Herculi cō
54 ſtituta, ſeu promiſſa. Præterea † cum ipſa domina Diana tēpore, quo nuptias, ſeu ſponſalia contraxit cum domino Hercule, eſſet minor 25.annis, & fortè pupilla, ſimpliciter contrahendo matrimonium cum domino Hercule non poteſt dici dotem tacitè conſtituiſſe, aut promiſiſſe, ut uoluit gloſ. communiter approbata in l.nulla C.de iure dotium, & Barto.in d.ſua q.incip.Mulier habens amplum patrimonium, in ſolutione q.& hanc difficultatem ſenſit etiam Ruin.ibi, quāuis illam irreſolutam dimittat. Nec debet obſtare id, quod Ruinus in ſimili adducebat, quòd quando mulier primo dotem dediſſet, deinde ſimpliciter cum ſecundo uiro matrimonium contraxiſſet, tacitè cenſetur dotem illam primam ſecundo uiro dediſſe, & conſtituiſſe, etiam ſi primum matrimonium fuiſſet putatiuum, & inualidum, quia dico, quòd hic non eſt caſus ſimilis, ſed totaliter diſſimilis, & rationem
55 diſſimilem, ac diſformem habens: nam † in hoc caſu, qui ſimilis dicitur, dos ſemel fuit deſtinata, & expreſsè conſtituta à muliere pro matrimonio, & ideò ſemper durat ſic deſtinata, & ad omne ſubſequens matrimonium tranſit l.cum ſerua ff.de iure dotium: aliud uerò eſt, quando mulier expreſsè dotem pro matrimonio non conſtituit, nec promiſit, quia ſimpliciter contrahendo matrimonium non dicitur dotem conſtituiſſe, nec tacitè promiſiſſe, quamuis à patre fuiſſet aliquid ei pro dote relictum: Ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu adeſt ſemel expreſſa uoluntas mulieris circa dotis conſtitutionem, quæ ſemper dicitur durare, niſi de reuocatione conſtet, ſecundo autem caſu ſecus, ut plenè colligitur hæc diuerſitas ex ijs, quæ ponit Barto.in d. ſua q.
56 Præterea † quamuis poſſet dici, filiam tacitè dotem conſtituiſſe quoad effectum, ut maritus lucraretur fructus, & ſuſtinere poſſet onera matrimonij, quia hoc eſt fauorabile, & ſecundum regulas iuris l.dotis fructus, l.ubi adhuc, & l.pro oneribus ſupra allegatis, non tamen quoad effectum, ut maritus poſſit ex ſtatuto lucrum dotis cōſequi, nam hoc eſt odioſum, & exorbitans, ut iam dictum fuit: & ratio diuerſitatis inter caſum acquiſitionis fructuum, & caſum acquiſitionis lucri dotis eſt manifeſta, nam facilius fructus dotis acquiruntur, quam lucrum dotis ex ſtatuto, ut ex ſupra dictis colligitur. Præterea ad acquirendum lucrum dotis ex ſtatuto non ſufficit, dotem tacitè fuiſſe à muliere, uel ab alio conſtitutam, ut quia ante matrimonium contractum dos eſſet legata ipſi mulieri fortè à primo marito, ut notabiliter, & pulchrè conſuluit Alex.in d.conſi.122.in 7.uolumi.cuius uerba optimè huic conſultationi noſtræ inſeruiūt. Nec obſtat id, quod pro confirmatione dictorum ſuorum ſubiungebat Rui.in d.rubr.quòd quando filiæ fuit aliquid à patre in teſtamento pro dote relictum, ipſa agere non poteſt ante contractum matrimonium, niſi caueat de conuertendo relictum in dotem pro matrimonio futuro: ergo præſtita huiuſmodi cautione apparet, dotem per mulierem fuiſſe conſtitutam, per ea, quæ habentur in d.§.titio genero,
57 quia reſpondetur primo, † quòd cautio prædicta à muliere uidetur ſolum præſtanda in caſu, quo ſibi pro dote fuiſſet aliquid à patre legatum, & poſtea illud idem à patre genero per ſtipulationem promiſſum, & non quando ſimpliciter legatum filiæ pro dote fuiſſet, ut declarat tex.in d.l.cum pater, ubi caſus. Secundo reſpondeo, quod ex prædictis infertur, cautionem eſſe illam, quæ facit dici dotem fuiſſe à filia, ſeu muliere conſtitutam ſecundum Ruinum: ergo ubi cautio talis non eſſet præſtita, non diceretur dos tacitè futuro uiro conſtituta, neque promiſſa, ſed in caſu occurrenti talis cautio à muliere non fuit præſtita, nec locus fuit præſtationi talis cautionis, quia ipſa Diana non egit, nec petijt ante matrimonium contractum illud, quod fuerat ſibi pro dote legatum, ergo non fuit locus alicui cautioni d.l. cum pater, & traditur per doct.Bart.& alios in d.§.titio genero: & ideò hac ratione non potuit in caſu noſtro dici tacitè dos futuro marito conſtituta, ſeu promiſſa, & hæc ſunt benè notanda, quia uera, quicquid dixerit Rui.cuius dicta fortè ſub-
58 ſtineri poſſent in terminis, in quibus loquitur: Nam † pro clariori inueſtigatione, & concordia poſſent plures caſus breuiter conſiderari, primus ſit, quando mulier, ſeu alius eius nomine dotem primo uiro dedit, vel promiſit, & in primo matrimonio ſiue uero, ſiue putatiuo, deinde contraxit matrimonium ſimpliciter cum ſecundo marito, nam tunc dos ſemel conſtituta, & promiſſa in primo matrimonio, cenſetur pro ſecundo repetita, & tacitè conſtituta, gloſ.in d.l. nulla, & ibi doct.in d.l.mulier bona, & Bar.in d.ſua q.& d.l. ſi ſerua cum ſimilibus, & in hac dote reſpectu etiam ſecundi mariti ſtatutum de lucro dotis locum haberet, & hic non eſt caſus noſter. Secundus caſus ſit, quando filia dotata à patre in teſtamento illi aliquid pro dote legando, actiones ſibi competentes ceſſit marito, ſeu ſponſo ſuo ad id, quod ſibi fuit pro dote relictū, & ſimiliter hoc in caſu filia, ſeu mulier cedendo poteſt dici, dotem tacitè conſtituiſſe, & marito promiſiſſe, & in tali dote etiam poterit dictum ſtatutum de lucrando dotem locum habere, & hic etiam non eſt caſus noſter. Tertius caſus ſit, quando filiæ in teſtamento patris fuit legatum factum pro dote, & ipſa ante matrimoniū illud legatum petiit, prout petere poteſt, ſecundum quod declarant Bar.& alij in d.§.titio genero, & cauit de conuertendo illud in dotem pro futuro matrimonio, prout cauere tenetur, & eſt de mente Rui.in d.rub.& Bart. ac aliorum in d.§.titio genero, & tunc dos mediante illa cautione dicetur tacitè conſtituta, & promiſſa, ut per Rui.ibi. & in tali dote etiam fortè poterit habere locum dictum ſtatutum de lucro dotis, ſed hic etiam non eſt caſus noſter, ut pater, & ſupra declaraui. Quartus caſus ſit, quando pater filiæ in teſtamento aliquid certum pro dote reliquit, deinde ipſa filia poſt mortem patris non petiit dotem illam, nec cauit, ut ſupra, nec futuro marito, ſeu ſponſo actiones ceſſit, ſed ſimpliciter matrimonium contraxit cum primo uiro, & fortè etiā cum ſecundo, in hoc enim uim non facio, nulla dotis mentione facta: & tunc ueriſſimum uidetur eſſe de iure ſaltem quoad effectum ſtatuti loquentis de lucro dotis, quòd propriè ipſi marito non dicatur tacitè dos conſtituta, nec promiſſa per prædicta, maximè per not. per Bart.in d.ſua q.& per alia ſupra allegata, quia & ſi filia ipſa poſſit dici dotata, ipſique dos conſtituta quoad effectum ſtatuti loquentis de ſucceſſione maſculorum, & quoad alios effectus, non tamē dicetur dos tacitè marito conſtituta quoad effectum, ut ipſa poſſit dotem lucrari ex ſtatuto, de quo diſputatur, ut ſupra probatū fuit; & hic eſt propriè caſus noſter: & tāto magis hoc uerum erit, quando filia, cui fuit pro dote relictum, erat minor tempore matrimonii contracti, qualis erat ipſa domina Diana per ea, quæ habentur per glo.in d.l.nulla, & per Bar.in ſolutione d.ſuæ q. Immò attentari poteſt, quòd prædictum ſtatutum de lucro dotis locum non habeat in dote ſic tacitè conſtituta, quæ fuiſſet mulieri legata ante matrimonium contractum, quoniam poſtea ſimpliciter

nulla

nulla facta mentione de dote, matrimonium contrahendo non dicetur per mulierem dos illa tacitè conſtituta marito quoad effectum, ut maritus illam poſſit lucrari, muliere decedente in matrimonio ſine liberis, ut tradit Alex. in d.
59 conſi. 122. ¶ Præterea & ultimo † conſiderandum eſt, quòd ex quo Fauſtina prædeceſſit teſtatori, Diana iure ac creſcendi in totum, & inſolidum fuit hæres non aliter, ac ſi ipſa ſola fuiſſet in totum à patre hæres inſtituta adeò, quòd adeundo hæreditatem ſibi etiam inuitæ pars illa accreuit, quam Fauſtina ipſa habitura fuiſſet, ut in l. unica §. his ita diffinitis C. de caduc. toll. l. qui ex duabus in fin. ff. de acquir. hæred. l. ſi duo eodem tit. & l. titius, &
60 ſeius ff. de hæred. inſtit. Et ideò infertur, † quòd legatum factum de tribus millibus pro dote ipſi Dianæ fuit inutile, & nullum, nam quando unus tantum fuit hæres inſtitutus, ſi in teſtamento teſtator ei legatum fecerit, illud eſt inutile, & nullum, quia hæredi à ſemetipſo legatum dari non poteſt,
61 l. legatum §. hæredi cum gloſ. 1. in princ. ff. de leg. 1. † ſecus ſi duo hæredes fuiſſent inſtituti, qui ambo adiuiſſent hæreditatem, nam tunc legatum factum uni ex hæredibus ualeret, quia partē haberet iure hæreditario ex perſona ſua, & aliā patem iure legati manu cohæredis, ut in l. titia §. lucius ff. de lega. 2. l. lucius §. mæuia, & ibi Bart. ff. ad trebellia. Et ideò cum in caſu noſtro ipſa Fauſtina cohæres non potuerit eſſe hæres, quia patri teſtatori prædeceſſerit, ſequitur, quòd Diana totum legatū ſibi factum habuiſſe dicitur non iure legati, quia illud à ſe ipſo ſibi dari non potuit, nec partē legati habere potuit à Fauſtina cohærede, quæ nō fuit hæres, quia prædeceſſit teſtatori, ſicq́; ſua inſtitutio caduca fuit effecta, & inualida d. l. unica. §. & cum triplici C. de cadu. tollē. ſed totum illud legatū pro dote habuit iure hæreditario, & ſimpliciter tanquam hæres, non autem tanquam legatum pro dote factum: quo fit, ut uirtute illius legati, quod nullum, & inualidum fuit, filia Diana non potuit dici dotata, nec etiā illius occaſione dici poteſt, quòd marito, hoc eſt do. Herculi tacitè fuerit dos conſtituta, ſeu promiſſa, cum legatum illud non debuerit eſſe in conſideratione, ex quo Diana nō habuit ut legatum ſibi pro dote factum, ſed totum, hoc eſt legatum, & reliquum hæreditatis duntaxat iure hæreditario, & ut hæres ſimpliciter, nulloque modo ut legataria habuiſſe dicitur. Ex his igitur ceſſare debent omnia, quæ in contrarium allegari poſſunt, & præcipuè ea, quæ Rui. in d. rub. conſiderabat, quia ipſe loquitur præſupponendo legatum pro dote ualere, & ūtile eſſe, illudq́; ut legatū filiam capere poſſe, ut quia pater, alium hæredē inſtituendo, ipſi filiæ non hæredi inſtitutæ aliquid ſimpliciter pro dote legauit, quia tunc propter legatum ſibi factum dicitur illud totū capere iure legati, & ideò potuit dici dotata, ut per Bar. in d. §. titio genero, & d. l. qui pupillam cum aliis ſimilibus, & hæc ſunt ualde ad propoſitum notanda, quoniam difficultatis medullam tangunt. Ex quibus omnibus conſtat omnino concludendum eſſe ad fauorem hæredum dominæ Dianæ contra dictum dominum Herculem, necnon per prædicta ſaluari poſſūnt aliqua ex iis, quæ Ruinus deducit in d. rubri. Cætera ſupplebit doctiſſimus, ac iuſtiſſimus judex. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Maritus lucratus ex diſpoſitione ſtatuti dotem, uel eius partem ad æs alienum uxoris prædefunctæ præter funeris, & infirmitatis impenſam non tenetur, ſed onus illud ſoluendi ad hæredes uxoris ſpectat.*
2 *Lucrum dotis uxore præmoriente ex diſpoſitione ſtatuti marito in recompenſationē onerum matrimonij debetur, nec eſt quid hæreditarium, & quo iure ad maritum perueniat, & num. 9.*
3 *Bonorum mobilium & immobilium appellatione iura, & actiones non comprehenduntur.*
4 *Bonorum, iurium, & actionum omnium appellatione in contractibus ſolum præſentia ueniunt.*
5 *De dotis augmento idem, quod de ipſa dote iudicatur.*
6 *Dotis augmentum ultra dotem primodatam etiam conſtante matrimonio poteſt ab uxore, uel alio eius nomine dari, ſeu promitti.*
7 *Dotis noua conſtitutio, uel iam datæ augmentum quando dicatur.*
8 *Reformatio ſeu renouatio quando noua conceſſio eſſe dicatur.*
9 *Lucrum dotale marito liberè, & ſine aliquo onere in recompenſationem onerum matrimonij debetur,*
10 *Nec de hæreditate mulieris eſſe dicitur.*
11 *Ceſſio iurium, & actionum pertinentium ad ipſum cedentem intelligitur de iuribus, & actionibus actiuè, non autem paſſiuè pertinentibus.*
12 *Competere ius alicui dicitur, quando actiuè, & ad illius utilitatem competit.*
13 *Marito utiliter gerenti negotia uxoris aduerſus illam, uel eius hæredes actio negotiorum geſtorum competit.*
14 *Donatio nunquam in dubio præſumitur, maximè inter uirum, & uxorem.*
15 *Cedens, & transferēs actiones nunquam contra ſeipſum illas ceſſiſſe, & tranſtuliſſe præſumitur.*
16 *Actiones perſonales non ſingularem, ſed uniuerſalem ſucceſſorem aſtringunt.*
17 *Mulier mutuum recipiendo, aut aliter ſe obligando nec in dote, nec in lucro dotis marito præiudicat,*
18 *Etiam quando mutuum à marito recepiſſet, uel aliter ex cauſa alia, quā donationis contraxiſſet.*
19 *Maritus cum uxore contrahens non præſumitur uoluiſſe iuri ſuo præiudicare, & renuntiare.*
20 *Lucrum dotale marito debitum non eſt propriè lucrum, & ex titulo oneroſo debetur.*
21 *Dies incertus in ultimis uoluntatibus conditionem facit ad impediendam tranſmiſſionem, ſecus in contractibus.*
22 *In contractibus, & ſtipulationibus conditionalibus ſpes, & ius obligationis ad hæredes actiuè, & paſſiuè tranſmittitur, ſi quem ante, quam conditio extet, mori contigerit;*
23 *Et in illis quoad effectum acquiſitionis quod tempus inſpiciatur.*
24 *Promiſſio ſi facta ſit alicui de ſoluendo hæredibus ſuis, is in uita ſua ex illa promiſſione non poteſt agere.*
25 *Actio hypothecæ, & obligationis non competit ad id, propter quod generalis obligatio, & hypotheca contracta fuit.*
26 *Bona dotalia non poſſunt alienari, nec marito, aut alij ex alia cauſa, quam dotis obligari.*
27 *Sub generali bonorum obligatione non comprehenduntur ea, quæ ſpecialiter obligari, ſeu alienari nequeunt, nec ea, quæ contrahentes uerisſimiliter non obligaſſent.*
28 *Vxor, ſiue mulier omnia bona ſua, iura, & actiones marito in dotem aſſignans ſolum præſentia, & non futura aſſignat.*
29 *Vſufructuarius quando ob non præſtitam cautionem de utendo arbitrio boni uiri uſufructu priuari poſſit.*
30 *Et an non præſtando cautionem de reſtituendo bona, prout fuit interpellatus, & pronuntiatum ipſum teneri, uſufructu priuetur.*
31 *Cautio, ad quam uſufructuarius tenetur, duas partes, ſiue cauſas continet ſeparatas, & ſeparatum effectum habentes, & ob quam ipſe uſufructu priuari poſſit.*
32 *Vſufructuarius fructus ſciente, & patiente proprietario perceptos ſuos facit etiam non præſtita cautione, nec ex eo, quod is ſciuerit, ſeu ſcire debuerit, ſe ad cauendum teneri, in mora dicitur conſtitutus, ut fructus ſuos facere nequeat.*
33 *Vſufructuarius non ſatiſdans propter ignorantiam, aut negligentiam, ſiue diſſimulationem proprietarij facit fructus ſuos, ipſiq́; proprietario eſt hoc imputandum.*
34 *Legatum, ſeu relictum uſusfructus omnium bonorum, alio poſt uſufructuarij mortem hærede inſtituto, quando ualeat, & quando non.*
35 *Vſufructuarius omnium bonorum per uerba, dominum, & uſufructuarium relictus, alio poſt illius mortem hærede uniuerſaliter inſtituto, etiam non adita hæreditate per hæredem inſtitutum, poteſt uſumfructum propria auctoritate apprehendere, & in uſufructu tanquam in re certa hæres inſtitutus cenſetur; & de utendo arbitrio boni uiri ſatiſdare non tenetur, num. ſequenti.*
36 *Et ſi hæres uniuerſaliter inſtitutus nollet, uel non poſſet eſſe hæres, detracta uſusfructus mentione, eſſet ipſe ſimpliciter etiam in proprietate hæres inſtitutus.*
37 *In uſufructu omnium bonorum inſtitutus, alio poſt illius mortem hærede uniuerſaliter inſtituto, dicitur in uita ſua etiam quoad proprietatem hæres uniuerſaliter inſtitutus, grauatus tamen per fideicommiſſum reſtituere illi, qui fuit poſt eius mortem inſtitutus, fructusq́; ſuos interea ſibi lucrifacit, nec de utendo arbitrio boni uiri cauere tenetur.*
38 *Vſufructuarius habens certam ſpem ad proprietatem ſatiſdare nō tenetur.*

39 Lega-

39 *Legatum uſuſfructus ab uxore factum marito an computetur in lucro dotis ipſi marito poſt mortem uxoris ex legis, ſeu ſtatuti prouiſione debito.*
40 *Legatum uſuſfructus filio factum non computatur in legitima ei iure naturæ debita.*
41 *Legatum quando animo compenſandi factum præſumatur, & quando non.*
42 *Legatum de bonis ſuis ab uxore marito factum non cenſetur factum animo compenſandi illud cum lucro marito debito.*
43 *Iudicandum non eſt ſuper non petitis, etiam ſi per uiam exceptionis, vel replicationis deducta forent.*
44 *Statutum ſpeciale, & non generale attendendum, atque ſeruandum.*
45 *Alienatio neceſſaria, quæ fieret ex iuris diſpoſitione, formam, ſeu ſolemnitatem alias generaliter in alienationibus, & contractibus requiſitam non exposcit, nec alienationis appellatione propriè continetur etiã in materia alienationis prohibitæ.*
46 *Alienatione rerum minorum, niſi cum certa ſolemnitate fieret, prohibita, non dicitur prohibita alienatio, quæ ex iuris diſpoſitione etiam inuito domino fieret.*
47 *Creditor bona pupilli ſibi obligata abſque legis ſolemnitate uendere poteſt.*
48 *Euictio contingens ex qualitate, & natura rei euictæ inhærente non debetur, ſi is, cui res illa fuit uendita, uel adiudicata, naturam, & qualitatem rei ſciuit, ſecus ſi ignorauit.*
49 *Euictio facta de facto, & extraiudicialiter non debetur:*
50 *Idem ſi non fuit denunciata.*

EPITOME.

LVCRVM *dotis ex ſtatuto loci, uxore præmoriente, marito debitum illi, uel eius hæredibus abſque onere æris alieni ab uxore etiam cum marito contracti deberi, & excepta impenſa funeris, ægritudinis, uel alimentorum uxoris, totum æs alienum ad hæredes uxoris ſpectare, non obſtante ceſſione etiam omnium iurium, & actionum quomodocunque ad ipſam ſpectantium poſt æs alienum cum marito contractum ab uxore ipſi marito facta, hic demonſtratur.*

Uſufructuarius ob non præſtitam ſatisdationem de utendo arbitrio boni uiri uſufructu non priuatur, quando non fuit in mora illam præſtandi conſtitutus, licet iudicialiter fuiſſet pronunciatum eum teneri ad ſatisdandum de reſtituendo bona.

Inſtitutus in uſufructu omnium bonorum, uel relictus dominus, & uſufructuarius omnium bonorum, alio poſt illius mortem hærede uniuerſaliter inſtituto, non tenetur cauere de utendo arbitrio boni uiri.

In lucro dotis ex diſpoſitione ſtatuti marito debito non computatur legatum uſusfructus bonorum ipſi ab uxore factum.

CONSILIVM XLI:

CVM literis excellentiſſimorum doctorum domini Hieronymi Rugin ei, & do. Venerij Catti amborum Rauennatenſium arbitrorum ſuper litibus, & differentiis uertentibus inter dominum Laurentium quondam Franciſci de Groſſis hæredem uniuerſalem dominæ Magdalenæ de Lunardis ex una, & inter dominum Hieronymum filium, & hæredem quondam eximij doctoris do. Andreæ de Peregrinis ex parte altera aſſumptorum, cum poteſtate eligendi tertium in caſu diſcordiæ, mihi ſignificatum fuerit, ipſos ſuper aliquibus dubiis, in quibus inter ſe diſſentire dicuntur, in me, ut tertium conſenſiſſe, & propterea ambo me requiſiuerint, ut mea ſententia, prout iuris eſſe uidebitur, dictas difficultates determinare deberem: idcirco uiſis, & prius diligenter conſideratis omnibus in proceſſu utriuſque partis deductis, & præcipuè partium allegationibus, prætermiſſis ſuperfluis, & concluſiuè procedendo, breuiter quoad primum dubium concludo, quòd dimidia omnium bonorum mobilium, & immobilium, de quibus expreſſa habetur mẽtio in inſtrumento dotali celebrato de anno 1529. & ſub die prima menſis Septẽbris, etiam comprehendendo triginta tornaturas terræ redemptas, & reacquiſitas per dictum dominum Andream nomine dominæ Magdalenæ uxoris pro ducatis trecentis ex propriis pecuniis ipſius dominæ Andreæ, abſque onere aliquo æris alieni, & præcipuè dictorum ducatorum trecentorum auri, debetur præfato domino Hieronymo hæredi do. Andreæ pro parte dotis, quam ex forma ſtatutorum Rauennæ maritus lucrari
1 debet uxore præmoriente, quoniam † onus ſoluendi totum æs alienum, excepta funeris, & infirmitatis impenſa, quæ etiam reſpicit lucrum, quod marito debetur, ſpectat ad hæredes uxoris, & non ad maritum, ut in l. licet cum ibi not. per gloſam C. de iure dotium, iuncta l. quod in uxorem cum glo. ubi Alexan. & alii C. de nego. geſt. cum aliis
2 ibi allegatis: † hoc enim lucrum, quod marito acquiritur, in recompenſationem onerum matrimonij dicitur deberi, ut per gloſ. fin. in l. ſi donaturus in §. fina. ff. de condictio. ob cauſ. & per Iaſ. in l. non tantum C. de leg. & non dicitur eſſe quid hæreditarium, ſed potius ex iuris diſpoſitione ad maritum ſingulari titulo, & matrimonij cauſa cenſetur peruenire, ut eſt textus in l. cum quis in §. hoc amplius in finalib. uerbis cum ſimilibus ibi allegatis ff. de dote prælega. & argumento l. qui liberis §. hæc uerba ff. de uulga. & pupilla. per Alexan. in conſi. 150. in 2. uolum. colum. 2. Ergò æs alienum mulieris, quod de iure ad hæredes uniuerſales pertinet, ut in l. pro hæreditarijs cum ſequen. & l. fin. C. de hære. actio. & l. æris alieni C. de donatio. cum ſimilib. non poteſt hoc lucrum dotis minuere, ut in d. l. licet cum aliis infra allegandis. ¶Quòd autem lucrum prædictum, & ſic dimidia dotis, quam præfatus dominus Andreas lucratus fuit, deduci debeat ex omnibus, & uniuerſis bonis, quæ tempore inſtrumenti dotalis dominæ Magdalena habebat, & conſequenter etiam ex illis triginta tornaturis terræ, de quibus ſupra, demonſtratur: nam quamuis tempore contracti matrimonij, quo tempore ſimpliciter omnia bona mobilia, & immobilia fuerunt per dominam Magdalenam ipſi do. Andreæ in dotem tradita, non potuerint dici etiam dictæ tornaturæ triginta dotis nomine traditæ, propterea quia illæ erãt alienæ, & non in dominio ipſius uxoris, item quamuis ius franchandi, & redimendi illas non potuerit dici dote comprehenſum, quoniam cum fuerint tempore contracti matrimonij data ſimpliciter in dotem bona mobilia, & immobilia, ut habetur in inſtrumento dotali, non dicuntur com-
3 prehenſa iura, & actiones, † quia non ueniunt appellatione bonorum mobilium, & immobilium, ut in l. à diuo pio §. in uenditione, & ibi doctores communiter ff. de re iudica. per quod limitatur id, quod habetur in l. bonorum ff. de uerborum ſignifica. l. nam quod in fin. ff. ad trebell. & per Bartolum in l. quintus §. argento ff. de aur. & argen. lega. quoniam illud procedit, quando de bonis omnib. ſimpliciter eſſet mẽtio facta: & an iura, & actiones accedant bonis mobilib. uel immobilibus, hoc eſt aliud dubium, de quo habetur per Abba. in c. nulli de rebus eccle. non alienan. ac per Alexan. & alios in d. §. in uenditione cum ſimilibus; tamen tempore, quo dictum inſtrumentum dotale inter ipſos coniuges factum fuit, ultra bona mobilia, & immobilia in dotem fuerunt aſſignata etiam iura omnia, & actiones, & ſpecialiter duæ poſſeſſiones, in quibus tanquam ſub quadam rerum uniuerſitate dictæ triginta tornaturæ poſtea redemptæ, & reacquiſitæ, ut ſupra, continentur, argumento eorum quæ uoluit Bartolus in l. ſi ita ff. de auro, & argento legato, & in l. 1. ff. de rebus dubiis: & conſequenter dictum inſtrumentum dotale confectum fuit non ſolum ad effe-

ctum, ut de rebus primo, & tempore contracti matrimo-
nij promiſſis, & in dote datis conſtaret, ſed etiam ad effectũ
augendi dotem, quia data etiam fuerunt uniuerſa bona mo
bilia, & immobilia, iura, & actiones quocunque modo ad
ipſam ſpectantia, & ſpectantes, ac pertinentia, & pertinen-
4 tes, † per quæ uerba intelliguntur data bona, & iura, quæ
tunc de præſenti tantum dicta domina Magdalena habe-
bat, & quæ ad eam tunc ſpectabant, nam ex quo ſumus in
contractibus, iuxta not. per Bart. in d. l. ſi ita ff. de aur. & arg.
lega. & in l. ſiquis argentum §. ſed & ſi quis C. de donatio.
& ibi Bal. & per Alex. & alios poſt Bar. in l. ſtipulatio hoc mo
do concepta ff. de uer. obliga. & in l. fin. C. de pact. appella-
tione bonorum omnium, iurium, & actionum ſolum præſen
tia ueniunt. Ex quibus infertur, quòd per illud inſtrumen-
tum dotale non ſolum dotis prima conſtitutio probari di-
5 citur, ſed etiam dotis augumẽti noua datio, † de quo augu
mento idem iudicandum eſt, quod iudicatur de ipſa dote
prius data l. etiam cum ibi not. C. de iur. dot. l. ſi conſtante
C. de dona. ant. nup. & in authen. ibi poſita: Nam (ut dixi)
tempore cõtracti matrimonij, ut ipſi coniuges in inſtrumẽ-
to confitentur, domina Magdalena dedit dominæ Andreæ
in dotem, & dotis nomine omnia bona mobilia, & immobi
lia ſimpliciter, quorum appellatione iura, actiones, & alia
incorporalia non continẽtur, d. l. à diuo pio §. in uenditio-
ne cum ſimilibus; tempore uerò confecti inſtrumenti ipſa
domina Magdalena dedit in dotẽ omnia bona mobilia, &
immobilia, iura, & actiones quocunque modo ad ipſam ſpe
ctantia, & ſpectantes, & expreſsè unam poſſeſſionem po-
ſitam in loco dicto ualle torta; item aliam poſſeſſionem po
ſitam in uilla Sancti Stephani, ſub qua cõprehendebantur,
& cui accedebant dictæ triginta tornaturæ terræ: ergo clarè
conſtat, quòd ultra primam dotis conſtitutionem, hæc fuit
6 alia noua dotis conſtitutio, ſiue dotis augumentum, † quod
etiam conſtãte matrimonio ultra dotem prius datam uxor,
uel alius eius nomine marito dare, ſeu promittere poteſt d.
l. ſi conſtante: & primæ conſtitutioni dotis plura fuerũt ad-
dita bona, uidelicet omnia mobilia, & immobilia, quæ tunc
tempore confecti inſtrumenti domina Magdalena habebat
per prædicta, item iura, & actiones, & ſpecialiter etiam ex-
preſſa fuerunt bona quædam nominata, & cum clauſulis
prægnantibus, cum adiectione pœnæ, & obligatione gene
rali bonorum, & cum iuramento, aliiſq; pluribus, quæ ſub
prima dotis conſtitutione tempore contracti matrimonij
7 non interuenerunt; quo fit, † ut poſtea tempore, quo con-
fectum fuit inſtrumentum dotis, dicatur facta noua dotis
conſtitutio, uel ſaltem dotis iam datæ augumentum, argu.
tex. cum ibi not. in c. licet in corrigendis, & in c. graue de
offic. ordina. & eorum, quæ dixit Bal. in c. 1. §. inſuper de
prohib. feud. aliena. per Feder. & in c. 1. an agna. uel filius, &
in l. 1. in 3. col. ff. de rer. diuiſ. cum quo pertranſit Alex. in l.
ſi mihi, & in titio, in antepen. col. ff. de uerb. obliga. per text.
in l. ius ciuile ff. de iuſti. & iur. & per ea, quæ uoluit Paul. de
Caſt. in conſi. 232. ſecundum antiquam impreſſionem, ubi
8 † reformatio, ſeu renouatio dicitur eſſe noua cõceſſio, quã
do fuit adiecta aliqua noua qualitas, uel clauſula, uel noua
forma: unde cum tempore inſtrumenti dotalis dicta domi-
na Magdalena eſſet domina pleno iure dictorum triginta
iugerum terræ, & aliorum iurium, & intentio ſua fuerit da
re in dotem omnia bona mobilia, & immobilia, iura, &
actiones tunc quomodocunque ad eam ſpectantia, & per
tinentia, atque ſpectantes, & pertinentes, & ſpecialiter di-
ctas duas poſſeſſiones, quas tunc domina Magdalena habe
bat, & ſub quibus continebantur dictæ triginta tornaturæ,
ſequitur, quòd in dotem dicitur dediſſe etiam dictas trigin
ta tornaturas terræ, cum illo tempore in bonis, & in domi-
nio ipſius dominæ Magdalenæ eſſent, & conſequẽter ſequi

tur, quòd ſub dimidia bonorum dotalium, quam præfatus
dominus Andreas fuit lucratus uirtute ſtatutorum ciuita-
tis Rauennæ, contineri etiam dicitur dimidia dictorum tri
ginta iugerum terræ abſque aliquo onere æris alieni, & ſi-
ne aliqua moleſtia, quia de hoc augumento dotis, ut dictũ
9 eſt, iudicatur, ut de ipſa dote. Item quia † lucrũ dotale ma-
rito liberè, & ſine aliquo onere in recompenſationem one-
rũ matrimonij debetur, ut per gl. in d. l. ſi donaturus in fi. de
condic. ob cauſ. & nõ eſt quid hæreditarium, ut in l. mulier
bona ff. de iur. dot. ſed ratione matrimonij id debetur mari
to titulo ſingulari ex iuris, & legis prouiſione immediata,
& non iudicio mulieris, ut in l. cum quis §. hoc amplius ff. de
dot. prælega. cum ſimilibus ſupra allegatis, Alexã. in conſi.
150. in 2. uol. in 2. col per not. per Bart. & Bal. in l. ſi arroga
tor in 2. col. ff. de adoptio. & ibi Iaſ. in 22. col. Alex. in l. cum
antiquioribus in 3. col C. de iur. delib. & in l. ſi infanti in ult.
10 col. eõd. tit. Bal. in l. generaliter §. in his C. de ſecund. nupt.
& † dicit Bal. in l. pro hæreditariis C. de hæred. actio. in 3.
col. quod lucrum dotis, quod acquirit maritus, non dicitur
eſſe de hæreditate mulieris. Et ex prædictis apparet, quòd
tex. in d. l. mulier bona, ubi ſi mulier omnia ſua bona in do-
tem marito dederit, ipſe quaſi hæres non tenetur oneribus
hæreditariis, & ideò à creditoribus mulieris conueniri non
poteſt, quia non plus in dote bonorum continetur, quam
quod ſupereſt deducto ære alieno, ſi rectè inſpiciatur, pa-
rum, uel nihil contra hæredes do. Andreæ facit: quia aut
conſideramus primam dotis conſtitutionem factam de bo-
nis mobilibus, & immobilibus ſimpliciter, & tunc non poſ-
ſunt dici datæ in dotem dictæ triginta tornaturæ, quia tunc
non erant in bonis dominæ Magdalenæ, ſed alienæ, ut ſupra
dictum eſt. Nec dubitari poteſt, utrum dom. Andreas ad
aliquod æs alienum mulieris teneri deberet, primo quia cũ
data fuerint in dotem bona omnia mobilia, & immobilia, ſe
quitur, quòd ipſe maritus ad aliquod æs alienum non de-
buit teneri d. l. mulier bona, item quia mulier occaſione di
ctarum triginta tornaturarum non erat debitrix, nec ad ali
quod æs alienum tenebatur, ſed potius erat creditrix, quia
ipſi ius redimendi, & franchandi dictas triginta tornaturas
pro eodem pretio competebat contra emptores, contra
quos mulieri competebant actiones perſonales uel ex uen
dito, uel præſcriptis uerbis, ut in l. 2. C. de pact. inter empto.
& uendito. l. fundi partem ff. de contrahen. empt. l. ſi ſterilis
§. ſi fundum ff. de actio. empt. Nec poterit dici ius illud redi
mendi, & franchandi datum fuiſſe in dotem, nec ad mari-
tum iure dotis ſpectaſſe, quia cum fuerint in dotem data
ſimpliciter bona mobilia, & immobilia, illud ius non potuit
dici comprehenſum, neque translatum, quoniam iura, &
actiones appellatione bonorum mobilium, & immobilium
non comprehenduntur, ut ſupra; Aut conſideramus do-
tis conſtitutionem tempore confecti inſtrumenti dotalis fa
ctam, per quam dos fuit aucta, & tunc quamuis in dotem
marito data, & in maritum translata fuerint omnia iura, &
actiones quomodocunque ſpectantia, ac ſpectantes, & perti
nentes ad ipſam mulierem, non tamen poteſt dici in mari-
tum illud ius franchandi, & retinendi translatũ fuiſſe, quod
nunc iam finitum, & extinctum fuerat per franchationem,
& reacquiſitionẽ nomine mulieris factam, quia ſolutione,
& ſatisfactione eius, quod debetur, tollitur omnis obliga-
tio, ut Inſt. quibus mod. tolli. obliga. in princ. Nec etiã per il
lam dationem bonorum, ſeu ceſsionem iurium æs alienum
mulieris poterat dici translatum in ipſum maritum, & præ-
ſertim illud, quod mulier cum ipſo marito de ducatis tre-
centis pro franchatione dictarum triginta tornaturarum
contraxerat, tum quia maritus, cui data fuerunt omnia bo-
na, ad æs alienum non tenetur, ſed hæres mulieris d. l. mu-
11 lier bona, tum etiam quia † ceſsio iurium, & actionũ per-
tinentium

tinentium, & ſpectantium ad ipſam mulierem debet intelli
gi de iuribus, & actionibus actiuè,non autem paſſiuè ſpectã
tibus,quoniam pertinere, & ſpectare ſimpliciter ad aliquẽ
id dicitur,quod actiuè,hoc eſt ad utilitatem, & non paſſiuè
competit l.uerbum pertinere ff.de uerborum ſignific.l.præ
tor §.ex hoc edicto cum ſequenti ff.de edend.l. ſciendum
in fin.ff.de uerborum ſignific.l.ait prætor la 2.cum ſequen.
ff.de iureiuran.c.cum ueniſſent de inſtitu.c.2.& c. quia di-
uerſitatem de conceſs.præb.& eſt glo.not. in l. rei appella-
tione ff.de uerborum ſignifi.& in §. ſed & quod principi in
uer.populus Inſt.de iur.natu.gen.& ciui.& l.bonorum cum
12 glo.ff.de uerborum ſigni. ſimiliter † ius dicitur alicui com
petere,quando actiuè,& ad utilitatem illius competit,Bart.
in l.qui aliena §.uno ff.de nego.geſt.& facit tex.cum glo.in
l.damni in princi.ff.de damno infecto: ſed actiones,& iura
reſpectu franchiationis factæ de dictis triginta tornaturis
mulieri non competebant actiuè,ſed paſſiuè, quia ipſa erat
debitrix,& non creditrix in dictis trecẽtis ducatis, ergo &c.
¶ Præterea huiuſmodi iurium,& actionum ceſſio,ſeu tran-
ſlatio non poteſt dici facta de iuribus,ſeu actionibus ipſi do.
Andreæ, ſeu hæredibus ſuis competentibus contra domi-
nam Magdalenam, uel hæredes ſuos pro dictis trecentis du
catis pro franchatione dictarum triginta tornaturarum ter
ræ,nam hæc iura,& actiones iam tunc,& antea do.Andreas
acquiſiuerat,eique competebant ex franchatione per eum
13 cum pecuniis ſuis nomine uxoris facta, † quoniam ipſe ſic
utiliter geſſit negotia uxoris:& ideò do.Andreæ,& hæredi-
bus ſuis actio negotiorum geſtorũ competijt,ut in l.1.cum
gl.in ver.ciuiliter C.ſi quis alteri,uel ſibi,ibiq; doc.l.& ſi,&
l.filij cum ibi nota.C. de donatio.inter uirum, & uxorem,
ibique Bar.& franchatio,quæ eſt facta de triginta tornatu-
ris terræ ab ipſo domino Andrea, facta fuit de anno 1526.
dotis uerò conſtitutio cum tranſlatione iurium, de qua in
dicto inſtrumento dotis, facta fuit de anno 1529.& ſic an-
tea per annos tres, uel circa,nec debet intelligi facta dicta
franchatio animo donandi mulieri, tum quia huiuſmodi
donatio eſt prohibita l.1.& per totum ff.de donatio.inter ui
14 rum, & uxorem, tum quia † in dubio nunquam debet
præſumi donatio l. campanus ff.de ope. liberto. & l. cum de
indebito ff.de probatio.& maximè inter uirum, & uxorem,
ut habetur in d.l.& ſi inuenta,l.uirum ff.de donatio. inter ui
rum,& uxorem, & notatur in l.ſed ſi ego in fin.ff. ad uelle-
ianum: & conſtat ex poſteriori promiſſione per ipſam uxo
rem de anno 1531.de reſtituendo ſummam prædictam do.
15 Andreæ facta. Rurſus † quis cedendo, & transferendo
actiones nunquam contra ſe ipſum illas ceſſiſſe, & tranſtu-
liſſe præſumitur, Bald. in l.2. C. an ſeruus ex facto ſuo, &
Alexan.in conſi.149.viſo proceſſu in 2.colum.ibi,denique
uidetur &c.in 2.uolumi.Ergo dici non poteſt, quòd domi-
na Magdalena cedendo, & transferendo iura, & actiones
ex cauſa dotis dicatur illas tranſtuliſſe, quæ contra ipſam,
uel hæredes ſuos paſſiuè pro dictis trecentis ducatis com-
petebant, & moueri poterant: & conſequenter infertur,
quòd actiones,quæ de iure do.Andreæ,eiuſque hæredibus
ex cauſa prædicta competebant,non dicebantur ſub illa ge
nerali conceſſione bonorum mobilium,& immobilium,iu-
rium, & actionum quomodocunque ſpectantium facta ex
cauſa dotis competere per prædicta:& ideò dicuntur apud
dominum Andream,& eius hæredes remanſiſſe,prout erãt,
antequam inſtrumentum dotis factum fuiſſet, ſed ante di-
ctum inſtrumentum, & ante dictam ceſſionem iurium, ac
etiam poſt per promiſſionem factam de reſtituendo, ut ſu-
pra, actiones pro dictis ducatis trecentis competierunt, &
& competere contra ipſam dominam Magdalenam,ac hæ-
redes ſuos potuerunt, ut in d.l.& ſi,& in l.filij C.de don.in-
ter uirum,& uxorem, ergo ius exigendi dictas pecunias de
iure competit hæredibus dicti do. Andreæ contra hæredes
16 do.Magdalenæ, quia † actiones perſonales, quæ ſequuntur
hæredes, & uniuerſales ſucceſſores, nõ poſſunt ſucceſſores
ſingulares aſtringere,ut in l.fi.in fi.cum ibi not.ff.de contra-
hen.empt.l.1.§.ſi hæres ff.ad treb.& l. ſi fideicommiſſum §.
tractatum ff.de iud. & ideò debitũ dictorum trecentorũ du
catorum non poteſt pro aliqua parte dici confuſum cum lu
cro dotis,quod dicto do. Andreæ fuit acquiſitum, quia ma
ritus quoad lucrum dotis non dicitur ſucceſſor uniuerſalis,
nec illud capit ut hæres,ſed matrimonij cauſa in recompen
ſationem onerum maritalium d.l.mulier,& d.l.cum quis §.
hoc amplius ff.de dot.præle.cum ſim.ſupra allegatis,ac etiã
quia lucrum hmõi dotale debet eſſe liberum, & purum ab
omni ære alieno,præter quàm ab impenſa funeris, argumẽ
to l.quòd in uxorem,& ibi glo.C.de nego.geſt. ¶ Præterea
17 † ſi mulier mutuum recipiendo, & aliter ſe alij uolenti ſibi
acquirere obligando, non præiudicat in dote, nec in lucro,
quod maritus ex dote debet habere Innoc.in c. per ueſtras
extra de donat.inter uirum, & uxorem,l. ſi prædium,l.licet
C.de iure dotium, & l.conſtante cum ibi not.per Bal.C.de
dona.quia onus æris alieni ſequitur hæredes, & non mari-
tum,qui lucratus fuit,ut per gloſam not.in l. pro hæredita-
18 rijs C.de hæred.actio.ibique Bal.& alij,ergo † idem dicen-
dum eſt,quando mulier mutuum recepiſſet à marito,uel a-
liter ex cauſa alia,quã donationis cum eo contraxiſſet, quo
niam eadem militat ratio,immò maior, cum non ſit præſu-
19 mendum maritum uoluiſſe illi donare,ut ſupra,† nec etiam
iuri ſuo uoluiſſe præiudicare,& renuntiare,argumento eo-
rum,quæ habentur per Bar.& doct.in l.qui romæ §.duo fra
tres per illum text. ff.de uerb.obli.l.1.& ibi Bal.C. de edict.
diui adr.toll.& eſt optimus tex.in l.qui id,quod in prin.ff.de
dona.ubi ſi donator,qui habet priuilegium,ut non poſſit cõ
ueniri,niſi in quantum facere poſſit,ſe poſtea debitorẽ eius,
quod donauerat,conſtituat,non cenſetur uoluiſſe renũtia-
20 re priuilegio,& iuri,quòd habebat. ¶ Adde, quòd † lucrum
dotis propriè non eſt lucrum,quia debetur marito ex titulo
oneroſo,& non lucratiuo,ut ſupra, & expreſsè traditur per
Bal.in l.hac edictali in 3.col.C.de ſecũ.nu.Alex.in l.ſi dona
turus §.1.ff.de cond.ob cau.& in apoſt.ad Bart.in l.ſi frauda
tor §.ſi à ſocero ff.de ijs,quæ in frau.cred. ergo maritus con
trahendo cum muliere,puta illi mutuando,non poteſt dici,
quòd uoluerit ſibi quoad illud lucrum præiudicare, quo-
niam unum non infert ad aliud,ſed ſunt ſeparata,argumen
to eorum,quæ habentur per gloſam in d.l. pro hæreditariis
circa medium C.de hæred.actio. ubi æs alienum, & actio-
nes perſonales ortæ ex contractu mulieris ſequuntur hære
des mulieris, & non ipſum maritum, ad quem peruenit lu-
crum dotis ex pacto,uel ſtatuto, inter quæ non eſt differen-
tia,ut in l.deo nobis in prin.& ibi Bal.C.de epiſ.& cle. ¶ Nõ
obſtat,quòd promiſſio facta do.Andreæ per dominã Mag-
dalenam de ſoluendo ducatos trecentos hæredib.illius fuit
conditionalis, ſi prædecederet ipſe do.Andreas, quæ condi
tio nõ euenit, ergo dicta obligatio nulla eſt effecta l.ſi quis
fundum in fin.uer.ff. de contra.empt.l. cedere ff. de uer.ſig.
quia reſpondetur primo, quòd promiſſio,quam do. Magda
lena fecit de reſtituendo dictos ducatos trecentos auri non
fuit conditionalis eo modo,quo dictum eſt,ſed facta fuit in
diem incertum,hoc eſt poſt mortem do. Andreæ, quia fuit
promiſſum ſoluere hæredibus ſuis,quod ius ad hæredes acti
uè,& paſſiuè tranſmittitur, cum certum fuerit hunc caſum
21 euenire debere. Præterea † dies incertus & ſi in ultimis uolũ
tatibus conditionem faciat ad effectum,ut tranſmiſſio impe
diatur l.dies incertus ff.de condit.& demon. tamen in con-
tractibus ſecus eſt,ut probatur per glo.quam ſequitur Bar.
22 in d.l.dies incertus.Tertiò † in contractibus,& ſtipulationi-
bus conditionalibus tantum eſt ſpes debitum iri, quæ ſpes
ad

ad hæredes actiuè,& paſſiuè tranſmittitur,ſi prius,quàm cõ
ditio extet,quem mori contigerit §.ex conditionali Inſtitu.
de uerborum obligatio.iuncta l.ſi quis titius ff.eodem: quo
fit,ut quamuis id,quod fuit ſub conditione promiſſum,non
debeatur,niſi eueniente conditione,& illa deficiente, obli-
gatio inutilis,& nulla reddatur d.l.ſi quis fundum,l.hæc uẽ
ditio,& l.labeo cum ſimilibus ff.de contrah. emptio. tamen
eueniente conditione quandocunque poſt mortem credi-
toris,ſpes,& ius obligationis ad hæredes tranſmittatur d.§.
ex conditionali,& habetur per Bar.in d.l.dies incertus, & la
tius per eum in l.ſi filiusfamilias ff.de uerborum obligatio.
23 per illum textum, † ubi in ſtipulationibus conditionalibus
quoad effectum acquiſitionis inſpicitur non dies, quo con-
ditio adimpletur,ſed tempus contractæ ſtipulationis,& fa-
cit text.cum ibi not.per glo. in l.ſi rem meam ff. de uerborũ
obligatio.Et prædicta poſſunt procedere, & ſubſtineri,præ
ſuppoſito etiam,quòd promiſſio facta fuerit in caſu noſtro
eo modo,quo reperitur in quadã notula, ſeu fide per quen
dam ſer Bartolum facta,prout in proceſſu:ſed quoniam for
tè res aliter poſſet ſe habere,quam habeatur in dicta notu-
la,ideò ſuper hoc non inſiſto. ¶ Non obſtat etiam,dum ad
ad fauorem hæredis do.Magdalenæ obiicitur, quòd ſicut ſi
dominus Andreas in uita ſuæ uxoris uoluiſſet agere, & di-
ctos trecentos ducatos petere, debuiſſet illos detrahere de
tota maſſa bonorũ,& ſic de toto patrimonio, & conſequen
ter de dictis triginta tornaturis terræ, quoniam pro obſer-
uatione promiſſorum do.Magdalena ſe, & ſua omnia bo-
na,& iura obligauerat arg.l.fin.C.quæ res pignori obligari
poſſ.l.hac edictali §.his illud,& ibi Bal.C.de ſecun.nupr. &
in l.2.per Baldum C.de iur.fiſc.lib.10. ita & poſt mortem
ipſius dominæ Magdalenæ hæredes domini Andreæ debēt
illud æs alienum de omnibus bonis detrahere, quia primo
24 reſponderi poteſt, † quòd in caſu noſtro do.Andreas in ui-
ta ſua contra dominam Magdalenam agere non potuiſſet,
ex quo fuerat promiſſum ſoluere non ſibi, ſed hæredibus
ſuis,& ſic poſt eius obitum,ergo in eius uita non potuit,age
re,quia uiuus hæredem habere non poteſt, iuribus uulgari-
bus,& faciunt ea,quæ habentur in ſimili per Bart.& alios in
l.gallus §.quidam rectè ff.de lib.& poſthu.In uita enim ſua
nondum uenerat,nec ceſſerat dies,uel ſaltem non uenerat,
ut in d.l.cedere diem,& habetur in d.l.dies incertus cum ſi
25 milib.ſupra allegatis.Secundo reſpondeo,quòd † etiam in
caſu,quo do.Andreas potuiſſet in uita ſua agere,ut quia ſi-
bi ſolui promiſſum fuiſſet,fortè non potuiſſet agere pro di
cto debito ad dictas triginta tornaturas, propter quas fue-
rat generalis obligatio,& hypotheca contracta per ea,quæ
uoluit Rom.in ſingulari 623.incipi.accipio à te pecuniam,
& ſentit expreſsè Specul.in tit.de obliga.& ſolutio.in §.1.in
13.colum. uer.quid ſi uendidi &c.Tertio reſpondeo,quòd
do.Andreas non debuiſſet dictos trecentos ducatos detra
here ex toto patrimonio uxoris,hoc eſt ex bonis etiam do-
talibus,& cõſequenter nec ex illis triginta tornaturis, ut ſu
pra in dotem traditis,quia ultra alia bona mobilia, & im-
mobilia illæ etiam in dotem datæ fuerũt,ut fuit probatum,
nam ad bona dotalia,de quibus ſupra,obligatio, & promiſ-
26 ſio facta per do.Magdalenam non extenditur,quoniã † bo-
na dotalia nõ poſſunt alienari,nec obligari marito, nec alij
pro marito ex alia cauſa,quam dotis,authen.ſi qua, & l.fin.
27 C.ad velleia.Et † ſub obligatione generali non comprehẽ
duntur ea,quæ ſpecialiter non poſſunt obligari,ſeu alienari
l.1.& l.ſpẽ C.quæ res pignori obligari poſ.nec etiã ea,quæ
uerisimiliter contrahentes non obligauiſſent l.obligatione
generali ff.de pignoribus cum ſimilibus: ſed res dotales nõ
poſſunt ſpecialiter obligari, nec alienari, iuribus uulgari-
bus,itẽ nec eſt uerisimile,quòd in caſu noſtro do. Andreas,
cui res in dotem datæ fuerunt,uoluerit ſub generali bono-
rum obligatione res ſibi prius datas in dotem capere, tum
quia iam illarum erat dominus l.dote ancillã C. de rei uen
dicat.l.in rebus C.de iure dotium cum ſimilibus, tum quia
res ſua non poteſt alicui obligari, nec in pignus dari l.neq;
pignus ff.de regu.iur.ergo promiſſio,& ipſa obligatio facta
per uxorem in caſu noſtro dicetur extendi ſolum ad alia bo
na uxoris,quæ tempore obligationis,uel poſtea habuit, ar-
gumen.d.l.fin.C.quæ res pigno.obliga. poſſ. ac etiam quia
28 † quando uxor omnia bona ſua mobilia,& immobilia, iura,
& actiones in dotem aſſignauit,ſolum præſentia,& non fu-
tura aſſignauit,argumẽ.d.l.ſi quis argentum §.ſed ſi quis, &
ibi Bal.& eorum,quæ habentur latè in d.l.ſtipulatio hoc mo
do concepta,& in d.l.fin.C.de pact.cum ſimilibus:obli-
gatio igitur generalis bonorum dicetur facta ab ipſa uxore
de poſtea quæſitis,& quærendis. Et ita(ut ſupra dictum eſt)
circa primum dubium concludo non ſolum reſpectu dicto
rum trecentorum ducatorum,ſed reſpectu quoque alterius
æris alieni etiam poſtea cum marito contracti, quòd onus
illius ſpectet,& ſpectare debeat ad hæredes uxoris,non au-
tem ad hæredes mariti, quibus lucrum dotis debetur abſq;
onere æris alieni,præter quàm ſi eſſet æs alienum contra-
ctum propter impenſam funeris,uel propter ægritudinem,
& alimenta uxoris,ut in d.l.quod in uxorem cum glo.& ibi
docto.cum ſimil. ibi allegatis l.cum in fundo in 2. reſponſo
ff.de iure dot.& in l.in eum ff.de religio.& ſumpt.funer.
¶ Circa ſecundum dubium multum non inſiſto,quoniã res
uidetur ſatis clara, quòd propter ſatiſdationem de utendo
arbitrio boni uiri,ſeu de reſtituendis bonis non præſtitã do.
Andreas non fuerit iure uſusfructus priuatus,ſed licitè, ac
29 iuſtè fructus perceperit,illosq; ſuos fecerit, † quamuis enim
uſufructuarius non præſtando cautionem de utendo arbi-
trio boni uiri poſſit uſufructu priuari,ut in l.2. cum ibi not.
& in l.uſufructu la 1.cum glo.& ibi doct.C.de uſufruc.aliàs
de uſu,& habita.l.uxori la 1.ff.de uſufruc.lega. & l.1. §.re-
ctè cum ſequenti ff.uſufruc.quemadmo.caueat,tamen hoc
eſt uerum, quando uſufructuarius in mora præſtandi cau-
tionem illam fuiſſet,ut in d.l.uxori:& ita concludunt docto
res communiter legiſtæ in iuribus præallegatis, & canoni-
ſtæ poſt gloſam in capitu.fina.extra de pignoribus, qui uo-
lunt,quòd ante petitam, & interpellatam fideiuſſionem,&
ſic ante moram uſufructuarius faciat fructus ſuos,ſed ſi fue
rit in mora illam præſtandi,tunc fructus amittat,quia ad eſ-
ſe,& ſubſtantiam uſusfructus non eſt neceſſaria illa ſatiſda-
tio,quæ habet duas partes, uidelicet de utendo arbitrio bo
ni uiri,& de reſtituendo res finito uſufructu, niſi in his re-
bus,quæ uſu conſumuntur l.1.§.habet ff.uſufructua.quem-
admod.caueat,glo.in l.fin.iunctis not. per gloſam in l.1. ff.
de uſufruct.& in l.1.C.eodem titu.& ibi Bal.& alij:& ideò
interim uſufructuarius facit fructus ſuos,niſi fuerit in mora
præſtandi cautionem,ſeu ſatiſdationem,ut quia interpella-
tus extraiudicialiter,uel iudicialiter neglexerit, nam tunc
fructibus carere debet potius culpa,& negligentia, ſeu do-
lo ſuo,quam quòd ſic finitus fuerit uſusfructus, & hoc eſt,
quod uoluit dicere text.in dicta l.1.§.utilius, & in d.l.uxo-
ri ff.de uſufruc.lega.& argumen.l.1.in fin. ff.depoſiti,l.mu-
lier §.hæres,& l.in fideicommiſſaria cum gloſ. ff.ad trebel-
lianum,& optimè probatur in dicta l.uſufructu,& ibi Bald.
C. de uſufructu ibi, uſufructu conſtituto conſequens
eſt &c. hoc eſt, uenit ex quadam conſequentia ex natura
uſusfructus. ¶ Et ſi diceretur, quòd dominus Andreas
fuerit in mora præſtandi ſatiſdationem, quia fuit pronun-
ciatũ iudicialiter contra ipſum, quòd deberet præſtare cau
tionem de reſtituendo bona &c. ergo à die huius pronũtiæ
dici debet in mora conſtitutus iuxta ea, quæ habentur in l.
uinum ff.ſi certum peta.cum ſimilibus ibi not.item quia ip-
ſe dominus Andreas fuit in mala fide, ex quo ſciuit,

ſe uſufructuarium eſſe,&ideò ſcire debuit ſe de iure teneri ad ſatiſdandũ de utendo arbitrio boni uiri, nec potuit iuris ignorantiam allegare, cum eſſet in iure peritus arg. l.fin.§. ſed iuris cum ſimil.ff.de iur.& fac.ignoran. ergo non potuit facere fructus ſuos,ſatiſdatione nõ præſtita arg.c.fi. de præſcript.& hanc opinionẽ in terminis uidentur uoluiſſe Abb. in d.c.fin.in ulti.uer.& ibi Petr.de Ancha. Cyn.in l.1.C.de uſufruc.& in d.l.uſufructu,ibiq; Bar.in fi. & hanc opinionẽ refert Alex.in apoſtil.ad Bar.in d.l.uxori,& Pau.de Caſtr. in d.l.uſufructu:Reſpondetur prædictis, primo in proceſſu non apparere,quòd hæredes do.Magdalenæ petierint à do. Andrea ſatiſdationem eſſe præſtandam,ergo ipſe nõ poteſt dici in mora cõſtitutus ex interpellatione extraiudicialiter
30 facta, † nec etiam ad hoc dici debet iudicialiter in mora cõſtitutus ex præmiſſa pronuncia de præſtando idoneam cautionem ad reſtituendũ bona &c,quia ad hoc, ut uſufructuarius poſſit cõmodo percipiendi fructus priuari, requiritur, quòd noluerit,ſeu in mora fuerit ſatiſdandi de utendo arbitrio boni uiri:Et de hac ſatiſdatione loquuntur iura uolentia uſufructuarium debere ſatiſdare , ut in l. 1, ff. uſufruc. quemad.cau.in d.l.uſufructu,& in l.1.C.de uſufru.in l.uxori a 1.de uſufruc.lega.& glo.in l.1. ff.de uſufruc. & in d.c. fin.& ubiq; per glo.extra de pign. Sed per R.D.Magalottũ non fuit pronunciatum,quòd do. Andreas cautionem idoneã præſtaret de utendo arbitrio boni uiri,ſed ſolum,& ſimpliciter de reſtituẽdo bona,ergo &c.Et quamuis cauere de reſtituendo bona dicatur pars illius ſatiſdationis, quam uſufructuarius præſtare tenetur,tamẽ principalis pars, ſeu cauſa dictæ ſatiſdationis eſt , ut uſufructuarius utatur arbitrio boni uiri,& non illa,quod bona reſtituantur,ut in d.l.1.§.habet,& iura uoluerunt illam eſſe ſic præſtandam,ut materia, & uia delinquendi remota eſſet,ut habetur in l.1. C.de uſufruc.& in d.c.fin.& iura uolentia uſufructuarium teneri ad ſatiſdandum,ſeu ipſum priuari,quia nõ ſatiſdederit,ſimpliciter conſiderant ſatiſdationem, ſeu cautionem de utendo arbitrio boni uiri , & non ſimpliciter de reſtituendo bona, ergo concludendum eſt,quòd non ſatiſdare de utendo arbitrio boni uiri,prout ſumitur,& declaratur in d.l.1 .§.cauere cum ſequen.ff.uſufruc.quemadmod.cau.& per gloſam, & Ioan.de Imol. in d.c.fin.eſt illud,quod facit uſumfructuarium non poſſe fructus ſuos facere,ut in d.l.uſufructu,& in
31 d.l.uxori: Et † licet ſatiſdatio,quam uſufructuarius tenetur præſtare, has duas cauſas contineat , hoc eſt continere debeat,ut in d.l.1.in princ.& in d.§.habet,tamen diuerſæ ſunt hæ ſtipulationes , & una neceſſario aliam non infert, ut ibi apertè probatur,dum tex.dicit, æquiſſimum prætori uiſum eſt de utroq; legatarium cauere,& uſurum ſe arbitrio boni uiri,& cũ uſusfructus ad eum pertinere deſinet, reſtituturum &c,duæ ergo ſunt cautiones ſeparatæ , & ſeparatã cauſam,ſeparatũq; effectũ habẽtes, ut præſuppõnũt Bal. & alij in d.l.uſufructu,ergo una aliã neceſſario nõ ĩfert,niſi utraq; fuerit præſtita: Sed apud iura ſolũ reperitur, quod propter cautionẽ de utẽdo arbitrio boni uiri omiſſam , & neglectã uſufructuarius ſit priuandus d.l.uxori, d.l.uſufructu , & de hac cautione ſolum in caſu iſto dubitãt doc. cõiter in locis allegatis,& in d.c.fi.cũ ſimil.& nõ de illa de reſtituẽdo,ergo quãuis do.Andreas iudicialiter potuerit dici interpellatus ſuper cautione de reſtituendo ex illa pronũtiatione per Reuer.do.Magalottum facta,non tamen poteſt ex hoc dici conſtitutus in mora ſuper cautione de utendo arbitrio boni uiri,quia ex diuerſis non infertur l.papinianus exuli ff.de minoribus l.inter ſtipulantem §.ſacram, uer.ſed hæc diſſimilia
32 ſunt ff.de uerb.ob.cum ſimil.Præterea † quoad conſtituendum uſufrũctuariũ in mora,& faciendũ , ut is non poſſit facere fructus ſuos,nõ ſufficit uſufructuariũ ſciuiſſe, ſeu ſcire debuiſſe ſe ad cauendũ,ſeu ſatiſdãdũ teneri,ſed requiritur, quòd uſufructuarius fructus perceperit contradicente, uel ignorãte ipſo proprietario:nã qñ illos percepit,proprietario ſciẽte,& patiẽte,tunc illos facit ſuos,etiã quod nõ præſtiterit cautionẽ,ut cõcludit Bar.in d.l.uxori, cũ quo perträſeunt Alex.ibi,& Ioã.de Imol.in d.c.fin.& Pau. de Caſt.in d.l.uſufructu,qui remittit ſe ad not.per Bart. in d.l.uxori:&
33 † Bal.in d.l. uſufructu in fin.2.col.dicit,quòd ſi uſufructuarius non ſatiſdat propter ignorantiam, aut negligentiã,ſeu diſſimulationẽ proprietarij,ipſe facit fructus ſuos, & in ult. col.inquit,quòd ſi ſatiſdatio non petitur à proprietario,nec ei offertur,quia diſſimulat,imputandum eſt proprietario,ut in l.hac edictali §.ſinautem utraq;,& not. ibi in uerſ.mobilium C.de ſecun.nupt.& facit id, quod habetur in l.mulier §.ſi hæres,& in l.in fideicommiſſaria,ibiq; glo. & doct.ff.ad treb.Sed in caſu noſtro ſatiſdatio nõ fuit petita à proprietario,qui ſciuit,uſumfructũ fuiſſe D.Andreæ relictũ,ergo&c. ¶Non obſtat,quòd legatum,ſeu relictũ uſusfructus factum do.Andreæ de iure nõ potuerit ualere, quoniã teſtatrix do. Andreæ reliquit uſumfructũ oĩum bonorum mobilium, & immobilium,& poſt illius mortem hæredem uniuerſalẽ inſtituit do.Laurentium per ea,quæ magis cõiter uolunt ſcriben.maximè Alex.& Moder.in l.extraneum C.de hær.inſti. ubi latè hunc articulũ examinant,pluresq; allegant:& hanc opinionem ſequuntur Petr.de Anch.& Io.de Imo.in d.c.fi. de pign.in ult.col.Io.And.in addi.ad Spec.in tit.de pign.in §.2.in uerſ.porrò uſufructuarius &c. Imo.in l.filius à patre ff.de libe.& poſth.in prin.& in l.hæreditas ff. de hære.inſtit. Dyn.in conſi.9.quæſtio talis eſt &c.& Bened.de Plumbino in l.qui duos in prin.ff.de manu.teſta.cum ſimil.Quia reſpõ
34 detur primo,† prædicta eſſe uera,quando alicui ſimpliciter eſſet relictus uſusfructus oĩum bonorum, & poſt mortẽ eſſet inſtitutus alius hæres uniuerſalis per rationes,& iura,quibus illi,qui hanc partem tenent,mouentur, ſecus ſi eſſet relictus uſusfructus oĩum bonorũ per hæc uerba,relinquo maritum,ſeu uxorem,ſeu alium dñm,& uſufructuarium oĩum bonorum &c.uel per alia ſimilia uerba , nã ex quo teſtator dixit uxor mea,ſeu maritus meus ſit dominus,& uſufructuarius oĩum bonorum &c.& poſt eius mortem inſtituo Titiũ hæredem uniuerſalem &c.prout factum fuit in caſu noſtro
35 legatum uſusfructus ualebit,quia † etiã non adita hæreditate per hæredem inſtitutum , poterit uſufructuarius propria auctoritate uſumfructum apprehendere,nã per uerba prædicta maritus dicetur hæres inſtitutus in uſufructu,quia uerbum dominũ hæredis inſtitutionem denotat l.his uerbis ff. de hære.inſti.& Inſti.de hære.quali.& diffe.circa fin.iuncto not.per Bar.in l.ex facto proponebatur ff.de hær.inſtit.quã concluſionem,& declarationem poſuit Bened.de Plumb.in d.l.qui duos, & illum ſequitur Alex.in d.l.extraneũ circa fi. ita limitando opin.cõem,de qua ſ:ex quibus infertur,quòd in caſu noſtro do.Andreas fuit uſufructuarius tanquam inſtitutus in uſufructu oĩum bonorum,&ſic in re certa,ut per Bar.& alios in d.l.ex facto, & per Alex. & alios in l.quoties C.de hære.inſti.& ſoleo dicere legendo in c.raynutius ex
36 tra de teſta. Ex quibus etiam infertur , † quòd ipſe do.Andreas de iure non potuit aſtringi ad ſatiſdandum de utẽdo arbitrio boni uiri,quia cũ ipſe fuerit inſtitutus in uſufructu oĩum bonorum per illa uerba,relinquo dñm,& uſufructuarium,ut ſ,& poſt illius mortem uniuerſaliter fuerit inſtitutus do.Laurentius,ſequitur , quòd do.Andreas ſpem à iure approbatam habuit ſuccedendi non ſolum in uſufructu,ſed etiam in proprietate eueniente caſu , quòd dominus Laurentius noluiſſet,uel nõ potuiſſet eſſe hæres,ut quia ipſi domini Andreæ prædeceſſiſſet , quoniam detracta mentione uſusfructus, perinde eſſet,ac ſi ſimpliciter fuiſſet hæres inſtitutus,argumento l.1.§.ſi ex fundo cum ſimilibus ff.de hæredib.inſtituen.& eorum, quæ habentur ibi in d.l. ex facto, & in

& in d.l.quoties, per Bar.& omnes,& in terminis per Imol. in d.c.fin.in ult.col.& in hac ratione fundata fuit ſententia domini Poteſtatis lata ad fauorem do.Andreæ pronuntiãdo,do.Andream uſufructuarium, & eueniente caſu, quòd do.Laurentius prædecederet,aut nollet eſſe hæres, quòd tunc do.Andreas eſſet hæres proprietarius: Propter hanc igitur ſpem à iure approbatã,etiam quòd fuerit ſpes incerta,ipſe uſufructuarius non tenetur ſatiſdare de utendo arbitrio boni uiri,ut uoluit gl. communiter in d.l.uſufructu, in d.l.uxori, & in d.c.fin.& ubiq; docto. hoc ſequuntur per tex.cum glo.in l.ſi uſusfructus §.planè ff.uſufruc. quemadmod.cau.Præterea tenendo opinionem, quam refert, & ſequitur Paul.de Caſtr.in d.l.1.§.ſi ex fundo, quæ fuit opinio Bald.in l.id,quod pauperibus C. de epiſc. & cleri. ſequuta etiam ab Alexã. in conſ.45.in 4.uolu.& in conſi.162.in 2.
37 uolu. quòd † quando uxor maritum, uel ècontra inſtituit in uſufructu omnium bonorum, & poſt illius mortem inſtituit alium hæredem uniuerſalem, tunc inſtitutus in uſufructu dicatur in uita ſua hæres uniuerſaliter etiam quoad proprietatem,ſed grauatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum illi,qui fuit poſt eius mortem inſtitutus, ut ibi per eos,ſequetur,quòd in terminis noſtris maritus, qui dicitur eſſe inſtitutus in uſufructu omnium bonorum,ut ſupra,dicetur in uita eſſe hæres etiam proprietarius, & poſt eius obitum grauatus de reſtituendo hæreditatem per fideicõmiſſum do. Laurentio. Ex quibus infero, quòd illos fructus, quos interim percepit inſtitutus primo loco, qui onere fideicommiſſi dicitur grauatus, irreuocabiliter ſuos feciſſe dicetur,quia iudicio teſtatoris eos percepit d.l.in fideicommiſſaria, & d.l.mulier §. hæres cum ſimilib. nam præſtatio, ſeu non præſtatio fideiuſſionis, ad quam de iure tenetur grauatus per fideicommiſſum, iuxta l. iubemus C.ad trebellia.& per totum ff. & C.ut legato. & fideicommiſſ.nom.cauea.& in l.cum tale §.titius ibiq; Pau.de Caſtr. ff.de conditio.& demon.non impedit,quin uſque ad mortem poſſit fructus percipere,illosq; ſuos facere irreuocabiliter d.l.in fideicommiſſaria,& contrarium iure cautũ non reperitur:Infero etiam,quòd ex quo interim ipſo uiuente dicitur habere proprietatem,non debuit teneri ad præſtandam illam cautionem de utẽdo arbitrio boni uiri,tum quia non eſt uſufructuarius,qui ſolum ad hoc de iure tenetur,ut
38 ſupra,tum etiam quia † uſufructuarius, qui habet certam ſpem ad proprietatem,non tenetur ſatiſdare,ut omnes gl. & docto.uolunt in d.l.uſufructu, & in d.l.uxori,ac etiam in d.c.fin.& ſupra dixi, ergo hoc magis dicendum eſt in eo, qui fuit in uſufructu bonorum inſtitutus, nã interim,quouſque durat uſusfructus, dicitur eſſe proprietarius, & facit id,quod uoluit Cor.in conſ.173.circa primũ &c.in 3.uolu. & habetur per Barto.in d.l.uſufructu C.de uſufruct.
39 ¶ Non obſtat etiam prædictis, † quòd relictum uſusfructus factum marito debet cum lucro dotis ex diſpoſitione ſtatuti debito computari,ut uolunt doc.communiter in l.ſi cum dotem §.ſi pater,ubi Bart.ff.ſolu.matr.& probatur per text. ibiq; Bar.Alex.& omnes communiter,in auth.præterea C. und.uir.& uxor.quoniam (ut inquit Bar.in d.auth.& ſentit in d.§.ſi pater,& clarius in l.in quartam in pen. col.ff.ad leg.falcid.) ſicut cum legitima debita iure naturæ, quæ ex iuris diſpoſitione debetur,computatur id,quod fuit filio legatũ,& relictũ l.quoniã nouella C.de inoffic.teſt.cum ſimil. ita etiam in caſu noſtro,quoniam de illa legitima argui poteſt ad portionem dotis debitam,ſeu acquiſitam marito ex diſpoſitione ſtatuti,& ita præſupponunt, & arguunt docto. communiter in d.§.ſi pater,in d.auth. præterea, & in d.l.in quartam,quia reſponderi poteſt retorquendo argumentũ,
40 quòd † ſicut in legitima debita iure naturæ, quæ eſt portio ex prouiſione legis debita, non computatur legatũ uſusfructus filio factum,quia legitima debetur ex bonis, & ex ſubſtantia patris l.ſcimus §.repletionem C.de inoffi.teſt.& fructus,qui poſt mortem teſtatoris,& patris percipiuntur,non ſunt ĩ bonis,nec de ſubſtãtia patris,l.quod his uerbis ĩ prin. ff.de leg.3.& ius uſusfructus formalis etiam non dicitur de ſubſtantia,& bonis illius, arg.l. rem in bonis cũ gl.ff.de acq. rer.domi.l.1.cum gl.ff.de uſufr.leg.& l.quod noſtrum, ubi caſus ff.de uſufruc.& not.per glo.in l.nemo plus iuris ff.de reg.iur.& tenent Pau.de Caſt.& alij in d.§.repletionẽ per illum tex.ita in portione dotis marito debita poſt mortem uxoris,quæ ſimiliter ex legis,ſeu ſtatuti prouiſione debetur, non debet legatum uſusfructus bonorum ipſi marito factũ computari,quoniam,ut dictum fuit,quoad compenſationẽ huiuſmodi faciendam, utrum legatum computetur in eo, quod ſaltẽ ex legis diſpoſitione debetur,Bar.& doc.omnes uelle uidentur, quòd argumentũ de legitima ad lucrũ dotis acquirendũ marito propter debitum uxoris procedat.
41 Præterea † ubicunque apparet de mente teſtatoris, quòd faciendo legatum ipſe noluerit præiudicare legatario,puta filio,ſeu marito,quando eſſemus in caſu,quo pater filio,ſeu uxor marito legauiſſet,tunc illa præſumptio, quòd legauerit animo compenſandi tollitur,ut in terminis ſentiunt doc. in d.auth.præterea,& in d.l.ſi cum dotem §.ſi pater, qui dicunt compenſationem fieri,quãdo ſumus in dubio, ut quia non appareat,an legatum fuerit factum animo compenſandi,nec ne, ergo quando ex uerbis teſtatoris contrarium appareat,uidelicet,ipſum per legatum factum noluiſſe in aliquo præiudicare,dicendũ eſt cõpenſationi locũ nõ eſſe, ut ibi per doc.&quia in incertis,& nõ in certis locus eſt cõiecturis,l.cõtinuus §.cũ ita ff.de uerb.ob.& facit id, quod ſenſit Bal.in conſ.53.in 3.uolu.& in d.auth.præterea,&optimẽ faciũt ea,quæ ſtatim dicã poſt Alex. Sed ĩ caſu noſtro apertè cõſtat,quòd do.Magdalena teſtatrix legãdo ipſi do. Andreæ eius marito,noluit illi præiudicare, ut patet tã ex uerbis legati ei facti,quã etiam ex uerbis legati facti Iuniperæ
42 eius ancillæ, ergo &c. Tertio † qñ uxor marito aliquid de bonis ſuis legauit, puta dicendo lego tale quid de bonis meis,uel bona mea,tunc legatum non cenſetur factum animo cõpenſandi cũ lucro dotis,quod maritus habere debebat,quoniã cũ hæc uerba de bonis meis, uel bona mea importent legatũ deberi deducto ære alieno,nã bona dicuntur ære alieno deducto, l.ſubſignatũ §.bona ff. de uerb.ſig. & l.mulier bona ff.de iur.dot.ſequitur,quòd poſt deductionẽ portionis ex forma ſtatuti debitæ, uidetur mulier uoluiſſe legatũ deberi,ita ſenſit Bal.in d.l. ſi cũ dotem §. ſi pater, ubi hoc refert,& tanquã pulchrum dictum ſequitur Alex. in 3.col.in uerſ.prædictis adde, & ibi Moderni: Sed in caſu noſtro do.Magdalena teſtatrix reliquit do. Andreæ marito uſumfructum bonorum ſuorum mobilium,&immobilium, ergo cõcludendum eſt,illud legatum nõ feciſſe aío cõpenſandi:Quod quidẽ clarè inferri uidetur ex uerbis ipſius legati,dum dicitur, quòd teſtatrix uoluit ipſum eſſe uſufructuarium abſq; moleſtia,& impedimẽto &c.¶ Circa ualiditatẽ,& nullitatẽ diuiſionis nõ eſſet inſiſtendum, quia ſuper hoc nihil uidetur principaliter in proceſſu deductum,neq; petitum,& propterea dici poſſet ſuper hoc nõ eſſe laboran-
43 dum pro deciſione dubitatiõis,† ne cõtingat iudicari ſuper non petitis l.ut fundus ff.com.diuid.l.fin.C.de fideicom.liber.& c.licet heli de ſimo.cum aliis ſimil.& ſemper dici poteſt, hoc non fuit petitum c.cum dilectus de ordin. cogni. glo. notabilis in c. cum dilecti in uer. reddendam extra de empt.& uenditio.quæ optimè nobis inſeruit.Nec ſufficit aliquid fuiſſe deductum per uiam exceptionis,uel replicationis ad effectum,ut ſequatur condẽnatio, niſi quid principaliter petatur,quoniã regulariter uirtus exceptiõis eſt excludere,& repellere, d.c.cum dilectus, & ibi glo.& docto.

¶Prætereà concludi etiam poteſt ex pluribus, diuiſionem
factã in ſe ualuiſſe, quia facta fuit forma ſtatuti ſpecialiter
loquentis de diuiſionibus fiendis ſeruata. Nec obſtat ſtatu-
tum ſub rubr. quæ forma ſit ſeruanda in contractibus mino
44 rum, quia illud ſtatutum loquitur generaliter de alienatio
nibus, & contractibus minorum: ſtatutum uerò, cuius forma
fuit ſeruata, ſub rub. de diuiſione bonorum communiũ &c.
eſt ſpeciale, & expreſsè diſponit ſuper diuiſione bonorum,
& ſuper illius forma, ergo illud debet ſeruari, & attendi, &
non generale, quia generi per ſpeciem derogatur c. gene-
ri de regu. iur. in 6. c. 1. & ibi plenè habetur per docto. maxi
mè Modernos extra de reſcript. cum aliis pluribus, quæ alle
gari poſſent. Secundo reſpondeo, quòd ſtatutum, quæ for-
ma ſit ſeruanda, loquitur in contractibus, & alienationibus
uoluntariis, quæ fierent de communi conſenſu partium cõ
trahentium, ſtatutum uerò de diuiſione bonorum loquitur
de alienatione neceſſaria, quæ fieret ex iuris diſpoſitione,
45 † in qua non requiritur forma, ſeu ſolennitas requiſita ge-
neraliter in alienationibus, & contractibus, quoniam pro-
priè non eſt alienatio, nec continetur alienationis appella-
tione, etiam ſi in materia prohibitæ alienationis eſſemus, ut
in l. & ideò, & ibi gloſ. & docto. ff. de condict. furti. l. peto §.
prædium ff. de lega. 2. l. pater filium in prin. & ibi Bart. ff. de
lega. 3. & l. alienationis ff. fami. herciſ. per quem tex. hoc uo
luit Alberi. in 2. parte ſtatutorum in 2. quæſt. l. 1. & ibi glo. &
46 Bart. ff. de præd. mino. ubi caſus clarus. Et † ideò prohibita
alienatione rerum minorum, niſi fiat cum certa ſolennita-
te, non dicetur prohibita illa alienatio, quæ fieret ex iuris di
ſpoſitione etiam inuito domino, ut eſt tex. in d. l. 1. & faciunt
not. per Barto. in l. papinianus §. ſed nec impuberis in 2. co-
lum. uerſicu. probatur ſimiliter &c. ff. de inofficio. teſtamen.
47 † ubi ſi creditor uult uendere bona pupilli ſibi obligata, po
teſt illa uendere non ſeruata ſolẽnitate l. ſi pupillorum §. 1.
ff. de reb. eorum, & melius probatur in d. l. 1. cum gloſ. ibiq;
Bal. & cæteri. ¶ Circa ultimum, utrum dominus Laurẽtius
teneatur de euictione pro illis quatuor tornaturis terræ
per monaſterium apprehenſis, breuiter recurrẽdum eſt ad
textum cum ibi not. in l. ſi fratres C. commu. utriuſque iud.
& melius, ac clarius ad text. & ibi per Baldum, & alios in l. ſi
familiæ C. famil. herciſcun. & ad not. per Bartolum, & Ale-
xan. in l. qui romæ §. duo fratres in 9. quæſt. colum. ult. ff. de
uerborum obligat. Ex quibus locis colligi poteſt ſolutio hu
48 ius noſtræ quæſtionis, † nam ſi hæ quatuor tornaturæ perue
niſſent ad dominum Andream ex diuiſione, ut ſupra, facta,
& is ſciuiſſet illas eſſe iuris emphyteotici, concludendũ eſ-
ſet dictum dominum Laurentium non teneri de euictione,
quia fuerunt euictæ per monaſterium ex qualitate, & natu
ra rei inhærente, & ubicunq; res euincitur ex qualitate in-
hærente ipſi rei, ſeu ex natura rei, tunc non debetur euictio
l. ſi quis domum §. pen. ff. loc. videtur enim res cum ſua qua
litate, & natura adiudicata, l. & puto §. fin. ff. fam. herciſcun.
ita concludit Bal. in d. l. ſi familiæ in ult. colum. in uerſ. ſecun
do noto &c. & hoc procedit, quando eſſemus inter ſcientes
qualitatem rei, ſecus ſi inter ignorantes, ut ibi per Baldum;
Ex quibus infertur, quòd quando res fuiſſet alicui adiudica
ta, aut res allodialis uendita, quamuis ex natura contractus
euictio ueniret l. quod ſi nolit §. qui aſſidua ff. de ædil. edict.
l. pacta conuenta in prin. cum ibi not. ff. de contrahen. empt.
l. ſi mancipium §. ſi communi ff. de euictio. & l. ſi ob cauſam
C. eod. tit. tamen ſi uendita, ſeu adiudicata eſſet res emphy
teotica alicui ſcienti conditionem, & qualitatem rei, & res
ſiet ex natura, & qualitate rei euicta, tunc de euictione agi
non poſſet arg. d. l. ſi fratres, l. ſi fundum ff. de euictio. & arg.
eorum, quæ uoluit Bal. in d. l. ſi familiæ in 5. oppoſi. & in d.
uerſi. ſecundo noto, ac etiam in uerſi. ſequenti, ibi tertio no
ta l. damni infecti ſtipulatio pertinet in princ. ff. de dam. in-
fect. l. nomen ff. de hæred. uel actio. uendi. & d. l. ſi quis do-
mum cum aliis ibi per Bal. allegatis: Sed in caſu noſtro res
emphyteotica fuit uendita, ſeu adiudicata domino Andreæ
ſimpliciter ab æſtimatoribus deputatis ad ſubhaſtandum
abſque eo, quod promiſſum illi fuerit de euictione, & ipſe
ſciuit qualitatem, & naturã rei, ergo ex quo fuit euicta pro-
pter naturam, & qualitatem rei inhærentem, non poteſt cõ
49 tra dominum Laurentium de euictione agi. Prætereà † ip-
ſa res euicta fuit de facto, & extraiudicialiter abſq; eo, quod
iudicialiter conuincerentur hæredes do. Andreæ, illiſq; nõ
citatis, & ſic de facto ſaltem reſpectu hæredum, ergo ipſi
contra dominum Laurẽtium de euictione agere non poſ-
ſunt l. lucius ff. de euict. & ibi doct. l. item ſi uerberatum §. 1.
50 ff. de rei uend. & l. emptor. C. de euict. in fi. Vltimo † euictio
denũciata non fuit domino Laurentio, ergo non poteſt cõ-
tra eum ratione euictionis factæ agi l. ſi fundo in fi. ff. de eui
ctio. & d. l. emptor, & ibi glo. & doct. omnes: & ita pro nunc
reſideo, & concludo in omnibus, ut ſupra dictũ fuit: Ex qui
bus poterunt excellentiſſimi domini arbitri colligere, quali
ter ſuper difficultatibus laudare, & iudicare debeant.

SVMMARIVM.

1 *Correctio iuris nõ fit tacitè, nec per ſubauditum intellectum, ſed expreſſè, & per diſpoſitionem iuris directo contrariam.*
2 *Aduerſatiuæ naturæ eſt, ut præcedẽtibus relictis iiſdẽ terminis aduerſetur.*
3 *Filiis primi matrimonij contra ſecundum maritum magis fauetur, quam filiis ſecundi matrimonij.*
4 *Filij uerbum in diſpoſitione, & conceſſione ſimpliciter de filiis loquente facta inter maritum, & uxorem etiam filios alterius, & prioris matrimonij comprehendit.*
5 *Filiorum mentio in l. cum uir, & in l. ſi uir ff. de conditio. & demonſtratio. quare de filiis tantum teſtatoris, & illius matrimonij, in quo diſponens decesſit, intelligatur, & non de filiis alterius quoque matrimonij.*

EPITOME.

STATVTO *ſimpliciter uolente, quòd moriente uxore abſque filiis maritus dotem, ſeu illius partem lucretur, ſi ſuperſint filii primi matrimonii, maritus ad eorum præiudicium ad illud lucrum non admittitur.*

CONSILIVM XLII.

VISO doctiſſimo conſilio excellentiſſimi, & uti Fratris
mei maioris D. Andreæ Alciati ſuper difficili ma-
teria edito, quia rectè, & iuſtè conſuluit ad fauorem
filiorum primi matrimonij, & contra ſecundum maritum
tertiam partem dotis ex ſtatuti Forliuienſis diſpoſitione re
tinere uolẽtem, in eius ſententiam, quam ueriorẽ, & æquio
rem eſſe arbitror, uenio per motiua ſua, & ulterius, quia nõ
reperio, quòd per illud ſtatutũ Forliuienſe derogatum fue
rit diſpoſitioni legis hac edictali C. de ſecun. nup. in fauorẽ 1
filiorũ primi matrimonij æditæ, nã in principio, dum in eo
cauetur, quòd ultra legata ab uxore marito facta, maritus
lucrari debeat tertiã partem dotis, & mobiliũ, ſiue corredi,
ſtatutũ loquitur, qñ ipſa uxor decederet ſine filiis legitimis,
& naturalibus ſimpliciter, abſolutè, ac indefinitè: Nos autẽ
2 ſumus in caſu, in quo uxor deceſſit cũ filiis, ſeu filiabus, quæ
filiorũ appellatione continẽtur, ad tradita per Bar. in l. libe
rorũ ff. de uerb. ſign. & ſic ex hac prima parte ſtatuti dici nõ
poteſt derogatum diſpoſitioni d. l. hac edictali, quæ loqui-
tur, quãdo extarent filij primi matrimonij, nec ex eo, quod
dici poſſet, ſtatutum illud, quando in rubro, & nigro dicit,
abſq; liberis, ſeu filiis, debere intelligi, quòd loquatur de fi-
liis illius matrimonij, cuius maritus tertiam dotis uellet lu-
crari arg. l. cum uir, & in l. ſi uir ff. de conditio. & demonſtra.
cum ſequen. cenſeri debet per ſtatutum illud ſublata di-
ſpoſitio

1 ſpoſitio d.l.hac edictali,quoniã †ſic tacitè,& per ſubauditũ
intellectum correcta diceretur contra ea,quæ habetur in l.
unica C.de inoffi.dona.& per glo.in c.cupientes §.quod ſi
per uiginti in uerbo petere,& in uer.priuatos.de elect.in 6.
& not.in c.ad audientiam de deci.Nec ſtatutũ etiã in ſecũ-
da parte,dum mulieribus poſſe,reſeruata legitima filiis pri
mi matrimonij,de aliis bonis ſuis,& ſic de dote, & de corre
dis,ac aliis bonis liberè diſponere permittit, diſpoſitionem
d.l.hac edictali corrigere dicitur,quoniam ſtatutum debet
intelligi, quando etiam extarent alij filij ſui ex ſecundo ma
trimonio,quibus,uel aliis ſimul mulier relinqueret,ut con-
2 ſtat ex illis uerbis, ſi uerò deceſſerit &c. † quæ aduerſantur
proximis præcedentibus,retentis terminis proximè præce-
dentibus,ut eſt de natura aduerſatiuæ,ut dicit Sozi.in l.1.in
2.col.ff.de acqui.poſ. Deci.in c.at ſi clerici §. de adulteriis
extra de iud.Bal.in l.omnes populi in 9.col.ff.de iuſt.& iur.
Bar.in l.in repetendis in fin.uer.ff.de leg.3.l.ſeiæ §. caio ff.
de fund.inſtru.cum ſimil. & ideò per ſtatutum ibi non po-
teſt dici correctam fuiſſe dictam legẽ, quia, ut dictum fuit,
iuris correctio debet expreſsè, uel per directò contrariam
iuris diſpoſitionem induci,non autem tacitè, nec per ſubau
ditos intellectus,ut ſupra,& arg.c.cum expediat de electio.
in 6.& cum hac opinione pertranſit Salice. in d. l.hac edi-
ctali in 6.q.in fin.¶Quòd autem ſtante diſpoſitione ſtatu-
ti ſimpliciter uolentis, quòd moriente uxore abſque filiis
maritus dotem,ſeu tertiam dotis lucrari debeat, ſi ſuper-
ſint filij primi matrimonij,maritus non debeat ad illud lu-
crum ad præiudicium filiorum primi matrimonij admitti,
uoluit,& notabiliter conſuluit Rayner.de Forliuio in conſ.
quod eſt inſertum inter conſilia domini Signoroli de Ho-
modeis num.68.in quo in terminis impugnat illud,quod in
contrarium conſuluit ipſe do.Signoro.in conſi.37.quamuis
ipſe conetur adductis per Rayn. reſpondere, & non benè,
ut cuilibet docto uiro conſtare poteſt. Et in defendendo ip
ſum Rayner.non me extendo, ſed ſatis ſit illius opinionem
habere,cui Forliuienſes magis credere debent, & meritiſſi
mè,quàm cuilibet alij,tum propter uiri auctoritatem ma-
gnam,tum quia ciuis eorum fuit,multumq́ue talem, & tan
tum uirum habuiſſe lætentur.Hanc concluſionem corrobo
ro ex dicto ſtatuto in ſecunda parte illius,quando loquitur
in caſu,quo extarent filij & primi, & ſecundi matrimonij,
& diſponit,quòd filij primi matrimonij nullo poſſint modo
defraudari ſucceſſione matris decedentis ab inteſtato,quin
poſſint,& debeant ſuccedere cum filiis ſecundi matrimonij
in capita,& nõ in ſtirpes: Ex quo apparet ſtatutum uoluiſ-
ſe per filios ſecundi matrimonij filios primi excludi debe-
re,nec ſecundos filios plus dilexiſſe, quã primos,ſed æquali
ter,at filij ſecundi matrimonij ab illo lucro tertiæ partis ma
ritum,hoc eſt patrem ſuum excludunt, ut omnes doct.fatẽ
tur,& maximè Bal.in l. ſi quis hæredẽ C. de inſtitu. & ſub-
ſtit.ſub condi.fact. & in aliis locis communibus, ergo idem
dicendum eſt de filiis primi matrimonij, qui in ſuccedendo
3 pares ſunt filiis ſecundi matrimonij, † immò magis hoc di-
cendum eſt in filiis primi matrimonij,qui ex ſecundo matri
monio maiori in iuria afficiuntur, quibuſq́ue maior fauor
contra uictricum,& ſic contra ſecundum maritum reſerua
tur, quam filiis ſecũdi matrimonij,ut habetur,& not.in d.l.
hac edictali,& in auth.de nup.§.ſed ultro, & in §. proſpexi-
mus in authen. de non eligen.ſecun.nub. colla.1. ¶Tertio
hanc quæſtionem in terminis noſtris mouet, & examinat
Bal.in l.unica C.de inoffic.dotib.in ult.colum.& arguendo
ad partes tandẽ concludit ad fauorem filiorum primi ma-
trimonij contra maritum,& ſequi uidetur opinionem Iaco
bi Butriga.quam ultimo loco refert, arg.not. in l.qui filium
ff.ad trebellia.quòd maritus excludatur à lucro dotis pro-
pter filios primi matrimonij, quoniam lucrum ſtatuti reſe-
catur per prouiſionem legis hac edictali,ad quam ſtatutum
per extenſionem paſſiuam trahitur,arg.not. per Bar.in l.1.
§.lex falcidia ff.ad legem falci.Aliam quoque refert ibi Bal.
opinionem,quam dicit eſſe de mente Bart. quòd filij primi
matrimonij de toto prius legitimam eis iure naturæ debi-
tam detrahant,reſiduum autem ſit diuidendum inter filios,
& maritum in capita ex diſpoſitione d.l. hac edictali, quæ
noluit matrem tranſeuntem ad ſecunda uota in aliquo di-
ſponere poſſe, nec filiis in legitima præiudicare, ut in illa
l.§.1.idemq́ue eſt de mente Pauli de Caſt.in d.l.unica uer
ſic.in glo.ibi,& Salice.in d.l.hac edictali in 6. quæſt.& Ra-
phael Cuma.in conſi.109.in 2.dubio hanc opinionem eſſe
magis communem dicit, quamuis ipſe, & aliqui alij, quos
ibi refert, contrarium uelint:Prior tamen opinio magis pla
4 cet,quàm cõfirmo ex iis,†quæ in uariis locis ponit Bal.uide
licet in l.penul.C.de impub.& aliis ſubſtit. in fin. in authen.
qui rem C.de ſacroſan.eccleſ.in l.1.in 2. colum. C. de pri-
uileg.dot.& in l.2.uerſ.alij dicunt C.de iure emphyt.quẽ ſe
quitur do.& inſignis præceptor meus Sozi.in l.cum uir in ul
timis uerbis ff.de conditio.& demonſtra.quòd ſi maritus,&
uxor conducant pro ſe,& filiis ſuis rem in emphyteoſim, di
cuntur conduxiſſe non ſolum pro filiis cõmunibus, ſed etiã
pro filiis alterius matrimonij, & ſic uerbum filij prolatum
in diſpoſitione,& conceſſione facta inter maritum, & uxo-
rem,quæ ſimpliciter loquitur de filiis,comprehendit etiam
filios alterius,& prioris matrimonij:ergo ſtatutum, de quo
agitur,debet de filiis etiam primi matrimonij intelligi: per
quam doctrinam tollitur fundamentum do. Signoroli in di
cto ſuo conſilio. Non obſtat tex.in d.l.cum uir, & in l.ſi uir
cum ſequen.ff.de conditio. & demon. ſuper quibus ſe fun-
dat do.Signorol.in conſi.69.qui dicit, iuribus illis nõ fuiſſe
à Rayner.reſponſum:quia dictis iuribus facillimè reſpon-
deri poteſt,& fortè ob hoc, quia parum ad caſum noſtrum
5 faciebant, Rayner.illis reſpondere omiſit, † nam legatum
factum à marito uxori in tempus liberorum, ut in d.l.ſi uir,
uel quandocunque liberos haberet, non cenſetur factum,
quando uxor ex alio marito liberos ſuſcepiſſet,ſed ſolum in
caſu filiorum,ſeu liberorum communium teſtatoris, & uxo
ris,primo propter ordinatam charitatem, & affectionem,
quam ad ſuos, & non ad alienos liberos habuiſſe cenſetur,
argumen.l.cum acutiſſimi cum ibi not. C.de fideicom. quæ
ratio ceſſat in caſu ſtatuti loquentis de lucro dotis,nam ſta-
tuentes,& diſponentes parem affectionem habuerunt er-
ga filios tàm primi,quàm ſecundi matrimonij, nec eſt ueri-
ſimile,quòd uoluerint,maritum magis habere partem do-
tis,quã filios ipſius uxoris,ſiue primos,ſiue ſecũdos arg.tex.
in authen.de hæred.quæ ab inteſta.in §.1.& in §.nullam iun
cta l.1.C.unde uir,& uxor. Secundo in d.l.cum uir, & in d.
l.ſi uir illud eſt,quia ipſis filiis ſic uidebatur legatum factum
l.lucius in fin.la grande ff.de hæred. inſti. & ideò proprij fi-
lij teſtatoris dicebantur comprehenſi,& non nati ex uxore,
& alio extraneo in ſecundo matrimonio,quoniam poſthu-
mo inutiliter legabatur §. poſthumo Inſtit.de legat. Tertio
& melius dico, quòd in caſu, quo uxor haberet filios ex te-
ſtatore,& non ex alio in ſecundo matrimonio, uxori lega-
tum debetur,quia cum per ſecundas nuptias anima mariti
contriſtari dicatur,ut in auth. de nupt. in §. quæ uerò nunc
in uerſi.nos igitur,non eſt ueriſimile,quòd teſtator intelle-
xerit de filiis naſcituris ex alio uiro, & ſic ex ſecundis nu-
ptiis, quas teſtator primus maritus odio habuit: quæ ratio-
nes, & præcipuè prima, & hæc tertia ceſſant in caſu ſtatu-
ti prædicti loquentis de lucro dotis. Et hæc pro ſubſcri-
ptione , de qua ſimpliciter requiſitus fueram, ſufficiant,
cum elegantius ab Alciato noſtro præſens quæſtio decila
fuerit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio iuris iam delati, ſed nondum acceptati, & renunciatio iuris nondum delati differunt quoad effectum reuocationis illius.*
Anch.ar.in conſi.101.declaratur.
2 *Renunciatio iuris agendi ad legitimam, uel eius ſupplementum facta à filio, uiuente patre, non poteſt à creditoribus filij reuocari: ſecus in renunciatione poſt mortem patris facta.*
3 *Legitima aliquo modo filio, uiuente patre, debetur.*
4 *Lucrum dotis marito, uiuente uxore, contra iuris regulas debetur:*
Et eſt exorbitans, ac odioſum.
5 *Remiſſio lucri dotalis, & remiſſio legitimæ, uel ſupplementi illius differunt:*
Et remiſſio lucri dotalis eſt facilior.
6 *Remiſſio facta à patre de eo, quod ſibi in præmium emancipationis debetur, non poteſt à ſuis creditoribus reuocari.*
7 *Remiſſio falcidiæ, ſeu trebellianicæ facta ab hærede grauato non reuocatur à creditoribus illius etiam hypothecariis.*

EPITOME.

RENVNCIATIO *lucri dotis ſtatutarii facta à marito, uiuente adhuc uxore, quòd non poſſit à creditoribus mariti hypothecariis tanquam in eorum fraudem facta reuocari, demonſtratur.*

CONSILIVM XLIII.

CVM diebus elapſis oretenus allegãdo ſequutus fue
rim, quòd ſi maritus lucro dotis ſtatutario, uiuente
adhuc uxore, renunciauerit, creditores hypotheca-
rij mariti non poſſint talem renunciationem tãquam in eo
rum fraudem factam reuocare, audio nunc hæſitari per id,
quod conſuluit Pet. de Anch. in conſi. 101. incip. in Chriſti
nomine, ex prædicto themate, & per alia, quæ in dubiis pro
ponuntur: Sed idẽ adhuc ſequendo, uidetur poſſe dicto cõ
1 ſilio Petri de Anch. reſpõderi, quòd † aliud ſit, an poſt ius
iam delatum nondum tamen acceptatum quis renunciaue
rit, & tunc procedat id, quod uoluit Anch. in d. conſi. aliud,
an ante, quàm ius delatum fuerit, quis remiſerit, & tunc ſe-
cus, ut contingit in caſu occurrenti: & hanc diſtinctionem
ſenſit glo. in l. in fraudem in prin. ff. de iure fiſci: Et ratio eſt
in promptu, ueluti etiam colligitur ex uerbis Alberi. in l. qui
autem §. ſi ſeruum in fi. ibi, eſt ergo differentia ff. de his, quæ
2 in frau. cred. Ex quibus infertur, quòd † ſi filius, uiuo patre,
expreſsè renunciaret iuri agendi ad ſupplementum legiti-
mæ, ſeu ad totam legitimam iuxta ea, quæ habentur in l. ſi
quando §. 1. & fin. C. de inoffi. teſta. creditores filij nõ poſ-
ſent talem renunciationem reuocare, ut ex uerbis Anch. ibi
infertur, qui uult ſolum renunciationẽ poſſe reuocari, quã
do ea poſt mortem patris facta eſſet. Præterea in caſu An-
3 char. † filius renunciando iuri agendi ad ſupplementum le
gitimæ dicitur remittere id, quod aliquo modo, uiuente pa
tre, ratione naturali, & de iure communi ſibi debetur, l. in
4 ſuis ff. de lib. & poſth. & l. cum ratio ff. de bon. dam. † at mari
to, uxore adhuc uiua, lucrum dotis contra iuris regulas de-
betur, & per illud libera facultas teſtandi de bonis ſuis uxo
ri auferri uidetur ad not. per Bal. in l. pro hæreditarius col.
2. in glo. ubi ecce uir uerſic. & ad euidentiam C. de hæred.
actio. & Sali. in l. cum in te C. de dona. ante nupt. quo fit, ut
tale lucrum dicatur exorbitans, & odioſum, ergo de uno ad
5 aliud non eſt arguendum iuribus uulgaribus. Rurſus † quan
do maritus, uiua uxore, lucrum dotis remittit, facit rem ad
ius cõmune reuerti, ut ipſa liberè de bonis ſuis teſtari poſſit,
ſed remittendo ius agendi ad ſupplementum legitimæ, de
quo per Anch. receditur à iure cõmuni, & tollitur id, quod
filio naturali ratione debetur, ideò primum facilius eſt iudi
candum arg. l. ſi unus §. pactus uerſi. quod & in ſpecie cum
uerſ. quoties ff. de pact. Confirmo prædicta ex notab. doctri
na Alberi. in l. patrẽ ff. de his, quæ in frau. credi. qui uoluit,
6 quòd † ſi pater emancipando filiũ remiſerit illi id, quod ſibi
in præmium emancipationis de bonis aduentitiis debetur,
quod eſt tertia pars aduentitiorum l. cum oportet §. cũ au-
tem C. de bon. quæ lib. §. hoc quoq; Inſti. per quas per ſ. nob.
acquir. creditores etiã hypothecarij non poſſunt illud tan-
quam in ipſorum fraudem factum reuocare per illum tex.
7 cũ l. ſeq. ubi † hæres grauatus præſtare legata, aut reſtituere
hæreditatẽ, poteſt falcidiam, ſeu trebellianicam remittere,
& creditores id tanquam factum in fraudem reuocare non
poſſunt, quæ iura ex mente Alberi. ibi procedunt etiam in
creditoribus hypothecariis, inferendo ad quæſtionem, quã
in facto habuit, ut ibi refert. In reliquis me remitto ad dicta
ab aliis eximiis do. aduocatis, qui multum egregiè in uoce,
& in ſcriptis plura deduxerunt. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Parafrenalia bona quæ eſſe dicantur, & num. 10.*
2 *Maritus abſque mandato, & cautione de rato poteſt pro uxore agere in bonis parafrenalibus, & quando fructus dictorum bonorum ſuos faciat, & reſtituere nõ teneatur, & quando ſecus, & nu. 4. 5. & 10. 14. & per totum conſilium.*
3 *Fructus bonorum parafrenalium, & aliorum bonorum mulieris extare, et non eſſe conſumptos, & è conuerſo, an præſumatur, & quis probare debeat, an uxor, an maritus, & num. 15.*
5 *Parafrenalium uſuras, aut fructus induſtriales, aut naturales quando, & quomodo maritus reſtituere teneatur, & quando ſecus.*
6 *Maritus ex fructibus parafrenalium, & aliorum bonorum uxoris per ipſum perceptis, & conſumptis in dubio factus locupletior cenſetur, niſi per eum contrarium probetur, & ideò de illis rationem reddere tenetur nume. 16.*
7 *Penſiones, uecturæ, & ſimilia potius fructibus induſtrialibus, quàm uſuris æquiparantur.*
8 *Mulier quæ bona habere poſſit.*
9 *Dotalia bona mulieris quæ ſint.*
11 *Mulieris bona non dotalia, nec parafrenalia quæ ſint.*
12 *Maritus quando, & quomodo fructus bonorum uxoris non dotalium, nec parafrenalium reſtituere uxori, & de illis rationem reddere teneatur, & quando ſecus, & num. 14. & per totum.*
13 *Maritus in dubio contra uoluntatem uxoris bona illius non dotalia, nec parafrenalia adminiſtraſſe, fructuſq; percepiſſe ex pluribus coniecturis hic poſitis præſumitur.*
15 *Durare, & extare præſumitur res, quæ ſemel extitit, niſi contrarium probetur.*
17 *Maritus in quos uſus fructus parafrenalium, & aliorum bonorum uxoris per eum perceptos conſumpſerit, rationem tenetur reddere, & conſumptos in uſus proprios ipſius uxori reſtituet, & in dubio in uſus proprios cõſumpſiſſe præſumitur.*
18 *Maritus ut fructus parafrenalium, & aliorum bonorum uxoris ſuos faciat, & ad illorum reſtitutionem non teneatur, quid requiratur.*
19 *Mulier ſi bonorum ſuorum immobilium, quæ ultra dotalia habet, ſibi uſum, adminiſtrationem, liberamq; diſpoſitionem in uita, & in morte perpetuo reſeruauit abſque ullo impedimento, & contradictione alicuius perſonæ, & poſtea in eodem inſtrumento conuenit, quòd maritus, eiuſque hæredes eſſent liberi, & abſoluti ab omni onere adminiſtrationis reddendæ, & dicantur abſoluti à fructibus perceptis quorumcunque bonorum quomodocunque perceptorum, & adminiſtratorum, an cenſeatur dediſſe licentiam marito utendi, & bona prædicta adminiſtrandi.*
Et quomodo iſtud pactum ſit intelligendum.
20 *Pactum in emphyteoſi expreſſum, quòd emphyteota poſſit rem emphyteoticam uendere, & concedere, cuicunque uoluerit, quomodo intelligatur.*
21 *Pactum de non expellendo conductorem quomodo intelligatur.*
22 *Verba contractus, quæ pluribus modis poſſunt intelligi, ſemper contra illum interpretantur, qui ſe ex eis fundat.*
23 *Verba generalia, & geminata qualitercunque, & quomodocunque intelliguntur, & regulantur ſecundum ius commune, & caſus ſpeciales non includunt.*

EPITOME.

MARITVM, *uel eius hæredes ad rationem fructuum ex bonis ſiue parafrenalibus, ſiue aliis bonis uxoris ultra dotalia perceptorum reddendam, nec non ad illorum reſtitutionem ipſi uxori*

teneri

teneri, & quando, & quomodo fructus prædictos, ſuos faciat, & ad illorum rationem reddendam, ſiue reſtitutionem faciendam, nõ teneatur, & quando ſecus, hic plenè demonſtratur.

CONSILIVM XLIIII.

VISO tenore inſtrumenti dotium do. Aloyſiæ filiæ domini Danielis, uidetur prima conſideratione de iure concludendum eſſe, quòd ipſa do. Aloyſia nõ poſſit contra hæredes do. Alexandri eius mariti agere ad reddendam rationem fructuum, & reddit
uum perceptorum per dictũ do. Alexandrũ ex bonis parafrenalibus, quæ ipſa ultra, ſiue extra dotem induxit in domũ dicti eius mariti, de quibus in dicto inſtrumẽto, & quòd præfati hæredes ad reſtitutionem dictorum fructuũ, & redditu
um ut ſupra
1 perceptorum non teneantur, & in primis, nam † ubicunq; uxor ultra, ſeu extra dotem ſecũ defert aliqua bona ad domum mariti etiã ratione ſui proprii uſus, & illorum cuſtodiam, & adminiſtrationẽ, ac mandatũ marito cõmiſit, tunc illa bona dicuntur eſſe, & ſunt parafrenalia, ut fuit de mẽte Azo. in ſumma C. de iur. dot. ac Iacob. Butrig. & Bart. in l. maritus C. eo. tit. & Alex. in l. pen. ff. ad l. falcid. & in conſilio ſuo 63. in 2. uolu. & in conſ. 42. in 1. uolu. ex quo ſequitur,
2 † quòd ipſe maritus abſque alio mandato, & abſque eo, quod caueat de rato, poteſt pro uxore agere, ut habetur in d. l. maritus, & in l. fin. C. de pact. conuen. Item fructus, ac redditus talium bonorum conſumptos facit ſuos, & ad illorum reſtitutionem non tenetur, ut eſt text. in d. l. fin. & ibi doct. & habetur per Bar. Alex. & alios in d. l. penul. ff. ad leg. falcid. Sed do. Aloyſia ultra, ſiue extra dotem detulit in domum do. Alex. eius mariti plura bona, quorum cuſtodiam, & adminiſtrationem dicto do. Alexandro commiſit, ei permittendo fructus, & redditus illorum percipere, & adminiſtrare, prout ex tenore dicti inſtrumẽti appatet, ibi in uerſi. uolens, & mandans ex nunc, prout ex tunc &c. ergo hæredes ipſius domini Alexandri non dicentur obligati ad reddendum rationem illorum, nec ad eorum reſtitutionem, ex quo non extant, & ſunt conſumpti, prout in dubio præſumuntur, & de hoc debet dicto ipſorum hæredum ſtari, ut uoluit Salic. in d. l. fin. C. de pact. conuen. & ſecundum eum eſt de mente Bar. in d. l. pen. ſi enim fructus extarent, indiſtinctè eſſent uxori reſtituendi d. l. fin. & in d. l. pen. ubi hoc
3 uolunt Bar. Salic. & alij omnes: † quòd autem extent, & nõ ſint conſumpti, uxor agens probare tenetur, & non maritus, ſeu eius hæredes, quoniam ex quo ipſi dicunt illos eſſe conſumptos, transfertur onus probandi in uxorem, quòd extent, ut uoluit Salic. in d. l. fin. ex mente Bar. in d. l. pen. & conſequenter in dubio præſumuntur conſumpti, ſi per maritum, uel eius hæredes allegetur illos fuiſſe cõſumptos: Et ad propoſitum facit id, quod uoluit Bal. in l. ubi ad huc in
4 6. colum. ibi, de uno quæritur C. de iure dotium, † quòd aut res parafrenales ſunt conceſſæ uiro ad utendũ, & quatenus uir fructus conſumpſit, non tenetur, ſed quatenus nõ conſumpſit, ad illorum reſtitutionem tenetur: Et conſumptum dicitur, quando nihil reſtat, ſed quando ex eo aliquid reſtat, uel ipſum idem uel permutatum, uel emptum, id nõ dicitur cõſumptum, quia in corpore patrimonij retinetur, unde uir tanquam locupletior ad reſtitutionem illius tenetur, & ſic uiro conſumptio fructuum rerum parafrenalium permittitur, ſed quatenus inuenitur locupletior, tenetur ad reſtitutionem, quæ omnia procedunt, quando res parafrenales ſunt traditæ uiro ad utendum, & ſic uoluntate uxoris maritus fructus perceperit, & adminiſtrauerit, ut in d. l. fin. Sed quando contra uoluntatẽ uxoris uir fructus huiuſmodi percepit, ille tunc, ſiue eius hæredes ſoluto matrimonio ad reſtitutionem tenentur, quia illos non fuit lucratus, cum non habuerit titulum, nec aliquã actionem faciendi, inuita domina, ut per Bald. in d. l. ubi adhuc: Sed in caſu noſtro uir percepit fructus, & illos adminiſtrauit permittente, & uolẽte domina, & uxore, ac fructus reperiuntur conſumpti, ergo &c. ¶Præterea & ſecundo, † aut loquimur de uſuris parafrenalium, aut de fructibus induſtrialibus, aut de naturalibus: ſi de uſuris, aut extãt, & ſunt uxori reſtituẽdæ, aut ſunt conſumptæ in communes uſus, & maritus nõ tenetur illas reſtituere d. l. fin. aut in proprios uſus, & illas tenetur reſtituere, maximè ſi ex his factus ſit locupletior: Secundo caſu quando quærimus de fructibus induſtrialibus, idem dicendum eſt, quod in uſuris, ut uidentur cõmuniter concludere doct. ueluti refert Sali. in d. l. fin. ubi ita tenuerunt Rayn. & Cyn. quoniã ſicut in exigẽdo uſuras ex cautionibus uertitur labor, & induſtria, ita in fructibus induſtrialibus: in iis tamen latius diſtinxit Martin Sylima. ut refert, ac ſequitur Bar. in d. l. pen. ff. ad l. falcid. & Alex. & Sali. in d. l. fin. quòd aut extant, & debent reſtitui, aut ſunt conſumpti, & debent reſtitui, ſi contra uoluntatem uxoris fuerunt percepti, l. de his ff. de dona. inter uir. & uxo. l. hac lege C. de pact. conuẽ. ſecus ſi de uoluntate uxoris fuerunt percepti, quia tũc maritus illos lucratur, nec ad illorum reſtitutionẽ tenetur, ſicut de uſura dictum eſt: tertio caſu, quando quærimus de fructibus naturalibus, ſi extant, debent reſtitui, ſi non extẽt, & ſint magni pretij, tenetur maritus illos reſtituere, quatenus factus eſſet locupletior, ſi uero ſint modici pretij, illos non tenetur reſtituere, ut ibi per Sali. & Alex. in locis præ-
6 allegatis poſt Bar. & † in dubio præſumitur maritus factus locupletior, quatenus fructus percepti ualuerunt, niſi pro parte mariti contrarium probetur, ut colligitur ex glo. in l. utrum in 1. glo. iuncto tex. ff. de peti. hæred. quam ibi multũ commẽdat Ang. & ita determinat Alex. in terminis noſtris in d. conſi. 63. ibi uenio ad aliud dubium &c. Quid autem iuris ſit de penſionibus domorum, & affictibus prædiorũ, & de uecturis nauium, & animalium, dicendum eſt idẽ, quod in fructibus induſtrialibus, nõ autẽ quod de uſuris eſt dictũ,
7 quia † pẽſiones, & alia hmõi potius fructibus induſtrialibus æquiparãtur, quã uſuris l. ſi nauis ff. de rei uend. & ita uoluit Bal. in d. l. ubi ad huc in pen. col. & Alex. in d. l. pe. Ex quib. infertur, quid dicendum ſit in caſu noſtro, quoniã ex quo maritus recepit fructus parafrenalium de uoluntate, & cõmiſſione uxoris, & fructus ſunt conſumpti, & ex illis maritus non eſt factus locupletior, hæredes illius ad eorum reſtitutionem non tenẽtur per prædicta. ¶Suadentur præmiſſa tertio loco ex iis, quæ in inſtrumento prædicto continentur, in quo fuit cõuentũ, quod ipſe do. Alex. eiuſq; hæredes eſſent liberi, & abſoluti ab omni onere adminiſtrationis reddendæ, ita quod de ipſis uſufructibus eorũdẽ bonorũ quomodocũq; perceptorũ, & adminiſtratorũ abſoluti eſſe ſemper intelligãtur &c. Vnde quãuis dubiũ poſſet eſſe de iure, an maritus, ſeu eius hæredes tenerẽtur rationem de fructibus perceptis reddere, & ad illorum reſtitutionem per ea, quæ ponũt doc. in d. l. pen. per illũ tex. cũ ſimili. ſupra alleg. tamen ſtante hmõi pacto claro, & certo, dicendũ eſt, ipſos hæredes nec ad illorũ reſtitutionem, nec ad eorum rationẽ reddendam teneri, quoniam in incertis, & non in certis locus eſt coniecturis, l. cõtinuus §. cum ita ff. de uerb. ob. Præterea cõſidero, & noto illa uerba poſita in dicto inſtru. uidelicet, eorũdẽ bonorũ quomodocunq; perceptorum, & adminiſtratorum &c. nam ex iis uoluerunt contrahentes ipſum maritum, & hæredes eius eſſe abſolutos tàm pro fructibus perceptis, & adminiſtratis ex bonis quibuſcunque, & ſic ſiue eſſent bona parafrenalia, ſiue quælibet alia, item ſiue eſſent bona adminiſtrata uolente muliere, ſiue contra eius uoluntatem, ita enim importare uidentur illa uerba generalia geminata, multũq; prægnan-

tia, quomodocunque perceptorum, & adminiſtratorum, ut colligitur ex iis, quæ habentur in c. tuam extra de ordin. cognit. & per Ioannem Andr. in c. ut inquiſitionis de hæretic. in 6. & hanc opinionem approbat etiam Barto. in conſil. ſuo 125. incipien. quæſtio talis eſt, Titius habens uxorem, qui uoluit, quòd quando bona ſunt aſſignata uiro per uxorem tanquam parafrenalia, fructus omnes ſiue induſtriales, ſiue naturales talium bonorum, ſi ſunt conſumpti per uirum in domo communi, non poſſunt per uxorem repeti ad not. per gloſam per illam legem in d. l. fin. ſicut ibi de uſuris dicitur, in quibus eſt eadem ratio, ueluti etiam ibi nota. per Cy. poſt gloſam, & arguendo de operis ſeruorum, quæ æquiparantur fructibus naturalibus, quæ non poſſunt per uxorem repeti, ut in l. 1. & l. ſi id, quod §. ſi quas ff. de donat. inter uirum, & uxorem. ¶ Præmiſſis tamen non obſtãtibus, contrariam ſententiam probabiliorem eſſe puto ex infra-
8 ſcriptis, præmittendo, quòd † mulier poteſt habere bona triplicis generis, uidelicet dotalia, parafrenalia, item bona, quæ non ſunt dotalia, nec parafrenalia, ut uolunt Iaco. Bu-
9 triga. Bart. & Bald. in l. maritus C. de procuratorib. † dotalia ſunt, quæ dantur uiro nomine dotis pro oneribus matrimonij ſubſtinendis l. ubi adhuc, & l. pro oneribus C. de iure dotium, & illorum maritus efficitur dominus l. doce ancillam C. de rei uendica. & in illis poteſt maritus facere, quod ſibi placet l. quoties C. de iure dotium, eorumque fructus ſunt uiri, & illi acquiruntur d. l. pro oneribus, & l. dotis fructus ff. de iure dot. cum ſimilibus. † Parafrenalia bona ſunt, quæ extra dotem mulier uiro tradit, & aſſignat, eique illorum cuſtodiam, & adminiſtrationem committit iuxta tex. in l. ſi ego §. dotis ff. de iure dot. & traditur per Azo. in ſumma C. eod. tit. & ſecundum Alex. in d. conſi. 63. ſunt bona mobilia, quæ uxor ſecum defert ad domum mariti, cui illa tradit, & aſſignat ratione promiſcui uſus d. l. ſi ego §. dotis, & d. l. fin. C. de pact. conuen. & mulier tradendo, & aſſignando huiuſmodi bona marito, uidetur ipſum facere procuratorem, & ei mandatum dare, ut poſſit agere, adminiſtrare, uſumque illorum habere, ut in d. l. fin. Quorum bonorum fructus per conſumptionem efficiũtur mariti, quatenus fuerunt conſumpti, & in uſus communes, ſed non in proprios ipſius uiri d. l. fina. ubi habetur per docto. & in his fructibus habet locum diſtinctio Martini Silyma. Bart. & aliorum in
11 d. l. pen. & in d. l. fin. † Bona uerò, quæ non ſunt dotalia, nec parafrenalia, ſunt illa, quæ mulier ipſi marito non tradidit, nec aſſignauit, ſed eorũ adminiſtrationẽ, & uſum ſibi reſeruauit, ſeu reſeruaſſe intelligitur, ex quo marito illa non tra-
12 didit, † & ideò maritus ea non adminiſtrat, nec poteſt adminiſtrare, niſi uolente, & conſentiente muliere, nec agit, niſi habeat mandatum expreſſum, & cum cautione rati, ut in d. l. maritus C. de procuratorib. Hæc ponunt Iacob. Butriga. Bartol. & alij in d. l. maritus, & in d. l. finali, & Alexandr. in d. conſi. 63. & in conſi. 42. uolum. 1. & omnes doctores cum hac diſtinctione concordant: fructusq; horum bonorum ſunt mulieris indiſtinctè, maximè ſi extent, & non ſint conſumpti, quando tamen maritus illos contrà uoluntatem mulieris expreſſam percepit, & conſumpſit, uxori ſunt reſtituendi l. de his C. de dona. inter uir. & uxo. ſi uerò ſint percepti de conſenſu, & uoluntate expreſſa uxoris, tunc in illis habet locum diſtinctio, quam ponunt doct. in fructibus parafrenaliũ, ſiue ſint fructus naturales, ſiue induſtriales, de qua habetur in d. l. pen. & in d. l. fin. ſi uerò non appareat, an fructus fuerint à marito percepti de uoluntate expreſſa uxoris, nec contra eius uoluntatem, & ſic ſimus in dubio, quem caſum omiſit Bar. ut refert Bal. in conſi. ſuo incip. ſciendum eſt, quòd mulier, ac etiam Alex. in d. l. penul. & in dictis ſuis conſiliis, & tunc maritus cenſetur fructus percepiſſe, adminiſtraſſe, & conſumpſiſſe contra uoluntatem uxoris, & ideò tenebitur indiſtinctè ad illorum reſtitutionem, argu. d. l. de his, & ita propriè loquitur tex. in d. l. pen. nihil ſubaudiendo
13 ¶ Et † quòd contra uoluntatem mulieris maritus in caſu iſto præſumatur adminiſtraſſe, & fructus percepiſſe, concurrunt plures præſumptiones, quæ arguunt, mulierẽ non conſenſiſſe, prima eſt illa, de qua in l. cum de indebito ff. de probatio. Secunda, quia genus mulierũ eſt auariſſimum l. ſi ego ff. ad uelleia. cum glo. in l. ſi ſtipulata in fin. ff. de donat. inter uirum, & uxorem: Tertia eſt illa, quæ colligitur ex congruẽtia perſonarũ, quia debent uiri ex bonis ſuis ſubſtentare uxores, & non è contra: quarta eſt illa, quæ colligitur ex perſonarum qualitate, quia in uxore eſt annexa reuerentia erga uirum, propter quam reſultat præſumptio diſſenſus, ſeu noluntatis l. 1. §. quæ onerandæ cum ſimilibus ff. quarum rer. actio non dat. & per Bart. in l. quæ dotis ad finem ff. ſolu. matrimo. Vltimo, quia conſumptio bonorum, & fructuum mulieris eſt præiudicium mulieris, & ideò in dubio mulier uidetur diſſentire l. qui uas §. uetare, & l. pen. ff. de fur. & ideò in caſu iſto abſq; dubio maritus, ſeu eius hæres de huiuſmodi fructibus horum bonorum tenebitur rationem ipſi uxori reddere, ita uoluit Bal. in d. ſuo conſi. quem ubique ſequitur, ac refert Alex. maximè in d. l. pen. & in dictis conſiliis, & maximè in d. conſ. 63. qui dicit, quòd licet Bal. & alij hũc paſſum in pluribus locis tetigerint, tamen nullibi melius, & plenius, quàm in d. conſi. cuius opinio eſt de iure ueriſſima, nec à dictis Bartoli, & aliorum diſcrepare uidetur, ſed potius illa declarare, atque perficere. ¶ Stantibus præmiſſis, uidetur inferendum, quòd in terminis noſtris bona, de quorum fructibus agitur, dicantur non bona dotalia, nec parafrenalia, ſed bona, in quibus ipſe maritus nec uſum, nec adminiſtrationem habuiſſe dicitur, & ſic bona, de quibus ſupra in tertio genere eſt dictum, quoniam non ſunt dotalia, ut de ſe paret, & colligitur ex iis, quæ habẽtur in dicto inſtrumento, item non ſunt parafrenalia, quia non ſunt bona mobilia, nec talia, quæ ſecum mulier in domum uiri detulerit, nec ipſi marito fuerunt per uxorem tradita, quæ omnia ſunt neceſſaria ad hoc, ut poſſint dici bona parafrenalia, ut ex prædictis colligitur, nam bona, de quibus agitur, ſunt immobilia, ut apparet ex inſtrumento prædicto, item uxor illa uiro non tradidit, nec aſſignauit, quinimmò ipſa mulier ea, & eorum uſum, ac adminiſtrationem, liberamque diſpoſitionem ſibimet reſeruauit quoad proprietatem, & uſumfructum, ac ius uſufructuandi, habendi, tradendi, donandi, uendendi, alienandi, diſponendi, totamque ipſius uoluntatem perpetuò faciendi in uita, & in morte abſque ullo impedimento, & contradictione alicuius perſonæ, ex quibus uerbis manifeſtè conſtat, ipſam mulierem ſibi illorum bonorum plenam, liberam, & generalem adminiſtrationem reſeruaſſe taliter, quòd nulli alij adminiſtratio conceſſa dici poſſit, iuxta textum in l. procurator cui cum ibi nota. in l. mandato generali, & in l. procurator totorum ff. de procuratoribus, iunctis iis, quæ habentur in l. 3. §. ex contrario ff. de acquirend. poſſeſſio. & in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commoda. ergo ex prædictis clarè infertur, quòd huiuſmodi bona nec dotalia, nec parafrenalia dicuntur, & ſic ſunt de iis, quæ ſub tertio bonorum genere ſupra continentur, quorum uſus, & adminiſtratio ad uxorem, & non ad maritum ſpectat, & ideò ſequitur, quòd illorum fructus de iure ſpectant ad uxorem, niſi expreſsè appareat, quòd de uoluntate ſua maritus eos perceperit, atque conſumpſerit, ut dictum fuit, ſed in caſu noſtro non apparet, quòd maritus fructus de expreſſa uxoris uoluntate perceperit, immò contrarium, ut dixi, ergo maritus, ſeu eius hæres ad illorum reſtitutionem tenetur, & cogi poteſt per ea, quæ uoluit Baldus in d. conſil. cum ſimilibus præallegatis, & in dicta l. ubi adhuc, ut ſupra dixi.

Præterea

¶Præterea poſito, ſed non conceſſo,poſſe dici, & probari quòd uir fructus de conſenſu,& uoluntate uxoris,percepiſſet, & adminiſtraſſet, tamē adhuc dico ipſum maritum, ſeu eius hæredem teneri, & obligatum eſſe ad reddendam rationem dictorum fructuum, & ſic ad illorum reſtitutionē,
24 in primis,quia † maritus, ſeu eius hæres fructus etiam parafrenalium, & ſic magis etiam aliorum bonorum,ſi extant, & non ſint conſumpti, reſtituere uxori tenetur,ita concludunt omnes doct. indiſtinctè in locis prællegatis: Sed
25 † fructus percepti à marito etiam ex bonis parafrenalibus dicūtur extare,& nō eſſe cōſumpti,& maritus aſſerens illos non extare, & conſumptos eſſe,tenetur hoc plenè, & legitimè probare,neque in hoc aſſertioni ſuæ ſtaretur,alioquin ad illorum tenetur reſtitutionem,& rationem reddendam, quia res, quæ ſemel extitit,præſumitur durare, niſi probetur contrarium l.ſi quis ex argentariis §.ſi.cum l.ſequen. ff. de edend.l.teſtium in fin.C.de teſtibus, & eſt doctrina Bal. poſt Nicol. de Mathar. in l.3.C.de probatio.& ita ſequitur in terminis noſtris Alex. in d.l.pen. in fin.uer.nec Bar.ibi cōtrarium uoluit,quicquid dixerit,& uoluerit Salic.in d. l. fin. C.de pact. conuen.contra quem etiam eſt gloſ. expreſſa in l. creditór §.ſi inter in uerb. negetur ff. manda. Item concludunt omnes doct.in locis prealllegatis,ut ſupra retuli,
26 † quòd ſi maritus parafrenalium quoque fructus etiam naturales perceperit, & conſumpſerit, & ſic etiam de uoluntate uxoris,quo caſu maritus illos facit ſuos,& non tenetur reſtituere,ſi ex illis ipſe factus ſit locupletior, tenetur eos, uel eorum æſtimationem reſtituere, & conſequenter rationem reddere, an ex illis factus ſit locupletior, quoniam in dubio uxor habet fundatam ſuam intentionem, quòd maritus cenſeatur factus locupletior, & maritus contrariū dicens tenetur illud probare, alioquin tanquam factus locupletior tenetur,& cogitur reſtituere fructus omnes,quos percepit, & de illis omnibus reddere rationem, quia præſumitur ex his factus locupletior, ut colligitur ex gloſ. quā ibi multum commendat Ang.in d.l.utrúm in glo. 1. iuncto tex.ff.de peti.hæred.& ita in terminis noſtris uoluit Alex.in d.conſ.63.& faciunt,quæ habētur per Bal.in d.l.ubi adhuc quaſi circa finem, qui inquit maritum teneri de fructibus
17 conſumptis,quatenus ſit locupletior factus.¶Rurſus † maritus,ſeu eius hæres,qui dicit fructus eſſe conſumptos, quos conſumptos eſſe debet probare, ut ſupra, tenetur reddere rationem,& probare,quòd fructus fuerint in communes, & promiſcuos uſus tam uxoris, quām ipſius conſumpti, & hoc eſt fundamentum ſuæ intentionis ad hoc, ut ad illorum reſtitutionem non teneatur,ut eſt tex. clarus in d. l.fin. & in l.hac lege C.de pact.conuen. nam ſi in proprios uſus maritus illos conſumpſiſſet, ipſe de his reddere rationem, & illos reſtituere teneretur, ut uolunt Salice.& Bart.in d.l. fin.& doct. poſt Bart.in d.l.pen.& omnes id fatentur, ergo an fuerint per maritum in proprios,uel communes uſus cōuerſi,ipſe maritus,uel eius hæres tenetur de hoc reddere rationem, ut in terminis uoluit Bal. in conſ.incip.eſt ſciendu, quod mulier &c.& ita refert,ac ſequitur Alex.in d.l.pen.in 2.col.quia in dubio præſumitur in uſus ſuos conuertiſſe, & conſumpſiſſe, prout in dubio præſumitur ex illis locupletior factus,& ſic in ſuos uſus conſumpſiſſe,per ea, quæ ſupra proximè dixi. Videtur itaque ex præmiſſis concludendum,quòd in caſu noſtro hæredes mariti ad reddendam dictorum fructuum rationem, quinimmò ad reſtitutionem illorum, ſiue eorum æſtimationis omnino teneantur per prædicta,quæ iudicio meo non poſſent melius facere, & benè faciunt ea,quæ uoluit Bal.poſt Bar.& glo.in l.ſi uiua matre C.de bon.mater.& poſt gloſ.in d.l.ubi adhuc, quòd maritus poteſt uti,& frui bonis uxoris etiā non dotalibus de conſenſu illius expreſſo,uel ſalem tacito,ueluti ea ſciente,& patiente, quod ultimum intelligas,quando uxor bona illa marito tradidiſſet,& aſſignaſſet, nec pro ſe retinuiſſet, per ea, quæ uoluit Bal.in d.conſi.& ſupra dixi, & Bal.in d. l. ſi uiua ſubdit,quod gloſ. in d.l.ubi adhuc dicit, quòd fructus parafrenalium non ſeruiunt uiro, & Bart.conſuluit, quòd ad ralium fructuum reſtitutionē uir,ſeu eius hæres tenetur,quòd eſt uerum, quando conſumpſit non in communes uſus, nā quatenus communem uſum excedunt, maritus tenetur: cumque prædicta locum habeant etiam in fructibus rerum parafrenalium,ut uolunt doct.in locis prællegatis,ſequitur,quòd etiam tenendo in caſu noſtro fuiſſe bona parafrenalia,nihilominus hæredes mariti erunt obligati rationem dictorum fructuum reddere, per ea,quæ dicta fuerunt: Verius tamen eſt, quòd non fuerint bona dotalia,nec parafrenalia, ut probatum fuit,ergo abſque dubio hæredes mariti ad reddendam rationem, & reſtitutionem fructuum perceptorum tenebuntur.
18 ¶Præterea † ad hoc, ut maritus faciat fructus ſuos,ſeu non teneatur ad illorum reſtitutionem, quando eos conſumpſit, requiritur,quòd res fuerint traditæ per uxorem ipſi marito ad utendū,& in dubio præſumuntur ad utendum traditæ,quando fuerunt ſimpliciter traditæ,d.l.fin.C.de pact.conuen. Si uero non fuerunt ad utendum ipſi marito traditæ, ſed maritus propria auctoritate fructus percepit, prohibendo uxorem illos percipere,& colonos de fructibus ipſi uxori reſpondere, quo caſu maritus dicitur uim quodammodo intuliſſe uxori, & contra uoluntatem ſuam fructus percepiſſe, per tex. cum ibi not. per Bar.in l.uim ff.de ui, & ui arma.& melius in l. 1. §. huius interdicti ff.uti poſſide.& tunc maritus indiſtinctè ad reddendam illorum fructuum rationem, & ad eorum reſtitutionē tenetur,quia contra uoluntatem uxoris illos dicitur percepiſſe,ut dixit Bal.in d.l.ubi adhuc, & uolunt omnes in d. l. fin.in d.l.penul.& in locis aliis iam allegatis: ſed in caſu noſtro uxor non tradidit huiuſmodi bona marito ad utēdum, ſed illa ſibi expreſsè, & ſpecialiter reſeruauit cū libera adminiſtratione, ut in dicto inſtrumento; & maritus propria auctoritate percepit fructus prohibendo, uetando, ac turbando mulierem illos percipere,ac quaſi uim inferēdo per iam dicta; ergo ſumus in caſu, in quo omnino ipſe maritus, ſeu eius hæres tenetur reddere rationem de fructibus perceptis,& illos ipſi mulieri reſtituere,quia ubicunque maritus contra uoluntatem uxoris,& ea inuita percipit fructus bonorum non dotalium, & ſic etiam parafrenalium, tunc omnes doct.uolunt, ipſum teneri de fructibus perceptis per ea,quæ uoluit Bal.in d.l.ubi adhuc, & alij ſupra ſæpe allegati, & maximè, quando bona non fuiſſent dotalia, nec parafrenalia, ſed alia; ut uoluit Bald. in d. conſilio, quem ſequitur Alex.in d.l.penul.& in dictis ſuis conſiliis, cuius dicta ſequitur tanquam de iure uerisſima: ſed in caſu noſtro bona fuerunt non dotalia,nec parafrenalia, ut probaui ſupra, ergo &c. & poſito, quòd poſſent dici parafrenalia, tamen adhuc idem dico ex prædictis, uidelicet, hæredes mariti teneri ad reddendam rationem dictorum fructuum, & ad illorum reſtitutionem. ¶Et tenendo hanc opinionem, ut ueriorem, & æquiorem, ſupereſt adductis ſupra in contrarium reſpondere, & quãuis ex præmiſſis pateat ſatis clara reſpōſio,tamen ut ueritas magis eluceſcat,ſpecialiter illis accōmodabo reſponſum: Et in primis non obſtat, quòd in caſu noſtro maritus adminiſtrauerit, fructuſq; perceperit de commiſſione, & mandato, ſeu uoluntate ipſius uxoris, prout ex pacto, de quo in inſtrumento continetur,quia reſpondeo, quòd dato, ſed non conceſſo hoc uerum eſſe, tamen propter hoc non ſequitur, quin ipſe, ſeu eius hæres teneatur reddere rationem fructuum perceptorū per ea, quæ plenè adduxi: Secundo reſpondeo, non eſſe uerum, quòd maritus adminiſtrauerit, uſuſq; fuerit de uoluntate,

& con-

& conſenſu mulieris, immò totum contrarium eſt uerius,
cum ipſa mulier expreſsè ſibi adminiſtrationem, cuſtodiam,
uſum, et liberam diſpoſitionem reſeruauerit abſque impedi
mento, & contradictione alicuius perſonæ, & ſic etiã mariti
ſui, ut habetur in dicto inſtrumento. Præterea maritus dici-
tur contra uoluntatem uxoris, & illa inuita adminiſtraſſe,
fructusque percepiſſe, ex quo ipſa uxore uolente uti, prout
ſibi ius utendi, & uſufructuandi reſeruauit, maritus prohi-
buit colonos, illis mandando, quòd non deberent de fru-
ctibus uxori reſpõdere, ſed ſolum ſibi, & ex hoc dicitur ma-
ritus turbaſſe, & prohibuiſſe ipſam uxorem fructus percipe
re, ut ſupra dixi. ¶ Nec obſtat, dum in inſtrumento prædi
cto per pactum expreſſum conuentum fuit, quòd dominus
Alexander maritus, eiuſque hæredes eſſent liberi, & abſolu
ti ab omni onere adminiſtrationis reddendæ, & dicantur
abſoluti à fructibus perceptis quorumcunque bonorũ &c.
per quod pactum, & per quæ uerba uidetur data licentia
marito utendi, & adminiſtrandi, quia huic oppoſitioni, quæ
eſt potiſſima, & magis ſtringit ad fauorem hæredum mariti,
19 reſponderi poteſt, † quòd debet intelligi in eo caſu, in quo
expoſtfacto conſtaret de uoluntate, & conſenſu ipſius uxo
ris, ut quia poſt contractum, dictumque pactum uxor con
ceſſiſſet marito uti, & adminiſtrare, & ſic illud pactum
debet intelligi in terminis iuris communis, uidelicet, ſi po
ſtea ipſa mulier conſenſiſſet, & uoluiſſet maritum admi-
niſtrare: et hoc eſt dicendum cauſa euitandæ contrarie-
tis, quæ ſemper in dubio debet euitari, argumento l. ubi
repugnantia de regu. iur. & c. cum expediat de electio.
in 6. cum ſim. nam cum prius ſibi mulier reſeruauerit uſum,
adminiſtrationem liberam, & diſpoſitionẽ quoad proprie-
tatem, & uſumfructum tàm in uita, quàm in morte taliter,
quòd uidetur uoluiſſe nullum alium poſſe adminiſtrare, &
uti, ut ibi abſque impedimento, & contradictione alicuius
perſonæ, deinde immediatè, & ſucceſſiuè fecerit pactum
expreſſum, per quod uoluit maritum, & eius hæredes eſſe li
beros, & abſolutos à redditione rationis, & adminiſtratio-
nis, ut ſupra, hoc debet intelligi, uidelicet in caſu à iure com
muni conceſſo, & permiſſo, hoc eſt, ſi expoſtfacto conſta-
ret, quòd ipſa uxor hoc uellet, & conſentiret, ne dicatur ſe
incontinenti correxiſſe, prout in dubio non eſt præſumen-
dum, argumento l. non ad ea ff. de condi. & demonſtra. Præ
dicta in ſimili ſuadentur ex iis, quæ uolunt doctores ſtatim
20 allegandi, qui dicunt, † quòd ſi in inſtrumento emphyteoſis
per pactum expreſſum fuerit conuentum, quòd emphyteo
ta habeat licentiam, & poteſtatem uendendi, & conceden-
di rem emphyteoticam, cuicunque uoluerit, hoc pactum
debet intelligi in terminis iuris communis, uidelicet, dum-
modo hoc faciat de uoluntate, & licentia ipſius domini, pro
ut de iure communi fieri debebat, & ſic tale pactum intelli-
gitur ſecũdum naturam ipſius actus, ſuper quo apponitur,
ut uolũt Spec. in tit. de loca. in §. nunc uerò aliqua in uerſi.
94. ibiq; Ioan. And. in addit. arg. l. conuentionales ff. de uer
borum obliga. l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de uſur. & l. ſi quando
in prin. C. de inoffic. teſtam. & ſequitur Alex. in conſil. 106.
in 4. uolumi. in fin. 1. colum. ita etiam dicamus in caſu no-
21 ſtro. ¶ Accedat id, † quod uolunt Barto. & doct. alii per
illum textum in l. quæro §. inter locatorem ff. locati, qui di-
cunt, quòd ſi factum ſit pactum de non expellendo condu-
ctorem, intelligitur in terminis iuris communis, uidelicet,
dummodo conductor non ceſſauerit per biennium in ſolu-
tione penſionis: & ibi docto. plura alia ad propoſitum po-
22 nunt. Et hæc confirmantur, quia † uerba contractus, quæ
poſſunt pluribus modis intelligi, & interpretari, ſemper de
bent interpretari contra illum, qui ſe ex uerbis ipſius con-
tractus fundat l. ueteribus ff. de pact. ibique Bar. c. in præſen
tiã cum glo. de proba. & not. in c. ex literis de ſponſalib. er-
go cũ uerba dicti pacti poſſint intelligi in caſu, quo expoſt
facto conſtat de uoluntate ipſius uxoris, & hoc, ne reſultet
contrarietas, & hæc interpretatio faciat contra maritum,
eiusque hæredes, pro quibus facit illud pactum, & qui ſe in
uerbis illius fundant, ſequitur, quòd hæc interpretatio con-
tra ipſos erit facienda, & hæc reſponſio eſt optima, & rea-
lis, ut pactum, de quo ſupra, intelligatur in terminis iuris
communis, uidelicet in caſu, quo ipſe maritus adminiſtraſ-
ſet, & fructus percepiſſet de uoluntate, & commiſſione uxo
ris per prædicta: ſed cum mulier expoſtfacto nunquam cõ
ſenſerit, nec uoluerit maritum adminiſtrare, nec fructus
percipere, immò contrarium ſemper uoluerit ſecundum
ea, quæ mihi in facto proponuntur, ſequitur, quòd ſtandum
eſt primæ conuentioni, & declarationi, ſeu reſeruationi fa-
ctæ, per quam uxor ſibi uſum, & adminiſtrationem liberam
reſeruauit, & dum in dicto inſtrumento, ſiue pacto ad fauo-
rem mariti, eiuſque hæredum facto dicitur, ita quòd de ip-
ſis uſufructibus eorũdem bonorum quocunque modo per
ceptorum, et adminiſtratorum &c. ex quibus uerbis gene-
ralibus, & prægnantibus uidetur dicendum, quòd etiam ſi
contra uoluntatem mulieris maritus adminiſtraſſet, tamen
illud pactum debeat habere effectum, ut dixi ſupra in ter-
23 tio fundamento partis aduerſæ, dico, † quòd illa uerba gene
ralia, & geminata quomodocunque adminiſtratorum, &
perceptorum debent intelligi, & regulari ſecundum ius
commune, & in caſibus regularibus, non autem in caſibus
ſpecialibus, & contra regulas iuris: nam hæc uerba, quomo
docunque, & qualitercunque, non includunt caſus ſpecia-
les, & in quibus à iure mentio ſpecialis requiritur, ut in c. 2.
ad fin. de præbend. in 6. ibique Petr. de Anchar. & Domin.
de S. Gemin. & faciunt not. per Philippum in c. ad hoc de
appella. & conſequenter debent intelligi hæc uerba de bo-
nis perceptis, & adminiſtratis quomodocunque de uolun-
tate, & conſenſu ipſius uxoris, uidelicet ſiue expreſsè, ſiue
tacitè ſecundum ſupra dicta. Et per hæc apparet reſpon-
ſum primo, ſecundo, et tertio fundamento, quæ erant in uo
luntate uxoris fundata, et quæ idem præſupponebant. Nec
obſtat id, quod uoluit Barto. in d. conſi. 125. quia ipſe loqui-
tur in caſu, quo maritus fructus etiam naturales percepiſ-
ſet de uoluntate uxoris. Præterea Bar. ibi non negat, quin
maritus teneatur reddere rationem in caſibus ſupra per me
notatis, et ponderatis, ut uolunt, et præſupponunt doctores
communiter, ut ſupra dixi: Vltimo Bar. in d. conſi. nòn fuit
perfectè loquutus, ut colligitur ex not. per Alexan. in d. l.
pen. et in dictis conſiliis ſupra allegatis. Ex quibus uidetur
indubitanter concludendum ad fauorem dictæ mulieris
contra hæredes domini Alexandri mariti præfatæ dominæ
Aloyſiæ. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Mulier propter inopiam, longamque abſentiam mariti poteſt agere ad dotem ſibi reſtituendam, vel in tuto collocandam contra hæredes ſoceri, qui ſe in ſolidum cum marito pro dote reſtituenda obligauit, & deceſſit, filio marito dictæ mulieris ſolum libris quinquaginta iure inſtitutionis relictis cum prohibitione, quòd plus petere non poſſit ſub pœna priuationis relicti:*

Etiam ſi ſoceri hæreditas eſſet opulentiſſima nume. 3.

Idem, ſi vir ſuus à ſocero fuiſſet exhæredatus num. 4.

2 *Immò etiam contra ſocerum viuentem ob filij inopiam agere poteſt.*

3 *Maritus, conſtante matrimonio, adulterium committens poteſt ab vxore de crimine adulterij coram iudice eccleſiaſtico accuſari ad thori ſeparationem, dotiſque ſuæ reſtitutionem.*

EPITOME *habetur ſupra in ſummario ſub numero 1.*

CON-

CONSILIVM XLV.

PATER ſocer,& filius maritus pro dote reſtituenda
in caſu ſoluti matrimonij, uel uergentiæ ad inopiam
mulieri ſe inſolidum obligauerũt, deinde maritus cœ
pit male uti ſubſtantia ſua, & patris, cuius bona diſſipauit,
adeò quòd illius conditio longè deterior facta ſit,quam eſ-
ſet tempore contracti matrimonij: Quo factũ fuit,ut à ciui
tate Bononiæ ſe abſentauerit,& ab hinc annis ſeptem, &
ultra nulla de eo notitia habita fuerit, & an uiuat, necne,
dubitetur: Vxor per aliquos annos in domo ſoceri perman
ſerit, ibiq́; alimẽta perceperit: Deinde ſocer diem ſuũ clau
ſit extremum, condito prius teſtamento, in quo inter alia hæ-
redes uniuerſaliter alios filios ſuos inſtituit, dicto autem fi-
lio marito nurus præfatæ legauit, & reliquit fortè etiã iure
inſtitutionis libras quinquaginta cũ prohibitione, quòd plus
petere non poſſet, & in caſu, quo aliquid plus peteret, &
exigere uellet ab hæredibus ſuis, tunc illum dicto relicto
priuabat: Cumque mulier hæc iuuenis eſſet, & filiis care-
ret, atque honeſtè in domo ſoceri cũ hæredibus uiuere non
poſſet, ſæpius amicabiliter dictos hæredes poſt aditam hæ
reditatem paternam requiſiuit, ut ipſi de congruis alimen
tis pro dotis qualitate, & mulieris conditione attenta ſubue-
nirent, quod facere neglexerunt. His ita ſe in facto haben
tibus, dubitari contingit, num ipſi mulieri contra hæredes
ſoceri ob inopiam,& abſentiam uiri, cuius conditio dete-
rior eſt effecta, aliquo iuris remedio ſit ſuccurſum, & præ-
cipuè remedio l. ubi C.de iure dot.& l. ſi conſtante ff. ſolu.
1 matrim. & concludẽdum eſſe de iure mihi uidetur, † quòd
contra hæredes ſoceri propter inopiam dicti ſui mariti mu
lier agere poſſit, ut dos ſua ſibi reſtituatur, uel ſaltem in tu-
to collocetur, ut uidetur probare tex. ſecundum intellectũ
Bal. nouelli in d.l. ſi conſtante §. ex hæredato, & per eum in
ſuo tracta. dotis in 7. parte priuileg. 3 1.& ſequen.& Moder.
2 Bonon. in ſuo tracta. dotis in 3. parte q. 64. quinimmò † ſi
eius ſocer uiueret, mulier ob inopiam eius filij agere poſ-
ſet contra ſocerum, cui in hac ſpecie inopia filij noceret,
ad tradita per Moder. repetẽtes in c. per ueſtras §. 3 2. num.
1. extra de donat. inter uir.& uxo. & quamuis text. in d. l. ſi
conſtante §. ſi exhæredato locum habeat in marito, qui ob
exhæredationem paternã euidenter pauper cenſetur effe-
ctus, ſequuta aditione hæreditatis paternæ d.§. ſi exhæreda
to, tamen in caſu, de quo agitur, ultra quòd maritus euidẽ-
ter, uiuente ſocero, inops factus eſſet, ut in facto præſuppo-
nitur, etiam de ipſius inopia lõgè clarius apparet poſt mor
tem ſoceri, qui filio ſolum libras quinquaginta reliquit cũ
onere, quòd nihil ultra petere poſſet: Ex quo nec tanquã
præteritus, nec tanquam exhæredatus poteſt teſtamentum
patris rumpere, cum in certa minima quantitate, ut ſupra,
fuerit inſtitutus, ut in authen. ut cum de appell. cognoſ. in
§. aliud quoque capitulum, & per ſcriben. in auth. ex cau-
3 ſa C.de lib.& poſthu. Et † licet patris hæreditas eſſet opu-
lentiſſima, & ſic ad dotis reſtitutionẽ ſufficiens, tamen quia
poſt mortem ſoceri nõ eſt plenè ipſi mulieri conſultum, cũ
dos ſua non ſit manſura penes maritum inopem, cui ſolum
quinquaginta fuerunt à patre relicta,& conſequenter ipſe
eſt impotens ad onera matrimonij ſubſtinenda, ideò æqui-
tati conueniens eſſe uidetur, ut ex æquitate d.l. ſi conſtan-
te in prin.& d.§. ſi exhæredato mulieri ſubueniretur aduer
ſus hæredes ſoceri, qui inſolidum, ut ſupra, ſe obligauerat,
pro ipſius dotis recuperatione, ut onera matrimonij ſubſti-
nere poſſit, alioquin facilè ſequi poſſet, quòd mulier dotem
ſuam perderet, aut fame periret, nec ſibi prodeſſent tot pri
uilegia à iure mulieribus tradita pro dotibus conſeruan-
dis,& pro ſubſtinendis oneribus matrimonij iuxta d. l. ubi
adhuc §. illud in authen. de æqual. dot. & l. 1. ff. ſolu. matri.
4 Præterea † quando maritus mulieris fuit à patre, qui do tẽ
recepit, exhæredatus, proditum eſt remedium ipſi marito
contra hæredes patris, ut fauore dotis poſſit contra illius hæ
redes agere per utile iudicium familiæ herciſcundæ, ut in
l. 1. reſpon. 2. cum ibi not. ff. de dote prelega. & ibi Bart. &
Cyn. in l. 2. poſt gloſ. C. famil. herciſcun. & hoc ſolum ſpe
ciali fauore dotis, & mariti, ergo & in caſu noſtro, in quo
maior, uel ſaltem eadem æquitas ſuggerit, dicendum eſt,
quòd eodem fauore dotis, & mulieris, ut ſe ex fructibus do
tis alere queat, propter inopiam, longamque abſentiam ma
riti ipſa poſſit agere contra hæredes ſoceri obligati, qui bo
na pro dote obligata poſſident, ut colligitur ex uerbis Bald.
nouelli in d. tracta. in 7. parte priuil. 3 1.& ſequen per tex. in
d.§. ſi exhæredato, nam ex perſona hæredum conditio obli
gationis non mutatur, nec alteratur l. 2.§. ex his ff. de uerb.
obliga. Rurſus per tex. in d.§. ſi exhæredato prouiſum fuit
principaliter mulieribus, ut dotes ſuæ ſint ſaluæ, & poſſint
oneribus matrimonij ſeruire, quòd exhæredato uiro à pa-
tre, qui ſimul dotem recepit, poſt aditam hæreditatem
mulier poſſit agere cõtra hæredes ſoceri, adhuc uiuente ma
rito, ad dotis recuperationem, quoniam cum ipſa uideat uì
rum ſuum iam diu abſentẽ,& à patre bonis hæreditatis ſuæ
priuatum, & ſic uerìſimiliter, immò certè impotentem ad
ſubeundum onera matrimonij, iuſtum, æquumq́; eſſe uide-
tur, ut ipſi uxori derelictæ ſuccurratur, eaq́; poſſit dotes ſuas
ab hæredibus ſoceri, ut ſupra, obligati petere, & exigere,
non refragantibus quibuſdam regulis iuris rigoroſis, qui-
bus dici poterat, uxorem hoc in caſu non poſſe ad dotis
reſtitutionem contra hæredes agere, quoniam dotis cauſa
regulariter eſt à regulis iuris exempta, & ſemper præcipua
fauore matrimonij d.l. 1.& latè per Bal. in d. priuil. 3 2. cuius
dicta optimè caſui noſtro inſeruiunt. Vltimo ſi uerum eſt,
ut in facto præſupponitur, quòd hoc in caſu maritus con-
5 ſtante matrimonio adulterium commiſit, † uidetur, quòd
de iure uxor illum accuſare poſſit coram iudice eccleſiaſti-
co de crimine adulterij ad thori ſeparationem, dotiſq́; ſuæ
reſtitutionem, ut in c. tuæ de procurat. c. 1. extra ut lite non
conteſta. cum alijs ibi allegatis: Ergo poſtea abſque dubio
mulier ipſa agere poterit contra hæredes ſui ſoceri ad do-
tis reſtitutionem, ex quo ſocer ſe obligauit in ſolidum cum
marito eius filio ad dotis reſtitutionem in caſibus, in quibus
dos mulieri de iure eſt reſtituenda, & hic eſt unus de caſi-
bus, in quibus dos, uiuente marito, eſt uxori reſtituenda, ut
in dictis iuribus: Hæc breuiter pro nunc dixiſſe uolui.

SVMMARIVM.

1 *Pignorantis, ſeu datoris iure extincto, ius quoque pignoris, & accipien-
tis reſoluitur, & an, & quando hoc ſit uerum num. 23. & 24.*
2 *Re ad auctorem, ſeu uenditorem de neceſſitate, uel ex facto uoluntario
debitoris, ſeu emptoris ad hoc directè non ordinato reuerſa, ius pigno-
ris, & omne aliud grauamen interim per emptorem, & debitorem in
illa re impoſitum reſoluitur, atque extinguitur:
Quid ſi factum illud eſſet & uoluntarium, & ad hoc ordinatum, &
quomodo tale factum dicatur num. 24. & 26.*
3 *Auctor meus qua ratione te uincit, ego eadem te uincere debeo: & quan
do hoc ſit uerum, & quandò ſecus num. 28. & 30.*
4 *Debitor non poteſt reſpectu pignoris plus iuris in creditorem ſuum, vel ſin
gularem ſucceſſorem transferre, quam ipſe in re pignorata haberet.*
5 *Vincentem ſi te vinco, multò magis te vinco, & an, & quã do hoc ſit ve
rum nume. 31.*
6 *Creditori agenti hypothecaria contra tertium poſſeſſorem non habentem
cauſam à principali debitore quid probandum, vt contra illum obti-
neat, & nume. 32. vbi plene.*
7 *In hypothecaria quis tanquam prior, & potior præfertur, ſi ego obliga-
ui Titio omnia bona mea præſentia, & futura, deinde à Caio fundum
acquiſiuerim, quem ipſe prius, poſt tamen obligationem à me Titio fa
ctam, Sempronio obligauerat, an Titius, an vero Sempronius, & nu
me. 15. & 33.*

8 *Obliga-*

8 *Obligatio, ſeu hypotheca generalis omnium bonorum reſpectu futurorum dicitur conditionalis, & quæ conditio ſit iſta, & nume. 13. & an conditio retrotrahatur ad tempus contractæ obligationis verbalis, an verò attendatur tempus, quo illa adimpletur, & nume. 12. 14. 15. & 16.*

9 *Ratificatio quando ad tempus actus celebrati non retrotrahatur.*

10 *Re in ſolutum data, ſeu adiudicata creditori, quando hypotheca, & ius pignoris, ac fideiuſſoria obligatio extinguatur, & quando non.*

11 *Solutione facta creditori an, & quomodo ius pignoris in creditore, ſeu cauſam ab eo habente poſsit durare.*

12 *Obligatio, & hypotheca de re aliena fieri non poteſt, niſi ſub conditione, ſi, & quatenus res efficiatur debitoris.*

13 *Et quæ conditio ſit iſta.*

14 *Conditio mixta, & conditio poteſtatiua diuerſo iure cenſentur, & iudicantur.*

15 *Hypotheca generali, ſiue ſpeciali facta ſub conditione non poteſtatiua tacita, & expreſſa, & eiſdem bonis, pendente conditione, alteri purè, & expreſſè hypothecatis, eueniente conditione primæ hypothecæ, quis præferatur.*

Et quid ſi prima hypotheca eſſet facta ſub conditione merè poteſtatiua.

16 *Obligatis, & hypothecatis prius Sempronio omnibus bonis præſentibus, & futuris, deinde ſimiliter obligatis generaliter omnibus bonis Caio, quis in re poſtea acquiſita potior erit.*

17 *Conditio poteſtatiua appoſita in obligatione, & hypotheca bonorum facta per maritum uxori pro reſtitutione dotis retrotrahitur fauore dotis ad tempus contractæ obligationis etiam in præiudicium tertij, cui pendente conditione eadem bona fuiſſent obligata.*

18 *Maritus poteſt nolle dotem accipere, & uelle abſque dote matrimonij onera ſubſtinere, neque ob hoc poteſt de muliere conqueri, aut illam negligere.*

19 *Conditio ſui natura, & regulariter quoad alias perſonas poteſtatiua efficitur fauore dotis non poteſtatiua, ut eius euentus ad tempus conuentionis poſsit retrotrahi.*

20 *In obligatione generali bonorum non comprehenditur res acquiſita ex contractu, in quo, & cuius occaſione obligatio, & hypotheca facta fuit.*

L. ſed & quod ff. de pigno. declaratur.

21 *Locator conductori promittens ſub generali ſuorum bonorum obligatione non facere actum, ſeu contractum aliquem in præiudicium locationis factæ ſi rem locatam poſtea alteri uendiderit, an conductor poſsit illam retinere.*

22 *Conductor non poteſt rem conductam loco pignoris, & hypothecæ retinere, niſi fuerit expreſſè, & ſpecialiter per locatorem hypothecata.*

24 *De uoluntate illius, contra quem agitur, & non de neceſſitate rei per adiudicationem dicitur ad actorem peruenire, quando in arbitrio eius, contra quem agitur, eſt vel rem reſtituere, vel offerre id, quod debetur.*

25 *Hypothecaria conuentus poteſt vel offerre id, quod agenti debetur, vel rem, ad quam agitur, reſtituere.*

27 *Adiudicatio in ſolutum creditori etiam per iudicem facta, quia debitor non ſoluit, dicitur factum voluntarium debitoris directè ordinatum ad rem creditori acquirendam.*

29 *Creditor ſecundus priorem creditorem poteſt uincere, debitum ei offerendò, ſecus eſt in ſucceſſore ſingulari primi creditoris.*

32 *Ange. in §. item ſeruiana in quarto caſu Inſt. de actio. declaratur.*

33 *Auctoritas doctoris ſine lege eſt probabilis, non tamen neceſſaria.*

34 *In fictione tranſlatiua quomodo ſufficiat extrema eſſe habilia.*

35 *Ratihabitio re non integra, & in præiudicium iuris alteri iam acquiſiti nunquam retrotrahitur, ſecus eſt in conditione.*

EPITOME.

OBLIGATIONE, *& hypotheca generali omnium ſuorum bonorum præſentium, & futurorum à marito uxori pro ſuæ dotis reſtitutione facta, quòd uxor, ſeu eius hæredes ad dotis reſtitutionem agentes in re per maritum poſt dictam obligationem acquiſita, etiam ſi prius alteri non tamen ante obligationem à marito, ut ſupra, uxori factam obligata, & deinde illi quoque adiudicata fuiſſet, contra quoſcunque tertios poſſeſſores, eorumq́ auctores, & neceſſarios defenſores obtinere debeant, illisq́ præferri, hic probatur.*

CASVS CONSILII.

CAROLVS *de anno 1475. pro reſtitutione dotis omnia bona ſua præſentia, & futura dominæ Franciſcæ eius uxori obligauit cum pleno pacto precarii: De anno autem 1495. quidam Bartholomæus emit à quadam domina Vrſolina unam domum pro certo pretio infra certum tempus ſoluendo ſub generali bonorum ſuorum præſentium, & futurorum obligatione: quæ domus poſtea de anno 1497. ex cauſa, & titulo permutationis ad manus dicti Caroli peruenit, illiq́ fuit acquiſita, & ab eo poſſeſſa, & tenta uſque ad annum 1501. uel circa: Quo tempore præfata domina Vrſolina contra dictum Carolum poſſeſſorem dictæ domus actione hypothecaria egit, uel reuocando pactum precarii illi dictæ domus tenuta data fuit, ſiue ea fuit ipſi in ſolutum adiucata pro ſorte, & pro pœnis conuentionalibus tanquam de bonis ei per dictum Bartholomæum hypothecatis, quia pretium domus, ueluti promiſerat, non ſoluit. Demum de anno 1502. hæc domus ex facto, & contractu prædictæ dominæ Vrſolinæ ad quendam Franciſcum peruenit, qui illam poſtea de anno 1512. uendidit* Dominico *ultimo nunc poſſeſſori, contra quem in præſentia agitur per quandam dominam Helenam filiam, & hæredem prædictæ dominæ Franciſcæ, quæ domina Helena ex generali bonorum obligatione facta per Carolum dominæ Franciſcæ cum pleno pacto precarii in dicta domo reuocauit precarium pro reſtitutione dotis matris ſuæ, ex eo, quia illa domus ſemel fuit in bonis dicti Caroli poſt prædictam bonorum obligationem: Quæritur, an ipſa domina Helena de iure contra dictum Dominicum, eiusq́ auctores, & neceſſarios defenſores obtinere poſsit, & debeat.*

CONSILIVM XLVI.

QVID de iure in hac cauſa ſit concludendum, pro uiribus ingenij mei exponam. Videtur quidem prima fronte dicendum, quòd dicta domina Helena contra præfatum Dominicum, ſeu eius auctores non
1 poſsit obtinere, & in primis, quia † reſoluto iure datoris, ſeu extincto iure pignorantis reſoluitur ius acceptoris l. lex uectigali, ibique glo. & ſcriben. ff. di pigno. l. ubi autem §. ſed ſi marcellus ff. de in diem adiectio. Sed ius Caroli quoad domum, de qua agitur, fuit reſolutum, & extinctum per adiudicationem in ſolutum factam dominæ Vrſolinæ de dicta domo, & ſic per euictionem ſubſequutam, ergo & ius dominæ Franciſcæ, & conſequenter dominæ Helenæ dicetur extinctum, & reſolutum, & ideò ex illo non potuit contra præfatum Dominicum agi. Quòd autem ius Caroli fuerit
2 extinctum, & reſolutum, colligitur † ex not. per Bartolum in l. in diem ff. de aqua plu. arcen. per illum textum, & per alia iura, quæ allegat, ubi uoluit, quòd quando res de neceſſitate ad auctorem, ſeu uenditorem reuertitur, ut in caſu d. l. ubi autem §. ſed marcellus, vel ex facto uoluntario debitoris, & hominis ad hoc directè non ordinato, ut in caſu d. l. lex uectigali, tunc reſoluitur, & extinguitur ius pignoris, ac omne aliud grauamen interim per emptorem, & debitorem in illa re impoſitum: ſed domus prædicta fuit ad dominam Vrſolinam uenditricem reuerſa ex neceſſitate, uidelicet ex adiudicatione iudicis in ſolutum argumento l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de uerborum obligat. uel ſi ex facto uoluntario dicti Bartholomæi, uidelicet ex eo, quod non ſoluit dominæ Vrſolinæ, hoc tamen factum non fuit directè ad hoc ordinatum, ut d. l. lex uectigali, & declarat Barto. in d. l.

in diem, ergo omne ius interim per dictum Bartholomæũ,
& ſucceſſiuè per Carolum eius ſingularem ſucceſſorem in
dicta domo impoſitum, ſiue ſit ius pignoris, ſiue aliud ius, &
grauamen, debet dici extinctum. & reſolutum. ¶ Secun-
3 do ita arguitur, nam † qua ratione auctor meus uincit au
ctorem tuum, eadem ratione ego debeo te uincere, quia
plus iuris in alium quis non transfert, quam ipſe habeat, c.
nemo poteſt de reg. iur. in 6. & l. nemo plus ff. eod. tit. Nec
4 † debitor plus iuris in creditorem ſuum, uel ſingularem ſuc
ceſſorem reſpectu pignoris transferre poteſt, quam ipſe in
re pignorata haberet l. 1. & per totum C. de his, qui in prio.
cred. & per totum C. ſi antiq. cred. l. ſi debitor C. de diſtra.
pigno. & l. 3. C. de remiſſ. ubi res affecta cum ſuo onere trã
ſit: Sed dicta domina Vrſolina uincit, & uincere potuit Ca
rolum auctorem dominæ Franciſcæ, & ſic dominæ Hele-
næ, ut conſtat ex proceſſu, & ſententia contra eum lata,
quæ in rem iudicatã tranſiuit, ergo & Dominicus, qui cau
ſam à dicta domina Vrſolina habuit, debet ipſam dominam
Franciſcam, ſeu Helenam eius hæredem uincere. ¶ Tertio
5 facit regula, † qua dicitur, ſi uinco uincentem te, multo ma
gis uinco te l. de acceſſionibus ff. de diuer. & tẽpo. præſcrip.
& not. in l. fin. C. qui potio. in pigno. hab. Sed ſi domina Vr
ſolina reſpectu dictæ domus ageret contra Dominicum,
uel è contra, ipſe Dominicus uinceret, & non domina Vrſo
lina, quia quem de euictione tenet actio, eundem agentem
repellit exceptio l. ſi ob cauſam cum ſimil. C. de euictio. &
go etiam debet uincere, ſeu poſſe uincere dominam Fran-
ciſcam, uel Helenam eius hæredem, ex quo domina Vrſoli-
na potuit uincere, prout uicit dictum Carolum, à quo do-
6 mina Franciſca ius, & cauſam habuit. ¶ Quarto † ad hoc,
ut creditor, uel cauſam ab eo habens agendo hypotheca-
ria poſſit obtinere contra tertium poſſeſſorem à principali
debitore cauſam nõ habente, requiritur, quòd probet cõtra
illum id, quod ipſe debitor habuiſſet neceſſe probare, ſi uo
luiſſet agere, & contra illum obtinere, ut uoluit Ang. Are.
in §. item ſeruiana in 4. caſu Inſti. de actio. & ibi Iaſ. & eſt di
ctum commune per tex. cum glo. in l. ſi ab eo ff. de pigno. &
ita expreſſè uoluit Bart. in l. rem alienam ff. de pigno. actio.
quare cum domina Helena agat hypothecaria ad dictam
domum contra Dominicum tertium poſſeſſorem nõ habẽ
tem cauſam à dicto Carolo, nec ab eius hærede, ut clarum
eſt in facto, ad hoc, ut ea poſſit obtinere, neceſſario debet
probare id, quod Carolus debitor probare neceſſe habuiſ-
ſet, ſi uoluiſſet agere, & contra dictum Dominicum poſſeſ-
ſorẽ obtinere: Sed Carolus nihil potuiſſet probare, neq;
deducere, propter quod Dominicũ uincere potuiſſet, ſicut
nõ potuit deducere, neq; probare contra do. Vrſolinam, à
qua Dominicus ſaltem mediatè cauſam habuit, ergo nec
domina Franciſca, ſeu domina Helena eius hæres ſimi-
liter quicquam poterit probare, ſeu deducere, propter
quod contra Dominicum poſſit obtinere.
¶ Quinto ad fauorem Dominici, ſeu eius auctorum uide-
7 tur in terminis facere † doctrina Salice. in l. licet C. qui po-
tio. in pigno. hab. ibi & hæc demonſtro ex deciſione, & in l.
idemq; §. ſi tibi in fin. uer. ibi confirmo &c. ff. eo. tit. ubi uo-
luit, quod ſi ego obligauerim Titio omnia bona mea præſen
tia, & futura, deinde Caius dominus cuiuſdam fundi illum
Sempronio obligauerit, & demum Caius illum mihi dona
uerit, ſeu uendiderit, uel in ſolutum dederit, & concurrant
Titius creditor meus, & Sempronius creditor Caij, debe-
bit Sempronius præferri, nam licet Sẽpronius attentis uer-
bis, & contractu uideatur poſterior, tamẽ re, & effectu eſt
prior, quia obligatio, & hypotheca per me facta Titio fuit
conditionalis, ſi & quatenus res efficeretur mea, & ſic di-
citur directa in diem, quo res efficeretur mea, & non ante,
quia illam anteá obligare non poteram l. cum res C. ſi. res
alien. pigno. dat. ſit cum ſimilibus, & ante euentum illius
conditionis fundus ille fuit purè Sempronio obligatus à
Caio tunc illius domino: Quæ deciſio caſum noſtrum de-
terminat, quia Carolus prius omnia ſua bona do. Frãciſcæ
obligauerat, poſtea domina Vrſolina uendidit domum Bar
tholomeo, qui pretium illi infra certum tẽpus ſoluere pro-
miſit cum obligatione omnium bonorum ſuorum, deinde
hæc domus ex titulo permutationis ad manus ipſius Caroli
peruenit, ergo quoad dictam domum domina Vrſolina, &
conſequenter cauſam ab ea habentes debent ipſi do. Fran
8 ciſcæ, eiusq; hæredibus præferri. Prætera † ex quo Caro-
lus obligauit etiam ſua bona futura ipſi dominæ Franciſcæ,
talis obligatio reſpectu futurorum dicitur conditionalis, ſi
mea facta erunt, ut ſupra, argumento d. l. cum res, l. potior
§. ſi colonus ff. qui potio. in pigno. hab. l. rem alienam ff. de pi
gno. actio. l. ſi fundus §. aliena ff. de pigno. & l. fi. C. quæ res
pigno. obli. poſſ. & eſt conditio poteſtatiua, ergo non debet
attendi tempus, quo obligatio uerbalis contracta fuit, ſed
tempus, quo res debitoris efficitur, quia conditio appoſita,
ſeu tacitè ſubintellecta in hypoteca, & obligatione bono-
rum non retrotrahitur, ſed attenditur tempus, in quo ea
adimpletur l. titius ff. quæ res pigno. obli. poſſ. l. potior §. ſi
colonus ff. qui potio. in pigno. hab. & hoc argumento utitur
Salice. in locis præallegatis. Rurſus ſi hæc conditio, ſi mea
facta erunt, ſubintellecta in hypotheca generali ad tempus
contractus retrotraheretur, hypotheca fingeretur contra-
cta de re aliena, & ſic eo tempore, quo res non eſſet debito
ris, quod eſt impoſſibile d. l. cum res, & argumento l. obſer-
9 uare in fin. ff. d. offi. proconſ. ubi † ratificatio non retrotrahi-
tur ad tẽpus actus celebrari, quã actus fuit eo tempore cele-
bratus, quo non potuit celebrari, quia deficeret extremum
ad quod, quod debet eſſe poſſibile, ut ibi. Et ex his uideretur
Dominicus poſſeſſor debere obtinere cõtra dictã dominam
Helenam agentem contra eum ex obligatione, & hypothe
ca generali per dictum Carolum dominæ Franciſce, ut ſu
pra, factã. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium
de iure uerius eſſe arbitror: & pro intelligentia dicendorũ
10 præmitto, quòd † per adiudicationem in ſolutum factam
dominæ Vrſolinæ de dicta domo ius pignoris, & hipothecæ
ipſius dominæ Vrſolinæ non dicitur extinctum, neque reſo-
lutum, licet enim per dationem in ſolutum creditori factã
extinguatur hypotheca, & obligatio fideiuſſoria adeo, quòd
ſi res data in ſolutum eſſet euicta, creditor amplius non poſ
ſet prima actione hypothecaria agere ad bona debitoris,
nec contra fideiuſſorem, tamen hoc eſt uerum, quando res
ſimpliciter creditori in ſolutum data fuiſſet, ſecus ſi credi-
tor reſeruaſſet ſibi iura ſua in caſu euictionis, quæ de dicta
re ſequeretur, nã tũc nõ extinguitur hypotheca, nec ius pi
gnoris, ut uoluit Bart. & alij in l. ſiquis aliam ff. de ſolutio.
Bart. Bal. Salice. & omnes poſt glo. ibi in l. libera C. de ſen-
ten. & interlo. om. iud. & ita factũ fuit in caſu noſtro, prout
ex ſententia adiudicationis in ſolutum lata in fauorem di-
ctæ dominæ Vrſolinæ apparet. Hoc etiam in terminis ui-
detur uoluiſſe Bal. & melius Salice. poſt gloſ. in l. 1. per illũ
tex. C. ſi antiq. credi. in 3. oppoſ. ubi uolũt, quòd per datio-
nem in ſolutum factam per iudicem creditori ius pignoris,
& hypothecæ penitus non extinguatur, ſed duret, quantum
ad hoc, ut creditor, ſeu cauſam ab eo habẽtes poſſint ſe tue
ri aduerſus debitorem, uel cauſam ab eo habentes ad rem il
lam agentes, & facit tex. not. ibiq; Salic. & Bal. in l. ſi potio-
res C. de his, qui in prio. credit. ſecundum Iaco. de Aren. &
11 Cyn. ubi † etiam ſoluto debito creditori durat ius pigno-
ris in habente cauſam à creditore in tantum, quòd etiam ſi
caderet à poſſeſſione, agere poſſet hypothecaria, ut in caſu
illius tex. iunctis not. per Salice. ibi, facitq; id, quod habetur
in l. arñio, & in l. potior §. ſi paratus, l. ſi prior §. ſi ſimpliciter
cum

cum ſequen.ff.qui potio.in pigno.hab.l.cum prior ff.de diſtract.pigno.& in l.1.& per totum ff.quibus mod.pign. uel hyp.ſol.& not.per gl.& docto.in d.l.1.C.de ijs,qui in prio. cred. ubi poſt ſolutionem creditori factam poteſt ius pignoris in re pignorata durare,quantum ad hoc,ut ipſe, & cauſam ab eo habentes prætextu illius iuris ſe tueri, & defendere poſſint contra agentes ad rem illam aliàs pignoratam, ut in locis, & iuribus ſupra allegatis, ſed non quantum ad hoc, ut ex eo iure poſſint regulariter actione hypothecaria contra poſſeſſorem rei pignoratæ agere,ut colligitur ex dictis ſcribentium in d.l.ſi quis aliam,& in d.l.libera cum ſimilibus ibi allegatis. Nec aduerſatur, quòd per adiudicationem in ſolutum res acquiritur illi, cui fuit data in ſolutum d.l.libera,l.ſi prædium C.de euictio.& d.l.1.C.ſi antiq. credi.cum ſim. ergo res illa non poteſt amplius dici hypothecata,&obligata,cum rei propriæ nullum ſit pignus l.neque pignus cum ſimil.ff.de reg.iu.Quia hoc eſt uerum, quando res eſt,uel facta eſt mea irreuocabiliter, & incommutabiliter:ſecus ſi reuocabiliter, & commutabiliter, quoniam pignus adhuc durare poteſt ſaltem quantum ad hoc,ut creditor,cuius eſt facta res pignorata,uel cauſam ab eo habentes poſſint ſe contra debitorem agentem,uel contra cauſam ab eo habentes defendere, ut in iuribus ſupra allegatis:Quinimmò durat etiam quantum ad hoc,ut creditor,cui res pignorata,uel alia fuit adiudicata, ſeu cauſam ab eo habẽtes poſſint actione hypothecaria agere ad alias res debitoris in caſu euictionis rei in ſolutum datæ,quando iura fuiſſent ipſi creditori in caſu euictionis reſeruata,prout factum fuit in caſu noſtro, & ſupra dixi:& ita reperio declarare Salice. & Bal.poſt glo.expreſsè in d.l.1.C.ſi antiq.cred.poſt Iaco.de Aren.& eſt glo.ibique Bar.& Sali.in l.qui à debitore ff.qui potio.in pign.hab. Ex quibus ſequitur, quòd in caſu noſtro agi dicatur de duabus hypothecis ſibi inuicem præferẽdis.

12 ¶Secundo præmitto,quòd† obligatio, ſeu hypotheca generalis omnium bonorum &c. reſpectu futurorum dicitur eſſe conditionalis,uidelicet ſi & quatenus erunt, & efficiẽtur ſua,nam quoad bona futura talis obligatio à principio non ualet,quia de re aliena hypotheca fieri non poteſt, niſi ſub conditione,ſi & quatenus efficiatur debitoris argumento l. ſtichum ff.de lega.1.l. cum res C.ſi res alien.pigno. dat.ſit, iuncta l.fin.C.quæ res pign.oblig.poſſ.l. rem alienam cum ibi not.ff.de pign.actio.l.ſi fundus §.aliena ff.de pigno.l.potior §.ſi colonus ff. qui potio. in pigno. hab. & ita clarè uoluit Salice.in d.l.idemque §.ſi tibi, & in d.l.licet.

13 ¶Tertio præmitto, quòd † hæc tacita conditio,ſi, & quatenus res erit mea, nõ dicitur cõditio poteſtatiua,ſed mixta, quia dependet non ſolum à facto debitoris, ſed etiam tertij, hoc eſt domini ſimul argumento l.id, quod noſtrum ff. de reg.iu.§.per traditionem Inſtit. de rerum diuiſio.l. traditio ff.de acquiren.rerum domin.& l.traditionibus ff. de pa-

14 ctis: &† de conditione mixta, quæ dependet à poteſtate, & facto debitoris,ac etiam alterius,qualis eſt conditio ſi nupſerit, aliter iudicatur, quam de conditione poteſtatiua, quæ merè à facto implere debentis dependet,ut eſt textus, ibiq; Bar.glo.& alii in l.in teſtamento ita ff.de condit.& demon. ubi Barto.etiam tangit,an conditio ſi dederis, ſi ſolueris,dicatur poteſtatiua, & concludit, quòd non, quia à mero facto, & poteſtate dantis non dependet, ſed etiam alterius tertii:& quòd hæc conditio,ſi mea,& quatenus mea erit,nõ dicatur poteſtatiua, nec de ea iudicetur, ut de poteſtatiua, in terminis noſtris colligitur ex not.per Bar.in d.l.idem §. ſi tibi,in d.l.licet,ac etiam in l.is,qui ff.de iure fiſci,cuius opinio communiter approbatur, ut infra tangam:ſi enim eſſet poteſtatiua merè à facto,& poteſtate debitoris dependens, non retrotraheretur ad tempus conuentionis factæ l.titius ff.quæ res pign.oblig.poſſ.cum ſim.ſed ea retrotrahitur,ut expreſsè uoluit Bart.in locis præallegatis, ergo non eſt poteſtatiua argumento not.per Bartolum in l.ſi is,qui pro emptore ff.de uſucap.& d.l.qui balneum cum ſimil.ff.qui pot. in pig.hab. ¶His præſuppoſitis, modo quòd domina Franciſca,ſeu Helena eius filia,& hæres ſit potior, & præferenda ipſi dominæ Vrſolinæ, & omnibus cauſam ab illa habentibus, qualis eſt Dominicus modernus poſſeſſor dictæ domus,multipliciter demonſtratur,& primo,nam † quando 15
hypotheca ſiue generalis,ſiue ſpecialis eſt facta ſub conditione non poteſtatiua tacita, uel expreſſa, & pendente conditione,eadem bona alteri expreſsè, & purè fuerunt hypothecata, eueniente conditione primæ hypothecæ, præfertur ille,cui prius hypotheca ſub conditione facta fuit, quia euentus conditionis retrotrahitur ad tempus conuentionis, & obligationis uerbalis etiam in præiudicium ſecundi creditoris, cui bona illa purè, & expreſsè obligata fuerunt d.l.qui balneum in prin.l. potior in prin.ff. qui potio. in pig. hab.Secus ſi eſſet conditio merè poteſtatiua,quæ à mero facto,& poteſtate debitoris dependeret, quia tunc non retrotraheretur d.l.qui balneum §.1.& d.l.potior §.ſi colonus:& hæc eſt communis concluſio omnium,ut ibi per Bartolum, & alios,& per Bartolum in d.l.ſi is, qui pro emptore in 5.q. princip.& probatur utrunque in d.l.titius, ibi cum in poteſtate debitoris fuerit poſt cautionem interpoſitam pecuniam non accipere,eo tempore obligationem pignoris contractam uideri,quo pecunia numerata eſt: Pondero illum textum primo,quia expreſsè uult,quòd hæc conditio, ſi pecuniam acceperis,tunc dicatur à poteſtate debitoris dependere,& ſic dicatur poteſtatiua, quando præceſſit obligatio, & promiſſio de mutuando, nam tunc de poteſtate debitoris tantum eſt accipere pecuniam mutuo, quia creditor cogitur mutuare ex promiſſione præambula iuxta l. qui pecuniam ff.ſi certum peta.& d.l.potior in prin.Nulla ergo præcedente promiſſione de mutuando non dicitur eſſe in poteſtate debitoris, ſeu recipere debentis pecuniam mutuo accipere,hoc enim dependet etiam à facto,& poteſtate creditoris,ac mutuare uolentis argumento l.1.ff.de pactis, l.ſicut C.de actio.& oblig.& d.l.qui pecuniam:& hoc eſt,quòd uoluit dicere tex.in d.l. titius ibi cum in poteſtate fuerit debitoris poſt cautionem interpoſitam pecuniam non accipere,ergo ante cautionem interpoſitam ſecus eſt: Pondero & ſecundo illum textum, nam ſi conditio illa ibi non retrotrahitur,quia poſt cautionem interpoſitam fuit in poteſtate debitoris conditionem adimplere,hoc eſt recipere, & non recipere pecuniam,ut ibi, ergo debebit retrotrahi ad tempus conuentionis,quando non eſſet in mera poteſtate debitoris accipere,uel non accipere pecuniam, ſed etiam eſſet in poteſtate alterius, uidelicet creditoris, quod quidem eſt in caſu, in quo non præceſſiſſet promiſſio de mutuando, & ſic ante cautionem interpoſitam,ut ſupra,nam tunc talis cõditio non diceretur poteſtatiua, ſed mixta dependens à facto & implere debentis,& alterius:& ita illam l.titius uidetur intelligere Barto. ibi maximè in ſummario, ut loquatur tàm de conditione poteſtatiua,quàm de non poteſtatiua,& quòd non retrotrahatur,quando eſt poteſtatiua, & ſecus ſi non ſit poteſtatiua,ut ibi per eum: ſed obligatio, & hypotheca generalis facta per Carolum de anno 1475.dominæ Franciſcæ reſpectu bonorum futurorum, & ſic reſpectu dictæ domus fuit conditionalis, ut ſupra, & ſub tali conditione,quæ non dicitur eſſe poteſtatiua,nec à mero facto debitoris dependet,ut ſupra, ergo eius adimplementum debebit ad tempus conuentionis, & obligationis uerbalis retrotrahi,etiam poſito,quòd dicta domus interim pendente cõditione fuiſſet alteri purè ſpecialiter,uel generaliter obligata per prædicta: quo ſtante ſequitur, quod domina Franciſca,& cauſam ab ea habens eſt dominæ Vrſolinæ præferenda.

16 renda. ¶Secundo quòd † talis tacita conditio, ſi mea erit,
retrotrahatur ad tempus conuentionis etiam in præiudi-
cium iuris interim alteri acquiſiti, & conſequenter non di-
catur conditio poteſtatiua, in terminis noſtris colligitur ex
una opinione Bar.in pluribus locis, uidelicet in d.l.idem §.ſi
tibi, in d.l.licet, in d.l.fin.in princ. ff. qui potio.in pig. hab. &
in l.is qui ff. de iure fiſci poſt Iaco. de Are. & Oldr. & ſe-
quuntur Bal.in l.aſſiduis C. qui potio.in pig. Alex.in apoſt.
ad Bart.in d.l.idem §.ſi tibi, & in d.l.is qui, Ange. Areti. &
Iaſ.in §.item ſeruiana Inſt.de actio. Quærit enim Bar. quid
ſi Titius prius Sempronio obligauerit omnia bona præſen-
tia, & futura, deinde ſimiliter obligauerit generaliter omnia
bona ſua Caio, quæ utraque obligatio dicitur eſſe conditio
nalis ſub illa conditione reſpectu futurorum, ſi & quatenus
erunt facta Titij, ut ſupra. & arg. d.l. ſtichum ff. de lega.1.
quis in re poſtea per Titiũ debitorem acquiſita erit potior?
Profectò, ſi in huiuſmodi conditione attenderetur tempus,
quo adimpletur, & ſic tempus, quo res efficitur debitoris,
neuter præferretur, ſed ambo ſimul admitterentur, uel me
lior eſſet conditio poſſidentis iuxta tex. cum ibi not. in l. ſi
debitor ff. de pign. nam tempore, quo res fuit debitoris effe
cta, utrique iam erat facta obligatio: & hoc aliqui tenue-
runt: Si autem ſolum conſideraretur tempus, quo conuen
tio, & obligatio uerbalis facta fuit, Sẽpronius deberet Caio
præferri, quia ipſi prius bona fuerunt obligata. Tandem
Bart.in locis præallegatis, quem docto. communiter ſequũ
tur, concludit, Sempronium præferri, quia prius ſibi, quam
Caio bona fuerunt hypothecata, & ſic clarè innuit, non at
tendi tempus, quo bona efficiantur ſua, & ſic tempus, quo
conditio adimpletur, ſed tempus cõuentionis factæ, & cõſe
quenter euentũ conditionis ad tẽpus cõtractæ obligationis
retrotrahi. ¶Tertio ſic moueor, quãuis cõditio illa eſſet po
teſtatiua, & regulariter non deberet retrotrahi, ut ſupra, tñ
17 † hoc fallit, quando conditio poteſtatiua eſſet appoſita in
obligatione, & hypotheca facta per maritum uxori pro re
ſtitutione dotis, nam fauore dotis conditio poteſtatiua re-
trotrahitur ad tempus conuentionis etiam in præiudicium
tertij, cui, pendente conditione, eadem bona fuiſſent obli-
gata l.1. ubi caſus ff. qui potio. in pigno. hab. de conditione
enim poteſtatiua fauore dotis iudicatur, ut de caſuali, ſeu
mixta quoad caſum noſtrum, ut ibi, & ita per illum text.
uult, & declarat Bal. nouellus in tracta. de dote in 8. parte in
23. priuilegio, & dicit hoc uoluiſſe Cynum, & ita etiã uult
Salice. poſt glo. ibi in l. cum tibi C. qui potio. in pigno. hab.
ſed Carolus fecit hypothecam dominæ Franciſcæ pro re-
ſtitutione dotis, ergo &c. Et quamuis aliqui dicant, quòd
in caſu d.l.1. conditio, quæ in aliis perſonis eſt poteſtatiua,
in hypotecha dotis reſtituendæ per maritum facta dicitur
non poteſtatiua, & ideò nil mirum, ſi retrotrahitur, quoniã
non dependet merè à poteſtate mariti dotem non accipe-
re, nam ſaltẽ cauſatiuè, ut poſſit onera matrimonij ſubſtine
re, & ne interim mulier conſtante matrimonio, ſit indota-
ta, & à marito negligatur iuxta l. fin. C. ad uelleia. maritus
commodè, uel de iure non poteſt dotem non accipere, ta-
men dicit Bal. in loco præallegato hoc non debere obſta-
18 re, quia † de iure maritus, cui dos fuit promiſſa etiam ab alio
pro muliere, poteſt nolle dotem accipere, & uelle onera
matrimonij abſque dote ſubſtinere, & ſic facere, quòd inte-
rim conſtante matrimonio ſit ſine dote l. ſi ſocer §. lucius, l.
nupta §.1. & l. ſi marito §.1. ff. ſolu. matrim. ubi maritus po-
teſt facere pactum de non petendo dotem, nec poteſt inui-
tus cogi dotem recipere, cum poſſit fauori ſuo renunciare,
& uelle onera matrimonij abſque dote ſubſtinere: nec mu
lier ob hoc poterit conqueri, aut erit à marito negligenda,
erit enim marito imputandum, quia noluit dotem accipe-
re argumento d.l. fin. C. ad uelleia. cum ſimilibus proximè
19 allegatis. ¶Quarto prædicta ſuadẽtur, nam † ſi fauore do
tis, illa conditio, quæ ſui natura, & regulariter eſt, quoad
alias perſonas poteſtatiua, efficitur non poteſtatiua, ut eius
euentus poſſit ad tempus conuentionis retrotrahi d.l.1. &
fatentur omnes ſecũdum alium intellectum illius tex. ergo
& hoc dicendum eſt in conditione illa, ſi mea facta erunt,
appoſita in hypoteca facta pro reſtitutione dotis, ut retro-
trahatur ad tempus conuentionis, cum ſui natura talis con
ditio non dicatur eſſe poteſtatiua, ut ſupra. ¶Vltimo
20 conſidero, quòd † in generali bonorum obligatione
non comprehenditur res acquiſita debitori ex contra-
ctu, in quo facta fuit, & cuius rei occaſione facta fuit
obligatio, & hypotheca, ut ſi à te pecuniam mutuo rece-
piſſem, quam tibi promiſi reſtituere ſub generali bono-
rum hypotheca, & obligatione, nam in hac obligatione
generali pecunia illa mutuata non comprehendetur, ut eſt
caſus ſingularis ſecundum Roma. in ſingul. 623. incip. Acci
pio à te, in l. cum tabernam §. fin. ibi ab alio &c. ff. de pigno.
& iudicio meo de hoc uidetur tex. ad literam, illum ſanè in-
telligendo, in l. ſed, & quod ff. de pigno. iunctis præceden-
tibus, nec poteſt ille tex. aliter intelligi, non enim poteſt in-
telligi de bonis, quæ habuit debitor, & tempore obligatio-
nis factæ, & ante, quia talia bona abſque dubio in obliga-
tione generali comprehenduntur l. fin. C. quæ res pigno.
oblig. poſſ. nec etiam de bonis, quæ debitor tempore conuẽ
tionis, & obligationis factæ habuit, & acquiſiuit ab alia per-
ſona, quam à creditore, quoniam & illa magis in obligatio-
ne generali comprehenduntur, ut eſt caſus in d.l. cum ta-
bernã in fi. & ibi Bal. iunctis not. per Roma. in loco præalle
gato, ergo neceſſariò tex. ille in d.l. ſed & quod debet in-
telligi de iis bonis, quæ eo tempore, quo paciſcebatur, ha-
buit in bonis, hoc eſt ab ipſo creditore acquiſiuit. Ex qui-
bus ſequitur quòd domus, de qua agitur, non debuit com-
prehendi in generali bonorum obligatione facta dictæ do.
Vrſolinæ, ſeu eius auctricibus per dictum Bartholomæũ,
ergo Vrſolina ad illam de iure actione hypothecaria agere
non potuit, nec quoad hanc domum Vrſolina dici potuit
habere meliora, & potiora iura reſpectu hypothecæ, quam
dicta domina Franciſca, cui, non poteſt negari, quin dicta
domus fuerit hypothecata. Et quamuis illa fuerit inſolutũ
adiudicata ipſi dominæ Vrſolinæ agenti contra dictum Ca
rolum, qui non oppoſuit id, quod ſupra dictum eſt, tamen
hoc non debet dominæ Franciſcæ, uel eius hæredi obeſſe
argumento l. claudius ff. qui potio. in pigno. hab. & quia res
inter alios acta &c. Neque huic fundamento aduerſantur
not. per Bar. in l. emptorem C. loca. & per Ioan. de Imol. in
21 l. ſi filio in fin. ff. ſolu. matri. ubi † ſi locator conductori pro-
miſit ſub generali ſuorum bonorum obligatione non face-
re aliquem actum, ſeu cõtractum in præiudicium locatio-
nis factæ, & locator poſtea rem locatam uendiderit, poteſt
conductor eam retinere, tanquam ſibi ex generali obliga-
tione fuerit hypothecata, & ſic comprehenditur etiam res,
cuius occaſione hypotheca facta fuit, quia poſito illud eſſe
uerum, tamen dico hoc eſſe, quia ante, & poſt contractum,
ac etiam tempore cõtractus ea res erat illius, qui obligauit,
& hypothecauit: Item in eo caſu res, cuius occaſione facta
fuit hypotheca, non acquiritur debitori, & hypothecãti ex
illomet contractu, & eodem tempore, quo obligatio facta
fuit, quod ſecus contingit in caſu noſtro, argumento l. con-
tractus, & ibi Bar. C. de fid. inſtru. iuncta d.l. ſed & quod, &
22 d.l. cum tabernam in fin. Præterea & melius † conductori
non licet rem conductam loco pignoris, & hypothecæ reti
nere, niſi ea expreſsè, & ſpecialiter fuerit per locatorẽ hy-
pothecata, nec ſufficit generalis bonorum obligatio, ut eſt
communis concluſio doctorum, reiecta alia opinione, in d.
l. ſi filio §. fi. ut ibi per Bar. & clarius per Alex. & alios com-
muni-

muniter,& per Ioannem de Imo.& Roma.in l. qui abſenti
§.1.ff.de acquiren.poſſeſ.& hæc optimè faciunt pro hoc ul
timo fundamento. ¶ Et quamuis ex præmiſſis aperta col
ligi poſſit reſponſio ad fundamenta in contrarium facta, ta
men ut de ueritate,& iuſtitia dictæ dominæ Helenæ clarius
conſtet,unicuique ſpecialiter reſpondebo:& in primis non
obſtat,quòd reſoluto iure pignorantis reſoluitur etiam ius
acceptoris per ea, quæ ſupra in primo fundamento addu-
23 cta fuerunt,quia negatur, quòd † ex adiudicatione in ſolu-
tum facta dominæ Vrſolinæ dicatur extinctum ius Caroli,
& conſequenter ius hypothecæ quoad dictam domum ta-
liter,quòd hoc habeat præiudicare hypothecæ dictæ domi-
næ Franciſcæ,quoniam & ſi Carolus de facto ſuccubuit, de
iure tamen non ſuccubuit, poterat.n.opponere de non iure
dominæ Vrſolinæ per ea,quæ ſupra dicta ſunt in ultimo fun
damento facto ad fauorem dominæFranciſcæ,ſiue dominæ
Helenæ:& ideò hoc non debuit,neque debet dominæ Fran
ciſcæ,ſiue Helenæ præiudicare,quia ex alia cauſa, & ratio-
ne ſuperuenienti ius Caroli fuit extinctum argumento d.l.
Claudius,& quia res inter alios iudicata alijs non nocet C.
res inter alios acta, & argumento d.l.ſi prædium C.de eui-
ctio.ubi per adiudicationem certæ rei in ſolutum ius pigno
ris alteri prius factum non reſoluitur: ſed dicta domus an-
te,quàm fuiſſet dominæ Vrſolinæ adiudicata,fuit per Caro
lum dominæ Franciſcæ pignorata,& obligata,& ante adiu-
cationem fuit in bonis Caroli, ut clarum eſt in facto, ergo
per talem adiudicationem ius hypothecæ dominæ Franci-
ſcæ non poteſt dici extinctum, & tanto magis hoc uerum
eſt,præſupponendo,quòd dicta domus uerbis,re, & effectu
prius fuerit dominæ Franciſcæ obligata, & hypothecata,
quam dominæ Vrſolinæ,poſito,quòd illi etiam dicatur hy-
pothecata,tum fauore dotis,qui operatur, ut conditio etiã
poteſtatiua ad tempus conuentionis retrotrahitur per d.l.
1.& clarius ſupra dixi, tum quia conditio illa,ſi mea erunt,
tacitè in generali bonorum obligatione ſubintellecta ad tẽ
pus conuentionis retrotrahitur, & ſic quoad contrahendã
hypothecam non conſideratur tempus,quo res efficitur de
bitoris,ſed tempus cõtractæ conuentionis, ueluti clarè col
ligitur ex deciſione Bart.& communis opinionis in d.l.idẽ,
& in d.l.licet cum alijs ſupra allegatis, tum etiam quia talis
tacita conditio non dicitur poteſtatiua, & ſic eſt talis, quæ
ſecundum naturam ſuam,& regulariter retrotrahitur,ut ſu
24 pra probatum fuit. Secundo reſpondetur,quòd† reſoluto
iure datoris,reſoluitur ius acceptoris,quãdo ius datoris fuit
ex neceſſitate reſolutum, ſecus, ſi ex uoluntate illius, ut eſt
text.ibique Bar.clarè in l.ſi res cum prin.l.ſequen.ff. quibus
mod.pig.uel hyp.ſol.l.bouem §.pignus,& ibi glo.ff.de ædil.
edic.Sed per adiudicationem de dicta domo in ſolutum fa
ctam dominæ Vrſolinæ reſolutum fuit ius Caroli non ex ne
ceſſitate,ſed ex uoluntate Caroli, & ex facto ſuo uoluntario
25 ad hoc ordinato,ergo &c. Nã † in poteſtate Caroli, contra
quem hypothecaria agebatur,fuit uel offerre id, quod do-
minæ Vrſolinæ debebatur,uel dictam domũ,ad quam age-
batur,reſtituere,ut probatur in l. paulus in fin.ff.quib.mod.
pign.uel hyp.ſol.& eſt tex.clarus in l.ſi fundus §. in uendi-
catione,& ibi Barto.ff.de pigno.& in l.mulier,ibique etiam
Bar.ff.qui potio.in pig.hab. Ergo non de neceſſitate,ſed ex
uoluntate Caroli eius ius dicitur in dicta domo reſolutum
per ea,quæ ferè in terminis uoluit Bart.in d.l. in diem ibi in
uerſi.ſed quid ſi ideò,& in d.l.ſi res,ac etiam in l.4.§. ſed &
marcellus ff.de in diem adiect.& Ioan.And.in addi. ad Spe
cul.in rub.de ſolut. Ex quibus uerbis Bar.manifeſtè perpen
ditur,quòd quando eſt in arbitrio illius,cõtra quẽ agitur,re
ſtituere rem, uel offerre id, quod agenti debetur, & res ad
actorem perueniat,quia ſibi fuerit adiudicata, res illa dici-
tur ad eũ de uoluntate,& nõ de neceſſitate perueniſſe. Præ
26 terea & tertio aliter demonſtro,quòd† per adiudicationem
in ſolutum factam dominæ Vrſolinæ non dicatur extinctũ,
nec reſolutum ius pignoris, & hypothecæ dictæ domus in
perſona dominæ Franciſcæ, quoniam quando res uendi-
ta,uel aliter tranſlata ad uenditorem, ſeu actorem reuerti-
tur ex facto uoluntario debitoris, & poſſeſſoris directè ad
hoc ordinato, tunc ius pignoris de dicta re interim per de-
bitorem,& poſſeſſorem factum ante, quàm res ad auctorẽ
reuerteretur,non extinguitur,nec reſoluitur,ſed durat: ſe-
cus ſi ex neceſſitate reuerteretur, ut ex pacto præambulo,
uel ex præciſa iuris diſpoſitione, ut in caſu d.l.ubi aũt, alias
eſt l.4.§.ſed & marcellus ff.de in diem adiectio. uel res ad
auctorem reuerteretur ex facto uoluntario non directè ad
hoc ordinato,ut in caſu l.lex uectigali cum ibi not.ff.de pig.
& declarat Barto.in d.l.in diem,cuius doctrina eſt approba
ta: ſed domus,de qua agitur,fuit reuerſa ad domina Vrſo-
lina uenditricem ex facto uoluntario dicti Caroli, ſeu Bar-
tholomæi directè ad hoc ordinato, ergo pignus interim in
dicta domo conſtitutum dominæ Franciſcæ ante, quàm ea
reuerteretur,non dicetur per talem adiudicationem extin-
27 ctum,neque reſolutum:nam † adiudicatio in ſolutum facta
etiam per iudicem ex eo,quia debitor non ſoluit, dicitur fa
ctum uoluntarium debitoris,& partis,& in hoc factum iudi
cis cenſetur factum partis l.ſi ob cauſam, & ibi Bal.Salic.&
omnes C.de euictio. & in terminis noſtris hoc uoluit Salic.
poſt Bal.in d.l.1.C. ſi anti.cred. & tale factum dicitur dire-
ctè ad hoc ordinatum, uidelicet ad rem acquirendam, &
transferendam d.l.ſi prædium,& d.l.libera,ergo &c. Præ-
terea ex quo in arbitrio Caroli fuit,uel offerre id,quod de-
bebatur dominæ Vrſolinæ agenti,uel illi rem reſtituere,ſe-
quitur, quòd ex adiucatione in ſolutum illi facta domus
dicitur ad eam perueniſſe facto uoluntario directè ad hoc
ordinato,& non ex neceſſitate ad tradita per Bart. in d.l. in
diem uerſi.ſed quid cum ſimilibus præallegatis,& ſupra di-
xi.Et quòd per adiudicationem in ſolutum factam credito-
ri non dicatur extinctum ius Caroli,probatur expreſsè per
glo.in d.l.1.C.ſi ant.cred.quam uideas.¶ Non obſtat ſecun
dum fundamentum, quòd qua ratione auctor meus poteſt
uincere auctorem tuum, eadem ratione ego te uincere poſ
28 ſum,quia † hoc eſt uerum,quando auctor meus poſſet uin-
cere auctorem tuum, ac etiam te: & ita propriè loquitur
tex.in d.l.1.& per totum C.ſi anti.cred.& per totum C. de
ijs,qui in prior.locum ſucced.& ibi Bal.glo.& Sal.& Bar.in
l.ariſto ff.qui potio.in pign.hab.Secus ſi auctor meus poſſet
ſolum uincere auctorem tuum, & non te ob diuerſitatem
rationis,ut in ſimili probatur per d.l.claudius,ibique Sali.&
29 ſtatim dicam: et hoc etiam probari poteſt, nam † ſecundus
creditor poteſt uincere priorem creditorem offerendo ei,
quod debetur l.1.C.qui potio.in pign.hab.et l.potior in fi.
ff.eod.tit.et tamen ſucceſſor ſecundi creditoris,uel ipſe cre
ditor non poteſt ſic uincere ſingularem ſucceſſorem primi
creditoris illi offerendo, prout habetur in l.cum prior ff. de
diſtract.pign.in l.1.in 1.reſpon.& l.2.cum ſimil.ibi allegatis
C.ſi antiq.cred.& ſic illud argumentum non concludit. Se
cundo reſpondetur,quòd & ſi de facto, tamen de iure do-
mina Vrſolina nõ potuit Carolum poſſeſſorem domus uin
cere,quoniam ipſa in illa domo de iure ius pignoris, & hy-
pothecæ non habebat,ueluti ſupra latius dictum fuit: ergo
ſententia lata in eius fauorem contra Carolum de facto nõ
potuit dominæ Franciſcæ præiudicare, quia res inter alios
acta,ut per totum C.res inter alios acta. Tertio aſſumptum
30 illud procedit, † quando eadem ratio uincendi in utroque
militat, uidelicet tam in te, quàm in auctore tuo, & ita lo-
quuntur iura ſuperius ad hoc allegata:ſecus ſi alia,& diuer
ſa ratio in te,quam in auctore tuo militaret,quia ex diuerſi
tate rõnis diuerſum ius ſtatuitur l.à titio ff.de uerb.obli. & l.
illud

illud cum ibi not.ff. ad legem aquiliam, nam ſi diuerſa ratio defenſionis in te militaret, non ſequitur, quòd ego poſſim te uincere, quamuis auctor meus poſſet uincere auctorem tuum, ut colligitur ex inferius dicendis in reſpõſione ſequẽtis contrarij, & ex iis, quæ ſupra dixi in alia prima reſponſio ſione: Sed in caſu noſtro alia, & diuerſa defenſionis ratio militat in domina Franciſca, quæ nõ militabat in Carolo, quia domina Franciſca quoad domum, de qua agitur, priorem, ac potiorem hypothecam, & potentius ius habere dicebatur, quàm haberet domina Vrſolina, ſeu illius auctores, tum fauore dotis, tum etiam quia conditio illa, ſi mea facta erit, ſubintellecta in hypotheca facta dominæ Franciſcæ erat cõditio non poteſtatiua, & talis, quòd eius euentus ad tempus contractus celebrati retrotrahebatur, ut ſupra plenius fuit probatum: quæ rationes ceſſabant in Carolo auctore dictæ dominæ Franciſcæ, ergo &c. ¶ Non obſtat tertium fundamentum, quòd ſi uinco uincentem te, multo magis uinco te d.l. de acceſſionibus cum ſimilibus: quoniam hæc eſt mate-
31 ria ualde brochardica, † neq; hoc eſt ſemper uerum, ut di-
cit glo. magna in l. aſſiduis C. qui pot. in pigno. hab. & maximè quando non eſt eadẽ ratio uincendi te, quæ eſt uincendi illum, qui uincit te, ut eſt caſus, ibiq; Salyce. expreſsè in d.l. claudius, & melius declarat ipſe Salic. in authen. quo iure in finalib. uerb. C. qui potio. in pig. hab. dicens, dictam regulam non procedere, quando rationes uictoriæ ſunt diuerſæ propter potentias ualidiores, ſeu iura ualidiora concomitantia, uel adhærentia uni, & non alij: quæ uerba nobis optimè inſeruiunt: At in Dominico non militat eadẽ ratio uincendi dominam Franciſcam, ſeu Carolum eius auctorem, & uincendi dominam Vrſolinam, ſed diuerſa, Dominicus enim uincere poterat dominam Vrſolinam, quia ab ea ex iuſtis cauſis, & titulis poſſidebat, & quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio l. ob cauſam, ibiq; not. C. de euict. quæ ratio ceſſaret, ſi Dominicus uellet uincere dominam Franciſcam, ſeu Helenam eius hæredem, à qua non habuit titulum, nec cauſam poſſidendi: & ideò cum ſint diuerſi caſus, & diuerſæ rationes uictoriæ, nõ ſequitur, ſi uinco uincentem te, multo magis uinco te, ut uolunt Bar. Salic. & omnes alij in d.l. claudius per illum textum, & per Cyn. in authen. licet C. de natura. lib. & in d. auth. quo iure. Præterea negatur, quòd domina Vrſolina de iure potuerit uincere tàm Carolum, quãuis illum de facto uicerit, ut ſupra dictum fuit, quàm etiam dominam Franciſcam diuerſis reſpectibus, & rationibus, de quibus ſupra pleniſſimè dictũ fuit. ¶ Non aduerſatur etiam quartum fundamentum factũ per doctrinam Angeli in dict. §. item ſeruiana in quarto caſu, ibique doct. communiter, & Bar. in d.l. rem alienam ff. de pignora. actio. quoniam facile tolli poteſt, & primò fateor,
32 quòd † ad hoc, ut quis in hypothecaria obtineat, tenetur
contra poſſeſſorem rei probare illud, quod debuiſſet probare debitor, qui pignorauit, ſi uoluiſſet agere contra tertium poſſeſſorem cauſam ab eo non habentem, uidelicet directũ dominium, uel utile, uel quaſi dominium: Et ita propriè loquuntur docto. per Bart. in d.l. rem alienam, ac etiam in l. cum res, & ibi Bal. & Salic. C. ſi alien. res pigno. data ſit, in d. §. item ſeruiana, & in l. ab eo, ibique glo. ff. de pigno. Nec docto. in locis prællegatis requirunt, quòd creditor agens hypothecaria teneatur probare debitorem pignorantem habuiſſe tale ius, quo mediãte debitor potuiſſet rem pignoratam uendicare ab eodem poſſeſſore, contra quem creditor agit, ſed ſolum requirunt, quòd creditor debeat probare debitorem habuiſſe tale ius, quo potuiſſet generaliter à poſſeſſore cauſam ab eo non habente uendicare. Vel ſecundo dictum Angeli, & docto. communiter ità ſimpliciter intellectum procedit, quando eadem ratio defenſionis, & non maior militaret in creditore agente hypothecaria, quàm in debitore pignorante, nec aliquo ſpeciali fauore potentius ius circa rem pignoratam reperiretur in creditore, quàm in debitore, ſecus ſi alia, & maior ratio defenſionis concurreret in creditore, prout re uera maior, & diuerſa ratio concurrit in domina Frãciſca creditrice, quàm in Carolo debitore tum ob ſpecialem dotis fauorem, tum etiam attenta natura conditionis non poteſtatiuæ, ut dictum fuit, & argumento not. per Salicetum in dicta l. claudius. Tertiò & fortius prædictum aſſumptum, & prædicta doctrina Ange. in d. §. item ſeruiana, & glo. in d.l. ab eo procedit in ſpeciali hypotheca purè contracta, ut quia fuiſſet certa res ſpecialiter purè hypothecata, ſecus eſt in generali bonorum hypotheca, quæ ſub conditione prædicta facta dicitur, uel in ſpeciali facta ſub conditione, ſi res mea efficietur, quia tunc non requiritur, quòd fiat talis probatio, ſed ſufficit creditorem probare rem ſemel, & quandocunque fuiſſe in bonis debitoris per textum in l. fin. C. quæ res pigno. obligari poſs. ita declarat, & limitat Barto. in d.l. rem alienam, & Bald. in d.l. cum res. Adde, quòd Carolus debitor, qui hypothecauit, potuit probare, & de iure contra dominam Vrſolinam, & conſequenter contra Dominicum opponere tale quid, propter quod contra illam, ſeu illum obtinere, & tales excludere potuiſſet, ut colligitur ex iis, quæ ſupra in ultimo fundamento ad fauorem dominæ Frãciſcæ, ſeu dominæ Helenæ facto dicta fuerunt.

¶ Vltimo ſupereſt reſpondendum doctrinæ Slice. in d.l. idẽ §. ſi tibi, & in d.l. licet, quæ multum aduerſari uidetur, & in
33 primis dico † ipſum non probare per aliquam legem illam
ſuam deciſionem argumento l. illam C. de collatio. eiuſque auctoritas, quamuis ſit probabilis, non tamen eſt neceſſaria ad tradita per Ioannem Andr. & Abb. in c. 2. de reſcript. & per Bartolum in l. prolatam C. de ſenten. & interloquut. omnium iudicum: Secundo illa deciſio uidetur eſſe uera, præſupponendo opinionem Bartoli in locis præallegatis in quæſtione principaliter ibi à Saliceto examinata eſſe falſam: Sed opinio Bartoli eſt ueriſſima, & communis, ut tetigi ſupra in ſecundo fundamento, ergo &c. Tertio poſito, deciſionem illam Salice. in ſe ueram eſſe, tamen ea regulariter procedit, quoniam conditio, quæ eſt in generali bonorum obligatione, ad tẽpus conuentionis factæ trahi non poteſt, tum quia eſt poteſtatiua d.l. titius cum ſimilib. tum etiam quia retrotraheretur ad tempus, quo debitor non erat dominus, quod eſt impoſſibile, quia extremũ ad quod eſt inhabile argumento l. obſeruare in fin. ff. de offi. proconſul. & ibi gloſ. Sed ſpeciali fauore dotis ſecus dicendum eſt, quoniam, ut ſupra concluſum fuit, conditio etiam poteſtatiua fauore dotis retrotrahitur etiam in præiudicium tertij d.l. 1. ff. qui potio. in pigno. habean. & hæc reſponſio procedit, tenendo, quòd illa conditio, ſi mea erit, quæ tacitè ineſt, ſit poteſtatiua, ſed contrarium eſt uerius, ut probatum fuit, ergo regulariter eius euentus ad tempus conuentionis factæ retrotrahi debebit. Et ad id, quod dicit Salice. quòd ſi retrotraheretur, extremum ad quod eſſet in-
34 habile, & impoſſibile, dicas, quòd licet † fictio tranſlati-
ua extremum à quo habile eſſentialiter requirat, ut probatur in terminis noſtris in dict. l. qui balneum §. titia ff. qui potio. in pign. habean. tamen non requirit extremum ad quod eſſe ita habile, ſed ſufficit eſſe habile potentialiter, & ſecundum poſſibilitatem naturalem, ut optimè declarat Bartol. in oppoſitio. ac etiam in colum. 17. in dicta l. ſi is, qui pro emptore: Sed tempore contractus, & conuentionis factæ in caſu noſtro domus, de qua agitur, erat in rerum natura, & in commercio hominum, & dictus Carolus erat capax, & ideò licet Carolus tunc non eſſet eſſen-

tialiter dominus, tamẽ ſecundum poſſibilitatem naturalem eſſe poterat, ergo fictio procedere potuit, ut euentus illius conditionis quoad dictam domum retrotraheretur ad tempus illud conuentionis, quicquid uelit Salice. in locis præallegatis. Nec aduerſatur d.l. obſeruare in fin. quia loquitur
35 in ratihabitione, † quæ re non integra, & in præiudicium iuris alteri iam acquiſiti nunquam retrotrahitur Bart. in d.l. res aliena. ff. de pigno. actio. Sed aliud eſt in conditione, quæ retrotrahitur etiam re non integra, & in præiudicium iuris alteri iam quæſiti d.l. potior in princ. & in l. 1. ff. qui potio. in pigno. hab. l. tutius. ff. quæ res pigno. obliga. poſſ. & habetur per Bar. in d.l. ſi is, qui pro emptore. Vel vltimo dici poteſt quòd deciſio Salice. locum habet, quando utrique, & ſic duobus eadem res diuerſo tempore ſaltem per generalem bonorum obligationem eſſet hypotheeata, & ita ipſe præſupponit: In caſu autem noſtro domus, de qua agitur, duntaxat dicitur per Carolum do. Franciſcæ hypotheeata mediante generali hypotheca, & nõ dominæ Vrſolinæ per hypothecam generalem ipſi à Bartholomeo factã, ut ex prædictis conſtat: ergo deciſio illa nihil ad propoſitum noſtrũ facit. Ex quibus omnibus concludo ſecundam quoque ſententiam ferendam eſſe ad fauorem dictæ dominæ Helenæ filiæ, & hæredis dom. Franciſcæ, ſicuti prima lata fuit, cum ex prædictis de iuſtitia ipſius do. Helenæ ſatis manifeſtè appareat. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes ad vſum ſolum mulieris deſtinatæ, & quibus vxor vtitur, in dubio ipſius vxoris eſſe præſumuntur.*
2 *Bona, quæ vxor poſſidet, & quibus ipſa vtitur, an, & quando vxoris, & quando mariti eſſe in dubio præſumantur.*
3 *Bona vxoris pro debito mariti capi, & pignorari nequeunt, & an, & quando vxor illa eſſe ſua probare debeat, & quando ſua eſſe præſumantur.*
4 *Veſtes ad uſum vxoris deſtinatæ, & quibus illa vtitur, inductæ, & illatæ in rem conductam non dicuntur pro penſione tacitè obligatæ.*
5 *Maritus bona vxoris etiam expreſſè non poteſt obligare.*
6 *Pignoratio, & immiſsio, quæ fit pro exequutione, non poteſt fieri in rebus alterius, quam condennati, ſiue ſint alterius quoad proprietatem, & poſſeſsionem, ſiue quoad proprietatem tantum, ſiue quoad poſſeſsionem tantum.*
7 *Dotis non numeratæ exceptio, quando dos eſt confeſſata, poteſt opponi nõ ſolum à marito, & eius hæredibus, ſed etiam à creditoribus.*
8 *Maximè, quando confeſsio dotis receptæ animo donandi vxori, vel in fraudem creditorum facta appareret.*
9 *Et quando ea amplius nec à marito, eiuſque hæredibus, nec à creditoribus poſsit opponi.*
10 *Dotis receptæ confeſsio nec animo donandi, nec in fraudem creditorum in dubio facta præſumitur, niſi probetur, maximè quando facta eſſet ante, quam creditores crearentur.*
11 *Idem ſi poſt eam tempus decem, vel viginti annorum fluxiſſet.*
12 *Dotis receptæ confeſsio, quando ſub ſpe futuræ numerationis tàm reſpectu mariti, quàm reſpectu creditorum facta non præſumatur.*
13 *In contractibus quo ad formam, & ſolemnitatem eorum, & quo ad modum illos conficiendi attenditur conſuetudo loci, in quo contractus celebratur, etiam ſi ſecundum illam conſuetudinem nunquam fuerit iudicatum, & quomodo ea probetur.*
14 *Ad emphyteoſim eccleſiæ, & ad feudum fœminæ regulariter non admittuntur, niſi contraria extaret loci conſuetudo.*
15 *Dotis inſtrumentum non ſimpliciter confeſsionatum, ſed potius quietationis, & liberationis promiſsionis dotis prius factæ dicitur, quando maritus ſponte fuit contentus, & confeſſus ſe habuiſſe, & recepiſſe centum in dotem, & nomine dotis, pro quibus rogauit chartam liberationis vxori ſuæ, & omnibus alijs, qui aliquid pro dicta dote promiſiſſent.*
16 *Contentum ſe vocans non dicitur ſimpliciter fuiſſe confeſſus ſub ſpe futuræ numerationis, ſed ſibi fuiſſe ſolutum.*
17 *Obligatio, & promiſsio ſolutionem, ac liberationem præcedunt.*
18 *Doti confeſſatæ nec exceptionem non numeratæ dotis, nec quicquã aliud ad illius reſtitutionem impediendam opponi poteſt, quando promiſsio, & obligatio dotis illius confeſsionem præceſsiſſet.*
19 *Dos confeſſata præſumitur marito numerata, & actualiter data, quando poſt confeſsionem, & matrimonium contractum maritus diu uxori alimenta neceſſaria præſtitit.*

EPITOME.

VESTES *ad uſum uxoris deſtinatæ, & quibus uxor pro uſu ſolo ſuæ perſonæ utebatur, à creditoribus mariti pro illius debito non poſſunt capi, nec pignorari.*

Mulier ex inſtrumento dotis confeſſatæ creditoribus mariti, ratione hypothecæ præfertur, nec ei ab ipſis creditoribus exceptio dotis non numeratæ opponi poteſt, quando à die contractus matrimonii, & confeſsionis factæ non ſolum decem, ſed etiam uiginti anni effluxerunt, uel quando eſt conſuetudo in loco, quòd inſtrumenta dotium ita celebrentur, uel quando uerba inſtrumenti non ſolum confeſsionem, ſed etiam quietationem, & liberationem continent, & ſic inferunt obligationem, & promiſsionem dotis præceſsiſſe.

CONSILIVM XLVII.

VIDENDVM eſt in præſenti cauſa de duobus, Primum eſt, an veſtes, quibus vxor pro vſu ſolo perſonæ ſuæ vtebatur, potuerint à creditoribus viri pro debito ipſius mariti capi: Secundo, an mulieri in caſu noſtro ſuccurratur per inſtrumentum dotis confeſſatæ aduerſus creditores mariti, adeò, quòd ipſa ratione hypothecæ creditoribus præferatur. Et abſq; multiloquio concludo circa primum, quòd veſtes ad vſum mulieris deſtinatæ non potuerint de iure pignorari, ſeu capi per creditores viri, & conſequenter ſicut de facto capta fuerunt, ita de facto, & ſummatim debent reſtitui, & pignoratio reuocari: quoniã licet alia bona, quæ vxor habet, propter præminentiã mariti præſumantur, & cenſeantur eſſe mariti, niſi mulier probauerit illa eſſe ſua, l. ſi ego. §. dotis ff. de iur. dot. l. ob mari-
1 torum C. ne vxor pro mari. tamen † veſtes ad vſum ſolum mulieris deſtinatæ in dubio ipſius vxoris eſſe præſumuntur, ex quo ipſa illas poſſidet, argu. not. in l. pen. ff. de conditio. inſtitu. in princ. in glo. fin. & in l. 1. ff. famil. herciſc. ſecundũ Bal. in d.l. ob maritorum in verſ. reuoco in dubium &c. facit etiam id, quod voluit ipſe Bal. in l. ſi vxorem C. de condit.
2 inſer. qui dixit, † quòd ſi quæratur, an bona, quæ vxor poſſidet, & quibus ipſa vtitur, præſumãtur eſſe uiri, an vxoris, in iudicio poſſeſſorio indiſtinctè præſumuntur eſſe vxoris. l. ſi. C. quor. bono. ſed in petitorio refert, an ipſa ante matrimonium vetuſtiorem poſſeſſionem habuerit, & præſumuntur uxoris, an verò recentiorem, & tunc ſi habeat controuerſiã cum marito, vel eius hærede, præſumuntur eſſe ipſius mariti, vel ex patrimonio ipſius acquiſita; ſi uerò habeat controuerſiam cum alio extraneo, tunc etiam in petitorio præſumuntur eſſe ipſius vxoris, vt in l. quintus. ff. de don. int. uir. & uxo. & not. in d.l. ob maritorum, & per Accurſium in l. ſcri-
3 pturæ. ff. de fide inſtrumen. Ex quibus ſequitur, † quòd cum controuerſia ſit non cum marito, nec cum eius hæredibus, ſed cum alijs extraneis, hoc eſt cum creditoribus uiri, veſtimenta ad vſum vxoris deſtinata non potuerunt capi, nec pignorari pro debito uiri, & pignoratio, ſeu immiſſio bonorũ huiuſmodi ſicut de facto fuit facta, ita de facto, & ſummatim eſt reuocanda, vt probatur in d. l. ob maritorum, ubi caſus, & ibi Bal. & quamuis ille tex. expoſcat vxorem debere probare bona eſſe ſua, alioquin præſumantur eſſe uiri, & præferantur vxori creditores viri, & ſic extranei, tamen ille loquitur, quando maritus eſſet in poſſeſſione

ne illorum bonorum, tunc enim præſumuntur eſſe uiri,
& non uxoris,niſi ipſa probauerit illa eſſe ſua: Probat tamẽ
ille text. quòd ſi probetur per uxorẽ illa eſſe ſua, non poſ-
ſunt ob æs alienũ mariti capi, nec in illis immiſſio fieri po-
teſt: Vnde cum in caſu noſtro bona præſumantur eſſe uxo-
ris,tum quia hoc eſt ſpeciale in ueſtimentis ad uſum uxoris
deſtinatis,ut ſupra, tum quia quando mulier habet cõtro-
uerſiam cum extraneo, etiam alia bona, quæ ipſa poſſidet,
præſumuntur eſſe ipſius, ut per Bald. in d.l.ſi uxorem,ergo
pro debito mariti à creditoribus illius capi, & pignorari nõ
potuerunt: Et ad idem eſt tex. cum ibi not. in l. ſi quis poſt
hac in 1.reſponſo. C.de bon.proſcrip. æquiparando credi
tores fiſco,ut ſentiunt, & uolunt glo. & doct.ibi, & eſt tex.
not.in c.ex literis de pigno.ubi pro debito mariti bona uxo
ris nõ poſſunt capi,nec pignorari,& not.per Alex.in l.ſi cõ
ſtante §.ſi maritus ff.ſol.mat. & in l.quinque ff.de bon.dam
nato.Et quamuis inducta, & illata in rem conductam pro
penſione tacitè dicantur obligata,etiam ſi ſint aliena,&in-
ſcio domino etiam inducta fuerint,ut eſt tex.in l. certi iuris
4 C.loca.cum ſimilibus ibi allegatis, tamen † ueſtes ad uſum
uxoris deſtinatæ,& quibus uxor utitur,illatæ,& inductæ nõ
dicuntur pro penſione obligatæ,ut not.uoluit Bal.in l.ſi ad-
uerſarius per illum tex.C. ad uelleia.& huius ratio eſſe po
teſt in primis,quia non eſt ueriſimile, quòd maritus ueſti-
menta uxoris uoluerit obligare,ut in l.obligatione genera-
li ff.de pigno.& in l.1.C.quæ res pigno. oblig.poſſ.itẽ quia
5 † ſi ipſe maritus bona uxoris, uel quæ uxoris præſumuntur
eſſe,expreſsè uoluiſſet obligare,ſeu pignorare, nõ potuiſ-
ſet,ut per Alex.in d.l.ſi conſtante §. ſi maritus, & in d.c.ex
literis,ibique Abb. & cæteri canoniſtæ.¶Præterea, & ſecũ
6 do † pignoratio,ac immiſſio,quæ fit pro exequutione, nun
quam fieri poteſt in rebus alterius, quam condemnati, &
hoc ſiue ſint alterius quoad proprietatem,& poſſeſſionem,
ſiue quoad proprietatem tantum,ſiue quoad poſſeſſionẽ ci
uilem,& naturalem tãtum,ut not. in l. à diuo pio §.ſi ſuper
rebus ff.de re iudi.ita not.uoluit Bal.in d.l. ob maritorum,
ibi not. quod ſententia &c. per illum tex.qui propriè loqui
tur de bonis uxoris reſpectu debiti mariti, & ita dicit tene-
re Bar.in d.§. ſi ſuper rebus: Sed ueſtimenta deſtinata ad
uſum uxoris, & quibus ipſa utitur, dicũtur eſſe uxoris quo-
ad poſſeſſionem,& præſumuntur illius quoad proprietatẽ,
ergo pro exequutione ſententiæ latæ contra maritum, &
pro debito ipſius mariti non poterit immiſſio in illis bonis
fieri,& facta ſummatim erit reuocanda,d.l.ſi quis poſthac,
& d.l.ob maritorum. ¶Tertio dato,ſed non conceſſo,quòd
hmõi ueſtimenta præſumerentur eſſe uiri, tamen adhuc
dico,in illis non debuiſſe fieri immiſſionẽ,quia ſaltẽ tacitè,
quinimmo expreſsè erant uxori hypothecata pro dote ip-
ſius in caſu reſtitutionis,& ideò debent relaxari, & reſtitui,
uel dos integraliter per creditores, ad quorum inſtantiam
bona fuerunt pignorata,uxori ſolui, ut eſt bonus tex.& ibi
Imol. & alij canoniſtæ in d. c. ex literis, & infra ſtatim di-
cetur. ¶Quoad ſecundum concludo quòd, in caſu noſtro
uxor habet hypothecam expreſſam,& conſequenter præ-
ferenda eſt ipſis creditoribus in bonis pignoratis,qui tenẽ-
tur ad relaxanda uxori bona pignorata,quæ erant, & præ-
ſumebantur eſſe mariti, uel ad ſoluendum illi integraliter
dotes ſuas,ut dicit tex.in d.c.ex literis,ibiq; omnes,& maxi-
mè Ioan.de Imol. Nec obſtat, quòd de hypotheca nõ ap-
paret,niſi per quoddam inſtrumentum confeſſionatum cõ
ſtante matrimonio,ſeu poſt contractum matrimonium cõ-
fectum,ut clarè colligitur ex tenore dicti inſtrumenti; Et
7 † communis concluſio eſt gl. & doct.in l.aſſiduis C.qui po-
tio.in pigno.habe.per illum tex.ut ibi per Bar.Iacob. Butri.
& per Bal.in l.generaliter in 1.q.C. de non nume. pecu. &
per eundem Bal.& alios in l.1.ff.ſolu.mat.& bonus eſt text.

in l.ſi cui C.de non nume. pecu. & in l.ſi quis poſt hac, &
ibi glo.C.de bonis proſcripto. quòd exceptio non nume.
pecu.uel dotis prodeſt nedum marito, & hæredibus eius,
ſed etiam creditoribus, quoniam dotis confeſſio præſumi-
tur ſemper facta ſub ſpe futuræ numerationis d.l. ſi cui, &
ideò talis dos non gaudet priuilegiis, & iuribus dotis d.l.ſi
8 quis poſt hac,& d.l.aſſiduis:Et † tanto magis,ſi conſtaret,ta-
lem confeſſionem dotis receptæ fuiſſe factam uxori animo
donandi,quoniam talis confeſſio non præiudicaret credito
ribus,& donatio eſſet nulla,ut in l.1.C.de dona.ant.nup.itẽ
& multo magis,ſi conſtaret,quòd talis confeſſio facta con-
ſtante matrimonio eſſet in fraudem creditorum facta, ut
habetur in d.l.aſſiduis,& in d.ſi quis poſthac, & plenè per le
giſtas,maximè per do.meũ Bar.Sozi.in d.l.1. circa 2. quæ-
ſtionem dotis confeſſatæ ff.ſolu.mat. quoniam reſpõdetur,
9 † quòd ex quo à die contracti matrimonij, & confeſſionis
factæ iam fuit elapſum nedum tempus decem annorũ; ſed
etiam uiginti,ut colligitur ex ipſo inſtrumẽto, amplius ex-
ceptio non numeratæ dotis non poteſt per ipſum maritum
opponi,nec per hæredes, nec etiam per creditores ipſius,
ſed tale inſtrumentum habet eaſdem uires, quas haberet
inſtrumentum numerationis dotis,adeo quòd uigore hypo
thecæ expreſsè factæ in eo mulier ſit præferenda quibuſ-
cunq; creditoribus habentibus etiam hypothecam poſte-
riorem,ut uolunt not.doct.Bart.& alij communiter in d.l.
aſſiduis,& Alexan.Aret.& alii in d.l.1.ff.ſolu.mat.& eſt tex.
optimus,ibiq; Sali.& alij in auth.quod locũ C.de dot.cau.
non nume.& ita in terminis concludit Petr. de Anchar. in
conſ.308.& expreſsè Ioan.de Imol.in d.c.ex literis in 3. gl.
extra de pigno.quamuis do. meus Sozin.in d. l. 1. reſpectu
creditorum contrarium ſentiat, ſed in iudicando non eſt
ab opinione tantorum uirorum recedendum. Præterea cũ
ante,quàm creati eſſent huiuſmodi creditores, facta fuerit
talis confeſſio,& conſequenter donatio, ea debet ipſis cre-
ditoribus poſterioribus nocere, argu.d.l. ſi quis poſt hac,
æquiparando fiſcum creditoribus,ut æquiparat ibi gl. com
10 muniter approbata.Et † bene notandum eſt id, quod uo-
lunt doct.& præſertim Sozin.in d.l.1. dum dicunt, quòd ſi
conſtat confeſſionem dotis fuiſſe factam animo donandi,
uel in fraudem creditorũ &c. innuunt enim clarè,& aper-
tè,quòd in dubio hoc non præſumitur,niſi probetur, & le-
gitimè conſtet: nã in dubio nunquã præſumi debet, quòd
quis uoluerit donare, l. cũ de indebito ff. de probatio. nec
in dubio actus cenſeri debet geſtus ſub imagine ſimulatæ
donationis,niſi probetur,caſus eſt not.in l. ſi ſponſus §. cir-
ca ff.de dona.inter uir.& uxor.& tradit do. meus Sozi.in d.
l.1.in 1.q.dotis confeſſatæ in 3. concluſione. Itẽ in dubio
non debet præſumi, quòd quis in fraudẽ creditorũ fecerit,
niſi probetur,quia fraus,& dolus regulariter in dubio non
præſumitur,niſi probetur eo modo, quo probari poteſt, ut
in l.dolũ C.de dolo cum glo. cum ſimilibus. Et præſertim
quando confeſſio, & donatio facta uxori eſſet facta ante,
quàm crearentur creditores, arg. d.l.ſi quis poſthac in 2.re
11 ſponſo.Et † maximè hoc eſt uerum, quando tempus decẽ,
uel uiginti annorũ effluxiſſet,ut eſt de mente doctorũ præ-
allegatorũ,qui uolunt,quòd in hoc caſu mulier cæteris cre
ditoribus præferatur,& cõſequẽter ſentiũt, ceſſare fraudis
præſumptionẽ,&non præſumi factã in fraudem creditorũ,
alioquin creditores excluderẽt uxorem, ut habetur in d.l.
aſſiduis,& in d. l.ſi quis poſthac cum ſimilibus, & probatur
in d.l.ſi cui,iuncta d.authen. quod locum. Eſt tamen uerũ,
12 † quòd cõfeſſio dotis facta per maritũ,in dubio præſumitur
facta ſub ſpe futuræ numerationis ut in l.ſi.& in auth.quod
locũ C.de dot.cau.nõ nume.ſed talis præſumptio etiam ad
præiudiciũ creditorum mariti tollitur,& ceſſat per fluxũ tẽ
poris decem,uel uiginti annorum,ut in d. auth. quod locũ

cum ibi not. per gloſ. & docto. & per Petrum de Anchara. in dicto conſilio cum ſimilibus ſupra allegatis, iuncta d. l. ſi cui, ubi confeſſio etiam dotis præſumitur facta ſub ſpe futuræ numerationis, & in hoc maritus, & creditores eius æquiparantur, ſed propter fluxum temporis decem, & uiginti annorum ceſſat dicta præſumptio, ut in dicta authen. ergo dicetur ceſſare tàm reſpectu creditorum, quàm mariti. Præterea, ut probatum fuit, conſuetudo eſt Venetiis, ubi inſtrumentum huiuſmodi fuit celebratum, quòd ſiue dos uerè numeretur, ſiue non, inſtrumenta dotium fiant ſub ſimili tenore, & forma, quibus factum fuit hoc, de quo agitur, uidelicet quòd maritus, uel ſponſus dicat ſe cōtentum, & confeſſum &c. ergo attenta huiuſmodi conſuetudine loci non dicetur inſtrumentum ſimpliciter confeſſionatum, & ideò eſt exequendum, arg. not. per Bald. in rub. C. de pri

13 uileg. dot. Nam † in contractibus quoad formam, & ſolennitatem contractus, & quoad modum inſtrumentum conficiendi ſemper debet attendi conſuetudo loci, in quo contractus celebratur, etiam ſi ſecundum illam cōſuetudinem nunquam fuerit iudicatum, dummodo probetur ſic conſuetum eſſe ſeruare, ſatiſque probatur, ſi aliud inſtrumentum ſic fuiſſe factum oſtendatur, ut eſt text. notab. & ibi Bar. expreſsè in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur. l. ſi fundus ff. de euictio. l. quod ſi nolit §. qui aſſidua ff. de ædili. edicto, Barto. in l. cunctos populos in uerſic. ibi & primo C. de

14 ſumma trinita. & fide cathol. & facit etiam, quia † licet regulariter ad emphyteoſim eccleſiæ fœminæ non admittantur, tamen fallit, ubi in loco extaret conſuetudo, Ioan. de Imol. in c. potuit in finalibus uerbis extra de loca. Felin. in c. cum m. ubi etiam ad propoſitum multa cumulat, extra de conſtitutio. Similiter, quamuis feudum ſui natura non tranſeat ad fœminas, tamen fallit, ubi in loco extaret conſuetudo, quia loci conſuetudo eſſet ſeruanda, ut habetur in c. 1. per doctores de gradib. ſucceden. in feud. & in c. 2. §. hoc quoque qui feudum dar. poſſ. ¶ Vltimo reſpondeo, quòd

15 † hoc inſtrumentum non dicitur eſſe ſimpliciter inſtrumentum dotis confeſſionatum, ſed potius inſtrumentum quietationis, & liberationis promiſſionis dotis factæ, ut clarè ſonant uerba inſtrumenti, quibus dicitur, quòd Aloyſius ſponte fuit contentus, & confeſſus ſe in dotem, & dotis nomine habuiſſe, & recepiſſe ducatos ducentos &c. pro quibus rogauit chartam liberationis præfatæ dominæ Barbaræ, & omnibus aliis, qui aliquid promiſiſſent pro dicta dote &c. quæ omnia uerba demonſtrant prius factam fuiſſe, & præceſſiſſe obligationem, & promiſſionem dotis, deinde præſens inſtrumentum factum fuiſſe pro quietatione, & liberatione do-

16 tis, † nam qui dicit, & uocat ſe contentum, non dicitur ſimpliciter confeſſus ſub ſpe futuræ numerationis, ſed ſibi fuiſſe ſolutum, uel ſatisfactum taliter, quòd ex præcedenti obligatione nō poteſt amplius aliquid exigere, ut eſt bonus tex. cum ibi not. in l. quoties C. famil. herciſcun. in l. 1. §. 1. ff. de ſeparatio. & in l. 1. ff. ſi pars hæred. peta. cum ſimilibus: noto etiam illa uerba, quòd rogauit chartam dotis, & liberationis &c. & illa uerba omnibus illis, qui aliquid promiſiſſent pro dicta dote &c. ex quibus apertè demonſtratur prius factam fuiſſe promiſſionem dotis, & poſtea factum fuiſſe præſens inſtrumētum pro quietatione, & liberatione dotis, quo

17 niam † obligatio, & promiſſio debet ſolutionem, & liberationem præcedere, ut Inſti. qui. mo. toll. obl. per totū, & per totum ff. & C. de ſolut. & libera. & glo. in rub. ff. de ſolutio. quibus ſtantibus modo ſuccedit notabilis doctrina ſcribentium communiter approbata, quòd licet ex inſtrumento cō feſſionato dotis non poſſit per mulierem fieri exactio dotis, nec ex eo competant mulieri priuilegia dotis, nec hypotheca iuxta textum in dicta l. aſſiduis cum ſimilibus ſupra alle-

18 gatis, tamen fallit, † quando ante confeſſionem dotis factā præceſſiſſet obligatio, & promiſſio dotis, nam tunc non poteſt contra talem dotis receptæ confeſſionem opponi exceptio non numeratæ dotis, nec aliud ad impediendam reſtitutionem dotis, ut eſt tex. in l. in contractibus §. & quoniam C. de non numera. pecun. ubi caſus, & ibi docto. & hoc uoluit Paul. de Caſt. in d. l. 1. ff. ſolu. matr. & Ioan. Andr. in additio. ad Speculum in rubri. de donat. inter uirum, & uxor. Roma. in l. ſi conſtante in prin. ff. ſolu. matri. & in l. ſi uerò §. de uiro in 31. fallen. eod. tit. & in conſi. 447. incipien. conſultatio præſens &c. hoc enim in caſu ueriſimile eſt, quòd marito dos fuerit uerè ſoluta, ut uoluit Cyn. per illum text. in d. l. in contractibus in §. ſed quoniam, & eſt tex. cum gloſ. in l. exigere ff. de iudi. & dicit Sozi. in d. l. 1. in 2. q. dotis confeſſatæ in 8. limitatione, quòd in iudicando, & conſulendo ab hac opinione non eſt recedendum, quamuis illa in pun-

19 cto iuris fortè poſſet morderi. Poſſet etiam dici, † quòd ex quo maritus diu, & longo tempore poſt confeſſionem factam, & poſt contractum matrimonium præſtitit uxori alimenta neceſſaria, ex hoc præſumi debet, dotem ſibi fuiſſe numeratam, & actualiter datam, argumen. tex. in l. cum ultra C. de non nume. pecun. & facit bonus text. in l. fin. C. ad uelleia. ubi mariti ſolent uxores expellere, & illis alimenta denegare propter dotem promiſſam, & non ſolutam, ergo mariti retinendo uxores, & illis neceſſaria alimenta ſubminiſtrando præſumuntur dotes recepiſſe, ſtante confeſſione ſua de dote recepta, & ita uoluit Bal. not. in rub. C. de priuileg. dot. & dicit do. meus Sozi. in d. l. 1. in 1. q. dotis confeſſatæ in 5. limitatione, quòd ſecundum hanc opinionem alias uidit conſultum per doctiſſimos uiros, licet illa apud eum ſit ſatis dubia. Verum quoniam hæc opinio uidetur communis, ideò ſuper hoc aliter non inſiſto, ſed ex prædictis omnibus dico ad fauorem do. Barbaræ contra creditores Aloyſij eius mariti de iure concludendum eſſe. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio mulieris pro dote filiæ ſuæ facta ualet:*
Et quando hoc ſit uerum, num. 10.
2 *Mulier fideiubens pro alio principali debitore ex cauſa dotis efficaciter obligatur, nec ſenatuſconſulto Velleiano iuuatur:*
Quod limitatur num. 5. & 11.
3 *Idem ſi pro alio fideiubens certiorata renunciet beneficio Velleiani:*
Limitatur num. 14.
4 *Idem, ſi cum iuramento pro alio fideiubeat,*
Quod limitatur num. 13.
5 *Mulier pro marito principaliter obligato etiam ex cauſa dotis, & quæ publicam utilitatem contineret, fideiubens non obligatur efficaciter.*
Nec etiam naturaliter num. 12.
Nec etiam ſi iuraſſet num. 13.
6 *Mulier intercedens pro dote, ſi ipſa ex hoc remaneret indotata, efficaciter non obligatur.*
7 *Mulier inſtantia, & mandatis mariti pro ipſo ad illius utilitatem intercedens ob metum mariti reuerentialem intercesſiſſe præſumitur, et ideò efficaciter non obligatur.*
8 *Minor metus in muliere, quàm in maſculo ſufficit.*
9 *Renunciatio iurium hypothecæ ſuæ, & fideiuſſio pro marito facta à muliere ei non nocet, quando ea enormiſſimè læderetur, & maritus alia bona non haberet, ſuper quibus ius hypothecæ habere, & ex quibus de dotibus ſuis ſibi ſatisfieri poſſet.*
10 *L. ſi dotare C. ad uelleia. declaratur.*
12 *Iuramento firmari non poſſunt ea, quæ propter fauorem publicum impediuntur.*

EPITOME.

OBLIGATIONEM, *& promiſſionem fideiuſſorio nomine inſtantia, & mandatis mariti à muliere pro ipſo marito principaliter obligato etiam ex cauſa dotis cum iuramento factā, & cum renunciatione iurium ſuæ hypothecæ, & beneficii Velleiani*

Iciani non ualere, nec ex ea mulierem efficaciter obligari, nec reſpectu dotium ſuarum, & hypothecæ in bonis ultimo loco per maritum tentis, & poſſeſſis, maximè quando maritus alia bona non haberet, ſibi præiudicare, hic demonſtratur.

CONSILIVM XLVIII.

VISA petitione producta contra ſer Nicolaum, &
dominam Margheritam coniuges per Albertum
fratrem dicti ſer Nicolai, viſoque inſtrumento, in
quo dictus ſer Nicolaus principaliter ſe obligauit, & in
quo domina Margherita fideiuſſorio nomine pro ipſo ſer
Nicolao eius marito cum iuramento promiſit, ſe, & ſua bo-
na obligando, ac uiſo toto proceſſu cauſæ, quæritur pri-
mo, an obligatio facta per dominam Margheritam inſtan-
tia, & mandatis dicti ſer Nicolai eius mariti de iure teneat:
Secundo, an dicta domina Margherita promittendo, ac re-
nunciando, prout in dicto inſtrumento, ſibi præiudicaue-
rit reſpectu dotium ſuarum in bonis ultimo loco per ſer
Nicolaum tentis, atque poſſeſſis, & ipſi dominæ Margheri-
tæ hypothecatis. ¶ Quoad primum uidetur, quòd dicta
obligatio ualuerit ad præiudicium dictæ dominæ Marghe-
ritæ, primo, quia in effectu facta fuit pro dote dominæ Lau
ræ filiæ ſer Nicolai: & quamuis mulier bona ſua non poſſit
1 ad utilitatem alterius obligare, tamen † obligatio pro dote
filiæ ſuæ facta, tenet l. ſi dotare C. ad uelleianum. Secundo
2 † mulier intercedens, ſeu fideiubens pro alio principali de-
bitore, qui tenebatur ex cauſa dotis, efficaciter obligatur fa
uore dotis, nec ipſi mulieri intercedenti ſuccurritur per ſe-
natuſconſultum Velleianum l. fin. C. ad velleian. Tertio
3 † mulier pro alio fideiubens, ſi certiorata renunciat benefi-
cio Velleiani, non adiuuatur ex dicto beneficio l. fin. §. pe-
4 nult. ff. ad vellcian. cum ibi not. Quarto † eius fideiuſſio fa
cta cum iuramento ratione periurij euitandi efficaciter il-
lam obligat, argumento c. cum contingat, e. ſi uerò de iure-
iuran. c. licet mulieres eodem tit. in 6. & Bar. in l. ſi quis pro
eo in 5. quæſtio. ff. de fideiuſſorib. ¶ Sed prædictis non ob-
ſtantibus contrarium eſſe uerius in caſu noſtro exiſtimo,
quòd dicta domina Margherita efficaciter obligata non
fuerit, primo quia etſi fauore dotis, & ſtante certioratio-
ne facta mulier ſoleat pro alio efficaciter obligari, nec vel-
5 leiano iuuetur, ut ſupra, tamen † quando mulier fideiuſſit
pro ſuo marito principaliter obligato, non dicitur efficaci-
ter obligari, ut eſt text. in authen. ſi qua mulier C. ad velle-
ianum, & in corpore, unde ſumitur, ubi caſus notabilis: Et
quòd hoc procedat, etiam ſi ipſa mulier pro eius marito fi-
deiuſſiſſet pro dotis cauſa, quæ utilitatem publicam princi-
paliter continet, iuxta l. 1. ff. ſolu. matrimo. cum ibi not. per
Bartolum, & alios: voluit Bar. & ita eſt de mente ſua in l. iu-
bemus, & in l. fina. C. ad velleianum, ubi indiſtinctè uoluit
per tex. in d. auth. ſi qua, quòd mulier intercedens pro mari
to principaliter obliga.o, nullo modo obligetur, & obliga-
tio dicatur ipſo iure nulla, & conſequenter etiã fauore do-
tis concurrente, quod ſuadetur ex tex. in d. auth. ſi qua, & in
corpore, unde ſumitur, ubi habetur, quòd mulier, quæ pro
marito fideiuſſit in cauſa utilitatem publicam continente,
non obligetur aliquo modo, & obligatio ſit ipſo iure nulla,
ut ibi, ſiue priuatum, ſiue publicum ſit debitum &c. ſed cau
ſa dotis non continet, niſi fauorem publicum, & ob illũ dici
tur fauorabilis, & priuilegiata d. l. 1. & ibi Bar. ff. ſol. ma. ergo
tex. in d. auth. ſi qua procedit etiam in cauſa dotis. Secun-
do pondero rationẽ l. ſi. C. ad velleia. quare mulier interce
dens ex cauſa dotis obligetur, uidelicet ne mulier, quæ fi-
6 deiuſſit remaneat indotata. Sed † ubicunq; ex interceſſione
per mulierem facta ipſa intercedens remaneret indotata,
prout contingeret in caſu noſtro, ea non debet efficaciter
obligari, quia dato concurſu priuilegiorum hinc inde, ſtan
dum eſt iuri communi, quoniã priuilegiatus non utitur pri-
uilegio contra æquè priuilegiatum, l. aſſiduis C. qui potio.
in pigno. habe. l. uerum §. item quæritur cum ſimilibus ff. de
minorib. & habetur in auth. præterea, & in auth. quas actio-
nes, ubi Bar. Bal. & alij C. de ſacroſ. ecc. ergo ex hoc infer-
tur, quòd non attento fauore dotis mulier in caſu noſtro
nullo modo potuit ſe obligare, ex quo pro marito interceſ-
7 ſit d. authen. ſi qua. Præterea † Do. Margherita inſtantia, &
mandatis ſui mariti pro ipſo marito, & ad illius utilitatem
intercedens efficaciter non potuit dici obligata, quia cenſe
tur fideiuſſiſſe ob metum reuerentialem ſui mariti, qui me
8 tus illam excuſat, ut efficaciter non dicatur obligata, nã † mi
nor metus ſufficit in muliere quàm in maſculo, gl. in c. cum
locum de ſponſ. & ibi Abb. & alij, & habetur per Deci. in c.
fin. de appella. & in c. 1. & in c. cauſam matrimonij de offic.
9 deleg. Rurſus † mulier quando renũtiando iuribus ſuæ hy-
pothecæ, uel intercedẽdo pro marito enormiter, ſeu enor
miſſimè læderetur, ut quia maritus non eſſet ſoluendo, nec
haberet alia bona, ſuper quibus poſſet ius hypothecæ ha-
bere, & ex quibus poſſet ipſi mulieri de dotibus ſuis ſatisfie
ri, tunc renunciatio, & fideiuſſio mulieris pro marito facta
non noceret mulieri, alioquin ſequeretur, quòd ſic cenſe
retur facta donatio inter uirum, & uxorem, quæ non te-
net: Item quia ſic obligaretur pro marito, & ideò ipſo ma
rito non exiſtente ſoluendo taliter, quòd mulieri non poſ-
ſet de dotibus ſuis in bonis mariti ſatisfieri, renunciatio, &
interceſſio mulieri non nocet, Barto. in d. l. iubemus in 2.
colum. C. ad velleia. qui ita uoluit ratione enormis læſio-
nis mulieris, ne indotata remaneat, ſed ex eo, quod re-
nunciauit iuri hypothecæ in ultimis bonis mariti, & ex eo,
quòd pro marito interceſſit, euidenter dicitur conſtare de
eius enormi læſione, ut per Bartol. in d. l. iubemus, & argu-
mento l. ait prætor §. non ſolum cum gl. & in l. ſi iudex cir-
cumuento ff. de minoribus per Bart. in l. ſi intra C. de in in-
tegr. reſtit. l. doli exceptio. ff. de nouatio. ergo do. Marghe-
rita renunciando, & intercedendo, ut ſupra, ſibi non præ-
iudicauit. ¶ Non obſtant allegata in contrarium, & primo
10 tex. in d. l. ſi dotare, quia † loquitur, quando mulier non in-
terceſſit, ſed de ſuo principaliter uel promittendo, uel dan
do dotauit: Sed in caſu noſtro principaliter non dotauit,
ſed pro marito interceſſit, quo caſu non obligatur etiam in
cauſa dotis, & maximè quando ſic ipſa mulier indotata re-
maneret, per prædicta ergo &c. Secũdo reſpondeo, quòd
ille tex. loquitur, quando mulier dotaſſet ſeu pro dote filiæ
ſuæ promiſiſſet, ut ibi, ſecus ſi pro dote alterius, prout factũ
fuit in caſu noſtro: Nam magis obligatur mater, quæ ali-
quo caſu cogitur filiã dotare, quàm extranea iuxta ea, quæ
habentur in l. fin. C. de dot. promiſſ. & in d. l. 1. ff. ſolu. matr.
¶ Non obſtat ſecundum, quod fauore dotis mulier poteſt
pro alio intercedere, quia ex prædictis patet reſponſum, ui
11 delicet, † illud non procedere quando ex cauſa dotis fide-
iuberet non pro extraneo, ſed pro marito, quoniam pro ma
rito nullo modo obligatur, d. auth. ſi qua, & per Bart. in d. l.
iubemus, & in d. l. fi. C. ad velleia. lex enim reſiſtit huiuſmo
di obligationi, ut in d. auth. ſi qua, & in corpore unde ſumi-
tur, etiã ſi principaliter de fauore publico ageretur, ut ibi,
12 & conſequenter de dotis fauore, & ideò infertur, † quòd
ex tali promiſſione, & fideiuſſione mulieris etiam obliga-
tio naturalis nõ oritur, ut per Bar. in l. ſiue lex ff. de fideiuſſ.
13 Itẽ infertur, † quòd talis promiſſio, ſiue interceſſio pro mari
to facta nõ firmatur, nec ualidatur iuramẽto uxoris, tũ quia
lex prohibet huiuſmodi obligationẽ, l. nõ dubiũ C. de legi.
tum quia illa, quæ fauorem publicũ concernunt, ſeu impe-

diuntur propter fauorem publicum, iuramento firmari nõ poſſunt, caſus eſt, & ibi omnes in c. ſi diligenti de foro compet. Bar. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſo. & latè traditur per Imol. in c. cum contingat de iureiuran. ibique Abb. & in c. j. eod. tit. & c. ſi quis presbyterorum cum ibi not. de rebus eccleſ. non alien. & ita in terminis tenuit gloſ. in d. authen. ſi qua, & ibi Bal. & faciunt ea, quæ habentur per Aret. in conſil. 14. colum. 14. Reſpondetur & ſecundo, quòd in caſu noſtro nõ ualet interceſſio facta per dominam Margheritam, quoniam ipſa remaneret indotata, quia maritus, pro quo fideiuſſit, eſt inops, & non habet in bonis, unde poſſet mulieri de dotibus ſuis ſatisfieri per prædicta. ¶ Non obſtat tertium, quòd ipſa fuerit certiorata de beneficio velleiani,
14 quia reſpondetur, † hoc non prodeſſe in caſu, quo pro marito intercedit, hi enim ſunt diuerſi caſus, in quibus mulier ex velleiano iuuatur, uidelicet quòd non fuerit certiorata, & quòd intercedat pro marito, nã etiam in caſibus, in quibus aliàs non iuuaretur, ut in caſu l. ſi mulier C. ad uelleianum, ipſa iuuatur, quando pro marito intercederet, ut in dicta authen. ſi qua. Non obſtat ultimum fundamentum de iuramento, quia ex prædictis ſublatum eſſe apparet.

¶ Et ex prædictis etiã reſoluta remanet ſecunda difficultas, tum quia obſtat ſtatutum huius ciuitatis, quòd renunciatio mulieris facta marito, uel alteri ad præiudicium hypothecæ, & iurium, quæ mulier habet in ultimis bonis mariti, non noceat mulieri, tum quia ex tali renunciatione non fit mulieri præiudicium, quando ea ex hoc enormiter læderetur, & indotata remaneret per ea, quæ habentur per Bartolum in dicta l. iubemus, & per alia, quæ ſupra deduxi, & ita ad fauorem dominæ Margheritæ concludendum eſſe dico. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Iniurias, & damna ab eo, à quo protectio debet prouenire, ſequi iniquum eſt.*

2 *Dolus, & deceptio uolenti, & ſcienti non infertur,*
Et quando in ſcientem, & uolentem committi poſſit, num. 6.

3 *Mulieres adoleſcentulæ ex fragilitate ſexus, & ætatis ſimplicitate deceptæ, atque ſeductæ præſumuntur.*

4 *Filia patri renuncians, & in eius præſentia iurans non contrauenire, iuramento tali ſtare non tenetur, & illud ſibi relaxari obtinere debet, propter eius enormiſſimam læſionem num. 9. & 12.*

5 *Filia, quæ cum patre contrahens fuit enormiter læſa, à patre circumuenta, et decepta à lege præſumitur.*

7 *Filia minor, & in poteſtate conſtituta ſi cum patre contraxit, illi renunciando, uel donando, ob metum reuerentialem patris contraxiſſe præſumitur, actuſque eſt ſaltem iudicis officio reſcindendus, etiam ſi ueniam ætatis ad effectum contrahendi impetraſſet.*

8 *Metus iuſtus ad reſcindendum contractum an, & quando ex ſola reuerentia paterna, uel illorum, ſub quorum cura, & poteſtate quis degit, inducatur.*

9 *Iuramentum dolo, & fraudulenter præſtitum non eſt ſeruandum.*

10 *Enormiſſima læſio dolum ſimilem dolo ex propoſito arguit.*

11 *Contrahens cum adoleſcente ſtatim conſumpturo, & multo magis cum eo, qui ſic contrahendo conſumeret, & diſſiparet, dolo facere dicitur, et contractus reſcinditur.*

12 *Renunciatio, ſeu donatio etiam iurata facta patri à filia, concurrente fragilitate ſexus, minori ætate, reuerentia paterna, ac enormiſſima læſione, filiæ non præiudicat, quin illam poſſit reuocare, non obſtante iuramento, & actus geminatione, ac renunciatione beneficiorum, & priuilegiorum.*

13 *Et propter ſuperuenientiam filiorum dicitur ipſo iure reuocata, quamuis iuratum eſſet non contrauenire etiam propter ſuperuenientiam filiorum.*

14 *Statutum non principaliter, ſed per indirectum ſuper iuramento diſponens ualet.*

15 *Diſpoſitio c. quamuis de pact. in 6. eſt exorbitans, & correctoria, et ultra caſum in renunciatione expreſſum non extendenda.*

16 *Agere ad legitimam, & agere ad ſupplementum legitimæ differunt, et quanto tempore iuri utrinſque præſcribatur.*

17 *Pater, quòd dotando filiam optimum conſilium pro ea ſuſcepiſſe dicatur, quando, & quomodo uerum ſit.*

18 *Statuto loci rectè diſponitur, quòd legitima ætas ſit minor xxv. anno, dummodo in maſculis non ſit minor xx. & in fœminis xviij. anno.*

19 *Renunciatio cum iuramento facta patri à filia maiore, & legitimæ ætatis propter dotem congruam à patre habitam, ſeu promiſſam ualet, & ſeruanda eſt, illique nullo modo filia contrauenire poteſt, etiam prætextu cuiuſcunque læſionis, & num. 22.*
Et non quantitas ſucceſſionis, aut legitimæ renunciatæ, ſed ſolum, utrum dos data, uel promiſſa fuerit congrua, conſideratur ad ualiditatem, ſeu inualiditatem renunciationis num. 21. & 26.

20 *Dos data à patre filiæ in dubio congrua, & conueniens præſumi debet, & num. 26.*

23 *Renunciatio etiam cum iuramento patri à filia facta ui, dolo, metu quòd non ualeat, & reſcindi poſſit, de quo dolo intelligatur.*

24 *Renunciatio cum iuramento patri à filia facta per uiam donationis eſt omnino ſeruanda, non habita conſideratione, an fuerit enormiter læſa, nec ne.*

25 *Vendens pro minori pretio, quam ſit dimidia iuſti pretij, ſi dicat ſe illud plus, quòd res ualet, uelle donare, læſionem ultra dimidiam iuſti pretij non poteſt allegare.*

26 *Enormiſſima læſio in filia, quæ patri ob dotem datam, uel promiſſam renunciauit, quomodo conſideretur.*

27 *Præſentia, & interuentus conſanguineorum, & iudicis in renunciatione patri à filia facta, & conſtitutione dotis à patre filiæ datæ, ſeu promiſſæ, omnem læſionis, doli, & metus præſertim reuerentialis, & paterni præſumptionem ceſſare facit, & num. 29.*

28 *Statutum præſumens iuramentum à minore præſtitum ſimulatum, fictum, & ui, dolo, ac fraude extortum, non habet locum in filia cum patre contrahente cum ſolennitate, & præſentia propinquorum, ac iudicis.*

30 *Renunciatio legitimæ cum iuramento à filio, ſiue filia facta, uel expreſſè de legitima, uel ſimpliciter, & generaliter de omnibus bonis ualida eſt, & efficax.*

31 *Læſioni non ſolum re ipſa, ſed etiam ultra dimidiam iuſti pretij remedium tollitur, ſi in inſtrumento à maiore cum iuramento fuit per uerba multum generalia renunciatum exceptioni doli mali, & actioni non utiliter geſti, & non ſic celebrati contractus, & aliis iuribus.*

32 *Error, & læſio enormis allegari non poteſt, quando quis ſcienter, & diligenter informatus aliquid fecit.*

33 *Informatio, & ſcientia præſumitur ex eo, quòd quis non contrauenire iurauit.*

34 *De certioratione, & informatione facta creditur notario ſic aſſerenti.*

35 *Iuramentum in renunciationibus interpoſitum quantum operetur, remiſſiuè.*

36 *Filiam cum iuramento patri renunciantẽ poſſe contrauenire, quando procedat, & uerum ſit, & quando non.*

37 *Iuramentum eſt perſonale.*

38 *Filij, et hæredes renunciationi à matre factæ contrauenire ex perſona matris non poſſunt, quando mater ipſa non poſſet, & repelleretur:*
Etiam ſi filia uiuo patre, cui renunciauit, mortua eſſet.

39 *Renunciatio facta à filia patri cum iuramento per uiam donationis irreuocabiliter ualet, et bonorum donatorum dominium in patrem transfertur.*

40 *Inter patrem, & filium ex contractu inter ipſos celebrato efficax ratione iuramenti oritur obligatio.*

41 *Nepotem ita excludi, ſicut eius mater excluditur, quomodo procedat.*

42 *Renunciatio facta patri à filia, quæ dotem, & alia in recompenſationem renunciationis recepit, & uocauit ſe tacitam, & contentam pro omnibus iuribus &c. cum ceſſione dictorum iurium patri ſuo facta, filiis quoque ipſius renunciantis non ſolum uirtute ſimplicis renunciationis, ſed etiam uirtute ſucceſſionis obeſt.*

43 *Donatio propter ſuperuenientiam filiorum non reuocatur ex remedio l. ſi unquam C. de reuocan. dona. quando expreſsè actum eſt, ut etiam propter liberos naſcituros, & ſuperuenientes reuocari non poſſit.*

44 *Renunciatio etiam titulo donationis facta à filia in terminis c. quamuis de pact. in 6. propter ſuperuenientiam filiorum non reuocatur.*

45 *Diſpoſitio l. ſi unquam C. de reuocan. dona. eſt à regulis iuris exorbitans, et loquens in donatione non extenditur ad renunciationem, nec de caſu ad caſum.*

46 *Renunciatio non eſt propriè donatio.*

47 *L. ſi unquam C. de reuocan. dona. ſolum in mera, & ſimplici donatione, non autem in ea, quæ fit ex cauſa, ſeu ob cauſam locum habet.*

Renuncia-

48 *Renunciatio facta per mulierem etiam hoc expreſſo, quòd per ſuperuenientiam filiorum reuocari non poſsit, ſi dolus, & læſio interuenerint, an, et quando filiis quoque naſcituris præiudicet.*

49 *Dolus quis conſenſum excludat, & quis non.*

50 *Renunciatio, ſeu donatio facta hoc expreſſo, quòd per ſuperuenientiam filiorum reuocari nequeat, an à filiis tanquam inofficioſa per uiam querelæ inofficioſæ donationis reuocari poſsit.*

51 *Querela inofficioſæ donationis lapſu quinquennij excluditur.*

52 *Querela inofficioſæ donationis non competit, ubi aliud remedium etiam extraordinarium competere poteſt.*

53 *Filij, & parentes donatoris quoad querelam inofficioſæ donationis parificantur.*

54 *Donatio immenſa facta filiis, ſiue patri, non poteſt ab aliis filiis ſiue natis, ſiue naſcituris reuocari, niſi uſque ad legitimam iure naturæ debitam.*

55 *Nec etiam uſque ad legitimam, quando illi fuit expreſsè, & cum iuramento renunciatum.*

56 *Renunciatio matris mortuæ uiuo patre, cui renunciauit, an, & quando filiis quoque noceat, ut ipſi ex eorum perſona, et iure proprio ad ſucceſſionem bonorum aui materni ſaltem ratione ſuæ legitimæ admitti, & uenire nequeant:*

57 *Quid, ſi auus maternus in teſtamento dictis filiis eius nepotibus ex filia præfata, quæ ei renunciauit, aliquid iure inſtitutionis reliquit, & uoluit id omne in legitimam ipſis debitam imputari, an ſupplementum legitimæ petere poſsint.*

58 *In legitimam debitam nepotibus ex filia an, & quando dos, & alia data filiæ ab auo ſint imputanda.*

59 *In legitimam computatur omne id, quod teſtator expreſsè diſpoſuit computandum eſſe, etiam ſi aliàs regulariter, & in dubio non eſſet computandum.*

60 *Legitima nepotum ex filia quæ, & quanta ſit, ſtante ſtatuto, quòd ad ſucceſſionem inteſtati nepotes ex filia, & frater defuncti ſimul admittantur, ſuperſtitibus uno fratre, & pluribus nepotibus ex filia.*

61 *Legitima non poteſt dici debita illi, qui ab inteſtato non poteſt ſuccedere.*

EPITOME.

RENVNCIATIO *facta à filia maiore 18. anno, quæ cum præſentia, & interuentu propinquorum, & iudicis in manibus patris, & ad illius utilitatem titulo donationis, & cum iuramento omni hæreditati paternæ, et legitimæ ſibi debitæ in bonis patris, ac omnibus bonis, & dotibus maternis, & auitis ad eam ſpectantibus ſcienter, & diligenter informata renunciauit, ualet, & ſeruanda eſt, illiq; nec filia, quæ renunciauit, nec eius filii tàm ex perſona matris, quàm ex perſona ſua aliquo modo etiam prætextu cuiuſcunque læſionis, & doli contrauenire poſſunt, ſi ex ſtatuto loci mulier maior 18. anno pro maiore, & legitimæ ætatis habeatur, & filia renuncians à patre dotem congruam, & alia receperit:*

Nec ob ſuperuenientiam filiorum beneficio l. ſi unquam C. de reuocand. dona. maximè ſi de illis expreſsè ſit actum, ut per eos nequeat reuocari, nec per remedium querelæ inofficioſæ donationis poſt lapſum quinquennii à filiis poſtea natis reuocari poteſt.

Et filia, quæ, ut ſupra, renunciauit, patri prædefuncta, nepotes ex ea non poſſe ex perſona ipſorum ad ſucceſſionem aui, etiā ratione legitimæ, uel eius ſupplementi uenire, & quatenus ad legitimam, uel ſupplementum admitterentur, debere dotem, & alia ab auo filiæ matri ipſorum data in eam computari, demonſtratur.

CONSILIVM XLIX.

TRIA mihi principaliter diſcutienda proponuntur, quæ tamen plura alia ſub ſe continent: Primum eſt, an domina Cornelia, quæ in manibus Petri patris ſui, & ad illius utilitatem titulo donationis, & cum iuramento omni hæreditati paternæ, & legitimæ ſibi debitæ in bonis patris, ac omnibus bonis, & dotibus maternis, & auitis ad eam ſpectantibus, & pertinentibus renunciauit, ut in publico inſtrumento continetur, renunciationi, & donationi prædictæ potuerit contrauenire. ¶ Secundum eſt, utrū huiuſmodi renunciatio, ſeu donatio ex beneficio l. ſi unquam C. de reuoc. dona. ipſo iure ob ſuperuenientiā filiorum dictæ do. Corneliæ reuocata fuerit. ¶ Tertium eſt, quo remedio filij dictæ do. Corneliæ poſt illius mortem poſſint talem renunciationem, ſeu donationē reuocare. ¶ Quartū, utrū filij præfatæ do. Corneliæ, quæ Petro patri ſuo prædeceſſit, ex perſona ipſorum, ſtante renunciatione prædicta, poſſint uenire ad ſucceſſionem Petri aui ſui, ut ſaltem legitimæ ſuæ ſupplementum conſequi ualeant. ¶ Quintum eſt, præſuppoſito, quòd filiis dictæ do. Corneliæ in bonis aui integra debeatur legitima, ex quo ipſi cū fratre aui defuncti cōcurrunt, vtrum pró legitima ipſis debeatur tertia pars omniū bonorum Petri aui, an uerò ſolum ſexta pars illorū, ex quo ex forma ſtatutorum ciuitatis Piſarum ad ſucceſſionem ab inteſtato ſimul nepotes ex filia, & frater defuncti uocantur.
¶ Redeo ad primum conſultationis articulum, ſuper quo doct. in conſiliis, & lecturis uarij fuerunt, & in occurrenti caſu prima facie uidetur dicendum, do. Corneliam, ſi uiueret, poſſe dictam renunciationē, ſeu donationē iuratam re-
1 uocare, quoniam † ab eo, à quo protectio, ſeu defenſio prouenire debuit, iniurias, & damna ſequi iniquum eſt l. neminerint C. und. ui, & dicere potuiſſet, ut in ſimili inquit Imperator in l. data C. de dona. ſe clandeſtinis, & domeſticis, immò paternis fraudibus ſubductam fuiſſe, ac metu quoq; reuerentiali impulſam ad renunciandum, & donandum ipſi
2 patri, meritoq; ſibi ſuccurrendum eſſe: & quamuis † uolenti, & ſcienti dolus, aut deceptio inferri non dicatur l. cū donationes C. de tranſact. l. 1. §. fi. ff. de actio. empti, doct. in l. 2. C. de reſcind. uendi. l. nemo uidetur fraudare ff. de reg. iur.
3 & c. ſcienti cum ibi not. eod. tit. in 6. † ex fragilitate tamen ſexus, & ætatis ſimplicitate præſumūtur mulieres adoleſcētulæ deceptæ, atq; ſeductæ l. cum de indebito ff. de proba. in
4 prin. Bar. in l. 2. in 4. q. C. de reſcind. uend. & licet † ipſæ in præſentia patris, cui renunciauerunt, non contrauenire iurauerint, tamen tali iuramento ſtare nō tenentur, & illud ſibi relaxari obtinere debent, cum non iuramentū, ſed periurium, & uinculum iniquitatis eſſe neminem lateat, ut dicit Bal. in rub. C. de rer. permuta. in uerſi. item quare donatio. † filiam hanc quoq; ratione enormis læſionis à patre circumuentā, & deceptam lex præſumit, ut in l. ſi ſuperſtite C.
5 de dolo, † ſic enim in ſcientē, & uolentem dolus committi poteſt, quandoquidem calliditate, & machinatione alterius quis ad ſic contrahendum inducitur, ut in l. 4. §. ſi quis uolētem ff. de libero homi. exhiben. in uerſi. ſed & ſi uolentem l. 1. §. 2. in uerſi. perſuadere ff. de ſeru. corrup. per quæ iura Pau. de Caſt. in conſ. 174. Contra ſuperius &c. quod conſilium communiter allegatur, ſimilem quæſtionem determinauit, & ad fauorem filiæ conſuluit, quæ pro libris quingentis uocauit ſe contentam &c. & opulentæ hæreditati paternæ, iuriq; petendi legitimam, ſeu eius ſupplementum, ac
6 bonis, & hæreditati maternæ renunciauit. ¶ Præterea † qñ filia minor, & in poteſtate conſtituta cum patre contraxit, illi renunciando, ſeu donando, id ob metum, & reuerentiā patris præſumitur feciſſe, & ideò actus eſt de iure reſcindendus ſaltem iudicis officio l. 1. §. quæ onerandæ, & ibi Bart. ff. quar. rer. actio non da. l. 1. C. ſi quacunque prædit. poteſta. etiam quòd ueniam ætatis impetraſſet, ad effectum contrahendi, ut eſt tex. in l. 1. C. de his, qui uen. æta. im-
7 petra. Et † quamuis ſola reuerentia paterna non uideatur ſufficere ad præſumendum metum, ſed neceſſe ſit probare, minas præceſſiſſe, ad tradita per Barto. in d. §. quæ onerandæ, & per Innocen. & alios in c. cauſa matrimo-

nij de offi. delega. & probatur in c.1.& in c.accedẽs extra de conuerſ.coniuga.Bar.& alij communiter in l.ad inuidiā C.quod met.cauſ.gloſ.in c.præſens clericus 20. quæſtio.3. not.in c.inſinuante qui clerici,uel uouẽn. Imol. in l. ſi cum dotem §.eo autem tempore,& ibi Alex.ff.ſolu.matri.tamen hæc non procedunt,quandocunq; interueniſſet enormiſſima læſio,quoniam tunc enormis læſio unà cum reuerentia paterna,ſeu aliarum perſonarum,ſub quarum cura, & adminiſtratione puella degit,iuſtum metum induci,ac præſumi facit ad reſcindendum contractum, ſeu renũciationem

9 ab ea factam, & † ideò ex prædictis domina Cornelia potuit dicere ſe enormiſſimè læſam, & conſequenter donationem,& renunciationem patri factam reſcindendã eſſe,non obſtante eius iuramento,quod ſeruandum non eſt,quando dolo,& fraudulenter fuit præſtitum c.cum contingat de iureiuran.c.licet eod.tit. in 6. c. quamus de pact.in 6.& authen.ſacramenta puberum C.ſi aduerſ.uenditio.nam ſecun

10 dum omnes † enormiſſima læſio dolum ſimilem dolo ex propoſito arguit l.ſi quis cum aliter cum ibi not. ff.de uerb.obligat.Bart.in l.ſi ſocietatem §.arbitrorum ff.pro ſocio, & ſcriben.in c.quintauallis de iureiuran.& in d.authen.ſacramenta puberum,& l.2.ff.de dol.except.quo fit, ut non obſtante uinculo iuramenti potuerit domina Cornelia renunciationi,ſeu donationi reiteratæ,ac ſæpius factæ cõtrauenire,prout in ſimili caſu pulcherrimè conſuluit Paul.de Caſt.in conſil.302.notandum eſt &c.lib.3.ſecundum impreſſionem nouam:ibi enim filia patri præſenti, & ad eius utilitatem ſucceſſioni paternæ,& iuri agendi, ac petendi legitimam, nec non bonis, & hæreditati maternæ iam filiæ acquiſitæ cum iuramento pro parua dote reſpectiuè ad bona paterna, & materna renunciauerat, & poſtea pater fratrem ſuum inſtituerat,& demum mortuo patre ipſa filia ad inſtantiam patrui primam renunciationem ratificauerat, & de nouo illi renunciauerat,ſeu donauerat,quod eſt fortius,& nihilo minus Paul.de Caſtr. ibi conſuluit, renunciationem iuratam non nocere ipſi filiæ,& tàm de iure ciuili,quàm canonico, ac diuino,& tàm in foro contentioſo,quàm animæ filiæ non nocuiſſe,ut in c. fin.17.quæſt.4. & ideò dixit donationem, ſeu renunciationem omnino de iure reuocandam fore.

11 ¶ Tertio † ſi ille, qui cũ adoleſcẽte ſtatim cõſumpturo contrahit,dicitur dolo facere,& ob hoc contractus reſcinditur l.ſi cum ſciret ff.de uſucapio.pro empto. l.quod ſi minor §. reſtituere ff.de minorib.l.ſi non §.adoleſcens ff.mand. ergo à fortiori hoc dicendum eſt,quando quis contrahit cum illo,qui ſic contrahendo conſumere,& diſſipare dicitur,ut in caſu occurrenti contigit, in quo filia renunciando, & donando patri conſumpſiſſe, & dilapidaſſe cenſetur, quia ob

12 modicum reſpectiuè renunciauit,ut † conſuluit Pet. de Anchar.in conſi.39.aliàs 38.pro clariori deciſione, & in conſil.341.pro maiori &c.in ult.dubio:in quibus locis idem uidetur uelle per motiua,quæ ipſe facit, non ſolum in muliere minore,ſed etiam in maiore,& hoc idem in aliis pluribus conſiliis affirmare uidetur, ut refert inſignis præceptor meus do.Barthol.Sozin.in ſuo conſi.263.in 4.col.lib. 2. ubi per totum ſatis amplè, & doctè conſuluit ad fauorem filiæ contra patrem,ſeu patruum, et allegat infinitos doct. hanc partem tenentes.Et profectò hæc opinio mihi uidetur communis,quandocunque concurrunt ea, quæ in hoc caſu concurrere uidentur,uidelicet fragilitas ſexus, minor ætas,reuerentia paterna,& enormiſſima læſio:tunc enim renunciatio facta à filia ſibi effectualiter nõ præiudicabit, quin illam poſſit reuocare,non obſtante iuramento, & actus geminatione,& renunciatione beneficiorum, ac priuilegiorum, ut ibi latius per eum,& per Federi. de Senis in conſil.194. Et

13 † quod plus eſt,do.meus in d.conſ.263.in ult.col.uoluit prædicta procedere,etiam ſi in inſtrumento renũciationis, ſeu donationis factæ patri fuiſſet iuratum de non contraueniendo etiam propter ſuperuenientiam liberorum,in quo caſu, & ſi donatio facta non dicatur ipſo iure reuocari ex diſpoſitione l.ſi unquam C.de reuocan.dona.& per Bart.in l.titia §.imperator ff.de legat.2. in d.l.ſi unquam, in l.1.& in l.ſi totas,& ibi docto.C.de inofficio.dona.& per Imol.in c.fin. de donatio.tamen concurrente enormiſſima læſione, ſexus fragilitate,minori ætate,& reuerentia paterna,ſecus dicendum eſt,quòd propter ſuperuenientiam filiorum ipſo iure dicatur reuocata:& in hoc caſu ſaluatur id, quod uoluit Io. Andr.in additio.ad Specul.in tit.de inſtrumen.edit. §. porrò in ult.additio.quod refert, & ſequitur Salic. in d.l.ſi unquam: & fuit de mente Roman.in conſil. 268. non eſt dubium &c.& in caſu contingenti hoc ſequitur,& corroborat do.meus in d.conſi.in ult.colum. itaque etſi in inſtrumentis, de quibus agitur, dictũ fuerit, etſi liberos habuerit &c. prout dictum fuit,adhuc tamen concludendum uidetur eſſe ad fauorem filiæ: quam opinionem doct. antiqui æquiorem,ueriorem,& magis communem eſſe atteſtantur, & illam ſequuntur Paul.de Caſt.in dictis conſiliis 174.& 302. in 2.lib. ubi non poſſet melius, & clarius ad fauorem filiæ renunciantis loqui,ſed non refero aliter uerba ipſius, quia ſua ſunt,& uideri poſſunt,ſequitur etiam Petr.de Anchara. in d.conſi.38.& conſi.341.& in aliis conſiliis relatis per dominum meum in dicto conſilio 263.qui iſtam opinionem dicit eſſe ſequendam,& quòd iniuſtus,ac iniquus iudex eſſet,qui contra filiam iudicaret:idem ſequitur Corne.in repetitio.authen.ſacramenta puberum in 42.colum.C.ſi aduerſ.uenditio.Philipp.Francus,& alij Moderni in d. c.quāuis de pact.in 6.Petrus de Anchara.in c.acceſſorium de regul.iur.in 6.& in c.1.de conſtitutionib.charta 22. Anto.de Butr.in conſil.45.iuris rigor &c. & in dicto c. cum contingat in 8.colum.uerſic.quartus caſus, & ibi Abb.in penulti. charta uerſi.nonus caſus &c. Decius in conſi. 181. uiſa renunciatione &c.Cuma. in conſil. 180. Abb. in conſil.107. quatuor ſunt &c.in 1.lib.Aret.in conſil.93. Andr. Siculus latiſſimè in conſi.21.colum.5.lib.1.& conſil.53. lib.2.Corne.conſil.11.124.& 214.lib.3.& conſil.147.lib.4.cum aliis multis, quæ ad hoc poſſent allegari. ¶ Prædicta etiam confirmari uidentur ex ſtatuto ciuitatis Piſarum ſub rubrica de iuramento præſtito à minore,quo cautum eſt,quòd ſi minor, ſiue maſculus,ſiue fœmina iurauerit in aliquo actu, uel contractu,interueniente quacunque ſolennitate,& quacunque auctoritate tutoris, curatoris, & iudicis &c.tale iuramentum intelligatur eſſe fictum, ſimulatum,& dolo,fraude,ui, & metu, & contra bonos mores præſtitum, & exactum,ſeu extortum,& pro non præſtito habeatur,et minori non præiudicet, quominus poſſit infringere actum tam per uiam nullitatis,quàm per alia iuris remedia, ut in dicto ſtatuto latius continetur:ergo infertur,quòd in caſu noſtro præfata domina Cornelia,non obſtante iuramento ſuo,potuit contra renunciationem, ſeu donationem factam patri ob enormem læſionem uenire, nec in ea potuit habere locum diſpoſitio d. c. quamuis, ubi excipitur caſus, quando filia dolo, ui, uel metu iuraſſet: Et † huiuſmodi ſtatutum ſic diſponens non annullando principaliter iuramentum, nec ſuper eo principaliter diſponendo, ſed per indirectum fingens, ut ſupra, de iure eſt ualidum, illique ſtandum eſt, ut uoluit Bartol. in l. omnes populi ff. de iuſtitia,& iure, ac alij ibi, Bald.& alij communiter in dicta authen. ſacramenta puberum, ibique Moderni repetentes in 2.limitatione. Præterea domina Cornelia ſolum uidetur renunciaſſe iuri petendi legitimam ſibi debitam in bonis paternis,non autem iuri agendi ad ſupplementum legitimæ, 14

15 ergo † diſpoſitio d.c.quāuis,quæ eſt exorbitans,& correctoria,nõ debet ultra caſum in renunciatione expreſſũ extẽdi, quia

16 quia † aliud eſt agere ad legitimam,& aliud ad ſupplemen
tum illius,nam aduerſus ius agendi ad ſupplementum non
præſcribitur,niſi ſpatio triginta annorum,ſed iuri agēdi per
querelam inofficioſi teſtamenti ad legitimam ſpatio quin
que annorum præſcribitur,ut habetur in l.ſi quis filium in
fin.C.de inoffic. teſtam.l.fin.C. de inoffi.donatio l.ſcimus
§. illud C. de inoffic.teſtamen.iuncta l. omnimodo cum ibi
not. eodem titulo & hoc expreſsè ſenſit Paul. de Caſtr.
in d.conſ.302.in 2.lib.notandum eſt &c. ¶Nec aduerſari
17 uidetur, † quòd pater conuenienter, & congruè dotando,
& ob dotem congruam filiæ datam recipiendo renuncia-
tionem, & donationem ſibi ab ea factam, præſumitur opti-
mum conſilium pro filia ſuſcepiſſe, arg.l.nec in ea in fin.ff.
de adulter.& ideò debuit ualere,quod factum fuit, quia re
ſpondetur hoc uerum eſſe in dubio,ſed in caſu claro, qua-
lis eſt noſter,in quo de manifeſta leſione filiæ conſtat,ſecus
eſt,quia in incertis,&non in certis locus eſt cōiecturis l.cō-
tinuus §.cum ita ff.de uerbo.obliga. Præterea illud eſt ue-
rum in patre filiam ſimpliciter,& non correſpectiuè dotan
te, ut uoluit Alex.in conſi.51.col.2.in 7.uolu. ſecus quan-
do conuenienter dotaſſet filiam ob maximam bonorum re
nunciationem, ſeu donationem per prædicta. ¶Cæterū
ſecundum ea,quæ mihi in facto præſupponuntur, diligen-
tius cogitando,non obſtantibus præmiſſis, contrariam opi-
nionem in caſu occurrēti de iure ueriorem eſſe puto, quòd
do.Cornelia,ſi uiueret,non poſſet contra ſuam renuncia-
tionem iuramentum firmatam uenire,præſuppoſito, prout
mihi in facto proponitur,quòd ipſa tempore, quo ſecundā
renunciationem,ſeu donationem patri fecit, eſſet ætatis an
nor.18.& ultra, & ſic eſſet maior anno.18.quo fit, ut in ci-
uitate Piſarum,in qua hæc cauſa diſcutitur,ipſa tunc cenſe-
retur, & eſſe diceretur ſimpliciter maior, & idonea per ſe
ad contrahendum, ſicut in aliis locis cæteri maiores 25.an
nis per ſe ſimpliciter poſſunt contrahere, & ſibi præiudica
re,quia ex diſpoſitiōe ſtatutorum dictæ ciuitatis (ut præſup
ponitur) maior ætas,& legitima conſideratur, quæ excedit
annum 18.ſicut regulariter, & de iure communi maior &
18 legitima ætas dicitur illa,quæ 25.annū excedit. Et † hoc de
iure potuit introducere ſtatutū loci quoad ſubditos ſuos,
& in ſuo territorio,tum quia conſtitutio legitimæ ætatis ma
ioris,uel minoris eſt de iure poſitiuo,& à lege ciuili inducta
c.in præſentia de proba.& per totum ff.& C.de minoribus
cum aliis ſimilibus titulis,& probatur argu.tex.in l.fin.C.de
iis,qui ueniam æta.impetra.ergo poteſt hoc mutari, & alte
rari per ſtatuta loci, & per ius ciuile, l.tutelas C.de capit.
diminutio l.oēs populi ff.de iuſti.& iur. §.pen.Inſtit.de iur.
natur. gent. & ciuil.canoniſtæ,& ibi dixi in c.1.de conſtitu.
& facit c. propoſuit de cōceſſ.præbend.tum etiā quia opti-
mè hoc probatur in d.l.fin.C.de his, qui ueni. æta. impetr.
iuncta l.1.& 2.eod.tit.ubi ætas legitima in dubio dicitur il-
la,quæ eſt 25.annorum, & tamen ſi ſpecialiter, & expreſsè
aliter ſtatutum,& ordinatum fuerit ab eo qui ius, & poteſta
tem hoc faciendi habet,ualet,& obſeruatur, dummodo in
maſculis quidē ſtatuatur,& diſponatur, quòd legitima ætas
non ſit minor 20.anno, in fœminis autem nō ſit minor 18.
anno,ut in d.l.2. & facit id, quod ponunt Salice. & alij in
authen.nouiſſima, & in authen.unde ſi parens C. de inoffi.
teſtam.dum concludunt legitimam poſſe minui à ſtatuto ci
uitatis,quoniam legitimæ conſtitutio dicitur eſſe de iure po
ſitiuo, quamuis legitima ipſa, hoc eſt ſucceſſio filiorum ſit
de iure naturali, ſeu gentium l.cū ratio de bon.damna.c.ius
naturale 1.diſtinctio l.ſcripto in fin.ff. und.libe. cum ſimili-
bus: ita dicendum eſt de ætate legitima,quoniam & ſi ætas
ipſa dicatur eſſe de iure naturali d.l.fin. C.de his, qui ueni.
æta.impe.& in l.qui habet ff.de tutel. tamen conſtitutio æta
tis legitimæ dicitur eſſe de iure poſitiuo,per totum C.de iis
qui ueni.æta.impetr.& ideò dixit Bal.in l.unica in pen. col.
in uerſ. tertio quæro C.de inofficio.do.quòd ex quo diſpo
ſitio l.hac edictali C. de ſecund. nupt. quæ fuit introducta
ad fauorem filiorum primi mariti,dicitur eſſe de iure poſiti
uo,ea tolli poteſt per ſtatutum loci,& plura alia in ſimili cu
mulari poſſent, quæ de induſtria breuitatis gratia omitto.
Ciuitas itaq; Piſarum benè ſtatuit,quòd maior,& legitima
ætas ſaltem in fœmina dicatur,quando quis excedit 18.an
num,quamuis fortè idem dici poſſit etiam in maſculis per
prædicta,licet aduerſari uideatur tex.in d.l.2. ſed non diſcu
tio,quia in præſentia hoc nihil ad nos. ¶Stante igitur hu-
iuſmodi ordinatione,quòd domina Cornelia fuerit tempo
re ſecundæ renunciationis legitimæ ætatis,&maior,ex quo
19 tunc erat maior 18.anno. ſequitur, † quòd renunciatio fa
cta ab ea cum iuramento propter dotem habitam, ſeu pro
miſſam à patre, (quæ dos fuit conueniens, & cōgrua, atten
tis facultatibus uiri, & patris dominæ Corneliæ, nec non at
tenta conſuetudine loci, iuxta tex.in l.cum poſt §. gener. ff.
20 de iur.dot.cum ſimilib. item quia, attento quòd † dos data
fuit à patre filiæ,in dubio debet præſumi cōgrua,& conue-
niens,quia pater dotando filiam optimum conſilium pro ea
in dubio cæpiſſe dicitur d.l.nec in ea in fin. de adult. ut etiā
notabiliter declarat Paul.de Caſt. in conſi.400. ſecundum
nouam formam incipiente in Chriſti &c. Viſis, & ponde-
ratis omnibus &c.in 2.lib.)ualuit,& ſeruari debuit,illiq; nul
lo modo filia contrauenire potuit:Et in hoc caſu,ut hoc ſta
tueret etiam contra ius ciuile, emanauerit diſpoſitio d.cap.
quamuis de pact.in 6.ut atteſtatur Archi.Ioan.And.Domi.
& Moderni oēs ibi, qui dicunt per illum tex. quòd ſi filia
maior,& legitimæ ætatis renunciauerit ſucceſſioni pater-
næ cum iuramēto in manibus patris pro dote ſibi data, ſeu
promiſſa,non poteſt amplius contrauenire, ſed iuramentū,
& renunciationem obſeruare tenetur, quoniā iuſiurandū
ſemper ſeruandum eſt,dummodo illud ſeruando non uer-
gat in detrimentum ſalutis æternæ: ſed huiuſmodi iuramen
tum cenſetur licitum, & iuſtum,ex quo ipſi filiæ fuit de do-
te congrua,& conuenienti ſuccurſum ſecundum docto.ibi,
& in terminis per Petr.de Anchar.in d. conſi. 38. necnon
do.de Rota in deciſ.850.hoc præſupponunt, ergo &c. Et
21 † notandum eſt etiam ex mente illius tex.& docto.ibi,quòd
ad ualiditatem,uel inualiditatem renunciationis iuratæ ſo-
lum conſideratur dotis conſtitutio,ſeu illius promiſſio, non
autem quantitas ſucceſſionis paternæ,an illa fuerit magna,
uel parua, nec etiam attenditur quantitas legitimæ debitæ
filiæ iure naturæ,& an dos fuerit ei conueniens, ſeu diſpar,
ut ibi colligitur ex generalitate uerborum illius tex.ſed ſo-
22 lum,utrum dos data,ſeu promiſſa fuerit congrua; Et † hāc
partem, & opinionem ſequuti ſunt ferè omnes docto. in fi-
lia maiore,& legitimæ ætatis, ut ipſa prætextu cuiſcunque
læſionis non poſſit contra renunciationem, & iuramentum
ſuum uenire, ad tradita per do.de Rota in dicta deciſione,
& ultra docto.canoniſtas in d.c.quamuis,quos ſupra retuli,
hoc idem tenuerunt Ang.in l.ſiquis pro eo uerſ.item adde
ff.de fideiuſſo.Alexan.in conſi.221.uiſa facti narratione in
2.uol.in 2.col.conſ.59, uiſo inſtrumento in 1.uolu.& 39.ui
ſo ſtatuto in 4.uolu.in conſi.42.ſupra præmiſſo in 1.uolu.in
1.col.et 53. uiſis &c.in 3.uolu.in 7.& 8.col. Curtius anti-
quior in conſi.43.ſuper facti contingentia, Paul. de Caſtr.
in conſi.216. præſuppoſito ſine præiudicio &c. in 2. col.&
in conſi.416.uiſo puncto in 2.libro in 1.col.qui loquitur in
caſu,quo filia pro dote data renunciauit etiam ex titulo do
nationis bonis paternis,& maternis cum iuramento, & ibi
concludit filiam,& eius filios non poſſe cōtra renunciatio-
nē uenire,& in conſ.418.eod.lib.ubi optimè loqitur. Vide
etiam Ioan.de Imol.idem ſequentem in c.ſi uero de iureiu-
rand.& in c.uenerabilem de electio. & Paul. de Caſtr. &
Modernos

Modernos repetentes in d. authen. ſacramenta puberum in 3.colum.Roma.in conſi.437. in caſu propoſito in fin. &
23 † Alex.in locis allegatis,& maximè in d.conſi.42.dicit,quòd quamuis tex.in d.c.quamuis excipiat caſum, quando dolo, aut ui, uel metu eſſet iuratum, tamen ſecundum eum debet intelligi de dolo ex propoſito, & non de dolo re ipſa, quia ille propriè non eſt dolus, ut habetur in l. ſi quis cum aliter ff.de uerborum obliga.in l.2.C.de reſcind.uend. & in c. dilecti extra de contrahen.emptio. quicquid ſecundum Alexan.dixerit Petr.de Anchar.in c.1.de conſt.& Anto.in
24 d.c.cum contingat. ¶ Præterea † cum in caſu occurrenti facta fuerit renunciatio per uiam etiam donationis, ſequitur,quòd illa ob iuramentum eſt omnino ſeruanda, non habita conſideratione,an fuerit enormiter læſa, nec ne, quia in donatione enormis læſio non debet eſſe in conſideratione,ſed ſola liberalitas l.1.ff.de donatio.c.1.eodem tit. aliàs ſemper dici poſſet donatorem eſſe enormiter læſum, & cõſequenter ipſum non teneri ad obſeruantiam donationis iuratæ,contra tex.in d.authen.ſacramenta puberum,& ibi gl. in uerb.contractibus,& doctores communiter ibi dicunt illum textum etiam in contractu donationis iuratæ locum ha
25 bere. Hinc uidemus, † quòd quando uenditor, qui fecit uenditionem pro minori pretio,quàm ſit dimidia,dicit ſe illud plus,quod res ualet,uelle donare, tunc non attenditur læſio pretij ultra dimidiam,de qua in d.l.2.& in d.c.cum dilecti,ut uolunt Nicol.de Matha.Bar.Bal.& alij in d.l.2.Alexan.in conſi.53.lib.3.Pau.de Caſtr.in d.auten. ſacramenta puberum in 3.colum.& in conſi.216.Rom.in d.conſi.437. Quinimmò in caſu occurrenti ipſa domina Cornelia non poteſt dici tàm enormiter læſa, ut prætextu huius læſionis poſſit dici enormiſſimè læſa,& conſequenter, ut renuncia-
26 tioni,ſeu donationi ſuæ poſſit contrauenire,nam† in hac materia ad hoc,ut filia poſſit dici enormiſſimè læſa,conſiderari debet huiuſmodi læſio reſpectu dotis datæ, utrum fuerit congrua,& competens,tàm attentis circunſtantiis,& conditionibus,de quibus in l.cum poſt §.gener,& in l.ſi filiæ ff.de lega.3. quàm etiam reſpectu legitimæ aliàs ſibi de iure in bonis paternis debitæ,iuxta not.in l.ſancimus per Sali. in fi. C.de nuptijs, & in authen. res quæ per illum textum in 2. notab.C.commu.de leg.cum ſimilibus traditis per Alexan. in conſil.69. ſuper primo dubio in 1.uolumi.in 1.colum.& in conſi.7.uiſis &c. in 2.uolumi.in 3.colum. & in conſil.83. uiſo ſtatuto in 4.uolu. non autem habito reſpectu ad uniuerſa bona paterna, & materna, aut auita, quibus renunciaſſet,uel quæ donaſſet, nam quando pater congruam dotem filiæ,ut ſupra,dediſſet,uel aliter conſtituiſſet,etiam ſi filia poſſet dici læſa ultra dimidiam iuſtæ æſtimationis bonorum matris,ac etiam legitimæ ſibi in bonis paternis debitæ, tamen non poſſet conqueri, quòd incongruenter, ſeu incompetenter fuiſſet dotata,& enormiſſimè læſa, dummodo aliis reſpectibus, ut dictum eſt, dos diceretur eſſe congrua, uidelicet attentis facultatibus uiri,conſuetudine domus,& patriæ,& conditione,ac ſtatu paterno per iura ſupra allegata,cum ſemper præſumendum ſit, ipſum patrem optimum conſilium pro filia cæpiſſe l. nec in ea in fin.ff. de adulter. cum ſimilibus,& ita in terminis uoluit Paul.de Caſt. in conſi.108.Super primo quæſito in 7.dubio, & in d.conſil.400. in 2.lib. ſecundum impreſſionem nouam, & in conſil.418. eodem libro,& habetur etiam per Alexan.in conſil.140.in
27 2.uolumi.in 3.colum. ¶ Præterea† in conſtitutione dotis facta à patre, & in renũciatione bonorum facta à filia interuenerunt duo,aut tres proximiores conſanguinei, & præſentia,ac auctoritas iudicis ordinarij non ſolum ſemel,ſed etiã bis, ut conſtat ex inſtrumentis ſuperinde confectis, ergo ceſſat omnis præſumptio læſionis,doli,fraudis, & metus, & præſertim patris, qui ob affectionem, & charitatem paternam congruenter dotando præſumitur(ut dictum eſt)optimum conſilium pro filia cæpiſſe, & præſumi non debet illam uoluiſſe decipere, nec fraudare, cum plus cenſeatur dilexiſſe illam, quam ſeipſum, & aliam quamlibet perſonam l.liberorum ff. de uerborum ſignifica.et probatur in l.tranſactione C.de tranſactio.& ibi Bar.& alij,qui dicunt, quòd præſentia conſanguineorum facit ceſſare metum reuerentialem,& paternum,de quo in d.l.1.§.quæ oneranda:idem dicit Barto.in l.fina.uerſicu.item quæro ff.ſi quis aliquem teſta.prohib.& ponit dominus Anto.in c.cauſam matrimonij de offic.delega.& ſecundum Bartolum, & docto.ex d.l.trãſactione colligitur ratio, quare per ſtatuta locorum introductum fuerit, quòd in contractibus mulierum, & minorum conſenſus propinquorum, & præſentia iudicis requiratur,& adhiberi debeat.¶ Nec obſtat ſtatutum ciuitatis Piſarum ſub rubrica de iuramẽto præſtito à minore &c.quod præſumit iuramentum fictitium, ſimulatum, & ui, dolo, & fraude extortum; quia primo loquitur in minore ſiue eſſet maſculus, ſiue fœmina: ſed in caſu noſtro domina Cornelia ſaltem tempore, quo fecit renunciationem ſecundam, quam obſeruandam,& conſiderandam eſſe puto, erat maior,& legitimæ ætatis,attenta ſtatutorum diſpoſitione,ut ſu
28 pra dictum fuit,ergo &c.Secundo reſpondeo, † illud ſtatutum non debere intelligi,nec procedere,quando filia agerer,ſeu cum patre contraheret maximè cum ſolennitate,& præſentia propinquorum, ac præſentia iudicis, tum propter præſumptionem dilectionis paternæ, tum etiam quia omnis dolus, et metus ob præſentiam iudicis, & propinquorum ceſſare dicitur,ut ſupra, prout in terminis iſtis uoluit Paulus de Caſtro in d.conſil.418. Præterea, ut tetigi,
29 † ipſi propinqui, & iudex ordinarius bis interfuerunt cum magna cauſæ cognitione in renunciatione facta per filiam, ergo præſumptio eſt, quòd ipſa renunciatio fuerit benè deliberata,ut colligitur ex nota.per Bald.in tractatu ſciſmatis poſito ſub rubr.C.ſi quis aliquem teſtar.prohib.in penultima charta,glo.in c.ſi quis iratus 2.q.3.in glo.fin.item quòd fuerit facta ſine errore,& abſque læſione, ac fraude, argumento not.per gloſam in c.ex literis de diuor.& per Barto. in l.cùm ſcimus in fin.C.de agric.& cenſi.lib.11.& faciunt, quæ habentur per ſcriben.in c.1.de treugua,& pace,& per Modernos in c.ſi cautio de fide inſtrum. ubi Abb.& alij, & per Andream Siculum in conſi.17.in 2.lib. & ideò illa ſuſpitio fraudis,læſionis, & metus reuerentialis paterni, quæ in prima renunciatione oriri,& præſumi potuiſſet, purgata uidetur ex ſecunda renunciatione facta ex interuallo poſt primam,in qua etiam propinqui dominæ Corneliæ,et auctoritas iudicis ordinarij,qui ſuam adhibuerunt diligentiã, & auctoritatem,interuenerunt. ¶ Accedat ad hæc,quòd
30 † renunciatio,quam facit filius,aut filia de legitima ſibi in bonis paternis,aut maternis debita,ſeu debenda,dicitur efficax,& ualida, quando fit cum iuramento, ſiue fiat expreſsè de legitima,prout euenit in caſu præſenti,ſiue generaliter, & ſimpliciter de omnibus bonis, ut declarat Bal. per illum textum in l.ſi quando in fin.& in prin.ibique Paul. de Caſt. C.de inoffic.teſtamen.& Bal. in l.cum donationibus in fin. C.de inoffic.donatio. Ange.in l.ſi proponas §.1.ff.de inoffi. teſtamen.& Bal.in l.ſi quando §.1.& in l.quamuis circa fin. C.de fideicommiſs.et Alexan.in conſi.181.Perſpectis in 5.
31 uolumi.ubi plura ad hæc allegat. ¶ Præterea † in ultimo renunciationis inſtrumento renunciatum fuit cum iuramento,et cum auctoritatibus, ac præſentiis præmiſſis exceptioni doli mali, et actioni non utiliter geſti, et non ſic facti, et celebrati contractus, et aliis iuribus per uerba multum generalia,et prægnantia, per quæ uerba,et per renunciationem huiuſmodi à maiore factam uidetur renunciatum exceptioni læſionis dimidiæ,uel ultra dimidiam, et remedio

medio, quod datur ratione deceptionis, & læſionis re ipſa taliter, quod ſi pater, uel eius hæredes ius de cauſis conuenirentur, contra illos obſtaret exceptio doli, ut colligitur ex iis, quæ notat Bal. in l. 2. in 4. q. C. de reſcind. uend. per tex. in l. quæritur §. ſi uenditor ff. de ædil. edict. & argumēto l. ſi quis cum aliter ff. de uerbo. obliga. ibiq; per Alex. ¶ Rur-
32 ſus † cum in inſtrumento dicatur, quòd ſcienter, & diligēter informata ipſa domina Cornelia prædicta fecit &c. ſequitur, quòd error, & enormis læſio allegari non poteſt, ut dicit Bal. in d. l. 2. in 7. q. in fi. & in l. mater in 3. col. C. de rei
33 uendi. & † de informatione, & ſcientia præſumitur ex eo, quòd quis iurauit non contrauenire &c. ut ſingulariter uoluit Bal. in l. 1. in fin. uerb. C. de reb. cred. & Ioan. Andre. in
34 d. c. quamuis: & † de certioratione, & informatione facta creditur notario ſic aſſerenti, ad tradita per Alex. in conſi. 61. uiſo proceſſu in 2. uolu. in 2. col. & argumento eorum, quæ uoluit Bart. in l. fin. §. idem quæſiuit ff. de cond. indeb. & in l. ſi dari in fin. ff. de uerbo. obliga. & per eundem Alex. in conſi. 42. in 1. uolu. in 5. col. & in conſi. 53. in 3. uolu. in
35 7. col. & † quantum operetur iuramentum in huiuſmodi renunciationibus interpoſitum, colligitur ex tex. cum gloſ. in c. ex reſcripto, & ibi Bal. in ult. not. de iureiuran. cum ſimilibus allegatis per Alex. ad propoſitum in l. ſciendum in 12. col. ff. de uerb. obliga. & in rub. eodem titu. circa finem, & in conſi. 42. in 1. uol. in antepen. col. Ioan. de Imol. latè. in d. c. cum contingat in penul. col. circa fin. de iureiurand. cum aliis allegatis per Alexand. in dicta l. ſciendum.

¶ Et ex præmiſſis uidetur, quòd ſtantibus prædictis pleniſſimè relatis, etiam ſi domina Cornelia fuiſſet minor uigintiquinq; annis, ſed maior pupillari ætate, tamen ratione iuramenti non poſſet, ſi uiueret, renunciationibus, ut ſupra, factis, & geminatis contrauenire per tex. cum ibi not. in dicta authen. ſacramenta puberum, & in d. c. quamuis, quæ iura etiam minores doli capaces ligant: quanto magis ergo hoc dicendum eſt, cum ipſa tempore ſecundæ renūciationis maior, & legitimæ ætatis eſſet ex forma ſtatutorum ciuitatis Piſarum, ut mihi in facto præſupponitur, ſecundū quæ maior, & legitima ætas cenſetur nō ſolum illa, quæ excedit 25. annum, ſed etiam 18. ſaltem in fœmina, argumento l. 1. & 2. cum l. fi. C. de his, qui ueniam ætatis impetr. iūctis iis, quæ ad propoſitum ſupra adduxi. ¶ Et ex his omnibus pro hac ſecunda parte allegatis, & conſideratis, colligi poteſt reſpōſio ferè omnibus iis, quæ ſupra pro alia parte conſiderata
36 fuerunt. Præterea & ſecundo † omnibus in contrarium facientibus, & præſertim doctoribus, qui communiter in lecturis, & conſiliis uoluiſſe uidentur, filiam cum iuramento renunciantem poſſe contrauenire habita licentia, & impetrata habilitatione prius à iuramēto, iuxta ea, quæ habentur in c. 1. per ſcriben. de iureiurand. & per Deciū in conſi. 180. per Imol. in d. c. cum contingat, ac etiam per doct. in dicta authen. ſacramenta puberum cum ſimilibus, reſpōderi poteſt generaliter, quòd illa opinio communis, & allegata pro illa parte procedunt, locumq́ue habent in filia, ſeu fœmina minore, & quæ non eſſet legitimæ ætatis, at ſecus eſt in illa, quæ eſſet maior, & ætatis legitimæ, qualis erat domina Cornelia tempore ſaltem ſecundæ renunciationis, quæ non ſimpliciter fuit excluſa à legitima ſua, nec à ſucceſſione paterna, cum pater in ſuo teſtamento, ultra quod illi dederit dotem ducatorum quingentorum, & correda ducatorum centum, & quinquaginta, necnon ius, & facultatem ſe reducendi ad habitandum in domo paterna, quouſque ipſa uiueret, & uidua ſtaret, illi etiā titulo inſtitutionis reliquerit ducatos ducentū & quinquaginta, & alia, de quibus in teſtamēto Petri patris ipſius habetur: quo fit, ut poſſimus dicere, nos eſſe in caſu, in quo pro ipſa filia in indiuiduo coſuluit Decius in conſi. 181. ſatis notabilis quæſtio &c. in 2. col. qui in caſu propoſito dixit, filiam non fuiſſe enormiter læſam, propterea, quia fuerat data dos 400. florenorum, & de hæreditate patris quingentos florenos habuit, quibus omnibus computatis ipſa filia legitimam integram, uel quaſi integram conſequuta fuerat, pro qua parte etiam conſuluit latiſſimè Corn. in cōſi. ſuo 11. in 3. lib. qui omnino inſpiciatur. ¶ Verū autem filij dominæ Corneliæ, quæ (ut ſupra dictū fuit) Petro patri ſuo prædeceſſit, poſſint ex perſona matris cōtrauenire, & renunciationē maternam reuocare prætextu enormis læſionis, ex quo ipſi non dicuntur uinculo iuramenti
37 aſtricti, cum † illud ſit perſonale, ut dixit Bal. in l. generaliter C. de reb. credit. c. ueritatis de iureiurand. cum ibi nota. per docto. & ib Innoc. & Bal. in c. 1. §. item ſacramenta de pac. iuramen. firman. cum ſimilibus allegatis per Alex. in d. l. 1. in addi. ad Bal. uidetur concludendum, quòd nō, quoniam ſi uolunt contrauenire tanquam hæredes matris, non poſſunt, quia factum illius ratum habere tenentur, ut in l.
38 cum à matre C. de rei uendica. Præterea † ſi ipſa mater uolens contrauenire excluditur, & non auditur, ut ſupra fuit concluſum, multo magis debēt excludi filij poſt mortem matris, qui ex perſona matris uenire uolunt, tum quia eadem debet eſſe conditio hæredis, quæ fuit ipſius matris renunciantis, quæ repelli potuit, ut in l. 2. C. de fructibus, & lit. expen. l. cum hæres ff. de diuerſ. præſcrip. tum quia non mutatur conditio obligationis ex perſona hæredum, l. 2. §. ex his ff. de uerbo. obliga. & in terminis noſtris hoc uoluit glo. in c. quamuis de pact. in 6. in ult. glo. quæ dicit renunciationem ſucceſſionis factam cum iuramento à filia ipſi patri propter dotem datam non ſolum nocere filiæ, ſed etiā filiis, & hæredibus ſuis, immò ſentit ibi gloſ. illam renunciationem ſecundario nocere filiis, ut filius, quando ipſi uellent principaliter eam reuocare, quod quidem ibi Philipp. Frācus Peruſinus dicit, uerum eſſe etiam, quando filia mortua fuiſſet uiuo patre, & renūciatio facta fuiſſet à filia, quæ propter dotem ſibi datam, aut partem bonorum aliquam à patre receptam uocaſſet ſe tacitam, & contentam pro ſucceſſione, & ſua parte, nam tunc filij excluderentur non tantū ex ui repudiationis, ſeu renunciationis, ſed etiam & priucipalius, quia mater partem ſuam bonorum, ſeu aliud illius loco habuiſſet, quam filij ulterius habere non poſſunt: & hoc eſt, quod uoluit Roma. in l. qui ſuperſtitis ff. de aquir.
39 hæred. ¶ Rurſus † ex quo domina Cornelia non ſolum renunciauit legitimæ, & ſucceſſioni paternæ, ſed etiam patri cum iuramento, & cum ſolemnitatibus requiſitis, ac interueniente inſinuatione bona materna, ſeu auita donauit, ut apparet ex inſtrumento ſecundo, ſequitur, quòd talis donatio irreuocabiliter ualuit, & bonorū donatorum dominiū in patrem tranſlatum fuit, ut uolunt Bart. & alij in l. frater à fratre circa finem, & ibi Moderni, & præcipuè Iaſ. in 7. limitatione ff. de cond. indeb. & ibi Alex. in apoſtill. ad Bar. in
40 1. col. qui dicit, † quòd ratione iuramenti ex contractu efficax oritur obligatio inter patrem, & filium de iure canonico; et fuit dictum Bal. in l. fi. in ulti. col. C. de uſucap. pro donato, & in l. 2. in repet. in 18. charta ff. de iureiuran. & atteſtatur Iaſ. in d. l. frater à fratre, quòd hæc eſt cōmunis opinio. Sicut ergo ipſa do. Cornelia, ſi uiueret, non poſſet donationē iſtam reuocare arg. d. auth. ſacramenta puberū cum gloſ. in uerbo. contractibus, & ſupra dixi, ita nec filij ſui, qui ex perſona matris ſuæ uellent cōtrauenire, quia fortior eſt cauſa immediata, quam mediata, ſeu remota l. fin. C. de naturalibus liber. & ita intelligo id, † quod uoluit Bar. in l. qui ſuperſtitis ff. de acquiren. hæred. dum concludit, nepotem excludi, ſicut eius mater excluditur, quando nepos uult in locum matris ſuæ ſuccedere, quia nemo plus iuris poteſt in alium transferre, quàm in ſe habeat c. nemo poteſt de re gu. iur. in 6. & prædicta maximè uera ſunt reſpectu bonorum

rum maternorum, aut aui materni, quæ iam fuerant irreuocabiliter ipſi dominæ Corneliæ acquiſita, ad quæ bona materna, ſeu auita filij dominæ Corneliæ uenire non poſſunt, niſi ex perſona ſuæ matris, & ideò cum mater ab illis renunciatione, & donatione ſua iurata fuerit excluſa, ſequitur, quòd etiam filij ſui dicentur excluſi, ut uoluit gl. in d.c. quãuis, quam ſic intelligit Decius in d.conſi.81.in 4.colum. qui in hoc caſu rectè fuit loquutus, ut ibi in uerſi. ad hæc in qui-
42 bus &c. ¶ Præterea † ex quo domina Cornelia renunciauit, & donauit omnia bona &c. & in recompenſationem renunciationis, & ordinationis factæ ipſa recepit dotem, & alia, de quibus in inſtrumento renunciationis, nec non in teſtamento patris ſui, & uocauit ſe tacitam, & contentam pro omni eo, & toto &c. & pro omnibus iuribus ſibi quomodocunque competentibus in bonis, & hæreditate ſui patris, & pro legitima ſibi debita, ac etiam pro omnibus bonis ſibi acquiſitis ex bonis, & hæreditate ſuæ matris, & aui materni, & auiæ maternæ cum ceſſione dictorum iurium facta dicto Petro patri ſuo, ideò talis renunciatio, ſeu donatio uidetur etiã filijs ipſius dominæ Corneliæ renunciationis obſtare, non ſolum uirtute ſimplicis renunciationis, ſed etiam uirtute ſuæ ceſſionis, ut inquit Bal. poſt gloſ. in l. pactum in 2.colum. uerſicu. ſecundo quæro C. de collatio. & ibi Alexan. in pen. colum. & in hanc ſententiam in terminis noſtris uenit Pau. de Caſt. in conſi. 416. in penultima colum. in 2. libro, uiſo puncto &c. Et hæc quoad primum dubium dicta ſufficiant.

¶ Modo uenio ad ſecundum, utrum dicta renunciatio, ſeu donatio fuerit ipſo iure propter ſuperuenientiam filiorum ipſius dominæ Corneliæ ex remedio l. ſi unquam C. de reuocan. donatio. reuocata; & non reuocatam fuiſſe, uidetur
43 dicendum, † quia expreſſè actum, & conuentum eſt, quòd non poſſit reuocari etiam propter liberos naſcituros, & ſuperuenientes, per ea, quæ uoluit Barto. in l. titia §. imperator ff. de lega. 2. qui ſic limitat text. in d.l. ſi unquam, & ibi docto. communiter hoc ſequuntur, optimus etiam eſt text. in c. fina. in 2. reſpon. 17.q.4. ibi cum filios non haberet, nec ſperaret &c. & idem uoluit Ioan. de Imol. in c. fina. extra de donatio. & docto. in l. 1. & in l. ſi totas C. de inoffic. donatio.
44 Præterea † ſecundum Alexan. in conſi. 29. Præclare &c. in ultima columna in 3. uolumi. diſpoſitio d.l. ſi unquam ſolum habet locum in donatione, & non in renunciatione facta à filia in terminis d.c. quamuis de pact. in 6. quia talis renunciatio non reuocatur propter ſuperuenientiam filiorum, ut eſt de mente glo. fin. ibi, per quam ita uoluit Alex. in
45 d. conſilio: & ratio eſt, quia † diſpoſitio d.l. ſi unquam dicitur eſſe exorbitans à regulis iuris, ut ibi habetur, & conſtat, argumento c. quicunque in fin. 17.q.4. ergo non debet extendi de caſu ad caſum, argumento c. quæ a iure de reg. iur. in 6. cum igitur loquatur de donatione, non debet trahi
46 ad renunciationem, † quæ non eſt propriè donatio, argumento eorum, quæ habentur per Baldum in rubrica, & in l. 1. C. de pact. & in l. illud in 3. colum. uerſi. quid ergo C. de ſacroſanct. eccle. & eorum, quæ uoluit Paulus de Caſtr. in l. ſicut C. de repudian. hæred. & ſi diceretur, quòd in caſu occurrenti non ſolum facta fuit renunciatio, ſed etiam donatio, quia ſeruata fuit forma, quam in his terminis docet Paul. de Caſtr. in d.l. ſicut, ut uerba inſtrumenti ſonant, ergo deberet habere locum diſpoſitio d.l. ſi unquam, Reſpondeo in primis, ut dictum fuit, quòd ſpecialis mentio facta fuit de filiis naſcituris, & conuentum fuit, quòd propter tales filios nõ poſſet reuocari, quo caſu donatio dicitur eſſe irreuocabilis etiam inſpecto hoc caſu, ut dictum eſt; Secun-
47 do reſpondeo, quòd † diſpoſitio d.l. ſi unquam habet locum in mera, & ſimplici donatione, non autem in illa, quæ fuit facta ex cauſa, ſeu ob cauſam, ut uoluit Bal. & Ang. in d. l. ſi unquam, & latius proſequitur Alexan. in conſi. prælegato 29. & [idem] uoluit Corneu. in conſi. 206. [uiſo] ſuprascripto themate in 3. uolu. in 7. & 8. colum. idem ſequitur Sozi. in l. 1. C. de pact. in ultima columna, qui hoc modo limitat d.l. ſi unquam, & in terminis noſtris hoc idem uoluit Decius in d. conſi. 181. in fina. uerb. qui atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, & ab illa in iudicando, & conſulendo non fore recedendum. ¶ Nec prædictis aduerſa-
48 tur id, † quod uoluit Sozi. in conſi. 263. in ſecundo uolumine in ultima columna, qui in terminis conſuluit contrariũ, quòd immenſa donatio reuocatur propter filios ſuperuenientes, de quibus etiam expreſſè fuiſſet cogitatum, & expreſſum, per textum in d.l. ſi unquam, quoniam cum diſpoſitio d.l. fuerit in fauorem filiorum introducta, ut dixit Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de inſtrumen. editio. §. porrò in ultima additio. & ſequitur Salic. in d.l. ſi unquam, & in d.l. 1. C. de inoffic. donatio. ſequitur, quòd illi diſpoſitioni, & fauori introducto pro filiis parentes non poſſunt renunciare, ut præfati doctores uidentur concludere, quicquid dixerint Barto. & alij, quorum opinio non eſt ſequenda ſecundum Romanum in conſi. 268. non eſt dubium &c. quia reſpondetur, quòd cum opinio Barto. & aliorum, de quibus primo loco facta eſt mentio, ſit communiter approbata, ut atteſtantur Roman. ibi, & Sozi. in d. conſi. in ultima columna, Ideò reiecta alia opinione, quæ fuit Salic. & Ioan. Andr. & Roma. ſequi debemus opinionem illam communem, ut concludunt Ioan. Andr. do. Anto. Abb. & Moderni in c. 1. circa fin. extra de conſtitutio. Conſtat enim, quòd domina Cornelia uoluit renunciationem, & donationem ualere, ac effectum habere, etiam ſi ipſa filios poſtea haberet, ut expreſſè actum, & conuentum eſt, ergo cum in uerbis nulla ſit ambiguitas, non debet admitti uolũtatis quæſtio. l. ille aut ille in fin. ff. de lega. 3. & in incertis, & non in certis locus eſt coniecturis l. continuus §. cum ita ff. de uerborum obliga. & quamuis Sozin. in d. conſilio in ultima columna dicat, quòd propter dolum adhibitum in præſenti caſu expreſſè non apparet, quòd mater uoluerit filijs naſcituris præiudicare, quoniam dolus facit conſenſum abeſſe l. eleganter in princi. ff. de dolo, & l. dolo C. de inutilib. ſtipulatio. & dolus in caſu occurrenti probatur, & apparet, quia & ſi expreſſa ſint uerba illa in inſtrumento, etiam ſi ipſa haberet filios &c. tamen ipſa domina Cornelia non fuit certiorata, quid importarent illa uerba, ergo ipſi tanquam erranti etiam in iure ſubueniẽdum eſt, cum tractet de damno uitando l. error in fin. l. iuris ignorantia ff. de iur. & fact. ignoran. ut ibi latius traditur per Sozinum, qui etiam dicit de dolo conſtare, & ipſam dominam Corneliam doloſè fuiſſe circumuentam propter enormiſſimam læſionem, ac deceptionem, argumento d.l. 2. ff. de doli exceptio. & in l. ſi quis cum aliter ff. de uerborum obliga. tamen quicquid ipſe dixerit, contrarium eſt uerius, ex quo ſumus in caſu claro, & certo, quod domina Cornelia uoluerit præiudicare etiam filiis naſcituris, de quibus expreſſè in uerbis ſpecificis cogitauit: Nec obſtat, quòd ex quo non fuit certiorata, uidetur dolo circumuenta, & ſic ſumus in dubio, cum dolus conſenſum excludat d.l. eleganter, quia reſpondetur,
49 † hoc eſſe uerum in dolo ex propoſito, qui cauſam contractui dediſſet, ut quia dolo quis aliàs non contracturus fuiſſet ad contrahendum inductus, de quo dolo loquitur tex. in d.l. eleganter, & in d.l. dolo: hic enim dolus excludit conſenſum, non autem alius dolus, ut eſt dolus ex propoſito, qui in contractum incidit: item ut eſt dolus re ipſa, nam huiuſmodi dolus non excludit, immò includit conſenſum, & ideò illo non obſtante ualet contractus, in quo interuenit, quamuis reſcindi poſſit, ut habetur in d.l. ſi quis cum aliter, & in c. cum dilecti per gloſam, et docto. de emptio. et uenditio. & hoc uerum eſt, ergo conſenſus non excluditur,

alioquin

alioquin contractus in ſe non ualeret, ſi non haberet conſilium l. 1. ff. de pact. Præterea ex eo, quod non fuit certiorata, quid illa uerba, & ſi liberos haberet &c. importarent, non dicitur dolo inducta, nam ex quo iurauit, & promiſit non contrauenire; item omnia & ſingula uera eſſe, abſque alia informatione dicitur certiorata, & ſtatur uerbis ſuis, tanquam de illis ſit benè inſtructa, quoniam iuramenti uirtus certiorationem expreſſam operatur, ut ſupra dixi. Et conſequenter non obſtat etiam, quòd ex magna & enormi læſione dicitur dolo circunuenta, quia primo dici poteſt, quòd talis dolus non facit conſenſum abeſſe, per prædicta. Secundo dico, quòd dolus re ipſa, qui dicitur, & præſumitur interuenire ex maxima læſione, non eſt ſufficiens, ut renunciatio, ſeu donatio facta à filia patri cum iuramento reſcindatur, maximè quãdo filia tempore renunciationis fuit maior, & ætatis legitimæ, ut in d.c. quamuis cum ſimilib. ſupra ad propoſitum allegatis. Et ex his tolluntur conſiderationes nouæ do. mei Sozi. in d. conſilio. Et benè ad prædi-
50 cta facit conſilium Roman. 26. ¶ Sed † dubitari poſſet in caſu iſto, quo do. Cornelia uoluit filijs naſcituris expreſsè præiudicare, an dicti filij poſſint ſaltem reuocare renunciationem, ſeu donationem tanquam inofficioſam per uiam querelæ inofficioſæ donationis? Et hoc Bar. in d.l. titia §. imperator uidetur ſentire, nam ibi in pen. col. in uerſ. quæro utrum l. ſi unquam &c. quærit, an poſsit expreſsè renunciari beneficio l. ſi unquam, & reſpondet, quòd ſic, ſed non quoad reuocationem fiendam per titulum de inofficio. donatio. quia illa donatio inofficioſa in fraudem filiorum fieri dicitur, nam reuocatio, quæ fit per l. ſi unquam, fit ex præſumpta mente donantis propter liberos, ut ibi, & in c. ſi. 17. q. 4. Vnde ſi parens expreſsè uoluit, quod in caſu exiſtentium filiorum non poſſit donatio reuocari, certè illæ leges locum non habent, uidelicet d.l. ſi unquam, & d.c. fin. Sed querela inofficioſæ donationis competit cõtrà uoluntatem donatoris, l. 1. & ibi Bart. Salic. & alij C. de inoffic. donatio. Bart. in d. §. imperator in antepenul. col. ecce quod Bar. ibi expreſsè innuit, quod licet parens uoluerit filiis præiudicare, tamẽ ipſi filij poſſunt dicere donationem inofficioſam, factam contra officium pietatis, etiam quòd parens cum iuramento renunciaſſet expreſsè querelæ inofficioſæ donationis, ut per Bart. in d. §. imperator in pen. col. in uerſ. quæro mater. Et multo magis hoc procedit, quando tempore donationis filij nondum nati fuiſſent, arg. l. ſi quis in ſuo in fin. C. de inoffic. teſtam. iuncta l. ſi totas, & l. fi. C. de inoffic. donat. Sed tenendo contrariam partem, quòd filij dominæ Corneliæ ẽt nõ poſſint uti remedio querelæ in caſu, de quo agitur, reſponderi præmiſſis poteſt, primo animaduertendum eſſe, utrum tempus datum ad querelandum fuerit
51 elapſum, † quod eſt quinquennium, l. fin. cum ibi not. C. de inoffi. donatio. iuncta l. contra maiores C. de inoffi. teſta. iam diu enim, uidelicet de anno 1516. facta fuit donatio; multi quoq; ſunt anni, quibus defuncta fuit domina Cornelia, ergo ipſius filij dicto tempore quinquennij excludi potue-
52 runt. Præterea & ſecundo † ex quo donatio, ut ſupra, facta potuit reſcindi per remedium reſtitutionis in integrum, fortè propter ætatem, & ob enormem læſionem, quod remedium tranſmittitur etiam ad hæredes minoris, decepti, ut in l. minor in fi. cum l. ſequen. ff. de minoribus, ſequitur, quòd filij dominæ Corneliæ non poſſunt cõtra donationem matris uenire per uiam querelæ inofficioſæ donationis, quia hoc remedium eſt ſubſidiarium, & extraordinarium, & ubi competere poteſt aliud extraordinarium, ſiue ſubſidiarium, quale eſt remedium reſtitutionis inintegrum, deficit remedium querelæ inofficioſæ donationis l. ſi filius, & ibi glo. & doctores C. de inoffic. donatio. Rurſus
53 † quoad querelam inofficioſæ donationis filij, & parentes donatoris parificantur, nam his omnibus competere poteſt
54 d.l. ſi filius: ſed † quando filiis facta fuit immenſa donatio, ea ab aliis filiis ſiue natis, ſiue naſcituris non reuocatur, niſi uſque ad legitimam debitam iure naturæ, hoc eſt uſque ad debitum bonorum ſubſidium l. ſi totas, & habetur in l. 1. C. de inoffic. donatio. authen. unde ſi parens, & in eo tẽpore C. de inoffi. teſtamen. ergo idem dicendum eſt, quando per filiã immenſa donatio patri facta fuiſſet, prout facta fuit in caſu noſtro, ut non poſſit per filios reuocari, niſi uſque ad
55 debitum bonorum ſubſidium, ſed † quo ad debitum ſubſidium bonorum, ſeu quoad legitimam in caſu præſenti nõ poteſt etiam ab ipſis filiis reuocari, quoniam domina Cornelia expreſsè, & cum iuramento renunciauit legitimæ ſibi debitæ per tex. in d.c. quamuis cum glo. fin. & Bal. in l. ſi quã do in princ. & in §. 1. ibiq; Paul. de Caſtr. ff. de innoffic. teſtam. & renunciando, & donando habuit à patre dotem cõgruam, & ob talem dotẽ filia renunciauit, & uocauit ſe tacitam, & contẽtam pro omni eo, quod habere deberet pro legitima ſua, & pro bonis maternis &c. & quamuis data, & aſſignata ipſi dominæ Corneliæ nõ ſufficerent ad legitimã, & ad bona materna, tñ perinde eſt, ac ſi ſufficerent, & ac ſi habuiſſet ſuam integram legitimam, & ſua integra bona materna propter iuramentũ appoſitum d.c. quamuis cum aliis ſupra ad hoc allegatis, ergo filij dominæ Coneliæ ex perſona matris contrauenire non poſſunt, nec etiam ex ſua perſona, quia ipſi non poſſunt petere ab auo ſuo, cui fuit donatum, id, quod mater, quæ donauit, habuit, ſeu habuiſſe cenſetur: & per hanc rationem ita determinat Paul. de Caſt. in d. cõſi. 416. in 2. lib. in ultimis uerbis, ex quibus ſit reſolutum
56 tertium dubium. ¶ Quoad quartum, † utrum filij dominæ Corneliæ ex ſua perſona, & iure proprio poſſint ad ſucceſſionem omnium bonorum Petri aui ſui uenire, non obſtãte renunciatione, & donatione materna, Paul. de Caſt. in d. conſi. 416. expreſsè uoluit, quòd non, ſed quòd ipſi ẽt dicantur excluſi, ut proximè ſupra retuli: Idem uoluit Roma. in l. qui ſuperſtitis ff. de acquir. hæred. cuius opinionem refert, ac ſequitur Dec. in cõſi. 181. in 1. lib. qui ſubtiliſſimè illam defendit à motiuis Bal. & Alex. in l. pactum C. de collatio. & aliorum in d. l. qui ſuperſtitis: cuius rationes, & fundamenta aliter non refero, quia poſſunt inſpici, quæ tamen ſunt expreſsè de mente Paul. de Caſtr. in d. conſilio, de quo non facit mentionem, quod uiderim; & in dicto conſi. 181. Decius diſputat, & examinat omnia dubia, quæ in præſenti cauſa examinanda occurrunt, eaque omnia ad fauorem Petri donatarij, ſeu hæredum ſuorum decidit contra dominam Corneliam filiam donatricem, & illius filios, qui uel ex perſona ſuæ matris, uel ex ſua uellent uenire, & Petro auo ſuo ſuccedere. ¶ Contra tamen prædicta difficultatẽ facere uidetur id, quod in ſuo teſtamẽto dictus Petrus auus maternus diſpoſuit, nam nepotibus ex dicta do. Cornelia iure inſtitutionis reliquit pro omni eo, & toto &c. ducatos ducentos quinquaginta, & uoluit illos, ac etiam ducatos quingentos pro dote datos, & ducatos alios centum & quinquaginta datos pro corredis, & alia aſſignata dominæ Corneliæ debere computari in legitimam debitam iure naturæ tàm ipſis nepotibus, quàm dominæ Corneliæ: quo fit, ut ipſi nepotes dicti Petri, qui abſque aliis deſcendentibus deceſſit, non poſſint dici præteriti, nec exhæredati, cũ fuerint in dictis rebus inſtituti, & conſequenter nequeant dicere teſtamentũ aui nullum, nec illud querelãre, ut in auth. ut cum de appellatio. cognoſ. §. aliud quoque capitulum collatio. 8. & plenè habetur in authen. ex cauſa C. de lib. præter. cum ſimilibus. Item inferri uidetur, quòd ex quo Petrus auus uoluit dictas ſummas, & res debere in legitimam debitam ipſis nepotibus imputari, intentionis ſuæ fuit, illos habere ſuam legitimam, uel ſaltem aliquid loco legiti-

legitimæ,ut uerba teſtamenti ſonant, & argu. l.omnimodo C.de inſicio.teſtamen.& ideò ſequitur, quod non obſtan te diſpoſitione teſtatoris expreſſa ipſi nepotes poſſunt,tanquam uocati ad legitimam, ad ſupplementum illius agere, d.l.omnimodo, & omnè grauamen, conditio, tempus,ſeu onus adiectum eſt omnimodo reiiciendum, & pro non ſcripto haberi debet, l. quonian in prioribus C.de inoffi.teſt. ¶Sed his non obſtantibus Decius in d.conſil.181. concludit,nepotes, quibus ſimiliter aliquid fuerat iure inſtitutionis relictum,non poſſe ex perſona ſua ſuccedere auo donatario,ſed ſolum conſequi id debere, quod fuerat relictum, propterea quia mater illarum propter dotem datã,& propter alia ſibi conceſſa renunciauerat cum iuramento hæreditati, & legitimæ, ac omnibus iuribus &c. & ſe uocauerat contentam,& tacitam pro omni portione,& ſucceſſione ſibi debita,aut debenda,ueluti etiam dicit,& concludit Paul. de Caſt.in d.conſil.416.Vel dato, prædictos nepotes poſſe admitti ad petendum ſupplementum legitimæ ſuæ, quæ ip ſis deberi poſſet ex omnibus bonis, quæ dictus Petrus ha-
58 buit,dico, & concludo, † quòd dotes datæ, & correda, ac alia aſſignata dominæ Corneliæ ab ipſo Petro omnino ſunt in legitimam ſuam, illiusque ſupplementum computanda, quia ſicut dos data à patre filiæ, uel ab auo nepti eſt in legitimam filiæ, ſeu neptis computanda l. quoniam nouella C. de inofficio.teſtamen.ita & id,quod datum fuit filiæ, computari debet in legitimam nepotibus ex ipſa filia debitam, ut concludit Barto.in l.in quartam ff.ad l.falcid.Et quamuis plures fuerint contrariam opinionem ſequuti in d.l.in quartam,& in d.l.quoniam nouella,tamen opinio Bart.uidetur magis communis,ut atteſtatur Decius in d.cõſi.181. qui allegat tenentes opinionem Bartoli, quem ipſe in caſu occurrenti ſequitur.Præterea poſito,quòd opinio Barto.in d.l.in quartam eſſet dubia,& contraria eſſet de iure uerior, quòd dos data à patre filiæ non eſſet computanda in legiti mam debitam in bonis aui ipſis nepotib. ex filia, qui uellent ex ſuo iure, & ex ſua perſona uenire ad ſucceſſionem aui, cui filia prædeceſſiſſet, quoniam text.in d.l.quoniam nouel la uult dotem datam debere imputari in legitimam illi filiæ, ſeu nepti, cui dos data fuit, non autem filiis illius filiæ, uel nepti,tamen hæc difficultas, & diſputatio in caſu noſtro non eſt neceſſaria,cum ſimus in caſu claro,in quo dos data dominæ Corneliæ, & alia ſibi aſſignata omnino ſunt in legi timam nepotibus ex dicta domina Cornelia debitam computanda,quoniam Petrus teſtator expreſsè diſpoſuit, & uoluit,quòd illa omnia ſint in legitimam nepotum computan-
59 da,& † vbicunque teſtator.expreſsè aliquid eſſe computandum diſponit,tunc id debet computari,etiam ſi eſſet tale quid,quod aliàs de iure, & regulariter, ac in dubio non eſſet computandum,ut concludunt omnes ſcribentes,Barto.& alij in d.l.in quartam in 4.& 5.colum.in uerſic. uenio per textum in l.etiam §.ſi debita uerſic. ſed & ſi non mortis ff.de bonis liberto.Et ſic caſus noſter eſt clarior,quàm ſit caſus, in quo Decius conſuluit: quia ibi auus ſimpliciter aliquid reliquit nepotibus pro ſua legitima, nec fuerat expreſſum,quòd in legitimam ſuam deberent computare dotem,& alia matri illorum data,& tamen uoluit Deci.ex mẽte Barto.quòd ipſi nepotes dotem maternam, & alia matri ſuæ data computare tenerẽtur:in caſu autem noſtro auus uoluit expreſsè illa debere computari. ¶Et præſuppoſito,non tamen pro abſoluto conceſſo, quòd hi nepotes debeant integram legitimam in bonis aui conſequi, & habere, & ad ſupplementum illius ex ſua perſona, & iure pro-
60 prio agere poſſint, ſupereſt adhuc difficultas,†quanta ſit,& eſſe debeat hæc legitima, utrum tertia omnium bonorum aui,quæ ipſe habuit tempore mortis, iuxta text.in authen. nouiſſima,& in corpore,unde ſumitur C.de inofficio.teſtamen.an uerò minor portio, uidelicet ſexta omnium bonorum aui:&,prætermiſſa diſputatione,concludo in caſu occurrenti ipſis nepotibus pro legitima ſibi debita ſolum ſextam omnium bonorum deberi,computando in eam dotem maternam,& correda,& alia,quæ illorum mater ab auo ha buit,ut ſupra dictum eſt. Quòd autem eorum legitima ſolum ſit ſexta pars omnium bonorum aui, clariſſimè demonſtratur,nam ex forma ſtatutorum ciuitatis Piſarum ad ſucceſſionem inteſtati alicuius ſimul admittuntur nepotes ex filia, & frater defuncti, qui frater defuncti ſolum admittitur in uirili,& nepotes,ſi ex una filia deſcendant,ad aliam uirilem,ſi uerò ex pluribus filiabus plures ſint nepotes,tũc frater in una uirili,& nepotes in ſtirpes, & non in capita, ut ſi duo ſint nepotes ex una filia, & unus ex alia filia, tres fieri debebunt portiones,unam uirilem habebit frater,aliam illi duo nepotes nati ex una filia,& aliam uirilem,& ſic tertiam ille alius nepos ex alia filia:ſimiliter ſi ſit unus frater,& duo ſint nepotes ex una filia, unam uirilem, hoc eſt dimidiam frater habebit,& aliam uirilem, & ſic dimidiam duo nepotes ex filia conſequentur, ut clarè innuunt uerba ſtatuti. Quibus ſtantibus dico, quòd in caſu noſtro legitima debita ipſis duobus nepotibus ex domina Cornelia natis dicetur eſſe tertia pars illorum bonorum,in quibus ab inteſtato ipſi nepotes ſucceſſiſſent, quæ in effectu dicitur eſſe ſexta pars omnium bonorum aui,quæ habuit tempore ſuæ mortis,computatis etiam bonis,quæ habuit,& acquiſiuit ex renunciatione, & donatione ſibi facta per filiam dominam Corneliam, ut de ſe cuilibet rectè calculanti patet: nam cum in caſu noſtro ipſi nepotes ab inteſtato ſolum potuiſſent ſuccedere in una uirili,hoc eſt in dimidia omnium bonorum,& in alia uirili, ſeu dimidia fratres, ſequitur, quòd tertia pars illius dimidiæ, in qua nepotes ab inteſtato ſucceſſiſſent, quæ in effectu eſt ſexta pars omnium bonorum, ut ſupra, dicatur eſſe ſua legitima iure naturæ debita.
61 † Nam legitima debita iure naturæ eſt tertia pars illorum bonorum,in quibus,ab inteſtato filij, ſeu nepotes ſucceſſiſſent defuncto, ſi ipſe ab inteſtato deceſſiſſet, ut eſt textus in c.raynutius extra de teſtamen.& ibi habetur,& in l.quæ nuper,& l.parentibus C.de inofficio. teſtamen. & ideò ſi filia ſit à ſucceſſione inteſtati in totum propter maſculos excluſa,illa non facit partem,nec admittitur ad partem etiam legitimæ, quoniam cum ab inteſtato non poſſit ſuccedere, non poteſt dici ſibi debita aliqua legitima, quæ eſt tertia, uel dimidia eius, quod quis deberet obtinere ſuccedendo ab inteſtato iuxta numerum filiorum,ut in d.authen.nouiſſima,iunctis iuribus præmiſſis.Et ita concludunt doct.communiter poſt Bar.in l.gallus §. & quid ſi tantum ff.de liber. & poſthum. reiecta opinione Saliceti relata per Alexandrum, & alios ibi, & latè dixi in d.c. raynutius. Et ex his omnia dubia in præſenti cauſa propoſita reſoluta apparent. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio bonorum maternorum, vel paternorum facta etiam cum iuramento à filia minore annis 25.in manibus patris, propter enormiſſimam filiæ læſionem reſcinditur aduerſus patrem, etiam data dote filiæ à patre in illorum bonorum recompenſationem: Maximè, ſi hæc bona iam fuiſſent filiæ realiter acquiſita num.5.*

Secus eſt in filia, quæ renunciationis, & donationis tempore maior, & legitimæ ætatis fuiſſet, & dotem congruam habuiſſet num.25.

Idem, ſi læſioni etiam enormiſſimæ expreſsè cum iuramento renunciaſſet num.44.

2 *Iuramentum quomodocunque ſumptum, in quo dolus etiam re ipſa interuenit, non ligat, ut illi, & contractui ſit ſtandum.*

3 *Læſio enormiſſima, ſeu enormior dolum in ſe continet.*

4 *Dolus re ipſa dolo ex propoſito æquiparatur.*

6 *C.quamuis de pactis in 6.declaratur.*

7 *Filia*

7 *Filia minor ſub cura, & gubernio patris exiſtens ſi cum patre contrahat, illi bona maximè materna, iamque ſibi delata, & acquiſita donando, & renunciando, parùs dote præ bonis donatis ſibi data, metu reuerentiali paterno compulſa donaſſe, & renunciaſſe præſumitur.*

8 *Renunciatio ſucceſsionis paternæ facta à filia patri propter dotem datam non valet, nec nocet filiæ, niſi adſit iuramentum, & num. 11.*

Non valet etiam, ſi iuramentum adiectum haberetur pro non adiecto, aut quoquo modo eſſet ſine effectu num. 12.

9 *Iuramentum iniquitatis vinculum, & non habens comites veritatem, iudicium, & iuſtitiam non ligat iurantem, nec ſeruandum eſt.*

10 *Filios bonis ſuis aliundè quæſitis à patre priuari eſt iniquum, & quid crudele factum*

13 *Abſolutio à iuramento tollit reatum periurij in eo, qui contractui iurato contraueniret.*

14 *Abſolutio à iuramento quando parte non citata peti poſsit, & quando pars citari debeat.*

15 *Contractui à iure ciuili improbato etiam cum iuramento inito, ſi dolus in eo interueniat, licitum eſt de iure canonico contrauenire, etiam non petita, nec impetrata abſolutione à iuramento: & de quo dolo intelligatur num. 46. & quòd immò abſolutio requiratur num. 47.*

16 *Iuramentum recipit omnes conditiones contractus, ſuper quo apponitur.*

17 *Renunciatio facta à filia patri de bonis paternis, & maternis hanc recipit conditionem, ſi ipſa non fuerit enormiſsimè læſa: Niſi enormiſsimæ læſioni fuerit expreſsè cum iuramento renunciatum num. 48.*

18 *Læſio enormiſsima filiæ in dicta renunciatione quomodo conſtet.*

19 *Hæreditatis aditio habet tempus triginta annorum à die delatæ hæreditatis.*

20 *Hæreditas dicitur adiri contrahendo, ſoluendo, aut alium actum, qui citra ius, nomenque hæredis fieri non poteſt, faciendo.*

21 *Hæredem quis non poteſt pro parte habere, & pro parte non habere.*

22 *Minor fœmina timore, & reuerentia patris contrahens etiam cum iuramento, & ex eo contractu decepta poteſt ſaltem impetrata abſolutione à iuramento contrauenire.*

23 *Renunciatio bonorum maternorum iam acquiſitorum facta à filia patri ſapit donationem, & excedens ſummam quingentorum aureorum eget inſinuatione.*

24 *Et propter filios ſuperuenientes reuocatur.*

Fallunt hæc, ſi renunciatio propter dotem datam, & ſic ob cauſam facta eſſet, num. 50. & 51.

26 *C. quamuis de pactis in 6. de quo dolo intelligatur.*

27 *Dolus ex re ipſa inductus, & præſumptus non eſt verè, & propriè dolus.*

28 *Filia minor patri renuncians, quantumcunque verba latè pateant, nunquam cenſetur habuiſſe animum donandi, ſed ſui facilitate, & à patre inducta præſumitur.*

29 *Legitima ætas regulariter de iure communi eſt annorum 25.*

30 *Et à ſtatuto loci minor 25. dummodo maior 18. anno poteſt induci legitima.*

31 *Statutum ciuitatis in loco dicitur eſſe ius commune.*

32 *In donationibus, ſeu alijs diſpoſitionibus liberalitatem ſapientibus factis à maioribus locum non habet ratio enormis, aut enormiſsimæ læſionis, nec in eis procedunt remedia l. 2. C. de reſcin. vendit.*

33 *In renunciatione bonorum maternorum, aut paternorum facta à filia patri propter dotem datam læſio conſideratur reſpectu dotis datæ, & non reſpectu bonorum renunciatorum.*

34 *Doli, violentiæ, & metus præſumptio in filia renunciante patri ceſſat per interuentum iudicis, & conſanguineorum, & per affectionem paternam.*

35 *In contractibus mulierum, & minorum quare ſtatuta velint debere interuenire iudicem, conſanguineos, & ſimiles.*

36 *Iuramento ſponte, & conſideratè ſuſcepto propter enormiſsimam læſionem contrauenire non licet.*

37 *Iuramentum inducit certiorationem omnium iurium, & beneficiorum.*

38 *Certioratio ex verbis inſtrumenti probatur.*

39 *Legitimæ renunciatio expreſsè facta à filia etiam in vita patris ipſi filiæ obeſt.*

Et ſi facta ſit propter dotem congruam ſibi datam, nec illam, nec alia bona renunciata poteſt repetere.

40 *Pater congruè filiam dotando conſilium optimum pro ea ſuſcepiſſe præſumitur.*

41 *Filia, quæ ex ſtatuto non poteſt ſine licentia, & conſenſu patris contrahere, vel renunciare, poteſt cum patre contrahere, illique renunciare.*

42 *Mulier, quæ ſine conſenſu duorum cum iuramento, & iudicis præſentia ex ſtatuti diſpoſitione non poteſt contrahere, validè cum patre ſine ulla ſolemnitate contrahit.*

43 *Filia, ſeu mulier etiam minor expreſsè cum iuramento renuncians beneficio minoris ætatis, & enormiſsimæ læſionis, & iurans nullo modo contrauenire, nullam ſibi relinquit viam contraueniendi iuramento ſuo, nec eſt illi abſolutio à iuramento concedenda.*

45 *Abſolutio à iuramento ex gratia parte non citata, & contra regulas iuris conceſſa tanquam ſubreptitia eſt nulla.*

49 *Minor cum iuramento renuncians minori ætati, eiuſque beneficio habetur pro maiore.*

50 *Donatio ob cauſam inſinuatione non eget,*

51 *Nec ob ſuperuenientem iam filiorum reuocatur, & num. 54.*

52 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis.*

53 *Pro inſinuatione ſufficit contractum fieri in preſentia iudicis in loco tunc ius dicentis.*

54 *L. ſi unquam C. de reuoc. donat. locum non habet in donatione ob cauſam.*

55 *Nec in renunciatione bonorum facta patri à filia, quæ non eſt propriè, ſed largè donatio.*

56 *Citatio poteſt auctoritate apoſtolica tolli.*

57 *Papa iuramentum etiam ſine cauſa poteſt remittere, & à peccato abſoluere.*

58 *Iurans obſeruare, & nullo modo contrauenire ſi fuit enormiter læſus, poteſt agere, vel ad abſolutionem, vel ad relaxationem iuramenti.*

59 *Abſolutionis à iuramento impetratio quamuis citationem partis aduerſæ requirat, tamen conceſſa à ſuperiore, & auctoritate apoſtolica, parte non citata, valet, & iuranti prodeſt: Quod declaratur num. 76. & 78.*

60 *Abſolutio ab excommunicatione etiam non præcedente monitione facta prodeſt excommunicato: Quod declaratur num. 78.*

61 *Excommunicatio etiam non præcedente monitione lata ualet.*

62 *Abſolutio à iuramento parte non citata peti, & impetrari poteſt, quando iuratum fuit non contrauenire, nec petere contra iuramentum abſolutionem, aut aliud remedium: Quod declaratur num. 76.*

63 *Citatio partis ad actum non requiritur, quando præſens non poſſet actum impedire.*

64 *Abſolutio à iuramento, ſtante læſione, non poteſt à parte impediri, & parte non citata concedi poteſt: Quod declaratur num. 79*

65 *Abſolutio à iuramento parte non citata concedi poteſt illi, qui iurauit non contrauenire contractui continenti illicitum ex parte recipientis: Contra num. 80.*

66 *Abſolutio à iuramento virtute reſcripti ſubreptitij obtenta eſt ipſo iure nulla, nihilque prodeſt.*

67 *Reſcripta contra ius elicita ſunt ab omnibus iudicibus refutanda, quando ex ijs alteri poſſet graue præiudicium inferri, & tunc partis citatio requiritur num. 69.*

68 *Reſcriptum abſolutionis à iuramento, quod filia bona ſua patri propter dotem renuncians præſtitit, eſt contra ius canonicum, & quando.*

70 *Reſcriptum etiam principis, in quo partis citatio fuiſſet ſublata, non valet, quando de magno ipſius partis præiudicio agitur.*

71 *Reſcriptum, quòd quis à iuramento abſoluatur, parte non citata, gratiã, & priuilegium continet.*

72 *Subreptio quælibet etiam non doloſa literas gratioſas, & priuilegium continentes ipſo iure vitiat.*

73 *Tollere ea, quæ ſunt de iure naturali, aut in ratione naturali fundata, ſoli Papæ, & principi permiſſum eſt, & ex cauſa iuſta expreſſa, quæ in dubio non præſumeretur.*

74 *Magnus pœnitentiarius non poteſt ex ſui officij poteſtate citationem tollere in caſibus, in quibus citatio eſt de iure neceſſaria.*

75 *Abſolutio à iuramento parte citata cum cauſæ cognitione omnino fieri debet, quando partis præiudicium adeſt.*

76 *Abſolutio à iuramento duplex eſt, & quæ partis citationem requirit, & quæ non.*

77 *Practica petendi abſolutionem à iuramento ad effectum contraueniendi principaliter contractui.*

81 *Pater, qui filio, ſeu filiæ ab inteſtato ſucceſſit, & poſtea ſecundas nuptias contraxit, exiſtentibus alijs filijs primi matrimonij, priuatur proprietate bonorum, in quibus filio ſucceſſit, ſolum illorum vſufructu ſibi reſeruato.*

EPITOME.

RENVNCIATIO *de bonis paternis, & maternis, & de legitima iure naturæ in illis debita facta patri à filia maiore 18. anno, cum iuramento de non contrauenendo ratione minoris ætatis, & læſionis etiam enormiſsimæ, & cum pacto de ulterius non petendo, ac cum alijs clauſulis multum prægnantibus, quòd dote congrua habita à patre, qua filia ſe contentam uocauit, ualuerit, ſtante diſpoſitione ſtatuti loci, quod minor 18. anno habeatur pro*

pro maiore, & legitimæ ætatis, & quòd etiam ſtante enormiſſima læſione filia contrauenire non poſſit, ſed ad illius obſeruantiam teneatur, nec abſolui à iuramento præſertim abſque partis citatione ualeat, & quòd abſolutio abſque partis citatione conceſſa, & obtenta etiam uirtute reſcripti magni pœnitentiarii com mittentis illam parte non citata concedi poſſe non ualuerit, hic plenè probatur.

CASVS CONSILII.

FRANCISCA *mulier 18. anno ſuæ ætatis Ioannis Franciſci ex primis nuptiis filia, cui propter obitum Ioannæ eius matris, & ſucceſſiuè Antoniæ ſororis in effectu delata, & acquiſita fuerunt omnia bona materna, uel ſaltem pro maiori parte, quæ maximi ualoris ſunt, penes dictum Ioannem Franciſcum exiſtentia; qui etiam ad ſecundas, & tertias conuolauerat nuptias, & ex illis quatuor habuit filios maſculos, in manibus, & ad utilitatem ipſius Ioan. Franciſci patris ſui dote congrua, & maiori, quam loci conſuetudo, & perſonarum onditio expoſcerent, in recompenſationem ſibi data, qua ſe contentam, & tacitam uocauit, non ſolum bonis paternis, eiusq́ ſucceſſioni, ſed etiam omnibus bonis maternis, & legitimæ iure naturæ ſibi in dictis bonis debitæ renunciauit cum iuramento de non contrauueniendo non ſolum prætextu læſionis, ſed etiam minoris ætatis, & cum pacto de ulterius non petendo, cumq́ aliis clauſulis multum prægnantibus, & ſeruata forma, ac ſolemnitate ſtatutorum in huiuſmodi contractibus ſeruari ſolita, atque hæc bona cum pacto conſtituti de poſſidendo patri relaxauit, prout latius in inſtrumento renunciationis prædictæ continetur: in quo etiam Bernardinus ſocer dictæ Franciſcæ pro ipſa Franciſca promiſit, & fideiuſſit, quouſque illa uxor Gaſparis filii ſui erit, & in domo ipſius Bernardini ſteterit, & habitauerit; Cum pacto etiam, quòd ſi Ioannes Franciſcus deceſſerit cum teſtamento, uel ab inteſtato ſine liberis maſculis legitimis, & naturalibus adeò, quòd eius linea maſculina eſſet omnino extincta, tunc ipſa domina Franciſca bona prædicta habere debeat, & in illis ſuccedere poſſit, perinde ac ſi ab ea nulla renunciatio, conceſſio, aut translatio bonorum facta foret; Quinimmò hoc in caſu contrahentes uoluerunt, & conſenſerunt renunciationem, conceſſionem, & translationem, ut ſupra, factas eſſe nullas, & inualidas ad præiudicium ipſius dominæ Franciſcæ, ac ſuorum filiorum, & liberorum: Quibus ita peractis, Gaſpar, & domina Franciſca coniuges per plures annos in domo Bernardini prædicti ſteterunt; mox de illa receſſerunt, & ſeorſum à Bernardino habitarunt, & habitant: & uolens ipſa domina Franciſca aduerſus Ioannem Franciſcum eius patrem agere ad reſciſſionem renunciationis prædictæ, ut bona materna, & alia, quæ ipſi patri renunciauit, & conceſſit, ut ſupra, conſequi poſſit, abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, ipſo Ioanne Franciſco abſente, & non citato, à ſuperiore impetrauit. ¶Stantibus his, de pluribus contingit dubitari, Primo, an liceat ipſi do. Fráciſcæ cóuentis, & promiſſis, ut ſupra, iuratis cótrauenire. ¶Secundo, an abſolutio à iuramento, ut ſupra, facta ualuerit, & quem effectum potuerit producere. ¶Tertio, an Ioannes Franciſcus per tranſitum ad ſecunda uota illis bonis fuerit priuatus, in quibus unà cum domina Franciſca de iure ab inteſtato Antoniæ filiæ ipſius, & ſorori dominæ Franciſcæ ſucceſſit.*

CONSILIVM L.

SPECIE facti propoſita, & dubitationibus, quæ ex illa oriuntur, & ſuper quibus nunc conſulendum eſt, diligenter conſideratis, Primam aggredior dubitationem, an liceat dominæ Franciſcæ conuentis, & promiſſis iuratis contrauenire; in qua illud ſanè prima facie uide-
1 tur dicendum, † quòd domina Franciſca maior 18. anno, minor tamen 25. conceſſa ſibi prius, ut in facto præſupponitur, abſolutione à iuramento propter enormiſſimam læſionem, quam ex renunciatione, & relaxatione bonorum, de quibus agitur, paſſa fuit, & patitur, poſſit petere contractum renunciationis, & relaxationis dictorum bonorum ſaltem maternorum aduerſus patrem reſcindi, quamuis in illorum recompenſationem pater ei dotem dederit: in quam ſententiam doctores ferè communiter inclinare uidentur, Paulus de Caſtro in conſilio 174. contra ſuperius &c. & conſilio 402. notandum eſt in ſecundo libro nouæ impreſſionis, Petrus de Ancha. doctor ſummæ doctrinæ, & timoratæ conſcientiæ in c. canonum ſtatuta in 11. q. princip. circa fin. extra de cóſtitut. & in cóſ. 38. uel 39. pro clariori deciſione, & conſi. 341 pro maiori. &c. in ultimo dubio, Sozi. inſignis præceptor meus in cóſi. 263. in 2. lib. qui hanc opinioné egregiè comprobat, & idé pulcherrimè diſputando ſequuntur Moder. Peruſini in repetit. auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. uendit. in col 2. 4. Philip. Francus in c. quamuis, ibiq; alij de pactis in 6. & Alex. in l. ſtipulatio hoc modo ff. de uerbo. obliga. hunc articulum diſputat, & tandem hanc opinionem ſequitur tanquam magis æquam, & communem Petrus de Ancha. in c. acceſſorium de regu. iur. in 6. Anto. de But. in c. cum contingat de iureiuran. in 8. col. uerſi. quartus caſus, & ibi Abb. in penul. charta uerſi. nonus caſus, quem ibi refert Ioan. de Imol. in col. 54. cum pluribus ſequentibus, & do. Anto. ſecundum hanc opinionem conſuluit in conſi. 45. iuris rigor &c. Decius in conſi. 181. uiſa renunciatione, Cuma. in conſi. 180. Abb. in conſi. 107. quatuor ſunt in 2. lib. Areti. in conſi. 93. Andr. ſiculus latiſſimè comprobat in conſi. 21. col. 5. in 1. uolu. & in conſi. 53. lib. 2. Corneus conſi. 11. lib. 3. qui latè, & pulchrè conſuluit, & in conſi. 124. & conſ. 214. eod. lib. & in conſi. 147. in 4. lib. Petrus de Ancha. in q. ſua incip. cú C. laicus, quem refert, & defendit Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo in 3. limitat. & dominus meus Sozi. atteſtando hanc eſſe opinioné æquiorem in d. conſ. 263. dicit illam in iudicando, & conſulendo ſequendá eſſe, ac iudicem iniuſtum, & iniquú fore, qui contra filiá, aut nepté minorem, & enormiter læſam iudicaret, ut quando dos filiæ, uel nepti data eſſet triplo, & quadruplo minor, quam eſſent bona materna renunciata, & relaxata; quia tunc filia, uel neptis dolo circumuenta cenſeretur, quamuis ſolum de dolo re ipſa conſtaret ex graui, & enormiſſima læſione, & deceptione:
2 & † ideò ratione ſui iuramenti quomodocunque generaliter, & ſpecialiter ſumpti contractui, & iuramento ſtare non teneretur, tanquam hic caſus fuerit à iure exceptus, ut in d. c. quamuis de pactis in 6. & in d. authen. ſacramenta
3 puberum: nam † enormiſſima, ſeu enormior læſio dolum in ſe dicitur continere l. ſi quis cum aliter ff. de uerborum obliga. l. omnes §. lucius ff. de ijs, quæ in frau. credit. cum ſimili-
4 bus ibi not. † qui dolus dolo ex propoſito æquiparatur ad tradita per Bartolum in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, l. 2. §. circa ff. de doli excep. do. Anto. & alii in c. quintauallis, & in c. cum contingat de iureiuran. necnon in d. authen. ſacramenta, ubi Moder. & in l. 2. C. de reſcin. uendit. Et hæc præcipuè procedunt, quando minor fuiſſet grauiſſimè decepta, & iuraſſet, ut refert, & ſequitur Ioan. de Imol. in propriis terminis in d. c. quintauallis in colu. 21. & Alex. in d. l.

in d.l.ſtipulatio hoc modo poſt Ancha.in d. c.canonum ſta tuta,& in dictis ſuis conſiliis,qui exēplificant, & loquuntur
5 in caſu, †quo puella minor inducta eſſet ad renunciandum cum iuramēto bonis paternis,uel maternis, quæ iam eſſent ſibi realiter acquiſita: Secus fortè eſſet, quando bona non dum eſſent illi delata,nec realiter acquiſita, tunc enim pro pter iuramentum ſtare contractui, & renunciationi tenere tur,ut in d.c.quamuis,iuncta l.pactum dotali C.de collatio.
6 cum ſimil. † qui tex.in d.c.quamuis propriè hoc in caſu lo quitur:ex quo infertur,quòd aliud;ſecuſq; eſſet,quando cū graui læſione,& iuramēto bonis paternis, uel maternis iam ſibi acquiſitis renunciaſſet per illum tex.à contrario,tū etiā quia illius tex.diſpoſitio eſt exorbitans arg. d.l.pactum dota li,ergo in caſu,in quo loquitur, debet intelligi, non autem ad alium extendi,quando filiæ iam fuiſſent bona delata, & acquiſita,quia tunc de maiori præiudicio ageretur iuribus uulgaribus l.cum quidam ff.de liber.& poſthu.c.quæ à iure de reg.iur.in 6.l.ſi uerò §.de uiro ff.ſolu.matri.& hoc modo illum tex.limitant,& declarant ſcriben.communiter,ut di cit Alexan.in d.l.ſtipulatio hoc modo in 3.limitatio.& Pau. de Caſtr.in conſil. præallegato 302. notandum eſt &c.qui non poſſet melius hoc in caſu loqui,cui concordat Sozi. in d.conſi.263.in 2.uolu. ¶Secundo induco illum textum in d.c.quamuis,qui excipit caſum,quando filia,ſeu mulier me
7 tu fuiſſet inducta ad renunciandum,& iurandum: ſed † mu lier minor,quæ ſub cura,& gubernio patris exiſtit,cum pa tre contrahens illi bona maximè materna, & iam ſibi dela ta, & acquiſita donando, & renunciando propter paruam dotem,habito reſpectu ad bona donata, & renunciata, præ ſumitur metu reuerētiali paterno compulſa ad renuncian dum,& donandum,quia non eſt uериſimile,filiā ſpontè hoc feciſſe bona ſua proiiciendo, & dilapidando argumento l. cum de indebito ff.de probatio.l.campanus ff.de oper.liber to.cum ſimilibus, ſed potius metu, & reuerentia quadam paterna, cum ipſa ſit tenella, & in minori ætate conſtitu ta,quæ patri coram iudice, notario, & teſtibus non fuiſſet auſa contradicere,etiam ſi illam excoriaſſent,ut uoluit Bar. in l.1.§.quæ onerandæ per glo. ibi ff. quarum rerum actio non detur argumento l.1. C.ſi quacunque prædi. poteſta. Bal.in l.etiam in fin.uerb.C.ad velleia.ubi hoc expreſsè po nit,& aliqualiter in l.ſi ſine in prin.eod.tit.& in l.interpoſi tas,& in l.1.C.de bonis mater.& declarat Sozi. in d.conſil. 263.in 3.& 4.colum.ergo in caſu occurrenti filia propter metum reuerentiæ paternæ non debet cogi ſtare iuramen to,& renunciationi,quam ipſi patri fecit de bonis ſuis ex di ſpoſitione d.c.quamuis,qui text.propter metum uult filiam non teneri ad ſeruandum iuramentum. ¶ Tertio conſide
8 ro, † quòd niſi eſſet iuramentum,renunciatio filiæ facta pa tri ipſi filiæ non noceret d.l.pactum dotali,&probatur in d.
9 c.quamuis: † vbicunque uerò iuramentum eſt iniquitatis uinculum, quia tres illos ſuos comites non habeat, uideli cet ueritatem,iudicium,& iuſtitiam, tunc iurantem non li gat,neque ſeruandum eſt.c.etſi Chriſtus de iureiuran.c.ani maduertendum 22.quæſt.2.not.in authen. quod eis C. de nuptiis,c.quanto de iureiuran. c.inter cætera 22.quæſt. 4.
10 c.cum contingat,& c.licet de iureiuran. †Quid autem iniu ſtius,& iniquius poteſt eſſe in patre,quàm filium, ſeu filiam ſuam bonis ſuis aliunde quæſitis priuare,illaque ſibi appro priare? hoc enim contra uotum naturale parentum, & ſic quoddam immaniſſimum, & crudele factum eſſe uidetur argumento l. nam & ſi parentibus ff. de inofficio. teſtamen. l.ſcripto in fin.ff.unde liber.l.de emancipatis C.de legitimis hæred.filij namque,qui ſic à parentibus fuerunt bonis pri uati, iuſtè aduerſus illos lugere poſſunt, ut inquit text. in l. cum oporter C.de bonis,quæ libe.item & contra mentem, & præſumptam uoluntatem filiarum factum eſſe cenſetur argumento eorum,quæ dicit glo. per illum textum in l. ſed ſi ego in fin.ff.ad uelleia.l.ſi à ſponſa §. quod ſi ſponſo C.de donatio. ante nupt. ergo cum in caſu noſtro Franciſca filia fuerit minor,& non aduerſus patrem ingrata,quare debuit ipſe pater filiam non ſolum bonis ſuis, ſed etiam maternis priuare?argumento l.ſi quis in ſuo in fin.C.de inofficio.te ſtamen.& l.meminerint C.unde ui,& in l. data C.de donat.
11 ¶Quarto † induco tex.in l.pactum dotali C.de collatio.ubi pactum factum cum patre,qui filiam dotauit, per quod ſuc ceſſioni paternæ renunciatur,nō ualet, nec illi filia tenetur ſtare,quin patri ſuccedere ab inteſtato, uel ex teſtamento poſſit ſaltem quoad legitimam,cui nullum onus, nullaque conditio,ſeu conuentio adiici poteſt l.quoniā in prioribus, l.ſi quando §.generaliter C.de inofficio.teſtamen. & quam uis hodie per ius canonicum ſit introductum, quòd huiuſ modi pacto ſtandum ſit, quando in illo iuramentum inter ueniſſet,ut in d.c.quamuis,& in d.l.pactum,quicquid gloſ. ibi uoluerit, tamen quando iuramentum non fuit appoſi
12 tum,ſecus eſt: † idem, ſi fuiſſet adiectum, & haberetur pro non adiecto,nec appoſito,ut quia dolo, ui, uel metu fuiſſet adiectum,ut in d. c. quamuis, idem etiam dicendum eſſet, quando iuramentum aliter eſſet ſine effectu, ut quia à par te eſſet relaxatum,uel iurans fuiſſet à ſuperiore eccleſiaſti co, & legitimè puta parte citata abſolutus à uinculo iura
13 menti, † quia abſolutio uim, & obſtaculum iuramenti re mouet, & facit, quòd iurans contraueniendo actui iurato reatum periurij non incurrit, ut præſupponunt omnes ſcri bentes in dicto c.quamuis,& in c.licet, in c.cum contingat, & in c.quintavallis de iureiuran. ac etiam in dicta authent. ſacramenta puberum,& in ſpecie habetur per gloſam in c. debitores,ibique omnes, & eſt text.in capitu. ſi uerò, & in c.1.de iureiuran.& ubique do. Anton. & Ioannes de Imol. poſt alios præſertim in dicto c.1. pulcherrimè examinant,
14 concludētes,† quòd quando ultra quòd quis iurauerit de ſeruando conuenta,& promiſſa,iurauit etiam de non peten do reſtitutionem, nec relaxationem, et abſolutionem à iu ramento,prout in caſu occurrenti iuratum fuit, tunc iurās poteſt parte non citata petere abſolutionem ab illo iura mento,quo iurauit non agere,nec relaxationem, aut abſo lutionem petere,ne citando aduerſarium periurium incur reret,ut uoluit Ioan.Andr.in additio.ad Specul. in titu. de iureiuran.quem approbat,& ſequitur Ioan. de Imol. in di cto c. 1. circa finem, & in dicto c. debitores in 6.colum. & facta huiuſmodi abſolutione à ſuperiore parte non cita ta ad effectum, ut poſtea abſoluatur à iuramento, quo iu rauit conuenta ſeruare, & illis non contrauenire, tunc ta lis abſolutio fieri, & præſtari à ſuperiore non poteſt, ni ſi parte citata,& cauſa cognita,ſummariè tamen argumen to text.in clemen.2.de iudiciis, & habetur per Federicum de Senis in conſil. 300. aliàs 289. & argumento cap. ue niens il 2. de iureiuran. Et hæc practica eſt iuridica, & uera, magiſque communiter approbata, ut atteſtatur Ioan. de Imola in dicto c.debitores in 6.colum.& aliquali ter in d.c.1.in finalib.uerbis, & Abb.in dicto c.1.colum.3. poſt Paulum,& Calde.& ratio eſt, quia prima abſolutio eſt modici præiudicij,cum de iuribus iuramenti confirmato rij contractus poſtea ſit cognoſcendum, parte citata, & cauſa cognita, ut concludunt doctores communiter in di cto c.1.& maximè Felin.in 4.& ultima limitatione, qui di cit,quòd licet regulariter ad petendum relaxari iuramen tum, ſiue ab illo abſolui ſit neceſſaria citatio, tamen fallit, quando creditor citari, & uocari non poſſit, quin debitor periurium incurreret,vt quando debitor, uel cōtrahens iu raſſet contractui non contrauenire, nec relaxationem, nec abſolutionē petere,nec aliquo modo agere, uel uenire con tra alium,neq; illum ad iudicium uocare ad tradita per Io.

And.in rub.de iureiur.in addit.ad Specu. cùm quo doct.cō
muniter pertranſeunt in d.c.1.ut ibi per Imo.& do.Anto.
quamuis Abb.ibi contrarium ſentiat:Idem eſt,quando à ſu
periore peteretur non abſolutio propriè,quæ iuramentum
abſorbet,& totaliter remouet,ut in d.c.ſi uerò, ſed abſolu-
tio impropriè,& largè ſumpta,quæ propriè dicitur , & ap-
pellatur habilitatio à iuramento ad effectum tantum agen-
di,in illa namq; non eſt neceſſaria citatio, nec cauſæ cogni
tio plena,ut eſt de mente Io.And.in d.rub.& Imol.in clem.
diſpendioſam de iudi. & hoc ultimum ſolet cōmuniter pra
cticari in curia epiſcopi Bononienſis,ac etiam in curia Ro-
mana,quæ ſolet huiuſmodi habilitationem concedere par-
te non citata,ueluti etiam atteſtantur do.Anton.& Ioan.de
Imol.in d.c.1.Sed in caſu noſtro domina Franciſca,& Ga-
ſpar maritus eius nomine impetrarunt abſolutionem à iura
mento , quo ipſa in dicto inſtrumento renunciationis iura-
uit,ergo,ceſſante iuramenti obſtaculo per abſolutionem cō
ceſſam ſublato,ipſa agere, & petere poteſt renūciationem,
& tranſlationem bonorum in patrem factam eſſe reuocan
dam,& reſcindendā per tex.in d.l.pactū dotali C.de collat.
¶Quinto uidetur dicendum,quòd etiam ipſa domina Fran.
ciſca abſque abſolutione à iuramento conceſſa contraueni
15 re potuerit: † quoniam quando contractus de iure ciuili eſt
reprobatus,ſi fiat cum iuramento , & in eo dolus interuene
rit,tunc de iure canonico licitum eſt illi cōtrauenire etiam
non petita,nec impetrata abſolutione, ſeu relaxatione , ut
uoluit glo.& ibi docto.maximè Moder.& Philip. Franchus
in d.c.quamuis:Sed quando filia per pactum patri ſucceſſio
ni paternæ,boniſque patris propter dotem ſibi datam renū
ciauit,hoc pactum eſt à iure ciuili improbatum d. l. pactum
dotali,ergo ſi in illo dolus interuenerit,filia poterit,non pe
tita abſolutione à iuramento,contra pactum , & renuncia-
tionis contractum uenire:conſtat autem dolum interueniſ
ſe,propterea quia interuenit læſio,& deceptio re ipſa ne dū
enormis,ſed etiam enormiſſima , quæ dolum arguit, ut ſu-
16 pra dictum fuit,ergo &c.¶Sexto † iuramentum recipit om
nes conditiones contractus,ſuper quo apponitur,Bart.in l.
titia §.imperator ff.de legat.2. in ulti. uerb. & in l.ſed & ſi
quis ff.ſi quis cautio.Iaco.Butri.poſt Rofred.in l.2.C.de re-
ſcinden.uendi.c.quemadmodum de iureiur. Bar. in l.fin.ff.
de præto.ſtipula.l.fin.C.de non nume.pecu.Corn.in con-
ſil.11.lib.3.col.9. & 10.Guid. Pap. in ſuis quæſt. in q. 519.
17 Sed † renunciatio,& quietatio facta patri à filia de bonis pa
ternis,& maternis hanc recipit conditionem,ſi ipſa non fue
rit enormiſſimè læſa,nec aliter filia cenſetur conſenſiſſe, ar
gum.not.per Bar.in l. ſi duo ſocietatem §.arbitrorum ff.pro
ſoc. & per do.Anto.Imo.& alios in d.c.quintauallis,& in d.
c.cum contingat,ergo iuramentum in dicto contractu ap-
poſitum ſimiliter eandem recepiſſe conditionem cenſetur :
& ideò ſtante huiuſmodi enormiſſima læſione,prout in caſu
noſtro de ea dicitur apparere,ipſa Franciſca abſque abſolu
tione agere poterit:& ita in indiuiduo arguit præfatus do-
ctor Guid.in d.ſua q. Vel ſaltem enormiſſima læſio erit iu-
ſta,& ſufficiens cauſa,ut ipſa domina Franciſca poſſit age-
re,& contrauenire,petita prius,& impetrata abſolutione à
iuramento,prout illam impetrauit auctoritate ſedis apoſto
licæ,quæ ſuper illo poteſt diſpenſare,ut in c.quanto,ubi gl.
in uer.abſolui de iureiur.& eſt de mente Petri de Ancha.in
18 d.ſua diſputatione,& in aliis ſuis conſiliis ſupra allega.† Et
ſatis manifeſtè de enormiſſima læſione do. Frāciſcæ dicitur
conſtare per dictam renunciationem, & relaxationem bo-
norū paternorū,& maternorū patri factam: quia bona ma
terna,quæ fuerunt ipſi Franciſcæ acquiſita,ſunt longè ma-
ioris pretij,quam fuerit dos illi a patre data,quæ ſolum fuit
florenorum mille,ut præſupponitur: ergo de enormiſſima
læſione apparet,cū illa excedat tertiā, & dimidiam , immò
duas tertias ex tribus , ſecundum quod colligitur ex uerbis
Bar.in d.l.ſi duo §.arbitrorum,& melius habetur per Imol.
in d.c.quintauallis in 38.col.& legendo ſoleo declarare in
c.1.de in integ.reſtit.Præterea non deberet haberi in conſi
deratione tota dos data do.Franciſcæ,cum pater ipſam con
gruenter dotare teneretur,ut in l.fi.ibiq; Bal. C.de dot.pro
miſſ.cum ſimil.ſed ſolū pro illa parte,qua pater modum ex
ceſſit in dotādo propter renunciationem ſibi à filia factam.
¶Et ſi diceretur,quòd non conſtat de acquiſitione bono-
rum matris facta do.Franciſcæ,cū ipſa, & Antonia eius ſo-
ror hæreditatē matris non adiuerit,& cōſequēter bona ma
tris non dicantur ipſi Franciſcæ fuiſſe acquiſita,Reſponde-
19 tur, † quòd cum filij,& alij,quibus hæreditas delata fuit,ha
beant tēpus xxx.annorū ad adeundum hæreditatē,& ſic ad
acquirendum dominiū bonorum hæreditatis,quod per adi
tionē ipſo iure acquiritur l.ſi ſorori C.de iur.delib. & iuxta
l.cum hæredes in prin.ff.de acqu.poſ. & probatur in l.licet,
20 ubi docto.Bar.Bal.Alex.& alij C. de iure delib. et † hæredi
tas adiri dicatur cōtrahendo,ſoluēdo,diſtrahendo, aut aliū
actū faciendo,qui citra nomen,& ius hæredis fieri non poſ-
ſet,ut in l.gerit,l.pro hærede,l. pōponius, aliàs paulus ff.de
acqui.hære.& ibi Bar.& alij,l.ſi te,l. pūberem,l.ſuū,& ubiq;
glo.Bar.Alex.& alij C.de iure delib. ſequitur ex his , quòd
do. Franciſca ex hoc ſolum , quòd ipſa patri bona materna
ceſſit,& renunciauit,illa in eum transferendo,illiq; acquirē
do,& cōſtituendo ſe illa poſſidere,ex quo conſtituto ipſam
ſibi acquiſiuiſſe,& in patrē poſſeſſionē ciuilem, & naturalē
trāſtuliſſe conſtat,ut in l.interdum,in l.quod meo in fi. ibiq;
latè per Bar.Alex.& alios ff.de acq.poſ.Bar.in l.ab emptio-
ne ff.de pact.& in l.creditores C.de pigno.cenſetur,& dici
tur hæreditatē matris adiuiſſe, & bona illius acquiſiuiſſe nō
modo pro parte ſua,ſed etiam pro parte,qua hæreditas fuit
Antoniæ ſorori delata:quoniā de aditione facta ab Anto-
nia tacitè,uel expreſsè non conſtat, & cum mortua fuerit ,
ipſaq; do.Franciſca ſaltē tacitè matris hæreditatem , & pro
parte ſua adiuerit,ut ſupra,ſequitur hinc,quòd tota matris
hæreditas ipſi do.Franciſcæ fuit per ius accreſcendi acquiſi
21 ta: † quoniam quis non poteſt pro parte habere hæredem,
& pro parte non habere,hoc enim eſſet abſurdum l.1.& 2.
ibiq; Bar.et alij ff.de acq.hære. ¶Septimo prædicta ſuaden
22 tur, † nā quando in contrahendo etiā cum iuramento con
currunt minor ætas,ſexus fragilitas , quia contrahens ſit mi
nor,& fœmina,item patris timor,& reuerentia,ac ipſius cu
piditas,& auaritia,quia pater ipſe ſit ille,qui ſic quærat filiā
ſuam bonis ſuis priuare , item & enormis, aut enormiſſima
læſio,tunc omnia hæc ſimul concurrentia debent operari ,
quòd iuramentum ſic efficaciter, & irreuocabiliter iurantē
non obliget,quin ipſe ſaltem impetrata, & petita abſolutio
ne poſſit contrauenire,& à contractu recedere c. ſi uerò,c.
uerū de iureiur.iunctis iis,quæ dicunt do.Ant.& Io.de Imo.
in col.59.uerſ.itē etiam not.diligenter in d.c.cū contingat,
Alex.in d.l.ſtipulatio hoc modo , & Moder. poſt alios ibi in
d.c.quamuis,qui dicunt,quòd ſi minor fœmina iurauit non
contrauenire etiam ratione enormis læſionis, & minoris
ætatis , aut alia quacunque ratione , uel cauſa, ſi tamen
contigerit ipſam enormiſſimè lædi , hæc erit iuſta cauſa
petendi , & impetrandi abſolutionem à iuramento, ut
poſſit contractui contrauenire , quia & ſi in caſu enor-
mis læſionis renunciauerit , non tamen in caſu enormio-
ris, uel enormiſſimæ: At in caſu noſtro omnia prædicta
concurrunt, item fuit conceſſa abſolutio dominæ Frāciſcæ,
ergo impunè,& liberè poterit ſuæ renunciationi, & contra
ctui contrauenire,ut eſt de mente Petri de Ancha. in dictis
conſiliis 38.& 341.ac etiam Ioan.de Imo. acerrimi defen-
ſoris iuramenti,cui multas uires ultra alios attribuit in d.c.
cum contingat in col.67.in uerſi.quid igitur dicendum &c,

23 ¶Octauo † renunciatio, & tranſlatio bonorum materno-
rum iam ipſi Franciſcæ acquiſitorum dicitur ſapere dona-
tionem inter patrem, & filiam l.ſi quis delegauerit, ubi ha-
betur ff. de nouatio. Bal. in l. etiam C. ad uelleia. & illa exce-
dit ſummam trecentorum, & quingentorum aureorum, ut
in facto præſupponitur, ergo fuit nulla, quia in ea inſinua-
tio non interuenit iuxta formam à iure requiſitam, de qua
habetur per Specul. in tit. de fide inſtrum. in §. porrò, ibique
Ioan. And. in addit. & dicit Imol. in d.c. cum contingat in an
tepen. col. uerſi. aduerte tamen &c. quòd requiritur, quòd
donatio publicetur coram iudice loci ad reddendum ius,
nec ſufficeret fieri in præſentia illorum, qui ſimpliciter de-
bent ex forma ſtatuti auctoritatem interponere. Ceſſante
igitur inſinuatione, ipſa donatio, & tranſlatio bonorum in
patrem facta nulla, & inualida remanet l. illud C. de ſacroſ.
24 eccleſ. l. ſancimus C. de donatio. ¶Vltimo † uidetur, quòd
hæc renunciatio, & tranſlatio facta à filia, quæ uim donatio
nis habet, ut ſupra, non debeat effectum habere, ſi domina
Franciſca poſt illam donationem filios habuit, quoniã pro
pter filiorum ſuperuenientiam debet dici reuocata per l. ſi
unquam C. de reuoc. donatio. c. fin. 17. q. 4. Bar. in l. titia §.
imperator ff. de lega. 2. Et hæc ad fauorem dominæ Franci
ſcæ occurrerunt. ¶Præmiſſis tamen non obſtantibus, ſicuti
25 uerè, & rectè conſideranti de iure obſtare non debent, † cõ
trariam ſententiam arbitror eſſe de iure ueriorem in filia,
quæ maior, & legitimæ ætatis eſſet, ut ea non poſſit contra-
uenire etiam prætextu enormiſſimæ læſionis, quando à pa-
tre fuit congruè dotata iuxta ea, quæ habentur in l. cũ poſt
§. gener ff. de iure dot. & in l. ſi filiæ ff. de lega. 3. & prout in
caſu occurrenti præſupponitur filiam fuiſſe congruè dota-
tam, immò in plus, quàm loci conſuetudo, conditio perſo-
narum, facultates, & numerus filiorum expoſcerent: Et ſe-
cundum hanc partem anno elapſo cõſului in cauſa quadã,
quæ in ciuitate Piſarum agitabatur, quòd filia, quæ tempo-
re donationis, & renunciationis fuit maior, & legitimæ æta-
tis, non poſſit ratione iuramenti contrauenire, etiam quod
fuiſſet enormiſſimè læſa: Opinio autem contraria, quam plu
rimi ſupra relati ſequuntur, procedit in filia minore: & hãc
ſententiam doct. communiter, quos pro maiori parte uidi,
ſequuti ſunt per tex. in d.c. quamuis, ubi Domi. Ancha. Ar-
chid. Io. And. & alij Moder. hoc expreſsè tenent, & Domini
de Rota in deciſ. 850. in antiquis, Angel. in l. ſi quis pro eo
uerſi. item adde ff. de fideiuſſ. Bart. in d. l. ſtipulatio hoc mo-
dò in 2. col. ff. de uerb. oblig. per tex. in d.c. quamuis, & in c.
licet de iureiuran. in 6. Alex. in conſi. 211. uiſa facti narratio
ne in 2. uol. in 2. col. & in conſ. 69. uiſo inſtrumẽto in 1. uol.
& in conſi. 39. uiſo ſtatuto in 4. uol. conſi. 42. ſuper præmiſ-
ſo &c. in 1. uol. in penul. col. & in fin. uerb. qui facit differen
tiam inter maiorem, & minorem, & hoc modo ſaluat dictũ
Petri de Ancha. idem Alex. in conſi. 53. in 3. uolũ. in 7. colũ.
cum ſequen. Curtius antiquior in conſi. 43. ſuper facti con-
tingentia, Pau. de Caſt. in conſi. 216. præſuppoſito ſine præ
iudicio in 2. col. & in conſi. 416. uiſo puncto in 1. col. lib. 1.
qui in indiuiduo in filia maiore, quæ propter dotem bonis
paternis, & maternis ipſi patri cum iuramento renunciauit,
pro hac parte conſuluit, ac etiam in conſi. ſuo 418. ubi pul-
cherrimè loquitur, neq; poſſet melius, quàm faciat, in hoc
articulo loqui, Pau. Caſt. & Moder. repetentes in d. auth. ſa-
cramen. pube. Io. de Imo. in d.c. cum contingat, & in c. ſi ue
rò de iureiur. & in c. uenerabilem de elect. Rom. in cõſ. 438.
26 in caſu propoſito in fi. † Et Alex. in conſiliis ſupra allega. &
præcipuè in d. conſi. 42. in 1. uol. dicit, quòd licet tex. in d.c.
quamuis excipiat caſum, niſi filia dolo, qui, aut metu fuiſſet
inducta, tamẽ debet intelligi de dolo uero, & ex propoſito,
non autem de dolo præſumpto, qui ex deceptione, ſeu læ-
27 ſione re ipſa inducitur, & præſumitur, † quia talis dolus non
eſt uerè, & propriè dolus, & prout diffinitur in l. 1. §. dolum
ff. de dolo, & habetur per illum tex. ibique docto. in l. ſi quis
cum aliter ff. de uerb. oblig. quicquid ſecundum Alex. in d.
conſi. dixerint Petr. de Anch. in d.c. canonum ſtatuta, & do.
Anto. in d.c. cum contingat, & alij, quos retuli ſupra contra
riam partem tenentes, quoniam ipſi loquuntur, quando fi-
28 lia eſſet minor, & patri renunciaret, † tunc enim propter mi
norem ætatem, quantumcunque uerba latè paterent, ipſa fi
lia minor nunquam præſumeretur habuiſſe animum donan
di, ſed potius ex ſui facilitate, & à patre ſeducta illud feciſſe
cenſeretur, & non ex liberalitate argu. l. ſi quis donationis
cauſa ff. de contrah. emp. l. cum de indebito ff. de prob. l. cã-
panus ff. de oper. liber. Spec. in tit. de reſcin. uend. §. nunc ui
dendum uerſi. quid ſi uendens, quem ſequitur Abb. in d.c.
cum contingat nu. 24. & ideò in maiore fœmina, quæ patri
renunciaret, ſecus eſſet dicendum, ut uidetur eſſe de men-
te ferè omnium ad tradita per Alex. in d. conſi. 42. lib. 1. Sed
domina Franciſca tempore renunciationis fuit maior deci
mo octauo anno, quæ ætas in loco ſuæ originis, in quo con-
tractus fuit celebratus, dicitur eſſe legitima, & maior ætas,
29 † ſicut regulariter de iure communi eſt ætas annorum xxv.
iuxta l. fin. C. de his, qui uen. æta. impet. c. in præſentia ex-
tra de probat. & hoc ex diſpoſitione ſtatutorum ciuitatis So
nogagliæ, quibus cautum fuit, quòd fœmina maior xviij. an
no ſeruatis quibuſdam, quæ hoc in caſu fuerunt ſeruata, ha
beatur pro maiore, & legitimæ ætatis eſſe dicatur, ergo re-
nunciatio, & tranſlatio bonorum facta ab ipſa do. Franciſca
dicitur facta à maiore, & à perſona, quæ legitimæ dicitur
eſſe ætatis, & propterea irreuocabilis eſt propter iuramen-
tum, non conſiderata læſione, quam non conſiderat text. in
30 d.c. quamuis, ut infra latius dicetur. † Quòd autem ſtatutũ
loci ius cõe limitando, ſeu ab illo recedendo poſſit facere,
quòd maior, & legitima ætas illa eſſe dicatur, quæ etiam mi
nor eſt annis xxv. dummodo uerè maior ſit anno xviij. alio-
quin in fœmina non poſſet introduci, nec ſtatui, quòd ætas
diceretur eſſe maior, & legitima, ut eſt tex. in l. 2. ibiq; Bal.
31 C. de his, qui uen. æta. impet. probatur, nam † ſtatutum ciui
tatis in loco dicitur eſſe ius commune §. ius aũt ciuile, ibiq;
doc. Inſtit. de iure nat. gen. & ciui. l. omnes populi ff. de iuſti.
& iur. ergo ſicut per legem generalem potuit ſtatui, quòd
maior, & legitima ætas dicatur illa, quæ annũ xxv. excedit,
ita & per ſtatutum loci, quod ius generale in loco facit, po
terit ſtatui, quòd illa dicatur maior, & legitima ætas, quæ an
num xviij. excedit: quoniã hoc, quòd legitima ætas dicatur
illa, quæ excedit annũ xxv. dicitur eſſe de iure poſitiuo arg.
d.c. in præſentia, & d. l. ſi. c. ſi annũ de iud. in 6. ergo per aliud
ius ciuile poſitiuũ, & ſic per ſtatutũ loci poterit tolli, & mu
tari l. tutelas ff. de capi. dimi. d. l. oẽs populi, & c. propoſuiſti
de cõceſ. præb. dummodo hoc non ſtatuatur de ætate, quæ
eſſet minor xviij. anno d. l. 2. Et hoc ſit primum fundamen-
tũ. ¶Secundo principaliter hæc opinio corroboratur, quia,
32 ut ſupra dictũ eſt, † cũ huiuſmodi renunciatio, et bonorum
tranſlatio facta à filia maiore in patrẽ donationẽ contineat
ex eo, quòd ſcienter facta fuit de bonis ipſi filiæ iam delatis,
et acquiſitis ex hæreditate matris argu. l. ſi quis delegauerit
ff. de nouatio. Bald. in l. etiam C. ad uelleianum, idcir-
co in illa non eſt habenda ratio enormis, aut enormiſſi-
mæ læſionis, cum dicatur proueniſſe à liberalitate ip-
ſius filiæ, quæ uoluit bona illa ad ipſum patrem ſpectare ob
dotem congruam, & magnam, ac fortè longe maiorem,
quam loci conſuetudo, perſonarum conditio, & liberorum
maſculorum numerus expoſcerent arg. d. l. ſi filiæ ff. de leg.
3. cum ſimil. & hac ratione doct. communiter in d. auth. ſa-
cramenta puberum, & in l. 2. C. de reſcin. uendi. uolunt re
media illorum iurium ratione enormis læſionis conſidera-
tæ locum nõ habere in donationibus, aliiſque diſpoſitioni-

bus liberalitatem ſapientibus, quamuis in ſe damnũ, & læſionem, ſeu patrimonij effuſionem continere cenſerentur, niſi donatio facta eſſet à minore, & à perſonis nimia ſimplicitate gaudentibus arg. l. fin. C. ſi maior fac. alien. fac. & d. l.
33 cum de indebito. ¶ Tertio, † ueluti ſupra dictum eſt, huiuſmodi renunciatio non fuit temere facta, immò conſideratè, ut ipſa filia dotem haberet nedum congruam, ſed etiam maiorem, quam loci conſuetudini, & perſonarum cõditioni conueniret: & ex hoc dicitur ceſſare quælibet conſideratio enormis, enormioris, & enormiſſimæ læſionis: quoniam magna læſio, magnumque dannum hoc in caſu conſiderari debet reſpectu dotis datæ à patre, non autem habito reſpectu ad ſucceſſionem paternam, ſeu maternam, ut uoluit Pau. Caſt. in conſi. 108. ſuper primo quæſito in 7. dubio, & in conſi. 400. in 2. lib. & in conſi. 418. eo. lib. & habetur per Alex. in conſi. 140. lib. 2. in 3. col. Decius in conſ. 180. lib. 1. & ideò infertur, quòd in terminis noſtris ſi ipſa domina Frãciſca non potuit dici enormiter, ſeu enormiſſimè læſa propter dotem congruam ſibi à patre aſſignatam, non eſt etiã habenda conſideratio doli præſumpti, ſeu metus, & reuerẽtiæ paternæ, quæ oĩa à dicta enormiſſima læſiõe prouenire
34 dicuntur, ſeu præſumũtur. ¶ Quarto † in hac renũciatione, bonorumq; relaxatione facta patri interfuit præſentia iudicis, & conſanguineorum, item affectio paterna, quæ omnẽ præſumptionem doli, uiolentiæ, & metus ceſſare faciunt, l. in tranſactione, ibique Bar. & omnes C. de tranſactio. optimus tex. in l. 1. §. quæ onerande cũ ibi not. per Bar. ff. quarũ rerum actio non datur, Innocen. & alij in c. cauſa matrimonij de offic. deleg. Bar. in l. ad inuidiam per illum tex. & in l. ſi per impreſſionem ff. quod met. cau. & in l. fin. uerſi. item
35 quæro ff. ſi quis aliquẽ teſt. prohib. † & ex d. l. in tranſactione colligitur, quare per ſtatuta locorũ in contractibus minorum, & mulierum ſæpe fuerit introductum, quòd intereſſe debeant conſanguinei, iudex, ſimileſque perſonæ, uidelicet ut dicatur ceſſare præſumptio doli, & metus, quæ poſſet allegari, ut in l. 1. & ibi Bar. C. de præd. curial. lib. 10. Salice. Pau. de Caſt. Alexã. & Iaſ. in l. pacta nouiſſima C. de pactis, Alex. in conſi. 80. in 5. uolu. ubi plura allegat, Bald. in tractatu ſciſma. quem poſuit ſub rub. C. ſi quis aliq. teſta. prohib. in pen. charta, gl. fi. in c. ſi quis iratus 2. q. 3. ergo dicta domina Franciſca, quæ fuit maior 18. anno, & ſic ætatis legitimæ, non poteſt uenire contra ſuum iuramentum, ſeu contractum iuratum factum, & receptum cum tanta ſolẽnitate, & tot perſonarum præſentia, quæ omnẽ doli, & me-
36 tus præſumptionem ceſſare faciunt: † & ratione prætenſæ enormiſſimæ læſionis non eſt licitum uenire cõtra ſuum iuramentum ſpontè, & conſideratè receptum, ad cuius obſeruationẽ cogi debet, cum poſſit ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari, ut in d. c. quamuis, ubi caſus notab. & in d. authẽ. ſacramenta puberum, & c. licet de iureiuran. in 6. ut uolunt doct. communiter Ioan. And. Archi. & Domin. in d. c. quãuis, Alexã. in d. l. ſtipulatio hoc modo, Ang. in d. l. ſi quis pro eo, & in conſi. 303. Paul. Caſt. in conſi. 216. & in d. authen. ſacramenta, Roma. in conſil. 437. Alex. in conſil. 125. in 1. uolu. in col. antepen. qui atteſtatur doct. hoc communiter tenere, & in d. conſil. 42. eod. lib. & in conſil. 221. & 25.
37 in 2. uolumi. cum aliis, quos ſupra allegaui: Præterea † ipſa domina Franciſca non ſolum ratione iuramenti, aliarumq; ſolennitatum interpoſitarum præſumitur habuiſſe notitiã, & fuiſſe certiorata de omnibus iuribus ſuis, omnibuſque remediis ſibi quomodolibet competẽtibus iuxta not. per Bal. in l. 1. in fin. uerb. C. de rebus credi. Ioan. And. in d. c. quamuis, ſed etiam ipſa pro certo notitiam omnium iſtorum ha-
38 buit, cum fuerit à notario de omnibus certiorata, † ut conſtat ex uerbis inſtrumenti, quæ de certioratione facta ipſi dominæ Franciſcæ fidem faciunt, quibus in hoc ſtandũ eſt,

ad tradita per Alex. in d. conſi. 42. in 5. col. lib. 1. & in conſi 61. uiſo proceſſu in 2. col. in 2. uolu. & conſi. 53. in 3. uolu.
colum. 7. ¶ Præterea † domina Franciſca maior, & legitimæ ætatis, ut ſupra, expreſsè cum iuramento renunciauit non ſolum bonis paternis, & maternis, ſed etiam omni legitimæ ſibi iure naturæ debitæ in dictis bonis, & cuilibet alij portioni ſibi quõlibet de iure debitæ: quæ renũciatio expreſſè facta de legitima cũ iuramẽto etiã in uita patris ipſi filiæ obeſt, ut uolunt doct. Bald. Pau. de Caſt. & alij magis communiter in l. ſi quando §. 1. & fin. C. de inofficio. teſta. & in d. c. quamuis: ergo cum hæc renunciatio fuerit facta à filia propter dotem ſibi à patre datam, quæ fuit congrua, & cõpetens fortaſſe magis, quam conueniret, debet excludi in caſu, quo ipſa uellet bona, quibus patri renunciauit, repete- 39
re, ad quæ nullus ſibi datur regreſſus aduerſus patrẽ, † qui illam congruenter dotando præſumitur optimum pro filia conſilium ſuſcepiſſe argumento l. nec in eandem ff. de adulter. Alexand. in conſil. 140. in 2. uolumi. in 3. colum. Paul. Caſtr. conſi. 400. uiſis, & ponderatis lib. 2. Decius in d. cõſ. 181. in 2. colum. & habetur optimè per Roma. in l. ſi quis mihi bona §. ſi quis mandauit ff. de acquir. hæred. Abb. in c. 40
ueteri ſuper glo. 1. de electio. † & dicit not. Bald. in l. ſi quãdo §. 1. C. de inofficio. teſt. quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd filia non poſſit contrahere ſine licentia, & conſenſu patris, nihilominus poterit cum patre contrahere, illique renunciare: quoniam lex multum de patre confidit, qui plus filiã diligere, quam ſe ipſum præſumitur, ut in l. iſti quidem in fi. ff. quod met. cau. Bar. in l. liberorum per illũ tex. ff. de uerb. 41
ſignifi. quæ ſunt bene notanda. † Et optimè ad propoſitum facit, quod uoluit Bald. in d. l. pactum dotali in 21. q. C. de collat. quòd ſi ſtatuto caueatur, mulieres non poſſe contrahere ſine conſenſu duorum propinquorum cum iuramento, & iudicis præſentia, ſi ipſa filia cum patre contrahat, uel illi renunciet aliqua bona, ualebit contractus, & renunciatio ſine illa ſolennitate, quoniam ſtatutum non dicitur uoluiſſe hunc caſum comprehendere, cum in eo ceſſet præſumptio doli, & metus propter naturalem dilectionem, quã lex in patre erga filiam præſumit, & ideò non requiritur interuentus ſolennitatis à ſtatuto requiſitæ ad excludendum dolum, & deceptionem cum muliere contrahentium, quia hæc à patre nõ præſumuntur. ¶ Suadentur præmiſſa ratio- 42
ne concludenti, † nam in inſtrumento, de quo agitur, ipſa domina Franciſca cum iuramẽto expreſsè renunciauit beneficio minoris ætatis, & enormiſſimæ læſionis, quæ dicitur eſſe ultra tertiam ſecundum Bar. in d. l. l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, uel ultra dimidiam, aut duas tertias, ut habetur per Alex. poſt Barto. in d. §. arbitrorum, & per Imol. Abb. Anto. & alios in d. c. quintauallis de iureiurand. Item renunciauit beneficio reſtitutionis in integ. & cuilibet alteri beneficio ſibi ex quacunque cauſa cõpetenti, ut ex uerbis inſtrumenti conſtat: ergo ſumus in caſu, in quo ſi domina Franciſca eſſet minor, haberetur pro maiore, & prætextu cuiuslibet læſionis etiam enormiſſimæ nõ poſſet contrauenire, neque ſibi danda eſſet abſolutio uirtute alicuius læſionis etiam enormiſſimæ, cui fuit expreſſè renunciatum, neque aliter ipſa poſſet contrauenire etiã per remedium reſtitutionis in integ. ut uolunt omnes ſcrib. Bartol. Bald. Paul. Caſtr. Salice. & Moderniſſ. in dicta authen. ſacramenta poſt glo. & do. Anto. Abb. & Ioan. de Imo. in d. c. quintauallis, qui hoc uero uerius eſſe affirmant, quòd ſi filia, ſeu mulier etiam minor expreſsè cum iuramento renunciet beneficio minoris ætatis, & enormiſſimæ læſionis, ac iuret nullo modo contrauenire, tunc nulla dicitur ipſi mulieri ſupereſſe uia ad contraueniendum ſuo iuramento, neque illi danda eſt abſolutio à iuramento, ut ratione etiam enormiſſimæ læſionis poſſit contrauenire, ex quo illi læſioni 43

ni expreſſè renunciauit: tenetur enim ſuum iuramentum in caſu expreſſè, & præciſè iurato omnino ſeruare, cum illud poſſit ſine interitu ſuæ ſalutis æternæ ſeruare: Et hoc maximè in caſu noſtro dicendũ eſt, cum ipſa domina Franciſca fuerit maior decimo octauo anno, quæ ætas cenſetur legitima, & habilis ad contrahendum, ſeque obligandum, ſtante ſtatuto ſupradicto, ac etiam cum ipſa fuerit congruẽter dotata, doteque illa congrua magis fortaſſe, quàm conueniret, ſe tacitam, contentamque à patre uocauerit: & propterea non poteſt dici ſaltem enormiſſimè læſa: immò idem eſſet, ſi etiam enormiſſimè fuiſſet læſa ex dicta ſua renunciatione per prædicta. ¶ Et ſequendo hanc ſententiam, quam in occurrenti caſu ueriſſimam eſſe arbitror, ſupereſt, ut adductis in contrarium reſponſum accommodetur. Non obſtat itaq; in primis, quòd propter enormiſſimam læſionem, ex qua dolus præſumitur, non obſtante iuramento, filia poterit renunciationi contrauenire, cum illa enormiſſima læſio ſit iuſta cauſa abſolutionem concedendi, ut uoluit Petr. de Ancha. in d. c. canonum ſtatuta, & in pluribus conſiliis, cuius opinio magis communis, magiſque æqua uidetur, allegando infinitos doctores, qui eam partem ſequuti ſunt, ut ſupra dixi: Quia breuiter poteſt reſponderi primo, quòd doctores præfati contrarium uolentes loquuntur, quando filia, quæ renunciauit, fuit minor, at in caſu noſtro fuit maior, ut ſæpe dictum eſt, ergo &c. Secundo non loquuntur, quando fuiſſet expreſſè cum iuramento renunciatum læ-
44 ſioni etiam enormiſſimæ: † quando enim illi fuit renunciatum, omnes, ut dictum eſt, tenent, quòd filia, quæ etiam minori ætati cum iuramento renunciauit, non poſſit contrauenire, neque ſit contra ſuum iuramentum audienda, ut dixi. Præterea cum domina Franciſca fuerit congruè à patre dotata, & plus, quàm conueniret, non poteſt dici læſa ſaltem enormiſſimè, ut probatum fuit, ergo ceſſat dolus, qui ex illa læſione reſultare præſumebatur, & ideò diſpoſitio d. c. quamuis locum ſibi in caſu noſtro uendicat. ¶ Ex quibus ceſſat etiam ſecundum motiuum pro prima parte factum, ponderando tex. in d. c. quamuis, inquantum excipit caſum, in quo dolus, uel metus interuenerit, & præſertim præſuppoſita dotis datæ exiguitate: quia ceſſante enormiſſimæ læſionis fundamẽto, prout in caſu noſtro ceſſare dicitur, tum quia non interuenit propter dotem magnam datam dominæ Franciſcæ, tum quia expreſſè fuit cũ iuramento renũciatum beneficio, quod ſibi poterat ex enormiſſima læſione cõpetere, doli, & metus reuerentialis præſumptio ceſſare dicitur. ¶ Non obſtat tertium argumentum, quod fundatum fuit ſuper d. l. pactum dotali, quòd cum in caſu noſtro ſit ſublatum uinculum iuramẽti, propterea quia tres comites non habuit, uidelicet ueritatem, iuſtitiam, & iudicium, ſequitur, quòd renunciatio in caſu noſtro, quæ nuda à uinculo iuramenti ſaltem ualidi reperitur, non ualuit ex diſpoſitione d. l. pactum dotali: Quia reſpondetur, negando, quòd in iuramento caſus noſtri illi tres comites non interuenerint; Veritas enim interuenit, quia domina Franciſca certiorata de iuribus ſuis, & ſponte iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, nec ratione enormiſſimæ læſionis, doli, uel metus, ut in inſtrumento continetur, ergo iuramentum ualuit, illudque debuit ſeruare: iudicium interuenit, quia domina Franciſca ſcienter, & ſponte, item maior iurauit non contrauenire ratione cuiuſlibet læſionis: iuſtitia quoque interuenit, quia non gratis, ſed dote data à patre congrua, & condecenti renunciauit, & ideò iuramentum ſeruare tenetur. ¶ Non obſtat quarto loco inductio facta de d. l. pactum dotali, propterea quia ſtante abſolutione à iuramento conceſſa ipſi dominæ Franciſcæ auctoritate apoſtolica, iuramẽtum non obſtat, & conſequenter renunciatio, & donatio facta à dicta domina Franciſca remanet nuda à uinculo iura-

45 menti, & ideò dicitur inualida: quia reſpondetur, quòd abſolutio, ut ſupra, conceſſa fuit nullius momenti, & ſubreptitia, & ideò nulla: nam cum ex gratia fuerit conceſſa contra iuris regulas, uidelicet parte non citata, & contra diſpoſitionem d. c. quãuis, iuxta not. in c. 1. de reſcript. ſequitur, quòd nullius fuit momenti argumento eorum, quæ habẽtur in c. ſuper literis extra de reſcript. Sed cum principaliter ſit inſiſtendum ſuper dicta abſolutione, an ualuerit, & an potuerit tollere uim iuramenti, ut ad illius obſeruantiam dom. Franciſca non teneatur, ideò inferius dicendum reſeruo.

¶ Non obſtat quinta ratio, quòd quando actus eſt à iure ciuili reprobatus, ſi in eo dolus interuenit, tunc licitum eſt ab illo recedere, non obſtante iuramento interpoſito, etiã non petita abſolutione, ut uoluit glo. in d. c. quamuis: ſed renunciatio, quam filia facit patri, dicitur à iure ciuili reprobata d. l. pactum dotali, ergo &c. Reſpondetur enim, negando in caſu noſtro dolum interueniſſe, ſeu metum, ut ſupra. Secun-
46 do † aſſumptum factum debet intelligi de dolo uero, & ex propoſito, de quo loquitur tex. in d. c. quamuis, ibique gloſ. ſecundum communem intelligentiam, non autem de dolo
47 præſumpto, qui ex deceptione re ipſa reſultat. Tertio † dictum illius glo. communiter damnatum eſt à ſcribentibus, qui uolunt, quòd etiam ſi in terminis d. c. quamuis dolus interueniat, tamen ad hoc, ut iurans poſſit iuramento contrauenire, neceſſaria eſt abſolutio, ad tradita ibi per Io. Andr. Archid. Domin. & alios, ac etiam per Ancha. in d. c. canonũ ſtatuta, per Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo, & per Imol. & Abb. in d. c. cum contingat. ¶ Ex prædictis etiam remanet ſublatum ſextum motiuum fundatum ſuper enormiſſima læſione, quia negatur læſio enormiſſima in caſu, de quo agi-
48 tur per ea, quæ ſupra latius dicta ſunt: Præterea † etiam quòd enormiſſima læſio interueniſſet, & domina Franciſca minor fuiſſet, quæ duo negantur, tamen cum ipſa renunciauerit cum iuramento beneficio minoris ætatis, & læſionis enormiſſimæ, ſequitur, quòd iuramentum ſuum ſeruare tenetur, illique nullo modo poteſt contrauenire prætextu dictæ læſionis, ſeu minoris ætatis, ut ſupra oſtendi.

¶ Tollitur etiam ex his ſeptimũ fundamentum partis contrariæ, quoniam negatur dominam Franciſcam fuiſſe minorem, nam ea maior fuit ex diſpoſitione ſtatuti loci: Et poſi-
49 to, † quòd minor fuiſſet, tamen fuit habita, & haberi debet pro maiore quoad obſeruantiam huius contractus, cum ipſa renunciauerit cum iuramento minori ætati, eiuſque beneficio, ut in d. auth. ſacramenta, ibique Bar. & omnes. Negatur etiam obſtare enormiſſimam læſionem, & metum maximè reuerentialem paternum per ea, quæ dicta ſunt in rationibus contra dominam Franciſcã adductis. Non obſtat octauum fundamentum de defectu inſinuationis, quia reſpon-
50 detur, † quòd ex quo renunciatio, & tranſlatio, ſeu donatiò bonorum facta per dominam Franciſcam fuit facta propter dotem datam, quæ fuit congrua, ea ualuit ſine inſinuatione, ut uoluit Bald. in l. illud C. de ſacroſanct. eccleſ. & ratio eſt, quia dicitur facta ob cauſam, quo caſu inſinuatio non eſt neceſſaria ad tradita per Imolam in l. aquilius ff. de donation. & per Baldum in dicta l. illud, l. modeſtinus, &
51 ibi Bartol. ff. de donatio. † Ex qua ratione etiam talis renunciatio, ſeu donatio non potuit reuocari propter ſuperperuenientiam filiorum dictæ dominæ Franciſcæ per text. in d. l. ſi unquam C. de reuocan. dona. cuius diſpoſitio non procedit, quando donatio eſſet facta ob cauſam, ut propter dotem datam, ſicuti uoluit Alex. in conſi. 29. lib. 3. in princ. colum. penult. & in ult. colum. circa fin. Secundo reſpon-
52 detur, † quòd ex quo domina Franciſca in inſtrumento iurauit non contrauenire aliqua ratione, uel cauſa, tale iuramentum ſupplet defectum inſinuationis, Ioan. And. in addi. Specul. in tit. de inſtrum. edit. in §. porro in ulti. addit. & latè

Imol.in d.c.cum contingat col. 1 1 o. verſi. ſed dubium &c.
& hæc eſt communis opinio,ut refert,& ſequitur etiã Alc-
xan.poſt Bar.in l.nemo poteſt ff.de lega. 1 .in 4.& 5. colum.
53 ¶ Tertio † in huiuſmodi inſtrumento renunciationis,ſeu do
nationis factæ à domina Frãciſca interuenit inſinuatio,quia
illa facta fuit in præſentia iudicis tunc in loco ius dicentis,
qui ad hoc fuit ſpecialiter requiſitus, ſuamq́ue interpoſuit
auctoritatem,ueluti ex forma ſtatutorũ loci exigitur, quod
ſufficit pro inſinuatione,ut declarat Imol. in d. c.cum con-
tingat in antepen.col.Vltimo dici poteſt, renunciationem
huiuſmodi non eſſe propriè donationem l. ſi uir uxori ff.de
his,quæ in fraud.credit.& ibi glo. ¶ Non aduerſatur ulti-
mum argumentum,quòd renunciatio,& donatio facta à do
mina Franciſca ipſo iure propter ſuperueniẽtiam filiorum
ipſius reuocatur,cum fuerit immenſa, grandiſq; donatio d.
l.ſi unquam,Bal.Sali.& alij poſt Bar.in l. 1 .& in l.ſi totas C.
de inofficio.donat.Bart.in l.titia §. imperator ff. de legat. 2.
Nam huic fundamento multis modis reſponderi poteſt, &
primo,quòd ex quo ipſa cum iuramento renunciauit omni
beneficio,& priuilegio legum, omnibuſq́ue exceptionibus
ſibi quomodolibet competentibus à iure diuino, naturali,
canonico,&ciuili,uidetur ſpecialiter renunciaſſe beneficio
d.l.ſi unquam, quia iuramentum habet uim clauſulæ omni
meliori modo &c.& facit omnia etiam generaliter expreſ-
ſa haberi,perinde ac ſi ſpecialiter,& ſingulariter omnia ſub
uerbis generalibus comprehenſa eſſent denominata l.cum
patet §.filius matrem ff.de legat.2.Bal.in l.1. C.commod.
Verum quia hæc reſponſio redditur dubitabilis ex iis, quæ
uoluit Bal.in d.l.1 .in fin.C.de inoffi.don.& ex not.per Bar.
in l.ſed & ſi quis §.quæſitum ff.ſi quis caut. ideò ſecundo re
54 ſpondeo,quòd † diſpoſitio d.l.ſi unquam non uendicat ſibi
locum in donatione facta ob cauſam,& propter dotem da
tam,ut dixi ſupra per ea,quæ uoluit Alex.in d.conſil. 29. &
in conſi.83.in 2.uol.in 6.col.Imol.in l. 1 .in prin.in 3. col.ff.
de acquir. poſſeſ.Bal.& Angel.in d.l.ſi unquam,Sozi.in l.1.
C.de pactis col.ulti.Deci.in terminis noſtris in conſil. 181.
in fin.uer.qui dicit hanc opinionem eſſe communem, Cor
neus in conſi.206.in 3.uol.in 7.col.cum ſequen.Tertio dici
55 poteſt, † quòd diſpoſitio d.l.ſi unquam,quæ loquitur de do
natione, extendi non debet ad renunciationem bonorum
factam a filia, quia cum illa diſpoſitio ſit exorbitans, c.fin.
17.q.4.& fatentur omnes in d.l.ſi unquam, in d.l. 1. & in d.
l.titia §.imperator, non debet extendi ad renunciationem,
& relaxationem,quæ non eſt propriè donatio,ſed largè d.l.
ſi uir uxori ff.de his,quæ in frau.credito. argumen.c.quæ à
iure de regu.iur.in 6.& eſt de mente glo.in d.c.fin.& Alex.
in d.conſi.29.in ult.col.& Bar.in d.§.imperator.Et hæc quo
ad primum articulum ſufficiant.¶ Secundam hæſitationem
aggredior, an abſolutio à iuramento conceſſa auctoritate
apoſtolica ipſi dominæ Franciſcæ,non citato Ioannefranci
ſco,ualuerit,& quem effectum producere potuerit,quam-
uis commiſſum fuerit dictam abſolutionem etiã parte non
citata poſſe concedi? Et abſolutionem ualuiſſe,etiam parte
non citata,magis uidetur dici poſſe, ſtante cõmiſſione præ-
dicta,quia hoc factum uidetur auctoritate apoſtolica, quæ
56 † citationem potuit tollere,ut in c.cum ſit romana in fi. ex-
tra de appellat. c.ad noſtram il 3. de iureiuran. c. quoniam
57 de fil. presbyt. † Papa enim poteſt iuramentum remittere
etiam ſine cauſa ad tradita per Cardi.in clemen. 1. §. nos in
4.quæſt.& in §.fin.in penul.quæſt.de iureiuran.glo.& Ioan.
And.in c.quanto extra de iureiuran. iuncto c.fin.& à pecca
to abſoluere c. in nouo 21. diſtinctio. c. ſi papa xl. diſtinct.
c.aliorum 9.q.3.gloſ.& Cardi.in clemen.1.de pœnit.& re-
miſſ. Oldra. in conſi. 185. licet ex ordine &c. Bald. in au-
58 thent. adhæc in 2. colum. C. de uſur. Præterea † quando
iurans obſeruare,& nullo modo contrauenire fuit enormi-
ter læſus,agere poteſt,uel quòd ſibi iuramentum relaxetur,
uel quòd à ſuperiore abſoluatur, ut in c.1. iuncto c. 2. & in
c.ſi uerò de iureiurand. & in noſtris terminis hoc fateri ui-
dentur Ioan. And.Archid.Domin. & alij in d.c.quamuis de
pactis in 6.Imol.& alij in d.c.quintauallis,& in c.cum con-
tingat eod.tit.de iureiurand. colum.54. ibique Ioan.Andr.
poſt Vincent. Alex. in conſi.42. in 1. uolu. Ergo abſolutio
conceſſa D. Franciſcæ,quæ,ut dicitur, fuit enormiter læſa,
de iure ualuit,& ſeruanda eſt ad effectum, ut renunciationi
59 factæ poſſit contrauenire. ¶ Præterea & tertio † quamuis
ad dandam,& impetrandam abſolutionẽ à iuramento fuiſ-
ſet neceſſaria citatio, ut uidentur uelle communiter ſcri-
bentes in d.c. 1. ac etiam in c. debitores de iureiuran. ubi
Ioan.de Imol.ſatis plenè tractat poſt dominum Anton. &
Abb.Bal.in l.fin.in 1 .col.C.de non nume.pecun.Angel.in
l.fin.ff.qui ſatiſda.cogan.tamen ſi à ſuperiore, & auctorita-
te apoſtolica fuerit facta abſolutio parte non citata, debet
ualere,& ipſi iuranti prodeſſe,quoniam ab initio multa fie-
ri impediuntur,quæ facta tenent, & conſeruantur, ut in l.
patre furioſo ff. de his,qui ſunt ſui,uel alien.iur. & ſuadetur
60 ex iis,† quæ dicũtur de abſolutione,quæ fit ab excommuni-
catione, quæ licet fieri debeat præcedente monitione, ta-
men aliter facta excommunicato prodeſt, ut in c. excom-
municatos 11 .q.3.in gloſ.in uer.utriuſque,Innocen.in c.ab
excommunicato extra de reſcript.iunctis not.per Io.Andr.
61 in c. qua fronte de appellat. Similiter † excommunicatio,
quæ debet fieri præcedente monitione,facta,& lata ſine il-
la ualet,ut in c.ſacro,& ibi glo.& doct.de ſenten.excommu
nica.Ioan.Andr.in d.c. qua fronte:ſed abſolutio ipſi domi-
næ Franciſcæ propter læſionem erat omnino concedenda,
ergo facta etiam parte nõ citata ualuit. ¶ Præterea & quar
62 to † quando iuratum fuit non contrauenire, neque contra
iuramentum abſolutionem petere,aut aliud remedium in-
tentare,tunc abſolutio etiam parte non citata peti, & impe
trari poteſt ad tradita per Ioan. And.in addit.ad Specul.in
tit.de iureiur.Ioan.de Imol.in d.c. 1 .in fin.eod.tit.& in d.c.
63 debitores col.3.cum ſequentib. ¶ Quinto † tunc ad actum
citatio partis non requiritur, quando præſens non poſſet
actum impedire arg.l.fin.C.ſi per uim, uel alio modo cum
ibi not. doct. in l.maiorem C.de pact. l.recuſare in prin. ff.
ad trebel.l. 4.§.illud ff.de fideicõ.liber. Feli.in d.c. 1 .col.10.
64 de iureiuran. Sed † ſtante huiuſmodi læſione non potuiſſet
impediri,quominus domina Franciſca abſolueretur à iura
mento ad effectum, ut poſſet contrauenire, ut habetur per
doctores,de quibus ſupra, & per Alexan.in dicto conſi.42.
cum ſimilibus,ergo abſolutio illi concedi potuit parte non
citata: & hoc argumento utitur Ioan. de Imol. in dicto c.
debitores colum.5.pro corroboratione opinionis do.Anto.
qui tenuit citationem non eſſe neceſſariam, fuitq́; hoc mo
tiuum Calde.in conſi.7.in tit.de iureiuran. & cum hac opi-
nione tranſeunt Ioan.And.in d.addit.& do.Anto.in d.c.1.
65 & in d.c.debitores: † Nam ſecundum eum ille, qui iurat
non contrauenire contractui, qui ex parte recipientis illici
tum contineret,abſolutionem poteſt impetrare etiam par-
te non citata,quoniam tunc iurans per ſuum iuramentum
non obligatur parti,ſed deo d.c.debitores cum ibi not.c. &
ſi Chriſtus §.angelus in fin. de iureiuran. ergo partis non
dicitur intereſſe,quòd iurans abſoluatur,necne,& ideò par
tis citatio non requiritur,ut ibi per eum. ¶ Sed his non ob-
ſtantibus,contrariam ſententiam in caſu,de quo agitur,eſ-
ſe de iure ueriorem arbitror,quòd abſolutio,ut ſupra,con-
ceſſa nullius fuerit roboris,parumq́;, uel nihil potuerit do.
66 Franciſcæ prodeſſe; † quoniam illa fuit cõceſſa uirtute re-
ſcripti ſubreptitij,in quo ſcienter, malitioſè,& fraudulen-
ter fuit tacita ueritas,& falſitas expreſſa: quo fit, ut reſcri-
ptum ipſum, & omnia inde ſequuta ipſo iure nulla fue-

rint

rint, ut eſt tex. not. in c. ſuper literis in 1. reſpon. extra de reſcrip. & hoc modo debet intelligi id, quod dici ſolet, quòd mendax precator debet penitus impetratis, omniq; cómodo literarũ carere d. c. ſuper literis, l. fin. C. de diuer. reſcrip.
67 §. & ſi legibus, & §. reſcripta 25. q. 2. † & dicit text. not. in l. reſcripta C. de precib. imper. offer. & in d. §. reſcripta, quòd reſcripta contra ius elicita ab omnibus iudicibus ſunt reſutanda, quando ex illis alteri poſſet graue præiudicium inferri: Sed pro parte do. Franciſcæ fuit ſupplicatum, & ſciẽter multa fuerunt tacita, quæ ſi fuiſſent expreſſa, dominus reſcribens aut non conceſſiſſet, aut non ita facile: Veritas enim in hoc fuit tacita, quia non fuit expreſſum, ipſam do. Franciſcã renunciationis, & quietationis tempore eſſe maiorem 18. anno, & ex forma ſtatutorum loci talem ætatem concurrente iuramento eſſe legitimam, & maiorem ætatẽ, ſicut regulariter, & de iure communi eſt ætas annorum 25. Tacitum etiã ſcienter fuit, quòd ultra quòd do. Franciſca renunciauerit beneficio reſtitutionis in integrum, & minoris ætatis, renunciauit etiam expreſsè beneficio ſibi competẽti propter enormiſſimam læſionem in caſu uidelicet, quo ultra dimidiã fuiſſet læſa iuxta dicta in primo articulo: quo caſu ipſa do. Franciſca præciſe iuramento ſuo de iure ſtare debuit, ut dictum eſt: tacitum etiam fuit, quòd in dicto renunciationis inſtrumento omnes ſolennitates à iure, & ex forma ſtatutorum requiſitæ, & iudicis præſentia, & certioratio beneficiorum, & priuilegiorum facta à notario ipſi dominæ Franciſcæ interuenerunt: Item tacitum fuit, quòd do. Franciſca tempore impetrationis abſolutionis à iuramẽto erat maior uigeſimo nono anno, & conſequẽter lapſum erat tempus quadriennij à die, quo ipſa fuerat maior effecta, ſeu pro maiore à ſtatuto habita, & conſequenter erat illi præcluſa uia petendi reſtitutionem in integrum aduerſus dictum contractum renunciationis arg. l. fin. C. de tẽpo. in integ. reſt. Tacitum etiam fuit, quòd pro parte do. Franciſcæ fuerat datus fideiuſſor maior pro obſeruatione promiſſorum: Et fuit expreſſa ſcienter falſitas, inquantum fuit ſupplicatum, ipſam do. Franciſcam fuiſſe à patre ſeductam ad ſibi renunciandum, & propter metum paternum ſaltem reuerentialem renunciaſſe, quia in contrarium eſt ueritas, immò, uelut ſupra in primo articulo fuit probatum, de iure
68 contrarium eſt præſumendum. ¶ Præterea † huiuſmodi impetratio, & abſolutio conceſſa dicitur eſſe expreſsè contra ius canonicum, quod vult expreſsè iuramentum filiæ in huiuſmodi renunciatione receptum omnino ſeruandum eſſe, & conſequenter excludere abſolutionem, omnemq; alium actum contrarium, ut eſt tex. in d. c. quamuis, & ibi glo. & ſcriben. de pactis in 6. qui tex. ultra prædicta uidetur optimè probare, quòd ob quodcunque damnum, & præiudiciũ pecuniarium, & burſale non ſit filiæ licitum ſuo iuramẽto contrauenire, quia ille tex. ſolum permittit poſſe iuramento contraueniri propter præiudicium, & diſpendium ſalutis æternæ, aut præiudicium pecuniarium non proprium, ſed alterius, ut ibi: Ergo propter ſuum detrimentum, damnumque pecuniarium non dicitur eſſe licitum filiæ contrauenire, quoniam exceptio in uno, uel in pluribus regulam in aliis firmat, iuribus vulgaribus. Item tale reſcriptum fuit contra ius elicitum, quoniam de iure hoc ẽſt firmiſſimũ, quòd quando minor 25. anno, maior tamen 14. renunciauit cum iuramento minori ætati, beneficio reſtitutionis in integrum, & læſioni non ſolum enormi, uel enormiori, ſed etiam enormiſſimæ, prout ipſa domina Franciſca renunciauit, ut dictum eſt, tunc minor nullo modo poſſit contrauenire, nec abſolutionem conſequi, nec petere, & multo magis hoc procedit, quando ille, qui, ut ſupra, renunciauit, erat maior, & pro maiore habebatur, ultra quòd minori ætati renunciaſſet, ut omnes doct. uolunt in d. auth. ſacramenta pu

berum, & in d. c. quintauallis, ubi Anto. Imol. & alij: Adde, quòd conceſſio dicti reſcripti, & abſolutionis enormẽ, & & graue dãnum ipſius Ioan. Franciſci patris dictæ do. Frãciſcæ continebat, cum illo tempore iam fuiſſet Ioan. Franciſco ius realiter acquiſitum in proprietate, & poſſeſſione
69 dictorum bonorum ſibi ceſſorum, & renũciatorum: † Quo fit, ut talis impetratio, & conceſſio facta do. Franciſcæ præſertim ipſo Ioannefranciſco non citato fuerit nulla, nihilq; Ioannifranciſco potuerit præiudicare d. l. reſcripta, & d. c. reſcripta cum ibi not. per glo. c. licet epiſcopus cum glo. de præben. in 6. Stante igitur ſubreptione, & obreptione dicti reſcripti, ac aliis, de quibus ſupra, conceſſio reſcripti, & abſolutionis non ualuit, neque Ioannifranciſco nocere potuit.
70 ¶ Præterea † cum ageretur de præiudicio Ioanifranciſci non ſolum quoad proprietatem, ſed etiam quoad poſſeſſionem, reſcriptum etiam principis, in quo citatio fuiſſet remota, non ualuit, ut eſt tex. not. in l. meminerint cum gl. 1. C. unde ui, d. clemen. paſtoralis §. cæterum de re iudi.
71 ¶ Secundo † impetratio dicti reſcripti, quòd domina Frãciſca deberet abſolui, parte non citata, dicitur gratiam, & priuilegium continere, quia eſt contra ius commune, quod vult ad unum quemque actum, & maximè ad dandam abſolutionem à iuramento partẽ debere citari l. de unoquoq; cum ſimil. ff. de re iudica. item eſt contra ius commune, ut ſupra proximè dictum eſt, ac etiam quia non poteſt abſolutio à iuramẽto præſtari, ut quis poſſit ſuo contractui iurato contrauenire, niſi parte citata, ut habetur in d. c. 1. & in
72 d. c. debitores de iureiuran. & infra dicetur: ergo † qualibet ſubreptio, quæ in caſu noſtro interuenit, reddidit dictũ reſcriptum impetrationis, & abſolutionis ipſo iure nullum, nulliusque momenti, quia quælibet ſubreptio etiam non doloſa, ſed ex ſimplicitate facta ipſo iure uitiat literas gratioſas, & priuilegium continentes, omneque aliud, quod inde ſequeretur, ut in c. ſi ſuper gratia de offi. deleg. in 6. c. ad audientiam, & ibi Abb. & in c. cæterum, & in c. ad aures ex-
73 tra de reſcrip. ¶ Tertio † ſoli papæ, & principi, & ex cauſa iuſta, quæ ſit expreſſa, quia in dubio non præſumeretur, permiſſum eſt tollere ea, quæ ſunt de iure naturali, aut in ratione naturali fundata, uelut eſt citatio, appellatio, & defenſio ad tradita per Abb. in c. 1. de reſcript. in notab. d. clemen. paſtoralis §. cæterum de re iudicata, Abb. in c. per ueſtras in repetitio. colum. 11. de arbitr. Felyn. in c. ad audientiam il 2. colum. 4. de reſcript. nulli autem inferiori etiã cardinali legato de latere hoc permiſſum eſt Abb. in d. c. 1. per glo. in c. fin. de hære. in 6. iunctis iis, quæ habentur in l. fin. C. ſi contra ius, uel util. publ. & in c. quæ in
74 eccleſiarum de conſtitutio. Sed † conceſſio dicti reſcripti, & commiſſionis abſolutionis concedendæ facta fuit ab inferiori à Papa, uidelicet à magno pœnitentiario ex officij ſui poteſtate, ergo citationem tollere non potuit maximè in caſibus, in quibus de iure eſt neceſſaria citatio, prout eſſe dicitur in concedendo abſolutionem à iuramento ſuper contractu recepto, & conſequenter ubi de graui alterius contrahentis præiudicio tractari poterat, ut uolunt docto. communiter in d. c. 1. & in d. c. debitores, & Alex. in d. conſi. 42. Deci. in d. conſil. 181. cum ſimilibus ſupra allegatis.
75 ¶ Quarto, † ut ſupra ſæpius dictum eſt, doctores communiter uolunt ad hoc, ut alicui dari poſſit abſolutio à iuramento ſuper contractu recepto ita, ut alteri parti contrahenti nocere poſſit, requiri abſolutionem fieri, & peti parte ad hoc legitimè citata, alioquin abſolutio nihil ad illius præiudicium operaretur: quoniã iuramentum non ſolum obligauit iurantem Deo, ſed etiam parti ad illius utilitatem, ut uoluit Ioan. de Imo. in d. c. debitores in 5. col. in uer. ſi. & ad rationem &c. & hoc expreſsè tenent Federi. de Senis in conſil. 300. Ioan. Cald. & Paul. de Leaza. quos refert Imol. in d.

c.debitores,ibiq́ue Ioan.de Imol. & Abb.in d.c.1. Petr. de
Anchar.in conſi.199.prædictis &c.& in conſil.383.reten-
to ordine,& Felin.poſt Abb.in d.c.1.col.8. qui expreſsè cõ
cludit,quòd etiam Papa non debet abſoluere à iuramento
huiuſmodi,quod parti poteſt præiudicare, niſi ex cauſa iu-
ſta,quæ cauſæ cognitionem, & conſequenter citationem re
quirit,Innocen.in c.ſecundo requiris de appella.iunctis iis,
76 quæ ſupra dixi.¶Quinto prædicta ſic corroborantur,†nam
duplex reperitur abſolutio à iuramento,quæ eſt duplicis,&
diuerſi effectus,una,quæ datur ad effectum,ut iurans non te
neatur contractum ſeruare, utq́ue poſſit contrauenire ſuo
iuramento,quo iurauit principaliter ſeruare promiſſa,& cõ
uenta:altera dicitur eſſe præparatoria, & modici, aut nul-
lius præiudicij quoad partẽ aduerſam, ueluti quando fuiſ-
ſet iuratum non modo non contrauenire contractui, ſed
etiam non petere abſolutionem,aut habilitationem à iura-
mento,uel nihil agere contra iuramentum aliqua ratione,
uel cauſa in iudicio,uel extra,de iure,uel de facto: Et tunc
petitio abſolutionis ad effectum habilitandi perſonam, ut
poſſit detegere turpitudinem cõtractus,uel fraudem,& læ-
ſionem enormiſſimam, non autem ut poſſit directè contra
contractum agere,illumq́ue reſcindere,poteſt fieri, & abſo
lutio concedi cauſa non cognita,& parte non citata, quo-
niam eſt modici præiudicij,ut notabiliter uoluit Oldrad. in
conſil.120.ad duplicem finem &c.de quo Pet.de Anch.fa-
cit teſtum in conſi.ſuo 18.in quæſtione,quæ uertitur,& ſe-
quitur Paul.Caſt.in conſi.217. circa primum quæſitum co
lum.4.Nam aduerſarius,qui non fuit citatus, poteſt nihilo-
minus inſtare,ut iurans adimpleat contractum,& iuramen-
tum ſuum de non contraueniendo contractui, neq; ob hoc
aduerſarius ipſe cogi poſſet,ut iuramentum relaxaret,ut ibi
habetur per Oldra. Quæ practica multum inoleuit in curia
Romana,& Bononienſi ſecundum Imol.in c. debitores co-
lum.9.ſeu 6.& illam etiam uidetur ſequi in c.1.in ulti.uerb.
de iureiuran.& Lauren. de Rodulphis in tracta. de uſuris in
q.126.in fin.Et de hac abſolutione præparatoria debet in-
telligi abſolutio conceſſa dominæ Franciſcæ auctoritate ma
gni pœnitentiarij,non autem de illa abſolutione,quæ con-
ceditur iuranti obſeruare contractum, & conuenta princi-
paliter,quæ dari,& concedi poteſt in caſu,quo creditor eſ-
ſet in mora relaxandi iuramentum,quia talis abſolutio nul-
lo modo poteſt concedi,ſeu fieri parte non citata, cum ſit
magni præiudicij,ut uoluit etiam Oldra.in d.conſi. & con-
cludunt ferè omnes docto.canoniſtæ, & legiſtæ,Ioan.And.
in d.addit.& in d.c.1.ubi Abb.Imo.do.Anton.& alij in d. c.
quamuis,& latè Felin.in d.cap.1. Quinimmò uerior uide-
tur opinio,quòd etiam præparatoria abſolutio, quæ peti-
tur ad effectum habilitandi perſonam, ut ſe mouere poſſit
ut ſupra,non poſſit de iure concedi,parte non citata, ut in
terminis uoluit Petr.de Ancha.in conſi.199. prædictis &c.
& in conſi.383.retento ordine dubiorum, Feder.in conſil.
300.Imol.in d.c.debitores col. 6. aſſerens Federicũ hoc uo
luiſſe,& hanc opinionem ſequitur Abb.in conſi.12.lib.2.&
ſi copioſior &c.in ulti.col.& Feli.dicit illam eſſe ueriorem:
ſed fundamenta doctorum hanc opinionem tenentium ali
ter non refero.¶Præterea quòd abſolutio conceſſa domi-
næ Franciſcæ dicatur eſſe illa,quæ datur ad præparandam
aliam abſolutionem,oſtenditur ex modo procedendi: nam
77 †practica petẽdi abſolutionem à iuramento ad effectũ prin
cipaliter contraueniendi contractui eſt,ut prius petatur re-
laxatio à iuramento,quæ & abſolutio à ſcribentibus appel-
latur,uidelicet quòd aduerſarius propter læſionem, aut me
tum ipſi iuranti illatum cogatur illi iuramentum relaxare,
deinde eo cõtumace,& nolente relaxare petatur à ſuperio
re abſolutio iuramẽti, ut not.dicit Imo.in d.c. debitores in
3.col.circa fin.ibi tutius &c. et fuit de mente Io. And.in d.
& hoc modo debet intelligi tex. in d.c.1.de iureiuran. ibiq;
Ioan.de Imol.& alij communiter, & habetur per Felin. in
d.c.1.col.3. Sed in caſu occurrenti non fuit petita relaxa-
tio,quia aduerſarius nõ fuit requiſitus, ut iuramentũ relaxa
ret, ſed ſimpliciter domina Frãciſca fuit abſoluta,nulla præ
cedente monitione facta patri,ergo hæc abſolutio dominæ
Franciſcæ conceſſa non poteſt intelligi de illa abſolutione,
quæ fit ad effectum,ut omnino iuramentũ tollatur, uireſq;
illius extinguantur ad finem,ut iurans liberè contractui con
trauenire poſſet, & dicere ſe nolle illum obſeruare: Quo
fit,ut ea abſolutio dominæ Frãciſcæ modicum profuerit, ut
ſupra,immò,ut dictum fuit ex mente docto.magis commu-
niter, illa etiam abſolutio præparatoria dari, & concedi
non poteſt niſi parte citata; & ideò cum in caſu noſtro
Ioannes Franciſcus pater dominæ Franciſcæ non fuerit
citatus ad contradicendum, ne daretur abſolutio, illa fuit
nulla,nihilq́; nocuit ipſi Ioan.Franciſco, & parum,uel nihil
profuit do. Franciſcæ. Nec prædictis aduerſantur illa,quæ
ſupra ex aduerſo fuerũt allegata, nam ex proximè deductis
ſublata apparent,& præcipuè primum, & ſecundum moti-
uum in primis, quòd Papa non fuit is,qui abſoluit, Secun-
do quòd abſolutio dominæ Franciſcæ conceſſa debet intel
ligi de præparatoria, & non de præiudiciali, alia uero, per
quam directè,& principaliter extinguuntur uires iuramen-
ti,quo iurans promiſit ſeruare conuenta, & illis aliquo mo
do non contrauenire, dari,& præſtari non poteſt abſq; cau
ſæ cognitione plena, partiſque citatione, ueluti doctores
communiter atteſtantur,etiam ſi auctoritate apoſtolica eſ-
ſet conceſſa,ut dictum fuit. Tertio dicitur, quòd in caſu
occurrenti non interuenit læſio enormiſſima, & caſu, quo
interueniſſet,illi fuit expreſsè renũciatũ cũ iuramẽto:quod
iuramentum ſeruandum eſt, & ab eo non debet abſolutio
concedi maximè abſque partis citatione, & plena cauſæ co
gnitione,ut oſtenſum fuit. ¶Non obſtat tertium funda-
78 mentum, † quoniam reſpondetur,quòd petenti abſolutio-
nem in noſtris terminis plura opponi potuerunt, ex quibus
abſolutio facilè poſſet impediri, & ideò ſine partis citatio-
ne non ualuit: & quamuis abſolutio ab excommunicatio-
ne parte non citata poſſit concedi, tamen illud eſt uerum,
quando ex abſolutione paruũ præiudicum poſſet parti ad-
uerſæ irrogari,ſecus ſi magnum,quale in caſu occurrẽti ex
abſolutione prædicta irrogaretur. Præterea quando dare-
tur aduerſarius, de cuius intereſſe ageretur,non poſſet ab-
ſolutio fieri ab excommunicatione parte non citata, ut ha-
tur per glo.in d.c.excõmunicatos 11.q.3.Roma. in ſingul.
600. tu habes &c. Innocen.in d.c. ab excommunicato de
reſcrip. ¶Non obſta quartum motiuum, quia procedit in
abſolutione præparatoria, & non præiudiciali: quinimmò
illa etiam fieri debet parte citata, cũ multa poſſent allegari
ad eam impediendam, ut tenent docto. communiter Abb.
Imol. Felin. & alij,quos ſupra allegaui. ¶Non aduerſa-
tur quintum,& ultimum,quòd ſine citatione poteſt dari ab
ſolutio,quia ſi præſens eſſet aduerſarius,nihil poſſet allega-
79 re,per quod abſolutionem impediret,quia †primò reſpon-
detur motiuum procedere in præparatoria abſolutione: ſe
cundo dico,quòd etiam in illa citatio requiritur.
¶Tertio non obſtat, quòd iuramentum obliget iurantem
Deo,& non parti in caſu, quo maximè aliqua deceptio in-
teruenit, ergo ſine partis citatione abſolutio concedi pote-
80 rit,quia† ut dicit Ioan.de Imol. in d.c.debitores col.5.& 6.
qui reſpondet huic motiuo,quòd fuit Calde. in conſi.7. in
tit.de iureiuran.multum dicitur partis intereſſe,quòd pro-
cedatur parte citata etiam in præſtando abſolutionem præ
paratoriam, propterea quia pars poterit exceptiones oppo
nere ad impediendam abſolutionem,& probare, quòd iu-
rans erat maior, & renunciauerat beneficio minoris ætatis,
&

& læſionis enormiſſimæ, quæ ſolent excludere iurantem in caſu, quo uellet contrauenire, & abſolutionem aliquam pe tere, ueluti etiam ſequitur Felin. in d.c.1. in fin. 9. col. Et ex his remanent ſublata motiua in contrarium facta ultra alia, quæ poſſunt colligi ex argumentis factis contra abſolutionem dominæ Franciſcæ conceſſam. ¶ Quoad ultimum du
81 bium paucis utar, nam in eo concludo † ipſum Ioannem Franciſcum fuiſſe priuatum proprietate illus partis, in qua ab inteſtato ſucceſſit unà cum ipſa domina Franciſca Antoniæ filiæ, & ſorori dictæ dominæ Fanciſcæ iuxta tex. in au then. defuncto. C. ad Tertulli. propter ſecundas nuptias, quas Ioannes Franciſcus poſt mortem ipſius Antoniæ filiæ contraxit per l. fœminæ in §. illud cum authen. ibi poſita C. de ſecun. nup. & quamuis ille tex. loquatur de matre, quæ ad ſecundas nuptias tranſiuit, tamen ex identitate rationis idem dicendum eſt etiam in patre, qui filio, ſeu filiæ ab inte ſtato ſucceſſit, & poſtea ſecundas nuptias contraxit, nam ſi alij filij primi matrimonij ſuperſint, illis per contractum ſe cundarũ nuptiarum acquiritur proprietas eorum bonorum, in quibus pater ſucceſſerat, & uſusfructus patri, quoad uixerit, reſeruatur per illum text. ubi eſt gloſ. communiter approbata, quæ uult tex. illum loquentem de matre poſſe etiam ad patrem extendi: & hoc idem concludit optime diſputando Salic. ſolennis doctor in d. l. fœminæ. §. illud, cuius rationes uideri poſſunt, & ſecundum hanc opinionem conſulere ſolitus ſum: & propterea Ioan. Franciſcus, qui unà cum domina Franciſca filia ſucceſſit in bonis maternis Antoniæ filiæ ab inteſtato morienti, dicitur priuatus illa parte bonorum, in qua ſucceſſit quoad proprietatem, reſeruato ſi bi uſufructu tantum, & proprietas illa accreuit, ſeu acquiſita fuit ipſi dominæ Franciſcæ: & niſi expoſtfacto domina Franciſca renunciaſſet, & relaxaſſet uniuerſaliter omnia bona ſua quomodocunque quæſita etiam ex ſucceſſione materna dicto Ioanni Franciſco, illi faciendo pactum de non petendo, & quietationem generalem, & ſic in effectu patri non donaſſet, profectò domina Franciſca debuiſſet habere proprietatem bonorum dictæ partis: ſed ex quo ip ſa renunciauit, relaxauit, quietauit, & pactum de non peten do fecit patri ſuo, ut ſupra, & ſic omnia bona undecunque quæſita tàm quoad proprietatem, & dominium, quàm quo ad uſumfructum, & tàm ex cauſa profectitia, quàm aduentitia, certè dicta pars bonorum, quæ ex tranſitu ad ſecundas nuptias facto per patrem ipſi dominæ Franciſcæ fuerat acquiſita ſaltem quoad proprietatem, unà cum alijs ſuis bonis cenſetur ipſi domino Ioanni Franciſco acquiſita, atque in eum tranſlata, nec quicquam poteſt dici dominæ Franciſcæ reſeruatum, niſi dos ſibi à patre data, & aſſignata. Vlterius ſuper huiuſmodi conſultatione non inſiſto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatiò facta cum iuramento à filia præſertim minore 25. annis de bonis, & hæreditate patris, an, & quomodo propter enormem læſionem excedentem dimidiam eius, quod deberi poterat, poſſit reuocari, & illa non obſtante, filia vel id, quod ſibi ex bonis patris debebatur, vel ſaltem ſupplementum legitimæ petere poſſit, & num. 16*

2 *Dolus re ipſa, & metus, qui in conſtantem virum cadere poteſt, æquiparantur.*

3 *Promittens, vel renuncians cum iuramento per metum, qui in conſtantem virum cadere poteſt, & per dolum re ipſa, tenetur iuramentum ſeruare, ſi poteſt abſque interitu ſalutis æternæ, nec contrauenire poteſt, niſi prius petita, & obtenta abſolutione.*

5 *Abſolutio à iuramento propter metum, qui in conſtantem virum caderet, & propter dolum re ipſa conceditur, parte tamen citata.*

5 *Abſolutione prius non impetrata, ſi iurans promiſſioni, ſeu renunciationi ſuæ alteri factæ contraueniret, tanquam periurus excluditur, nec abſolutio poſtea petita, & obtenta quicquam ei prodeſſet.*

6 *Iuramentum dolo, vel metu præſtitum non eſſe ſeruandum, ſed illo non obſtante poſſe iurantem contrauenire, quomodo intelligatur.*

7 *Iurans, & promittens abſque dolo, ſeu metu tenetur præcisè iuramentum adimplere, nec abſolutionem obtinere, nec contrauenire etiam ratione minoris ætatis, & petendo reſtitutionem in integrum poteſt.*

8 *Secus, ſi dolo ſaltem re ipſa, vel metu, qui in conſtantem virum caderet; iuraſſet, & promiſiſſet.*

9 *Filia etiam minor cum iuramento renuncians hæreditati paternæ, ſeu maternæ, & promittens, ac iurans non contrauenire, & uocans ſe tacitam, & contentam dotibus ſibi datis, non poteſt contrauenire, ſi non fuit enormiter ultra dimidiam læſa.*

10 *In promiſſione dotis facta ab eo, qui de iure dotare tenebatur, quando id, quod mulieri aliundè debebatur, comprehendatur, & quando non.*

11 *Læſus quis in eo, quod ſibi non debebatur, nec ſuum erat, dici non poteſt.*

12 *Læſus dici, & contrauenire non poteſt, qui contrahendo, renunciando, compromittendo, & alia ſimilia faciendo, iure communi, ac etiam conſuetudine loci vtitur.*

13 *Renunciationi iuratæ factæ à filia de hæreditate paterna non poteſt filia contrauenire, extantibus filijs maſculis, qui ex diſpoſitione ſtatuti filiã fœminam ab inteſtato excluderent, & ad quorum fauorem renunciatio facta eſſet.*

14 *Renunciatio facta à filia, quæ eſt conformis diſpoſitioni ſtatutorum, debet ſecundum ſtatuta intelligi, & interpretari.*

15 *Pactum, & conuentio contrahentium à conſuetudine, & ſtatuto loci informatur, ſicut à iure communi, ubi ſtatutum non uigeret.*

16 *Filia, quæ cum iuramento renunciauit hæreditati paternæ, ſeu maternæ, quando poſſit contrauenire, & quando non.*

17 *Pactum de non petendo, & renunciatio differunt, & quomodo.*

18 *In renunciatione de bonis paternis facta à filia, vel ſorore non requiritur inſinuatio.*

19 *Pactum de non petendo continens in ſe donationem, quando etiam abſque inſinuatione valeat, & quando non.*

20 *Dos congrua arbitrio boni viri in caſu ſtatuti excludentis filias fœminas propter maſculos, & diſponentis, quod filiæ fæminæ debeant dotari arbitrio bonorum virorum propinquorum, quæ & quanta eſſe debeat, et an, et quando in dote congrua, & competenti legitimæ ratio ſit habenda, vt vltra dotem ad illam, vel eius ſupplementum agi poſſit, & num. 26 uſque in finem conſilij.*

21 *Legitima nulla debetur ei, qui ab inteſtato ſuccedere non poteſt.*

22 *Nec ei, qui præteritus, vel exhæredatus teſtamentum non poteſt querelare, vel rumpere.*

23 *Legitima filiabus à ſtatuto propter maſculos excluſis non debetur.*

24 *Filiæ vltra dotem datam aliquid loco legitimæ, vel eius ſupplementi petere non poſſunt, vbicunque ſtatutum illas propter maſculos excludẽs dicat, quòd fœminæ dotatæ à patre, vel à fratre ſtare debeant contentæ dotibus datis à patre, matre, vel fratre.*

25 *Partem non faciens nunquam admittitur ad partem, quamuis is, qui ad partem non admittitur, quandoque partem faciat.*

27 *Dos ex diſpoſitione ſtatuti quando iure vniuerſalis ſucceſſionis, & quando iure ſingulari deberi dicatur.*

EPITOME.

RENVNCIATIO *de bonis paternis, & maternis facta fratri à ſorore propter dotem ſibi datam, uel promiſſam, cum iuramento de non contraueniendo, & pacto iurato de non petendo aliquid in bonis, & hæreditate patris, & ſtante ſtatuto loci filiarum fœminarum propter maſculos excluſiuo, ualet, & ſeruanda eſt, nec filia illi, quicquam ex hæreditate patris petendo, contrauenire poteſt, maximè ſi ex ea læſa enormiter ultra dimidiam nõ fuit: etſi ita læſa fuiſſet, abſolutionem prius à iuramento cauſa cognita, & parte citata petere, & impetrare debet.*

CONSILIVM LI.

SVBTILITER, ac copioſè allegatum, & de iure concluſum eſſe arbitror per excellentiſſimos Iurecõſultos, Reuerendum dominum Antonium Burgos Hiſpanum, ac dominum Ludouicum de Gozadinis maiores meos ſemper obſeruandos: & propterea in eorum uenio ſententiam, quòd compoſitio, & renunciatio facta per dominam Antoniam cum Andrea eius fratre ualeat, & ſit ſer

uanda

uanda,& contra illam domina Antonia uenire nequeat,ſed
ſtare debeat cõtenta dote ſibi data,& aſſignata, nec aliquid
ex hæreditate paterna petere poſſit: & ultra plenè dedu-
cta per præfatos dominos conſultores conſidero,quòd to-
1 ta difficultas in eo conſiſtit, † an propter enormem læſio-
nem,quæ excedit dimidiam eius,quod debebatur,ſeu debe
ri poterat,renunciatio facta à filia præſertim minore uigin-
tiquinque annis de bonis, & hæreditate patris cum iuramẽ
to &c.poſſit reuocari, & illa non obſtante filia poſſit petere
id, quod de iure communi ſibi ex bonis paternis debeba-
tur,uel ſaltem legitimæ ſupplementum: in quo Alexan.in
l.ſtipulatio hoc modo concepta in 4. colum.in 3. limitatio-
ne poſt multos,quos allegat,tenet,quòd poſſit reuocari, &
talis renunciatio filiæ non noceat; ſubdit tamen,ſe nõ cre-
dere,quòd in practica hoc poſſet ſubſtineri per not. per gl.
in l.2.C.de reſcind..uendit.& in c.penulti.extra de emptio.
& uendit.quæ gloſæ cõmuniter approbantur:uolunt enim,
quod contractus emptionis nõ poſſit peti reſcindi propter
enormem læſionẽ,quæ ſit ultra dimidiam iuſti ptetii,quan-
do uenditor non uenire contra contractum iurauit &c. in
puncto tamen iuris ipſe tenet,quòd non obſtante iuramen-
to filia uenire contra renunciationem iuratam poterit:&
hoc uult,ac ſequitur etiam do.Abb. expreſsè in c. cum con
tingat in 14.colum.de iureiuran. qui dicit hanc opinionem
eſſe ueriorem, & æquiorem propter enormiſſimam læſio-
nem,& ſic præfati limitant tex.in c.quamuis de pactis in 6.
& ita defendunt, & ſequuntur opinionem Petri de Ancha.
in repetit.c.canonum ſtatura in 1.q.prin.uerſic. quid ſi di-
ces de conſtitu. & in c.ea quæ de reg.iu.in 6. cuius hæc fuit
originalis opinio. Et quamuis hæc uideatur opinio commu
nis,ut colligitur ex uerbis Alexan.& Abb.in locis præallega
tis,qui referunt plures doctores excellentes hoc tenere,ta-
men quamplurimi contrariam ſententiam tenent, & ut re-
ferunt,ac demonſtrant præfati domini conſultores, hæc eſt
ſequenda, quia communis eſt, & uerior, ut latius ex dedu-
ctis per eos conſtat: & concludens ratio uidetur eſſe illa,
quoniam ex quo tale iuramẽtum poteſt à filia ſeruari abſq;
interitu ſalutis æternæ,& corporis,illud ſeruandum eſt, ar-
gumento d.c.cum contingat, & d.c.quamuis iuncto §.fina.
22.q.4. Et quamuis propter enormiſſimam læſionem do-
lus re ipſa interuenire præſumatur l. ſi quis cum aliter ff.de
uerborum obliga.iuncta d.l.2.C.de reſcin.uend.tamen pro
pter hoc iurans rõne enormiſſimæ læſionis non poterit con
trauenire,ut not.in d.l.2.& in d.c.pen.per gl.& à legiſtis,&
canoniſtis approbatas,niſi prius petita,& facta abſolutione
à iuramẽto,cuius petitionis, & facilis conceſſionis cauſa eſt
enormis læſio, ad tradita per Alexan.in d.l. ſtipulatio hoc
modo concepta in d.3. limitatione, & per omnes in d.c.
cum contingat,& in d.c.quamuis,& latè per Abb.in c.1.de
iureiuran.& expreſsè hoc etiam uoluit Bald.ibique Pau.de
Caſt.in l.pactum in 1.q.C.de collatio.Quod ita confirmo,
2 † nam dolus etiam re ipſa,& metus,maximè qui cadere po
teſt in conſtantem uirum,etiam in terminis noſtris æquipa-
rantur d.c.quamuis,& d.c.cum contingat,& bonus eſt text.
ubi latè docto. maximè Abb. examinant in c.penulti. quod
met.cau.& tenentes contrariam opinionem potiſſimum in
3 hoc fundamentum faciunt: ſed † qui promiſit, uel renun-
ciauit etiam per metum, qui cadere poſſet in conſtantem
uirum, tenetur ſeruare iuramentum, ſi illud poſſit ſeruare
ſine interitu ſalutis æternæ, uel corporis, ut eſt textus cum
ibi not.in c.ſi uerò de iureiuran.nec poteſt contra illud ue-
nire,niſi prius petita,& obtenta abſolutione,ut ibi habetur,
& expreſsè colligitur ex nota. per Paulum de Caſtro poſt
Bal.in d.l.pactum C.de collatio. ergo idem dicendum erit,
ſi quis cum iuramento promiſit, uel renunciauit, & fuerit
deceptus dolo re ipſa, uidelicet enormiſſimè ultra dimi-
4 diam eius, quod ſibi deberi poterat: † Metus tamen, qui
poteſt in uirum conſtantem cadere, eſt iuſta cauſa petendi,
& concedendi abſolutionem à tali iuramento, ut eſt textus
clarus in d.c.ſi uerò,& habetur per docto. in locis præalle-
gatis; ergo idem dicendum eſt de dolo re ipſa,qui contin-
git ratione enormiſſimæ læſionis, ut ſit iuſta cauſa petendi,
& concedẽdi abſolutionem per prædicta, quod uerum eſt,
dummodo petatur abſolutio, parte ad hoc citata, quoniam
nunquam abſolutio eſt concedenda ad effectum, ut quis
poſſit uenire contra renunciationem,ſeu promiſſionem ſuã
alteri factam,niſi pars ad hoc fuerit legitimè citata, cum ea
ſit concedenda cauſa cognita,aliàs nihil prodeſt, niſi noto-
riè conſtaret, iuramentum in ſe turpitudinem continere,
uel parti abſenti nullam poſſe competere defenſionem, ut
benè declarat Abb.in c.1.in 4. & ultima columna de iureiu
ran.& hæc eſt communis opinio, & uera, ut refert Alex.in
additio.ad Barto.in l.hæres §.qui tutelam ff. de iudic. in tan
5 tum, † quòd ſi ante abſolutionem impetratam iurans cõ
traueniſſet,tanquam periurus deberet excludi, argumento
l.ſi quis maior C.de tranſactio. & ſi poſtea uellet illam pe-
tere,non poſſet, nec abſolutio, quæ poſtea concederetur,
aliquid prodeſſet,ex quo ante abſolutionem conceſſam ſe-
mel contraueniſſet, & periurus fuiſſet, ut uoluit Abb.in d.
c.1.in fin.4.colum.poſt Federicum de Senis in conſil.289.
& ideò cum in terminis noſtris abſolutio non fuerit conceſ
ſa ante,cum dicta domina Antonia peteret, & contra ſuã
compoſitionem, & renunciationem iuratam ueniret, nec
ad hoc hæredes dicti magiſtri Andreæ fuerint citati, ipſa
6 tanquam periura non debebit audiri, ſed excludi: & † hoc
modo debet intelligi text.in d.c.cum contingat, & in d.c.
quamuis cum ſimilibus,ubi probatur,quòd iuramentum do
lo,uel metu præſtitum non eſt ſeruandum, ſed illo non ob-
ſtante poteſt iurans, qui dolo renunciauit, contrauenire,
hoc eſt,quando ante, quàm iurans contraueniſſet, ab eccle
ſia legitimè fuiſſet abſolutus à iuramento, puta parte ad
hoc citata,ut etiam expreſsè in terminis noſtris uoluit Pet.
de Anchar.in d.repet.c.canonum ſtatuta,& in ſuis conſilijs,
& refert,ac ſequitur Alex.in ſuo conſi.42.uolumi.1.& in d.
l.ſtipulatio hoc modo concepta in 3.limita.& Abb.in d.c.
cum contingat in 14.colum.argumento d.c. ſi uerò, & ibi
Anto.de Butr.& in c.uerum eodem titu. Differentia enim
7 eſt, † an quis iuret, & promittat abſque dolo, ſeu metu,
& tunc iurans præciſè tenetur iuramentum adimplere, nec
ratione etiam minoris ætatis poteſt contrauenire,nec reſti-
tutionem in integrum petere,& ſi peteretur abſolutio,non
eſſet concedenda,& conceſſa non prodeſſet,d.c. cum con-
tingat,& d.c.quamuis,& facit textus in authen.ſacramen-
ta puberum C.ſi aduer.uend. ibi inuiolabiliter, & ibi om-
nino ſeruetur,ibique habetur per Imolam, & alios, & hoc
modo intelligantur ea,quæ uoluit Roman. in l.ſciendum ff.
de uerborum obliga.dum dixit,quòd mulier,ſeu minor ex-
cluditur à beneficio reſtitutionis in integrum ratione iura-
menti,nam iuramentum tantum operatur,quantum ſi fuiſ-
ſet mulier certificata, & minor certificatus de beneficio ſi
bi competenti,ut ibi,& per dominnm Antonium de But. in
c.ſi diligenti de foro competen.in 6.colum.Archid. & Io-
an.Andr.in c.2.de pact.in 6.& Paul.de Caſt.in l.fin. circa fi
nem ff.ad uelleianum per textum in c.ex reſcripto de iure-
iuran.ibique Felin.plenè hoc examinat,& multa ad propo-
8 ſitum adducit in 5.colum.in glo.penulti. † An uerò dolo
ſaltem re ipſa,uel metu,qui cadere poſſet in conſtantem ui
rum,quis eſſet ad promittendum,& renunciandum cum iu
ramento inductus, & tunc teneretur iuramentum ſeruare,
ſi poſſet ſine interitu ſalutis æternæ,& corporis ſeruari,do-
nec fuerit legitimè conceſſa abſolutio ab eccleſia, ut eſt
textus clarus in d.c.ſi uerò cum ſimilibus ſupra allegatis, &
ibi

ibi Anto. de But. qui uoluit etiam in d.c. cum cõtingat in 4.
caſu princip. quòd licet quando enormis læſio interuenit,
poſſit nedum minor, ſed etiam maior contrauenire non pe
tita abſolutione, tamen ſi iuratum fuiſſet non contraueni-
re ratione enormis læſionis &c. non poteſt uenire contra,
niſi prius obtenta abſolutione, & Bart. in l. 2. C. de reſcin-
denda uenditione tenet, quòd nullo modo etiam ab-
ſolutione obtenta, ueluti Anto. ibi refert.
¶Præterea ultra allegata per dictos dominos conſultores
oſtendo etiam, & iudicio meo clariſſimè, dominam Anto-
niam nullo modo poſſe contra compoſitionem, & renuncia
9 tionem iuramento firmatã uenire: † Nam oĩum eſt opinio,
& ſententia communiter approbata, à qua neminem tàm
legiſtarum, quàm canoniſtarum diſſentire reperio, quòd
quando filia etiam minor cum iuramento renunciauit hæ-
reditati paternæ, ſeu maternæ, & promiſit, ac iurauit non
contrauenire, ſed dixit, & uocauit ſe tacitam, & contentam
dotibus ſibi datis, & ex hoc non fuerit enormiter læſa ultra
dimidiam, & ſic dolus re ipſa non interuenerit, tunc ipſa nõ
poteſt contrauenire, ſed tenetur præcisè ſuum iuramentũ
ſeruare, ex quo abſque interitu ſalutis æternæ poteſt obſer-
uari: Ita uolunt omnes, quos uiderim, in d.l. ſtipulatio hoc
modo concepta, in d.c. quamuis, in c. licet mulieres de iure
iurand. in 6. & in l. pactum quod dotali C. de pact. & idem
uoluit Pert. de Anchar. in d.c. canonum ſtatuta, & Abb. &
alij communiter in dicto c. cum contingat, & Alex. in ſuo
conſi. 42. in 1. uolu. ſolum enim docto. uidentur diſcrepare,
quando dolus re ipſa interuenit, quia interuenerit læſio
enormiſſima ultra dimidiam, nam aliqui uolunt eam tunc
poſſe contrauenire, non obſtante iuramento, aliqui uerò &
magis communiter, non poſſe, ſed teneri ſeruare iuramen-
tum, ut ex prædictis patet: ſed do. Antonia ex ſua renun-
ciatione, poſito, & non conceſſo ipſam aliqualiter fuiſſe læ-
ſam, non fuit enormiter læſa ultra dimidiam eius, quod con
ſequi, & habere debuiſſet, ut ſtatim demonſtrabitur, ergo ſe
quitur, quòd ipſa non poſſit renunciationi, & iuramẽto ſuo
contrauenire. ¶Quòd autem enormiter non fuerit læſa,
oſtendo, nam reſpectu hæreditatis maternæ ſibi tantum de-
bitæ non dicitur enormiter læſa, cum ipſi ſolutæ, & datæ fue
rint integraliter dotes maternæ, & omnia bona, quæ ad
eam ſpectare poterant ratione ſucceſſionis maternæ, ut cõ
ſtat tàm ex inſtrumento dotium dictæ dominæ Antoniæ,
quàm etiam ex contractu, & inſtrumento compoſitionis, &
renuciationis per eam factæ, quoniam ipſa renũciauit hære
ditati maternæ, pro eo, quia ſibi fuerunt per dictum magi-
ſtum Andream promiſſæ libre quingentæ pro dotibus ſibi
debitis ratione hæreditatis maternæ, ut enim apparet ex in-
ſtrumento illo, ipſa renunciauit hæreditati tàm maternæ,
quàm paternæ, quia ex aduerſo magiſter Andreas eius fra
ter promiſit ſibi dare nomine dotis libras octingẽtas, com-
putatis in illis, & omnino comprehenſis libris quingentis do
10 tiũ materuarum: & † quãuis de iure in promiſſione dotium
ſimpliciter facta à patre, uel à fratre, qui de iure dotare te
nebantur, in dubio non comprehendatur id, quod filiæ,
uel ſorori ex bonis maternis, uel aliunde debebatur, quia in
dubio uidentur de ſuo dotare, tamen ſecus eſt, quando hoc
expreſſum, & dictum fuit l. fin. & ibi Bart. Bal. Salic. & alij
C. de dotis promiſsio. ergo ſequitur, quòd reſpectu hæredi
tatis maternæ non poteſt dici, quòd domina Antonia fuerit
ex tali renunciatione enormiter læſa: Item nec reſpectu
hæreditatis paternæ poteſt dici enormiter læſa, quoniam
ex quo pater ipſius deceſſit ab inteſtato ſuperſtite dicto ma
giſtro Andrea unico filio maſculo legitimo, & naturali, nihil
iuris in bonis, & hæreditate patris potuit acquiri ipſi domi-
næ Antoniæ, quia excluſis filiabus fœminis filius maſculus
ſolum debet in bonis, & hæreditate patris ſuccedere, &
filiæ fœminæ debent dotari attenta conſuetudine fami-
liæ, & conditione facultatum, & prout aliæ fœminæ prius
fuiſſent dotatæ, ut in l. ſi filiæ, & ibi Bart. ff. de lega. 3. & in
l. quæro ff. de iur. dotium, iuncta auth. res quæ, & ibi Bal.
C. commu. de lega. Cum itaq; dicta domina Antonia ultra
id, quod datum ſibi fuit à fratre pro bonis maternis, fuerit
etiam congruenter dotata de bonis patris, & fratris uideli-
cet in eadem ſumma, & quãtitate, in qua prius quædã alia
ſoror ſua fuit dotata, & prout in familia ſua alias fœminas
dotari conſuetum fuit, uel in paulo minori ſumma, ergo re
ſpectu hæreditatis paternæ non dicitur enormiter læſa, cũ
ipſi non hæreditas paterna, ſed ſolum dos deberetur, &
11 † quis non poteſt dici læſus in eo, quod ſibi non debebatur,
& quod ſuum non erat, arg. l. fi. C. de codicil. ¶Præterea
12 † ex quo renunciatio eſt ſimilis diſpoſitioni ſtatuti, & ſic iu
ri ciuitatis, ex ea non poteſt dici læſa, quia uſa fuit iure cõ
muni ſuæ ciuitatis, & qui utitur iure cõmuni, non poteſt di
ci læſus, nec poteſt contrauenire l. fin. C. de in integrum
reſtitu. mino. l. uerum ff. eod. §. item ſciendum cũ ſimilib. Et
ad propoſitum facit id, quod uolunt cõmuniter doctores,
& maximè Salic. in d. l. fin. poſt gloſ. ibi quærentes, ſi ſtatuto
caueretur, quòd inter coniunctos compromiſſum fieri de-
beret, & minor litigans cum ſuo coniuncto feciſſet compro
miſſum, & tanquam ex hoc læſus peteret ſe reſtitui, an ei dã
da ſit reſtitutio, nam de iure communi certũ eſt, quòd de-
beret reſtitui l. ſi minor §. minores ff. de minoribus: ſed tamẽ
contrarium uolunt ibi doct. quoniam minor compromit-
tendo uſus fuit iure communi ſuæ ciuitatis, & gloſ. ibi uult,
minorem non debere reſtitui, quando uſus fuit conſuetu-
dine loci, quæ dicta optimè ad caſum noſtrum faciunt: Et
in terminis noſtris hoc uidetur expreſsè uelle Alex. in conſ.
29. in 3. uolu. uerſ. comprobatur &c. & per totũ, qui uoluit,
13 † quòd contra renunciationem iuratã factam à filia de hæ-
reditate paterna &c. non poſſit filia contrauenire, quando
ſuperſunt filij maſculi, qui ex diſpoſitione ſtatutorum filiã
fœminam ab inteſtato excluderent, & ad quorum fauorem
eſſet facta renunciatio, & faciunt not. per Salic. in d. l. pactũ
14 quod C. de pact. ¶Rurſus † ex quo talis renunciatio fa-
cta a domina Antonia eſt conformis diſpoſitioni ſtatutorũ,
ut ſupra, ea interpretari, & intelligi debet ſecundum ſtatu-
ta, uidelicet, ut excludatur dicta domina Antonia ab hære-
ditate paterna, & dote data debeat eſſe contenta, argumen
to notatorũ per Bart. & alios in l. hæredes mei §. cũ ita ff. ad
trebel. ubi diſpoſitio teſtatoris, quæ in dubio ſecundum ius
commune interpretatur, debet interpretari ſecundum ius
15 municipale ciuitatis contrarium iuri communi, † pactum
enim, & conuentio contrahentium informatur à conſuetu-
dine, & ſtatuto loci, ſicut à iure communi, ubi non uigeret
ſtatutum, ut uoluit Alexã. in conſi. 9. in 5. uolu. in 1. col. &
in conſi. 127. in 1. uolu. per totum. Adde, quòd ſi nulla fa-
cta renunciatione, nec aliquo interueniente iuramento, fi-
lia, hoc eſt domina Antonia non poterat ad hæreditatẽ, &
ſucceſſionem patris admitti, ſed debebat eſſe contenta do-
te ſua ſibi data à fratre, ut in dicto ſtatuto, quanto magis erit
excludenda, ſtante etiam renunciatione ſua iurata? quoniã
duo uincula magis ſtringunt, quam unum ſimplex, c. 1.
de treg. & pace, authen. itaq; C. commu. de ſucceſſio. iunctis
præmiſſis. ¶Et ita ex prædictis ultra ea, quæ iam ſunt dicta,
poteſt reſponderi ijs, quæ dicit Petr. de Anch. in loco præal
legato, qui uidetur in terminis tenere partem, quæ dominæ
Antoniæ fauet, quam opinionem ſequitur Alex. in d. l. ſtipu
latio hoc modo concepta, & Abb. in d. c. cum contingat, &
plures alij, de quibus per Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo
concepa, & ſupra dixi, quia poſito, quòd illorum opinio ſit
16 uera, & communis, † tamen dico, illam eſſe ueram, & ita lo
quuntur præfati doctores, quã do filia renunciaſſet patruo,
& ad

& ad eius utilitatem, qui ex forma ſtatutorum filiam fratris à ſucceſſione non excluderet, & ideò in hoc caſu filia, quæ renunciauit cum iuramẽto hæreditati paternæ ipſi patruo, poteſt contrauenire, quia dici poteſt enormiter læſa, ex quo pro modica, & parua dote renunciauit hæreditati paternæ locupleti ſibi debitæ, uel quaſi: item, ut ſupra tetigi, Petrus, & alij loquuntur in terminis iuris communis, quando filia poterat patri ſuccedere unà cum filijs maſculis, nam tunc renunciando poteſt dici læſa, ut colligitur ex nota. per eos, & ita debent intelligi rationes, & iura, quæ per eos allegantur, ergo ſecus erit, quando filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ, ad illam admitti non poterat ſtantibus maſculis ex diſpoſitione ſtatutorum, quoniam tunc nõ poterit dici læſa, ut ex prædictis clarè conſtat. Et licet in aliquo modico domina Antonia poſſet dici læſa ſaltem reſpectu dotiũ ſuarum, quas debet habere maiores ex bonis paternis, tamen propter hoc non debet poſſe contrauenire, nec reſtitutionem petere, quia ratione modicæ læſionis, immò magnæ, dummodo non excedat dimidiam, filia, quæ renunciauit, & iurauit, non poteſt contrauenire, nec reſtitutionem petere, ut per Alexandrum, & alios in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta in tertia limitatione per Abb. in d.c. cum contingat, & Petrus de Anchara. in locis præallegatis, & facit text. & ibi glo. Abb. & communiter alii in c. 1. de reſtitutione in integrum per illum textum, ubi ratione modicæ læſionis minori non ſuccurritur, & habetur per legiſtas in l. ſi ex cauſa in primo reſponſo. ff. de minoribus, & in l. ſcio illud ff. de in integrum reſtitu. & ita in terminis noſtris uoluit expreſsè Anto. de Butr. in d.c. cum contingat in 4. caſu principali. Reſpondeo & aliter nor. per Petrum de Anchara. & Alexan. in locis præallegatis, quia dico, quòd renunciatio, per quam enormiter quis fuit læſus, non obſtante iuramento, poteſt reuocari, niſi iuratum fuiſſet per filiam etiam minorem, quòd non contraueniet ratione damni, ſeu læſionis modicæ, enormis, ſeu enormiſſimæ: ita uoluit Alexan. in d.l. ſtipulatio hoc modo concepta in tertia limitatione per not. per Antonium de Butr. in d.c. cum contingat in quarto caſu principali, qui hoc uoluit expreſsè, ſi rectè eius uerba intelligantur: dicit enim ibi, non faciendo differentiam inter maiorem, & minorem, quòd propter tale iuramentum non poteſt etiam minor contrauenire, niſi prius petita, & obtẽta abſolutione, maior uerò nullo modo poſſet: ſed cum lapſum ſit tẽpus dominæ Antoniæ, infra quod poterat contrauenire ratione minoris ætatis, iuxta l. 1. & fi. & per totum C. de tempor. reſtit. in integrum, & not. in c. 1. de reſtitutione in integrum, ipſa non poteſt amplius cõtrauenire, niſi tanquam maior ratione enormiſſimæ læſionis, ergo non poterit contrauenire etiam petita abſolutione propter iuramentũ illud de non contrauenìẽdo rõne enormis &c. quod operatur in eo, qui uult tanquã maior contrauenire, ut etiã non poſſit cõtrauenire rõne enormiſſimæ læſionis, petita, & obtẽta abſolutione, ſi aũt in inſtrumento renũciationis factæ à minore eſſet adiecta illa clauſula, quòd omne illud, & totum, in quo fuit læſum, donat, & intendit donare, ac etiam illa, quòd omnia & ſingula iurat eſſe uera &c. & contra illa non contrauenire ſimpliciter, tunc minor poſſet contrauenire, Hæc ſunt, quæ in effectu uult Ant. ibi, quæ optimè ad propoſitum faciunt. Præterea fortè poſſet dici, quod Petrus de Ancha. Alex. Abb. & Anto. in dictis locis loquuntur in ſimplici renunciatione facta cum iuramento, ſecus fortè, quando filia, ſeu ſoror promiſit fratri per pactum de non petendo non petere aliquid de bonis, & hæreditate paterna iam ſibi delata, uidelicet poſt obitum patris ſui, prout fuit in caſu noſtro promiſſum, nam tunc tale pactum factum à ſorore fratri poſt mortem patris propter aliquod à fratre promiſſum ex cauſa dotis ualebit, ſtante maximè iuramento, nec poterit ratione enormis læſionis reuocari, ut colligitur ex not. per Baldum, & Alexandrum maximè in l. ſi actione C. de pactis, qui uolunt indiſtinctè tale pactum ualere, etiam ſi filiæ aliquid nõ eſſet pro dote promiſſum, ut patet ex uerbis ſuis ibi, cenſetur

17 enim uoluiſſe fratri donare, ut ibi per eos, & † rationem diuerſitatis inter renunciationem, & pactum de non petendo colligere potes ex not. per Abb. poſt Anto. de Butr. in c. 2. de reſtitu. ſpolia. per not. in l. 1. C. de pact. nam per pactum de non petendo magis præiudicatur, quàm per renunciationem: & quamuis quando quis facit pactum de non petẽdo maximam quãtitatem, deberet ad ualiditatem pacti interuenire inſinuatio, ex quo continet donationem argumento l. ſancimus C. de donatio. tamen ex quo tale pactum fit propter promiſſionem factam filiæ, ſeu ſorori de dote, non requiritur inſinuatio, ut colligitur ex not. per Baldum in l.

18 illud C. de ſacroſanct. eccle. qui dicit, † quòd quando filia, uel ſoror renunciant bonis paternis, non requiritur inſinuatio, ex quo renunciat id, quod nondum ipſi acquiſitum erat, & hoc ſequitur Alexan. in conſil. 29. in 3. uolumi. in 3.

19 colum. Accedat ad hæc, quòd † pactum de non petendo requirit inſinuationem, quando eſt de debito liquido, ſecus ſi de non liquido, ut uolunt doctores maximè Bar. & Paul. de Caſtr. in l. contra iuris in fin. ff. de pact. & Alex. in l. ſi quis obligatione de re iudica. Angel. in l. neſennius §. ſeruo in fi. ad l. falcid. & Alex. in l. ſi mulier de cond. ob turp. caus. ſed in terminis noſtris nõ erat liquidum, quid ex bonis maternis, & paternis ipſi dominæ Antoniæ deberetur, ergo tale pactum abſque inſinuatione ualuit. Præterea illud continet, & ſapit donationem, quando filia renunciat hæreditati paternæ poſt aditam hæreditatem, non autem ante, ut uoluit Alexan. in d. l. ſi actione, ſed in caſu noſtro renunciauit ante aditam hæreditatem, quia de aditione dominæ Antoniæ non conſtat, ergo &c. ¶ Et ſequendo prædictam determinationem, & concluſionem, ſupereſt, ut tollamus unum, quod multum prima fronte uidetur aduerſari, & contra hæredes dicti magiſtri Andreæ in fauorem dictæ dominæ Antoniæ facere, nam ſtante ſtatuto, prout hic Bononiæ extat ſub rubrica de ſucceſſione liberorum patre, uel matre, uel aliis aſcendentibus morientibus ab inteſtato, quòd extantibus filiis maſculis filiæ fœminæ, quæ non fuerunt dotatæ à patre, debeant dotari arbitrio duorum bono-

20 rum uirorum propinquorum, † de iure non debet minor dos ipſis filiabus conſtitui, quam ſit legitima ſua, & ſi minor dos fuiſſet conſtituta, poteſt agi ad ſupplementum, quoniã illa dicitur eſſe dos congrua, quæ ad minus ad legitimam aſcendit, nec bonus uir poſſet de minori dote arbitrari, cum eius arbitrium debeat eſſe conforme arbitrio iudicis, iuxta l. continuus §. 1. ff. de uerborum obligat. ita ſæpè conſuluit Alexan. ut in conſilio 69. in 1. uolumi. in conſil. 7. in 2. uolu. & in conſi. 89. in 4. uolumi. & hoc expreſsè uoluit Salic. in authen. res quæ C. commu. de lega. in notabilibus, idemque ibi ſequitur Raph. Fulgo. & Alex. in locis præallegatis, allegat etiam conſi. Ange. 311. incip. Dominus Gregorius &c. qui loquitur in terminis ſtatuti diſponentis, quòd ſtantibus filiis maſculis filia fœmina non ſuccedat, niſi ad competentem dotem, quia tunc filia fœmina debebit pro competenti dote habere ad minus legitimam à ſuis fratribus maſculis, & conſequenter ibi deciſio caſus noſtri haberi uidetur. ¶ Contrarium tamen, non obſtantibus præmiſſis, in caſu, de quo agitur, dicendum eſſe arbitror, quòd domina Antonia non poſſit aliquid ultra dotes ſibi datas petere, nec agere ad ſupplementum legitimæ, & ita uidetur uoluiſſe Bart. in l. filiæ ff. de lega. 3. & in l. quæro ff. de iure dotium, dicens, quòd in terminis dicti ſtatuti excludentis filias fœminas propter filios maſculos debent ipſis filiabus dotes conſtitui arbitrio boni

boni uiri, attentis dignitatibus, facultatibus patris, & mariti, & ſecundum numerum liberorum, & ſic quandoque plus legitima, quandoque minus, & quandoque tantundē, attentis, & conſideratis prædictis: & ſi in dote conſtituenda conſiderari debent facultates mariti, & eius dignitas, ergo datur intelligi, quòd in dote conſtituenda non habetur conſideratio ad legitimam, quia facultates, & dignitas mariti nihil ad propoſitum legitimæ ipſius filiæ, nec etiam facultates patris ſimiliter, cum ſemper legitima dicatur pars quotæ, uidelicet tertia, uel dimidia eius, quod ab inteſtato deberi poterat l. parentibus, & in auth. nouiſſima C. de inoffic. teſtam. l. papinianus §. quoniam cum ibi not. ff. eod. tit. cum ſimilibus, & conſequenter infertur, quòd dos etiam minor legitima dari, & conſtitui poſſit, & hanc partem in terminis uidetur expreſsè tenere Paul. de Caſt. in l. titio cētum §. titio genero ff. de conditio. & demon. diſtinguendo, an ſtatutum dicat, quòd filia dotata non ſuccedat cum maſculo, & tunc procedant not. per Bar. ibi, an uerò dicat, quòd extātibus filiis maſculis filia nō ſuccedat, ſed dotari debeat arbitrio &c. & tunc debet intelligi, ſi nubet, aliàs dotatio non eſt neceſſaria, & in hoc caſu filiæ non debetur legitima pro dote, quia in caſu illo cum filia cenſeatur extranea, ei propter ſtatutū
21 legitima non debetur. Hoc etiam ita confirmo, † nam legitima eſt tertia, uel dimidia eius, quod quis habiturus fuiſſet, ſi ab inteſtato ſucceſſiſſet, ut in d. authen. nouiſſima cum ibi not. & in corpore, unde ſumitur, & c. raynutius per glo. de teſtamen. Sed filia ſtantibus filiis maſculis non poteſt ab inteſtato ſuccedere, ut in ſtatuto, ergo legitima nulla ſibi debetur, nec peti ab ea poteſt, cum de nihilo non ſit dare partem l. actor C. de probatio. quod etiā corroboratur,
22 nam † ille admittitur ad petitionem legitimæ, qui præteritus, uel exhæredatus teſtamentū poſſet querelare, uel rumpere l. omnimodo, l. ſi quis filium C. de inoffi. teſtamen. & in authen. ut cum de appellatio. cogno. §. aliud quoque capitulum collatio. 8. ſed filia etiam hærede extraneo inſtituto non poteſt querelare, nec rumpere teſtamentum, ut in ſtatuto ſub rubr. de ſucceſſiōe liberorū, patre, uel matre &c. condito teſtamento, ac etiam quia ſtantibus filiis maſculis filiæ non debetur ſucceſſio, nec hæreditas, & ſic non poteſt dici iniuria illata, ergo non poteſt querelare, nec rumpere, cū ſolū ratione iniuriæ illatæ propter exhæredationē, uel præteritionē filius querelare, uel rūpere poſſit d. l. omnimodo, l. 2. 3. & 4. ff. eod titu. de inoffi. teſt. in & d. §. aliud quoq;
23 capitulum cum §. ſequ. & hanc ſententiam, † quòd in terminis dicti ſtatuti excludentis filias propter maſculos legitima filiabus nō debeatur, uoluit, & ſequutus eſt Alex. in cōſ. 93. in 3. uolu. in ultimis uerbis, & Cyn. in quadam ſua quæſtione, quam ponit in l. ſancimus C. de nupt. & Paul. de Caſtr. in conſi. 111. incip. ſuper primo quæſito.

¶ Tertio hoc oſtendo, nam quādo filia excluditur à ſucceſſione patris per extraneum, & non coniunctum ex diſpoſitione ſtatuti poſiti ſub rubrica de ſucceſſione liberorum patre, uel matre &c. condito teſtamento, ea non admittitur ultra legitimam, nec aliquid ultra petere poteſt, & ſi dotata fuit, non poteſt niſi ſupplementum legitimæ, & nihil ultra petere, ut ibi, ergo quando filia excludetur à filio maſculo, & ſic à fratre ſuo, non debet poſſe ultra dotem aliquid petere, nec ſupplemētum legitimæ, alioquin nulla eſſet differentia, an excluderetur ab extraneo, an à filio patris ſui, & ſic ab eius fratre, quod non eſt dicendum, argumento l. cum auus ff. de conditio. & demonſtra. cum ſimilibus.
24 ¶ Quarto † ubicunque ſtatutum excludens filias fœminas propter exiſtentiam maſculorum dicit, quòd fœminæ dotatæ à patre, uel à fratre ſtare debeant contentæ dotibus datis à patre, matre, uel fratre, tunc ultra dotem datam non poſſunt aliquid loco legitimæ petere, nec ad ſupplementū agere, ut uoluit Alex. in addit. ad Bar. in d. l. ſi filiæ, & Bal. in l. fin. C. de dot. promiſſ. in uerſ. ſed pone, quod iſta &c. Paul. de Caſtr. in conſi. 108. aliàs 111. & Bald. in d. authen. nouiſſima, & in auth. res quæ C. commu. de lega. & hæc eſt communis concluſio: Sed ſtatutum eſt hic Bononiæ in princ. ſtatuti ſub rub. de ſucceſſio. liberorum patre, uel matre &c. decedentibus ab inteſtato, quo cautum eſt, quòd filiæ fœminæ debeant ſtare contentæ dotibus datis à patre, uel matre, uel fratre, etiam ſi ille, qui dotauit, non ſit ille, de cuius ſucceſſione tractatur, ergo ſequitur, quòd dicta domina Antonia ultra dotes ſibi datas aliquid petere non po-
25 teſt. ¶ Quinto † quamuis ille, qui non admittitur ad partem, quandoq; faciat partem, tamen qui non facit partem, nunquam admittitur ad partem, ut colligitur argumento not. per Bart. in l. huiuſmodi §. ſi titio de lega. 1. & ibi Alex. & Paul. de Caſt. qui poſt Bal. uidetur in terminis noſtris exēplificare, dicens, pone, extat ſtatutum, quòd extantibus filiis maſculis filia fœmina non ſuccedat, ſed debeat dotari, & teſtator inſtituit filium ſuum, ac ſubſtituit pium locum, ſi decederet ſine liberis: mortuo filio ſine liberis, hæredes filij ratione legitimæ uolunt tertiam omnium bonorum deducere, pius locus dicit ſolum detrahendam eſſe dimidiam tertiæ, ex quo extabant duo filij, maſculus uidelicet, & fœmina, decidit ibi Paul. poſt Bal. quòd ſolum poſſunt dimidiam tertiæ detrahere, quoniam licet filia nō admittatur ad partem legitimæ, quia ſibi ſolum debetur dos, tamen facit partem filio, & ſic fratri ſuo: Infertur ergo, quòd ſi clarum, & certum eſſet, quòd filia non faceret partem fratri quoad legitimam, hæredes filij totam tertiam habuiſſent, & ſic filia nihil conſequuta fuiſſe, & ad propoſitum ita dicit, & infert Dyn. in l. planè §. ſi duobus ff. de lega. 1. & refert, ac ſequitur Salice. in authen. nouiſſima in 8. q. ſed ex forma ſtatutorum Bononiæ filia nō facit partem fratribus quoad legitimam, ut in ſtatuto ſub rub. de ſucceſſio. liber patre, uel matree &c. ab inteſtato &c. in §. antepenul. qui incipit, declarantes &c. ergo nō admittitur ad partem per prædicta.

¶ Præterea quòd domina Antonia non poſſit agere ad ſupplementum legitimæ, clarè etiam infertur ex dictis Paul. de Caſtr. & Bald. ibi, qui uolunt, quòd licet filia ad partem legitimæ non admittatur, quia ipſi dos ſolum debetur, & cōſtitui debet, tamen fratri ſuo quoad legititimam facit partem, ergo clarè præſupponunt, & uolunt, quòd in terminis dicti ſtatuti filia ad partem legitimæ non admittatur, & dos ſibi minor legitima cōſtitui poſſit, nec ipſa ualeat ad ſupplementum agere, alioquin filia diceretur ad partem legitimæ admitti, & partem fratri facere, cuius contrarium ipſi expreſsè dicunt. Et nota, quia loquuntur in caſu noſtro, quādo ſtatutum diceret, quòd filia non ſuccederet ſtātibus maſculis, ſed deberet dotari, & conſequenter arbitrio boni uiri, iuxta tex. cum ibi not. per Bar. in d. l. ſi filiæ, & in d. l. quæro, & in d. auth. res quæ. Rurſus in terminis dictæ quæſtionis poſitæ per Paul. ibi poſt Bal. etiam ſi teneamus opinionē Ange. in l. papinianus §. unde ſi quis ff. de inoffi. teſtam. & in l. planè §. ſi duobus. ff. de lega. 1. quòd filia partem fratri in legitima faciat, quatenus ſolum eſt dos ſibi data, & non ultra, ut per Paul. de Caſtr. in d. l. huiuſmodi §. ſi titio ff. de lega. 1. profectò apparet etiam manifeſtè, quod filia non poteſt aliquid ultra dotem petere, nec agere ad ſupplementū legitimæ, ſi dos fuiſſet minus legitima, alioquin falſum eſſet, quòd filia diceretur partem in legitima ipſi fratri facere, quatenus eſt tantummodo dos, quæ benè ſunt conſideranda, & ad prædicta uideas ea, quæ ad propoſitum ponūt etiam Bal. & Ange. in d. l. papinianus §. unde ſi quis.

¶ Et quamuis ex prædictis ſatis aperta reſponſio adductis ſupra in contrarium colligi poſſit, tamen ſpecialius reſpon-
26 dendo, in primis † non obſtant ea, quæ latè adducit Alex. in

conſi-

conſilijs ſupra allegatis, concludendo, quòd filia poſſit ad ſupplementum legitimæ agere, quoniam Alexan. conſuluit eo caſu, quo filii maſculi non extarent, ſed alij coniuncti, puta fratres defuncti, uel eorum filij, tunc enim non cenſentur filiæ fœminæ excluſæ à iure petendi, & agēdi ad ſupplementum rationibus, & iuribus per eum allegatis. Et licet ipſe alleget adducta per Salicetum, Baldum, & Ange. qui etiam uidentur uoluiſſe, quòd filiæ fœminæ poſſint ultra dotem etiam ad ſupplementum legitimæ agere, extantibus filijs maſculis, tamen ſi eius mens rectè conſideretur, ipſe non firmat, nec approbat notata per eos, niſi per uiam cuiuſdam argumenti: nam ſi extantibus filijs maſculis filia fœmina poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, ut illi præſupponunt, à fortiori poterit hoc facere, non extantibus filiis maſculis, & ad hoc propoſitum illorum dicta allegat, ſed propter hoc illa non approbat, quia ipſe conſuluit, quādo non extarent filij maſculi, quo caſu ego quoque cum Alexand. in dictis ſuis conſiliis teneo, & concludo. Vel ſecundo reſponderi poteſt, quòd poſito filiam in caſu quæſtionis noſtræ etiam extantibus filiis maſculis poſſe ultra dotem agere ad ſupplementnm legitimæ, ut per Angelum in ſuo conſi. 311. tamen hoc eſſet uerum, quando eſſemus in puris terminis ſtatuti, ſecus uerò, ſi ultra ſtatutum filia expreſsè cum iuramento propter certam dotem renunciaſſet hæreditati paternæ, & maternæ, & per pactum de non petendo promiſiſſet aliquid non petere nec exigere de bonis paternis, nam tunc non poſſet ultra dotem aliquid petere, nec agere ad ſupplementum legitimæ, per ea, quæ ſupra adducta fuerunt, tàm per dominos alios conſultores, quàm per me, & eſt optimum conſilium Federici, quod incipit, quæritur an domina Margherita &c. hæc enim duo uincula, uidelicet ſtatutum, & renunciatio, ſeu pactum de non petendo cum iuramento omnino ipſam uolentem agere ultra dotem ad ſupplementum excludent, per ea, quæ ad propoſitum adducit Alexan. poſt Ange. & Bal. in d. l. planè §. ſi duobus ff. de lega. 1. in ultimis uerbis. Et faciunt not. per Barto. in l. 1. §. pen. in uerſi. quarto quæritur ff. de bonorum poſſeſs. contr. tabu. Præterea ſi benè inſpiciantur uerba Salic. in d. authen. res quæ, ipſe expreſsè non loquitur, quando filiæ fœminæ excluderentur à ſtatuto propter filios maſculos, ſed propter maſculos ſimpliciter. Quare propter prædicta intelligo uerba ſua, quando filia excluderetur propter alias perſonas, puta propter tranſuerſales maſculos, prout conſuluit Alexan. in locis præallegatis, qui not. per Salicetum in d. authen. res quæ allegat. Poteſt etiam dictis per Angelum in d. ſuo conſilio incip. dominus Gregorius &c. ali-
27 ter reſponderi, † loquitur enim, quando ſtatuto cautum eſſet, quòd ſtantibus filijs maſculis filia fœmina non ſuccedat, niſi ad competentem dotem, & ita refert, & ponit Alexan. in conſi. 83. in 4. uolumi. & ſic loquitur, quando filiæ ex ſtatuto debebatur dos iure uniuerſalis ſucceſſionis, quo iure debetur legitima, ut per Paulum de Caſtro in d. l. huiuſmodi §. ſi titio, & docto. in d. authen. nouiſſima, & in d. §. aliud quoque capitulum: Et ideò ultra dotem tunc poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, ſi dos erat minor legitima, quia dos ſibi pro legitima titulo uniuerſali debebatur, ſecus ſi dos deberetur iure ſingulari, ut quando ſtatutum excluderet filias fœminas à ſucceſſione ſimpliciter propter filios maſculos, & ultra mandaret illas debere dotari, quoniam tunc dos dicitur deberi iure ſingulari, ut per Paulum de Caſtro in d. §. ſi titio, & hoc in caſu ultra dotem non poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, quia cum dos debeatur iure ſingulari, & legitima iure uniuerſali, una, & eadem res non poteſt diuerſo iure cenſeri l. eum qui ædes cum ſimilibus ff. de uſucapio. c. quia extra de priuileg. c. cognouimus 12. q. 2. ¶ Animaduertendum eſt etiam ad unum in contingentia facti, dum dicta domina Antonia agit ad ſupplementum librarum quatuor millium, aſſerendo, & præſupponendo, patrimonium ſui patris fuiſſe tempore mortis librarum uigintiquinque millium, quod tamen penitus eſt falſum, quia poſito, ſed non conceſſo, quòd fuerit tantæ ſummæ, ac etiam quòd ipſi dominæ Antoniæ licitum ſit uenire contra proprium iuramentum, & renunciationem factam, & conſequenter quòd ipſi de iure ſit permiſſum agere ad ſupplementum legitimæ ſuæ, tamen falſum eſt ipſam poſſe petere ultra dotes ſuas quantitatem librarum quatuor millium, quoniam de iure extantibus quatuor filiis, uel paucioribus legitima dicitur eſſe triens totius hæreditatis, hoc eſt tertia pars bonorum deducto ære alieno, ut in d. authen. nouiſſima, & in corpore, unde ſumitur, l. papinianus §. quarta eodem titulo: ergo legitima uigintiquinque millium librarum dicetur eſſe octo millium trecentorum triginta trium, uel circa, quæ eſt diuidenda inter omnes filios, qui de iure ad legitimam admittuntur, ut habetur in d. authen. nouiſſima: & ideò cum pater dominæ Antoniæ deceſſerit relictis quatuor filiis, uidelicet Andrea, Iacobo, domina Helena, & domina Antonia, ſequitur, quòd unicuique ad plus pro tota legitima ſua deberi poſſunt bis mille, & octuaginta tres libræ, uel circa, & non quatuor mille, prout dicta domina Antonia petit. Et ſic ex prædictis omnibus conſtat, ipſam ex omni capite à petitis excludendam eſſe. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cum iuramento facta non poteſt propter ſuperuenientiam filiorum à patre ipſo donante, qui iurauit, reuocari, licet à filijs poſſit.*
2 *Contractus à prælato cum iuramento contra utilitatem eccleſiæ celebratus poteſt, non obſtante iuramento, nomine eccleſiæ infirmari, ſed non nomine ipſius prælati.*
3 *Actus ubicunque in fauorem iurantis reuocaretur, ita firmatur iuramento, ut iurans non poſſit contrauenire, ſecus ſi in odium iurantis reuocaretur.*
4 *L. ſi unquam C. de reuocan. dona. locum non habet in renunciatione, ſed ſolum in donatione.*
5 *Donatio facta à parente cum cogitatione filiorum futurorum, quomodo propter ſuperuenientiam filiorum reuocetur.*
6 *Renunciatio facta à filia patri, vel fratri de bonis paternis, vel maternis non dicitur propriè donatio, nec inſinuationem requirit, maximè, ſi facta ſit propter dotem datam, & alıud, & cum iuramento, numero 11.*
7 *Actiones quoque perſonales continentur in renunciatione facta de omnibus iuribus, & actionibus, quæ, & quas quis in hæreditate alicuius haberet.*
8 *Hæreditas largè loquendo etiam poſt aditam hæreditatem dicitur, propriè autem, & ſtrictè ante aditionem.*
9 *Filia, cui dos congrua data non fuit, qua actione ad ſupplementum dotis congruæ agat.*
10 *Conditiones, & actio in factum dicuntur eſſe actiones perſonales.*

EPITOME.

RENVNCIATIO *facta à filia de bonis paternis, aut maternis cum iuramento ob dotem, & alia ſibi data, uel promiſſa tanquam continens donationem ob ſuperuenientiam filiorum non poteſt ab ipſa filia, quæ cum iuramento renunciauit, reuocari, & abſque inſinuatione ualet.*

Renunciatio facta à filia de omnibus iuribus, & actionibus, quæ, & quas habebat in hæreditate patris, & matris, cum pacto iurato de non petendo perpetuò aliquid aliud ultra dotem datam ab illo, cui renunciauit, aut in eius bonis, & cum iuramento de non contraueniendo, continet etiam actiones perſonales, & illas, quæ ad ſupplementum tàm in bonis, quàm in pecunia petendum darentur.

CONSILIVM LII.

IN cauſa illorum de ſancto Ioſeph, in qua aliàs conſu-
lui, audio aliqua moueri dubia contra dictos de ſancto
Ioſeph, quæ quidē licet primo aſpectu, & præcipuè pri
mum multum aduerſari uideantur, rectè tamen intuen-
ti minimè aduerſantur. Et in primis non obſtat, quòd ex
quo talis renunciatio facta per dominam Antoniam con-
tinet donationem, ea poteſt reuocari propter ſuperuenien
tiam filiorum, item ex quo aſcendit ad ſummam, quæ aliàs
de iure inſinuationem requirit, talis renunciatio non ualet,
quia non fuit facta cum inſinuatione, per iura, & doctrinas
in quibusdam allegationibus ex aduerſo factis allegatas:
1 quoniam multipliciter poteſt reſpōderi, & primo, † quòd
ſi eſſent ipſi filij, qui agerent, & reuocarent donationem,
ſeu renunciationem factā, argumentum fortè procederet,
ipſi enim filij ſuperuenientes poſſunt reuocare donationē
factam à parentibus ſuis, & ſi iuramento eſſet firmata, quia
iuramentum non confirmat contractum, qui ratione alte-
rius infirmatur, ut uoluit Bar. in l. titia §. imperator ff. de le-
ga. 2. & ſequuntur docto. communiter in l. 1. C. de inoffic.
donatio. Sed in caſu noſtro domina Antonia eſt illa, quæ
uult reuocare renunciationem, ſeu donationem ſuam iura
mento firmatam, propter ſuperuenientiam filiorum, ergo
non poteſt uenire contra iuramentū ſuum, quo iurauit non
contrauenire occaſione enormis, ſeu enormiſſimè læſionis
aliqua ratione, uel cauſa, & latius, ut in inſtrumento: Ita eſt
de mente Bar. in d. l. titia, & aliorū in d. l. 1. qui concludunt,
talem donationem iuramento non firmari in præiudicium
alterius perſonæ, hoc eſt filiorum; ergo innuit illam firma
re in præiudicium iurantis, ex quo iuramentum non eſt ini-
quitatis uinculum, & poteſt abſque interitu ſalutis æternæ
ſeruari, ut latius in conſilio præcedenti deductum fuit, &
ex quo Bar. & alij concedunt filiis ſuperuenientibus ius re-
uocandi, non obſtante iuramento parentis donantis, quia il
lud ipſos non ligat, argumento c. ueritatis cum ibi not. de
iure iuran. manifeſtè innuunt, quòd parētes ipſi, qui dona-
runt, & iurarunt, reuocare non poſſent, quia ſuo iuramen-
to ligantur, per tex. in c. licet de iureiuran. in 6. & in c. quā-
uis de pact. eod. libro, quæ iura benè probant, nā in c. quā-
uis iuncta glo. fin. habetur, quòd pactum factum à filio patri
de nō habendo regreſſum ad bona paterna, & ſe dote data
contentando, ſi iuramento ſit firmatū, eſt ſeruandum, quā-
uis detrimentum filiorum, & aliorum ſuorum ſuccedentiū
ab inteſtato poſſit continere, atque contineat: Idem pro-
batur ī d. c. licet mulieres, ubi mulier, quæ alienationi rei do
talis conſenſit, & iurauit non contrauenire &c. tenetur iu-
ramentum ſeruare, & tamen illud iuramentum præiudiciū
filiorum, & ſuccedentium ab inteſtato, ac etiam Reipub. con
tinebat, ſeu continere poterat. ¶ Confirmantur prædicta
2 eſſe ueriſſima, † nam quādo celebratus fuit cōtractus à præ
lato cum iuramento contra utilitatem eccleſiæ, contractus
poteſt nomine eccleſiæ infirmari, non obſtante iuramento,
quia iuramentum prælati, & legitimi adminiſtratoris non
firmat cōtractum in præiudicium eccleſiæ, nec tale iuramē
tum nocet eccleſiæ, quin ipſa poſſit contrauenire, ad tradi
ta per Alex. & Bal. in l. qui romæ §. duo fratres in 42. col. ff.
de uerbo. obliga. cum ſimilibus ibi allegatis, & per Abb. in
c. 2. in fin. uerb. de iureiurand. & in c. ſiquis presbiterorum
de rebus eccleſ. non alienam. Et tamen prælatus ipſe non
poteſt pro ſe contrauenire ratione periurij, quia iuramen-
tum eſt quid perſonale, & nocet iuranti, ut ibi per Alex. &
eſt tex. cum gloſ. ibiq́; Abb. & alij in c. fi. ne præla. uices ſuas,
& ita intelligatur gl. in c. 1. de reſtit. in integr. Suadentur ēt
prædicta ex nota. per Bald. in l. generaliter in ult. col. C. de
reb. cred. qui dixit, quod ſi aliqui homines, ut ſindici pro ci-
uitate, & uniuerſitate contraxerint, uniuerſitas, ſeu ciuitas
quoad reatum periurij non ligatur, ſed ſolum homines, qui
iurarunt. Præterea ex quo talis renunciatio, ſeu donatio
reuocaretur per donantem propter ſuperuenientiam libe-
rorum in fauorem, & non in odium ipſius d. l. ſi totas C. de
inoffi. dona. ideò talis donatio iuramēto ita confirmabitur,
3 quòd non poterit per ipſum donantē reuocari, quia † ubi-
cunque actus reuocatur, ſeu uitiatur in fauorem iurantis,
tunc ita iuramento firmatur, ut propter reatum periurij iu
rans non poſſit contrauenire, ſecus ſi in eius odium reuoca
retur, & infirmaretur, quia non obſtante iuramento ſuo poſ
ſet contrauenire: ita declarat Aret. in authen. ſacramenta
puberū C. ſi aduerſus uendi. & ibi Moder. & Paul. de Caſt.
in ſuis conſiliis, ut refert, ac ſequitur do. Ludo. de Bologn.
4 in conſi. 45. ¶ Secundo reſpondeo, quòd † diſpoſitio l. ſi un
quam C. de reuoc. don. non habet locum in renunciatione
facta, ſed ſolum in donatione, ut not. uoluit Alex. in conſi.
5 29. in 3. uolu. ut ibi latè per eum. Præterea † quando pa-
rens donat etiam extraneo, cogitando de filiis futuris, tunc
propter ſuperuenientes filios donatio in totum non reuo-
catur, ſed quatenus fuit facta immoderatè, hoc eſt uſq; ad
debitum ſubſidium bonorū, ſeu quoad legitimam filiis de-
bitam, ut declarat Bart. in l. 1. C. de inoffic. dona. & clarius in
d. l. titia §. imperator ff. de l. 2. ſed in caſu noſtro dicta do. An
tonia tempore, quo renunciauit, ſeu donauit, cogitauit, uel
ſaltē ueriſimiliter cogitare debuit de ſuis filiis futuris, quia
renunciauit eo tempore, quo contraxit matrimonium, &
tempore nuptus, argumento l. 1. cum ibi not. ff. ſolu. matri.
& in c. 1. ad fi. de frigid. & malefi. & facit id, quod not. Bar.
ad propoſitum in d. §. imperator, dicens, quòd in dubio præ
ſumitur de liberis, & filiis futuris cogitaſſe, ergo talis renun
ciatio, & donatio propter ſuperuenientiā filiorum reuoca-
ri ab ea non poterit, niſi uſque ad debitum bonorum ſubſi-
dium, & legitimam filiorum ipſis in bonis dictæ dominæ An
toniæ debitam. Et ad propoſitum etiam optimè facit id,
quod uoluit idem Bar. in d. §. imperator, concludens, quòd
quando pater, uel mater cogitauit de filiis (quod in dubio
præſumitur) & donauit bona ſua etiam extraneo, ſi aliquid
reſeruauit filiis, tunc filij in totum non poſſunt donationem
reuocare, ſed tantum uſque ad bonorum ſubſidium debitū
filiis, & non ultra: ergo à fortiori idem dicendum eſſet, quā
do donando cogitauit de filiis, & aliquid ex bonis ſuis reſer
uaſſet, prout factum fuit in caſu noſtro, & ipſe donans uel
let donationem propter ſuperuenientiam filiorum reuo-
care, quia non poterit niſi uſq; ad legitimam ipſis filiis de-
bitam, nam hi duo caſus parificantur, uel quòd filij ſuper-
uenientes, de quibus fuit cogitatum, & eis aliquid reſerua-
tum, uel quod ipſe pater donans uelit propter ſuperuenien
tiam filiorum reuocare, primo enim caſu nō poteſt, niſi uſq;
ad legitimā, ut ſupra, ergo nec ſecundo caſu, & præſertim
hoc dicendum eſt, quando pater ipſe uellet reuocare, quo-
niam ſi hoc habet locum, quādo filij uellent reuocare, idē
igitur, quando pater uellet prætextu filiorū reuocare, quia
hoc ius reuocandi datur patri non ratione ſui, ſed propter
filios, & eorum reſpectu, dicta l. ſi totas, & ibi Bart. & Sa-
lice. in l. 1. C. de reuoc. donatio. diligenter itaque conſide-
randæ ſunt uires bonorum, & patrimonij dictæ dominæ An
toniæ, etiam computato omni eo, quod in bonis ſui patris
ratione ſuæ legitimæ habere debuiſſet, & uidendum eſt, an
id totum, quod ſibi reſeruauit, renunciando, & donādo fra
tri aſcendat uſque ad legitimam debendam filiis ipſius do-
minæ Antoniæ, nam omnibus benè cōputatis reperietur,
quòd id, quod ſibi reſeruauit, totā legitimam filiis ſuis de-
bitam, uel paulominus capiet. Et hæc procedunt, præſup-
ponendo totum id, quod pars aduerſa præſuponit, uideli-
cet, quòd non obſtante iuramento domina Atonia poſſit
contra

contrauenire; & quòd talis renunciatio dicatur, ac poſſit
reuocari propter ſuperuenientiam filiorum: cuius contra-
rium tamen eſt uerius, ut ſupra dictum fuit, &, ut aliàs in cõ
6 ſilio dixi, † talis renunciatio in caſu noſtro non dicitur
propriè donatio, nec de ea, ut de donatione iudicatur, nec
requirit inſinuationem, prout donatio uera requirit, ut uo-
luit Bal. in l. illud in 3. colum. uerſ. quid ergo dicemus C. de
ſacroſan. eccle. & refert, ac ſequitur Alexan. in d. conſil. 29.
in 3. uolumi. in 3. colum. uer. nec inſinuatio &c. cum ſimilib.
adductis aliàs ſuper hoc puncto per textum in d. c. quamuis
de pact. in 6. Nec prædictis aduerſantur ea, quæ conſuluit
do. Barthol. Sozi. in conſi. 295. quia procedunt in eo, qui re-
miſit, ſeu renunciauit debito liquido, & conſequẽter in eo,
qui remiſit ius iam acquiſitum, nos uerò in eo, qui obuiat
iuri quærendo, hoc eſt in filia, quæ iuri quærendo in bonis
paternis renũciat, inter quæ maxima eſt differẽtia, ut in ter
minis noſtris declarat Bal. in d. l. illud per tex. in d. c. quãuis.
¶ Secundo principaliter non obſtat, quòd duntaxat videã
tur remiſſæ actiones reales, & non perſonales, ponderando
uerba contractus, & inſtrumenti, ut latius in quibuſdam al-
legationibus mihi exhibitis continetur, quoniam tripliciter
7 reſponderi poteſt, & primo, † quòd ex quo domina Anto-
nia renunciauit omnibus iuribus, & actionibus, quæ, & quas
habebat etiam in hæreditate, ſeu in hæreditatibus patris, &
matris, uidentur eſſe remiſſæ actiones perſonales, quia in
hæreditate inſunt nedum actiones reales, ſed & perſonales
actiuè, & paſſiuè, l. 1. & 2. & per totum C. de hær. actio. l. 1. §.
8 ſi hæres ff. ad treb. & † hæreditas etiam dici põt largè loquẽ
do poſt aditam hæreditatem, Bart. in l. 3. in prin. ff. de bono.
poſs. & in l. 2. ff. de fideicom. hær. pet. Propriè uerò, & ſtrictè
dicitur, quando fuit adita, ut per Bartolum in locis prealle-
gatis, in l. titius in prin. ff. ad treb. & in l. ſi quis ſeruum §. fin.
ff. de leg. 2. per Alexandrum, & gloſam in l. eius, qui ff. ſi cer
tum peta. & faciunt ea, quæ uoluit Bal. in l. fin. §. ſin autem
C. de bon. quæ liber. & per glo. & docto. in l. 1. §. ueteres ff.
acquiren. poſſeſs. & in l. per hæreditatem ff. de acquiren. rer.
domin. & in l. hæres per ſeruum ff. de acquir. hæred. cum ſi-
milib. vnde poſito, quòd quoad dictum magiſtrum Andreã
propter eius aditionem hæreditatis, & apprehenſionẽ poſ-
ſeſſionis bonorum hæreditatis tempore, quo renunciatio fa
cta fuit, non potuerit dici hæreditas, ſed bona, tamen reſpe
ctu dictæ dominæ Antoniæ poterat dici hæreditas propriè,
ex quo tempore factæ renunciationis hæreditatem nõ adi-
uerat, & ideò renunciando omnibus iuribus, & actionibus,
quæ, & quas habebat in hæreditate patris, & matris, dicetur
renunciaſſe etiam actionibus perſonalibus, quas ipſa habe-
bat contra hæredes, & aduerſus hæreditatem ſui patris, in
qua actiones perſonales actiuè, & paſſiuè reperiebantur. Se
cundo reſpondeo, quòd ex quo renunciauit iuribus, & a-
ctionibus, quæ, & quas habebat in bonis, & hæreditate cum
iuramento, uidetur etiam remiſſa actio perſonalis, quæ da-
batur ad ſupplementum dotis debitæ ex diſpoſitione ſtatu
ti ſecundum arbitrium conſanguineorum, & aliorum, per
textum in d. c. quamuis, præſuppono enim, quod etiam de iu
re communi dos eſt danda, & conſtituenda arbitrio boni ui
ri, attentis facultatibus, dignitate, & numero liberorum, ſe-
cundum quod habetur in l. cum poſt §. gener ff. de iure do-
9 tium, & l. ſi filiæ ff. de lega. 3. item quòd † de iure commu
ni filia, cui non fuit data dos congrua, poteſt agere ad ſup-
plementum dotis arbitrio boni uiri actione perſonali in fa
ctum, uolunt Moderni in l. ſi quis arbitratu ff. de uerborum
obliga. & faciunt not. per Baldum, & alios in l. 3. C. de iure
dotium, & in l. fin. C. de dot. promiſſio. Quibus præſuppoſi-
tis, modo in d. c. quamuis habetur, quòd filia promiſit pro-
pter dotem ſibi datam nullum habere regreſſum ad bona
paterna cum iuramento, & ſic cum iuramento renunciauit
iuribus ſibi competentibus in bonis paternis, & tamen filia
in totum excluditur à iure petendi aliquid ultra dotem à pa
tre datam, & ratione iuramenti ſibi licitum non eſt aliquo
modo contrauenire, nec aliquod ſupplementum petere, &
tamen propter talem promiſſionem, & renunciationem ui
dentur remiſſæ etiam actiones perſonales, quibus ad ſup-
plementum agi poterat, non obſtante eo, quod ſolum iura
competentia ad bona, ſeu in bonis remiſſa eſſent. Tertio re
ſpondeo, quòd hæc ſecũda dubitatio ceſſat expreſsè ex uer
bis contractus, & inſtrumẽti, in quo inter alia dicitur, quòd
dicta domina Antonia abſoluit ab omni eo, & toto, quod
petere poſſet à dicto Andrea, aut in eius bonis &c. quæ uer
ba inquantum referũtur ad dictum Andream, uerificantur
in actione perſonali, & comprehendunt actionem perſo-
nalem, quæ ipſi contra perſonam dicti Andreæ dabatur, nã
actio perſonalis eſt, quæ datur contra perſonam obligatam
l. actionum genera ff. de actio. & obligat. §. omnium autem
inſti. de actio. item & melius hoc oſtendunt uerba contra-
ctus, & inſtrumenti circa finem, dum ipſa domina Antonia
cùm iuramento renunciauit actioni quod metus cauſa, con
dictioni indebiti, & ſine cauſa, aut condictioni ex iniuſta cau
ſa, & actioni in factum, & generaliter omni, & cuicunque
10 auxilio iuris &c. † quæ remedia dicuntur eſſe actiones
perſonales, & maximè actio in factum, quæ datur ad agen-
dum ad ſupplementum dotis incongruæ, ut uolunt Moder
ni in d. l. ſi quis arbitratu, & in d. l. fin. C. de dotis promiſſio.
condictiones enim ſunt actiones perſonales, d. §. omnium
autem, & §. ſic itaque Inſtit. de actio. item actio in factum
eſt actio perſonalis, ſicut condictio indebiti, uel condictio
ex lege, ut colligitur ex uerbis Bar. in l. unica ff. de condi. ex
lege. ¶ Non obſtat tertium fundamentum contra hæredes,
& filios dicti magiſtri Andreæ factum, quoniam licet dos,
ſeu eius ſupplementum poſſit conſtitui, uel ſolui non ſolum
de, & in bonis dicti magiſtri Andreæ, ſed etiam in pecunia
undecunque proueniente, tamen nõ eſt in poteſtate filiæ, &
dictæ do. Antoniæ præciſè ſupplementum dotis ſolum in pe
cunia petere eo caſu, quo poſſet ad ſupplementum agere,
cum, ut aliàs ſupra fuit probatum, in hoc caſu nec ad ſupple
mentum agi queat, ſed alternatiuè, prout alternatiuè debe
tur, aut de bonis, aut de pecunia, ut cautum reperitur per
ſtatutum huius ciuitatis, alioquin plus diceretur petere §.
plus Inſtit. de actio. & c. unico de plus petitio. & ideò in ele
ctione eſſet hæredum dicti magiſtri Andreæ dare dotem,
uel eius ſupplementum potius in bonis, quàm in pecunia,
uel ècontra, quia in alternatiuis electio eſt dare debentis c.
in alternatiuis de reg. iu. in 6. & l. plerunque in fin. ff. de iure
dotium. Vnde cũ ipſa do. Antonia promiſerit, & fecerit pa
ctum de non petendo perpetuò aliquid aliud ultra dotẽ da
tam ab ipſo magiſtro Andrea, aut in eius bonis, infertur ex
hoc, quòd non ſolum remiſit ius petendi ſupplementum do
tis de bonis, ſeu in bonis, ſed etiam de pecunia, ſeu in pecu-
nia, quia ſupplementum dotis in pecunia non poterat niſi
à magiſtro Andrea petere, & dicendo ab ipſo magiſtro An
drea, aut in eius bonis, uoluit comprehendere caſum alium,
ultra caſum, quando uellet ſupplementum de bonis petere,
argumento l. ſcimus C. de uerborum ſignifica. Præterea re
nunciando omnibus iuribus, & actionibus, & actioni in fa-
ctum, & omni, & cuicunque alij auxilio ſibi competenti tàm
contra dictum magiſtrum Andream, quàm in eius bonis cla
rè apparet, quòd etiam remiſit ius petendi ſupplementum
in pecunia, quia ad illud agitur actione in factum, uel con-
dictione ex lege, ut ſupra: & hæc fuit mens, & intentio dictæ
dominæ Antoniæ, ſi benè uerba inſtrumenti conſiderentur.
¶ Non obſtat ultimum fundamentum, quoniam ex quo do
mina Antonia cum iuramento promiſit non petere aliquid
ultra in bonis &c. dicitur expreſsè iuraſſe non petere ſup-
ple-

plementum aliquod per textum, ubi eſt caſus de hoc in d.c. quamuis de pact.in 6.ibi enim indiſtinctè, & generaliter habetur, quòd ultra dotem datam filia non poſſit aliquid petere, nec uenire aliqua de cauſa, & aliquo modo contra iuramentum: qui text. procedit, locumq; habet, etiam ſi dos congrua non fuiſſet data, ut uolunt communiter doct. in c. cum contingat de iureiurã. Præterea poſito, quod in ſe uera ſint ea, quæ ponuntur in hoc ultimo fundamẽto, tamen illa nõ habent locum in caſu noſtro, in quo iuratũ fuit de non contraueniendo, & de non petendo aliquid ultra ratione, uel occaſione alicuius dãni modici, uel enormis, uel enormiſſimi de iure communi, uel de iure municipali &c. quo caſu nulla ratione, uel cauſa ipſi do. Antoniæ de iure permiſſum eſt aliquid petere, uel exigere ab hæredibus dicti magiſtri Andreæ, prout latius de his dixi in conſilio aliàs per me edito. Et benè conſiderentur uerba prædicta, quia comprehẽdunt etiam caſum, quando do. Antonia uellet ad ſupplemẽtum dotis agere remedio, & diſpoſitione ſtatuti circa hoc prouidentis, & conſequenter, quãdo do. Antonia uoluiſſet agere ad ſupplementum dotis in pecunia, prout ſtatutum permittit. Et hoc facit ad ea, quæ in reſponſione tertij fundamenti ſupra dicta fuerũt. ¶ Addo etiam unum, quòd do. Antonia, cui fuerunt data octingenta nomine dotis, nõ fuit ita enormiter læſa, prout ipſa ſe enormiter læſam præſupponit, nã ultra dicta octingenta dictus magiſter Andreas promiſit, & ſe obligauit ei dare habitationẽ, & alimenta neceſſaria in caſu uiduitatis, qui caſus & tunc, & poſt, & de præſenti poterat, & poteſt euenire, & eſſe maximæ importãriæ, iuxta l. hæreditatum, & ibi plenè not. ff. ad l. falcid. & arg. l. legatis ff. de alimen. & ciba. leg. cum ſimil. Ex quibus infero,
11 † quòd cum dicta remiſſio, ſeu renunciatio fuerit facta propter dotem datam, & propter obligationem habitationis, & alimentorum in caſu uiduitatis, quæ obligatio poterat eſſe maxima, ſi tunc facta fuiſſet uidua, ac etiam ſi nunc fieret, non dicitur talis renũciatio eſſe donatio ſimpliciter, nec propriè, ſed ob cauſam, uel recompenſatio quædã, quæ non requirit inſinuationem, nec de ea iudicatur, ut de mera donatione ad tradita per Bal. in d. l. illud per Bar. in l. aquilius ff. de dona. Et ad propoſitum noſtrum faciunt illa, quæ ponit Alex. in conſi. 83. in 2. uolum. in fin. 5. colum. cum ſequen. Præterea ex quo in tali renunciatione facta ob cauſam, & in recompenſationem promiſſorum hinc inde interuenit iuramentum, ea non debuit inſinuari, ut uolunt communiter doct. canoniſtæ in d. c. cum contingat, quos refert, & ſequitur Alex. in l. cum de indebito ff. de probat. in §. ſed hæc, in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſ. & in conſi. 12. & 125. in 1. uolu. & in conſi. 157. in 2. uol. in final. uerb. ex quibus ceſſant illa, quæ contra illos de ſancto Ioſeph, multum facere uidebantur: Et ex his, ac ex aliis etiam plenè in alio cõſilio meo deductis ad fauorem dictorum de ſancto Ioſeph concludendum eſſe arbitror. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio hæreditatis ſimpliciter an, & quomodo ualeat, & numero 5. & 6.*
2 *Error in nomine appellatiuo, quando inter nomen expreſſum, & nomen uerum eſt magna conformitas, non ſolet uitiare.*
3 *Hæreditatis partem ſi quis pacto, uel contractu promittat, aut donet, promiſſio, & donatio ualet, ſecus ſi hæreditatem, & nu. 6.*
4 *Argumentum de toto ad partem quando procedat.*
7 *Promiſſio, ſeu donatio bonorum omnium non ſimpliciter, ſed omnium bonorum, uel partis bonorum mobilium, immobilium, & ſe mouẽtium ualet, nec comprehendit iura, & actiones.*
8 *Iura, & actiones quando bonorum appellatione ſimpliciter, & generaliter facta comprehendantur, & quando non:*
Et quid, ſi de bonis mobilibus, & immobilibus, & ſe mouentibus ſpecialis mentio facta fuit:
9 *Et quid appellatione bonorum ubicunq; , et qualitercunque exiſtentium.*
10 *Promiſſio, ſiue donatio facta de dimidia omnium bonorum mobilium, & immobilium, de bonis tamen, ac rebus ſuæ hæreditatis poſt mortẽ &c. intelligitur facta de dimidia bonorũ, quæ erunt de hæreditate poſt eius mortem, & non de dimidia hæreditatis.*
11 *Promiſſio, & donatio omnium bonorum ſuorum poſt mortem ualet, & de quibus bonis, & quomodo intelligatur.*
12 *Donatio cauſa mortis inter liberos etiam cum duobus teſtibus ualet.*
13 *Donatio inter uiuos dicitur, licet in ea mortis mentio facta fuerit, quando actum eſt, ut non poſſit aliqua ratione, uel cauſa reuocari,*
14 *Et quid illa uerba poſt mortem in donatione appoſita importent, et quando illis non obſtantibus donatio ſit inter uiuos, & non cauſa mortis, & quando ſecus.*
15 *Donationes plures ad illarum confirmationẽ mortem donatoris expoſcunt, quæ non dicuntur cauſa mortis, ſed inter uiuos, & coram duobus, uel tribus teſtibus fieri poſſunt.*
16 *Donatio cum iuramento facta ualet ſine inſinuatione.*
17 *In donatione ob cauſam, & in donatione cauſa mortis inſinuationem requiritur.*
18 *Donatio ſi à pluribus fiat pluribus, non dicitur una donatio, ſed plures, & tot, quot ſunt perſonæ tàm donantes, quàm donatariæ.*
19 *Donatio inter patrem, & filium, ſeu filiam in poteſtate non ualet, ſed uel iuramento, uel morte patris donantis confirmatur.*
20 *Collatio in quibus rebus, & bonis locum habeat, & in quibus non.*
21 *Verba futuri temporis ad præteritum non trahuntur, & conditionem important.*
22 *Verba, ut ſupra, quid operentur.*

EPITOME.

PROMISSIO, *ſiue donatio per ſtipulationem cum iuramento facta filiæ à patre, & eidem à patruo de dimidia omnium bonorum mobilium, immobilium, ac ſe mouentium de bonis tamen, ac rebus eorum, hæreditatis poſt illorum mortẽ ualet, et quomodo intelligatur: & eſſe donationem inter uiuos, non autem cauſa mortis oſtenditur.*

Et filia, cui ultra bona prædicta donata etiam à patre, & patruo ſimul fuerunt datæ dotes, uolens cum aliis ex teſtamento ſuccedere tàm patri, quàm patruo, quid conferre teneatur.

CONSILIVM LIII.

IN præſenti cauſa ſi uellem ſingula, quæ forent neceſſaria, examinare, amplum profectò conſilium facerem, ſed omiſſis pluribus, ſolum ſuper ueritate eorum, quæ concernunt merita cauſæ, concluſiuè loquendo inſiſtam. Viſo itaque inſtrumẽto dotis, & promiſſionis factæ per Iacobum, & Baptiſtam do. Claræ, & ſer Mapheo coniugibus, ac uiſo toto proceſſu cauſæ coram excellentiſſimis arbitris facto, uiſiſq; teſtamẽtis Iacobi, & Baptiſtæ fratrum, & cõſiliis, ac allegationibus ambarũ partium, arbitrorũ ab ipſis arbitris arbitrandum, & laudandum fore, licuiſſe do. Claræ, & ſer Mapheo coniugibus, uirtute promiſſionis eis factæ in dicto inſtrumento, ac aliorum in teſtamẽtis prædictis diſpoſitorum, petere dimidiam bonorum immobiliũ, & mobiliũ, ac ſe mouentium hæreditatis Iacobi, & Baptiſtæ, reſeruatis tamen, ac deductis prius omnibus legatis, & relictis, quæ tẽpore dicti inſtrumenti promiſſionis per dictos Iacobum, & Baptiſtam in eorum teſtamentis, ſeu ultimis uoluntatibus facta fuerant, nec non ultra dictam medietatem bonorum prædictorum dimidiã hæreditatis, uidelicet iuriũ, actionũ, & aliorum bonorũ dicti Iacobi, ac etiã tertiã partẽ hæreditatis, uidelicet iuriũ, actionũ, & aliorũ bonorũ ipſius Baptiſtæ, exceptis tamen prius, & deductis, ac reſeruatis omnibus dictis legatis, & cum declaratione, & limitatione infra dicẽda, non obſtantibus quibuſcunque pro parte dominarum Alexandræ, & Mariæ contra promiſſiones factas in dicto inſtru-

inſtrumento per dictos Iacobum, & Baptiſtam deductis, cum dictæ promiſſiones, & obligationes factæ ſub modis, & conditionibus in dicto inſtrumento contentis ſuum effectũ ſortitæ fuerint per mortem præfatorum Baptiſtæ, & Iacobi decedentiũ ſine filiis maſculis legitimis, & naturalibus &c. nec non ſine aliis filiabus fœminis poſt dictam promiſſionẽ, & obligationem naſcituris, prout clarè habetur in dicto inſtrumento, cui ad fauorem dictorum ſer Maphei, & dominæ Claræ coniugum eſt ſtandum. ¶ Et quoniã tota difficultas præſentis conſultationis conſiſtit in reſpondendo illis, quæ in oppoſitum facere uidentur, ideò breuius quàm fieri poterit, illis reſpõdebo: Non obſtat igitur primo, quòd pacto, ſeu cõtractu dari nõ poteſt hæreditas, l. hæreditas C. de pact. conuen. l. cum donationis C. de tranſact. & plenè traditur in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de uerb. ob. ſed in caſu noſtro per ſtipulationẽ facta fuit promiſſio dimidiæ hæreditatis, ut ex inſtrumẽto apparet, ergo &c. quia primo poteſt reſponderi ex iis, quæ habentur per Bart. per illũ tex. cũ
1 gl. in l. quæſitũ §. ſi mihi ſeruus ff. de leg. 1. ubi inquit, † quòd ſi quis hæreditatem ſuam ſimpliciter donat, ualet donatio, quia intelliguntur donata bona, quæ ſpe ſunt futura hæreditas: Et quamuis erratum uideatur in nomine appellatiuo, qui error ſolet uitiare, ut in l. ſi quis in fundi uocabulo ff. de
2 leg. 1. † tamen, quando magna eſt conformitas inter nomẽ expreſſum, & nomen uerum, ut contingit in caſu noſtro, tũc error in nomine appellatiuo nõ ſolet uitiare, ut ibi per
3 Bar. per illum tex. cum gl. Secundo reſpõderi poteſt, † aliud eſſe, quod pacto, uel contractu quis hæreditatem ſuã promittat, quia tunc non ualebit promiſſio, ſeu donatio d. l. hæreditas, & d. l. cum donationis, & per Bar. in l. fin. C. de pact. & in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta: & aliud, quod quis pacto, uel cõtractu promittat partem hæreditatis, quia tũc ualebit, quoniam ſic non dicitur ablata facultas teſtandi, ut uolunt Cyn. & Bal. in d. l. fin. quamuis contrarium uoluiſſe uideatur Pet. de Anch. in rub. extra de teſta. circa finem, quem ſequitur Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta in 6. colum. dicens hanc opinionem Petri eſſe ueriorem, arguendo de toto ad partem l. quæ de tota ff. de rei uendic. & argumen. l. uerba geſſerunt ff. de uerb. ſign. quia non eſt minor auctoritas Cyni, & Bal. quàm ſit auctoritas Petri de
4 Anch. & Alexan. ac etiam, quia † argumentum de toto ad partem procedit, quando eadem militat ratio in parte, quæ militat in toto, ut in d. l. quæ de tota iunctis iis, quæ habẽtur per Bar. in l. qui ſine C. de cond. ſin. cau. & in l. per fundum in fin. ff. de ſeruitu. ruſtic. prædio. & per Bal. in l. 1. in 1. q. C. de hæredib. inſtitu. ſed illa ratio, quæ militat in tota hæreditate, nõ militat in parte, ad tradita per Cyn. & Bal. in d. l. 1. ergo &c. Nec obſtat tex. in d. l. uerba geſſerunt, quoniam
5 † propter maximam conformitatem, quam habet hæreditas cum bonis, donatio, ſeu promiſſio hæreditatis ualet, ut per Barto. in d. l. quæſitum §. ſi mihi ſeruus, quem docto. ibi communiter ſequuntur, uidelicet Bal. Angel. Paul. de Caſtro, & Nicol. de Neapol. in l. pœnales in prin. ff. ad leg. falcid. & Paul. de Caſtr. in l. licet C. de pact. & hæc ſecunda reſponſio mihi placet, quamuis, ut dixi, Pet. de Anch. & Alex. contrarium tenuerint. Vel tertio reſponderi poteſt, quòd
6 † aliud eſt, per pactum, ſeu per ſtipulationem promittere hæreditatem ſuam, & promiſſio tunc non ualet, niſi eo modo, quo declarat Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo in 5. col. circa fin. ibi, demum quæſiuit Bar. &c. & ita procedat text. in d. l. cum donationis, & in d. l. hæreditas, & hoc modo intelligantur nota. per Bart. in d. l. fin. C. de pact. & in d. l. ſtipu
7 latio hoc modo, aliud eſt, quòd † promittantur bona omnia non ſimpliciter, ſed omnia bona, uel pars bonorum mobilium, & immobilium, & ſe mouẽtium, & conſequenter excludantur iura, & actiones, & ſic incorporalia, & tunc ualebit promiſſio, quia non includentur ſub ea iura, & actiones, & alia bona incorporalia, quæ propriè appellatione mobilium, & immobilium, ſeu ſe mouentium non comprehenduntur l. à diuo pio §. in uenditione ff. de re iudi. cum gloſ.
8 & ibi Alex. qui uelle uidetur, † quòd quando bona ſimpliciter, & generaliter proferuntur, ſi iura neceſſario debent alicui ſpeciei mobilium uidelicet, uel immobilium attribui, tunc iura, & actiones alicui ſpeciei attribui debent: ſecus ſi non ſit neceſſe, quòd iura, & actiones alicui ſpeciei attribuãtur, ut quia de bonis mobilibus, & de immobilibus, ſeu ſe mouẽtibus ſpecialis mentio facta fuit, & tunc iura, & actiones appellatione mobiliũ, aut immobilium, aut ſe mouentium non comprehenduntur, ſed tertiã faciunt ſpeciem, ut
9 eſt tex. in d. §. in uenditione, & † maximè cum dictum fuerit bonorum &c. ubicunque, & qualitercunque exiſtentium &c. quia iura, & actiones loco non circũſcribũtur l. ea ius in prin. ff. de lega. 2. l. 2. C. de præſcr. long. temp. & benè inſeruit id, quod uoluit Dec. in conſi. 30. circa prin. iuncto
10 fine. Et † quamuis in caſu noſtro dictum fuerit, quòd Iacobus, & Baptiſta promiſerunt per ſtipulationem dimidiam omnium bonorum mobilium &c. de bonis tamen, ac rebus eorum hæreditatis poſt mortem &c. tamen propter hoc nõ dicitur promiſſa dimidia hæreditatis, ſed dimidia bonorum mobilium &c. quæ erũt de hæreditate illorum poſt eorum mortem, & ſic illa uerba poſita ſunt demonſtratiuè ad bona, non autem diſpoſitiuè ad dimidiam hæreditatis, ut colligitur ex inſpectione uerborum in parte diſpoſitiua inſtrumenti poſitorum, licet in parte narratiua uerba aliter ſe habere uideantur, ut ibi medietatem hæreditatis oĩum ipſorũ
11 bonorum mobiliũ, & immobiliũ, &c. & benè facit id, † quod uoluit Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo, in 6. colum. dicens, quòd ſi quis promiſit omnia bona ſua poſt mortem, ualet promiſſio, quia intelligitur de præſentibus tantũ, & illa uerba poſt mortem ſtant demonſtratiuè, ut intelligatur de bonis præſentibus promiſſis, & debitis poſt mortem, nõ autem de omnibus bonis, quæ poſt mortem reperientur, & hoc uerum erit, quando conſtaret, promiſſionem, ſeu donationem fuiſſe inter uiuos, non autem cauſa mortis factam, prout in caſu noſtro, promiſſio, & donatio fuit inter uiuos, & non cauſa mortis facta, ut infra dicetur. ¶ Secundo principaliter non obſtat, quod in caſu noſtro fuit facta promiſſio, quæ donationem cauſa mortis continebat, ut conſtat ex illis uerbis poſt mortem, ac ex eo, quia effectus eius erat poſt mortem Iacobi, & Baptiſta promittentium, & ſe obligantium collatus, ut probatur in l. 1. ff. de donat. cau. mor. per Bart. in d. l. fin. C. de pact. & per Imol. poſt Bart. in d. l. ſtipulatio hoc modo ergo talis promiſſio non ualuit, quoniam non interuenerunt tot teſtes, quot requiruntur in donatione cauſa mortis, in qua ſunt quinq; teſtes neceſſarij l. fin. C. de dona. cau. mor. quia reſpondetur primo, quòd poſito, ſed non con
12 ceſſo, eam fuiſſe donationem cauſa mortis, † illa tamen ſaltem quoad Iacobum patrem Claræ ualuiſſet, nam inter liberos ualet etiam cum duobus teſtibus, ut in d. l. fin. ubi habetur. Secundo reſponderi poteſt, præſuppoſito donationem, & promiſſionem factam de dimidia bonorum a Iacobo, & Baptiſta in totum ualuiſſe, prout de iure ualuit, quòd
13 † talis donatio non fuit cauſa mortis, nam & ſi facta fuerit mentio de morte, ut ibi poſt mortem, tamen ex quo actum fuit, quòd illa non poſſet reuocari aliqua ratione, uel cauſa, ut habetur in dicto inſtrumento promiſſionis, ibi, quam obligationem, & promiſſionem &c. non dicitur donatio cauſa mortis, ſed inter uiuos, & mẽtio mortis potius dicitur cauſa donandi, quam mortis donatio, l. ubi ita donatur ff. de dona.
14 cau. mor. item † illa uerba poſt mortem important, ut dicantur promiſſa, ſeu donata bona mobilia, & ĩmobilia &c. quæ in bonis poſt mortẽ erũt, & eſſe reperientur, ut poſt mortẽ

donatõ-

donatorũ donatаria illa habere debeat, & non prius, prout etiam expreſsè dicitur in dicto inſtrumento: & ad propoſitum in terminis facit id, quod uoluit Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo, qui dixit, quòd ſi quis omnia bona ſua poſt mortem donet, intelligitur ſolũ de bonis præſentibus: Nec obſtant illa uerba poſt mortem, quoniam ſenſus eorum eſt, ut illa effectualiter debeantur, & peti poſſint ſolum poſt mortem, & hoc, quando conſtaret, quòd eſſet donatio inter uiuos, ut quia dictum fuiſſet, quòd eſſet inter uiuos, uel quòd non poſſet reuocari &c. prout in caſu noſtro dictum, & cõuẽtum fuit: ergo expreſsè uoluit Alex. quòd illa uerba poſt mortem, quando aliter apparet, quòd ſit donatio inter uiuos, non faciunt donationem eſſe cauſa mortis, ſed denotãt tempus, quo donatarius habere debeat, prout etiam clarè expreſſum fuit in dicto inſtrumento: dicitur etiam cõſtare, promiſſionem continere donationem inter uiuos, non obſtantibus illis uerbis poſt mortem, quãdo in inſtrumẽto promiſſionis ſolum duo, uel tres teſtes, & non quinq; interuenerint, ut uoluit Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo in 6. col. in uerſ. inquantum tamẽ dixi &c. Sed in caſu noſtro nõ interuenerunt quinq; teſtes, ergo dicetur donatio inter uiuos, & non cauſa mortis. Nec huic obſtat id, quod uoluit Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo in 9. col. ibi, aliud nota uerbũ & c. limitando tex. in d. l. ubi ita donatur, quia ipſe loquitur, quando donatio facta cum pacto de non reuocãdo cũ iuramento, non poterat ualere, ut donatio inter uiuos, ut quia dictum fuiſſet, dono oĩa bona mea præſentia, & futura ſine aliqua reſeruatione, quo caſu donatio inter uiuos ualere non põt, ut fatentur omnes in d. l. ac etiã in d. l. fin. C. de pact. cũ ſim. nam mentio mortis, uel dicendo poſt mortẽ &c. importat, quòd ſit donatio cauſa mortis ad hoc, ut actus ualeat, & nõ pereat, ut ibi per Alex. Sed in terminis noſtris potuit ualere, ut donatio inter uiuos, quoniam non fuerunt donata oĩa bona præſentia, & futura, ſed ſolum dimidia bonorũ mobiliũ, & immobiliũ, & ſe mouentium &c. & ſic dicebantur reſeruata iura, & actiones, itẽ bona, de quibus in legatis factis in eorum teſtamentis, nec nõ reſeruatus fuerat uſuſfructus, ut patet in dicto inſtrumẽto, quo caſu omnes uolunt, quòd facta reſeruatione bonorum aliquorum donatio ualeat, ut inter uiuos, quia ſic non dicitur ablata facultas teſtandi, ergo illa uerba Alex. in d. uerſ. aliud nota uerbum non obſtãt.

15 ¶ Præterea † donationes, quæ poſt mortem confirmantur, & ad illarũ confirmationẽ donatoris mortẽ expoſcunt, nõ requirunt quinq; teſtes, niſi ſola donatio cauſa mortis: Plures. n. ſunt donationes, quæ expoſcunt mortem donantis, & non dicuntur cauſa mortis, & quæ fieri poſſunt coram duobus, uel tribus teſtibus, ut eſt donatio, quæ fit inter patrẽ, & filium, ſeu filiam in poteſtate, item donatio, quæ fit inter uirum, & vxorem, ac aliæ plures, ut probat tex. in l. donationes quas parentes C. de dona. int. uir. & ux. ¶ Tertio principaliter concluſioni ſ in prin. traditæ non obſtat, quòd huiuſmodi donatio facta in caſu noſtro ualere, ſeu effectum ſortiri non poteſt, propterea quòd in illa inſinuatio nõ interuenit, & eſt talis, quæ de iure eam expoſcit, cum excedat ſummã quingentorum ducatorum, ueluti conſtat ex cõfeſſione do. Claræ, & apertius ex depoſitionibus teſtium examinatorũ pro parte do. Alexandræ, & do. Mariæ iuxta d. l. donationes quas parentes, & l. pen. C. de dona. cum ſimil. quia primo

16 reſpondetur, † quòd ex quo donatio fuit cum iuramento facta, iuramẽtũ ſuppler defectũ inſinuationis, ut uolũt doc. magis cõiter ſecũdum Alex. qui infinitos allegat in l. nemo poteſt ff. de leg. 1. Io. de Imo. in c. cum contingat extra de iu reiur. & licet in allegationibus partis aduerſæ plures docto. allegentur, qui contrarium tenuerunt, tamen contraria opinio eſt uerior, magiſque communis, ut latiſſimè conſuluit Deci. in cõſi. 3 o. inter ſua conſi. 40. Secũdo reſpõdeo, quòd

17 † in donatione ob cauſam, quæ non eſt propriè donatio, nõ requiritur inſinuatio, ut eſt tex. cum glo. & ibi Bar. & alij in l. aquilius regulus ff. de donat. cum ſimil. quæ allegari poſſunt, & ultra alias rationes hæc eſt etiam ratio, quare in donatione cauſa mortis non requiritur inſinuatio, & eſt tex. in l. fin. C. de dona. cau. mor. Tertio reſpondeo, quòd in caſu noſtro donatio non exceſſit ſummam quingentorum ducatorum, ſed longè minoris pretij fuit, & ideò non fuit neceſſaria inſinuatio d. l. pen. C. de donat. Et quãuis fortè omnia bona amborum fratrũ ſimul aſcenderent ad ſummã quingentorum ducatorum, tamen pars bonorum cuiuſlibet fratris illam ſummam non aſcendit, ut conſtat, atq; colligitur tàm ex capitulis, quàm ex poſitionibus, & depoſitionibus te

18 ſtium: & † cum ambo fratres donauerint dimidiam bonorũ ſuorũ &c. ipſi do. Claræ, & ſer Mapheo, ſequitur, quòd plures dicuntur donationes, uidelicet duæ, & non una tantum, nã quot ſunt perſonæ, tot ſunt donationes l. ſcire debemus, & ibi Bar. & omnes ff. de uerb. oblig. cum ſimil. allegatis per Alex. & doct. ibi: & hoc negari non poteſt, ergo reſpectu Iacobi donatoris dicetur una donatio facta duobus de dimidia bonorũ ſuorum hæreditatis, quæ donatio reſpectu Claræ, & ſer Maphei non una, ſed duæ dicentur, ex quo facta fuit duabus perſonis, & conſeqenter reſpectu Iacobi dicentur duæ donationes d. l. ſcire debemus, iuncta l. & an eãdem de exceptione rei iudi. eodem modo reſpectu Baptiſtæ donatoris dicetur una donatio, uel fortè melius dicẽtur duæ, cum ſimiliter duabus perſonis dimidiam bonorum ſuorum donauerit, ex quibus luce meridiana clarius conſtat, quòd donationes huiuſmodi non dicuntur inualidæ prætextu inſinuationis, cum rectè conſiderando quælibet donatio ad illam ſummam quingentorum ducatorum non aſcendat.

¶ Non obſtat quarto principaliter, quòd donatio facta à Iacobo ſaltem reſpectu Claræ eius filiæ non ualuit, quoniam

19 † inter patrem, & filium, ſeu filiam in poteſtate conſtitutam non poteſt fieri donatio, niſi fiat filio, ſeu filiæ, ut extraneæ perſonæ, ſecundum quod habetur per doct. in l. ſi donatione C. de colla. & in l. ſi filiæ C. famil. hercisc. per Bar. & alios in l. frater à fratre ff. de cond. indebit. cum ſimil. quia reſpondetur primo, quòd talis donatio iuramento firmatur, ut per Alexan. & alios in d. l. ſi donatione in 3. & 4. col. & habetur per ſcrib. in d. l. frater à fratre. Secundo reſpondetur, quòd talis donatio morte patris donantis cõfirmatur, ut habetur in d. l. donationes quas parentes C. de dona. inter uir. & ux. ¶ Quinto principaliter non obſtat, quòd dicta Clara, quæ uult, & petit ſe ad ſucceſſionem dictorũ Iacobi, & Baptiſtæ admitti ex eorum teſtamentis, in quibus ipſa reperitur pro parte inſtituta hæres unà cum do. Alexandra, & do. Maria, prout in dictis teſtamentis continetur, tenetur conferre dotem ſibi datam, & donationem etiam ſibi factam de dimidia bonorum &c. per ea, quæ habentur in auth. ex teſtamento, in l. ut liberis, & in l. penult. C. de collatio. cum aliis ſimilibus allegatis pro parte dictarum dominarum Alexandræ, & Mariæ: quia licet hoc obiectum magis, quàm aliud quodlibet uideatur ſtringere, tamen benè, & diligenter conſiderando parum aduerſatur, niſi, ut ſtatim dicetur, declarãdo, qualiter, & quid ipſa domina Clara conferre teneatur: Et concluſiuè loquendo dico, quòd in primis do. Clara tenetur conferre dotem, quam habuit à patre ſuo Iacobo, quæ fuit librarũ quingẽtarũ, nam Iacobus, & Baptiſta fratres cõmuniter dederunt dotẽ librarũ mille, & conſequẽter unuſquiſq; dedit libras quingentas, ſolum ergo tenetur cõferre dictas libras quingentas, quas cauſa dotis habuit à patre ſuo, cui unà cum aliis ſororibus ipſa uult ex teſtamento ſuccedere, non autem tenetur conferre id, quod ex cauſa dotis habuit ab ipſo Baptiſta patruo, cui ipſa Clara vult ſuccedere: quia † ſolum in hæreditate aſcendentium, ſeu deſcẽ 20

dentium,nō autem collateralium, ſeu extraneorum, locus eſt collationi,ad tradita per doct.poſt glo. & ibi Alex. in l.ſi emancipati C.de colla.& per totum ibi,& ff. eod. item cōfertur ſolum id,quod quis habuit ab eo, de cuius ſucceſſione tractatur,dummodo ille ſit de aſcendentibus,uel de deſcendentibus, ut in d.l.ut liberis, ibiq́ue Alex.C. de collat. & hæc eſt uera regula in materia collationis, & habetur per do.Cardi.& Abb.in c.cum omnes extra de conſtit. ſuper ſolutione contrarij de l.fin.ff.de collatio.bonorum.Reſpectu uerò donationis,an bona donata debeant conferri, concludo, quòd quoad partem donatam ipſi ſer Mapheo, cui ſimul cum do.Clara fuit facta donatio, ut in inſtrumento donationis,collatio locum non habet,tum quia ipſe non eſt de deſcendentibus,nec de aſcendētibus,tū quia ipſe nō vult,nec poteſt ſuccedere unà cū filiabus Iacobi, ut patet: Reſpectu uerò partis bonorum donatorum ipſi do.Claræ, quæ vult ex teſtamento unà cum aliis ſuccedere, cōcludo, quòd reſpectu bonorum ſibi à Baptiſta patruo donatorum, ipſa nō tenetur illa conferre, quamuis illi ex teſtamēto ſuccedere uelit,ea ratione,quia ipſa non eſt de liberis, nec de deſcendentibus,ſiue aſcendentibus Baptiſtæ,per prædicta. Reſpectu autem partis bonorum ſibi donatorū à patre ſuo Iacobo,cui vult unà cum aliis ex teſtamēto ſuccedere, cōcludo etiam ipſam non teneri ad illorum bonorum collationem: quia licet filius, qui vult patri ſuccedere, teneatur conferre ſibi donata,quando illa ſibi fuerunt in uita acquiſita,tamen non tenetur conferre illa donata, ſiue alia, quæ habuit à patre, & quæ ſibi poſt mortem fuerunt acquiſita, & ideò dos,& donatio ob cauſam conferuntur d.l.ut liberis C.de collatio.& expreſsè habetur per Alexā. & alios in d. authen.ex teſtamēto,& Card.in d.c. cum omnes:ſed Iacobus per ſtipulationem promiſit do. Claræ, & ſer Mapheo dimidiam bonorum hæreditatis poſt mortem ſuam, & ſub cōditione,ſi ipſe Iacobus, & frater ſuus Baptiſta deceſſerit ſine filiis maſculis, uel cū filiabus naſcituris, ut in dicto inſtrumento continetur,ex cuius uerbis conſtat, promiſſionē illam donationem continere,ut per Bar. Imol.& alios in d. l.ſtipulatio hoc modo in 2.col.& talem promiſſionē, & donationem factam fuiſſe ſub conditione,quæ erat poſt mortem dicti Iacobi,& Baptiſtæ extincta, prout ſæpius præſupponunt,& demōſtrant uerba inſtrumenti, & propterea ante euentum conditionis, & ſic ante illorum mortem bona ipſi Claræ,ſeu ſer Mapheo donata non potuerūt in uita ipſius Claræ acquiri, ſed ſolum poſt mortem l. cedere diē ff. de uerb.ſign.cum ſimilibus ibi allegatis, & §.ſub conditione. Inſti.de uerbo.ob.cum ibi not.ergo illorum collationi non eſt locus per prædicta.Præterea ex quo donatio facta fuit per Iacobum ipſi Claræ filiæ poſitæ in poteſtate, ea nō potuit niſi poſt mortem acquiri ipſi Claræ per text. in d.l. donationes quas parentes, & in d.l.ſi filiæ cum ibi not.cum aliis,quæ ſupra dixi: ergo ipſa non tenetur illa do. Alexandræ,& do.Mariæ cōferre: ſed ſolum tenetur conferre partem dotis,quam habuit à patre,ſeu de bonis patris,quia illa fuit ſibi in uita acquiſita,& effectum fuit patrimonium ſuū, iuxta tex.in l.pomponius philadelphus ff. famil. herciſ.cum ibi no.l.3.§.ſed utrum ff.de minoribus,Alex. in l.1.& in authen.ex teſtamento in penult.colum.poſt Bart. C.de collatio. glo.& doct.in l.2.C.de inofficio.donatio.¶ Vltimo non obſtat, quòd promiſſio, ſeu donatio dominæ Claræ facta fuerit in caſu,quo ipſi donatores non haberent alias filias fœminas,& ſine aliis filiabus fœminis deceſſerint, quia ſi cum aliis filiabus fœminis deceſſerint, uoluerunt omnes filias æqualiter debere admitti: ſed in caſu noſtro Iacobus ultra dominam Claram deceſſit cum alia filia fœmina, uidelicet cum domina Alexandra, item cum domina Maria eius nepte nata ex alia eius filia, ergo non poteſt domina Clara dici uocata ad dictam dimidiam bonorum donatorum,quia non eſt uerum,quòd ipſi deceſſerint ſine aliis filiabus,ex quo Iacobus cum una etiam tantum filia deceſſit l.non eſt ſine liberis ff.de uerbo.ſignifi.l.1.cum ibi no.C.de conditio.inſert.& l.cum pater §.rogo ff.de leg.2.cum ſimilibus: Quia reſpondetur,& facillimè, quod uerba inſtrumēti tollunt difficultatem, nam in eo dicitur, ſi uerò cum aliis filiabus fœminis ex legitimo matrimonio naſcituris &c. & ſic apparet,quòd contrahebtes habuerunt relationem ad
21 naſcituras,non autem ad iam natas, † hoc enim participiū naſcituris eſt futuri temporis, & ideò non debet ad præteritum trahi l.1.cum ibi no.per doct.ff.quod quiſque iur.quia conditionem importare dicitur,ut not.in l.titia teſtamento in princ.in glo.fin.ff.de leg.2.¶ Non obſtat, quòd in parte narratiua inſtrumenti dicatur, ſi uerò habuerint,uel aliquis eorum filiam,uel filias habuerit legitimas, & naturales ex legitimo matrimonio,ut ſupra &c. & ſic nō ſit ibi mē
22 tio de naſcituris: quia reſpondetur, quòd † per illa uerba,ut ſupra,dicitur repetita qualitas præcedens, hæc enim uerba declarant,& reſtringunt diſpoſitionem ad caſum expreſſum prius poſitum iuxta ea,quæ habentur in conſi. 52.inter conſilia Alexan.in 4.uolu.in 6.col.Decius in conſi. 182.& Petr.de Anchar.in conſi. 311. Sed ſupra in præcedentibus proximè dictum fuerat,& ex legitimo matrimonio naſcituros &c.ergo & in filiabus idem debet dici repetitum, & maximè quia poſtea in parte diſpoſitiua inſtrumenti de naſcituris dictum fuit,& præcedentia declarantur per ſequētia, l.ſi ſeruus plurium in fin.ff. de lega.1.cum vulgaribus. Quare ex omnibus prædictis per ipſos arbitros laudandū eſt ad fauorem dominæ Claræ, & ſer Maphei agentium, quòd ipſis debeatur dimidia bonorum Iacobi,& tertia bonorum Baptiſtæ cum reſeruatione legatorum, prout in dicto inſtrumento,& conſequenter quòd ipſi dominæ Mariæ debeatur legatum librarum quadringentarum quinquaginta ſibi in teſtamento Iacobi factum,& dicta domi. Clara teneatur conferre dimidiam dotium ſuarum, & parafrenalium,de quibus in inſtrumento,ex quo illam habuit a Iacobo patre ſuo,cui vult unà cum do.Alexandra ex teſtamēto ſuccedere,prout ſupra plenè dictum, & oſtenſum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Dos habita à patre eſt profectitia, & conferenda ab illa, quæ uelit patri etiam ex teſtamento ſuccedere.*
2 *Et eſt aduentitia, & non conferenda, quando pater fuiſſet ſtipulatus illam ſoli filiæ, & non ſibi reſtitui.*
3 *Dos aduentitia, & habita ab extraneo, & ab alio, quam à patre non confertur.*
4 *Paul.de Caſt. in l.ut liberis C.de colla.in 2.col.dicens dotem datam etiā ab extraneo debere conferri, declaratur.*
5 *Dos data à patruo dicitur aduentitia tanquam ab extraneo profecta, et ſoli nepti acquiritur, neque confertur;*
6 *Et non cenſetur data contemplatione patris, ſi patruus ſtipulatus fuit illā ſibi, & hæredibus ſuis,non autem patri reſtitui.*
7 *Filiofamilias datum quando cenſeatur aduentitium, & filio contemplatione ſui, & non patris datum, & nu.9. & 15.*
8 *Dos poteſt filiæfamilias etiam in uita patris acquiri.*
10 *Cauſa finalis ex præfationibus colligitur.*
11 *Collatio non habet locum in quærendis poſt mortem illius, de cuius ſucceſſione agitur, & nu.21. & 22.*
12 *Donatio, ſeu conceſſio duobus copulatiuè facta cenſetur utrique pro dimidia facta, & non in ſolidum,ſi alter illam non acceptauerit.*
13 *Collatio inter quos, & in quibus locum habeat, & in quibus non, & nume.16.*
14 *Conferre qui teneantur.*
17 *Collatio non habet locum inter liberos, quando ſuccedunt ut extranei ex capitè unde agnati, uel unde cognati.*
18 *Donatio propter merita à liberis in ſucceſsione aſcendentium non confertur.*
19 *Collatio an inter collaterales, & in ſucceſſione collateralium locum habeat,*

beat, quando ipſi ad ſucceſsionem æqualiter ſunt ex teſtamento uocati.
20 *Collatio ſolum fit de eo, quod quis habuit principaliter ab illo, uel contem plaione illius, de cuius ſucceſsione, & hæreditate agitur.*
21 *Donatio cauſa mortis, & donatio inter uiuos collata poſt mortem, aut ſub conditione, quæ ſolum poſt mortem poteſt uerificari, non confertur: Et quid ſi conditio illa ex diſpoſitione, & mente donantis, & concedentis deberet ad tempus donationis, & conceſsionis retrotrahi nu. 24. uſque ad nu. 32. & 33.*
22 *Donatio facta à patre filio, ſeu filiæ in poteſtate non confertur.*
23 *Legata non conferuntur.*
24 *Conditio caſualis in contractibus retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, & illud attenditur, non autem tempus conditionis adimpletæ.*
25 *Maximè quando diſponentes id uoluerunt,*
26 *Et quando id uoluiſſe dicantur.*
27 *Conditiones retrotrahi ad tempus conceſsionis, & diſpoſitionis quoad quẽ effectum intelligantur.*
Collationi an, & quando ſit locus, & quando non in iis, quæ conceduntur, ſeu debentur ſub conditionibus uſque ad nu. 33.
28 *Dominij acquiſitio requirit factum hominis, & duo eiuſdem rei domini in ſolidum eſſe non poſſunt.*
29 *Obligatio, & hypotheca ex ſimplici contractu acquiritur.*
30 *Poſſeſsionis acquiſitio factum hominis requirit, & illa penes duos in ſolidum eodem tempore, & reſpectu eſſe non poteſt.*
31 *Conditio ſui natura, & regulariter retrotrahibilis in donatione facta per patrem filio, ſeu filiæ in poteſtate non retrotrahitur.*
33 *L. 2. §. id quoque ff. de colla. bono. declaratur.*

EPITOME.

COLLATIONI *locum eſſe in dote data à patre, ſed non in data à patruo, nec in rebus datis, ſeu conceſsis ab utroque debitis poſt illorum mortem, & ſub conditione ſolum poſt eorum mortem adimplenda, hic demonſtratur.*

CONSILIVM LIIII.

VTRVM do. Clara, quæ uult unà cum ſorore ex teſtamento Iacobi patris, & Baptiſtæ patrui in bonis, & hæreditate illorum ſuccedere, teneatur conferre dotem librarum mille ſibi datam, & pro qua parte, Secundo utrum teneatur cõferre illam dimidiam hæreditatis, & bonorum mobilium, & immobilium, quã dicti Iacobus pater, & Baptiſta patruus do. Claræ, & Mapheo eius marito dederunt, tranſtulerunt, & conſignauerunt ſub pactis, & cõditionibus, de quibus habetur in inſtrumento publico ſcripto per ſer Polidorum notarium, vltra ea, quæ aliàs in conſilio ſuper hac cauſa facto dixi, quoad primum concludo,
1 quòd † reſpectu partis dotis, uidelicet librarum quingentarum, quas do. Clara habuit à Iacobo eius patre, ipſa eã partem conferre tenetur, quoniã filia uolens etiã ex teſtamẽto patri ſuccedere, tenetur illam dotem conferre, quã à patre habuit, cũ ſit profectitia l. filiæ dotẽ, iuncta auth. ex teſtamẽto cũ l. fi. C. de colla. & per totũ ff. de coll. dot. & de hoc non
2 eſt dubitandum: Si † tamen pater fuiſſet ſtipulatus illam ſoli filiæ, & non ſibi reſtitui, tunc non teneretur conferre, ſicut eadem ratione aduentitiam conferre non tenetur, arg. eius, quod uoluit Bal. in l. 2. §. quod ſi in patris ff. ſolu. matr. ut refert, & ſequitur Alex. in auth. quod locum in 4. col. C.
3 de collat. Partem uerò dotis, † quam ipſa do. Clara, ſeu Mapheus eius maritus habuit à Baptiſta patruo, nõ tenetur cõferre, quoniam dos illa non eſt profectitia, ſed aduentitia, quæ non confertur, l. fi. C. de colla. & not. in d. l. filiæ dotem, & ideò filia dotem, quam habuit à matre, uel ab auo materno, tanquam aduentitiam non confert, ut in d. l. fin. cum ibi
4 not. Nec aduerſatur id, † quod dixit Paul. de Caſ. in l. ut liberis C. de colla. in 2. col. qui uidetur uelle, quòd dos data etiam ab extraneo debet conferri, quamuis ſit aduentitia, quoniam, ut ipſe ſubiicit, illud corrigitur per text. in l. fin. C. eod. & illa ſua uerba, dum dicit, niſi cum agitur de hæreditate illius, qui eam dedit, non debent intelligi de extraneo penitus, ſed de aſcendente quolibet, etiam qui non haberet in poteſtate, quoniam extraneus in hac materia capitur tripliciter, ut uoluit Bal. in l. ſi emancipati in fin. 1. col. C. de colla. & quòd uerba Pauli ita debeant intelligi, colligitur ex iis, quæ ipſe poſtea dixit in d. l. ſi emancipati in penult. col. in 2. combinatione ibi, quia non confertur, niſi cum agitur de ſucceſſione aſcendentis, à quo dos prouenit, ut matris, uel aui materni, & idem hodie. ¶ Nec obſtat etiam, ſi diceretur, quòd Baptiſta patruus pro parte dotauit do. Claram de bonis ſuis contemplatione Iacobi ſui fratris argu. eorum, quæ habentur per Bar. per illum tex. in l. ſed ſi plures §. in arrogato ff. de uulg. & pupil. §. 1. Inſti. per quas perſo. nob. acq. cum ſim. ergo etiam partem dotis, quæ à patruo prouenit, tanquam quid profectitium, do. Clara conferre debebit d.
5 l. filiæ dotem, & d. l. fi. quia rñdetur primo, quòd † dos, quæ à patruo prouenit, & nomine Claræ fuit ſtipulata, immediatè, & pleno iure fuit aduentitia ipſi Claræ acquiſita, tanquã illi donata, & non patri ſuo, quia ab extraneo dicitur profecta, & nulli alteri fuit acquiſita, quam ipſi Claræ l. unica §. accedit C. de rei uxo. actio. ergo do. Clara partem illam do
6 tis conferre non tenetur. Secundo † ex quo Baptiſta fuit ſtipulatus dotem pro ſua parte reddi ſibi, ſeu hæredibus ſuis, & non patri, ex hoc conſtat ipſum non dediſſe dotem contemplatione Iacobi patris, qui præſens hoc paſſus fuit, & cõſenſit, ut in inſtrumento: ergo ex hoc infertur, dotem non eſſe profectitiam, nec pro parte ſua conferendam, quia Baptiſta illam dedit non, ut in caſu reſtitutionis acquireretur Iacobo, ſed ſibi arg. eius, quod dictum fuit per Alex. in d. authen. hoc locum per not. à Bal. in d. l. 2. §. quod ſi in patris.
7 ¶ Tertio † quãdo id, quod datum fuit filiofamilias, expreſsè non apparet datum fuiſſe filio cõtemplatione, & intuitu patris, tunc cenſetur aduentitium, & conſequenter filio intuitu ſuimet datum, quando id datum ei fuit facta mentione patris ſimpliciter, ſed non patriæ poteſtatis, & datum erat tale, quod poterat ipſi filio in uita patris acquiri, ut not. uoluit Bar. in l. fin. C. de uſufruc. cum ſimil. ibi alleg. Sed in caſu noſtro Baptiſta dotando pro parte do. Claram ſimpliciter de illius patre mentionem fecit, immò tãquam patruus dotauit illam non ut filiam Iacobi expreſsè, ſed tãquam neptem ſuam, & dotando nullam fecit mentionem de patria
8 poteſtate Iacobi erga do. Claram, & † dos eſt de illis, quæ poſſunt filiæfamilias in uita patris acquiri l. pomponius philadelphus ff. de dot. præleg. & dixi in conſilio prius facto, & probatur in d. l. filiæ dotem cum ibi not. per doct. & clari iuris eſt, item Baptiſta fuit ſtipulatus illam ſibi reſtitui, ergo ipſe dicitur dotaſſe non contemplatione Iacobi fratris, ſed cõtemplatione Claræ eius neptis, & ideò nõ dicetur dos profectitia, ſed aduentitia, & conſequenter non conferenda d.
9 l. fin. cũ iis, quæ habentur in d. l. filiæ dotem. Præterea † quando ſumus in dubio, an quis dederit filio contẽplatione eius, uel patris, ſi expreſſa ſit aliqua cauſa, quæ tangat ipſum dantem, & ſit communis inter ipſum, & eum, cui datur, tunc id præſumitur datum cõtemplatione filij, & non patris, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Bar. in d. l. ſed ſi plures §. in arrogato, & in d. l. fin. C. de uſufruc. ut quia quis dederit filio alterius ob conſanguinitatem, quæ eſt inter ipſum, & filium alterius, uel quia dederit illi tanquã cõſanguineo ſuo, ut probatur arg. c. requiſiſti extra de teſta. Sed in caſu noſtro Baptiſta Claram pro parte dotauit, non tanquã filiam Iacobi, ſed tanquam neptẽ ſuã, & ſic ratione conſanguinitatis, quã ſecum habebat, itẽ propter affinitatẽ contrahendã cũ dicto Mapheo, qui dictã Clarã in matrimoniũ duxerit, ut ex principio inſtrumenti pomiſſionis dotis, ac aliorum bonorũ colligitur, ut ibi in præfatione, & præambulo inſtrumenti habe
10 tur, † ex quibus præfationibus, & præambulis cauſa finalis colligitur l. fi. ff. de hære. inſti. & l. titia in prin. ff. de uerb. obli.

cum ſimil.ergo concludendum eſt, ipſum Baptiſtã pro par
te dotaſſe Clarã nõ principaliter contẽplatione Iacobi fra
tris ſui,ſed contẽplatione ipſius Claræ, & ob parentelã, &
affinitatem ſequutã inter ipſum,& dictum Maphæũ,& ideò
ſequitur,quod dos ab eo data fuit aduentitia, & non profe
ctitia,& conſequenter non conferenda per prædicta. Et ex
prædictis idẽ iudicandũ eſt etiam,ueluti infra dicetur,de il
la parte bonorũ mobilium,& immobilium, & hæreditatis,
quam Baptiſta poſt eius mortem dedit,& aſſignauit ipſi do.
Claræ ſub conditione, ſi ipſe Iacobus decederet ſine filiis
maſculis,& ſub aliis pactis,de quibus in inſtrumento ſuper-
inde confecto habetur,ut dicta aſſignatio dicatur ab eo fa-
cta contemplatione ipſius do.Claræ principaliter,& non Ia
cobi per prædicta: Et hæc quoad primum dubium, utrum
do. Clara teneatur dotem librarũ mille conferre dicta ſuffi
ciant. ¶ Capio ſecundum,an teneatur cõferre medietatem
bonorum mobilium,& immobilium,& hæreditatis conceſ-
ſam,& datam ipſi do.Claræ à Iacobo patre,& à Baptiſta pa
truo,& non recedendo ab eo, quod prius conſului, ſed illi
11 adhærendo dico,do.Claram non teneri,quoniam † cum il-
lud fuerit ei datum,ut poſt mortẽ patris,& Baptiſtæ acqui-
ratur,& non in eorum uita, ueluti apertè dicitur in inſtru-
mento,ſequitur,quòd illud etiam datum titulo donationis,
& ob cauſam non eſt conferendum, nam quæ ueniunt quæ
renda poſt mortem eius,de cuius ſucceſſione agitur,non cõ
feruntur, & ideò legata,& donationes cauſa mortis, item
donata, & data a patre filiæ in poteſtate non conferuntur,
quia acquirũtur poſt mortem teſtatoris,uel defuncti,ut ple
nè habetur per Alex.poſt alios in authen.ex teſtamento, &
in l.ea demum,in l.ſi donatione, & in l.nec emancipati cum
ſimil.C.de collat.& l.paulus ff.de collat.bono.eoque magis
prædicta uera erunt,ſi uolumus dicere ea fuiſſe donata cau
ſa mortis propter illa uerba poſt mortem arg.l.1.& per to
tum ff.de donatio.cau.mor. quia donatio cauſa mortis non
confertur,ut in d.l.ſi donatione, item quia uim relicti ha-
bet,ut not.in l.2.ff.de lega.1. & omnes aſſentiunt. Præte-
12 rea † dicta dimidia bonorum,quæ fuit data non ſolum à Ia
cobo,ſed etiã à Baptiſta,fuit data,ſeu donationis titulo col-
lata(quoniam alia cauſa colligi non poteſt iuxta ea,quæ ha
bẽtur per Alex.in d.l.ſi donatione, & in l.ſtipulatio hoc mo
do concepta ff.de uerb.obli.& per aliquos poſt Bar. in d.au
then.ex teſtamento,& in conſilio prius facto tetigi) non ſo
lum ipſi Claræ,ſed etiam dicto Mapheo præſenti, acceptan
ti,& ſtipulanti eius nomine,ac nomine do.Claræ:quo fit,ut
talis conceſſio,& donatio pro parte fuerit facta, & acquiſi-
ta ipſi Mapheo,& pro alia parte ipſi do.Claræ,ſi ea illã ha-
buit ratam,alioquin totum id in ſolidum fuiſſet Mapheo ac
quiſitum,ut clarè colligitur ex iis,quæ uolunt Bar.Alex.&
alij in d.l.ſi mihi,& titio ff.de uerb.obli.cum ſimil.quæ alle-
gare poſſem:ergo infertur, quòd pro parte acquiſita Ma-
pheo,quæ eſt dimidia totius illius dimidiæ bonorum,nõ eſt
de aliqua collatione quærendum,nec dubitandum,quoniã
pro parte illa nulla eſt facienda collatio, tum quia ipſe non
eſt de deſcendentibus,nec de aſcendentibus concedentiũ,
13 & donantium,& † collatio locum habet ſolum inter aſcen
dentes,& deſcendentes,& non in ſucceſſione extraneorũ,
& collateralium,ut in d.l.ut liberis,& ibi Alex. & alij,& in
d.l.ſi donatione, & in d.auth. ex teſtamento, ibiq; per totũ
14 C. & ff. de collat. tum quia † ſolum conferre tenentur illi,
qui ſuccedunt,ſeu uolunt ſuccedere cum aliis deſcenden-
tibus ad ſucceſſionem uocatis,ut notiſſimi iuris eſt,& in l.1.
auth.ex teſtamento,& per totum ff.& C. de collat.ſed Ma-
pheus non eſt de inſtitutis,nec de uocatis ad ſucceſſionem,
ſed ipſa Clara,ergo reſpectu partis acquiſitæ Mapheo fru-
ſtra de collatione facienda quæritur. ¶ Reſpectu uerò alte-
rius dimidiæ totius dimidiæ bonorum, quæ eſt quarta pars
omnium bonorum,quæ do.Claræ data, & donata dicitur,
utrum collationi ſit locus,maius dubium eſſe poteſt,cum ip
ſa uelit ex teſtamento tàm Baptiſtæ, quàm Iacobi ſuccede-
re una cum ſorore inſtituta. Sed adhuc ueriſſimum de iure
eſſe arbitror,quòd ipſa non teneatur de hac quarta quic-
quam conferre, primo quoniam illam habuit pro parte à
Baptiſta eius patruo,& in dubio contemplatione ſui,& non
patrui per ea,quæ dixi in primo dub.Secundo quia illa de-
bebatur,& erat acquirenda Claræ poſt mortẽ patris, ut in
15 dicto inſtrumento habetur, ergo † non poteſt dici illi dara
contemplatione patris,cui uerè nihil erat acquirendum,cũ
poſt illius mortem acquiri deberet,ut concludit Bar. in l.fi.
C.de uſufr.per tex.in l.mulier in prin.ff.ad treb.& in l.ſi ma
ter C.de inſti.Et quãuis ipſa Clara tanquam hæres ex teſta
mento Baptiſtæ pro parte uelit ſuccedere in hæreditate, &
bonis Baptiſtæ patrui,tamen non tenetur conferre partem
bonorum,quæ habuit ex datione,ſeu donatione facta à Ba-
ptiſta,nam ipſa,eiuſq; ſoror, & quædam alia hæres inſtituta
non ſunt de deſcendentibus Baptiſtæ,ſed collaterales,& hæ
16 redes extraneæ, † inter quos,ſeu in quorum ſucceſſione col
latio nullo modo locum habet,ut habetur per Bar. in l.pa-
ter filium in ult.col.ff.de colla.do.& per Pau. de Ca.ibique
17 Alex.in l.ſi emancipati C.de colla.Quinimmò † inter libe-
ros collatio locum non habet,quando ſuccedunt non ut li-
beri,ſed ut extranei ex capite unde agnati, uel unde cogna
18 ti,ut per Alex.& alios in d.l.ſi emancipati: Itẽ † liberi in ſuc
ceſſione aſcendentium non conferunt id, quod ut extranei
habuerunt,ueluti eſt donatio facta propter merita,ut in d.l.
19 ſi donatione,& ibi Alex.poſt Bar. C.de colla. Nec ob.† unũ,
quod in contrarium allegatur ex mente Decij in d.l.ſi emã
cipati cõtra communem opin.doct.& contra Alex. & Pau.
de Ca.ibi,quòd quando collaterales ſunt ex teſtamento uo
cati ad ſucceſſionem æqualiter, & ut æquis partibus ſucce-
dant,tunc locus collationi eſſe debet ex mẽte defuncti, qui
uoluit inter ſuos hæredes æqualitatem ſeruari,quia concur
rit ratio æqualitatis conſeruandæ,ſuper qua collatio eſt fun
data,ut in rub.& in l.illud C.de colla. Nam pro reſpõſione
dico,quòd nullo caſu,nec etiam in proximè dicto collatio
inter collaterales, ſeu in ſucceſſione collateraliũ locum ha-
bet,ut per Paul.de Ca.in d.l.ſi emancipati,& Deci.ipſe at-
teſtatur cõem opin.eſſe in contrarium, nam collatio ſolum
fuit inuenta inter deſcẽdentes eius,de cuius ſucceſſione agi
tur,& ratio æqualitatis ſeruandæ ſolum fuit conſiderata in-
ter deſcẽdentes,& non inter collaterales ad tradita per do
cto.in d.rub.& in d.l.1.& arg. l.cum pater §. dulciſſimis ff.
de lega.2.& auth.quæ tertiæ C.de colla.Præterea dato,ſed
non conceſſo,illud dictum Decij eſſe uerum propter præ-
ſumptam mentem teſtatoris, tñ quando de contraria illius
mente expreſsè conſtaret,ſecus eſſet dicendum,quia mens
expreſſa facit ceſſare tacitam l.cũ filio §.filio ff.de uulga.&
pupil.Sed in caſu noſtro pater Iacobus,& Baptiſta patruus
donauerunt,ut poſt mortem acquireretur,& uoluerunt do
nationem ualere ſolum reſeruatis legatis, & aliis in eorum
teſtamẽtis diſpoſitis ultra dimidiam bonorum donatorum,
ergo conferre non tenetur. ¶ Minus etiam Clara illam par
tem bonorum,quam à Baptiſta habuit, tenebitur conferre
ſorori reſpectu hæreditatis,& ſucceſſionis paternæ, quoniã
cum illam nõ habuerit ex datione,ſeu donatione patris,ſed
Baptiſtæ patrui, ſequitur,quòd ratione ſucceſſionis pater-
næ non teneatur illam partem bonorum conferre, quam
ab alio,hoc eſt à Baptiſta habuit,tritum eſt enim in ore om-
20 nium,quòd † quis confert ſolum id, quod principaliter ha-
buit ab eo, uel contemplatione eius, de huius hæredita-
te, & ſucceſſione agitur, & non id, quod ab alio habuit,
ut in dicta l.ita demum,l.ſi donatione, l. filiæ dotem cum ibi
not.& in l.fi.& per totum C.de colla.quamuis de iure anti-
quo

quo aliter eſſet,ſecundum quod habetur in d.l.filiæ dotem.

¶ Vtrum autem Clara partẽ illius dimidiæ,quàm à Iacobo patre ſuo,& de illius bonis habuit,cõferre teneatur, maius eſt dubium:Sed in hoc concludo,eam non teneri, quamuis ſimus in ſucceſſione aſcendentis,& pars illa prouenit à Iaco
21 bo,de cuius ſucceſſione agitur,nam † hæc pars non fuit acquiſita in uita patris,ſed poſt mortẽ, ut expreſsè uoluit ipſe Iacobus,& colligitur ex uerbis claris dicti inſtrumẽti in pluribus partibus:& ideò ſi fuit donatio cauſa mortis,nõ debet cõferri,ut uolunt omnes,quia habet uim relicti, ſi uerò fuit donatio inter uiuos propter mortẽ iuxta l.ubi adhuc de dona.cau.mort.illam etiam non eſſe conferendam concludo, quia fuit donata poſt mortem, item & ſub conditione caſuali,quæ non poterat niſi poſt mortem donantium adimpleri,fuit enim facta dicta conceſſio,ſeu donatio, ſi ipſi dantes,uel concedentes deceſſerint ſine filiis maſculis,ut in dicto inſtrumento habetur,quæ conditio non uerificatur,nec adimpletur,niſi poſt mortem ipſorum l. ex facto per totam legem ff.ad trebel.c.in præſentia de prob.& c. raynutius de teſta.cum ſimil.ergo data, & donata ſub hac conditione nõ ſunt cõferenda,Bar.in l.paulus ff.de colla.bon.quia ea,quæ ex donatione,uel legato,aut aliter acquiruntur poſt mortem eius,de cuius ſucceſſione agitur,non cõferuntur, ut uolunt docto.communiter Alex.& alij in d.auth.ex teſtamento,& in d.l.ſi donatione,& l.paulus ff.de colla.bono.cum ſi-
22 milibus:& † ideò Alex.in dictis locis concludit,& atteſtatur docto.communiter uelle, quòd quando pater donat filio, ſeu filiæ in poteſtate ſimpliciter(quo caſu talis donatio non ualet in uita,ſed morte patris cõfirmatur l.ſi filiæ, & ibi Bal. C.famil.herciſ.)talis donatio non confertur, quia filio poſt mortem patris acquiritur ad tradita per Alex.& alios in d.l.
23 ſi emancipati.Præterea †legata non conferuntur,quia poſt mortem acquiruntur,Alex.in d.auth.ex teſtamento,& in d. l.ſi donatione,& eſt uerum, ſed donatio facta filiæ in poteſtate ualet ut legatum, & relictum à patre d.l.filiæ, ibique Bar.Bal.& omnes,ergo illa conferri non debet,ſed nos ſumus in donatione facta filiæ, quæ non fuit ſimpliciter facta, ſed poſt mortem,& ſub conditione,quæ non poteſt niſi poſt mortẽ patris adimpleri,ergo ex quo acquiſita fuit poſt mortem Iacobi patris,non eſt hæredibus patris,hoc eſt ſorori ipſius Claræ conferenda,ut in d.l.paulus, l.filiæ,l.ea demum C.de colla.& Alex.& alij in d.l.ſi emãcipati.¶Non obſtat,
24 quòd † ex quo ſumus in contractibus, & in conditione caſuali,debet attendi tempus ſtipulationis, & nõ tempus,quo conditio adimpletur l.filius,& ibi doct. ff. de uerb.obli.cum ſimilib.conditio enim caſualis ſui natura, & regulariter ad tempus actus celebrati retrotrahitur l. qui balneum cum ſi
25 mil.& ibi Bar.ff.qui pot.in pig.hab. Præterea † quando apparet,quòd diſponens uelit debere attendi tempus diſpoſitionis, & non conditionis adimpletæ, tunc cõditio retrotrahitur,ut colligitur ex uerbis Bar.in d.l.ſi filius,& ibi Imol.in
26 ult. uerb. at † in caſu noſtro conſtat ex uerbis, & ex mente contrahentium ipſos uoluiſſe,conditionẽ appoſitam retrotrahi propter illa uerba ex nũc,prout ex tunc,& è conuerſo appoſita nedum conceſſioni rei,ſed etiam licentiæ, & facultati apprehendendi,& ingrediendi poſſeſſionem bonorum donatorum,quæ uerba faciunt conditionem aliàs ſui natura non retrotrahibilem,qualis eſt conditio poteſtatiua,retrotrahi,& propterea caſualis magis ſic retrotraheretur, ut uoluit Bal.in auth.contra rogatus ad fin.C.ad trebel.& facit,quod uoluit Alex.in l.1.ad fin.C.de codicil. Igitur propter hæc uerba in caſu noſtro cõditio dicetur retrotrahi ad tempus conceſſionis quoad effectum acquiſitionis, & conſequenter ſaltem fictè bona donata à Iacobo ipſi Claræ dicentur ei acquiſita in uita ipſius Iacobi, & conſequenter conferenda erunt per prædicta:Quia huic difficili obiectio
27 ni ſatis nor.reſpondetur,quòd †quamuis conditiones ſæpe, & reguariter retrotrahantur ad tempus conceſſionis quo ad effectum acquiſitionis d.l.ſi filius, d.l. qui potior, & d.l. qui balneum,& quando ſunt appoſita illa uerba ex nunc, prout ex tunc,tamen illa retrotractio debet intelligi fieri ſolum quoad acquiſitionem obligationis, ut in d. l. filius cum ſimilibus,niſi eſſet conditio,quæ non poſſet exiſtere in uita patris,nam tunc non retrotrahitur quoad obligationem ſaltem quoad effectum conferendi, Bart.per illum text. in d.l. paulus:ſecus,ſi in uita poſſet adimpleri,nam tunc retrotraheretur quoad effectum collationis l.2.§.id quoque ff.cod. tit.Nec etiam conditio poteſt retrotrahi quoad acquiſitionem dominij,quoniam dominium non acquiritur niſi eo tẽ
28 pore,quo conditio adimpletur,& non retrotrahitur, † ne contingat, eodem tempore duos fuiſſe dominos in ſolidum eiuſdem rei,ut in terminis uoluit Bal.in l.1. circa fin. C. an ſeruus ex fac.ſuo, quam declarationem ſequitur expreſsè Alex.in d.l.qui balneum,ac etiam in d.l.ſi filius,remittendo ſe ad Bal.item quia acquiſitio dominij requirit factum hominis,hoc eſt traditionem,l.traditionibus de pactis, & non
29 ex ſimplici contractu acquiritur, † prout fit obligatio,& hypotheca,l.licet §.ea obligatio ff.de procurat.l.conſilio ff.de cura.furio.& declarat Bar.& Bal.in l.qui aſſiduis C.qui potio.in pig.hab.& idem ex identitate rationis poteſt dici quo
30 ad acquiſitionem poſſeſſionis, † quæ etiam requirit factum hominis,hoc eſt corpus iuribus uulgaribus,& nõ poteſt eſſe penes duos in ſolidum eodem tempore l.3.§.ex contrario, & ibi plenè habetur cum ſimil. ff. de acquir.poſſ.& uidetur de hoc tex.clarus in d.l.paulus ff.de colla.bono.In caſu igitur noſtro non eſt locus collationi, quia cõditio quoad obligationem, & acquiſitionem dominij nõ potuit retrotrahi, ſed bona donata fuerunt ipſi Claræ acquiſita tempore,quo conditio fuit adimpleta,& ſic poſt mortem Iacobi,& Bapti
31 ſtæ.Præterea † Io.de Imo.in d.l.ſi filius in 2.col.uerſi.in contractibus autem ponit unum,quod nobis multum inſeruit, dicit enim,quòd in donatione facta per patrem filio,ſeu filiæ in poteſtate conditio appoſita,quæ ſui natura,& regulariter retrotrahi ſolet,non retrotrahitur, quoniam illa donatio morte confirmatur, ſed nos ſumus in donatione facta per patrem filiæ in poteſtate,& ſub cõditione, & ultra in ea fuit expreſsè conuentum, quòd deberet acquiri poſt mortem patris,ergo non debuit conferri, d.l.paulus cum ſimil.
32 ſupra allega.Præterea † etſi datum ſub conditione deberet conferri,quia cenſetur acquiſitum in uita propter retrotractionem conditionis,tamen quando eſſet datum, & conceſſum ſub conditione extitura poſt mortem, item hoc etiã expreſſo,quòd deberetur,& acquireretur poſt mortem dantis,& concedentis,tunc id non eſſet conferendum d.l.paulus,d.l.ea demum,& d.l.nec emancipati cum ſimil.Contrariũ ergo poſſet procedere,quando aliquid ſimpliciter fuiſſet datum ſub conditione caſuali,uel alia,quæ poſſet impleri,& in uita,& poſt mortem,ut in d.l.ſi filius,& in d.l.qui balneum cum ſimil.ſecus,ſi ſub conditione omnino poſt mortem extitura,ac etiam eo expreſſo,quòd datum, aut donatum deberet poſt mortẽ acquiri,hoc enim, quòd poſt mortem debeat acquiri, per ſe operatur, quòd nullo modo ſit conferendum d.l.paulus cum aliis ſupra allegatis.

¶Et ex prædictis tollitur unum, quod multum uidetur ſtringere,quòd illa uerba poſt mortem, et conditio, ſi deceſſerit ſine filiis, dicuntur adiecta non acquiſitioni, et tranſlationi dominij, ſed petitioni, ergo ius, et dominium fuit ipſi Claræ acquiſitum, quamuis petitio non potuerit fieri, niſi conditione adimpleta, quia reſpondetur, quòd non poteſt dici ius, ſeu dominium fuiſſe ſtatim acquiſitum, ſed ſolum poſt mortem, et adimpleta conditione,quia dominium acquiri non potuit abſque traditione,

& acquiſitione poſſeſſionis l.traditio de acq.rer. do. & l.traditionibus de pactis:& in inſtrumẽto nõ fuit appoſitũ pactũ cõſtituti,& ſic nõ fuit facta ficta traditio,ſed ſolum appoſitũ pactũ de ingrediendo,& apprehendendo poſſeſſionem poſt mortẽ,& euentũ cõditionis,ex qua apprehẽſione,& ingreſſu,& nõ ex ſimplici cauſa,ſeu titulo ius,ſeu dñiũ acquiritur. ¶ Aliud etiam non obſtat,quod,ut intellexi, quidam aduocatus partis aduerſæ in partibus adducebat, per quod dicebatur conſilium meum deciſiuum confundi, uidelicet allegando tex.in d.l.2.§.id quoque ff.de colla. bono.iuncta d.l. ſi filius,ut etiam uidetur uoluiſſe glo. in d.l.nec emancipati
33 C.de colla.quia reſpondetur primo,quòd † quoad acquirẽdum alteri,puta patri,aut domino inſpicitur tempus ſtipulationis,& non conditionis, d.l.ſi filius, & d.l.2.§. id quoque, ſed quoad acquirendum ipſi ſtipulatori, hoc eſt filio inſpicitur tempus conditionis d.l. paulus, & probatur in l. ſi rem meam ff.de uerb.ob.& eſt de mente Bald. in d.l.ſi filius, & in l. ſi ſeruus communis de ſtipula. ſeruo. & ſentit glo. in d.l.ſi filius allegando d.l.ſi rem: Nos autem ſumus in caſu,in quo quærendum eſt filiæ,& non patri,ut conſtat, ergo &c. Secundo reſpondeo,quòd aut id, quod ſub conditione debetur,poteſt impleri & uiuo,& mortuo patre,& id confertur, quia potuit patri acquiri, & ita loquitur text. in d.§.id quoque, aut ſub conditione omnino extitura poſt mortem patris,& id non confertur, quia non potuit patri acquiri, ita Bar.in l.penul.ff.de colla.bon. & ratio diuerſitatis colligitur ex iis, quæ ſupra dicta fuerunt ex mente Bald. Alex.& aliorum,qui ſimpliciter cum Bal. pertranſeunt. Et ita concludo ultra alia,quæ dicta fuere in conſilio deciſiuo, in quo rectè conſuluiſſe exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio facta ſimpliciter abſque expreſſione alicuius cauſæ cenſetur facta ex cauſa donationis.*
2 *Pater emens rem pro filio ſimpliciter uoluiſſe donare præſumitur.*
3 *Donatio ſiue expreſſa, ſiue præſumpta inter patrem, & filium in poteſtate non ualet in uita patris irreuocabiliter, ſed morte illius confirmatur.*
4 *Niſi ea tacitè, uel expreſſè fuerit reuocata, & quomodo reuocari dicatur.*
5 *A uoluntate præſumpta, & à iure ſpeciali facile receditur.*
6 *Dictio dummodo importat modum.*
7 *Modi effectus, & natura.*
8 *Satiſdatio fruſtra præſtatur, quæ præſtita nihil releuat.*
9 *Donatio non præſumitur ex perceptione fructuum ſolita facta ſciente, & patiente domino.*
10 *Donatio in dubio non præſumenda.*

EPITOME.

PROMISSIONEM *factam filiæ in poteſtate eſſe inter ipſos donationem præſumptam, & ex eo, quòd pater in teſtamento ſuo filios, ſeu filias omnes æqualiter inſtituerit, & uoluerit eos in bonis ſuis æquis portionibus ſuccedere debere, & illa inter eos eſſe communia, cenſeri reuocatam adeò, quòd morte patris poſtea confirmari non potuerit, hic probatur.*

CONSILIVM LV.

TITIA filia familias debitrix Sẽpronij in libris mille, & centum pro reſiduo cuiuſdam fundi per eam empti contraxit matrimonium cum Caio, illiq; fundum emptum in dotem dedit,pater aũt ipſius Titiæ promiſit eam,& maritum indẽnes eximere,& conſeruare à ſolutione dicti pretij,dummodo remaneãt ipſi patri tot fructus cuiſdam poſſeſſionis per dictam Titiam cõductæ,ex quibus poſſit ſe indẽnem à dicta ſolutione conſeruare: Quo contractu facto, Titia ceſſit iura patri in dicta poſſeſſione,deinde ipſamet ſoluit certã pecuniarum ſummã dicto Sempronio creditori,ut ſupra, nulla patri proteſtatione facta, ac etiam uiuens in communione cum patre fructus dictæ poſſeſſionis,ex quibus pater debebat indẽnis cõſeruari,habuit: Dubitatur modo,ex quo per Titiam non ſtetit, cum ex eius parte ceſſio facta fuerit,nec cõſtet patrem fuiſſe modo aliquo impeditum, quominus potuerit fructus percipere, an pater,ſiue eius hæredes teneantur indẽnem conſeruare dictam Titiam filiam à ſolutione dictarum librarum mille & centum, & an compenſari debeant fructus,ſi qui probarentur accepti à dicta Titia filia patre præſente, & conſentiente,an uerò potius donari dici deberent. Et comprehendendo utramq; difficultatem,paucisq; utendo,quoniam etiã in paucis ueritas conſiſtit,concludendum eſſe arbitror, quod hæredes patris non teneantur conſeruare Titiam prædictã indẽnem à dictis libris mille, & cẽtum promiſſis pro reſiduo pretij dictæ poſſeſſionis per ipſam Titiam emptæ, quoniam ſi uolumus dicere patrẽ fuiſſe ipſi Titiæ obligatum ex promiſſione illi facta per patrem,ut ſupra,neceſſe eſt præſupponere talem promiſſionem continuiſſe, & continere cauſam
1 donationis inter patrem,& filiam, tum quia † promiſſio facta ſimpliciter abſque expreſſione alicuius cauſæ cenſetur facta ex cauſa donationis arg.l.2.§.ſiquis cum gl.& ibi Bar. ff.de excep.doli,& l.cum de indebito ff.de proba. tum quia
2 † pater emens rem pro filia ſimpliciter præſumitur uoluiſſe donare filiæ l.filiæ cum ibi not.C.famil.hercis.Sed hoc eſt iu
3 ris apertiſſimi,quòd † donatio expreſſa, ſiue præſumpta inter patrem,& filiam in poteſtate in uita patris non ualet irreuocabiliter, ſed morte illius confirmatur,ut eſt caſus clarus in d.l.filiæ,ibique doct.omnes,& per Bar.& alios in l.frater à fratre ff.de cond.indeb.ergo &c.Et ſi diceretur,patrẽ Titiæ eſſe mortuum, & propterea huiuſmodi donationem fuiſſe ad utilitatem Titiæ confirmatam, reſpondetur, quod
4 † præſumpta donatio reſultans ex emptione facta per patrẽ nomine filiæ,quæ ſapit quandam ultimam uoluntatem,cõfirmatur morte patris,niſi ea fuerit tacitè,uel expreſsè reuocata:Et dicitur reuocata,quãdo pater poſtea mutauit propoſitum d.l.filiæ: & pater dicitur mutaſſe propoſitum quoad effectum reuocationis dictæ donationis, quãdo uſus fuit
5 uerbis generalibus,quia † facile à uoluntate præſumpta, & à iure ſpeciali receditur l.fin.in prin.ff. de leg.2.ut quia pater poſtea teſtamẽtum fecerit, & filias omnes æqualiter inſtituerit,diſponẽdo enim, quòd bona ſua ſint inter filias cõmunia,& in illis æqualiter ſuccedant, conſtat, patrem mutaſſe propoſitum,& reuocaſſe illam donationem præſumptã uni ex filiabus,hoc eſt Titiæ factam,nam ante mortem patris id, quod pater promiſit pro filia rem emendo, adhuc dicitur eſſe in dominio,& ĩ bonis patris,ergo illud appellatione bonorum patris continetur: ita uolunt expreſsè Sali.& Bal.in d.l.filiæ circa princ.& hoc ſuadet naturalis æquitas, & par charitas,& affectio filiarum argumẽto l.illud C.communia utriuſq; iudi.& Sali.ibi inquit hoc eſſe uerius,& æquius. Præterea pater dictæ Titiæ promiſit ipſam conſeruare indẽnẽ, ut ſupra,dummodo ipſi patri remaneat ius cõductionis poſſeſſionum conductarum ab ipſa Titia ad effectum, ut pater poſſit de,& cum fructibus,introitibus,& lucris illarũ ſe indẽnem releuare,ex quibus clarè infertur, quòd dicta promiſ
6 ſio facta per patrem fuit modalis,nam † dictio dũmodo importat modum l.cum ab eo ff.de contrah. emp. & Bart.in l.
7 quibus §.termilius in 2.col.ff.de condi.& demon.† de cuius effectu,& natura eſt,quando modus reſpicit fauorem non illius, qui modũ debet adimplere, ſed illius, cuius reſpectu eſt adimplẽdus,quòd is,qui modum adimplere debebat,nõ poſſit cum effectu agere, niſi realiter, & cum effectu perfectè modum adimpleuerit,aut de adimplendo illum perfectè ſatiſdederit, ut latè habetur per Bar. per illum tex.in d. §.ter-

§ termilius in pen.& ult.col. Sed dicta Titia modũ adiectũ perfectè non adimpleuit, nec etiam de implendo illũ ſatiſdedit, immò amplius cũ effectu nõ poteſt ſic ſatiſdare, quia finita fuit locatio, unde fruſtra dicta ſatiſdatio præſtaretur,
8 & † fruſtra præſtatur ſatisdatio, quæ præſtita nõ operatur, nihilq́; releuat l.hæc ſtipulatio §.diuus ff.ut leg.nom. cau. & l. aliquãdo §.ſi ſub cõditione ff.ad uel.l.ergo &c. Nec obſtat, quòd Titia patri ceſſerit, dimiſerit, ac relaxauerit ius cõductionis, quoniã modus ita nõ dicitur perfectè adimpleri, tũ quia ceſſio non fuit facta in forma, qua mediante pater potuerit agere iuxta ea, quæ habentur in l.fi. C.mãda. tũ quia Titia cõtraueniẽdo iis, quæ patri promiſerat, habuit, & percepit omnes fructus dictarum poſſeſſionum conductarum, illosq́; in ſuam utilitatem conuertit, ex quibus pater non potuit ſe indemnem à dicta ſua promiſſione releuare; & ſic conſtat ipſam modum non adimpleuiſſe, ſed potius actum contrarium feciſſe, per quem modus non dicitur perfectè adimpletus, ad tradita per Bar.in d.§.termilius, & ideò Titia cum effectu agere non poteſt. Non obſtat, quòd Titia fructus percepit, ſciente, & patiente patre, & conſequenter perinde habetur, ac ſi pater illos percepiſſet, quia uide-
9 tur illos Titiæ donaſſe, nam reſpondetur primo, quòd † ipſa Titia filia fructus percepit, ueluti ſolita, & cõſueta erat percipere, & conſequenter non taquam ſibi à patre donatos, & ideò donatio præſumi nõ poteſt l.2.§. ſiquis ff.de excep. doli, & argumento l.continuus §.cum ita ff.de uerb. oblig.
10 Secundo dico, quòd † in dubio nunquam eſt præſumenda donatio l.cum de indebito ff.de probatio. l. campanus ff. de oper.liber.& l.cum aurum ff.de ſolutio. Tertio dico, quòd poſito absbque præiudicio ueritatis poſſe donationem in caſu noſtro præſumi ex ſcientia, & patientia patris, tamen ex quo ſumus inter patrem, & filiam in poteſtate, talis donatio præſumpta ab initio non ualet irreuocabiliter, ſed morte patris confirmatur d.l. filiæ: & pater mutaſſe propoſitum in caſu noſtro cenſetur eo ipſo, quod in teſtamento ſuo uoluit filias æqualiter ſibi ſuccedere in bonis ſuis per ea, quæ uoluit Salice. poſt Bald.in dicta. l. filiæ circa principium. Ex prædictis itaque arbitror cohæredes reos conuentos de iure fore, & eſſe à pètitione dictæ Titiæ abſoluendos. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio dicitur, vbicunque ſoluitur indebitum omni iure.*
2 *Legatum, ſeu relictum factum à teſtatore, uel moriente in minus ſolemni voluntate non debetur ciuiliter, ſed ſolum naturaliter: Maximè, quãdo de illo conſtat per confeſsionem hæredis, qui erat ab inteſtato ſucceſſurus num. 14.*
Et quando nec naturaliter debitum dicatur, num. 21. & 28.
3 *Obligationis ciuilis, & naturalis ortus impeditur per probibitionem legis, & ſtatuti.*
4 *Promiſsio facta, nulla ſolemnitatis requiſitæ forma ſeruata, promittentẽ nec ciuiliter, nec naturaliter obligat.*
5 *Defectus formæ maior eſt, quam defectus materiæ.*
6 *Vſusfructus quoque donari poteſt.*
7 *Donari id dicitur, quod nullo iure cogente conceditur.*
8 *Donare videtur ſciens ſe poſſe recuſare, quin obligetur, & ſe obligari patiens.*
9 *Iuramentum in inſtrumento donationis appoſitum an, & quando defectum inſinuationis ſuppleat, vt donatio abſque illa valeat, & quando non.*
10 *Donatio non eſt, ſed debiti ſolutio, quando quis ſoluit debitum naturaliter, licet ciuiliter eſſet indebitum.*
11 *Nec tunc inſinuatio requiritur.*
12 *Nec reuocari, nec tanquam indebitum repeti poteſt.*
Quod limitatur num. 22.
13 *Confeſsioni, & aſſertioni confitentis ad ſui præiudicium ſtatur.*
15 *Solutio ob cauſam de præterito nõ obligatoriam, quamuis cauſa ſit falſa, non reuocatur, neque ſolutum repetitur. Et ad quod illa cauſa non vera conſideretur.*
16 *Solutio indebiti ciuiliter, & naturaliter ex aliqua cauſa putatiua, & nõ vera facta non dicitur donatio.*
17 *Ex diſpoſitione defuncti non ſolemni quoad inſtitutionem, & legata hæres, qui ab inteſtato ſucceſſurus erat, rogatus etiam ab inteſtato, legatarijs de æquitate naturali non ſcripta naturaliter tenetur, & ſolutum non repetit. Secus de æquitate ſcripta.*
18 *Diſtractus potius, quam contractus dicitur datio ob cauſam, vel ob debiti ſolutionem.*
19 *Indebiti actio ad repetendum ſi detur, multo magis exceptio doli ad retinendum, & excludendum.*
20 *Ad indebitum vtroque iure per ignorantiam ſiue iuris, ſiue facti ſolutũ, aut datum, ſeu promiſſum & repetitio, & exceptio doli datur, & competit.*
22 *Idem, ſi eſſet indebitum ſolum ciuiliter, ſed naturaliter debitum, ac ignorantia iuris ſolutum, et ii, qui ſoluiſſet, de damno euitando certaret.*
23 *Filio ſtatim mortuo patre acquiritur dominium rerum, & bonorum paternorum, ac etiam poſſeſsio vera, ſtante ſtatuto loci, quòd poſſeſsio defuncti in hæredem continetur.*
24 *Ignorantia iuris non nocet, quando agitur de damno euitando.*
25 *Iuris error tollerabilior eſt, magiſque præſumitur in fœminis, quam in maſculis.*
26 *Legatum, ſeu relictum factum in minus ſolemni voluntate quando dicatur naturaliter debitum, & ſolutum, ſiue in ſtipulatione, vel contractu poſtea deductum, & promiſſum debeatur, nec repeti poſſit, & quando ſecus ſit.*
27 *Legatum, ſeu relictum an, & quando dicatur factum ex ijs, vel ſimilib. verbis, volo relinquere, ſeu legare, vel habeo mentem, & voluntatẽ legandi, ſeu relinquendi.*
29 *Velle incœpiſſe non ſufficit, niſi fuerit perfecta voluntas, etiam in diſpoſitione inter liberos facta.*
30 *Confeſsio quando quoad poſſeſsionis tranſlationem confitenti noceat, & quando non.*
31 *In vſufructuarium naturalis poſſeſsio transfertur, niſi contrarium ſit actum, ſiue conuentum.*
32 *Poſsidens, ſeu in poſſeſsione exiſtens nomine alieno non dicitur poſsidere, ſed is poſsidet, cuius nomine poſsidetur.*
33 *Clauſula ad habendum &c. quandoque non de uera poſſeſsione, ſed de corporali detentatione intelligitur.*
34 *In detentatione corporali, & actuali ſi detinens turbetur, & moleſtetur, quomodo ei ſuccurratur.*
35 *Locatio rei meæ à me poſſeſſæ facta ab alio, me præſente, & ſciente, poſſeſsioni meæ non præiudicat.*
36 *Conſtitutum de poſsidendo in inſtrumento nullo, & inualido appoſitum nullam transfert poſſeſsionem.*
37 *Idem eſt in locatione in inſtrumento nullo, & inualido facta.*
38 *Poſſeſſorium retinendæ vti poſsidetis competit ſolum verè poſsidenti, et in eo obtinet ſolum verè, & propriè poſsidens naturaliter, & ciuiliter, vel naturaliter tantum, vel ciuiliter tantum, & non is, qui alieno nomine eſt in poſſeſsione.*
39 *Vſufructuarius in poſſeſsione rei nomine proprietarij eſſe poteſt, & tunc ei interdictum vti poſsidetis non competit.*
40 *Vſusfructus natura alteratur, & non ius vſusfructus, ſed potius quædam commoditas, & licentia percipiendi fructus conceditur; atque transfertur, quando actum eſt, vt poſſeſsio rei ſit penes proprietariũ, & illius nomine vſufructuarius poſsideat.*

EPITOME.

DONATIO *non eſt, ſed potius debiti ſolutio, & ob cauſam datio, quando hæres, qui aliàs ab inteſtato ſucceſſurus erat, aſſerens uoluntatem patris ſuæ fuiſſe tempore ſui obitus relinquere uxori ſuæ uſumfructum certi fundi, eundem fundum præfatæ uxori ad utendum, & uſufructuandum toto eius uitæ tempore dedit, conceſſit, ac aſsignauit.*

Et ex hac aſſertione, ſeu confeſsione hæredis non dici probatum, relictum huiuſmodi uſusfructus fuiſſe à defuncto factum, & illud, nec naturaliter, nec ciuiliter eſſe debitum, & propterea dictam uſusfructus conceſsionem, & aſsignationẽ tanquam ignoranter, & errore factam poſſe ab hærede per indebiti repetitionem, uel doli exceptionem reuocari, dictamq́; hæredis confeſsionẽ ſibi nec quoad naturalem poſſeſsionem præiudicaſſe, ſi uxor præfata inſtrumento conceſsionis, & aſsignationis dicti uſusfructus

ctus dixit, & proteſtata fuit ſe fore in poſſeſſione dicti fundi nomine ipſius hæredis:

Et conſequenter in iudicio poſſeſſorio retinendæ ſuper hoc intentato hæredem antedictum, & non ipſam uxorem debere obtinere, hic demonſtratur.

CONSILIVM LVI.

VISO inſtrumento, in quo domina Agnes tanquam filia, & hæres q. Franciſci de pignonibus pro adimplemento, & executione mentis, ac uoluntatis dicti eius patris, quam tempore obitus illius fuiſſe relinquendi dominæ Angelæ uxori ſuæ, & dictæ do. Agnetis nouercæ infraſcriptum uſumfructum intellexiſſe aſſeruit, dedit, tradidit, & aſſignauit præfatæ dominæ Angelæ ipſius nouercæ pro ſe, & toto tempore uitæ ſuæ ad utendum, gaudendum, & uſufructuandum &c. dimidiam pro indiuiſo unius poſſeſſionis iuris, ſeu hæreditatis præfati quondam domini Franciſci &c. uiſisque ſtatutis ciuitatis Parmæ mihi exhibitis, & ad cauſam facientibus, ac etiam uiſis pulcherrimis iuris allegationibus ad fauorem dictæ dominæ Agnetis factis, in quibus inter alia præſupponitur contractum, ſeu inſtrumentum de quo ſupra, fuiſſe contractum donationis; nec non iudicium motum, & factum inter ipſas partes fuiſſe principaliter ſuper poſſeſſorio retinendæ uti poſſidetis: in quo iudicio dubitatum etiam fuit, nunquid ſtante reſcripto impetrato potuerit cum illo poſſeſſorio retinendæ petitorium cumulari, ut ſimul & ſemel ſuper utroque poſſit procedi, & ſententia ferri, ut ex dictis allegationibus infertur, breuius, quã potero, omiſſis pluribus, quæ per alios aduocatos diſcuſſa, & examinata fuerunt, reliqua quædam ad fauorem do. Agnetis conſiderabo. Et primum erit, an contractus, & inſtrumentum huiuſmodi ſit contractus, ſeu inſtrumentum donationis, an uerò alterius actus. Secundum erit, præſuppoſito ſecundum ea, quæ mihi præſupponuntur, quòd intentatum fuerit poſſeſſorium retinendæ, & ſic ſimus in iudicio uti poſſidetis, an in illo debeat obtinere domina Agnes, an uerò domina Angela, cui uſusfructus dictæ dimidiæ poſſeſſionis pro indiuiſo fuit aſſignatus.

¶Venio ad primum, in quo uidetur, quòd inter dominam Agnetem, & dominam Angelam contracta fuerit donatio quædam, primo, quia uſusfructus, quem conſtituit domina Agnes, erat indebitus ciuiliter, & naturaliter ipſi do. Angelæ, ergo domina Agnes dando, & conſtituendo illum do-
1 minæ Angelæ uidetur eum donaſſe, quia † ubicunque ſoluitur indebitum omni iure, dicitur donatio, argumento l. ſi donationis C. de contrahen. emp. l. nuda ff. eod. l. imaginaria ff. de reg. iur. & traditur expreſsè per Bar. in l. 1. in 2. colum. ff. de donatio. quòd autem fuerit indebitus utroque iu-
2 re, patet, † nam propter defectum ſolemnitatis uſusfructus relictus à do. Franciſco ciuiliter erat indebitus, ut doct. cõmuniter uolunt poſt Bar. & gloſ. in l. cum quis C. de iur. & fact. ignor. & per gloſ. in l. 2. C. de bono. poſſ. ſecund. tab. in l. donari, & in l. cuius per errorem ff. de reg. iur. facit text. in l. in teſtamento ff. de fideicommis. liber. in l. regula §. ſi quis ius ff. de iur. & fact. ignor. l. fideicommiſſi ff. de condict. indebi. & in l. 2. & fina. C. de fideicomm. cum ſimilibus, ubi concluditur, quòd legatum, ſeu relictum factum à teſtatore, uel moriente in minus ſolemni uoluntate, de quo conſtet uel per duos teſtes, uel per confeſſionem hæredis grauati, qui talis erat, qui etiam ab inteſtato ſucceſſurus erat, non debetur ciuiliter, ſed tantum naturaliter: item in caſu noſtro relictum huiuſmodi uſusfructus factum dominæ Angelæ à domino Franciſco erat etiam indebitum naturaliter, quia & ſi (ut proximè dictum fuit) regulariter, & de iure communi deberet dici debitum naturaliter, tamen in terminis noſtris ſecus eſt, propterea quia per ſtatutum maritus eſt prohibitus relinquere uxori ultra libras centum Parmenſes, ſub rubrica quid, quantum, & quomodo poſſint mariti legare uxoribus, quod ſtatutum loquitur etiam in caſu, quo maritus ſolemniter, ſeu in teſtamento ſolemni uxori legaſſet, ſeu ali
3 ter reliquiſſet ultra libras cẽtum Parmenſes: quæ † prohibitio impedit ortum obligationis ciuilis, & naturalis l. non dubiũ C. de legib. l. quemadmodum C. de agri. & cenſ. lib. 11. l. ſi non ſortem in prin. & ibi Barto. & omnes ff. de cond. in-
4 deb. & tanto magis hoc uerum eſſe uidetur, † ex quo diſpoſitio facta per dictum dominum Franciſcum de uſufructu non fuit ſolemnis, ſed facta nulla forma ſeruata, argumento l. non codicillum C. de teſtamen. l. 1. §. ſi quis ita ff. de uerborum obligat. ubi eſt caſus clarus, quòd licet de conſenſu promittentis per nutum, ſeu per ſigna conſtet, tamen ex quo non fuit ſeruata forma ſtipulationis, promittens nec ci
5 uiliter, nec naturaliter obligatur, quoniam † maior eſt defectus formæ, quam materiæ, primus enim facit, quòd non ualeat actus etiam, ut ualere poteſt, & ſic ut ſimplex pactũ, & ut naturaliter poſſit quis etiam obligari, ſecundus non impedit ſaltem naturalem obligationem oriri l. an inutilis in prin. ff. de acceptila. ¶Secundo, ſi uerum eſt, prout uerum eſſe arbitror, quòd uſusfructus relictus à domino Franciſco dominæ Angelæ nullo iure eſſet debitus, quamuis per confeſſionem do. Agnetis de huiuſmodi relicto, & de uoluntate domini Franciſci circa illum conſtaret, ut dictum fuit, ſequitur, quòd do. Agnes illum dando, & conſtituendo do-
6 minæ Angelæ eum donaſſe dicitur, quia & † uſusfructus donari poteſt §. 1. cum glo. Inſtit. de uſufruct. iuncto §. fina.
7 cum glo. Inſtit. de ſeruit. ruſt. prædio. & † donari id dicitur, quod nullo iure cogente conceditur l. donari ff. de donat. &
8 l. donari ff. de regu. iur. cum ibi not. & † ubicunque quis ſciuit ſe poſſe recuſare, quin obligetur, & paſſus ſit ſe obligari, donare uidetur l. campanus ff. de oper. liber. & facit l. ſi cum aurum ff. de ſolutio. & l. cuius per errorem ff. de reg. iu. & not. per glo. per illum textum in l. damus ff. de cond. indeb. ¶Qua concluſione ſtante locus eſſet illi difficultati, an talis donatio, ſeu conſtitutio uſusfructus diceretur nulla, & inualida ex eo, quod non fuit inſinuata, prout ex forma ſtatutorum Parmæ donationes ſunt inſinuandæ, & an iuramentum in inſtrumento appoſitum ſuppleuerit defectum inſinuationis: quæ omnia ſatis plenè, & dilucidè examinata fuerunt per alios aduocatos, quorum diſtinctio tãquam æqua, & iuri conſona ſatis placet, ac benè inſeruit caſui noſtro per ea, quæ ipſi allegant, quæ aliter non refero, & materia eſt ſatis latè tractata per ſcribentes omnes, & maximè Modern. in l. nemo poteſt ff. de lega. 1. & per Imo. in c. cum contingat extra de iureiuran. per Alexan. etiam in l. cum de indebito ff. de probat. & habetur pulcherrimè per dominum meum Sozinum in conſi. ſuo 80. in ultima colu. in uerſi. nec
9 obſtant auctoritates &c. uolumi. 1. † in quo ego cum ipſis, ac cum domino meo concludo, quòd aut in inſtrumento donationis non fuit renunciatum inſinuationi, & ſimplex iuramentum non ualidat donationem, & hic eſt caſus noſter, aut fuit expreſsè renunciatum ſolemnitati inſinuationis ſimpliciter abſque iuramento, & renunciatio non ualet, quia huic ſolemnitati renunciari non poteſt, ut habetur in d. l. nemo poteſt, per Bartolum in l. modeſtinus ff. de donatio. aut cum iuramento, & tunc ualet renunciatio, & tenet donatio abſque inſinuatione ob iuramentum interpoſitum: & ita procedat opinio canoniſtarum, Imolæ, & aliorum in d. c. cũ contingat, & in alijs locis allegatis. ¶Tertio uidetur dicendum, quòd hæc conceſſio, ſeu conſtitutio uſusfructus non fuerit donatio, ſed potius debiti ſolutio, ut dicit tex. nota. qui benè nobis inſeruit, in l. hoc iure §. ſi quis ſeruo. ff. de do-

10 donatio. & ibi gloſ. qui tex.probat † quòd ubicunque quis
ſoluit id,quod erat indebitum ciuiliter, ſed naturaliter debi
tum erat,tunc non eſt donatio,ſed debiti ſolutio, & ita per
illũ tex.& per plura alia uoluit glo.in d.l.cuius per errorẽ,
& melius in l.donari ff.de regu.iur.quod ſuadetur, nam do
nari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur d. l. do-
nari; ergo ſi id, quod eſt naturaliter debitum, concedatur,
non dicetur donatũ,quia ſaltem iure naturæ cogente conce
ditur, argumento l.in teſtamento ff.dé fideicom. liberta.cũ
11 ſimilibus: & ex hoc infertur, quòd † talis conceſſio, ex quo
non eſt donatio, non requirit inſinuationẽ, ſed ualet abſq;
ea,ut concludit Bar.in d.l.1. in 2.col.ff.de donatio. & habe
tur per Abb.poſt Ioan.Andr.in rub.,extra de donatio. cum
12 ſimilib. Item infertur, † quòd talis conceſſio, ſeu debiti ſo-
lutio eſt irreuocabilis,& in ea locus non eſt, repetitioni in-
debiti,ex quo ſolutum erat naturaliter debitum, l.1.cum ibi
not.ff.de cond.indeb.l.naturaliter eod.tit.cum ſimilibus, &
habetur latè per glo.& doct.in l.cum quis C.de iur.& fact.
ignor.& in d.l.cuius per errorem, & facit tex.in l. fideicom
miſſum ff.de cond. indeb. ubi ſi fideicõmiſſum ſit relictum
minus ſolemniter, & hæres uolens bonam fidem agnoſce-
re per ſtipulationem illud promiſerit, & ſoluerit, non repe
tit, quando à ſciente promiſſum, & ſolutum fuit: Sed in
terminis noſtris uſusfructus fuit relictus Angelæ per domi-
num Franciſcum,cuius mens, & uoluntas tempore obitus
fuit relinquendi dictum uſumfructum, ut atteſtatur,& con
feſſa fuit do.Agnes hæres dicti domini Franciſci, quæ aſſe-
13 rit hoc intellexiſſe,†cuiusq; aſſertioni,& confeſſioni ſtandũ
eſt ad præiudicium ſuum, ſaltem ut ſibi quoad poſſeſſionẽ,
quam trãſtulit,præiudicet,iuxta ea,quæ habentur in l. cum
de indebito in fin.ff.de probatio.& in l. cum teſtamentum
per glo.Bar.& alios C.de iur.& fac.ignor.& eſt glo.in d.l.2.
C.de bono.poſſ.ſecund.tab.ergo licet huiuſmodi uſusfru-
ctus fuerit relictus minus ſolemniter, & non ſeruata forma
requiſita in teſtamentis, ſeu in aliis ultimis uoluntatibus,&
14 ſic in diſpoſitione non ſolemni, tamen † ex quo de relicto
uſusfructus conſtat, ut dictum eſt,per confeſſionem hære-
dis,qui eſt talis,qui erat ab inteſtato domino Franciſco ſuc
ceſſurus,ſequitur, quòd illud relictum uſusfructus ſaltem
naturaliter debitum fuit,ut eſt gloſ.quam Bart. Bald.Salice.
Paul.de Caſt.& omnes communiter ſequuntur in d. l.cum
quis C.de iur.& fact.igno.& in d.l.2.C.de bono.poſſ.ſecũ.
tab.in l.1.ff.de cõd.indeb.& in d.l.cuius per errorẽ,d.l.in te
ſtamento,& d.l.fideicommiſſum cum glo. & ideò ex quo
uſusfructus conſtitutus fuit per dominam Agnetem ſcien-
tem mentem patris ſui illud factum potius debet dici con-
tinuiſſe ſolutionem debiti,quam donationem d. l. hoc iure
§.ſi quis ſeruo,& conſequenter irreuocabiliter tenuit, nec
repeti potuit per prædicta. ¶ Quarto quòd non fuerit do
natio, ſed ob cauſam de præterito datio, probatur in l. da-
15 mus ff.de cond.indeb.qui tex.probat †quod ſolutio ob cau
ſam de præterito non obligatoria, quamuis cauſa ſit falſa,
non reuocatur,nec ſolutum repetitur; & ideò Salice. per
gloſ.in d.l.cum de indebito §. ſin autem dicit, quòd ſi quis
promiſit, ſeu ſoluit aliquid ex eo,quod illud ab eo recepe-
rit,cum in ueritate non receperit,illa cauſa eſt in conſide-
ratione, non ut obligationem producat,ſed ut declaret mẽ
tem promittentis fuiſſe non uelle donare, ex quo ob cau-
ſam promiſit,ad quod facit tex.in d.l.damus,& in d.l. fidei-
16 commiſſum: & †uoluit Bar.in d.l.1.in 2.col.ff.de donatio.
quòd quando ſoluitur indebitum etiam utrotroq; iure ui-
delicet ciuiliter,& naturaliter,& id ſoluitur ex aliqua cauſa
putatiua, & non uera,non dicitur donatio,ex quo non ex li
beralitate, ſed reſpectiuè fuit ſolutum,ergo cum in caſu no
ſtro uſusfructus fuerit datus,& conſtitutus per dom. Agne
tem ipſi dominæ Angelæ ex certa cauſa,ſeu ob cauſam pro
adimplendo, & executioni mandando uoluntatem patris
ſui,quæ fuit relinquendi dictum uſumfructum dominæ An
gelæ, ſequitur,quòd hæc datio, & conſtitutio uſusfructus
non poteſt dici donatio; & ideò in ea non fuit neceſſaria
inſinuatio,ut in ſimili dicit Bar.in d.l.1.in 2.col. & ibi doct.
Alex.& alij,& habetur per Abb.in d.rub.eod. tit. extra do-
17 natio. Præterea,† ut dicit Bal.in d.l.cum quis in 4.col.C.de
iur.& fact.ignor.quando diſpoſitio defuncti non eſt ſolem-
nis quoad inſtitutionẽ hæredis, nec quoad legata, & ille,
qui erat ſucceſſurus ab inteſtato, erat rogatus etiam ab in-
teſtato ab ipſo defuncto, tunc de æquitate naturali non ſcri
pta naturaliter tenetur, & ſolutum non repetitur d.l. in te
ſtamento de fideicom. liber. ſed de æquitate ſcripta non te
netur naturaliter, ex quo iuris obſeruantia deficit l. ſi poſt
diuiſionem C.de iur.& fact.ignor.ergo in caſu noſtro quã-
uis de æquitate ſcripta naturaliter dicta domina Agnes nõ
teneretur,de æquitate tamẽ nõ ſcripta erat naturaliter obli
gata: & ideò ex quo id, quod fuit relictum, deductum fuit
in ſtipulationem,& promiſſionem, fuit efficaciter debitum
d.l.fideicommiſſum cum gloſ.ff.de condict. indeb.
¶ Præmiſſis tamen non aduerſantibus, arbitror concluden-
dum eſſe ad fauorem do. Agnetis,quòd ipſa conſtitutioni
dicti uſusfructus ſtare non teneatur, illumque poſſit re-
uocare, atque repetere: quia tenendo,quòd in caſu noſtro
hæc conſtitutio,& datio uſusfructus non ſit donatio,ſed po
tius debiti ſolutio, ſeu datio ob causã,ut in d. l.hoc iure §.ſi
18 quis ſeruo, & in d.l.damus cum ſimil. ſupra adductis,† quæ
potius dicitur diſtractus,quam contractus,cum etſi per er-
rorem facta fuerit pro ſatisfaciendo, & adimplendo uolun
tatem defuncti, tamen magis diſtrahendæ obligationis ani
mo, quam contrahendæ facta uideatur l.ex maleficiis §. is
quoque ff.de actio.& obliga.& dicit tex.in §. is quoq; inſt.
quibus mod. re contrah.obliga.in final.uerb.quòd is,qui ſol
uendi animo dat, magis uoluit negotium diſtrahere,quam
contrahere, ſequitur, ut ſtatim oſtendam, quòd do. Agnes
potuit dicere, ſe huic conſtitutioni uſusfructus tanquã in-
debitè factæ nolle ſtare, & in caſu,quo ius uſusfructus eſſet
translatum in dominam Angelam, iuxta l. 3. §. dare ff. de
uſufruct. cum ibi not.illud poſſet per dominam Agnetem
proprietariã repeti per cõdictionẽ indebiti ad not.per glo.
in d.l.1.& in d.l.damus,& ſi ius uſusfructus non eſſet datũ,
neque translatum iuxta tex.in d.§.dare,do. Agnes per ex-
19 ceptionem doli poterit dominam Angelã excludere,†quia
cui damus actionem, multo magis exceptionem l. 3. & ibi
Bal.C.de cond.indeb.ubi caſus clarus,& in terminis,quòd
ubi ad repetendum actio indebiti datur,multo magis com-
petit, exceptio doli ad retinẽdum, & excludendum: quòd
autem ipſi do. Agneti ſit prouiſum, uel ſuccurſum per con
dictionem indebiti, uel ſine cauſa,aut per doli exceptioem,
20 iuxta d.l.3.demõſtro primo hoc modo, † ubicunq; id,quod
ignoranter ſoluitur,ſeu datur,aut promittitur, eſt utroque
iure indebitum,ſiue id per ignorantiam iuris, ſiue facti ſol-
uatur, & detur, poteſt repeti, ut uoluit glo.in l.cuius per er
rorem ff.de reg.iur.& habetur in l.cũ quis C.de iur.& fact.
ignor.& per glo.& Bar.in pen.col.ibiq; oẽs ff.de cõd.inde.
& eſt concluſio ueriſſima,ſed in caſu noſtro domina Agnes
conſtituit uſumfructum pro adimplendo, & exequutioni
mandando uoluntatem, & mentem patris ſui, quæ fuit re-
linquendi huiuſmodi uſumfructũ do. Angelæ eius uxori,
21 † quod relictum uſusfructus utroque iure fuit indebitum,
uidelicet ciuiliter, quia factum in minus ſolemni uolunta-
te,ut præſupponunt docto.poſt glo.in d.l.cum quis, & in d.
l.2.C.de bono.poſs.ſecund.tab.& in d.l.1.ff.de cond.inde-
bi.cum ſimilibus ſupra allegatis,item & naturaliter,quia fa
ctum contra prohibitionem ſtatuti ciuitatis Parmæ, quod
prohibet maritum uxori non poſſe relinquere, ſeu legare
ultra

ultra centum libras, ut colligitur ex illis uerbis, non poſ-
ſit &c.iuxta text.cum ibi not.in l.de his ff. de tranſactio.c.1.
de re iudica.in 6.& ibi Ioan.Andr. quæ prohibitio facit, ut
non dicatur naturaliter debitum,nec orta ſit obligatio natu
ralis l.ſi non ſortem in prin.& ibi Bar.& alij ff.de condi.in-
debi.l.non dubium C.de legibus,d.l.de his, & ibi Bart.cum
ſimilibus, & fuit ſolutum, ſeu datum dictum legatum uſuſ-
fructus dominæ Angelæ per ipſam dominam Agnetem, ut
in dicto inſtrumento, ignoranter, quia ipſa credebat ſe ad
præſtandum illum teneri, ut in dicto inſtrumento, & prout
in dubio præſumi debet, ut dicit text. in l.cum de indebito
ff.de probatio. Ergo ſiue uſusfructus ille fuerit conſtitutus
ex iure,ſiue ex facti ignorantia, conſtitutio non dicetur ua-
lida, & ideò uel poterit tanquam indebitus repeti, uel do-
mina Angela ope exceptionis doli excludi.
22 ¶ Secundo, † poſito,ſed non conceſſo,quòd relictum uſuſ-
fructus fuiſſet ſaltem debitum naturaliter, quia non ciuili-
ter,ex quo erat factum in minus ſolenni uolũtate, ut ſupra,
& prout eſt regulariter,ut uolunt docto. ferè omnes in d.l.
cum quis,in d.l.1. in d.l.cuius per errorem, & l.in teſtamen
to ff.de fideicom. liberta. cum ſimilib. Vbi habetur,quòd
relictum, ſeu fideicommiſſum, & legatum factum in ultima
uoluntate minus ſolenni dicitur indebitum ciuiliter,ſed na-
23 turaliter debitum,tamen † ex quo domina Agnes,cui ſta-
tim mortuo patre acquiſitum fuit dominium rerum,& bo-
norum paternorum l.in ſuis ff.de liber.& poſth.& ibi Bar.§.
ſui Inſtit. de hæred.qual.& differ. Bart.in l. fin.ff.de condit.
inſtitutio. & in l.1.§.ſi pater ff. ad Syllania. necnon poſſeſ-
ſio uera ex diſpoſitione ſtatuti Parmæ,quod uult,poſſeſſio-
nem defuncti in hærede continuari, adeò, quod nullum ſit
clare medium, & illa nunquam dicatur uacare, & latius, ut
in dicto ſtatuto; ex cuius uerbis iunctis iis, quæ uoluit Dec.
in conſ.84.in ult. colum. infertur, quòd in caſu noſtro poſ-
ſeſſio omnis,& uera fuit in ipſam dominam Agnetem tran-
ſlata, ſequitur,quòd ipſa dicitur certare de damno euitan-
do, & propterea & ſi ipſa dictum uſumfructum ex ignoran
tia iuris ſoluerit, & conſtituerit, tamen locus eſt repetitioni
24 uſusfructus,& eius conſtitutio non tenet, † quoniam quan-
do agitur de damno euitando, iuris ignorantia non nocet,
immo prodeſt,ſicut ignorantia facti l.error ff.de iur.& fact.
ignoran.& minus fœminis error iuris nocere dicitur d.l.er-
ror,iuncta l.regula.§.1. eod.tit.l.cum de indebito ff.de pro
25 batio. † qui error iuris tolerabilior eſt,& magis præſumitur
in fœminis, quàm in maſculis,ut eſt text.& ibi Barto.in l.ne
paſſim C. de iur. & fact. ignor. Vnde ſiue in caſu noſtro di-
camus dominam Agnetem conſtituiſſe illum uſumfructum
errore iuris,ſiue errore facti, ex quo de damno ipſius domi
næ Agnetis agi dicitur, poterit ipſa illum uſumfructum re
petere, uel dominam Angelam ope exceptionis doli exclu
dere,ut ſupra dictum fuit. ¶ Præterea & tertio conſideran-
26 dum eſt, † quòd legatum, ſeu relictum factum in minus ſo-
lenni uoluntate dicitur naturaliter debitum,& conſequen-
ter ſolutum repeti non poteſt, ſeu in ſtipulatione, uel con-
tractu poſtea deductũ, & promiſſum debetur, quando pro-
batur per duos teſtes,uel per confeſſionem hæredis,uel ali-
ter legitimè, quòd factum relictum fuerit à defuncto, & ita
loquitur gloſ. in d.l.2.C.de bono.poſſ.ſecund.tab.& tex. in
l.fideicommiſſum ff.de condict.indeb. in l.fina.C. de fidei-
comm.l.in teſtamento ff.de fideicomm.liberta.& glo.& do
cto.in l.1.ff.de condict.indeb.in d.l.cum quis, & in d.l.cu-
ius per errorem cum ſimilibus,ſed in caſu noſtro non con-
ſtat,neque probatum fuit aliquo modo, nec per confeſſio-
nem do.Agnetis hæredis, quòd eius pater tempore obitus,
uel alio tempore reliquerit, ſeu legauerit uſumfructum do
minæ Angelæ uxori ſuæ,ergo non ſumus in caſu gloſarum,
& doctorum, quòd relictum uſusfructus fuerit naturaliter
debitum,& conſequenter in ſtipulationem, & contractum
deduci potuerit,quoniam domina Agnes errore ducta cre-
debat ſe teneri ad implendum uoluntatem patris, & ſic ad
conſtituendum,atque præſtandum uſumfructum,quẽ cre-
debat fuiſſe à patre ſuo relictum,quo factum fuit, ut indu-
cta errore iuris, & facti, prout in dubio inducta præſumi-
tur,iuxta textum in d.l.cum de indebito,& tradita per Bar-
tolum in l.ne paſſim C.de iur.& fact. ignoran.l.regula §.1.
ff.eodem,uſumfructum dominæ Angelæ cõſtituerit,atque
promiſerit. Ex quibus ſequitur,quòd uſusfructus non debe
tur ipſi dominæ Angelæ ex promiſſione facta per dominam
Agnetem,ex quo ſcienter non promiſit, ut probatur in d.l.
fideicommiſſum, qui text.uult, fideicommiſſum factum in
minus ſolemni uoluntate, & deductum in ſtipulatione, &
promiſſione deberi,primo,quando fideicommiſſum factum
fuit, item quando ſcienter pro explenda fide promiſſum
fuit: ſed in caſu noſtro,ut dictum eſt,non ſcienter,ſed igno-
rãter in promiſſione deductum fuit, item fideicommiſſum,
27 ſeu relictum uſusfructus non fuit factum,ergo &c. † Quòd
autem non fuerit factum relictum, ſeu fideicõmiſſum uſuſ-
fructus, & hoc non dicatur conſtare ex aſſertione, & con-
feſſione do.Agnetis hæredis, clariſſimè apparet: nam ipſa
in præfatione contractus,& promiſſionis ſuæ, ex qua colli-
gitur cauſa finalis,iuxta l.fina.ff.de hæred.inſtituen.& l.titia
§.1.ff. de uerborum obliga.aſſeruit,quòd attendens,& con-
ſiderans mentem, & uoluntatem patris ſui fuiſſe tempore
obitus ſui relinquendi infraſcriptum uſumfructum dominæ
Angelæ uxori ſuæ &c. Notandum eſt,quòd ipſa Agnes aſ-
ſeruit, & confeſſa fuit,mentem,& uoluntatẽ patris ſui fuiſſe
relinquendi, non autem dixit, nec affirmauit, quòd pater
ſuus uſumfructum reliquerit, nec quòd fidei ſuæ iniunxe-
rit, quòd deberet uſumfructum uxori ſuæ præſtare, quia ſi
ita dixiſſet,& confeſſa fuiſſet,haberet locum di*ſpoſitio d.l.ſi*
deicommiſſum ff.de condict.indeb.& opinio,ſeu *concluſio*
ſcribentium, & gloſarum in locis præallegatis: habere au-
tem mentem, & uoluntatem relinquẽdi non eſt relinquere,
quia aliud eſt relinquere,ſeu legare,aut teſtari,&aliud uelle
relinquere,legare, ſeu teſtari,aut habere mentẽ,& uolũtatẽ
relinquendi,& ad actum relicti non deuenire,ut quia teſtib.
ad hoc non adhibitis,ſeu alio non interrogante dixerit,ha-
beo mentem,& uoluntatem relinquendi, uel alijs ſimilibus
uerbis uſus fuerit; nam ex hoc non ſequitur,quòd relique-
rit,argumento l.fina.ff.de teſtamen.ubi caſus clarus, & Bar
to.hoc uoluit,& facit tex.in §.fin.Inſti.quib.mod.teſtam.in-
firm. Non obſtat l.pamphilo §.propoſitum ff.de leg.3.iun
ctis not.per Bar.ibi,& l.ſerui electione ff.de lega.1.quia ille
tex.ut declarat Bar.in l.1.§.ſi quis ita circa 1.colu.ff.de uer-
borum oblig.& melius in d.l.ſi.procedit,quando quis tem-
pore obitus ſui accerſitis, & adhibitis teſtibus dixiſſet, uolo
relinquere,ſeu habeo mentem, & uoluntatem relinquendi
talem rem Titio,& in caſu noſtro dictum fuiſſet,habeo men
tem,& uoluntatem relinquendi uſumfructum talis poſſeſ-
ſionis Angelæ uxori meæ, uel ad interrogationem alterius
hoc dixiſſet,ut habetur in d.§.propoſitum,qui text.ſic pro-
priè loquitur: & hoc modo debent intelligi not.per Bar. &
alios in d.l.ſerui electione,in prin.qui ſe fundant ſuper text.
in d.§.propoſitum,argum.eorum,quæ habentur per Barto.
in l.non ſolum §.liberationis ff. de liberat.lega. nam ex eo,
quod adhibitis,& rogatis teſtibus, ſeu ad interrogationem
alterius quis protulit hæc uerba,uolo relinquere,colligitur
deliberata mens, & uoluntas, quòd diſpoſitiuè hoc uolue-
rit,ut in d.§.propoſitum, & per Bartolum in dictis locis; in
caſu autem noſtro do.Agnes non aſſeruit, quòd ad interro
gationem ſuam,ſeu alterius, aut adhibitis, & uocatis aliqui
bus amicis,& teſtibus, eius pater dixerit,ſe uelle relinquere
uſumfructum,ſeu habere mentem,& uoluntatẽ relinquen-

di, ergo ex hoc non dicitur, nec probatur, patrẽ do. Agne-
tis uſumfructum uxori reliquiſſe, & conſequenter non ha-
bet locum doctrina, & theorica docto. in d. l. cum quis, & gl.
ibi, & in d. l. cuius per errorẽ, ac etiam in d. l. 1. ff. de condic.
28 indeb. cum ſimilibus. Ex quibus ſequitur, † quòd cum uo-
luntas, & mens patris dominæ Agnetis non fuerit in ſe per-
fecta, & conſequenter defecerit in forma ſubſtantiali, quæ
eſt uoluntas, & mens perfecta teſtatoris, iuxta not. per Bal.
& Salice. in d. l. cum quis, huiuſmodi legatum non dicitur
debitum naturaliter, nec ciuiliter, & ideò ſolutum ex quo-
cunque errore ſiue iuris, ſiue facti poterit repeti, & dicetur
eſſe totaliter indebitum, adeò, quòd ſuccurſum erit ipſi do
minæ Agneti per actionem indebiti, uel per exceptionem
29 doli, iuxta tex. cum glo. in d. l. 3. C. de condic. indeb. † Nec
ſufficit cœpiſſe uelle, niſi perfecta fuerit uolũtas, etiam ſi eſ
ſemus in diſpoſitione inter liberos facta, ut habetur in l. hac
conſultiſſima §. ex imperfecto, & ibi Bart. & omnes C. qui
teſtam. face. poſſ. ubi inter liberos ualet ultima uolũtas, quæ
deficit ratione ſolemnitatis omiſſæ, ſecus ſi ratione uolun-
tatis imperfectæ, & facit l. quidã cum filiũ ff. de hæredib. inſt
tuen. & ibi Bal. & Alex. in l. ſiquis cum filium in final. uerbis
C. de liber. præter. l. qui furioſum C. qui teſtam. fac. poſſ.
¶Et ſi diceretur, quòd confeſſio dominæ Agnetis, & conſti
tutio uſusfructus per eam dominæ Angelæ facta, ſi non
præiudicat ſibi quoad ius uſufructus transferendum, &
ſic quoad quaſi dominium, nocet tamen ſibi quoad poſſeſ-
ſionem naturalem, quam uſufructuarius habere poteſt,
iuxta l. naturaliter ff. de acquir. poſſ. & hoc per tex. & ibi gl.
Bar. Bal. Salic. & omnes in l. cum falſa C. de iur. & fact. ign.
& not. in d. l. cum teſtamentum, & præſertim, ex quo ultra
quòd domina Agnes fuit confeſſa mentem, & uoluntatem
patris, ipſa etiam contrahendo diſpoſuit, & uſumfructum
conſtituit, & quamuis per errorem iuris, ac etiam fortè fa-
cti, tamen ita ſibi præiudicauit, ſaltem quoad poſſeſſionem
naturalem, quam tranſtulit in dominam Angelam, ſecun-
dum quod habetur in l. ſi quis §. differentia ff. de acquir.
poſſ. & per Paul. de Caſt. & alios in d. l. cum falſa in ult. col.
30 Reſpondeo, † quòd hæc eſſent uera, quando ſcienter, & nõ
errore iuris, uel facti confeſſio facta fuiſſet, & quis ſcienter
trãsferre poſſeſſionem uoluiſſet, ſecus ſi ex ignorantia, ſeu
errore iuris, uel facti, quia tunc etiam poſſeſſio non dice-
retur tranſlata, quoniã ſine animo poſſeſſio non poteſt amit
ti. l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poſſ. cũ ſimilibus, errans
autem non dicitur conſentire, nec habere animum, ut ha-
betur in l. ſi per errorem cum ibi not. ff. de iuriſd. omn. iud.
& ita declarat Paul. de Caſtr. in d. l. cum falſa in ult. col. &
quòd in terminis noſtris non fuerit tranſlata naturalis poſ-
ſeſſio in dominam Angelam per conſtitutionem uſusfru-
ctus, de qua in dicto inſtrumento, probatur, præſuppoſito
etiam, ſed nõ conceſſo, quòd conſtitutio uſusfructus in ſe
31 ualuerit, nam † licet aliàs regulariter in uſufructuariũ na-
turalis poſſeſſio transferatur, ut in l. fin. ff. uti poſſid. & d. l. na
turaliter, ſicut trãsfertur in emphiteotam, in feudatarium,
& in conductorem ad longum tempus, ut uoluit gloſ. in l. 3.
§. ex contrario ff. de acquir. poſſ. & in l. ſi ut certo §. ſi duo-
bus uehiculum ff. commoda. cum infinitis ſimilibus, tamen
quando contrarium actum fuit, uel conuentum, non tranſ-
fertur, quoniam ex quo quis non habet animũ poſſidendi,
ſeu acquirendi ſibi poſſeſſionem naturalem, ſeu ciuilem, ea
ſibi non poteſt acquiri, quia ſine animo non poteſt quis in-
cipere poſſidere, nec ſibi poſſeſſionem acquirere l. 3. §. in
amittenda, l. quemadmodũ cum ſimilibus ff. de acqui. poſſ.
& in indiuiduo hoc probatur ex iis, quæ uoluit gloſ. ibique
Ioan. de Imol. in l. codicillis §. inſtituto ff. de lega. 2. Sed in
caſu noſtro ex iſta conſtitutione uſusfructus domina Ange-
la noluit ſuo nomine acquirere poſſeſſionem, nec ſibi poſſi-
dere, ergo ſibi non potuit dici acqiſita poſſeſſio, ſed domi-
næ Agneti reſeruata: quod colligitur ex uerbis inſtrumen-
ti, ſuper quibus licet pars aduerſa ſuum faciat fundamentũ,
tamen ego contra illam retorqueo: Nam uerba inſtrumen
ti ſunt hæc, dicens, & proteſtans ipſa domina Angela ſe fo
re in poſſeſſione dimidiæ poſſeſſionis præfatæ ſibi, ut ſupra,
ad uſufructuandum traditæ nomine præfatæ Agnetis,
eiusque hæredum, & ſucceſſorum, dico enim, quòd hæc
uerba neceſſario arguunt dominam Angelam non fuiſſe
poſſeſſorem dictæ dimidiæ poſſeſſionis traditæ ſibi ad uſufru
ctuandum, ſed ipſa domina Agnes dicitur poſſidere, & poſ
32 ſeſſionem habere, quoniam † aliud eſt poſſidere, & aliud
nomine alieno eſſe in poſſeſſione, is namque poſſidet, cuius
nomine poſſidetur l. quod meo in princ. ff. de acquiren. poſ.
l. ſi quis ante in fin. princ. ubi caſus cum l. 3. in fin. eod. titu.
ſed domina Angela eſſe dicitur in poſſeſſione nomine do-
minæ Agnetis, prout in inſtrumento dixit, & proteſtata fuit,
ergo ipſa non dicitur poſſidere, ſeu poſſeſſionem aliquam
habere, ſed ipſa Agnes, cuius nomine poſſidetur, & cuius
nomine Angela eſt in poſſeſſione, dicitur poſſidere, & hoc
eſt fundamentum iudicio meo inconuincibile ad oſtenden
dum dominam Angelam non poſſediſſe, ſed ſimpliciter te-
nuiſſe, & in poſſeſſione nomine Agnetis fuiſſe, quia hoc
actum fuit tempore, quo uſusfructus inter ipſas contrahen
tes fuit conſtitutus. ¶Nec aduerſantur illa alia uerba in-
ſtrumenti ad habendum, tenendum &c. & illa de non mo-
leſtando, nec turbando, nec inquietando dominam Ange-
33 lam in dicto uſufructu; quia † debent intelligi de detenta-
tione corporali, non autem de poſſeſſione proprie, iuxta l.
ſtipulatio iſta §. hi qui cum glo. ff. de uerb. oblig. ne reſultet
cõtrarietas, quòd domina Angela dicatur eſſe in poſſeſſio-
34 ne nomine alterius, & ipſa uerè, & propriè poſſideat: † in
qua corporali, & actuali detentatione ſi ille, qui detinet,
ſeu qui eſt in poſſeſſione, turbetur, & moleſtetur, ſuccurri-
tur ei, non per remedium ordinarium poſseſſorium, ſed
uel per officium iudicis, uel manu militari, ut eſt glo. in l. ſi
duo §. creditores in uer. creditores ff. uti poſſide. quam ibi
ſequitur Bar. & ſic illa uerba in inſtrumento appoſita uerifi
cari poſſunt in alio, quam in poſſeſsione uera. ¶Nõ aduer
ſatur etiam id, quod factũ fuit per ipſam do. Angelam pñte
do. Agnete, dum ipſa tanquã uſufructuaria locauit, ſeu cõ-
ceſſit colono dictam poſſeſſionem, ſeu ratam ad eam ſpectã
tem ad medietatem fructuum, & colonus rem etiam ab ip-
ſa domina Angela præſente, & conſentiente domina Agne
te conduxit, ſeu recognouit, per quod uidebatur inferri do
minam Angelam poſſeſſionem habere, argumento l. 3. §.
quod ſi ſeruus, & l. ſi quis ante cum ſimilibus, quia reſpon-
deri poteſt, quòd ex quo domina Agnes eſt illa, quæ ſola
poſſidet, & domina Angela nullo modo poſſidet, ut ſupra,
35 ſequitur, quod † licet do. Angela rem colono locauerit, & co
lonus ab ea illam recognouerit, & conduxerit, ſciente, &
præſente domina Agnete, per hoc tamen ipſa domina A-
gnes non deſinit poſſidere, nec ſuæ poſſeſſioni aliquod præ-
iudicium ex hoc dicitur generari l. quamuis §. ſi conductor,
& ibi doct. ff. de acquiren. poſs. & habetur etiã in l. peregre
§. quibus, in l. quod meo in prin. & in l. interdum maximè
per Alexandrum ff. de acquiren. poſſeſs. in fin. Præterea ſi-
36 cut † ex conſtituto de poſſidendo appoſito in inſtrumen-
to nullo, & inualido non acquiritur poſſeſſio, ut plenè per
Alexandrum in l. 1. §. ſi uir colum. 2. de acquiren. poſſeſſio.
37 ita † nec ex locatione, & conductione facta, & appoſi-
ta ſuper aliquo inſtrumento nullo, & inualido: nam quo-
ad transferendam poſſeſſionem à pari procedunt, & pa-
rificantur, ut præſupponunt doctores Alexan. & alij in d. l.
quod meo, & in d. l. interdum, & in d. l. quamuis.
¶Et ex prædictis infertur ad deciſionem ſecundi dubij, ui-
delicet,

delicet, præſuppoſito, quòd intentatum fuerit remedium poſſeſsionis retinendæ, quod dicitur uti poſſidetis, quodque cum eo cumulari etiam non poſſit petitorium, iuxta ea, quæ habentur per Barto. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquir. poſſ. & in c. cum dilectus per gloſ. & docto. de cauſ. poſſ. & proprie. tamen in hoc iudicio non poterit ipſa domina Angela obtinere, ſed domina Agnes, quia domina Angela non poſsidet, ſed ſolum eſt in poſſeſsione alieno no-
38 mine, hoc eſt dominæ Agnetis: † hoc autem remedium poſſeſſorium retinendæ uti poſſidetis competit poſſidenti, & in eo obtinere poteſt ſolum ille, qui uerè, & propriè poſſidet naturaliter, & ciuiliter, uel naturaliter tantum, ſeu ciuiliter tantum l. fin. ff. uti poſſide. glo. in l. clam §. qui ad nundinas ff. de acqui. poſs. & ibi doct. l. loci §. ſi quis ff. ſi ſerui. uē dic. non autem ille, qui eſt in poſſeſſione alieno nomine, & qui alteri dicitur poſſidere, ut eſt tex. in d. l. ſi duo §. creditores, iuncta d. l. ſi quis ante in fin. prin. & in d. l. quod meo ff. de acquiren. poſſeſs. ſed in caſu noſtro domina Agnes poſſidet, & domina Angela eſt in poſſeſſione nomine do. Agnetis, & conſequenter ipſa Angela non dicitur poſſidere, ſed do. Agnes, cuius nomine poſſidetur, ut ſupra, ergo in hoc interdicto uti poſſidetis debet do. Agnes, & non domina Angela obtinere, & propterea pronunciandum eſt ad fauorem dominæ Agnetis, uidelicet ipſam poſſidere, & in ſua poſſeſſione non debere per dominam Angelam moleſtari, neque turbari. ¶ Non obſtat, quòd uſufructuario reſpectu ſuæ naturalis poſſeſſionis etiam contra proprietarium datur, & competit interdictū uti poſſidetis d. l. fi. ff. uti poſſide. & nota. in c. licet cauſam de probatio. ſed domina Ange-
39 la eſt uſufructuaria, ergo &c. quia reſpondetur, † quòd hoc uerum eſſet, quando uſufructuarius haberet poſſeſſionem naturalem, & ſibi poſſideret, ſeu eſſet in poſſeſſione ſuo nomine, ut in d. l. fin. ſecus ſi non poſſideret, ſeu eſſet in poſſeſſione rei alieno nomine uidelicet nomine proprietarii, ex quo enim tunc ipſe non poſſideret, ſed proprietarius, cuius nomine poſſidetur, quod de iure ſtare poteſt, uſufructuario tunc non competeret interdictum uti poſſidetis, quod ſolum datur illi, qui poſſidet, ſeu eſt in poſſeſſione ſuo nomine, non autem illi, qui eſt in poſſeſsione alieno nomine d. l. ſi duo §. creditores, iuncta l. 1. per totam l. ff. uti poſſide. & habetur in d. c. licet cauſam. Secun-
40 do reſponderi poteſt, † quòd in caſu noſtro domina Angela propriè non dicitur uſufructuaria, nec per hanc conceſsionem à domina Agnete factam dicitur conſtitutum ius uſusfructus, quod facit uſufructuarium naturaliter poſsidere l. 3. §. dare ff. de uſufruct. iuncta d. l. naturaliter in prin. ſed dicitur data, & conceſſa facultas, ac licentia percipiendi, & lucrandi fructus illius dimidiæ poſſeſsionis, ex quo actum fuit inter partes, quòd poſſeſsio rei non eſſet penes ipſam dominam, ſed apud dominam Agnetem, ut ſupra dictum, & probatum fuit, & hoc argumento eorum, quæ uoluit Barto. in l. codicillis §. inſtituto ff. de lega. 2. & l. fundi trebatiani ff. de uſufruc. lega. & ibi Barto. & in l. cotem §. qui maximos ff. de publica. ex eo enim, quod actum fuit, quòd in dominam Angelam non transferretur poſſeſsio, & quòd ipſa non eſſet in poſſeſsione nomine ſuo, ſed alieno, quod eſt cōtra naturam uſusfructus, ut in d. l. naturaliter, & not. in l. 3. §. ex contrario, ſequitur, quòd dicitur alterata natura uſusfructus, & cenſetur conceſſa potius commoditas percipiendi fructus, quam ſit conceſſum ius uſusfructus, arg. l. ubi ita donatur ff. de dona. cau. mor. iuncta l. ſi quis domum in §. 1. ff. loca. ſed præcedens reſponſio plus placet. Et ex his remanent reſoluta dubia ad fauorē do. Agnetis, non obſtantib. plurib. quæ in contrariū adducebātur, quibus oībus ex prædictis rñſio colligitur. Circa alia tacta per alios dños Cōſultores non inſiſto, ſed ad eorū dicta me remitto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio à minore facta etiam cum decreto ſuperioris, & auctoritate curatoris eſt ipſo iure nulla, & infra quantum tempus ab ipſo maiore facto poſſit reuocari.*

2 *In contractibus ſtatutum loci, in quo celebratur contractus, ſeruari debet.*

3 *Donatio ſummam quingentorum aureorum excedens cum inſinuatione fieri debet, etiam ſi à maiore facta eſſet, nume. 9.*

4 *Iuramentum an inſinuationis defectum in donatione ſuppleat.*

5 *Quid ſi dolus, ſeu deceptio in donatione interueniſſet?*

6 *Dolus quando dicatur ex propoſito, & contractum ipſo iure vitiet, & quando re ipſa, & contractum non vitiet, & quomodo tunc decepto ſuccurratur.*

7 *Dolus re ipſa quando æquiparetur dolo ex propoſito, & ob illum contractus maximè à minore factus etiam iuratus dicatur nullus, vel ſaltem reſcindi poſſit.*

8 *Iuramentum eſt obligatorium, & defectum ſolemnitatis ſupplet, quando nullus in eo dolus interuenit.*

10 *Donatio mentionem faciens de meritis in genere, vel in ſpecie non ualet abſque inſinuatione, niſi merita ſpecialiter probata fuerint.*

11 *Ceſsio iurium ex cauſa donationis facta excedens ſummam legitimam inſinuationem requirit, & in ea meritorum mentione facta, an & quando merita ſint ad illius ualiditatem probanda.*

EPITOME.

CESSIO *iurium, & ferè omnium bonorum ex cauſa donationis facta à minore 25. annis abſque decreto, & auctoritate curatoris, & ſine inſinuatione tàm à ſtatuto loci, in quo illius contractus fuit celebratus, quàm à iure communi requiſita, ipſo iure non ualet, & non obſtante iuramento, & mentione facta de meritis in genere, illis aliter non probatis, infra uiginti annos poſt ſuperuenientiam maioris ætatis, ſi minor ſemper abſens fuit, ſtante maxima illius læſione, reuocari poteſt.*

CONSILIVM LVII.

VISO inſtrumento ceſſionis iurium ex cauſa donationis factæ per illuſtrem do. Ioannem Baptiſtam Illuſtri domino Franciſco Cibo, ſuper dubio principali, nunquid donatio tenuerit, et de iure ſit ualida, diſtinguendum eſt, an do. Ioan. Baptiſta donator tempore donationis fuerit maior annis 25. an uerò tunc maior extiterit: Primo caſu, ſi minor fuerit, de iure uidetur dicendum donationem nullam fuiſſe, etiam ſi decretum ſuperioris inter-
1 uenerit, quia † decretum in donationibus minorum nihil operatur, cum manifeſtè conſtet de dilapidatione, & læſione enormiſſima, quia donare eſt perdere, argumento l. cum de indebito ff. de probatio. & de hoc eſt tex. clarus in l. fi. in fin. C. ſi maior factus aliena. fact. & c. ubi donatio à minore facta, etiam cum decreto, & auctoritate curatoris dicitur nulla ipſo iure, & licitum eſt minori facto maiori infra decem annos inter præſentes, & infra uiginti annos inter abſentes illam reuocare: ergo à fortiori hoc uerum erit, quādo eſſet à minore facta ſine decreto, & auctoritate curatoris: ideò licitum eſt dicto domino Ioanni Baptiſtæ res donatas reuocare, uel ſi illas habet, apud ſe irreuocabiliter retinere, niſi poſt completum tempus 25. annorum lapſum fuerit inter præſentes tempus decem annorum, uel inter abſentes tempus uiginti annorum, quia tunc per lapſum tāti temporis maior factus cenſeretur iuris præſumptione donationem ratā habuiſſe, ut ibi: ſed præfatus do. Ioan. Bapt. tēpore donationis ſecundum ea, quæ mihi proponuntur, erat annorum 22. & illam fecit de anno 1530. & ſemper fuit abſens, ergo conſtat uigeſimum annum nondū lapſum fuiſſe ad donationem reuocandum, ſeu ad illam nullam dicendum. Præterea in dicta donatione non interuenit inſi-

inſinuatio, quæ de iure interuenire debeat, cum excede-
ret ſummam librarum centum, ut in ſtatuto ciuitatis Bono
2 niæ, ſub rub. de donationibus cautum eſt, † quod ſtatutum
in hmōi donatione ſeruandum fuit, ex quo Bononiæ fuit
celebrata, ut colligitur ex uerbis Bar. & doct. cōmuniter in l.
1. C. de ſum. trinit. & fid. catho. in quinta col. in 1. q. qui uo-
lunt, in contractibus ſeruari debere ſtatutum loci, in quo
3 contractus celebratur: Immò † cum donatio exceſſerit in
caſu occurrenti ſummam quingentorum aureorum, illa de
iure communi fieri debuit interueniente inſinuatione l. pen.
4 C. de donatio. Non obſtat, † quod donatio fuit iurata, &
iuramentum defectum inſinuationis ſupplere dicitur, ut
per Alex. & alios poſt Bar. in l. nemo ff. de leg. 1. & latè per
Ioan. de Imol. in c. cum contingat 11. col. de iure iuran. poſt
Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in tit. de fid. inſtrumen. in ul
tima additio. in §. porro, quia etſi plures hanc ſententiam
ſequuti ſint, tamen docto. communiter uelle contrarium
uidetur, ut colligitur ex allegatis per Alex. in d. l. nemo, qui
multos tenentes hanc opinionem refert. Secundo, & ſi ue
rius ſit, quòd iuramentum defectum inſinuationis ſuppleat,
ut atteſtatur Alex. & Ioan. de Imol. in locis proximè allega-
5 tis, tamen † quando conſtat dolum, ſeu deceptionem inter-
ueniſſe, ſecus eſt, argumento d. c. cum contingat, authen. ſa-
cramenta puberum C. ſi aduerſ. uenditio cum aliis ſimilibus
& expreſſè habetur per Ioan. de Imol. in d. c. cum cōtingat,
6 in 111. col. uerſ. tu potes tenere &c. † dolus aūt in hoc ca-
ſu conſiderari poteſt, primo ex propoſito, ſecudum quod
diffinitur in l. 1. §. dolum ff. de dolo, qui dolus ſi det cauſam
contractui, reddit contractum ipſo iure nullum l. eleganter
in princ. ff. eod. tit. glo. in c. dilecti de emptio. & uenditio. do
lus etiam dicitur re ipſa, & hic dolus nō uitiat, ſed ſuccurri
tur decepto remedio l. 2. C. de reſcind. uend. & d. c. dilecti,
7 † niſi ex dolo re ipſa quis fuerit enormiſſimè læſus, quia tūc
de eo iudicaretur, ut de dolo ex propoſito, qui cauſam con
tractui dediſſet, & ob illum contractus factus maximè à mi-
nore 25. annis diceretur nullus, & inualidus, uel ſaltem re-
ſcindi poſſet, ut habetur in l. ſiquis cū aliter ff. de uerb. oblig.
& tradunt Moder. Peruſini repetentes in d. authen. ſacra-
menta puberum in 42. col. & pluries conſului in caſu, quo
ſoror, uel filia minor renūciauit bonis maternis, uel pater-
nis ampliſſimi ualoris ob modicam dotem reſpectiuè datā,
uel promiſſam, & uolunt docto. magis communiter, uideli-
cet Petr. de Anchar. in repeti. c. canonum ſtatuta in 11. q.
princip. circa finem, in 20. carta extra de conſtitutio. & in
conſi. 38. ſeu 39. pro clariori deciſione, & in conſi. 141.
pro maiori, in ult. dubio, Sozi. in cōſi. 262. lib. 2. ubi latè hāc
opionem comprobat, Paul. de Caſtr. in conſi. 174. contra ſu
perius, & conſi. 302. Notandum eſt in ſecūdo libro Moder.
Peruſini in c. quamuis de pact. in 6. Alex. in l. ſtipulatio hoc
modo ff. de uerb. oblig. Anto. de Butr. in d. c. cum contingat.
8. col. uerſ. quartus caſus, & ibi Abb. in penul. cart. uerſ. no-
nus caſus, & Ioan. de Imol. in 54. col. Anto. in conſi. 45. iu-
ris rigor, Decius in conſi. 181. uiſa renunciatione, Cuma.
in conſ. 180. Abb. in conſi. 107. 2. lib. Corneus in conſi. 11.
lib. 3. qui pulchrè loquitur, & in conſi. 124. & 214. eod. lib.
& in conſi. 147. 4. lib. Pet. de Anchar. in c. acceſſoriū de reg.
iur. in 6. & in q. incip. Laicus, quē refert, & defendit Alex.
in d. l. ſtipulatio hoc modo in 4. limita. & Sozi. inſignis præ
ceptor meus in d. conſi. 263. ait, hanc opinionē eſſe æquio
rem, & in conſulendo, & iudicando ſequendam, Aret. in
conſi. 93. & Andr. Bar. in conſi. 215. col. lib. 1. & in cōſi. 53.
2. lib. in quibus locis ſcribentes multas rationes facientes
ad propoſitum noſtrum referunt, ut apud ipſos inſpici po-
teſt: Sed in caſu, de quo agitur, maxima interuenit læſio,
& deceptio re ipſa, & fortè ex propoſito, cū dominus Ioan.
Bapt. inductus fuerit ex quibuſdam cauſis friuolis, & nō ue-
ris ad cedendum, & donandum ferè omnia bona ſua ma-
gni ualoris, ergo ratione huius enormiſſimæ læſionis Iura-
mentum ſuum non fuit obligatorium, nec defectum inſinua
8 tionis ſupplere potuit ex mente Ioan. de Imol. in locis præl
legatis, quoniam † ita demum iuramentum eſt obligatoriū,
& ſupplet defectum ſolemnitatis, quando in illo nō interue
nit aliquis dolus c. quamuis de pact. in 6. c. licet de iureiurā.
eod. lib. d. c. cum contingat, & d. authen. ſacramenta pube-
rum. ¶ Et ex prædictis infertur, idem dicēdum eſſe, ſi do.
Ioan. Bapt. tempore donationis factæ fuiſſet maior 25. an-
9 nis, quoniam † defectus inſinuationis regulariter inualidat
donationem etiam à maiore factam l. illud C. de ſacroſan.
eccleſ. & l. ſancimus, cum l. pen. C. de donatio. nec refraga
tur, quòd donatio facta fuit ob benemerita in genere, & ſic
ob cauſam, & ideò tenuit abſq; eo, quod inſinuata fuerit, ut
in l. acquilius, & ibi Bart ff. de donatio. l. ſi non remuneran-
10 di ff. mandati. Quia reſpondetur, † quòd non ſufficit in do-
natione mentionem facere de meritis in genere, uel in ſpe
cie etiam cum iuramento, niſi merita ſpecialiter pro-
bata fuerint, ut uoluit gloſ. communiter approbata cum iis,
quæ ibi dicit Alex. in l. ſi donatione C. de collatio. & Bar. in
l. ſi forte ff. de caſtr. pecul. & requiritur, quòd merita pro-
portionentur rebus donatis, ut ibi: Alioquin facile eſſet in
inſtrumento donationis exprimere de meritis, & ſic frauda
re leges de inſinuatione loquentes, contra l. non dubium C.
de legibus, & l. quemadmodum C. de agric. & cenſit lib.
11 11. & † quamuis Bal. & Salic. poſt. Bart. qui dubitauit, in l.
per diuerſas C. mand. dicant, quòd quando ceſſio iurium fa
cta fuit ex cauſa donationis, facta mentione meritorum, ua
leat, etiam ſi merita non fuerint probata, tamen non negāt,
quin donatio illa ſit inſinuanda, ſi excederet ſummam debi
tam eo caſu, quo merita non eſſent probata. Præterea quo
ad ualiditatem, & iuſtificationem ceſſionis non requiritur,
quod merita probentur, cum abſque illorum probatione
ſufficiat ceſſionem eſſe factam ex cauſa donationis, ſiue cū
expreſſione meritorum ſiue ſine illorum mentione facta, li-
cet enim donatio ipſa ex ſimplici meritorum narratiōe nō
diceretur eſſe donatio ob cauſam, niſi merita eſſent proba-
ta, tamen diceretur ſimplex, pura, & mera donatio, quæ ſuf
ficit ad iuſtificationem, & ualiditatem ceſſionis, quæ iuſti-
ficatur ex donatione, ſiue ea ſit ſimplex, ſiue ob cauſam, &
propter merita, & conſequenter ſiue illa merita proben-
tur, ſiue non, ut eſt de mente Bal. in 5. q. & Salice. & aliorū
in d. l. per diuerſas 16. q. & clarius hoc uoluit Paul. de Caſt.
ibi, niſi eſſemus in illo, qui iura cederet ex cauſa donationis,
qui nō aliter donare poſſet, niſi propter merita, nam tunc
ſicut ad ualiditatē donationis merita eſſent probanda, ut in
d. l. ſi donatione, ita etiam ad ualiditatem ceſſionis probari
deberent, ſecus autem, ſi eſſet talis cedens, qui poſſet dona-
re, non ſolum ob merita, ſed etiam ſimpliciter, purè, & me
rè. Et hæc eſt ueritas ſecundum Paul. Caſtren. ibi fuit ergo
inualida ceſſio prædicta facta ex cauſa donationis, dupli-
ci ratione; prima quia facta fuit à minore, cuius ætate
maiori ſuperueniente nondum exceſſit tempus uiginti an-
norum, illo ſemper, uel ſaltem pro maiori parte abſen-
te exiſtente, ut præſupponitur, ſecunda, quia donatio fa-
cta ad ualiditatem, & iuſtificationem ceſſionis iurium,
quæ excedebat ſummam nedum centum librarum, ſed
ſummam quingentorum aureorum non fuit inſinuata
per prædicta. Multa alia potuiſſem ad confirmationem
prædictorum adducere, ſed hoc duntaxat pro aliquali
informatione iurium præfati domini Ioannis Baptiſtæ
breuiter ſcripſi, offerens me paratum latius examinare, ſi
opus fuerit. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Donatio fructuum, & rerum quarundam annuatim, donec quis uixerit, pro alimentis facta, cuius ſit ſumma, & an inſinuationem requirat, ex cumulatione, & computatione annorum, & fructuum, rerumque donatarum cognoſcitur.*

2 *Donatio abſque inſinuatione, & ſolemnitate ſtatuti facta, non conualidatur ex mentione meritorum in ea generaliter facta, niſi de illis legitimè conſtet, vel ſaltem ſpecialiter, & ſingulariter expreſſa mentio ſit facta,*

3 *Etiam ſi iuratum eſſet, omnia, & ſingula uera eſſe.*

4 *Donatio pura, & non ob cauſam de præterito propter ingratitudinem donatarij, & ex eo, quod donatarius promiſſa per eum ſiue iurata, ſiue non iurata non obſeruauit, reuocari poteſt.*

5 *Iuramentum ſemper habet in ſe tacitam conditionem, niſi iuſta, & legitima cauſa contraueniendi ſuperuenerit.*

EPITOME *habetur ſupra in ſummario, ſub nume.1.2 & 4.*

CONSILIVM LVIII.

SVPER dubiis propoſitis paucis me abſoluam. Et primo dubio, quod eſt, an donatio facta per dominam Catherinam, & dominam Caſſandram ſororis dominæ Catherinæ nouercæ ſuæ, cui ex cauſa donationis promiſerunt ſingulis annis, donec ipſa uixerit, dare, & conſignare corbes quinque frumenti, caſtellatam unam uuarum, ducentos faſcios, ac etiam uſum cuiuſdam ſupellectilis, & quorundam bonorum mobilium, & hoc pro alimentis, ſeu pro parte alimentorum, dicatur excedere ſummam librarum centum, ita quòd ſtatutum loquens de inſinuatione locum in huiuſmodi donatione habeat; Reſpondeo, quòd ſum-
1 mam librarum centum excedit; quoniam † ex quo tempore donationis factæ ipſa donataria annum quinquageſimum ſuæ ætatis iam perfecerat, & fortè proxima erat anno quinquageſimo quinto, debet fieri cumulatio annorum nouem; ſi uerò ipſa tunc perfeciſſet annum quinquageſimum quintum, fieri deberet cumulatio annorum ſeptem, & facta cumulatione tot annorum, apertè conſtabit, huiuſmodi donationem excedere ſummam librarum centum: & quod facienda ſit cumulatio fructuum, & rerum donatarum tot annorum ad cognoſcendum, cuius ſummæ dicatur donatio facta, probatur per textum notabilem in l. hæreditatum ff. ad l. falcid. ubi ſi alicui alimenta fuerint relicta, donec uixerit, computatio tot annorum ut ſupra, debet fieri ad cognoſcendum, cuius ſummæ, & quantitatis relictum dicatur eſſe ad effectum, ut poſſit quarta pars ratione falcidiæ deduci. ¶Secundum dubium eſt, an donatio prædicta ſit ualida, an uerò nulla, ex quo in ea nō fuit ſeruata forma ſtatuti poſiti ſub rub. de donationib. cui reſpondeo, donationem non ualuiſſe, propterea quia in ea non fuit ſeruata dicta forma, ſeu ſolemnitas à ſtatuto requiſita: nam cum talis donatio facta computatione præmiſſa tot annorum, prout fieri debet ad cognoſcendum, cuius ſummæ dicatur eſſe, cenſeatur eſſe maioris ſummæ librarum cẽtum, ſequitur, quòd
2 illa ſolemnitas à ſtatuto tradita ſeruari debuit. Et † quamuis aſſeratur in inſtrumento dictæ donationis, illam fuiſſe factam propter benemerita, & conſequenter ualere deberet abſque inſinuatione, & ſolemnitate dicti ſtatuti, iuxta l. aquilius cum glo. ff. de donatio. per Alex. in conſi. 83. in 2. uolumi. in 6. & ultima colum. cum ſimilibus, tamen ex quo de meritis præteritis non conſtat, non ſufficit, quòd de illis in inſtrumento ſimpliciter facta fuerit mentio generalis, quoniam non præſumuntur merita præceſſiſſe ad ualiditatem donationis, niſi de meritis legitimè conſtaret, uel ſaltem de illis ſpecialiter, & ſingulariter mentio expreſſa in inſtrumento facta fuiſſet, ut concludit Alexan. qui refert infinitos ſic tenere, quos aliter non refero, & eſt communis opinio in l. ſi donatione C. de collatio. Nec aliter omnia merita etiam cuiuſlibet quantitatis eſſent ad ualiditatem donationis ſufficientia, ut declarat ibi Alexan. poſt alios. Nec obſtat iuramentum appoſitum in dicto inſtrumento, per quod donatrices iurarunt, omnia & ſingula uera eſſe &c. quoniam re-
3 ſpondetur, † quod ex quo iuramentum eſt ſuper cauſa de præterito, præſumitur adiectum in fraudem ſtatuti, cum enim nulla merita in ueritate præceſſerint, nec de aliquibus probatum fuerit, nec probari poſſit, iurando merita præceſſiſſe dicerentur periuræ, item extendendo illud iuramentum generale, quo iurarunt, omnia & ſingula uera eſſe ad id, quod dictum, & narratum fuit de meritis præcedentibus, quæ in ueritate non præceſſerunt, eſſet inducere, & interpretari, quòd ipſæ donatrices iuraſſent id, quod uerum non eſſet, & ſic periurium incurriſſent: quod minimè eſt dicendum. Et ideò concludendum eſt tale iuramentum, nihil quo ad hunc effectum operari, nec ipſis donatricibus præiudicare, ut notabiliter declarat Alexan. poſt alios; & hanc opinionem dicit ueriorem eſſe, & magis communem in d. l. ſi donatione. Quare non obſtante dicto iuramento ipſæ poſſunt contra talem donationem uenire, & illam dicere nullam, propter ſolemnitatem non ſeruatam, prout etiam ita uoluit, & conſuluit per plures rationes dominus Laurentius Calchaneus in conſi. ſuo 24. in 18. col. ¶Tertium dubium eſt, præſuppoſita ualiditate dictæ donationis, an ea poſſit propter ingratitudinem dictæ donatariæ reuo-
4 cari; in quo reuocari poſſe concludo, † quoniam ex quo dicta donatio fuit pura, & non ob cauſam de præterito, propter ingratitudinem poteſt reuocari, ſecus ſi propter cauſam de præterito eſſet facta, glo. not. in l. 1. in uer. inueniatur C. de reuocan. donatio. l. ſi pater §. 1. ff. de dona. Alexan. in conſi. 39. in 3. dubio in 4. uolumi. & hæc probantur in c. fina. extra de donatio. & in l. fina. C. de reuocan. dona. ubi donatio ſimplex poteſt prætextu ingratitudinis reuocari. Præterea ex quo dicta donataria non obſeruauit conuentiones, quas ſpoponderat donatricibus, ſiue illæ conuentiones fuerint in inſtrumento donationis deſcriptæ, ſiue non, dicitur effecta indigna rebus donatis, & poteſt donatio reuocari, etiam ſi dictæ conuentiones non eſſent iuratæ, d. l. fin. ubi caſus, & not. per glo. & doct. in d. c. fin. quanto magis ergo huiuſmodi donatio erit reuocabilis, ſi fuerint dictæ conuentiones iuratæ, ut quia deſcriptæ ſint in dicto inſtrumento donationis, in quo ipſa donataria iurauit omnia, & ſingula uera eſſe, & illis non contrauenire &c. quoniam in pœnam ipſius periurantis priuatur omni commodo, & iure, quod ſibi uigore dicti inſtrumenti donationis acquiri, & deberi poterat, per textum in l. ſi quis maior, & ibi not. per glo. & docto.
5 C. de tranſact. † & iuramentum ſemper habet in ſe tacitam conditionem, niſi ſuperuenerit iuſta cauſa, & legitima contraueniendi, ut per Bar. Pau. de Caſtr. & alios in l. item quæro §. inter locatorem ff. locati, bonus eſt text. in l. ſi. ff. qui ſatiſda. cogan. l. fina. C. de non nume. pecu. l. ſi ex falſis C. de tranſactio. & not. per glo. in d. l. fina. ibique Alexan. & alij c. quemadmodum, ubi bonus tex. cum ſimilib. ibi not. extra de iureiuran. His uerò, quæ in contrarium adduci poſſunt, aliter non reſpondeo, quia ſatis ex prædictis poſſet reſponſio colligi, ac etiam, quia prædicta omnia ſuper communibus doctorum opinionibus ſunt fundata. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio donatario non opitulatur, ſi is illam reuocauit, & iura ſua donatori ceſſit.*

2 *Donatio ultra legitimam ſummam facta coniunctæ perſonæ abſque inſinuatione dolo, domeſticiſque fraudibus, & calliditatibus facta cenſetur, maximè quando facta eſt in domo donatarij, & num. 8.*

3 *Inſi-*

3 *Inſinuationi renunciari non poteſt, quando donatio ultra legitimam ſummam ſit coniunctæ perſonæ, & in domo donatarij.*
4 *Iuramentum donatoris inſinuationis defectum non ſupplet, quando quis in domo donatarij coniuncto ſuo donaſſet,*
5 *Maximè quando donatio eſſet facta à muliere iuuene, & pulchra coniuncto iuueni, & pulchro ſimul in eadem domo cohabitanti.*
6 *Fœminis magis quàm iura ſuccurrant, quàm maſculis.*
7 *Iuramentum in iis, in quibus dolus uerſatur, effectum ſuos non operatur, nec iurantem obligat, etiam ſi abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari poſſet.*
9 *Donatio præſumitur doloſa, quando donator ſciente, patiente, & non contradicente donatario ſemper ſtetit in poſſeſſione bonorum donatorum, fructusque, & redditus ex illis percepit.*
10 *Donatio clam, & de nocte facta non ualet, & iuris præſumptione, dolo, & fraude abſque eo, quod aliter de dolo, & fraude probetur, facta dicitur.*
11 *Dolus propter clandeſtinitatem præſumitur.*
12 *Venditio clam, & occultè facta, in dubio ex fallacia, aut dolo facta non præſumitur, niſi probetur.*
13 *Donatio facta à muliere iuuene, et formoſa iuueni pulchro affectionis cauſa, in qua etiam inhoneſtatis ſuſpitio adeſſe poſſet, non ualet: ſecus in donatione facta à iuuene mulieri formoſæ.*
14 *Donatio dolo, & fraude donatarij facta præſumitur, quando prima donatio fortè inualida fuit per ſecundam cum abundanti cautela confirmata.*
15 *Donatio de bonis feudalibus, & emphyteoticis eccleſiaſticis abſque conſenſu domini, & eccleſiæ eſt nulla.*
16 *Donatio ualida, & in ſe irreuocabilis ſimplici pacto contrario, & partium conſenſu reuocari poteſt, & quando etiam ſtipulatio requiratur.*
17 *Verba promitto ſub fide mea pactum etiam inter abſentes important, & in literis, ſeu in epiſtola prolata probant, illiſque contra ſcribentem eſt ſtandum.*
18 *Promiſſio de renunciando donationi ſibi factæ ſecundum tenorem, & minutam ſibi à donatore dandam non excludit promiſſionẽ de renunciando etiam ſimpliciter, & aliter, quàm tenor, & minuta contineret, nec dicitur reuocata hæc promiſſio per renunciationem factam, prout ſibi donatario uiſum fuit.*

EPITOME.

DONATIO *à muliere iuuene abſque inſinuatione facta alicui coniuncto ſuo in domo ipſius donatarii,*

Item facta de nocte, & à muliere iuuene, & formoſa iuueni pulchro, tanquam doloſa non ualet, etiam prætextu alicuius iuramenti, & de iure eſt reuocabilis.

CONSILIVM LIX.

LICET de ſimplici ſubſcriptione fuerim requiſitus,
tamen aliqua cõſultationi eximij aduocati in eius ſen
1 tentiam ueniens ſubiungam: Et in primis dico, † pri-
mam donationem illuſtri domino Sigiſmundo non opitu-
lari, ſtante illius reuocatione, ac iurium ceſſione illuſtri do-
minæ Tadeæ donatrici facta, ut in l.ſi ea C. de donation.cũ
ibi not. & faciunt not.per Bal.in l.uenditione in 3.q.C.quã
do lice.ab emptio.diſced.& per Specul.in tit.de dona.in 1.
2 col.uerſi.pone pater &c. Secundo † donatio ultra legitimã
ſummam facta coniunctæ perſonæ abſq; inſinuatione à iu-
re, ſeu à ſtatuto requiſita, maximè quando in domo donata
rij facta reperitur, dolo, domeſticiſque fraudibus, & callidi
tatibus facta cenſetur l.data C.de donat.ubi Bal.inquit per
illum tex.quòd coniuncta perſona magis apta eſt ad nocen
dum, & decipiẽdum, quando de illius commodo tractatur,
3 quàm extranea: Et † hac ratione in caſu iſto inſinuationi re
nunciari nõ poſſet, ſiue à lege, ſiue à ſtatuto requiſita eſſet:
quia ſicut huiuſmodi donatio doloſè, & fraudulenter præ-
ſumeretur facta, ita inſinuationis renunciatio, ut ibi per Bal
dum per illum textum, cum nulla ſit deterior peſtis, quàm
familiaris inimicus, ut per glo.ibi, & Salice. Ex quo infer-
4 tur, quòd † licet aliqui teneant, iuramentum donatoris ſup
plere defectum inſinuationis ad tradita per Alexan. in con
ſil.157.in 2.uol.per Imo.& alios quaſi circa finem in c.cum
contingat extra de iureiuran.& per Alexan. in l.nemo po-
teſt, ubi plures allegat ff.de legar.1. & in l.cum de indebito
ff.de probatio.in conſ.83.uol.4.in l.ſi quis pro eo ff.de fide-
iuſſo.& in conſi.12.& 125.uolu.1.cum multis aliis, quæ al-
legari poſſent, tamen hoc non procederet, quando quis in
domo donatarij coniuncto ſuo donaſſet, cum talis donatio
fraude, calliditate, & dolo donatarij facta præſumatur: &
5 † maximè, quando facta eſſet à fœmina iuuene, & pulchra
coniuncto iuueni, & pulchro, ſimulq; in eadem domo co-
habitanti, cum facile ſit tales mulieres inducere ad conſen-
tiendum, illaſque decipiendum argumen. l. cum multæ in
6 princip.& in §.ſancimus C.de donatio.ante nupt. Et † hac
ratione iura magis fœminis, quàm maſculis ſuccurrunt, ut
ibi, & in l.fin.& ibi glo.& docto.C.de iur.& fac. igno.quo-
7 niam † in iis, in quibus dolus, & fraus uerſatur, iuramẽtum
effectus ſuos non operatur, nec obligat iurantem ad illius
obſeruantiam, etiam ſi abſque interitu ſalutis æternæ ſerua
ri poſſet d.c.cum contingat, c.quamuis de pact.in 6. c.licet
de iureiuran.eod.lib.& authen. ſacramenta puberum C. ſi
aduerſ.uendit. Sed illuſtris do. Tadea tempore primæ, & ſe
cundæ donationis per eam factæ illuſtri do. Sigiſmundo cõ
iuncto ſuo erat in domo, ſeu palatio ipſius do. Sigiſmundi,
ac in dictis donationibus inſinuatio non interuenit, ergo tã
quam doloſæ non debent ualere etiam prætextu alicuius iu
8 ramenti, & † Bar.in l.poſt contractum in 2.col.in 2.præſum
ptione ff.de dona.dicit, quòd donatio facta coniunctæ per-
ſonæ cenſetur facta ex dolo, & fraude d.l.data, & arg.l.pen.
§.1.ff.de oper.liber.quod debet intelligi de dolo, & falla-
cia donatarij, quia tex.in d.l.data de illius fraude, & fallacia
loquitur: ſubdit tamen Bart. ibi, quòd ſola conſanguinitas
non ſufficeret, niſi adeſſet alia cauſa l.ſi quis poſt hac uerſ.ſi
quis C.de bon.damnat.cauſa autem alia diceretur adeſſe,
quando donatio excederet legitimam ſummam, & non eſ-
ſet inſinuata d.l.data: & cum hac opinione pertranſeunt Ro
ma.& Paul.de Caſ.in d.l.poſt contractum arg. tex. in auth.
quibuſcunq;, & in corpore, unde ſumitur C. de ſacroſ.eccl.
9 Arguitur † etiam dolus, & ſimulatio donationis ex eo, quòd
ipſa Illuſtris do. Tadea ſemper ſtetit, & remanſit in poſſeſſio
ne bonorum donatorum, & ex illis fructus, redditusque re-
cepit, ſciente, patiente, & non contradicente do. donatario,
Bal.in l.illud C.de ſacroſan.eccle.Bar.in l.ſicut §. ſuperua-
cuum ff.quib.mod.pign.uel hypo.ſolui.& in d.l.poſt contra
ctum, & Specul.in tit.de dona.§.pen.uerſi.ego autem dico.
10 ¶ Præterea † ſecunda donatio facta fuit clam, hoc eſt de no
cte in loco prædicto, ergo fraudulenta, & doloſa eſt iudicã-
da, quoniam qui malè agit, odit lucem, & ideò donatio de
nocte facta uiribus caret l.donatio, & ibi ſcriben. & glo.in
uerbo occultè C.de donatio. Barto.in d.l.poſt contractum
in 3.colum.in uerſi.quarto caſu, ubi uoluit in hoc differen-
tiam eſſe inter donationem, & uenditionem, per not.in l.exi
ſtimo ff.de adminiſtra.tuto.nam donatio clam, & de nocte
facta iuris præſumptione dicitur facta dolo, & fraude abſq;
eo, quod aliter de dolo probetur, ut argumen.l.ultimæ ff.
de ritu nuptia.& d.l.exiſtimo, & melius probatur in d.l.do-
natio, ibique glo.quam Bart.non allegat, Roma.& Paul.de
Caſtr.in d.l.poſt contractum, & Innocen. in capit.unico ut
11 eccleſi.benefic.in uer.occultè: & dicit † Bald.in l.error in
2.colum.ibi uenio ad quæſtionem in uerſic.fallit &c. quòd
propter clandeſtinitatem præſumitur dolus l.1.C.de inter-
12 dic.matri.& l.fin.ff.de ritu nuptia. † Venditio uerò clam, &
occultè facta in dubio nõ præſumitur facta ex fallacia, aut
dolo, niſi hoc probetur, uidelicet, quòd uterque fraudis par
ticeps fuerit, per Bar.in d.l.poſt cõtractũ. ¶ Præterea quòd
donatio hæc dicatur inualida, & præſumi debeat doloſa, &

fa&#x1F;a ex fallacia,ac machinatione do.donatarij, ex quo ſibi
facta fuit ab illuſtri do.Thadea iuuene,& formoſa, ſuaderi
13 poteſt: † nam licet donatio facta affectionis cauſa à uiro iu-
uene mulieri formoſæ ualeat,etiam quòd aliqua inhoneſta
tis ſuſpitio adeſſet l. affectionis ff.de donat. tamen è contra
donatio facta à muliere iuuene,& formoſa iuueni pulchro
affectionis cauſa,in qua adeſſe etiam poſſet ſuſpitio inhone
ſtatis,non tenet,tanquam non facta, nec uoluntariè l.fin.in
fin.cum glo.ff.de actio.& oblig.& ibi Alex.in apoſtil.ad Bar
tolum,& hoc ſequitur Pau.de Caſt.in d.l.poſt contractum.
¶ Ex aliis etiam multis cautelis,quibus dominus donatarius
14 uſus fuit, † maximè in inſtrumento ſecundæ donationis,ſeu
cõfirmationis præſumi poteſt dolus, & fraus ad tradita per
Baldum in l.teſtamentum C.de teſtam.nam uidens, & co-
gnoſcens dominus donatarius inſtrumentum primæ dona
tionis minus ualidum,ſed ſuſpectum fore, induxit dictam il
luſtrem dominam Thadeam ſimplicem, & incautam ad fa-
ciendum ſibi ſecundũ inſtrumentum, in quo abundans cau
tela fuit adhibita,prout in eo apparet:& ideò dolus,& fraus
ex parte ipſius do.donatarij præſumi debet,ut uoluit Bald.
in d.l.teſtamentum.Ex quibus omnibus conſtat, non unam,
ſed infinitas præſumptiones doli, & fraudis extare, ac exti-
tiſſe ex parte præfati dom.donatarij,quibus ipſa do.dona-
trix ad ſic donandum ſeducta fuit: & propterea cum in tali
donatione omiſſa etiam,immò neglecta fuerit inſinuatio,ſe
quitur,quòd illa debet dici inualida,& de iure reuocabilis,
non obſtante iuramento,cuius uires deficiunt, quandocũq;
adeſt ſuſpitio doli,& fraudis,ut in locis uulgaribus, & ſupra
15 tetigi.¶ Dico etiam † dictam donationem,inquantum ea fa
cta fuit de bonis feudalibus, eſſe nullam propter defectum
conſenſus,& uoluntatis domini,ut in c.1.§.donare qualiter
feu.aliena.pote.& ibi domini feudiſtæ cum iis, quæ ibi ha-
bentur,idemque dicendum eſt de bonis emphyteoticis ec-
cleſiaſticis,ad tradita per ſcriben.in d.§.donare, & habetur
per ſcriben.& præcipuè per Iaſo. qui hanc opinionem eſſe
communem aſſerit in l.fin.C.de iure emphyt. & per Imol.
in c.potuit de loca.& in c.2.extr.de feu.per Alex.poſt Bar.
& Imol.in l.ſi domus in fin.in penult.colum.ff.de legat.1.
¶ Vltimo præſuppoſito,ſed non conceſſo,quòd donationes
16 iſtæ ualidæ,& in ſe irreuocabiles fuiſſent,dicò, † quòd ſim-
plici pacto contrario,& partium conſenſu reuocari potue
rũt,ut in l.ſi ea C.de dona.& ibi Bal.expreſsè, & hoc uoluit
Bal.in l.1.in ult. col. ibi quæro cum donatio &c. C.quand.
lice.ab empt.diſce.qui dixit,quòd ſi donatio facta fuit ſim-
plici pacto, poteſt contrario pacto ipſo iure tolli: ſi autem
ſtipulatione fuiſſet perfecta,tunc contraria ſtipulatione re
uocatur,per ſimplex autẽ pactum eius effectus tolleretur,
quia donatarius agens ex tali donatione poſſet per exce-
ptionem expelli:ſed in caſu occurrenti prima donatio pro
certo fuit contrario pacto,immò ſtipulatione reuocata,er-
go &c.Secunda etiam dici poteſt ſaltem quoad effectũ re-
uocata per pactum contrarium,& reuocatorium, propter
quod agenti ex illa obſtabit exceptio,ut ſupra, nam de hu-
iuſmodi pacto inter dictam illuſtrem do.Tadeam,& præfa-
tum illuſt.do.Sigiſmundum conſtat per literas ipſius do.Si-
giſmundi,quibus ipſe illi promiſit,donationem ſibi ab ea fa
ctã reuocare,illiq; renunciare per hæc uerba, promitto ſub
17 fide mea &c.† quæ pactum importare etiam inter abſentes
dicuntur arg.l.ſciendum §.dictum ff.de ædil.edic. l. pactũ ff.
de pollici.& quamuis hæc uerba fuerint in literis,ſeu in epi
ſtola ab ipſo do.Sigiſmundo prolata,tamen probant, ut in
l.2.ff.de pac.quæ promiſſio facta in epiſtola debet intelligi
de donatione,quam cum maxima inſtantia domina Tadea
à præfato domino Sigiſmundo reuocandam eſſe deſidera-
bat:& ſic de illa, quæ magis ualida erat, ac magis dominæ
Tadeæ,& hæredibus ſuis nocere poterat,ut innuũt uerba il
la, de quibus in literis domini Sigiſmundi, che io li faccia
la renuncia di quella donatione, che con tanta inſtantia la
mi ha ricercato, li prometto ſotto la fede mia &c. quibus
uerbis contra ſcribentem ſtandum eſt, ut per doctores in l.
admonendi ff.de iureiur. & not.in l.inſtrumenta,& in l.non
epiſtolis C.de probatio.nec obſtant illa uerba,la mi mandi
una minuta del modo,che uuole,ch'io faccia la renuntia di
quella donatione,che con tanta inſtantia &c.ch'io gli pro-
metto farla tale,quale la mi mandarà,per quæ uerba uide-
tur reſtricta promiſsio ad caſum, quo tantum fuiſſet minu-
ta renunciationis tranſmiſſa,& ſic promiſsio uidetur condi-
tionalis, uidelicet, ſi minuta ad eum fuerit tranſmiſſa: quæ
conditio cum non fuerit adimpleta, nec purificata pro-
miſsio habetur pro non facta l. ſi quis fundum ff. de con-
18 trahen.emptio.quia pro reſponſione dici poteſt, † quòd li-
cet illa uerba quoad obtinendam renunciationem facien-
dam iuxta tenorem,& minutam tranſmittendam ab illuſtri
domina Tadea dicantur reſtrictionem,uel conditionem im
portare,tamen non excludunt,quin dicantur etiam in ſe cõ
tinere promiſſionem de renunciando etiam ſimpliciter, &
aliter,quàm tenor minutæ tranſmiſſus contineret:illa enim
uerba prolata fuerunt ad fauorem dictæ dominæ Tadeæ,
& ut eſſet ſibi ſatisfactum per renunciationem donationis,
ergo debent operari ad fauorem ipſius, & non contra, ne
inducta ad unum finem operentur contrarium l.legata inu
tiliter ff.de legat.1. Vel ſaltem dicendum eſt, quòd uirtute
dictæ promiſſionis illuſtris dominus Sigiſmundus cogi poſ-
ſit ad faciendum renunciationem donationis,iuxta tenorẽ,
& minutam, quem,ſeu quam ipſa domina Tadea obtulerit,
quia promiſſio facta in dictis literis adhuc dicitur eſſe in ui
ridi obſeruantia argumen.l.ſicut C.de actio. & obligat.nec
poteſt dici reuocata ex renunciatione facta de prima do-
natione, quoniam illa facta fuit ab ipſo domino Sigiſmun-
do,prout ſibi uiſum fuit,nõ autem prout deſiderabat,& uo-
lebat dicta domina Tadea, & prout illi promiſſum fuerat,
ut de hac promiſſione in dictis literis domini Sigiſmũdi ad
ipſam dominam Tadeam datis,& ab ea receptis conſtat.In
reliquis cum excellentiſſimo domino conſultore pertran-
ſeo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donator ut non poſſit in præiudicium donationis, ſeu donatarij rem donatam alteri obligare, aut alienare, quid requiratur.*
2 *Debitor, qui conſtituit ſe nomine creditoris rem precario poſſidere, alteri rem illam alienando, atque tradendo, creditori quoad poſſeſsionem ſuã ciuilem præiudicat.*
3 *Donator ſaluo ſibi uſufructu donans, et donatarij nomine conſtituẽs ſe poſſidere, fictè tradere, & ſolam ciuilem poſſeſsionem, naturali penes ſe retenta, in donatarium transferre dicitur.*
4 *Donatio ſimplex pacto nudo facta abſque traditione non dicitur ita perfecta, ut donator rem donatam alteri alienando, atque tradendo non dicatur donatario præiudicare, ſecus ſi res donatario tradita fuiſſet:*
5 *Et an traditio ficta per reſeruationem uſusfructus, & pactum conſtituti de poſsidendo facta ad omnimodam donationis perfectionem ſufficiat.*
6 *Debitor ſi poſt rogationem, ſeu conſtitutionem precarij nomine creditoris factam rem alteri alienauit, & uerè, uel fictè tradidit, creditor poteſt in continenti de facto, & ex interuallo iuris remedio, hoc eſt poſſeſſorio recuperandæ, & remedio l.fin.C.de acquir.poſſ.ſuam poſſeſsionem recuperare.*
7 *Priuatus ſua poſſeſsione quando de facto poteſt illam in continenti recuperare, multo magis ex interuallo uia iuris illam aliquo remedio poſſeſſorio recuperare poterit.*
8 *Debitor, & uſufructuarius quoad præiudicandum creditori, & proprietario in ſua ciuili poſſeſsione per alienationem, & traditionem rei ab eis alteri factam differunt, & quomodo, & nun. 13.*
9 *Donator per donationem ſe dominio rei donatæ priuat, & reſeruando ſibi uſumfructum non poteſt poſtea rem donatam alteri alienando, & tradendo donatario, illiuſque poſſeſsioni præiudicare.*

Creditor

10 *Creditor, cuius ciuili poſſeſsioni per factum debitoris alteri rem tradentis fuit præiudicatum, poteſt remedio l. fin. C. de acquir. poſ. uel alio ad illius recuperationem agere.*

11 *Debitor rem, quam precario nomine creditoris ſe poſsidere conſtituerat, alteri alienando, & tradendo, quomodo creditori præiudicare dicatur.*

12 *Debitor an precario nomine pro creditore ſe poſsidere conſtituat, an uero ſimpliciter ſe pro creditore conſtituat poſsidere, differt, quoad præiudicandum creditori per eius alienationem rei, & traditionem alteri factam.*

13 *Ciuilis poſſeſsio creditoris requieſcens ſuper naturali debitoris debilis eſt, ac uiribus caret, & ei per factum debitoris alteri rem alienantis, et tradentis præiudicatur, ſecus in ciuili poſſeſsione iuſto titulo per retinentem penes ſe naturalem tranſlata, quæ non dicitur ſuper naturali requieſcere.*

14 *Donatio dicitur pura, & ſimplex, ac inter uiuos, licet donator ſibi reſeruauerit uſumfructum, & retentionem bonorum donatorum, donec uixerit, ut illis uti, & frui poſsit.*

15 *Donator per reſeruationem uſusfructus, & conſtitutum de poſsidendo ſolam ciuilem poſſeſsionem in donatarium transferre, & naturalem penes ſe retinere uoluiſſe cenſetur, nec ex eo, quod reſeruauit ſibi bona donata, donec uixerit, ut illis uti, et frui poſsit, dictam ciuilem poſſeſsionem donatarij reuocaſſe dicitur, & nu. 26.*

16 *Donatio facta per uerba purè, liberè, & ſimpliciter dicitur pura, & ſimplex, non autem conditionalis, neque modalis, quãuis pacta correſpectiua, & ultro citroq; obligatoria ſint in ea appoſita.*

17 *Conditio reſolutiua actum, & contractum non ſuſpendit.*

18 *Præceptum ſuperioris excuſat.*

19 *Conditio pro impleta habetur, quando non deficit per implere debentem.*

20 *Donator reſeruans ſibi ius diſponendi de bonis donatis uſque ad certam ſummam intelligitur teſtando, non autem inter uiuos diſponendo.*

21 *Conſtitutum ſuper donatione rei emphyteoticæ eccleſiæ appoſitum an, & quando dominij, & poſſeſsionis tranſlationem operetur.*

22 *Donatio rei emphyteoticæ facta ſaluo iure eccleſiæ, uel domini, ualet ſimpliciter abſque conſenſu domini, licet donatarius poſtea inueſtituram petere teneatur.*

23 *Donatio ſi facta ſit patri ſtipulanti, & acceptanti pro ſe, & filio, pro quo de rato promiſit, filio non ratificante, patri tota acquiritur, nec quoad patri acquiſitionem ratificatio filij eſt neceſſaria, nu. 25.*

24 *Ratificationem fieri quo tempore ſufficiat, quando certum tempus non eſt appoſitum.*

26 *Donator cum reſeruatione uſusfructus, donec uixerit, ſi alteri donet, uel alienet cum pacto conſtituti, ſolum ius naturalis poſſeſsionis, & uſusfructus, quod ſibi reſeruauit, in ſecundum tranſtulit, quod cum morte donatoris extinguitur, & cum ciuili poſſeſsione donatarij ipſo iure conſolidatur.*

27 *Et quod remedium donatario competat ad illam naturalem poſſeſsionem recuperandam, ſi ei non relaxetur.*

Vſufructuarius, uel ab eo cauſam habens, ſi finito uſufructu naturalem rei poſſeſsionem non relaxet, quo remedio ſit domino, & proprietario ſuccurſum.

EPITOME.

DONATOR *cum reſeruatione uſusfructus bonorum donatorum, donec uixerit, & pacto conſtituti de poſsidendo illa nomine donatarii, eadẽ permutationis, aut alterius alienationis titulo in alium poſtea transferendo, atq; tradendo, donatario, eiusq; poſſeſsioni ex dicto pacto conſtituti adeptæ non præiudicat: ſed mortuo donatore, & ſic illius uſufructu, & iure finito, ſi ſecundus, uel alius ab eo cauſam habens naturalem dictorũ bonorum poſſeſsionem adhuc retineat, donatarius ad illam recuperandam remedio l. fin. C. de acquir. poſſ. aut alio remedio poſſeſſorio recuperandæ rectè agit.*

CONSILIVM LX.

VISO proceſſu ſatis longo cum omnibus in eo contentis, in cauſa inter Antoniummariam ſuo nomine, ac uice Petri Hieronymi ſui filij agẽtem ex una, & ſer Vincentium reum conuentum ex altera, & prout in libello dicti agentis mediantibus illorum interceſſoribus uertente, viſiſque iis, quæ in allegationibus, & conſiliis doctiſſimis clariſſimorum aduocatorum ambarũ partium cõtinentur, nec non literis Reuerendiſ. domi. Gubernatoris Rauennæ, quibus requiſitus fui, ut oſtenderem, quæ ſint, & eſſe debeant partes ſuæ Reueren. do. in præſenti cauſa in iudicando, omiſſis ſuperfluis, ac aliis pluribus, quæ hincinde allegari poſſent, & quæ in conſulendo ſolitus ſum obſeruare, adhærendo allegationibus iuris domini Petri Andrioli, dico, pronunciãdum fore ad fauorẽ dicti Antoniimariæ, ſeu ſui procuratoris petentis, & contra, ac aduerſus dictum ſer Vincentium reum conuentum, ſeu ſer Thomam pro eo in iudicio comparentem, prout in dictis allegationibus domini Petri habetur, quibus ad ſic dicendum motus fui, & breuitatis gratia iura, rationes, & auctoritates, quibus ipſe fuit uſus, aliter non reaſſumo, ſed duntaxat aliquibus, quæ aduerſari, & magis ſtringere uidentur, ultra præfatum dominum Petrum reſpondere conabor: Stante itaque hac cõcluſione, quòd prima donatio dicto Antoniomariæ facta firma remaneat, & ex illa dominium, & poſſeſſio ſaltem ciuilis propter cõſtitutum de poſſidendo, & uſusfructus reſeruationem in ipſum donatarium trãſlata fuerint, per tex. cum ibi not. per Barto. & alios in l. quiſquis C. de donatio. & cum plenè deductis per dictum dominum aduocatum, & aliis, quæ ultra illum allegari poſſent, & quòd per permutationem, & traditionem domus ſer Vincentio factam, de qua in proceſſu, non fuerit dictæ donationi, ſeu poſſeſſioni ipſi Antoniomariæ adeptæ aliquod præiudicium irrogatum, per iura, & allegationes, quæ in dicto conſilio uideri poſſunt, item præſuppoſito, prout uerum eſt, quòd remedium l. fi. C. de acquir. poſ. in libello propoſitum competierit, ut colligitur ex illo tex. prout illum circa princ. inducit Bal. ibi, & traditur per Alex. in conſ. 78. uolu. 4. & in conſil. 85. in 6. uolu. & ſequi uidentur doctor. communiter in d. l. fin. in primis non refragatur, quòd donatio prima facta Antoniomariæ non fuerit perfecta illa perfectione, quæ requiritur ad hoc, ut ipſe donator non poſſit ad præiudiciũ donationis, ſeu donatarij rem donatam obligare, uel alteri alienare, quoniam † requiritur, quòd ultra donationem 1
res donata fuerit ipſi donatario uerè tradita, ut uoluit Alexandr. in additio. ad Bartol. in l. ſi quis argentum §. ſed ſi quis C. de donatio. ex not. per Barto. in l. 1. C. de iure fiſc.
2 libro 10. & per Imol. in l. acquilius ff. de donatio. Et † dixit Bartol. in l. celſus in 4. colum. uet ſi. ſed pone ff. de uſucap. & in l. interdum per illum textum in fin. ff. de acquirend. poſſeſſio. quòd ſi debitor conſtituerit ſe nomine creditoris precario poſſidere, quo caſu uidetur fictè rem tradere, & poſſeſſionem ciuilem transferre, ad not. per Barto. & alios in l. quod meo, & in d. l. interdum ff. de acquirend. poſſeſſ. in l. ab emptione ff. de pact. & l. quædam mulier ff. de rei uendicatio. & per Bald. in l. 1. C. pro donato, deinde rem alteri alienauerit, illamq́ue tradiderit, præiudicare dicitur
3 creditori etiam quoad poſſeſſionem ſuam ciuilem: Sed † donator, qui in caſu occurrenti Antoniomariæ ſaluo ſibi uſufructu donauit, & illius nomine conſtituit ſe poſſidere, fictè dicitur tradidiſſe, ac ſolam ciuilem poſſeſſionem in donatarium tranſtuliſſe, naturali poſſeſſione penes ſe retenta, ut in d. l. quiſquis, & in dict. l. ſi quis argentum cum ſimilibus, ergo rem donatam expoſitfacto titulo permutationis tradendo, cenſetur quoad poſſeſsionem ipſi Antoniomariæ donatario præiudicaſſe, & conſequenter uidetur, quòd ipſe Antoniusmaria agere non poſſit remedio d. l. fi. C. de acquirend. poſſeſſio. nec alio remedio poſſeſſorio retinendæ, & hoc ſequi uidetur Alexandr. in conſi.
4 153. uolumine 6. Quia primo reſpondetur, † quòd ſimplex

O 2

plex donatio facta pacto nudo non interueniente traditione aliqua non dicitur taliter perfecta,quin donator rem alteri alienando,illiq́ue tradendo,dicatur ipſi donatario præiudicare:ſed ſi donatario eſſet res tradita, & ſic donatio eſſet rei traditione perfecta,ſecus eſſet,ut uoluit Bar.in d.l.1.
5 C.de iure fiſci,& Imol. in d.l.aquilius : † tradita autem res dicitur etiam per reſeruationem uſusfructus,&per pactum conſtituti de poſſidendo,& ſi non uerè,ſaltem tamen fictè, quæ ficta traditio quoad tranſlationem dominij, & poſſeſſionis,& ſic quoad perfectionem donationis idem operatur,quòd uera traditio,ut in d.l.quiſquis,in d.l.ſi quis argentum,in d.l.ab emptione,in d.l.quod meo, in d.l.interdũ per ſcribentes poſt Bartolum & in terminis per doctores communiter in l.quoties,ubi Iaſ. C.de rei uendicatio. ergo facta traditione huiuſmodi ficta, prout facta fuit in caſu noſtro,non potuit donator alienando, & alteri rem tradendo præiudicare donatario:& quamuis Alexan. in d. l.ſi quis argentum loqui uideatur de uera traditione,allegando Bart. in d.l.1.& Imol.in d.l.aquilius,tamen Bart.loquitur ſimpliciter de traditione,non autem de uera, cum (ut dictũ fuit) idem operetur etiam ficta traditio,ut ſupra, & uolunt omnes:ſimiliter Imol. ad perfectionem omnimodam donationis non requirit ueram traditionem,ſed traditionem ſimpliciter momentaneam,qualis fuit in caſu, de quo agitur, ad differentiam,quando donatio eſſet facta ſimpliciter pacto nudo,nulla interueniente traditione,ut etiam eſt de mente Alex.in conſi.25.circa finem in 3.uolum. qui uoluit ſufficere fictam traditionem,& Alex.etiam in conſi.85.in 6.uolu. tenet contra illum,in quem facta eſſet alienatio, & cui facta eſſet ſecundo loco traditio per creditorem, quoniam uult illum poſſe agere remedio d.l.fin. C.de acquir.poſſeſ. & pro hoc optimè inſeruit id,quod uoluit Alexan. in conſi.
6 153.in 6.uolu.in ult.colum.qui innuit, † quòd quando debitor poſt rogationem, ſeu conſtitutionem precarij factam nomine creditoris rem alteri alienauit,& uerè, uel fictè tradidit, quo caſu dicitur fieri præiudicium creditori quoad ſuam poſſeſſionem,ut in d.l.interdum in fin.ibiq́ue Barto.in continenti licitum eſt creditori illam recuperare, arg.l.3.§. cum igitur,& in l.cum fundus ff. de ui, & ui arma. ergo infertur, quòd etiã ex interuallo dicetur eſſe ei licitum illam poſſeſſionem ſuam remedio iuris, hoc eſt poſſeſſorio recu-
7 perandæ,& ſic remedio d.l.fin.recuperare : † nam quando ſumus in caſu,quo priuato ſua poſſeſſione licitum eſt de facto incontinenti illam recuperare,multo magis ex interuallo dicetur ei conceſſum iudicialiter,& uia iuris eam aliquo remedio poſſeſſorio uendicare, ut in dictis iuribus, & per Iacob.Butri.& Ang.in l.3.C.de pigno.& in d. l.fin. & clarè per Ioan.de Imol.in l.exitus ff.de acquiren. poſſeſſio.
8 ¶Præterea in terminis † de mente Alexand.in conſil.153. in 6.uolum.& Imolæ in d.l.interdum in fin.aliud eſt in uſufructuario,qui naturaliter poſſidet, & aliud eſt in debitore, qui precario nomine creditoris conſtituit ſe poſſidere:quia etſi debitor poſſit,alienando,& tradendo rem alteri præiudicare creditori quoad ſuam ciuilem poſſeſſionem, ut per Barto.in d.l.celſus,& in d.l.interdum,tamen ſecus eſt in uſufructuario,qui naturaliter poſſidet,ut ibi per Alexan.at nos
9 ſumus in uſufructuario, quoniam † Petrus franciſcus donator,qui donãdo ſe dominio rei donatæ priuauit, ut per Baldum in l.2.in ulti.colum.C.de inofficio.donatio.& in l.ſi donatione in ult.colum.C.de collat.reſeruauit ſibi uſumfructum rei, & ſic ſe uſufructuarium conſtituit, ut in dicta l. quiſquis,& in d.l.ſi quis argentum, ergo alteri alienando, & tradendo nõ potuit donatario, nec illius poſſeſſioni præiudicare,& ideò tradendo rem titulo permutationis non dicitur ipſi donatario præiudicatum, quo minus contra poſſeſſorem agere poſſit remedio d.l.fin.ut ibi per Baldum per illum textum.Adde,quòd etſi Bart.in d.l.celſus, & in dicta l.interdum dicat, quòd debitor poſtea alienando, & alteri rem tradendo dicatur præiudicare creditori ciuilem poſ-
10 ſeſſionem habenti, tamen non negat, † quin ipſe creditor agere poſſit remedio d.l.fi.uel alio remedio recuperandæ, quod datur etiã ratione ſolius ciuilis poſſeſſionis, qua quis fuit iniuſtè priuatus,ut in l.1.§.deiicitur ff.de ui,& ui arma. & expreſsè declarat Alexand.in dicto conſil.85. in 6.uolu. & clarè habetur per Baldum in dicta l.fi.circa principium, & in l. 1. C. de reuocand. his, quæ in fraud. credit.
11 ¶Rurſus dico, †ut eſt de mente Bal.in l.nullo C.de rei uendica.in final.uerbis,necnon Bartol.in d.l.celſus in 4. colum. quem allegat Bald.in dicta l.nullo, quòd per alienationem debitoris,& traditionem rei ueram,uel fictam ab eo ſecundo factam ſit præiudicium creditori, cuius nomine prius ſe precario conſtituerat poſſidere, in quantum illius poſſeſſio commodum,& utilitatem debitoris continebat,cum creditor rem pignoratam ad commodum debitoris poſſidere dicatur,ut habetur in l.qui pignoris cum ſequen.ff.de acquiren.poſſeſſio.non autem in præiudicium iuris creditoris, ut ibi.Ex quo infertur, quòd in caſu noſtro donator, qui poſtea domum permutauit, & illam tradidit, non dicitur ipſi
12 donatario præiudicaſſe.Vel melius dicere poſſumus,†quòd refert, an debitor pro creditore precario nomine conſtituat ſe poſſidere, & tunc poſtea alienando alteri, & pro eo ſe conſtituendo poſſidere,dicitur creditori quoad ſuã poſſeſſionem præiudicaſſe,ut in dicta l.interdum in fine, & hic caſus ad caſum noſtrum non adaptatur, aut debitor pro creditore conſtituit ſe ſimpliciter poſſidere, quo caſu omnem poſſeſſionem in creditorem tranſtulit, & tunc ſi poſtea debitor rem alteri alienet, & illam uerè, uel fictè tradat, non præiudicat primo creditori,in quem per ſimplex conſtitutum de poſſidendo fuit omnis poſſeſſio tranſlata, ut in terminis uoluit,& declarat Barto.in dicta l.celſus,& ſequitur Bald.in d.l.nullo: Sed in caſu noſtro Ioannes franciſcus donator ſimpliciter conſtituit ſe nomine Antonijmariæ donatarij poſſidere,ergo poſtea alienando,& rem alteri uerè, uel fictè tradendo,non potuit iuri, ſeu poſſeſſioni dicti Antonijmariæ donatarij præiudicare. ¶ Vltimo dici poteſt,
13 † quòd quando debitor conſtituit ſe precario nomine poſſidere pro creditore, quo caſu ipſe dicitur naturaliter poſſidere, ſolum poſſeſſionem ciuilem in ipſum creditorem transfert, quæ ciuilis debilis eſt, & ſuis uiribus caret, quoniam ipſe creditor ciuiliter poſſidet pro debitore, & ad illius utilitatem iuxta d.l.qui pignori cum l.ſequen.& l.interdum in fine:& ideò nil mirum, ſi debitor poſtea rem illam alienando,& uerè,uel fictè tradendo,dicitur poſſeſſioni ciuili ipſius creditoris præiudicare, quia illa debilis eſt,& ſuis uiribus caret, & hoc modo intelligi debet in d. l.interdum cum ibi not.quando uerò ille, qui penes ſe naturalem retinet, in alium iuſto titulo puta donationis transfert ciuilem poſſeſſionem plenam, & uires ſuas habentem iuxta ea, quæ habentur in l.3. §.ex contrario ff. de acquiren. poſſeſſio.ut eſt in caſu, quo ille, qui donauit, & ſibi uſumfructum reſeruauit, conſtituit ſe nomine donatarij poſſidere, quia ipſe tanquam uſusfructuarius naturaliter poſſidet l.naturaliter in princip.ff.de acquiren.poſſeſſio.& in donatarium ciuilem poſſeſſionem,quæ ſuos effectus, omneſq́ue uires ſuas habet, transferre dicitur, ut in dicta l. quiſquis, & in dicta l. ſi quis argentum cum iis, quæ habentur per Bartolum,& alios in d.l.quod meo,& in d.l.interdum in fi. cum ſimilibus, & tunc non habet locum text. in d.l.interdum in fin.cum ibi not.per Bartol.& in d. l. celſus in 4. colum.Et ideò poſtea donator rem donatam alteri alienãdo, uel tradendo nihil facit ad præiudicium primi donatarij, cui per prius fuerat ciuilis poſſeſſio acquiſita,quæ non dicitur

tur ſuper naturali poſſeſſione requieſcere,ſed de per ſe ſtare,ſecundum quod habetur in d.l.interdum in prin. & hæc declaratio eſt de mente Alex.in d.conſi.153.in 2.col.uerſic.præterea &c.qui differentiam facit inter ciuilem, quam habet proprietarius reſpectu uſufructuarij, quæ non dicitur ſuper naturali requieſcere, & illam ciuilem, quæ fuit tranſlata in creditorem per debitorem,qui precario nomine creditoris rogauit &c.& latius,ut in cõſ.do.Pet.habetur. ¶ Nec eſt uerum,ut ex oppoſito dicitur,quòd donator conſtituerit ſe poſſidere poſt mortem, & ſic illo tempore, quo poſſidere deſiit,& ideò nihil dicetur operari ad tradita per Ang.& Alex.in l.quamuis §.ſi conductor ff.de acquir.poſſ. quia ex uerbis inſtrumenti donationis cõtrarium apparet,
14 nam † donatio fuit pura,& ſimplex,ac inter uiuos,reſeruatio autem uſusfructus facta fuit,ut ipſe donator non deberet circa fructus in eius uita moleſtari, & ideò bona donata retineret ad effectum utendi,fructuſque percipiendi,ut habetur per Sozi.in conſi.53.col.6.uerſic. præterea in 1.uol.
15 Minus quoque uerum eſſe uidetur, quòd † conſtitutum de poſſidendo fuerit reuocatum, quia hoc non eſt ueriſimile l.non ad ea ff.de condi.& demonſtra.ac etiam quia per illa uerba, quibus donator reſeruauit ſibi bona donata, donec uixerit,ut illis uti,& frui poſſet, non cenſetur reuocata illa ciuilis poſſeſſio, quæ per conſtitutum in donatarium fuerat tranſlata,nam quando quis donat reſeruato ſibi uſufructu, & conſtituit ſe nomine donatarij poſſidere,per talem reſeruationem,& conſtitutum ſolum cenſetur uoluiſſe transferre ciuilem,& naturalem retinere,ut in d.l.ſi quis,& ibi Bar. & in d.l.ſi quis argẽtum §.1.Ridiculum etiam uidetur eſſe, quòd conſtitutum fuerit factum ſuper re incerta, cum ex inſpectione inſtrumenti de domo,& de alia re immobili apparere dicatur. ¶ Secundo principaliter ipſi Antoniomariæ donatario agenti obſtare nõ uidetur, quòd donatio fuerit conditionalis,ſeu modalis, & conſequenter conſtitutum de poſſidendo in illa appoſitum dicatur cõditionale,& effectum habere,ac ſortiri non potuerit,non adimpleta conditione,per ea,quæ uoluit Oldrad.in conſi.139. ad habendã, & per Alex.in conſi.153.uol.6.col.2.Quia primo reſpon-
16 detur, † quòd non fuit modalis, nec conditionalis, immò pura, & ſimplex, nam dictum fuit,quòd titulo donationis dederunt,& tradiderunt purè,liberè,& ſimpliciter &c.argumen.l.1.§.ſi quis ſimpliciter cum ibi not.ff.de uerb.obli. Nec propter pactum in fine donationis appoſitum poteſt dici contractus conditionalis,ſed magis ultro,citroq; obligatorius,& ob cauſam,alioquin ſi ex hoc cenſeretur conditionalis,ſequeretur,quòd omnis contractus ultro,citroque obligatorius,& in quo pacta correſpectiua apponuntur, diceretur conditionalis, & nullus eſſet purus, nec ſimplex: quod minimè dicendũ eſt,ut in terminis arguit Alex.in conſil.78.in 4.uol.col.3.uerſi.quibus omnibus &c. & facit id, quod uoluit Corn.in conſ.350.in 1.uol.Et dato,quòd diceretur facta donatio ſub conditione, non tamen ſuſpenſiua, quæ effectũ conſtituti de poſſidendo ſuſpendiſſet,ut ex op-
17 poſito præſupponitur,ſed reſolutiua, † quæ actum, ſeu contractum non ſuſpendit, ut in l.2.cum ſequenti, & ibi Bart. ff.de in diem adiec.& arg.l.Iulianus §.offerri ff.de act.empt. Præterea eſto,quòd fuiſſet conditionalis ſuſpenſiua, quod negatur,tamen dici poteſt, illam conditionẽ haberi pro impleta,cum non ſteterit ex parte dicti Antonijmariæ donatarij,quominus faceret ea,ad quæ ex ui cõtractus tenebatur, ſed potius dicitur defeciſſe per donatorem,in cuius perſonam conditio erat adimplenda,ut probatum fuiſſe conſtat, & præſertim ſtante præcepto ſuperioris facto ipſi Antonio
18 mariæ, † quod ipſum excuſat l.1.§.ſi pecuniam ff.depoſiti;
19 Vbi † enim non deficit per implere debentem, cõditio pro impleta habetur arg.l.ſi ea conditione C.de conditiõ.inſer. cum ibi nota.l.ſi quis ita legauerit in fin. ibi, neque per eam ſtet &c.ff.de conditio.& demonſtra.l.titia la 1.§.ſi ea, & ibi ſcribentes ff.de legar.2.cum ſimilibus. ¶ Nec refragatur, quòd licitum fuerit donatoribus diſponere de bonis donatis uſque ad ſummam ſcutorum centum auri,& de libris cẽtum, ergo & de illa domo, quæ non aſcendit ad eam ſummam, uel ſaltem de illa uſque ad dictas ſummas diſponere
20 potuit,quia ad hoc dicitur, † reſeruatum fuiſſe ipſis ius teſtandi,non autem diſponendi inter uiuos, & permutandi, argumen.l.uerba geſſerunt ff.de uerb.ſign.¶ Similiter non
21 aduerſatur, † quòd cum in caſu,de quo agitur, domus donata fuerit emphyteotica eccleſiæ, per conſtitutum appoſitum in donatione nõ fuit tranſlatum illius dominium, neq; poſſeſſio, cum tunc eſſet neceſſaria uera, & actualis traditio, ut uoluit inſignis doctor vltramontanus Guid. Pap.in ſuis quæſtionib.quæſt.101.& 112.quãuis ſecus eſſet,quando res allodialis,& priuata donata fuiſſet,argu.eorum,quæ ponunt Iaſ.& alij in d.l.quoties C.de rei uendica. quoniam dici poteſt,contrarium eſſe uerius, ut fuit de mente Bal. in d.l.quod meo in fin.prin.& in d.l.interdum in fin.& ubique Alex.ubi is,qui naturaliter tantum poſſidet,ueluti emphyteota,conſtituendo ſe nomine alterius poſſidere, transfert illam naturalem poſſeſſionem, & nullam penes ſe retinet, nec ſecundum Bar.& alios conſenſus domini directi requiritur.Saluando tamen utrunque dictum conſiderari poteſt, quòd aut ſit alienatio de re emphyteotica,quæ eſt ipſo iure nulla,ut quando fit ſine conſenſu domini,& non reſeruato iure eccleſiæ, ſeu domini, & ſic in caſu,in quo alienatio ab initio,& ilico eſſet ipſo iure nulla, ut in c. potuit de locato, & in c.fi.C.de iure emphy. & tunc procedat deciſio Guid. Pap.in d.quæſt.101.& 112. aut ſit alienatio de re emphyteotica ſine conſenſu etiam domini, quæ in ſe tenet, uel quia ſit facta cum conſenſu domini iuxta iura prædicta, & prout uolunt docto.communiter maximè Iaſ.quaſi circa fi. in d.l.fin.per not.per Bal.in uariis locis,ut infra,& tunc procedant not.per Bar.in d.l.quod meo,& in d.l.interdum in fine,uidelicet,quòd ex ſolo conſtituto, & ſic ex ficta traditione dominiũ,& poſſeſſio transferantur,ut eſt de mente Bart. & aliorum communiter:At in caſu occurrenti facta fuit donatio de domo emphyteotica, ſaluo iure eccleſiæ, & ſic in caſu permiſſo,& in quo alienatio abſque conſenſu domini
22 tenet, immò † ſecundum ueriorem, & magis communem ſententiam donatio facta de re emphyteotica ſaluo iure eccleſiæ, ualet ſimpliciter abſque conſenſu domini, quamuis donatarius poſtea teneatur inueſtituram petere,ut habetur per Bal.poſt glo.in d.l.fin.& in l.ſi domus in fin. ff.de leg.1. & in l.uſufructu ff.ſolu.matri.qui affirmat hanc eſſe communem opinionem,& latè traditur per Iaſ.in d.l.fin. idemque atteſtatur Alex.in d.l.ſi domus in fin.in 2.col.cum ſequen. qui infinitos allegat,Imol.poſt Ioan.Andr.in d.c.potuit, & Guid.Pap.q.46.igitur ualebit, & conſtitutum de poſſidendo in contractu donationis rei emphyteoticæ appoſitum ſuum effectum operabitur, præcipuè quando res donata eſſet ſaluo iure &c.ut per Alex. in d. l.ſi domus in pen. col. ¶ Non obeſſe etiam uidetur id,quod ex aduerſo dicebatur, quòd ex quo donatio facta fuit Antoniomariæ pro ſe,& nomine eius filij ſtipulanti,& acceptanti, pro quo de rato promiſit,& non conſtat de ratificatione filij, donatio non dicitur perfecta,& conſequenter conſtitutum in ea appoſitum non uidetur effectum ſuum operari, quia multis modis re-
23 ſponderi poteſt,primo,quòd, † filio non ratificante,ſeu nolente ratificare,totum dicitur Antoniomariæ patri donatũ per ea,quæ uoluit Barto.& ibi Alex.in l.ſi mihi, & titio ff.de
24 uerbo.obligat. Secundo dico, † quòd Antoniusmaria non dicitur in mora,ex quo non fuit interpellatus,nec requiſitus,quòd deberet facere filium ſuum ratificare, cum non

fuerit pater obligatus facere, quòd filius infra certum tem
pus ratificaret, arg. l. ſi ex legati cauſa. ff. de uerb. oblig. l. di-
ſpenſatorem. ff. ſolutio. Bar. in. l. uero procuratori. §. ſed & ſi
. ff. eod. ubi habetur, quòd quando non eſt appoſitum certũ
tempus, ſufficit quandocunq; ratificari in his, in quibus agi
tur de acquirendo, quoad illud verò, ne committatur ſtipu
latio de raro, requiritur, quòd quis ratũ habeat ſtatim, quo
poteſt, ut in d. l. verò procuratori, & ibi Alex. in fin. cum. l.
ſequ. & in. l. quo. n. §. iulianus cum gloſ. ff. rem ratam habe.
25 Præterea † quoad acquirendum ipſi Antonio mariæ patri,
ratificatio filij non fuit neceſſaria, quoniam ſtatim abſque
illius ratificatione totũ fuit ex donatione ipſi Antonio ma-
riæ donatario, & ſucceſſiuè poſt eius mortẽ filio ſuo acquiſi
tum, quia donatio, & ſtipulatio facta alicui pro ſe, & filio
ſucceſſiuo ordine facta dicitur, Alex. in l. quod dicitur. ff.
de uerb. oblig. & ſic tota donatio fuit in uita ipſius patris do
natarij ad eius utilitatem perfecta. Rurſus per ſtipulationẽ
à patre factã pro ſe, & filio, acquiritur ilico ipſi patri abſque
ratificatione, & ceſſione, quia cum dicatur acquiri filio con
templatione patris, totum dicitur patri acquiri l. quod dici-
tur, l. quodcunq;, & ubiq; ſcribentes. ff. de uerb. obliga. & per
glo. in. §. 1. inſtit. per quas perſo. nob. acquir. & l. placet. ff. de
acquir. hæred. cum materia: & ſic ex præmiſſis conſtat, dona
tionem ualuiſſe, & ex conſtituto in illa appoſito tranſlatum
fuiſſe dominium, & poſſeſſionem in donatariũ adeò, quòd
donator alteri alienando, uel donando, & pro illo ſe conſti-
tuendo poſſidere, non potuit in eum trausferre dominium,
neq́ue poſſeſſionem, quæ prius in primum translata fuerũt,
ut concludit Guid. pap. in q. 512. ¶ Præterea animaduer-
26 tendum eſt, nam fortè etiam dici poſſet, † quòd quando do
nator primam donationem fecit cum reſeruatione uſusfru
ctus, dicitur per conſtitutum in donatarium tranſtuliſſe ſolã
ciuilem poſſeſſionem, retẽta penes ſe naturali d. l. quiſquis,
& d. l. ſi quis argentũ. §. 1. & ibi Bar. ex quo. n. retinuit uſum-
fructum, retinuiſſe etiam dicitur naturalem poſſeſſionem,
quia uſufructuarius naturaliter poſſidet l. naturaliter ĩ prin.
ff. de acquir. poſſ. Vnde poſtea donator alteri donando, uel
aliter alienando cum pacto conſtituti de poſſidẽdo, in illum
uidetur ſolum tranſtuliſſe eam poſſeſſionem, quã habebat,
hoc eſt naturalem, Bar. in d. l. quod meo per tex. in d. l. inter-
dum in fin. & ibi Bar. & non ciuilem, quam nõ habebat, quia
nemo plus iuris in alium trãsfert, quàm ipſe habeat l. nemò
plus iuris. ff. de reg. iur. in ſecundum igitur ſolum trãſtuliſſe
uidetur naturalem poſſeſſionem, & ius uſusfructus, quod
habebat per ea, quæ habentur per Bart. Imol. Alex. & alios
in d. l. ſi domus. §. fin. ff. de leg. 1. quod ius naturalis poſſeſſio-
nis, & uſusfructus extinguitur, extincto iure ipſius uſufruct.
qui ſecundo loco alienauit, quia extincto iure datoris, ex-
tinguitur ius acceptoris, ut in l. grege. §. & in ſuperficiarijs
. ff. de pign. l. ſi quis domũ. §. 1. ff. locati: Sed finito uſufructu,
naturalis, quæ penes uſufructuarium erat, conuolat ad ciui-
lem, & fit conſolidatio naturalis cum ciuili, ut per. Bald. in l.
1. q. 46. ff. de rer. diuiſ. per Abb. in c. cum ueniſſent in 2. col.
uerſi. ultimo colligitur extra de reſtitu. ſpolia. ergo ſimiliter
dicendum eſt, quòd finito uſufructu dicatur finitum ius ac-
ceptoris, & illa naturalis, quæ in eum fuit translata, ipſo iu-
re fuerit conſolidata cum ciuili, quæ penes primum dona-
tarium erat, ſi uſufructuarius, uel ab eo cauſam habẽs illam
naturalem dimiſerit, & relaxauerit, argu. d. l. ſi quis domum
27 . §. 1. cum alijs ſupra allegatis. Si uerò † uſufructuarius, uel
ab eo cauſam habens, finito uſufructu, naturalem poſſeſſio-
nem non relaxauerit, ſed retinuerit, tunc dominus proprie
tarius, qui ciuiliter poſſidet, dicitur turbari in ſua poſſeſſione
ciuili per retentionem naturalis, quæ ſibi reſtitui debebat,
& ideò tunc proprietario ſuccurritur per interdictum uti
poſſidetis, ut innuit Bar. in l. 1. in fin. in penul. colum. uerſ. &
eodem modo dico. ff. uti poſſidet. Reſpectu uerò naturalis,
quam uſufructuarius, uel habens ab eo cauſam ui retinet,
ſuccurritur proprietario actione reali, uel perſonali, ut ha-
betur per glo. in c. licet epiſcopus in glo. magna de præben.
in 6. ſuccurritur etiam ei, quia per retentionem naturalis
turbatur in ſua ciuili, ut poſſit retinentem naturalem poſſeſ
ſionem propria auctoritate ab illa uiolenter eijcere pro re-
cuperatione ſuæ naturalis occupatæ, ut colligitur ex not.
per Bar. in d. l. 1. §. interdictum in fin. 1. col. cum prin. ſequen
tis: quo fit, ut ſi ratione huius naturalis poſſeſſionis occupa
tæ competit ius recuperãdi propria auctoritate, multo ma-
gis competat poſſeſſorium recuperandæ, & reintegrandæ
poſſeſſionis, arg. tex. cum ibi not. in l. 3. §. cum igitur, uerſic.
ſed & ſi deiectus cum ibi not. ff. de ui & ui arma, & ſupra teti
gi. Præterea ex quo finito uſufructu uſufructuarius, uel
alius ab eo cauſam habens retinet naturalem poſſeſſionem,
dicitur uim domino, ſeu proprietario facere, cuius uiolen-
tiæ ratione competit remedium poſſeſſorium reſtituendæ,
de quo in l. non ab re C. und. ui, & in l. pen. C. locati, & eſt
de mente Bar. in d. l. 1. in fin. in pen. col. verſ. & eodem mo-
do: ſed in caſu noſtro donator, qui vſumfructum ſibi reſer
uauit, & ſic naturalem poſſesſionem retinuit, quam permu-
tando in alium tranſtulit, mortuus eſt, & ſic finitus eſt vſuſ-
fructus, eoq́; finito cauſam ab vſufructuario habens illam
naturalem poſſesſionem retinet, ergo donatario, & ſic do-
mino, & proprietario habenti ciuilem dicetur ſuccurſum
etiam remedio recuperandi illam naturalem per prædicta,
vel ſaltem remedio d. l. fin. C. de acquir. poſſ. quod in caſu
iſto competere videtur, ut latius ſupra fuit demonſtratum,
vltra ea, quæ inſignis aduocatus dicti Antonij mariæ dona
tarij doctè deduxit, cuius dictis in iudicando puto eſſe ad-
hærendum, pronunciando, dictum Antonium mariam agẽ
tem reintegrandum, & reſtituendum fore, prout ab eo peti
tum fuit, & partem aduerſam in expenſis condemnando.

SVMMARIVM.

1 *Donatio de re nondum publicata, & confiſcata facta à domino ad præiu dicium delinquentis non valet.*
2 *Donatio iuris conditionalis ſpe competentis fieri poteſt, quæ effectum non habet, niſi illa conditione impleta.*
3 *Dominus feudi ſperans feudum ad ſe reuerti poteſt, viuente vaſallo, aliũ infeudare: Et quando ſecunda inueſtitura effectum capiet.*
4 *Bona ob crimen homicidij, vel ſimilis non ſunt publicanda, niſi deficienti bus aſcendentibus, deſcendentibus, vel collateralibus vſq; ad quartum gradum: quod declaratur, & limitatur num. 17.*
5 *Delinquentis morte crimen, omniſq; eius effectus extinguitur, & publica tio de bonis illius poſt mortem facta non valet.*
6 *Crimen perduellionis, & læſæ maieſtatis in primo capite committit pro ditionem, & homicidium in dominum alicuius ciuitatis ſuperiorem re cognoſcentem, & Vicarium principis committens.*
7 *Idem, qui aduerſus Rempub. ſuam ſolicitaret, & concitaret, quo ſeditio, tumultusuè fieret.*
8 *Crimen perduellionis, & læſæ maieſtatis morte rei non extinguitur, ſed adhuc poſt mortem durat, vt eius memoria damnari cum publicatione bonorum poſſit.*
9 *In crimine læſæ maieſtatis bona rei ſtatim à die commiſſi criminis dicun tur ipſo iure publicata, & domino fiſci acquiſita, nec à reo alienari, aut ad hæredes tranſmitti poſſunt, quamuis non poſſint apprehendi, nec in eis fiſcus exequutionem faciat, niſi ſequuta ſententia declaratoria, & quando, & quomodo ſufficiens ad hoc declaratio facta dicatur, num. 11.*
10 *Pœna ratione criminis ipſo iure à lege impoſita ſemper requirit declara tionem, vt effectum ſortiri valeat.*
11 *Et quando, & quomodo ſufficiens declaratio facta dicatur.*
12 *Bona vbicunque ipſo iure ratione criminis publicantur, ſtatim commiſſo crimine fiſco ſunt reuocabiliter acquiſita, licet apprehendi nõ poſſint, niſi ſecuta ſententia declaratoria etiã ſimpliciter ſuper crimine abſq; alia declaratione facta ſuper bonorum publicatione, & tunc fiſco ſunt irreuocabiliter acquiſita, & num. 14.*

13 De

13 *De bonis ipſo iure publicatis ob crimina læſæ maieſtatis, et ſimilia fiſcus ut de bonis proprijs etiam ante ſententiam declaratoriam ualidè liberè diſponit, & ea donat.*

15 *Clauſula debet ad omnia referri, ad quæ poteſt commodè, & abſque præiudicio iuris alterius referri, & quando ſic ad omnia referendo non ſequeretur aliquod abſurdum, & contra iuris diſpoſitionem.*

16 *Clauſula poſita in principio, medio, uel fine nunquam refertur ad illa, quæ ſuas habent determinationes ſeparatas.*

18 *Donatio facta à non domino non ualet.*

19 *Prælatus minus legitimus, & tutor intruſus contrahendo, eccleſiæ, ſeu domino non præiudicant.*

20 *Tutores, curatores, & legitimi adminiſtratores, & ſe pro talibus gerentes non poſſunt alienare, & minus donare, maximè ſine decreto.*

21 *Tutor, & curator, ac legitimus adminiſtrator, an, & quando, & quomodo donare poſſit.*

22 *De prælato ad tutorem arguitur.*

23 *Prælatus poteſt pro remuneratione beneficiorum donare.*

24 *Tutores, & legitimi adminiſtratores baronum, & principum poſſunt ex cauſa, moderatè tamen, donare.*

25 *Minoris ob cauſam, & pro remuneratione beneficiorum poſſunt de fructibus, & redditibus etiam ultra ſummam legitimam abſque inſinuatione donare.*

26 *Redditus, qui ex condemnationibus, & pœnitratione delictorum impoſitis obueniunt, fructus, & redditus ciuiliſsimi dicuntur.*

27 *Donatio facta de re minoris, qui ius illam reuocandi habebat, per lapſum annorum decem, & uiginti, poſtquam is maior fuit effectus, dicitur confirmata.*

28 *Adminiſtrantis auctoritate ſuperioris geſta debent rata haberi, & ſucceſſores obligant, etiam ſi aliàs eſſet adminiſtrator illegitimus.*

29 *Mandatum directum, & iniunctum adminiſtratori illegitimo tanquam tutori, qui ſecundum legem non eſt tutor, obligat etiam pupillum.*

30 *Donatio de re aliena facta ad cuius præiudicium non ualeat, & ad quem ius illam reuocandi ſpectet, & quòd tertius de illius inualiditate non poſsit opponere.*

31 *Ex iure tertij, à quo nullum ius habetur, quis ſe iuuare non poteſt.*

32 *De iure tertij etiam excluſiuo ipſo iure iuris agentis quando opponi non poſsit.*

33 *Donatio ob cauſam remunerationis ſine decreto, & inſinuatione ualet.*

34 *In contractibus principis, & domini loci nõ requiritur decretum alterius ſuperioris, ſed ſola iuriſgentium ſolemnitas ſufficit.*

EPITOME.

DONATIO *ualet, & de bonis confiſcatis facta dicitur etiam ante ſententiam condemnatoriam, ſiue declaratoriam promulgatam, ubicunque donantur bona reorum criminis perduellionis, & læſæ maieſtatis, ac ſimilium, in quibus bona ipſo iure publicantur.*

Donationem ob cauſam, & remunerationem meritorum de re minoris, & maximè de redditibus, & fructibus factam à tutore, ſiue curatore, & legitimo adminiſtratore, ſeu ab eo, qui ſe pro tali gerebat, & communiter ab omnibus talis reputabatur, uel qui auctoritate ſuperioris adminiſtrabat, hic ualuiſſe probatur.

CONSILIVM LXI.

VISA ſententia cõdemnatoria lata per do. Poteſtatem Forliuij cõtra, & aduerſus Matthæum Galaſij, Ludouicum, & Cecchum Andreæ de Forliuio ob homicidium, & crimen perduellionis, ſeu læſæ maieſtatis cõmiſſum in perſonam comitis Hieronymi de Riario eorum principis, & domini, viſaq; donatione de nonnullis bonis dictorum condemnatorum cameræ Forliuij confiſcatis facta per illuſt. do. Catherinam olim coniugẽ dicti comitis Hieronymi gubernatricẽ, & dominã ciuitatis Forliuij do. Ludouico de Herculanis, ac uiſo puncto mihi exhibito, in quo de duobus dubitatur, & ſuper illis conſiliũ petitur, quorum primum eſt, utrum donatio dicatur facta de bonis non dum confiſcatis, & conſequenter dicatur nulla, & inualida tanquam dẽ re aliena facta, Secundum, utrũ donatio à præ
fata illuſtri do. Catherina, pòſito, quòd fuerit facta de bonis
confiſcatis, ualuerit ex eo, quòd bona fuerant confiſcata ca
meræ, & fiſco ciuitatis Forliuij, cuius dominus erat comes
Octauianus filius olim dicti comitis Hieronymi, & non di-
cta do. Catherina, quæ donauit: Quoad primũ uidetur pri
1 mo aſpectu dicendum, quòd † donatio fuerit nulla, & inua
lida tanquam facta de rebus non dum confiſcatis, nec in do
minium cameræ tranſlatis, & ideò ad præiudicium dictorũ
condemnatorum non ualuit l. ſi filius, & l. ſi patri C. de do
nat. quòd autem bona illa non fuerint cameræ fiſcali acqui
ſita, conſtat ex ſententia condemnatoria lata, in qua bono-
rum publicatio facta fuit ſub conditione, ſi, & in caſu, quo
ipſi condemnati fuerint, uel uenerint in fortiam communis
Forliuij, quæ conditio non euenit, nec adimpleta fuit, er-
go non poſſunt dici illorum bona publicata, nec fiſco appli
cata l. cedere diem ff. de uerb. ſig. & §. ex conditionali Inſti.
de uerb. obli. Præterea & ſi ex futura conditionali publica-
tione bonorũ ſpes actionis, & obligationis, ſeu dominij poſ-
2 ſit dici ipſi fiſco acquiſita, arg. d. §. ex conditionali, & † talis
ſpes futuræ acquiſitionis, ſeu actionis poſſit donari l. 2. C. de
dona. tamẽ talis donatio effectum non habet, niſi fuerit illa
conditio adimpleta, ut in d. l. 3. & l. 1. ff. de dona. l. fi. C. de do
3 na. quæ ſub mod. & eſt optimus † tex. in c. 1. §. moribus ſi de
feu. conten. ſit inter do. & agna. in uſib. feu. ubi dominus feu
di, uiuẽte vaſallo, poteſt alterum infeudare, ſi poſt mortem
primi ſperat feudum ad ſe reuerti: quæ ſecunda inueſtitura
tunc demum capiet effectum, cum feudum domino, aut hæ
redi ſuo fuerit apertũ: Sed in caſu noſtro donatio facta fuit
de rebus, in quibus camera habebat ſolam ſpem acquiſitio
nis propter cõditionem appoſitam publicationi bonorum,
quæ conditio non fuit uerificata, ergo donatio effectum ha
4 bere non potuit. Præterea † ob crimen etiam graue homici
dij, uel ſimilis bona non ſunt publicanda, niſi deficientibus
aſcendentibus, uel deſcendentibus, uel collateralibus uſq;
ad tertium gradum l. fin. cum auth. ibi poſita C. de bon. pro
5 ſcript. Item † per mortem deliquentis extinguitur crimen,
omniſq; eius effectus adeò, quòd publicatio facta de bonis
illius non ualet l. 1. 2. & fin. & per totum C. ſi reus, uel accu
ſa. Sed tempore inquiſitionis, & ſententiæ latæ contra Mat
theum ipſe Mattheus erat mortuus, ergo cõtra eum nõ po
tuit ad aliquam condemnationem, nec ad aliquam bono-
rum ipſius publicationem deueniri ob homicidium in per-
ſonam præfati comitis Hieronymi commiſſum. ¶ Præmiſſis
tamen non obſtantibus, puto contrarium eſſe verius, quòd
donatio fuerit ualida tanquam facta de bonis purè confiſca
tis, & in dominium fiſci tranſlatis: ad quod dicendum præ-
6 ſuppono, quòd † per homicidium ab ipſis inquiſitis com-
miſſum in perſonam comitis Hieronymi dicitur perpetra-
tũ crimen proditionis, & perduellionis, ſiue læſæ maieſtatis,
nam ipſe comes Hieronymus erat dominus, & princeps ci-
uitatis Forliuij ex vicariatu ſibi conceſſo à ſede apoſtolica,
cuius uices gerebat, & fuit proditoriè interfectus à dicto
Matthæo, & ab aliis coniuratoribus inquiſitis, & præcipuè
ab iis, quorum bona fuerunt publicata, &, ut ſupra, donata,
qui erant ſubditi dicti comitis Hieronymi, & ideò infertur,
quòd ipſi cenſentur crimen læſæ maieſtatis commiſiſſe per
textum notabilem in l. quiſquis C. ad legem iul. maieſta. ubi
nedum aduerſus perſonam principis, ſed etiã aduerſus om
nes uiros illuſtres, conſiliarios, & militantes ipſi principi cri
men læſæ maieſtatis committi dicitur, quando contra illos
aliquis proditoriè coniurauerit: hinc dixit Salic. ibi in prin.
in 2. q. quòd ſi quis commiſit proditionem cõtra dominum
alicuius ciuitatis, qui ſuperiorem recognoſceret, ut quia
eſſet vicarius principis, hic dicitur crimen læſæ maieſtatis
committere, quando crimen proditionis, ſeu homicidij
fuit in perſonam propriam ipſius domini, & vicarij prin-

cipis commiſſum per textum in l.1.§.cuius ff. ad legem iul. maieſta.ibi, quo quis magiſtratus populi Romani, quiùe imperium,poteſtatemúe habeat,occidatur: ſed comes Hieronymus erat vicarius ſedis apoſtolicæ, & imperium merum,& mixtum,ac poteſtatem hababat à principe, hoc eſt à Papa, & à ſede apoſtolica, ergo per homicidium in eius perſonam à ſubditis ſuis perpetratum dicitur fuiſſe commiſſum crimen perduellionis, & læſæ maieſtatis in primo capite, ut in d.l. 1. iuncta l. 2. & fin. eod. titul. Præte-
7 rea † illi, qui aduerſus rempublicam ſuam ſolicitauerunt, & concitauerunt,quo ſeditio, tumultusuè fieret, dicuntur huiuſmodi crimen incurriſſe l.1.in fin. ff. ad l.iul. maie. ſed iſti inquiſiti hoc fecerunt,ergo &c.Et ex prædictis infertur,
8 † tale crimen morte rei non fuiſſe extinctum, ſed adhuc poſt mortem durauiſſe,ut eius memoria damnari poſſit, & illius bona contra hæredes publicari ualeant, ut in l. fi.ff.ad l.iul.maieſta.§.per cõtrarium Inſtit.de ſucceſ.ab inteſt.l.fi. in fi. C.de bon. proſcript. & l.ex iudiciorum ff. de accuſa.
9 item infertur, † quòd ratione talis criminis ſtatim ipſo iure bona dicuntur publicata,& dominio acquiſita, & cõſequẽter delinquens ipſo iure dicitur domino bonorum ſuorum priuatus,& ideò nihil ex bonis ſuis alienare poteſt, nec illa ad hæredes ſuos tranſmittere,ut in d.l.ex iudiciorum, & in d.l.quiſquis C. ad l.iul.maieſt.c. fœlicis de pœnis in 6.& d. l.fin. cum authen. ibi poſita C. de bon.proſcrip.l.fin.ff.ad l. iul.maieſt.gl.in d.§.per contrarium: apprehendi autem bona non poſſunt,nec in illis fiſcus poteſt executionem facere,niſi ſecuta ſententia declaratoria, quoniam generaliter
10 uerum eſt,quòd † quoties lex pœnam aliquam ratione criminis ipſo iure imponit,ſemper requiritur declaratio,alioquin pœna effectum ſortiri non poſſet, ut eſt tex.& ibi Archid.Ioan. Andr.& alij in c. pro humani de homicid.in 6.
11 Alex.& Moder.in l. ſi quis maior C. de tranſactio. & † ad hoc,ut dicatur facta declaratio ſufficiens,ſatis eſt,latã fuiſſe ſententiam condemnatoriam ſuper crimine, ſeu declaratoriam criminis abſque eo etiam,quod declarẽtur bona fuiſſe publicata,quia facta declaratione criminis per ſententiam,ſequitur effectualis bonorum publicatio, quæ prius ipſo iure fuerunt ipſi fiſco requiſita,eiusque dominio connexa,ut eſt tex.not.in c.cum ſecundum,iuncta gl.de hæret. in 6.& propterea poſt mortem delinquentis ius uendicandi eius bona competit ipſi fiſco aduerſus illius hæredes, & poſſeſſores bonorum,ut eſt tex.in d.l.ex iudiciorũ,& in d.l. fin.ff.ad l.iul.maieſt.quæ uendicatio præſupponit fuiſſe in fiſcum tranſlatum dominium,l.in rem ff.de rei uend.l.docere ancillam C.eod.tit.quod intelligendum eſt cũ effectu, poſtquam declaratum fuit ſimpliciter per ſententiam crimen commiſſum fuiſſe,ut in d.c.cum ſecundum in fin. ibi confiſcationis tamen huiuſmodi executio,uel bonorum occupatio fieri non debet per Princeps,aut alios dominos temporales ante,quàm ſentẽtia ſuper eodem crimine fuerit pro-
12 mulgata, † qui tex.communiter allegatur etiam ad alia crimina, ex quibus ipſo iure bona publicarẽtur,ut ibi per doct.o. poſt gl.& per illũ tex.Ioã.And.Pet.de Anch.& Moder. dicũt,quòd ſufficit ſimplex ſẽtẽtia cõdẽnatoria, ſeu declaratoria criminis abſq; alia declaratione facta ſuper publicatione bonorum,& ita loquitur,ac intelligi debet tex.in l.donationes in fin.ff.de donatio.& eſt de mente glo. in d.§. per contrarium in uer.damnata, quæ ponit formam ſententiæ ferẽdæ in crimine læſæ maieſt.& facit l. commiſſa ff. de publica.¶ Stantibus præmiſſis,modo ad quæſtionem noſtram infertur,quòd ex quo commiſſum fuit delictum perduellionis,& ſtatim illo commiſſo bona delinquentium ipſo iure publicata fuerunt,ac fiſco dominium acquiſitum fuit,& ex quo fuit promulgata ſentẽtia ſuper crimine,propter quod bona irreuocabiliter fuerunt ipſi fiſco acquiſita,& totaliter delinquẽtes fuerunt omni iure,& dominio,quod in ſuis bo nis habebant,priuati,per tex.in d.l.ex iudiciorum, & in d.l.
13 fin.iuncto d.c.cum ſecundum, & ibi doct. ſequitur, † quod de illis bonis fiſcus ut de bonis propriis libere diſponere,& illa alienare potuit,arg.eorũ,quæ habẽtur in l.fi.C.de ſent. paſſ.& in d.l.fi.C.de bo.proſcri.& per Bal. in c.1.in prin.in pen.col. hic finitur lex dñi federici,& incip. conſuetu. &c. ¶ Et quia tota pñtis cõſultationis difficultas depẽdet ex reſpõſione eorũ,quæ ſupra in cõtrariũ fuerunt allegata, ideò uenio ad illorum ſolutionem,& in primis non obſtat, quòd bona donata ante donationem nondum fuerint fiſco acquiſita,cum fuerint publicata nõ ſimpliciter, nec purè, ſed ſub conditione,uidelicet,ſi erint,uel uenerint in fortiam communis forliuij,quæ conditio nunquam fuit adimpleta, er-
14 go &c.quia primo reſpondetur, † quòd bona delinquentium,& damnatorum ſtatim commiſſo delicto fuerunt fiſco reuocabiliter acquiſita etiam ante poſtulationem, ſeu accuſationem criminis d.l.donationes in fin.& in d.l. ex iudiciorum,irreuocabiliter uerò ſtatim, quo ſententia ſimpliciter ſuper crimine fuerit promulgata etiam abſque eo, quod ſuper publicatione aliqua ſententia emanauerit, ut in d.c. cum ſecundum in fin. ibique Ioan.Andr. Petr.de Ancha.& Moderni cum ſimilibus,& quamuis fortè dici poſſet, quòd in caſu noſtro ſententia ſuper publicatione bonorum fuerit lata conditionaliter,ut ſupra,tamen hoc non debet nocere fiſco,cui fuerat ius in bonis ante ſententiam publicationis bonorum acquiſitum, cum ex die criminis ipſo iure dominium fuerit fiſco reuocabiliter acquiſitum,& à die latæ ſententiæ ſuper crimine irreuocabiliter,ut ſupra dictum eſt,& ideò cum non eſſet neceſſaria ſententia declaratoria ſuper bonorum publicatione,ſed ſolum ſuper crimine, ſequitur,quòd ſi ſententia ſuper bonorum publicatione lata fuerit ſub conditione, & ſic minus legitimè, hoc fiſco non nocet,arg.l.unicæ §.1.C.de rei uxor.actio.& l.fi.C.de donatio. Præterea,& ſecundo illa uerba conditionalia ſi uenerint in fortiam, debent ad pœnam corporalem infligendã referri,& illam determinare,quoniam hoc,quòd in fortiã uenerint, eſt præambulum neceſſarium pœnæ in corpus infligendæ,de qua in ſententia,ut de ſe patet, non autẽ debent illa uerba referri ad pœnam publicationis bonorum, nec eam determinare,alioquin inferretur, quòd bona eorum,qui crimen læſæ maieſtatis commiſerunt, ipſo iure nõ eſſent fiſco acquiſita à die criminis,& à die ſententiæ promulgatæ contra omnia iura ſupra deducta, quod abſurdũ ne ſequatur,& ne præiudicium inferatur fiſco,cui prius fuerat ius acquiſitũ ex cõmiſſione criminis, ac etiã ex ſimplici ſẽtẽtia lata ſuper crimine,dicendũ eſt, quòd illa uerba cõditionalia ſolũ ad id referãtur,ad quod neceſſario erãt referẽda,& ſic ad proxima tantũ,& nõ ad aliud,quod in ſnia
15 dicitur de publicatione,quia † clauſula debet referri ad oĩa, ad quæ cõmode referri põt, & abſq; præiudicio iuris alterius, & qñ ſic referẽdo ad oĩa non ſequeretur abſurdũ, & contra iuris diſpoſitionem, ut habetur in l.talis ſcriptura per Bartolum,& docto.communiter ff.de lega.1. Abb.in c. eccleſia in 6.notab.de elect.& in c.ſecundo requiris de appellatio.glo.in clemen.ne in agro §.cæterum de ſtatu regular.& nihil aliud uoluit iudex proferendo ſententiam in caſu noſtro cum illis uerbis,ſi in fortiam uenerint &c. niſi referre ea uerba conditionalia ad pœnam corporalem, ad quam deueniri non poterat, niſi delinquens, & damnatus in fortiam iudicis, ſeu communis uenerit: & ſic cum hæc clauſula eſſet neceſſaria quoad illam pœnam, debet eam, non autem pœnam publicationis bonorum determinare, quia hæc pœna ſuam à iure determinationem habebat, uidelicet, quòd ipſo iure bona eſſent publicata ſtatim à die criminis reuocabiliter, & à die ſententiæ criminis irre-

irreuocabiliter, & diſpoſitiuè, ut in iuribus ſupra allegatis:
16 & † quoties clauſula ponitur in principio, uel in medio, uel in fine, ea tunc nunquam refertur ad illa, quæ habent ſuas determinationes ſeparatas c. cum dilecti de donat. l. ſi quis legata ff. de conditio. & demonſtra. prout inducit, & declarat Abb. in d. c. ſecundo requiris, & benè inſeruiunt not. per Alex. in conſi. 226. in 6. uol. per Abb. in conſi. 20. in 2. part.

¶ Et per prædicta tollitur illud, quod ſecundo loco in contrarium adducebatur de iure conditionali, quod ſpe competit, quòd illud quidem poteſt donari, ſed donatio non habet effectum, niſi adimpleta conditione, quia negatur, quòd in caſu noſtro tempore donationis factæ ius ſpe competeret, immò realiter, & cum effectu competebat per ea, quæ ſupra plenius dicta fuerunt.

17 ¶ Non obſtat ultimum, quia reſpondetur, illud procedere regulariter in aliis criminibus, in quibus bona non publicantur, niſi per ſententiam, & ad deſcendentes, & collaterales tranſeunt, ſed in crimine læſæ maieſtatis ſecus eſt, quia ſtatim ipſo iure fiſco acquiruntur, & præcipuè lata ſententia ſuper crimine, ut eſt tex. in d. l. fin. in fin. & in authen. ibi poſita C. de bon. proſcripto. dicta l. ex iudiciorum, ubi caſus ff. de accuſa. cum ſimilib. ſupra deductis. ¶ Venio ad ſecundum dubium, poſito, quòd bona fuerint publicata, & fiſco acquiſita, an Illuſtris domina Catherina potuerit donare, & donatio facta tenuerit; & non potuiſſe, nec donationem tenuiſſe prima fronte uidetur dicendum, quia
18 † donatio facta à non domino non ualet l. ſi filius, l. ſi patri C. de donatio. l. nemo plus iuris ff. de regu. iur. & facit tex. in l. mater, & in l. cum à matre C. de rei uēdi. ubi contractus fa-
19 ctus à matre de re filij nō nocet filio. Præterea † ſicut prælatus minus legitimus, & tutor intruſus contrahendo non præiudicant domino, ſeu eccleſiæ, ut not. uoluit Bal. in l. Barbarius in 2. lectu. in 6. col. ff. de offi. prætor. ita hæc do. Catherina, quæ erat intruſa, & minus legitima ſtatus adminiſtratrix, non potuit bona fiſco filij acquiſita donare, quia ipſe dominus ciuitatis in adminiſtratione matris ſuæ illegitimæ adminiſtratricis non ſuccedit, & non debuit id, quod ab ea geſtum fuit, ratum habere l. filiæ de ſolutio. & per Bald. in d. l. Barbarius in 6. col. & faciunt, quæ habentur per gloſ. & doct. in c. nihil in fin. de electio. ubi geſta ab intruſo ad præiudicium eccleſiæ ſunt caſſanda: & ſi contingeret, quòd plures, & diuerſi contractus cum pluribus, & diuerſis perſonis initi eſſent, non fit compenſatio damni, & commodi, ſed factis in damnum eccleſiæ uerus prælatus ſtare non tenetur, factis uerò in commodum, & utilitatem tenetur ſtare, quia primi non tenent, ſecundi ſic, ut ibi per Ioan. Andr. Abb. &
20 do. Cardi. quicquid uoluerit ibi Hoſtien. Præterea † illi, qui gerūt ſe pro tutoribus, & curatoribus ſeu pro legitimis adminiſtratoribus, non poſſunt alienare, & minus donare, etiā ſi eſſent ueri tutores, & curatores, ac legitimi adminiſtratores l. qui neque in princ. ff. de reb. eorum, l. conſilio §. 1. ff. de curato. furio. l. tutor ad utilitatem, & l. lucius in fin. ff. de adminiſtra. tuto. l. 2. de eo, qui pro tutore, & maximè ſine decreto, ut in l. prædia, & l. non ſolum C. de prædiis mino. l. lex quæ, & ibi not. C. de adminiſtra. tuto. ¶ Sed prædictis nō obſtantibus, contrarium eſt concludendum, quòd poſſeſſores bonorum donatorum, contra quos filius, & hæres Ludouici donatarij agit, ſeu agere intendit, non poſſint ſetueri opponēdo de inualiditate, & nullitate donationis ex cauſis prædictis, quia ipſa Illuſtris domina Catherina erat tutrix, ſeu curatrix præfati Comitis Octauiani, & aliorum filiorum ſuorum, & tanquam curatrix, & adminiſtratrix ſe gerebat, & ita habebatur, ac publicè ab omnibus reputaba-
21 tur: quo fit, ut † ob cauſam meritorum donare potuerit pro facultate patrimonij, & pro dignitate natalium dictorum ſuorum filiorum, etiam ſine decreto, argumento l. cum in plures §. cum tutor ff. de adminiſtra. tuto. l. aquilius ff. de donario. l. qui filium ff. ubi pupil. educa. deb. & ad propoſi-
22 tum benè inſeruit † arguendo de prælato ad tutorem, iuxta
23 ea, quæ habentur per Abb. in c. 1. de in integr. reſti. uā † prælatus pro remuneratione beneficiorū poteſt donare c. quicunque ſuffragio 12. q. 2. & ibi omnes, c. cæterum cum ibi not. & in c. 2. extra de dona. ergo & tutor, & legitimus adminiſtrator, ut uoluit glo. in d. l. tutor ad utilitatē, dicens, tu-
24 torem poſſe ob cauſam donare. Præterea † tutores, & legitimi adminiſtratores Baronum, Principum, & dominorum ciuitatum ex cauſa, ut propter remunerationem meritorū, poſſunt donare, moderatè tamen, ut uoluit Innocen. in c. grandi de ſupplend. negligen. præla. & refert, ac ſequitur Alex. in l. contra iuris §. ſi filius ff. de pact. Rurſus dicti legitimi adminiſtratores, ut tutores poſſunt ex cauſa donare de fructibus, & redditibus pupilli, & minoris, Bal. in l. ſi uerò negotium ff. ſolu. matr. & melius in 1. cōſtitu. Codicis in 3. col.
25 in uerſ. ſecundo probatur quia Ioan. &c. Item † iuuenes, & minores de fructibus, & redditibus poſſunt ob cauſam, hoc eſt in remuneratione beneficiorū donare ēt ultra ſummā legitimā abſq; inſinuatione d. l. aquilius, & ibi Bar. ſed in caſu noſtro donatio facta fuit ob cauſam, hoc eſt propter me-
26 rita, item de fructibus, & redditibus, quia † iſtæ obuentiones, & hi redditus, qui obueniunt ex condemnationibus, & pœnis ratione delictorū inflictis, dicuntur fructus, & redditus ciuiliſſimi, ueluti declarat Soz. in cōſi. ſuo 100. in 1. uol. & habetur per Cyn. Petr. & Bald. in l. extra territorium ff. de iuriſd. omnium iudicum cum ſimilib. item hæc donatio facta ab Illuſtri do. Catherina legitima adminiſtratrice domini Octauiani, & fratrum Nobilium Baronum, & Principum reſpectu dignitatis, facultatum, atq; natalium non fuit immenſa, nec immoderata, ergo ualuit, & præcipuè de fructibus, & redditibus, qui obueniunt ex exercitio iuriſdictionis per prædicta, & per ea, quæ uoluit Bal. in d. l. Barbarius in 2. lectura col. 6. diſtinguendo in actibus uoluntariis, an contractus fiant de proprietate, an uerò de fructibus,
27 quo caſu ultimo contractus ualent. Præterea † poſt talem donationem factam præfatus dominus Octauianus, ad quē ſpectabat ius reuocandi illam, nō reuocauit, & poſt 25. annum ætatis ſuæ effluxum fuit tempus 10. & 20. annorum, ergo ex hoc dicitur confirmata, roburq́ue ſuſcepiſſe, ut eſt tex. in l. fin. §. pen. C. ſi maior factus &c. ¶ Secundo principaliter dico, talem donationem factam ab Illuſtri domina
28 Catherina ualuiſſe, † quoniam licet non poſſet de aliqua ipſius tutela conſtare, tamen ea auctoritate apoſtolica adminiſtrabat ſtatum, ac regimen ciuitatum dicti do. Octauiani eius filij, ut conſtat ex breui apoſtolico: Vnde contractus ab ea celebrati etiam in damnum fiſci debēt a ſucceſſoribus ſeruari per ea, quæ notabiliter uoluit Bart. in l. urbana ff. de cond. ind. dicens, quòd ſi Abbas non iuſtè electus fuerit à ſuperiore confirmatus, ſoluentes illi penſiones liberantur, quamuis locationes non ab eo, ſed à uero, & legitimo Abbate factæ fuiſſent; ſed ſi Abbas intruſus, & minus legitimè electus feciſſet locationes, & conductores poſtea illi ſoluiſſent, tunc indiſtinctè liberantur, ut etiā habetur per Innocen. in c. nihil de electio. & faciunt, quæ habentur per
29 Bal. in l. peto §. mater ff. de leg. 2. † ubi mandatum directū, & iniunctum adminiſtratori illegitimo, ut tutori, qui ſecundum legem tutor non eſt, obligat etiam pupillum, per quē tex. ibi infert Bal. ad prælatum intruſum, quòd ſi Papa ſcribat illi, ut prælato, mandatum obligat uerum prælatum, & eccleſiam in extraiudicialibus, ſed non in iudicialibus.

¶ Tertio dico, quòd ſi donatio facta ab Illuſtri do. Catherina tanquam de re aliena, ſeu de re ipſius do. Octauiani fa-
30 cta fuit nulla, & inualida, † ea inualida ad præiudicium dicti do. Octauiani, & fiſci dicitur, ut in d. l. ſi filius, & d. l. ſi pa-

tri cum ſimilibus ſupra allegatis,&ad eum ius reuocãdi ta-
lem donationem ſpectauit, ut colligitur ex iuribus ſupra
deductis: Et propterea ſequitur,quod ad reos conuentos,
&poſſeſſores,qui nullum ius in dictis rebus habent,nõ per-
31 tinet hoc allegare: † nam quis non poteſt ſe iuuare ex iure
tertij,à quo nullum ius habet l. loci corpus §. competit ff. ſi
ſeruit.uendic.l.ſi prior §.ſi ſimpliciter ff.qui potio.in pigno.
hab.not.in l.2.ff.ſi ager uectig.uel emph. Oldr.in conſ.139.
qui loquitur in caſu,quo poſſeſſor, cui nullum ius compe-
tebat,uolebat ſe defendere ex iure tertij, à quo nullum ius
habebat,uidelicet quòd conceſſio,ſeu conuentio eſſet nul-
la, & hoc latè proſequitur per plures rationes Specula. in
tit.de locato.in §.nunc uerò aliqua uerſi.66. facit id ,quod
uoluit Bal.in l.1.in fi.uer.C.in quibus cauſ.in integr.reſtitu.
non eſt neceſſ.glo.in l.his conſequenter §.ſed an,& ibi Ale
xan.ff.famil.herciſcun.ubi nemo ut poſſeſſor poteſt pro ſui
32 defenſione ius fiſci allegare,ſed ſolus fiſcus. Præterea † de
iure tertij nõ poteſt opponi, quando ius tertij eſt etiam ex-
cluſiuum ipſo iure agentis,tertiò hoc uolenre, ut per Bart.
in l.2.ff.de exceptio.rei iudi.glo.in c.1.ne ſede uacan. Abb.
in c.diuerſis fallaciis de cleric.coniuga. & Bal. in l.ſolenni-
bus C.de rei uendi.cum ſimil.ſed poſito,donationem in ca-
ſu noſtro fuiſſe nullam, quòd negatur, tamen ea fuit nulla
ipſo domino Octauiano,& fiſco uolente,ut ex prædictis ap
paret, ergo de hoc iure tertij, & fiſci opponi non potuit,
quia ius tertij non impedit,nec de eo opponi poteſt, quan-
do illud ius tertij eſt conditionale,ut uoluit Bal.in l.peto §.
prædium in finalib.uerb.ff.de lega.2. ¶ Non obſtanr modo
allegata in conrrarium, nam primum, & ſecundum argu-
mentum ex prædictis ſublatum apparet. Non obſtat,quòd
in tali donatione non inreruenit decretum, nec inſinuatio,
33 quia reſpondetur, † quòd ex quo facta fuit ob cauſam re-
munerationis, ualuit ſine decreto, & ſine inſinuatione l.
aquilius ff.de donat.d.l.qui filium ff.ubi pupil. educa.debe.
c.quicunque ſuffragio.12.q.2.d.c.cæterum cum ibi not.de
dona.Præterea cum hæc donatio facta fuerit à domino, &
principe ciuitatis,ſeu quæ erat loco illius,& quæ ſe pro ta-
li exercebat,& publicè reputabatur,ſequitur,quòd in con-
tractibus ab ea geſtis non debuit aliud decretum ſuperioris
requiri,nec interuenire, cum ipſa in loco nullum haberet
34 ſuperiorem: & † ideò in contractibus ipſius ſolum fuit ne-
ceſſaria ſolennitas iuriſgentium abſque eo,quod aliter de-
cretũ alterius ſuperioris interueniret, quia ſatis dicitur de
cretum interuenire,ex quo cõtractus fuit à domino,& prin
cipe loci celebratus per ea,quæ uoluit Bal. in l. ea lege C.
de condictio.ob cauſ.non enim ſunt ſub lege,ſed ipſi ſibi ip
ſis ſunt lex,ſecundum Paul.& facit tex.in l.penult.C.de do
na.inter uir.& uxo.& ibi Bal.& idem Bal. in l. precibus C.
de impub.& aliis ſubſtit.dum dixit,quòd teſtamentum do-
mini loci uim legis habet,& ſolennitatem teſtamentariam
non requirit. Vlterius non inſiſto,quia ſatis ex iis,quæ dicta
ſunt,reſponſio adductis in contrarium,& aliis etiam,quæ in
oppoſitum facere uiderentur,colligi poteſt: Er ideò ſto cũ
donatione facta præfato Ludouico,& ad fauorem do.Cæ-
ſaris eius filij concludendum eſſe arbitror. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ſponſæ à ſponſo, ſeu patre ſponſi eius ſocero, in domo ipſius ſoceri, tanquam facta inter uirum & uxorem, non valet, quod declatur num. 10. & 25.*

2 *Sponſam omnia ſibi donata à ſponſo, vel patre ſponſi, reſtituere ſponſo, vel patri tenetur, quando per factum ipſius ſponſæ matrimonium non fuit ſequutum, & num. 10. 14. & 26. ubi declaratur;*

3 *Quid ſi per utrumque ſteterit, vel ſimul, uel ſucceſſiuè, quo minus matrimonium ſequatur, & num. 14.*

4 *Mandatum nunquam præſumitur etiam ex curſu longiſſimi temporis.*

5 *Notificationi, ſeu intimationi factæ ad aliquid prohibendum non eſt credendum, niſi facta ſit ab habente ius notificandi, & ab eo, cuius principaliter intereſſet.*

6 *Veſtes, & alia ornamenta muliebria tradita, ſiue miſſa à ſponſo, uel ſocero ipſi ſponſæ, ut ornatior, magiſque compta ad domum ſponſi, vel ſoceri accedat, in dubio non præſumuntur donata, ſed commodata, & ideò diſſolutis ſponſalibus, & matrimonio non ſequuto ſunt à ſponſa ſponſo, vel ſocero reſtituenda: quod limitatur, & declaratur nume. 24.*

7 *Datum alicui gratia ipſius dantis non acquiritur illi, cui datur, ſed remanet ipſius dantis.*

8 *Donationis cauſa quid traditum in dubio nunquam eſt præſumendum, quando alia cauſa, quàm donationis quoquomodo coniecturari poteſt.*

9 *Maritus tradens uxori ſuæ iam nuptæ ueſtes pretioſas, & iocalia magni pretij pro ipſius uſu, non præſumitur donaſſe, ſed pro illius uſu, & honoris ſui gratia dediſſe.*

10 *Donatio ſponſalitia ſiue à ſponſo, ſiue à ſocero, vel ab aliis facta quando ualeat, & nullo caſu etiam non ſequuto matrimonio reuocetur, & quando ſecus, & nume. 14.*

11 *Donatio facta ſponſæ regulariter ualidior eſt, quam facta uxori.*

12 *Donatio nurui, vel genero fieri quando prohibeatur, & quando non.*

13 *Donatio ante nuptias, ſeu ſponſalitia etiam cum conſenſu parentum facta ualet, & ſpe futuri matrimonij facta cenſetur.*

15 *Mora purgari non poteſt, vbicunque ipſo iure committitur, & ex illa ius alteri ex legis diſpoſitione fuit acquiſitum.*

16 *Contraueniens poſt moram ab alio commiſſam non dicitur moram committere.*

17 *Mora geminata purgari non poteſt, & ita nocet moroſo, quòd ſi aduerſarius poſtea conuentis contrauenerit, nihil eſt ei imputandum.*

18 *Reſponſio qualificata, & conditionalis ad ſimplicem interrogationem præcedentem facta reſpondentem non obligat.*

19 *Reſponſio iracunde facta non nocet.*

20 *Intimatio, & reſponſio in minoribus cum authoritate curatoris fieri debent, alias non nocent minoribus, qui in integrum reſtitui poſſunt, maximè ſi ſint mulieres.*

21 *Sponſa reſolutis ſponſalibus, & non ſequuto matrimonio propter factum ſponſi, uel eius ſoceri, nec bona ſibi ab ipſis donata, nec expenſas ab eis factas ipſis reſtituere tenetur.*

22 *Quid de donatis ſibi à conſanguineis, & amicis ſponſi, & ſoceri.*

23 *Sponſæ donata quando ſponſæ, & non ſponſo acquiri dicantur.*

27 *Aſſerenti ſe facere aliquid de mandato, & nomine alterius creditur, quando id aſſerens eſſet perſona ualde fide digna, & maximè ſi iuriſdictionem haberet.*

EPITOME.

DONATIONEM *factam ſponſæ tàm à ſponſo, & à patre ſponſi ipſius ſocero, quàm à conſanguineis, & amicis ſponſi ualere irreuocabiliter, maximè attenta qualitate rerum donatarum ipſi ſponſæ ſoli conuenientium, necnon attentis nobilitate, dignitate, & diuitiis donantium, ac ipſius ſponſæ: Et reſolutis ſponſalibus, ac matrimonio non ſequuto propter factum ſoceri, ſponſam ad aliquam dictarum rerum donatarum reſtitutionem ſponſo, aut eius ſocero faciendam non teneri, hic probatur.*

CONSILIVM LXII.

1 VISA facti ſpecie, uidetur, quòd † ea,quæ Illuſtriſ-
ſimæ dominæ Dianæ Cardonæ ab Illuſtriſſimo don.
Ferrante patre Illuſtriſſ.do. Cæſaris maximè in do-
mo præfati don Ferrantis donata fuere, tanquam donata
inter uirum,& uxorem non ualeant, l.cum in te C. de do-
natio ante nupt. quia ad donationis inualiditatem non re-
fert, an ſponſus,an uerò eius pater ſocer ſponſæ illi donaue-
rit. l.cum hic ſtatus §.oratio ff.de donatio.inter uir.& uxor.
2 ¶Secundo † Illuſtris domina Diana fuit illa, quæ effe-
ctualiter cauſam dedit,ne matrimonium per uerba de præ-
ſenti ſequutum fuerit, ergo ipſa ſponſa ad donatorum reſti
tutionem compelli poteſt: & licet pro parte Illuſtriſſ. do.
Fer-

Ferrantis aliquibus mediantibus intimatum fuerit, quòd ſi ipſa Illuſtris domi na Diana nurus ipſius eſſe uolebat, non iret in Siciliam ad matrem, ſeu auiam ſuam, non tamen ob hoc ipſe Don Ferrantes denegauit, nec eius nomine denegatum fuit, quòd matrimonium effectum habere non deberet, immò ex dicta intimatione inferebatur, ipſum intentionem habere, quòd matrimonium effectum ſortiretur, & ut facilius, ac citius effectum haberet, uolebat ipſam dominam ſponſam non debere recedere; Et cum ſponſa clarè reſpondēdo dixerit, ſe uelle illhinc recedere, & non intendere matrimonium illud inter ſe, & Illuſtriſſ. do. Cæſarem habere effectum; iterumq; dicta ſponſa interrogata illud idem geminatè replicauerit, ex cuius actus geminatione de ipſius uoluntate deliberata conſtitiſſe dicitur, ad nota. per Bar. in l. cum ſcimus per illum tex. C. de agric. & cenſi. lib. 11. Abb. in c. ſi cautio extra de fid. inſtrum. & ibi Felin. ſequitur, quòd ipſa fuit, quæ cauſam non contrahendi matrimonij præbuit, ergo omnia, quæ ſibi à ſponſo, uel à patre ſpōſi donata fuere, ipſa ſponſo, uel patri ſuo reſtituere tenetur, ut eſt tex. magiſtralis in hac materia in l. cum ueterum C. de donatio. ant. nupt. ubi Salic. ſignanter diſtinguendo, inquit, quòd quando per factum ſponſæ donatariæ matrimonium ſequutum non fuit tunc donata ſibi à ſpōſo reſtituere tenebitur per illum tex. Præterea dato, † quòd per
3 utrumque ſteterit, tamen ſi ambo ſimul in eadem uoluntate concurrunt, quicquid donatum, fuit, eſt utrinque reſtituendum, argumento l. ſi diuerſas C. de tranſactio. ſi uerò non ſimul, ſed ſucceſſiuè concurrant in eadem uoluntate, quia modo ſtetit per unum, & modo per alium, tunc ultima mora nocet ſecundum Iacob. de Raue. argumento l. illud ff. de peric. & commo. rei uendi. & l. mora ff. ſolu. matr. & eſt optimus text. in l. ſi ſeruum §. ſequitur, & ibi Bart. ff. de uerb. obligatio. & hic uidetur caſus noſter: nam ultimo loco ipſa Illuſtris domina ſponſa denegauit ſe uelle matrimonium cum Illuſtr. do. Cæſare inire, &, quod eſt peius, neglecto primo ſponſo cum alio matrimonium contraxit, propter quod conſtare dicitur de expreſſa contrauentione, & deliberata mēte ipſius, quòd noluerit matrimoniū primum habere effectum, argumento tex. in c. ſi inter uirū in fin. extra de ſponſalib. & l. fin. C. eod. tit. ergo ſpōſa abſq; dubio tenetur oīa ſibi à patre ſponſi elargita reſtituere, ne cū dedecore, & damno ſpōſi, patriſq; illius locupletari uelle diceretur. ¶ Rurſus uidetur dicendū, quòd Illuſt. do Dianæ dūtaxat ſit imputandū, & nulla culpa ſponſo, ſeu eius patri poſſit imputari, quoniā illis, qui pro parte Don Ferrātis ſpōſæ intimaſſe, ut ſupra, aſſeruntur, non debuit fides præſtari, nec illis de iure credi, & ea minus Don Ferranti, ſeu eius filio ſponſo nocere potuerunt, tum quia non conſtitit illos proteſtantes à Don Ferrāte mandatum habuiſſe, nec præſu
4 mendum eſt illud habuiſſe, cum † mandatum nunquam præſumatur etiam ex curſu longiſſimi temporis, ad tradita per ſcribentes, maximè Alexan. in l. ſciendum ff. de uerborum obliga. & in c. ſicut, ubi Felin. extra de re iudica. tum
5 quia † notificationi ad aliquid prohibendum non eſt credendum, niſi facta fuerit ab eo, qui ius notificandi haberet, & cuius principaliter intereſſet, ut ex uerbis Bar. & Alex. in in apoſtill. colligitur in l. item ueniunt §. petitum ff. de petitio. hæredi. per Bart. in l. non ſolum §. morte ff. de noui ope. nuncia. l. tutor ff. de minorib. & Inno. in c. inquiſitionis de ſenten. excommunica. imputandum eſt ergo illuſt. dominæ Dianæ, quæ ad notificationem non habentium mandatum, & quorum principaliter non intererat, negauit ſe uelle matrimonium contrahere: Et propterea ex quo ipſa cauſam dedit ſeparationi ſpōſaliorum, & quòd non fuerit ſequutum matrimonium, iure cogi debet ad reſtituendum omnia, quæ ſibi contemplatione ſponſaliorū à patre ſponſi data fuerunt, quia ceſſante cauſa dationis debet & ipſa datio, ſeu donatio ceſſare, d. l. cum ueterum, c. cum ceſſante de appella. & l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron.

6 ¶ Vlterius conſiderandum eſt, † quòd don Ferrantes, quādo prima, & ſecunda uice inuitauit Illuſtriſ. do. Dianam, ut ad domum ſponſi ueniret, ipſe quam plures ueſtes, & ornamenta muliebria emit, quæ ad eā miſit, ergo in dubio præſumendum non eſt, quòd illa uoluerit donare, ſed id feciſſe, quò honeſtius culta ad eum deduceretur, & magis comptè ad domū illius accederet, & ideò id omne ab ipſa ſpōſa don Ferranti reſtituendum eſt, tanquam commodatum, non autem tanquam donatum, ſcribentes communiter in l. penul. ff. ſolu. mat. & Bar. per illum text. in l. ſi ut certo §.
7 interdum, ubi caſus ff. cōmoda. † quoties enim aliquid traditur alicui gratia tradentis, id non acquiritur illi, cui traditur, ſed remanet ipſius tradentis, Bal. in d. l. cum in te in 2. col. C. de dona. ant. nupt. arg. d. l. ſi ut certo §. interdū, Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe ff. de collatio. bono. cum aliis pluribus, quæ allegari poſſent: & hāc ſententiam optimis rationibus comprobauit Petrus de Anch. in conſi. 181. in præ-
8 dicto dubio &c. † nam quando alia coniectura, quam donationis fieri poteſt, in dubio ſi non fuerit facta traditio ex cauſa donationis expreſsè, ſed ſimpliciter, non debet præſumi facta ex cauſa donationis, ſed ex qualibet alia, quæ quoquo modo coniecturari poſſet l. cum de indebito ff. de probatio. l. campanus ff. de oper. libert. l. ſi cum aurum ff. de ſolutio. ſed quando ſocer iocalia, & ueſtes pretioſas ad ſpōſam filij mittit, poteſt præſumi cōiectura, quòd hoc fecerit, ut honeſtius, & magis comptè ad eum accedat, & ut pro honore ſuo, & familiæ ſuæ ornata incedat dicto §. interdum l. mortis ſuæ cauſa §. 1. ff. de donatio. inter uir, & uxor. l. id ueſtimentum ff. de pecul. Bart. Imol. Alexan. Bald. & Ange. in d. l. penul. §. 1. ff. ſolut. matrimo. per illum textum, ergo non ſequuto matrimonio id omne ſponſo, ſeu ſocero eſt reſtituendū in eo ſtatu, in quo tunc reperitur: ex quo infertur, quòd ſi ueſtimenta conſumpta eſſent, reſtitui non deberent, uel, ut attrita, & conſumpta ſunt, reddenda ſunt per
9 illum, textum. Præterea † ſi iam nuptæ mulieri maritus ueſtes pretioſas, & iocalia magni pretij pro uſu ipſius tradiderit, non debet præſumi donatio, ſed pro uſu ipſius, & honoris mariti gratia traditio, Bar. & ibi Bal. in l. iu his ff. ſolu. matrimo. ergo idem ſimiliter dicendum eſt in ſponſa etiam ad domum ſponſi traducta, niſi expreſsè actum eſſet, quòd donandi animo id ſit factum: & hoc modo intelligantur ea, quæ habentur in titulo C. de donatio. ante nupt. & ſecundum hanc opinionem conſuluit do. Ioan. de Canamonte, cuius auctoritas tempeſtate ſua magna fuit in urbe, ut atteſtatur Petr. de Anchara. in d. conſi. 181. ¶ Sed pro enucleatione dubiorum propoſitorum ſcribentes diſtinguunt, plura capita conſiderando, quia, ut inquit Roma. in conſi. 146. iſta quæſtio quamuis uulgaris ſit, tamen altam expoſcit in-
10 daginem, † quòd aut donatio ſponſalitia eſt facta ex mera liberalitate, hoc expreſſo, quòd nullo caſu ad donantem reuertatur, & tunc donatio hoc modo facta nullo caſu reuocatur, ſiue interuenerit oſculum, ſiue nō, & ſiue ſteterit per recipientem, ſiue per caſum, ut in l. 1. ff. de donatio. Salice. in d. l. cum ueterum: aut donatio eſt ſimpliciter facta, nihil aliud dicendo, & cum fuerit facta expreſsè ſub nomine donationis, hodie præſumitur ob cauſam futuri matrimonij, ut in d. l. cum ueterum, & ibi glo. & not. per glo. in l. 1. §. fina. ff. de donatio. & tunc ſi donatio ſponſæ à matre ſponſi, uel à ſponſo de rebus matris facta fuerit, irreuocabiliter ualebit, ſiue matrimonium caſu, aut facto ſponſi, uel ſponſæ non ſit ſequutum, ut optimè probatur in l. ſi mater, & l. ſi conſentiente C. de donatio. ant. nup. non cauillando; idem ius erit, qñ pater ſponſi illius ſponſæ donauerit, nam firma dicetur,

licet

licet matrimonium quomodocunque ſequutum non fuerit,& conſequenter etiam ſi culpa ſponſæ,ut ex generalitate tex.in l.ſi filiæ C.eodem titulo infertur,cuius uerba uerificari poſſunt in caſu præmiſſo: quod ſuadetur ex text. in l. cum hic ſtatus §.oratio ff. de donatio. inter uirum, & uxorem, ubi ſi ualet donatio facta à ſocero uxori filij eo modo, quo facta eſſet ab ipſo marito,ergo magis ualebit, ſi à ſoce-
11 ro ſponſæ filij facta fuerit, † cum regulariter ualidior ſit donatio facta ſponſæ, quam uxori, ut per totum C.de donatio.ante nuptias, & de donatio.inter uirum, & uxorem, & hanc opinionem in indiuiduo ſequitur glo.in uer.ſponſos in l.ut liberis C. de collatio. ut etiam declarat Alexan.in l. ſed & ſi plures §.in arrogato in 3.colum.uerſic. puto quod glo.ff.de uulga.& pupilla.ſubſti.Nec his refragatur d.l.ueterum C. de donatio. ante nupt. quia non loquitur, quando pater ſponſi, ſeu ſponſæ ante nuptias donaſſet, ſed quando ſponſus ſponſæ,& ècontra etiam cum conſenſu parentum, deinde facto ſponſi,uel ſponſæ,aut facto ſuorum parentum matrimonium ſequutum non fuerit. Non obſtat tex.in l.3. §.ſocrui ff.de donatio.inter uirum, & uxorem, & glo.in l.ſi mater C.de donatio.ante nuptias, & in d.l.cum hic ſtatus §. oratio,& l.ſi te in uacuam C.de donatio.inter uirum,& uxo-
12 rem,quia † illa iura, quæ prohibent donationem fieri nurui,uel genero,loquuntur in donatione,quæ fieret durante matrimonio inter uirum,& uxorem, non autem in donatione ante nuptias,quia prima eſt prohibita ratione, de qua in l.1.ff.de donatio.inter uirum,& uxorem, ſecunda autem regulariter eſt permiſſa,ut C.de donatio.ante nuptias per totum,& in authen.ut ſponſalit.largi.in prin. quæ omnia ſunt benè notanda,quoniam per illa determinatur quæſtio in ca-
13 ſu occurrenti: at † ſi donatio ante nuptias, ſeu ſponſalitia largitas inter ipſos ſponſos facta eſſet etiam cum conſenſu ſuorum parentum,ualeret, & cenſeretur facta ſpe futuri matrimonij,& hoc eſt,quod introduxit de nouo text.in
14 d.l.cum ueterum in prin. ¶ Vtrum autem † donatio ſimpliciter facta,ut ſupra,irreuocabiliter facta cenſeatur,conſiderandum eſt, quòd aut per caſum mortis ſponſi non fuit ſequutum matrimonium, & tunc ſi ſponſus ſponſam oſculatus fuerit, donatio pro parte dimidia ſponſo reſtitui debebit, & pro alia dimidia ſponſæ dicetur acquiſita; ſin uerò oſculum non interuenerit,tunc ſiue per obitū ſponſi,ſiue ſponſæ matrimoniū effectū nō habuerit, tota donatio à ſpōſo ſpōſæ facta reuocata dicetur, ſed ſi ſpōſa ſpōſo ante nuptias donauerit,quod raro accidit,tūc ſiue morte ſponſi, ſiue ſpōſæ matrimonium nō ſit ſequutum, & ſiue oſculum inter eos interuenerit,ſiue non, omni donatione infirmata ad donatricem ſponſam,aut ad hæredes eius redibit, ut hæc omnia probantur in l. ſi à ſponſo C. de donatio. ante nuptias: aut uerò ſtante huiuſmodi ſponſalitia largitate, matrimonium ſuum non habuit implementum propter factum donantis tantum; & tunc ipſe in totum donatis rebus priuatus dicetur, immò ſi ex rebus donatis aliquid recepiſſet, id donatariæ reſtituere cogetur, d.l. cum ueterum uerſicu.ſi quidem: Sin autem matrimonium ſequutum non fuerit ſolo facto donatarij,ſeu donatariæ,& tūc reſtituit,quodcunque recepit d.l.cum ueterum, ibi quod ſi ſponſa &c.& hi duo ultimi caſus caſui noſtro minimè conueniunt: ſi uerò facto,& culpa utriuſque ſponſi uidelicet, & ſponſæ, aut ſuorum parentum, ut quia mutuo conſenſu à ſponſalibus concorditer receſſerint, & tunc reſolutis ſponſalibus conſenſu utriuſque partis,reſoluuntur etiam omnia, quæ facta fuerunt cauſa illius futuri matrimonij,& conſequenter omnis ſponſalitia largitas hinc inde facta,argumento l. ſi diuerſas C.de tranſact.& l.2.iuncta l.item quod dictum ff.de in diem adiectio l.1.ff. de lege commiſſo. Item ſemper in pari cauſa præponderanda eſt illa cauſa,quæ nocet recipienti l.cum ita datur la 2.ff. de conditio. & demonſtratio. & hic etiam non uidetur propriè caſus noſter,ſed iſte ſequens, uidelicet, quando facto, & culpa utriuſque non ſimultanea matrimonium effectum non habuit,quia ſimul in eadem uoluntate non concurrunt,nec concordes ſunt, ſed potius inter ſe ſucceſſiuè ſunt diſcordes,ut quia modo unus, & modo alius cauſam dederit, ob quam matrimonium contrahi impeditum fuerit: & in hoc caſu diuerſæ ſunt ſententiæ: nam Ia.de Raue.dixit ultimam moram nocere arg.d.l.ſi ſeruum §.ſequitur ff.de uerb.oblig.l.illud ff.de peric. & cōmo. rei uend.& l.ſemel mora ff.ſolu.matrimo. Salice.uerò in d. l.cum ueterum,cuius ſentētiam in puncto iuris ueriorē eſſe exiſtimo, inquit, quòd quam primum alter ex ſpōſis prior dederit cauſam,propter quam cœptum fuit recedi à ſonſalibus, & à ſpe futuri matrimonij,ipſo iure alteri dicitur ius ſuper ſponſalitia largitate actiuè, uel paſſiuè acquiſitū,quia exequutio ex iuris diſpoſitione cēſetur ſtatim facta,ut in d. l.cum ueterum: & ideò primus, qui cœpit contrauenire, moram purgare non poterit,& contra illum lex uoluit aut utilem rei uendicationem, ſi quid de rebus donatis penes ipſum fuerit, aut ius retinendi res traditas irreuocabiliter
15 aduerſario puta ſponſæ competere, † quoniam ubicunque ipſo iure cōmittitur mora,& ex illa alteri ius ex legis diſpoſitione acquiſitum fuit,tunc illa mora purgari non poteſt, nam quando mora ipſo iure ex legis diſpoſitione committitur, tunc purgatio denegatur, ut per gl. in c.mora de regu. iur.in 6. & expreſsè per Bar.in l.inſulam in 4.q. & ibi Alex. col.11.in 8.limitatione, & plenius in 11. limitatione ff. de uerb.oblig.Salice.in repet.d.l.ſemel mora, & eſt opinio ma-
16 gis recepta, ut atteſtatur Alex. in d.l.inſulam:quo fit, † ut ſi poſt illam moram ipſo iure commiſſam aduerſarius cōtrauenerit, non dicitur in moram incidere,quia prima mora, quæ purgari nō poteſt, eſt ſolum conſideranda,argumento l.cum proponas la 2.C.de pact.l.ſi quis maior C.de tranſactio.ſed in caſu occurrenti pater ſponſi fuit primus,qui dedit cauſam,ne matrimonium effectum ſortiretur, & non ſolum ſemel, ſed ſæpius,ut in facti ſpecie mihi exhibita præſupponitur, ergo hæc mora illi adeò nocuit,quod non poteſt inferri aliquo modo per Illuſt.dominam Dianam itetiſſe, tum quia prima mora,quæ ipſo iure commiſſa fuit, pur-
17 gari non potuit, tum quia † mora ab eodem ſæpius reiterata taliter nocet moroſo,quòd aduerſario ex poſt facto nihil imputari poteſt, ſi contrauenerit conuentis,quia mora geminata purgari non poteſt, Roma.quem ſequitur Alex. in d.l.inſulam,tum quia ipſo iure ex parte ſponſi mora commiſſa fuit per ea,quæ proximè dicta fuere, d. l.cum proponas la 2.C.de pact. nam licet Illuſt.domina Diana,dum eſſet Placentiæ, literas ad Illuſtr. Don Ferrantem dediſſet, quòd ipſa ad matrē,ſeu auiam ſuam,quæ in Sicilia erat, redire uolebat, tamen ob hoc conuentis, & promiſſis contraueniſſe dici non potuit, ex quo conuentum prius fuit tempore,quo ſponſalia contracta fuerant,quod ipſa apud auū, & eo mortuo apud auiā,ſeu matrem interim,antequam matrimonium per uerba de præſenti contraheretur, reſidere deberet: & propterea nullam iuſtam cauſam habuit Don Ferrātes intimandi,& proteſtandi præfatæ dominæ Dianæ, quòd nullatenus intēdebat, ipſam dominam Dianam à partibus Placentiæ recedere,nec illhinc abire, & ad Siciliam iret ſuum capere, aliàs ipſe non intendebat dictam dominam Dianā pro nuru habere, prout illhucuſque illam pro nuru, & filia habuit, tenuit, & tractauit: quam intimationem iterum do.Don Ferrantes coram perſonis publicis, & priuatis reiterari fecit: & quamuis ipſa domina Diana dictis intimationibus reſponderet ſe omnino uelle ad Siciliam iter arripere, & non intēdere matrimonium in ipſam, & illuſt.dominum Cæſarem effectum habere,tamen ipſa in

hoc propoſito ſimpliciter ſe non firmauit, ſed conditionaliter, niſi de iure teneretur, & niſi in caſu quo ipſa à dictis ſpõſalibus recederet, ad damnũ aliquod, & intereſſe occaſione præmiſſa nõ cõueniretur, ſeu conueniri nõ poſſet. Hic ergo ſermo cõditionalis nihil in eſſe poſuit l. ſi quis fundũ in fi. ff. de contrahen. emp. Bart. in l. 1. ff. de cond. & dem. Ac etiã
18 quia † quando præcedit interrogatio ſimplex, & ſequitur reſponſio qualificata, & conditionalis, illa reſponſio non obligat reſpondentem, cum nõ cenſeatur reſponſio ad l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, ubi caſus, & ibi Bart. & alij ff. de uerb.
19 oblig. ¶ Rurſus dici poteſt, † quòd cum domina Diana ex proteſtationibus eidem factis, & eo modo, quo factæ fuerũt, ad iracundiã fuerit irritata, & in reſpondendo, ut ſupra, calore iracundiæ mota fuerit, idcirco reſponſio illa ſibi nocere non potuit l. quicquid calore ff. de reg. iur. Præterea † ex
20 quo domina Diana tẽpore intimationis, & reſpõſionis erat minor, dictæ intimationes, & reſponſiones fieri debuerunt auctoritate curatoris ſui ad effectum, ut poſſent ſibi nocere, ſed auctoritas curatoris ſui ad hoc non interuenit, & ex illa potuit ſibi præiudicium graue inferri, ergo potuit in integrum reſtitui l. 1. l. prætor ait, & per totum ti. de mino. & maximè attenta qualitate ſexus, qui ſolet mulieres excuſare, ut in l. error ff. de iur. & fact. ignor. cum aliis. Itaque uidetur ex præmiſſis concludendum, quòd illa, quæ ab Illuſtriſſ. don Ferrãte patre illuſt. do. Cæſaris ſpõſi donata fuerũt dominæ Dianæ ſponſæ, fuerint ipſi irreuocabiliter acquiſita. ¶ Quo uerò ad illa, quæ ab aliis perſonis, & à conſanguineis ſponſi ipſi dominæ Dianæ elargita fuerunt, num ſint ſponſo reſtituenda, an uerò ipſi dominæ Dianæ perfectè acquiſita, ſimiliter omnia illa, quæ Illuſt. Don Ferrantes expendit in eundo, & in redeundo, quando bis Illuſt. domina Diana ad domum ſponſi tetendit, an teneatur ipſa don Ferranti reſtituere, quo ad hoc ultimum, † idem uidetur dicendũ,
21 quod ſupra de rebus donatis concluſum fuit, quia ſi Illuſt. domina Diana donata reſtituere nõ tenetur, ergo nec ſumptus itineris, & alia, quæ incidenter, & in conſequentiam, ſeu acceſſoriè facta fuere, cum illa Don ferrantes ſua mera uoluntate, & honoris ſui gratia fecerit, non autem de uoluntate dictæ dom. Dianæ, & præſertim cum ipſa ex dictis ſumptibus nihil lucrata fuerit, nec locupletior reddita, ac etiam maximè cum ipſa minor 25. annis fuerit, argumento l. unicæ C. de reputatio. quæ nõ fiũt in iud. l. intra utile in fi.
22 de minor. ¶ Quo uero † ad donata à cõſanguineis, & amicis Dõ Ferrãtis, & ipſius ſpõſi, cũ contẽplatione ſpõſi, & ob matrimoniũ ſubſequuturũ donata dicantur, uidetur, quòd ſeparatis ſpõſalibus debeãt pertinere ad ipſum ſponſum, cuius contemplatione data cenſentur, ut uoluit Bald. in l. cum te in 2. col. uerſ. modo hic occurrit circa fin. illius uerſ C. de donatio. ant. nup. & fuit originalis theorica Bar. in l. ſed ſi plures §. in arrogato in fin. uer. ff. de uulga. & pupill. Sed hoc non obſtante, licet hæc uideantur data contemplatione ſpõſalium, tamen illa fuerunt irreuocabiliter dominæ Dianæ acquiſita ſine ſpe, quòd Don Ferrantes illa potuerit ex aliqua cauſa recuperare, ut probari uidetur ex iis, quæ uoluit Alex. in additio. ad Bar. in d. l. ſed ſi plures §. in arrogato, & in terminis hoc uoluit Bal. in conſi. 215. In Chriſti nomine ſuper quo puncto in 2. dubio lib. 4. ubi reprobata Bart. diſtinctione in d. §. in arrogato, uerius dicit eſſe, quòd donata, quæ non à ſponſo, ſed aliunde proueniunt, non dicuntur ſpõſo acquiri, ſed ſpõſæ, per tex. in l. ſi mater ueſtra C. de donatio. ant. nupt. qui loquitur de donatis à matre ſponſi ipſi ſpõſæ: ergo idẽ, ſi à patre ſponſi data eſſent, quia idẽ iuris eſt, ut ſupra demonſtratum fuit, & ſenſit Bal. in d. conſi.
23 ¶ Præterea † quãdo donata ſponſæ dicuntur cõuenire perſonæ ipſius ſponſæ, & non ſpõſi, ut ſunt mitræ, ueſtes muliebres, & huiuſmodi rerum genera, tunc ſponſæ dicuntur acquiri, & non ſponſo, ut uoluit Ang. in d. §. in arrogato, & faciunt ea, quæ dicuntur de rebus donatis ambaſciatoribus, ut ſi conueniunt ipſis, & non ciuitati, ipſis acquiruntur, alias ſecus, ad tradita etiam per Angel. ibi, & per Alex. & alios communiter in l. penul. §. 1. ff. ſolu. matrimo. Hanc eandem opinionem amplexus fuit Raphael in d. §. in arrogato, & Bart. in conſi. incip. ſer Ioannes ſer Mathæi, ubi reſpondet tex. in d. §. in arrogato, & Ange. in l. ut liberis C. de collatio. & ibi Roma. Salice. in l. nec inter C. de donatio. inter uir. & uxo. & in l. ſi donare §. 1. ff. eod. tit. & optimè probatur in l. ſi ſeruus communis, & in l. cum hic ſtatus §. oratio cum ſequent. ff. de dona. inter uir. & uxo. & licet plures fuerint, qui opinionem Bar. in d. §. in arrogato ſequuti fuerunt, tamen crebrior ſententia contra Bart. eſſe uidetur, & Alex. in d. §. in arrogato fatetur hunc articulum contra Bart. eſſe ſatis dubium; & pro nunc uidetur, quòd attenta qualitate rerum ſponſæ datarum, quæ conueniebant ſponſæ, & non ſponſo, ac etiam attenta qualitate perſonarum donantium quæ erant nobiliſſimæ, & Illuſtres, & qualitate ſponſæ, quæ eſt de genere Illuſtrium, concludendum uidetur, quòd ẽt ſimpliciter data ſponſæ cenſeantur donata, ut eſſent ipſius ſponſæ, ut uoluit Alex. in l. 3. in fin. in apoſtil. ad Bar. ff. de mu. & hon. arg. l. ſi filiæ ff. de lega. 2. & in l. ſi filius ff. de don.
24 ¶ Ex quibus tollitur illud, † quod ex aduerſo dicebatur, quòd cum ipſi dominæ ſponſæ ſimpliciter data fuerint, nec eſſet dictum ex cauſa donationis, potius cenſerentur data ex cauſa commodati per textum, & ibi Bart. in l. ſi ut certo §. interdum ff. commod. nam illud non procedit, quando aliqua bona conuenientia, & apta ſponſæ data eſſent à uiris diuiſſimis, & magnæ conditionis, & ſponſa etiam de genere nobilium, & illuſtrium eſſet. ¶ Multis alijs ſupra ex aduerſo contra præfatam Illuſtrem dominam Dianam allegatis colligitur, & infertur reſponſio ex diſtinctione, quam ſupra fecimus, ut cuilibet rectè intuenti conſtare poteſt. ¶ Aliquibus aliis etiam ſpecialiter accommodabo reſponſum, & præſertim, dum dicebatur, aliquas ex dictis donationibus fuiſſe inualidas, tanquam inter uirum, & uxorem contractas, illas uidelicet, quæ dominæ Dianæ in domo ſponſi, ſeu Don Ferrantis ſoceri factæ fuerunt, per textum in l. cum in te, & ibi Bald. & Salice. & alii C. de dona. ante nupt.
25 Nam reſpondendo dico, † illum textum loqui, quando in domo ſua ſponſus ſpõſæ ad ſuam domum traductæ donaſſet, ipſis ambobus puberibus exiſtentibus, & ſic tales eſſent, quòd inter ipſos matrimoniũ per uerba de præſenti exiſtere poterat, alioquin ibi non potuiſſet dici, ſeu præſumi donatio prohibita inter uirum, & uxorem: & hoc modo debet intelligi ille text. ueluti etiam eſt de mente ſcribentium ibi: ſed eo tempore, quo domina Diana traducta fuit ad domum ſoceri, & ibi dictæ donationes factæ fuerunt, Illuſt. dominus Cæſar ſponſus erat impubes, & minor 14. anno. & fortè minor 13. igitur ille tex. non meretur allegari, quia nõ poterat præſumi donationẽ inter eum, & dictam do. Dianã celebratã fuiſſe, ut per totũ C. & ff. de don. inter uir. & uxo. ¶ Secundum motiuum non aduerſatur, primo quia Illuſt. dom. Diana non fuit illa, quæ prius dederit cauſam, ne matrimonium per uerba de præſenti fuerit poſtea celebratũ, ſed ipſe Don Ferrantes ſocer, vt latius ex ſupra dictis conſtat, ergo ex diſpoſitione d. l. cum veterum ipſa dom. Diana
26 eſt donationes ſibi factas lucrata. Secundo † reſpondeo, quòd irreuocabiliter data à Don Ferrante patre, uel à matre ſponſi dicuntur ipſi dom. Dianæ acquiſita, quia & ſi donatio facta inter ſponſum, & ſponſam ſubiaceat diſpoſitioni d. l. cum ueterum, & diſtinctioni Salic. & aliorum ibi, nõ tamen illa donatio, quæ ſponſæ à matre, vel etiam à patre ſponſi facta reperitur, ut ſupra fuit oſtenſum. Et ex his ceſſat aliud, quod pro parte Don Ferrantis ſoceri dici poterat,

rat, quòd de eius mandato illa intimatio, ſeu proteſtatiõ eius nomine dom. Dianæ facta non fuerat, cum de tali mãdato non conſtet, & ideò do. Diana illi credere nõ debuit, nam hoc fortè procederet, quando principaliter uis, aut fundamentum fieret in quærẽdo, quis prius fuerit ille, qui cauſam dederit, quare matrimonium non ſit ſequutum: Secundo reſpondeo, hoc pro parte Don Ferrantis non nega-
27 ri: Tertio dico, † quòd ſi faciens actum afferat ſe illum facere de mandato, & nomine alterius non præſumitur pro mandato illo, niſi aſſerens habere mandatum, & id facere de commiſsione alterius, fuiſſet perſona valde fide digna, & maximè ſi iuriſdictionem haberet, ut per Barto. & Alex. ibi in apoſtill. in l. qui feudum in fin. ff. pro empto. & idem notat Bal. in l. 1. C. de reb. alien. non alienan. Felin. in c. ſicut in 19. colu. uerſic. ſexto aduerte extra de re iudica. qui ad hoc plures allegat, & Abb. in conſil. 94. lib. 2. ſed illi, qui aſſeruerunt ſe de mandato Don Ferrantis intimaſſe, erant, & ſunt perſonæ nobiliſsimæ, & fide dignæ, ergo &c.

¶ Tertio motiuo fuit ſupra reſponſum, quia (ut iam dixi) attenta qualitate dantium, & ipſius do. Dianæ, quæ ſunt perſonæ nobiliſsimæ, & ditiſsimæ, ac attenta conſuetudine communi, qua ſolitum, & conſuetum eſt maximè inter nobiles ſponſos fieri donationes ſponſalitias, in dubio præſumendum eſt data fuiſſe ex cauſa donationis ante nuptias, ut per Alex. in apoſtill. ad Bar. in l. 3. in fin. ff. de munerib. & honorib. & Bal. in l. 2. in 1. q. C. de iur. dot. cum ſimilibus, & hæc ſufficiant pro aliquali informatione præſentis cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Donatio an, & quando per ſubſequentem legitimationem filij donatoris reuocetur, & quando non.*

2 *Deci. in conſil. 365. & Sozi. in conſ. 226. lib. 2.* } *volentes donationem per legitimationem filij ſubſequentem reuocari declarantur, & in quo caſu loquantur.*

3 *Donatio facta ſub conditione expreſſa, ſi liberos non habuerit, & donatio facta ſimpliciter, habens tamen in ſe tacitè illam conditionem, differunt.*

4 *Ius in re eſt efficacius, & difficilius aufertur, quam ius ad rem.*

5 *Doctorum, & ſcribentium uerba non ſunt interpretanda, ſicut verba iuriſconſulti.*

6 *Donationem reuocari per querelam inofficioſæ donationis, & ex beneficio l. ſi vnquam C. de reuocan. donatio. differunt.*

7 *Legitimari aliquem debet tanquam impoſsibile, ſeu difficile, & vt quidam caſus fortuitus iudicari.*

8 *L. ſi vnquam C. de reuocan. donatio. locum habet ſolum in veris filijs, & non in alijs, qui iuris cenſura filij habentur, vt eſt monaſterium, quod donator ingreſſus fuiſſet.*

9 *Filius legitimatus facit deficere fideicommiſſum ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ſed non facit donationem reuocari, & quæ ſit ratio differentiæ.*

10 *Liberorum, ſeu filiorum appellatione ob dignitatem, et nobilitatem proferentis, & diſponentis, qui de illis mentionem facit, naturales, uel ſpurij legitimati in dubio non comprehenduntur, & num. 24.*

11 *Imperator dignior eſt, & nobilior qualibet creatura.*
L. ſi unquam C. de reuoc. don. non intelligitur de filijs, ſeu liberis legitimatis, & num. 13.

12 *Idem eſt de canone diſponente propter filios ſuſceptos donationem reuocandam eſſe, & num. 24.*

13 *L. ſi unquam C. de reuocan. donatio. eſt exorbitans à regulis iuris.*

14 *Liberi propriè dicuntur liberi legitimi, & naturales.*

15 *In exorbitantibus verba ſunt propriè intelligenda, maximè quando de præiudicio alterius, & iuris iam quæſiti agitur.*

16 *Liberorum ſignificatio latior eſt, quam filiorum nomen.*

17 *Filiorum appellatione veri, & legitimi filij continentur, non autem naturales, nec legitimati, niſi aliter expreſsè conſtet.*

18 *Naturales appellatione liberorum, ſeu filiorum in legis diſpoſitione non continentur, maximè in exorbitantibus, & num. 24.*

19 *Legis diſpoſitio quælibet eſt ſtricti iuris, & verba à lege ſimpliciter prolata ſunt ſtrictè intelligenda.*

20 *L. ſi vnquam C. de reuocan. donatio. in qua donatione locum habeat, & num. 21.*

22 *Donatio ob cauſam, & correſpectiuè facta non dicitur propriè donatio.*

23 *Donatio ob cauſam de futuro non reuocatur propter liberos poſtea natos, & ſuſceptos, & quid de donatione ob cauſam de præterito.*

25 *Legitimati licet verè legitimi ſint, non tamen legitimè nati.*

26 *Teſtamentum magis, quam donatio, vel ſaltem pariter per natiuitatem poſthumi annullatur.*

27 *Teſtamentum per legitimationem filij ſpurij non annullatur, ſi poſt legitimationem teſtator in illo perſeuerauit.*

28 *In donatione facta ob cauſam de futuro, ſiue de præterito, & quæ eſt viciſsitudinaria, neceſſaria non eſt inſinuatio à iure communi, vel à ſtatuto in donationibus requiſita, nec in ea ſtatutum de donatione ſimpliciter loquens locum habet.*

29 *Inſinuationi in donatione pura, & ſimplici non poteſt ſimpliciter renuntiari.*

30 *Sed cum iuramento ſpecialiter præſtito renuntiari poteſt; Etiam ſtatuto ſpecialiter in hoc caſu diſponente, quod omninò deberet interuenire inſinuatio, num. 32.*

31 *Statutum in dubio nunquam locum habet in caſu iurato.*

33 *Laici nec de cauſa iuramenti cognoſcere, nec ſuper illo tollendo uires ſuas ſtatuere poſſunt.*

34 *Statuere, & iuriſdictionem exercere conuertuntur.*

EPITOME.

DONATIONEM *per filium naturalem poſtea ſuſceptum, & legitimatum non reuocari, hic demonſtratur: & de diſpoſitione l. ſi unquam C. de reuocan. donatio. in quibus filiis, & in qua donatione locum habeat, agitur.*

CASVS CONSILII.

HIERONYMVS *habens bona paterna, & materna communia inter ipſum, & Ludouicum, ac Franciſcum eius fratres, partem dictorum bonorum ad ipſum ſpectantem præfatis ſuis fratribus inter uiuos, & irreuocabiliter propter merita, & alias cauſas in inſtrumento donationis expreſſas cum iuramento donauit, cum pacto conſtituti de poſsidendo, & cum aliis clauſulis ad corroborationem dictæ donationis, ut fieri ſolet, appoſitis: qua donatione facta, ipſi donatarii bona prædicta donata tenuerunt, & poſſederunt, ac ex illis fructus per plures, & plures annos perceperunt, ſciente, & non contradicente, immò permittente dicto Hieronymo: qui poſt donationem factam (ut aſſeritur) filium naturalem ex quadam fanticella ſuſcepit, illumq́; tanquam filium tractauit, & nominauit, ac etiam, ut dicitur, illum ab habente poteſtatem legitimari impetrauit in forma (ut aſſeritur) latiſsima: qua legitimatione dicti filii naturalis præſuppoſita, de pluribus dubitari contingit, & præcipuè, an per huiuſmodi legitimationem donatio ſupra dicta ex diſpoſitione l. ſi unquam C. de reuocan: donatio. reuocata cenſeantur.*

CONSILIVM LXIII.

CVM in articulo propoſito, & ex prænarrato themate elicito legum profeſſores in diuerſis ſententijs eſſe reperiantur, & ego, qui ad fauorem donatariorum conſulere requiſitus fui, à ueritate deuiare non intendam, quæ ut plurimum ſaltem quoad uim iudicandi, & conſulendi in communibus doctorum ſententijs conſiſtere dicitur, ut Ioan. Andr. & Canoniſtæ alij in c. 1. extra de cõſtitutione atteſtantur, non ab re erit in præſenti difficultate communem opinionem, ut illi adhærere ualeam, perquirere, & eam demum argumentis, & iuribus conualidare. Et
1 † quòd donatio per ſubſequentem legitimationem filij donatoris pro reuocata habeatur, expreſsè uoluit inſignis præceptor meus Senenſis in ſuo eleganti conſilio 226. quæſtio præſentis conſultationis in 2. uolumi. qui ualidis corroborat rationibus, ut ibi per eum, uimq́ue argumentorum Bald. & Salice

Salice. in oppoſitum facientium optimè minuere conatur:
Dynus etiam idem ſenſit, ut magnæ auctoritatis, & fidei uiri
atteſtantur, Sozi. in allega. conſilio, ac Bal. in conſil. ut dici-
tur 19. in quarto libro, quibus ſtandum equidem eſſet, cum
in ore duorum, uel trium ſtet omne uerbum, c. in omni de
teſtibus, ſed in quo loco Dyn. hoc uoluerit, non reperii,
minusque in libro meo Baldum in conſi. 19. hoc dicentem
inueni: Decium quoque uirum ſanè hac tempeſtate no-
ſtra celeberrimum inter ſua delphica reſponſa in cõſi. 365.
lib. 2. uiſo conſilio colum. 3. & ſequen. & in l. poſthumo in
addit. C. de bono. poſſeſs. contra tab. referendo ſe ad conſi-
lium allegatum huius eſſe ſententiæ quidam affirmant, ſed
2 † in caſu quidem diuerſo loquitur, ſi eius uerba rectè con-
ſiderentur, hoc eſt, quando filius naturalis, ſeu ſpurius poſt
donationem legitimatus fuiſſet ſub hac conditione expreſ-
ſa caſuali, ſi nullus ſit, uel fuerit de linea Nicolai donatoris,
3 † quæ cõditio ſuſpenſiua effectus donationis eſſe dicitur, &
eius defectus ius alteri quæſitum non aufert, immò habe-
tur, ac ſi actus conditionalis factus nullo modo eſſet, ut in l.
neceſſario ff. de pericu. & commo. rei uend. in prin. l. ſi quis
fundum in fin. ff. de contrahen. emptio. cum ſimilib. nos ue
rò loquimur in donatione facta ſimpliciter, quæ ex præſum
pta mente donantis ex legis diſpoſitione tacitam ſub ſe con
tinet conditionem, ſi liberos non habuerit, quæ non dicitur
ſuſpenſiua donationis, quo minus donatio effectum ſortia-
tur, & donator rei donatæ dominus efficiatur, ut per Ale-
xan. in conſi. 162. in 6. uolumi. in prin. & per totum, l. ſi quis
argentum C. de donatio. & præſupponitur in c. fina. 17. q. 4.
ſed dicitur eſſe donationis reſolutiua, ut in d. l. ſi unquam, &
in l. ſi totas C. de inoffic. donatio. cuius natura eſt non ſuſpẽ
dere actum, quo minus ius ex ipſo actu realiter acquiratur,
ſed ius iam realiter acquiſitum reſoluere, & extinguere cen
ſetur l. 2. cum ſequen. ff. de in diem adiectio. l. 1. §. item cum
ea mente ff. de donatio. & ideò nil mirum, ſi in caſu Decij, &
Sozi. cuius conſilio ipſe Decius ſe ſubſcripſit, filius legiti-
matus poſt donationem donatarium, cui pendente condi-
tione illa, ſi nullus de linea Nicolai donatoris extabit, fuerat
donatum, realiter acquirere ius aliquod impediuit: at quan
do donatio non fuit facta ſub aliqua expreſſa conditione,
ſed ſolum ſub tacita, & reſolutiua, tunc per legitimationem
ſubſequentem ab acquirendo non impediretur, ſed exclu-
deretur donatarius à iure iam realiter acquiſito, quod diffi
4 cilius ſit, † cum ius in re ſit efficacius, quam ius ad rem, &
conſequenter difficilius auferatur, ad not. per ſcribentes,
ubi hoc plenè dixi in c. 1. extra de reſcrip. ad glo. in l. 1. ut li
te penden. cum ſimilibus, & c. fin. de conceſſio. præben. in 6.
& in hac ratione, quod ibi donatio eſſet facta ſub conditio-
ne extrinſeca, ſe fundare uidetur Decius, ut ibi, quæ condi-
tio ibi deficere dicebatur ex natura uerborũ ipſius ex per-
ſona filij poſtea legitimati: item ipſe Dec. ibi in ſpecie re-
ſpondẽdo doctrinæ Bal. in l. 1. C. de inofficio. donatio. & in
l. 2. C. ſi quis in fraud. patro. & Saliceti in d. l. ſi totas, qui di
cebant, donationẽ non reuocari ex legitimatione filij ſubſe
quenti, inquit, quòd in terminis, in quibus ipſe cum Sozi. cõ
ſuluit, non agebatur de reuocatione donationis uirtute d. l.
ſi unquam, ſed de donatione conditionali, quæ debet faci-
lius propter legitimationem impediri: ex quibus conſtat
Decium, & conſequenter Sozinum potius in caſu occur-
renti, uidelicet quãdo donatio facta fuit ſimpliciter abſque
aliqua conditione expreſſa, pertranſire cum doctrina Bal.
& Salice. ut legitimatus non dicatur donatarium exclude-
re, quam contrarium innuere. ¶ Pro hac parte etiam, quòd
legitimatus excludat donatarium, allegatur Paul. de Caſtr.
in conſi. 436. ſuper hoc puncto in 1. & 2. colum. in 2. libro,
aliàs eſt conſi. 432. ſecũdum numerum meum, qui pulchrè
conſuluit, & datis coniecturis, quòd donans ueriſimiliter
non cogitauerit de filijs legitimis, & naturalibus ob defe-
ctũ ſuæ perſonæ, uoluit donationem reuocari propter legi-
timationem filij naturalis, quæ coniecturæ tamen ſecun-
dum eum eſſent probandæ, & de illis cõſtare deberet, alio-
quin admittit theoricam Baldi, Saliceti, & ſequacium, quas
coniecturas in caſu iſto adeſſe inficior. ¶ Quidam Moder-
ni ultramontani de Francia in repetitio. d. l. ſi unquam in
23 2. colum. pro hac opinione allegant Salice. inter conſi-
lia Baldi in conſi. 17. lib. 4. hoc idem uoluiſſe, quem in libro
meo non potui reperire, ſed benè ipſe Salice. in d. l. ſi totas
principaliter hanc quæſtionem examinans contrarium uo-
luit, uidelicet propter legitimatum donationem non reuo-
ri: allegant etiam præfati Moderni Ioan. de Ligna. & Ioan.
de Rampo. hanc opinionem ſenſiſſe, ponderando illorum
uerba, quemadmodum ſolent uerba Iureconſulti pondera-
5 ri: ſed † talis interpretatio non eſt ſumenda ex uerbis docto
rum, argumento not. per Bartolum in l. nemo C. de ſenten.
& eorum, quæ ponunt Canoniſtæ in c. 1. de conſti. circa fin.
& melius in c. 2. extra de reſcript. & licet dicti Moderni in
repetitio. allegata pro hac opinione arguant, tamen non ſe
firmant, quia rationibus quoque pro hac ſententia factis re
ſpondent. Ad idem allego Pau. de Caſtr. in conſi. 433. lib. 1.
incip. per ordinem &c. in ſecundo dubio, qui uoluit dona-
tionem per ſubſequentem legitimationem non reuocari,
propterea quia filius, qui fuit legitimatus, ante donationem
fuerat natus, ex quo de illo pater, qui poſtea donauit, cogi-
tauit, innuit ergo, ut expreſsè uidetur fateri, ſecus eſſe, ſi
poſt donationem natus fuiſſet: ſed tu dicas, quòd ibi hoc
non ita expreſsè uoluit, nam contrarium in terminis tenuit
ipſe Pau. in d. l. 2. C. ſi quid in fraud. patr. & ideò non eſt ex
uerbis ſuis ſumendum argumentum contra id, quod ex-
preſsè diſputãdo affirmauit in d. l. 2. per prædicta. Nulli alij,
aut pauci reperiuntur, qui hanc opinionem Sozi. in d. conſi.
226. maximè in puris terminis noſtris imitati fuerint, qui So
zi. ſeipſum corrigens in rubri. ff. de liber. & poſthum. dicit ſe
ibi in d. conſi. diſputatiuè fuiſſe loquutum, & in iudicando,
& conſulendo ab opinione Bal. & Salic. non eſſe receden-
dum, quoniam communis eſt: & ideò huic opinioni adhæ-
reo, ut moris mei eſt ſemper in conſulendo ſequi opinio-
nes communes: & ultra quod Sozi. & alij aſſerant docto-
res communiter hoc uelle, euidenter etiam demonſtratur,
doctores hoc tenentes enumerãdo, in primis enim hoc ex-
preſsè uoluit Bal. in d. l. 1. circa fin. C. de inofficio. donatio.
ſed clarius, & præcipuè in caſu occurrenti ipſe Bal. hoc di-
xit in d. l. 2. C. ſi quid in fraud. patro. in fina. uerbis. Salice. in
d. l. ſi totas C. de inofficio. donat. Pau. de Caſtr. in indiuiduo
in lectura in d. l. 2. cui magis credendum eſt, quàm in conſi
lijs: & licet ad idem allegetur Bal. in c. innotuit in 3. colum.
de electio. tamen ſi eius uerba rectè inſpiciantur, hoc no-
luit, ſed dixit legitimatum donationem non reuocare, non
ex diſpoſitione, ſeu ratione d. l. ſi unquam, ſed ex eo, quia le
gitimatus in Baronia ſuccedere non poteſt, ut in c. 1. §. natu
rales ſi de feu. fuer. controuer. inter domin. & agna. cum ibi
not. Ange. etiam in d. l. ſi totas inquit, legitimatum donatio-
nem non poſſe reuocare per querelam inofficioſæ donatio
6 nis. Et † quamuis aliud ſit reuocare ex beneficio d. l. ſi un
quam, quia illa reuocatio dicitur ipſo facto fieri, ut ibi, & in
locis ſupra allegatis, & per Bartolum in l. tiria la 2. §. impera
tor ff. de lega. 2. tamen hoc ſatis in ſimili nobis inſeruit. Simi
liter Pau. de Caſtr. in d. conſi. 433. per ordinem &c. in ſecun
do dubio lib. 1. conſuluit legitimatum poſt donationem na
tum donationem nõ reuocare; nec refert, an ante, uel poſt
natus fuerit, nam quando ante natus fuit, licet pater de eo,
ut de ſpurio cogitare potuerit, non tamen de eo, ut de legi-
timo, & ſic ut de uero filio, cum per legitimationem nouus
7 homo cenſeatur, ac etiam quia † tanquam impoſſibile, ſeu
diffi

difficile,& ut quidã caſus fortuitus iudicari deberet, quòd
legitimaretur,cum hoc à poteſtate principis dependeat,ar-
gumento l.apud iulianum in fin.ff.de lega.1.&declarant So
zi.in d.conſi.226.& Dec.in d.conſi.365.& Paul.de Caſtr.
ibi,qui etiam in puris terminis quando etiam poſt donatio-
nem natus eſſet,hoc uoluit in conſil.432.in 2.lib. ceſſanti-
bus coniecturis efficacibus, quibus donator uerſimiliter
idem uoluiſſet de legitimato,quod de legitimo,& naturali:
Quamplures alij contra legitimatum tenuere, inter quos
fuerunt Aret.in l.ex facto in prin.in 7.colum.uerſic.& adde
ad materiam ff.de uulga.& pupilla.qui ſimpliciter cum Bal.
& Salice.pertranſit:Andr. Barba. in c.raynutiusin 53. co-
lum.uerſic.ſubdit etiam extra de teſt.Alexan.in l.gallus §.&
quid ſi tantum in ultima colum.ff.de liber.& poſthum.& ibi
Sozi.in penulti.colum.uerſicu. tertium corollarium, & ibi
etiam Iaſon in penultima columna, & in poſteriori lectura
in antepenultima columna,& Moderni ibi de Monteferra-
to in decima charta,idem Iaſ.poſt Sozi.in d.rubr.ff. de libe.
& poſthum.in 1.colum.uerſi.ſecundo & fortius,& in rubri.
C.de poſthum.hæred.inſtitu.& in l.cum acutiſſimi in ſecun
da colum.C.de fideicomm.necnon in l.ſi is qui pro empto-
re in 56.col.uerſi.quinto donatio &c.ff.de uſucap.& habe-
tur per eundem in conſi.192.colum.5.uerſi. ad idem bene
facit in ſecundo libro:Eiuſdem ſententiæ fuit Decius in cõ
ſi.85.in fine 3.dubij in 1.libro, & Alex.in d.rubri.ff.de liber.
& poſthum.Martin. de Laude in diſputatione incip. Auge-
rius ſeio in ſecunda colum.Curtius ſenior in conſi.74. ſuper
memorata col.26.uerſ.& conſequenter pertranſit Cardi-
na.Alexan.in repetitio.c.per uenerabilem qui filij ſint legi-
ti.colum.124.in fin.12.q.princi.Curtius iunior in l.1.C. de
pact.in 3.colum.num.10.Rubeus moderniſſi.in conſi.3.vi
ſo inſtrumento, Barthol. Cæpol.in l.fina.in 2.colum.uerſi-
cu.item adde C.de uſucapio.pro donato. Mordern. vltra-
montani in repe.d.l.ſi unquã, qui hunc articulũ latiſſimè re
ferunt,ſed in nullam partem (ut dixi) inclinare uidẽtur. At
alij Modern. vltramontani in tract.primogenituræ q.13.in
6.col.uerſi.itẽ de iure &c.Bal.&Sal.opinionẽ ſunt ſequuti.
Ex quibus omnibus conſtat,opinionem Baldi, & Salice. fo
re communem cum illi doctores plures non ſolum nume-
ro, ſed etiam pondere,& menſura adhæreant, & ideò in
iudicando,& conſulendo ſequendã eſſe ait Sozi.in d.rubr.
ff.de lib.& poſtu. & ultra quòd magis communis ſit,uerior
quoque uidetur ex rationibus, & argumentis doctorum;
quam ulterius corroboro ex iis,quæ Albericus dicit in d.l.
8 ſi unquam,quòd † illa ſolum in ueris filiis locum habeat,
& non in aliis, qui iuris cenſura filij habentur,auth.niſi ro-
gati C.ad trebellia.c.in præſentia de probatio.§.ſed & hoc
præſenti in authen.de ſanctis.epiſc. & deficere facit fidei-
commiſſum factum ſub conditione, ſi deceſſerit ſine libe-
9 ris d.c.in præſentia: ergo † quamuis filius legitimatus faciat
deficere fideicommiſſum ſub conditione, ſi ſine liberis de-
ceſſerit, ut uolunt docto.in d.§.& quid ſi tantum, & in d.l.
ex facto ff.de uulga.& pupilla.& Alex.copioſè in conſi. 1.
in 1.uolu.& Moderni in d.c.per uenerabilem cum ſimilib.
tamen non debet poſſe facere donationem reuocari, ut
contingit in monaſterio: & ratio diuerſitatis eſt conſidera-
bilis, quia quòd donatio reuocetur, præiudicatur iuri alte-
ri iam in re,& cum effectu,ac perfectè acquiſito,ſed facien
do fideicommiſſum deficere, tollitur ius ad rem, & nondũ
perfectè acquiſitum, nam fideicommiſſum etſi factum ſit
ante legitimationem, tamen effectualiter poſt factum cen-
ſetur,quia morte teſtatoris confirmatur, & ab illo tempo-
re robur incipit habere c.cum marthæ extra de celebratio.
miſſa. & hoc eſt,quod fortè uoluit Bal.in d.l.2.in fin. in fi-
nal.uerbis C.ſi quid in fraud.patro.dicens, quia legitima-
tio præcedit confirmationem, quæ fit poſt mortem defun-
cti: quam rationem in ſimili conſiderauit etiam Decius in
10 d.conſi 365. ¶Secundo † ob dignitatem, & nobilitatem
proferentis, & diſponentis, qui de liberis mentionem facit,
appellatione liberorum, ſeu filiorum non cõprehendũtur
naturales,uel ſpurij legitimati c.1. §.naturales ſi de feud.
fuer.controuerſ.inter dom.& agna.& ibi feudiſtæ, de illis:
enim in dubio non præſumitur diſponens,& de liberis men
tionem faciens cogitaſſe, ſed de iis, qui ſunt ex iuſtis nu-
ptiis procreati,ut latè habetur per Imol. & Alex.in l.ex fa-
11 cto §.ſi quis rogatus ff.ad trebel.ſed † Imperator, qui eſt di
gnior, & nobilior qualibet creatura, quoniam ab eo, ut à
fonte omnes dignitates, honores, ac nobilitates deriuare
dicuntur, per Bal.in l.fin.C.precib. impera. offer. in d. l. ſi
unquam ſtatuit donationem reuocari propter ſuperuenien
tes liberos, & illa ſunt uerba Conſtantini Imperatoris uiri
honeſtiſſimi,& catholici,ergo propter eius honeſtatem,di-
gnitatem, & nobilitatem dicendum eſt, ipſum ſenſiſſe de le
gitimis,& naturalibus ex legitimo matrimonio,& non de le
gitimatis,qui adhuc aliquid infamiæ,& turpitudinis retine
re dicuntur,ut per Alex.in l.& ſi pepercit in prin.ff.de libe.
& poſth.ubi plura refert, quæ huic caſui noſtro optimè in-
ſeruiunt,& inſpici poſſunt.Et ſi hæc dicimus in conditore le
12 gis, † quanto magis dicenda erunt in conditore canonis, &
maximè in cõcilio generali, in quo adeſſe dicitur Chriſtus,
& Spiritus ſanctus, & in Auguſtino uiro ſanctiſſimo: ſed
quòd propter filios ſuſceptos apud canones ſancitum ſit,
donationem reuocandam eſſe, habetur in c.ſi.17.q.ultima,
ergo debet intelligi de filijs non legitimatis ratione præ-
miſſa, ſed de filijs, qui ex iuſtis nuptijs ſuſcipiuntur l.filium
ff.de iis,qui ſunt ſui,uel alien.iur.& l.ſemper ff.de in ius uo-
13 can. ¶Rurſus negari non poteſt, † quin illa diſpoſitio d.l.ſi
unquam ſit exorbitans à regulis iuris, quia perfecta dona-
tio,quæ ſui natura eſt irreuocabilis,ut in l.perfecta C.de do
natio.quæ ſub modo, l.1.l.ſi donationem,& l.ſi. C. de reuo
can. donatio.reuocatur ob liberos ſuperuenientes ex illius
diſpoſitione, ut etiam præſupponunt communiter canoni-
ſtæ in c.fina.extra de donatio.& legiſtæ in d.l.1.& in d.l.ſi to
tas,necnon in d.l.titia §.imperator ff.de lega.2. & in termi-
nis Roma.in conſi.26. pro deciſione,& Bar.in d.§.impera-
tor,ergo debet intelligi de liberis legitimis, & naturalibus,
14 † qui propriè dicuntur liberi,arg.d.l.filium,& d.l.ſemper, l.
15 3.C.ad l.iul. de adulter. quia † in exorbitantibus uerba
ſunt propriè intelligenda, maximè quando de præiudicio
alterius,& iuris iam quæſiti agitur c.dilecti, c.ſuggeſtum de
decim.c.dudum de priuileg.l.ſi uerò §.de uiro,& §.fin.ff. ſo
lu.matrimo.l.ſi cum dotem in prin.cum ſimilib.eodem titu.
16 Et quamuis tex.in d.l.ſi unquam loquatur de liberis,† quo-
rum ſignificatio eſt latior, quam ſit filiorum nomen l.libe-
rorum ff.de uerborum ſignifica. & ibi Barto. & habetur in
d.l.ex facto §.ſi quis rogatus,tamen tex.in c.fin.17.q. ulti-
17 ma,& in d.l.ſi totas loquitur de filijs, † quorum appella-
tione ueri,& legitimi filij continentur, & nõ naturales,nec
legitimati l.fin.ff.de iur.delib.cum ibi not. in gl.in uerb.ue-
rum:& licet tex.ille contrarium uelle uideatur in final. uer-
bis,tamen illud intelligit tex.procedere, quando conſtaret
teſtatorem de tali, hoc eſt de naturali ſenſiſſe:idem probat
tex.in d.l.ex facto §.ſi quis rogatus, & ibi not.Ex quibus in-
fertur,quòd prouiſio d.l.ſi unquam,& d.c.fin. non extendi-
tur ad filios naturales,minusque ad ſpurios, & uulgo conce
18 ptos,etiam ſi legitimati forent; † naturales enim appellatio
ne filiorum, ſeu liberorum in legis diſpoſitione non conti-
nentur,& maximè in exorbitantibus,ut in l.ſi.C.de dot.pro
miſſ.l.qui liberos ff.de rit.nuptia.iuncta l.uxorem §.pater ff.
19 de lega.3.cum glo. & Bal. in d.l.qui liberos: nam † quæ-
libet legis diſpoſitio dicitur eſſe ſtricti iuris, & ideò uerba à
lege prolata ſtrictè ſunt intelligenda l.non ſolum §.de uno,
& ibi

& ibi Bal. in lectura antiqua ff. de ritu nuptiarum, c.quæ à iure de regul. iur. in 6. at in diſpoſitione hominis forte ſecus, & hoc modo intelligamur conſulta per Alexandrum uariis in locis,& præcipuè in conſi.1.in 1.uolu. & per eum, & alios in l.ex facto ff.de uulga.& pupillar. & in dicto §. & quid ſi tantum, & in l.ſi quis pro emptore ff. de uſucapio.
20 ubi ſcribentes, & in multis aliis locis. ¶ Tertio † d.l.ſi unquam non uendicat ſibi locum in contractu donationis principaliter celebrato gratia utriuſque, ſed ſolum in ea, quæ gratia, & fauore recipientis principaliter contracta fuit, ut uoluit Bald. poſt Cynum in l.1.in 1.colum.in 3.notabili.C.de pactis,& ibi ferè omnes ſcribentes, Iaſ. Deci.& alij Mod. Sed in caſu occurrenti donatio, ſeu contractus nō ſolū factus fuit gratia donatariorū, ſed etiā principaliter gratia,& fauore donatoris, cui principaliter conuentum, & promiſſum eſt ſoluere ſingulo anno ducatos quinquaginta auri, item ſextaria decem & octo grani, ſalmas ſex uini, certam quantitatem olei,& plura alia fieri, & obſeruari ad utilitatem ipſius Hieronymi donatoris, & inter alia ipſi donatarij promiſerunt Hieronymo donatori ipſum conſeruare indemnem ab omnibus oneribus, & debitis hæreditariis paternis, & maternis, ac ab aliis grauaminibus, ad quæ ipſe Hieronymus tenebatur, prout latius in inſtrumento donationis continetur, ergo in huiuſmodi contractu donationis ultro, citroque obligatorio, & gratia utriuſque principaliter celebrato non erit locus reuocationi ex diſpoſitione d. l.ſi unquam. ¶ Præterea & quarto negari non poteſt,
21 † quin hæc donatio fuerit,& ſit donatio ob cauſam de futuro, ut ex tenore inſtrumenti prædicti colligitur, non enim fuit pura, nec ex mera liberalitate proueniens, ergo in illa non uendicat ſibi locum diſpoſitio d.l. ſi unquam, quæ loquitur in donatione ſimplici: & ideò illa ex ſuſceptione filiorum,& liberorum legitimorum, & naturalium etiam natorum ex legitimo matrimonio reuocari non poſſet, minus ergo ex ſuperuenientia filiorum naturalium legitimatorū, ut latè conſuluit Roma.in conſil. 26. pro defenſione in penult.colum.& Alexan.quaſi in iiſdem terminis in conſi.40. in penult.colum.uerſic.circa tertium in 4.uolum. Nam d.l. ſi unquam loquitur in donatione, quam ille text. ſimpliciter appellat donationem,& conſequenter in donatione uera,& propria, argum.l.1.ff.de donatio.ergo locum non habet in donatione ob cauſam, & correſpectiuè facta, quæ cauſa reſpiceret honorem, utilitatem, & fauorem donantis, ut dixit Ange.in l.ſed hoc ff.de re iudi. Paul. Caſtren. in l.1.ff.de donat. Faber,& Iaſ.in §.præterea inſtitu. de action.
22 † illa enim non dicitur propriè donatio, quia non eſt ſimplex, ſed ob cauſam l.1.& l.aquilius regulus ff. de donatio. & argumento l.hoc legatum ff.de legat.3.l.ariſto §.fin. ubi caſus ſecundum Bartolum ff.de donatio.& dicit Iaſ.in conſil.
23 181.in 4.uolum.& in conſi.154.in 2.uolum.quòd † donatio facta ob cauſam de futuro, ut eſt in caſu noſtro, non reuocatur propter ſuperuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium ex legitimo matrimonio natorum, minus igitur propter liberos legitimatos: Sed quando eſſet facta ob cauſam de præterito, ut propter merita præcedentia, donatio non diceretur abſolutè reuocari, niſi conſtaret de cauſa illa, ſeu de meritis,& eatenus, quatenus ſe extenderet cauſa illa,& non ultra, nam quatenus excederet cauſam de præterito,& merita, cēſeretur ſimplex donatio, & eatenus propter filios reuocaretur per d.l.ſi unquam, ut ibi per Iaſon. & per ea, quæ habentur per Alexandrum in 2.& 3.colum. cum ſequen. poſt Bartolum in l.ſi donatione C.de collatio. per Bartolum in l.1.§.nec caſtrenſe ff. de collat. bonorum, & in l.ſi fortè ff.de caſtren.ſpecul. Paul.de Caſtro in conſil. 333.in 2.lib.& Guid.Pap.in quæſtio.95. In hoc autem ultimo uim nō facio, cum in caſu, de quo agitur, donatio facta fuerit ob cauſam de futuro; quo caſu doctores communiter uolunt illam non reuocari propter liberos poſtea ſuſceptos, ut dicunt Bal.in d.l.ſi unquam in quibuſdam lectu. & Ang.ibi, Alexan.in conſi.29.in fin.in 3.uolum.& in conſil.40.in 5.colum.in 4.uolu. Aret.in l.1.in 1.notab.C.de pactis,& ibi Sozin.in 2.colum.& in conſi. 147. uiſa facti contingentia in ult.colum.in 2.lib. & in conſi. 295. eodem lib. colum.3.& conſil.53.in 4.lib.& Deci. in conſi.181.
24 ¶ Quinto † induco text.in d.c.fin.17.quæſtio.ultima, ubi dicit, donationem factam à patre reuocari propter filios ſibi natos; pondero enim text.dum dicit filios, quia debet intelligi de filiis legitimis,& naturalibus, cum non ſit ueriſimile, quòd de reprobatis, & illegitimis intellexerit, tàm attenta dignitate canonis, quàm etiam quia quando à lege, ſeu canone fit mentio de filiis, debet intelligi de illis, qui ſecundum legem ſunt filij, per ea, quæ aliàs ſupra dixi:& cum ille tex. loquatur de filiis poſtea natis, neceſſario debet intelli-
25 gi non de legitimatis, † nam etſi ipſi uerè legitimi ſint ad tradita per Alexan.in d.conſi.1.in 1.uolum.cum aliis ſupra allegatis, nō tamen uerum eſt ipſos eſſe legitimè natos per Paulum de Caſtro in conſi.340.in 2.lib. circa primum &c. Sozin.in l.gallus §.ſi eius in 3.colum.ff. de liber.& poſthum. uerſi.tertius caſus, Bald.in c.per tuas extra de maio. & obedien.& in c.1.§.naturales in 2.colum.ſi de feud. fuerit controuer. uerſ.quæro, Sozi.in conſi.63.uolum.3.in 11.colum. Alexan.in conſil.87.in 2.uolum.in 6.& 9.colum. & Imol. in l.ex facto in 4.colum.ff. de uulgar.& pupillar. cum aliis
26 pluribus, quæ poſſent allegari. ¶ Sexto † magis annullatur teſtamētum per natiuitatem poſthumi, quam donatio, uel ſaltem pariter annullari dicuntur, ut uoluit Paul.de Caſtro in conſi.433.in 1.lib.reſpondeo per ordinem &c. in 2.
27 colum.uerſic.ſed prædictis: Sed † teſtamentum non reuocatur per legitimationem filij ſpurij, quoniam illa fit contra iuris prohibitionem, ut in authen. quibus modis naturales efficiun.ſui, ſi poſt legitimationem in illo perſeuerauit, ut uoluit Sozin.in rubrica ff.de liberis,& poſthum.in 3.colum. uerſicu. aliquando & quarto, ergo minus donatio dicetur reuocari,& ratio poteſt eſſe, quia maius præiudicium irrogaretur tertio, hoc eſt donatario, cui ius fuit perfectè acquiſitum ex reuocatione donationis, quàm ex reuocatione teſtamenti, in quo extraneus fuiſſet hæres inſtitutus, cui non fuit ius aliquod uiuo adhuc teſtatore acquiſitum, iuribus uulgaribus. ¶ Multa alia argumenta pro hac communi opinione faciunt ſcriben. uariis in locis, ut in d.l.1. in d.l.ſi totas, in d.l.2.C.ſi quid in fraud.patro.in d.rubr. ff.de liber. & poſthum. ac etiam in d.l.ſi unquam, maximè Moderni repet.colum.25.1.cum pluribus ſequentibus, quæ nolui referre, quia in locis ſuis inſpici poſſunt, ſed his pro nunc ſum cōtentus, præſertim cum ferè omnes clariſſimos huius tempeſtatis Iureconſultos conſuluiſſe non ignorem. Et ex his facillimè omnia, quæ huic ſententiæ communi aduerſari uidentur, remoueri poſſunt, ſi diligens lector ſingula ſingulis accōmodare uoluerit. ¶ Supereſt adhuc inueſtigare, an donatio huiuſmodi ex defectu inſinuationis,& aliorū, quæ ſtatutū loci etiā poſt donationē fieri expoſcit, inualida dici poſſit: Super qua difficultate cū alios clariſſimos aduocatos latiſſimè conſuluiſſe ſciam, non inſiſtendū eſſe putaui, ſed unà cum aliis ſolum me concurrere debere, quòd ob defectum inſinuationis,& alterius ſolennitatis à ſtatuto requiſitæ donatio nō poſſit dici inualida, ſed omninò, & præſertim à do
28 natore ſit ſeruanda, † quoniam cum hæc donatio facta fuerit ob cauſam de futuro, & ſit uiciſſitudinaria, ut ex illius tenore colligitur, ſequitur, quòd ſtatutum loquens de donatione ſimpliciter, addendo ultra ius cōmune ſolennitatem, non dicitur comprehendere donationem ob cauſam de præterito,& uiciſſitudinariam, quæ nō eſt propriè donatio,

d.l.1.ff.de donat.ſed ob cauſam donatio,quæ improprie eſt donatio d.l.ariſto in fin.eod.tit.l.hoc iure §.1.& in fin.cod. tit.& quæ cenſetur quidam contractus innominatus, & ſic totaliter diuerſus a donatione ſimplici,de qua loquitur tex. in d.l.ſi unquam,& in l.illud C.de ſacroſan.eccle. in l.in do nationibus,& in l.ſancimus C.de dona. quia illa dicitur cõ tractus nominatus Bar.in l.2.C.de cond.ob cau.ubi eſt opti mus text. & ideò in tali donatione non eſt neceſſaria inſi- nuatio,quæ uel de iure communi, uel municipali in dona- tionibus requiritur,ut affirmant gloſ.Bart. & alij per illum textum in d.l.aquilius,Alex.in conſi.83.in 2.6.& ult.colu. in 2.uol.Imol,in l.1.in prin.in 4.colum.ff.de acquir. poſſeſ. & in c.ult.extra de donatio.uerſ.ſic.an autem in donatione, Alexan.in conſi.12.uiſo inſtrumento in 2.colum.lib.1.& in conſil.21.attentis his colum.2.lib.3.in conſi.93. perſpectis his colum.ult.lib.6.& conſi.217.ponderatis col.2.eod.lib. & Iaſ.in conſil.171.in 4.lib.& conſil.154.in 2.lib.& in hac opinione ſcribentes communiter reſiden. ¶ Rurſus ex defe ctu inſinuationis donatio in caſu occurrenti non poteſt di- ci inualida,quia ſolennitati inſinuationis expreſsè cum iura mento fuit renunciatum,& iuratum de non contrauenien- do in ſpecie prætextu inſinuationis non factæ, nec adhibi-
29 tæ,quo fit,ut † quamuis inſinuationi ſimpliciter renuncia- ri non poſſit, quando donatio eſſet ſimplex, & pura,ut fuit originalis theorica Oldra.in conſ.173.quidam habens &c. quam ſequitur Ioan.Andr.in addit. ad Specul.in tit. de in- ſtrumen.edit.§.porrò in ultima additio.Bartol.in l. mode- ſtinus ff.de donatio. & in l.ſancimus C. eodem titu. Bald.in l.data colum.2.eodem tit.& in conſi.451.nobilis &c.lib.1.
30 † tamen cum iuramento ſpecialiter præſtito renunciari po- teſt,& hæc opinio uerior,& tutior eſt,ac in quocũque foro ſeruanda,ut uoluit Ioan.Andr.in d.additio.ultima in dicto §.porrò,& Feder.de Senis in conſi.281.caſus talis &c. qui loquitur, quando ſtatutum hanc ſolennitatem etiam expo ſceret: & tangit Bal.ſed latius, & melius declarat Ioannes de Imol.in c.cum contingat in penult.charta poſt do. An- tonium,& Abb.Ang.in conſi.94.pro parte colum. penulti. Alexan.in 3.colum.ubi multos allegat, & ibi Aret.in l.ne- mo poteſt ff.de legat.1. & ſi uellem omnes in hanc ſenten- tiam inclinantes referre, profectò duo implerem folia: ſed in hoc inſpici poſſunt Moderni vltramontani.Galli in repe titio.d.l.ſi unquam in 70.colum.cum ſequen.num.138. Ex quibus colligitur hanc opinionem non ſolum eſſe commu- nem,ſed etiam conſumatiſſimam, ſi ita loqui liceat:& quia non poſſem niſi dicta aliorum, & maximè Imolæ in locis al legatis referre,ideò opinionem prædictam argumentis, & iuribus aliter non corroboro. ¶ Et quamuis per ſtatutum loci circa finem ſolum excipiatur, quãdo donatio facta eſ- ſet cauſa mortis, uel ad pias cauſas, quòd tunc non ſit ne- ceſſaria inſinuatio, & in hoc ſtatutum quoad donationem cauſa mortis concurrit cum l.fina.C.de donatio.cauſ.mor. quo uerò ad donationem ad pias cauſas aliter, quàm de iu re communi cautum eſſet,diſponit,ut in d.l.illud, & in d.l. ſancimus §.1. tamen ſtatutum illud non diſponit in caſu, quo cum iuramento eſſet inſinuationi renũciatum, & ideò
31 non uendicat ſibi locum in caſu iſto,quoniam † ſtatutum in dubio nunquam in caſu iurato locum habet, ut latè tradi- tur per Imolam in d.c.cum contingat poſt do. Antonium,
32 & alios in pluribus quæſtionibus: immò † et ſi ſtatutum ſpe cialiter in hoc caſu loqueretur,uidelicet, quòd omninò de beret interuenire inſinuatio,& alia ſolennitas à ſtatuto pro uiſa,non obſtante,quòd donatio fuiſſet iurata,ſeu cum iura mento foret inſinuationi renunciatum, nihilominus dona- tio ſine tali inſinuatione ualeret, non obſtante prouiſione
33 ſtatuti,quod in hoc non ualeret,quoniã † laici ſicut cogno- ſcere de cauſa iuramenti non poſſunt c.fin. de foro compe ten.in 6.ita nec ſuper illo tollendo uires ſuas ſtatuere ua- lent,tanquam ſuper re ſpirituali ad not. in c. quæ in eccle- ſiarum, & in c.eccleſia ſanctæ Mariæ extra de conſtitutio. & hoc uolunt ibi omnes canoniſtæ,& alij in lecturis, & con ſiliis,quos aliter referre non curo,quia hæc omnibus & lip pis,& tonſoribus nota ſunt. Quod etiam uiua ratione cor-
34 roboratur,nam † ſtatuere,& iuriſdictionem exercere con- uertuntur,ut in c.fin.de conſtitut. in 6.& ibi ſcriben. & hoc anno plenè diſcuſſi in c.1.extra de conſtit. ſed laici nõ poſ- ſunt iuriſdictionem ſuper iuramento,& illius quæſtione tã- quam ſuper cauſa ſpirituali exercere d.c.fin.de foro com- peten. ergo nec de illo, nec ſuper uiribus ipſius poterunt ſtatuere,& ad hæc benè inſeruiunt ea, quæ habẽtur per gl. & ſcriben.in c.1.de noui oper.nuncia. Vlterius poſſent ſu- per præmiſſis inſiſtere,& multa congerere, ſed quoniã mul tos eximios Iuriſconſultos in hac cauſa,& ſuper dubiis pro poſitis, pluribuſq; aliis conſuluiſſe ſcio,receptui canere, & finem conſultationi imponere decreui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio ſimpliciter facta ualet, quando merita præ eſſerunt, & ex cauſa donationis ob merita facta cenſetur, etiam ſi in promiſſione nihil ſit de meritis dictum*
2 *Liberalitas, & munificentia erga benemeritos magis in principe, quàm in alio inferiore præſumitur.*
3 *Fideicommiſſa, & hæreditates in actibus inter uiuos dari non poſſunt.*
4 *In donatione lex per donatorem apponi poteſt, ut res donata de uno in aliũ transeat.*
5 *Subrogatum ſapit naturam, & qualitatem illius, in cuius locum ſubrogatur.*
6 *Conſentiens uenditioni rei, quæ ſibi, uel hæredibus ſuis per fideicommiſſum, aut aliter deberi poteſt, præiudicat ſibi, & hæredibus ſuis:*
Et quomodo hoc procedat, declaratur num. 21.
7 *Et an etiam quoad pretium ſibi, & hæredibus præiudicet.*
Fideicommiſſum quando ob alienationem rei in pretio reſeruatum dicatur.
8 *Fideicommiſſo inter ſe renunciaſſe, & ſibi inuicem præiudicaſſe dicũtur, qui ſimul rem fideicommiſſariam alienauerunt.*
Et quomodo hoc procedat num. 14.
Et an hoc uerum ſit num. 18. & 23.
9 *Filius cum conſenſu patris in iudicio dicitur agere, quando pater ſimul cũ eo agit.*
10 *Conſentire alter alteri uidetur, quando plures ſimul aliquem actum fecerunt.*
11 *Creditores plures, quibus in ſolidum res pignori data fuit, rem à debitore ementes ſibi inuicem conſentire, pignuſque remittere uidentur.*
12 *Conſentiens uendenti rem, in qua ius habet, ſibi quoad ius ſuum præiudicat in iis, quæ ab actu inter uiuos dependent, ſecus in iis, quæ à teſtamẽto dependent, & num. 25. ubi declaratur.*
13 *Venditioni, & alienationi rei ſuæ rectæ reſtitutioni ſibi faciendæ præſens, & non contradicens ſibi non præiudicat, niſi expreſsè conſenſerit,*
Et quid, ut ſibi præiudicet, requiratur.
14 *Plures ſi rem reſtitutioni ſibi inuicem ſubiectam ſimul uendant, & alienent, quando, & quomodo ſibi præiudicent:*
Et quid, ſi res etiam eſſet prohibita alienari, & num. 22.
15 *Per renunciationem ſimplicem expreſsè factam quis ſibi quoad fideicommiſſum futurum, & conditionale non præiudicat.*
16 *Fideicommiſſarius expreſsè conſentiens uenditioni rei ſibi relictæ quando quoad rem, & non quoad pretium, et quando nec quoad rem, nec quoad pretium ſibi præiudicet.*
17 *Conſentiens expreſsè uenditioni rei ſibi ſpe, & in euentum conditionis debitæ quando ſibi præiudicet, & quando non.*
18 *Conſentire expreſsè, & tacitè quando quis dicatur.*
19 *Iuri delato, ſeu acquiſito ex prouidentia primi concedentis non poteſt niſi per factum primi acquiſitoris præiudicari, non autem per factum alterius ex illis, quibus etiam ius iſtud eſſet delatum, ſeu acquiſitum.*
20 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe, & filiis, & deſcendentibus illis etiam non hæredibus acquiritur.*
21 *L. ſi fundum per fideicommiſſum ff. de lega. 1. declaratur.*
23 *Alex. in conſil. 8. uolum. 5. declaratur.*
24 *Filius, ut rectè in iudicio agat, conſenſus patris etiam tacitus ſufficit.*

EPI-

EPITOME.

DONATIONIS *cauſa factam cenſeri conceßionem rerum, ſeu bonorum propter benemerita à principe factam,*

Et pro ſe, filiis, & deſcendentibus maſculis factam ualere, quamuis fideicommiſſum quoddam continere uideatur,

Et aliquos ex deſcendentibus illis bona aliqua ex prædictis ſimul uendentes, ſeu alienantes ſibi, & deſcendentibus ſuis non præiudicare, quominus, euemente caſu reſtitutionis, bona illa conſequi poßint, hic demonſtratur.

CONSILIVM LXIIII.

IN hac ſpecie mihi propoſita ſuper magis neceſſarijs inſiſtã:& facti ſerie præſuppoſita, quæ ex libello dominorum Franciſci, & Vinciguerræ de Panciaticis agentium elicitur, in primis concludendum eſſe uidetur, quòd deſcriptio crediti ſummæ florenorum 2261. in libris communis Florentiæ ſub nomine Matthæi quondam Ioannis de Panciaticis ob illius benemerita erga dictam rempublicã Florentiæ pro ſe, & filiis ſuis, & deſcendentibus maſculis in perpetuum facta, unà cum cõuerſione dicti crediti pro ſumma florenorum 3991. ſub eadem conditione pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis in perpetuum, & prout in dictis libris in creditis ordinariis montis dicti communis ſub nomine etiam dicti Matthæi deſcripta, donationem quãdam ob benemerita factam ſapere dicitur: quoniam cum nulla alia cauſa fuerit in cõceſſione expreſſa, & merita præceſſerint, ut præſupponitur, ſequitur, quòd gratia donationis facta
1 dici debet, quia † & ſi aliàs promiſſio ſine cauſa facta ualere non ſoleat, l.2.§.circa cum aliis ibi not.ff.de doli except. tamen quando merita præceſſerunt, ex cauſa donationis ob merita facta cenſetur, ut ſignanter uoluit Bal. poſt Cynum, quem alij ſequuntur in l.generaliter C.de non nume.pec. colum.2.& tetigi in rub.extra de iure patron.num.87. Et ſi hoc dicimus, quando de meritis, quæ præceſſerunt, mentio facta non fuit, à fortiori igitur idem dicendum eſt, quando in conceſſione, ſeu promiſſione nulla alia, niſi meritorũ cauſa fuit expreſſa. Et ſecundum prædicta limitatur tex.in d.§. circa, nec non in caſu iſto ſaluari poteſt id, quod Bartol. ibi inquit, quòd promiſſio ſimpliciter facta ualet, in caſu uidelicet, quo merita præceſſiſſent, licet de illis in conceſſione, ſeu promiſſione nihil dictum eſſet: Et hoc tanto magis dicẽdum eſt in ſpecie propoſita, ex quo aſſignatio, & conceſſio dicti crediti expreſsè facta fuit Matthæo ob benemerita recepta à republica Florentina, quæ tunc ſe pro principe gerebat, nullumq́ue ſuperiorem recognoſcebat, quia † magis
2 princeps, ſeu reſpublica, quam quælibet alia perſona inferior liberalitate, & munificentia erga benemeritos uti uoluiſſe præſumitur ad tradita per Ioan.And.in addit.ad Specul.in tit.de feudis in fin.principij, & argumento l.filiusfamilias uerſic.nonnunquam ff.de donatio.l.& ſi ſuſceperit §. ſed & ſi proponas, & l.ſi longius in fine ff.de iudic.Oldra.in conſi.121.circa finem. ¶ Vtrum autem conceſſio, ſeu conuerſio facta per cõmunitatem Florentinam Matthæo pro ſe, & filiis &c.in quantũm filios, & deſcendentes maſculos comprehendit, & ſic uidetur fideicommiſſum quoddã continere, ualuerit? Licet prima facie nõ ualuiſſe uideatur, cum
3 † in actibus inter uiuos fideicommiſſa, & hæreditates dari nequeant l.hæreditas C.de pact.conuen.l.ex eo C.de inut. ſtipul.l.licet, & l.fin. C.de pactis, l.uerba geſſerunt ff.de uerborum ſignific.l.pactum quod dotali C.de pactis, l.cum donationis C.de tranſac.cum iis, quæ per illa iura uoluit Bar. ibique Alex.& alij in d.l.fin. C.de pactis, tamen in caſu, de quo agitur, dico, conceſſionem, & conuerſionem pro filiis,
4 & deſcendentibus maſculis factam ualuiſſe, quia † cum illa fuerit quædam certorum bonorum donatio, ſequitur, quòd ipſa Reſpublica potuit rei ſuæ titulo donationis conceſſæ hanc legem, & aliam, quam uoluerit, fauore liberalitatis apponere l.quoties C.de donat.quæ ſub modo, Bar.& Alex.in l.qui romæ §.flauius ff.de uerbo.obliga.& facit l.1. C.ut actio.hæred.& l.ſcrupuloſam C.de contrah. & committen.ſtipul.& in his terminis, uidelicet in donatione certorum bonorum, uel iurium particularium facta, quòd per donatorem lex poſſit apponi, ut res donata de uno in alium tranſeat, loquitur Oldrad.in conſil.139.ad habendam aliqualem intelligentiam, ſecundum quod declarat Alexã.in conſi.28.ponderatis uerbis inſtrumenti lib.3.maximè in ulti.col.& hoc idem approbat, & ſequitur Deci.in conſil.53. in fin.uerb.& faciunt not.per Ang.in conſi.179. uiſis prædictis inſtrumentis, & latè per Alexã.in conſil.84.uiſa facti narratione in 2.dubio lib.2.qui omnes hanc partẽ iuribus, argumentis, & auctoritatibus plenè defendunt adeò, quòd dicere poſſimus ab hac opinione uti communi in cõſulendo, & iudicando non eſſe recedendum: Quod ſi uerum eſſe dicimus quoad pagas crediti dicti montis primo cõceſſas, ut ſupra dictum fuit, idem quoque concludendum eſſe uidetur de bonis illis immobilibus, de quibus agitur, emptis per Stephanum Matthæi filium, & per filios Ioannis, & Bartholomei à dicto Matthæo deſcẽdentibus, de pretio, ſeu pecuniis, quæ ad eos peruenerunt ex uẽditione pagarum, ſeu crediti dicti montis de licentia, & conſenſu dictæ communitatis Florentiæ, conditione appoſita, ut bona emẽda in locum crediti dicti montis ſubrogata, & eiſdem oneribus, & conditionibus, quibus pagæ, & creditum dicti montis ſubiacebant, ſuppoſita dicerentur, & cẽſerentur, uidelicet ut ad filios, & deſcẽdentes maſculos dicti Matthæi in perpetuum peruenirent, & finita illius linea maſculina ad dictam communitatem, ſeu rempublicam reuerti deberent, tum quia ſic per communitatem Florentiæ fuit expreſsè conceſſa licentia uẽdendi creditum prædictum, tum quia ſubrogatio de dictis bonis facta fuit ſpecificè ſub illamet conditione, quæ eſt adimplenda l.mœuius, & l.qui hæredi ff.de condit.
5 & demon. Item † quia ſubrogatum ſapit naturam, & qualitatem illius, in cuius locum ſubrogatio facta fuit, ſapit enim naturam, & qualitatem primæuam, ac primordialem illius, in cuius locum ſubrogatur l.ſi eum §.qui iniuriarũ ff. ſi quis cau.Bar.in l.certi condictio in prin.col.3.ff.ſi cer.pet. §.ſuerat Inſti.de act.l.unica C.de rei uxo.act.c.eccleſia il 1. extra ut lit.pend.Deci.in conſi.3.53.& 90. Sed primæua, & primordialis qualitas, ſeu natura primæ cõceſſionis factæ Matthæo de credito, ſeu de pagis prædictis fuit, ut in perpetuũ ad filios, & deſcendentes maſculos dicti Matthæi tranſiret, ergo ſubrogatio de bonis emptis debet dici facta cum eadem qualitate, & natura abſque eo, quod alia fieret interpretatio, & alia ſumeretur coniectura, cum uerbis apertis, & claris in bonis ſubrogatis eo tempore, quo acquiſita fuere, adhibita, & expreſſa fuerit illa qualitas, quòd ea bona ad filios, & deſcendentes maſculos in perpetuum dictorũ Stephani, & Alexandri ementium tranſire deberent: Et cum in uerbis nulla eſt ambiguitas, non debet admitti uoluntatis quæſtio l.ille, aut ille ff.de lega.3. & ubi eſt manifeſtiſſimus uerborum ſenſus, interpretatio nuſquam tantum ualet, ut melior ſenſu exiſtat, l.ſi quis filium C.de liber.præter.

¶ Sed alia maior in hac conſultatione ſupereſt difficultas reſoluenda, qua diſcuſſa, & reſoluta, non eſſe ulterius hæſitãdum arbitror de iuribus dominorum Franciſci, & Vinciguerræ agentium contra tenentes, & occupantes res, & bona, ſuper quibus lis eſt mota. Hæſitatio autem reſultat ex eo, quòd poſtquã nonnulla bona immobilia ex prædictis, quæ, ut ſupra, fuerunt acquiſita, & ſubrogata, dicti Stephanus, & Alexander, uidelicet Stephanus pro ſeptẽ

partibus, & Alexander pro ſex partibus ex tredecim di-
ctorum bonorum Lazaro dalla Caſtellina per hæc uerba
uendiderunt uidelicet Stephanus &c. pro ſeptem partibus
ex tredecim partibus infraſcripti poderis, & bonorum,
& Alexander &c. pro ſex partibus ex tredecim partibus
dicti poderis, & bonorum pro ſe ipſis, & eorum hæredi-
bus iure proprio, & in perpetuum dederunt, uendiderunt,
& tradiderunt Lazaro &c. ementi, & recipienti uice, & no
mine &c. unum podere &c. & hoc pro pretio, & nomine
pretij florenorũ 650. auri, quod pretium Lazarus emptor
dare, & ſoluere promiſit dictis uenditoribus hoc modo, ui-
delicet Stephano florenos 372. auri in diuerſis terminis, &
cum præſtatione fideiuſſorum, & cum pacto, quòd tempo-
re ſolutionum prædictarum, & cuiuſlibet earum dictus
Stephanus teneatur pretium in tot bonis immobilibus cõ-
uertere, & expendere, & reſiduum dicti pretij quod eſt
florenorum auri 278. Lazarus emptor dare, & ſoluere di-
cto Alexandro uenditori promiſit ad tempus, & terminum
cẽto annorum, & Alexander interim ſibi dominium dire-
ctum prædictorum bonorum pro rata dicto Lazaro uendi-
ta uſque ad integram pretij antedicti ſolutionem reſerua-
uit, & cum aliis pactis diuerſis ab illis, quæ Lazarus cum di-
cto Stephano fecit, & latius, ut in inſtrumento uenditionis
continetur: Stante huiuſmodi uenditione, ut ſupra, facta,
contingit dubitari, an dicti domini Frãciſcus, & Vinciguer
ra actores, qui per lineam maſculinam deſcendunt à dicto
Matheo antiquiore, & ſucceſſiuè à dicto Stephano, & Bar-
tholomeo reſpectiuè deſcendentibus olim dicti domini
Ioannis antiquiſſimi teneantur dictæ uẽditioni per Stepha
num, & Alexandrum factæ ſaltem pro parte ab Alexandro
uendita ſtare, propterea quia Alexander Lazaro extraneo
cum præſentia, & conſenſu dicti Stephani uendidit: Et ui-
detur primo aſpectu dicendum eſſe, quòd Franciſcus, &
Vinciguerra actores à dictis bonis ſaltem per Alexãdrum
6 uenditis excludantur, † nam ex quo Stephanus Alexandro
uendenti conſenſit, cenſetur ſibi, & hæredibus ſuis præiu-
dicaſſe per tex. not. in l. ſi fundum per fideicõmiſſum, ibiq;
Bart. & alij ff. de leg. 1. ¶ Secundo allego optimum tex. in l.
cum pater §. libertis ff. de leg. 2. ibi qui non uendidit, cæte-
rorum partes, quibus non dedit alienandi poteſtatem, in-
tegras petet, ergo is, qui cæterorum partes uendidit, qui-
bus etiam conſenſum, & poteſtatem alienandi dedit, inte-
gras partes uenditas petere nõ poterit, nec hæredes quoq;
illius, qui conſenſit, petere potuerunt, cum hæredes factum
defuncti ſeruare teneantur etiam quoad fideicommiſſum
ipſis debitum l. cum à matre C. de rei uendic. ¶ Tertio hoc
idem probatur in l. quoties la 1. C. de fideic. & ibi ſcriben.
7 Et † quamuis tex. in d. l. ſi fundum uelit, quòd conſentien-
do uenditioni rei fideicommiſſo ſubiectæ quis ſibi quoad
rem præiudicet, ſed non quoad rei pretium, tamen ſecun-
dum Bald. in l. mater tua C. de rei uendica. illud procedit,
quando quis alienationi rei conſentit cum reſeruatione iu-
ris fideicommiſſi quoad pretium, aliàs ſecus, ut uidetur tex.
not. in l. codicillis §. inſulam, ibique glo. & Ioan. de Imol. ff.
de leg. 2. Præterea d. l. ſi fundum, inquantum vult fideicom
miſſum in pretio rei reſeruari, loquitur, quãdo alienatio eſ-
ſet ex cauſa neceſſaria facta, ſecus, ſi ex cauſa uoluntaria,
ut optimè probatur ex illo tex. & expreſsè uoluit Bal. in d. l.
cum a matre argumento l. cum fidei hæredis ff. de fideicõ.
liber. cum aliis, de quibus ibi per Bald. ¶ Ruſus & quarto
8 † ex quo dicti Stephanus, & Alexander ſimul bona, ut ſu-
pra, reſtitutioni ſubiecta Lazaro uendiderunt, ſibi ipſis in-
uicem, & hæredibus ſuis præiudicaſſe, ac iuri fideicommiſſi
renunciaſſe dicuntur d. l. cum pater §. libertis, & in indiui-
duo hoc uoluit Alex. in conſi. 8. uolu. 5. ubi inter duos fra-
tres uiciſſitudinariè per fideicommiſſum uocatos ſimul rẽ
fideicommiſſariam alienantes conſuluit, eos inter ſe fidei-
commiſſo renunciaſſe cenſeri, idemque per illum tex. in d.
§. libertis innuit dominus meus Sozin. in conſil. 80. col. 4. in
9 princ. uolu. 4. ¶ Quinto ſicut † pater ſimul cum filio in iu-
dicio agendo cenſetur filio agenti conſentire ad effectũ,
ut dicatur ſatisfactum diſpoſitioni l. fi. §. neceſſitatem C. de
bonis, quæ lib. ubi filius in iudicio non poteſt agere ſine cõ-
ſenſu patris, ut uoluit Bar. in d. §. libertis, & hoc ſequitur ibi
10 Ioan. de Imol. in 1. notabili, dicens, quòd † quando plures
ſimul unum actum faciunt, alter alteri cõſentire uidentur,
ita in caſu noſtro, quando plures ſunt per fideicommiſſum
uocati, & ſimul rem fideicommiſſo ſubiectam alienant, ſibi
ipſis præiudicant, quoniam ſic alter alteri uiciſſitudinariè
conſentire cenſetur, ut per Imol. in d. §. libertis, ueluti etiã
11 † plures creditores, quibus res pignori in ſolidum data fue
rat, ſi a debitore rem emerint, uidentur ſibi inuicem conſen
tire, pignusque remittere l. titius, & ibi Bart. ff. quibus mod.
pig. uel hypot. ſoluitur, & qui alienationi rei ſibi debitæ, uel
obligatæ conſentit, ius ſuũ remittere cenſetur, l. lucius, & l.
12 paulus ff. qui. mo. pig. uel hyp. ſol. † per quæ iura proximè al
legata Bar. in l. qui romæ §. duo fratres ff. de uer. ob. in 4. op
poſit. & in 12. q. in fin. uoluit, quòd in iis, quæ depẽdent ab
actu inter uiuos, ut à contractu, ſi quis uendenti rem, in qua
ipſe ius habet, conſentiat, ſibi quoad ius ſuum præiudicat,
ut in d. l. titius, in d. l. lucius, & in d. l. paulus, at in iis, quæ à te
ſtamento dependent, ſecus eſt d. l. qui romæ §. duo fratres:
Sed nos ſumus in iis, quæ à contractu dependent, ut iam di
xi, ergo Stephanus, conſentiendo Alexandro uendenti, ſibi
in iure, quod in bonis uẽditis habebat, præiudicaſſe dicitur.
¶ Sed præmiſſis non aduerſantibus, contrariam ſententiam
in ſpecie propoſita ueriorem eſſe arbitror, quòd Stepha-
nus ſimul cum Alexandro uendendo, ſeu alienando bona,
de quibus ſupra, nec ſibi, nec deſcendentibus ſuis præiudi-
cauerit, quominus, eueniente caſu reſtitutionis, ipſi bona
prædicta conſequi potuerint: Et ad ſic concludendum in-
13 fraſcripta me mouent, & in primis, nam † ad hoc, ut iuri de
futuro præſens uenditioni rei ſubiectæ reſtitutioni ſibi præ-
iudicet, requiritur, ut clarè, & expreſsè conſentiat, nec ſuffi
cit eius tacitus conſenſus, ut quòd ſit præſens, ſciat, & non
contradicat, quicquid uoluerit glo. 1. in l. cum proponas
la 1. C. de pac. quæ ferè ab omnibus reprobatur, ut per Bar
tol. Bal. Sal. Pau. de Caſt. & alios ibi, per id, quod uoluit gl.
in l. titia la 1. §. lucia in uer. non eſſe ff. de leg. 2. ubi præſens,
ſciens, & non contradicens ſibi quoad ius ſibi in re uendita
debitum non præiudicat, quando uendentẽ prohibere non
potuit, per illum text. Sed Stephanus non potuit Alexan-
drum de iure prohibere, quin partem ſuam uenderet, arg.
l. peto §. prædium ff. de leg. 2. ergo quamuis Stephanus uen
ditioni per Alexandrum factæ præſens fuerit, & ſciuerit, &
non contradixerit, & ſic tacitè cõſenſerit, tamen ex hoc ſi-
14 bi quoad partem Alexandri non præiudicauit. Et † licet d. l.
quoties la. 1. C. de fideicommiſ. parificet hos duos caſus ad
effectum, ut alienatio ſit irreuocabilis, nec amplius fidei-
commiſſo ſit locus, uidelicet quòd unus expreſsè alteri
uendenti conſenſit, uel quod omnes per fideicommiſſum
uocati rẽ ſimul uendant, ut in caſu occurrenti factũ uidetur,
tamen ille tex. debet intelligi, quando omnes ſimul in ſoli-
dum rem totam uenderent, ut ibi, ſecus, ſi unusquiſque
partem ſuam, inter quæ quoad caſum noſtrum differen-
tia uidetur eſſe, ut eſt de mente glo. in d. l. cum proponas:
Secundo d. l. quoties, ueluti glo. & omnes illum textum in-
telligunt, loquitur, quando res, ultra quòd fuerit inter plu
res reſtitutioni ſubiecta, fuit etiam prohibita alienari, &
tunc omnes ſimul uendendo ſibi præiudicant, ut ibi, & in
dicta l. cum pater §. libertis, nam propter hæc duo, quia ta-
citè alter alteri conſenſerunt, & alienando fecerunt con-

tra prohibitionem diſponentis, in pœnam ſuæ inobedientiæ priuantur iure, quòd alter in parte alterius habebat d.§.libertis,ibique gloſ.& Bartol. Secus ſi ſimpliciter tacitè rei non prohibitæ alienari conſentiret d.l.titia §.lucia, & ibi gloſ.immò in caſu, quo res eſſet etiam prohibita alienari, ſimpliciter conſentiendo, ſibi etiam quoad pretium rei præiudicant, niſi fuerint proteſtati, ut habetur in dicto §. inſulam. Quinimmò poſſet etiam attentari, quòd in caſu, quo ultra fideicommiſſum uiciſſitudinarium nulla alienandi prohibitio facta fuiſſet, ſi alter alteri etiam expreſsè in alienatione conſentiret,ex hoc quis non diceretur conſentiendo iuri ſuo præiudicaſſe, quoniam ita demum præiudicare dicitur, quando alienationi rei prohibitæ alienari conſentit,ut in dicta l.quoties, d. §.libertis, & d. §.inſulam à contrario ſenſu, & hoc ſenſit Bartolus expreſsè poſt gloſam in dicto §.libertis,& corroboratur per textum in d. l.titia §.lucia,ubi domus non fuerat alienari prohibita, ſed ſimpliciter per fideicommiſſum à filiis ſeruo relicta, & ſeruus præſens paſſus fuit domum inter filios diuidi, dicitur

15 ibi, quòd ſeruus ſibi non præiudicauit. Præterea † quis per ſimplicem renunciationem expreſsè factam ſibi quoad fideicommiſſum futurum, & conditionale non præiudicat l.1.cum materia C.de pactis,Barto.in dicto §. duo fratres,& in dicta l.cum proponas,ibique Salice.qui hoc modo arguunt,ergo minus quis ſibi præiudicare dicetur,ſimpliciter conſentiendo,& præſertim tacitè, ut quia præſens fuerit,& ſciens non contradixerit:Et hoc idem poteſt com

16 probari ex textu in d.l.ſi fundum in prin. † ubi ſi fideicommiſſarius uenditioni rei ſibi relictæ ex cauſa urgenti, & neceſſaria,ut propter æs alienum factæ expreſsè conſenſit,ſibi quoad rem, non autem quoad pretium rei præiudicat: ergo ſi uenditio non ex cauſa neceſſaria, ſed uoluntaria facta eſſet, conſentiendo alienationi, ſibi nec quoad rem, nec quoad pretium præiudicaret. ¶ Corroborantur præ-

17 miſſa ex iis, † quæ ſignanter concludit Bartolus in ſua diſtinctione in dicta l.ſi fundum per fideicommiſſum, qui in ſpecie noſtra inquit, quòd quando quis expreſsè ſimpliciter, & ſcienter conſentit uenditioni rei ſibi ſpe debitæ ſub aliqua conditione, uel caſu, ſibi non præiudicat, quando ſic conſentiendo non impediret euentum conditionis, propter quam res ad illum peruenire debebat, ut contingit in caſu, de quo quærimus, in quo ex uenditione, & conſenſu ſuper illa interpoſito non potuit impediri exiſtentia conditionis, propter quam res ad Stephanum, & deſcendentes ſuos peruentura erat, cum ea ipſis ſub conditione eſſet debita, ſi poſt mortem eorum, qui prædecederent,ſupererint: ſecus,ſi conſentiendo quis impediret exiſtentiam conditionis,propter quam res ad ipſum eſſet peruentura,nam tunc conſentiendo ſibi præiudicaret,ut in caſu d.§.libertis, in dicta l. quoties la 1. & in dicta l. codicillis §.inſulam, ubi res erat pluribus debita, ſi non alienarent, & teſtator etiam ipſis alienationem prohibuerat; Vnde quis conſentiendo alienationi impediebat exiſtentiam, & euentum illius conditionis, propter quam res erat ad eum peruentura, & ideò talis conſenſus ſibi, & iuri ſuo debito nocere debuit, ut ibi per Bartolum, cum quo cæteri pertranſeunt,nullusque eſt,qui ei in hoc aduerſetur; quo fit, ut illius dictum in caſu occurrenti ſequi debeamus, quia melius quadrare non poſſet; Suntque illius uerba ibi optimè notanda, nam ex eis rationem habemus, quare in dicto §.libertis, & in dicta l.quoties quis expreſsè conſentiendo ſibi præiudicet: Vel ſi uolumus ſimpliciter tenere illud, quod uidetur eſſe de mente Bartoli,Baldi,Saliceti, Alexandri,& aliorum, quòd ad hoc,ut quis conſentiendo uenditioni rei ſibi debitæ ſpe ex fideicommiſſo conditionali præiudicet, non ſufficiat tacitus conſenſus, ſed requiratur expreſſus per illa, quæ ſupra dicta ſunt, & ipſi allegant,ad-

18 huc dico, † quòd quando duo, quibus huiuſmodi fideicommiſſum ſpe debetur, ſimul rem uendunt, tunc alter alteri non dicitur expreſsè conſentire, ſed tacitè, & fictè, ut expreſsè innuit Bartolus in dicto §. libertis in uerſic. ego induco ad quæſtionem &c. dum inquit, lex dicit, quòd filius ſine conſenſu patris agere non poteſt l. non ſolum §. neceſſitatem C.de bonis, quæ libe. quid ſi pater,& filius ſimul agant? certè uidetur alter alteri conſentire; Sentit ergo Bartolus dicendo uidetur,quòd tacitè, & fictè, quia uerbum uidetur eſt nota improprietatis iuribus uulgaribus;idem eſt de mente Ioannis de Imo.in dicto §.libertis in 1.notabili,& hoc in indiuiduo probat tex.in l.ſicut re §.non uidetur ff.quibus modis pignus,uel hypothe.ſoluitur, nam expreſsè conſentit is,qui uerbis claris, uel qui in tabulis emptionis ſubſcripſerit,ut ibi,& argumento l. fideiuſſor §. pater ff.de pignor.ergo ſimul uendendo reſultat non expreſſus, ſed quidam tacitus conſenſus, qui non eſt ſufficiens, ut alter alteri ius fideicommiſſi remiſiſſe dicatur argumento etiam eorum, quæ habentur per Bartolum in l. quæ dotis ff.ſoluto matrimonio,& per Abbatem in c. non ne extra de præſumptio. ¶ Vlterius cum dicti Franciſcus, & Vinciguerra fratres, & filij cuiuſdam alterius Stephani iunioris nunc ex iure proprio ſibi ipſis ex prima conceſſione, ſeu donatione acquiſito agentes alicui dictorum bonorum uenditioni non conſenſerint,factum, & conſenſus Stephani ſui proaui ipſis non debet obeſſe, tum quia non conſtat illos

19 fuiſſe dicti Stephani antiqui hæredes, tum etiam quia † ipſis in dictis bonis ius acquiſitum fuit ex prouiſione, ſeu præordinatione primi concedentis, hoc eſt reipublicæ Florentinæ,quod ius non eſt hæreditarium, ſed proprium cuiuſlibet deſcendentis maſculi ex prouidentia primi concedentis acquiſitum abſque eo,quod ſit hæres prædecedentium, Bartol. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi colum. 1. ibi quæro, quid ſi filius ff. de oper. liberto. & in l.quod dicitur, ibique Ioan.de Imol.& Alexan.ff.de uerborum obligatio. Abb.& alij,ubi ego plenè diſcuſſi in c.in præſentia extra de probatio. et facit id,quod inquit Salicet.in l. 2.in antepenult.colum.in finalib. uerbis C. de iure emphyteot. quòd factum primi acquiſitoris præiudicat filiis, & deſcendentibus, pro quibus facta fuit acquiſitio, non autem factum aliorum ſequentium,quibus poſtea ius fuerat delatum, & hoc ait eſſe de mente ſcribentium, & argumento l. emancipatum §. ſi quis cum glo.ff.de ſenatoribus, Dyn.in c. non debet de regul.iur.in 6.& l.3.ff.de interdi. & releg. Sed dominus Matthæus primus acquiſitor non fuit ille,qui uẽdiderit, ſeu Alexandro uendenti conſenſerit,ſed Stephanus filius Matthæi, ergo hoc factum, ſeu hic conſenſus non potuit Franciſco, & Vinciguerræ,quibus ut deſcendentibus maſculis fuit ius acquiſitum,præiudicare;& dicit Bartolus in dicto §. ſi libe-

20 ri colum.2.uerſic.ſecundum dubium, † quòd quando emphyteoſis fuit pro ſe,& filiis,& deſcendentibus maſculis, & fœminis acquiſita, illis etiam non hæredibus acquiritur: & ideò ſi pater illos exhæredauerit, uel in re certa inſtituerit, non debet hoc factum deſcendentibus quoad emphyteoſim nocere,cum ius illud non habeant tãquam hæredes patris,ſed iure proprio ex prouidentia primi cõcedẽtis acquiſito:Et quamuis Bal.in l.liberti C.de oper.liberto.& in authen.quas actiones C.de ſacroſan. eccleſ. contrarium uelle uideatur,tamen illius dictum poſſet procedere, & ſuſtineri in primo acquiſitore, ut illi dicatur per ſuum factum præiudicari, ſecus in aliis, ad quos ſucceſſiuè res peruenit per prædicta;ad quæ faciunt ea,quæ plenè dicunt do.feudiſtæ maximè do.Præpo.in c.1.an fil.uel agna.repud.hære. ¶ Et licet per prædicta uideantur omnia ſupra in oppoſitum deducta reſoluta, tamen nonnulla etiam pro clariori

enucleatione dicentur. Non obſtat igitur text. in d.l.ſi fun-
21 dum per fideicommiſſum, quia † primo loquitur, quando res per fideicommiſſum relicta de expreſſo conſenſu legatarij, cui per fideicommiſſum de præſenti debebatur, ab hæredibus alteri cohæredi ex cauſa neceſſaria, ut ob urgens æs alienum, uendita fuiſſet: At in caſu, de quo agitur, non ab hæredibus alteri cohæredi, ſed à fideicommiſſariis, ad quos iam res fideicommiſſaria peruenerat, res ex cauſa uoluntaria extraneo uendita fuit, non de expreſſo, ſed tacito conſenſu illius, cui res erat ſpe debita: inter quos caſus magna eſt differentia, ut iam dixi, ergo &c. Secundo in dicta l.ſi fundum agebatur dumtaxat de præiudicio conſentientis, qui ſibi præiudicare potuit, cum in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter, ſed in caſu occurrenti agitur de præiudicio illorum, quibus in futurum ius in re debebatur, & qui non conſenſerunt: & ideò factum, ſeu conſenſus dictorum Stephani, & Alexandri non potuit ipſis nunc agentibus præiudicare, quibus ut deſcendentibus maſculis ex conceſſione Matthæo facta ius fuerat acquiſitum per iam di-
22 cta, quæ non repeto. ¶ Secundo † non refragatur text. in dicta l.cum pater §.libertis, in dicta l.penult. §. inſulam, necnon in dicta l.quoties la 1. quæ idem probare uidentur, quia illis ſupra fuit reſponſum, & nunc repeto ea iura loqui, quando res pluribus relicta fuit etiam expreſsè prohibita alienari: quo caſu duplex concurrit prohibitio, hominis uidelicet, & legis, iuxta authen. res, quæ C. communia de legat. cum iis, quæ ponunt Bartol. & alij omnes communiter in l.filiusfamilias §.diui ff. de legatis 1. Et hic intellectus ad d.§.libertis, & d.§.inſula eſt expreſsè de mente Baldi in dicta l.mater tua colum. 5. uerſicul. iuxta prædicta, C. de rei uendicatio. At in caſu noſtro res non fuerunt ab homine expreſsè prohibitæ alienari, ergo &c. Præterea Bartol. in dicta l.ſi fundum per fideicommiſſum quoad intelligentiam d. §.libertis, & d.§.inſulam inquit, quòd illi, quibus res fuerat relicta, ſimul uendendo ſibi in totum præiudicauerunt, quia ſimul rem uendendo, ſeu uenditioni rei prohibitæ conſentiendo, impediuerunt exiſtentiam conditionis, propter quam res ad ipſos peruenire debebat, ſecus quando eſſemus in caſu, in quo quis uenditioni conſentiendo euentum illius conditionis impediret, ut quia res relicta, uel debita erat ſub euentu alterius diuerſæ conditionis, quia tunc ſibi non præiudicat, etiam ſi ſciuerit rem fore ſibi ſpe debitam, ut eſt text. cum glo. in l. ſi à ſubſtituto in princip. ff. de lega. 1. & habetur per Dynum in d. l.qui romæ §.duo fratres, & ibi Barto. quæſt. 12. circa principium. Et hic ultimus caſus eſt caſus noſter, ut ſupra latius declaraui. ¶ Non aduerſantur etiam illa, quæ uoluit Alexan. in conſil. 8. uolum. 5. quem refert, ac ſequitur Sozi. in conſi. 80. colum. 4. uolu. 4. qui uoluit, quòd ex quo illi, qui ex fideicommiſſo uocati fuerant, ſimul rem ipſis debitam alienauerũt, ſibi præiudicauerunt, ut eueniente caſu fideicommiſſi agere nequeant, quia alter alteri conſenſiſſe, & ius ſuum remiſiſſe cenſetur argumen. d. §.libertis, & per d. l. quoties, quæ iura, ut iam dixi, euitari poſſunt: Nam pro reſponſione omittendo id, quod aliqui dixerunt, uidelicet Alexandrum, qui fuit ibi ſequutus glo. in dicta l.cum proponas, malè loquutum fuiſſe, aliter, & multipliciter reſpondeo, primo, quòd
23 † ſimul uendendo, & ſi ſibi ipſis præiudicauerint, ut ibi uoluit Alexander, non tamen aliis ſubſequentibus ſucceſſiuè ad fideicommiſſum iure proprio uocatis, quales ſunt Franciſcus, & Vinciguerra nunc contra occupatores, ſeu poſſeſſores bonorum agentes, ueluti ſupra etiam tactum fuit: Secundo Alexan. in dicto conſilio loquitur, quando uocati ante, quàm alienatio facta eſſet, inter ſe bona diuiſerunt cum clauſula, ſeu pacto, quòd cuilibet partem ſuam uendere, & alienare liceret, quo caſu, alienatione ſequuta, illi, qui diuiſerunt, non poſſunt poſtea ad bona alienata agere, eueniente caſu reſtitutionis, ut uoluit Bartolus, quem cæteri ſequuntur in dicto §.duo fratres in 2. quæſtio. At in ſpecie noſtra & ſi bona huiuſmodi fuerunt diuiſa, non tamen in diuiſione inter ipſos, ut ſupra dictum, & conuentum fuit, ergo &c. Tertio reſpondeo, quòd in caſu Alexandri, quam plura alia concurrebant, propter quæ ipſe potuit conſulere, ut ex ſerie facti in fronte conſilij deſcripta facile perpendi poteſt, nam ex clauſulis multum prægnantibus tàm in inſtrumento diuiſionis, quàm uenditionis ſimultaneæ appoſitis inferri poterat, ipſos uenditores rerum reſtitutioni ſuppoſitarum uoluiſſe ſibi præiudicare: & ideò aliud in caſu dicti conſilij, & aliud in caſu noſtro, quia ex diuerſis non licet argumentum aſſumere l. inter ſtipulantem §.ſacram uerſi. ſed hæc diſſimilia ff. de uerborum obligatio. & capit. per uenerabilem extra qui filij ſint legitimi cum aliis pluribus paſſim allegari ſolitis. Præterea Stephanus, & Alexander dicta bona Lazaro uendiderunt non ſimul, ſed quilibet pro parte ſua, & emptor pretium ſoluere promiſit Stephano, uidelicet partem ſuam ſub certis terminis, & cum certis pactis, Alexandro uerò ſuam partem infra aliud diuerſum tempus, & cum aliis certis pactis: Item Stephanus tempore uenditionis ſibi dominium partis ſuæ non reſeruauit, donec integraliter pretium ſibi ſolueretur, at Alexander illud ſibi reſeruauit: ergo conſtat, quòd cuiuſlibet ex dictis uenditoribus intentio fuit ſolum partem ſuam dimiſſam pro diuerſo pretio diuerſo modo ſoluendo, & ſub diuerſis pactis, ac conditionibus uelle uendere, non autem ſimul, adeò quòd alter alteri, & è conuerſo non debet dici conſenſiſſe ſaltem expreſsè, ſed unuſquiſque ſolum partem ſuam eodem tempore, & in eodem inſtrumento uendidiſſe; & ſic in hoc caſu dictum conſilium Alexandri locum habere non poteſt. Priores tamen reſponſiones ſunt magis efficaces. ¶ Non obſtat quintum fundamentum ſupra deductum, quia in exemplo, quod ponit Bartolus in dicto §.libertis, hoc eſt, quan-
24 do † filius in iudicio uult agere, non requiritur conſenſus patris uerbis, aut ſcriptura expreſſus, ſed ſufficit tacitus, ut habetur in dicta l.fina. §.neceſſitatem, & argumento l. 2. §. ſed utrum, iuncto §. fina. ff. ſoluto matrimo. et colligitur ex uerbis Bartoli, & Imolæ in dicto §.libertis, qui dicunt, quòd ſi pater, & filius ſimul agant, pater uidetur filio conſentire, & ſic tacitè, ut importat uerbum uidetur, quo ipſi utuntur, non autem uerè, & expreſsè, ueluti in caſu noſtro requiritur per ſupradicta. ¶ Vltimo non aduerſantur ea, quæ ponit Bartolus in dicto §.duo fratres in 4. oppoſitione, & in 12. quæſtio. circa finem, ut ſupra relatum fuit,
25 quia reſponderi poteſt, † quòd in contractibus licet conſentientes uenditioni rei, puta ſimul uendendo, ſibi ipſis præiudicare dicantur, non tamen aliis ex iure proprio ius in dicta re uendita habentibus, ut ſæpe dictum fuit; Secundo præiudicant ſibi quoad ius, quod in re de præſenti habent, d.l.titius, d.l.lucius, & d.l.paulus cum aliis ſimilibus, non autem quoad ius futurum, & ſpe dumtaxat ſibi debitum per ſimplicem conſenſum, & maximè tacitum ſibi præiudicant, ad tradita per Bar. & alios omnes in d. §.duo fratres in ſuis quæſtionibus, & arg. l. 1. C. de pactis cum iis, quæ ſupra dixi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Tenor primæ inueſtituræ ante omnia inſpiciendus.*
2 *A prima inueſtitura reliquæ ſumunt interpretationem.*
3 *Inueſtituræ prioris natura per poſteriores in alio: um præiudicium à domino alterari, mutarique non debet.*
4 *Succeſſor in principatu contractui prædeceſſoris ſtare tenetur.*

Verbum

5 Verbum concedo ſui natura donationem ſignificat;
6 idem eſt de uerbo dare.
7 Verba narratiua principis factum ſuum narrantis plene probant,
8 Maximè ſi uerbis illis ex certa ſcientia, & motu proprio uſus fuit.
9 Clemen. 1. de probat. locum habet non ſolum in uerbis narratiuis Papæ. ſed etiam Imperatoris, & cuiuslibet non recognoſcentis ſuperiorem.
10 Conceſſio principis de liberalitate regia donationem continet.
11 Regum, & principum proprium eſt donare, & erga benemerentes elargiri, ac liberalitate uti.
12 Donationes principis uim legum habent.
13 Princeps ad ſuum beneplacitum legem condere poteſt.
14 Prohibitus regulariter alienare poteſt bene merenti donare.
15 Donatio mera, & non ob cauſam dicitur conceſſio principis facta per hæc uerba, motu proprio, ex liberalitate, & gratia noſtra damus, concedimus, & donamus, quamuis aliquæ cauſæ à principio ſint expreſſæ.
16 Donatio quando ob meritorum præcedentium mentionem dicatur ob cauſam, & quando non.
17 Donatio uera, pura, & ſimplex dicitur, non autem feudi conceſſio, quando facta fuit per hæc uerba damus, donamus, & tradimus ex cauſa donationis motu proprio,
18 Etiam concurrentibus multis ſignis conceſſionem feudalem arguentibus,
19 Idem eſt in conceſſione facta à principe ſeu imperatore per uerbum dono.
20 Verba principis geminata, & repetita in conceſſione ab eo facta, quæ donationem exprimant, ſunt interpretanda contra principem ad fauorem eorum, quibus eſt facta conceſſio, ut dicatur potius donatio, quam alia conceſſio.
21 Feudum dicitur quædam ſeruitus.
22 Conceſſio alicuius rei facta ob merita præcedentia in dubio ſimplex donatio eſt præſumenda.
23 Donatio principis in dubio motu proprio facta præſumitur, nec poteſt prætextu ſubreptionis uitiari.
24 Conceſſio ſub nomine donationis, & per uerba donationem importantia facta eſt latiſſimè interpretanda.
25 Oldra. in conſil. 234. & in conſi. 159. loquens de conceſſione facta per uiam donationis, an ſit donatio, uel feudi conceſſio, concordatur, & declaratur.
26 Feudum, cuius natura eſt per pactum alterata, non eſt propriè feudum, ſed contractus quidam innominatus, qui regulatur ſecundum naturam contractus, cui magis aſſimilatur.
27 Feudi natura ita ex pacto alterari poteſt, ut in alium contractum tranſeat.
28 Dominij mentio ſimpliciter facta debet intelligi de pleno, & directo.
29 Verba uniuerſaliter prolata uerificantur in pluribus, & ad minus in duobus.
30 Conceſſio, per quam dominium plenum tranſlatum eſt, non dicitur feudalis conceſſio, ſed ſimplex donatio.
31 Dominium utile, & directum rei conceſſæ transferri, ſolum ſuperioritate, ſiue iuriſdictione domino reſeruata, non inconuenit.
32 Feudatario dominium omne ex pacto concedi poteſt.
33 Et tunc feudatarius impropriè feudatarius, ſeu uaſallus dicitur.
34 Plenaria dominij alicuius rei, uel caſtri tranſlatio quid importet.
35 Feudum non donatio, ſed datio ob cauſam dicitur.
36 Donatio ob cauſam, & datio ob cauſam inter ſe differunt, & quomodo.
37 Feudum eſt duplex, uidelicet proprium, & improprium, & quod ſit utrumque, & nu. 44.
38 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus ſecundum ſuam propriam naturam intelligitur ſolum de maſculis deſcendentibus, & nu. 52.
39 Feudum ſecundum ſuam propriam naturam non poteſt, irrequiſito domino, alienari etiam quoad utile dominium tantum.
40 Feudi proprij natura eſt, ut in illo aſcendentes non ſuccedant deſcendentibus.
41 Feudum proprium non acquiritur, niſi ſucceſſione, uel inueſtitura.
42 Feudi inueſtitura non eſt concedenda illi, qui uult eam acceptare cum proteſtatione, quòd non intendit fidelitatem domino præſtare.
43 In feudo alicui conceſſo præſumuntur in dubio ineſſe ea, quæ ſunt de propria, & originali natura feudi, niſi per pactum alterentur.
44 Feudum improprium, & abuſiuum quod ſit, & quando.
45 Feudum certo pretio principaliter emptum, & ex cauſa onerosa acquiſitum dicitur improprium, & abuſiuum.
Feudum principaliter debet eſſe gratuitum.
46 Feudum franchum, & liberum dicitur improprium, & abuſiuum.
47 Homagium, & vaſallagium eſt duplex, & quando conſtituat propriè feudum, & quando impropriè.
48 Homagium aliud reale, aliud perſonale, & quid utrumque.
Homagium perſonale non eſt feudum, niſi impropriè, ſecus in reali.
49 Feudi contractus ex pactis contra naturam feudi in eo appoſitis alteratus dicitur contractus quidam innominatus.
50 Et quomodo tunc reguletur.
51 Feudi natura ita dicitur alterata, quando princeps alicui per uerba damus, & donamus conceſſit, quicquid iuris habet in tali caſtro, ut potius donatio, quam feudum iudicetur, & ſecundum donationis, & non feudi naturam reguletur.
52 Feudum conceſſum pro ſe, & ſuis hæredibus legitimè deſcendentibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque dicitur in ſui natura ita alteratum, ut etiam deſcendentes fœminas, & per fœminam comprehendat, & nume. 57. & 58.
53 Et quid illa uerba legitimè deſcendentibus operentur;
54 Et propter illa uerba ſucceſſoribus quibuſcunque hæredes extranei, & ſucceſſores tam uniuerſales, quàm ſingulares continentur, & nu. 57. 58. & 96.
55 Succeſſorum appellatione ueniunt, & ſingulares, & uniuerſales, & maximè appellatione ſucceſſorum quorumcunque.
56 In materia feudali uerba pro quibuſcunque hæredibus, & uerba pro quibuſcunque ſucceſſoribus differunt.
57 Bal. in c. 1. §. donare qualiter olim feu. alien. pot. dicens, quòd in materia feudali illa uerba, & pro quibuſcunque hæredibus non comprehendunt extraneos, puta uxorem declaratur.
59 Feudum alias ſui natura ad fœminas, & deſcendentes per fœminas non tranſitorium efficitur fœmininum, & ad deſcendentes per fœminam tranſire poteſt, quando conſuetum eſt ad tales tranſire.
60 Feuda à conſuetudine non modo generali, ſed etiam particulari regulantur, & nu. 80.
61 Feudum conditionatum tranſitorium eſt ad fœminas, & deſcendentes per fœminas, ſi ſint hæredes ultimi decedentis, præferendo tamen maſculos deſcendentes fœminis, illiſque non extantibus fœminas poſtea admittendo.
62 Fœmina ad feudum admiſſa quamuis per ſe iurare teneatur, tamen per ſubſtitutum ſeruire debet.
63 Fœmina in multis caſibus poteſt ad feudum admitti, & nu. 64. & 65.
64 Et quomodo uerum ſit, quòd fœmina ad feudum non admittitur.
66 Fœminis quoque à principe iuriſdictio motu proprio, & ex certa ſcientia concedi poteſt.
67 Deſcendentium legitimè appellatione comprehenduntur etiam fœminæ, & per eam deſcendentes, ſi ex legitimo matrimonio natæ fuerint:
Et quid illa uerba legitimè deſcendentes ſignificent.
68 Qualitas hæc ab eis legitimè deſcendentibus appoſita in conceſſione feudi facta pro ſe, & hæredibus ab eis legitimè deſcendentibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque non poteſt dici repetita in illis uerbis, & ſucceſſoribus quibuſcunque:
Et poſito, quòd repetatur, quomodo intelligatur nu. 71.
Et ſi expreſsè dictum eſſet, pro ſucceſſoribus legitimè deſcendentibus, quomodo intelligatur nu. 73.
69 Hæredum appellatione ſimpliciter in materia feudali filij, & ex eis deſcendentes continentur.
70 Repetitio qualitatis præcedentis non fit in ſequentibus, quando qualitas non poteſt in ſequentibus copulatiuè uocatis uniformiter repeti.
72 Qualitas poſita poſt omnes perſonas in una, eademque oratione per copulam, &, debet ad omnes referri, ueluti quando in medio inter illas poſita eſſet.
73 Feudum ſi ſit conceſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus legitimè deſcendentibus, quare illa qualitas legitimè deſcendentibus fuit adiecta.
74 Fœminæ, & per eas deſcendentes admittuntur in conceſſione feudi facta pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ex eis deſcendentibus, quando uel conceſſio continet donationem, uel ſumus in caſu, in quo fœminæ poſſunt admitti, uel quando ſumus in feudo improprio, & abuſiuo.
75 Ad feudum extranei hæredes, & deſcendentes per fœminam admittuntur, quando conceſſum eſſet pro ſe, hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus, ſeu cauſam habentibus ab eiſdem, ſeu pro illis, quibus dederit:
Admittuntur etiam extranei aliquo ſingulari titulo uocati numero. 97.
76 Cauſam habere ab aliquo nihil aliud eſt, quam habere titulum.
77 Feudum conditionatum, & feudum improprium, & abuſiuum inter ſe differunt.
78 Feudum quoad aliquid alteratum quando quoad alia non deſinat eſſe feu

dum, & ſecundum illius naturam reguletur, & quandò ſecus ſit.

79 Vaſſallagium proprie ſumptum ex conſuetudine, & pacto ad fœmina, & deſcendentes per fœminam tranſire poteſt.

80 Feudalis materia à conſuetudine, & pacto regulatur.

81 Iuramentum fidelitatis non eſt ſignum feudi neceſſarium.

Iuramentum fidelitatis à quolibet ſubdito præſtatur ſuo ſuperiori.

82 Argumentatio à ſignis accidentalibus non arguit de neceſſitate quid eſſe tale, ſecus in argumentatione à ſignis ſubſtantialibus.

83 Inueſtitura in feudo eſt ſignum feudi neceſſarium.

84 Inueſtitura quando mediante poſſeſſione facta dicatur,

85 Et quando ex licentia de ingrediendo poſſeſſionem.

86 Inueſtitura non requiritur in donationibus caſtri, uel marchionatus ab Imperatore factis.

87 Vaſallus, & feudatarius qui ſint.

88 Vaſallus propriè, & impropriè quis dicatur.

89 Vaſallus quis dici poteſt abſque eo, quòd rem in feudum à domino habuerit.

90 Legitimatorum, uel legitimorum tantum excluſione à feudo quando ad excluſionem quoq; fœminarum, & per illas deſcendentium argui poſſit, & quando non.

91 Legitimati, uel legitimi tantum à feudo facilius excluduntur, quàm fœminæ, & per fœminam deſcendentes, tantoq; magis, ſi ex uerbis conceſſionis feudi comprehendi poſſent.

92 In ſucceſſionibus, ad quas plures ordine ſucceſſiuo ſunt uocati per nomen collectiuum plurium graduum, & perſonarum, ſemper proximiores ultimi decedentis, & non primi anteceſſoris ſunt aliis præferendi.

Etiam ſi ſimus in ſucceſſione feudi num. 94.

93 Et ſi deſcendentes hæredes, & ſucceſſores uocati ſint, non poteſt quis admitti, niſi etiam ſit hæres, & num. 95.

97 Dictio ſeu ſtat argumentatiuè.

98 Feudum non dicitur concedi, ſed dominatura, quando conceditur caſtrum cum omnibus iuribus, & pertinentiis, & cum omni iuriſdictione alta, & baſſa.

99 Iuriſdictionem qui non poteſt in aliquem exercere, nec poteſt illum ſtatutis ſuis ligare.

100 Tempus, de cuius initio non extat memoria in contrarium, habetur pro titulo, ſuppletque omne id, quod actualiter fieri debebat, & ex eo intimatio facta præſumitur.

101 Imperator an obligationes, promiſſiones, aliaque in pace Conſtantiæ contenta obſeruare, & manutenere perpetuo, & ad quantum tempus teneatur, & an illis contrauenire poſſit, necne.

102 Tempus triginta annorum dicitur perpetuum.

104 Prohibitio de non alienando bona perpetuo, & ut bona perpetuo in familia remaneant, ultra quartam generationem non extenditur.

105 Teſtimonium poteſt ius tertij allegare.

106 Priuilegia, & uerba principis ſemper ſunt intelligenda, ne ad alienam iniuriam, uel grauamen trahantur, niſi de contraria intentione ex uerbis expreſſis clarè conſtaret.

107 Imperator pro parte, et reſpectu loci poteſt iuriſdictioni ciuitatum Lombardiæ in pace Conſtantiæ comprehenſarum, licet non in totum derogare, & num. 113.

Item ob dolum, & delictum, & aliquam iuſtam cauſam poteſt iuriſdictionem à dictis ciuitatibus auferre, num. 109.

Et quæ ſit iuſta cauſa num. 110.

108 Imperator ius naturale, uel gentium in totum non tollit, ſed ei pro parte derogat, illudque limitat.

110 Cauſa iuſta in principe cenſetur illa, ob quam ipſe mouetur.

111 Remuneratio meritorum alicuius iuſta cauſa à iure reputatur.

112 Imperator ob remunerationem ſuorum militum, & procerum poteſt aliquem dominio rei ſuæ priuare,

114 Et de plenitudine poteſtatis ſine cauſa expreſſa poteſt caſtra, & iuriſdictiones eorum in Lombardia cócedere, non obſtante pace Conſtantiæ: Secus de poteſtate ordinaria.

115 Princeps non uidetur in dubio plenitudine ſuæ poteſtatis uti, niſi ſit expreſſum.

116 Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt ea, quæ à iure communi deuiãt, facere.

117 Imperator ob remunerationem poteſt donare aliquas res, ſeu caſtra imperij, quando magna, uel enormis diminutio iuriſdictionis imperij non reſultaret:

Nec ſucceſſores huiuſmodi donationem reuocant.

118 Marchionatum Soræ ex ſtatutis Parmæ non ligari, oſtenditur.

Exemptus à iuriſdictione alicuius, cui primo ſubiectus erat, cuius ſtatutis ligetur, & num. 120.

119 Accipere ſub protectione ſua quid ſit.

120 Exemptus una cum loco ſuo à iuriſdictione epiſcopi ſi in loco ſuo exempto delinquat, à quo, & ſecundum quæ iura ſit puniendus.

121 Caſtro exempto à iuriſdictione alicuius loci, cui prius ſubiectũ erat, ſi homines ſubditi, ac etiam domini dicti caſtri ſtatutis loci illius utuntur, quomodo ſibi præiudicent.

122 Spolium ultimum purgandum eſt etiam contra titulo poſſidentem, nec poteſt de alio ſpolio opponi:

123 Quod uerum eſt, quando ſpolium eſſet factum ex interuallo, ſecus ſi in continenti:

124 Et in continenti in hac materia quomodo ſumatur.

125 Conceſſiones poſteriores ſemper citra præiudicium alterius intelligi debent.

126 Succeſſores in imperio pacta, & promiſſiones prædeceſſorum ſeruare tenentur.

127 Principi aliquem ſuo dominio iam ſibi acquiſito priuare non licet, niſi ex cauſa publicam utilitatem concernente.

128 In feudum à principe concedi non poteſt id, quod antea donationis titulo alteri conceſſum erat.

129 Renunciatio ſubreptitia eſt ipſo iure nulla.

130 Clauſula ſupplentes de plenitudine poteſtatis in, & ſuper quibus operetur.

131 Clauſula citra præiudicium, uel ſine præiudicio in conceſſione principis adiecta quid operetur.

132 Verbis principis aliquid aſſerentis non ſtatur, quando de graui alterius præiudicio agitur.

133 Princeps à gratiis, & conceſſionibus ab eo factis recedere non debet.

134 Clauſula motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis omnem ſubreptionem tollit, & purgat.

135 Informationes contra aliquem etiam in crimine læſæ maieſtatis non nocent, niſi uera appareant.

136 Contra pupillum de crimine læſæ maieſtatis procedi non poteſt.

137 Puer non agens duodecimum annum, uel illum non excedens, etiam ſi pubertati ſit proximus, non cenſetur doli capax ad effectum illum corporaliter puniendi.

138 Impubes etiam doli capax, quando de crimine puniri poteſt, non eſt pœna mortis puniendus.

139 Pueri, qui pœna publici delicti puniri non poteſt, bona ratione criminis non publicantur.

140 Filij ob crimen læſæ maieſtatis à patre commiſſum quando puniantur, & num. 155.

Et l. quiſquis C. ad leg. iul. maieſt. hoc diſponens quomodo, & quando procedat, & num. 155.

141 Sententia nulla maximè ex defectu iuriſdictionis, & incompetentiæ nunquam tranſit in rem iudicatam, & de huiuſmodi nullitate quandocunque opponi poteſt.

142 Delegata iuriſdictio non præſumitur, & iudici aſſerenti ſe delegatum non creditur, præſertim quando contra abſentem contumacem proceſſum eſſet,

143 Etiam ſi Cardinalis ſe delegatum eſſe aſſereret:

144 Secus ſi ſe legatum eſſe aſſereret:

Et quæ ſit ratio differentiæ.

145 Cardinali affirmanti ſe legatum cum poteſtate exercendi reſeruata Papæ, & quæ de iure ſpeciali ſibi concedi ſolent, non creditur ſine literis.

146 In delegatione cauſæ criminalis non comprehenditur poteſtas publicandi bona delinquentis, niſi & bonorum publicatio fuerit ſpecialiter demandata.

Gloſ. in c. nobiliſſimus 97. diſtinc. quòd Cardinali de legatione creditur, declaratur.

147 Pro delegatione cauſæ etiam ex diuturnitate temporis ad ualiditatem ſententiæ ab aliquo tanquam iudice delegato latæ non præſumitur, niſi de delegatione expreſſè conſtet.

148 Mandatum etiam procuratoris ex diuturnitate temporis non præſumitur.

149 Iudicium factum cum falſo procuratore, qui nullum habuit mandatum, qua ratione dicatur nullum.

150 Citatio eſt de ſubſtantia, & tanquam caput iudicij, & ſententiæ.

151 Non citare, & citare minus legitimè, uel forma eius non ſeruata, parificantur.

152 Citatio abſentis extra locum iuriſdictionis quid ad ſui ualiditatem requirat:

153 Et quid, ſi ad locum, in quo citatio fieri deberet, non eſſet tutus acceſſus.

154 Iudici aſſerenti locum non eſſe tutum, & ad locum non dari tutum acceſſum non creditur, ſed ex actis conſtare debet.

155 Publicatio bonorum contra patrem ob crimen læſæ maieſtatis ab eo commiſſum facta ad bona propria filiorum non extenditur,

Et quando hoc procedat.

Filium

156 *Filium propter crimen læſæ maieſtatis à patre commiſſum feudo priua uari quomodo inte ligatur.*

157 *Bona in dubio præſumenda ſunt allodalia, non autem feudalia, & dicens eſſe feudalia probare debet, ſi dicem illa eſſe allodalia in poſſeſſione reperitur*

C. 1. §. inter filiam ſi de feu. fuer. controuer. inter do. & agna. declaratur.

158 *Remedium poſſeſſorium reſtituendæ, ſeu recuperandæ non datur illi, qui ex facto ſuo etiam mediato a poſſeſſione cecidit, quamuis etiam contra poſſidentem cum titulo, & bona fide detur.*

EPITOME.

FEVDI *conceſſionem non eſſe, ſed donationis conceſſionē factam à principe ex pluribus uerbis donationem importantibus, & ex alüs in ipſa conceſſione expreſſis, & in conſilio enarratis, non obſtante iuramento fidelitatis, & nominatione uaſallorum, hic plenè demonſtratur.*

Et propterea, ac etiam quādo conceſſio facta fuit pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, ſeu cauſam ab eis habentibus, eſſe ad fœminas quoque, & earum deſcendentes, ac etiam ad extraneos tranſitoriam, probatur.

CONSILIVM LXV.

PLVRIBVS ſe offerētibus dubitationibus in hac difficili cōſultatione, principalior uidetur, a qua aliæ dependent, qualis fuerit Marchionatus Soraneæ conceſſio ab Imperatore Carolo III. ab initio facta, quæ in præſenti negotio ſummopere conſideranda eſt, quoniam
1 † tenor primæ inueſtituræ ſemper ante omnia inſpici debet c. 1. circa finem de duobus frat. à capit. inueſti. c. porrò de priuil. l. regula. ff. de iuris & facti ignor. c. 1. in fin. per quos
2 fiat inueſtit. l. 2. de uerb. ſignifi. † & a prima, reliquæ interpretationem ſumunt Bar. Alexan. & alij in l. ſi mihi, & Titio
3 ff. de uerb. obliga. † ac per poſteriores prioris inueſtituræ natura in aliorum præiudicium à domino alterari, mutarique non debet c. 1. & ibi Bal. de uaſal. decrepi. ætat. Bal. in prælud. feudo. in 5. diuiſione, & in c. 1. de eo, qui ſibi, & hære-
4 dibus, quia † ſucceſſor in principatu ſtare tenetur contractui prædeceſſoris c. 1. & ibi canoniſtæ extra de probatiō. Cyn. Bal. & alij in l. digna uox C. de legi. & ibi Paul. Caſtrē. Bal. in l. qui ſe patris col. 10. C. unde liberi, & in l. 1. ff. de conſtitu. prin. c. nouit, & ibi glo. Bald. & alij extra de iudi. Alex. in conſi. 203. col. 3. lib. 6. Sed attentō tenore, & conſiderata natura dictæ conceſſionis Caroli III. euidenter conſtat, conceſſionem factam Marchionibus Soraneæ non fuiſſe feudalem, ſed potius donationem à feudō differentem, per quam etiam directum, & plenum dominum in donatarium translatum dicitur, ut ex uerbis priuilegij dicti Caroli diuei ſimodè, & clarè colligi poteſt: nam pluries, & iteratis uicibus uerba conceſſionis Vgolotto, & Raimondino factæ expreſſam donationem continentia in dicto priuilegio deſcripta ſunt, ibi dare, donare, & concedere liberaliter dignaremur, & in diſpoſitiua in uerſi. motu proprio, & liberalitate Regiæ maieſtatis, ibi damus, concedimus, cōferimus, & donamus &c. ibiq; in hac parte uolentes Marchionibus ſupraſcriptam hanc noſtram cōnceſſionem, donationem, & gratiam &c. nec non ibi non obſtantibus quibuicunque legibus, ſtatutis, conſtitutionibus &c. quibus, uel quorum aliquo præſens noſtra donatio, cōceſſiō, collatio, & translatio &c. ac etiam ibi etiam ſi de prædictis omnibus quibuſcunq; in noſtræ celſitudinis donatione, conceſſione, & ibi propter quæ, & quas noſtra præſens donatio, conceſſio, collatio, & translatio irritari poſſent &c. & ultimo loco, ibi nulli ergo hominum liceat hanc noſtræ ſerenitatis gratiam, conceſſionem, ac donationem in aliquo uiolare, ſeu auſu temerario contraire &c. uerbum enim dono quod importet donationem, non eſt dubitandum, ut per totum
5 ff. C. & extra de donatio. † de uerbo concedo idem dicendum eſt, quod ſui natura donationem ſignificat, ut in l. uxori. §. fin. & ibi Bar. ff. de lega. 3. & in l. uxorem §. in teſtamento eodem tit. l. ad cum in princ. cum glo. ff. de donatio. cum ibi not. per Bart. & Imol. idem uoluit Guliel. in l. ſi quis ergo caſus ff. de peculio, & Bal. in l. cum uirū C. de fideicom. Ang. in §. quia uero il 1. in authen. de non alienan. Abb. in c. cum uenerabilis de exceptio. per c. paſtoralis extra de donatio. & latius habetur per Alex. in l. ſi donatione C. de collat. in antepenul. col. & in l. à titio ff. de uerb. obliga. ubi plura alia allegat, † idem de per ſe etiam importat uerbum dami-
6 mus, de cuius natura eſt ſignificare totalis dominij tranſlationem l. ubi autem in h. a. ff. de uerbo. obliga. §. ſic itaq; inſtit. de actio. & præſertim in caſu, de quo agitur, cum datio ex cauſa facta fuerit à principe, uidelicet ob merita præcedentia, ut in literis dicitur, quæ merita uerè præceſſiſſe præſupponendum eſt, ut † ex uerbis etiam narratiuis principis
7 factum ſuum narrantis colligitur, quæ plenè probant clem. 1. de probatio. & habetur per Moder. in c. non nulli §. 1. de reſcrip. Lapus in allega. 7. Calda. in conſi. 7. in tit. de reſcriptis. Et † præſertim prædicta uera ſunt, quoniam Carolus
8 III. in ſuis literis motus fuit ex certa ſcientia, & motu proprio, quæ uerba operantur, ut etiam de non geſtis corā principe ſtetur eius uerbis narratiuis; nā proferendo huiuſmodi uerba uidetur tanquam de eis benè, & uerè informatus illa protuliſſe, do. Anto. Lapus, & Ioan. de Imol. in dicta clemen. 1. quæ incipit literis de probat. & Anto. in c. fin. de ſucceſſio. ab inteſta. argumento clemen. ſi ſummus de ſenten. excommunica. & de clauſula ex certa ſcientia idem dixit Bald. in l. conficiuntur §. codicilli ff. de iure codicil. per l. 2. C. de legibus, Bald. in tit. de pace conſtan. in uerſi. non admittimus, Oldra. in conſi. 254. factum tale eſt, dominus
9 Papa &c. & † diſpoſitio d. clement. 1. de probat. uendicat ſibi locum non ſolum in uerbis narratiuis Papæ, ſed etiam Imperatoris, & cuiuslibet alterius non recognoſcentis ſuperiorem ad tradita per Carolum in conſi. 28. in quæſtione &c. & Moder. in c. quia nobis de teſtibus.
10 ¶ Et quòd † cōceſſio facta à principe per hæc uerba damus, & donamus, non dicatur feudalis, ſed donationem continere, demonſtrant uerba illa principis concedentis de libe-
11 ralitate Regia, argumento l. 1. ff. de donatio. quia † propriū eſt regum, & principum donare, & aduerſus benè merentes elargiri, & liberalitate uti, ueluti dixit Innocen. in c. grandi de ſupplen. negli. prælato. in 6. l. ſancimus. §. exceptis C.
12 de donat. & † donationes, quæ à principe fiunt, uim legum habere dicuntur l. donationes C. de donatio. inter uir. &
13 uxo. Igitur † ſicut princeps legem ad ſuum placitum condere poteſt §. ſed & quod principi inſtit. de iure natur. gen. & ciui. l. 1. ff. de cōſtit. princip. ita ſibi permiſſum eſt donare,
14 maximè ob merita præcedentia, † propter quæ is, qui, donare, uel alienare regulariter prohibetur, benemerenti donare poteſt c. quicunque ſuffragio 12. q. 2. cum c. 2. & 3. &
15 ibi ſcriben. extra de donat. ¶ Præterea † illa uerba motu proprio ex liberalitate, & gratia noſtra damus, cōcedimus, & donamus, quæ in literis Caroli III. reperiuntur, inferunt talem fuiſſe donationem meram, & ſimplicem, & non ob cauſam, quamuis à principio aliquæ cauſæ eſſent expreſſæ, quoniam illæ nō cēſentur finales, ſed impulſiuæ argumento l. titio centum in prin. ff. de conditio. & demon. ut notabiliter uoluit Old. in conſi. 5. titius dedit duobus &c. & probatur in l. affectionis, ubi caſus ff. de donatio. Nec obſtat ſecundum illum textus in l. aquilius ff. eodem titulo de dona. ubi cenſetur donatio ob cauſam, quæ non eſt propriè, ſeu merè donatio, ſed ob cauſam, quia ipſe in-
16 quit, † aliud eſſe, quòd de meritis præcedentibus ſpeciali-

cialiter mentio ſiat, meritorum ſpeciem & enumerando, &
tunc donatio dicetur eſſe ob cuſam, impropriè d.l.aquiius,
& aliud, quod de cauſa meritorum præcedentium gene-
neraliter, & indefinitè mẽtio fiat, & tunc iſta cauſæ expreſ-
ſio non qualificat donationem, ut ob cauſam facta dicatur,
ſed eſt mera, & ſimplex donatio d.l.affectionis, & ibi habe-
tur per Oldradum. ¶ Et hanc ſententiam, quòd in caſu,
de quo agitur propter uerba, de quibus ſupra, damus, do-
namus &c. non conceſſio feudalis, ſed donatio ſimplex di-
catur, prout à feudo diuerſa cenſetur, originaliter uoluit
Oldradus in conſilio ſolito in hac materia allegari 159. in-
17 cipien. ex præſenti themate, † qui dixit per hæc uerba,
damus, donamus, tradimus ex cauſa donationis proprio mo
tu &c. fuiſſe factam donationem ueram, puram, & ſimpli-
cem, non autem conceſſionem feudalem, quia feudalis con
ceſſio non dicitur aliquo modo donatio, ſed datio ob cau-
ſam, quæ à donatione differt, multæque ſunt dationes ob
cauſam, quæ nullo modo dicuntur donationes l.1. ff. de
donatio. & per totum ff. & C. de condictio. ob cauſam,
nam uerbum donatio ſimpliciter prolatum debet referri
ad id, quod per prius, & propriè eſt donatio argumento l.
1. ff. ſi ager uectiga. uel emphyt. & l. hoc legatum ff. de lega.
18 3 l.1. §.1. ff. ad ſyllan. & hæc uoluit Oldra. in d. conſil. † li-
cet in caſu ſuo, quàm plura ſigna, quæ in hac ſpecie propo-
ſita non reperiuntur, concurrerẽt arguentia conceſſionem
fuiſſe feudalem, ut inueſtitura, & iuramentum fidelitatis iux
ta c.1. in fin. de feu. cogn. & c.1. in fin. per quos fiat inueſtit.
item ſeruitij reſeruatio argumento l. ſtatius ff. de iure fiſci,
quibus, pluribusque alijs in caſu illo potius feudum, quam
aliam conceſſionem arguentibus, non obſtantibus, tamen
Oldrad. propter uerba illa, damus, donamus, concedimus,
concludit eſſe ueram, & meram donationem, quia in incer
tis, & non in certis locus eſt coniecturis l. continuus §. cum
ita ff. de uerborum obligatio. ut in propoſito inquit Iaſon in
19 conſi. 45. in 1. uolumi. † idem tenuit do. Andr. Iſer. ma-
gnus feudiſta, quando per uerbum dono facta fuit conceſ-
ſio à principe, & Imperatore, quorum proprium eſt libera-
litate uti, in c.1. columna penultima in quibus, ſeu ex qui-
bus cau. feu. amit. hoc idem tenuit Alexan. in conſi. 24. in 4.
colum. circa fin. uolumi. 5. referendo, & ſequendo Oldra. in
d. conſi. & ſequitur Alber. de Roſa in rub. C. de donatio. do.
præpoſit. & Moder. in prælud. feu. in quarta diuiſione: &
hanc Oldradi opinionem etiam in fortioribus terminis Ca
rol. Ruin. ferè ſemper conſulendo ſequutus fuit, ut in con-
ſi. 21. & 36. in 1. uolumi. ubi omninò inſpiciatur, quia appro
bat doctrinam Oldra. in d. conſi. multaque optimè caſui no
ſtro inſeruientia ponit, & idem ipſe tenuit, & ſequutus fuit
in conſi. 38. eodem libro ferè per totum, qui in caſu ferè ſi-
mili caſui noſtro tenuit eſſe meram, & ueram donationem,
non autem feudum, approbando theoricam Oldrad. in d.
conſilio 159. prout etiam ipſe illam approbauit in con-
ſi. 18. in 2. colu. cum ſequen. lib. 1. licet poſtea ipſemet Ruin.
in conſi. ſequen. 39. uiſis & benè &c. ſententiam mutauerit,
20. & ab Oldra. receſſerit: nam † hæc uerba toties repetita,
& geminata donationem exprimentia ſunt interpretanda
ad fauorem eorum, quibus in caſu noſtro Carolus quartus
conceſſit, & contra ipſum principem concedentem, ut po-
tius donatio, quàm feudum dicatur argumento l. fin. in fin.
C. de dot. promiſs. ibi nedum effuſo ſermone ſeſe iactet &c.
& facit l. baliſta, & ibi Bar. ff. ad trebellia. & habetur per Bal-
dum in rub. ff. de rerum diuiſione in q. 24. & in c.1. in princi.
de prohi. feudi alienatione per Federicum, & per Alexan-
drum in l. ſi patronus ff. ad trebel. l. cum ſcimus C. de agric. &
cenſi. lib. 10. ex his enim uerbis tam prægnantibus, & toties
repetitis enixa mens principis donare uolentis colligitur.
¶ Hanc concluſionem, ut ſupra, traditam ex mente Oldra.
in d. conſi. & Alexan. in d. conſi. 24. tanquam ueriorem ſe-
quitur Decius in conſi. 32. & in conſil. 413. quam dicit eſſe
indubitatam tam attenta perſona concedentis, cuius pro-
prium eſt liberalitate uti, ut ſupra, tum quia in conceſſione
ſæpius de donatione mentio facta fuit illam multoties do-
nationem appellando, & non feudum: quò fit, ut à uerbis
21 expreſſis non ſit recedendum, & præcipuè, quia † feudum
dicitur quædam ſeruitus Bald. in l. quoties colum. 1. C. de
ſuis, & legit. & in c. quæ in eccleſiarum de conſtitutio. & in
c.1. §.2. ſi de feu. fuerit contro. inter domin. & agna. Dona-
tio autem dicitur beneficium, & liberalitas: & propterea in
dubio hæc conceſſio eſt latè interpretanda, ut magis dica-
tur donatio, quàm feudum c. cum dilecti extra de donatio.
& habetur per Alexandrum in conſi. 129. in prin. lib. 1. Ex
quibus apparet doct. communiter tenere, quòd conceſſio
caſtri, uel alterius rei etiam interueniente iuramento fide-
litatis dicitur ſimplex, & mera donatio, ſi reperiatur facta
per uerba damus, concedimus, & donamus, ueluti in præ-
22 ſenti ſpecie facta deprehenditur. ¶ Præterea † cum
hæc conceſſio dicatur facta ob merita præcedentia in du-
bio ſimplex donatio eſt præſumenda l. ſi uerò §. idem papi-
nianus ff. mandati, & habetur per Alexandrum, & alios in l.
23 ſi donatione C. de collatio. & † ubi conſtat donationem
eſſe factam, illa in dubio etiam præſumitur facta motu pro-
prio principis concedentis ſecundum Gulielmum in l.3. §.
ſi procurator ff. quod quiſque iuris, & Alexan. & Alberic.
in princip. d.l.3. & conſequenter conceſſio non potuit præ-
textu alicuius ſubreptionis uitiari c. ſi motu proprio de præ
24 ben. in 6. & † hac ratione conceſſio facta ſub nomine do-
nationis, & per uerba donationem importantia eſt latiſſi-
mè interpretanda d.c. cum dilecti de donatio. ergo à for-
tiori, in caſu, de quo agitur, concludendum eſt, donatio-
nem eſſe latiſſimè interpretandam, nec poſſe prætextu ſub-
reptionis uitiari, cum expreſsè facta fuerit etiam motu
proprio, & ex certa ſcientia per ea, quæ nota. uoluit Abb. in
25 c. ad aures de reſcrip. ¶ Nec † refragantur ea, quæ ui-
detur præſupponere Oldra. in conſi. 234. qui conceſſionem
factam per uiam donationis præſupponit eſſe feudi con-
ceſſionem, quia reſpondeo, quòd ibi non fuit dubitatum,
an eſſet feudalis conceſſio, uel donatio, & ipſe ibi hanc du-
bitationem determinare non intendit, prout illam deter-
minauit in d. conſi. 159. ſed principaliter ibi dubitatum eſt,
utrum miles, uel feudatarius à domino requiſitus, ut cum
eo ad bellum eat, poſſit à domino grauari, etiam pro ex-
penſis in bello factis, nec pro firmo ibi præſupponitur
conceſſionem per uerbum dono fuiſſe factam. Præte-
rea Oldradus ibi loquitur de feudo, cuius natura per pa-
ctum fuit alterata, † quo caſu licet dici non poſſit me-
26 ra, ſeu ſimplex donatio, tamen feudum propriè non di-
cetur, ſed potius quidam contractus innominatus; qui
ſi magis donationi, quàm feudo aſſimiletur, debebit ſe-
cundum donationis naturam regulari argumẽto l. actio.
ff. de donat. & l.1. §. ſiquis ſeruum ff. depoſi. ſicut contingit
in cæteris contractibus, qui legem ex conuentione adiecta
accipiunt l.1. §. ſi conueniunt ff. depoſi. & † quod natura feu
25 di ex pacto ita poſſit alterari, quòd in alium contractũ tran
ſeat, ueluti in ſimili dicitur in l. ubi ita donatur ff. de dona.
cau. mor. probatur in c.1. de inueſtit. quam accipit Titius à
Sempro. c.1. quid ſit inueſtit. §.1. c.1. de eo qui ſibi, & hære
dibus maſcu. & fœmi. & in c.1. in fin. per quos fiat inueſtit.
& latius infra declarabitur. ¶ Ponderanda ſunt etiam
alia uerba dictæ conceſſionis, ibi immunitatem conce-
dentes, ac ius, dominium, & actionem omnimodam om-
nium, & ſingulorum prædictorum &c. ex quibus colli-
gitur, † quòd intentio domini concedentis fuit omne
dominium, omnemque actionem transferre, & con-
ſe-

ſequenter non ſolum utile,ſed etiam directum dominium,
tum quia de dominio ſimpliciter fuit facta mentio, & ideò
in dubio debet intelligi de pleno, & directo l. 1. ff. ſi ager
uectig.uel emphy. peta.tum etiam quia omne dominium
traſnlatum fuit, ergo utrumq;,& ſic plenum,uidelicet di-
rectum, & utile,ad tradita per Old.in conſi.270.& in conſ.
29 273. quoniam † uerba uniuerſaliter prolata in pluribus,&
ad minus in duobus uerificantur, l.neratius ff.de uerborũ
ſignifi.Bal.in l.quod nerua ff.depoſi.in 4.col.& in prohem.
30 digeſtorum in princi. quo fit, † ut dici nequeat, factam
eſſe conceſſionem feudalem, ſed ſimplicem donationem,
per quam plenum dominium tranſlatum fuit, per feuda-
lem uerò conceſſionem transferri dicitur in uaſallum ſo-
lum utile,retento directo penes dominum, ut eſt glo.not.in
c. 1. circa fin. de uaſal. qui contra prohibitionem lotharij
alien.glo.in l. 3.§.ſi duobus uehiculũ ff.cõmod.Bar.in l.ſi.ff.
31 uti.poſſi.cum aliis: † Nec eſt inconueniens,quòd utile,& di
rectum dominium rei conceſſæ transferatur, quamuis do-
minus ſuperioritatẽ, ſiue iuriſdictionem ſibi reſeruauerit,
ut uoluit Bal.in l.ſi plures col. 2. C.de condit.inſert. ueluti
32 quando feudum franchum alicui concederetur; nam † ex
pacto dominium omne feudatario concedi poteſt, ut ibi,
& habetur per Ioan. Mona. in c.abbate de reg. iur. in 6. &
33 hoc † caſu quis non dicitur propriè uaſallus, ſeu feudata-
rius,ſed impropriè,quia contractus feudi dicitur potius cõ
tractus licentiæ,quam tranſlationis pleni, & directi domi-
nij,ut inquit Bal.in d.l. ſi plures col.2.uerſi.item contractus
feudi,cum per feudum ſolum utile transferatur, niſi eſſet
feudum franchum, & liberum,ut ibi plenè Bal.tradit.
¶ Pondero adhæc uerba illa cõceſſionis,ac ius,dominium,
& actionẽ omnimodam omnium,& ſingulorum prædicto-
rum in prædictos Marchiones,hæredeſq; ſuos,& ſucceſſo-
res ex ipſis legitimè deſcendentes,ſeu cauſam habentes ab
34 eiſdem plenariè transferentes: nam † per hæc uerba ulti-
ma infertur dominium nõ ſolum utile, ſed etiam directum,
& actionem utilem,& directam ſine aliqua diminutione fui
ſe tranſlata,ut iam dictum eſt,nullo dominio,nullaq; actio-
ne ipſi domino remanentibus, alioquin plenaria tranſla-
tio facta non diceretur, ut colligitur ex uerbis Alexand.in
conſi 168. 2.col.lib.2.incipien.uiſo ſummario &c. Bar.in l.
ſeruum filij in princ.ff.de lega.1.Bal. in l.precibus in prin.
iu ulti.carta C.de impub.& aliis ſubſtitu.cum iis, quæ ad
propoſitum Alexã. in d.conſi. allegat,& poſt eum Ruin. in
propriis termini in cõſi.38.in 2.col.uerſi.idem & tertio lib.
1.qui inquit,quòd res feudalis, ſeu illius dominium non di
citur pleno iure,ſeu plenariè, & liberè apud feudatarium
eſſe,cum in eum tranſlata ſint cum magna dimiuutione, ui
delicet directi dominij,& ciuilis poſſeſſionis, quæ apud do
minium remanent: quando igitur per dominum res fuit
pleno iure, ſeu liberè tranſlata, conceſſio non dicetur feu-
dalis, ſed alia,& diuerſa,quæ ex uerbis prolatis colligi po-
teſt: & ideò ſi fuerint prolata uerba, damus, concedimus,
& donamus,quæ in ſe clara ſunt, conceſſionem ex liberali-
tate prouenientẽ ſignificabunt,non autem feudum,cum de
feudo nulla in conceſſione mentio facta fuerit: quod tamẽ
facilè fuiſſet Imperatori exprimere, ſi feudũ eſſe uoluiſſet:
Et ideò cum nihil de feudo dixerit, ſed ſolum de donatiõe,
dicetur donatio,& non feudum c. ad audientiam cum glo.
de decimis,l.ſi ſeruum §.non dixit prætor ff.de acquirend.
hæred. l.unica.§.ſin autem ad deficientis C.de cadu.tollen.
¶ Et præſuppoſito abſque ueri præiudicio,quòd nõ ſimplex
donatio,ſed ob cauſam diceretur,ut inquit Ruin.in d.conſ.
39.quod aliàs pro aduerſariis editum fuit,nõ tamẽ ex hoc
35 ſequitur, quòd hæc dicatur conceſſio feudalis, † in primis,
quia Oldra.in d.conſi.159.quem Ruin. allegat, in terminis
noſtris dicit, conceſſionem factam per hæc uerba damus,
concedimus,& donamus &c. eſſe ueram, & ſimplicem do-
nationem,non autem dicit illam eſſe in feudum dationem,
quia datio feudalis non eſt propriè donatio, ſed ob cauſam
datio: in quo notandum eſt, quod Oldra.non dicit eſſe ob
cauſam donationem, ſed ob cauſam dationem,ut detur in-
telligi,quòd & ſi feudum detur ob cauſam, non tamen di-
citur donatio,cuius contrarium dicebat Ruin.uerba Oldra.
36 referendo. Præterea in iure tritum eſſe uidetur,† quòd do
natio ob cauſam & datio ob cauſam inter ſe ualde differũt,
quia datio ob cauſã tãquã generalior ad oẽm actũ adapta-
tur,per quẽ aliquid datur, ut aliqui fiat,uel quia factũ fue-
rit, ut per totũ ff.& C.de condic.data cau. non ſecu. & de
cõdic.ob cau.donatio aũt ob cauſam eſt illa, quæ fit per uer
ba donationem importantia propter aliquam cauſam ge-
neralem, uel ſpecialẽ,ut habetur in l.1.§.1.l. ariſto, l. hoc
iure in fin.ff.de donatio. cum aliis. ¶ Vlterius conſidero,
37 † feudum eſſe duplex,uidelicet feudum propriũ habẽs pro
priam naturam,& aliud propriam feudi naturam non ha-
bens,ſed ex pacto alteratam,& hoc dicitur abuſiuum,& im
proprium feudum,ut in c.1.de feudo non haben. propriã
naturam feudi,& tradunt communiter feudiſtæ in prælud.
feudo.& maximè do.Præpoſit.mediol. in quarta diuiſione
cap.1. circa fin. ſi de feu. fuer. conten. inter do. & agna.
Proprium autem,& naturale feudum eſt,quòd dicitur eſſe
uerum,& proprium feudum, & nullo modo eſt alteratum,
ſuamq; originalem,& primæuam naturam feudorum con-
tinet, ueluti quando ſimpliciter abſq; aliqua qualitate,ſeu
conditione conceſſum fuiſſet,& iſtud nec ad fœminas, nec
ad extraneos eſt tranſitorium, ſed ad maſculos tantum de-
ſcendentes,c.1.§. hoc autem qui feu.dare poſſunt,& c.1 de
ſucceſ.feu.eſt etiam originalis natura feudi,ut poſt quã con
ceſſum fuit,non poſſit à domino ſine culpa, uel iuſta cauſa
auferri.c.1.in prin.ibiq; not.de natura feudi;ſimiliter pro-
prium feudum dicitur,per quod in uaſallum utile domi-
nium, naturaliſq; poſſeſſio transferuntur,remanente dire-
cto dominio,& ciuili poſſeſſione penes dominum,ut habe-
tur per glo.magnam in c.1.circa fi.de uaſal.qui cõtra pro-
hib. Lotharij feu.alien.& iam dixi plura allegando: pro-
prium quoque feudum eſt,quod non ad quoſcunque hære
des, & ſucceſſores, ſed ſolum ad hæredes maſculos ſangui
38 nis eſt tranſitorium, ut iam dixi, † in tantum, quòd ſi feudũ
reperiatur conceſſum pro ſe,& hæredibus, intelligitur ſo-
lum de maſculis deſcendentibus, quia hæredis appella-
tione filius, ſeu deſcendens per maſculum continetur
cap. 1. §. ſed diuerſum de aliena feud. c. 1. §. profectò
de lege corradi, l.ex facto in fin.cum gloſ.ff.ad trebell.item
39 † feudum ſecundum ſuam propriam naturam non poteſt
irrequiſito domino alienari etiam reſpectu utilis dominij
d.c.1.§.ex eadem de lege corradi, c.1.§.1.de prohib.feud.
aliena.per Federicum,& c.1.de prohib.feu.aliena.per Lo-
tha.& c.1.§.donare qualiter olim feudum aliena.poter.Eſt
40 † etiam de natura proprij feudi, ut in illo aſcendẽtes de-
ſcendentibus non ſuccedant, c.1.de natur.ſucceſs.feu.item
41 † uera,& propria feudi natura eſt, ut non acquiratur, niſi
ſucceſſione,uel inueſtitura,ut in c.1.in fin. de feu.cognitio.
Qualiter autem fiat inueſtitura, eſt tex.in c.1.in princ.quid
ſit inueſtit, & ſecundum propriam feudi naturam inueſtitu
ra iuramentum fidelitatis præcedit c.1.quid præcedere de-
42 beat: † nec inueſtitura eſt concedenda illi, qui feudum,
ſeu illius inueſtituram uult acceptare cum proteſtatione,
quòd non intendit fidelitatem domino præſtare, cum feu-
dum à fidelitate, ſeu fide ſit dictum c.1.in fin. per quos fiat
43 inueſtitu.& † ea, quæ ſunt de propria, & originali natura
feudi, ſemper in dubio cenſentur ineſſe feudo alicui con-
ceſſo, niſi per pactum alterentur d.c.1.in fin. per quos fiat
inueſtitura,c.1.de feu.non habente propriam naturam, &
in

in c.1.in fin.quid ſit inueſtit.& habetur per Angelum in conſi.106.incipien.ſanctiſſima &c. ¶Feudum † autem im-
44 proprium, ſeu abuſiuum, cuius originalis natura per pactum quandoque plus, & quandoque minus fuit alterata, eſt, quando feudum conceſſum fuit pro ſe, & hæredibus maſculis,& fœminis, & pro ijs, quibus dederit, ut in c.1.in fin.ſi de feudo fuerit conten.inter dominum,& agn.uel ſimpliciter hoc modo pro ſe, & hæredibus ſuis, & quibus ipſe dederit,ut in c.1.de feu.non haben.propriam natu.feu.item improprium,& abuſiuum feudum eſt, quando conuentum fuit,quòd inueſtitura non ſit facienda,nec iuramentum fidelitatis præſtandum d.c.1.in fin.per quos fiat inueſtit.iuncto c.1.in fin.de feu.cogni. Dicitur etiam abuſiuum, & improprium,quando conceſſum fuit, ut tranſeat ad fœminas, & deſcendentes per fœminas,c.1.in fine quid ſit inueſtit.c.1.§.hoc autem notandum de ijs, qui feudum dare poſſunt, & c.1.de eo,qui ſibi,& hæredibus,& in titulo ſequen. Similiter improprium,& abuſiuum feudum dicitur, quando ex pacto factum fuit hæreditarium, & ſic ad omnes hæredes etiam extraneos tranſitorium c.1. §.cum uerò corradus de ijs,qui feu.dare poſſ.glo.per illum textum in l.ex facto in fi. ff.ad trebell.glo.& ſcriben.communiter in c.in præſentia de proba.Alex.in l.ſi patroni ff.ad trebell.& latè poſt Imol.in l.quod dicitur ff.de uerborum obliga. Barto. in l. ut iuriſiurandi §.ſi liberi,& ibi Alexan.ff.de operis liber.& in l.etiam ff.ſoluto matrimon. Feudum etiam improprium non habens propriam feudi naturam eſt, quando conceſſum fuit cum pacto,quòd in accipientem omne dominium, omniſq; actio pleno iure transferatur argumento c.1.circa fi.in quibus cau.feu.amit.cum iam dictis, Bal.in d.l.ſi plures colu.2. C.de conditio. inſer. item quando dominus nullum ſibi ſeruitium reſeruauit,ut in d.c.1.in fin.item ſimiliter † quando
45 feudum fuit principaliter emptum pro certo pretio, cum principaliter debeat eſſe gratuitum, ut inquit Bal. in l. licet C.de libera.cau.& in c.1.de natu.feu.& in l.ſi quando C.de operis libert.in c.1.in uer.libellarium de pace conſtan. & in l. qui ſe patris C. unde liberi, d.c.1.§. penultimo in quibus cau.feu.amittatur,Cyn.in authen.ingreſſi in q.antepenultima C. de ſacroſanct. eccle. & Iacob. de Belui. & Moder.in prælud. feud. quod ultimum in caſu, de quo agitur,euenit, nam ex cauſa oneroſa,expoſtfacto dictus Marchionatus Soraneæ peruenit ad Ioãnem Paulũ hæredem Deiphœbi antiquioris mediante quadam tranſactione facta de anno 1518. cum olim illuſtribus coniugibus domina Philiberta, & domino Iuliano de Medicis, & cum Ioanne Baptiſta patre d.Ioannis Pauli eius nomine ſoluente dictis illuſtribus coniugibus uigintiquinque millia ſcutorum auri pro recuperatione dicti Marchionatus: quæ tranſactio tunc facta fuit de conſenſu, & auctoritate excellentiſſimi Senatus Mediolani,& deinde ſequenti anno confirmata, approbata, & ex certa ſcientia, ac de plenitudine poteſtatis ratificata in ampliſſima forma ad fauorem dicti Ioannis Pauli à sereniſſimo Franciſco Gallorum Rege tunc Ducatum Mediolani regente, & pro duce ſe gerente, & ab omnibus communiter pro duce habito, & reputato: quo fit, ut ipſe Ioannes Paulus ultra titulum à ſacratiſſimo Carolo quarto mediantibus antiquiori Deiphœbo, & alijs anteceſſoribus ſuis habitum dicatur dictum Marchionatum ex titulo,& cauſa oneroſa habuiſſe, mediante conceſſione, & approbatione dicti ſereniſſimi Regis tunc Ducis, ſeu pro duce habiti. Ex quibus ſequitur primo, quòd Ioannes Paulus dictum Marchionatum cum omnibus ſuis pertinentijs,& adiacentibus non ut feudum propriè, ſed potius tanquam allodiũ, ſiue feudum abuſiuum magno precio pecuniario interueniente habuiſſe,immò emiſſe dicatur, ad tradita per Baldũ in d.l.licet, & in c.1.de natu.feu. cum alijs ſupra allegatis: ſecundo infertur,quòd ex dicta tranſactione, tunc auctoritate ſenatus facta, & à ſereniſſimo Rege Galliæ, qui ſe pro duce gerebat, & reputabatur, ratificata de nouo fuit ipſi Ioanni Paulo ius acquiſitum, etiam ſi Rex ipſe uerus dux non eſſet,per illa præcipuè,quæ habentur per Bartolum in l.ſi urbana prædia ff. de condictio. indeb. & per Innocentium in c.ſicut de iureiuran.& in c.dudum il 2.de electio. & per Bartolum in tractatu tyrannidis q.6. cum alijs allegatis per Alexandrum, & alios in d.l.ſi urbana. ¶Inferri
46 † poteſt etiam ex prædictis,quòd feudum franchum,& liberum dicitur feudum improprium, & abuſiuum ad tradita per Baldum in d.l.ſi plures colum.2.Oldra.in conſi.234. factum tale eſt &c.Ioannes Andreas in additio.ad Speculatorem in rubrica,ſeu in princi.titu.de feu.nec non in rub.de
47 præſcrip. ¶Item infertur, † quòd quando conceditur homagium, quod eſt uulgare Gallorum, cum ſecundum Italiæ conſuetudinem dicatur uaſſalligium, eſtq; duplex, uidelicet ligium,& non ligium,ut declarat Specula. in titu. de feudis in §.quoniam,& glo.in clemen.paſtoralis §.ruſus in uer.homo ligius de re iudicata, ſi in illius conceſſione pacta contra propriam feudi naturam fuerunt appoſita, non dicetur propriè feudum,ſed impropriè,& abuſiuè, & maxi-
48 mè quando eſſet homagium perſonale: nam † aliud eſt homagium reale, & aliud perſonale, ut eſt de mente Baldi in l.2.C. de oper. liber.& Præpoſit. in præludijs feudorum colum.20.perſonale homagium eſt, quando quis pacto ſe hominem alicuius ſuperioris conſtituit, ſe, & deſcendentes ſuos,& bona iuriſdictioni, & protectioni ipſius domini ſubijciendo, nullam rem ab ipſo in feudum accipiendo, & iſtud non dicitur eſſe feudum,niſi abuſiuè,& impropriè,Specul. in d.titu. de feu.§. quoniam colum.2. uerſicu.2. quæritur, nam huic homagio non conuenit diffinitio feudi,de qua habetur in d.c.1.§.penul.in quibus cau.feu.amit. & per feudiſtas poſt Bal.in prælud.feudo. per Speculatorem in §.1. de feu.& per Imolam in c.2.extra de feu. Reale uerò homagium eſt illud, quod fit reſpectu rei datæ à domino illi, qui ſe,& ſua iuriſdictioni, & protectioni ipſius domini ſubmiſit,Speculat. in d.titu. de feu. §.quoniam uerſicu. ſed nunquid homo &c.& Modern.in dictis prælud.feud. & hoc homagium reale ſapit naturam feudi argumento c.1.circa finem de feu. cognitio. perſonale uerò non eſt propriè feudum, ſed illi ſimile, ut colligitur ex uerbis Modern.in dictis prælud.feudo.colum.20.ibi eſt potius feudum, quàm perſonale,& colligitur ex mente Specula.in d.§.quoniam; & tanto magis,quando in conceſſione homagij fuerunt appoſita illa, quæ ſunt contraria propriæ naturæ feudorum, nam ſi quando pacta naturam feudi alterantia fuerunt in conceſſione feudi appoſita, feudum non dicitur proprium, ut ſupra dictum eſt,ergo magis, uel pariter hoc dicẽdum erit, quando pacta huiuſmodi in cõceſſione homagij poſita fuerunt,cum eadem, immò maior ſit ratio argumento l.à Titio
49 ff.de uerborum obliga. & † quando ex pactis in contractu appoſitis feudi natura ita eſt alterata, ut effectum fuerit feudum abuſiuum, quod propriam feudi naturam non habet, tunc non dicitur eſſe contractus feudi, ſed cenſetur quidam contractus innominatus do, ut facias, uel facio,ut des,ad l.naturalis ff.de præſcript.uerbis cum alijs pluribus ſimilibus,& expreſſè hoc uoluit Bal.in l.1.colum.3.in uerſicu.in contractibus C.de fructi.& lit.expen. & argumẽto d.l.ariſto.ff.de donatio.& habetur per do. Præpoſit. Medi-
50 ola. in prælud.feud.in quarta diuiſione, † qui contractus innominatus cauſatus ex pactis naturã contractus feudi alterantibus regulantur ſecundũ naturam contractus nominati,cui magis aſſimilatur l.1.§. ſi quis ſeruum ff. depoſi. Romanus in ſingula.136.incipien.tu ſcis in final. uerb. per textum,ubi caſus in d.l. naturalis §. ſed ſi facio circa finem,

&

51 & l. inſulã ff. de præſcrip. uer. Hinc † uoluit Oldra. in d. cõſ. 159. quòd ſi princeps per illa uerba damus, donamus &c. conceſſerit alicui, quicquid iuris habet in tali caſtro, & aliũ non recognoſcat in ſuperiorem, tunc natura feudi alteretur, cum per feudum non transferatur, quicquid penes dominum erat, nec plenum dominium, ut iam dictum eſt, & ideò talis contractus iudicabitur potius donatio, quam feudum, ſeu regulari debebit ſecundum naturam donationis, & non feudi; quia conceſſio huiuſmodi magis aſſimilatur donationi, de cuius natura eſt, ut omne id, quod erat penes donantem, transferatur, ac magis, quando conceſſio per hæc uerba, damus, concedimus, & donamus facta fuiſſet: ita in propoſito inquit, & infert ex prædictis inſignis doctor do. Præpoſi. quaſi circa finem 4. diuiſionis in prælud. feud. cuius uerba caſui noſtro optimè inſeruiunt, quòd dato, ſed nõ cõceſſo, quòd cõceſſio facta ab Imperat. Carolo III. de qua ſupra, non fuerit ſimplex donatio, ſed potius homagium, ſeu uaſſalligium reale, quod feudum cenſetur, ut iam dictum eſt, tamen ex quo illius natura ex pluribus in d. conceſſione appoſitis fuit alterata, concedendo omnimodam actionem, & dominium pleno iure, ſeu plenariè, & pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque transferendo iuriſdictionem altam, & baſſam, talis conceſſio dicetur continere quendam contractum innominatum, qui cum magis aſſimiletur contractui donationis, quàm contractui feudi, tum propter uerba illa damus, concedimus, & donamus ſæpiſſimè in d. conceſſione repetita, tum propter pacta appoſita, ex quibus natura feudi, ſeu homagij fuit alterata, ut ſupra, & habetur per Oldra. in d. conſi. 234. ideò in caſu occurrenti potius dicetur donatio, uel ſaltem ſecundum naturam contractus, donationis regulari debebit argumento l. ariſto ff. de donat. & in indiuiduo habetur per Oldr. in dicto conſi. 159. & in conſi. 270. & 272. cuius doctrina recepta
52 eſt, ut iam demonſtraui. ¶ Quòd autem † in caſu, de quo agitur, per illa uerba pro ſe, & ſuis hæredib. legitimè deſcẽdentibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque feudi, ſeu homagij natura dicatur alterata, ſatis clarè demonſtratur, quia & ſi appellatione hæredum ſimpliciter in materia feudali ſolum filij, & deſcendentes maſculi per maſculum cõprehenduntur, ut eſt glo. iuncto tex. & ibi ſcribẽtes communiter in d. l. ex facto in fin. ff. ad trebel. c. 1. §. ſed diuerſum de aliena. feudi, & c. 1. §. profectò de lege corradi, tamen quando uerbo hæredibus iungitur uerbum deſcendẽtibus, dicuntur contineri deſcendentes fœminæ, & per fœminam, ut uoluit Alex. ferè in terminis noſtris in d. conſi. 24. col. 3. per tex. in l. lege 12. tab. uerſi. huius itaq; legis C. de legit. hære. & in §. item uetuſtas inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. Alexan. not. in conſi. 160. uiſo themate &c. lib. 2. facit tex. in authẽ. de hæred. quæ ab inteſt. poſt prin. & in l. final. C. de ſuis, & legit. & habetur per inſignem præceptorem meum do. Barthol. Sozi. in conſi. 14. inter conſilia Bruni, & præſertim in caſu noſtro hoc dicendum eſt, quia ſi ſimpliciter dictum fuiſſet pro hæredibus, abſque dubio ſolum filij, & deſcendentes maſculi & per maſculum dicerentur vocati, vt proximè dictum fuit, per tex. in d. §. ſed diuerſum, in d. §. profectò, & per glo. in d. l. ex facto in fin. igitur vt illa verba ab ipſis legitimè deſcendentibus non ſint ſuperflua, & vt aliquid vltra verbum hæredibus operentur, iuxta l. ſi quando ff. de legat. 1. & C. de inofficio. teſta. & tradita per Salic. in l. legem in fin. ver. C. locati, & per Bal. in rub. C. de contrah. empt. debent intelligi, vt cõprehendant omnes, qui appellatione deſcendentium continentur, ſiue ſint fœminæ, ſiue deſcendentes per fœminam: & hoc modo arguit Sozi. in conſil. 157. colum. penult. & in conſil. 13. lib. 2.

¶ Nec aduerſantur illa verba ab ipſis legitimè &c. quia
53 † per ea intelligentur ſolum vocati deſcendentes legitimi, hoc eſt legitimè nati, non autem naturales, & baſtardi, nec adoptiui, qui non ſunt capaces, etiam ſi eſſent legitimati, vt in c. 1. §. naturales cum. §. præceden. ſi de feudo fuer. conten. inter do. & agna. & habetur latè per Imol. & Alex. in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, & in terminis per Rui. in conſ.
54 36. in cauſa feuda. col. 9. lib. 1. ¶ Præterea † ultra illa uerba hæredibus ab ipſis deſcendentibus dictum fuit, & ſucceſſoribus quibuſcunque, quæ uerba ex quo ultra alia fuerunt adiecta, nulli dubium eſt, quòd, ut aliquid operentur, dominus concedens uoluit comprehendere etiam hæredes extraneos, tum quia & ſi per illa uerba hæredibus quibuſcunque hæredes extranei non comprehendũtur, ut uoluit Bal. in d. c. 1. §. donare qualiter olim feu. alien. pot. tamen quando ultra illa uerba, quæ ſolent comprehendere liberos, & deſcendentes per maſculum, & per fœminam, qualia ſunt uerba ſupradicta pro hæredibus ex ipſis legitimè deſcendentibus, adiecta eſſent etiam illa uerba, & pro ſucceſſoribus quibuſcunque, profectò hæredes extranei dicentur uocati, ut aliquid operentur, ut dictum fuit, & habetur per Sozin. in d. cõſi. 157. col. pen. & in d. conſi. 14. inter cõſ. Bruni,
55 tum etiam quia † ſucceſſorum appellatione ueniunt ſingulares, & uniuerſales ſucceſſores, ut in l. quædam §. nihil ff. de eden. cum l. falſum §. adiicitur ff. de dam. infect. l. ait prætor ff. de iureiuran. l. 1. §. illud ff. quorum legato. ergo quando cum uerbo ſucceſſoribus erit iuncta illa uniuerſalis geminata quibuſcunque, comprehendentur omnes tàm uniuerſaliter, quàm ſingulariter ſuccedentes per tex. cum ibi not. per Bar. in l. baliſta ff. ad trebel. & hoc in materia feudali expreſsè uoluit Bal. in c. 1. in prin. de prohib. feud. alie. per Feder. ¶ Nec refragatur illud, quod uoluit Bal. in d. c. 1. §. donare, dicens, quòd in materia feudali illa uerba, & pro quibuſcunque hæredibus non comprehendunt extraneos,
56 puta uxorẽ, quia reſpõdetur primo † aliud eſſe dicere pro quibuſcunque hæredibus, & procedat dictum Baldi in d. c.
57 1. in prin. Secundo reſpondetur, † quòd Bal. in d. §. donare. loquitur, quando ſolum fuerũt expreſſa illa uerba, pro quibuſcunque hæredibus: ſed quando ultra illa uerba quibuſcunque hæredibus, ſeu quibuſcunq; ſucceſſoribus fuiſſent prolata alia uerba ſui natura apta comprehendere deſcendentes per maſculum, & per fœminam, tunc ne ſtarent fruſtratoriè, ſed aliquid operarentur, ea uerba quibuſcũque hæredibus, ſeu quibuſcunque ſucceſſoribus dicentur comprehendere etiam hæredes extraneos, immò etiam ſingulares ſucceſſores, quinimmò fortius, quãdo fuiſſet dictum pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus ſimpliciter, etiam deſcendentes per fœminam admitti poſſent, ut uoluit Bal. in l. quoties col. 1. C. de ſuis, & legit. & in c. 1. col. 3. de iis, qui feu. dare poſ. Sozi. in d. conſi. 157. & Deci. in conſi. 32. Præterea Bald. in d. §. donare noluit ſub illis uerbis uxorem cõtineri, quia plura contra naturam feudi concurrebant, primum, quòd extranei admitterentur, aliud, quòd fœminæ ad feudum uocarentur, ut ibi per eum, ergo in caſu, quo alterum tãtum concurreret, uidelicet, uel quòd extranei maſculi tantum, uel quòd fœminæ deſcendentes tantum admitterentur, ſecus eſſet: At in caſu, de quo agitur, deſcendentes per fœminam nituntur uenire, uidelicet Deiphœbus filius Io-
58 annis Pauli hæredis inſtituti, igitur &c. † & quòd ſub illis uerbis quibuſcunque hæredibus, ſeu quibuſcunque ſucceſſoribus etiam extranei hæredes, ſeu ſaltem deſcendentes per fœminam comprehendantur, uolunt doctores magis communiter Alexan. in conſi. 30. colum. 3. uerſic. &, lib. 1. Ruin. in conſi. 16. lib. 1. Bal. in l. 1. q. 34. ff. de rerum diuiſione, argumento tex. in c. 1. de feu. non haben. propriam naturam, & Alexan. in l. ſi patroni in prin. colum. penultima ff. ad trebellia. Bald. in l. cum uirum C. de fideicomm. quia dicendo pro quibuſcunque hæredibus comprehenduntur

etiam

etiam extranei hæredes,cum per hæc uerba natura feudi di
catur alterata argumento d.c.1.& Alexan.in l.gallus §.etiã
ſi a parente ff.de liber.& poſthum.& in l. etiam in principio
in ultima columna ff.ſoluto matrimonio Sozin.in l.quidam
relegatus colum.3.in quinta concluſione ff.de rebus dubiis,
inferens etiam,quòd ſi data fuerit poteſtas legitimandi in-
ceſtuoſos,baſtardos, adulterinos, & quoſcunque alios ille-
gitimè natos,Comes poterit legitimare etiam infantes pro
pter illa uerba,& quoſcunque alios illegitimè natos, quam
uis aliàs habens poteſtatem legitimandi ſimpliciter infan-
tes legitimare non poſſet: igitur ſi per illa uerba quibuſ-
cunque hæredib.extranei etiam hæredes in materia feuda-
li continentur,multo magis hoc erit dicendum,quando di-
ctum eſſet pro quibuſcunque ſucceſſoribus, cum ſucceſſo-
rum appellatio ſit generalior appellatione hæredum, ut ſu
pra dictum eſt.Ex quibus infero,quòd ſi appellatione quo-
rumcunque hæredum, ſeu quorumcunque ſucceſſorum
comprehenduntur etiam extranei hæredes, & ſucceſſores,
multo magis continebuntur filiæ hæredes,& deſcendentes
per fœminam argumento l.cum acutiſſimi C. de fideicom.
59 cum ſimilibus: † Quod præſertim in caſu, de quo agi-
tur dicẽdum eſt,cum mihi pro uerò præſupponatur, quòd
hic Marchionatus ſolitus eſt etiam ad fœminas, & deſcen-
dentes per fœminam tranſire, ueluti contigit in perſona
Catherinæ nuptæ Franciſco de Lupis,& prius in perſona al
terius Catherinæ auiæ, prout plenius probatum eſſe aſſeri-
tur: & licet feudum ſui natura ad fœminas, & deſcenden-
tes per fœminam tranſire non poſſit,tamen quando ad illas
tranſire conſuetum eſt,efficitur fœmininum, & ad deſcen-
dentes per fœminam tranſire poteſt,quia ſemel tranſmiſſi-
bile ſemper durat tranſmiſſibile, & ſemel effectum alienabi
le ſemper durat alienabile l.cum pater §.quindecim ff.de le
gatis 3.& in proprijs terminis iſtud uoluit Andr. Iſer. & alij
60 feudiſtæ in c.1.§. & quia qui feu. dare poſs. Nam † feu-
da, quæ ſunt in conſuetudine fundata, potius regulantur à
conſuetudine non ſolum generali, ſed etiam particulari,ut
61 in c.1. de feudi cognit. ¶Præterea † regulariter feu-
dum conditionatum,quale iſtud eſt iudicandum, ſi feudum
eſſe uolumus,dicitur tranſitorium ad fœminas, & deſcen-
dentes per fœminam, ſi ſint hæredes ultimi decedentis, ut
in c.1.§. ſimiliter de capita. qui curiam uendidit, & ibi ex-
preſsè habetur per dominum Præpoſitum, & ſequuntur
Bal. & Iacob. de Beluiſ. in §. quin etiam in titu. epiſco. uel
abba. & inter deſcendentes per fœminam maſculi ſemper
præferuntur,& illis non extantibus poſtea fœminæ admit-
tuntur,Bart.in l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi ff.de oper.lib. c.1.
§.quin etiam epiſc.uel abb.c.1.de eo, qui ſibi, & hæredi.&
62 gloſ.in c.1.§. ſimiliter il 1.de capit. qui cur.uend.& † hoc
caſu mulier debet per ſubſtitutum ſeruire, quamuis per ſe
ipſam iurare teneatur, Specula.in titu.de feud.§.quoniam,
63 uerſi.& primo quæritur: † & in multis aliis caſibus fœmi
na, & ab illa deſcendentes admitti ualent, & præſertim ex
pacto,prout iſtud uerificari poteſt attentis uerbis conceſſio-
nis, de quibus in caſu noſtro,ut in d.§.quin etiam, & in c.1.
de feu.fœm. & latè habetur per feudiſtas in d.§. ſimiliter.
¶Nec obſtat, quòd fœminæ, & deſcendentes per fœminã
ad feuda non admittantur,ut iam dictum fuit,quia reſpon
64 deo, † hoc uerum eſſe in feudis propriis, quorum natura
ex pacto alterata non reperiretur, ſecus ſi reperiretur alte
rata,maximè quando dictum eſſet, pro quibuſcunque hære
dibus,uel pro quibuſcunque ſucceſſoribus,uel pro hæredi-
bus ex eis deſcendentibus, quibus in caſibus etiam fœmi-
næ,& deſcendentes per fœminam continerentur, quæ ap-
pellatione deſcendentium ueniunt: item ſi hæredes extra-
nei ſub illis uerbis dicuntur etiam comprehenſi,magis ergo
debent dici uocatæ fœminæ, & ſui deſcendẽtes ad feudum,
quod non eſt proprium feudum, ſed abuſiuum argumento
d.l.cum acutiſſimi. Præterea & ſi fœminæ ad feudum non
admittantur,tamen admittuntur ad bona donata, quæ non
dicuntur uerè,nec ſimpliciter feudalia, ut quando conceſ-
ſio per uerba damus,concedimus,& donamus facta fuiſſet,
ut in caſu occurrenti per id,quòd uoluit Oldra.in d. conſil.
159.cuius doctrina eſt ferè ab omnibus recepta, ut dictum
eſt,& habetur per eum in conſi.172.Reuerende pater in 2.
colum.& conſi.170.in quæſtione &c. & in addit.ibi poſita,
& hoc modo reſpondet Alexan.in conſil.24.in fin.4.colu.
in 6.uolumi. qui etiam dicit non obſtare, quòd fœminæ re
pellantur ab exercitio, & uſu iuriſdictionis l.fœminæ ff. de
65 reg.iur.c.dilecta de maior.& obedien.quoniam † iſtud fal
lit in fœminis,quæ iure hæreditario,& tanquam hæredes in
caſtro, ſeu in dignitate aliqua habente annexam iuriſdictio
nem ex pacto,uel conſuetudine ſucceſſiſſent,ut in caſu no-
ſtro,in quo ex ui conceſſionis deſcendentes ita demum poſ-
ſunt admitti,ſi ſint hæredes ultimi deſcendentis propter illa
uerba pro hæredibus ex ipſis legitimè deſcendentibus, ad
not.per Barto. in l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi ff.de oper.liber.
& Alexan.ibi, & in l.quod dicitur poſt Barto.& Imol.ff.de
uerborum obliga.Bal.do.Andr.de Iſer.& alij feudiſtæ in c.
1.an agna.uel filius defuncti, Alex.in d.l.ſi patroni, & in d.l.
etiam cum alijs pluribus; & hæc reſponſio colligitur ex uer
bis Hoſtien.& Ioan. Andr.in c.dilecti extra de arbi. per id,
quod habetur in c.ex parte de priuileg. & per nota. in c. in
66 noua de pœniten. & remiſſio. ¶Adde, † quòd Papa,
& Imperator poſſunt etiam fœminis iuriſdictionem conce
dere, quando iſtud faciunt motu proprio, & ex certa ſcien
tia per gloſam,& alios in l.1.C.de mulieribus,& in quo lo-
co libro 10.puta concedendo iuriſdictionem alicui per uer
ba etiam apta comprehendere fœminas, & deſcendentes
per fœminam,ut contigit in caſu,de quo agitur,per iam di-
cta. ¶Nec aduerſatur id,quod dicebat Ruin.in d.ſuo con
ſilio 39.in 1.uolumine, quòd in terminis noſtræ conceſſio-
nis factæ à Carolo quarto illa uerba ab eis legitimè deſcen-
dentibus, quæ eſt qualitas adiecta hæredibus, debent intelli
gi repetita in perſonis comprehenſis ſequentibus uerbis,&
ſucceſſoribus quibuſcũque,ut intelligãtur de quibuſcũque
ſucceſſoribus ex eis legitimè deſcendentibus, nam quando
ſub eadem oratione comprehenduntur diuerſæ perſonæ
per copulam,&, ſi primis perſonis fuit certa qualitas adie-
cta,illa debet cenſeri repetita in perſonis ſequẽtibus, ſi uni-
formiter poteſt repeti, Bar.in l.ſeiæ §.caio ff. de fundo in-
ſtructo,& in l.in repetendis ff.legat.3.nec nõ in l.iulius pau
lus ff.de conditio.& demon.quia primo reſponderi poteſt,
quòd etiam ſi qualitas illa ex eis legitimè deſcendentibus
poſſet,ſeu deberet dici repetita per prædicta,& per ea uer
ba, quæ poſtea quaſi circa fin.conceſſionis continẽtur, quæ
67 ponderat pro ſe Ruin.in d.conſi.39.†tamen non diceren-
tur excluſæ fœminæ,& deſcendentes per fœminã, qui, &
quæ comprehenduntur appellatione legitimè deſcenden
tium,ſi natæ fuerint ex legitimo matrimonio,quia iſta uer-
ba legitimè deſcendentibus ſignificant legitimè nata per
glo.in uer.legitimè in c.raynaldus de teſta. & fatetur Ruin.
in d.conſi.39.in princ.6.col.& in d.conſi.36.lib.1.& ideò li
cet ſub illis uerbis,& quibuſcunque ſucceſſoribus ex eis le-
gitimè deſcendentibus penitus extranei non dicerentur cõ
tineri,quia in eis uerba illa uerificari non poſſent, tamẽ poſ
ſent comprehendi fœminæ, & deſcendẽtes per fœminam,
quæ,& qui continentur appellatione deſcendentium, ut ſæ
68 pius replicatum fuit. ¶Præterea † utrum illa qualitas ex
eis legitimè deſcendentibus adiecta hæredibus in mate-
ria feudali poſſit uniformiter repeti in ſequentibus perſo-
nis,ſatis dubito ĩ caſu noſtro,quia & ſi hæredes hoc eſt filij,
& deſcendentes per maſculũ poſſint dici legitimè deſcen-
dentes

69 dentes, †quoniam in materia feudali appellatione hæredū
ſimpliciter filij, & ex eis deſcendentes continentur d.c.1.
§.ſed diuerſum qualiter olim feu.aliena.pot.& in d. c. 1.§.
profectò de lege corradi,&not.in d.l.ex facto in fin.ad tre-
bell.tamen hæc qualitas legitimè deſcendentium nō poteſt
pariter conuenire comprehenſis ſub illis uerbis, & ſucceſ-
ſoribus quibuſcunque, quæ uerba dicuntur comprehende
re etiam hæredes extraneos,& legatarios,ut uoluit Bald.in
d.c.1.in prin.de prohib.feudi alienat.per Fede.nam extra-
nei hæredes,& legatarij non dicuntur legitimè deſcendere
ab illis,quibus fuit ab initio facta conceſſio,igitur malè con
ſiderauit Ruin.qualitatem illam ex eis legitimè deſcenden
tibus eſſe repetendam in perſonis comprehēſis ſub illis uer
70 bis, & ſucceſſoribus quibuſcunque; nam † quando quali-
tas non poteſt uniformiter repeti in ſequentibus per-
ſonis copulatiuè uocatis, tunc non fit repetitio per Bart.in
d.§.caio,& eſt tex.in l.fin.§.caio ff.de lega. 2.& per Bart. in
d.l.iulius paulus,&niſi poſtea fuiſſent uerba illa,& ſucceſſo
res legitimè deſcendentes,expreſſa in cōceſſione,dixiſſem,
qualitatem illam legitimè deſcendentes non debuiſſe, nec
potuiſſe repeti, nec adiungi uerbo ſucceſſoribus per præ-
dicta: Vnde poſito, quòd deberet intelligi de ſucceſſori-
bus legitimè deſcendentibus, tamen non uidentur excluſæ
fœminæ, & ab eis deſcendentes,maximè hæredes ultimi de
71 cedentis per prædicta: † Quinimmò non dicerentur ex-
cluſi hæredes extranei propter alia uerba appoſita ultra il-
la, hæredes, & ſucceſſores legitimè deſcendentes, intel-
ligendo,quòd intelligantur de quibuſcunq; ſucceſſoribus
legitimè deſcendētibus, nam adiecta fuerunt etiā hæc uer
ba,ſeu cauſam habentes ab eiſdem, quæ æquipollent illis
uerbis; & quibus dederit,ut ſtatim dicam. ¶ Præſupponit
72 etiam Ruin.in d.conſi.39.col.5.uerſi.reſtat &c. quòd †qua
litas poſita poſt omnes perſonas poſitas in una, & eadē ora
tione per copulam & debeat ad omnes perſonas referri, ſi
cut quando illa eſſet poſita in medio inter illas argu. l.3.§.
filius ff.de liber.& poſthu.& quamuis iſtud ſit in ſe uerum,
ut expreſsè uoluit Bar.in d.l.ſeia §.caio circa fin. tamen nō
fuit opus illud inueſtigare, cum in conceſſione illa qualitas
legitimè deſcendentibus expreſsè fuerit adiecta non ſolum
hæredibus,ſed etiam ſucceſſoribus, & expreſſum faciat ceſ
ſare tacitum l.cum filio §.filio ff.de uulga.& pupilla.
73 Sed † animaduertendum eſt etiam, quod illa qualitas, legi
timè deſcendentes, quæ fuit adiecta uerbo hæredibus, &
uerbo ſucceſſore in diuerſis partibus conceſſionis, alio, &
alio modo fuit adiecta, nā uerbo hæredibus fuit adiecta cū
illis uerbis, & ſucceſſoribus quibuscunque ſimpliciter, ut
detur intelligi,quòd ultra hæredes legitimè deſcendentes
conceſſio etiam fuit facta pro quibuſcunque ſucceſſoribus,
quorum appellatione etiam in materia feudali comprehen
duntur extranei, Bald. in d.c.1. in princ.de prohibita feudi
aliena.per Fede.ſed quando illa qualitas, legitimè deſcen-
dentes, adiecta fuit uerbo ſucceſſores ſimpliciter ſine illa
uniuerſali quoſcunque,iſtud non dicitur ſine miniſterio fa-
ctum,ut detur intelligi, quòd ita demū ſucceſſores,qui ſim
pliciter comprehenduntur appellatione ſucceſſorum, ut
ſunt ii, qui uniuerſaliter de iure prætorio ſuccedūt ad not.
per glo.in l.ſtipulatio iſta in prin.ff.de uerbo. obliga. & per
Imol.& Alex.in l.quod dicitur eodem tit. uocari, & com-
prehenſi ſunt,quando eſſent deſcendentes legitimi, quorū
appellatione comprehendi dicerentur etiā fœminæ,& de-
ſcendentes per fœminam ad effectum, ut illa uerba ſucceſ
ſores legitimè deſcendentes operentur aliquid ultra, quā
faciant uerba illa quibuſcunque hæredibus, uel melius quā
faciant uerba illa pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, quorum
appellatione continentur filij, & ex eis deſcendentes ma-
ſculi d.c.1.§.ſed diuerſū,&in d.c.1.§.profectò, & not. in d.
l.ex facto in fin.& faciunt ea,quæ in ſimili dixit Sozi.in cōſ.
257.in pen.col. Infertur igitur,quòd uirtute d. conceſſio-
nis in caſu noſtro propter uerba ſupradicta dicentur uoca-
ti non ſolum filij,& deſcendentes maſculi, & per maſculū,
ſi ſint hæredes,ſed etiam & deſcendentes per fœminam,im
mò,& hæredes,&ſingulares ſucceſſores extranei,ita demū,
ſi ſint legitimi,ſeu legitimè nati, quaſi Imperator Carolus
abhorruerit Marchionatum poſſe peruenire ad degeneres
homines,hoc eſt ad naturales,& baſtardos iuxta l.fin. C.de
natura. lib. & hoc propter nobilitatem, & dignitatem Mar
chionatus,ſeu feudi c.1.§.naturales cum ibi not.ſi de feudo
fuerit cōten.inter dominum, & agna.& plenè habetur per
Alex.poſt Imol.in l.ex facto §.ſi quis rogatus ff. ad trebell.
& per Alex.in l.3.in prin. 2.col.ff.de libe. & poſthu. & hac
ratione etiam forte illa qualitas legitimè deſcendētes adie
cta fuit uerbo ſucceſſores, & uerbo hæredibus in diuerſis
partibus conceſſionis. ¶ Et in quantum Ruin.in d. conſi.
39.in 5.col. conatur oſtēdere Ioannem Paulum hæredem
inſtitutum à Deyphœbo teſtatore non eſſe de uocatis ſub
conceſſione Caroli III. propterea quod ſi illa uniuerſalis
geminata quibuſcunque non fuiſſet expreſſa, ſed dictum
fuiſſet, pro ſe,& hæredibus,& ſucceſſoribus ex eis deſcen-
dentibus ſimpliciter, certè intelligeretur de maſculis de-
ſcendentibus, & non de fœminis, nec de deſcendentibus
ſuis etiam maſculis ſecundum Bar.in d.l.gallus §. etiam ſi à
parente per tex.in d.l.ex facto in fin.& in c.1.in §. hoc au-
tem notandum de his qui feu.dare poſſunt,ergo idem dicē
dum eſt in caſu noſtro,quando dictum eſſet pro hæredibus
legitimè deſcendentibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque;
ſane hæc ſubtilis conſideratio Ruini procedere forte poſ-
ſet, ſi eſſemus in conceſſione uerè feudali, in qua feudum
proprium conceſſum foret, propterea quod ad illud fœ-
minæ, & deſcendentes per fœminam admitti non poſſunt,
74 ut ſupra, † ſed cum ſimus in conceſſione, quæ dicitur con-
tinere ueram,& ſimplicem donationem, ac etiam in caſu,
quo fœminæ,& deſcendentes per fœminam admitti poſ-
ſunt, ut iam dictum fuit, ſequitur, quòd appellatione hære
dum,& ſucceſſorum extranei etiam dicentur continere, &
conſequenter etiam fœminæ,& deſcendentes per fœminā,
cum appellatione hæredum deſcēdentium poſſint contine
ri ſimiliter fœminæ,& ex eis deſcēdentes per Alex.in dicto
conſi.245.uolu.& Oldr.conſi.270.& conſi.272. Præterea
& ſi in caſu noſtro nō fuerit donatio ſimplex, ſeu feudalis,
non tamen propriè, cum natura feudi fuerit ex uerbis con
ceſſionis alterata,quo fit,ut dicatur eſſe feudū impropriū,
& abuſiuum, & ideò ſumus in caſu,in quo appellatione hæ
redum,& ſucceſſorum,& deſcendentium dicuntur contine
ri hæredes etiam extranei, & fœminæ;& ex eis deſcenden-
tes,ſi hæredes fuerint,prout fuit Ioā.Paulus, ex fœmina de
ſcēdentes per iā ſæpius dicta,& per Oldr.d.cōſ.272.cū aliis.
¶ Adde, quod Ruin.in d.5.colum.in uerſic.quia licet, uult
tollere,& remouere illam uniuerſalem geminatam quibuſ-
cunque, & præſupponere caſum, perinde ac ſi non fuiſſet
expreſſa,quod minimè admittendum eſt,cum in illa uniuer
ſali tota uis conſiſtat,quòd ea faciat hæredes extraneos, &
deſcendentes per fœminam comprehendi poſſe, ut uoluit
Bal.in d.c.1.in prin.de prohib.feu.alienan.per Federicum,
& dixi ſupra, & dato etiam, quòd illa uniuerſalis expreſſa
non eſſet adhuc non procederet conſideratio Ruini,ut pro
75 ximè dixi. Et † quòd in caſu dictæ conceſſionis, de qua
agitur,appellatione hæredum,& ſucceſſorum etiam legiti-
mè deſcendentium, iunctis aliis uerbis in dicta conceſſione
expreſſis,comprehendantur extranei hæredes,& deſcendē
tes per fœminam,qui aliàs ad feudum admitti non debent,
probatur ex illis uerbis, ſeu cauſam habentes ab eiſdem,po
ſitus poſt uerba in prædictos Marchiones, hæredeſque ſuos,
& ſuc-

& ſucceſſores ex ipſis legitimè deſcendentes: nam illa uer
ba,ſeu cauſam habentes ab eiſdem, æquipollent illis uerbis,
& pro illis, quibus dederit, quæ dicuntur alterare naturam
feudi,& facere feudum dici non habere propriam naturam
ita,quòd ſi eſſent expreſſa uerba,quæ in feudis ſolent com-
prehendere ſolum filios,& deſcendentes maſculos, puta di
cendo pro ſe,& ſuis hæredibus,ut in d.§.ſed diuerſum, & d.
§.profectò,ſub illis extranei hæredes contineri dicuntur, ut
eſt textus in c.1. circa finem ſi de feud. fuerit conten. inter
dominum, & agna. & in d.c.1. de feudo non habente pro-
priam naturam, quem text.ad propoſitum allegat Bal.in d.
c.1.in princi.de prohib.feu.alien.per Federicum in d.l.1.in
34.q.ff.de rerum diuiſione,ergo idem dicendum eſt in caſu
noſtro per illa uerba, ſeu cauſam habentes ab eiſdem, quæ
idem important, quod illa uerba, & quibus dederit, quo-
niam idem eſt dicere,& quibus dederit, uidelicet ex aliquo
titulo puta uenditionis,uel alterius contractus,quod eſt di-
76 cere,aut ab eis cauſam habentibus, nam † habere cauſam
nihil aliud eſt,quàm habere titulum,ut in l.ſi ego §. idem iu
lianus ff.de public.& huic conſiderationi non benè reſpon-
det Ruin.in d.conſi.niſi quòd inquit,Sozinum in conſi.257.
non rectè loqui,& contrarium tenuiſſe in d.l.gallus §.etiam
ſi à parente:ſed animaduertendum eſt, quia Sozi.in d.con-
ſi.loquitur de feudo conditionato, non autem de feudo im
77 proprio, & abuſiuo, cuius natura fuit alterata, † quæ dif-
ferunt inter ſe, & illa tanquam diuerſa ponunt Bald. & alij
feudiſtæ in prælud. feudo. ponentes ſub una diuiſione feu-
dum conditionatum,& non conditionatum,& ſub alia diui
ſione feudum proprium,& feudum improprium,& abuſi-
78 uum, de quo ultimo nos loquimur. ¶ Præterea † dum
Ruinus inquit, quòd feudum alteratum quoad quid non
deſinit eſſe feudum quoad alia, & quoad illa regulatur ſe-
cundum naturam feudi d.c.1.de feu. non haben. propriam
naturam,dico, quòd ſi natura feudi ſit quoad quid alterata
taliter, quòd in reliquis pluribus dicatur ſuam naturam re-
tinere ita,quòd magis aſſimiletur feudo, tunc fateor, quòd
de tali feudo iudicandum eſſet, ut de feudo ſimplici d.c.1.
argumento l.quæritur ff.de ſtatu hominum,ſed quando pro
maiori parte, & in pluribus natura feudi fuit alterata, tunc
de tali feudo non iudicatur, ut de feudo, ſed ut de contra-
ctu innominato, qui poſtea debet regulari ſecundum natu-
ram contractus nominati, cui magis aſſimiletur, ut iam di-
ctum eſt, argumento d.l.1.§.ſi quis ſeruum, & uerißimum
eſt,ut eſt de mente ſolemnis doctoris do. Præpoſi. in prælu.
feudo.in quarta differentia: Sed in caſu noſtro Marchiona-
tus cum iuriſdictione conceſſus non dicitur feudum, & ſi
eſt,dicitur improprium,quia illius natura eſt in multis alte-
rata,ita quòd non poteſt dici feudum ſimpliciter quoad no
men,quia donatio fuit,ad tradita per Oldradum in d.conſi.
159.cuius doctrinam ſequuntur doctores communiter, &
ipſemet Ruinus in ſuis conſilijs ſupra allegatis, & maximè
in conſi.38.illam ſequitur, uel ſaltem fuit homagium alte-
ratum, quod non dicitur eſſe feudum, ut ſupra tetigi: nec
non fuit alteratum quoad dominium, & iuriſdictionem, ac
merum,& mixtum imperium,quæ fuerunt omni modo ple
no iure, & plenariè tranſlata, ut ſupra: ac etiam fuit feudi
natura alterata quoad perſonas, ad quas ex forma conceſ-
ſionis Marchionatus tranſire poterat, & in alijs, de quibus
dixi, ergo de huiuſmodi conceſſione iudicandum eſt non
ut de feudo,ſed ut de donatione,uelut de contractu innomi
nato,qui magis aſſimilatur donationi d.l.nariſto,&d.§.ſi quis
ſeruum: quo fit, ut per illa uerba, aut habentes cauſam ab
eis dicantur comprehenſi, & uocati etiam hæredes extra-
nei,& deſcendentes per fœminam, quia non ſumus in feu-
do,etiam ſi aliqua feudi qualitas adſit, quia non obſtante in
caſu noſtro conceſſio debet dici alia, & diuerſa à feudo, ut

79 ſupra,& infra latius dicetur. ¶Et † quamuis uaſſalligium
propriè ſumptum ad fœminas non ſit ſui natura tranſito-
rium,tamen ſtante conſuetudine ad fœminas poteſt tranſi-
re,ut inquit Specula.in tit.de feudis §. quoniam 13.colum.
uerſicu.12.quæritur,ergo eadem ratione ex pacto ad fœmi
80 nas,& deſcendentes per fœminam tranſibit, cum † mate
teria feudalis reguletur à conſuetudine,& pacto, & utrun-
que à communi conſenſu proueniat l. de quibus ff. de legi.
iuncta l.1.ff.de pactis,Specula.in d.§.quoniam uerſi.2.quæ
ritur,& latè dixi ſupra, Oldra.in conſi.234. penultima co-
lumna c.1.in fin,de aliena.feu.c.1.in fin.quid ſit inueſti. c.1.
per quos fuit inueſtit.in c.1. per totum, & in rubro de his,
qui feu.dare poſſunt: ſed in caſu noſtro conceſſio Marchio
natus non ſolum ex conſuetudine, ut dictum fuit, ſed etiam
ex ui conceſſionis eſt tranſitoria ad omnes hæredes,etiam ſi
fœminæ,uel deſcendentes per fœminam fuerint, ſaltem ſi
ſint hæredes ultimi decedentis,qui feudum tenebat, argu-
mento eorum,quæ uoluit Sozi.in l.ſi cognatis in ultima co-
lumna ff.de rebus dubiis ex eo, quia huiuſmodi cōceſſio fuit
ſimplex donatio,ut latius dictum fuit,uel ſaltem feudalis im
propriè,et abuſiuè,et potius quidam contractus innomina-
tus, ergo ad hæredes, etiam ſi ſint per fœminam deſcenden-
tes, poteſt tranſire, quia uerba non repugnant, ſed potius
applaudunt,& pacta,& qualitates expreſſæ in conceſſione
non aduerſantur, igitur &c. ¶Nec refragatur, quòd in
conceſſione interuenerit iuramentum fidelitatis, quod ſo-
let feudis conuenire, niſi per pactum fuerit remiſſum, ut in
c.1.in fin.per quos fiat inueſtitura cum tit.ſequen.& ſeque.
81 Quia reſpondetur, quod † iuramentum fidelitatis non di
citur eſſe ſignum feudi neceſſarium,ut eleganter uoluit Bal
dus in conſi.279. pridie conſului in 3.colum. lib.3. ſecun-
dum impreſſionem antiquam, & ſecundum recentiorem
227.lib.1.cum illud etiam præſtetur à quolibet ſubdito ſuo
ſuperiori, & in primis ab ipſo Imperatore ipſi Papæ, ut in
clementi.romani de iureiuran.ſimiliter prælati, & rectores
eccleſiarum iurant in manibus Papæ, uel ſui ſuperioris, &
epiſcopi c.ego extra de iureiuran.& eſt tex.not.cum gloſ.in
c.de forma 22.q.5. ubi eſt melior glo.quàm ſit alibi in iure,
& alia ferè ſimilis gloſ.eſt in c. tibi domino 64.diſtinctio. &
in d.c.1.in fi.per quos fiat inueſt.Oldrad.in conſi.159.2.co-
82 lum.& in conſil.231. † argumentatio enim à ſignis acci-
dentalibus non arguit de neceſſitate quid eſſe tale,ut inquit
Oldra.in d.conſi.159.2.colum. argumentatio uerò à ſignis
ſubſtantialibus benè neceſſario infert,ut eſt inſtitutio hære
dis in teſtamento,quæ facit teſtamentum eſſe, & non codi-
cillum dici,ut in l.non codicillum C.de teſtamen.§.ante hæ
83 redis inſtitut. de lega. & † in feudo inueſtitura dicitur ſi-
gnum neceſſarium feudi,ut in c.1.§.fin.de feudi cognitio-
ne:Sed in caſu,de quo agitur,in hac conceſſione non appa-
ret de aliqua inueſtitura facta de dicto Marchionatu pro-
priè,uel abuſiuè,ut per porrectionem haſtæ, uel bireti, aut
anuli, uel alterius rei corporeæ dictis Marchionibus facta,
argumento c.cum dilectus extra de conſuetudi. et in c.1. in
princ.quid ſit inueſti.nec etiam primo modo per poſſeſſio-
nem iuxta ea,quæ uoluit glo.in d.c.1.in fin.de feudi cogni-
tione,& in d.c.1.quid ſit inueſtitura,ergo &c. Et licet appa
reat dictos Marchiones habuiſſe poſſeſſionem, uel quaſi
Marchionatus, & iuriſdictionis, tamen ex hoc non infer-
84 tur,quòd facta fuerit inueſtitura,quia † mediante poſſeſ-
ſione dicitur facta inueſtitura, quando in conceſſione, uel
tempore conceſſionis apparet factam fuiſſe per dominum
immiſſionem in poſſeſſionem, uel datam fuiſſe licentiam de
ingrediendo poſſeſſionem rerum per pactum conſtituti in
ipſa conceſſione appoſitum, iuxta quæ habentur in l.ab em-
ptione ff.de pactis, per Bartolum in l.quoties C. de rei uen
dica.& per Bartolum in l.interdum, & in d.l. quod meo in
fin.ff.

fi.ff.de acq.poſ.ſi aliis:& hoc modo intelligi debet tex.in d. c.1.quid ſit inueſtit.ut in indiuiduo declarat glo. in uer.niſi in d.c.1.de feu.cognit.dum inquit,pura,quòd dominus iuſſerit uaſallum ire in poſſeſſionem,uel illam actualiter tradiderit,uidelicet uerè,uel fictè,ut in indiuiduo eſt tex. notab. qui declarat,qualiter poſſeſſione inueſtitura fieri cenſetur, in d.c.1.quæ proximæ dicta non côueniunt huic ſpeciei, cũ ante Carolum.iiij.& illius conceſſionem iam diu prædeceſſores Vgolotti,& Raymondini,quibus Carolus côceſſerat, fuerint in poſſeſſione dicti marchionatus, & illum pro ſuo tenuerint,ut in facto mihi præſupponitur.Aduerſatur tamẽ tex.in c.1.qui.mod.feud.conſt.poteſt,ubi ex licentia de ingrediendo poſſeſſionem rei feudalis non dicitur facta inueſtitura,ſine qua feudũ non dicitur. Sed dicendum eſt,quòd
85 † aut in ipſa conceſſione, & illius tempore res tradita fuit, uel data fuit licentia de ingrediendo poſſeſſionem, & tunc dicetur facta inueſtitura glo.in d.c.1.in fin.de feud.cogni. & hoc modo debet intelligi tex.in c.1.in prin.de conſuet.recti feudi, aut uerò poſt factam conceſſionem ex interuallo dominus dedit licentiam de ingrediendo poſſeſſionem, & tunc illa non dicitur inueſtitura, nec habet uicem inueſtituræ d.c.1.quib. mod. feudum conſt. poteſt,niſi ex interuallo præſentibus paribus curiæ ad hoc uocatis dominus licentiã dediſſet,ut in d.c.1.in prin.de côſuet. recti feud.In caſu autem occurrenti neutrum iſtorum interuenit,& qui hoc dicere uult,probare tenetur,d.c.1.in prin. & præterea iã diu ante marchionatus,ut dictum eſt,tentus,& poſſeſſus fuit, ergo feudum non dicetur eſſe,ſed potius alia conceſſio,ut donatio,& homagium perſonale,quod non dicitur eſſe feudũ propriè,nec impropriè,ut dixi ſupra,nec expoſcit inueſtiturã,cum non fiat reſpectu rei datæ,ſed potius reſpectu protectionis,& defenſionis perſonæ, & bonorum ſuorum iam diu poſſeſſorum,ut colligitur ex iis,quæ dom.Præpoſitus in prælud.feud.20. col. & alij moderni dicunt poſt Specul.in
86 tit.de feud.in §.quoniam.¶Addo,quòd † in donationibus, quas facit Imperator de caſtro,uel de marchionatu, cũ uicem legis obtineant,non requiritur inueſtitura Andr. Iſer. in c.1.quib.mod.feudum conſt.poteſt in 2.col.Cum ergo ſimus in donatione,nil mirum, ſi non fuit neceſſaria inueſtitura aliqua.¶Prædictis etiam non contrariatur,quòd in côceſſione prædicta Caroli quarti marchiones uocentur uaſalli,ibi,ut ob hoc uaſalli, & homines ligij effici mererentur
87 tur &c.& † uaſallus eſt is,cui feudum conceditur, hinc dicitur feudatarius,ut in rubro,& nigro ſi de feudo fuerit conten.inter dom.& agnat.cum aliis,quia reſpondetur, quòd
88 † propriè, & ſtrictè uaſallus dicitur, qui habet, ſeu retinet feudum propriè,& uerè ſumptum,ut ſupra,ſed largè,& impropriè uaſallus dicitur omnis ſubditus,qui fidelitatem ſuperiori iurare tenetur ratione fidelitatis promiſſæ, ut ſunt plures,qui non dicuntur feudum habere in d. c.de forma, & in d. c.ego de iureiuran. & in d.c.tibi domino cum gloſ. ſicut feudum dicitur proprium,& uerum,quod propriam, & originalem feudi habet naturam, feudum uerò impropriè, & abuſiuè, quod non dicitur feudum ſimpliciter,ſed potius alia conceſſio,& contractus,ut iam dictũ eſt. Et ideò propriè uaſalli dici non poſſunt,ut notabiliter oſtendit Oldradus in d.conſi.272.reuerende &c. col.2. Hinc uaſalligium appellatur illud,quod dicitur homagium etiam perſonale per Specu.in d.§.quoniam, & per moder. in prælud. feud.& tamen iſtud homagium non dicitur eſſe feudum,ut plenius ſupra dixi. Appellati igitur fuerunt uaſalli impro-
89 priè in hac conceſſione ratione præmiſſa:& †quòd uaſallus dici poſſit abſque eo,quòd rem in feudum à domino,& ſuperiore habuerit,expreſſè innuit ſummus feudiſta And. de Iſer.in c.1.col.5.quib.mo.feu.amit.in uer.ex hoc quæritur. ¶Non refragatur noua conſideratio Rui.in d.conſ.in prin.

5.col. quòd ſicut per uerba illa conceſſionis legitimè deſcẽdẽtibus uoluit excludere etiã filios legitimatos,qui ſunt magis dilecti arg.d.c.1.§.naturales,iũcta l.generaliter §.fin autem ff.de condi.inſti.ita debet eodem modo dici, quòd dñs concedens uoluerit excludere filias,& deſcẽdentes per fœminam,& magis hæredes extraneos natos etiã ex legitimo matrimonio,& conſequenter ſicut dominus concedens ſe conformauit cum iure feudorum excludendo filios legitimos tantum,hoc eſt adoptiuos,ac etiam proprios filios naturales,ſeu baſtardos legitimatos,ita debet fieri interpretatio,ut ipſe dominus concedens etiam uoluerit ſe cum iure feudorum conformare in expellendo fœminas,& ab eis deſcendentes, qui ſecundum iura feudorum regulariter non admittuntur:Quia huic inueſtigationi facilis eſt reſponſio,
90 primò, † quòd motiuũ procederet,qñ conceſſio fuiſſet feudalis, & propriè feudum contineret, ſecus ergo in caſu noſtro,in quo fuit ſimplex donatio,ut tenent doct.cômuniter, ut dixi,à quorum ſententia non eſt in conſulendo, & iudicãdo recedendum Io.And.Abb.& alij in c.1.circa fi. extra de conſtit.Secũdo procederet,qñ eſſemus in dubio,utrum ſub conceſſione eſſent etiam comprehenſæ fœminæ, & deſcendentes ſui, ſed in hac ſpecie ex uerbis conceſſionis clarè côſtat fœminas eſſe comprehenſas,& ſuos deſcendentes, immò etiam extraneos,dummodo ſint legitimè nati, igitur in incertis,& non in certis locus debet eſſe coniecturis l.con-
91 tinuus §.cum ita ff.de uerb.obli. Tertio rñdetur,quòd † facilius legitimati,uel legitimi tantum à feudo excluduntur, ut in d.c.1.§.adoptiui,& in §.naturales ſi de feu.fuer.conten.inter do.& agna.quàm fœminæ,& deſcẽdentes per fœminam,& tanto magis,quando ex uerbis conceſſionis comprehẽſi cẽſentur,quia illa ratio,qua legitimati excludũtur, uidelicet indignitas,& infamia talium perſonarum,quæ dicuntur,& appellantur degeneres per Alex.in d.l.3.in prin. 2.col.ff.de liber.& poſth.& arg.l.fi.in fin.uer. C.de natur. lib.non militat,nec habet locum in fœminis,& deſcendentibus ſuis legitimè natis: & ideò diuerſum debet eſſe ius c. per uenerabilem qui fil.ſint legi.l.inter ſtipulantem §.ſacrã uerſ.ſed hæc diſſimilia ff.de uerb.obli.ſi ergo propter nobilitatem,& dignitatem feudi,maximè quando ſonat in dignitatẽ iuxta tex.in c.1.de feudo marchiæ,filij naturales etiam legitimati à feudo excluduntur d.§.naturales,nõ tamen debent excludi filiæ fœminæ, & ſui deſcendentes, qualis fuit Io.paulus hæres inſtitutus à Deyphœbo,& qualis eſt Deyphœbus iunior filius dicti Ioan.pauli,& ex his Ruini fundamentum ceſſare uidetur. ¶Et ſi quis diceret,quòd præferẽdus eſſet Bonifacius Aldigerius, qui quoad primum accipientem erat per fœminã in octauo gradu ſecundum ius ciuile,& Io.paulus de Lupis per fœminam erat in nono gradu,& ſic in remotiori c.1.§.hoc quoq; ſciendum de his,qui feu.da.poſ.quia Raymôdino in marchionatu ſucceſſit Guido abauus Franciſci,à quo præfati Io.paulus, & Bonifacius deſcenderunt,nã Bonifacius fuit dicti Frãciſci pronepos,& Io.paulus illius fuit abnepos,ut ex forma,& deſcriptione ar-
92 boris exhibitæ apparet,rñderi pôt,quòd † in huiuſmodi ſucceſſionibus, ad quas plures ſunt uocati ordine ſucceſſiuo per nomen collectiuum pluriũ graduũ,& perſonarũ,ut per nomẽ hæredes,uel deſcẽdentes, tũc ſemper proximiores ultimi decedẽtis,& nõ primi anteceſſoris cẽſentur uocati, & aliis ſunt præferendi,ut uidetur probare tex.in l.cũ ita §.fideicômiſſo ff.de leg.2.cũ glo.& latè iſtud côprobat inſignis præceptor meus Barthol.Sozin. in l.ſi cognatis col. penult. ff.de reb.dub.qui dixit hoc fuiſſe de mente Bar.in l.te coniũcti in pen. col.uerſ.tertio quæro ff.de leg.3.& hanc opinionem ueriorem corroborat infinitis auctoritatibus,iuribus,& rationibus,& ultra allegata per eũ idem fuit de mente Roma.in conſi.22.in ult.dub.ac etiam iſtud latè examinat, &

ut ſupra,concludit idem Sozi.in conſil.249.& facit, quod uoluit Io.And.in addi.ad Spec.in tit.de feu.§.2.in uer.tor. ſed reſpectu ultimi marchionis Deyphœbi antiquioris,qui dictum marchionatum tenuit,& poſſedit, & de eo teſtatus fuit,hærede inſtituẽdo Io.paulũ,ipſe Io. paulus dicitur proximior,quã ſit Bonifacius,& ab inteſtato tanquã proximior ſucceſſiſſet,quia quoad eũ Io.paulus dicitur in quarto gradu ſecundũ ius ciuile,Bonifacius uerò in quinto gradu,itẽ
93 † Ioan.paulus fuit hæres teſtamentarius d. Deyphœbi antiquioris,& non Bonifacius, ergo in dicto marchionatu Ioã. paulus debuit præferri non ſolum tanquã proximior Deyphœbi,ſed etiã tanquam eius hæres ex teſtõ, ut eſt de mẽte Oldr.in conſ.272.iam allegato,& in cõſ.270.in quæſt.&c. & in addit.ibi poſita, quia cũ ex forma conceſſionis uocati fuerint deſcendentes hæredes,& ſucceſſores,ut iam dictum fuit,ſequitur,quòd non potuit aliquis admitti ad dictũ marchionatũ,niſi fuerit proximior,& hæres Deyphœbi ultimo defuncti,nam hæc qualitas hæredis adeſſe debet in eo,qui uult admitti ad tradita per Bar. & alios in d. l.ut iuriſiurãdi §.ſi liberi ff.de ope.liber.& per Imo.& Alex.in d.l. quod dicitur ff.de uerb.obl.cum aliis ſ.alleg.& per Iaſ.in conſi.57.
94 in 1.uol.& † quãuis in materia feudali,& in ſucceſſione feudi Bal.in conſ.3.lib.1.quod fuit conſ.Cald. contrariũ ſenſerit,quòd præferendus ſit is,qui dicitur proximior reſpectu primi acceptoris,tñ uerius indiſtinctè uidetur eſſe id, quod Sozi.in locis alleg.& Rom.in d.conſ.22.dixere,ut in materia feudali uelle uidetur Io. And.in loco proximè allegato. Præterea,ut concluſum eſt ſ.,nos non ſumus in conceſſione feudali, ſed in donatione ſimplici, ut colligitur ex uerbis illud importantibus,ac etiã ex natura conceſſionis, & ex pactis aduerſantibus naturæ feudi, igitur in illa locũ habebit doctr.Sozi.& aliorum ſ. nominatorum. ¶ Et ex his proximè relatis, & aliis ſæpe reiteratis tollitur aliud fundamentum Rui.in d.conſi.col.6.uer.ſecundo principaliter,ubi ipſe præſupponit conceſſionem,de qua nos diſputamus, fuiſſe feudalem,& ſecũdum naturã feudi eſſe regulandam, ut fœminæ,hoc eſt ſorores Deyphœbi antiquioris in hoc marchionatu Soraneæ ſuccedere non potuerint, ne ex hoc contingat duo inconuenientia contra regulas feudi ſimul cõcurrere,quæ conſiderat Bal.in d.c.1.§.donare,in perſona uxoris:Quia primum eſt falſum,cum ſimus in donatione, & cõceſſione facta ex liberalitate Caroli.iiij.quæ latiſſimè interpretanda eſt c.cum dilecti de dona.l.fi.ff.de conſti.prin.non autem in conceſſione feudi,& ideò non ſolum maſculi, ſed etiam hæredes fœminæ ſuccedere potuerũt non modo ex natura conceſſionis,ſed etiam ex ui uerborum ipſius, & ex conſuetudine,ut ſæpè dictum fuit.Præterea & ſi aliquo reſpectu feudum dici potuit,tamen alterata fuit eius natura, ut ſupra:Tertio quãuis ſorores ex illo duplici inconueniẽti non debuiſſent admitti,tamen deſcendentes ex eis maſculi debent poſſe admitti,ſi hæredes fuerunt,prout fuit Ioã.paulus hæres inſtitutus à Deyphœbo,qui ſub uerbis conceſſionis,ut ſ.ponderatis dicitur comprehenſus,non attenta natura feudorũ,quæ fuit alterata;ac etiam quia ſumus in conceſſione donationis,in qua natura feudi non conſideratur, quicquid dixerit Rui.ibi,& ſic ſumus in caſu, in quo nõ poſſumus arguere de tex.in l.ſi uiua matre C. de bonis mater. ¶ Non aduerſatur illud,quod tertio loco dixit Ruin. principaliter in d.conſi.iu 7.col.ibi tertio &c.quia & ſi aſſumptũ
95 ſuum uerum ſit,ut ſupra præſuppoſui,quòd † ad marchionatum admitti non poſſint,niſi deſcẽdentes illi, qui ſunt hæredes,propter illã qualitatem adiectam hæredibus per ea, quæ allegaui,& quæ uolũt And.de Iſer.in c.1.§.hoc quoq;, & ibi Bal.de ſucceſ.feu.& in c.1.qui ſucceſ.tenẽã.& in c.1. an agna.uel fil.& Iaco.de Belui.in c.1.de eo,qui ſibi,& hæred.& latius per Alex.in conſi.x.ponderatis &c.uel.3.& in conſi.55.peſpectis &c.eo.lib.tñ falſum uidetur,quòd Ioan. paulus non fuerit,nec potuerit hæres eſſe Deyphœbi antiquioris,nam quoad ſucceſſionem ab inteſtato ipſe fuit proximior in gradu,quàm fuerit Bonifacius,ergo etiã ab inteſtato debuit Ioã.paulus ipſi Bonifacio præferri,quo uerò ad ſucceſſionem teſtamentariam ipſe Io.paulus debuit præferri,quia à Deyphœbo fuit hæres in teſtamẽto ſuo inſtitutus, & ſufficit, quòd hæc qualitas hæredis interuenerit in perſona illius,qui fuit hæres Deyphœbi ultimi tenentis marchionatum.Et quoniam Ruin.in hoc,quod Io.paulus nõ fuerit, nec potuerit eſſe hæres Deyphœbi, magnum facit fundamentum,ideò aliqualiter eſt in hoc inſiſtendum, nam, ut ſ.
96 dictum fuit, † non ſolum hi,qui hæredes ſunt, admitti poſſunt,ſed etiã hi,qui hæredes non eſſe dicuntur, dũmodo ex aliquo titulo ſingulari ad marchionatũ uocati fuerint, Primo,quia non ſolum hæredes,& deſcendentes, & ſucceſſores uocati fuerũt, ſed etiam ſucceſſores quicunq;, ibi & ſucceſſoribus quibuſcunq; ſine illa qualitate deſcendentibus, quoniã omnia iſta uerba his modis diuerſis expreſſa de per ſe fuerunt,ut detur intelligi,quòd non ſolum deſcendentes hæredes,uel deſcendentes ſucceſſores, ſed etiã quicunque ſucceſſores,quorũ appellatione comprehenduntur etiã extranei ſucceſſores,uocati fuerunt,& admitti poſſunt ad hoc, ut ultra illa uerba hæredibus ex eis deſcẽdẽtibus illa uerba immediatè ſequẽtia,& ſucceſſoribus quibuſcunq; nõ eſſent ſuperflua,ſed aliquid operarẽtur,ut in ſimili inquit Sozi. in in conſi.257.col.pen.& latius ſ. uerum eſſe demonſtraui,& habetur per Sozi.in d.conſi.14.inter conſi.Bruni. Secundo
97 † quia ultra illa uerba hæredibus ex eis deſcẽdẽtibus,& ſucceſſoribus quibuſcunq;,ac etiã ultra illa hæredes, & ſucceſſores ex illis deſcendentes fuerunt in cõceſſione adiecta ea quoq;,ſeu ab eis cauſam habentes,quæ dictio ſeu ſtat augumentatiuè l.ſi quis ita legauerit uerſi.de hoc,l. quintus §.fi. & l.uxori ff.de aur.& arg.leg.l.ſeiæ §.caio ff.de fund. inſtru. & l.cum quidam C.de uerb.ſig.ibi,ſeu tutelarum: quæ uerba,ſeu cauſam ab eis habentes idem ſignificant,quod illa,& pro quibus dederit,ut ſupra ſæpius dictum eſt, & quando ſunt prolata poſt illa uerba, ſuis hæredibus,uel poſt illa, ut ipſe,& ſui hæredes maſculi,ac etiã fœminæ, ut aliquid operentur ultra prædicta,ſignificant,& comprehendunt etiam extraneos,qui uel per teſtamentum,uel per contractum eſſent uocati,illis uendendo,uel alio titulo rem tradendo, ut in d.c.1.de feudo non haben.prop.nat.ibiq; do.feudiſtæ,ergo & in caſu noſtro per illa uerba,ſeu ab eis cauſam habentes dicentur eſſe uocati extranei,qui uel ex teſtamento, uel ex alio titulo ſingulari eſſent inuitati. ¶ Nec eſt uerum id, quod præſupponit Ruin.quòd Io.paulus non potuerit ex teſtamento Deyphœbi ſuccedere, quia de aliquo teſtamẽto ſaltem ualido non conſtat,cum ſcriptura, quæ pro teſtamẽto producitur,non ſit publica,ſed priuata,quæ fidem non facit l.exemplo C.de probationib.& quamuis dicatur, quòd is,qui illam ſcripturam fecit,notarius fuerit, tamen ex quo erat forenſis, & non matriculatus in collegio notariorum Parmæ, ex forma ſtatutorum dictæ ciuitatis Parmæ non potuit rogari,nec ſcribere teſtamentum, & ſi illud ſcripſerit, non ualuit: quoniam pro reſponſione dico, quòd licet ille, qui teſtamentum ſcripſit, fuerit notarius forenſis, & de territorio alterius ciuitatis,& non Parmæ, tamen potuit de iure in terra Soraneæ teſtamentum ſcribere, & ſcripturæ illius tanquam publicæ fides eſt adhibenda, nam terra,ſeu marchionatus Soraneæ dicitur habere territoriũ ſeparatum à territorio ciuitatis Parmæ, quia Carolus quartus dictum marchionatum, ſeu terram Soraneæ exemit cũ eius territorio,& cum hominibus,rebus, & poſſeſſionibus, & perſonis ab omni iuriſdictione,& territorio Parmæ, non ſolum quoad cauſas ciuiles,ſed etiam criminales,& ab omnibus

nibus,& quibuſcunq; iuribus dictæ ciuitatis,recipiẽdo,&po
nendo dictum marchionatũ cum oĩbus aliis ſuis pertinẽtiis
ſub ſua protectione,illumq́; cum omnibus iuribus,& perti-
nentiis,& iuriſdictionibus transferendo in dictos marchio-
98 nes,cum omni iuriſdictione alta,& baſſa,† per quæ uerba in
ipſos cenſetur tranſlatũ omne imperium, & totalis iuriſdi-
ctio,omneq́; ius,quod habebat Imperator tẽpore conceſſio
nis,adeò quòd non dicitur conceſſum feudum,ſed domina
tura,ut utar uerbis Oldr.in conſ.273,item damus &c. quia
diuiſio,& ſeparatio marchionatus Soraneæ cũ perſonis,re-
bus,& territorio à iuriſdictiõe ciuitatis Parmæ expoſtfacto
recepta,&approbata fuit ab illuſtr.Ioan.Galeatio legitimo
Duce Mediolani de anno 1477. quò fit, ut dicti Marchio-
nes,& homines huius marchionatus fuerint,& ſint etiã pe-
nitus exẽpti à ſtatutis ciuitatis Parmæ, nec ad illorũ obſer-
uãtiam in rebus,actibus,& geſtis ſuis teneantur,quia ſi iuriſ-
dictioni,ſeu imperio ciuitatis Parmæ non ſunt ſubiecti,nec
99 ſtatutis illius pariter ſubiecti ſunt,nam † ſtatuere,& iuriſdi-
ctionẽ exercere à pari procedunt,ita quòd qui nõ poteſt in
aliquos iuriſdictionẽ exercere , ſimiliter non poſſit illos ſuis
ſtatutis ligare c.2.de conſtit.in 6.& ſcrib.cõiter, ubi plenè
dixi in c.1.extr.eo.tit.Bar.& alij in l.omnes populi ff.de iuſt.
& iur.& faciunt not.per Oldr.in d.cõſ.273. qui loquitur in
caſu,quo res cũ oĩ iuriſdictione alta , & baſſa cõceſſa eſſet.
¶ Nec aduerſatur,quòd conceſſio,donatio,& exẽptio præ-
dictæ non fuerũt intimatæ,& patefactæ regẽtibus ciuitatẽ
Parmæ,prout in dictis literis Caroli cõtinebatur,& ideò ad
huc,maximè tẽpore facti teſtamenti à Deyphœbo , ciuitas
Parmæ potuit iuriſdictionem in homines,& marchiones di
ctæ terræ exercere,& cõſequenter ſuis ſtatutis illos ligare,
arg.eorum,quæ in ſimili habẽtur in l.3.C.de noua.cũ ſimi.
100 quia reſponderi põt,quòd † ex quo iam præteriti ſunt anni
ducẽti à die conceſſionis factæ dictis marchionibus,qui iam
diu ſe pro marchionibus uirtute dictæ cõceſſionis geſſerũt,
ex tã longa tẽporis diuturnitate non ſolum præſumitur fa-
cta huiuſmodi intimatio , ſed etiã uerè debet dici facta per
ea,quæ uolunt Alex.& cõiter alij poſt Bar.in l.ſciendum ff.
de uerb.obli.& in l. qui in aliena,ubi Alex.ff.de acq.hære.&
plenè habetur per.Moder.in c.albericus de teſti. & plenius
in c.ſicut extr.de re iudi.hoc.n.tẽpus, de cuius initio nõ exi
ſtit memoria in contrariũ,quale eſt,qñ excedit tẽpus cen-
tum annorum,& ultra,habetur pro titulo,& conſequenter
pro intimatione,& ſupplet illud omne,quod actualiter fie-
ri debebat,ut in l.hoc iure §.ductus ff.de aqua quoti.& æſti.
c.ſuper quibuſdam §.præterea cum glo.extra de uerb.ſign.
optimus eſt tex.in c.1.in fi.cum aliis ibi alleg.per gl. de præ
ſcript.in 6.¶ Vltra prædicta ex oppoſito magnum fit funda
mẽtum ſuper quodam ſtatuto Parmæ diſponente , quòd ſi
aliqua hæreditas ex teſtamento, uel ab inteſtato delata fuit
mulieri,quæ nupta eſſet,uel nubi uellet forenſi extra iuriſ-
dictionẽ Parmæ,illã habere,& conſequi nõ poſſit,ſed acqui
ratur proximioribus maſculis, ſiue fœminis morãtibus in di
cta ciuitate,uel territorio,& idẽ intelligatur de deſcenden
tibus ex talibus mulieribus,qui non ſint de ſuppoſitis iuriſ-
dictioni Parmæ,qualis eſt Ioan.paulus hæres à Deyphœbo
antiquiore inſtitutus:& quãuis tempore dictæ conceſſionis
Caroli illud ſtatutũ non eſſet in rerum natura,cũ fuerit con
ditum longè poſt,& uideretur non debere ad caſus præteri
tos trahi,prout ex alio ſtatuto Parmæ cautum eſt,& dicitur
eſſe de iure cõi c.2.& fin.extra de conſtitu.ubi latè habetur
per ſcribẽ.& per Alex.in conſ.151.uol.2.tamen do.Carol.
Ruin.in d.cõnſi.39.col.12.uerſ.& prædictis reſpondet pri
mo,quòd Carolus iiij. non potuit ad præiudicium ciuitatis
Parmæ,& ſuæ iuriſdictionis eximere dictam terrã , ſeu mar
chionatũ,& homines illius à iuriſdictione Parmæ, quoniam
ciuitas Parmæ eſt de connumeratis in pace Conſtãtiæ, qui
101 bus ſeparatim iuriſdictio data,& reſeruata fuit:† quã pacẽ,
& cõſtitutiones,atq; obligationes in ea factas Imperatores
obſeruare,& manutenere perpetuo debuerunt,nec illis cõ
trauenire poſſunt etiam hodie c.1.extra de prob. ut uoluit
Bal.in c.1.de pace conſtã.in uer.per xxx.annos, & in d.c.1.
de proba.& in l.digna uox C.de legi.idemq́; ſenſit Bar.in l.
imperium ff.de iuriſd.om.iud.& in l.1.ff.de dam.infec. & ha
betur per Sozi.in conſi.164.col.7.uerſ.ſecundus caſus:Sed
quicquid Ruin.dixerit,cõtrarium uerius eſſe puto, maximè
in caſu,de quo agitur, & in primis hoc in indiuiduo tenuit
Bal.in conſ.300.ad euidentiam in 2.lib.qui loquitur de pri
uilegio Caroli iiij.ſuper quo nos diſputamus,& Bal. ipſe in
c.1.de natu.ſucceſ.feud.in hoc ſibi contrarius uoluit,quòd
licet pax Conſtantiæ perpetua fuerit,tamen obligationes,
& promiſſiones , quas Federicus Imperator in dicta pace
ſeruare pollicitus eſt Parmæ , aliiſq́; Lõbardiæ ciuitatibus ,
fuerint ad tempus xxx.annorum tantum limitatæ, atque re
ſtrictæ,ut ex uerbis dictæ pacis colligitur , dixit enim, quòd
non obſtãte pace Conſtãtiæ Imperator potuit,& hodie po
teſt poſt xxx.annos à die pacis initæ concedere, & donare ,
uel infeudare unum,uel plura caſtra alicuius ciuitatis Lom
bardiæ,cui uoluit,in illum transferendo iuriſdictionem , &
caſtra illa eximendo à iuriſdictione ciuitatum : & hanc opi
nionem uti ueriorem ſequutus fuit Alex. pater ueritatis in
conſi.1.in 5.uol.& optimè cõſonant uerba dictæ pacis, qui
bus Federicus Imperator uoluit pacem illã eſſe perpetuã :
quando autem ipſe Imperator iurauit, promiſit omnia ſu-
pradicta attendere à Calendis Maij uſq; ad xxx.annos:quæ
uerba ultima ſunt referenda ad promiſſiones,& pacta par-
ticularia in dicta pace appoſita. Pax ergo fuit perpetua ,
ſed promiſſiones,& pacta particularia fuerunt temporalia.
102 Præterea † tempus xxx.annorum dicitur eſſe perpetuum,
inſti.de perpẽ.& temp.act.uel uſq; ad tertiã generationem
gl.in §.perpetua x.q.ij.& in auth.ſi quas ruinas C.de ſacroſ.
eccle.Et hæc interpretatio ſana uidetur, ne Federicus in di
cta pace Conſtantiæ ſibi cõtrarius dicatur, uel quòd ibi uo
luerit ſtatim ſe corrigere, contra l.nam ad ea ff. de condi.&
demon.Et hoc expreſſè uoluit Bal.cõſulẽdo ſuper iſto mar
chionatu in conſi.300.lib.3.ſecundũ nouã impreſſionem ,
quod conſilium omnino inſpiciatur,et ego hanc opin.con
ſulẽdo ſemper ſequutus fui,fretus auctoritate Bal.et Alex.
in locis prædictis,quoniã non dubito conſulere,quando ha
beo pro me ſententiam Bar.uel Bal.fulcitã auctoritate Ale
xan.et aliàs pro hac ſentẽtia plura deduxi , ſed nunc ero cõ
103 tentus hac alia ratione, † quòd licet pax Cõſtantiæ,et obli
gationes factæ in illa eſſent perpetuæ, tamen de iure nõ eſt
credendum,nec dicendũ,quòd exceſſerint ſaltem tẽpus cẽ
tum annorum per tex.in l.ſi uſusfructus municipibus,et ibi
glo.ff.de uſufr.leg.glo.in l.pen.ff.de annu.lega. Alex.in con
ſi.60.in 1.uol.et hoc,ne ſequatur inconueniens,quòd iuriſ
dictio,et imperium merũ,quod habet, et habere debet Im
perator in uniuerſo orbe iuxta tex.in l.deprecatio ff.ad leg.
rhod.de iactu,et in l.benè à zenone.C.de quadr.præſcript.
cum iis,quæ dixi in c.1.extra de conſtit. nudum ſemper re-
maneat ſine exercitio,et uſu apud Imperatorem,ut in ſimili
inquit iureconſultus in d.l.ſi uſusfructus,et glo.in l.in anna
104 libus C.de legatis.Hinc dicimus , † quòd ſi teſtator grauet
hæredem de non alienando bona perpetuo , et ut perpe-
tuo remaneant penes illos de familia, diſpoſitio hæc ſe non
extendit ultra quartam generationem, ut in authen.de re-
ſtitutio.fideicom.collatio.9.Alexan.in conſil. 56.uolum.1.
Sozin.in conſil.43.in 3.uolum. et ſi hoc dicimus in priua-
to diſponente,quanto magis idem dicendũ eſt in Impera-
tore contrahente cum ſuis ſubditis? Rurſus nõ uideo,quo-
modo pro parte Bonifacij, qui eſt priuatus,& non compre
henſus ſub d.pace, quæ fuit inita ſolum cum ciuitatibus , &

uniuerſitatibus Lombardiæ, poſſit allegare ea, quæ ſtatuta,
105 & facta fuere à Federico ad illius fauorem, † cum tertius, non poſſit allegare ius tertij per Bar. in l. 1. in fin. ff. uti poſ. & melius in l. 2. ff. de excep. rei iudi. ¶ Nec obſtant adducta per Ruinum, dum allegat Bal. in c. 1. de proba. in princip. quia fateor, quòd conſtituta, & promiſſa per Federicum in pace conſtantiæ ſeruari debuerunt per alios Imperatores, qui in Imperio ſucceſſerunt, uidelicet per annos triginta poſt, ut inquit Bald. in c. 1. de natura ſucceſs. feud. & in d. conſil. 300. uel fortè & melius non ultra tempus centum annorum, ut proximè dixi, & præcipuè cũ ipſa ciuitas Parmæ non ſit ea, quæ alleget huiuſmodi pacem, ut ſupra: Præ
106 terea non aduerſatur, quòd † uerba, ſeu priuilegia principis ſunt intelligenda, ne trahantur ad alienam iniuriam, uel grauamen l. 1. §. ſunt autem qui putãt ff. ne quid in flumine pub. l. 2. §. merito, & §. ſi quis a principe ff. ne quid in loco publi. quia illud non procedit, quando de clara intentione Imperatoris contraria ex uerbis expreſſis conſtaret, ut dixit Bal. in materia in conſi. 276. quæritur, utrum Papa 3. colum. in 3. uolu. ſecundum antiquam impreſſionem.
¶ Non obſtat, quod uoluit Bal. in d. l. digna uox circa finem, quia eodem modo, ut iam dixi, reſponderi poteſt, & eodem modo ſimiliter debet declarari glo. in uerbo iuriſdictione in fin. uerb. quæ nihil allegat in §. nulla in auth. de defenſo. ciuit. collat. 3. ¶ Non contrariatur id, quod uoluit Bart. in l. imperium in 3. col. uerſ. fallit etiam ff. de iuriſ. om. iud. quia
107 † licet dicat, quòd aliquæ ciuitates Lombardiæ ex diſpoſitis in pace Conſtantiæ habeant immunitatẽ, ut poſſint dici habere merum imperium, tamen non dicit, quòd princeps non poſſit ab illis ciuitatibus eximere aliqua caſtra ab illarum iuriſdictione ſaltem non reuocando uniuerſam iuriſdictionem illarum ciuitatum, ſed pro aliqua parte, puta unius loci particularis, & unius caſtri, & conſequenter licet Imperator nõ poſſit totaliter reuocare illarum iuriſdictiones ad tradita per Bal. in d. c. 1. de proba. & in d. l. digna uox, poterit tamen derogare iuriſdictioni illarum particulariter reſpectu certi loci, ut in caſu noſtro fecit Carolus iiij. per Bal. in d. conſi. 300. item poteſt ſeparare unum territorium, & pertinentias unius loci, aut plurium à iuriſdictione ciuitatis, cui loca illa erant ſubiecta, Bal. in conſ. 279. pridie con
108 ſului col. 3. ſecundum antiquam impreſſionẽ lib. 3. & † ad propoſitum optimè faciunt ea, quæ habentur per ſcribentes in l. fin. C. ſi contra ius, uel util. pub. & in c. quæ in eccleſiarum extra de conſtitut. ubi quamuis Imperator in totum ius naturale, uel gẽtium tollere nequeat, poteſt tamen pro parte illi derogare, illudque limitare: Eodem modo reſpondeo iis, quæ inquit Bart. in l. 1. col. 1. uerſi. quæro unde &c ff. de dam. infec. nam idẽ in ſpecie ibi inquit, quod dixit in d.
109 l. imperium. ¶ Et † quòd poſt pacem conſtantiæ editam à Federico etiam ſucceſſores potuerint, ſaltẽ pro parte, hoc eſt, reſpectu certi loci, & caſtri derogare iuriſdictioni ciuitatum Lombardiæ, demonſtro ſic ex mente omnium ſcribẽtium: Nam doctores, quos pro ſe Ruinus allegat, ac etiam gl. in d. §. nulla uolũt in aliquibus caſibus poſſe iuriſdictionem dictarum ciuitatum ab Imperatoribus auferri, uel ob dolum, & delictũ illatum, uel ex aliqua iuſta cauſa, ut Rui-
110 nus ipſe fatetur: † & iuſta cenſebitur illa cauſa, ob quã princeps motus fuerit, ad not. per Bal. in l. ſi teſtamentum C. de teſta. Bar. & alij in d. l. fi. C. ſi contra ius, uel util. pub. cũ aliis, & poſt alios dixi in d. c. quæ in eccleſiarum, & habetur per
111 Ruin. in conſ. 21. col. pen. lib. 1. † & inter alias iuſtas cauſas à iure reputatur iuſta etiã illa, qñ princeps hoc faceret ob remunerationem meritorum alicuius, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Old. in conſ. 226. & ex tex. ubi habetur, in c. quicunq; ſuffragio 12. q. 2. & in c. 3. extra de dona. & ibi canoniſtæ: ad idẽ facit l. item ſi uerberatum ff. de rei uendic. & l.
112 lucius ff. de euictio. † ubi quamuis Imperator non poſſit aliquem dominio rei ſuæ priuare, ut habetur in d. l. fin. & in d. c. quæ in eccleſiarum, tamen hoc poteſt, quando faceret ob remunerationem ſuorum militum, uel procerum, & ſibi ſeruientium, Iaſon in conſi. 106. uolu. 1. Sed Carolus quartus Vgolotto, & Raymundino ob multa ſeruitia, & obſequia præterita Marchionatum Soraneæ cum imperio, & iuriſdictione illius donauit, & terram illam cum hominibus, & iuriſdictione ſeparauit à iuriſdictiõe Parmæ, ut latius in dictis literis continetur, igitur licitũ fuit ob hanc cauſam ipſi Carolo Imperatori illud facere, etiã non obſtantibus pace con
113 ſtantiæ, & ſtatutis in illa factis. Et † quòd Imperator abſolutè poſſit caſtra, & iuriſdictiones eorum in Lombardia cõcedere, colligitur ex iis, quæ uoluit Bal. poſt Oldr. in conſiliis in c. 1. de capit. qui curiã uendidit in uſu feudo. & in mul-
114 tis aliis locis ibi: ¶ Rurſus dico, quòd † licet Imperator Carolus prædicta facere non potuiſſet ſine cauſa expreſſa de poteſtate ordinaria, ut loquuntur, & intelligi debent doct. ſupra allegati per Ruinum, tamen benè potuit ex plenitudine poteſtatis, qua Carolus uti uoluit, ut conſtat ex dictis literis quaſi circa finem, ibi ſupplentes in omnibus, & ſingulis præmiſſis, & circa præmiſſa omnem defectum, ſi quis forſan obiici poſſet, de plenitudine Regiæ poteſtatis noſtræ:
115 † nam in dubio niſi fuerit expreſſum, princeps non uidetur plenitudine poteſtatis ſuæ uti, ad tradita per Inn. in c. innotuit de electio. per Ang. in l. benè à zenone C. de quadrien. præſcrip. & per Alex. in l. quanquam C. de teſtamẽ. milit. &
116 † nulli dubium, quòd quando expreſsè conſtat principem uelle uti plenitudine poteſtatis ſuæ, tunc poteſt princeps facere illa, quæ à iure communi deuiare dicuntur, & ideò ſine traditione dominiũ rerum, ſeu caſtrorum ipſo iure trãſferri in aliũ poteſt, ut uoluit Ruinus in conſ. 32. col. 8. uerſ. non obſtat lib. 1. ſimiliter de plenitudine poteſtatis poteſt priuare aliquem iure ſuo iam quæſito, ut illud in aliũ transferre, ut latè colligitur ex iis, quæ ponit Ruin. in conſi. 21. col. ulti. lib. 1. & Alex. in conſ. 92. 8. col. lib. 6. Bal. in c. 1. §. ad hæc uerſi. ſi uerò de pace iuramen. firman. & Bald. in conſil. 285. ad intelligentiam 3. lib. ſecundum antiquam impreſſionem per ea, quæ inquit Paul. de Caſt. in d. l. digna uox, & Iaſon in ſuo conſi. 233. in 2. uolu. Nec prædictis aduerſatur illud, quod uoluit Bar. in l. prohibere §. plane ff. quod ui aut clàm, quia Iaſon in d. conſ. 56. uolu. 1. optimè reſpon-
117 det, quòd † Imperator poteſt in remunerationem meritorum donare aliquas res, ſeu caſtra, quæ ſunt de Imperio, qñ ex huiuſmodi donatione nõ reſultaret magna, ſeu enormis diminutio iuriſdictionis Imperij per text. in c. abbate ſanè de re iudi. in 6. & ibi Iaſon refert plura exempla: & talem donationem ſucceſſores in regno, ſeu in imperio reuocare
118 non poſſunt, ut ibi. ¶ Item † inquantum Ruin. in d. conſi. in d. 10. col. præſupponit, quòd ſtante cõceſſione Caroli quarti dictis Marchionibus facta cum ſeparatione iuriſdictionis Marchiones, & homines terræ Soraneæ ligãtur ſtatutis ciuitatis Parmæ, ex quo territoriũ d. terræ nõ fuit alteri territorio unitũ, per ea, quæ uoluit Bart. in l. 1. de dam. infe. cũ iis, quæ etiã dixit in l. ſi conuenerit ff. de pign. actio. in §. ſi nuda cũ aliis, animaduertendum eſt, quòd Bart. in locis per eũ allegatis nihil dicit, per quod decidatur dubium propoſitũ, ſed loquitur in caſu diuerſo, ut inſpici poteſt, nam Carolus Imperator Marchionibus donauit terram Soraneæ cum omni iuriſdictione, & pertinentiis ſuis, & uoluit dictam terram de cætero non eſſe ſubiectam iuriſdictionibus, & iudicibus ciuitatis Parmæ non ſolum in cauſis ciuilibus, ſed etiam criminalibus, at omnia penitus ſubiecta uoluit eſſe ipſis Marchionibus, quos cum ipſa terra, hominibus, & rebus ipſe Imperator ſub ſua protectione recepit, & prout in literis continetur: Ex quibus in primis

infero, quòd Imperator, qui exemit terram illam cum aliis, de quibus ſupra, uoluit illa omnia eſſe ſub iuriſdictione ſua,
119 & conſequenter ſub ſuo territorio, quia † accipere ſub ſua protectione nihil aliud eſt, quàm accipere ſub iuriſdictione, & imperio ſuo, ut eſt text. cum ibi not. per gloſ. & ſcribentes in c. ad audientiam extra de appellationibus, & habetur per Sozi. in conſ. 209. licet nulla colum. 3. lib. 1. Quo fit, ut Marchiones dicantur regi legibus Imperatoris, & ſtatutis illius, cum ipſi unà cum d. terra, & aliis ſubiecti ſint non ſtatutis ciuitatis Parmæ, ſed Imperatori, & eius iuriſdictioni, ex quo Imperator, ſegregando illos à iuriſdictione ciuitatis Parmæ, uoluit eſſe ſub protectione, & iuriſdictione ſua, ſecundum quod uoluit Barto. quem Ruin. allegat.
120 ¶ Præterea † cum locus, & Marchionatus Soranceæ, ipſiq́; Marchiones, & homines illius terræ unà cum bonis, & pertinentiis exempti fuerint à iuriſdictione ciuitatis Parmæ, & ſuorum magiſtratuum, dubium eſt, utrum dicantur ligari ſtatutis Parmæ, & quamuis Ruin. in d. conſi. dicat eos ligari, tamen contrarium in terminis uolunt Ioan. Calde. Ioan. Andr. & Bal. in d. conſil. 300. & alii magis communiter, ut refert, & ſequitur Dominicus de Sanc. Geminiano in c. 2. in 3. colum. de conſtit. in 6. ponendo quæſtionem illam, uidelicet, quidam, qui fuit exemptus unà cum loco ſuo à iuriſdictione epiſcopi, deliquit in loco ſuo exempto, utrum epiſcopus illum poſſit punire, cum is locus exemptus aliàs poſitus eſſet in diœceſi epiſcopi; Ioan. Calde. & alij, quos ipſe Dominicus refert, & ſequitur, dicunt ab epiſcopo puniri non poſſe ſecundum ſtatuta diœceſana, ſed eſſe puniendum ab alio ſuo ſuperiore, qui illum exemit per optima iura, & rationes, quæ, & quas Dominicus, & alij ibi allegant: quæ deciſio uidetur propria caſus noſtri deciſio, quicquid uoluerit Ruin. qui non allegat, niſi impertinentia, quoniam Alex. ab eo allegatus in conſil. 151. in 2. uolum. loquitur, quando exemptus à iuriſdictione alterius, ſeu territorium ſeparatum à iurisdictione non eſſet alteri territorio unitū; at in caſu noſtro Marchiones Soranceæ, & caſtrum cum territorio recepta fuere ſub protectione Imperatoris per prædicta, igitur &c. Similiter ſi benè inſpiciantur uerba Bar. in d. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda, potius inferunt, quòd caſtrum Soranceæ, & alia cū ſuis hominibus, & alijs regulari debeāt ſecundum iura Imperatoris, cuius protectioni, & iurisdictioni unita fuerunt, illa ſub protectione ſua recipiēdo per prædicta, & benè inſeruit nobis id, quod uoluit Sozinus in conſi. 209. colum. 3. lib. 1. Præterea dictum teſtamentum Deyphœbi ſcriptum, ut dicebatur, a quodam notario forē ſi fuit approbatum, & confirmatum ad preces Deyphœbi à ſede apoſtolica tunc domina ciuitatis Parmæ, & totius iuriſdictionis eiuſdem, cum approbatione ſcripturæ, ut dicitur, factæ à d. prætenſo notario, prout latius ī literis apoſtolicis continetur ſub data anni 1514. die 3. Februarij, & in aliis, de quibus in proceſſu. ¶ Et per prædicta ceſſare uidentur omnia alia, quæ refert Ruin. in d. conſi. in 10. colum. in uerſi. & alia ratione cum duabus ſequentibus columnis, quaſi uſque ad fin. quibus nixus fuit demonſtrare, quòd Ioan. paulus hæres inſtitutus à Deyphœbo antiquiore, non ſolum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato ſit excluſus à ſucceſſione Deyphœbi, per ſtatutum d. ciuitatis Parmæ diſponens, quòd ſi aliqua hæreditas deferatur ex teſtamento, uel ab inteſtato mulieri, quæ nupta eſſet, uel nubi uellet alicui forenſi extra iuriſdictionem Parmæ &c. quia illud ſtatutum ſolum habet locum inter illos, qui ſunt de territorio, ſeu iurisdictione Parmæ, at dicti Marchiones, ſuique deſcēdentes non ſunt de territorio, ſeu iuriſdictione Parmæ, ſed dicti caſtri Soranceæ, uel melius ipſius Imperatoris, ut dictū fuit, igitur &c. & conſequenter ea, quæ inquit Alex. in d. conſ. 151. & Bar. in d. §. ſi nuda, & in alijs locis potius retorqueri

121 poſſunt, ut rectè intelligentibus uideri poteſt. Et † licet fortè homines de dicto caſtro Soranceæ ſubditi iuriſdictioni Marchionum uſi fuerint ſtatutis Parmæ, & conſequenter uideantur ſe illis, & iuriſdictioni Parmæ ſubieciſſe, tamen ob hoc non potuerunt Marchionibus dominis ſuis, nec iuriſdictioni actiuæ ipſorum præiudicare, ſed ſolùm iuriſdictioni paſſiuæ ipſorum ſubditorum, & hominum, ut proximis diebus dicebam conſulendo ad fauorem Illuſtriſs. & Excellentiſs. Ducis Florentiæ per ea, quæ uoluit Bar. in l. 1. ff. de iuriſdict. om. iudi. col. ult. & idem conſuluerunt collegium Piſanum, & excellentiſs. Marianus Sozi. iunior, ac plures aduocati Florentini. Præterea dicti homines utendo dictis ſtatutis ſibi dumtaxat præiudicauerunt, & iuriſdictioni paſſiuæ earenus, quatenus aliquibus ſtatutis uſi fuerunt, & non ultra, arg. tex. in c. cum olim frater extra de præſcrip. glo. in c. auditis in uerbo interruptionem eod. tit. & ubique ſcribentes, & ad propoſitum habetur per Sozi. antiquum in conſi. 7. nunc quæſitorum &c. colu. 2. Sed Marchiones, ac ſucceſſores eorum in Marchionatu nunquam dicuntur uſi hmōi ſtatuto de muliere nupta extra territorium, ergò nō poſſunt dici renunciaſſe ſuo priuilegio, & ſi qui fortè ex eis illo ſtatuto uſi fuiſſent, cæteris, qui ſucceſſerunt in d. Marchionatu, præiudicare non potuerunt, ad not. in c. quamuis de re iudi. & per ſcrib. in l. ſi finita. §. ſi de uectigalibus. ff. de dam. infec. ¶ Duo etiam adhuc ex mente Ruini uidentur ipſi Ioan. paulo, & conſequēter eius filio Deyphœbo iuniori aduerſari, Primùm eſt, quòd Bonifacius ſit admittendus ad dictum caſtrum ex nouis inueſtituris ſibi à Maximiliano, & Carolo quinto Imperatoribus factis, nam Ioan. paulus & ſi alias tanquàm hæres Deyphœbi, & tanquàm deſcendens per fœminam fuerit admiſſus, & admitti debuerit, tamē ipſe factus fuit incapax dicti Marchionatus propter crimen leſæ maieſtatis ab eo contra maieſtatem Imperialem cōmiſſum l. quiſquis C. ad l. iuliam maieſt. c. fœlicis de pœnis in 6. cum alijs: Secundum eſt, quòd licet Ioan. paulus, & ſucceſſiuè eius filius quo ad petitorium potiora iura haberet per prædicta, tamen ſecus eſt quo ad poſſeſſorium reſtituendæ, quia Bonifacius, ipſo poſſidente, fuit uiolenter eie-
122 ctus de poſſeſſione ab ipſo Ioan. paulo: † quo fit, ut ante omnia Bonifacius ſit reintegrandus, nec contra eum poteſt de alio ſpolio opponi, quia ultimū ſpolium eſt purgandū, etiam contra titulo poſſidentem, per Abb. & alios in c. fin. colum. penul. de ordi. cognit. per tex. in l. 3. §. cum igitur. ff. de ui, & ui arma, & per ſcribentes in c. reintegranda 3. q. 1. c. cum ad ſedem, c. in literis, & ubique doct. de reſtitu. ſpolia. l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. iul. de ui publica. §. recuperandæ inſtit. de interdictis. ¶ Huic ultimo prius reſpondeo, quòd de ſpolio commiſſo ab ipſo Ioan. paulo, ſeu ab eius filio contra do. Bonifacium ex proceſſu non conſtat. Secundo reſpondetur, quòd licet fortè uideretur com-
123 miſſum d. ſpolium, † tamen non fuit factum ex interuallo, poſtquàm Ioa. paulus fuerat ui eiectus, & ſpoliatus ab ipſomet Bonifacio, ſed incōtinenti, ſecundū quòd iura capiunt iſtud incōtinenti, & hoc caſu potius dicitur quis iniuriam propulſare, quàm uiolentiā inferre, l. 3. §. cū igitur. ff. de ui, & ui arma. ueluti ēt inquit Abb. in d. c. fi. col. pen. uerſ. & diuerſitatis rōnem de ordi. cognit. per tex. in c. olim il 1. de reſtit. ſpolia. in d. §. recuperandæ, & l. qui poſſeſſ. ff. de ui, & ui
124 arma. † Nam incontinenti dupliciter in hac materia ſumitur, primo quando ilico, & immediatè ut eiectus eijcientem ui ſucceſſiuè expellit, ſecundo etiam, quando interueniſſet temporis interuallum, ſed ſemper ille, qui fuit uiolenter eiectus, animo retinuit ciuilem poſſeſſionem, & quàm primum poſſet, habuit animum recuperandi naturalem, & uiolenter ſuum ſpoliatorem eiiciendi, ut ſi uiolenter eiectus ad præparandum amicos, & arma interpoſuit aliquod

tempus ad recuperandam poſſeſſionem,ut eſt tex.cum glo. ſingulari in d.l.3. §.cum igitur in uerbo incontinenti,& inquit Bart.ibi, quod incontinenti dicitur fieri,cum primum quis potuit,quod intelligi debet arbitrio boni uiri, attenta qualitate deficientis,& qualitate temporis, ac etiã rei,qua quis ui ſpoliatus fuit ; & ideò ſi eſſet unus nobilis,& potẽs, qui cũ fauoribus aliorum potentum,poſſidentẽ ui ſpoliaſſet poſſeſſione alicuius caſtri , ad quam recuperandã cũ ſpoliatus egeret magno apparatu, & certũ tempus ſibi expectare neceſſe eſſet,tunc ipſe diceretur incontinenti facere, & recuperare,& non ex interuallo,cum aliàs commodè attenta qualitate perſonæ,& rei ſpoliatorem ilico expellere nõ potuiſſet argumento.l.continuus, §.cum ita, & §.item qui inſulam ff.de uerb.obli.& hoc in caſu fuiſſe uidetur Ioan.paulus,qui ex terra,& caſtro Soranεæ à Bonifacio fuerat expulſus.¶ Non aduerſatur primum ſupra conſideratum ad fauorem Bonifacij,nam ex quo conſtat Ioan.paulum,& ſucceſſiuè eius filium iura potiora habere in dicto caſtro Soranεæ uirtute conceſſionis iam diu factæ à Carolo quarto, ac etiam ex eo,quod ipſe Ioan.paulus fuit proximior Deyphœbo antiquo,& ab illo hæres inſtitutus,ut pleniſſimè demonſtratum eſt,ſequitur,quòd aliæ inueſtituræ, & conceſſiones poſtea Bonifacio factæ etiam cum derogatione iuriũ
125 d.Ioan.pauli ipſi obeſſe non poſſunt,tum quia † conceſſiones poſteriores ſemper intelligi debent citra præiudicium alterius l.2.§.merito,& in §.ſi quis à principe ff. ne quid in loco publ.c.ſuggeſtum,& ibi glo.extra de deci.optimus eſt
126 tex.in c.dilecti,& in c.dudum extra de priuileg.† & inquit Bal.in c.1.extra de probatio.circa prin.quòd ſucceſſores in imperio tenẽtur ſeruare promiſſiones,& pacta à prædeceſſoribus facta:& ideò ſi unus Imperator cõceſſit aliquam rẽ in feudum , ſucceſſor non poteſt illud ſine cauſa reuocare, Iaſ.in cõſ.1.in 1.uol.& ſi hoc dicimus in feudo,in quo Imperator directum dominium, & ciuilem poſſeſſionẽ retinuit, & quod dicitur ſui natura reuertibile ad primæuam naturã, & magis reuocabile,quàm ſit illud, quod eſt ſimpliciter donatum,à maioritate rationis idem dicẽdum eſt de eo, quod Imperator alicui maximè ob merita ſimpliciter donauit,ut ſucceſſor illud reuocare non poſſit , ut latè conſuluit idem
127 Iaſ.in conſi.72.illuſtris quondam princeps in 1.uolu.† non enim licet principi aliquem ſuo dominio iam ſibi acquiſito priuare,niſi ex cauſa concernente utilitatem publicam d.l. item ſi uerberatum ff.de rei uendi.l.lucius ff.de euict.Bar.& alij in l.fin.C.ſi contra ius,uel util.publ.canoniſtæ communiter,& ibi latè examinaui in c.quæ in eccleſiarum poſt Innoc.de conſtitu.& plenè habetur per Iaſ.in conſi.93.quãta
128 mihi iniuſtitia per totum lib. 3. † & pulchrè habetur per Oldra.in conſi.237.qui in caſu,quo conceſſio facta eſſet titulo donationis,uoluit principem non poſſe alteri in feudũ concedere,& ſi conceſſerit,tunc primo præiudiciũ non infertur,ut ibi in ult.col.idem uoluit Ruin.in conſil.18. lib.1. & faciunt not.per Bal.in c.1.de uaſal.decrep.æta. & in præ lud.feud.in 5.diuiſ.& in c.1.de eo,qui ſibi,& hæred.uerſ.ſed ſtatim opponitur,& in l.qui ſe patris col.10. C. unde liber. & in l.1.ff.de conſtit.prin.& in c.nouit poſt glo.extra de iudic.& per Alex.in conſi.203.col.3.in 6.uol.& dicit Ruin.in conſi.38.col.pen.lib.1.quòd conceſſiones factæ ad præiudicium fœminarum,& ſuorum deſcendentium , quibus ex aliis inueſtituris,ius fuerat iam acquiſitum, illis non præiudicant:& ideò in primis conſiderando renouationem factã Bonifacio per Maximilianum Imperatorẽ,dico illam Ioan. Paulo,& ſucceſſiuè eius filio nocere non poſſe , nec debere
129 per iam proximè dicta, ac etiam † quia fuit ſubreptitia , & conſequenter ipſo iure nulla, ad c.ſuper literis cum materia extra de reſcript.l.2.l.& ſi legibus C.ſi contra ius,uel utilit.pub.ipſe enim Bonifacius expoſuit,Deyphœbum de Lupis marchionem Soranεæ deceſſiſſe condito teſtamento inualido contra Statuta Parmæ confecto , & ſine legitimo hærede , cuius appellatione hæres ab inteſtato continetur l.1.§.de illo ff.pro ſocio,l.legitimè de uerborum ſignificat. quod tamen utrunque falſum eſt,quia Deyphœbus deceſſit,facto teſtamento ualido , & ſolenni , in quo ſtatuta Parmæ locum non habebant,de quo iam ſæpè dictum eſt:item in caſu,quo teſtamentum non feciſſet,cum legitimo hærede mortuus eſt,uidelicet relicto Ioannipaulo nato ex Ioannebaptiſta nepote ex ſorore,qui,aliis proximioribus nõ exiſtentibus,ab inteſtato illi de iure ſuccedere poterat , ut in l. ſi pater C.communia de ſucceſs. authen. poſt fratres la 2. & in corpore,unde ſumitur C.de legit.hæred.& qui erat in gradu proximior ipſi Deyphœbo , quàm eſſet dominus Bonifacius,ut oſtenſum eſt. Falſum etiam expreſſit , dicendo terram,ſeu marchionatũ Soranεæ eſſe feudum , & iure feudi aliàs conceſſum fuiſſe,cum tamen pleno iure, & ex cauſa donationis conceſſio facta fuerit,ueluti latius ſupra probatum fuit. Necnon Bonifacius falſum expoſuit , dicens ſe eſſe proximiorem ipſi Deyphœbo,& de iure feudum adipſum deuolutum eſſe:Et quamuis Maximilianus conceſſerit Bonifacio feudum prædictum de plenitudine poteſtatis,tamen ipſe Imperator uſus fuit plenitudine poteſtatis , ueris exiſtentibus,& præſuppoſitis narratis ab ipſo Bonifa-
138 cio pro ueris.Præterea † clauſula ſupplentes de plenitudine poteſtatis &c. ſolum operatur in his , & ſuper his , quæ ſunt de iure poſitiuo c.propoſuit de conceſſio. præben.non autem ad præiudicium illorum, quæ ſunt acquiſita ex contractu cum principe facto , ut uoluit Paulus de Caſtro poſt Baldum in l.digna uox C.de legibus,& latè habetur per Iaſonem in conſi.233.in 2.uolum.Specul. in tit. de legato.§. nunc oſtendendum eſt uerſic.& nota,quòd clauſula , & ibi Bal.in uerſic.clauſula ſupplentes &c.per Alexan. in conſil. 63.in 1.uolum.cum aliis,l.reſcripta C.de precibus imper. offer.c.reſcripta 25.quæſtio.2.Præterea conceſſio, ſeu inueſtitura facta ab Imperatore Carolo quinto Bonifacio de
131 anno 1521.nocere non potuit rationibus præmiſſis, † ac etiam quia ipſe Carolus noluit per ipſam ſuam inueſtituram,iuribus ſacri imperij, & quorumlibet aliorum aliquod inferri præiudicium notabile , & magnum, non autem per dictam clauſulam debet dici exceptum modicum præiudicium per gloſam in l.2.§.ſi quis à principe in uer. impetrauerit ff.ne quid in loco publi.& in d.c.reſcripta in uer.quod non lædat,nam per appoſitionem iſtius clauſulæ citra præiudicium , uel ſine præiudicio , uidetur conſtare de mente principis,quòd ipſe non intendit uelle tollere ius iam alteri quæſitum, ut pulchrè habetur per Oldradum in conſil. 237.circa finem. ¶ Et inquantum Carolus quintus conceſſit caſtrum Soranεæ tanquam deuolutum,ut expoſuerat ipſe Bonifacius,dicitur ſubreptitium , quoniam non potuit dici illud tanquam feudum eſſet deuolutum , cum feudum nõ eſſet,ſed iure allodiali, & titulo donationis ſpectaret ad marchiones Soranεæ,& deinde ad Ioannempaulum,& ſucceſſiuè ad eius filium iure hæreditario ex teſtamento Dey-
132 phœbi, † & uerbis Imperatoris,quòd eſſet deuolutum ad ſacrum imperium, non eſt ſtandum,cum agatur de graui præiudicio alterius,hoc eſt Ioannispauli , ut declarant doctores limitando text. in clemen.1.de probatio. & ipſemet Carolus noluit per ſuam inueſtituram, alicui præiudicium fieri,ut ſupra. ¶ Adde,quòd Carolus motus fuit ad inueſtiendum Bonifacium ex eo, quòd ipſe expoſuerat ſe habuiſſe ceſſionem iurium quorundam proximiorum Deyphœbi antiqui, uidelicet à Galeatio, & Franciſco, ſed non conſtat, dictos aſſertos cedentes fuiſſe proximiores, & dato, quòd proximiores fuiſſent, hoc non debuit eſſe in conſideratione , ex quo Deyphœbus deceſſit condito teſtamen

teſtamento, in quo inſtituit Ioan.paulum ſibi coniunctum, & ſtante ſucceſſione teſtamentaria ceſſat ius proximitatis l.quamdiu la 2. ff. de acquir.hære.& ibi Bal. & alij: Et licet Ioannipaulo, & ſucceſſiuè eius filio multum aduerſari uideantur literæ inueſtituræ à Carolo quinto de anno 1534. ipſi Bonifatio etiam ad præiudicium d. Ioan.pauli conceſſæ, tamen ex quo fundatæ fuere ſuper inueſtitura, & cōceſſione Maximiliani, ex qua nullum ius acquiſitum fuit Bonifacio per iam dicta, ſequitur, quòd hæc inueſtitura à Carolo conceſſa præiudicare Ioan.paulo non potuit, cum intentionis Caroli fuerit nullis ius habentibus præiudicare, ſed Ioan.paulus ius maximum fouebat, nihilque niſi falsò ei imputari potuit, ergo dicēdum eſt ius ipſius Ioan.pauli ſaluum eſſe, uel ſaltem rem debere dici redactam ad ius cōmune, ut de iure cognoſcendum ſit, quis iuſtius induat arma. Præterea cum iam prius, ut relatum fuit, ipſe Carolus.v.Io.paulo in pleniſſima forma, & ex certa ſcientia confirmauerit iura ſibi tàm ex teſtamento, quàm ex conceſſionibus antiquis acquiſita etiam in ampliſſima forma, illi concedendo mar-
133 chionatum Soraneæ iure homagij, † ergo non debuit poſtea idemmet Carolus à gratiis, & conceſſionibus ab eo factis recedere, quia decet beneficiū principis perpetuo eſſe manſurum c.decet de reg.iur.in 6.l.fi.ff.de conſti.prin. nec licet mutare conſilium in alterius detrimentum, etiā de plenitudine poteſtatis c.mutare de reg.iur.in 6.& quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt c.quod ſemel eo.ti.& lib.cum iis, quæ uoluit Paul.de Ca.in d.l.digna uox, & Bal. in conſ.273.279.297.& 299.lib.3.¶Et quamuis narratum fuerit pro parte Ioan. pauli de quadam aſſerta concordia
134 cum Bonifacio inita, † tamē ex quo Carolus.v. motu proprio conceſſit, per hanc clauſulam cenſetur ſublata, ac purgata omnis ſubreptio c.ſi motu proprio de præben. in 6. & tanto magis, cum ipſe Carolus ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis dictam conceſſionem fecerit per ea, quæ iam dicta ſunt. ¶Nec obſtat, quòd Carolus in ſua ultima inueſtitura facta Bonifacio motus fuerit ad præiudicandum Ioan.paulo ex pluribus iuſtis cauſis, de quibus habetur in literis ſuis, & ſic uidetur, quòd ſimus in caſu, in quo principi præiudicare alteri, & auferre ius etiam iam quæſitum licitum fuit, ut in locis ſupra allega.& per ſcriben.in d.l.fi. C.ſi contra ius, uel util.pub.& in d.c.quæ in eccleſiarum, quia reſpondetur, quòd Io. paulus, & Deyphœbus eius filius ſem-
135 per fideles fuerunt ſuæ maieſtati, † & licet Carolus fuerit à maleuolis malè, & iniuſtè informatus, tamen huiuſmodi informationes Deyphœbo nocere nō debent, niſi ueræ eſſe appareant, etiam in crimine læſæ maieſtatis, ut in extrauaganti ad reprimendum cum iis, quæ ibi uoluit Bar.in glo.in uer.aſſeratur, & præambula ſemper legitima citatione, & non aliter, ut in d.extrauaganti: Et quamuis dicatur, ipſum Ioan.paulum de dicto crimine læſæ maieſtatis fuiſſe damnatum, & hac de cauſa iuſtè dicto marchionatu priuatum, tamen, ut dictum eſt, de aliquo crimine læſæ maieſtatis legitimè non apparuit, & minus conſtitit de illo crimine Ioan. paulum ſaltem legitimè fuiſſe damnatum, nec iſtud pro firmo præſupponit Ruin.qui enunciatiuè loquutus fuit in d. conſi.in 9.col.uerſi.præterea &c.ibi accedit etiam, quia, ut aſſeritur, ipſe fuit ex crimine læſæ maieſtatis iuſtè priuatus &c. Nec eſt ueriſimile ab ipſo Ioan. paulo illud perpe-
136 tratum eſſe, † nā quando dicitur ſuper illo proceſſum eſſe, tunc Ioan.paulus erat in ætate pupillari conſtitutus, nec adhuc agebat xij. annum, & ideò contra illum de huiuſmodi crimine læſæ maieſtatis procedi non potuit, cum in talem crimen illud cadere non poſſit, ut in d.extrauagan.ad reprimen.cum gl.Bar.in uerbo condictionis l. impuberem ff. de furt.l.1.§.impuberes, & in l.excipiuntur, & ubiq; ſcrib.ff.ad
137 S.C.ſylla.† puer enim non agens xij.annum, uel illum non excedens non cenſetur doli capax, etiam ſi proximus ſit pubertati, ad effectum puniendi illum corporaliter, quoniam ſecundum Bal.in d.l.excipiuntur impubes, ſeu puer quoad hoc, ut de crimine commiſſo in faciēdo puniri poſſit, debet diſtare à xiiij.anno per ſex menſes circiter, ut ibi per Bald.
138 † Quinimmò impubes, ſeu doli capax quando de crimine puniri poteſt, non eſt puniēdus pœna mortis, ut inquit Bal. in d.l.1.§.impubes, Alex.in conſ.160. redemptoris &c.uiſis narratis in themate lib.7. Bal.in l.etſi ſeuerior col. 3. & ibi
139 Salic.C.quib.ex cau.infa.irrog. †ſi itaq; puer minor 12.uel 13.anno puniri non poteſt pœna publici delicti, quoniam quoad hunc effectum non cenſetur doli capax, ut ſupra, & l.unica C.de falſ. mone.ergo nec illius bona ratione criminis publicari debebunt, cum ad pœnam principalem acceſſoria ſit bonorū publicatio l.2.in fin.ff.de bon.damna.& ibi, & C.eod.per totum. Nec ex eo, quod Ioan.baptiſta d.Ioan. pauli genitor commiſerit, ut prætenditur, crimen læſæ maieſtatis, & de illo fuerit condemnatus, filius, hoc eſt Ioā.paulus priuatus eſt caſtro, ſeu marchionatu Soraneæ, quod habuit ex ſucceſſione non ſui patris, ſed Deyphœbi teſtatoris,
140 ut iam dictum eſt, quoniam † tex.in l.quiſquis C.ad leg.iul. maieſt.qui priuat filios ſuis etiam bonis, & ſucceſſione etiā extraneorum, & c.fœlicis de pœn.in 6.procedit, quādo crimen læſæ maieſtatis immediatè committitur in perſonam principis, uel imperij Romani principaliter, aut ſuorum cōſiliariorum, qui ſtant ad latus principis, ſecus autem, quando illud committeretur in aliis capitibus legis iuliæ, ut not. uoluit Alex.in d.l.quiſquis in apoſ.ad Bar.& ibi Sal.& Cy. & eſt tex.nor.iuncta glo.in l.eorum ff.ad l.iul.maie. ubi filij damnatorum de crimine læſæ maieſtatis, nō priuantur ſucceſſione, & gl.ibi dicit illum tex.loqui, quando quis damnatus fuit ex eo, quod alia capita legis iuliæ maieſtatis commiſit, ſed tex.in d.l.quiſquis, & in l.1.C.de bon.liber.loquitur in caſu, quando aduerſus Imperatorem, uel rempub. principaliter, & immediatè commiſſum eſſet, ut eſt de mēte Bart. in extraua.qui ſint rebelles in uer.rebellādo, & glo.in d.l.1. C.de bon.liber.Sal.& alij in d.l.quiſquis: Sed in caſu occurrenti Ioan.baptiſta principaliter, & immediatè non commiſit aduerſus perſonam Imperatoris, uel principis, ſeu ſuorū procerum huiuſmodi crimen, & minus ipſe Ioan.paulus, ergo dici nō poteſt ipſum Ioan.paulum effectum indignum, ſeu priuatum fuiſſe dicto caſtro Soraneæ. Ex quibus omnibus ſatis clarè cōſtare uidetur de bono iure dicti Deyphœbi iunioris, & de non iure do.Bonifacij.¶Verum cum fiſcus etiam contra ipſum do.Deyphœbum inſurrexerit, aſſerens dictum caſtrum Soraneæ, & omnia bona, quæ habuerunt Ioan.baptiſta, & Ioan.paulus eius filius, ad cameram fiſcalem deuoluta fuiſſe ob prædictum crimen læſæ maieſtatis ab ipſis de Lupis commiſſum, propter quod per Reuerend. Cardinalem Sadonenſem & proceſſus formatus, & ſentententia quædam condemnatoria, publicationiſq; bonorum contra illos de Lupis lata dicitur, adhuc pro defenſione iuriū, quæ illuſtris do.Deyphœbus iunior in dicto caſtro, ſeu marchionatu Soraneæ habet, aliqua contra fiſcū reſcribenda eſſe cenſui, & aliorum clariſſimorum aduocatorum, qui conſultiſſimè, & optimè ſuper his reſpōderunt, ueſtigiis inhærendo, dico in primis, quòd aſſerto proceſſui, & ſententiæ condemnatoriæ, publicationiſque bonortm quam pluri-
141 ma uidentur obſtare, † nam dicta ſententia et ſi reperiatur lata, tamen ex defectu iuriſdictionis, & incompetentiæ dicitur eſſe nulla, arg.l.fi.C.ſi à non compet. iud. quæ nullitas operatur, ut ſententia huiuſmodi nūquam tranſeat in rem iudicatam, cum de huiuſmodi nullitate quandocunque opponi poſſit, ut eſt glo.ſingul.in clem.unica in glo.fin. de ſequeſt.poſſeſ.& fruct.Alex.in conſi.77.uol.2.in 4.col.& in l. de pupillo §.qui opus ff.de noui oper.nuncia. Roma.in l.1. col.12.

col.12.ff.de arbitr. & ſcrib.in clem.ut calumniis de re iudic. cum aliis infinitis: Et quòd dictus Reuerend.Sadonenſis iuriſdictione caruerit,perpenditur ex eo,quod ipſe ut delegatus cognouit,& ſententiam contra abſentes tulit,ut ex teno
142 re ſententiæ apparet, † & de delegatione ſibi facta nõ conſtat,igitur uerum erit dicere ipſum caruiſſe iuriſdictione delegata, ſibique iſtud aſſerenti non eſſet credendum, ut in c.cum in iure peritus extra de offic. deleg. & ibi latè habetur per doct.maximè moder.& inquit Bald.in l.fin.pen. colum.in fin.C.de re iudica. quòd quando proceſſum fuit contra abſentem contumacem, iuriſdictio delegata non præſumitur,ut uoluit Innocen.in c.innotuit de eo,qui furti
143 uẽ ordi.ſuſcep.† & in tantũ pro illa non præſumitur,quòd ſi eſſet etiam Cardinalis, qui diceret ſe delegatum fore, illi non eſſet fides adhibenda,ut affirmant Archid. & Cardi.Alexandri in c.nobiliſſimus 98. diſtinct. refert, & ſequi-
144 tur do.Felin. poſt alios in d.c. cum in iure, † licet credatur Cardinali aſſerenti ſimpliciter ſe legatum eſſe,ut inquit gl. in d.c.nobiliſſimus,quoniam aliud eſt affirmare ſe legatum ſimpliciter,quo caſu ſolum cenſeretur legatus quoad poteſtatem ordinariam,quia nulli præiudicium irrogaretur, aliud ſi diceret ſe delegatum, ut inquit Felinus in d.c.cum
145 in iure: † ex quo infertur, quòd ſi Cardinalis affirmaret ſe legatum eſſe cum poteſtate exercendi illa, quæ dicuntur Papæ reſeruata,& quæ ſolent ſibi concedi de iure ſpeciali, iuxta tex.cum ibi not.in c.quod tranſlationem de offic. leg. certè tunc non eſſet illi credendum ſine literis, per prædicta, ut expreſsè uoluit Bald. in l. ſi qua per calumniam in ultima colum. C.de epiſcop.& clericis: & in hac ſpecie loquitur tex.in l.unica C.de mandatis principum, ut ibi per
146 Bal. Ex quibus † infero etiam, quòd & ſi de delegatione, & mandato eſſet credendum Cardinali, ſeu alteri, non tamen credendum illi eſſet,quòd habuerit poteſtatem,& facultatem publicandi bona delinquentis, niſi conſtaret per literas ſpecialiter commiſſum fuiſſe,quia facta delegatione cauſæ criminalis, non dicitur demandata bonorum publicatio,niſi hoc ſpecialiter mandatum fuerit, ut notabiliter uoluit, & declarat Iaſon in conſi.46.pro fiſco regio:Et ex prædictis declaratur illud dictum ſingulare glo. in d.c.nobiliſſimus,quòd de legatione creditur Cardinali: Item infertur etiam, quòd domi. Reuerendiſs. Sadonenſis malè per ſuam ſentẽtiam bona dictorum Ioan. Baptiſtæ, & Ioã. Pauli declarauit publicãda eſſe,ſeu publicata fuiſſe,ex quo ſpecialiter iſtud ſibi commiſſum fuiſſe non conſtat: Quod
147 eſt in propoſita ſpecie notandum: Et † in tantum pro delegatione facta nõ præſumitur,quòd etiam ſi interueniſſet diuturnitas temporis, quæ fortè in caſu occurrenti allegari poſſet,tamen non eſſet pro ſententia condẽnatoria,& publicationis bonorum præſumendum, quæ lata eſſet ab aliquo tanquam iudice delegato, niſi expreſsè de delegatione, ſeu de commiſſione per literas appareret: Quoniam cum delegatio non ſit aliud, quàm mandatum quoddam, ut in c. cum dilecta,d.c. cum in iure, & per totum de offic. deleg.& per totum de reſcrip.ſequitur, quòd ex diuturnitate temporis non præſumetur in dubio pro delegatione,
148 quia † ex diuturnitate temporis non præſumitur mandatũ, ut fuit dictum originale Bald.in l.1.C.ſi ex falſis inſtrumentis,& in l.1.col.2.uerſi.ſed pone C.de rebus alien.non alienand.ſequitur Alex.in l.ſciendum col.5.ff.de uerbo.oblig. & in l.qui in aliena ff.de acquiren. hæredi.& hæc ſententia communiter eſt recepta:& quamuis do.Felinus in d.c.ſicut col.15.in 2.limitatione uideatur contrarium uelle remittendo ſe ad ea,quæ uolunt Ioan.de Imol.& doct. alij in d.c. cum in iure,qui circa iſtud nihil dicunt,ſed ſecundum eundem Felin.in d.c.ſicut de hoc clarius, & expreſſius habetur in practica Papien.in uer. ſententia uerſi. uiſaque lite conteſtata,tamen ex mente ſcribentium in d.c. cũ in iure prior opinio uerior uidetur,maximè quando fuiſſet proceſſum, & ſententia lata eſſet contra abſentem, qui nunquam comparuit,ut habetur per Imol.in d.c.cum in iure,& per Bal.in d.l.fin.in fin.pen.col. C.de re iudic. & ego iſtud coroboro,
149 conſiderando rationem, † quare iudicium eſſe nullũ cenſetur,quando eſt factum cum falſo procuratore, qui nullũ habuit mandatum,ratio enim eſt ſecundum Bal.in l.licet in 2.col.C.de procuratoribus, quia iudicium debet conſtare ex tribus perſonis,uidelicet ex iudice, actore, & reo c.forus cum aliis de uerb.ſignifi.habetur in rub.C. de iudiciis, ſed falſus procurator non gerit uicẽ alicuius perſonæ d.l.licet, ergo defuit una perſona, quæ eſt de ſubſtantia iudicij: quo fit, ut iudicium ſit nullum,arg.l.Iulianus §. ſi quis rem ff.ad exhib.eodem modo ergo dicendum erit in mandato delegatorio,nam quando non conſtat de delegatione, deficit perſona iudicis, quæ eſt de ſubſtantia, ut ſupra, ergo iudicium debet dici nullũ, ut etiam eſt de mente Baldi ibi, cum dicatur eſſe de ſubſtantia iudicij perſona iudicis, ſicut perſona actoris, uel rei: Quare quoad præſumendum mandatum, non erit differentia inter procuratorem, & iudicẽ delegatum,& ideò ſicut ex diuturnitate temporis mandatum procuratoris non præſumitur,ita nec mandatũ iudicis delegati,cum par in utroq; militet ratio,quicquid dixerint Papienſes in d.ſua practica in uer.ſententia, quia illa ratio ab eis conſiderata, quare ſententia lata tanquam à delegato concurrente diuturnitate temporis ualeat,militat etiam in mandato procuratoris,ut ex diuturnitate temporis debeat præſumi,ſed conſequens eſt falſum,quia mandatum procuratoris ex diuturnitate temporis non præſumitur,ut iam dictum eſt,& uolunt doct.communiter, ergo & antecedens, uidelicet,quòd ex diuturnitate temporis pro mandato delegatorio ad ualiditatẽ ſententiæ præſumatur, dicunt enim Papienſes,quòd ſi ex diuturnitate temporis non præſumeretur in dubio pro mandato delegatorio, ſequeretur magnum abſurdum,quòd multi proceſſus, multæque ſententiæ delegatorum iam diu latæ corruerent, & nullæ eſſent, igitur ne iſtud abſurdum ſequatur, ex diuturnitate temporis præſumitur,quòd iudex, qui tãquã delegatus proceſsit, & iudicauit,mandatum habuerit: Sed attenta hac ratione, idem dicendum eſſet,quãdo cum falſo procuratore in iudicio fuiſſet proceſſum,& lata eſſet ſententia, quia niſi præſumeretur pro mãdato ex diuturnitate temporis, multi proceſſus, multæq; ſententiæ latæ interueniẽtibus falſis procuratoribus eſſent nullius momenti d.l.licet,& tamẽ non obſtante huiuſmodi abſurdo,ex diuturnitate temporis mandatum procuratoris in dubio non præſumitur, ut iam dictũ eſt: ergo idem dicendum eſt in mandato iudicis delegati, & ſic ratio Papienſium retorquetur, quod abſurdum prædictum in iudice delegato non ſit attendendum, ſicut non attenditur in procuratore,& tamen in utroq; pariter dictũ abſurdum reſultare poſſet.¶ Alio morbo etiam proceſſus,
150 & ſententia d.Reuerendiſs. Sadonenſis laborat, nam † de ſubſtantia, & tanquã caput iudicij, & ſententiæ eſt citatio, inſtit.de pœna temerè litigan.§.omnium, Bart. in l.prolatã C.de ſenten.c.quoniã contra cum ibi not.extra de probat.
151 clemen.paſtoralis de re iudica. † & paria ſunt non citare, uel citare,& minus legitimè,aut forma eius non ſeruata, ut
152 habetur in c.1.& ibi omnes extra de iudiciis, ſed † inter alia, quæ ad ualidatem citationis,requiruntur,eſt,quòd quando abſens citatur extra locũ iuriſdictiõis,eſt neceſſe, uel quòd citetur ad locum,in quo degit,Bar.in l.3.§. prætor col.2.ff. de damn.infec.Cardi.in conſ.113.reſpondeo &c.& d.cle.
153 paſto.† uel ſi ad locũ,in quo citatio fieri deberet, nõ daretur tutus acceſſus, tunc quis citãdus eſſet, ſecundum quod
154 habetur in extrauag.ad reprim.& in cle.1.de iudiciis,† dũ-

modo

modo iudici ex actis prius conſtaret, quòd ad locũ non eſſet tutus acceſſus per ea, quæ uoluit Bal. poſt Guliel. de cuneo in l. ſi qua per calumniam col. ult. C. de epiſc. & cleri. per Alexã. in conſil. 206. uiſo themate lib. 2. & melius per ea, quæ ponunt ſcribentes, & Feli. in c. quoniam frequẽter §. porrò ut litè non conteſtata, nec iudici aſſerenti locum non eſſe tutum, & ad illum non dari tutum acceſſum, credendum eſt, quia de actis, ſeu de iis, quæ debent eſſe de actis, iudici non creditur d. c. quoniam contra extra de probationibus, & argumento c. cum à nobis de teſtibus, & faciũt etiã not. per Bal. in d. extrauagan. ad reprimen. in uerbo per edictum. ¶ Nec potuit contra d. Ioan. Baptiſtã, & Ioan. Paulum præfatus Reuerendiſſi. Cardinalis procedere, & ſententiã ferre uigore monitorij facti contra Thomã, & Gallũ de Foüs, illiq; adherentes, quòd omnes ſint excommunicati, & pro rebellibus habeantur, quia de dicto monitorio in proceſſu non apparet, nec de illo debuit præſtari fides præfato Reuerendiſſimo, nã hoc tenderet ad præiudicium magnum dicti Ioan. Baptiſtæ, & Ioan. Pauli per ea, quæ habentur à Iaſone in conſi. 46. colum. 3. uerſi. 2. reſpondetur, & argumento d. c. quoniam contra cum ſimilibus. Præterea quamuis de d. monitorio conſtare poſſet, tamen uirtute illius non potuit contra eos procedi, cum ad eorum notitiam non peruenerit, igitur excuſati cenſentur per ea, quæ uoluit Bar. in l. 1. in fin. ff. de receptato. Roma. in conſ. 373. l. 2. §. ſed etenim ff. de incendio, ruina, naufra. l. metrodorum ff. de pœnis, & clarè habetur in materia noſtra per Oldra. in conſil. 270. in quæſtione &c. colum. 3. Rurſus quamuis fortè potuerit contra ipſum Ioan. Baptiſtam patrem procedi, non tamen contra Ioan. Paulũ eius filium tunc in puerili etate conſtitutum, argumento l. unicæ C. de falſa moneta, & in extrauagã. ad reprimen. ibiq; Bar.
155 in uerbo conditionis, & plenius ſupra dixi. ¶ Adde, † quòd licet pater, hoc eſt Ioan. Bapt. de dicto crimine læſæ maieſtatis condemnari potuerit, & fortè bona illius publicari, non tamen huiuſmodi publicatio eſt extendenda ad bona propria ipſius Ioan. Pauli, minusq; ipſe Ioan. Paulus debet dici priuatus, ſeu punitus ob crimen paternum, quicquid dicatur in l. quiſquis C. ad l. Iuliam maieſta. quoniam Ioan. Baptiſta non incidit in primum caput criminis læſæ maieſtatis, ſed in aliud, cum ipſe machinatus non fuerit aduerſus perſonam principis, uel imperij principaliter, aut contra illos, qui cenſentur quodammodo pars ſui corporis, de quibus loquitur tex. in d. l. quiſquis, ſed quando quis in aliquod aliud caput criminis læſæ maieſtati incidit iuxta text. in d. l. 1. 2. & 3. tunc pœna illius criminis non debet ad filios, nec ad alios extendi, ut uoluit glo. in l. eorum per illum tex. ff. ad l. iul. maieſ. & in l. 1. C. de bonis liberto. Alexan. in d. l. quisquis in addit. ad Bar. & ibi Salice. Cyn. & alij communiter, & eſt de mente Bart. in extrauagan. qui ſint rebelles in uer. rebellando, & in d. l. eorum, & clarius dixit idem Bar.
156 in l. eum, qui ff. de interdic. & relega. † quòd ſi filius iure proprio, & non ex perſona patris habeat feudum, uel alia bona, illis ob delictum patris, cuius bona eſſent ratione criminis publicata, non priuatur, quia filius non debet portare iniquitatem patris C. ne filius pro patre, ſecus fortè eſſet in feudo paterno, uel quod ad filium deueniret, aut deuenire poſſet mediante perſona patris, per ea, quæ habentur in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus ff. de damno infecto, & per feudiſtas in c. 1. ſi uaſallus feudo priuetur, ubi concludunt, quòd propter crimen læſæ maieſtatis commiſſum à patre filius feudo priuatur, argumento d. l. quiſquis, nam debet intelligi in feudo, quod à patre ad filiũ peruenire poſſet, uel etiam in feudo antiquo, ſecus ſi eſſet feudum propriũ ipſius filij, quoniam ob crimen læſæ maieſtatis patris filius non debet priuari, quando tale crimen non eſſet principaliter commiſſum in perſonam principis, aut imperij Romani, uel prout dicitur in d. l. quiſquis per prædicta: Sed Ioan. Baptiſta fuit damnatus cum publicatione bonorum ob aſſertum crimen læſæ maieſtatis, quod perſonam principis principaliter non tangit, nec perſonas, de quibus in d. l. quiſquis, igitur &c. Præterea ipſe Ioan. Paulus d. caſtrum Soraneæ nõ habet iure feudi, ſed merè iure hæreditario, & allodiali ex inſtitutione facta à Deyphœbo, qui pleno iure erat dominus uerus dicti caſtri, quod ad eum peruenerat ex donatione ſimplici aliàs facta ſuis predeceſſoribus per Carolũ quartum, ergo non debuit illo priuari ob delictum ſui patris, quamuis diceretur largè continere crimen læſæ maieſtatis, ex iis, quæ habentur per Alex. in d. l. quiſquis, & per gloſ. in d. l. eorum cum aliis iam allegatis. ¶ Et quamuis multifariã etiam poſſet de uitio dicti proceſſus, & ſententiæ præfati Reuerend. contra Ioan. Baptiſtam, & eius filiũ Ioan. Paulum minorem oſtendi, tamen quia aliis ſum occupatus negociis, ac etiam quia ab aliis clariſſimis aduocatis, ut mihi relatum fuit, multa ſuper illius inualiditate dicta fuere, ulterius ſuper hoc non inſiſtam. Solum non omittam, quòd pro parte fiſci præſupponitur, uidelicet, quòd nedum Marchionatus Soraneæ, ſed etiam omnia alia bona ſtabilia adiacentia, & quæ tenet, & poſſidet D. Deyphebus iunior, ſint, & eẽ intelligãtur feudalia, & cõnexa dicto caſtro Soraneæ, & de illis iudicandum ſit, prout de dicto caſtro, adeò quòd in caſu, quo caſtrum diceretur ad fiſcum deuolutum, cenſerentur etiam alia bona ſtabilia cum illo tranſire, tanquam ſub inueſtitura facta illis de lupis comprehenſa, ut ex pluribus verbis dictæ inueſtituræ inferri poteſt. Verùm multa reſpõ-
157 dendo huic præſuppoſito dici poſſent, & præcipuè, † quòd in dubio ſemper bona præſumenda ſunt allodialia, non autem feudalia, & dicenti eſſe feudalia incumbit onus probãdi, ſi is, qui inquit illa eſſe allodialia, in poſſeſſione reperitur, vt in c. 1. §. defuncto ſi de feudo fuerit controuerſia inter do. & agna. ubi filia, quæ dicit feudum eſſe allodialem, in illius poſſeſſione remanere debet, donec probatum fuerit illum eſſe feudalem, vel allodialem, ſed ceſſante probatione hinc inde, filiæ præſtandum eſt iuramentũ propter præſumptionem, quæ eſt pro ea ratione poſſeſſionis. Nec refragatur tex. in d. c. 1. §. inter filiam, quia loquitur, quando eſſet quæſtio inter filiam, & agnatos, qui ſub antiqua inueſtitura feudi comprehenſi erant, pro quibus in dubio præſumendũ eſt, ne contingat rem in caſu, quo illa feudalis eſſet, ad filiam contra naturam feudi peruenire: Secus ſi contentio eſſet inter filiam, & dominũ feudi, quia tunc magis præſumendum eſt pro filia, quòd res ſit allodialis, vt in d. §. defuncto; ergo idem, & magis dicendũ eſſet, quando quæſtio eſſet inter illum, qui eſſet hæres, & fiſcum, qui ratione criminis diceret feudum ad ſe deuolutum eſſe. Nec obſtat tex. in c. 1. §. ſacramentum de conſuetudine recti feudi, quia loquitur in caſu diuerſo, videlicet non quando eſſet contentio, an res eſſet feudalis, uel allodialis, ſed num eſſet de feudo facta inueſtitura, nec ne: & hic non eſt caſus noſter, & facit tex. in c. 1. de cõtentione inter do. & fidelem de inueſtitura. Accedat etiam, nam gloſæ, & doct. communiter dicunt feudum in ſe continere quandam ſeruitutem, ut videtur probare tex. in c. 1 ferè circa fin. in quibus cauſis feu. amit. veluti etiam dicitur de iure patronatus, ut in c. ſignificauit de teſtibus, glo. in c. piæ mentis 16. q. ultima, & in c. cum Bertoldus in ver. quod iure de re iudica. At in dubio non præſumitur, quòd res ſubiaceat alicui ſeruituti, ſed quòd ſit libera, vt in l. altius cum glo. & in l. ſequenti C. de ſeruitu. & aqua, ergo &c. Sed quid vltra? ne veſtibus alienis uidear me velle induere, & ut unicuique dimittam, quod ſuum eſt, de hac materia melius, quàm cæteri, pertractat clariſſimus iureconſultus dominus Nicolaus Bellonus in ſuo conſil. 9. incipien.

cipien.in cauſa caſtri,& bonorum &c. qui hinc inde allegando tandem cōſuluit pro parte,quòd in dubio bona præſumantur eſſe allodialia,etiam in fortioribus terminis,cum in ſpecie,in qua conſuluit, quam plures aduerſarentur præſumptiones illis,qui dicebant eſſe allodialia, & ne ſim me-
158 rus relator,eius dicta inſpici poſſunt. ¶Alia† ratione etiā uidetur,fiſcum agentem poſſeſſorio recuperandæ repellendum eſſe,cum facto,& contractu ſuo quodammodo ſaltem mediatè à poſſeſſione,quam alias habuiſſe prætendit, ceciſſe dicatur: Nam conſiderandum eſt, quòd poſt mortem Deyphœbi antiquioris de d.Marchionatu inueſtiti fuerūt Illuſtres coniuges do.Giliberta,& dominus Iulianus medices, qui ex conceſſione ipſis facta à præſidentibus fiſcalibus cum approbatione Senatus Mediolani d. Marchionatum iuſtè,& cum titulo tenuerunt,& poſſederunt, in cuius poſſ. fiſcus,à quo causā habuere,prius fuerat, deinde ſolutis ſcutis uigintiquinque millibus per Ioan.Paulum præfatis Illuſtribus coniugibus uirtute compoſitionis inter prædictos Illuſtres coniuges ex una,& Ioan.Paulum ex altera factæ approbante,& conſentiente fiſco,& uolente dictum marchionatum ſpectare,& pertinere ad Ioan. Paulum uirtute dictæ tranſactionis, in qua auctoritas tunc præſidiis,& totius Senatus Mediolani interuenit, prout in literis deſuper confectis dicitur contineri,ipſe Ioan. Paulus ex d.cauſa, & ex titulo oneroſo, & cum bona fide ſemper ex poſt facto, & poſt eius mortem Deiphœbus iunior tenuerunt, & poſſederunt Marchionatum,& alia ad illum pertinentia: quo fit,ut ſi in præſentia fiſcus contra Deiphœbum uelit agere poſſeſſorio reſtituendæ,ſeu recuperandæ,obtinere non poſſit, cum facto, & contractu ſuo ſaltem mediato à dicta poſſeſſione cecidiſſe dicatur per ea, quæ habentur per canoniſtas in c.redintegranda 3.q.1.& per Sozinum in d.l.rem quæ nobis ff. de acquiren.poſſeſſio.in 2.q.principa.ibi quinto dubitatur, cum ijs,quæ latè ponit ibi in 4.q. & per Alexandrum in conſil.92.uolu.1.colum.2. & quamuis iſtud remedium detur contra illum,qui rem poſſidet cum titulo,& bona fide,ut habetur per Sozinum in d.l.rem quæ nobis in quarta quæſtione per Calderinum,Antonium, & alios in c.cum ad ſedem, & in c.ſæpe de reſtitutione ſpoliat.tamen non datur illi, qui ex facto ſuo à poſſeſſione cecidit, per ſcribentes in locis proximè allegatis,& per Alexandrum in conſi.92.in 5.uolumine.Hæc ad oſtendendum bona iura,quæ præfatus dominus Deiphœbus in dicto Marchionatu, illiusque pertinentijs habet, ſatis,ſuperque dicta eſſe exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Feudi conceſſio, & uaſallitium arguitur ex reſeruatione fidelitatis, homagij, & ſimilium.*
2 *Subrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum ſubrogatur.*
3 *Conceſſio,in qua fit mentio de aliis conceſſionibus prius diuerſis perſonis factis,& à quibus illa deriuationem habuit,cum eiſdem qualitatibus intelligi,& à dictis conceſſionibus ſumere originem & naturam cenſeri debet.*
4 *Feudi conceſsio,non autem donatio,nec pleno iure fieri cenſetur ab eo,qui rem conceſſam in feudum,& iure feudi habebat, etiam ſi in conceſſione uerbis donationem importantibus fuerit uſus.*
5 *Feudatarius abſque licētia domini ſui poteſt alium uaſallum facere rem feudalem in feudum dando.*
6 *Oldra. in conſil.159. in quo uoluit donationem eſſe,& non feudi conceſſionem, quando fuit facta conceſsio per uerba damus, donamus, tradimus ex cauſa donationis declaratur.*
7 *Verbum donare etiam ad dationem ob cauſam factam referri poteſt, Ac etiam ad feudi conceſsionem nu.10.*
8 *Verba in conceſſione,& priuilegio principis ſunt largè intelligenda.*
9 *Conceſſio in feudum dici poteſt donatio.*
11 *In materia feudali,& quæ ſui natura non eſt ad hæredes extraneos tranſitoria,appellatione hæredum,& ſucceſſorum deſcendentes,& liberi, qui ſint hæredes,comprehenduntur,*
12 *Niſi dictum eſſet pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque:*
13 *Quod ſi adiectum eſſet, & cui, ſeu quibus illa dederint, & ab eis cauſam habentibus, & quomodo hæc uerba ſint intelligenda, & operentur.*
14 *Verba ſemper in dubio,ſecundum materiam ſubiectam ſunt intelligenda,& reſtringenda.*
15 *Feudum nouum non tranſit, niſi ad nominatos, & comprehenſos in inueſtitura, eorumque filios, non autem ad illorum agnatos, & tranſuerſales.*
16 *Feudum in dotem filiæ à patre ad ipſius uitam abſque conſenſu domini dari poteſt,& in perpetuum cum conſenſu domini.*
Feudi fructus poteſt alienari,& pignorari.
17 *Mulier habens feudum poteſt illud pro ſe in dotem dare, dummodo non det æſtimatum, nec cum pacto de lucrando illud in totum, uel pro parte.*
18 *Feudum ſub tacita, ſeu expreſſa generali bonorum hypotheca etiam pro dote facta non comprehenditur.*
19 *Bona publicata applicantur fiſco,in cuius territorio ſunt poſita.*
20 *Bona mobilia cenſentur eſſe de illo territorio, in quo ſita reperiuntur.*
21 *Bonis alicuius propter crimen publicatis, feuda, & emphyteoſis fiſco non applicantur,ſed ad ſuos dominos reuertuntur.*
22 *Feudum quando ad dominum reuertitur, etiam omnia bona immobilia ei adiacentia,ubicunque ſint ſita etiam in iuriſdictione alterius,ad ipſum dominum reuertuntur.*
23 *Cimiterium accedit eccleſiæ, eiusque ueſtigia, & priuilegium ſequitur.*
24 *Ad hæredem omnia bona ubicunque, & in quocunque territorio ſint poſita, tranſeunt.*
25 *Teſtamentum factum cum ſolennitate ſtatuti minuentis ſolemnitatem iuris communis extenditur ad omnia bona ubicunque poſita etiam extra territorium ſtatuentium.*
26 *Statutum, conſuetudo, uel priuilegium habilitans perſonam incapacem ad ius de futuro,quando extendatur etiam ad bona poſita extra territorium ſtatuentium,& quando non.*
27 *Feudalis cauſa à domino feudi cognoſcitur, quamuis bona feudalia, ſuper quibus cauſa ageretur,poſita eſſent ſub alterius territorio.*
28 *Feudi dominus, quando bona feudalia, in diuerſis territoriis ſunt poſita, cenſetur ille,in cuius iuriſdictione caput feudi,& principale caſtrum poſitum eſt.*
29 *Ius patronatus cenſetur uenditum, & tranſit cum caſtro uendito, in quo eſſet ius patronatus.*

EPITOME.

CONCESSIO *caſtri facta etiam per hæc uerba, donamus,concedimus, dimittimus, & transferimus, pro ſe & hæredibus,& ſucceſſoribus ſuis, & ab eis cauſam habentibus in perpetuum,& cui,ſeu quibus illa dederint, quòd in hoc caſu dicatur feudalis,& reſpectu utilis dominii tantum,& non directi facta,neque donatio ſit iudicanda,oſtenditur.*

Feudum neque ſub expreſſa,neque ſub tacita generali bonorum hypotheca etiam pro dote facta comprehenditur.

Feudum quando ad dominum reuerti debet,& caput feudi in territorio unius domini eſt ſitum, & bona alia ad ipſum feudum pertinentia in alio territorio alterius domini ſunt poſita, omnia ubicunque poſita ad dominum capitis feudi reuertuntur.

CONSILIVM LXVI.

IN cauſa caſtri Turricellarum uidetur de iure primo concludendum eſſe,quòd conceſſio facta de dicto caſtro Frāciſcomariæ,Angelo,& Petropaulo fratribus de Simonettis per Ludouicum olim Regem Franciæ, & Ducem Mediolani, & confirmata per fœlicem memoriam Iulij Papæ II. Leonis X. & Adriani,necnon per ſanctiſſimum D. N. Clementem VII. per hæc uerba donamus, concedimus, dimittimus, & transferimus &c. pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, & ab eis cauſam habentibus in perpetuum, & cui,ſeu quibus illa dederint &c. dicatur feudalis, & reſpectu

1 ctu utilis dominij tantum,& non directi facta † quod qui-
dem conſtat primo ex reſeruatione fidelitatis homagij,&
aliorum,de quibus in literis dictæ conceſſionis,& confirma
tionis,quæ arguunt feudi conceſſionem, & uaſalliticum, ut
colligitur ex glo.in clemen.paſtoralis in uerbo homo ligius
de re iudica. per Baldum in præludi.feud.in ſeptima diuiſio-
ne per Speculatorem in titu.de feudis §.quoniam uerſic.&
not.& in uerſi.2.quæritur,& ibi Bal.in additio.in uer.homa
gium,& habetur per Innocentium in c. indignum de regu.
iur.in 6.Non fuit ergo libera conceſſio,& donatio, ſed po-
tius ob cauſam,& correſpectiua,uidelicet ob fidelitatem,&
homagium,ac alia ipſi concedenti reſeruata, & conſequen
ter in feudum. Præterea præfati fratres ſubrogati fuerunt
in locum cuiuſdam dominæ Camillæ, cui dictum caſtrum
cum ſuis terris fuerat prius conceſſum in feudum nobile, &
gentile,& in omne ius dictæ dominæ Camillæ prius compe
tens,ergo debent intelligi habere ſolum ius feudi,& uaſal-
2 litici,quia † ſubrogatum ſapit naturam eius,in cuius locum
ſubrogatur,l. ſi eum §.qui iniuriarum ff.ſi quis cautio.l.ſta-
3 tius §.cornelio ff.de iure fiſci cum ſimil. ¶Tertio † in di-
ctis literis conceſſionis,& confirmationis fit mentio de aliis
pluribus conceſſionibus huius caſtri,& bonorum pluribus,
& diuerſis perſonis factis,à qnibus conceſſio facta dictis fra
tribus deriuationem habuit,& ſic uidetur quædam transla
tio facta de domina Camilla in illos de Simonettis,ergo de
bet intelligi cum eiſdem qualitatibus,& conditionibus,ar-
gumento l.legatum ſub conditione ff. de adimen.legatis,c.
& temporis cum c. ſequenti 16.q.1.l.fundũ inſtructum in
prin.ff.de fundo inſtructo: Et quia huiuſmodi conceſſio ui
detur illis accedere, & ab eis originem ſumere, ideò ta-
lis cenſeri debet, quales erant illæ primæ l.ſi ego §. ſi ta-
men ff. de publicia. cum. ſimilibus.

4 ¶Quarto † cum ſereniſſimus Rex,qui in ducatu Mediola-
nenſi ſucceſſit, habuerit, & tenuerit dictum caſtrum cum
ſuis iuriſdictionibus,& rebus in feudum ab Imperatore, &
ſucceſſiuè ſedes Apoſtolica,quæ ſucceſſit in dominio ciuita
tis Parmæ, in cuius territorio ſitum eſt hoc caſtrum, con-
ceſſerint, & donauerint illud dictis Simonettis,debet intel-
ligi donatio huiuſmodi facta ſolum quoad utile dominium,
& naturalem poſſeſſionem,& ſic in feudum, non autem ple
no iure,nam quis non cenſetur donando uoluiſſe transfer-
re,niſi ius, quod in re donata habebat, & dare poterat, ut
eſt text.in l.ſi domus,& ibi Alex. & docto. communiter in
fin.ff.de legat.1.& c.paſtoralis de donatio. alioquin conceſ
ſio,& donatio non ualeret,quia pro nõ dato habetur,quod
ab illo datur,qui non poteſt de iure dare c. quod autem in
fin.extra de iure patrona.& ad propoſitum faciunt ea, quæ
in indiuiduo uoluit Sozi.in conſi 66.in 3.uol.in 2.& 3. col.
& per totum. Sed præfatus Rex, & ſucceſſiuè ſedes apo-
ſtolica, quæ caſtrum iſtud habet iure feudi, de iure abſque
licentia domini non poteſt illud donare, ſeu alienare in to
tum, uel pro parte,ſed ſolum in feudum dare, & in illo ua-
ſallum conſtituere,ut in c.1.§.illud,iuncto §.1.de prohibita
aliena.feudi per Federicum,& ibi glo.& docto.& in c.1.§.
donare qualiter olim feu.alien.poterat,&in ſpecie iſtud eſt
de natura feudi Ducatus Mediolanẽſis, ut ex prima conceſ
ſione dicti Ducatus Mediolanenſis facta per Vincelaũ Im-
peratorem Ioã. Galeatio uice Comiti conſtat,ergo hæc cõ
ceſſio de dicto caſtro facta dictis fratribus de Simonettis de
bet intelligi facta ſolum in feudum, & ſic eo modo, quo fie
5 ri poterat: Nam † de iure feudatarius etiam abſque licen-
tia domini ſui poteſt alium uaſallum facere, dãdo rem feu
dalem in feudum,ut in d.§.illud, & habetur per Imolam, &
Alex.poſt glo.in l.3.§.ex contrario ff.de aquic.poſſ.& ſi ul-
timus uaſallus feudo fuerit priuatus, ſeu alio modo feudũ
fuerit finitum in perſona ultimi,ſi fuerit nouum feudum,il-
lud reuertitur ad primum uaſallum,& nõ ad dominum feu
di,ut eſt tex.in d.§.illud,& ibi plenè habetur,& per Alexan.
in d.§.ex contrario in antepenul.col.& in c.1.de ſucceſ.fra
trum &c. cum ſimil. infra allegandis. ¶Et ſequendo hanc
concluſionem, quòd conceſſio,ſeu donatio facta dictis de
Simonettis ſit feudalis,ſupereſt aliquibus, quæ in contrariũ
facere uidentur,reſpondere,& in primis nõ obſtat id,quod
uoluit Oldra.in conſi.ſuo 159.ex præſenti themate &c.ubi
uidetur uelle,quòd ex quo cõceſſio facta fuerat per illa uer
ba damus, donamus, & tradimus ex cauſa donationis &c.
quamuis conceſſio facta fuerit etiam cum quibuſdam reſer
uationibus,tamen non dicatur facta in feudum, ſed pleno
iure,quoad directum,& plenum dominium, propter illa
uerba donamus,&ex cauſa donationis concedimus per plu
ra,quæ ipſe allegat in d.conſilio, quem ſequitur Albericus
6 in rubr.C.de donatio. quia primò reſpondetur, † quòd in
caſu Oldradi Rex non erat uaſallus, nec feudatarius quoad
bona,& res,quæ,& quas conceſſerat,& donauerat,ſed in il
lis plenum ius habebat dandi,donandi,& transferendi ple-
no iure:&ideò in dubio intelligi debuit illa cõceſſio facta ſe
cundum ius, quod habebat,argumento d.l.ſi domus in fin.
& ibi Bart.Alex.& alij, & in d.c.paſtoralis de dona. & in d.
c. quod autem de iure patronatus. Secundo reſpondeo,
quòd in caſu Oldradi uerba erant clara, quòd Rex uoluit
pleno iure res illas transferre,& donare, quia dixit ſe dona
re quicquid iuris habebat in principatu ratione feudi, ſiue
alia ratione,uel cauſa, ergo omnia tranſiuerunt,niſi expreſ
ſè retenta,& reſeruata fuerint, & ſic tranſiuit plenum,& di
rectum dominium,ex quo non fuit reſeruatum, l. ulti. ff.de
penu.lega.item ſimpliciter dixit, quòd donabat; cum igi-
tur uera, pura, & mera donatio ſit dicenda donatio; datio
autem in feudum, non ſit propriè donatio, ſed ob cauſam
datio l.1.ff.de donat.ſequitur,quod debuit intelligi de do-
natione propriè,& non impropriè,& ſecundum quid, ar-
gumento l.1.ff.ſi ager uectig.uel emphit.peta.l. hoc legatũ
de lega.3. In caſu autem noſtro non fuit facta donatio ſim
pliciter,ſed ob cauſam,uidelicet in feudum, tum quia reſer
uatum fuit homagium,quod nihil aliud importat, item fi-
delitatem,& alia,quæ neceſſario arguunt feudi conceſſio-
nem, & dationem,non autem liberam, & puram donatio-
nem, ut dixi ſupra, item in caſu noſtro non fuit dictũ, quòd
donaret quicquid iuris in d.caſtro haberet, prout in caſu
Oldradi,ergo ex diuerſis non eſt inferendum l. inter ſtipu-
7 lantem §.ſacram cum ſimil.ff.de uerbo.obliga. † & illa uer
ba donamus &c. etiam referri poſſunt ad donationem ob
cauſam factam ut in dicta l.1.ff.de donatio.quæ ſaltem im-
propriè, & lagè loquendo, dici poteſt donatio, ut ibi, & in
terminis hoc uoluit Sozi.in d.conſi.66.in 3.uol.in fi.4. col.
8 & † cum ſimus in conceſſione,& priuilegio principis, uer-
ba ſunt largè intelligenda c. cum dilecti extra de donatio.
cum ſimilibus l. beneficium ff.de conſtitu.principum. Item
9 † coceſſio in feudum etiam dici poteſt donatio, argumento
c.1.in §.beneficium in quibus cau.feu.amitt.& Sozi.in dicto
conſi.in 6.col.qui dicit ita uoluiſſe Bald.Iaſon. Aluerotum,
Andr.de Iſer. & alios modernos in prælud.feud. & plures
10 alios ibi per eum allegatos. Et † ideò illa uerba donamus
poſſunt referri,& adaptari ad conceſſionem factam in feu-
dum per primum uaſallum, quæ fieri debet, ex mera libe-
ralitate,nullo precio recepto,quando fieret abſque conſen
ſu domini directi,ut eſt tex.in c.1.in §.callidis,de prohibi-
ta feudi alien.per feder.& eſt glo.in c.1.§.præterea de ca-
pitulis Corradi,&habetur per Sozi.in d.conſi.66.in 3.uol.
in fin.2.col.ex cuius dictis,& rationibus ibi poſſet conclu-
ſio ſupra tradita multipliciter confirmari,& reſponderi iis,
quæ uoluit Oldradus in dicto ſuo conſilio, quibus in ſpecie
reſpondet Iaſon in prælud.feudo.in 6.& 7.col.

¶Non

¶ Non obſtat tertio, quòd conceſſio facta illis de Simonet-
tis fuit facta pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, quia
11 reſpondetur, † quòd in materia feudali, & ſic in materia ſui
natura non tranſitoria ad hæredes extraneos appellatione
hæredum, & ſucceſſorum comprehenduntur deſcendẽtes,
& liberi, qui ſint hæredes, ut eſt text. cum gloſ. in l. ex facto
in fin. ff. ad trebellia. & ibi Barto. & in l. gallus §. etiam ſi a pa
rente ff. de liberis, & poſthumis c. 1. in fin. & ibi omnes ſi de
feud. fuerit conten. inter dominum, & agna. & habetur per
doctores maximè per dominum Præpoſitum in c. 1. §. & ſi
clientulus de alien. feudi, & per Baldum in l. cum uirum C.
de fideicomm. & in prælud. feud. in octaua diuiſione, in l. li-
berti. in 7. colum. C. de operis liberto. in c. 1. de alienat. feu.
paterni, & in c. 1. de prohib. feud. aliena. per Federicum in
princi. in quarta columna cum ſimilibus alijs, quæ poſſent
allegari, & per Alexandrum in l. quod dicitur in 16. colum.
ff. de uerborum obliga. ubi etiam in penultima columna uo-
luit, quòd per illa uerba hæredibus in materia non tranſito-
ria ad hæredes extraneos, ſed ſolum ad deſcendentes non
12 comprehendantur extranei hæredes, † niſi eſſent expreſſa
illa uerba pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcun-
que: idem etiam uoluit Alexan. in l. quædam §. nihil in 1. co
lum. ff. de edendo, & faciunt not. per Baldum in d. c. 1. in prin
cip. in penultima columna de prohib. feu. alienat. per Fede
ricum, & in l. cum uirum in final. uerb. C. de fideicomm.
¶ Non obſtant quarto etiam illa uerba poſita in dicta con-
ceſſione, & cui, ſeu quibus illa dederint, & ab eis cauſam ha
13 bentibus, quia primo poteſt reſponderi, † quòd illa uer-
ba ſunt referenda ad præcedentia, ſecundum quæ debent
intelligi, uidelicet de hæredibus, & ſucceſſoribus, & conſe-
quenter de filiis, & deſcendentibus, quibus dederint, & qui
cauſam ab illis habuerint, & ſic illa uerba generalia reſtrin-
guntur ſecũdum præcedentia ratione ſubiectæ materiæ feu
di, quæ eſt, ut non tranſeat, niſi ad filios, & deſcendentes,
quando feudum erat nouum, & non antiquum, ut ſupra,
14 nam † uerba ſemper ſunt in dubio intelligenda, & reſtrin
genda ſecundum materiam ſubiectam l. ſi ſtipulatus ff. de
uſuris, l. ſi uno in prin. ff. locati, & ibi glo. l. damni, & ibi Bar-
to. & alij ff. de damno infecto in princip. d. l. ex facto in fin.
cum glo. & ibi Bart. ff. ad trebellia. quod confirmatur ex ijs,
quæ uolunt Barto. & alij in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de
operis liberto. & Alexan. poſt Imol. in d. l. quod dicitur, &
in l. etiam ff. ſoluto matrimonio, & in c. in præſentia de pro-
batio. c. 1. in fin. & ibi Bal. ſi de feu. fue. conten. ubi illa uer-
ba filijs, & deſcendentibus, & hæredibus reſtringuntur, ſeu
intelliguntur de hæredibus, qui ſint filij, & deſcendentes ſe
cundum communem opinionem, ut habetur in d. c. in præ-
ſentia, & in alijs locis ſupra allegatis, ita ergo ſimiliter di-
cẽdum eſt in caſu noſtro de illis uerbis, & quibus dederint,
poſitis poſt illa uerba, hæredibus, & ſucceſſoribus, & facit,
quod uoluit Bald. in l. cum uirum in fin. C. de fideicomm.
quamuis in hoc contrariari uideatur id, quod dicit Decius
in conſilio ſuo 171. in 2. colum. per textum in c. 1. de feu. nõ
haben. prop. nat. & in c. 1. in fin. ſi de feu. conten. ſit inter do-
minum, & agna. & ibi Bal. expreſsè. Secundo reſpondetur,
quòd quamuis per illa uerba, & cui, ſeu quibus dederint, ui
deantur comprehendi ij, qui non ſunt hæredes, et ſucceſſo-
res, de quibus facta fuit mentio ſpecialis, et expreſſa, ſed alij
etiam extranei, quibus bona feudalia eſſent ex aliquo titu-
lo etiam inter uiuos conceſſa per ea, quæ uoluit Decius in
d. conſilio 171. per textum in d. c. 1. de feu. non haben. pro-
priam naturam, tamen illa uerba ita demum operantur, &
habent effectum, quando facta realiter fuiſſet conceſſio, &
datio aliquibus etiam extraneis, & non aliter, ut fuit de men
te ipſius met Decij in d. conſi. & Bal. & Iacobi de Alua. in c.
1. per illum textum de eo, qui finem fecit agnato, & in d. c.
1. de feu. non haben. prop. natu. Iſta enim uerba continen
ius quoddam perſonale, non autem reale, uidelicet, quòd fa
cta dicatur conceſſio etiam pro illis, quibus dederint, ergo
ſi non fuerit facta datio, illa uerba nihil debent operari, ut
colligitur ex text. & ibi gloſ. in d. c. 1. ubi hoc expreſsè dixit
Bal. in 1. colum. per textum in l. non diſtinguemus §. ſi cum
dies ff. de arbit. & ſecundum Iacobum Aluaro. & dominum
Præpoſitum ibi, ex quo conceſſio facta fuit pro hæredibus,
& quibus dederint, agnati, qui uolunt ſuccedere in feudo,
ad feudum admitti non poſſunt, ex quo illis non fuit da-
tum, nec ipſi habuerunt cauſam ſpecialem, & ſingularem
ab illis de Simonettis inueſtitis, quoniam illa uerba, & qui-
bus dederint, & ab eis cauſam habentibus, comprehendunt
ſucceſſores ſingulares, & non uniuerſales, ut dixi ſupra, &
probatur in c. 1. de feu. non haben. propriam naturam. Qua
re infertur, quòd huiuſmodi conceſſio facta per hæc uer-
ba nõ ualuit, nec fieri potuit abſque licentia domini, ex quo
expreſsè fuit facta prohibitio in inueſtitura, quòd feudum
in totum, ſeu pro parte uendi non poſſet per textum cum
glo. in c. 1. de eo, qui finem fecit. Præterea licet quando fuit
facta conceſſio feudi pro ſe, & hæredibus, & quibus dede-
rint, feudum dicatur mutare naturam, ut poſſit alienari, uen-
di, ſeu donari d. c. 1. de feudo non haben. propriam natu-
ram, tamen hoc eſt uerum facta alienatione, ſed donec re-
manſit penes uaſallum, quia non fuit alienatum, retinet ſuã
naturam, ut in d. c. 1. & ibi glo. Bal. & alij. Ex quibus infer-
tur, quòd dicti agnati non poſſunt uenire ex illis uerbis, &
quibus dederint, & qui habuerint ab eis cauſam, ex quo ip-
ſis non fuit datum, nec ipſi cauſam à dictis de Simonettis
expreſsè ex aliquo titulo ſaltem inter uiuos habuerunt per
prædicta. Nec poſſunt etiam uenire ex illis uerbis, & hære
dibus, quia in materia feudali appellatione hæredum non
continentur extranei, ſed ſolum filij, & deſcendentes, ut ſu-
pra, nec etiam ex illis uerbis, & ſucceſſoribus, quia intelligi
debent de ſucceſſoribus, qui de iure proprio poſſent, ſeu uel
lent ſuccedere, qui eſſent de filijs, & deſcendentibus, nõ au
tem de ſucceſſoribus etiam extraneis, nam illa uerba ſuc-
ceſſoribus in materia aliàs ſui natura ad extraneos non tran
ſitoria non comprehendunt extraneos, niſi adijciatur uer-
bum quibuſcunque, ut ſupra dixi per ea, quæ uoluit Alexan.
in locis præallega. Similiter dicti agnati non poſſunt ad hu
iuſmodi feudum uenire ex proprio, & principali beneficio,
& iure agnationis iuxta tex. in c. 1. in prin. ſi de feu. ſit con-
15 ten. inter dominum, & agna. † nam quando feudum eſt
nouum, non tranſit niſi ad nominatos, & comprehenſos in
inueſtitura, & eorum filios, non autem ad eorum agnatos
tranſuerſales, ut in c. 1. de gradibus ſuccenden. in 2. colum.
& eſt glo. in c. 1. ſi uaſallus feudo priuetur, & in d. c. 1. ſi de
feu. ſit conten. inter domin. & agna. Quare cum non ſimus
in beneficio antiquo, ſeu paterno illorum de Simonettis, ſed
in nouo feudo reſpectu ipſorum iuxta ea, quæ habẽtur per
Alexan. in l. ſi mihi, & Titio in antepenultima columna ff.
de uerborum obligat. & per Baldum per illum textum in c.
1. de natu. ſucceſs. feudi, & in prælud. feudo. in tertia diuiſio
ne, quo caſu iure agnationis ipſi agnati in tali feudo ne-
queunt ſuccedere, ut ſupra dixi, et facit tex. cum glo. in c. 1.
an agnatus, uel filius, et in c. 1. ſi de feudo ſit conten. inter
dominum, & agna. in prin. in c. 1. de ſucceſs. fratrum, uel de
gradibus &c. ex his omnibus concludendum eſt, dictos agna
tos non poſſe in dictis bonis feudalibus aliquo reſpectu ſuc
cedere. ¶ Secundum uidendum eſt, an dictum caſtrum cum
alijs bonis, ut ſupra, conceſſis in feudum dicatur tacitè,
& generaliter hypothecatum, & obligatum uxori dicti
Franciſcimariæ pro reſtitutione dotium ſuarum, cui fue-
runt expreſsè, & generaliter omnia bona Franciſcima-
riæ uaſalli obligata, & hypothecata: Et non eſſe breui-
ter

16 ter reſpondeo, quoniam † licet pater poſſit feudum
dare in dotem filiæ ad uitam ipſius patris abſque con-
ſenſu domini, & fructus feudi, & commoditas ipſius poſ-
ſit alienari, & pignorari, ut uoluit Ioannes Fab. in §. item
ſeruiana in 14.col. Inſti.de actio.& in ſimili uoluit Specula
tor in tit.de pigno.in §.1.circa fin.& Bart.in l.ſi is, qui §.an
uſusfructus ff.de pigno.& quamuis feudum poſſit in per-
petuum in dotem dari cum conſenſu domini, & non aliter,
ut eſt tex.cum ibi not.in c.nuper,& ibi Innocen. Hoſtien.&
alij extra de donat. inter uirum, & uxo. & gloſ. ibiq; Ioan.
Andr.in c.2.extra de feudis §.1.in uerſi.20.in fin.Bar. Alex.
& alii in l.ſi conſtante in 3.q.3.q.principalis ff. ſolu.matri.
& habetur per dominos de Rota in deciſione 199.pater po
teſt &c.in antiquis, iuncto c.1.§.donare qualiter olim feu.
aliena.poterat,& in c.Imperialem §.1.de prohi.feu.alie.cũ
ſimilibus, & Bal.in c.1.de prohib.feud.alien. per Feder. in
princ.in 3.col.dicit,quòd pater ſine conſenſu, & uoluntate
domini non poteſt dare feudum in dotem filiæ, nec illud
pro dote filiæ hypothecare,aut obligare,etiam ſi aliunde fi
liam dotare non poſſet, immò de melioramentis factis in
feudo dotare non ualeret, ut ibi per eum; Nec obſtet autẽ
tex,quæ C.communia de lega.quia ibi text. loquitur de re
prohibita alienari ratione perſonæ, non autem, ratione rei,
17 & quamuis etiam † mulier, quæ habet feudum uel ex in-
ueſtitura,uel ex alia cauſa poſſit illud pro ſe dare in dotem,
dummodo illud marito non det æſtimatum, nec cùm ali-
quo pacto de lucrando in totum, uel pro parte, quia apud
maritum poſt mortem uxoris feudum non poteſt remane
re,neque illud maritus ex pacto, uel ex conſuetudine, ſeu
ſtatuto loquente,& diſponente de dote lucranda poteſt ac
quirere,ut not.uoluit Bal.& ibi alij doctores in c.1.§.dona
re qualiter olim feu.alie.poterat in ultima col.& in c.1.in
18 prin.in 4.col.de prohib.aliena.feu. per Fede. tamen † feu-
dum non comprehenditur ſub tacita, ſeu expreſſa genera-
li hypoteca bonorum etiam pro dote facta, quoniã ſic poſ-
ſet aduocari, & alienari, ſicut in ſimili dicunt doctores de
re eccleſiæ in c.nulli de rebus eccleſiæ non alienan. ita uo-
luit Bald.quem alij doctores ſequuntur in d.c.1.in princ.de
prohib.feud. alien.per Feder.& ideò ſi quis omnia ſua bo
na obligaret,& hypothecaret,nõ priuaretur feudo,quoniã
ſub illa obligatione bonorum feudum non comprehende-
retur,argumento eorum, quæ uoluit Bart.in l. codicillis §.
inſtituto ff.de lega. 2.& Bald.in d.c.1.in princ. in 2.col.er-
go ſi mulieri ſint pro dotis reſtitutione tacitè, uel expreſ-
sè bona mariti obligata,ſub huiuſmodi obligatione, & hy-
potheca feudum mariti non comprehẽdetur, quia etiã ex-
preſsè non potuiſſet illud pro dote pignorari,ſeu hypothe
cari,ut dicunt Moderni in l.fi.in 145.col.C.de iure emphi.
& ibi Salice.d.c.1.in princ.de prohib.feud.alien. per Fede.
& ibi Bal.& alij,& hoc idem fuit de mente Bart. & Alex. in
d.l.ſi conſtante in 3.q.3. q.princip.ubi Bar.uoluit,quòd mu
lier pro reſtitutione dotis ſuæ poſſit ad res feudales mariti
contra maritum,uel alios agere hypotecaria, donec ius ui-
ri durat,alàs ſecus,quia finito iure uiri in feudo mulieri nul
lum ius agendi hypotecaria cõpetit: ſed in caſu noſtro per
mortẽ dicti Franciſcimariæ extinctum fuit ius ipſius in feu
do,quod erat nouũ, ut ſupra dictum eſt, ergo ipſi uxori nul
lum ius agendi hypothecaria ſupereſt.Cõfirmatur hoc etiã
ex iis,quæ uoluit Bal.in l.2.in 1.col.C. cõmunia de legatis,
inquiens,quòd ſi pater legauit filiæ mille pro dote,& fratrẽ
ſuum inſtituit,quo caſu omnia bona teſtatoris cenſentur ta
citæ hypothecara pro illis mille legatis, ut in d.l.2.cum ſi-
mil.quæ uoluit Bar.in l.1.ff.de lega.1.feudum patris,quod
erat in hæreditate,& bonis paternis, nõ dicitur tacitè obli
gatum,nec hypothecatum pro dote filiæ, ſed totum debet
eſſe ipſius fratris hæredis,quoniam pater etiam pro dote fi-
liæ non poteſt obligare,nec pignorare feudum ſuum abſq;
conſenſu domini,ut in d.c.1.in prin.de prohi. feu.alie.per
Feder.in d.c.1.§.donare qualiter olim feu.alien.poterat,er
go ſub tacita,ſiue expreſſa generali obligatione bonorum
non comprehenditur per prædicta,& eſt de mente Bald.in
locis præallegatis,& eſt ueriſſimum. ¶ Tertio dubitatur,ex
quo feudum propter lineam finitam ad dominum feudi re
uerti debet,& caſtrum Turricellæ,quod erat caput feudi,ſi
tum erat cum pluribus aliis bonis immobilibus in territorio
Placentino,quod erat de iuriſdictione eccleſiæ Romanæ,&
in quo in locũ Ducis Mediolani eccleſia ſucceſſerat,& con
ſequentet ad ipſam feudum reuerti debebat,& non ad pri-
mum dominum, ut habetur in c.1.§.illud quoq;, & ibi glo.
de prohib.feu alie.per Fede.& aliqua bona immobilia,quæ
erant de d.feudo Turricellæ, ſita,& poſita erant extra iuriſ
dictionem eccleſiæ Romanæ ſub iuriſdictione Ducatus Me
diolani, & conſequenter Imperatoris, ad quem debeat d.
feudum reuerti, an in totum ad eccleſiam Romanam cum
omnibus bonis ſuis ubicunq; poſitis, an uero in totũ ad Du
cem Mediolani dominum d.feudi,an uero pro parte, qua
bona feudalia poſita ſunt ſub iuriſdictiõe Ducis Mediolani,
reuerti debeant ad Ducem Mediolani; Et quamuis prima
facie uideretur dicendum,quòd deberet ad utrunque re-
uerti pro parte,qua bona in ſuis territoriis, & ſub ſuis iuriſ-
dictionibus reperiuntur, per ea, quæ in ſimili uoluit Roma.
19 in ſuo ſingulari 588. qui dixit, † quòd publicatis bonis, ea
debent applicari fiſco,in cuius territorio ſunt poſita l. qui-
cunque §.uniuerſi C.de hæreticis, & facit,quod uoluit Bal.
in c.1.§.ſiquis hominem per illum,tex.de pace tenen.& eius
20 uiolat.in 2.col. † quòd bona mobilia cenſentur eſſe de illo
territorio,ubi reperiuntur,quia populo,ſeu fiſco ipſius loci
confiſcantur,& quamuis etiam iſtud uideatur confirmari
per tex.in c.fœlicis de pœnis in 6.& in clemẽ. 1. eodem tit.
21 †ubi ſi propter crimen,de quo ibi,uel crimen læſæ maieſta-
tis bona publicentur, feuda tamen, & res emphitheoticæ,
quæ ab eccleſia detinentur,non applicantur fiſco, ſed re-
uertentur ad ſuos dominos,ut ad eccleſiam, quæ conceſſit,
ut de illis poſſint liberè diſponere,& ſic pro parte, qua erãt
de iuriſdictione fiſci,applicantur fiſco, pro parte uerò, qua
erant ſub iuriſdictione domini feudi,ad dominum feudi re-
uertuntur, ergo ex identitate rationis, uidetur dicendum
idem eſſe in caſu noſtro argu.l.à titio ff.de uerb.obliga. iun
cto c.1.ſi de feudo fuerit contro.inter do.& agna.Tamẽ cõ
trarium puto uerius eſſe,quòd totum feudum,uidelicet ca
ſtrum Turricellæ cum omnibus bonis ſuis immobilibus ubi-
22 cunque poſitis reuerti debeat ad eccleſiam: quoniam † cum
illud caſtrum, quod eſt caput feudi, ſit poſitum in territo-
rio,& iuriſdictione eccleſiæ, et ad eccleſiam tanquam ad
ſuam dominam debeat reuerti,et non ad primum dominũ,
iuxta ea, quæ habentur in c.1.§.illud quoque,et ibi gloſ.et
docto.de prohib.alien.feud.per Feder.ſequitur,quòd etiam
omnia bona immobilia, quæ ipſi caſtro, et capiti feudi ac-
cedunt,debent ad eccleſiam reuerti,ubicunque ſint poſita,
nã acceſſorium ſequitur ſuũ principale, eiuſq; ueſtigia, et
naturam imitatur c.acceſſorium de regu.iur. in 6. l. 1.et 2.
ff.de peculio legato, c. de prudentia de dona. inter uirum
23 et uxo.et facit,quod dicitur de cimiterio,†quod accedit ec
cleſiæ,cuius naturam,et priuilegium ſequitur, ut in c. con-
ſuluiſti de conſecra.eccleſiæ,uel altaris, et c. ſi quis cum ſe-
quen.17.q.4.¶ Præterea,et ſecundo ita ſucceſſio dñi in feu
dũ,quod ad ipſum reuertitur, feudiq; reuerſio ad oĩa bo-
24 na,ubicunq; fuerint poſita,extẽdi debet, ſicut† ad hæredẽ
tranſeunt omnia bona, ubicunque,& in quocũq; territorio
ſint poſita, ut habetur in l.cunctos populos per Bar.et alios
C.de ſumma trinita.et fid.catholica,ubi Bart.quem alii cõ
muniter ſequuntur in 6.q.in 12.col.cum ſequentibus po-
nit

nit plura dicta, et exempla huic concluſioni inſeruientia: Dicit enim primo, reiecta opinione Iacob. Rauen. quòd
25 † teſtamentum factum cum ſolemnitate ſtatuti minuentis ſolemnitates iuris communis, ut quòd teſtamentum fieri poſſit coram quatuor teſtibus, extenditur ad omnia bona ubicunque poſita, etiam ſi ſint extra territorium ſtatuentium, & ideò ſi hæres inſtitutus in illo adiuerit hæreditatem, talis aditio per quandam conſequentiam extenditur ad bona poſita etiam extra territorium, quia attendi debet locus, in quo facta fuit aditio hæreditatis, quæ eſt principalis ad acquirendum dominium rerum l. cum hæredes in princip. ff. de acquiren. poſſeſſio. cum ſimilib. & argumento l. 3. §. t. ff. de legit. tute. Inducit etiam Barto. id, quod dicitur de actis factis coram uno iudice, quòd illa fidem in alio iudicio, & coram alio iudice faciunt, necnon inducit l. omnium in fin. & l. fina. C. de teſtamen. & ita tenuerunt Cyn. in addit. Guliel. de Cuneo, Iacob. Butriga. &
26 alij communiter. Nec obſtat id, † quod uoluit Bartol. ibi in 14. colum. in uerſicu. quæritur, an talis perſona &c. qui dixit, quòd ubicunque per ſtatutum, uel conſuetudinem, aut per priuilegium habilitatur perſona incapax ad ius de futuro, non extenditur effectus ad bona poſita extra territorium, exemplificando, ut ibi per eum, in filio legitimato, per textum in c. per uenerabilem qui filij ſint legiti. quia illud procedit, quando contra ius commune perſona incapax, & inhabilis habilitaretur à ſtatuto, ſeu conſuetudine, aut à priuilegio, ſed nos loquimur de perſona habilitata à iure communi, & quæ eſt capax ſecundum regulas iuris, uidelicet in domino, ad quem de iure communi feudum nouum reuertitur mortuo uaſallo ſine liberis, excluſis agnatis, qui de iure eſſent hæredes uaſalli quoad alia bona per prædicta. Et ideò Barto. in d. l. 1. in 16. colum. in uerſicu. ſed poſſet dubitari &c. inquit, quòd primogenitus, qui ex conſuetudine Angliæ ſuccedere debet in omnibus bonis, excluſis alijs filijs, poteſt ſuccedere in omnibus bonis ubicunque poſitis, & in quibuſcunque ciuitatibus, & territoriis, quia inſpici debet locus principalis, in quo adita fuit hæreditas, & in quo fuit celebratus quaſi contractus, qui reputatur principalis actus, ex quo bona debent acquiri, ut ſupra, & hoc dicit uerum eſſe, quando uerba ſtatuti, uel cōſuetudinis diſponerent circa rem, ſeu circa bona, ut quia dicerent, bona deſcendentium ſpectent, ſeu ueniant ad primogenitum, ſecus ſi loquerentur principaliter in perſonam, dicendo primogenitus ſuccedat in omnibus bonis, ſed in caſu noſtro iura loquuntur in rem, quia dicunt, quòd feudum nouum, mortuo uaſallo ſine filiis, reuertatur, ſeu reuerti debeat ad dominum, ut probatur in c. 1. in fin. de ſucceſs. feu. & eſt tex. in terminis in c. 1. in §. his uerò de ſucceſſione fratrum, uel de gradibus ſucceden. ibi ſi de nouo beneficio fuerit inueſtitus, non pertinet ad eiuſdem Titij patruum magnum, nec ad prolem ex eo deſcendentem, immò reuertitur ad dominum, ergo hæc ſucceſſio domini, & feudi reuerſio debet extendi ad omnia bona feudalia, ubicunque
27 fuerint poſita. ¶ Tertio † prædicta corroborantur ex tex. in c. ex tranſmiſſa, & in c. uerum de foro competenti, ubi dominus feudi cognoſcit de cauſa feudali, quamuis bona feudalia ſint poſita ſub territorio, & iuriſdictione alterius, puta Imperatoris, quoniam ex quo cognitio cauſæ feudi principaliter ſpectat ad dominum feudi, ſiue ſit eccleſia, ſiue ſecularis, debet ad eum etiam ſpectare cognitio cuiuſlibet rei feudalis, etiam ſi illa eſſent poſita in territorio, & iuriſdictione alterius, ut in d. c. uerum cum gloſa.

¶ Quarto induco tex. in d. c. fœlicis de pœnis in 6. ubi ſi propter crimen, de quo ibi, bona publicētur populo, ſeu fiſco, in cuius territorio ſunt poſita, ut dictum fuit, tamen bona omnia feudalia ſimpliciter ad dominum feudi reuerti debent, non conſiderando, an ſint ſub iuriſdictione domini, nec ne, quia ubicunque fuerint poſita reuertuntur ad do-
28 minum feudi, † & in caſu noſtro ille cenſeri debet dominus feudi, in cuius iuriſdictione, & territorio poſitum eſt caput feudi, & principale caſtrum, non conſiderando, in quo loco ſint bona feudalia, quæ ueniunt potius in quandam cōſequentiam, & accedunt ipſi caſtro, & capiti, quàm quòd principaliter conſiderentur, ut colligitur ex forma, & uerbis conceſſionis, & inueſtituræ, & hoc argumento tex. not. in l. cum in diuerſis ff. de religio. & ſumpt. funerum.

¶ Quinto adduco in ſimili id, quod uoluit Innocen. Abb. do. Anto. & alij in c. ex literis extra de iure patrona. per iu-
29 ra, & rationes eorum, qui dicunt, quòd † quamuis iuſpatronatus per ſe, ſeu expreſsè uendi non poſſit, ut in c. quia clerici, & c. de iure extra de iure patro. tamen ſi fuerit uenditum caſtrum, ſeu uilla, aut palatium, in quibus ſit eccleſia patronata, iuſpatronatus tanquam dependens, et acceſſorium caſtri cenſetur acceſſoriè uenditum: ita dicamus in caſu noſtro, quòd bona immobilia, quæ ſub feudo continentur, ueniant acceſſoriè, et in conſequentiam, et tranſeant ad eccleſiam Romanam, ad quam tranſit caſtrum Turricellæ, quia tanquam acceſſoria tranſeunt cum uniuerſitate caſtri ad eum, ad quem de iure caſtrum tranſire debet, ad quod in terminis facit, id, quod uoluit Roma. in ſingula. 637. incipien. tu ſai, quod regnum &c. Et ex his poteſt colligi reſponſio omnibus, quæ in contrarium adduci poſſent. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ad feudum antiquum collaterales olim uſque ad quartum, & hodie uſque ad ſeptimum gradum, deſcendentes uerò maſculi in infinitum etiam in centeſimo, & ulteriori gradu admittuntur.*

2 *Conceſſio magnæ partis Regni alicuius in dubio cenſetur feudalis, & non libera.*

3 *Hæc verba inueſtire, & diueſtire ad dominos feudum concedentes, & non ad alios propriè pertinent,*

5 *Et ſunt ſigna, quibus feudum ab alijs contractibus, & conceſſionibus dignoſcitur.*

5 *Feudum eſſe arguitur ex receptione ſub protectione domini concedentis.*

Vaſallum protegere ad dominum feudi tanquam ſuperiorem ſpectat.

6 *Verba enunciatiuè prolata in factis antiquiſſimis inter omnes probant, & infra nu. 33.*

In antiquiſſimis excedentibus tempus centum annorum admittuntur pro plena fide facienda illa, quæ regulariter ſolum qualem qualem fidem facere ſolent.

7 *Verba enunciatiua inſtrumenti ſaltem ſemiplenam probationem, & præſumptionem faciunt, & in antiquiſſimis plenam.*

8 *Marchiæ nomen ſonat in feudum:*

9 *Feudum conceſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, vel fœminis non tranſit ad fœminas, niſi maſculis deficientibus.*

10 *Feudum ex eo, quod maſculis non extantibus poſſit ad fœminas tranſire, non dicitur fœmininum.*

11 *Feudum regulariter, & ſui natura etiam conceſſum ſimpliciter pro hæredibus; & ſucceſſoribus ad fœminas non tranſit.*

12 *Feudum fœmininum quod dicatur.*

13 *Feudum nobile, & franchum poteſt fœmininum dici, & ad fœminas deſcendentes, maſculis non extantibus, tranſire, & quare nume. 15.*

14 *Idem eſt in feudo cenſuali, nec habente propriam feudi naturam.*

15 *Feudum franchum eſt liberum à ſeruitijs perſonalibus, poteſtque à vaſallo vendi, alienari, & de eo in ultima voluntate diſponi.*

16 *Feudum conceſſum cum poteſtate uendendi, alienandi, permutandi, & quicquid eorum animus decreuerit, faciendi ad perſonas etiam extraneas, & non deſcendentes, & de alia linea, ac familia, & multo magis ad fœminas deſcendentes, maſculis non extantibus, tranſire poteſt, & nume. 30.*

17 *Feudum cum præiudicio deſcendentium alienabile, eſt etiam cum eodem præiudicio præſcriptibile, maximè ſpatio longiſſimi temporis.*

Præſcriptio in feudis eatenus, & ad illas perſonas ſe extendit, quatenus, & ad quas alienatio extenditur.

18 *Præ-*

18 *Præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria contraria non exiſtit, habet uim tituli, & conceſſionis etiam in iis, in quibus ius commune reſiſtit.*

19 *Conceſſio loci quando pleno iure, & quoad directum dominium facta di catur.*

20 *Dominij appellatione ſimpliciter, & in dubio uenit directum.*

21 *Verba concedere, donare, & largiri pleno iure, & quoad directum dominium conceſſionem factam innuunt, & conceſſionẽ eſſe donationem puram, & meram, haud feudalem conceſſionem inferunt numero 24.*

22 *Feudum francbum eſſe, & feudi naturam non habere dicitur, ubicunque dominium directum, omneque ius, quod erat penes concedentẽ, fuit translatum, ſeu quoties poteſtas uendendi, & alienandi data fuit.*

23 *Feudi franchi natura eſt, ut ad fœminas maſculis non extantibus etiam abſque alio pacto tranſire ualeat.*

25 *Verba enunciatiua maximè demonſtrationis gratia prolata, non probant, nec diſponunt.*

26 *Conceſſio locorum in comitatu aliquo poſitorum, & adiacentium, non continet ipſum comitatum.*

27 *Continens non continetur ſub contento.*

28 *Feudum imperiale, & dignitatis non poteſt dici pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſum, niſi expreſſum fuerit.*

29 *Marchionem eſſe conſtitutum alicuius loci non infert neceſſario conceſſionem fuiſſe feudalem.*

30 *Feudum franchum, & conceſſum cum poteſtate uendendi, & alienandi, ac etiam quoad directum dominium poteſt in extraneos alienæ familiæ transferri non ſolum ex actu inter uiuos, ſed etiam ex ultima uoluntate.*

31 *Indulta ad unum effectum contrarium non operantur.*

32 *Conducens rem propriam in feudum an ſibi præiudicet.*

33 *Verba enunciatiua probant inter eoſdem ad finem pricipalis actus, & non inter alios, ſeu ad finem alterius actus.*

34 *Scienter faciens, aut contrahens cum aliquo ad ſui præiudicium in re à ſe poſſeſſa ſibi præiudicat.*

35 *Confirmatio ex certa ſcientia facta ualet, & præiudicat, aut prodeſt iis, quibus præiudicare, aut prodeſſe poteſt.*

36 *Vaſallus ſi accedente conſenſu domini faciat actum unum, & plures contrarios ſuis conceſſionibus, iuriquè ſuo, ſibi præiudicat, totumq; ius, & priuilegium ſuum amittit.*

37 *Vaſallus feudum uendere, aut donare non poteſt.*

38 *Feudum conceſſum pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, uel fœminis, ad fœminas in infinitum, maſculis non extantibus, tranſit, non iure ſucceſſionis, ſed ex pacto expreſſo, maximè ſi ſit feudum dignitatis, & num. 55.*

39 *Et illis nondum in rerum natura exiſtentibus, per actum prædeceſſorum ſuorum preiudicare non poteſt, non interueniente poſteà earum conſenſu, aut ratificatione.*

40 *Preſcriptio feudi, ſicut alienatio ſolum nocet illi, contra quem fuit præſcriptũ, non autem aliis in inueſtitura uocatis, tunc in rerum natura nõ exiſtentibus.*

41 *Feudi dominus alteri concedendo, ſeu aliter diſponendo non poteſt perſonis in inueſtitura comprehenſis, niſi illis conſentientibus, præiudicare.*

42 *Factum principis non nocet habentibus ius in feudo maximè nondum natis.*

43 *Fœmina ſemel, & bis per maſculos excluſa à feudo etiam dato pro maſculis, & fœminis, an ſemper, & in perpetuum debeat dici excluſa ita, quòd etiam maſculis deficientibus, non poſſit, nec debeat ad tale feudum admitti.*

44 *Fœmina à ſtatuto propter maſculos excluſa quando ſemper dicatur excluſa ſimpliciter, & quando ſolum, donec maſculi extent, ita quòd illis deficientibus fœmina admittatur.*

45 *Filia renuncians bonis paternis propter fratres maſulos, illis mortuis ad feudum admittitur.*

46 *Feudum an ſit conceſſum pro maſculis, & fœminis copulatiuè, an uerò pro maſculis, uel fœminis alternatiuè, differt quoad illud, quòd fœmina ſemel propter maſculos excluſa dicatur ſemper excluſa, uel ſolum donec maſculi extent.*

47 *Alternatiua uel magis denotat ordinem ſucceſſiuum, quàm copula.*

48 *Alternatiua poſita inter perſonas honoratas quando in coniunctiuam reſoluatur, & quando fiet propriè, ut uocati ſucceſſiuè admittantur.*

49 *Fœminæ quando ad feuda admittuntur, ſolum maſculis non extantibus admittuntur.*

50 *Cap. 1. §. qui etiam epiſcopum uel Abb. in uſu feud. declaratur.*

51 *Fœmina, quæ eſt de deſcendentibus, & hæres ultimi uaſalli mortui, poſſet conqueri, & appellare, ſi dominus feudi, cui eſſet propter mortem cti ultimi uaſalli feudum apertum, illud alteri concederet &, appellans eſt audienda, & exaudienda.*

52 *Argumentum à ſufficienti partium enumeratione eſt ualidum.*

53 *Beneficium l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. etiam pro rebus feudalibus dari ſolet,*

54 *Hæredibus uidelicet ſcriptis, & inſtitutis in teſtamento non abolito, & ſic tanquam hæredibus, non autem ſuccedentibus ab inteſtato.*

55 *Feudum dignitatis etiam conceſſum pro hæredibus maſculis, & fœminis, non ex ſucceſſione, ſed ex inueſtitura, & pacto ad deſcendentes tranſit.*

Et ad hæredes tranſit, quia ad hæredes, non autem tanquam hæredes, num. 56.

Secus ſi pro ſe, & hæredibus quibuſcunque conceſſum eſſet, num. 57.

58 *In regno, quod eſt feudum, deſcendentes non ſuccedunt, ut hæredes.*

59 *Feudum ad deſcendentes ſolum hæredes tranſiens ad eos tranſit, quia hæredes, & eos eſſe hæredes primi acceptoris, mediantibus aliis ſufficit, quamuis ultimi non ſint hæredes.*

60 *Beneficium l. fin. C. de edic. diui Adr. toll. non datur deſcendentibus hæredibus in feudo ſuccedentibus, quia hæredes,*

61 *Nec datur hæredibus etiam ſcriptis de locis munitiſſimis, ut de arcibus, caſtris, ciuitatibus, & fortilitiis, legitimo extante contradictore.*

62 *Poſſeſſio caſtrorum, & locorum munitorum, quando eſt controuerſia ſuper illis, penes dominum de feudo cognoſcentem ſtare debet, donec controuerſia ſit finita, & illi eſt relaxanda, qui in petitorio obtinebit;*

63 *Siue litigantes, & loca ipſa ſint ſub uno, eodemq; domino, & ſub una, eademque iuriſdictione unius dominij, ſiue ſub diuerſis dominis, & iuriſdictionibus.*

64 *Remedium c. 1. §. inter filiam ſi de feu. ſit conten. inter do. & agna. in quo fœmina hæres prius debet in poſſeſſionem immitti, quando de feudo eſt contentiò inter filiam, & agnatum, quod remedium ſit, & cui, quando, & ex qua cauſa detur.*

65 *Feuda etiam, ſicut alia bona hæreditaria, ueniunt in petitione hæreditatis, & in inter dicto quorum bonorum:*

Et quando hoc uerum ſit nu. 67. 69. & 75.

66 *Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum in pluribus concurrunt, atque conueniunt, & quæ remedia ſint, & quibus, ac contra quos dentur, & nu. 70.*

68 *Non datur contra dominum, ſeu contra titulo poſſidentem.*

71 *Dominus, & imperator in feudo alicui conceſſo titulum reſpectu directi dominij habet, & reſpectu ciuilis poſſeſſionis cum titulo poſſidet, ſecus eſt reſpectu utilis dominij, & naturalis poſſeſſionis.*

72 *Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum dantur habenti ius in feudo contra poſſeſſorem feudi ſine titulo illud detinentem, ac etiam contra dominum reſpectu dominij utilis, & naturalis poſſeſſionis.*

73 *Filiæ, ſiu fœminæ hæredi ab inteſtato ius in feudo habenti propter mortem uaſalli ab inteſtato defuncti quod remedium competat etiam contra dominum.*

74 *Poſſeſſio per iudicem ad ſe aduocata ſine præiudicio partium litigantiũ quoad partes dicitur uacare.*

75 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis maſculis, & fœminis dicitur cõceſſum ſolum pro deſcendẽtibus, qui ſint hæredes, & eſt quid hæreditarium.*

77 *Feudatarius ſi alium de eodem feudo infeudet, quam poſſeſſionem, & quod ius transferat, & quod ius apud ipſum remaneat, & ſi ultimus uaſallus moriatur, nullis ſuperſtitibus, qui ad illud feudum poſſint admitti, poſſeſſio naturalis, & dominium dicti ultimi uaſalli cum poſſeſſione, & dominio cuius dicatur conſolidari, & nu. 78.*

78 *Conſolidatio de una poſſeſſione cum alia quando, & quomodo fiat.*

EPITOME.

FEVDVM *conceſſum pro hæredibus maſculis, uel fœminis, item cum poteſtate uendendi, & alienandi, item quoad directũ dominium, & per uerba donationem importantia, ad fœminas tranſit, & in extraneos quoque alienæ familiæ, & domus ex quocunque actu etiam ultimæ uoluntatis transferri poteſt, etiam in præiudicium deſcendentium, & agnatorum ius in illo prætendentium:*

Et conceſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, uel fœminis, maſculis deficientibus, tranſire ad fœminas etiam prius

propter

propter maſculos ſæpius excluſas, nec illis per factum aliquod aut principis concedentis, aut prædeceſſorum ſuorum fuiſſe præiudicatum, demonſtratur.

Interdictum quorum bonorum, & petitionem hæreditatis poſſe hæredi ab inteſtato competere ad feudi naturalem poſſeſſionem adipiſcendam contra eos, qui nullum ius in feudo habent, ac etiam contra dominum reſpectu dominii utilis, & naturalis poſſeſſionis, non autem reſpectu directi, & ciuilis, quando feudum ad hæredem ab inteſtato tranſit, hic oſtenditur.

CONSILIVM LXVII.

IN cauſa, quam illuſtriſſima Duciſſa Mantuæ habet cum illuſtri Marchioni Salutiarum, nec non cum excellentiſſimo Principe Duce Sabaudiæ ſuper Marchionatu Montisferrati coràm præclariſſimis Delegatis Cæſareæ Maieſtatis, in qua, ut percepi, quam plurimi clariſſimi utriuſque cenſuræ doctores, & præcipuè hi, qui Ducalis conſilij Mantuani regunt habenas, doctiſſimè, ampliſſimèque conſuluerunt, breuibus uiam ueritatis aperire conabor. Quod, ut faciliusſcificiā, conſultationē hanc in tria capita partiar, cū reſecatis ſuperfluis ſuper tribus principaliter inſiſtendū eſſe arbitror, quorum primum eſt, an præfata domina Duciſſa in dicto Marchionatu potiora iura habere dicatur, quàm Marchio Salutiarum, ſecundum eſt, an ipſa quoque potiora habeat iura, quàm dux illuſtriſſimus Sabaudiæ, tertium, & ultimum, an domina Duciſſa ante diſcuſſionem negotij principalis cauſam petitorij concernentis ſit in poſſeſſionem dicti Marchionatus immittenda. ¶ Ad primum redeundo, dicendum uidetur, quòd illuſtris Marchio Salutiarum ſit in dicto Marchionatu præferendus, habet enim is conceſſionem Othonis Imperatoris factam Aledramo de domo Saxonia primo Marchioni, à quo ipſe Mar-
1 chio Salutiarum deſcendit: & † quamuis collaterales olim uſque ad quartum gradum, & hodie uſque ad ſeptimum, capiendo gradum ſecundum ius ciuile, ad antiquum feudum admittantur, tamen deſcendentes maſculi in infinitum, etiam ſi eſſent in centeſimo, & ulteriori gradu, uocantur, ut in c.1.§.hoc quoque, & ibi glo. & doctores qui feud. dare poſs. & qui non, c.1. de natura ſucceſs. feud. & notant ſcribentes etiam in c.1. de feu. marchiæ, & Bal. in l. ſi in perſona C. de fideicommis. in finalibus uerbis: ſed Marchio Salutiarum eſt de domo Saxonia, & deſcendens per directam lineam deſcendentium ab Aledramo, cui primo Marchioni ab Othone Imperatore Marchia Montisferrati in feudum conceſſa fuit, ut ex literis dicti Othonis conſtare dicitur, ergo Marchioni Salutiarum in dicto feudo, fœminis excluſis, ius competere uidetur. Quòd autem conceſſio facta ab Othone ipſi Aledramo fuerit feudalis, non autem libera, &
2 mera donatio, conſtat primò ex eo, † quòd illa facta fuit ab Imperatore, & de magna parte regni Italici, ut ex literis conceſſionis apparet, ergo in dubio debet cenſeri feudalis, non autem libera per textum in c.1.§. notandum qui feudum dare poſſunt, & ibi Andr. de Iſer. & hoc, ut per Othonem Imperio minus, quàm poſſit, dicatur præiudicatum: Hoc idem arguunt illa uerba, & quòd nullus regni Italici dictum Aledramum, ſuoſque hæredes de omnibus, quæ ſupra acquirere poterit, dinueſtire præſumat, etiam ex cauſa,
3 quòd in præteritum inueſtitus non fuiſſet &c. Nam † hæc uerba inueſtire, & dinueſtire pertinent propriè ad dominos feudum concedentes, & non ad alios, ut in c.1. quid ſit inueſtitura, & in titulo per quos fiat inueſtit. per totum, & c.1.
4 de feu. cogn. † inueſtire enim, & dinueſtire ſunt ſigna, quibus feudum dignoſcitur ab alijs contractibus, ut à donationibus, & conceſſionibus alijs; c. per tuas de donationibus, & per ſigna benè diſcernitur unus actus ab alio l. non codicillum C. de teſtamen. §. adeò inſtit. de locatio. l.1. ff. de præ-
5 ſcriptis uerbis cum ſimilibus. Præterea † feudum eſſe arguunt etiam illa uerba in conceſſione appoſita, eundem Aledramum cum filiis, & hæredibus ſuis, boniſque omnibus ad eum pertinentibus ſub Imperialis numinis benedictione, & protectione recipiens: nam ad dominum feudi tanquam ad ſuperiorem ſpectat uaſallum protegere, ſicut ècontra, ut in c.1. an apud iudicem, uel curiam, c. cæterum de iudic. c. ex tranſmiſſa, c. uerum de foro competen. Iaſon in prælud. feudo. in 6. colum. & hoc idem apertè demonſtratur ex inueſtituris factis illis de domo Paleologa, & præcipuè ex conceſſione, & inueſtitura facta Ioanni Marchioni Montisferrati per Carolum quartum Imperatorem, in qua dicitur, Aledramum fuiſſe primum Marchionem Montiſ-
6 ferrati, & † quamuis illa uerba ſint enunciatiuè prolata, tamen inter omnes probāt in factis antiquiſſimis, ut eſt cōis doctrina ſcribentiū, & maximè Io. de Imo. in l.2.§. idem labeo ff. de aqua plu. arcen. qui dicit, quòd in antiquiſſimis, ut in ijs, quæ excedunt tempus centum annorum, admittuntur pro plena fide facienda illa, quæ regulariter non ſolent facere, niſi qualem qualem fidem, & not. per Innocentium in c. quid per nouale, & in c. ueniens de uerborum ſignificat. per Angelum in l. at qui natura §. cum me ff. de negotijs geſtis, & in l. penult. ff. de conditio. inſtitu. l. titius ff. quibus mo. pignus, uel hypot. ſolui. per Baldum, & Salicetum in l. pro-
7 prietatis C. de probatio. Adde † quòd uerba enunciatiua inſtrumenti ſaltem ſemiplenè probant, & præſumptionem faciunt, ut traditur per dominum Antonium in c. fina. de ſucceſſio. ab inteſta. & in c. illud in 4. not. de præſump. ſed in antiquiſſimis id, quod aliàs regulariter ſolet præſumptionem, & fidem qualem, & ſemiplenam facere, facit plenam, & ualidam probationem, ut in locis ſupra allegatis, ergo in antiquiſſimis uerba enunciatiua inſtrumenti, priuilegij, ſeu conceſſionis plenam probationem facere dicentur: Quare ex uerbis aſſertæ conceſſionis ſatis apparet dictam conceſſionem fuiſſe feudalem. ¶ Sed tamen, his non obſtantibus, contrariam ſententiam de iure ueriorem eſſe arbitror, quòd illuſtriſſima domina Duciſſa ſit in dicto Marchionatu præferenda, excluſo præfato Marchione Salutiarum, quoniam negari non poteſt, quin ſaltem à tempore Theodori citra, qui fuit primus Marchio de domo Paleologa, dictus Marchionatus fuerit feudum Imperiale, prout primo
8 conſtat ex ipſo nomine Marchiæ, † quod ſonat in feudum, ut in c.1. de feudo Marchiæ, & in c.1. quis dicatur Dux, Marchio. Secundo, prout etiam colligitur ex inueſtituris factis de dicto Marchionatu Theodoro, & alijs ſuis deſcendentibus à diuerſis Imperatoribus, & maximè à Carolo quarto, Vincelao Romanorum Rege, Federico Imperatore, Henrico Romanorum Rege, Maximiliano, nec non à Sereniſſimo Carolo quinto Imperatore, qui dictum feudum Marchionatus tanquam nouum feudum rectum, & nobile, & ut gentile rectum, antiquum, auitum, & proauitum conceſſerunt pro hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, uel fœmi-
9 nis, ut in conceſſione Caroli quarti continetur: quo † fit ut donec maſculi deſcendentes à Theodoro extiterunt, ipſis fœminis feudum nunquam fuit apertum, ſed tantum maſculis deficientibus, ut eſt text. not. in c.1.§. filia de feu. ſucceſs. c.1. in fin. in quibus cau. amitta. feud. c.1.§. profectò de lege corradi, c.1. in fin. quid ſit inueſtitu. c.1. de eo qui ſibi,
10 & hæredi. Abb. in c. dilecti filij in glo. 3. de arbitris, † & ex eo, quòd feudum poſſit tranſire ad fœminas deſcendentes, maſculis non extantibus, ut quandò fuit conceſſum, ut dictum eſt, non dicitur fœmininum, quoniam licet fœminæ
11 ex pacto expreſſo uenire poſſint, † alioquin regulariter, & ſecundū naturam feudi non admittuntur, etiam ſi fuiſſet conceſſum

conceſſum ſimpliciter pro hæredibus, & ſucceſſoribus, ut
in c.1.de capita.qui cu iam uendidit in §.ſimiliter,cap.1.de
natura ſucceſſio. feud. capitu. 1. in fine de feudo marchiæ
cum ſimilibus, tamen non dicitur feudum fœmineum, ſed
12 † fœmininum feudum dicitur illud, quod abſque pacto
tranſire poteſt etiam ad fœminas,ſemper tamen intelligen
do,maſculis non extantibus, ut quando à principio fuiſſet
conceſſum fœminæ,& ſic ab ea ortum habuiſſet, ut eſt tex.
notabilis in capitu.1.de feudo fœminæ, Abb.in dicto capit.
dilecti in 3.gloſ.& eſt textus notabilis in capit.1.de ſucceſ-
ſion. fratrum,uel de gradibus,Bald.in l.fin. C.de ſuis,& le-
13 gitimis: Et † ideò feudum nobile, & franchum dici po-
teſt fœmineum, quia abſque alio pacto expreſſo fœminæ
deſcendentes poſſunt in illo ſuccedere,maſculis tamen non
extantibus,ut uoluit Bald.in capitu.1.§.& quia in ultim.co-
lum.qui feudum dare poſſunt,Roman.in ſingulari 179. in-
cipien.hodie fœmina, Paul.de Caſtro in conſil. 135. Ale-
xand.in conſil.2.in 5.uolum.in prima colum. cap.ſignifica-
uit de reſcriptis,Specula.in titu.de feudis in §.quoniam uer
ſicu.21.& ibi Ioannes Andr. in additio. incipien. eſt ſcien-
dum,Bald.in l.ſi plures C.de conditio.inſertis,& in authen.
14 niſi rogati C.ad trebellianum: † idem dici poteſt,quando
eſſet feudum cenſuale, nec haberet propriam naturam, ut
quia eſſet conceſſum titulo donationis liberæ,& puræ abſq;
iuramento fidelitatis,& cum aliis qualitatibus, & conditio-
nibus propriæ naturæ ueri feudi non conuenientibus, ut
pro ſe,& pro illis, quibus dederit, uel cum poteſtate uen-
dendi,alienandi,& diſponendi quomodocunque iuxta tex-
tum in cap.1.de feudo non haben.propriam naturam cum
ibi nota.& in capitu.1.in fin.ſi de feudo conten. ſit inter do-
minum: nam tale feudum abſque alio pacto etiam ad fœ-
minas tranſiret,ut ſupra, & habetur per Corneum in con-
ſil.16.incipien.in Chriſti nomine, aperta fronte &c. in 1.
uolum.per totum,& per Alexandrum in dicto conſil.2.per
Baldum in l.2.in 45.quæſt.in 5. colum. ff. de rerum diuiſio.
& omninò per Baldum in l.fin. C.de ſuis, & legitimis. Et
15 † feudum franchum ideò dicitur fœmineum, quia dicitur
liberum à ſeruitiis perſonalibus, & uaſallus habet poteſta-
tem illud uendendi,alienandi, & de eo in ultima uoluntate
diſponendi per Alexandrum in d.conſil.2.in 2.& in penul-
tima colum.& per Philippum Corneum plenè in dicto con
ſil. 16. Bald. in prælud. feudorum in vij. diuiſione: ſed in
terminis noſtris dicta Marchia fuit conceſſa in feudum pro
hæredibus maſculis, uel fœminis, ergo deficientibus,&
non extantibus deſcendentibus maſculis, ipſa domina Du-
ciſſa, cui fuit apertum feudum per obitum Ioannisgeorgij
ultimi Marchionis,debet ad huiuſmodi feudum admitti, &
tantò magis ſi eſſet fœmineum per prædicta,& maximè per
Abb.in d.c.dilecti.¶ Secundo dato,ſed non conceſſo,quòd
conceſſio facta ab Othone Imperatore Aledramo primo
Marchioni de domo Saxonia fuiſſet feudalis facta pro ſe,&
16 hæredibus &c.† tamen ex quo facta fuit cum poteſtate uen
dendi,alienandi,& permutandi,& pro anima iudicandi, &
quicquid eorum decreuerit animus,faciendi,omnium ho-
minum contradictione remota,infertur,quòd ad illud feu-
dum, quod propriam feudi naturam habere non dicitur,
potuit etiam fœmina admitti, maſculis non extantibus, ut
ſupra: nam ſi ex tali conceſſione feudum ad alias perſonas
etiam extraneas,& non deſcẽdentes tranſire potuit,quam-
uis eſſent de alia linea,& familia, retenta tamen in aliis na-
tura feudi,ut dicitur in d.c.1.de feu.non haben. prop.natu.
cum ibi not.& in d.c.1.in fin.ſi de feudo contentio ſit inter
do.& agna.& declarat Alex.in uariis conſiliis, & præſertim
in d.conſil.2.in 5.uol.in ult.colum.poſt Andr.Iſer. in c.1. in
fin.in quibus cauſ.feu.amitt. multo magis tranſire poteſt ad
deſcendentes fœminas, ut ex prædictis colligitur,& argu-

mento l.cum auus.ff.de condit.& demonſt.& l.cum acutiſſi
mi C.de fideicom. Et ideò cum Ioannes Gulielmi deſcen
dens ab Aledramo vltimus Marchio ex domo Saxonia in
eius teſtamento inſtituerit hæredem Violantem eius ſoro-
rem non ſolum in bonis,& hæreditate, ſed etiam in d.Mar-
chionatu, deinde mortuo dicto Ioanne Manfredus Mar-
chio Salutiarum,qui ex ordinatione d. Ioannis in eius teſta
mẽto relictus fuerat gubernator ſtatus Marchionatus mon
tisferrati,miſerit ad d. Violantem ad accipiendum ſtatum,
quæ poſtea tranſmiſit Theodorum filium ſuum,qui ex poſt
facto de conſenſu ipſius Manfredi tàm ex compromiſſo, &
laudo ratificato,& emologato per ipſum Manfredum, ſeu
alios de domo Salutiarum,quàm ẽt ex inueſtitura d. Theo
doro ab Imperatore de d.Marchionatu facta,ingreſſus fuit
illius poſſeſſionem,& ipſe, eiuſq; ſucceſſores ſæpius à diuer
ſis Imperatoribus de d.Marchionatu inueſtiti per longiſſi-
mum tempus illum tanquàm veri, & legitimi Marchiones
tenuerunt,& poſſederunt,ſequitur,quòd ẽt ſi qui adhuc ex
tarent,qui eſſent deſcendentes ex d.Aledramo, prout talẽ
ſe prætendit,& aſſerit eſſe modernus Marchio Salutiarum,
tamen d.Marchionatus abſq; dubio ſpectare debet ad præ
fatam Illuſtriſs.do. Duciſſam, quæ eſt ultima de domo Pa-
leologa,quoniã ex poteſtate vendendi,& alienandi,de qua
in conceſſione Othonis, & ex qua modernus Marchio Salu
tiarum prætẽdit ius habere, dictus Marchionatus potuit in
alias perſonas, & in alienam familiam, & domum trans-
ferri, etiam cum præiudicio deſcendentium dicti Aledra-
mi, ergo magis ad dictum marchionatum potuit admitti
domina Duciſſa,non extantibus aliis maſculis de domo Pa
leologa per text. cum ibi notat. in d. c. 1. in fin. ſi de feu.
conten. ſit inter do. & agna. & per Alexan. in d. conſil. 2.
17 Præterea † ſi potuit ad præiudicium omnium deſcenden
tium ex Aledramo alienari, vt ſupra, ſequitur etiam, quòd
ad illorum omnium præiudicium potuit præſcribi, & ma-
ximè ſpatio longiſſimi temporis annorum centum, ducen-
torum,& vltra, quia quod eſt alienabile, eſt præſcriptibile
argumento l.alienationis verbum ff. de verborum ſignific.
c.1.§. ſi quis per 30. ſi de feudo fuerit contentio inter do.
& agna. & dicit Bald. in l. 2. in 31. q.in 4.colum. ff.de re-
rum diuiſ. quòd eatenus ſe extendit præſcriptio in feudis,
& ad illas perſonas, quatenus, & ad quas ſe extendit alie-
natio feudi,ſed ex poteſtate alienandi, vendendi, & diſpo-
nendi fit præiudicium omnibus deſcendentibus illius, qui
feudum alienauit, ſeu donauit, aut reliquit, ut ſupra, per
text.cum ibi not. in d. c. 1. de feudo non haben.prop. natu.
& in d.c.1. in fin. ſi de feu.conten.ſit inter dominũ & agna
tos, & ibi omnes feudiſtæ poſt Baldum,& per Alexan.in d.
conſil.2.ergo idem dicendum eſt ex præſcriptione maximè
tanti temporis,de cuius initio memoria in contrarium non
18 exiſtit, † quæ habet vim tituli, & conceſſionis etiam in
iis, qnibus ius commune reſiſtit,ut in c.1.in fin. & ibi habe-
tur de præſcript.in 6.l.hoc iure.§.ductus.ff.de aqua quotid.
& æſtiua,c.ſuper quibuſdam cum ibi not.per glo. & docto.
de verb.ſignif.cum infinitis ſimil.quæ allegari poſſent.
19 ¶ Adde,† quòd conceſſio,& donatio facta ab Othone Ale
dramo fuit facta ẽt quo ad directũ dominiũ, & pleno iure,
vt infertur ex illis verbis, vt dicta loca,ſicut regni noſtri Ita
lici dominio ſubmiſſa ſunt, ita a modo, & in antea præfati
20 Aledrami Marchionis dominio ſubdantur &c.Nam† domi
nii appellatione ſimpliciter, & in dubio venit directum. l.1.
ff.ſi ager vectig. vel emphir. item cum dominiũ illud idem
fuerit in Aledramum tranſlatum, quod erat in Imperatore
cõcedente,infertur,quòd dicitur tranſlatum fuiſſe directũ,
& plenum,quod erat penes dominũ c.1.circa fin.in quibus
21 cau.amitta.feu. Item † illa verba conceſſit, donauit, atque
largitus eſt, innuunt pleno iure, & quoad dominium dire-

ctum loca fuiſſe conceſſa, ut ſentit Iaſon in conſilio ſuo 45. in 1.uolum.in primo dubio,& in præl ud.feudo.in 6.colum. vbi dixit, quòd ex tranſlatione totius iuris, ſeu illius iuris, quod concedens habebat, nō dicitur facta conceſſio in feudum rectum,& verum,ſed dicitur tranſlatum verum,& di
22 rectum dominium: Sed † vbicunq; tranſlatum fuit dominiū directum,omneq; ius, quod erat penes concedentem, ſeu quoties data fuit poteſtas vendendi,& alienandi, tunc & ſi talis conceſſio ſit feudalis,ſeu feudum cōtineat, tamen tale feudum dicitur eſſe franchum, & non habere naturam feudi,vt ſenſit Bald. in præl ud.feud.in 15.colu.& traditur per
23 Alex.in d.conſi.2.in fin.verbis, † de cuius natura eſt,ut tranſeat,ſeu tranſire poſſit ad fœminas,maſculis nō extantibus, etiam abſque alio pacto, ut ſupra, ita quòd vaſallus de illo teſtari,& diſponere ualeat quomodocunq;, etiā illud tranſferendo in extraneos,& in fœminas, etiam cum præiudicio ſuorum deſcendentium maſculorum in infinitum, vt latè ponit Corneus in d.conſil.16.maximè in penul. colu. & eſt de mente Alexan. in d. conſil.2. & habetur per Roma. in d. ſingulari.179.& per Bal.in d.l.ſi plures in 2.colum. & in d. authen.niſi in 3.colu.ergo &c. ¶ Tertio principaliter excluditur præfatus Illuſtris Marchio Salutiarū à dicto Marchionatu Montisferrati,quoniam ad eius fauorem non adducitur,neque oſtenditur aliqua conceſſio, ſeu inueſtitura, ex qua ſibi poſſit dici ius aliquod debitum, vel acquiſitum, nam,vt in puncto præſupponitur, totale fundamētum Marchionis Salutiarum conſiſtit,& ſit in quadam aſſerta conceſſione ab Othone facta Aledramo,quæ ſi rectè,& diligenter conſideretur, ex ea nullum ius dicto Marchioni tribuitur, nec acquiſitum dici poteſt, in primis quia de illa legitimè
24 non conſtat, † & ſi de ea legitimè conſtaret,tamen non probatur,quòd illa fuerit conceſſio feudalis uerè, ſeu propriè, ſed potius mera,& ſimplex, ac pura donatiò, vt infertur ex verbo illo concedimus iuxta text.in l. vxori.§. fin.cum gloſ. & ibi Barto.ff.de legatis 3.per Ioan. de Imol. in l. cum pater.§.pater pluribus.ff.de legatis 2.l.fin.in princ. & ibi glo. & Barto.ff.de donat.facit.l.prohibere.§. planè .ff. quod ui, aut clàm, & innuitur ex illis verbis donauit, & largitus eſt, quæ arguunt non eſſe feudum,ſed donationem, ac etiam, quia in incertis, & non certis locus eſt coniecturis.l. continuus.§.cum ita.ff.de verbo. obliga. Et hoc idem in fortioribus terminis tenuit clariſſimus iuriſconſultus Oldradus in conſil. ſuo 159. incipien. ex præſenti themate &c. quem ſequitur Albericus in rub. C. de donat.in 2.colum.& illius ſententiam ſequutus eſt etiam Iaſon in d. conſil. 45. in 1. volum.in.1.dubio,quamuis de Oldra. mentionem non faciat, quod conſil. Oldra. refert, & ſequitur Alexan. etiam in conſil. 24. in 1. volum. Præterea & ſi in dicta donatione,ſeu conceſſione Aledramus appelletur Marchio, non tamen appellatur Marchio Montisferrati, ſed ſimpliciter Marchio,& potius demonſtrationis gratia, quàm diſpoſitiuè,ex quibus infertur, quòd ex huiuſmodi verbis enunciatiuis,& demonſtratiuè prolatis non probatur,quòd ipſi fuerit ius aliquod in d.Marchionatu montisferrati conceſſum, nec quòd ipſi fuerit dicta Marchia conceſſa in feudum,
25 quoniam † verba enunciatiua maximè demonſtrationis gratia prolata non diſponunt,nec probant,vt colligitur ex iis,quæ voluit Barto.in l.inter ſtipulantem.§. ſacram .ff.de verbo.obligatio. & traditur per Felin. in c. ad audientiam il 2. de reſcriptis, eſtque tex. in l. lucius, & ibi Barto.ff. de alimen.& ciba. lega. l. demonſtratio .ff.de conditio.& demonſtratio. Sozi. in l. qui Romæ. §. cohæredes.ff. de verborum obligatio. cum ſimilibus infra allegandis.

¶ Rurſus & fortius ſi diligenter inſpiciantur uerba d.conceſſionis ab Othone factæ,nullo modo apparet,ipſi Aledramo fuiſſe conceſſum Marchionatum montisferrati, ſed ſolum fuiſſe ei conceſſas nonnullas proprietates, & illa loca tàm de hæreditate parentum, quàm ex eius acquiſitionibus illi aduenientia per diuerſa loca Italici regni, uidelicet in comitatu Aquenſi, Sauonenſi, Aſtenſi, Montisferrati, Taurinenſi, Vercellenſi, Parmenſi, & Cremonenſi,
26 † ex quibus verbis apertiſſimè colligitur non fuiſſe conceſſum Marchionatū Montisferrati, ſed proprietates, & loca in illius comitatu adiacentia, & appoſita, quæ erant de hæreditate parentum, & de acquiſitionibus ipſius, ut ſonant verba conceſſionis, quæ cum comprehendant loca poſita, & adiacentia in comitatu Aquenſi, Cremonenſi, & Montisferrati, non dicuntur comprehendere comitatum ipſum Cremonenſem, nec Montisferrati, nec alios comitatus in dicta conceſſione expreſſos, ſed duntaxat loca in illis adiacentia, quæ ſunt de hæreditate paren-
27 tum, & de eius acquiſitionibus, † quia ſub contento nunquàm continetur continens, l. per ſeruum.§.1.cum.l.ſequē ti.ff.de vſu,& habitat.l.nunquam, vbi caſus .ff. de ſupellec. lega.ergo conceſſis proprietatibus, & locis exiſtentibus in comitatu Montisferrati, non poteſt dici conceſſus comi-
28 tatus, ſeu Marchionatus Montisferrati. Præterea † cum Marchionatus Montisferrati ſonet in dignitatem, & dicatur feudum imperiale, non poteſt dici conceſſum maximè pro hæredibus,& ſucceſſoribus,niſi expreſsè, & ſpecificè hoc dictum fuerit,nec ſufficeret,ſi hoc ex interpretatione contineri diceretur, ut in c.1. in principio de feudo marchiæ,uel comitatus,uel ducatus cum ibi nota. Vnde ſequitur, quòd ex dicta conceſſione Othonis, quæ fuit facta pro ſe, & hæredibus, & aliis non poteſt dici conceſſa marchia Montisferrati,quia uerba non ſunt clara,neq; iſtud impor-
29 tant,ut ex prædictis colligitur. Adde, † quòd non ſequitur, quis conſtitutus fuit marchio alicuius loci, ergo conceſſio fuit feudalis,nam procedere poteſt uel ex uenditione, uel à donatione,uel ab alia cauſa,ut notabiliter colligitur ex iis, quæ uoluit Abb.in terminis in c.dilecti filij in 3. glo. de arbitr.& in c.ſignificauit de reſcrip. argumen.c.per uenerabilem qui filij ſint legitimi, et in c. nouit de iudic.cum ibi notatis,& tunc in marchionatu,maſculis non extantibus, ſuccedit fœmina,ut ibi per Abbatem,& per Baldum in dicta l. fin.C.de ſuis,& legitimis, & ideò quamuis ab Othone poſſit dici conceſſa marchia, ſeu Aledramus factus marchio, non tamen ſequitur, quòd ipſi ut uaſallo fuerit facta conceſſio, nec quòd conceſſio fuerit feudalis per prædicta.

¶ Et ſequendo hanc concluſionem ad fauorem illuſtriſſimæ dominæ Duciſſæ contra modernum Marchionem Salutiarum, ſupereſt, ut adductis primo loco in fauorem dicti marchionis reſpondeamus, & quamuis ex præmiſſis poſſit aperta reſponſio colligi,tamen ſpecialius reſpondendo, dicimus primum non obſtare per ea, quæ dicta ſunt in primo, ſecundo, & tertio fundamento, uidelicet quòd conceſſio facta ab Othone non fuit feudalis.

30 ¶ Secundo reſpondetur,quòd et ſi poteſt dici feudalis, † tamen ex eo, quod feudum fuit franchum, & conceſſum cum poteſtate uendendi, & alienandi, ac etiam quoad directum dominium, ut dictum eſt, deſcendentes ex Aledramo in infinitum, & conſequenter etiam modernus Marchio Salutiarum, qui ſe de illius deſcendentibus eſſe prætendit, quamuis legitimè hoc probare nequeat, illo priuari potuerunt, potuitque illud etiam in extraneos alienæ familiæ, et domus transferri, non ſolum ex actu inter uiuos, ſed etiam ex ultima uoluntate, ut in dicto capitu.1.de feud. non haben. propriam naturam, & in capitu. 1. in fine ſi de feudo contentio ſit inter dominum, & agnatos, & per Alexandrum in dicto conſi. 2. et per Corneum in dicto conſilio 16. prout in caſu noſtro translatum fuit, ut dictum eſt: Quare non intereſt præfati Marchionis

chionis Saluciarum, cui penitus fuit præiudicatum, & qui nullum poteſt in d. Marchionatu ius prætendere, velle impedire, quominus præfata Illuſtriſſima domina Duciſſa, quæ eſt agnata, & hæres Ioannis georgij ultimi Marchionis Montisferrati, admittatur. nam quo ad eum dicere poteſt, liberas ædes habeo, iuxta l. loci corpus. §. pen. ff. ſi ſerui. uendi. & in l. res alienas C. de rei vendica. & in c. ex parte el t. de reſcriptis. Præterea non obſtat, quòd Aledramus nuncupetur primus Marchio montisferrati, quia, ut dictum fuit, ſtant ſimul, quòd quis fuerit Marchio, & tamen non habuerit Marchiam in feudum, quoniam, ut dicit Abb. in d. c. dilecti filij, & in d. c. ſignificauit, aliud eſt, quòd res, quæ habet dignitatem, ueluti regnum, comitatus, ducatus, & Marchionatus, ſit feudalis, & aliud, quòd nõ ſit feudalis, & idem eſt de mente Oldradi in d. conſil. 159. & aliorum, de quibus ſupra. Nec aduerſatur, quòd conſtet Marchionatum Montisferrati eſſe feudum, quia in cõceſſionibus, & inueſtituris factis Theodoro, & alijs ſuis deſcendentibus, à quibus Illuſtriſſima domina Duciſſa originem traxit, ac etiam factis ipſi dominæ Duciſſæ, præſupponitur feudum eſſe, & tanquàm feudum diu tentum, & poſſeſſum fuiſſe, ergo feudum cenſetur eſſe ad tradita per Bald. in l. cum de in rem verſo in fin. ff. de vſuris, per Ange. in l. qui in aliena. §. 1. circa princ. ff. de acquir. hæred. Nam reſpondetur, quòd licet Theodorus, & alii ſui deſcendentes potuerint ſibi præiudicare in recognoſcendo d. Marchionatum in feudum ab Imperatore, iuxta ea, quæ habentur in l. ſi aliquam rem ff. de acquiren. poſſeſſio. tamen ex hoc non poteſt dici acquiſitum ius aliquod tanquam in re feudali deſcendentibus maſculis ex Aledramo, qui ſunt de domo Saxonia,

31 † quoniam inducta ad unum effectum non operantur contrarium, & actus agentium non operãtur ultra eorum intentionem l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. c. fin. de verbo. ſignific. l. non omnis. ff. ſi certum petat. c. de inde 26. diſtinct. c. homines cum ſequen. 22. q. 2. Præte-

32 rea, † an conducens rem propriam in feudum ſibi præiudicet, non procedit, niſi cum magna diſtinctione, de qua in d. l. ſi aliquam rem, & fortè poſſet dici, quòd in terminis noſtris niſi diu, & per longiſſimum tempus domus Paleologa dictam Marchiam, & feudum Imperiale tenuiſſet, & poſſediſſet, ſibi non præiudicaſſet, ut colligitur ex his, quæ voluit Alexan. in conſil. 136. in 1. uolum. in fin. uerbis: ergo infertur, quòd ex tali conductione, ſeu recognitione facta in feudum minus poſſit acquiri ius feudale illis, qui ſunt de domo Saxonia deſcendentes ex Aledramo.

¶Non obſtat, quòd in conceſſione facta Aledramo per Othonem, & in conceſſione facta Ioanni Marchioni per Carolum V. ſeu in conceſſione facta Theodoro narratur, & enuntiatiuè dicitur, quòd Aledramus fuit Marchio, & primus Marchio Montisferrati, quæ verba enuntiatiua in antiquiſſimis probant, ut ſupra, Quia reſponderi poteſt, vt iam dictum fuit, quòd non ſequitur, Aledramus fuit primus Marchio, ergo ex cauſa feudi per prædicta, & maximè, ex his, quæ habentur per Abba. in d. c. dilecti filij, & in d. c. ſignificauit, & per Alexan. in d. conſil. 136. in penul. colum. in verſic. non obſtat etiam &c. Secundo reſpondetur, quòd licet etiam præſupponeretur eſſe feudum, tamen ex quo data fuit poteſtas vendendi, & alienandi, ſequitur, quòd Ioannes vltimus Marchio de domo Saxonia donando, ſeu in vltima voluntate diſponendo, potuit præiudicare omnibus deſcendentibus ex Aledramo in infinitum per ea, quæ

33 ſupra fuerunt dicta. Tertio reſpondetur, quòd † verba iſta narratiua, & enuntiatiua, quòd Aledramus fuerit primus Marchio, prolata in dicta conceſſione Othonis, necnon in inueſtitura Caroli quarti, probant ſolum inter partes, & perſonas in dictis conceſſionibus deſcriptas, & quo ad actũ, qui principaliter inter ipſas partes agitur, non autem quo ad alium actum, per tex. in l. optimam C. de contrahen. & commit. ſtipu. cum glo. in verbo ſi ſeruus, dum allegat text. in l. cum aliquis C. de iure deliberan. & ideò ſi poſtea de ipſo enuntiato, & narrato contingat principaliter diſputari inter alias perſonas, ſeu quoad effectum alterius actus, tunc illa verba enuntiatiua ſufficienter non probant illud, quod enuntiatiuè, vel narratiuè fuit expreſſum; ita voluit Innocen. & ſequitur dominus Anto. in c. illud de præſumptio. per illum text. & traditur per. Alexan. in d. conſil. 136. in penulr. colum. l. fin. ff. de interrogatio. actio. l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſis, legitur etiam, & not. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. cum ſimil. ad hoc allega. per Alexan. in d. conſil. in verſic. item eſt verum; & hæc ſufficiant quo ad primum dubium. ¶Deueniendum eſt modo ad ſecundum, an præfata Illuſtriſſima domina Duciſſa in dicto Marchionatu potiora habeat iura, quàm habeat excellentiſſimus Dux Sabaudiæ, & primo intuitu videtur dicendum, quòd ipſa domina Duciſſa potiora iura non habeat, quia Ioannes Iacobus Marchio Montisferrati, & filij, & deſcendentes ſui vſque ad Ioannem georgium, ut aſſeritur, recognouerunt d. Marchionatum in feudum a Ducibus Sabaudiæ, quibus ex donatione acquiſitum fuerat ius in d. Marchionatu, non ſolum reſpectu dominij, ſed etiam poſſeſſionis ex pacto conſtituti de poſſidendo in inſtrumento dona-

34 tionis appoſito, & † cum ipſi Ioannes Iacobus, & alij ſcienter hoc fecerint, ſibi præiudicare potuerunt, ſecundũ quod habetur in l. ſi aliquam cum gloſ. & ibi Barto. & alii. ff. de acquiren. poſſeſſio. & in l. quamuis. §. conductor, & in l. interdum, & in l. quod meo eod. titu. Præterea donatio facta de dicto Marchionatu Duci Sabaudiæ, & inueſtituræ deinde factæ à Duce Sabaudiæ ipſi Ioanni iacobo, & alijs Marchionibus Montisferrati confirmatæ fuerunt, & approbatæ à Romanis Imperatoribus, & maximè à Maximiliano

35 Romanorum Rege, & electo Imperatore, † quæ confirmationes cum fuerint ex certa ſcientia factæ, præiudicauerunt dictis Marchionibus Montisferrati, & profuerunt Duci Sabaudiæ, per ea, quæ habentur in c. 1. & 2. de confirmatio. utili, vel inutili, & in c. cum acceſſiſſent cum ibi

36 not. extra de conſtitut. & † ipſi Marchiones Montisferrati, renuntiando, & donando, & ſic faciendo actum unum, & plures contrarios ſuis conceſſionibus, accedente conſenſu Imperatoris, ſibi præiudicauerunt, totumque ius ſuum, & priuilegium, quod in dicto Marchionatu habuerunt, perdiderunt d. c. cum acceſſiſſent cum iis, quæ ponunt gloſ. & docto. in c. 1. §. qualiter olim poterat feudum alien. ¶His tamen, & alijs, quæ fortè ad fauorem Ducis Sabaudiæ adduci poſſent, non obſtantibus, concludendum eſt ad fauorem præfatæ Illuſtriſſimæ dom. Duciſſæ, quòd ipſa potiora habeat iura in dicto Marchionatu, quam Dux prædictus, & vltra quòd dici poſſet donationes, & confirmationes factas ad fauorem Ducis Sabaudiæ fuiſſe factas non ſimpliciter, nec purè, ſed ſub conditione, videlicet accedente conſenſu, & voluntate Imperiali, alioquin ipſo iu-

37 re non valuiſſent, quia † vaſallus feudum vendere, aut donare non poteſt, vt in d. c. 1. §. donare cum ibi not. qualiter olim poterat feudum aliena. l. 1. C. de fundis patrimonialibus lib. 11. & ibi docto. Bald. in c. 3. §. fin. in ulti. colum. quæ fuit prima cau. benefi. amitt. & latè reaſſumit Iaſ. in l. fin. in penult. colum. C. de iure emphyt. & vltra etiam, quòd dici poſſet illas fuiſſe reuocatas, annullatas, & caſſatas per Federicum Imperatorem, & cõſequenter illas nullum effectum fuiſſe ſortitas, item vltra quòd dici poſſet d. donationem, & confirmationes prædictas fuiſſe factas metu, qui in conſtantem virum cadere potuiſſet, & conſequenter quòd illæ inualidæ fuerint, ſeu ſaltem reuocabiles, prout poſtea reuo-

r 2 catæ

catæ fuerunt per Federicum Imperatorem, & ſic fuerūt ſine effectu, ſecundum quòd tunc fuit pulcherrimè conſultum per eximium doctorem dominum Marianum Sozinum, nec non per ſubtilem iuriſconſultum domi. Areti. ut conſtat in conſil. ſuo 14. & argumento text. cum ibi not. in c. 1. & per totum de his, quæ ui, metusúe cauſa fiunt, inter
38 alia, quæ adduci poſſent, diligēter conſiderandū eſt, † quòd feudum Marchionatus Montisferrati, quòd habuerunt illi de domo Paleologa, ab Imperatore conceſſum fuit pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, uel fœminis, quo caſu ex pacto expreſſo fœminæ in infinitum dicuntur uocatæ maſculis non extantibus, non iure ſucceſſionis, quia ſumus in feudo habente dignitatem regalem annexam iuxta c. 1. de feudo guardiæ, & per Abb. in d. c. dilecti, & in d. c. ſignificauit, ubi canoniſtæ de reſcript. iuncto c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredi. ſuis maſculis &c. & per Paul. de Caſt. in authen. poſt fratres la 2. C. de legit. hæredi. ubi in feudo dignitatis, in quo regulariter ſucceſſio locum non habet, ſi conceſſum fuerit pro hæredibus, admittuntur deſcendentes, quia hæredes, non autem ut hæredes, quoniam ueniunt ex ſua perſona, & uirtute pacti, & conceſſionis, non autem ſimplicis ſucceſſionis: & faciunt, quæ habentur per Bald. & Alexand. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis liberto. & per Alex. in ſimili in l. quia perinde ff. ad trebellia. & habetur in conſil. collegij Bononienſis, quod poſitum eſt inter conſilia domini Franciſci de Curte in conſil. 50. & per doctor. maximè Præpoſi. Mediolan.
39 in d. c. 1. de feudo Marchiæ, † & ideò in terminis noſtris infertur, quòd cum nulli extent maſculi deſcendentes ex Theodoro, & de domo Paleologa, ipſi Illuſtriſs. domi. Ducisſæ Mantuæ, quæ eſt à dicto Theodoro deſcendens, & de domo Paleologa, per obitum ultimi Marchionis, nullis aliis extantibus maſculis deſcendentibus, qui de iure admitti poſſint, apertum dicitur eſſe huiuſmodi feudum Marchionatus Montisferrati, ut uolunt Abb. in d. c. dilecti, & Bald. in d. l. fin. C. de ſuis, & legit. Vnde ſequitur, quòd quicquid factum fuit à prædeceſſoribus ſuis, uidelicet à Ioan. Iacobo, & aliis Marchionibus ſucceſſoribus in fauorem Ducis Sabaudiæ, ipſi dominæ Ducisſæ nondum in rerum natura exiſtenti non potuit præiudicare, non interueniente ex poſt facto ipſius conſenſu, nec ratificatione, ut eſt bonus text. in c. & tres erant de eo, qui finem fecit de feudo: Vn-
40 de † præſcriptio feudi ſolum nocet illi, contra quem fuit præſcriptum, non autem aliis in inueſtitura uocatis tunc non exiſtentibus in rerum natura, ſicut illis alienatio nocere non potuiſſet, ut not. uoluit Bald. in d. l. 2. in 31. q. ff. de
41 rerum diuiſ. in 4. colum. item † dominus feudi, alteri concedendo, ſeu aliter diſponendo, non poteſt perſonis in inueſtitura comprehenſis, niſi illis conſentientibus, præiudicare c. 1. §. minoribus cum ibi not. ſi de feudo conten. ſit inter dominum, & agnatum, & melius probatur in d. c. 1. in fin. & omnino per Bald. in d. l. 2. in 10. & in 11. q. ubi factum unius uaſalli non præiudicat alteri in inueſtitura cō-
42 prehenſo: Item † factum principis non nocet habentibus ius in feudo, & maximè nondum natis, quibus feudum non erat apertum, ut per docto. & præcipuè per do. Præpoſit. Mediolanen. in c. 1. in 5. colum. an agna. uel filius, qui dicunt doct. ita communiter tenere in c. 1. de ſucceſs. feudi, & ibi ipſe tradit in 2. colum. in §. hoc quoque, & in §. titius in 4. colum. ſi de feu. fuerit conten. inter dominum, & agnatum, & habetur per Iaſon in conſil. 177. in 2. uolumi. in 2. colum. qui allegat not. per Barto. in extrauagā. qui ſint rebelles in uer. rebellando, Alex. in conſi. 3. uolu. 5. Bald. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua, Philippus Corneus in conſil. 189. in 4. uolumi. in pen. colum. Barto. in l. 2. alias in l. 1. C. de fundis patrimon. lib. 11. Felin. in c. quæ in eccleſiarum colum. 21. poſt Paul. de Caſtr. quem ipſe in conſil. 156. allegat, extra de conſtitutio. ubi infert Papam non poſſe uaſallum ſuum feudo abſque cauſa priuare, c. 1. de noua forma fideli. & ibi Bald. & c. 1. de feud. nat. & c. 1. de feud. ſine culpa, & ideò cum domina Ducisſa nunquam confirmauerit, nec conſenſerit, quinimmo ſemper contradixerit, prout adhuc contradicit donationibus, confirmationibus, & inueſtituris huiuſmodi, non potuit ipſi aliquod præiudicium in d. Marchionatu Montisferrati per has donationes, confirmationes, & inueſtituras factas in fauorem do. Ducis Sabaudiæ inferri, ſeu generari, & iudicio meo hoc fundamentum ualidum eſſe, maleque euitari poſſe uidetur. ¶ Sed ipſi Illuſtriſs. dominæ Ducisſæ multum uidetur aduerſarij unum, cum quo doctores communiter pertranſire uidentur, uidelicet,
43 † quòd ex quo ea fuit nedum ſemel, ſed etiam bis à maſculis excluſa à dicto feudo, ſemper, & in perpetuum debet dici excluſa, ita quòd etiam ceſſante, & remoto obſtaculo maſculorum, qui illam excluſerunt, ipſa non poteſt, nec debet amplius ad tale feudum admitti, per text. clarum, & notabilem, & ibi Bald. & alij feudiſtæ communiter in c. 1. §. quin etiam epiſcopum, uel Abb. ubi ſi feudum ſit datum pro maſculis, & fœminis, prout datum fuit in caſu noſtro, & per maſculum fœmina fuerit ſemel excluſa, ulterius admitti non poteſt, ita etiam ſequuntur doctores communiter in c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredi. Sozin. in conſil. 19. in 1. uolumine in 2. & 3. colū. & faciunt not. per Barto. in l. fin. §. 1. ff. ad trebellia. ubi in ſimili ponit, quando fœmina ſemel fuit propter maſculos à ſtatuto excluſa, an maſculis deficientibus poſſit admitti.

¶ Verum huic motiuo pluribus modis reſponderi poteſt, primo quòd fœmina, quæ de iure communi debet poſſe in feudo ſuccedere, iuxta l. maximum uitium C. de liberis præteritis, & ut dicit Andr. de Iſer. in c. 1. de gradi. ſucceſ. in feud. in princip. & in §. 1. excluditur ex conſuetudine feudorum, non ſimpliciter, ſed quouſque, & donec extent maſculi, ut eſt textus clarus in d. c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredi. & ideò infertur, quòd ipſa ſemel excluſa propter maſculos non debet dici ſemper excluſa, & maſculis deficiē-
44 tibus debet poſſe admitti, † ut in ſimili uoluit Bartol. in d. l. fin. §. 1. ff. ad tertullia. cum quo cæteri magis communiter pertranſeunt, qui ſic diſtinguit, & declarat in quæſtione ſtatuti excludētis fœminas propter maſculos, quòd ſi ſtatutum excludat fœminas, donec maſculi extent, tunc non dicitur ſemper excluſa, ſed deficientibus maſculis, à quibus fuit excluſa, ipſa admittitur, ſecus ſi ſimpliciter ſtatutū fœminam propter maſculos excluderet: Confirmantur hæc
45 per illud, † quod uoluit Bald. in d. l. 2. in quinquageſima q. ff. de rerum diuiſ. ubi ſi fœmina renunciauerit bonis paternis propter fratres maſculos, illis mortuis feudum dicitur apertum ipſi fœminæ, & non domino, quoniam cenſetur excluſa per ſuam renunciationem, donec maſculi ex-
46 tent: Secundo reſpondetur, † quòd aut feudum fuit conceſſum pro maſculis, & fœminis copulatiuè, & tunc fœmina ſemel excluſa ſemper dicitur excluſa, ut eſt text. qui ſic debet intelligi in d. c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus, aut fuit conceſſum feudum pro maſculis, uel fœminis alternatiuè, & diſiunctiuè, & tunc ordine ſucceſſiuo debent admitti, uidelicet primo maſculi, deinde fœminæ, quæ cenſentur iſto caſu excluſæ, donec maſculi extent, & ſuperſint, ut eſt tex. clarus in d. c. 1. §. quin etiam epiſcopum, uel Abbatem, qui propriè in hoc caſu loquitur, & ratio eſt, quia
47 † de natura huius alternatiuæ uel eſt denotare ordinem ſucceſſiuum magis, quàm faciat copula, ut colligitur ex his, quæ habentur per Bartol. & doctores omnes in l. gallus §. quidam recte ff. de liberis, & poſthumis: Sed

Sed in terminis noſtris feudum fuit conceſſum pro maſculis, uel fœminis, ut in conceſſione Caroli quarti continetur, non autem copulatiuè, ergo licet ſemel, & bis fuerit à maſculis excluſa, tamen ob hoc non debet dici ſemper excluſa, quinimmò deficientibus maſculis admitti debet. ¶ Nec huic obſtat id, quod habetur in l. cum quidam C. de uerborum ſignificatio. ubi alternatiua poſita inter perſonas honoratas in coniunctam reſoluitur, ergo non referr,
48 an copulatiuè, an alternatiuè, quia † dici poteſt hoc uerum eſſe in ultimis uoluntatibus, ſecus in contractibus, ut in dicta l. cum quidam in finalibus uerbis cum iis, quæ ibi tenent Bartol. & ratio eſt, quia in contractibus magis propriè uerba ſunt intelligenda, quàm in teſtamentis l. quicquid aſtringendæ de uerborum obligatio. iuncta l. in teſtamentis de regulis iuris, c. cum dilecti de donatio. Vel dici poteſt, & hæc fortè eſt firmior reſponſio, quòd quamuis alternatiua poſita inter perſonas honoratas in coniunctam reſoluatur d. l. cum quidam, tamen quando ſumus in perſonis, inter quas ratione ſubiectæ materiæ cadit ordinata ſucceſſio, & affectio, tunc ſtat propriè, ut uocati diſiunctiuè, & ſucceſſiuè admittantur l. cum pater §. penultimo ff. de legat. 2.
49 Bartolus in terminis in dicta l. cum quidam: Sed † in materia feudali cadit hæc ordinata ſucceſſio, & affectio, ut prius ſuccedant maſculi, quàm fœminæ, quia illis caſibus, quibus admittuntur fœminæ, admittuntur, maſculis non extantibus, ut in dicto capitu. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus, & in capitu. 1. de feudo fœminæ, ut tradit Bartolus in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis libertorum, ergo ſi conceſſum fuerit feudum pro maſculis, uel fœminis, hæc alternatiua uel ſtabit propriè, & ordinem ſucceſſiuum denotabit.
50 ¶ Tertio † principaliter reſponderi poteſt textui in dicto capitu. 1. §. quin etiam, qui probat, quòd relicto maſculo ulterius fœminæ non admittuntur, nam debet intelligi, quòd ulterius fœminæ non admittuntur, uidelicet extante, & uiuente maſculo, ſed quòd non admittantur, illo mortuo, & deficiente, ille textus hoc non negat, & ideò poterit admitti mortuo maſculo, à quo fuit excluſa per textum in dicto capitu. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus, & ita eſt de mente domini Præpoſit. Mediolanen. ibi, & probatur ſatis benè per capit. 1. de feudi ſucceſſione in principio, iuncto §. penultim. ubi ſi feudum fuit conceſſum pro filiis maſculis, & fœminis, non admittitur filia fœmina ad feudum, niſi filiis maſculis non extantibus, ergo ipſis non extantibus, & deficientibus debebit admitti.
¶ Vel quarto reſponderi poteſt, quòd fœmina ſemel à maſculo excluſa ſemper dicitur excluſa, hoc eſt, quouſque reperiuntur maſculi in infinitum, etiam in gradu remotiſſimo, ut in dicto §. quin etiam, iuncto d. capitu. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus. ¶ Vltimo poteſt reſponderi, quòd dato abſque ueritatis præiudicio, quòd ipſa domina Duciſſa perpetuo eſſet à feudo excluſa propter maſculos adeò, quòd amplius feudum ſibi apertum dici non poſſet propter mortem maſculorum, ſed eſſet apertum domino feudi, ut in dicto capitu. 1. §. quin etiam, in dicto capi. 1. §. profectò de lege corradi, et in capit. 1. §. penult. de feudi conceſſione, & conſequenter poſſet ipſa fœmina dici excluſa à ſucceſſione feudi, ut non poſſit admitti ratione inueſtituræ, & conceſſionis, ſeu pacti d. §. quin etiam cum ſimilibus, tamen non poteſt dici excluſa à gratia domini, & Imperatoris, cui fuit apertum feudum, quin ipſe, omnibus maſculis deficientibus, ipſi fœminæ gratiam facere potuerit, prout in caſu noſtro fecit Sereniſſimus Imperator Carolus quintus: ad quod faciunt ea, quæ habentur in capit. 1. quemaddum fœmin. ad feud. admitta. & ibi doctores communiter
51 Præpoſit. & alij. † Quinimmò ipſa fœmina, quæ eſt de deſcendentibus, & hæres ultimi, poſſet conqueri, ſi dominus feudi illud alteri concederet, & ab huiuſmodi conceſſione appellare, & appellans eſſet audienda, & exaudienda per textum cum ibi not. in l. 2. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſti. & ibi Barto. & plenè traditur per Alexandrum in l. ſi mihi, & titio poſt Bartolum ff. de uerborum obligatio. cum infinitis, quæ ad propoſitum referre poſſem, quæ aliàs conſulendo pro confirmatione huius opinionis, quæ eſt uerior, & magis communis, deduxi: Et ſic ex prædictis cōcluditur, quòd Illuſtriſſima domina Duciſſa in dicto marchionatu, & feudo Montisferrati habet longè firmiora, & potiora iura, quàm habeat dictus Dux Sabaudiæ, cui profectò nullū ius competit, non obſtantibus deductis ſupra in principio huius dubij, & alijs etiam, quæ primis oculis ſe offerre poſſent, quibus ex prædictis iudicio omnium ſolutio dari, & colligi poſſet. ¶ Expedito hoc ſecundo dubio, quod profectò, ueritate attenta, parum in ſe dubitationis continet, eſt ad tertium deueniendum, an Illuſtriſſima domina Duciſſa ante omnia, & prius ſit immittenda in poſſeſſionem, & an ſibi, uel aduerſariis ſit poſſeſſio relaxanda, & arguendo à ſuffi- 52
cienti partium enumeratione, † quod argumentum eſt ualidum iuxta l. obligationum ferè §. placet ff. de actio. & obligatio. c. cum dilectus, & ibi Abb. de iure patronatus, c. per uenerabilem qui fil. ſint legitimi cum ſimilibus, uidetur dicendum, quòd ipſi dominæ Duciſſæ non ſit poſſeſſio relaxāda, nec ipſa ſit in poſſeſſionem dicti marchionatus immittenda, quia aut uolumus dicere, quòd ipſa ſit immittenda
53 ex beneficio l. fin. C. de edicto diui adria. tollen. † quod ſolet dari etiam pro rebus feudalibus, ut uoluit Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de teſtamen. in §. penul. & refert, ac ſequitur Alexan. in d. l. fin. in ult. colum. & ibi Mo-
54 derni, & hoc eſt multiplici reſpectu falſum, primo quia † illud non datur, niſi hæredibus ſcriptis, & inſtitutis in teſtamento non abolito, nec cancellato, non autem ſuccedentibus ab inteſtato d. l. fin. & ibi glo. Bar. & communiter doct. & hoc idem uoluit do. Andr. de Iſer. in c. 1. §. inter filiam, ac etiam in princip. & ibi Bal. & alij expreſsè ſi de feu. fue. con ten. inter dominum, & agnatum, & habetur per Baldum in c. 1. de controuer. inter maſculum, & fœminam: quod ita
55 etiam confirmari poteſt, nam † feudum dignitatis etiā conceſſum pro hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, & fœminis tranſit ad deſcendentes non ex ſucceſſione, ſed ex inueſtitura, & pacto, & ſic ex beneficio domini cōcedentis, quia in feudis habentibus dignitatem, cuiuſmodi ſunt ducatus, comitatus, & marchionatus, non datur ſucceſſio hæreditaria, ut in c. 1. de feudo marchiæ, & ibi Præpoſ. Mediolanen. in 1. colum. tex. eſt, & ibi Bal. in c. 1. §. hoc quoque in 3. colum. de ſucceſs. feu. & in c. 1. in 2. colum. de eo, qui ſibi, & hæ-
56 redibus, & in c. 1. an agna. uel filius, & † ideò feudum dignitatis tranſire dicitur ad hæredes, & quia hæredes, non autem ad eos, tanquam ad hæredes, ut eſt de mente Barto. & Alex. in 4. & 6. colum. in l. quia perinde, & in l. ſi patroni ff. ad trebellia. & facit, quod uoluit Bal. in l. 2. in 33. quæſt. cum ſequen. ff. de rerum diuiſ. & in l. cum uirum C. de fideicom.
57 ubi † uult tale feudū tranſire ad hæredes, ut hæredes, quando eſſet conceſſum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, ſecus ergo, ſi pro hæredibus ſimpliciter arg. c. 1. de feudo nō haben. prop. natu. Cyn. in l. liberti C. de oper. liberto. & faciunt, quæ habentur per Barr. in l. item uidendum in fin. ff. de peti. hære. poſt glo. & Bal. in d. l. 2. in 45. q. & optimè ad propoſitum facit id, quod uoluit Paul. de Caſt. in auth. poſt
58 fratres la 2. C. de legit. hære. qui dixit, quod † quando regnum eſt feudum, tunc deſcendentes, qui ſunt hæredes, ſuccedunt in regno, non ut hæredes, et facit etiā dictū cōſi. collegij noſtri Bonon. poſitū inter cōſi. do. Fran. Cur. in cōſ. 50.
59 et conſi. 16. Philip. Cornei in 1. uol. Nam † feudū, quod trāſit ad deſcēdētes ſolū hæredes, trāſit ad eos, quia hæredes,

non autem ut hæredes: & ideò ſufficit, quòd ſint hæredes primi acceptoris, mediantibus alijs prioribus hæredibus, etiã ſi nõ eſſent hæredes ultimi, ut in c.1.& ibi doc.an agn. uel filius,& eſt de mente Bartoli in l.ſi patrem in fine, & ibi Alexand.& in dicta l.quia perinde ad trebellian.& traditur per feudiſtas,maximè per Præpoſit. Mediolanen. in d. c.1. in 1.& in 7.col.ibi quæro, an filius,l.ex facto in fi. & ibi glo. & doctores ff.ad trebellianum, & per canoniſtas communiter,ut per Abbatem, & Modernos in c. in præſentia extra de probationibus,c.1.in fin.cum glo.de alienatio.feud. Sed

60 † beneficium d.l.fin.C.de edicto diui adria. tollen. datur ſolum hæredibus ſcriptis,& ipſis tanquam hæredibus, non autem,quia hæredes,ut in d.l.fin.& ibi omnes, ergo non datur deſcendentibus hæredibus, qui in feudo dignitatis ſuccedunt,cum ipſi dicantur admitti,quia hæredes, nõ autem

61 tanquam hæredes,ut ſupra. Præterea †beneficium d.l.fin. quando extat legitimus contradictor, non datur hæredi etiam ſcripto de locis munitiſſimis,ut de arcibus,caſtris,ciuitatibus,& fortilicijs,quorum recuperatio, ſeu executio facilis non eſſet,ſed prius cognoſcendum eſt ſuper petitorio tantum,ut concludunt doctores maximè Paul.de Caſt. & Moderni per bona iura in d.l.fin.& in l. naturaliter §.nihil commune ff.de acquiren.poſſeſſ.Sed in dicto marchionatu extant ciuitates,caſtra,arces,fortilitia,& loca munitiſſima,ergo illius non erit alicui ex litigantibus danda tenu-

62 ta,ſeu poſſeſſio ex beneficio d.l.fin. † Sed interim poſſeſſio penes dominum cognoſcentem de feudo ſtare debet, donec controuerſia ſuper feudo fuerit finita,& illi erit relaxanda,qui in petitorio obtinebit argumento eorum, quæ habentur per Bartolum,& alios in l.æquiſſimum ff. de uſufruct.per Baldum in dicta l.fin.in 1.& 2.colum. & ibi Alex.

63 & Moderni C. de edicto diui adria. tollen. Nec † uidetur procedere quædam reſtrictio,& declaratio tradita per Gulielmum de Cuneo,& Cyn.in additio.in l. 2. ff. qui ſatiſda. cogan.in princip.quos ſequi uidetur Ang. ibi,dicentes proximè dicta procedere,quando litigantes, & aduerſarij, & loca ipſa non eſſent ſub uno, eodemque domino, nec ſub una,eademque iuriſdictione unius principis,ſed ſub diuerſis dominis,& diuerſis iuriſdictionibus: ſecus ſi ſub uno ſolo domino,& principe,per quem cogi poſſet ille, qui fuiſſet immiſſus: Quoniam contrarium indiſtinctè tenent doctores,& magis communiter,uidelicet Bart.Salicę.Paul.de Caſt.do.Alexan.& alij in d.l.2.in princ.ut non ſit differentia,an litigantes,ſeu aduerſarij ſint eiuſdẽ fori,ſeu ſub uno, eodemq; domino,& principe,an uerò ſub diuerſis, & quòd doct.ita communiter teneant,atteſtatur Alexan. in d.l.2.

64 ¶ Aut uolumus dicere, † quòd ipſa domina Duciſſa ſit immittenda in poſſeſſionem, ſeu poſſeſſio illi ſit relaxanda ex remedio c.1.§. inter filiam ſi de feudo ſit conten. inter dominum,& agnatum,ubi ſi de feudo ſit contentio inter filiã, & agnatum,fœmina hæres prius debet in poſſeſſionem immitti,reſeruato iure proprietatis feudi, quod remedium d. c.1.§.inter filiam dicitur eſſe remedium conditionis ex lege,ſeu officium iudicis,ut ibi habetur,&clarius per Baldum in d.c.1.in 1.colum.de controuerſia inter maſculum, & fœminam,& datur fœminæ,ſiue ſit hæres ex teſtamẽto,ſiue ab inteſtato,cum ille text.in d.§.inter filiam ſimpliciter,& indiſtinctè loquatur,& ita aliàs concluſum fuit per plures doctores,quos refert Brunus in ſuo conſilio primo,& hoc idẽ dicit Bald.in d.c.1.quem ſequuntur Præpoſit. & alij docto. Et adhuc dicendum uidetur, ipſi dominæ Duciſſæ nullo modo competere,neque dari hoc remedium,ſeu conditionem ex lege d.c.1.§.inter filiam,tum quia datur filiæ hæredi ultimi uaſalli decedentis, & non fœminæ collaterali, & extraneæ,cum illud detur ratione ſuitatis,in qua filia ſuccedit,nam ſicut beneficium l.fin.C.de edicto diui adriani tollendo datur ratione ſucceſſionis hæreditariæ ex teſtamento,ita illud,quod datur per d.c.1.§.inter filiam,datur ratione ſuitatis,ut in d.c.1.cum glo.prima,& ibi Bal.in terminis, & Andr.de Iſernia,& clarius do.Præpoſit.Mediolanen.poſt Baldum,qui in indiuiduo ita determinat in c. 1. in princip. de controuerſia inter maſculum,& fœminam, ergo ſequitur, quòd illud remedium d. §. inter filiam in caſu noſtro non poterit dominæ Duciſſæ competere,& minus ipſi Illuſtriſſimo Duci Sabaudiæ. Præterea illud remedium datur, quando eſſet quæſtio inter fœminam,& agnatum,an ſit feudum,uel allodium,ut quia fœmina diceret eſſe allodium,& agnatus feudum,ut eſt ibi text.in dicto §. inter filiam, & in dicto capitu.1.cum gloſ.de controuerſia inter maſculum, & fœminam, & ibi Bald. Præpoſit. & alij feudiſtæ omnes: Quapropter ſi non ſit dubium,an ſit feudum,tũc illud poſſeſſorium non datur fœminæ hæredi, ut ibi præſupponunt Bald.& alij:Sed in caſu noſtro non eſt huiuſmodi quæſtio, nec tale dubium uertitur, quia ab utraque parte præſupponitur eſſe feudum, ergo &c. Præterea quando etiam eſſet quæſtio,& dubium,an eſſet feudum,uel allodium,& hodie hoc eſſet ſtatim,& ilico conſtare poſſet eſſe feudum, non eſſet locus dicto poſſeſſorio, quod de iure ipſi fœminæ datur,ut in terminis uoluit Bal. Andr.de Iſer.Præpoſi.& omnes alij in d.cap.1.§.inter filiam,& facit,quod habetur poſt gloſam in l.2.C.de edict. diui adria.tollen.per Baldum, Bartolum,Salice.Alexan.Paul.de Caſtr. & alios, ſed in terminis noſtris hodie conſtat marchionatum eſſe feudum ex cõfeſſione utriuſque partis aſſerentis eſſe feudum,quia partes agunt ad illud,ut ad feudum imperiale, prout ex inueſtituris,& iuribus ipſarum productis apparet, ergo nullo modo poſſumus dicere,quòd ipſi dominæ Duciſſæ illud remediũ poſſeſſorium competat.¶ Aut uolumus dicere, quòd contra poſſeſſores ipſa domina Duciſſa poſſit agere petitione hæreditatis,uel interdicto quorum bonorum,quod eſt poſſeſſorium adipiſcendæ,& iſto modo poſſeſſionem acquire-

65 re,quia † feuda etiam ueniunt,ſicut alia bona hæreditaria, in petitione hæreditatis,quæ eſt iudicium uniuerſale, & cõſequenter etiam in interdicto quorum bonorum, ut uoluit glo.ſingularis in l.item uidendum in fin. ff. de petitio.hære. iunctis iis,quæ habentur,& not.in l.1.C.quorum bonorum,

66 & in l.1.ff.eo.titu.cum ſimil. † concurrunt enim in pluribus petitio hæreditatis,& interdictum quorum bonorum, ut habetur in d.l.1.ff.quorum bonorum,& in d.l.j. ubi Bart. & in l.2.& 3.C.eod.tit.nam utrunque eſt uniuerſale, ſeu generale,item utrunque datur hæredi tàm ab inteſtato,quàm ex teſtamento,ut in l.1.& 2.ff.de petitio.hæred.l.1.ff.quorum bonorum,l.1.& ibi Barto.in fin.l.2.& 3.C.eodem titu. item utrunque datur contra poſſeſſores bonorum hæreditariorum,ut in l.regulariter cum ſequentibus ff.de petitio.hære. iuncta l.1.ff.& C.quorum bonorum,utrunque etiam nõ datur contra titulo poſſidentem,ut not.in l.1.ff.quorum bonorum,& habetur per Bartolum in d.l.1.in fin. C.eodem titu: & ideò ſicut petitio hæreditatis datur contra poſſeſſorem, et hoc modo adipiſci poteſt poſſeſſio bonorum feudalium etiam non hæreditariorum per glo.in l.item uidendum in fi. ita etiam interdictum quorum bonorum ad adipiſcendam poſſeſſionem feudalium bonorum competere poteſt: Sed rectius conſiderandò,iſtud etiam uidetur falſum, quia ſe-

67 cundum ueriorem opinionem, † feuda non ueniunt in petitione hæreditatis,quando non ſunt hæreditaria, ut uoluit Bar.in d.l.item uidendum in fin.quicquid dixerit glo.ibi,& ita refert tenuiſſe Cy.in quibuſdam addit. ſuis, facit etiã id, quod cõſuluit Dy.ut ibi refert Bar.Si ergo nõ uenit feudũ, quod nõ eſt merè hæreditariũ in petit.hære. ſequitur,quòd etiã non põt uenire in iudicio quorũ bonorũ per prædicta: Quod ſatis urgenti ratione confirmatur:nam hæc remedia ſolum

ſolum dantur contra poſſeſſores,& non contra alios, ut ſupra dictum eſt,ergo in caſu noſtro non poſſunt competere dominæ Duciſſæ contra aduerſarios, hoc eſt cõtra Ducem Sabaudiæ,& Marchionem Salutiarum, quia ipſi non poſſident, & ſi poſſent dominæ Duciſſæ competere, deberẽt cõpetere contra dominum, hoc eſt contra Imperatorem, ſeu eius Vicarium, aut uicegerentem, qui nomine Imperatoris poſſidet,quod tamen eſt falſum,quoniam cum ipſe ſit dominus, & ut dominus poſſideat dicta bona feudalia, ex ſua poſſeſſione ciuili,ac etiam naturali, quæ per mortem ultimi marchionis fuit ipſo iure cum ciuili conſolidata, per Baldum in l.2.in 46.quæſt.ff.de rerum diuiſio. l.inde neratius §.penult.ff.de uſufruct. accreſcen. Abb. in c. cumueniſſent in 2.notab.de reſtitutio.ſpoliatorum,ſicut è contra, ut in l.ſed ſi nolit cum fin.l.præceden.ff.de acquiren.poſſeſſio.& infra dicetur, ſequitur,quòd contra ipſum Imperatorem, & conſequenter contra illum, qui eius nomine poſſidet,hæc remedia,uidelicet petitio hæreditatis, & quorum
68 bonorum competere nequeunt, quoniam † illa non dantur contra dominum,ſeu contra titulo poſſidentem, ut uoluit Bar.in d.l.1.in fin.C.quorum bonorum, & eſt text.in l. hæreditatem C. in quibus cauſis ceſſat longi tempo. præſcriptio,l.2.l.hæreditas C.de petitio.hæredi.& per hæc fundamenta ſimiliter, ac etiam magis aduerſarij, uidelicet Illuſtriſſimus Dux Sabaudiæ, & Illuſtris Marchio Salutiarum excluduntur.¶ Cæterum his omnibus minimè obſtantibus, contrariũ in puncto iuris ſuſtineri poteſt, quòd ipſi dominæ Duciſſæ competat petitio hæreditatis,& interdictũ quo
69 rum bonorum contra poſſeſſorem dicti feudi,quia † etſi petitio hæreditatis, & conſequenter etiam interdictum quorum bonorum pro bonis feudalibus non detur hæredi contra agnatum,ſeu aliuñ habentem ius in feudo ratione feudi per Bar.in d.l.item uidendum in fi.quando feudum non eſt merè hæreditarium,tamen benè datur contra illum,qui nullum ius habet in feudo,ut ſingulariter declarat Bar.in l. ſi patroni in fin.uerb.ibiq; refert,& ſequitur Alex. in 4.&
70 6.col.ff.ad trebellia.& ratio eſt, † quia hæc remedia contra eos dantur,qui nullo titulo poſſident,ſeu contra illos, quorum titulus redactus fuerit ad non titulum,ut eſt text. & ibi glo.Bar.Bal.Salic.& omnes in l.1. C.de inofficio. teſtamen. l.nec ullam §.omnibus ff.de petitio.hæredita.Sed Dux Sabaudiæ,& Marchio Salutiarum nullum habent ius,nec titulum in dicto feudo Montisferrati, uel ſaltem eorum titulus fuit ad non titulum redactus, & Illuſtriſſima domina Duciſſa multum iuris habet, ut latius probatum, & oſtenſum
71 fuit in primo,& ſecũdo dubio,ergo &c. Præterea † quamuis dominus,hoc eſt Imperator dicatur habere titulum reſpectu directi dominij,ac etiã ciuilis poſſeſſionis,quia quoad ciuilem poſſeſſionem dicitur cum titulo poſſidere tanquam dominus,& pro ſuo, ut in c.1.in fin.in quibus cauſis feu.amitta.moder.in rubrica,& in l.1.C.de iure emphyteo, glo.in l.3.§.ex contrario ff.de acquiren.poſſeſſio.& in l.ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commoda. tamen reſpectu utilis dominij,& naturalis poſſeſſionis dominus non dicitur iuſtè,nec cum titulo poſſidere, ſed ſine titulo, quia titulus utilis dominij eſt,et eſſe debet penes feudatariũ, & deſcendentes uocatos ex inueſtitura, & conceſſione facta, & non penes dominum,ut in d.c.1.in fin. in quibus cauſis feu.amitta.ubi caſus,& in gloſſis ſupra allegatis, & hoc eſt iuris notiſſimi per doctores in c.1. in principio ſi de feu. ſit controuer.& in d.c.1.de controuerſia feudi inter maſculum,& fœminam,ergo reſpectu utilis dominij, & naturalis poſſeſſionis,de quibus diſputatur,ipſe dominus Imperator, ſeu eius nomine tenens non poteſt dici naturaliter cum titulo poſ-
72 ſidere,ſed ſine titulo. Quare † quoad adipiſcendam naturalem poſſeſſionem ipſi dominæ Duciſſæ poſſunt competere interdictum quorum bonorum,& petitio hæreditatis, quæ dantur contra feudi poſſeſſorem,qui ſine titulo dicitur feudum detinere, & naturaliter poſſidere: non poſſent tamen hæc remedia competere contra dominum feudi reſpectu ciuilis poſſeſſionis,quia tunc dicerentur dari contra titulo poſſidentem,quoniam dominus feudi iuſtè,& cum titulo ciuiliter rem feudalem poſſidet reſpectu directi dominij,ut ſupra,& hoc uidetur ad propoſitum eſſe firmum, &
73 reale fundamentum:& † quòd ipſi filiæ,ſeu fœminæ hæredi ab inteſtato,cui non poteſt beneficium l.fin. C.de edicto diui adria.tollen.competere,detur etiam contra dominum interdictum quorum bonorum ad adipiſcendam poſſeſſionem naturalem contra omnes poſſeſſores, qui reſpectu utilis dominij non poſſident,& ſic ſine titulo, uolunt Andr. de Iſer.Præpoſ.& alij in d.c.1.in prin.ubi eſt tex. not.quòd habens ius in feudo conſtitui debet in poſſeſſione feudi etiam contra dominum ſe opponentem,& eſt bonus tex.in d.c.1. de controuerſia inter maſculum, & fœminam cum ibi not. Præterea quãdo poſſeſſio naturalis per mortem uaſalli,qui ab inteſtato deceſſit,uacat,tunc fœmina, ſeu filia prius immitti debet in poſſeſſionem non ex beneficio d.l.fin. C. de edicto diui adria.tollen.quia,ut dictum fuit, ſumus ab inteſtato,ut in c.1.de ſucceſſio.feu.ſed ex officio iudicis, ut in d. c.1.cum glo.de contentione inter maſculum,& fœminam, & ibi Bal.in 1.colum.in uerſic. quæro ſi poſſeſſio uacat &c. Sed in caſu noſtro poſſeſſio dicitur uacare, ſeu pro uacanti
74 habetur, † quoniam licet Imperator,& ſic dominus aduocauerit ad ſe poſſeſſionem, tamen illam aduocauit abſque præiudicio partium, & litigantium, ut eam relaxet illi,cui de iure &c.quo caſu habetur perinde,ac ſi quoad partes uacaret,per Bartolum in l.æquiſſimum ff.de uſufru.& ibi Alexan.in apoſtil.Specula.in titu.de petitorio,& poſſeſ.in prin. in ultima colum. Areti.in c.in præſentia in 6.colum.de probationibus, Bald.in l.fina.ff.ubi pupill.educa. debeat, & in l.1.C.de prohibita ſequeſtra.ergo &c. ¶ Rurſus tenendo
75 opinionem illam,quæ fortè eſt magis cõmunis,quòd † feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis maſculis,& fœminis dicatur conceſſum ſolum pro deſcendentibus,attenta natura feudi,quæ eſt,ut ſolum ad deſcendentes tranſeat iuxta c.1.de feudi ſucceſſione,Abb.& communiter alij in c.in præſentia de probatio. & in c.1. de feudo marchiæ,qui deſcendentes ita demum admittantur, & ſuccedere poſſint,ſi ſint hæredes,& non aliter, ut habetur in l.ex facto in fin.ff.ad trebell.& per canoniſtas communiter in d.c.in præſentia,& per legiſtas in l.etiam,& ibi Alex.ff.ſolut.matri.Imol.& Alex.in l.quod dicitur ff.de uerb.oblig.in l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi,ubi Bar.& Alex.ff.de oper.libert. & in l.liberti C.eod.tit.Bal.in d.l.2.de rerum diuiſ. in 33.q. cum ſequen.& in 48.q.c.1.& ibi doct.de eo,qui ſibi,& hære.& c.1.an agna.uel filius,& conſequenter tenendo, quòd quando eſt facta mentio de hæredibus,feudum dicatur eſſe quid hæreditarium,ex quo non poſſunt admitti,niſi deſcendentes,qui ſint hæredes,ut habetur per Alex.poſt Bar.in d. l.ex facto in fin.& in l.ſi patroni ff.ad trebel. ſequitur,quòd tunc ipſe hæres,qui ultimo uaſallo ſuccedit, poteſt poſſeſſionem adipiſci per petitionem hæreditatis, ſeu per interdictum quorum bonorum,quod in hoc petitioni hæreditatis
76 æquiparatur,ut dictum fuit, † nam licet dubium ſit,an feudum ueniat in petitione hæreditatis,& conſequenter etiam in interdicto quorum bonorum, quando feudum non eſt hæreditarium,ut quia non ſit conceſſum pro hæredibus,ſed ſimpliciter pro filiis,quoniam aliqui, ut glo.in d.l.itẽ uidendũ in fi.tenent,quòd ſic,& aliqui,ut Bar.Dyn. & alij in d. §.fin.contrarium tenent,tamen qñ certum eſt feudum eſſe hæreditarium,ut quia non tranſeat,niſi ad hæredes,tunc de eo iudicatur,ut de aliis bonis hæreditariis, ad tradita per

Alex.in d.l.ſi patroni, & in locis ſupra allegatis, & conſequenter tunc uenit in petitione hæreditatis, & ſic etiam in interdicto quorum bonorum, ut eſt de mente glo. à fortiori in d.l.item ueniunt §.fin.& ibi Bar.& alij, & per Alex. in d.l.ſi patroni: ſed in terminis noſtris feudum fuit cōceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis,uel fœminis, ergo ipſi dominæ Duciſſæ, quæ eſt hæres ultimi Marchionis, hoc eſt Ioannis Georgij, ultra petitionem hæreditatis poterit competere interdictum quorū bonorum pro adipiſcenda poſſeſſione dicti feudi, & ad effectum, ut in illius poſſeſſionem immittatur, & ſibi poſſeſſio relaxetur. ¶Non obſtat modo, ſi pro Duce Sabaudiæ adduceretur, quòd ipſi poſſeſſio ſit relaxanda, quoniam reperitur dictum feudum fuiſſe donatū ſuis prædeceſſoribus per Ioannem Iacobum Marchionem Montisferrati, & filios cum pacto conſtituti de poſſidendo in forma, cuius pacti uigore tunc Dux Sabaudiæ donatarius mediantibus ſuis procuratoribus actualem, & corporalem poſſeſſionem dicti feudi fuerit adeptus, per ea, quæ habentur in d.l.quod meo, & in l.interdū in fin.& in l. quāuis §.ſi conductor ff.de acquir. poſſ. & in l. quædam mulier ff.de rei uendi.& per Bar.in l. ab emptione ff.de pactis cum ſimilibus: Vnde quamuis dici poſſet donationem illam non ualuiſſe per ea, quæ ſupra in 2. dubio dicta fuerunt, tamen ex tali donatione, talique contractu nullo, & inualido benè potuit mediāte actu corporali acquiri poſſeſſio ipſi donatario, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus per tex. in l. 1. §.
77 ſi uir uxori, & ibi Bar.& docto. ff.de acquir. poſſeſ. † Deinde cum Dux Sabaudiæ in feudum conceſſerit dicto Ioan. Iacobo, & ſucceſſoribus dictum Marchionatum, & feudum, prout de iure licitum eſt habenti feudum dare alteri in feudum, ut habetur in c.1.§. profectò de l.Corradi, Roma. in ſingulari ſuo 454.cum ſimil.ſequitur, quòd mortuis omnibus illis, qui ſunt de domo dicti Ioan.Iacobi Marchionis, & ultimo loco mortuo Ioan. Georgio Marchione, nullis ſuperſtitibus maſculis deſcendentibus, ſeu collateralibus, illa poſſeſſio naturalis, quæ erat apud ipſos Marchiones Mōtiſferrati, & conſequenter illa, quæ erat penes ipſum Ioannē Georgium ultimum Marchionem, debet ipſo iure dici conſolidata cū poſſeſſione ciuili, quæ apud Ducem Sabaudiæ in feudantem remanſit, per ea, quæ in terminis uoluit Bal. in d.l. 2.in 46.q.in 5.colū.ff.de rerum diuiſ.& faciunt, quæ habentur per Abb.in c.cum ueniſſent in 2.not.in 2. col.de reſtitut.ſpolia.per Bar.in l.ex aſſe in fin.ff.ad trebellia.l.ſi id, quod ff.de acquir.poſſeſ.& conſequenter cum poſſeſsio dicti feudi fuerit per Imperatorem aduocata abſque præiudicio partium, ſequitur, quòd illam debet reſtituere, & relaxare ipſi Duci Sabaudiæ per ea, quæ habentur per Paul.de Caſtr.in conſi.3.in 2.uolu.per Alex.in d.l.æquiſſimum ff.de uſufruct.in apoſtil.ad Barto.per Specul. in d.titu. de petitorio, & poſſeſ.in §.1.ſeu in princ.in ultima col. & per Areti. in d.c.in præſentia in 5.colum. Nam huic feudamento, quod prima facie multum uidetur facere pro Illuſtriſs. Duce Sabaudiæ, poteſt reſponderi, nullā poſſe dici in caſu noſtro factam conſolationem poſſeſſionis ad fauorem
78 ipſius Ducis Sabaudiæ, quoniam † conſolidatio, quæ fit de una poſſeſſione cū alia, fit, quando poſſeſſio naturalis unius, ut uſufructuarij, ſeu feudatarij unitur, & conſolidatur cum poſſeſſione ciuili, & ſic quādo fit cōſolidatio, & unio unius poſſeſsionis unius ſpeciei cum alia poſſeſsione alterius ſpeciei, ad tradita per Bald.in d.l. 2.in 46.q.per Abb.in d.c.cū ueniſſent, per Bald. in d.l.ex aſſe, & in l.ſi id, quod, & in l. clàm in fin.cum l.ſequenti ff.de acquir.poſſeſsio. & argumento l.idem neratius §. penul.ff.de uſufru.accreſcen.Sed in terminis noſtris nō poteſt ullo modo dici facta huiuſmodi conſolidatio ad fauorem do. Ducis Sabaudiæ, ergo fundamentum corruit: Quòd autem non poſſit dici facta aliqua conſolidatio, demonſtratur, quia per donationem dicti feudi per Marchiones Montisferrati feudatarios Imperatoris factam tunc Duci Sabaudiæ non potuit tàm per ueram traditionem, quàm per fictam transferri niſi naturalis poſſeſſio, & non ciuilis, quoniā ſola naturalis erat penes ipſos, & nemo poteſt plus iuris transferre in alium, quàm apud ipſum fuerit l.nemo de regul. iur. Item ciuilis erat penes dominum, & Imperatorem iuxta ea, quæ habētur in d.c.1. in fin.in quibus cau.feu.amitta.& per glo.in d.l.3.§. ex cōtrario, & in d.l.ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum cū ſimil. Vnde poſtea Dux Sabaudiæ inueſtiendo, & concedendo in feudum d.Marchionatum ſibi donatum ipſi Ioā. Iacobo, & ſucceſſoribus ſuis, tranſtulit poſſeſſionem naturalem, quam habebat, in d. Ioan. Iacobum, & alios Marchiones ſucceſſores, & ideò ſequitur, quòd penes ipſum Ducem Sabaudiæ nulla remanſit poſſeſſio naturalis, quoniam qui habet ſolam naturalem, ut eſt feudatarius, ſi alium inueſtiat, ſeu ſe conſtituat pro alio poſſidere, dicitur eam in illum transferre taliter, quòd nulla apud ipſum remaneat, per Bart. & Alex.in d.l.interdum in fin.& in l. quod meo in princ.ff.de acquir.poſ. ergo mortuo ultimo Marchione Montisferrati, non poteſt dici facta aliqua conſolidatio poſſeſſionis naturalis, quæ apud ipſum erat, cum poſſeſſione, quam Dux Sabaudiæ habebat, cum nullam poſſeſſionem naturalem, ſeu ciuilem haberet, nec habere poſſet, ut ſupra: Quo fit, ut dici nequeat, quòd ipſi Duci Sabaudiæ ſit relaxāda poſſeſſio dicti feudi, uirtute alicuius conſolidationis, cum is nullo modo poſſideret, uidelicet non naturaliter, quia illā, infeudando Io.Iacobum, & ſuos ſucceſſores, in illos trāſtulit, nec ciuiliter, quia ciuilis eſt, & ſemper fuit penes dominū, hoc eſt Imperatorem, ergo præfatus Dux Sabaudiæ ſe fundare non poteſt in aliqua conſolidatione, quæ nec reſpectu poſſeſſionis, nec etiam reſpectu dominij potuit fieri, cū apud eum nō eſſet ciuilis poſſeſſio, nec directum dominiū, cum quibus poſſet fieri conſolidatio, ex quo illa erant, & remanſerunt apud dominum Imperatorem per prædicta, & arg.d.l.idem neratius cum ſimil. & ideò infertur, quòd ſi dici poteſt facta aliqua conſolidatio utilis dominij, & naturalis poſſeſſionis ultimi Marchionis Montisferrati cum aliquo dominio, & cum aliqua poſſeſſione, illa dicetur facta cum directo dominio, & cum poſſeſſione ciuili dicti feudi, quæ ſunt apud Imperatorem per prædicta, & conſequenter ipſe Imperator, qui eſt dominus, & tanquam dominus cognoſcere debet, ad quem ſpectare poteſt feudū, & eius poſſeſſio iuxta tex.in c.uerum de iudi.& in c. ex tranſmiſſa, & in c.uerum de foro competen. retenta ſibi poſſeſſione ciuili, relaxare debebit naturalem poſſeſſionem illi, qui in feudo iura meliora, & potiora habet, cum dictam poſſeſſionem ad ſe aduocauerit abſq; præiudicio partiū ad effectū, ut illam relaxet ei, cui de iure eſſet relaxanda, & conſequēter habenti iura potiora in dicto feudo per ea, quæ uoluit Pau.de Caſt.in d.conſi.3. in Chriſti nomine amen in cauſa, quæ uertitur &c.in 2.lib.Areti.in c.in præſentia in 5.col. de proba.Bal.in l.ordinarij C.de rei uendi.Sed Illuſtriſ.do. Duciſſa habet meliora, & potiorā iura, quàm aduerſarij, ergo illi eſt relaxanda, & ita dico, & concludo, ſaluo tamen ſemper iudicio præclariſſimorum, & Illuſtrium dominorū iudicare debentium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In ſuccedendo filij fratris locum patris ſui ſubintrant ad effectum, ut ſimul cum patruo poſſint admitti:*
Et quando hoc uerum ſit nu.33.

2 *Filij fratris ſimul cum patruo admittuntur, etiam in ſucceſſione feudi, quando plures uocati ſunt per nomen collectiuum aptum importare plures perſonas, & gradus:*
Et quomodo hoc uerum ſit nu.34.35.36.&37.

Idem

3 Idem, quando feudum eſt quid hæreditarium: & quando num. 38.

4 Idem, quando de ſucceſsione legali hæreditaria tractatur.

5 In ſucceſsione alterius, quam aſcendentis, ſeu patrui, qui ſimul admittuntur, in capita, & non in ſtirpes admittuntur, quamuis in pari gradu eſſe cenſerentur: Quod procedit etiam in ſucceſsione feudi.

6 In materia feudali ſtatur iuri communi in eo, quod per iura, & conſuetudines feudorum diſpoſitum non reperitur.

7 In ſucceſsione feudi ſuccedit primo conductori, & recipienti, & numero. 10. & 35.

8 Nepos ex fratre cum patruo admittitur, ubicunque de ſucceſsione aſcendentis agitur: & quomodo num. 34. & 35.

9 In feudis principium, primaq; radix, & perſona primi parentis, & conductoris inſpicitur, ut feudum ad ſuperſtitem illius uadat.

10 Et ſucceſsio feudi in quo ſit fundata.

11 Feudum conceſſum pro hæredibus eſt quid hereditarium, & in petitione hæreditatis uenit, & ad eius ſucceſsionem illi eodemque modo, et ordine admittuntur, qui, & quo ad hæreditatis ſucceſsionem uocantur, & num. 39. ubi declaratur.

12 In feudi ſucceſsione inteſtata plures ſimul ſuccedunt in capita, & non in ſtirpes, quando tranſuerſali remotiori ultra patruum ſucceditur: & quando hoc ſit uerum num. 36.

13 In feudo antiquo ab initio proueniente ab uno quomodo deficiente una linea alij de alia linea ſuccedant.

14 Proximior dicitur non ſolum reſpectu gradus, ſed etiam reſpectu ſucceſsionis.

15 Hæres in feudis de quo intelligatur, & num. 39.

16 Feudum delatum hæredibus quare in petitione hæreditatis ueniat.

17 Agnati ad feudum antiquum ex principali prouidentia uenientes in locum immediati feudatarij ſine liberis defuncti in capita, & non in ſtirpes admittuntur.

18 Succeſsio eſt duplex.

19 In feudo paterno, & antiquo fratri decedenti abſque liberis, & deſcendentibus maſculis fratres, & una cum illis nepotes ex alijs fratribus in ſtirpes ſuccedunt;

20 Et quid non extantibus fratribus, nec nepotibus defuncti, & num. 21.

22 Feudi ſucceſsio ita iure feudorum defertur, ſicut hæreditas iure romano.

23 Feudum ſi in diuiſione ad unum peruenerit, qui ſine liberis, & deſcendentibus deceſſerit, feudi illius pars ad alios collaterales proximiores redire debet.

24 In ſucceſsione hæreditatis decedentis ſine liberis, & fratibus, filiisque fratrum proximior præfertur aliis in gradu remotioribus.

25 In feudis ius commune ſeruatur, quando iura, ſeu conſuetudines feudorum non diſponunt.

26 Ad feudum uocatis hæredibus legitimis, qui admittantur.

27 Nepos ex fratre quando in locum patris ad effectum ſuccedendi cum patruo ſubrogetur, & num. 28.

28 In ſucceſsione feudi filius fratris ad effectum ſuccedendi cum patruo locum patris non ſubintrat.

29 Feudatarius quando de bonis feudalibus teſtari, & diſponere poſsit, & quando non.

30 In feudo antiquo ſi immediatus feudatarius ſine liberis maſculis decedat, alij agnati ſucceſſorio ordine uenientes quomodo ſuccedant.

31 Ad feudum conceſſum pro hæredibus qui admittantur.

32 Ordo ſuccedendi in hæreditate dat ordinem ſuccedendi in feudo, & in emphyteosi: & quando num. 38. & 42.

35 In ſucceſsione feudi inſpicitur perſona primi acquirentis, & quomodo in ea filius locum patris ſubintret.

39 Feudum conceſſum pro hæredibus de quibus intelligatur.

40 Quid ſi conceſſum ſit pro hæredibus maſculis, uel pro hæredibus legitimis.

41 Et quid in emphyteosi eccleſiæ.

43 Nomen hæredes non tam demonſtrat, quam diſtribuit, & nullam habenti quotam nihil poteſt proportionabiliter diſtribuere.

44 In feudi ſucceſsione inter hæredes ſanguinis quis ordo ſeruetur.

45 In feudo hæreditario pater tranſigendo pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis poteſt filijs hæredibus præiudicare: Et quid, ſi eſſent hæredes cum beneficio legis, & inuentarij num. 49.

46 Succeſſores expreſsi in materia feudali de quibus intelligantur.

47 Feudum quando extraneo legari poſsit, & quando non.

48 In feudo etiam antiquo pater renunciando, & promittendo pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis non contrauenire, filijs hæredibus præiudicat.

49 Et quid, ſi eſſent hæredes cum beneficio legis, & inuentarij.

50 Promiſsio, & tranſactio ſuper feudo facta pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus de quibus hæredibus, & ſucceſſoribus intelligatur.

51 Feudum antiquum etiam non hæreditarium filius volens patri ſuccedere non poteſt retinere, & hæreditatem paternam repudiare, ſed utrumq; aut acceptare, aut relaxare debet.

52 In feudo antiquo vaſallus non poteſt filijs, & deſcendentibus ſuis præiudicare, etiam legitime alienando, & in aliquem de agnatione, niſi filij, & deſcendentes expreſſe, vel tacite alienationi conſenſerint, vel eam ratificauerint.

Quid, ſi illi eſſent minores num. 78.

53 Et quomodo tacite conſentire, ſeu ratificare dicantur.

54 Tranſactio facta a vaſſallo ſuper feudo, vel q̃one feudi quando valeat. Et quibus noceat, & num. 61. & 79.

55 Dimittere, & relaxare in contractu tranſactionis non eſt alienare, ſecus in alijs contractibus.

56 Feudum antiquum ſi vaſallus in totum, vel pro parte relaxet, aut repudiet, vel renunciet, talis relaxatio, repudiatio, vel renunciatio filijs, qui hæreditatem patris cum beneficio legis, & inuentarij adiuerunt, non nocet, & num. 58.

57 Leges poſteriores ab antiquioribus declarationem recipiunt.

59 Filius adeundo hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij ſibi quoad æs alienum paternum, & feudum antiquum ex prouidentia, & pacto debitum non præiudicat.

60 Feudum nobile, & antiquum agnati primi acceptantis conſequi poſſunt, etiam ſi non ſint hæredes patris ſui, vel ſint ſimpliciter hæredes.

62 Feudi alienatio, ſeu tranſactio facta a vaſallo in agnatum remotiorem abſque conſenſu proximioris quomodo valeat, & an, & quando reuocari poſsit.

63 Feudum a patre alienatum quando, & quomodo filii ad illud vocati, et hæredes patris reuocari poſſint.

64 Feudum eſt inalienabile, & inobligabile, & quomodo illius alienatio, & obligatio effectum habeat.

65 In feudo recepto a primis parentibus pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis quid ſit inſpiciendum.

66 Et quo iure hæredes deſcendentes ad illud vocati dicantur.

67 Feudum, vel emphyteoſis ſi pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis recipiantur, ſolum filii, nepotes, & deſcendentes maſculi admittuntur abſque eo, quod ſint hæredes.

Et quid, ſi pro filiis hæredibus num. 71.

68 Et ab eo, qui ſic recepit, legari non poteſt.

69 Hæredis mentio in iis, quæ ſui natura ad hæredes extraneos ſunt tranſitoria, de quo intelligatur.

Et quando ſolum de deſcendente, & num. 71.

70 In feudis ſi de hæredibus ſimpliciter mentio fiat, qui comprehendantur, & qui appellatione hæredum maſculorum.

71 In feudo, & materia ſui natura ad hæredes extraneos non tranſmiſsibili ſi fiat mentio de filiis hæredibus, an filij, vt admittantur, debeant etiã eſſe hæredes.

72 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis non dicitur quid hæreditarium.

Idem in conceſſo pro ſe, & hæredibus legitimis num 74. & 75.

73 Feudum hæreditarium, & feudum familiare differunt.

74 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimis intelligitur conceſſum pro deſcendentibus maſculis tantum, etiam ſi non ſint hæredes.

75 Hæres maſculus, & hæres legitimus in materia feudali non differunt.

76 Feudum quando dicatur mere hæreditarium, & de eo, vt de qualibet re hæreditaria iudicetur.

77 In feudo quando pater poſsit filiis præiudicare, & filii etiam hæredes cum beneficio legis, & inuentarii facto defuncti ſtare teneantur.

80 Minori de iure reſtitutio in integrum datur, vbicunque contingit ipſum ex aliquibus geſtis enormiter lædi.

81 Minor adeundo hæreditatem etiam paternam damnoſam etiam cum beneficio inuentarii cenſetur læſus, & reſtitui poteſt.

82 Minor ad obtinendam reſtitutionem in integrum tenetur læſionem probare, & quomodo.

83 Minor aduerſus aditionem hæreditatis factam ſine, & cum beneficio inuentarii poteſt in integrum reſtitui, & quando.

84 Remittere, & renunciare ſimpliciter actionem, exceptionem, & iura, dicitur donare.

85 Negans habet ſuam intentionem fundatam.

86 Scientia præſumpta non ſufficit ad excludendum aliquem a iure ſuo ob ſcientiam.

87 Tempus abſentiæ neceſſariæ eſt de quolibet tempore dato ad aliquid faciendum deducendum.

EPITOME.

IN feudo antiquo conceſſo pro hæredibus legitimis filium fratris, et ſic nepotem in ſucceſsione dicti feudi una cum patruo hic non admitti, probatur.

Feudum

Feudum antiquum conceſſum pro hæredibus maſculis, uel legitimis non dicitur quid merè hæreditarium, ſed ex prouidentia, et pacto ad filios hæredes patris peruenit, et tranſactioni ſuper illo à patre factæ filii hæredes cum beneficio legis, et inuentarii ſtare non tenentur.

Minor aduerſus immixtionem, ſeu aditionem hæreditatis ſimpliciter factam abſque beneficio inuentarii, & illius non confectionem, & aduerſus omnia tacitè, uel expreſſè per eum in minori ætate facta, ex quibus enormiter fuerit læſus, in integrum reſtitui poteſt.

CASVS CONSILII.

ILLVSTRES *Domini de Corigia ſic à ſacroſancto Romano Imperio nuncupati iam diu plura caſtra, uillas, poſſeſſiones, & alia bona ſtabilia in eorum imperialibus priuilegiis deſcripta in feudum nobile, & antiquum in comitatū erectum impetrauerunt, & tenuerunt; in quo feudo poſt obitum Giberti primi, qui de dictis bonis, & caſtris teſtatus fuerat, Gerardus, Galaſius, & Gibertus ſecundus ſucceſſerunt, ac inter ipſos ſuper eo quædam capitula, diſpoſitionesq́ etiam in eorum teſtamentis fecerunt, atque ordinauerunt, ut refert Alexan. in conſilio 29. in 5. uolumine. Deinde per mortem dictorum Galaſii, & Giberti ſecundi dictum totum feudum, & integrum ad præfatum Gerardum peruenit, qui relictis poſt ſe quatuor filiis maſculis legitimis, & naturalibus, uidelicet Manfredo, Antonio, Nicolao, & Giberto tertio deceſſit, & poſt eum mortuus eſt Nicolaus, cui alius Nicolaus poſthumus eius filius ſucceſſit: interim Manfredus ſuo, ac dictorum Antonii, & Giberti tertii ſuorum fratrum nomine à Federico Romano Imperatore de anno 1452. inueſtituram de bonis ſuis feudalibus obtinuit, nulla de Nicolao poſthumo mentione facta, Poſt quæ dicti Gibertus tertius, & Antonius ſine filiis, & deſcendentibus maſculis defuncti ſunt, quibus dictus Manfredus pater, & Nicolaus poſthumus nepos ex fratre ſimul æqualiter ſucceſſerunt, & dictus Nicolaus poſthumus, relicto Ioanne Galeatio eius filio legitimo, & naturali, uitam cum morte commutauit, & ei in ſuis bonis feudalibus dictus Ioannes Galeatius ſucceſſit. Demum Manfredus ſuperſtitibus tribus filiis Borſio, Galeatio, & Giberto quarto mortuus eſt, in cuius bonis feudalibus, & allodialibus dicti filiis ſucceſſerunt, ac mediantibus eorum procuratoribus de anno 1494. de dimidia omnium bonorum feudalium, quæ Manfredus eorum genitor poſſidebat, à Maximiliano Romanorū Rege inueſtiti ſunt. Deinde mortuus eſt Galeatius abſque filiis, & deſcendentibus, & poſtea Borſius cum duobus filiis Ioanne Franciſco, & Manfredo legitimis, & naturalibus, ſuisq́ hæredibus, ultimo defunctus eſt Ioannes Galeatius olim filius dicti Nicolai poſthumi ab inteſtato abſque filiis, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus, ſed ſuperſtitibus dicto Giberto quarto ſibi quinto gradu coniuncto, ut in l. iureconſultus. §. quinto ff. de grad. & dictis Ioanne Franciſco, & Manfredo nepotibus ſui patrui magni, ſibi ſexto gradu coniunctis, d. l. iureconſultus. §. ſexto, capiendo gradus ſecundum ius ciuile iuxta Inſti. de gradibus, & in c. de primo gradu 25. q. 5. Mortuo itaque præfato Ioanne Galeatio ab inteſtato, ſuper eius bonis inter dictum Gibertum quartum ex una, & dictos dominos Ioannem Franciſcum, & Manfredum fratres ex altera, orta fuit ſaltem extraiudiciali ter materia quæſtionum, quia dictus dominus Gibertus dicebat bona Ioannis Galeatii ad eum in totum ſpectare, cum eſſet proximior agnatus, & de expreſſè comprehenſis in literis, & priuilegiis inueſtiturarum à Maximiliano Romanorum Rege conceſſis: Dicti uerò domini Ioannes Franciſcus, & Manfredus tàm ratione feudi, quàm ratione fideicommiſſi allegabant duas partes ex tribus bonorum dicti Ioanni Galeatii ad eos pertinere, & conſequenter ambos ipſos unà cum dicto domino Giberto in capita, & non in ſtirpes ſuccedere. Quibus litibus, ac differentiis pendentibus, ipſi omnes pro ſuo, ac ſuorum ſubditorum quieto ſtatu de anno 1517. ad quandam concordiam, & tranſactionem pro ſe, eorumq́ hæredibus, & ſucceſſoribus deuenerunt, nam dictus Ioannes Franciſcus ſuo, ac Manfredi fratris ſui nomine, pro quo de rato promiſit, conuenit, & uoluit bona feudalia, & allodialia dicti domini Ioānis Galeatii pro dimidia ad dictum do. Gibertū ſpectare, & hoc pro omni eo, & toto, quod ipſe Gibertus in bonis, & hæreditate Ioannis Galeatii petere, & exigere poſſet, & quatenus de iure plus habere, & conſequi deberet, illud totum ceſſit, & tranſtulit in dictos dominos Ioannem Franciſcum, & Manfredum fratres, cum ceſſione quorumcunque ſuorum iurium in forma &c. Et ècontra præfatus dominus Gibertus uoluit, & conſenſit, aliam dimidiam dictorum bonorum feudalium, & allodialium ad dictos dominos Ioannem Franciſcum, & Manfredum fratres ſpectare, & hoc pro omni eo, & toto &c. Et ſi quid plus eis in dictis bonis de iure deberetur, uoluerunt dicti fratres illud in totum ad dictum Gibertum ſpectare, cui ſimiliter ceſſerunt omnia iura in forma, & cum iuramento, & ſub pœna dupli, prout in inſtrumento tranſactionis ſuperinde confecto continetur, in quo etiam conuenerunt debere ab ipſis peti huiuſmodi tranſactionem, & compoſitionem ab Imperatore confirmari, prout poſtea de dicto anno 1517. à Maximiliano Romanorum Rege confirmata fuit. Paulo autem poſtquam hæc inter ipſas partes geſta fuerunt, defunctus eſt dominus Gibertus, relictis duobus filiis legitimis, & naturalibus, uidelicet dominis Hippolyto, et Hieronymo pupillis, qui cum matris tutricis auctoritate paternam adiuerunt hæreditatem, et in illa ſimpliciter ſe immiſcuerunt, nullo confecto inuentario, actus plures faciendo, qui citra nomen, et ius hæredis fieri non potuerunt, et inter alia nomine præfatorum dd. Hippolyti, et Hieronymi fratrum, et adhuc pupillorum cum matris tutricis auctoritate, ac nomine dictorum dd. Ioannis Franciſci, et Manfredi, mediante eorum actore, confirmatio dictæ tranſactionis, et concordiæ à Carolo Quinto Romanorum Imperatore petita, et obtenta fuit, prout de ea publica extant documenta, in qua tranſactione dicti dd. Hippolytus, et Hieronymus etiam adulti, et maiores uigintiquinque annis facti ſcienter uſque ad uigeſimum octauum annum perſeuerauerunt, et illi non contrauenerunt, ſed potius conſentiendo dictos dominos Ioannem Franciſcum, et Manfredum bona prædefuncti Ioannis Galeatii per annum, et ultra tenere, et poſſidere paſſi fuerunt. Rebus itaque ſic ſe habentibus, prædicti dd. Hippolytus, et Hieronymus fratres ius in bonis, et hæreditate domini Ioannis Galeatii prætendentes infra annum uigintiquinque, ſeu ſaltem ante completum annum ſuæ ætatis uiginti nouem mouerunt litem contra dictum dominum Manfredum, qui ſuperſtes remanſit, et fratri ſuo ſucceſſit, reſpectu illorum bonorum, quæ ad ipſum, et fratrem ſuum peruenerunt uirtute prædictæ tranſactionis de bonis, et hæreditate dicti domini Ioannis Galeatii, prout in ipſorum libello continetur: ex*

quibus

*Quibus in facto ita ſe habentibus, de tribus dubitari contingit,
Primo, utrum dicti dd. Ioan. Franciſcus, & Manfredus unà
cum domino Giberto eorum patruo de iure ad bona, & hæredi-
tatem dicti domini Ioan. Galeatij pro aliqua parte admitti potue
rint, an uero ſolus dominus Gibertus, illis in totum excluſis: Se-
cundo poſito, quòd dicti nepotes pro nulla parte admitti de iure po
tuerint, ſed ſolus dominus Gibertus, utrum dicti dd. Hyppolitus,
& Hieronymus tranſactioni factæ ſtare teneantur. Tertio, utrũ
dicti domini Hyppolitus, & Hieronymus aduerſus aditionem hæ-
reditatis paternæ factam abſque inuentarij confectione de iure in
integrum reſtituendi ſint, adeò, ut ipſi nunc ad confectionem in-
uentarij admitti, & illius beneficio uti queant, ac aduerſus omnes,
& quoſcunque actus per eos factos, quibus tacitè, uel expreſſè di-
ctam tranſactionem, & confirmationem illius Imperialem ratifi-
caſſe dicerentur, reſtitui debeant, & in eum ſtatum reponi, in quo
tempore mortis domini Giberti ipſorum communis parentis conſti-
tuti erant, ad effectum, ut contra dictos dd. Ioan. Franciſcum, &
Manfredum ad bona, quæ ad eos de bonis, & hæreditate domini
Ioan. Galeatij peruenerunt, agere poſſint.*

CONSILIVM LXVIII.

QVOAD primum dubium in prænarrato themate
propoſitum, uidetur, quòd dicti domini Ioan. Fran.
ciſcus, & Manfredus in bonis dicti Ioan. Galeatij
ſaltem in ſtirpes cum do. Giberto eorum patruo ſuccedere
1 potuerint; quia † in ſuccedendo filij fratris, locum patris ſui
ſubintrare dicuntur, ad effectum, ut ſimul cum patruo ſuo
admitti ualeant, ut in §. cum filius inſtit. de hæredi. quæ ab
inteſta. defer. auth. ceſſante C. de legiti. hæred. authen. poſt
fratres la 1. eodem tit. & in corpore, unde ſumptæ ſunt.
2 ¶Secundo, † quando plures uocati ſunt per nomen colle-
ctiuum aptum importare non ſolum plures perſonas, ſed
etiam plures gradus, quale eſt nomen familia, agnatio, &
hæredes, quorum appellatione primi, ſecundi, & ulteriores,
ac hæredes hæredum in infinitum ueniunt, ut in l. 1. ff. de
uulga. & pupil. l. fin. C. de hæred. inſtit. l. ſciendũ ff. de uerb.
ſignifi. l. cum in teſtamento ff. de hæred. inſtit. ibi duo gradus
hæredum ſunt &c. tunc quamuis ſub illo nomine compre-
henſi ordine ſucceſſiuo admittantũr, hoc eſt primo proxi-
miores, & in priori gradu exiſtentes, l. cum ita §. in fideicõ-
miſſo ff. de lega. 2. l. peto §. fratre eodem tit. l. fin. C. de uerb.
ſignifi. & per doct. communiter in l. Gallus §. quidam rectè
ff. de lib. & poſthu. tamen nepotes ex fratre, qui ſunt remo-
tiores, ſimul cum patruo admittũtur quia gradum paternũ
ſubintrant, ut uoluit glo. in d. §. in fideicommiſſo, cum qua
pertranſeunt ibi Ioan. de Imola, & alij, quicquid dixerint
Bal. & Cuma. ibi, idem uoluit Alex. in conſi. 88. circa fin. &
conſi. 137. & 204. in 1. uolu. & in conſi. 129. & 64. in 5. uol.
Corneus in conſi. 3. & 24. in fin. in 2. uolu. in conſi. 263. in
1. uol. & in conſi. 233. in penul. col. in 4. uol. Decius in conſ.
1. iuncto conſi. 87. & in materia feudali, eſt tex. ad literam,
prout Bal. in ſuo libro habebat, in c. 1. de natu. ſucceſ. feud.
cuius uerba ipſe refert in c. 1. §. & quia de his, qui feud. da.
poſſ. qui hoc idem uoluit, & facit c. 1. in princ. de feud. ſuc-
ceſ. & c. 1. de ſucceſſ. frat. & præmiſſa ſuadentur, nam
3 † quando feudum eſt quid hæreditarium, quia conceſſum
ſimpliciter pro hæredibus, tũc filius locum patris ſubintrat,
ut per Alex. in d. conſi. 129. in fin. & Corn. in d. conſi. 24.
4 Item † quãdo de ſucceſſione hæreditaria, hoc eſt legali tra
ctatur, ad effectum, ut ſimul cum patruo ſuo ſuccedat. dicta
authen. ceſſante, & per Alex. in conſi. 44. in 5. uolu. in 6.
col. ergo in terminis noſtris præfati Ioan. Franciſcus, & Man
fredus fratres nati ex Borſio fratre dicti do. Giberti unà cũ
ipſo domino Giberto patruo ad ſucceſſionem dicti Ioan.
Galeatij in capita, & non in ſtirpes admitti debuerunt, quia
5 † ubi agitur de feudi ſucceſſione alterius, quam aſcendentis,
ſeu patrui, tunc ij, qui ſimul de iure ad illam admittuntun-
tur, etiam ſi in pari gradu eſſe cenſerentur, in capita, &
non in ſtirpes uocantur, ut dixit Alexand. in conſi. 29. in
princ. & in 4. col. uol. 5. qui ita inter Illuſt. Comites de Co-
rigia conſuluit, & hæc eſt natura feudi, ut uoluit Bal. quem
allegat Alex. ibi in c. 1. in 5. col. an agna. uel fil. & præſertim,
quia hoc idem regulariter de iure ciuili cautum eſt, ut in
d. authen. poſt fratres, & ibi docto. & habetur per Bal. in ter
minis, in feudis in d. c. 1. §. & quia uidimus, qui hoc poſt glo.
& alios clarius dicit in d. authen. ceſſante, uidelicet, ſi duo
nepotes ex uno fratre, & unus nepos ex alio fratre ſimul cõ
currant ad feudum, dicuntur uocati in capita, & non in ſtir
pes. Idem dicendum etiam uidetur, quoad feudi ſucceſ-
6 ſionem, quia † in materia feudali, quando aliquid per iura,
& conſuetudines feudorum diſpoſitum non reperitur, ſtan
dum eſt iuri communi c. 1. de cogni. feud. Bal. & alij feudi-
ſtæ in d. §. & quia uidimus, & Alex. in d. conſi. 29. in 3. col.
at in terminis noſtris illi, qui ab inteſtato uocantur ad ſucceſ
ſionem dicti domini Ioan. Galeatij, dicuntur uocati per no
men collectiuũ hæredibus, neque dicuntur ſuccedere aſcẽ
denti, nec patruo, ſed collaterali exiſtenti in quinto, & ſexto
gradu reſpectiuè, ut ſupra, ergo ſimul in capita, & nõ in ſtir
pes uenire debent, & ita in indiuiduo multum pulchrè inſi
ſtendo concludit Bar. in l. poſt conſanguineos §. hæc hære-
ditas in fin. uerb. ff. de ſuis & legit. qui illud dubium plenè di
ſcutit, ſuper quo Azo, & Accurſius contrarij fuerunt, ut re
fert glo. in d. authen. ceſſante, ubi Bal. & alij quoque hunc
articulũ examinãt, & Azo cum ſequacibus, inter quos fuit
Bal. in c. 1. in fin. uer. de natu. ſucceſſ. feudi uoluerũt in capi-
ta uenire: contrarium uerò uoluerunt Accur. pluresq; alij
& Bart. in d. l. poſt cõſanguineos §. & hæc hæreditas, & Bal.
ſibi met contrarius in d. authen. ceſſante, & in l. 2. C. de ſuis
& legiti. quando uerò de ſucceſſione alterius, quam patrui
ageretur, tunc Bar. ibi dicit, quòd in capita, & hic eſt caſus
noſter, & hoc idẽ dixit in feudis Alex. in d. cõſ. 29. in 3. col.
7 ¶Et poſito, ſed non conceſſo, † quòd primo conductori, &
recipienti ſuccedere dicerentur iuxta doctrinam Bart. in l.
Gallus §. quidam rectè, & in §. etiam ff. de liber. & poſthu.
Calda. in conſi. 13. in tit. de feudis Alexan. in conſi. 44. in 1.
uolu. Roma. in conſi. 35. Corn. in conſ. 47. in 1. col. in 4. uol.
& in conſi. 74. in 1. uolu. Dec. in conſi. 263. Adhuc tamen
nepotes ex fratre locum patris ſui ſubintrare dicũtur, & cũ
8 Giberto patruo ſuccedere poſſunt, † quia ubicunque de
ſucceſſione aſcendentis agitur, nepos ex fratre cum patruo
admittuntur, & gradum patris ſui ſubingreditur, ut ſupra
dictum fuit, maximè ex not. per glo. in l. cum ita §. in fidei-
commiſſo ff. de lega. 2. iuncta l. cohæredi §. cum filiæ. ff. de
uulga. & pupil. ubi in fideicommiſſo uocati per nomẽ col-
lectiuum ordine ſucceſſiuo, & ſecundum prærogatiuã gra
duum uenire dicuntur, & nepos ex fratre una cum patruo
admittitur, quia in locum patris ſui ſubrogatur, & tamen in
fideicommiſſis primo teſtatori ſuccedititur, ut ibi, ergo ſimi-
liter in feudo, ex quo de ſuccedendo aſcendenti, hoc eſt,
primo conductori tractatur: & hæc ratio multum ſtrĩnge
re uidetur, & eſt de mente Alexandri in conſilio 129. in 5.
9 uolumi. circa fin. † & ut inquit Bald. in d. c. 1. in 3. colum.
in feudis curandum non eſt, quo tramite feudum deſcen-
dit, ſed quid ſit eius primum principium, primaque radix,
& fundamentum, ideoque perſona primi parentis inſpici-
tur, & deficiente uno poſteriorum, feudum ad ſuperſtitem
primi genitoris, & conductoris uadit, ut dicit Ange. in con-
ſi. 110. ſanctiſſima &c. facit d. c. 1. §. & quia uidimus de ijs,
qui

qui feud.dare poſſunt, & in c.1.de natu.ſucceſs.feud. quia
ratione ſtipitis omnes ab eo deſcendentes connexi,& con-
10 iuncti ſunt in feudo antiquo, & paterno, † cuius ſucceſſio
in ſolo ſtipite fundata eſt, ut per Angelum ibi in 6. colum.
qui inquit,quòd ſi feudum antiquum agnationi conceſſum
per mille manus agnatorum,& deſcendentium à ſtipite am
bularet,ſemper ultimus primi ſucceſſor exiſteret, & ab eo
cauſam haberet, à quo etiam radicem haberet c.1.an agn.
uel fil.c.1.de natu.ſucceſs.feu. & quòd ſemper primo reci
pienti,& non ultimo morienti ſuccedi dicatur,ultra ſupra
allegata uoluit idem Calda.in conſi.14.in titulo de locato,
Corne.in conſilio 42.in 4.uolumi.& in conſi.74.in 1.uolu.
11 ¶Secundo principaliter conſiderandum eſt, † quòd hu-
iuſmodi feudum dicitur conceſſum pro hæredibus,& con-
ſequenter eſt quid hæreditarium,& in petitione hæredita-
tis uenit,ut aliæ res hæreditariæ,iuxta gloſ.in l.item uiden-
dum §.fin.ff.de peti.hæred.& Alex. in multis conſilijs infra
allegandis, ergo ad illius ſucceſſionem hi admitti debent,
qui ad hæreditatis ſucceſſionem uocantur,ac eo ordine,&
eo modo,ut per Iacobum Aluarotum,Iſern.& Moder.in c.
1.de eo,qui ſibi,& hæredi.in ultima columna, & in c.1.an
agna. uel fil. nam ordo ſuccedendi in hæreditate dat ordi-
nem ſuccedendi in feudo, ſeu in emphyteoſi, quando ſunt
quid hæreditarium, ut inquit Bal.in l.liberti, libertæque in
6.colum.C.de oper.liberto.Sed ad hæreditatem filius fra-
tris unà cum patruo uocatur,ut ſupra,ergo &c. ¶Tertio,
12 † quòd hi in capita,& non in ſtirpes admitti debuerint,cla
rè ex his infertur,quæ uoluit Alexan.in d.conſi.29.in 3.co-
lum.qui dicit,quòd in ſucceſſione feudorum ab inteſtato ij,
qui ſimul non aſcendenti,nec patruo,ſed remotiori ſucce-
dunt,in capita,& non in ſtirpes uocantur,& nota,quia ipſe
loquitur, qualiter in hoc feudo Corrigiæ ſuccedatur, ubi
etiam circa prin.dixit, quòd in bonis feudalibus hi etiam,
qui aliàs in ſtirpes in dicto feudo Corrigiæ ſuccederent, ex
diſpoſitione teſtamentaria illuſtris Comitis Gerardi in ca-
pita ſuccedere debent,quæ diſpoſitio,præterquam in legi-
tima, trebellianica, ac bonis aliunde quæſitis, ſeruanda eſt,
ut ibi per Alexandrum,ex cuius uerbis hic caſus decidi ui-
detur. ¶Præterea hoc quoque ſatis clarè conſtat ex uerbis
Bal.in d.c.1.§.& quia uidimus, ubi inquit extare tex.in titu.
de nat.ſucceſs.feu.huius tenoris,in feudis prima cauſa ſuc-
ceſſionis eſt filiorum, & deſcendentium maſculorum, illis
non extantibus,ſi eſt feudum paternum, & antiquum,fra-
tres admittuntur,& unà cum illis nepotes ex fratre præmor
tuo in ſtirpem, his non extantibus ad agnatos proximiores
pertinet feudum pariter, ſi uerò ex proximioribus in pari
gradu exiſtentibus,ex uno eſt unus, ex alio plures, in capi-
ta &c. ſed nepos ex fratre quoad ius ſuccedendi in eodem
gradu cum patruo eſſe dicitur,ut ſupra,ergo &c. ¶Quar-
14 to, † quando ſumus in feudo antiquo, & ab initio ab uno
proueniente,neque ullus ſupereſt de linea ultimo loco de-
cedentis,tunc admittuntur illi,qui ſunt de alia linea agna-
tionis ſecundum ordinẽ ſucceſſionis ab inteſtato,& ſic pro-
ximiores remotioribus præferuntur. Nam ſi aliquis de ea-
dem linea adhuc ſupereſſet,etiam ſi aliis de alia linea remo
tior foret, illis tamen ſemper præferẽdus eſſet, ut in c.1.de
natu.ſucceſs.feu.not.per gloſam in c.1.de grad.ſucced.ſeu
de ſucceſs.fratr. per textum etiam in c.1.de ſucceſſio. feud.
quibus adde d.c.1.§. cum uerò de ijs, qui feud. dare poſs.
ibi ut frater fratri ſine legitimo hærede defuncto &c. Sed
in caſu noſtro nullus eſt de linea dicti domini Ioannis Ga-
leatij, ergo proximior de alia linea tranſuerſali admitti de-
15 bet, † proximior autem cenſetur non ſolum, qui in gradu
præcedit,ſed etiam in ſucceſſione,ut eſt nepos ex fratre,qui
proximior cenſetur,ſicut eſt ſuus patruus,quia cum illo ſuc
cedit,ut eſt textus cum gl.in d.l. cum ita §. in fideicommiſ-
ſo cum alijs ſupra allegatis, & dixit Alexan. in præallegato
conſilio 129.in 5.uolumi.circa finem,quem ſequitur Cor-
neus in conſilio 24.in 2.uolumi.circa finem,quòd in feudo
hæreditario cõceſſo pro hæredibus filius locum patris ſub-
intrat, ad effectum, ut cum patruo,qui ad ſucceſſionem a-
ſcendentis uocatus eſſet, admittatur. ¶Præterea,† quan- 15
do ĩ feudis de hærede loquimur, intelligitur de hærede ſan
guinis, & non ſucceſſionis,Bald.in d.c.1.§.& quia uidimus
in 2.colum. & ideò text. in c.1.§. profectò de lege Corra.
inquit,quòd ſi quis habeat feudum ſibi, ſuiſque hæredibus
conceſſum,de ſolis maſculis intelligi debet,& idem c.1.de
aliena.feu.in §.ſed diuerſum,& Bald.in d.§.& quia in 3. co-
lumna dicit,quòd qui liberos non habet,ſi cum hærede ex-
traneo decedet, in feudis cum hærede decedere non cenſe
tur, quia feuda non mero iure hæreditario, ſed principali
prouidentia percipiuntur, & in l.2.C.de ſuis, & legiti. in-
quit,feudum,quod defertur hæredibus,non dici liberè eſſe
corpus hæreditarium,ſed quoddam ius annexum, quod in
16 hæreditate reperitur: † & hac ratione in petitione hæ-
reditatis uenire dicitur, ut per gloſam in l. item uidendum
§.fina.ff.de petit. hæredit. Præterea agnatus, qui in feudo
ſuccedere poteſt,ſi ipſe hæres proximi ſit, non poteſt agere
ad feudum petitione hæreditatis, quia illud non ut hæres,
ſed ex principali prouidentia capit,ut ibi per eum,& in c.1.
an agna.uel fil.in 4.columna uerſicu.ſed nunquid: at in ter
minis noſtris feudum eſt conceſſum pro ſe,& hæredibus,er
go omnes deſcendentes primi inueſtiti tanquam ſucceſſo-
res ſanguinis, argumento §.fina. cum ibi nota. per gloſam
Inſtit.de legit.agna.tut.in feudo ſuccedere debent, ſi con-
tingat aliquem ex illis ſine liberis,& deſcendentibus maſcu
lis decedere, & hæc fuit mens Iacobi Aureliani, quem re-
fert,& ſequitur Bald.in c.1.de eo,qui ſibi, & hæredi.in uer-
ſicu. tamen Iacobus Aurelianus &c. quia deſcendentes uo
cati ex illis uerbis hæredibus feudum habere dicuntur non
iure ſucceſſionis,ſed iure conuentionis,& concedentis pro-
uidentia, & conſequenter ipſi in capita, & non in ſtirpes
17 ſuccedere debent, † quoniam quando agnati ad antiquũ
feudum ex principali prouidentia ueniunt,& in locum im-
mediati feudatarii ſine liberis maſculis morientes ſucceſſo-
rio ordine ſuccedunt, tunc non in ſtirpes, ſed in capita ad-
18 mitti debent,ut uoluit Bal.in d.l.2. † Duplex enim eſt ſuc
ceſſio,quædam hæreditaria, per quam pro portionibus hæ-
reditarijs ſucceditur,quædam ſanguinis,& agnationis, qua
lis eſt feudalis, ut ſupra, per quam pro uirili ſucceditur, ut
per Baldum,& Moder.in c.1.de eo,qui ſibi,& hæred.in ul-
tima columna, ergo iſti nepotes ex prouidentia principali
uenientes, ut hæredes agnationis, & ſanguinis ſimul cum
patruo, & pro uirili ſunt admittendi.

¶Præmiſſis tamen non obſtantibus, partem contrariam ue
riorẽ proculdubio eſſe puto, quòd ſolus Illuſtris dominus
Gibertus pater dictorum dd.Hippolyti, & Hieronymi in
bonis feudalibus ſuccedere debuerit, excluſis præfatis dd.
Ioannefranciſco, & Manfredo fratribus, & nepotibus ex
fratre dicti do. Giberti, & primo hoc in terminis deciditur
ex uerbis Bal.in.c.1.§.& quia uidimus in 1. col.de his, qui
feud.da.poſſunt,qui dicit de hoc eſſe tex. in terminis in c.
1.de natu.ſucceſſ.feud.cuius uerba hæc ſunt, prout ipſe in
libro ſuo reperiri refert, decedente fideli abſque liberis ex
ſe deſcendentibus, & in feudum ſuccedentibus, ſiquidem
feudum fuit communis parentis,fratres defuncti cum filiis
premortuorum fratrum in ſtirpem ſuccedunt, his non ex-
tantibus ad agnatos proximiores id uolumus pertinere, &
ſi quidem in pari gradu ſunt,pariter admittũtur, ſi uerò ex
uno eſt unus, ex alio ſunt plures,non in ſtirpem, ſed in capi
ta ſuccedere debere ordinamus. Hæc ſunt uerba tex. ex
quo omiſſis his,quæ per illum deciduntur, quia de illis non
eſt

eſt habenda quæſtio,argumento l.ancillæ C.de furtis,quã-
uis plura inferri poſſent, tamen ad propoſitum noto dun-
taxat,quæ pro deciſione quæſtionis facere uidētur, Primo,
19 quòd † ad ſucceſſionem fratris decedentis abſque liberis,&
deſcendentibus maſulis in feudo paterno, & antiquo fra-
tres admittuntur,& unà cum illis nepotes ex aliis fratribus
in ſtirpes,& hic non eſt caſus noſter,quia non agitur de ſuc
20 ceſſione fratris defuncti: Secundo noto,† quòd non extan
tibus fratibus, nec filiis fratum dicti defuncti, prout etiam
in caſu noſtro non extant, tūc ad ſucceſſionem pariter ad-
mitti debent agnati proximiores, qui pari gradu ſunt, hoc
eſt, qui ab uno, eodemq; deſcendunt,nam ſi à diuerſis, ut
quia ab uno unus,& ab alio plures, tunc non in ſtirpem,ſed
in capita ſuccedunt, & ſic in effectu poſt fratres,fratrumq;
filios proximiores agnati pariter in capita, & non in ſtirpes
ſuccedunt, dummodo in pari gradu exiſtant, ut ibi: Idem
ferè per eadem uerba de iure communi ſtatutum eſt in au
then.poſt fratres la 2.C.de legi.hæredi.per quem tex.pro-
batur idem eſſe dicere pariter,quod in capita, & dicit Bal.
in d.authen.ceſſante,in feudis communiter concludi,quòd
duo nepotes ex uno fratre,& unus ex alio in pari gradu exi
ſtentes in capita ſuccedunt: Sed ipſi domino Ioan.Galea-
tio non remanſerunt ſuperſtites liberi, nec fratres, neque
fratrum filij,ſed ſolum alij agnati remotiores,ergo hi,qui ſi
bi proximiores in gradu erant,in ſucceſſione ſui feudi, aliis
agnatis in remotiori gradu exiſtentibus excluſis, præferen
di erant: & ideò Illuſt.dominus Gibertus ipſis dd. Ioan.
Franciſco,& Manfredo fratribus præferri debuit, ut pote
qui in gradu proximiori eſſet, hoc eſt in quinto, cæteri ue-
rò in ſexto, ut conſtat ex computatione graduum ſupra
21 facta. ¶Secundo † cum poſt fratres,filioſq; fratrū agna
ti proximiores ſuccedant,ac iure proximitatis uocati cen-
ſeantur,ut etiã probatur in d.c.1.in fi. de natu.ſucceſ. feud.
ibi iſti proximiores, ergo remotiores in gradu ſimul cum
proximioribus non ſunt uocandi:ad idem induco c.1.de ſuc
ceſſ.fra.ubi poſt fratres,fratrumq; filios in antiquo feudo ul
teriores agnati ſuccedunt,ulteriores tamen, qui ſunt pro-
ximiores,ut expreſsè inquit And.de Iſer.ibi,& probatur in
d.c.1.in fin.de natu.ſucceſſ.feud.ergo qui in anteriori gra-
du exiſtunt,præferendi ſunt,quia tales ſunt proximiores,&
hæc ratio eſt de mente Bal.in d.§.& quia uidimus,& omniū
22 docto. † quoniam,ut dicit glo.in d.c.1. de gradi.ſucced. in
feud.ita ſucceſſio feudi iure feudorum defertur,ſicut hære-
23 ditas iure Romano:& licet † feudum pro parte in diuiſione
ad unum peruenerit, tamen ſi is ſine liberis, & deſcenden-
tibus,& ſic ſine hæredibus ſuis deceſſerit,pars illius feudi ad
alios collaterales proximiores redire debet, Bald. in l.1. in
11.q.ff.de rerum diuiſ.c.ſatis benè de prohib. alien. feud.
per lotha. ¶Tertio ſic arguitur,quamuis uerum eſſet,quòd
per iura feudalia determinatum non eſſet, quis in caſu no-
ſtro eſſet præferendus,adhuc tamen concludendum foret,
24 ipſum dominum Gibertum præferri debuiſſe, quia † de iu
re communi, quando aliquis ſine liberis, & fratribus,filiiſq;
fratrum deceſſit,tunc in illius hæreditatis ſucceſſione pro-
ximior, & in priori gradu exiſtens aliis in gradu remotiori
bus præfertur,& hæc eſt regula infallibilis,ut eſt tex. in au-
then.poſt fratres la 1.C.de legit.hæredi,& in auth. de hæ-
redi.quæ ab inteſta.defer.in §.1.& in §.ſiquis igitur defun-
25 ctus,& idem in ſucceſſione feudi dicendum eſt,nam quan-
do iura,ſeu conſuetudines feudorum in aliquo caſu non di
ſponunt, tunc ius commune in feudis quoque ſeruari de-
bet, ut eſt tex.in c.1.de feud.cognit.Bal.in d.§.& quia uidi-
mus in 1.col. Alex.in conſi.29.in 3.col. in 5.uolu. Corn. in
conſi.42.in 3.col.in 4.uolu.& ſupra dictum fuit.
26 ¶Quarto in caſu occurrenti † ad feudum ex forma inue-
ſtituræ uocati ſunt hæredes legitimi,& ſic per nomen colle
ctiuum aptum continere non ſolum plures perſonas, ſed
plures quoque gradus,ut ſupra dictum fuit: quo fit, ut illi,
qui tanquam ſub hoc nomine comprehenſi uenire uolunt,
ita demum admittantur, ſi proximiores ſint quantum ad or
dinem gradus ſiue dicamus ipſi defuncto, ſiue primo con-
ductori,& acceptanti feudum,ſecundum uarias opiniones,
de quibus in l.cum ita §.in fideicommiſſo ff. de lega.2. per
Corn.in d.cõſi.42.& probatur in d.§.in fideicõmiſſo iuxta
l.fin.& ibi Caſtr.& alij C.de uerbo.ſigni.& plenè per ſcri-
ben.in l.Gallus §.etiam ſi à parente cum §. quidam rectè ff.
de liber.& poſthu.& eſt tex.in l.peto §.fratre. ff. de lega. 2.
& hoc in terminis uoluit magnus feudiſta And.de Iſer. in c.
1.§.fin.per illum tex.de natu. ſucceſ. feud. & argu. c. 1. an
ille,qui interfe.pat.ibi ad agnatum proximiorē &c. uide-
licet quoad ordinem gradus,qui in legibus inuenitur, & ibi
idem Andr.de Iſer.&dicit Bal.in c.1.de aliena.feud.pater.
& in c.1.in 3.colu. de prohi.feud.aliena. per Federi. quòd
mortuo uaſallo,qui feudum tenebat, ſine hærede deſcen-
dente,feudum antiquum iure ſucceſſorio tranſit ad agna-
tos collaterales proximiores,qui à ſtipite deſcendūt,& hoc
ſequitur Paul.de caſt.in conſi.157.ſecundum numerum an
tiquum; at ad propoſitum facit c.1.an ille,qui interfe. frat.
ibi ad proximiorem agnatum pertinebit, ſi feudum fuerit
paternum: ſed dominus Gibertus proximior, & in priori
gradu dictis dd.Ioan.Franciſco,& Manfredo erat,ſiue con
ſideremus perſonã ipſius do. Ioã.Galeatij ultimo loco de-
functi,ſiue perſonam primi auctoris,à qua feudum originē
habuit,ut de ſe patet, ergo dictis ſuis nepotibus præferri de
buit. ¶Quinto ſi uerū eſſet,quòd dicti dd.Ioan.Franciſcus,
& Manfredus unà cū domino Giberto eius patruo admitti
debuiſſent, ſequeretur, quòd quoties de ſucceſſione alte-
rius, quàm aui, ſeu patrui ageretur, nepos ex fratre ſimul
admitteretur cum patruo ſuo,& ſic locum patris ſui ſubin-
27 trare diceretur,quod eſt falſum, quia † tunc nepos ex fra
tre in locum patris ſubrogatur, ut unà cum eius patruo ad
ſucceſſionem admitti poſſit,quando de immediata ſucceſſio
ne aui,uel patrui defuncti agitur,ut de feudo probatur in d.
c.1.§.his uerò deficientibus de ſucceſſio. fratr. ibi deficien-
tibus uidelicet filiis,& liberis eius,qui defunctus eſt,uocan-
tur primo fratres cum fratrum præmortuorum filiis, dein-
de agnati ulteriores &c.hoc eſt proximiores, ut in d.c.1.de
natu.ſucceſs.feu.& ſupra dixi, & hoc idem expreſsè ſenſit
Bal.in l.2.C.de ſuis legi. dicens,quòd quando duo nepotes
ex diuerſis parentibus auo in bonis feudalibus ſuccedere
uolunt,tunc ſuccedūt in ſtirpes,& ſic eo modo, quo eorum
parentes ſucceſſiſſent,ergo infertur, tunc illos dici ſubintra
re locum ſuorum patrum, quando auo ſuccedere uolunt:
ſi itaque aliis remotioribus uellent ſuccedere, ſecus eſſet:
quod de iure communi probatur in d. authen. poſt fratres
la 2.& in §.1. cum §. ſi quis igitur defunctus in authen. de
hæredi.quæ ab inteſt. defer. & ſic declarat Alexan.in d.con
ſi.44.in 5.uolumi.in fin.5.colum.& in conſi.129. eodem li-
bro,& in d.authen.ceſſante in addi.ad Bald.ac per Corne.
28 in conſilio 24. in 2. uolumine circa finem. † Quòd au-
tem in ſucceſſione feudi filius fratris ad hoc, ut cum pa-
truo admitti poſſit,locum patris ſui non ſubingrediatur, uo
luit,& conſuluit Alexan.in conſi.204.in 2.uolumi. quia ubi
ſumus in diſpoſitione hominis, tunc nepos ita cum patruo
non admittitur,ut uoluit Bald.in d.§.in fideicommiſſo,ibiq;
Cuma.& Alexan.in d.conſil.129.necnon in l.lucius la 2. in
apoſtill.ff.de hæred.inſtituen.ac in indiuiduo Barto.in d. au
then.poſt. fratres dixit filium fratris cum patruo ſuccedere
ſolum,quando de ſucceſſione aui,uel patrui agitur, ſecus ſi
de ſucceſſione aliorum,& ex hoc infert ad caſum ſucceden
di in feudo,uel in Regno,& idem uoluit in l.conſanguineos
§.1 ff.de ſuis,& legiti. At in caſu noſtro non agitur de ſucce

dendo auo, nec patruo, ſed uel ipſi domino Ioan. Galeatio, qui quoad dictos dominos Ioannem Franciſcum, & Manfredum auus, aut patruus non erat, ut clarum eſt, uel primo conductori, & feudum recipienti, qui nec auus, nec patruus fuit, neque fortè aſcendens, quia de hoc non conſtat, ergo ſimul cum domino Giberto admitti non potuerunt.

¶ Sexto ſi uerum eſſet id, quod Alexan. in d. conſi. 29. in 3. colum. præſupponit, hoc eſt per illuſtrem dominum Gibertum primum, & antiquiſſimum in teſtamento ſuo diſpoſitum fuiſſe, quòd poſt mortem ſuorum filiorum, & deſcendentium maſculorum bona omnia, & ſic etiam feudalia ad proximiores tranſuerſales maſculos de domo ſua in capita deuoluerentur, ſequitur, quòd bona feudalia, ac alia, quæ dicti primi domini Giberti fuerunt, & ultimo loco ad dictum dominum Ioannem Galeatium peruenerunt, qui abſque liberis maſculis deceſſit, iure ſucceſſionis ad Gibertum quartum patrem dictorum dd. Hippolyti, & Hieronymi ſpectare debeant, propterea quod ipſe proximior, & prior in gradu erat, quàm præfati dd. Ioan. Franciſcus, & Manfredus. Et licet Alexan. ibi dicat intelligendum eſſe, diſpoſita per dictum dominum Gibertum primum in ſuo teſtamento ad
29 bona feudalia non debere extendi, † quoniam de his feudatarius teſtari non poteſt, neque aliter ad præiudiciũ proximiorum diſponere, tamen ut ipſe etiam dicit in l. ſi patroni ff. ad trebell. poſt multos ab eo allegatos, quando feudatarius diſponit inter ipſos uocatos eo ordine, quo ex inueſtitura ſunt uocati ſub uerbis generalibus, & collectiuis, teſtari, & diſponere poteſt, adeò quòd huiuſmodi bona ſub fidei cõmiſſo uniuerſali facto per uaſallum cõprehendi queunt, ut ibi latè per Alexandrum, & Baldum in l. cum uirum in fi. C. de fideicommiſſ. ¶ Septimo prædicta confirmantur ex
30 dictis Bal. in l. 2. C. de ſuis, & legit. † quòd ſi feudum ſit antiquum, & in cauſa caduci, ut quia ex immediato feudatario moriente liberi maſculi non extarent, tunc agnati, qui ex prouidentia, & ſucceſſorio ordine ueniunt, ſi proximiores in gradu ſint, admittuntur, ſi uerò ſimus in agnatis remotis, ut dictum fuit ſupra, & argumento eorum, quæ habentur per Bartolum in d. l. conſanguineos §. 1. & in d. authen. poſt fratres la 2. cum not. in d. authen. ceſſante, tunc in capita, & non in ſtirpes ſuccedunt, adeò quòd ſi tempore, quo dictus dominus Ioannes Galeatius mortuus fuit, ſuperfuiſſent duo filij ex domino Borſio prædefuncto, tres uerò ex domino Giberto præmortuo, in capita ipſi admiſſi fuiſſent, quia ea prouidẽtia, & ſucceſſorio ordine, hoc eſt tanquam proximiores uocati eſſent: Ita uoluit dicere Bal. in d. l. 2. ex cuius uerbis caſus noſter deciditur ad fauorem domini Giberti, nam hic eſt ordo ſucceſſorius, ut ſupra ſæpius dictum
31 eſt. ¶ Octauo & ultimo, † ex quo feudum pro hæredibus conceſſum fuit, poſito, quòd eſſe quid hæreditatium dici potuit, ut magis communiter uolunt, ſequitur, quòd ad illud admitti non debeant niſi illi, qui hæredes uniuerſaliter ſunt, quia feudum cum illa uniuerſitate tranſire dicitur, argumento l. quædam ff. de acquiren. rerum domino, c. ex literis de iure patrona. & ut inquit Bal. in l. liberti, libertæque C. de ope. liber. in 6. colum. nomen hæredibus in inueſtitura poſitum non ſolum demonſtrat, ſed etiam diſtribuit: at nullam habenti quotam hæreditatis nihil proportionabiliter diſtribuere, uel ſortiri poteſt l. 1. C. de impube.
32 & alij ſubſtitu. cum ſimilibus: Item † ordo ſuccedendi in hæreditate dat ordinem ſuccedendi in feudo, ut in c. 1. an agna. uel fil. & Bal. in d. l. liberti, facit etiam, quod ipſe uoluit in l. qui ſe patris C. unde liberi, ſed dominus Gibertus in hæreditate, & ſucceſſione uniuerſali do. Ioanni Galeatio ſolus ſuccedere potuit, excluſis dictis nepotibus ſuis, qui erant in ſexto gradu, cum ipſe eſſet in quinto, iuribus ſupra allegatis, ergo ſolus ad feudum quoque admitti debuit.

¶ Supereſt nunc reſpondendum ijs, quæ ſupra primo loco in contrarium adducta fuerunt: & quia primum, & ſecundum argumentum ad unum, idemque tendunt, uidelicet ad demonſtrandum, quòd d. do. Ioannes Franciſcus, & Manfredus ad ſucceſſionem feudi ſimul admitti debuerunt cum do. Giberto eorum patruo ſaltem in ſtirpes, & conſequenter ipſi locum patris ſui obtinuerunt per ea, quæ plene ibi fuerunt allegata, ambobus argumentis breuiter reſpondetur ex ijs, quæ ſupra dixi in quarto fundamento facto ad fauorem dd. Hippolyti, & Hieronymi, eorumque patris, quia
33 † non ſemper, nec ſimpliciter uerum eſt, quòd filius ſubintrare dicatur locum ſui patris ad effectum, ut poſſit cum patruo ſuo ſuccedere, ſed ſolum quando agitur de ſucceſſione aui, ſeu alterius patrui immediatè, & hæc eſt uera, & communis opinio doctorum, ut iam dictum eſt: Sed in caſu noſtro non agebatur de ſucceſſione feudi aui, nec patrui, ſed alterius collateralis remotioris, ergo &c. Nec obſtat, quòd in feudis antiquis dicatur ſemper agi de ſucceſſione primi conductoris, & recipientis, ut ſupra dictum fuit, præcipuè per ea, quæ uoluit Angelus in conſil. 110. & Bal. in c. 1. de grad. ſucceſsio. in feu. ergo in caſu noſtro dicatur tractari de ſucceſſione aſcendentis, & conſequenter filij fratris dicatur obtinere locum patris ſui ad effectum, ut poſſint cum patruo ſuo ſuccedere per ea, quæ uoluit Alexan. in cõſi. 129. in 5. uolumi. in antepenul. colum. cum ſimilib. Quia primo
34 reſpondetur, † prædicta debere intelligi, quando ageretur immediatè de ſucceſſione aſcendentis, hoc eſt aui, ut uoluit Barto. in authen. poſt fratres la 2. cum aliis, quæ ſupra allegaui in dicto quarto fundamento. Secundo dico non conſtare, quòd primus, qui feudum Corrigiæ obtinuit, fuerit de aſcendentibus Ioannis Galeatij, nam ante Gerardum feudum illud fuerat conceſſum ijs, qui erant de domo Dominorum de Corrigia, inter quos antiquiſſimos fuit quidam dominus Gibertus primus, à quo utrum dominus Ioannes Galeatius, eiuſque parentes deſcẽderint per lineam deſcendentium, non apparet, neque probatur, ut etiam præſupponit Alexan. in d. conſi. 29. in 5. uolumi. Tertio reſpon-
35 detur, quòd † in ſucceſſione feudi ſemper eſt inſpicienda perſona primi acquirentis, & conſequenter filius ſubintrat locum ſui patris quoad excludendum illos, qui ex inueſtitura, & natura feudi non eſſent comprehenſi, nec uocati, nam ad excluſionem talium, etiam ſi eſſent gradu proximiores, præferũtur hi, qui à primo recipiente deſcendunt, ſeu qui ſunt ex uerbis inueſtituræ comprehenſi, & ita loquitur Angelus in d. conſi. itaque procedunt alia ſimilia, ſed inter illos, qui à primo recipiente deſcendunt, ſeu qui ex uerbis inueſtituræ ſunt comprehenſi, ſemper proximior præfertur remotiori in gradu, ſicut contingit etiam in ſucceſſione hæreditaria, nec unus ſubintrat locum patris ſui, niſi quando ageretur de ſucceſſione uel aui, uel patrui immediatè, ut ſupra declaratum eſt ex mente doctorum, ergo &c.

¶ Non obſtat tertium argumentum, quòd iſti nepotes domini Giberti unà cum eo debent ſuccedere in capita, & nõ in ſtirpes, propterea quia ſucceſſio fit remotioribus ultra tertium, ſeu quartum gradum per ea, quæ uoluit Alexã. in
36 conſi. 29. in 5. uolu. cum ſimil. Nam reſponderi poteſt, † prædicta eſſe uera, quando plures eſſent ſimul uocati ad ſucceſſionem, propterea quia eſſent in eodem gradu, ſed quando non eſſent in eodem gradu, tunc tàm in feudis, quàm in ſucceſſione hæreditaria ſemper admitterentur, & præferrẽtur illi, qui eſſent proximiores, & ſit priores in gradu, & remotiores excluderẽtur taliter, quòd etiam quis ſubintrare nõ poſſet locum patris ſui, ad effectum, ut cum eius patruo admitteretur, ut in d. authen. poſt fratres la 2. & ibi Bart. & in c. 1. de gradi. ſucce. in feu. & de natu. ſucceſſ. cum ſimil. ad fauorem domini Giberti, & filiorum allegatis. Sed in caſu

ſu noſtro agitur de ſucceſſione immediata domini Ioan. Ga
leatij, ad quam uenire uolebant, & uolunt dominus Giber
tus, qui erat in quinto gradu, ac etiam filij domini Borſij, qui
ſunt in ſexto gradu, ergo do. Gibertus illis debuit in totum
præferri, & filij domini Borſij ſunt excludendi, ut non poſ-
ſint in locum patris ſui ſuccedere, nec in capita, nec aliquo
modo propter ſuperexiſtentiam domini Giberti eorum
patrui. Et ad id, quod uoluit Alex. in d. conſi. 29. facilis eſt
reſponſio, quia, ut ſupra oſtendi, deciſio ipſius poteſt con
tra dictos nepotes retorqueri, nam tàm ex diſpoſitione iu-
ris communis, quàm ex prouiſione hominis, uidelicet domi
ni Giberti primi antiqui ipſe uoluit, quòd poſt omnes deſcẽ
dentes ipſius Giberti antiqui tranſuerſales deberent in ca-
pita ſuccedere, dummodo eſſent de proximioribus, quia
proximiores in capita admittuntur: ſed quando aliqui eſ-
ſent proximiores, & aliqui remotiores, tunc uoluit Alexã.
prout uerum eſt, quòd proximiores deberent præferri illis,
qui ſunt in gradu remotiori per ea, quæ dicta ſunt, & faciũt
not. per Bal. in d. authen. ceſſante. ¶ Tollitur etiam quar-
37 tum argumentum ex iam dictis, † quoniam cum agatur nõ
de ſucceſſione aui, nec patrui immediatè, ſed alterius ual-
dè remoti, ſequitur, quòd nepos ex fratre non ſubintrat lo
cum ſui patris ad effectum, ut poſſit cum patruo ſuo admit-
ti ad ſucceſſionem illius collateralis, qui quinto, uel ſexto
gradu coniunctus eſt per prædicta, ſed ſemper proximior
eiuſdem lineæ præferendus eſt illis, qui in gradu remotiori
ſunt, ut uidetur concludi in d. 4. argumento per tex. in d. c.
1. de natu. ſucceſ. feu. & in c. 1. cum glo. de grad. ſucceſ. in
feu. cum aliis ad propoſitum adductis, ex quibus conſtat ar-
38 gumentum prædictum retorqueri poſſe: & † ad id, quod
dicit Alex. in d. conſi. 129. in 5. uol. circa fin. quòd quando
feudum eſt quid hæreditarium, ut quia conceſſum ſit pro
hæredibus, tũc filius ſubintrat locum patris, quoniam in ſuc
ceſſione hæreditaria hoc idẽ ſeruatur, ad tradita per Ange.
in d. conſi. 110. & facit, quod uoluit Alex. in conſi. 24. in 2.
uolu. & Corneus in conſi. 24. in 2. uolu. cum ſimil. Reſpon
detur, quòd prædicta ſunt uera, quando tractaretur de ſuc-
ceſſione aui, uel patrui, ut ſupra dictum fuit, & probatur in
c. 1. & ibi docto. & maximè do. Prepoſi. Impera. Lothar. Eu
genio Papæ, ſecus ſi de ſucceſſiõe alterius remotioris agere
tur, quia tàm in feudis, quam in ſucceſſione hæreditaria fi-
lius non ſubintrat locum patris ſui ad effectum, ut poſſit ad
mitti cum eo, qui eſſet in gradu proximiori, ut dictum fuit:
& cum iſtud uerum ſit in ſucceſſione hæreditaria, ſequitur,
quòd idem etiam dicendum eſt in ſucceſſione feudi hære-
ditarij, quia ordo ſuccedẽdi in hæreditate dat ordinem ſuc
cedendi in feudo hæreditario, ſicut in ſimili dicit Bal. in l. li
berti libertæq; in 6. col. C. de operis liberto. in emphitheoſi
hæreditaria, & facit, quod uoluit Bal. in d. l. 2. C. de ſuis, & le
gitimis. ¶ Nec aduerſatur illud, quod multum uidebatur
39 ſtringere, † quòd ex quo in terminis noſtris feudũ fuit pro
hæredibus conceſſum, debet intelligi cõceſſum pro iis, qui
ſunt hæredes ſanguinis, & non ſucceſſionis per Bal. in d. c.
1. §. & quia in 2. col. de his, qui feu. dare poſſunt, & ſecun-
dum Bal. in d. l. 2. C. de ſuis, & legit. feudum pro hærede
conceſſum non dicitur liberè, & merè corpus hæreditariũ,
ſed quoddam ius annexum, quod in hæreditate reperitur,
& hac de cauſa uenit in petitione hæreditatis, nam duplex
eſt ſucceſſio, quædam hæreditaria, & quædam agnationis,
& ſanguinis, per primam ſucceditur in uniuerſum ius de-
functi, & per ſecundam ſucceditur in feudo, quia niſi quis
ſit de deſcendentibus, ſuccedere non poteſt, Præpoſ. in c. 1.
de eo, qui ſibi, & hæredi. in ultima col. ergo omnes de ſan-
guine, & qui ſuccedunt in iure ſanguinis, in feudi hæredita
rij ſucceſſione ſimul ſunt admittendi: quia ad hoc multi-
pliciter reſpondetur, primo, quòd quando feudum eſt con
ceſſum pro hærede, intelligitur conceſſum pro hærede ſan
guinis, ac etiam ſucceſſionis uniuerſalis, requiritur enim,
quòd ſit de deſcendentibus primi, cum feudum non tran-
ſeat, niſi ad deſcendentes, ac etiam, quòd ſit hæres illius, de
cuius ſucceſsione tractatur, & conſequenter primi, quia hæ
res hæredis primi defuncti eſt hæres, ut ſupra dictum fuit, &
hoc eſt, quod uoluit dicere Bal. in d. §. & quia, nã poſtea idẽ
Bal. ſic declarat, & expreſsè de hoc habetur in c. 1. de eo,
qui ſibi, & hæredi. per Iaco. Aluaro. & do. Prepo. in ult. col.
ac etiam per Andream Iſer. in c. 1. an agna. uel filius, & ibi
Præpoſitus, idem uoluit in emphiteoſi eccleſiæ Bart. in l. ut
iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis liberto. per Alex. in conſi.
11. in 3. uolu. & idem poſt Imol. in l. quod dicitur ff. de uer
bo. obliga. in l. etiam ff. ſolu. matr. & in l. quidam §. nihil ff. de
edendo in 2. col. qui dicit tunc eſſe quid hæreditariũ; ideõq;
ſenſit ipſe Alex. in l. ſi. patroni ff. ad trebel. in penul. col. ut ha
betur etiam per Bal. & Imol. in l. caius ff. ſolu. matri. & per
Alex. in conſi. 18. cum ſequen. & in conſi. 28. in 5. uolu. Se
cundo reſpondeo, aliud eſſe, quòd feudum ſit conceſſum
pro hæredibus ſimpliciter, & tũc ultra quod intelligatur de
hærede ſanguinis, intelligitur etiam de hærede uniuerſali,
& conſequenter dicitur eſſe quid hæreditarium, & non tran
ſit ad deſcendentes maſculos ſimpliciter, niſi etiam ſint hæ
redes per proximè dicta, & per ea, quæ uoluit Bal. in authẽ.
40 hoc amplius in 2. col. C. de fideicom. & † aliud, quòd ſit con
ceſſum pro hæredibus maſculis, uel pro hæredibus legiti-
mis, & tunc ſolum intelligitur de hæredibus ſanguinis, &
non ſucceſſionis uniuerſalis, in tantum quòd ſufficiet etiam,
quòd quis ſimpliciter ſit de deſcendentibus maſculis, abſq;
eo, quod ſit hæres, ut uoluit Bal. in d. l. caius in pen. col. cum
ſimil. multis, quæ in ſequenti dubio ad hoc allegabo, quia
ſicut per iſtud adiectiuum maſculis declaratur illud nomen
hæredibus, ut intelligatur de hæredibus ſanguinis tantum,
ut ibi per Bal. & infra latius dicetur, ita per iſtud adiectiuũ
legitimis declarabitur nomen hæredibus, ut in feudis intel
ligatur de filiis, & deſcendentibus maſculis, & ſic hæredi-
bus ſanguinis, ut uoluit Calde. in conſi. 8. in tit. de feudis, &
eſt tex. in c. 1. §. ſed diuerſum de aliena. feudi, & in c. 1. §. cũ
uero, & ibi Bal. per illum tex. quem legit ſub §. & quia de his,
qui feu. dare poſ. & facit, quod uoluit Sali. in l. 2. in 20. q. C.
de iure emphiteotico, ſed in caſu noſtro feudum fuit con-
ceſſum pro hæredibus legitimis, ergo &c. & quia in hoc cõ
trarium uidetur tenere Imola in d. l. caius, & Bart. in d. l. ut
iuriſiurãdi §. ſi liberi, ideò ſuper hoc me remitto ad ea, quæ
41 infra latius dicentur: † Niſi etiam ſaluando dictum Bal. in d.
l. caius in penul. col. & id, quod ſtatim dictum fuit, dicamus,
quòd Bart. in d. §. ſi liberi, & Imol. in d. l. caius, & alij loquun
tur in emphiteoſi eccleſiæ, in qua aliud ius ſeruatur, quã in
feudo, ut fatetur Bart. in dicto §. ſi. liberi, & Salice. in d. l. 2.
in 20. quæſt. & uerum eſt, & idcirco ſuper hoc non inſiſto,
uel quòd Bart. & alij loquuntur, quando fuiſſent expreſſa
uerba magis prægnatia, quàm eſſent illa pro hæredibus le-
gitimus, ut quia dictũ fuiſſet pro hæredibus, & filiis maſcu
lis, ſeu legitimis &c. Tertio reſpõdeo, quòd dominus Giber
tus fuit vniuerſalis hæres d. do. Ioan. Galeatij, quia illi erat
gradu proximior, quàm eſſent filij domini Borſij, & ideò
feudum, quod erat hæreditarium, ut ſupra, cum ipſa uniuer
ſali ſucceſſione ad eum tranſire debuit, argumento l. quæ-
dam ff. de acquiren. rerum dominio, c. ex literis extra de iu
re patrona. nam, ut dicit Bal. in iſtis terminis in l. liberti in 6.
42 colum. C. de operis liberto. † quoties feudum, ſeu emphy-
teoſis eſt quid hæreditarium, quia pro hæredibus ſimplici-
ter conceſſio facta fuerit, ſucceſſio in hæreditate dat ordi-
nem ſuccedendi in feudo, quod ſequitur Petrus de Ancha-
ra. in conſil. 320. & Bal. in authen. hoc amplius C. de fidei-
commiſs. in 2. colum. quia in habentibus ſymbolum faci-
lior

lior eſt tranſitus l.in rem §.item quæcunque ff.de rei uendi. c.quod in dubiis cum gloſ.de conſecratio. eccle.uel altaris: & ex hoc ſequitur, quòd in ipſo feudo dicatur ſuccedi etiam primo recipienti feudum, à quo virtus feudi tãquam in pal mites eius deriuauit, quoniam do.Gibertus, qui fuit hæres do.Io. Galeatii ultimo defuncti, cenſebitur eſſe etiã hæres primi recipiẽtis, quia hæres hæredis primi defuncti cẽſetur eſſe hæres l.fina.C. de hæred. inſtitu.l.ſciendum ff.de uerb. ſigni. & hoc modo in propoſito reſpondet Corneus in con ſi.37.in 3.uolumi.in 3.colum.& in conſilio 263.in 1.uolumi.& traditur per dominum Andream Iſern. in c.1.§. licet an agna. uel filius. Præterea cum ad feudum ſint uocati hæredes, & non admittantur, niſi qui ſunt hæredes, & deſcendentes maſculi, ut ſupra, & per Bald.in l. 2.C.de ſuis, & legitimis cũ ſim. ſequitur, quòd niſi quis ſit hæres uniuer
43 ſalis, non poſſit in feudo ſuccedere, quia, † ut etiam inquit Bal.in d.l.liberti in 5.colum.& Petrus de Ancharano in cõ ſi.320.hoc nomen hæredibus non tàm demonſtrat, quàm diſtribuit, & nullam habenti, quotam nil poteſt proportionabiliter diſtribuere, uel ſortiri: ergo ipſis nepotibus domini Giberti, qui non ſunt, nec poſſunt eſſe hæredes uniuerſales hæreditatis dicti domini Ioannis Galeatij, cui erãt ſexto gradu coniuncti, ipſoſque præcedebat dominus Gibertus, qui erat in quinto gradu d.authen.poſt fratres, & ibi Barto. & in d.l.conſanguineos §.1.iſtud nomen hæredibus, de quo in inueſtitura, nil potuit dictis nepotibus de feudo proportionabiliter diſtribuere, uel ſortiri, ut ſupra dictum fuit. Vltimo, & ſi uerum ſit, quòd feudum conceſſum pro hæredibus intelligatur conceſſum pro hæredibus ſanguinis tan-
44 tum, † tamen inter tales hæredes ſeruandus eſt ordo ſucceſſionis, ut proximior ſemper præferatur illis, qui ſunt in ſanguine remotiores, & ſic, qui eſt in priori gradu ſanguinis, cæteris præferatur, quia in feudis hæc eſt regula firma, quòd ad feudum, ſeu ad illius ſucceſſionem ſemper admittantur proximiores, ut ſupra dictum, & probatum fuit, & hæc pro nunc ſufficiant quoad primum dubium.

¶ Venio ad ſecundum principale dubium, utrum dd. Hippolytus, & Hieronymus tranſactioni paternæ factæ pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis ſtare teneantur, & conſequenter an illa tranſactio facta ſuper feudo præiudicauerit filijs, & hæredibus dicti domini Giberti, qui ratione antiquitatis in feudo ſuccedere poterant. Et pars affirmatiua
45 prima fronte tenenda uidetur, quia † cum feudum ſit hæreditarium, hoc eſt pro hæredibus conceſſum, & dicti domini Hippolytus, & Hieronymus fuerint hæredes domini Giberti patris ſui, ſequitur, quòd pater tranſigendo pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis potuit illis in feudo hæreditario præiudicare, quoniam pater dicitur tranſegiſſe non ſolum pro hæredibus hæreditarijs, qui uniuerſaliter in hæreditate ſuccedunt, ſed etiam pro hæredibus, & ſucceſſori-
46 bus in feudo, nam † illa uerba pro ſucceſſoribus in materia feudali intelliguntur de ijs, qui de iure in feudo ſuccedere poſſunt, & ſic de ſucceſſoribus habilibus ad ſuccedendum in feudo, ut not.uoluit Bald.in l.1.in 34.& 45.q.ff. de rerum diuiſio.& ſequitur Alexan.in l. quædam §.nihil in 2. colum.ff.de edendo, & Andr.Iſer.in c.1.§. titius ſi de feud. ſue.conten.inter dominum, & agnatos, ergo in tali feudo pater potuit filijs, & hæredibus ſuis præiudicare, etiam ſi eſſent hæredes cum beneficio legis, & inuentarij, quia ſicut pater potuit præiudicare filijs hæredibus in rebus hæreditarijs, ut in l.fina.C. de iure deliberandi, ita & in feudo merè hæreditario, de quo iudicatur, ut de re hæreditaria, ut uoluit Alexan. in conſil.28.in 5.uolumi. in penultima colum. & in conſi.19.eodem uolumine, & in l.ſi patroni ff. ad tre-
47 bellian. Confirmatur hoc, nam † licet feudum extraneo legari nequeat, quia alienari non poteſt, tamen hoc eſt uerum, quando feudum non erat hæreditarium, ſed ſi eſſet merè hæreditarium, ut quia conceſſum foret pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, tunc legari poteſt, ad tradita per Baldum in c.1.in 5.colum. de prohib.feu. aliena.per Federicum, & per Alexandrum in d.conſi.28.in ultima columna, quamuis in conſilio 30.in 1.uolumi.in 5.co
48 lumna in prin. contrarium ſenſerit. ¶ Secundo † ubicunque pater, cui apertum eſt feudum etiã antiquum, renũtiat feudo, & promittit pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis non contrauenire, tunc ſi filius ſimpliciter illius hæreditarem adiuerit, ſibi præiudicat, ut nõ poſſit ad feudum agere, quia filius hæres tenetur factum patris etiam ipſi filio præiudiciale ratum habere l.cum à matre C.de rei uendicat.l. quæ à patre C.de reſtit.militum, l.ſi uenditrici C.de rebus alien. non a-
49 lien. Nec obſtat † quòd filius adeundo hæreditatem cum beneficio inuentarij non tenetur ultra uires hæreditatis, & ſibi non dicitur præiudicare argumento l.fina.§. in computatione C.de iure deliberan.cum ſimilib.ut habetur per Baldum in l. qui ſe patris C.unde liberi, quia ad hoc colligitur reſponſio ex dictis per Alexandrum in conſilio 13. & in d. conſil.28.& in conſilio 29.in 5.uolumi. ut prædicta procedant, quando feudum eſſet ex prouidentia, & pacto debitum, & tranſitorium ſolum ad deſcendentes, ut quia conceſſum eſſet pro filiis, & deſcendentibus maſculis, ſecus ſi eſſet ſimpliciter hæreditarium, hoc eſt conceſſum pro hæredibus ſimpliciter, uel pro filijs, ſeu liberis hæredibus, & ſucceſſoribus, uel per æquipollentia uerba; nam ſicut etiam confecto inuentario per hæredem teſtator potuit illum in re hæreditario grauare, ita & in huiuſmodi feudo, & hic uidetur caſus noſter: et confirmantur præmiſſa ex ijs, quæ in terminis uoluit Alexan. in conſilio 18.in 5. uolumine per totum, ubi uoluit hæredem deſcendentem teneri ex facto defuncti etiam, ut ſibi in feudo hæreditario præiudicetur, & faciunt not.per Bartolum in l.eum qui ff.de interdictis. Ergo in terminis noſtris quamuis filij domini Giberti adiuiſſent hæreditatem cum beneficio inuentarij, tamen adhuc debent teneri, quatenus etiam ad eos de feudo hæreditario peruenit, ſicut tenerentur, quatenus peruenisſet ad eos de bonis hæreditariis, multo magis ergo dicendum eſt ipſos teneri eatenus, quatenus peruenit ad eos de feudo hæreditario, cum ſimpliciter hæreditatem nullo confecto in-
50 uentario adiuerint. ¶ Tertio facit, † nam dominus Gibertus in inſtrumento tranſactionis initæ ſuper feudo promiſit pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus conuenta obſeruare, & non contrauenire, & cum ſimus in materia feudali, debet intelligi facta promiſſio de hæredibus habilibus, & ſic de illis hæredibus, & ſucceſſoribus, qui in feudo ſuccedere poſſunt, hoc eſt de filiis, & deſcendentibus hæredibus, argumento c.1.§. ſed diuerſum de aliena.feud.c.1.§. profectò de lege Corradi, & argumento eorum, quæ uoluit Andreas Iſer.in titu.ſi de feu.fuer.conten. inter dominum, & agna.in §.Titius cum Sempronio, & traditur per Alexandrum in l.quædam §. nihil in 2.colum.C. de edendo, ergo dominus Gibertus in dicto inſtrumento tranſactionis uidetur filios ſuos ut hæredes, & ſucceſſores in feudo obligaſſe, non autem tanquam hæredes, & ſucceſſores hære-
51 ditatis. ¶ Quarto conſiderandum eſt, † quòd in feudo antiquo filius, qui uult patri ſuo ſuccedere, ſi uult repudiare hæreditatem, & habere feudum, non poteſt, quia aut utrunque debet acceptare, aut utrunque relaxare c.1. an agnatus, uel filius, & hoc procedit, quando feudum etiam non eſſet hæreditarium, ut ibi habetur per Iſerniam in §.1.in 2. colum.ſed nos ſumus in feudo hæreditario antiquo, ergo filij domini Giberti non poterunt hæreditatem paternam
52 relaxare, & feudum retinere. ¶ Quinto † quamuis uaſallus in feudo antiquo non poſſit filijs, & deſcendentibus

ſuis

ſuis præiudicare, etiam legitimè, & ſolenniter alienando;
boc eſt cum conſenſu domini, c. 1. §. 1. de prohibita feu. alie
nat. per Feder. etiam ſi alienatio facta fuerit in eum, qui ſit
de agnatione c. 1. §. rurſus cum glo. de controuerſia inueſti
turæ, & ibi docto. & in c. 1. §. 1. & ibi Præpoſit. in ulti. quæſt.
per quos fiat inueſtit. & in c. 1. §. rurſus quibus modis feud.
amit. cum glo. tamen ſi filij, & deſcendentes expreſsè, uel ta
citè conſenſerint, uel ratificauerint, tunc ipſi alienationi cō
53 trauenire non poſſunt, & † tacitè dicuntur conſentire, ſeu
ratificare, quando ſciuerunt, & per annū tacuerunt, & non
contrauenerunt, ut eſt tex. not. in c. 1. §. titius il 1. ſi de feudo
fuer. conten. inter dom. & agna. & ibi glo. & docto. feu di-
ſtæ, & facit tex. in l. paulus ff. rem ratam habe. c. 1. ſi de inue-
ſtit. inter dominum, & agna. lis oria. & in c. 1. qualiter olim
feu. alie. poterat: Sed in caſu noſtro dominus Gibertus tran
ſigendo alienauit feudum cum conſenſu domini, hoc eſt
Imperatoris, qui tranſactionem confirmauit, & filij domi-
ni Giberti expreſsè, & tacitè conſenſerunt, expreſsè peten-
do, quòd confirmatio, & conceſſio facta per Maximilianum
Romanorum Regem à Carolo quinto Romanorum Impe
ratore confirmaretur, & approbaretur arg. l. cum precum
C. de liberal. cau. item tacitè faciendo plures actus, ex qui-
bus ipſi uidentur dictam tranſactionem ratificaſſe, & præſer
tim cum multis iam retroactis annis ſciuerint huiuſmodi
tranſactionē factam, & aduerſarios bona feudalia, quæ uir-
tute tranſactionis habuerunt, tenuiſſe, & poſſediſſe, & paſſi
fuerint, & non contradixerint, ergo amplius dictæ tranſa-
ctioni, & alienationi paternæ contrauenire non poſſunt.
54 Præterea † tranſactio facta à uaſallo ſuper feudo, ſeu quæ-
ſtione feudi ualet, quoties uaſallus fuit prouocatus, ut uo-
luit Bal. in l. quoties in 1. colum. C. de fideicommiſ. Et hæc
tranſactio tenet etiam ad præiudicium alterius, puta domi-
ni, ut in c. 1. §. ſi uaſallus il 3. ſi de feu. fue. controuer. & hoc
contingit fauore litium dirimendarum argu. l. fratris C. de
55 tranſact. Item † quia in contractu tranſactionis dimittere,
& relaxare non eſt alienare, quamuis ſecus ſit in aliis con-
tractibus, ut dixit Bal. in c. 1. in fin. de controuer. inter ua-
ſallum, & alium: & ideò quamuis quis tranſigendo relaxet
alteri feudum, tamen non dicitur feudum alienare, & præ-
ſertim relaxando illi, qui eſt de uocatis in inueſtitura, ut uo
luit Bal. ibi, & argum. tex. in l. uoluntas C. de fideicommiſs.
& in c. cum apoſtolica de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen.
capit. & ibi glo. ergo in terminis noſtris tranſactio ualuit ad
præiudicium filiorum domini Giberti, præcipuè quia ſunt
hæredes ſimpliciter abſque inuentario dicti eorum patris
tranſigentis. ¶ Sed tamen, his non obſtantibus, contrariam
opinionem ueriorem eſſe puto, quòd filij domini Giberti,
ſi hæreditatem patris adiuerunt cum beneficio legis, & in-
uentarij iuxta l. fin. C. de iure deliberan. non teneantur ſta-
re tranſactioni paternæ ad effectum, ut debeant relaxare
bona feudalia dicto domino Manfredo filio domini Borſij,
56 & hæredi fratris ſui domini Ioannisfranciſci, quia † ut uo-
luit Nicolaus de Mattarellis in l. 1. C. de reuocan. donatio.
ſi feudum ſit antiquum, & uaſallus illud in totum, uel pro
parte relaxet, ſeu repudiet, talis repudiatio, & relaxatio fi-
liis, qui hæreditatem patris cum beneficio legis, & inuenta-
rij adiuerunt, non nocet, arg. d. l. fin. §. in computatione, quæ
lex cum tanta utilitate conſcripta, & condita non debet di-
ci ſublata per generalitatem tex. in c. 1. an agnat. uel filius,
immò ille tex. in d. c. 1. qui uult filium non poſſe repudiare
hæreditatem patris, & feudum etiam antiquum retinere,
etiam quòd tranſiret ex prouidentia, ut loquitur ille textus,
prout ibi illum ſubtiliter inducit Andr. Iſer. in 2. colum. re-
cipit reſtrictionem, & declarationem à tex. in d. l. fin. ut in-
telligatur, quando filius ſimpliciter adiuerit, ſecus ſi cum
beneficio inuentarij, ut uoluit Andr. Iſer. in d. c. 1. in ult. co-
57 lum. † leges enim poſteriores declarationem ab antiquiori
bus recipiunt l. nam & poſteriores ff. de legi. glo. in l. ſcien-
dum in prin. ff. qui ſatiſd. cog. Et ſucceſſiuè Bal. in l. qui ſe pa
tris in antepenult. colum. C. unde libe. poſt doctrinam Ni-
58 colai, de qua ſupra, dixit, quòd † ubicunque pater, qui ha-
bet, ſeu ad quem feudum ſpectat, aliquid cōſentit ad ſuum
præiudicium, ſi ipſe renunciat, & promittit non contraueni
re per ſe, & hæredes ſuos, ſeu per ſe, & filios ſuos, & hære-
des, tunc in feudo antiquo, in quo filij ius ſuccedendi ha-
bent, adeundo hæreditatem patris ſimpliciter, ſibi præiudi-
cant, ſed ſi illam adeant cum beneficio inuentarij, ſolum in
bonis allodialibus hæreditariis, non autem in feudo ſibi præ
iudicant per tex. in d. l. fin. §. in computatione, iuncta l. cum
à matre C. de rei uendica. & ita in effectu uoluit Bal. in d. an
tepenult. colum. ibi, aut promiſit per ſe, & ſuos filios hære-
des, & tunc diſtingue, ut diſtingueres in aliis bonis filij à pa-
tre uenditis, uel donatis, ut not. in d. §. in computatione, ſed
nos ſumus in feudo antiquo, & dominus Gibertus tranſi-
gendo aliquid conſenſit ad eius præiudicium, & renuncia-
uit, ac promiſit de non contraueniendo per ſe, & ſuos hære
des, & ſucceſſores, ergo ſi filij hæreditatem patris cum be-
ficio inuentarij adiuerint, ſibi in feudo non præiudicaue-
59 runt: Et hanc ſententiam, † quòd per aditionem hæredita-
tis factam à filio cum beneficio inuentarij filius non dica-
tur ſibi præiudicaſſe quoad æs alienum paternum, nec quo
ad feudum antiquum ex prouidentia, & pacto debitum, do
cto. magis communiter ſequuti ſunt, uidelicet do. And. Iſer.
Iacob. Aluero. & dominus Præpoſi. in d. c. 1. an agna. uel fi-
lius, & Iſer. in c. 1. §. titius ſi de feudo fuerit controuer. inter
dominum, & agn. & ibi Iacob. de Beluiſ. & in c. 1. de eo, qui
ſibi, & hæredibus: nam filius adeundo hæreditatem cum be
neficio inuentarij, ſatisfacit etiam regulæ d. capitu. 1. an
agnatus, uel filius, quia utrunque acceptauit, ſed ſolam
hæreditatem cum beneficio inuentarij: & ideò retinebit
feudum liberum, etiam ſi nihil ſibi de hæreditate rema-
neat ad tradita per dominum Præpoſitum in dicto capit. 1.
60 an agnatus, uel filius in 6. colum. Præterea † in caſu no-
ſtro domini Hippolytus, & Hieronymus in feudo uolunt
ſuccedere, & ſuccedunt, ut in feudo, quod fuit ipſis domi-
nis Comitibus de Corrigia ut feudum nobile, & antiquum
conceſſum, & ſic tanquam agnati primi acceptantis, argu-
mento eorum, quæ uoluit Bald. in capitu. 1. de eo, qui ſibi, &
hæredibus, ergo debent poſſe conſequi feudum, etiam ſi in
effectu non ſint hæredes patris ſui, uel ſint ſimpliciter hæ-
redes, quia quoad feudum ſic antiquum nihil operatur,
quòd ſint hæredes patris, uel non, ut eſt textus notabi-
lis, & ibi plenè habetur per doctores in dicto capitu. 1. an
agnatus, uel filius, ibique ratio aſſignatur.
61 ¶ Secundo principaliter † adduco doctrinam communiter
à docto. approbatam in c. 1. §. ſi uaſallus il 3. ſi de feudo fue
rit contro. inter dominum, & agna. quòd licet uaſallo per-
miſſum ſit ſuper feudo, & illius controuerſia tranſigere, ut
in illo text. cum ſimilibus, de quibus ſupra, tamen talis tran
ſactio, ſi facta ſit ſuper feudo antiquo, non nocet agna-
tis uocatis ad feudum, nam uaſallus potuit tranſigere ad
præiudicium ſui, & non alterius, cui ius eſſet in feudo ac-
quiſitum ex prouidentia, & pacto primi acquirentis, ut uo-
luit Præpoſitus in dicto §. ſi uaſallus in ultimis uerbis: Et
62 ideo † ſi uaſallus alienauit, ſeu aliter tranſtulit feudum in
remotiorem agnatum abſque conſenſu proximioris, huiuſ
modi alienatio, & translatio tenet, quouſque alienans vi-
xerit, quo mortuo proximior feudum alienatum reuocare
poteſt, quia reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris
l. lex vectigali. ff. de pignor. c. 1. §. rurſus, & ibi gloſ. &

doct.

docto.de controu.inueſtituræ, c. 1.§.rurſus quibus mo.feu.
amit.& in c. 1.§. 1.in fin.ver.per quos fiat inueſtit. & facit,
quod habetur per omnes feudiſtas per illum text. in d.c. 1.
§.titius ſi de feudo fuerit contro. inter dominum, & agna.
63 & in c. 1.in princ.de alien.feudi pater. vbi † quando vaſal-
lus, qui alienauit, haberet filios, qui ad feudũ vocati eẽnt,
tunc ipſi etiam in vita admittuntur ad reuocandum feu-
dum, quod fuit prædeceſſorum ſuorum, etiam ſi fuerint hæ
redes vaſalli patris ſui alienantis, ſi illius hæreditatem adi-
uerint cum beneficio inuentarij, ad tradita per Iac. de Bel
64 uis. & Præpoſ. in d.§. titius in 3. colu. Et † quamuis Alex.
in conſil. 11. in 5. volum.velit, quòd feudum poſſit adiudi-
cari propter obligationem vaſalli ipſis creditoribus, tamen
ex quo feudum eſt inalienabile, & inobligabile, vt in c. 1.
de prohib. feu.alien.per Feder.talis adiudicatio habet effe-
ctum ſolum in vita ipſius vaſalli debitoris, & ſic reuocabi-
liter, vt ibi per Alexan. ¶ Tertio principaliter conſideran-
65 dum eſt, † quòd quando feudum fuit à primis parentibus
receptum pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, tunc non eſt
curandum, quo tramite, & quo ordine feudum deſcendat,
ſed quod ſit primũ eius principium, & prima radix, & fun
damentum, vt voluit Bald.per illum text. in c. 1.de eo, qui
ſibi, & hæredi.in 2.colum.qui dicit in feudis ſemper inſpi-
ciendum eſſe principium, hoc eſt primum conſenſum do-
mini, quamuis ſecus in aliis ſit, nam medij ſucceſſores rei
qualitatem mutant l.pater.§. quindecim ff.de lega. 3. cum
ſimil. quæ ibi Bald. allegat. Et quòd inſpiciendum ſit ſem-
per principium, & prima radix, fuit de mente Barto. in l.
gallus.§. etiam, & in.§.quidam rectè ff.de liber. & poſthu.
& latè habetur per Ange.in conſil. 110.cum aliis ſupra de-
66 ductis. Et † hoc in caſu hæredes deſcendentes vocati di-
cuntur non iure ſucceſſionis vniuerſalis, ſed iure expreſſæ
conuentionis, & ſic ex pacto, & prouidentia, & non iure
ſucceſſionis, vt uoluit Bald.ſequutus Iaco.Aurelianum, qui
ita apoſtillauit text. in c. 1. in 2. colum. de eo, qui ſibi, &
hæredibus in verſic.tamen Iacob. Aurelianus &c. & Bald.
in l.caius in penult.colum.ff.ſolu.matri.poſt Rayn. de forli.
in quadam diſputatione incip. quidam habens duos filios
67 &c.dicit, † quòd ſi quis recipiat feudum, vel emphyteoſim
pro ſe, & hæredibus ſuis maſculis, nomine hæredum com-
prehenduntur ſolum filij, & nepotes, & deſcendentes ma-
ſculi abſque eo, quòd ſint hæredes, quia illud adiectiuum
maſculis declarat illud nomen hæredibus, vt intelligatur
ſimpliciter de filijs, & nepotibus: Et hanc doctrinam Bald.
refert, & ſimpliciter ſequitur Decius in c. in præſentia, in
19. colum. verſic. tertio fallit extra de probationibus, &
illam tanquam communem ſequitur Alexan. in l. quod di-
citur in 16.colum.ff.de verbo.obligatio. facit tex. in d. c. 1.
de eo, qui ſibi, & hæred.& in c. 1.§.ſed diuerſum de alienat.
68 feudi: & ex his ſequitur ſecundum Bal.in d.l.Caius, † quòd
auus, qui ſic feudum, aut emphyteoſim recepit, non pote-
rit rem ſic conceſſam legare, quia ius in auo reſidens eius
morte finitur, cum ad filios, & nepotes non uadat per viam
ſucceſſionis: idem eſt de mente Bald.in l. liberti in ulti. col.
in verſic. quid ergo C. de bonis, quæ liberis, & idem Bald.
in d. l. gallus.§.etiam in penul.colum.uerſic. tu in hoc vlti-
69 mo membro diſtingue &c.dicit, † quòd in iis, quæ ſui na-
tura tranſitoria ſunt ad hæredes extraneos, aut fit mentio
de hærede ſimpliciter, aut de hærede qualificato, puta de
maſculo, ſeu legitimo hærede, nam primo caſu intelligitur
de quolibet, ſecundo autem de hærede maſculo intelligi-
tur de deſcendente, & ſic uoluit Bald. quòd ſit hoc ultimo
caſu facienda relatio ad qualitatem perſonæ, & non ad uni
uerſalem ſucceſſionem: ergo magis deſcendentes compre
henduntur ſub uerbis illis, hæredibus maſculis propter qua
litatem adiectam, quàm, quando ſimpliciter facta fuiſſet
70 mentio de hæredibus: Sed † in feudis, quando eſt facta mẽ
tio de hæredibus ſimpliciter, continentur filij, & deſcendẽ
tes maſculi, ut in c. 1.§. profectò de lege corradi, ſi illius
ſint hæredes, c. 1. an agna.vel filius, & traditur per Bart. &
Bald.& alios in d.§. etiam ſi à parente, & per Barto. in l. ut
iuriſiurandi.§. ſi liberi ff. de operis libertorum, & Bald.ex-
preſsè in d.l.2.C.de ſuis, & legit. ergo in feudis appellatio-
ne hæredum cum illa qualitate maſculorum comprehen-
dentur filij, & deſcendentes maſculi, etiam ſi illi non erunt
hæredes, quoniam iſta uerba hæredum maſculorum reſpi-
ciunt qualitatem perſonæ, & non vniuerſalem ſucceſſio-
nem, quando de hæredibus maſculis mentio à concedente
facta eſſet, ſecus ſi à recipiente, vt eſt de mente docto. in d.
§. etiam, ad tradita ibi per Barto.& Sozi.in 3.concluſione.
Et prædicta ſunt vera, & de mente doctorũ communiter,
vt voluit Alexan. ibi, qui ſequitur dictum Bald. etiam,
quando eſſet dictum pro hæredibus maſculis abſque illis
uerbis vſque in tertiam generationem, quamuis Imol. ibi,
ac etiam in d. l. caius contrarium dixerit, vt refert Alexan.
in d.§.etiam, & in l.quod dicitur colum. 16.ff. de verborum
obligatio. ergo multò magis in materia, quæ ſui natura ad
extraneos non tranſit, appellatione hæredum maſculorum
magis propriè comprehendentur deſcendentes maſculi
ſimpliciter etiam, & ſi non ſint hæredes, alioquin non eſſet
differentia inter ea, quæ ſui natura tranſeunt ad extraneos
hæredes, & ea, quæ non tranſeunt, cuius contrarium præ-
ſupponunt, & uolunt doctores communiter in d.§. etiam,
& in l.ſi patroni ad trebellia. in l. etiam ſolu. matrimo.& in
d.l. quod dicitur, & in c.in præſentia de probatio.
71 ¶ Non obſtat, quòd † etiam in materia non tranſmiſſibili
ſui natura ad hæredes extraneos, ſi fiat mentio de filijs hæ
redibus utrumque requiritur, quòd ſint filii, & hæredes,
vt volunt Bar. in d.§. etiam, & alii ſupra relati, ergo idem,
ſi dictum fuerit pro hæredibus maſculis: Quia reſponde-
tur, quòd quando dictum fuit pro filijs hæredibus, no-
men filijs per ſe comprehendebat maſculos filios, & de-
ſcendentes, vt ergo nomen hæredibus aliquid operetur ul
tra nomen filijs, debet intelligi, vt importet, quòd etiam
ſint hæredes, vel vniuerſales, vel in re certa ſecundum ali
quos, & hoc, ne verbum hæredibus ſit ſuperfluè, & fru-
ſtatoriè poſitum iuxta c. ſi Papa de priuileg. in 6. & l. ſi
quando.ff. de legat. 1. & benè ad propoſitum inſeruit do-
ctrina Paul. de Caſtro in. l. ex facto in fin. in lectura Pa-
duana.ff. ad trebellianum, de qua meminit Alexan. in d. l.
quod dicitur in 18. colum.& ſequitur Angel. in d.§.etiam
ſi à parente: quæ ratio ceſſat, quando dictum fuiſſet pro
hæredibus maſculis, nam uerbum hæredibus, quod per ſe
importat, & importare ſolet hæredes uniuerſales, pro-
pter illam qualitatem maſculis adiectam importare debe-
bit ſolum deſcendentes maſculos, etiam ſi non ſint hære-
des per prædicta, & hoc modo intelligendo nulla erit uer
borum ſuperfluitas. Secundo reſpondeo, quòd quan-
do de filijs hæredibus à concedente feudum facta fuit men
tio, continentur filii ita demum, ſi ſint hæredes, ut ſu-
pra, & hoc, quando quis ut filius uellet in feudo ſucce-
dere, ſecus ſi quis uellet ſuccedere in feudo, ut agnatus,
& à primo deſcendens, vt quia eſſet feudum antiquum,
& tanquam antiquum fuiſſet conceſſum, cuius diuer-
ſitatis ratio colligitur ex textu in dicto cap. primo an a-
gnatus, vel filius, ubi filius in feudo ut filius ſucce-
dere non poteſt, niſi etiam ſit hæres, quoniam non po-
teſt hæreditatem paternam repudiare, & uelle retinere
feudum, quod ſecus eſt in eo, qui uult in feudo antiquo ſuc
cedere, ut agnatus, ut in d.c. 1. & per Baldum in dicta l. qui
ſe

ſe patris in antepenultim.colum.& ratio diuerſitatis eſt, de
qua habetur per doctores in d.c.1. Ex prædictis ergo ma-
nifeſte apparet, quòd quando ſumus in re etiam ſui natura
non tranſitoria ad hæredes extraneos, cuiuſmodi eſt feu-
dum, ſi concedatur pro ſe,& hæredibus maſculis, ea cenſe-
tur conceſſa ipſis deſcendentibus maſculis tantum, etiam ſi
non ſint hæredes, & conſequenter non iure ſucceſſionis
uniuerſalis, ſed ex prouidentia, & pacto primi acquirentis
72 ad feudum uocati dicuntur; quo fit, † ut feudum tunc nõ di
catur eſſe quid hæreditarium per prædicta,& iuxta ea, quæ
habentur per Salicet.in d.l.2.C.de ſuis,& legitimis, & in d.
c.1.§.& quia,& alij ibi de his, qui feudum dare poſſunt, in
authen.de functo.in 2.colum. C.ad tertullianum, in d. c.1.
an agnat.uel filius in 4.colum.& in c.1.in 2.colum. de eo,
qui ſibi,& hæredibus, & optimè ad confirmationem prædi
ctorum facit id, quod pulcherrimè dixit Bal.in l.cum uirum
73 in ultima colum.C.de fideicommiſ. quòd † aliud eſt feudũ
hæreditarium, aliud feudum familiare, quod non uenit in
reſtitutione fideicommiſſi, ſeu hæreditatis, quia eſt à iu-
re hæreditario ſeparatum, ut eſt, quando feudum concede-
retur pro ſe, & pro hærede maſculo, nam ex hac adie-
74 ctione maſculo feudi natura ſignificatur. † Hoc idem
per eademmet iura, & propter ſimilem rationem dicen-
dum eſt, quando feudum fuiſſet conceſſum pro ſe,& hæ-
redibus legitimis, ut intelligatur conceſſum pro deſcen-
dentibus maſculis tantum, & ſic pro ipſis, ut deſcendenti-
bus, non autem ut pro hæredibus, & conſequenter dica-
tur ad deſcendentes peruenire ex prouidentia, & pacto cõ
cedentis,& domini, non autem iure hæreditario ita, quòd
etiam ſi filij, & deſcendentes non ſint hæredes, tamen poſ-
ſint in feudo ſuccedere, ſicut ſupra dictum fuit, quando con
ceſſum fuiſſet pro hæredibus maſculis, ut uolunt commu-
niter doctores, & ſupra relatum eſt, nam ſicut adiectiuum
illud maſculis qualificat nomen hæredibus, ſeu ſicut ex hac
additione maſculis feudi natura ſignificatur, ut inquit Bal-
dus in dicta l.cum uirum in fine, & ideò uerificantur uer-
ba illa ſimpliciter in filiis,& deſcendentibus maſculis, etiam
ſi hæredes non ſint per Baldum in d.l. caius, & in dicto §.
etiam ſi à parente, & in dicta l. qui ſe patris in ultima co-
lum.cum ſimilibus allegatis, ita & illud adiectiuum, legiti-
mis, debet dici adiectum ad qualificandum nomen hære-
dibus, nec inter iſta duo eſt dare rationem differentiæ, er-
go idem in utroque dicendum eſt argumento l.à titio ff.de
uerborum obligation. Quod ſuadetur uerum eſſe, quoniam
75 † in materia feudali non uidetur aliqua differentia inter
hæc duo, uidelicet hæres maſculus, & hæres legitimus,
& his duobus iura feudalia promiſcuè utuntur ad compre
hendendum, ſeu ad oſtendendum filium, & deſcenden-
tem maſculum, ut probatur ex textu in dicto capitu. 1. §.
ſed diuerſum de alienatione feudi, & in capitu. 1. §.pro-
fectò de lege corradi, & traditur per Calderinum in con-
ſil.15.in titu. de uerborum ſignificatio. ubi habetur de his
uerbis hæredibus maſculis, iuncto capitu.1. §. cum uerò de
his, qui feudum dare poſſunt, & per Calderinum in conſi-
lio 8. in titu.de feudis, & in capitu. 1. §. rurſus quibus mo-
dis feudum amitta. ubi ponitur de hæredibus legitimis, hoc
eſt de filiis, & deſcendentibus, ut etiam habetur expreſsè
per Andream Iſer. in capitu.1.§.item ſi fuerit quibus mo-
dis feudum amitta. Sed quando feudum eſt conceſſum
pro hæredibus maſculis, continentur filij, & deſcendentes
maſculi, etiam ſi non ſint hæredes ſucceſſionis uniuerſa-
lis, quia ſatis eſt, quòd ſint hæredes ſanguinis, & conſe-
quenter tunc feudum non dicitur eſſe hæreditarium, ſed
ex prouidentia, & pacto, ergo idem dicendum eſt, quan-
do fuiſſet conceſſum pro hæredibus legitimis, prout in ca-
ſu noſtro feudum iamdiu ut antiquum fuit conceſſum,
nam cum paria ſint, à pari ſunt iudicanda argumento cap.
tranſlato cum ſimilibus ibi allegatis per ſcribentes de con-
ſtitutionibus: Et in caſibus proximè dictis intelligantur ea,
quæ dixit Baldus in dicta l.2.C.de ſuis, & legitimis, & cla-
rius in dicto capitu.1.an agnatus, uel filius in 4.colum. uer-
ſicu. ſed nunquid, ubi inquit feudum, quod defertur hære-
dibus, uidelicet maſculis, ſeu legitimis, non eſſe liberè cor-
pus hæreditarium, ſed quoddam ius annexum, quod in hæ-
reditate poteſt reperiri, & ideò quando agnatus eſt hæres,
non poteſt ad feudum agere petitione hæreditatis, quia ip-
ſe non capit illud ut hæres, ſed ex principali prouidentia; &
illud etiam, quod inquit Bald. in capitu.1. §.& quia de his,
qui feudum dare poſſunt, quòd agnati, qui ſuccedunt in
feudo antiquo, ſeu paterno, dicuntur ſuccedere iure ſuc-
ceſſorio,& non iure accreſcendi, quod ius ſucceſſorium di
citur propriè legis prouidentia, quæ non habet uim reli-
cti, & ex natura inueſtituræ prouenit, eſtque prouiſio le-
gis ſupplens factum hominis, uel ipſum interpretans, quia
ſicut ſi a principio fuiſſet unus hæres, totum habuiſſet, ita
ſi res recidat ad unum: Vnde feuda non dicuntur perci-
pi merè iure hæreditario, ſed potius principali prouiden-
tia; quæ omnia ſunt intelligenda, quàndo eſſet conceſ-
ſum pro hæredibus maſculis, ſeu legitimis, non autem quan
do pro hæredibus ſimpliciter, ſeu pro filiis, aut liberis
hæredibus, quia his ultimis caſibus feudum merè hæredi-
tarium diceretur,& hoc, ut euitentur illa, de quibus habe-
tur per Alexandrum in dicto conſi.19.& conſi.28.in 5.uo-
lum.& per Baldum in l.ſi tibi decem §.ſi pactus ff.de pactis:
Et dicit Baldus in capit.1.de ſucceſſione feudi in 3.colum.
quòd filius hæres inſtitutus non ſuccedit in feudo ex teſta-
mento, ſed quia ad eum feudum cum uniuerſitate tran-
ſit: quod ſimiliter intelligendum eſt, quando feudum non
eſt quid hæreditarium, quia conceſſum eſſet pro ſe, &
hæredibus maſculis, aut legitimis, ſecus ſi pro filiis hære-
dibus, quia tunc eſſet quid hæreditarium, & tranſiret
ad filium ita demum, ſi eſſet hæres, & pro quotta hære-
ditatis, adeò quòd de illo iudicaretur, ut de re hæredita-
ria, ut probatur ex iis, quæ primo loco contra filios do-
mini Giberti deducta fuere, & habetur per Alexandrum
in conſiliis proximè allegatis, & per Corneum in conſi-
lio 199.in 17.colum.in 2.uolumine. Et ſtantibus præmiſ-
ſis infertur, quòd cum iſtud feudum conceſſum illuſtri-
bus dominis Comitibus Corrigiæ fuerit conceſſum ut feu
dum antiquum pro hæredibus legitimis, illud non dici-
tur eſſe quid hæreditarium, ſed ex prouidentia,& pacto, &
ideò ipſi filij domini Giberti, qui ſunt, ſeu eſſe uolunt hæ-
redes patris ſui cum beneficio inuentarij, non tenentur ſta
re tranſactioni factæ ſuper feudo, quia cum feudum non ſit
quid merè hæreditarium, ſed potius ex prouidentia, & pa-
cto ad illos peruenerit, ſequitur, quòd ipſi non tenebuntur,
niſi quatenus ſunt uires merè hæreditariæ,& ad eos perue-
nit de bonis allodialibus hæreditariis, & non quatenus ad
ipſos peruenit,& de iure debuit peruenire de bonis feuda-
libus, de quibus non eſt iudicandum, prout iudicatur de bo
nis allodialibus hæreditariis per prædicta,& faciunt ad pro
poſitum ea, quæ dixi in quibuſdam additionibus factis ſu-
per hac materia pro reſolutione quorundam dubiorum.
¶ Et ſequendo hanc concluſionem, facilè erit reſponde-
re iis, quæ pro prima opinione contraria fuerunt allega-
ta: & primo argumento reſpondetur, feudum non dici in
caſu noſtro merè hæreditarium, ut ſupra oſtenſum fuit.
76 Præterea † tunc feudum dicitur merè hæreditarium, &
conſequenter de eo iudicatur, ut de qualibet re hæredita-
ria, quando fuiſſet conceſſum pro ſe, & hæredibus ſuis

quibuſcunque, ut uoluit Bald. in dicta l. cum uirum C. de
fideicommiſſis in ultima colum. & his benè conueniunt ea,
quæ dixit ipſe Bald. in dicta l. 2. C. de ſuis, & legitimis, in di-
cto cap. 1. §. & quia, & in dicto cap. 1. de ſucceſſione feudi:
In caſu autem noſtro non fuit conceſſum per iſta uerba,
ſed per illa, uidelicet pro hæredibus legitimis, quod minus
eſt, quàm ſi fuiſſet conceſſum ſimpliciter pro hæredibus,
uel pro filiis hæredibus, ergo &c.

¶ Secundo fundamento etiam reſpondetur ex prædictis, &
primo, quòd non eſt merè feudum hæreditarium, ſed po-
tius ex prouidentia, & ideò profuit, ſeu proderit filiis,
& hæredibus dicti domini Giberti, quòd ipſi adeant hæ-
reditatem cum beneficio inuentarij, & conſequenter il-
la, quæ ponit Alexander in conſil. 28. 19. & 18. in quin-
to uolum. potius ad fauorem, quàm contra facere uiden-
77 tur, nam † in conſil. 18. Alexan. loquitur in feudo nouo,
in quo pater poteſt filiis ſuis præiudicare: Secus eſt in feu-
do antiquo, ut ibi per eùm in 2. colum. item loquitur, quan
do feudum eſſet conceſſum pro hæredibus ſimpliciter, &
ſic quando eſſet merè hæreditarium, in quo ſimiliter pa-
ter poteſt præiudicare filiis hæredibus etiam cum benefi-
cio legis, & inuentarij: Item Alexan. in dicto conſil. 19.
qui uoluit filios, & hæredes uaſalli, qui etiam adiuerunt
hæreditatem cum beneficio inuentarij, teneri etiam, qua-
tenus ſe extendunt uires feudi, loquitur, quando feudum
eſſet merè hæreditarium, quia fuiſſet conceſſum pro hære-
dibus ſimpliciter abſque adiectione alicuius qualitatis, ſe-
cus dicit ipſe, ſi feudum eſſet antiquum, & ex prouidentia,
& pacto concedentis: item Alexan. in dicto conſil. 18. præ-
ſupponit feudum eſſe merè hæreditarium, & ideò nil mi-
rum, ſi filij hæredes etiam cum beneficio inuentarij tenen-
tur ſtare facto defuncti non ſolum catenus, quatenus ſe
extendunt bona allodialia, ſed etiam feudalia: quo præſup-
poſito ſtante, omnia allegata per Alexandrum benè proce
dunt, uidelicet quòd filij hæredes etiam cum beneficio in-
uentarij teneantur ſtare renunciationi ſui patris factæ in
manibus, ſeu cum conſenſu domini: An autem in terminis,
in quibus Alexander ibi conſuluit feudum fuerit merè hæ-
reditarium, an uerò ex prouidentia, & pacto, cum fuerit cō
ceſſum pro hæredibus maſculis, Alexan. ibi præſupponit eſ-
ſe merè hæreditarium, & malè iudicio meo, tum quia alle-
gata ab eo hoc non probant, tum etiam quia contraria opi
nio eſt uerior, quòd non dicatur in caſu iſto merè hæredi-
tarium, ſed potius ex prouidentia, & pacto, ut uoluit Bal. in
pluribus locis, de quibus ſupra mentionem feci, & præci-
puè in l. caius ff. ſolut. matrimo. quem doctores communi-
ter ſequuntur, & maximè Alexan. in d. l. quod dicitur in 15.
colum. ut latius ſupra demonſtratum fuit, & idcirco nunc
ulterius non inſiſto. Similiter Alexand. in d. conſil. 18. & in
conſil. 19. in 5. uolum. & in conſil. 26. eodem lib. loquitur
in feudo merè hæreditario, uidelicet conceſſo pro hæredi-
bus ſimpliciter. Præterea non loquitur in feudo antiquo,
in quo ipſe in d. conſil. 18. in 2. colum. in fin. primi dubij
præſupponit, quòd filij, & hæredes cum beneficio inuen-
tarij non teneantur ſtare facto defuncti, nec catenus,
quatenus ſe uires feudi extendunt, ſed ſolum quate-
nus ſe extendunt uires bonorum allodialium hæreditario-
rum, & notandum eſt, quòd ipſe loquitur etiam, quando
feudum eſſet pro hæredibus conceſſum, & conſequenter
ſenſit, quòd huiuſmodi feudum ſi ſit antiquum, & ut anti-
quum conceſſum, non poſſit remitti, nec obligari taliter,
quòd filij, & hæredes cum beneficio inuentarij teneantur
pro facto, ſeu obligatione defuncti, quatenus ſe uires feu-
di extendunt, ut in d. conſi. in 2. colum. uerſic. & licet Bald.
in c. 1. §. hoc quoque &c. & idem ſenſit Alexand. in d. con-
ſil. 26. eodem uolum. 5. quòd ſi feudum eſſet hæreditarium,
& antiquum, parer in illo non poſſit filiis, & hæredibus præ
iudicare, ſed ſi eſſet hæreditarium ſimpliciter, poſſit filiis, &
hæredibus præiudicare, qui ſimpliciter ſine inuentario adi
uerunt, item in conſil. 19. Alexand. etiam admittit, quòd ſi
feudum non eſſet merè hæreditarium, ſed ex prouidentia,
& pacto, tunc filij, & hæredes cum beneficio inuentarij nō
teneantur, quatenus ſe extendunt uires feudi, & idem in
conſi. 26. eodem uolum. Præterea Alexander in dicto con-
ſilio 28. in 5. uolum. loquitur in feudo nouo, nos autem ſu-
mus in feudo antiquo, inter quæ eſt in hoc differentia, ut ibi
per Alexandrum, & in locis per eum allegatis: Alexander
etiam ibi loquitur in feudo merè hæreditario conceſſo pro
hæredibus ſimpliciter, nos uerò in feudo, quod non dicitur
merè hæreditarium, ſed potius ex prouidentia, & pacto, ut
ſupra oſtenſum fuit: item dum Alexan. in conſil. 29. in 5. uo
lum. in quo conſuluit ſuper feudo illuſtrium dominorum
de Corrigia, & præſupponit, deſcendentes, qui fuerunt hæ
redes, teneri habere ratum factum defuncti, loquitur, quan
do deſcendentes, ſeu filij fuerunt hæredes ſine inuentario,
ut ibi per eum, ergo ſecus, ſi cum beneficio inuentarij.

¶ Tertium, & quartum argumentum ex prædictis etiam
78 ſunt ſublata. ¶ Non obſtat quintum, quia † ibi dicta pro-
cedunt, quando filij, & deſcendentes proximiores, ad quos
feudum erat perventurum, eſſent maiores uigeſimoquinto
anno: Sed quando ipſi forent pupilli, & minores annis ui-
gintiquinque, & tacitè, uel expreſsè conſenſiſſent alienatio
ni, ſeu renunciationi feudi, profectò aduerſus talem conſen
ſum, aut ratificationem poſſent in integrum reſtitui pro-
pter enormem læſionem, quæ ex tali conſenſu, & ratifica-
tione contigit per totum ff. de minoribus, & infra in ſequen
ti dubio dicetur: quo uerò ad id, quod dicitur de tranſactio
ne facta à uaſallo, eam debuiſſe præiudicare etiam filiis hæ
redibus domini Giberti, maximè quia illam comprobaſſe
dicuntur, reſpondetur ex iis, quæ ſupra dicta ſunt in ſecun-
do principali fundamento facto pro filiis domini Giberti,
79 primo, † quòd tranſactio non nocet in feudo antiquo uo-
catis ad feudum ex prouidentia, & pacto cōcedentis, & præ
deceſſorum: Secundo ex prædictis reſpondetur, illud eſſe
uerum in feudo merè hæreditario, nos autem ſumus in feu
do non merè hæreditario: Tertio poſſet tranſactio nocere
filiis, & deſcendentibus hæredibus, qui hæreditatem ſine in-
uentario adiuerunt: Quarto ex quo in caſu noſtro filij do-
mini Giberti erant minores, & adhuc ſunt infra tempus pe
tendi reſtitutionem, debent in integrum reſtitui, ſi hoc pe-
tierint, prout petierunt per ea, quæ plenè ſupra dicta ſunt,
& inferius etiam dicentur: Et hæc quoad ſecundam hæſita-
tionem dicta ſufficiant. ¶ Capio tertiam, & ultimam du-
bitationem, in qua prætermiſſo argumentorum ordine in
aliis ſeruato, breuiter concludo dominos Hippolytum, &
Hieronymum eſſe reſtituendos, & reintegrandos, ut peti-
tum fuit, aduerſus aſſertam immixtionem, ſeu aditionē hæ-
reditatis ſimpliciter factam abſque beneficio inuentarij, &
illius non confectionem ad effectum, ut hæreditatem pa-
ternam cum beneficio inuentarij adire ualeant, item ad-
uerſus aſſertam petitam confirmationem cuiuſdam alte-
rius confirmationis factæ per Maximilianum Imperato-
rem ad petitionem domini Giberti, & dominorum Ioan-
nisfranciſci, & Manfredi, & aduerſus omnia alia tacitè,
uel expreſsè per eos in minori ætate facta, ex quibus ip-
80 ſi fuerunt, enormiter, & enormiſſimè læſi, quia † ubicun-
que ex aliquibus geſtis, ut ex contractu, uel quaſi, ſiue ex
aliquo alio contingit minorem enormiter lædi, tunc ei de
iure datur in integrum reſtitutio, ut in l. 1. cum l. ait prætor,
& per totum ff. de minoribus, iuncta l. ſi ex cauſa in primo
reſpon.

reſpon.eodem titulo, l. ſi io ff. de in integrum reſtitut.c.1.
81 cum gloſ. extra eodem titulo cum ſimilibus, & † eo ipſo,
quod minor adiuit hæreditatem etiam paternam damno-
ſam ſimpliciter, immò etiam cum beneficio inuentarij,
cenſetur læſus, & poteſt reſtitui, ut dixit Bald. in l.1. C. ſi
minor ſe ab hæreditate abſtin. & Salice. in authen. ſi om-
82 nes in finalibus uerbis eodem titulo: † an autem minor, ſeu
ipſe maior factus ad obtinendam reſtitutionem in inte-
grum teneatur læſionem probare, & qualiter probare de-
beat, Alexand. in conſil. 21. referendo multos doctor. hoc
tenentes, dicit ipſum teneri ad probandam læſionem, puta
probando ſimpliciter, quòd graue æs alienum fuerit in hæ
reditate repertum, ad tradita per Bald. in d.l.1. in finalibus
83 uerbis. ¶ Secundo † quòd aduerſus immixtionē, ſeu adi-
tionem factam abſque beneficio inuentarij, & illius confe-
ctionē minor, & præſertim pupillus poſſit in integrum reſti
tui, cum ſibi expediat litibus, & ſumptibus non grauari, &
ultra uires hæreditarias non teneri, probatur in l. impube-
ribus, & ibi glo. ff. de acquirend. hæredit. Barto. & glo. in l.
ait prætor §. reſtiturus ff. de minoribus, & in l. ſi minor ff.
de acquirend. hæredita. Præterea minor, qui adiuit hære-
ditatem paternam, ſeu in illa ſe immiſcuit, etiam confecto
inuentario reſtitui poteſt, ne litibus, & ſumptibus fatige-
tur, ut not. uoluit Salice. in dicta authen. ſi omnes in ultimis
uerbis, argumento l. minoribus ff. de minoribus, ubi gloſa
uoluit poſſe reſtitui, etiam ſi hæreditas ſit locuples, ſed mul
tis moleſtiis implicita: ergo à fortiori hoc dicendum eſt,
quando hæreditas eſſet potius damnoſa, & contingeret
minorem ſumptibus, & litibus inuolui; item quòd aduerſus
non confectionem inuentarij, minor poſſit, durante mino-
ri ætate, uel poſt infra tempus petendæ reſtitutionis reſti-
tui, probatur ex iis, quæ uoluit Bald. in l. fin. circa medium
C. in quibus cau. in integrum reſtitutio. non eſt neceſſ. ac
etiam in d.l.1. C. ſi ut ſe ab hæred. abſtin. & eſt glo. not. in
uer. ceſſabit in l. auxilium in princip. ff. de minoribus, Bald.
in l.1. in princip. in 2.q. C. de iure deliberand. & eſt bonus
textus in §. pupillis in authen. de hæred. & falci. Innocen. in
c. finali de in integrum reſtitutio. & habetur per Angel. qui
hoc tenet, in l.1. §. hæc ſtipulatio ff. ſi cui plus quàm per le-
gem falcidiam in 1. colum. ubi latiſſimè materiam inuenta
rij tractat, & melius, quam alij faciant; & faciunt ea, quæ
habentur in l. unica C. ſi ut omiſſa hæredi. ubi reſtituitur
ſimpliciter aduerſus omiſſam hæreditatem, ſeu illius adi-
tionem, ergo & ſimiliter aduerſus aditionem factam omiſſo
inuentario ad effectum, ut poſſit cum beneficio inuenta-
rij adire, quia hoc eſt minori utilius, cum ex tali aditione
tutior reddatur, ne teneatur ultra uires hæreditarias, ut in
d.l. fin. C. de iure deliberan. iuncto §. pupillis in authen. de
hæred. & falci. & generaliter, ut dictum fuit, aduerſus om-
nem actum geſtum, contractum, & factum, ex quo minor
læſus enormiter fuit, competit illi etiam poſt maiorem æta-
tem, infra tamen quadriennium, beneficium reſtitutionis
in integrum, ut in d.l.1. & 2. & in l. ait prætor cum ſimili.
& ibi per totum ff. de minoribus, iuncta l. fin. C. de tempo.
reſtitutio. in integrum: Ergo dictis dominis Hippolyto, &
Hieronymo de omnibus iis quæ ipſi in minori ætate fece
runt, ex quibus fuerunt enormiter læſi, aut lædi potuerunt,
competit, & danda eſt reſtitutio in integrum, ex quo ipſi
adhuc ſunt infra quadriennium petendi reſtitutionem.
84 Præterea † ex quo remittere, & renunciare ſimpliciter
actionem, ſeu exceptionem, uel iura, quæ quis habet, dici-
tur donare, Bald. in l. uenditrici in fin. C. de rebus alienis
non alienan. & habetur in l. ſi quis delegauerit ff. de noua-
tionibus, Barto. in l. ſi fraudator in princip. ff. de his, quæ in
fraudem creditorum, quamuis dicti domini Hippolytus, &
Hieronymus ex pluribus actibus dicātur remiſiſſe ius, quod
habebāt in feudo, & conſequenter donaſſe, ſequitur tamē,
quòd poſt minorem ætatem habent inter præſentes decen
nium, & inter abſentes tempus 20. annorum ad contradi-
cendum ante, quam aduerſario ius fuerit irreuocabiliter
acquiſitum per text. in l. fin. ff. ſi minor maior factus aliena.
ratam habuerit. ¶ Nec aduerſatur, ſi ex oppoſito dicere-
tur, quòd dicti domini, poſt quàm effecti fuerunt maiores,
ſciuerūt prædicta bona fuiſſe à patre ſuo remiſſa, quia an-
tea quoq; hoc ſciuerūt, & cū ipſi per annū tacuerint, & non
cōtrauenerint, uidentur ratificaſſe, ut in c.3. in fi. ſi de inue
ſtitura inter dominū, & uaſal. lis oriatur, & habetur in c.1.
§. titius, ibique doctores, & glo. ſi de feudo fuerit contro.
inter dominum, & agnatos, & in c.1. qualiter feud. olim
alien. poter. in fin. & in c.1. de aliena. feud. pater. ergo am-
plius contrauenire non poſſunt argumento l.1. C. ſi minor
maior factus rem ratam habuerit, & ſecundum glo. in uer-
bo ratam ibi ſufficit, quòd uerbis, & ſic expreſsè, ſiue facto,
& ſic tacitè ratificauerint l. non tantum, aliàs incipit Paulus
ff. rem ratam haberi, & facit, quòd habetur in d.l.1. & 2. C.
eodem titulo ſi minor maior factus rem rat. habue. Nam
pro ſolutione dici poteſt primo, quòd præfati domini Hip-
polytus, & Hieronymus non habuerunt ueram notitiam
de huiuſmodi tranſactione facta, & qui contrarium dicit,
85 probare tenetur, quia † negans habet fundatam ſuam intē-
tionem ſolum ex eo, quod negat l. actor quod C. de pro-
batio. c. quoniam contra cum materia extra eodem, l. ei qui
ff. de probatio. cum ſimilibus: & ſi dicatur, ipſos habuiſſe no
titiam de tranſactione, quia petierunt à Maximiliano cum
authoritate eorum matris, & tutricis confirmationem, ac
approbationem duorum priuilegiorum, ſeu duarum inue-
ſtiturarum, in quarum altera continebatur confirmatio, &
approbatio tranſactionis prædictæ, reſpondetur ex hoc nō
inferri, quòd ipſi ueram, & ſpecificam habuerint ipſius
tranſactionis notitiam, & ſcientiam, quoniam de illa tran-
ſactione ſpecificè nulla facta fuit mentio in ſupplicatione
ipſorum, in qua petita fuit confirmatio duarum inueſtitu-
rarum, & priuilegiorum: ergo ex hoc non poteſt dici eos
habuiſſe ueram ſcientiam, prout iura de hoc loquentia re-
quirunt, & argumento eorum, quæ habentur per Barto. &
alios in l. qui romæ §. duo fratres ff. de uerbo. obligatio. &
86 in l. de his, ubi not. ff. de tranſactio. Præterea † ubi ob ſcien
tiam quis à iure ſuo excluditur, tunc non ſufficit habere
ſcientiam præſumptam, ut ex uerbis generalibus, uel aliter
præſumptiuè, ſed requiritur, quòd expreſsè, & clarè con-
ſtet de illius ſcientia ad ea, quæ habentur per Bart. in l. quæ
dotis ff. ſoluto matrimonio, l. caius ff. de pigno. actio. cum ibi
not. c. quia diuerſitatem de cōceſ. præben. nam ſcire eſt ani
mo inhærere id, quod certitudinarie quis uidet, aut ſenſu
percipit, Bald. in c.1. §. uaſallus il 1. ſi de feudo fuer. contro.
Præterea eo tempore, quo pro parte dd. dominorū fuit ita
generaliter ſupplicatum, ipſi erant pupilli, & in ætate pu-
pillari conſtituti, ut conſtat ex priuilegio Imperatoris Ma-
ximiliani Romanorum Regis conceſſo die 15. decembris,
anni 1520. iuncta natiuitate ipſorum, de qua in proceſſu
conſtabit, ergo tunc ſcire, ueramque notitiam habere non
potuerunt, quia illa ætas, quicquid uidet, & ſcit, ignorat
l. fin. C. de falſa moneta, & ſcire eſt rem per ſuas cauſas co-
gnoſcere, alioquin eſſet credere, & opinari, quæ inter ſe
differunt, Alexan. in l.1. ff. ſi certum petā. glo. in l.2. §. pe-
nult. ff. de aqua plu. arcen. Rurſus non dicitur in dictis lite-
ris Maximiliani, quòd ipſi fuerint illi, qui petierint, & ſup-
plicauerint, quoniam ſi ipſi fuiſſent, fortè appareret de eo
rum ſciētia, arg. l. cum precū C. de liberali cau. ſed petitio,
& ſupplicatio facta fuit per quendam do. Sigiſmundū eorū
aſſertum procuratorem authoritate matris, & tutricis cōſti
tutum, iuxta tex. in l. neque tutores C. de procuratoribus,

ex quibus infertur dictos dominos non habuiſſe certam notitiam de huiuſmodi tranſactione, & de contentis in illa, ergo &c. Præterea poſt maiorem ætatem dicti domini fuerunt abſentes abſentia neceſſaria, & pro ſeruitio domini ſui, uidelicet Caroli quinti Romanorum Imperatoris, tàm illius curiam, quàm exercitium ſequendo tanquam milites, & duces Cæſaris: quo fit, ut non dicatur eis cucurriſſe illud tempus anni, per quod infertur tacita renunciatio, nec tempus quadriennij, quod datur ad petendam reſtitutionem,
87 nam † tale tempus abſentiæ neceſſariæ eſt deducendum de quadriennio, & de quolibet tempore l. fina. C. de tempor. reſtitut. in integrum iuncta glo. in uer. continuatio, & ibi doctores, & benè facit, quod uoluit Ioan. de Imol. in c. ex parte in 1. colum. in fin. uerbis extra de feudis, ubi dicit, quòd tempus anni datum à iure ipſis uaſallis non currit, ſi iuſta cauſa fuerunt impediti: Et hæc ſufficiant ad demonſtrandum bonum ius dictorum dominorum Hippolyti, & Hierorymi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum conceſſum pro ſe, & filiis hæredibus eſt hæreditarium, & filij admittuntur ſi ſint hæredes.*
2 *Hæredum legitimorum appellatione continentur hæredes, qui ab inteſtato ſuccedere poſſunt.*
3 *In feudo nouo locus non eſt iuri accreſcendi quoad alios agnatos, ſed ſolum quoad deſcendentes cuiuslibet uaſalli.*
4 *Feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimis dicitur conceſſum liberis, etiam non hæredibus, & non dicitur hæreditarium, ſecus ſi pro ſe, & filiis, uel liberis hæredibus conceſſum eſſet, & num. 7.*
5 *Legitimi hæredes in feudo qui ſint, & intelligantur.*
6 *Hæres ab inteſtato in feudis quis ſit.*
7 *Legitimorum qualitas ita hæredibus, ſicut filiis conuenit, præter quàm in feudis, & ubi hæredum appellatio ſolum filios, ut filios continet.*
9 *Appellatio legitimi hæredis continet hæredem ab inteſtato etiam extraneum, & quando hoc uerum ſit*
10 *Feudum ſimpliciter conceſſum nulla facta mentione filiorum, aut hæredum; in dubio ſecundum ſimplicem naturam feudi intelligitur conceſſum pro filiis, & deſcendentibus maſculis etiam non hæredibus:*
Nec eſt neceſſe, quòd à principe ſic expreſſè concedatur, num. 13.
11 *Idem eſt in emphyteoſi eccleſiæ, ſecus in emphyteoſi priuati.*
12 *Pluribus in ſupplicatione, ſeu reſcripto petitis, ſi princeps ſimpliciter petitioni annuens dicat, concedimus, abſque expreſſione petitorum, quando omnia petita cenſeantur conceſſa, & quando non.*
14 *Medium ab extremis declarationem, & interpretationem recipit.*
15 *Conceſſio facta pro hæredibus in materia ſui natura non ad hæredes extraneos, ſed ad filios, & deſcendentes tantum transitoria cenſetur facta pro filiis, & deſcendentibus etiam non hæredibus, Secus ſi facta eſſet pro filiis, ſeu liberis hæredibus.*
16 *Feudum antiquum, & paternum non deſinit eſſe tale ex noua feudi inueſtitura, & renouatione,*
Et intelligitur renouatum ſecundum antiquam naturam feudi, numero 19.
17 *Feudum paternum, & antiquum quod ſit remiſſiuè.*
18 *In feudo paterno, & antiquo quando eſt in cauſa caduci, agnati proximiores deſcendentes primi recipientis tanquam ex prouidentia, & ſucceſſorio ordine ſuccedunt.*
19 *Renouatio feudi antiqui ſecundum antiquam eius naturam, & cum ſua cauſa, ſuiſque iuribus facta cenſetur;*
20 *Et ex nouis conuentionibus in renouatione appoſitis non dicitur nouum feudum, nec noua emphyteoſis ad præiudicium aliorum, maximè ſi pacta primæ inueſtituræ ad commodum domini alterarentur.*
21 *Feudo, aut emphyteoſi finitis propter lineam finitam, ſi dominus de nouo agnatis ultimi decedentis conceſſerit, hæc noua conceſſio, naturam prioris aſſumit.*

EPITOME.

FEVDVM *conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimis, dicitur conceſſum liberis, ut liberis, etiam non hæredibus:*

Idem eſt de feudo ſimpliciter conceſſo, nulla facta mentione de hæredibus, nec de filiis.

Feudum antiquum ob renouationem factam aliquibus de agnatione non deſinit eſſe antiquum, ſed ut antiquum conſideratur, & ſecundum antiquam naturam feudi intelligitur conceſſum.

CONSILIVM LXIX.

POST redditum conſilium aliqua refricari in dubium percepi, primum, quòd uerum non uidetur, feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimis dici ſolum conceſſum pro filiis, ſeu liberis, etiam ſi non ſint hæredes, & conſequenter feudum eſſe ex prouidentia, & non hæreditarium: immò dicunt aduerſarij, quòd tale feudum dicitur eſſe quid hæreditarium, propterea quia facta fuit men-
1 tio de hæredibus, † quoniam in fortioribus terminis, uidelicet, quando expreſsè de filiis hæredibus fuit facta mentio, cenſetur conceſſum pro filiis ita demum, ſi ſint hæredes, & ſic hæreditarium cenſetur, ut uidentur uoluiſſe communiter doctores, Bartol. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis libertorum, & plenè habetur per Imolam, & latius per Alexandrum in l. quod dicitur ff. de uerborum
2 obligation. cum ſimilibus. Præterea † appellatione legitimorum hæredum contineri uidentur ſolum illi hæredes, qui ut hæredes ab inteſtato ſuccedere poſſunt l. 3. §. de illo ff. pro ſocio, Alexan. in l. ex facto in fine in ultima colum. ff. ad trebellianum, quamuis Cumanus ibi multum dubitauerit: quo fit, ut filij, ſeu liberi, qui fuerunt hæredes, etiam cum beneficio inuentarij, non poſſint uenire contra factum defuncti, qui potuit de tali feudo, ut de re hæreditaria diſponere, & in eo filiis, & liberis ſuis præiudicare per Alexandrum in conſil. 18. 19. & 28. in 5. uolum. cum aliis, quæ ad propoſitum habentur in dicto meo conſilio, & per eundem Alexandrum in conſil. 103. in penulti. colum. in 4. uolum. ¶ Secundum eſt, poſito uerum eſſe, quòd feudum ſic conceſſum diceretur non hæreditariũ, ſed ex prouidentia, tamen in caſu noſtro feudum non fuit conceſſum pro hæredibus legitimis, ſed uel ſimpliciter, ut fuit feudum Roſinæ, quia licet in precibus petitum fuerit, concedi pro ſe, & legitimis hæredibus, attamen in conceſſione nihil dictum fuit de hæredibus, ſed ſimpliciter annuendo precibus ſupplicantium dominus concedens dixit eis concedimus, ſeu ipſos inueſtimus; Vel conceſſio feudi facta fuit ſimpliciter pro hæredibus abſque illa adiectione legitimis, ſeu alia qualitate adiecta, qualis fuit conceſſio feudi Corrigiæ, quæ tria continet capita, quorum primum continet translationem, & dationem dignitatis comitatus, & tunc dicitur facta conceſſio illius dignitatis pro ſe, & hæredibus legitimis; ſecundum caput continet conceſſionem in feudum dicti comitatus, & bonorum feudalium, & tunc conceſſio dicitur facta pro hæredibus ſimpliciter, nec aliqua fit mentio in hoc caſu de legitimis; tertium caput habet inſignium, & armorum conceſſionem, & tunc conceſſio facta fuit pro ſe, & hæredibus legitimis: Sed nos quærimus de ipſo feudo, ſeu de bonis feudalibus, ergo conſtat, quòd illius conceſſio facta dicitur pro hæredibus ſimpliciter ſine illa adiectione legitimis, quia ſi dominus concedens uoluiſſet concedere pro hæredibus cum qualitate legitimis, utique de illa expreſſiſſet, ſicut in aliis capitibus expreſſit c. ad audientiam de decimis, l. unica §. ſin autem ad deficientis C. de caduc. tollendis, & argumento eorum, quæ dixit Iaſ. in l. qui filiabus ff. de legat. 1. & ad hoc eſt etiam conſilium domini Ludouici Bologhini inter conſi. do. Alex. num. 53. in 4. uolum.
3 ¶ Tertium dubium eſt ab aduerſariis propoſitum, † quòd feudum Corrigiæ eſt nouum in perſona domini Manfredi, & do-

& domini Nicolai eius nepotis, quia ipſis fuit cõceſſum per Federicum Romanum Imperatorem, ergo moriente domino Ioannemaria filio dicti domini Nicolai, illud non debuit agnatis accreſcere, nec ipſi in eo ſuccedere potuerunt, ſed ad dominum concedentem reuerti debuit, ut in c. 1. de ſucceſſione fratrum, uel de gradibus ſucceden. in feud. c. 1. de eo, qui finem fecit agna. c. 1. cum glo. de duob. fratri. à capita inueſti. Bal. in l. fin. C. de ſuis, & legitimis, Alexan. in conſil. 30. in 1. uolum. & in conſil. 204. in 2. lib. Sed Illuſtres domini Hippolytus, & Hieronymus ſunt de deſcendentibus domini Manfredi, & ſic de agnatis collateralibus domini Nicolai, ergo &c. & in caſu iſto locum ſibi non uendicat tex. in l. unica C. ſi imperialis liberali. lib. x. quoniam in feudo nouo non eſt locus iuri accreſcendi, niſi inter deſcendentes cuiuſlibet uaſalli, ut in c. 1. de fratribus de nouo beneficio cum ibi not. ¶ His dubitationibus propoſitis quoad primam reſpondeo, & concludo, ut aliàs dixi in conſilio præcedenti,
4 quòd † feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus legitimis debet dici conceſſum liberis, ut liberis etiam non hæredibus, quia ubicunque fit mentio de hæredibus ſine nomine collectiuo liberis, ſeu ſine hac adiectione filiis, & ſumus in iis, quæ ſui natura ad extraneos hæredes non tranſeunt, ſed ſolum ad filios, & deſcendentes, ut eſt feudum iuxta text. in c. 1. de ſucceſ. fratrum, uel de grad. & in c. 1. de ſucceſ. feudi, & habetur per glo. et docto. in c. in præſentia de proba. tunc appellatione hæredum ueniunt filij, & deſcendentes maſculi etiam ſi non ſint hæredes, & conſequenter feudum nõ dicitur eſſe quid hæreditarium, ſecus ſi eſſet adiectum de filiis, ſeu de liberis, vt quia dictum eſſet pro ſe, & filiis hæredibus, quoniam vt verbum hæredibus aliquid operetur vltra nomen filijs, intelligitur de filijs hæredibus, ut notabiliter voluit Paul. de Caſtro in l. ex facto in fin. ff. ad trebellia. quem refert, & ſequitur Alex. in l. quod dicitur in 18. colu. ff. de verbo. obliga. ibi Paul. de Caſt. in d. l. ex facto &c. ergo idem dicendum eſt, ſi dictum ſit pro ſe, & hæredibus legiti-
5 mis ſine illa adiectione filiis, ſeu liberis, † quoniam hæc adiectio legitimis non facit, quòd hæredum appellatione intelligantur comprehenſi hæredes extranei in materia feudali, ſed ueniunt ſolùm filij, & deſcendentes, ut uidetur tex. not. in c. 1. §. ſed diuerſum de aliena. feudi, ibi eo ita mortuo ſine legitimo hærede maſculo, quod uerbum ita intelligendum eſt in feudis, id eſt ſine filio maſculo: ex quo text. claram habemus deciſionem in caſu noſtro, quòd in feudis hæc uerba ſine legitimo hærede maſculo important, hoc eſt ſine filio maſculo, ut ibi, idemque probat text. in c. 1. de uaſallo decrepitæ ætatis, & in c. 1. §. cum uerò cum gloſ. qui feu. dare poſ. ergo uerba illa legitimo hærede per ſe filium cõprehendunt: & quia dictum eſt ſine legitimo hærede maſculo, filius maſculus continetur, ut ibi: Quare infertur, quòd in feudis illa uerba ſine legitimo hærede filium tantum continent. Præterea tantum eſt dicere legitimus hæres, quantum eſt dicere hæres ab inteſtato l. 3. §. de illo ff. pro ſo
6 cio cum ſimilibus: Sed † hæres ab inteſtato in feudis eſt filius, qui ut filius ſuccedit, & non ut hæres, ut in §. de his qui feudum dare poſſunt, c. 1. de ſucceſ. feudi, c. 1. de ſucceſ. fratrum, uel de gradi. & ubique communiter omnes feudiſtæ, ergo quando facta fuit conceſſio pro hæredibus legitimis, intelligetur facta pro filiis, ut filiis. ¶ Adde, quòd, ut dictum
7 fuit, † in materia feudali, & tranſitoria ſui natura ſolum ad filios, & deſcendentes appellatione hæredum filij continentur ut filij, & non ut hæredes, Paul. de Caſtr. in d. l. ex facto in fin. uerbis, Alex. in d. l. quod dicitur in 18. colum. ergo illa adiectio legitimis non debet operari, ut intelligatur de
8 filiis hæredibus, ſed potius de filiis, ut filiis, † nam quamuis hæc adiectio conueniat ita hæredibus extraneis, ſicut filiis, quoniam filij appellantur legitimi, ſicut hæredes dicuntur legitimi, argumento l. filium ff. de his, qui ſunt ſui, uel alien. iur. per Cuman. in d. l. ex facto in fin. & in authen. quib. modis natu. effician. legitimi, & ff. & C. de legitimis hæredibus, tamen in materia, in qua appellatione hæredum ſolum filij, ut filij continentur, ut eſt in feudis, illa adiectio legitimis dicetur appoſita, prout filiis conuenit, non autem prout hæredibus poteſt conuenire, quia propter ſubiectam materiã feudorum uerba impropriantur, & intelliguntur, ut conueniãt materriæ, & naturæ ipſorum feudorum ad tradita per omnes in d. l. quod dicitur, in d. l. ex facto in fine, & in l. patroni cum ſimilibus ff. ad trebellianum. ¶ Non obſtant ea, quæ habentur per Alex. in d. l. ex facto in fin. per textum in
9 d. l. 3. §. de illo ff. pro ſocio, † ubi concludit appellatione legitimi hæredis contineri hæredem etiam extraneum, qui ab inteſtato ſuccedere poteſt ad differentiam hæredis, qui ex teſtamento ſuccederet: quia reſpondetur, ipſum loqui regulariter, & non in illa materia, quæ ſui natura non eſſet ad hæredes extraneos tranſitoria, ut conſtat ex text. quem ipſe allegat in d. §. de illo, qui loquitur in materia ſocietatis, quæ ſui natura eſt ad hæredes etiam extraneos tranſitoria, ſecus autem dicendum eſt in materia feudali, quæ ſui natura eſt tranſitoria ad filios, & deſcendentes, non autem ad extraneos, ut ſupra. Præterea etiam quando hæc uerba, ſi ſine hærede legitimo, ſunt appoſita in conditione ab homine in diſpoſitione teſtamentaria, dubium eſt maximum, an cõprehendantur ſub iſtis uerbis hæredes ab inteſtato, an ſolum ex teſtamento, an uerò tantum filij iuſtè, & legitimè nati, & de mente Cumani uidetur eſſe, quòd filij legitimè nati comprehendantur, quia hoc in ultimo loco ponit, & refert argumento not. in l. filium in fin. ff. ad trebellianum, quamuis dicat periculoſum eſſe quomodocunque ſuper hoc iudicare, ſed quia Alexander, & Cumanus ibi loquuntur in caſu longè diuerſo à caſu noſtro, uidelicet quando de legitimo hærede facta fuit mentio in conditione, nos uerò quando in diſpoſitione, ideò ea, quæ ibi dicuntur, nõ aduerſantur, nec ad caſum noſtrum faciunt.

¶ Capio ſecundum principale dubium, & primo circa feudum Roſinæ, ut dicitur, ſimpliciter conceſſum, nulla facta mentione de hæredibus, nec de filiis, concludo illud debere intelligi conceſſum pro filiis, & deſcendentibus etiam
10 non hæredibus, † quoniam quando feudum alicui ſimpliciter conceditur, nulla facta mentione de hæredibus, aut filiis, debet intelligi conceſſum in dubio ſecundum ſimplicem naturam feudi, uidelicet pro filiis, & deſcendentibus maſculis, etiam ſi hi non ſint hæredes, ut eſt doctrina Baldi in indiuiduo in c. 1. quibus modis feudum conſtitui poteſt in fin. uerb. & quamuis Bal. ibi uelit idem eſſe in emphyteoſi, tamen Alexan. in d. l. quod dicitur in 25. colum. in uerſic. ſed circa hoc ſolum approbat dictum Bal. in feudo, ſed in
11 emphyteoſi contrarium tenet: † item Alexan. in d. l. quod dicitur in 21. col. idem uoluit, quòd etiam quando cõceſſio emphyteoſis eſt facta ſimpliciter, nõ facta mentione de liberis, nec de hæredibus, intelligatur facta pro liberis, & deſcẽdẽtibus ſimpliciter etiã nõ hæredibus, qñ eſſet emphyteoſis conceſſa ab eccleſia, ſecus ſi à priuato, quia tunc intelligeretur pro hæredibus quibuſcunque, nam in dubio quis cenſetur uoluiſſe acquirere hæredibus ſuis l. pactum ff. de probatio. & ita loquitur glo. & ibi doctores in l. ſi tibi decem §. ſi pactus ff. de pactis. Præterea dici poteſt indubitanter, feudum Roſinæ conceſſum fuiſſe pro hæredibus
12 legitimis, prout petitum fuit, & ſupplicatum, quia † ubicũque impetrans gratiam, ſeu reſcriptum in ſupplicatione exprimit, & petit plura, ſeu certo modo, & princeps ſimpliciter annuens petitioni dicat, concedimus tibi, non exprimendo in ſignatura omnia, quæ fuerunt petita, nec eo modo, quo fuerunt petita, tunc uidetur omnia conceſſiſſe

eo modo, quo fuerunt petita, niſi eſſent talia petita, quæ ſui
natura, & regulariter de iure non cenſentur conceſſa, niſi à
principe conceſſa fuiſſent, quia tunc nõ ſufficeret illa fuiſſe
petita, niſi etiam expreſſè fuiſſent cõceſſa arg. l. ſi defenſor
§. qui interrogatus ff. de interrog. actio. §. præterea inſtit. de
inutilibus ſtipula. l. 1. §. ſi quis ita ff. de uerborum obligatio.
c. olim cum glo. fin. extra de reſcrip. & traditur per Alexã.
in apoſtil. ad Barto. in l. filiusfamilias ff. de donat. & in l. fin.
C. ſi contra ius uel util. pub. in apoſtil. magna ad Bart. do-
mini de Rota in ſua deciſione 77. & in deciſione 358. in
nouis, & ita intelligatur id, quod uoluit Alexand. in conſil.
94. in 2. uolumine, qui loquitur, prout loquũtur domini de
Rota in d. deciſ. 358. quãdo plura fuiſſent petita, quæ ex-
preſſè de iure ſunt à principe concedenda, nam ſi ſimpli-
citer princeps dixiſſet, concedimus &c. tunc illa non dice-
rentur conceſſa, ut quando eſſet petitum, quòd cauſa com-
mitteretur ſine ſtrepitu, & figura iudicij, aut appellatione
remota, quæ ſolus princeps poteſt concedere, quando hæc
expreſſit, iuxta ea, quæ habentur in clementi. ſæpe de uerb.
ſignifica. & per glo. in c. fin. de hæret. in 6. Abbas in c. 1. in 1.
notabili extra de reſcrip. ſecus ſi aliqua plura fuiſſent peti-
ta, quæ neceſſario non erant expreſſè concedenda, nam ſi
princeps ſimpliciter dicat, concedimus, tunc omnia illa di-
cuntur eſſe conceſſa, prout petita fuerunt, ut in d. c. olim cũ
13 glo. cum ſimilibus ſupra allega. ſed † in conceſſione feudi
non eſt neceſſe ad hoc, ut dicatur conceſſum pro filiis, &
deſcendentibus, ſeu pro hæredibus legitimis, quòd expreſ-
ſè à principe concedatur, d. c. 1. §. ſi uero de his, qui feu-
dum dare poſſunt, & in c. 1. de ſucceſſ. feud. c. 1. de duo. fra-
tri. à capita. inueſtit. Bald. in d. c. 1. quibus mod. feud. conſt.
pot. cum ſimil. iam allega. ergo ſi hæc fuerint petita, &
poſtea à principe ſimpliciter facta fuerit conceſsio, de-
bent intelligi cõceſſa, ut petitum fuit, & præſertim hoc di-
cendum eſt in caſu noſtro, in quo ipſe princeps dixit, quòd
annuendo ſupplicationibus concedebat, & inueſtiebat, er-
go apparet de mente expreſſa principis, quòd uoluit con-
cedere ea, quæ in ſupplicationibus continebantur, alio-
quin uerum non eſſet, quòd ſupplicationibus factis annuiſ-
ſet. ¶ Quo uerò ad feudum Corrigiæ, concludendum eſt
fuiſſe conceſſum pro filiis, & deſcendentibus maſculis, non
ut hæredibus, ſed ut filiis, & ſic ex prouidentia, quoniã aut
uolumus dicere fuiſſe conceſſum pro hæredibus legitimis,
prout conceſſa fuerunt alia duo capita, uidelicet delationis
armorum, ſeu inſignium, & dignitatis comitatus, quæ in-
terpretatio fieri debet, nam ex quo caput continens feudi
conceſſionem erat poſitum inter illa alia duo capita, ſicut
illa dicuntur conceſſa pro hæredibus legitimis, & ſic pro
filiis, ut filiis, & deſcendentibus, ut ex prædictis, ac etiam ex
natura rei apparet, ſequitur, quòd eodem modo debet dici
14 conceſſum feudum comitatus, † quoniam medium recipit
declarationem, & interpretationem ab extremis, hoc eſt
à præcedenti, & ſequenti capitulo l. 3. §. filius ff. de liberis,
& poſthumis, l. ſi ſeruus plurium in fi. ff. de leg. 1. l. talis ſcri
ptura in fin. & ibi Bartol. eodem titulo cum ſimilibus: aut
uolumus dicere tale feudum fuiſſe conceſſum pro hære-
dibus ſimpliciter ſine alia adiectione, & tunc quamuis ap-
pellatione hæredum omnes etiam extranei contineantur
l. in annalibus C. de leg. l. fi. C. de hæredi. inſtituen. l. ſcien-
15 dum ff. de uerbo. ſignifi. cum ſimil. † tamen quando ſumus
in materia ſui natura non trãſitoria ad hæredes extraneos,
ſed ad filios, & deſcendentes tãtum, ut ſunt feuda, tunc cõ-
ceſſio facta pro hæredibus ſimpliciter cenſetur facta pro
filiis, & deſcendentibus etiam non hæredibus taliter, quòd
ipſi ut filij, & non ut hæredes dicuntur uenire, ut notabili-
ter uoluit Pau. de Caſtr. in d. l. ex facto §. fin. ff. ad trebellia.
quod multum commendat, refert, & ſequitur Alexand. in
d. l. quod dicitur in 18. col. ſecus ſi cum hoc nomine colle-
ctiuo eſſet facta adiectio de filiis, ſeu liberis, quia tunc filij,
ſeu liberi admitterentur ita demum, ſi eſſent hæredes, & nõ
aliter, per Bar. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis li-
bertorum, & ſic primo caſu quando pro hæredibus ſimpli
ter eſſet conceſſum feudum, non diceretur eſſe quid hære
ditarium, ſed ex prouidentia, ſecundo autem caſu, quando
pro filiis, & hæredibus, diceretur eſſe quid hæreditarium,
ergo quomodocunque conceſſio feudi Corrigiæ capiatur,
dicetur eſſe feudum non hæreditarium, ſed ex prouiden-
tia, & ideo ipſis Illuſtribus dominis Hippolyto, & Hierony
mo proderit adire, ſeu adiuiſſe hæreditatẽ paternã cum be
neficio legis, & inuentarij, per ea, quæ in conſi. præcedenti
diſcuſſa fuerunt. ¶ Quoad ultimam hæſitationem, dum
præſupponitur feudum fuiſſe nouum quoad Com. Man-
fredum antiquum, & Com. Nicolaum eius nepotem per
conceſſionem ipſis factam à Federico Imperatore, & ideo
extincta linea præfati domini Nicolai per obitum Com.
Ioan. Galeatij pro illius parte non debuiſſe acquiri deſcen
dentibus Com. Manfredi, ſed reuerti ad dominum, per ea,
quæ ſupra allegata fuerunt: profectò ſi uerum eſſet feudũ
quoad illos fuiſſe nouum ex renouatione ipſis facta, fortè
poſſent eſſe uera illa, quæ præſupponuntur per iura ſupra
allegata: Sed quia præſupponitur in facto feudum Cor-
rigiæ, & alia, quæ præfati de Corrigia tenent, fore antiqua,
uel paterna, & ita ſemper intellexi iam diu, ac etiam tempo
re, quo domi. Alexand. de Imola uiuebat, qui conſuluit ſu-
per ſucceſſione dictorum feudorum, & ſuper inueſtitura,
ac renouatione facta à Federico Imperatore, & ita hoc
præſuppoſito facto Alex. conſuluit in conſil. 29. in 5. uolu.
habuerunt enim hæc feuda à quodam Giberto antiquiſſi-
mo, à quo tanquam à ſtipite omnes alij de domo de Corri
gia deſcẽderunt, ut retuli in alio meo conſilio, ideo motiuũ
ex oppoſito factum ab aduerſariis ceſſare uidetur: Nec ex
eo, quod de dictis feudis fuerint renouati Comes Manfre
dus, & comes Nicolaus nepos à Federico Imperatore, ſe-
quitur, quòd dicantur quoad eos noua feuda, ſed rema-
16 nent antiqua quoad effectum ſuccedendi in illis, † quia no-
ua inueſtitura, ſeu renouatio feudi non facit deſinere eſſe
feudum antiquum, & paternum c. 1. de uaſallo decrep.
ætat. Bald. in l. fin. in 2. colum. C. de ſuis, & legit. & in c. 1.
17 an agna. uel filius, Alex. in conſ. 28. in 5. uolu. † quod au-
tem ſit feudum paternum, & quod antiquum, declarat Bal.
in c. 1. §. & quia de his, qui feu. dare poſſ. & in authen. de-
functo C. ad tertullia. & eſt bonus text. ubi Bald. & alij in
18 c. 1. de natura ſucceſſ. feudi: † quod feudum, ſi eſſet in cau-
ſa caduci, ut quia ex immediato feudatario præmoriente
non extarent liberi maſculi, tunc agnati proximiores, qui
eſſent deſcendentes primi recipientis, tanquam ex proui-
dentia, & ſucceſſorio ordine ſuccedunt, Bald. in l. 2. C. de
ſuis, & legit. & in authen. defuncto C. ad tertullia. & in c. 1.
§. & quia in 2. & 3. col. de his, qui feud. dare poſſ. Præterea
19 † quãdo feudum antiquum fuit renouatum à domino ali-
quibus de agnatione, ſemper debet intelligi, ut dicatur re-
nouatum, & conceſſum ſecundum antiquam naturam feu
di, nec deſinit eſſe antiquum, Bar. in l. ſi mihi & Titio, & ibi
Alexan. & Iaſ. circa fin. ff. de verbo. obligat. & Alexan. in d.
conſi. 29. in 5. volum. in 6. colum. verſic. nunc de quinto,
& dicit Bald. in l. vnica in penul. colum. C. quando non pe
ten. partes, quòd ſi dominus renouauit duos fratres, ſeu
duos agnatos de feudo paterno, vel antiquo, per hanc reno
uationem, & per hunc nouum contractum non dicitur ſub-
latum ius accreſcendi, quod ex iure antiqui feudi com-
petere poterat, quoniam renouatio uidetur potius facta
ad confirmationem, & non ad derogationem, & illis de
agnatione non poteſt præiudicium afferre, quia renouatio
uidetur

uidetur,& cenſeri debet eſſe facta cum ſua cauſa,ſuiſque ui
ribus l.ſi quis domum ff.locati,& latius per Bal.ibi, & opti-
mè per Paulum de Caſt. in conſi.45.2.lib.in.2.col.in uerſi.
& ſic innuunt ſecundum nouam impreſſionem, & ponunt
moderni,uidelicet dominus Præpoſitus in prælud. feudorũ
in 6.diuiſione in uerſi.tamen conſtituto de aliqua inueſti-
tura,per Alex.in conſi.2.5.& 15.in 5.uolu.& facit,quod ha
betur per Bar.in d.l.quod dicitur in fin.princ. ff. de impẽſis
in rebus dota.factis,Bal.in l.etiam ff.ſolu. matri. & faciunt,
quæ habentur per Calde. in conſi.11.in tit.de feudis,qui di
20 xit, † quòd etiam ſi in renouatione fierent nouæ conuentio
nes, non tamen diceretur noua emphyteoſis ad præiudiciũ
aliorum,& præcipuè quando pacta primæ inueſtituræ ad
commodum domini alterarentur,ut uoluit Federicus de Se
nis in conſi.179.per Alex.in conſi.79.in 7.uolu.argumento
l.2.C.de reſcinden.uendi.& c.cùm cauſam de empt.&uen
21 dit. † & ut dicit Alex.poſt Bart.in d.l.ſi mihi, & Titio in 6.
col.ſi etiam ſit finitum feudum,aut emphyteoſis,quæ habet
naturam feudi, propter lineam finitam, & dominus illam
de nouo agnatis ultimi decedẽtis conceſſerit, talis noua cõ
ceſſio naturã primi feudi, ſeu primæ emphyteoſis aſſumit,
& ideò inter illos duos fratres,uel agnatos,qui de nouo fue
runt inueſtiti,erit locus iuri accreſcendi, & ſic conſiderabi-
tur etiam tunc feudum, ut paternũ,& antiquum, & cùm
hoc tranſeunt docto.communiter, ut ibi refert Alex. qui id
multipliciter plura allegando corroborat: & ex prædictis
uidentur ſublatæ difficultates prædictæ, quæ opponebãtur
iis,quæ poſui in præcedenti conſilio, & aduerſus iura Illu-
ſtrium dd.Hippolyti, & Hieronymi. Suppleat nũc, ſi in ali
quibus defeci,eximius do.ipſorum aduocatus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 In feudo antiquo collaterales deſcendentes ab eodem ſtipite, qui primo feudum acquiſiuit, inter ſe in infinitum ſuccedunt.

2 In feudo conceſſo duobus fratribus, altero eorum ſine liberis decedẽte, alter frater non ſuccedit, nec deſcendentes unius alteri ſuccedunt, & num. 13. cum multis ſequentibus.

Et quando in feudo collaterales primi acquirentis poſsint ſibi inuicem ſuccedere, & locum inter eos habeat ius accreſcendi, & quando non, & num. 13. cum multis ſequentibus.

3 Ius accreſcendi non habet locum poſt ius quæſitum, nec in contractibus: Quod limitatur, & declaratur infra num. 12. 24. & 25.

4 Feudum dicitur eſſe quidam contractus.

5 In Feudo nouo locus non eſt iuri accreſcendi: Limitatur, & declaratur infra num. 20. 21. & 35.

6 In donatione facta à principe pluribus locus eſt iuri accreſcendi, ut portio deficiens etiam poſt ius quæſitum cæteris acquiratur;

Et quid in feudo à principe conceſſo.

L. unica C. ſi liberal. Imper. ſocius lib. 10. an in feudo à principe conceſſo locum habeat, & num. 23.

7 In feudo comitatus, ſeu alterius dignitatis ius ſucceſſorium, & ius accreſcendi locum non habet: Contra num. 14. cum ſequen.

8 In feudo nouo magis ſucceſsio, quam ius accreſcendi, ſeu ius ſucceſſorium datur.

9 L. Vnica C. ſi liberal. Imper. lib. 10. procedit in donatione motu proprio facta, & quid ad hoc, ut locum habeat, requiratur num. 10.

11 Feudi conceſsio facta per uerba donatiua, & alia meram liberalitatem continentia potius mera donatio feudi dici debet, quam feudum ſimpliciter, & ſecundum naturam donationis eſt regulanda.

12 In contractibus indiuiduis ſui natura habet locum ius accreſcendi, quod dicitur potius non decreſcendi.

Ius non decreſcendi acquiritur ex prouidentia, & in contractibus etiam locum habet.

13 In feudis indiuiduis habet locum ius ſucceſſorium, ſiue ius accreſcendi, aut potius non decreſcendi inter collaterales primi acquirentis, & tanto magis, ſi etiam feudum eſſet à principe, & ex mera liberalitate conceſſum, num. 15. & 22.

14 Feudum comitatus, ſeu alterius dignitatis de iure dicitur eſſentialiter indiuiduum, quamuis quoad exercitium, & de facto diuidi poſsit.

16 Feudum Imperiale ſui natura indiuiduum, & ex donatione principis prouenient accreſcit non ex prouiſione hominis, ſed ex prouidẽtia legis, etiã ſi ij, quibus accreſcit, non ſint hæredes.

17 Largitas Imperialis fauorabilis eſt, & extendenda.

18 In feudo Imperiali ſiue ſit diuiduum, ſiue indiuiduum, locus eſt iuri accreſcendi, ſiue iuri ſucceſſorio etiam poſt ius quæſitum.

19 In materia feudali ſeruandum eſt ius commune, quando non reperitur aliquid iure feudi expreſsè deciſum.

20 In feudo nouo non habere locum ius accreſcendi non procedit in feudo Imperiali, & indiuiduo, uel conceſſo titulo donationis, & num. 21. & 35.

21 In feudis non admitti ius accreſcendi quibus in caſibus uerum ſit, & in quibus non.

23 Extenſio de caſu ad caſum in exorbitantibus ex identitate, et ſimilitudine rationis fieri poteſt.

24 In feudis, quando locum habet ius accreſcendi, habet locum etiam poſt ius acquiſitum, & num. ſequen.

25 Iuri non decreſcendi locum eſſe poteſt poſt ius quæſitum.

26 Motus proprius, & quid motu proprio conceſſum eſſe ex pluribus coniecturis, & ex uerbis narratiuis principis concedentis colligi, & præſumi poteſt, & expreſſus ſaltem uerbis generalibus operatur, ac ſi ſpecialiter eſſet expreſſus, num. ſequ.

27 Expreſſum quid uerbis generalibus dici, & effectum caſus expreſſi ſpecialiter operari poteſt.

28 Motus proprius quando ſingulariter, & ſpecialiter expreſſus eſſe debeat, & quando ſatis ſit, quòd ex coniecturis, & uerbis generalibus colligatur.

29 Literæ gratioſæ ad beneficia ſunt ambitioſæ, & ideo odioſæ, & ſtrictè intelligendæ, & quare in eis motus proprius ſingulariter expreſſus requiratur num. 31.

30 Liberalitas, donatio, & beneficium principis ſunt latiſsimè interpretanda; ut ſub uerbis id etiam comprehendatur, quòd aliàs uerbis eſſet exprimendum.

32 Verba prægnantia, ſæpiuſq; repetita, & geminata proprium animum, maximumq; principis oſtendunt.

33 Motus proprij uim habet ſecunda iuſsio principis.

34 Sine hærede in materia feudali dicitur decedere, qui ſine filiis maſculis decedit.

36 Feudum ubicunque eſt antiquum, uel ex prouidentia, non autem hæreditarium, factum patris renunciantis, aut tranſigentis, etiam accedente conſenſu Imperiali, non poteſt filiis, & deſcendentibus ſuis præiudicare, quamuis pater etiam pro hæredibus promittat non contrauenire.

37 Tranſactio, ſeu renunciatio facta etiam de conſenſu domini ſuper feudo non nocet filiis, & deſcendentibus, quibus feudum ex prouidentia debetur, & ad quod ipſi ut liberi ſunt uocati, & num. 44. & 45.

38 Idem eſt in feudo hæreditario, quod ſit antiquum à progenitoribus acquiſitum, ut ceſsio, ſeu tranſactio paterna ſuper illo facta filijs, & deſcendẽtibus etiam hæredibus non noceant, etiam in vita patris, ſi ab alijs bonis allodialibus paternis abſtineant, & num. 44. & 45.

39 Feudum antiquum deſcendentes habent non à patre, ſed à genere, & progenitoribus, qui illud acquiſiuerunt.

40 Pater filios ſuos hæredes beneficio legis fraudare non poteſt.

41 Filius hæres patris quando contra factum patris poſsit venire.

42 Pater in feudo, quod ad ipſum ex prouidentia legiſque prouiſione peruenit, non poteſt filijs ſuis etiam hæredibus cum beneficio inuentarij præiudicare, niſi quatenus vires hæreditariæ ſe extendunt.

43 Ius accreſcendi eſt prouiſio legis, & non hominis.

44 Pater arrogator poteſt filio arrogato in quarta ſibi debita ſubſtituere pupillariter, ſed non per fideicommiſſum.

45 In feudo antiquo pater non poteſt filijs etiam hæredibus præiudicare, niſi quando vni ex filijs relinqueret, vel ad illius fauorem aliter diſponeret.

46 Alex. in conſi. xiij. lib. 5. loquens de renunciatione, ſeu tranſactione facta ſuper feudo declaratur.

47 Alex. in d. conſil. xiij. volens feudum receptum pro ſe, & hæredibus maſculis dici quid hæreditarium, & non tranſire ad filios, niſi ſint hæredes, reprehenditur.

48 Tranſactio, & renunciatio facta à vaſallo etiam pro hæredibus ſuis, de quibus hæredibus intelligatur, & quomodo illa verba pro hæredibus ſuis ſint interpretanda.

49 Fideicommiſſo reciproco propter æqualitatem ſeruandam cenſetur per diuiſionem renunciatum, ſecus, ſi inæqualitas reſultaret.

50 Renunciatio, ſeu tranſactio ſuper feudo facta à vaſallis in manibus domini non ſolum de iure, quod ipſi tunc habebant, ſed etiam, quod in futurũ habere poſſent, ipſis etiam quoad ius futurum, quod poterat quomodocunque competere, præiudicat.

51 Et illo, cui feudum ex huiuſmodi tranſactione, ſeu renunciatione fuit acquiſitum, decedente ſine liberis, qui ad feudũ admittatur, & nu. 53.

52 Collaterales in pari gradu ſimul in capita, & non in ſtirpes admittuntur ad ſucceſsionem illius, qui ſit vltra quartum gradum.

53 Tran-

53 *Tranſactione, ſeu renuntiatione feudi facta inter aliquos etiam per verba prægnantia, ſi vnus ex illis decedat ſine liberis, quis ad eius partem admittatur.*
54 *Vaſallo feudum agnato, ſeu extraneo cum conſenſu domini alienante, & poſtea decedente, quis in feudo ſuccedat.*
55 *Feudum ſi ex diuiſione ad vnum ex pluribus deuenit, & is ſine liberis deceſſit, quis ad feudum admittatur.*
56 *Alex. in conſil. xiij. in ij. dubio lib. v. declaratur.*

EPITOME.

In feudo nouo à Principe conceſſo titulo donationis, & in feudo Comitatus, ſeu alterius dignitatis indiuiduo locum eſſe iuri accreſcendi, ſeu iuri ſucceſſorio etiam poſt ius quæſitum, ut portio unius ad alios etiam collaterales dicto iure perueniat, hic demonſtratur.

Tranſactionem, & renunciationem etiam cum conſenſu domini, & pro hæredibus factam ſuper feudo antiquo, & ex prouidentia, ſeu legis prouiſione, & ut liberis ſimpliciter debito, & in aliis caſibus etiam, quando eſſet hæreditarium, non nocere filiis, & deſcendentibus ipſius tranſigentis, ſeu renunciatis, probatur.

Ad feudum, ſuper quo tranſactio, ſeu renunciatio inter aliquos facta fuit, ſi unus ex illis ſine filiis decedat, alios agnatos, qui de iure debuiſſent ſuccedere, ſi tranſactio, uel renunciatio facta non fuiſſet, ſimul admitti, oſtenditur.

CONSILIVM LXX.

PRAESVPPOSITO ſine ueri præiudicio, quòd feudum Corrigiæ non ſit feudum antiquum, ſed nouum tanquam de nouo conceſſum à Federico Romanorum Imperatore Comiti Manfredo acceptanti pro ſe, & fratribus ſuis, & domino Nicolao eius nepote filio ex alio Nicolao olim fratre ipſius domini Manfredi, dubitatur, utrum per mortem domini Ioannis Galeatij filij præfati domini Nicolai nepotis, ut ſupra, pars ſua feudi dicatur reuerſa ad Imperatorem dominum, an uerò iure ſucceſſorio, ſiue, ut quidam dicunt, iure accreſcendi tranſiuerit ad collaterales agnatos, qui à præfato domino Manfredo deſcenderũt. Et ſi præſupponeretur illud eſſe feudum paternum, ſeu antiquum, propterea quòd initium habuiſſet à communi ſtipite dominorum de Corrigia, puta à Giberto primo, aut ab illius filio Gerardo, prout ad hoc probandum ſufficerent fama publica, & aliæ coniecturæ ad tradita per Alexandrum in conſilio 15. in 5. uolumi. & conſequenter dictus Ioannes Galeatius, & Gibertus quartus, & filij domini Borſij, fuiſſent deſcendentes primi acquirentis, profectò nullum extaret dubium, quin ius ſucceſſorium inter eos lo-
1 cum haberet, quoniam hæc eſt regula firma, † quòd in feudo antiquo collaterales inter ſe ſuccedunt in infinitum, ſi ipſi deſcendant ab eodem ſtipite, qui primo feudum acquiſiuit, ut in c. 1. de nat. ſucceſſ. feu. c. 1. §. cum uerò qui feu. dare poſſ. & ibi docto. maximè Moder. in 3. colum. & in 19. colum. & in c. 2. de prohib. feu. alien. per Lotharium in fin. & in c. 1. de gradi. ſucceſſ. in feu. in prin. cum aliis pluribus, quæ poſſent allegari: ſed quoniam ſuper hoc dubitatio nõ uertitur, ulterius non progredior, ſolum enim inſiſtendum eſt in hoc caſu, quo feudum Corrigiæ ſit nouum, ut ſupra, an per mortem præfati domini Ioannis Galeatij feudũ fuerit pro parte ſua reuerſum ad Imperatorem, an uerò ſpectauerit ad collaterales agnatos, qui à domino Manfredo deſcenderunt; & prima fronte uidetur, quòd ius ſucceſſo-
2 rium locum non habuerit, quoniam † regula eſt, quòd collaterales primi acquirentis non ſuccedunt in feudo, & ideò ſi duo fratres acceperint feudum, & alter eorum deceſſerit ſine liberis, alter ei non ſuccedit, ſed pars ſua feudi ad dominum reuertitur, ut in c. 1. de grad. ſucceſſ. in feu. & in c. 1. de duobus fratribus de nouo beneficio inueſti. & ibi doctores communiter: ſimiliter deſcendentes unius alteri regulariter non ſuccedunt d. c. 1. §. cum uerò qui feu. dare poſſ. & ibi Præpoſi. & docto. alij: Illis tamen caſibus, quibus collaterales primi acquirentis poſſent ſuccedere, quod non eſt regulariter, ut ſupra, ſed ſolum in certis caſibus ſpecialibus, ut quando, hoc fuiſſet conuentum, uel quando feudum eſſet emptum, & acquiſitum communi pecunia, uel communibus armis, aut quia contra hoſtem Regis, & domini certauerint, ut in c. 1. de beneficio fratris, & in d. c. 1. §. cũ uerò, tunc ipſi inuicem poſſent ſuccedere, ſeu inter eos haberet locum ius accreſcendi, & ſecundum Baldum, & melius in d. c. 1. §. & quia, ius ſucceſſorium uſque ad ſeptimum gradum tantum, ut in d. c. 1. §. cum uerò, & declarant ſcribentes ibi: ſed feudum Corrigiæ fuit de nouo conceſſum domino Manfredo, & fratribus, & domino Nicolao eius nepoti ex fratre, ergo ſi Ioãnes Galeatius deſcendens domini Nicolai ſine filiis maſculis deceſſit, dominus Gibertus filius domini Manfredi non potuit iure feudi ſuccedere in parte feudi ipſius domini Ioannis Galeatij, ſed illa debuit ad Imperatorem dominum reuerti, quia feudum illud non erat tale, in quo inter collaterales primorum acquirentium ius accreſcẽdi locum haberet, quoniam non fuit emptum, nec acquiſitum de communibus bonis, nec de communibus armis, nec quia contra hoſtem domini certauerint.
3 ¶ Secundo † poſt ius quæſitum non eſt locus iuri accreſcendi, quia portio accreſcit portioni, & non perſonæ, niſi in uſufructu, ut l. 1. §. interdum ff. de uſufructu accreſcendo, glo. in l. ſi mihi, & titio, & ibi doctores communiter ff. de uerborum obligatio. item in contractibus non habet locum ius accreſcendi, authen. ſi quando C. de conſtit. pecu. l. per ſeruum §. ſicut ſeruus ff. de acquiren. rerum dominio, d. l. ſi
4 mihi, ergo in feudo ceſſat, † quod quidem dicitur eſſe quidam contractus, ut præſupponunt Bal. & alij in prælud.
5 feud. in uerſicu. ſed pone &c. ¶ Tertio † hoc probatur in c. 1. in fin. de feu. Marchiæ, & in d. c. 1. §. cum uerò, in c. 1. de gradi. ſucceſſ. in feud. in d. c. 1. de duobus fratr. de nouo feu. inueſtit. & in d. c. 1. de benefic. fratris, ubi in feudo nouo non eſt locus iuri accreſcendi. Quòd autem feudum Corrigiæ ſit feudum nouum, conſtat ex prima inueſtitura facta per Federicum domino Manfredo acceptanti pro ſe, fratribus, & domino Nicolao eius nepote, ex quo non apparet illud fuiſſe prius ab aliquo eorum aſcendente acquiſitum.
6 ¶ Quarto † ſpeciale eſt in donatione facta à principe pluribus, ut portio deficiens etiam poſt ius acquiſitũ cæteris acquiratur, ut in l. 1. C. ſi liberalitatis imperialis ſocius lib. 10. & illa diſpoſitio non eſt trahenda ad materiam feudalem, & quando feudum eſſet conceſſum à principe, tum quia eſt diſpoſitio exorbitans, argumento eorum, quæ habentur in c. quæ à iure communi de regu. iur. in 6. & plenè in l. ſi uerò §. de uiro ff. ſoluto matrim. tum quia in feudis expreſsè contrarium eſt diſpoſitum, ut in d. c. 1. de grad. ſucceſſ. in feu. cũ ſimilib. ſupra allegatis, ergo diſpoſitioni feudali ſtãdum eſt c. 1. de feudi cognitione, tum quia ratio, quæ militat in donatione principis, ceſſat in feudo, quoniam feudum reſpicit ſeruitium domino præſtandum, & non eſt omnino gratuitum, quamuis dicatur beniuola actio gaudium tribuens capienti, ut in c. 1. §. beneficium in quibus cau. feu. amit. & ſecundum Baldum in prælud. feud. ſit gratuita conceſſio, ſeu gratiam quandam continens ad tradita per Innocentium in c. 2. extra de feudis: & quòd d. l. unica locum non habeat in feudis etiam à principe conceſſis, tenent And. Iſer. Aluaro. & Præpoſitus in c. 1. de duobus fratribus, & ibi Martinus

Lau-

Lauden.Iſer.in c.1.de duobus fratribus à capit.inueſtit.Sa-
lice.in l.unica C.quando non peten. partes in 11.q. Iaſon
in d.l.ſi mihi,& in l.re coniuncti de legã.3.Corneus in con-
ſi.196.in 3.colum.in 2.uolumi. Curtius in tractatu feudo-
rum in ſecunda parte ſub rubrica, an in feudis habeat lo-
cum ius accreſcendi, ergo in caſu noſtro quamuis feu-
dum Corrigiæ fuerit ab Imperatore conceſſum, tamen
ex quo nouum eſt, non poteſt dici ius accreſcendi, ſeu
ius ſucceſſorium in eo locum habere.

7 ¶ Præterea† in feudo comitatus Marchiæ, ſeu alterius di-
gnitatis non habet locum ius ſucceſſorium, ut eſt text.in c.
1.in fin.de aliena.feudi,ibi ſucceſſio non eſt,hoc eſt ius ſuc-
ceſſorium locum non habet: & quamuis contrarium dica-
tur uſurpatum,tamen uſurpatio illa non eſt recepta, ſed re
probata,ut in c.1.in prin.de feudo Marchiæ. Rurſus intelli
gendo illum tex.de ſucceſſione propria, ſi in feudo comita
tus non datur ſucceſſio, uidelicet ut filij ſuccedere parenti
bus non poſſint,ut in d.c.1.de feudo Marchiæ,iuncto d.c.1.
in fin.de aliena.feudi,à fortiori non poterit habere locum
ius accreſcendi,ſeu ius ſucceſſorium inter collaterales;præ
8 ſertim poſt ius quæſitum,quia † in feudo nouo magis datur
ſucceſſio,quã ius accreſcendi,ſeu ius ſucceſſoriũ,ut eſt tex.
clarus in d.c.1.§.cum uerò qui feu.dare poſſ.c.1.de gradi.
ſucce.in d.c.1.de duo.fratri.de nouo benefi. inueſti.& ibi d.
9 c.1.de benefi.fratris. Præterea † diſpoſitio d.l.unicæ proce
dit,quandocunque princeps feciſſet donationem ſuo pro-
prio motu,ut colligitur ex tex.ibi,& glo.docto.& Iaſon in d.
l.re coniuncti; Sed motus proprius nõ præſumitur,niſi fue
rit expreſſus c.ſi motu proprio cum ſimil.de preben.in 6.er
go in caſu noſtro non poteſt habere locum diſpoſitio illius
tex.cum feudũ non appareat fuiſſe conceſſum proprio mo
10 tu principis. Adde, † quòd ad hoc, ut diſpoſitio. d. l. unicæ
uendicet ſibi locum, requiritur, quòd alter ex his, quibus
facta fuit donatio Imperialis, deceſſerit ſine hærede, ut in il
lo tex.& ibi hoc tenent glo.& docto.Alex.in conſi.24.in 5.
uolu.Salice.Petrus,& Cyn.in l.1.C.unde uir,& uxor, ſed
comes Ioan. Galeatius deceſſit cum hæredibus tàm ex te-
ſtamento, quàm ab inteſtato,qui potuiſſent ei ſuccedere, ſi
teſtamentum non feciſſet, ergo &c. ¶ Cæterum, his om-
nibus non obſtantibus,contrariam opinionem ueriorem eſ
ſe ex pluribus exiſtimo, primo quia dicta aſſerta noua con-
ceſſio facta à Federico Imperatore de feudo Corrigiæ fa-
cta fuit ex mera liberalitate principis non habito reſpectu
ad aliquod ſeruitium,nam in conceſſione nulla habita fuit
mentio de ſeruitio,ſeu de onere aliquo præſtando; Item
conceſſio illa facta fuit per uerbum donamus,& per alia
uerba meram liberalitatem continentia, ut ibi, ut munificẽ
tiam noſtræ liberalitatis Imperialis ulterius perſentiant, &
ibi, & uberiori proſperitate profuit,quanto idem manſuris
ſuæ uirtutis donaria largiori benignitatis munere fude-
rit &c. & ibi auctoritate noſtra Cæſarea, ſanè quoque prin
cipum, Comitum,Baronum,Procerum,& fidelium noſtro
rum accedente conſilio, de certa noſtra ſcientia,ac Impe-
rialis poteſtatis plenitudine præfatum Manfredum, Anto-
nium, Gibertum,& Nicolaum nepotem ex alio Nicolao,&
eorum legitimos hæredes ſublimauimus,& ereximus nobi-
les comites, & eiſdem fratribus Nicolao, nec non eorum
hæredibus eundem comitatum in feudum nobile ſacri Im-
11 perij conferimus,& donamus &c. † Per quæ uerba dona-
mus,& alia,de quibus ſupra,quæ etiam referenda ſunt ad
conceſſionem feudi iuxta ea,quæ habentur in l.talis ſcriptu
ra in fin.& ibi Bart.ff.de lega.1.in l.ſi ſeruus plurium in fin.
eodem tit.& in c.cum ſpeciali per Abb.& alios extra de ap
pella.conſtat Imperatorem Federicum uſum fuiſſe mera
donatione, & liberalitate in concedendo tale feudum: &
ideò ſequitur,quòd huiuſmodi feudum non eſt cenſendum
feudum ſimpliciter, ſed potius dici debet mera donatio feu
di,& ſecundum naturã donationis eſt regulanda, ut uoluit
Oldra.in ſuo conſi.159.quem ſequitur Alex.in conſi. 24.in
5.uolu.in 4.col.Sozi.in conſi.66.in 3.uolu.in 1.col. Decius
in conſi.32.in 1.uolu.Iaco.Aluero.in c.1.§.donare per illũ
tex.cum glo.qualiter olim feu.alie.pot.& ibi alij,& hoc etiã
uoluit Iaco.Ardizo.in ſua ſumma: Sed in donatione facta à
principe,ſeu in conceſſione facta ex mera liberalitate impe
riali habet locum ius ſucceſſorium, & portio deficientis ſi-
ne hærede accreſcit ſociis,ut in d.l.unica, per quam legem
Bart.in d.l.re coniuncti in 5.col.dixit, quòd in cõtractibus,
& in indiuiduis habet locũ ius accreſcendi,ergo in caſu no-
ſtro dominus Gibertus ad partem do.Ioan.Galeatij per ius
12 accreſcendi admitti potuit. ¶ Secundo † quamuis in con
tractibus locum non habeat ius accreſcendi,ut ſupra, tamẽ
hoc fallit,quando ſumus in indiuiduis ſui naturà, ut conclu
dunt Bart.& magis communiter ſcribentes, quos refert,ſe
quitur, & defendit Alex.in d.l.ſi mihi, & Titio in 2.col. per
tex.in l.propriũ ff.communia prædio.& Bart.in d.l.re coniun
cti in d.6.q.& tunc non dicitur eſſe propriè ius accreſcen-
di,ſed potius non decreſcendi, quod ius dicitur acquiri ex
prouidentia,& in contractibus etiam habet locum,ut uolũt
Paul.de Caſt.et alij poſt Bar.in l. ſtipulatio iſta §.cum qui ff.
de uerbo.obliga.et benè facit tex.in l.1.§.communis ſeruus
duorũ ff.de ſtipula.ſeruo.Salice.et alij in l.unica in 10.q.C.
13 quando non peten.partes,et † quòd in feudis indiuiduis
habeat locum ius ſucceſſorium,ſiue ius accreſcendi,uel me
lius loquendo ius non decreſcendi,tenet Ioan.Andr.in ad-
dit.ad Speculum in tit.de feudis in rub.glo.cõmuniter ap-
probata in d.c.1.de duobus fratribus de nouo benefi. inue-
ſtit.quam ibi ſequũtur Bal.Iſer.Præpo.et alij feudiſtæ, Bal.
in l.unica in ulti.col.C.quando non peten.partes,Alexã.in
14 d.l.ſi mihi, et titio, qui alios allegat in 2.col.ſed † feudum
comitatus,uel alterius dignitatis, quale eſt feudum Corri-
giæ,dicitur eſſe de iure indiuiduum eſſentialiter,ut in c.1.§.
præterea de prohib.feud.alien.per Feder.cum ibi not.per
docto.quamuis quoad exercitium,et de facto poſſit diuidi,
ad tradita per canoniſtas,Anto.Abb.et alios in c. pruden-
tiam de offi.deleg.et ibi Imol.et Alex.in conſi.25.in 5.uol.
poſt Bar.in l.inter tutores ff.de adimi.tuto.ergo &c.

¶ Tertio iſtud feudum eſt indiuiduum, quia eſt feudum co
mitatus,item prouenit à donatione,et mera principis libe-
ralitate,ut ſupra,ergo in eo debet habere locum ius ſucceſ
15 ſorium inter collaterales primi acquirentis,† quoniã ſi quã
do conceſſio eſt ex mera principis liberalitate,habet locum
d.l.unica, uel quando ſumus in feudis, ut per Ioan. Andr.
in addi.ad Spec.in rub.de feudis,uel quando ſumus in indi-
uiduis,ut dictum fuit, ergo à fortiori hoc dicendũ eſt,quan
do omnia iſta uincula ſimul concurrunt,ut quia ſit feudum
à principe conceſſum, item ex mera liberalitate,necnon ſit
feudum indiuiduũ argumento c.1.de tregua,et pace,& au-
16 then.itaq; C.communia de ſucceſſio. ¶ Quarto † quan-
do feudum Imperiale eſt ſui natura indiuiduum, et pro-
uenit ex donatione principis,nõ dicitur accreſcere ex pro-
uiſione hominis,ſed ex prouidentia legis, quæ ita prouidet
in caſu iſto,ut in d.l.unica C.ſi liberali.Imperia.ergo accre-
ſcet ſociis,etiam ſi non ſint hæredes, quia iure proprio, &
non iure hæreditario dicitur accreſcere ex priuilegio lar-
17 gitatis Imperialis,† quæ fauorabilis eſt, & extẽdenda,argu
mento l. fin.ff.de conſtitutio.princi.c.cum dilecti extra de
donatio.Cyn.in d.l.unica C.quando non peten. par. in fin.
uerbis,argumento l.ſed ſi plures §.in arrogato ff.de uulga.
& pupilla.ergo licet dominus Gibertus non fuerit hæres
dicti domini Ioan.Galeatij, tamen ex prouidentia legis il-
lius portio fuit acquiſita ipſi domino Giberto per ius
ſucceſſorium, ſeu non decreſcendi.

¶ Et

18 ¶Et hanc opinionem, † quòd in feudo imperiali, ſiue ſit diuiduum, ſiue indiuiduum, locus ſit iuri accreſcendi, ſiue iuri ſucceſſorio etiam poſt ius acquiſitum, per textum in d. l.unica C.quan.non pet.par.indiſtinctè uolunt doct.cõiter, Ioã.And.in addi.in d.rub.de feu.& Bald.in d.l.unica,& in l. unica §.in primo C.de cad.tol.in d.c.1. ibiq; Iac. Aluar.de duob.fratrib.de nouo beneficio inueſt.& in c.1.de duob.fratribus a capita.inueſtit.Raphael,Pau.de Caſt.& ibi Alexan. qui latè hoc examinat, & defendit in d.l.ſi mihi, & Titio, Alexan.in conſi.2.in 5.uolumine, quod habetur etiam nume. 30.in 1.lib.Cyn.in d.l.unica C.quando non peten. partes,Barto.in d l.unica C.ſi liberali.imperialis, & ibi Baldus, Angelus in d.l.unica C. quando non peten.partes, Anton. in c.1. de feud. in gloſ.in uer. conſortem, Romanus, et Corneus in d.l.unica C.quando non peten.pat. Andr. Barba.in c.1.extra de feudis in 5.colum. Franci.Aret.in conſi. penulti.Iaſon in conſi.136.& conſi.117.in 4.libro, Paulus de Caſtro in conſil.156.cum ſequen. ſecundum numerum antiquum,Sozin.in d.conſi.56.in 3.uolumi. qui infinitos allegat, & dicit hanc eſſe communem opinionem, idemque dicit Alexan.in d.conſi.24.in 5.uolumi.in 3.colu. Floria.in l.1.§.interdum ff.de uſufruc.accreſcen. & in l.proprium ff. communia prædiorum: itaque ſecundum hanc opinionem omnino iudicandum eſt, argumento eorum, quæ uolunt Ioan.Andr.& alii in c.1.circa fin. extra de conſtit. ¶ Vltimò
19 prædicta ſic corroboratur,† quando in materia feudali nõ reperitur aliquod expreſsè deciſum, tunc ſeruandũ eſt ius cõe c.1.de feudi cogn.gl.in c.1.de gradi.ſucceſ.in feu.Bal. in l.2.C.de ſuis,& legit.& in l.cũ oportet in prin. C.de bonis, quæ liberis: ſed quũ feudum fuit conceſſum à principe, maximè ex mera liberalitate, & donatione, non reperitur deciſum per iura feudalia, utrum ius accreſcendi in feudo nouo locum habeat, ergo in hoc ſtandum erit diſpoſitioni iuris communis diſponentis,quòd in donatione facta à principe locum habeat, ut eſt tex.in d.l.unica C.ſi liber.imper.
20 ſocius.¶Nec † aduerſantur iura feudalia uolentia,quòd in feudo nouo nõ procedat ius accreſcẽdi, ut in d.c.1.de duo. fra. de nouo beneficio inueſtit.& in c.1.de gradi. ſucceſs.in feu.cum ſimilib.ſupra allega.quia non loquuntur in feudo imperiali,& indiuiduo,de quo nos loquimur, uel ſaltem nõ loquuntur de feudo imperiali conceſſo titulo donationis, de quo iudicatur, non ut de feudo, ſed ut de donatione, ut iam dictum fuit, poſt Oldradum,& alios, ergo in illo ius ſucceſſorium, aut ius accreſcendi locum habere potuit.

¶Non obſtant ea, quæ ſupra primo loco ex aduerſo fuerũt adducta, & in primis illa iura feudalia, quæ uidentur non admittere ius accreſcendi in feudis, ut in d.c.1.§.cum uerò qui feu.dare poſſ.& in d.c.1.de duobus fratribus de no-
21 uo beneficio inueſtit. cum ſimilibus: quoniam † hæc iura loquuntur in feudo nouo conceſſo ab alio, quàm à principe, ſecus in conceſſo à principe: ſecundo & ſi in feudo nouo conceſſo à principe idem dici poſſet, quod in alio feudo nouo conceſſo ab inferiore, ut quidã tenuerunt, de quibus ſupra, (quod expreſsè negatur) tamen in feudo nouo conceſſo ex donatione, & ex liberalitate principis ſecus eſt dicendum per textum in d.l.unica C. ſi imperialis liberalitas ſocius per ea, quæ dicta ſunt. Tertio dico, quòd ſi in feudo indiuiduo habet locum ius accreſcendi, ſeu ius non decre-
22 ſcendi,ut dictum eſt; † quanto magis ergo, ſi feudum nouum ſit à principe conceſſum,& ſit indiuiduum, quia ſonet in nomen dignitatis,ac etiam fuerit conceſſum ex cauſa donationis? nam abſque dubio in illo poterit eſſe locus iuri accreſcendi per textum in d.l.unica C.ſi libera.imperiã.iuncta glo.communiter approbata in d.c.1. de duobus fratrib. de nouo beneficio inueſtitis,& iunctis ijs, quæ ſupra ſunt cõſiderata.Et in hoc caſu,hiſque omnibus concurrentibus nõ loquuntur iura prohibentia ius accreſcendi in feudo nouo: Nec in caſibus iſtis ſimul connexis loquuntur doctores dicentes d.l.unica in feudo conceſſo à principe locum non habere, ut infra etiam dicetur. Non obſtat, quòd dicta lex unica ad feuda conceſſa à principe trahi non poteſt, quia
23 eſt exorbitans, nam reſpondetur † quòd ex identitate, immò ex ſimilitudine rationis in exorbitãtibus poteſt fieri extenſio de caſu ad caſum, ut eſt textus clarus, ibique Abb.& communiter canoniſtæ in c.cum dilecta de confirma. utili, uel inutili, l.filium habeo ff.ad Macedo.Alexan.in l.1.§.hoc autem in ultimis uerbis ff.ad trebellia.& ibi Sozin. in §.in filiis in 4.colum.& in rubr.ff.ſolu.matrimo.in 2.colum. Alexan.in l.1.in prin.in 4.colum.ff.de uerborum obliga. Imol. in l.ſi uerò §.de uiro ff.ſoluto matrimo.ſed eadem ratio, de qua in d.l.unica, militat in caſu noſtro, quia feudum proceſſit ex donatione Imperatoris, immò maior, quia feudum eſt indiuiduum, quod de per ſe facit eſſe locum iuri accreſcendi, ut ſupra, ergo idem dicendum eſt in caſu iſto, quod habetur in d.l.unica, ut etiam poſt ius acquiſitum poſſit ha-
24 bere locum ius accreſcendi: † & quamuis regulariter poſt ius acquiſitum non deberet locum habere, tamen quando ius accreſceret non portioni, ſed potius perſonæ, tunc non conſideratur portio deficiens,& an ius fuerit iam acquiſitũ in portione deficienti, ſed ſolum cõſideratur perſona, ut patet in uſufructu, qui etiam poſt ius acquiſitum accreſcit non portioni, ſed perſonæ, ut in l.1.§.interdum ff.de uſufruc.accreſcen.iuncta l.1.ff.de ſeruitut.& habetur in d.l.ſi mihi, & Titio cum ſimilibus: Sed in feudis his caſibus, quibus portio deficiens accreſcit, non portioni, ſed potius perſonæ dicitur accreſcere, ſicut in uſufructu, quoniam feudum cenſetur quidam uſusfructus, ut eſt textus in c.1.§. beneficium, in quibus cau.feu.amitta. ergo non eſt curandum, utrũ portio deficiens fuerit ſemel acquiſita, necne:& in feudo hanc rationem conſiderant, ſi rectè inſpiciantur, docto.in c.1.§. & quia,& ibi Bal.qui feu.dare poſſ.& præcipuè Bar. in conſil.68.ex themate prædicto, & hæc etiam poteſt eſſe ratio, quare in terminis d.l.unicæ portio iam acquiſita accreſcit, quoniam ibi perſonæ,& nõ portioni accreſcit, ut ex illo tex.
25 colligitur. ¶Præterea† quamuis poſt ius quæſitum non ſit locus iuri accreſcendi, tamen poteſt eſſe locus iuri non decreſcendi ex aliqua ratione, ut fatentur ſcribentes in d.§.& quia,& ratio una poteſt eſſe liberalitas principis, quæ eſt fauorabilis,& extendenda, ut in l.fina.ff.de conſtit.princip.ut dicit Cyn.in d.l.unica in fin.uer.C. quando non peten.partes: Alia eſſe poteſt ratio, quoniam ſumus in indiuiduis, in quibus poſt ius quæſitum portio deficiens non decreſcit,& ideo alteri acquiritur non per ius accreſcendi, ſed per ius non decreſcendi, ut dicunt ſcribentes, & refert Alexan. in d.l.ſi mihi,& Titio ff. de uerborum obligatio. Præterea dicit Florianus de ſancto Petro in l. proprium ff. communia prædio. quòd in feudis ius accreſcendi poteſt habere locum etiam poſt ius quæſitum, ſed in caſu noſtro adeſt liberalitas principis, quia feudum fuit conceſſum ex titulo donationis, item eſt indiuiduum, nil mirum ergo, ſi etiam poſt ius quæſitum potuit actualiter acquiri per ius non decreſcẽdi, ſeu per ius ſucceſſorium. ¶Non obſtat, quòd diſpoſitio d.l.unicæ regulariter non poteſt habere locum etiam in feudo principali, quoniam illa procedit, quãdo proprio motu principis donatio facta fuit, & ipſe liberalitate uſus eſt, ſed motus proprius nũquã præſumi põt, niſi de eo expreſsè appareat, ut in c.ſi motu proprio de præben.in 6.& in caſu noſtro quando feudum Corrigiæ fuit à Federico conceſſum, non apparet expreſsè, quod fuerit ſuo motu proprio cõceſſum, ergo &c. Quia licet hæc obiectio aliqualiter ſtringat ad demonſtrandũ, quòd d.l.unica locũ non habeat in feudo conceſſo à principe cum titulo donationis, quãuis aliter fuerit

rit demõſtratũ ius accreſcendi, ſeu non decreſcẽdi potuiſſe
locũ habere, tamen ſubſtinendo etiam, quòd diſpoſitio d. l.
unicæ poſſit ad caſum noſtrum adduci, conſidero, quòd nõ
apparet expeſsè in caſu noſtro feudũ Corrigiæ conceſſum
fuiſſe ad ſupplicationem dd. de Corrigia, prout ad illorum
ſupplicationẽ alia feuda eis conceſſa fuerunt, & ideò ſicut
Imperator Federicus dixit, & narrauit alia feuda conceſ-
ſiſſe ad illorum petitionem, ita ſimiliter dixiſſet de feudo
Corrigiæ; quod cum non dixerit, immò contrarium, quòd
ex ſua liberalitate conceſſit, infertur, quòd nõ ad petitionẽ,
ſed ex ſuo motu proprio, quia ſi ad petitionem illorum idẽ
feciſſet, profectò dixiſſet, argumento c. ad audientiam de
decimis l. unica §. ſin autem ad deficientis C. de caducis tol.
cum ſimil l. ſi ſeruum §. non dixit Prætor ff. de acquiren. hæ
redi. & ex uerbis narratiuis prncipis reſcribentis ſumitur ar
gumentum, clemen. 1. cum ibi not. de probationibus, & in
clemen. non poteſt de procuratoribus, & de hoc in caſu no
ſtro non ſumus in dubio, quia ex pluribus coniecturis, & ex
uerbis priucipis concedentis poteſt colligi motus proprius
principis, quoniam quæ ex coniecturis inferũtur, & colligũ
tur, euidenter, & expreſsè dicuntur conſtare l. licet Impera
tor ff. de legat. 1. l. nomen §. uerbum ex legibus ff. de uerbo.
27 ſignifi. Præterea † licet motus proprius principis non fue-
rit uerbis ſpecialibus, ſeu indiuiduis in caſu noſtro expreſ-
ſus, tamen uerbis generalibus, ſeu ſpecialibus dici poteſt
expreſſus, quod ſatis eſt ad hoc, ut quid dicatur expreſsũ, &
effectus caſus expreſſi operetur, ut colligitur ex iis, quæ di-
cuntur de uulg. ſeu pupil. expreſſa in compendioſa, quæ li-
cet non dicatur uerbis indiuiduis, & particularibus expreſ-
ſa, tamen dicitur expreſſa uerbis generalibus per Bar. in l. 1.
& in l. centurio, & ibi docto. omnes ff. de uulga. & pupilla.
& cõſtat etiam ex iis, quæ habentur maximè per dominum
Franciſcum de Aretio in c. 1. de reſcriptis, & per Bart. in l.
ſi quis in principio in prin. ff. de lega. 3. & in l. fin. ubi Alex.
in apoſt. ad Bar. C. ſi contra ius, uel util. pub. per Paul. de
Caſt. in conſi. 281. in primo lib. incipien. in facto præſenti,
ubi ad derogandum legi, ſeu ad tollendum teſtamentum,
quod habet clauſulam derogatoriã ad ſequẽtia, ſufficit ſpe-
cialis derogatio facta per uerba generalia, quamuis indiui-
dua, & ſingularis mentio non interueniat, quoniam talis de
rogatio cenſetur ſpecialis, & expreſſa, ergo motus proprius
dicetur expreſſus, ſi non uerbis ſingularibus, & ſpecialibus,
28 ſaltem uerbis generalib. Adde, † quòd tunc fortè requiri-
tur expreſſa, & ſingularis clauſula motus proprij, alioquin
conceſſio facta ex importunitate petentis cenſeretur, quan
do ſumus in literis gratioſis ad beneficia, quæ dicuntur rigo
roſæ, & odioſæ, & in quibus fit ſtricta interpretatio taliter,
quòd omiſſum habetur pro omiſſo l. quicquid aſtringen-
dæ ff. de uerbo. obli. ſecus in literis merè gratioſis, & ex libe-
ralitate principis conceſſis, ut quando ipſe donaret, ſeu ex
liberalitate ſua feudum concederet, ut factum fuit in caſu,
de quo agitur, quia tunc ſatis eſſet, quòd motus proprius ex
coniecturis, & ex uerbis generalibus colligeretur, quamuis
non ex indiuiduis, & ſingularibus, ut in d. l. unica, iunctis not.
per Bar. in authen. quas actiones C. de ſacroſan. eccle. in 2.
col. ex cuius uerbis colligitur, quòd ex illis uerbis ex libe-
ralitate noſtra, ac auctoritate noſtra, uel ex aliis ſimilibus
motus proprius principis colligitur: Et ratio diuerſitatis eſ-
29 ſe poteſt, quoniam † literæ gratioſæ ad beneficia ſunt ambi
tioſæ, & ideò odioſæ, & ſtrictè intelligẽdæ, ut in c. quamuis
de præben. in 6. cum ibi not. & conſequenter quicquid in il-
lis fuit omiſſum, & non expreſſum uerbis ſingularibus, cen-
ſetur omiſſum, argumento d. l. quicquid aſtringendæ, & in
30 d. c. quamuis cum ſimil. Sed † liberalitas, & donatio, ſeu be-
neficium principis eſt latiſsimè interpretandum, ut ſub uer
bis comprehendatur id, quod aliàs uerbis exprimendum eſ

ſet l. fin. ff. de conſtit. principum, d. l. unica, c. cũ dilecti extra
de donationibus, ubi caſus; & hæc reſponſio infertur ex iis,
quæ habentur per dominos de Rota in deciſio. 332. in no-
uiſ. incipien. licet Romana in uerſi. poteſt etiam aliter reſpõ
deri &c. ubi dicunt, quòd dictum in d. c. ſi motu eſt ius no-
uum, & rigoroſum, ut ibi not. in fin. ult. glo. & ideò non reci
pit extenſionem: hæc ſunt uerba illius deciſionis. Præterea
31 † ideò requiritur motus proprius in literis ad beneficia, ut
appareat apertè, & euidenter de mente principis ſic uolen
tis concedere, ut habetur in d. c. ſi motu proprio, nam clauſu
la motus proprij non tollit defectũ intentionis, ut ibi not. er
go ſi ſimus in materia, in qua fieri ſolet lata interpretatio,
ut in ultimis uoluntatibus, uel in beneficiis, d. c. cum dilecti,
ſatis erit motum proprium ex mente euidenti ipſius prin-
cipis demonſtrare, quæ mens colligitur ex uerbis, & diſpo-
ſitis, & aliis coniecturis, quæ colligi poſſunt ex aliis prouiſis
in eadem diſpoſitione, argumento d. l. licet Imperator cum
ſimili. ſupra allega. & habetur per dominos de Rota in di-
cta deciſione 332. in uerſi. immò ſecundum Ioan. de Ligna
no &c. ¶ Sed ultra prædicta in caſu noſtro poteſt colligi
euidens mens principis, quòd motu ſuo illud fecerit, & deli
beratè conceſſerit, nam ſæpius repetendo liberalitatẽ ſuam
dicit ſe conceſſiſſe, ut ibi ex Imperiali liberalitate, & ibi do-
namus, & ibi donaria largiori benignitatis munere, & ibi au
ctoritate noſtra Cæſarea, & ibi ac Imperialis poteſtatis ple
nitudine &c. quæ uerba ſæpius repetita claram principis
mentem arguunt, quòd hoc multum deliberatè, & proprio
32 motu fecerit, † nam uerba tàm prægnantia, & ſæpius repe-
tita, & geminata proprium animum, motumque principis
oſtendunt, argumento tex. cum ibi not. per Felin. in c. 1. de
treg. & pace, c. ſi quando cum ibi not. de reſcriptis, & cap. ſi
quando de offic. delega. & faciunt ea, quæ habẽtur in pro-
poſito per Sozi. in d. conſi. 66. in 8. col. ubi motus proprius
in conceſſione feudi colligitur ex aliis uerbis prægnantibus,
quamuis non ſit expreſſa clauſula motus proprij, & habetur
33 per Rotam in d. deciſione. Præterea † ſicut ſecunda iuſſio
principis habet uim motus proprij, quia tunc de eius uolũ
tate deliberata cõſtat, ut uoluit Bal. in l. nec damnoſa C. de
precibus Imperato. offeren. cum aliis, quæ ibi allegat Alex.
in apoſtillis, ita ex uerbis pinguibus, & geminatis, qualia sũt
ſupra dicta, clara mẽs colligetur, quòd princeps hoc ex ſua
auctoritate, & liberalitate, & ſic ex ſuo motu fecerit.
¶ Nec aduerſatur prædictis id, quod dictum fuit ſupra, diſpo
ſitionem d. l. unicæ uẽdicare ſibi locum, quãdo unus ex iis,
quibus donatum à principe fuiſſet, deceſſiſſet ſine hærede,
ut in illo tex. ibi nullo hærede relicto deceſſerit, ad conſor
tem potius ſolatium, quam ad perſonam aliam pars dece-
dentis deueniat, quod ſequuntur glo. ibi, & Salice. Petr. &
Cyn. in l. 1. C. unde uir, & uxor, & Alex. in d. conſi. 24. in 5.
uolu. ſed dominus Ioan. Galeatius deceſſit cum hærede, er-
go &c. Quia reſpõdetur, quòd præſupponendo illum tex.
34 poſſe locum habere etiam in feudo donato à principe, † in
materia feudali ſine hærede quis dicitur decedere, quando
decedit ſine filiis maſculis argumento c. 1. §. ſed diuerſum
de aliena. feu. cum ſimi. & ita in indiuiduo intelligit Bar. tex.
illum d. l. unicæ in feudo Imperiali, & eſt de mente Alex. in
dicto cõſi. 24. unde quamuis dominus Ioan. Galeatius cum
ſuis ſucceſſoribus hæredibus deceſſerit, tamen quoad ſuam
partem feudi non dicitur cum hærede, ſed ſine hærede de-
ceſſiſſe, tum quia deceſſit ſine liberis maſculis, ut ſupra, tum
quia ſorores ſunt collaterales, ergo non ſunt admittendæ,
ac etiam quia fœminæ in feudo ſuccedere non poſſunt, ut
in c. 1. de feudi ſucceſs. cum ſimilib. & ideò pars feudi ipſius
potius ad conſortem, & ad eius filios, & deſcendentes ma-
ſculos, quàm ad aliam perſonam ſpectare debet: & licet
quàm plures doctores contrarium ſequuti fuerint, quòd in
feudo

feudo nouo imperiali ius accreſcendi locum non habeat, & conſequenter textus in d.l. unica non habeat locum in feudis, tamen, ut ſupra retuli, docto. magis communiter contrarium uoluerunt. Præterea † in caſu, de quo agitur,
35 etiam hi docto. qui ſequuti ſunt in feudis imperialibus non eſſe locum iuri accreſcẽdi, expreſsè uidentur ſentire, quòd ſit iuri accreſcendi locus, quoniam loquuntur in feudo nouo ſimpliciter conceſſo, & nõ in feudo de nouo dato à principe ex cauſa donationis, in quo militat eadem ratio, de qua habetur in d.l. unica, item ipſi non loquuntur in feudo dignitatis, & ſic in feudo indiuiduo, ſed in feudo ſimplici: dicũt enim, quòd inter feudum datum à principe, & donationem ab eo factam eſt diuerſa ratio, quia feudum non eſt omnino gratuitum per Salicetum in d.l. unica in 11.q.C. quando nõ peten. partes, ergo ſentiunt contrarium eſſe in illo feudo, quod eſſet omnino gratuitum, ut quia ultra quòd eſſet feudum, & ſic gratuitum, nam feudum dicitur gratia per Baldum in prælud. feudo. & per Alexandrum in d.l. ſi mihi, & Titio in 3. colum. illud fuiſſet etiam donatum, & ex liberalitate principis conceſſum, & ſic eſſet omnino gratuitũ: itẽ contrarium ſentire uidentur in feudo dignitatis, ut eſt feudum Comitatus, quoniam cum illud ſui natura, & eſſentialiter ſit indiuiduum, ut in d.c.1.§. præterea ducatus, & in illo habeat locum ius accreſcẽdi per gloſ. in d.c.1. de duobus fratribus de nouo beneficio inueſtit. quam doctores cõmuniter, immò omnes tenent etiam illi, qui contrariam opinionem ſequuti ſunt, ſequitur, quòd uerum erit dicere etiã ex eorum mente, quòd quando feudum Comitatus, quod eſt indiuiduũ, nouiter fuit à principe conceſſum, in eo poſſit eſſe locus iuri accreſcendi, & tanto magis, quando illud fuiſſet donatum, & ex liberalitate principis conceſſum per prædicta. ¶ Aliud eſt dubium, utrum dominus Gibertus tranſigendo cum filijs olim domini Borſij ſuper parte feudi domini Ioannis Galeatij, qui ſine liberis maſculis deceſſit, præiudicauerit filiis ſuis, & hæredibus, an uerò duntaxat ſibi, & non ſuis deſcendentibus; & quamuis propter uerba tranſactionis, quæ habent tractum de futuro, & comprehendere uidentur etiam iura competitura, & nõ ſolum uidentur eſſe in rem, ſed etiam in perſonam; item quia facta fuit tranſactio pro ſe, & hæredibus ſuis, & pro pace, & quiete ſuorum deſcendentium, uideatur dicendum, quòd tranſactio effectum habere debeat etiam poſt mortem ipſius domini Giberti tranſigentis, & nocere poſſit eius filijs, & hæredibus per ea, quæ uoluit Bal. in l. qui ſe patris in antepenultima columna C. unde liberi, & clarius per ea, quæ poſuit Alexan. in conſi. 13. in 5. uolumi. ex cuius uerbis caſus noſter decidi uidetur, ac etiam ex quo facta fuit tranſactio pro ſe, & hæredibus, ea debet intelligi de his hæredibus, qui ſuccedere poſſunt in feudo, de quo fuit tranſactum ratione ſubiectæ materiæ, argumento l. inſulam ff. de præſcrip. uer. l. ſi ſtipulatus ff. de uſur. tamen rectius conſiderando, contrarium concludendum eſſe arbitror ex infra dicendis, &
36 primo † quia ſequendo id, quod aliàs in hacmet cauſa diebus elapſis conſului, & expoſtfacto confirmaui, quòd feudum dominorum de Corrigia fuerit antiquum, uel ſaltem ex prouidentia, non autem hæreditarium, infertur, quòd factum patris, & illius renunciatio facta in tranſactione, accedente etiam conſenſu imperiali, præiudicare non potuit filijs, & deſcendentibus ipſius renunciantis, quoniam quando uaſallus conſentit, & renunciat, ac etiam promittit non contrauenire, ſi non promittit pro filijs, & hæredibus, tunc filiis non præiudicat, ex quo pro filiis non promiſit, quamuis ipſi ſint hæredes, ut uoluit Bal. in d.l. qui ſe patris in antepenultima column. C. unde liberi, & conſenſus domini, qui in huiuſmodi renunciatione etiam interueniſſet, non nocet filiis, quibus feudum ex prouidentia debetur, ut in c. 1. de ſucceſs. feu. paterni c.1.§. Titius filius cum ibi not. ſi de feudo fuerit contentio inter dominum, & agnatos, & in c. 1.§. ſed & res per quos fiat inueſtit. cum ibi not. & habetur plenè per Baldum, & doctores in c.1. de aliena. feu. paterni: ſed in hac tranſactione dominus Gibertus nõ promiſit pro filijs, ſed ſimpliciter pro hæredibus, & ipſi filij domini Giberti ſunt, uel eſſe debent hæredes cum beneficio inuentarij, ergo tranſactio facta ipſis nocere non debet, ut uoluit Nicolaus de Mattarellis in l.1. C. de dona. & ſequitur Bal. in d. l. qui ſe patris in antenultima columna cum alijs pluribus in
37 alio ſuperiori conſilio deductis. ¶ Secundo † tranſactio, ſeu renunciatio facta etiam de conſenſu domini ſuper feudo non nocet filiis, & deſcendẽtibus, quibus feudum ex prouidentia debetur, & ad quod ipſi ut liberi ſunt uocati d.c.1. §. Titius, d.c.1. de ſucceſs. feu. pater. & ibi feudiſtæ communiter, glo. & docto. in c.1. conſtitutio feud. do. Lotha. & hæc eſt communis opinio ſecundum Alexandrum in l. apud Iulianum §. ſi quis ff. de lega. 1. Baldus in c.1.§. hoc quoque de ſucceſs. feud. Iaſon in conſil. 56. in 3. lib. ſed feudum, ſuper quo fuit tranſactum, debetur deſcendentibus non ut hæredibus, ſed ut liberis ſimpliciter, propterea quia conceſſum fuit pro legitimis hæredibus, quorum appellatione in materia feudali liberi, & deſcendentes continentur, etiam ſi non ſint hæredes, ut aliàs dixi in alijs conſiliis, ergo &c. Præterea
38 † etiam ſi feudum ſit hæreditarium, dummodo ſit antiquũ acquiſitum à progenitoribus, prout eſt illud, de quo agitur, ceſſio, ſeu tranſactio paterna facta ſuper illo nocet filiis, & deſcendentibus etiam hæredibus, qui etiam in uita patris poſſunt feudum reuocare, ſi tamen relaxent, & abſtineant ſe à bonis patrimonialibus, & allodialibus paternis, ut in d. §. Titius, & hoc eſt de mente Bald. in conſil. 215. in 2. lib. & clarius firmat Iaſon in d. conſi. 56. in 6. colu. in 3. lib. in uerſi. quinto, & fortius, qui optimè reſpondet ijs, quæ in contrarium facere uidentur, quoniam aut loquuntur de feudo nouo, aut procedunt in feudo ſimpliciter paterno: nam
39 † feudum antiquum deſcendentes dicuntur habere non à patre ſuo, ſed à genere, & ſic à progenitoribus, qui illud acquiſiuerunt, ut fuit de mente Pauli de Caſt. in conſi. 180. in 1. libro in 3. colum. in uerſicu. & quia filij &c. Ergo pater in tali feudo antiquo non poteſt filijs ſuis etiam hæredibus præiudicare, ut ibi per dominum Iaſonem, † pater
40 enim non poteſt fraudare filios ſuos hæredes beneficio legis, l.1. & 2. C. ſi quid in frau. patroni, & dicit glo. in d.c.1.
41 §. hoc quoque, † quòd filij hæredes patris poſſunt uenire contra factum patris in feudo antiquo, quamuis non in nouo, nec in paterno, & ad hoc facit id, quod uoluit Bartolus in l.2. circa finem C. de inofficio. teſtamen. quòd filius poteſt uenire contra factum patris in eo, quod non habet immediatè à perſona patris, & hoc maximè procedit, quando filij non haberent beneficium inuentarij, ut ſupra dictum fuit, & latius in primo conſi. & per Iaſonem in d. conſi. 66. ¶ Rurſus & tertio prædictam concluſionẽ ſatis ſolido fun-
42 damento corroboro, † nam notiſſimi iuris eſt, quòd pater in feudo, quod ad eum ex prouidentia, & legis prouiſione peruenit, non poteſt filiis ſuis etiam hæredibus cum beneficio inuentarij præiudicare, niſi eatenus, quatenus ſe uires hæreditariæ extendunt, ut uolunt docto. communiter poſt Bal. in d.l. qui ſe patris, & habetur per feudiſtas in c.1. qui ſucceſ. teneantur, in c.1. de aliena. feu. pater. in cap. 1. an agna. uel filius, & per Alex. in l. apud Iulianum §. ſi quis ff. de leg. 1. & ibi Pau. de Caſt. cum infinitis, quæ allegat Iaſon in d. conſi. & aliis per me allegatis in priori cõſi. & in hoc doct. utriuſque facultatis concordes eſſe uidentur ad tradita per canoniſtas in c.1. extra de feudis: ſed portio feudi Corrigiæ domini Ioannis Galeatij, qui ſine filiis deceſſit, fuit acquiſita domino Giberto non ex natura inueſtituræ, nec tanquam

quam feudum hæreditarium ex prouiſiõe hominis, hoc eſt
do.Nicolai primi acquirentis,quoniam cum illud ſit feudũ
nouum,ut præſupponitur per aduerſarios,ex natura ipſius
feudi portio deficiens debuiſſet ad dominum reuerti, non
autem acquiri deſcendentibus domini Manfredi, qui fuit
unus ex primis acquiſitoribus,ut in d.c. 1.de duobus fratri.
de nouo beneficio inueſtit.c. 1.de gradi.ſucce. & in c. 1. §.
tum uerò qui feudum dare poſſunt cum ſimil.unde ſi illi
fuit acquiſita,dicitur acquiſita ex legis,ſeu principali proui
dentia,uidelicet per ius accreſcendi,ſeu per ius ſucceſſoriũ
ex diſpoſitione d.l.unicæ C.ſi imperialis liberali.ſoc. propte
rea quia feudum fuit ab Imperatore conceſſum, & ex titu
lo donationis: Item quia eſt feudum indiuiduum, ut ſupra
concluſum fuit in primo articulo,argumento eorum, quæ
uoluit glo.quam doct.communiter ſequuntur in d.c. 1.de
43 duobus fratrib.de nouo beneficio inueſtit. † & id, quod ue
nit per ius ſucceſſoriũ, aut per ius accreſcendi, non dicitur
acquiri ex prouiſione hominis,ſeu acquirentis, ſed imme-
diatè ſolum ex prouiſione legis,quando pars iam tranſitum
ad alium fecerat, prout in caſu noſtro contingit l. ſi in te-
ſtamento,ubi caſus, & ibi Alex.ff.de lib. & poſthu. & facit
tex.in l.qui liberis §.hæc uerba,& l. ſed ſi plures.§. in arro-
44 gato ff.eodem tit.ergò &c.¶Quarto † induco tex.in l.ſi ar
rogator §. cæterum ff.de adop.ibi quia hoc nõ iudicio eius
ad eum peruenit,ſed principali prouidentia,ubi pater arro
gator poteſt in quarta,quæ debetur filio arrogato,ſubſtitue
re pupillariter,ſed non per fideicommiſſum grauare, quod
eſt onus,quia illa quarta nõ debetur filio iudicio patris,ſed
legis prouidentia,ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro,
ut dominus Gibertus pater non potuerit filiis ſuis etiam hæ
redibus præiudicare,renuntiando,aut tranſigendo, ſeu ali-
ter eos grauando in portione feudi dicti domini Ioan. Ga-
leatij,quoniam illa portio ad eum peruenit,&ſucceſſiuè ad
eius filios peruenire debuit, non ex iudicio, & diſpoſitione
hominis,& inueſtituræ,ſed immediatè ex legis, & principis
prouidentia per prædicta, & dicit Paul.de Caſt.in d.conſi.
180.in 1.lib.incip.in cauſa,qua magnificus &c.in 3.col. ibi
45 uel melius dici poteſt &c. † quòd quando ſumus in feudo
antiquo,quod à genere,& à progenitoribus dicitur proue-
nire,& non à patre, tunc pater non poteſt in illo præiudica
re filiis etiam hæredibus,niſi quando uni ex filiis relinque-
ret,uel aliter ad ſui fauorem diſponeret,quia tunc cæteris fi
liis præiudicare poteſt; Sed quando illud feudum pater
alij,quam uni ex liberis ſuis renũciaret, aut aliter alienaret,
tunc non poteſt filiis ſuis in tali feudo antiquo præiudicare,
ut etiam colligitur ex not. per glo.in c. 1.in titu. Imperator
Lotha.Eugenio Papæ in uſu feud.ex quibus infertur,quòd
donec uixit dominus Gibertus,quamuis fortè potuerit dici
tranſactionem tenuiſſe ad eius præiudicium,tamẽ poſt mor
tem ipſius ſaltem reuocari potuit per eius filios, quibus non
potuit præiudicium irreuocabile inferre: Ad quorum cor
roborationem plura poſſent conſiderari, ſed quoniam ſu-
per hoc articulo intellexi alios aduocatos ſcribere, ideò his
pro nunc ſum contentus. ¶Non obſtant illa, quæ ferè in
terminis adducit Alex.in d.conſi.13.in 5.uolu. qui contrà-
rium uidetur conſuluiſſe maximè, quando uerba renuncia
tionis,ſeu tranſactionis ſunt in rem,& non in perſonam,ut
quia fuerit non ſolum iuri de præſenti,ſed etiam iuri de fu-
turo renunciatum per plura, quæ ipſe allegat; quia fateor
46 † illa procedere quoad præiudicium renunciantis, ſed non
quoad præiudicium aliorum, qui ex legis prouidentia uo-
cati eſſent,ut ſupra dictum fuit, & ita intelligantur ea, quæ
allegauit Alex.ibi, uidelicet quoad excludendum renun-
tiantem,ut etiam uoluit Iaſon in dicto conſi.66. in 3.uolu.
Præterea, & ſecundo reſpondeo, ut colligitur ex iis, quæ
ſoluit Paul. de Caſtr.in d.conſi.180. quod proximè retuli,
quòd factum, ſeu conceſſio patris facta de feudo antiquo
proueniente aliunde, quam ex prouiſione patris, ut ex le-
gis prouidentia,uel à genere,nocet filiis, quando uni ex fi-
liis facta fuit, ſecus ſi eſſet facta ceſſio,aut renunciatio feudi
alteri perſonæ, quæ non eſſet de filiis renunciantis,prout fa
cta fuit in terminis noſtris,quoniã tunc ipſis filiis,& deſcen-
dentibus non nocebit. Tertio dico illa procedere in feudo
nouo,aut propriè paterno,ſed non in antiquo per Paul. de
47 Caſt.in d.cõſi.&per Iaſo.in d.cõſi.66.Præterea † multa præ
ſupponit Alex.in d.conſi.13.quæ de iure non ſubſiſtunt, &
& præſertim, dum ipſe uoluit,quòd feudum receptum pro
ſe,& hæredibus maſculis dicatur eſſe hæreditarium, & non
tranſeat ad filios,niſi ſint hæredes c.1.cum ibi not.per Bal.
& alios an agna.uel filius,& per Cyn.in l.2.C.de operis li-
berto.cum ſimil.nã contrarium uerius eſt, quòd imò feu
dum tale dicitur eſſe ex prouidentia, & non hæreditarium,
ut uoluit Bal. & ibi Alex.in l. caius. ff.ſolu.matrimo. & etiã
Bal.& ibi Alex.in l.gallus §.quidã rectè ff.de libe.& poſthu.
cum pluribus aliis,quæ ſuper hoc articulo plenè deduxi in
1.& 2.cõſ.in hac cauſa factis,ex quibus inferebam idẽ eſſe,
quando feudũ fuiſſet receptũ pro ſe,& hæredibus legitimis,
ut plenius ibi diſcuſſi, quod de iure uerum eſſe arbitror.
¶Non obſtat,quòd mens domini Giberti fuit uelle præiu-
dicare etiam ſuis filiis hæredibus,tum quia ad tranſactionẽ
deuenit propter pacem,& quietem ſubditorum,& deſcen-
dentium ſuorum, tum quia ipſe pro ſe, & hæredibus ſuis
renunciauit parti feudi dicti Ioannis Galeatij nepotibus
ſuis, quo caſu uidetur etiam filiis ſuis hæredibus in feu-
do hæreditario præiudicaſſe,quia reſponderi poteſt; quòd
licet fortè intentio domini Giberti fuerit, quòd tranſactio,
48 & eius uirtus etiam tranſiret ad filios ſuos per prædicta, † ta
men hoc non potuit facere,ſed ſolum potuit hæredibus ſuis
ſimpliciter,& ſic extraneis præiudicare, argumento l.in an
nalibus C.de legatis; & habetur in d.l.gallus §. quidam re-
ctè iunctis prædictis. Secundo dico,quòd tranſigendo, &
renunciando pro hæredibus ſuis, ipſe uoluit præiudicare ſo
lum illis, quibus ius poterat competere in dicta parte feudi
poſt mortem ipſius domini Giberti, quoniam dicendo pro
hæredibus; uidetur ſolum uoluiſſe cõprehendere illos, qui
ius poſt mortem ſuam habere poſſunt, ut ſunt hæredes ex-
tranei,quia uiuus hæredes habere non poteſt, Barto.in d.§.
quidam rectè cum ſimilibus, & non filios ſuos etiam hære-
des,quibus potuit acquiri, & fuit acquiſitum ius in tali feu-
do etiam in uita domini Giberti propter renunciationem,
& ceſſionem dicti feudi d.c. 1.§. titius ſi de feudo fue. con-
ten.inter do.& agna.& hoc ſuadetur, quoniã cum alter ex
tranſigentibus tantum haberet filios, & alter non, ueriſi-
militer ipſi contrahentes appellatione hæredum uidentur
ſolum uoluiſſe comprehendere extraneos, ut æqualis eſſet
determinatio,argumento l.nam hoc iure §.1.ff.de uulga. &
pupilla.& in l.quamuis C.de impub. cum ſimilib. facit text.
in l.de fideicommiſſo.C.de tranſactio.& faciunt ea,quæ uo
luit Barto.in l.qui Romæ §. duo fratres in finalib.uerb.2.q.
49 † ubi propter æqualitatem ſeruandam cenſetur per diui-
ſionem renunciatum fideicommiſſo, quando eſſet recipro-
cum,ſecus ſi reſultaret inæqualitas,argumento l. ſemper ff.
de regu.iur. & ibi Bar.per Aretinũ in conſi.6. in penultima
columna,& per Alexandrum in conſi.26.in 4.uolumi. Præ
terea, ut ſæpè dictum fuit, hæc portio feudi fuit acquiſita
domino Giberto non ut quid hæreditarium, ſed ex proui-
dentiã legis,ſeu Imperatoris,à quo conceſſio feudi emana-
uit ex mera liberalitate,& donatione ſua, ut ſupra demon-
ſtraui: ergo quamuis in illa portione potuerit præiudicare
hæredibus extraneis, aut etiam filijs hæredibus, qui ſimpli-
citer eſſent hæredes abſque inuentario per l.fin.§. in com-
putatione C.de iure deliberan. tamen non potuit in ea præ
iudica

iudicare filijs hæredibus cum inuentario, niſi quatenus ad eos peruenit aliquid de bonis allodialibus, quæ tenebuntur relaxare illis, cum quibus fuit tranſactum, ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Bald. in d.l. qui ſe patris, & in c. 1. an agna. uel filius cum pluribus aliis, quæ in primo conſi. in hac cauſa facto allegaui. ¶ Supereſt tertia dubitatio, præſuppoſito abſque ueritatis præiudicio, quòd tranſactio ualuerit etiam ad præiudiciũ filiorum domini Giberti, utrum ſaltem mortuo domino Ioanne Franciſco fratre domini Manfredi uiuentis, cui etiam ex tranſactione fuit relaxata pars feudi dicti dominis Galeatij, filij ipſius domini Giberti potuerint ad partem feudi, quæ dicto domino Ioanni Franciſco ex tranſactione obuenit, admitti: & quòd non poſsint, uidetur poſſe dici per ea, quæ uoluit Alex. in d. conſi. 13. in 5. uolu.
50 in 2. dubio, qui dicit, † quòd ex eo, quod renunciatio facta fuit in manibus domini feudi, & non ſolum de iure, quod habebant ipſi tranſigentes tunc temporis, ſed etiam de omni iure, quod etiam in futurum habere poſſent in dicto feudo, quæ uerba trahuntur etiam ad omne ius, quod non ſolum nunc competebat ipſis tranſigentibus, & refutantibus, ſed quod competere poſſet, aut in futurum competere ſperabatur l. ſi ita quis ff. de leg. 2. ſanè dicta tranſactio, & refutatio debet ipſis etiam quo ad ius futurum, quod quomodocunque poterat competere, & ſic etiam quoad ius ſucceſsio-
51 nem, aut accreſcendi præiudicare. Præterea † ex quo dicto domino Ioanni Franciſco fuit acquiſitum feudum ex tranſactione, & refutatione facta per dominum Gibertum, ſi poſtea ſine liberis deceſſit, ad eius partem feudi debent uocari proximiores ipſius per ea, quæ habentur in c. 1. §. & quia, & ibi Bal. & alij qui feudum dare poſſunt, & latius dictum fuit in primo conſi. Rurſus ſi ipſi tranſigentes uoluiſſent, quòd altero deficiente ſine liberis, illius portio deberet omnibus pariter accreſcere, illud dixiſſent, & expreſſiſſent, quod cũ non fecerint, debet intelligi, ipſos hoc noluiſſe, argumento l. ſi ſeruum §. nõ dixit prætor ff. de acquir. hæred. c. ad audiẽtiam de decimis, l. unica §. ſin autem ad deficientis C. de cadu. tollen. ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrarium uidetur uerius, quòd portio illius accreuerit non ſolum domino Manfredo fratri domini Ioannis Franciſci, ſed etiam filijs domini Giberti, uidelicet dominis Hippolyto, & Hieronimo uiriliter, & non in capita, quia reſpectu domini Ioãnis Galeatij, de cuius parte agitur, ipſi ſunt pares in gradu,
52 hoc eſt in 6. gradu, † & ubicunque agitur de ſucceſsione illius, qui eſt ultra quartum gradum, tunc illi collaterales, qui ſunt in pari gradu, ſimul admittuntur in capita, & non in ſtirpes authen. poſt fratres, & ibi docto. communiter C.
53 communia de ſucceſ. l. 2. & † in materia feudali quando eſt facta tranſactio, ſeu refutatio feudi inter aliquos etiam per uerba prægnantia, ſi contingat unum ex illis ſine liberis decedere, ad illius partem admittuntur hi, qui de iure debuiſſent ſuccedere, ſi tranſactio, aut refutatio facta non fuiſſet, ut eſt tex. cum glo. in c. 1. de eo, qui finem fecit agnato, & in terminis hoc uoluit Alexan. poſt Bar. in l. qui Romæ §. duo fratres in 10. q. ff. de uerb. obliga. in penul. colu. And. de
54 Iſer. in c. 1. §. per quos fiat inueſtit. ubi dicit, † quòd ſi uaſallus feudum agnato alienauit, aut extraneo cum cõſenſu domini, deinde decedat, proximiores, qui ſucceſſiſſent in feudo, ſi alienatio facta non fuiſſet, admittuntur, & ſuccedunt, dummodo ipſi alienationi non conſenſerint, & eſt bonus
55 tex. in c. 1. de natu. ſucceſ. feudi, † ubi ſi ex diuiſione feudum ultimo loco ad unum ex pluribus deuenerit, quo caſu tenet alienatio ad tradita etiã per Bar. in d. §. duo fratres, in 10. q. & ille, ad quem deuenit, deceſſerit ſine filijs, omnes proximiores, qui ſunt de linea defuncti, ſolum admittuntur: Sed filij olim domini Giberti ſunt de eadem linea unà cum domino Ioanne Franciſco, & domino Manfredo eorum auo, ergo mortuo domino Ioanne Franciſco reliqui ſunt ſimul admittendi in capita, & non in ſtirpes, & præcipue quia ad hanc partem, quam habuit dominus Ioannes Franciſcus, dicuntur uenire non ex natura inueſtituræ, ſed ex legis prouidentia, hoc eſt ex iure ſucceſſorio, uel accreſcendi, ut dictum fuit in aliis dubiis, ergo non debet attendi proximitas in ſuccedendo, ſed iuris beneficium, quod pariter omnes reſpicit, facit etiam id, quod uoluit glo. notab. & ibi Bald. & docto. in c. fin. in tit. conſtitut. feu. do. Lotha. aliàs eſt c. 1. Imperator Lotha. & in c. 1. §. fin. ſi de feu. fuc. conten. inter do. & agna. ubi idem concluditur: Addo Fede. in conſi. 77. & in conſi. 228. & melius per Alex. in conſi. 15. in 5. uolu. in penul. colu. in uerſi. ſecundo modo, qui hoc expreſsè tenet. Ex prædictis itaque infertur, omnes ſimul debere admitti ad illam partem dicti Ioannis Franciſci ſaltem in capita cum domino Manfredo iuniore. ¶ Non obſtãt ea, quæ uoluit Alex.
56 in d. conſi. 13. in 2. dubio, quia † ipſe loquitur, quando refutatio feudi facta fuiſſet in manibus domini, quo caſu renuntiatio habet uim pacti facti inter refutantem, & dominum, ut ibi per Alex. & hic non eſt caſus noſter. Præterea ibi ipſe dubitat, an ſtante d. refutatione facta in manibus domini, ſi moriatur ille, cui fuit renuntiatum, ſine liberis, feudum dicatur ad dominum reuerti, & diſtinguitur, ut ibi per eum, & per eundem in d. l. qui Romæ §. duo fratres in 10. q. in penul. colum. poſt Bar. Nos uero dubitamus, an mortuo illo ſine liberis alii agnati, ad quos feudum ſpectaſſet, ſi refutatio facta non eſſet, poſsint admitti: Et ex prædictis infertur eos poſſe admitti: Et quamuis Alexander in d. conſi. dicat feudum non debere ad dominum reuerti, nõ tamen dicit illud nõ poſſe, ſeu debere ad alios agnatos deuenire: Quinimmo excludendo dominum uidetur includere agnatos expreſsè, ut etiam colligitur ex his, quæ ibi in d. §. duo fratres ipſe allegat: In reliquis ſuper huiuſmodi ultimo dubio me refero ad ea, quæ alii clariſsimi conſultores dicturi ſunt. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio in dubio ſemper debet cenſeri facta cum eiſdem qualitatibus, conditionibus, & priuilegijs, & num. 3. quod limitatur infra num. 42. & 43.*
2 *Primogenitus maior natu, & primo natus effectualiter unum, idemque important: Differunt tamen, ut infra num. 19. cum ſequentibus.*
4 *Filius primogeniti etiam minor nátu ex iure primogenituræ excludit ſecũdo genitum, eiusque filios, & deſcendentes etiam maiores natu: De hoc infra num. 34.*
5 *Inueſtitura ſecunda, ſi habet aliquod dubium, declaratur, & interpretatur ſecundum primam inueſtituram, & à prima regulatur, & nu. 44.*
6 *Nepos ex primogenito in iure primogenituræ excludit nepotem ex ſecundo genito, & num. 34. ſecus ſi conceſſio facta eſſet maiori natu, nu. 47.*
7 *Secundo genitus an, & quando in feudo ex iure primogenituræ ſit præferendus nepoti filio primogeniti, & num. 34.*
8 *Verba inueſtituræ potius ſunt conſideranda, quàm in propria ipſius feudi natura.*
9 *Ius primogenituræ in feudo inter alia conſiſtit, ut ius feudi ad filios, & deſcendentes primogeniti, donec ſuperſint, tranſmittatur, excluſo ſecundo genito, eiuſque deſcendentibus.*
10 *Vniuerſalis ſermo in uno falſificatus redditur in totum falſus.*
11 *Subſtitutio, & ſubrogatio facta in locum, ius, & priuilegium alicuius intelligitur uniuerſaliter facta in omnem locum, & in omne ius, & priuilegium illius, niſi in ſubrogatione fuerit ſpecialiter aliter promiſſum, & num. 48.*
12 *Excluſus ſemel ſemper durat excluſus, & non ſolum ipſe, ſed etiam eius filij, & nepotes, quod declaratur infra num. 49.*
13 *In feudis prima cauſa eſt filiorum maſculorum.*
14 *Inueſtitura conceſſa pro ſe, & filijs, nepotibus, & deſcendentibus, & illorum maiori natu pro tempore exiſtenti, intelligitur ordine ſucceſſiuo, dummodo maior natu cæteris minoribus ſemper præferatur & num. 50.*
15 *Ordo ſucceſſiuus primogenituræ quis eſt.*
16 *Nepos ex primogenito iuriſcenſura, & per fictionem cenſetur eſſe in gradu paterno, & ſi inueſtitura feudi in ſucceſſione præfert maiorem natu, nepos ex primogenito, quamuis minor annis excludit patruum, eiuſque filios,*

: li.&c attenta patris, non autem ſui ipſius ætate, quoad ius ſuccedendi dicitur maior natu, & in omne ius, & priuilegium patris ſui ſuccedit, quod declaratur infra num. 53.

17 *Filius eadem perſona cum patre, & portio corporis paterni eſſe cenſetur.*

18 *Conceſſio ſecunda non eſt intelligenda ſecundum primam in eo, quod in ſecunda non fuit repetitum, ſed aliter dictum.*

19 *Feudum an ſit conceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus, ita quòd primogenitus præferatur, an uerò ſit conceſſum maiori natu, uel maiori ſimpliciter, longè differt, & quomodo de maiori natu intelligatur.*

20 *Verba maior natu ſimpliciter prolata etiam in conceſſione feudi, quomodo ſint intelligenda.*

21 *Verba in dubio ſemper naturaliter, & non ciuiliter ſunt capienda.*

22 *Maior natu poteſt capi & naturaliter, & ciuiliter.*

23 *Primogenitura, & maioritas natu differunt, & quibus conueniant.*

24 *Princeps obſeruationi iuſtitiæ, & quòd ſubditi ſui prudenter regantur, ſemper ſtudet.*

25 *Sapientia, & rerum experiētia maior in antiquis, & maioribus iuris præſumptione præſumitur.*

26 *Experientia rerum in adminiſtrando iuſtitiam, ac regendo multum attenditur.*

27 *Maior in adminiſtratione eſt præponendus.*

28 *Nepotes filiorum appellatione non continentur, quando de filiis cum certa qualitate, quæ in nepotibus non adeſt, fit mentio.*

29 *Aetatis qualitas non eſt ad hæredes, nec ad filios, & deſcendentes transmiſsibilis.*

30 *Feudum an deferatur primogenito, an uerò maiori natu, differt, & quomodo.*

31 *Primogenituræ ius ad deſcendentes primogeniti in infinitum tranſmitti; fuit ex particulari conſuetudine introductum:*

32 *Et hæc eſt conſuetudo contra communem, & naturalem legem feudi, atq; irrationabilis, & contra pietatem, & rationem naturalem.*

33 *Conſuetudo diſponens de primogenito non extenditur ad diſpoſitionem loquentem de maiore natu, & num. 39.*

Conſuetudo, quæ eſt contra legem, de caſu ad caſum ſimilem non extenditur.

34 *Nepos ex primogenito excluditur a ſecundogenito, uel eius filio, qui attento tempore geniture, & natiuitatis ſit antiquior.*

35 *Nepos ex primogenito natus poſt patruum, eiuſque filium excluditur à patruo, eiuſque filio, maximè, ſi in diſpoſitione facta fuiſſet mentio non de primogenito, ſed de maiore etiam ſimpliciter:*
Idem, ſi conceſſio facta eſſet primogenito num. 38.

36 *Nepos in ſucceſſione feudi locum patris aſſumit ad excludēdum patruum, uel eius filium, quando feudum defertur iure ſucceſſionis, non autē quando uirtute inueſtituræ, & ex prouidentia domini, & nume. 51.*

37 *Nepotibus duobus, uidelicet uno ex primogenito, alio ex ſecundogenito, ad feudum indiuiſibile, & quod uni tantum eodem tempore deberi poteſt, concurrentibus, præfertur ille, cui uerba conceſſionis magis propriè conueniunt.*

39 *In ſucceſſione feudi ex generali feudorum conſuetudine omnes filij, & nepotes ex alio filio ſimul ſuccedunt, nepoſque locum patris ſubintrat:*
Secus eſt de conſuetudine, ſeu priuilegio primogenituræ.

40 *In legato facto generi, ſeu familiæ ſemper prior in gradu exiſtens præfertur.*

41 *Ad feudum conceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus, ita tamen, quòd maior natu, ſiue primogenitus ſemper præferatur, quis, & quomodo admittatur.*

43 *Primogenituræ qualitas non eſt de natura feudorum primordiali, & naturali, ſed accidentali, & quæ ſit primordialis, & naturalis feudorum natura.*

44 *Inueſtitura ſecunda, & renouatio quando ſecundum primam intelligi, et ab ea declarari debeat, & quando ſecus ſit, & cenſeatur eſſe noua, & non renouatio.*

45 *Verbis narratiuis papæ, ſuper quibus poſtea diſponendo ſuam intentionem non fundet, non eſt ſtandum.*

46 *Verba bis expreſſa, & geminata maiorem effectum important.*

51 *Proximiore uocato ad ſuccedendum in hæreditate, ſeu in feudo ſecundum ordinem ſucceſſionis iuris communis, & regularis feudorum, proximior quomodo conſideretur, & nepos tunc locum patris ſui ſubintrat, ſecus ſi alius ordo, quàm ſucceſſionis in hæreditate, uel in feudo de iure communi ſeruaretur.*

52 *In feudo, quòd maior natu ſuccedat, eſt modus ſuccedendi præter, ſeu contra ius feudorum.*

54 *Nepos ſubintrans locum patris, illumque repreſentans nō dicitur eum quo ad ætatem, & maioritatem natiuitatis repreſentare, ita quòd alio uerè maiore natu dicatur maior natu.*

55 *Fictio inducta in uno caſu ad alium non extenditur, maximè non concurrente eadem ratione, & quando illa eſſet contra naturalem ueritatē, & æquitatem.*

56 *Iure ſuo abſque culpa, & cauſæ priuari eſt iniquum.*

57 *Ad feudum an ſit uocatus primogenitus, uel maior natu ſimpliciter, an uerò primogenitus, uel maior natu cū liberis ſuis, differt quoad effectū, an nepos locum patris ſubintret, & minor natu excludat patruum maiorem natu.*

EPITOME.

IN feudo comitatus conceſſo alicui pro ſe, & filiis, ac deſcendentibus legitimis, et naturalibus, et illorum maiori natu pro tempore exiſtenti, quòd maior natu, et ætate ſemper debeat ſuccedere, cæteriſq; præferri,

Et filius ſecundogeniti uerè maior natu, et ætate ſit præferendus nepoti ex filio primogenito minori natu, non attento iure primogenituræ, hic demonſtratur.

CONSILIVM LXXI.

DVBITATVR, ſtante conceſſione, & inueſtitura facta domino Hieronymo de Ranutiis pro ſe, & filiis legitimis, & naturalibus de feudo comitatus Porrectæ per ſanctiſſimum olim dominum Sixtum Papā, prout in literis ſuæ S. plenius contineri dicitur, utrum poſt obitum domini Angeli primi filij præfati domini Hieronymi, qui in dicto feudo comitatus ipſi domino Hieronymo immediatè ſucceſſit, ad illud nunc admittatur comes Franciſcus q. Baptiſtæ ſecundogeniti domini Hieronymi, tanquam maior natu, excluſo comite Hannibale filio præfati comitis Angeli, qui reſpectu comitis Franciſci eſt minor natu, In qua dubitatione ſanè primo aſpectu uidetur dicendum, quòd præfatus dominus Hannibal à ſucceſſione dicti feudi excludere debeat ipſum comitem Frāciſcum, ex quo uenit caſus, quòd ambo tempore mortis comitis Angeli ſuperſunt, quia † cum ipſe dominus Hieronymus, eiuſq; filij,
1 & deſcendentes fuerint ſubrogati, & ſubſtituti in locum filiorum domini Nicolai de Sannutiis primi comitis, ut in literis apoſtolicis conceſſionis, & inueſtituræ factæ domino Hieronymo continetur, ſequitur, quòd filij, & deſcendentes domini Hieronymi totaliter in ius, & priuilegium filiorum domini Nicolai ſuccedere, & illorum ſapere primordialem naturam debent l. 1. §. hæc actio ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſs. fuerit, l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſi quis caut. glo. Barto. & alij in l. certi condictio in princip. ff. ſi certum peta. Roman. in ſingul. 484. aliàs 478. pone, quòd arbitrium, ubi data poteſtate ciuibus eligendi poteſtatem de certo loco infra certum tempus, quo elapſo, in capitaneum tranſeat electio, Capitaneus in iure eligendi ſubrogatus tenetur poteſtatem de eodem loco eligere: facit etiam dictum Baldi in l. certum colum. 7. in uerſicu. item dubitatur C. unde cognati, & unde legitimi; & hinc dixit Baldus in l. parabolani C. de epiſcopis, & clericis, quem ſequitur Alexan. in l. 1. §. hæc actio ff. ſi quis teſtamen. liber. eſſe iuſſus fuerit in additio. incipien. hæc actio, quòd iudex, ſeu alius ſubrogatus in locum alterius debet eſſe æquè idoneus, & talis, qualis eſt ille, in cuius locum ſubrogatur, ex quo infertur, quòd qualitates, quæ debent in aliquo ineſſe, debent etiam concurrere in eius ſubrogato, & conſequenter ſubrogatio in dubio ſemper cenſeri debet facta cum eiſdem qualitatibus, & priuilegiis: quod optimè facit pro deciſione caſus, de quo agitur, ut deſcendentes domini Hieronymi intelligātur ſubrogati, & ſubſtituti in feudo cū iiſdem qualitatibus, quæ ineſſe debebant in filiis do. Nicolai, in quorū locum fuerunt ſubſtituti: Sed feudum ad filios do. Nicolai peruenire debebat,

ſecundum ordinem primogenituræ, ut ex literis apoſtolicis conſtat, ergo idem dicendum eſt in filijs, & deſcendentibus domini Hieronymi: Et quamuis qualitates uideantur diuerſificari, quia in primis literis fit mentio de primogenito, in ſecundis autem de maiore natu, † tamen effectualiter unum, idemque importare dicuntur, quia qui maior natu eſt, hoc eſt natiuitate, utique primogenitus eſſe dicitur, Nam primogenitus dicitur, quaſi qui primo natus eſt c. Ioſeph. extra de uerbo. ſignifica. Et primogenitus, & primonatus idem important, Guido Pap. in quæſt. 206. & §. minorem inſtit. de adoptio. cum glo. ibi minorem natu, id eſt natiuitate. Bald. in l. cum antiquioribus in 5. colum. C. de iure deliberan. qui dicit primogenitum dici, qui prius natus fuit Et ad præmiſſa etiam facit tex. in l. agentes C. de præpoſit. agen. in re. lib. 12. ubi Bart. dicit per illum tex. † quòd ſubrogatio fieri debet cum eiſdem qualitatibus, & conditionibus, & ideo fieri debet de æquè idoneo, per Alexan. in l. ſtipulationes commodiſſimè, qui plura allegat ff. de uerbo. obliga. & facit l. quid ergo cum præcedentibus ff. de uſufruct. ubi in ſubrogatis, & ſubſtitutis concurrit eadem qualitas, uidelicet uſusfructus, iuncta l. 2. ff. eod. tit. cum ibi notatis: † Sed ex iure primogenituræ filius primogeniti, quamuis natu ſit minor, tamen excludit ſecundogenitum, eiuſque filios, & deſcendentes, licet illo ſint minores natu, ad tradita per Oldradum in conſil. 94. per Paul. de Caſtr. in l. is poteſt ff. de acquir. hæred. poſt Bart. ibi, qui in hanc partem uidetur inclinare, & multos alios etiam allegat Alexan. ibi tenentes partes nepotis, inter quos eſt Ioan. And. in rub. de feudis in addit. ad Specu. quamuis aduertendum ſit, quòd Io. And. ibi arguit ad partes, nullaq; opinio. ſequitur, ſed indeciſum relinquit, & Nico. de Mattarellis in l. fin. de iuriſd. om. iudi. in ſua diſtinctio. dicit, quòd quando hæc iuriſdictio primogenituræ eſt feudum, & iure feudi conceſſa fuit, tunc nepos etiã minor natu iure primogenituræ patruũ maiorẽ natu excludit, ergo à fortiori eius filium argumento l. ſi uiua matre C. de bon. mater. Et quia propter unum quodque tale, & illud magis: & in hanc ſententiam inclinare uidetur Bald. in l. liberti, libertæque in 6. colum. C. de operis liberto. licet ipſe Bald. in d. l. cum antiquioribus ſe firmare non uideatur; Idemque ſequũtur Albericus in prohem. ff. Abbas in c. licet de uoto, Paul. de Caſtr. in conſil. 159. aliàs in conſil. 180. in 1. lib. Abbas in conſil. 85. cum ſimil. & Aretin. in conſil. 164. Ergo uidetur dicendum, quòd comes Hãnibal filius Com. Angeli primogeniti excludat à ſucceſsione feudi comitem Franciſcum filium ſecundogeniti. ¶ Secundo principaliter facit, † nam quotieſcunque dubitatur de intellectu ſecundæ inueſtituræ, ſemper debet fieri declaratio, & interpretatio ſecundum primam inueſtituram, & conceſſionem, quoniam ſecunda à prima regulatur, nam quicquid ex aliqua radice deſcendit, neceſſe eſt eius naturam ſapere capitulo 1. de uaſallo decrepitæ ætatis, & faciũt notata per Decium in conſil. 78. in ultima columna in 1. uolum. ſed ex tenore primæ inueſtituræ, qui eſt attendendus, ut in c. 1. de duobus fratribus à capita. inueſtitis in fin. & ibi per docto. ſecundogenitus, & eius deſcendentes ſunt admittendi, quando primogenitus deceſſerit ſine liberis, ut in prima inueſtitura, & ſic ſub iſta conditione, ergo in hoc caſu inueſtitura facta domino Hieronymo pro filijs, & deſcendentibus, uidelicet ut maior natu pro tempore exiſtens in dicto feudo ſuccedat, debet intelligi ſecundum primam inueſtituram factam domino Nicolao, & conſequenter, quòd maior natu intelligatur de primogenito: Quo fit, ut attento iure primogenituræ filius primogeniti ſit præferendus filio ſecundogenito, quamuis ille ſit maior natu. ¶ Tertio arguitur, licet illa opinio, quæ tenet ſecundogenitum eſſe præferendum nepoti nato ex primogenito, eſſet uerior; quam multi doctores magnæ auctoritatis affirmãt eſſe magis communem, ut per Alexan. in d. l. is poteſt, & infra dicetur, † tamen quando nepos ex primogenito, & nepos ex ſecundogenito ſimul concurrunt, uidetur cõcludendum, quòd præferatur nepos ex primogenito, ad quẽ magis fuit tranſmiſſum ius primogenituræ, quàm ad nepotem ex ſecũdo genito, in quem nullo modo potuit dici translatum illud ius, quod nunquam fuit penes patrem ſuum ſecundogenitum, & conſequenter nec penes ſe ipſum, qui uenit ex perſona patris ſui prædefuncti, uiuente primogenito, argumento notat. in l. cum ita §. in fideicomiſſo per docto. poſt glo. ff. de lega. 2. d. c. licet de uoto, & habetur per Decium in conſil. 78. cum ſimil. Præterea † illa opinio poſſet eſſe uera, quando ſecundogenitus, & filius primogeniti ſimul concurrerent ad feudum, quod nondum alteri eſſet realiter acquiſitum, ut quia uaſallus, cui fuit conceſſum feudum, ſuperuixiſſet primogenito, & poſtea mortuus eſſet ſuperſtitibus ſecundogenito, & nepote filio primogeniti, & ambo ad petendũ feudum concurrerent, ad tradita per Barthol. de Sali. in l. ſi uiua matre C. de bonis matern. per Bar. Paul. de Caſtr. Aret. Alexan. Iaſo. & alios in d. l. is poteſt, & in alijs locis ſupra allegatis, nam hoc caſu fortè ſecundogenitus præferretur nepoti ex primogenito, quamuis in hoc etiam plures contrarium uelint, qui aſſerunt doctores ita communiter tenere, ut per Barba. in conſil. 11. in 2. libro, & Areti. in conſil. 167. in 3. colum. Sed quando feudum eſſet realiter ſemel acquiſitum filio primogenito, ut quia pater uaſallus deceſsiſſet ipſo ſuperſtite, deinde primogenitus mortuus eſſet, relictis filijs ſuis, ac etiam ſecundogenito, uel eius filio, ut contingit in caſu noſtro, tunc opinio, de qua ſupra, non procederet, ſed hoc caſu filius primogeniti præferretur in ſucceſsione feudi ſecundogenito, & illius filio per prædicta, quoniam cum ſemel fuerit acquiſitum primogenito, in eo ſemper ſunt præferendi deſcendentes maſculi ipſius primogeniti filio ſecundogenito, & magis filijs ipſius, nam iſto caſu filius primogeniti ſuccedit in locum ſui patris, ut in d. c. 1. de ſucceſſ. feudi, primo autem caſu nepos non ueniret ex perſona ſui patris, ſed ex ſua perſona l. 1. §. ſi ſit nepos, & ibi Bar. ff. de colla. dotis. Et ideò quando uenit ex perſona ſua, non excludit patruum ſuum ſecundogenitum iure tranſmiſſionis primogenituræ, nec etiam quia ipſe poſſit dici primogenitus aui ſui uaſalli, cum ab illo fuerit generatus, quæ rationes ceſſant, quando nepos ex primogenito uellet uenire immediatè poſt mortẽ patris ſui, quia ueniret ex tranſmiſſione primogenituræ in eum factæ, ut uolunt docto. qui dicunt ius primogenituræ tranſmitti. ¶ Quartò ultra prædicta ſunt benè ponderanda uerba inueſtituræ domini Hieronymi, † prout de iure conſideranda ſunt potius, quàm propria natura ipſius feudi, argumento d. c. 1. de duobus fratribus à capita. inueſti. & ibi Bald. in uerſi. & notatur. Dicitur enim in inueſtitura, quòd quoad comitatum, & feudum, & quo ad conſequendum totalem effectum literarum prædeceſſoris emanatarum ad fauorẽ domini Nicolai, Papa ſubſtituit, & ſubrogauit dominum Hieronymum, & eius filios, & deſcendentes in locum, ius, & priuilegium filiorum, & nepotum dicti domini Nicolai, Pondero primo illa uerba ad conſequendum totalem effectum literarum prædeceſſoris, in quibus do. Nicolaus fuit inueſtitus pro ſe, & filijs &c. Sed effectus dictarum literarum erat, quòd primogenitus cæteris præferretur, & cõſequẽter feudum conceſſum fuit deſcendentibus, ſaluo iure primogenituræ, † quod inter alia conſiſtit, ut ius feudi tranſmittatur ad filios, & deſcendẽtes primogeniti, donec ſuperſint, excluſo ſecũdogenito, eiuſque deſcendentibus, ad tradita per Oldra. in conſil. 94. cum ſimi. ſupra allega. & pluribus quæ poſſent allegari, ergo ſubrogatio facta de domino Hieronymo, & filijs, debet

debet intelligi facta,cum eodem, & ſimili iure primogeni-
turæ,alioquin non eſſet uerum dicere, ſi aliter intelligere-
tur,quòd ſubrogatio eſſet facta ad totalem conſequendum
10 effectum literarum prædeceſſoris,quia† uniuerſalis ſermo,
qualis eſt ille,quoad totalẽ effectũ iux.tex.in l.hæredes mei
§. cũ ita ff.ad trebellia.in uno falſificatus redditur in totum
falſus l.is qui ducenta §.utrum ff. de rebus dubiis. Secundo
11 † pondero illa uerba,in locum,ius,& priuilegium filiorum,
& nepotum dicti Nicolai,quæ & ſi nõ ſint uniuerſalia,ſunt
tamen indefinita,quæ æquipollent uniuerſalibus, l. ſi ita in
princ.l.ſi pluribus ff.de leg.2.c.quia per ambitioſam de re-
ſcriptis in 6. cum ſimili. & important, quòd in omnem lo-
cum,& omne ius, & priuilegium filiorum, & nepotum do.
Nicolai ipſi do. Hieronymus,& eius filij,& nepotes dican
tur ſubrogati,& ſubſtituti: Sed filij, & nepotes do. Nicolai
ius, & priuilegium primogeniruræ habebant ex literis Pa-
pæ Sixti, quod ius inter cætera eſt,quòd nepotes primoge-
niti præferantur patruo, & eius filiis,& nepotibus etiam ma
ioribus natu,ut ſupra dictum fuit, ergo & tale ius, & priui-
legium ratione ſubſtitutionis, & ſubrogationis de eis factæ
nepotes primogeniti præfati do. Hieronymi dicentur habe
re. ¶ Quinto prædicta ſic corroborantur, Baptiſta ſecundo
genitus domini Hieronymi à dicto feudo ſemel fuit exclu-
ſus per Comitem Angelum primogenitum, ergo ſi adhuc
12 uiueret, ſimiliter diceretur excluſus, quia † qui ſemel eſt
excluſus, ſemper durat excluſus, Bar.in l.2.§.uidendum, &
in l.fin.ff.ad tertullianum cum ſimili. quæ ibi allegat Alexã.
in appoſtil.c.1.§. quin etiam, & ibi omnes feudiſtæ cũ aliis
pluribus,quæ allegat ibi Præpoſitus mediolanen.in tit.epi-
ſcopum, uel Abba. in uſu feudorum: Quo fit, ut ſimiliter
perpetuò ſint excluſi filii, & nepotes dicti Baptiſtæ, à quo
deſcendunt,& cauſam habent, argumento l. ſi uiua matre
C.de bonis mater. & propter unumquodque tale, & illud
magis,authen.multo magis C.de epiſcopis,&clericis:ergo
dictis filiis dominæ Baptiſtæ præferendi ſunt nepotes ex
primogenito ipſius domini Hieronymi, & conſequenter
Hannibal filius Comitis Angeli poſt mortem ſui patris ſuc
cedere debet in dicto feudo, excludo domino Franciſco fi-
13 lio domini Baptiſtæ ſecundogeniti, quia † etiam in feudis
prima cauſa eſt filiorum maſculorũ c.1.§.& quia,qui feud.
dare poſſunt c.1.de ſucceſſ.feudi, ubi ſi feudum ſit conceſ-
ſum alicui,qui decedat cum filiis, & filiabus, præferuntur
filij maſculi,& loco ipſorum filiorum nepotes ex eis, qui in
locum ſui patris ſuccedunt, & habetur in c. in præſentia de
14 probatio.¶ Sexto eſt conſiderandum, † quòd illa uerba, de
quibus in inueſtitura,uidelicet pro ſe,& filiis,nepotibus, &
deſcendentibus, debent intelligi ordine ſucceſſiuo, ut pri-
mo filius, deinde nepotes, & ſucceſſiuè alij deſcendentes
admittantur, l.cum ita §.in fideicommiſſo ff.de leg.2.doct.
communiter in l.gallus §.quidam rectè ff.de liber.& poſth.
cum multis aliis, quæ adduxi in c. Raynutius de teſtamen.
ergo ſimiliter illa uerba, uidelicet maiorem natu pro tem-
pore exiſtentem,intelligi debent ordine ſucceſſiuo, ex quo
illa uenire dicuntur ad declarationem uerborum præcedẽ
tium,& reſtrictiuè,ac expoſitiuè,& conſequenter dicuntur
eſſe pars dictorum uerborum præcedentium, & ideò uerba
illa,uidelicet maiorem natu,debent in hoc declarari ab illis
aliis uerbis,ut intelligantur ſimiliter ordine ſucceſſiuo: Sed
15 † ordo ſucceſſiuus primogenituræ eſt, quòd primo præfera
tur primogenitus in ſucceſſione feudi ſecundo genito, &
eius deſcendentibus, hoc enim priuilegium attributum eſt
primogenituræ,ad tradita per Oldradum in dicto ſuo cõſi.
94. per Cardi.in conſi.137.ergo idem dicendum eſt de fi-
lio primogeniti,ut præferatur ſecundogenito, & eius de-
ſcendentibus, ut colligitur ex primis argumentis Bald.in l.
cum antiquioribus C.de iure deliberand. quæ ad hoc ten-
dunt, & ea aliter non refero.¶ Septimo prædicta ſic con-
16 firmantur, † inueſtitura, & conceſſio feudi præfert in il-
lius ſucceſſione maiorem natu, ergo poſt mortem primo-
geniti,ſeu filij maioris natu admitti debet nepos natus ex il-
lo,excluſis patruo,& eius filiis,quamuis nepos ſit longe mi-
nor annis, & ætate,quia nepos ex primogenito iuris cen-
ſura, & per fictionem cenſetur eſſe in gradu paterno, &
in ſuccedendo aſſumit locum, & gradum patris, ut in d.c.
1. de ſucceſſione feudi, & non eſt conſideranda ætas ne-
potis,ſed patris, per quam ſuppleri dicitur ætas nepotis, &
conſequenter nepos cenſetur quoad ius ſuccedendi maior
ætate, & natu, attenta ætate patris ſui, quia in eius locum
ſubrogatur,ergo debet dici ſubrogatus cum omnibus qua-
litatibus, & priuilegiis ſuis, ut eſt ex mente Barto.in l.li-
berorum ff.de uerbo.ſignific.iunctis not. per eum in l.1.§.
hæc actio ff.ſi quis teſtamen. libert.eſſe iuſſ. fue.l. decerni-
mus, & ibi Barto.C.de aquæductu lib.11. & in l. compe-
rimus, & ibi Barto. C. de proximis ſacro. ſcrin. libr.12.l.
maior §.penul.& ibi Bald.ff.de procuratoribus, ubi proba-
tur, quòd ſubrogatus ſuccedit in ius, & priuilegium illius,
in cuius locum ſubrogatur, ergo hæc regula iuris antiqui
extendi debet quoad effectum ſuccedendi ad caſum no-
ſtrum ex interpretatione paſſiua, quamuis ſimus in mate-
ria correctoria, & pœnali ſecundum gloſ.in l. ſi quis ſer-
uo C.de ſeruis fugitiuis, & per Bartolum in l. omnes po-
puli ff.de iuſtitia, & iure in 6.quæſt. princip. in materia in-
terpretationis paſſiuæ, & in l. marcellus §. quod autem ff.
ad trebellia.& in l.1.§.lex falcidia ff.ad legem falcidiam, &
per conſequens illa regula habebit locum etiam in conſue-
tudine, & diſpoſitione, quæ vult maiorem natu eſſe præ-
ferendum ad effectum, ut nepos ex filio primogenito,
quamuis minor,præferatur patruo, & eius filiis etiam ma
ioribus ætate,propterea quia nepos in ſuccedendo ſubro-
gatur in locum patris ſui primogeniti, & conſequenter in
omne ius, & priuilegium ſui patris ad effectum ſucceden-
di: ergo dicetur ſubrogatus in annis, & maioritate, ſeu
primogenitura patris, ut cenſeatur nepos maior natu,ut
ſupra,ac etiam in eodem gradu paterno, quia ſecundum
Oldradum in d.conſilio 94. & Ioan. And. in d.rub.de feu-
17 dis, † filius cenſetur eadem perſona cum patre, & cen-
ſetur eſſe portio corporis paterni l.fin. C. de impuberum,
l.cum ſeruus C. de agrico. & cenſib. libro 11.unde dicunt
naturales philoſophi, quòd pater præbet formam in crea-
tione filij,quæ dat eſſe rei l.cum hi §. prætor ff. de tranſact.
gl.in c.in ciuitate de uſuris,l.iulianus §.ſi quis rem ff.ad ex-
hibendum: Vnde caro filij dicitur caro patris augumen-
tata, & nepos dicitur natus,ex corpore aui l. lucius la 2.ff.
de hæredibus inſtituen. ergo licet primogenitus ſit mor-
tuus, tamen nepos eius filius dicitur ſubintrare in lo-
cum, & in ius, ac priuilegium patris, & ideò pater eius
non cenſetur mortuus propter ſuper exiſtentiam ſui filij,
qui ſubintrat locum patris ſui in primogenitura, & ætate,
ſeu maioritate ætatis quoad effectum ſuccedendi in feu-
do: & per hanc rationem, quæ fuit Pauli de Caſtr. in cõ-
ſilio 159. Sozin.dominus meus in conſilio 252. in 2.uolu-
mine in primo fundamento facto pro nepote, & in 13.
colum. in reſponſione tertij argumenti conſuluit pro ne-
pote,ut ipſe tanquam maior natu præferatur patruo,eiuſq;
filiis, quamuis uerè, & naturaliter eſſent maiores natu,&
ætate;& ibi Soz.loquitur in caſu,quo conceſſio,& diſpoſitio
loquebatur de proximiore maiore natu, & ſic ibi habemus
deciſionẽ caſus noſtri ad fauorẽ nepotis ex primogenito.
¶ Octauo ultra multa alia,quæ pro nepote allegãtur,& põ
derantur per Sozin.in d.conſi.152.per Areti.in conſil.85.

& Paul.de Caſt.in d.conſi.149.& Præpoſi.in d.c.1.de feudo marchiæ,inducitur tex.diuei ſi.nodè ponderatus ab Areti.Sozin.& Præpoſi.in locis proximè allegatis in authen.de hæred.quæ ab inteſt.§.reliquum, quem allegat Ioan. Andr. in d.rub.de feudis in additio.ad Specul.ſuper quo text.maximum faciunt fundamentum,ut ibi per eos.

¶ Poſtremo confirmantur ea, quæ dicta ſunt, quia eadem debet eſſe ratio de toto quoad totum,quæ eſt de parte quo ad partem l. quæ de tota ff. de rei uendicat. ſed nepos, qui cum patruo concurrit,ſuccedit in locum patris quoad excludendum patruum à parte feudi, in quo fit ſucceſſio ſecundum naturam feudi, uidelicet in quo plures ſimul admittuntur,ut in c.1.de ſucceſ. feu. cum ſimil. infra allegan. ergo in feudo,in quo unus tantum poteſt ſuccedere in toto,ratione maioris ætatis,& primogenituræ,nepos debet excludere patruum in totum à feudo,cum ſit tale, quod non recipiat pluralitatem perſonarum eodem tempore, & hoc argumentum fuit Andreæ de Iſer.ut referunt, & ſequũtur Paul.de Caſtr.in d.conſi.149.Oldra.in d.conſi. 84. Sozi.in d.conſi.152.in 2.uol.& Præpoſi.in d.c.1.de feud.marchiæ.

¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus,prout in caſu occurrenti minimè rectè intelligentibus obſtant,concludo comitem Franciſcum in dicto feudo eſſe potiorem, quam ſit comes Hannibal filius domini Angeli primogeniti. Et pro ueritate dicendorũ unum ualdè neceſſarium eſt præmittendum, quòd feudum ſecundo loco conceſſum domino Hieronymo,& eius filiis,& nepotibus non dicitur fuiſſe conceſſum primogenituræ,hoc eſt,quòd primogenitus in feudo ſuccedere debeat,ſed omnibus filiis, & deſcendentibus maſculis legitimis,& naturalibus cum hoc,quòd maior natu pro tẽpore exiſtens in perpetuum adminiſtret, & immediate ſuccedat,ut in dictis literis Sixti ibi,te, tuoſque filios maſculos legitimos,& naturales,ac illorum deſcendentes in perpetuum &c.videlicet maiorem natu pro tempore exiſtentem comites dicti comitatus Porrectæ facimus, conſtituimus, creamus &c.Et idem in dictis literis repetendo ibi,tibique, & propter te tuis filiis,ac deſcendentibus prædictis, & illorum maiori natu pro tempore exiſtenti in perpetuum ex tunc,prout ex nunc &c.Nulla enim unquam in literis conceſſionis factæ de dicto feudo domino Hieronymo, & filiis facta fuit mentio de primogenitura, ſeu de primogenito, ſed ſolum de maiori natu ipſorum domini Hieronymi filiorum,& deſcendentium: & † quamuis in relatione litera-
18 rum conceſſionis dicti feudi iam diu prius domino Nicolao de Sannutiis factæ habeatur,& fiat mentio de primogenito,& de primogenitura,prout etiam in literis dicto domino Nicolao conceſſis fortè dicitur,tamen ex hoc non infertur,quòd ſecunda conceſſio facta fuerit primogenito, quia ſi Papa hoc uoluiſſet, facile potuiſſet hoc dicere, ſicut in primis literis,ac etiam in ſecundis, dum retulit conceſſionem primam factam domino Nicolao,& ideò cum de primogenito non repetierit in conceſſione facta domino Hieronymo,ſed ſolũ de maiori natu geminatè,ut ſupra, ſequitur, quòd aliter in hoc eſt intelligenda ſecunda conceſſio, quàm prima facta domino Nicolao argumento l. unicæ §. ſinautem ad deficientis C.de cadu.tollen. c.ad audientiam cum glo.extra de decim.glo.in c.per exemptionem de priuileg.in 6.l.ſi ea lege in prin. ff.loca.l.ſi ſeruum §. non dixit prætor de acquiren.hæredita.cum ſimilibus allega.per glo.
19 in d.c.ad audientiam.Et † in materia etiam feudorum longa eſt differentia, an feudum fuerit conceſſum primogenito,uidelicet pro ſe,& filiis,& deſcendentibus,ita quod primogenitus ſemper præferatur, an uerò fuerit conceſſum maiori natu,uel maiori ſimpliciter, quia intelligitur de maiori natu etiam quoad effectũ,de quo nos dubitamus, uti ũ nepos ex primo filio præferatur ſecundo filio,& illius filio, quoniam cum maiori natu pro tempore exiſtenti fuerit facta conceſſio,ſemper præferendus erit ille deſcendens, qui erit ſenior,& ætate maior abſque diſcrimine,utrum deſcẽdat à filio primogenito, an uerò à ſecundo, dummodo ſit ætate maior,& antiquior, nam Papa concedendo domino Hieronymo, & filiis, conſiderauit maiorem natu,hoc eſt,
20 quod maior natu eſſet præferendus: † Sed hæc uerba maior natu ſimpliciter prolata debent intelligi naturaliter, & non ciuiliter, prout ciuiliter capitur ius primogenituræ, quod prouenit à conſuetudine,ſtatuto, uel alia ſimili diſpoſitione,ſecundum quod uolunt doctores tractantes de primogenitura,& illius iure,ut per Oldrad.in d.conſil.94.per Baldum in dicta l.cum antiquioribus,in l.3.C.de ſuis,& legitimis,& in l.liberti,libertæque in 5.colum.C.de operis libertorum,& per ſcribentes in l.is poteſt ff.de acquiren.hæred.
21 quoniam † ſemper in dubio uerba capi debent naturaliter,& non ciuiliter l.fin.C.de his,qui ueniam æta. impetra. l.de fideicommiſſo ff.de conditio.& demonſtratio. l.qui habet ff.de tutelis,glo.in c.ſuſceptum de reſcript.in 6. & in c.
22 placuit 16.quæſtio.1.in uer.mortuus, & † maior natu capi poteſt naturaliter pro eo,qui eſt antiquior, & ætate maior, exponendo maiorem, hoc eſt maiorem natiuitate, ut in §. minorem cum gloſ. inſtitu.de adoptio. & argumento capit. ioſeph extra de uerborum ſignificatio.l.qui cum maior,ubi eſt text.ff.de bonis libertorum,l.1.§.1.ff.de minoribus: item & ciuiliter,hoc eſt dignitate,& auctoritate capitu.quærendum, cap.criminationes 2. quæſtio. 7. c. ſedes cum gloſ. in uerbo maiores de reſcript.cap.lex cum gloſ. 2.diſtinctio.ibi lex eſt conſtitutio populi, qua maiores natu &c. item etiam pro primogenito, cui ex conſuetudine debetur quoddam ius,& priuilegium,ſeu præeminentia etiam in uita patris,& poſt illius mortem, quòd contra regulas iuris præferatur cæteris,qui aliàs de iure ſimul cum eo ſuccedere debebant, ut legitur in d. l. cum antiquioribus per Baldum cum ſimilibus allegatis,ergo in hac conceſſione feudi iſta uerba capi debent naturaliter pro antiquiore, & pro eo, qui prius
23 natus fuerit. ¶ Conſiderandum eſt etiam,quòd † primogenitura, & eiuſius ſolum dicitur conuenire inter deſcendentes,ut præſupponunt doctores de ea loquentes, at maioritas natu conuenit paſſim omnibus, qui ſint ætate maiores,etiam ſi extranei,& collaterales ſint d.§. minorem natu cum ſimilibus.Præterea etiam attenta ſignificatione uerborum differunt primogenitus, & maior natu, quoniam primogenitus dicitur, qui primo natus fuit, quamuis nullus alius fuerit natus,ut quia unicus ſit filius,nam primus etiam dicitur,quem nemo ſequitur,ut legitur de Chriſto,qui fuit primogenitus Mariæ c.ioſeph de uerborum ſignifica.& argumento not.per Bartolum in l.qui duos ff.de rebus dubiis, ſed maior natu dicitur reſpectu alterius, qui eſſet minor ætate l.1.§.1.ff.de minoribus, & d.§.minorem, uerba enim huiuſmodi ſunt comparatiuè poſita, quæ præſupponunt in alio poſitiuum l.ubi autem non apparet ff. de uerborum obligat.ergo aliud eſt,quem eſſe primogenitum,aliud maiorem natu,& conſequenter aliud eſt,quòd conceſſio facta ſit primogenito,aliud,quòd facta fuerit maiori natu,& hãc differentiam præſupponit Alexand.pater ueritatis in conſil.4.incipien.ponderatis uerbis teſtamenti in 4.uolum.per totum,ubi plura conſiderat,quæ comiti Franciſco multum prodeſſe poſſunt.¶ Et ſtantibus præmiſſis uidetur, quòd comes Franciſcus filius ſecũdogeniti; qui mortuo comite Angelo inter liberos,& deſcendentes reperitur maior,hoc eſt antiquior annis,& ætate,& natiuitate prior,ex tenore inueſtituræ debet præferri comiti Hannibali iuniori, & ætate, ſeu annis minori,quia inueſtitura loquitur de maiore natu,

non

non autem de primogenito: & ad propoſitum facit etiam
id, quod uoluit Deci. in conſil. 443. in 4. uolumine.
24 ¶ Secundo † ipſe dominus concedens, qui ſemper ſtudet
obſeruationi iuſtitiæ, & quòd ſubditi ſui prudenter regan-
tur c. ex ore de priuileg. uoluit feudum, & homines loci Por
rectæ ſemper debere peruenire ad maiorem natu, hoc eſt
ad antiquiorem ad effectum, ut ſubditi homines melius, re-
ctius, & iuſtius per antiquiorem tanquam ſapientiorem, ma
25 giſque expertum gubernarentur: quia † in antiquis, & ma-
ioribus iuris præſumptione præſumitur ineſſe maior ſapien
tia, maiorque rerum experientia c. porrò 84. diſtinctio. c.
ſciendum 26. quæſtio. 4. l. ſemper ff. de iure immunita. Et
26 † in adminiſtrando iuſtitiam, ac regendo multum attendi-
tur rerum experientia, quæ haberi perfectè non poteſt, niſi
mediante longa ætate, ut in d. c. porrò, & in d. c. ſciendum,
c. cum nobis olim cum ibi not. de electione, & quærendum
eſt ſemper, in quem intentio concedentis dirigitur l. cum
27 pater §. donationis ff. de legat. 2. Præterea † maior in ad-
miniſtratione præponendus eſt, ut per Innocentium, & do
ctores in c. cum deputati de iudiciis, & argumento l. 1. §. eſt
autem ff. de exercito. optimus text. in l. fin. ff. de fide inſtru-
mentorum, l. ſemper de regu. iuris. Veriſimile igitur uide-
tur, quòd in caſu noſtro ratione prædicta intētio Papæ fue-
rit directa in antiquiorē, & maiorem ætate, ergo illa eſt at-
tendenda, ſic enim dicitur conſultum ſubditis, ac etiam cæ
teris de familia, & linea domini Hieronymi argumento d. l.
28 cum pater §. pater pluribus. ¶ Tertio facit, † nam quam-
uis appellatione filiorum quandoque ueniant nepotes, qui
à filiis deſcendunt l. filij, l. iuſta de uerborum ſignificatio. l.
gallus §. etiam ſi à parente, ibique Barto. Alexan. & ſcriben-
tes, tamen quando fit mentio de filiis cum aliqua certa qua
litate, quæ non reperitur in nepote, tunc appellatione filio
rum nepotes non continentur l. fin. C. de naturalibus liber.
Barto. in l. liberorum ff. de uerborum ſignificatio. in 4. & 5.
colum. uerſicu. ſecundo quæritur, quando uerbum filij, & in
l. 1. C. de priuileg. dot. & facit l. ſi pater §. puellæ ff. de ritu
nuptiarum, ergo cum illa qualitas maioritatis in caſu, de
quo agitur, ſit addita filiis, nepotibus, & deſcendentibus, &
non reperiatur in filio primogeniti, hoc eſt in comite Han-
nibale, cum comes Franciſcus ſit illo antiquior, & natu, ſeu
natiuitate maior, & prior, ſequitur, quòd exiſtente dicto co
mite Franciſco, non poteſt admitti comes Hannibal minor
natu, quia hæc qualitas maioritatis in eo non reperta facit,
quòd ipſe non comprehendatur appellatione nepotum
quoad effectum ſuccedendi in dicto feudo.
¶ Quarto facit, nam licet comes Angelus tanquam maior
natu fuerit admiſſus, & prælatus ſecundogenito ratione
29 ætatis, ut habetur in literis iunctis præmiſſis, tamen † qua-
litas ætatis ipſius non eſt tranſmiſſibilis ad hæredes, nec ad
filios, & deſcendentes per ea, quæ habentur in l. petendæ
C. de tempor. in integrum reſtitut. l. æmilius largianus ff. de
minoribus, facit l. omnibus caſibus de regulis iuris, l. 1. ff. de
conſtitutio. principum, & hoc eſt in ſe notum, & clarum,
ſed feudum in caſu noſtro traditur ætati, hoc eſt deſcenden
tibus maioribus natu, & ſic propter ætatem, ut ex uerbis cō
ceſſionis conſtat, ac etiam ex prædictis colligitur, ergo co-
mes Hannibal filius comitis Angeli non poteſt ex perſona
ſua admitti, quia non eſt maior natu, nec iure tranſmiſſio-
nis factæ de perſona patris in filium, quamuis ſecus fortè
dici poſſet, quando feudum concederetur primogenituræ,
ſequendo opinionem illam, quòd nepos primogeniti exclu
dat patruum ſecundogenitum, quia ſi nepos uenire non po
teſt ex ſua perſona, cum non poſſit dici realiter, & uerè pri-
mogenitus, tamen admittitur uirtute tranſmiſſionis, quo-
niam ius primogenituræ dicitur tranſmiſſum de perſona
patris in perſonam ſuam, ut dicunt tenentes, nepotem eſſe
præferendum, & ſic ratio diuerſa militat in eo, qui uult ue-
nire iure primogenituræ, & alia, & diuerſa in illo, qui po-
teſt, & debet uenire tanquam maior natu.
30 ¶ Quinto ſic arguitur, † non eſt dubium, ut uoluit Alex. in
d. conſi. 4. & ex prædictis manifeſtè conſtat, quòd hæc duo
inter ſe differunt, uidelicet quòd feudum deferatur primo
genito, uel quòd deferatur maiori natu, quoniam unum ſo
nat in ius, & aliud in factum, ut colligitur ex iis, quæ haben-
tur in d. l. is poteſt per Alexan. Iaſ. & alios, ac etiam in d. con
31 ſi. 4. cum ſimilibus ſupra allegatis: Sed † ius primogenituræ,
hoc eſt, quòd primogenitus præferatur, & ius primogeni-
turæ ad deſcendentes primogeniti tranſmittatur, fuit ex cō
ſuetudine, & diſpoſitione particulari introductum ad tradi
31 ta per Baldum in d. l. cum antiquioribus, & in d. l. 3. C. de
ſuis, & legitimis, & in l. liberti, libertæque C. de operis liber.
Oldra. in d. conſi. & ſcribentes communiter in d. l. is poteſt,
32 quæ † conſuetudo eſt contra legem feudi communem, &
naturalem argumento l. maximum uitium C. de liber. præ-
terit. glo. in c. 1. & ibi Andr. de Iſer. de natu. ſucceſ. feudi in
5. colum. uerſic. quærit glo. & c. 1. de ſucceſ. feudi, eſtque ta
lis conſuetudo irrationabilis, & contra pietatem, ac ratio-
nem naturalem per Baldum in l. omnes populi ff. de iuſtit.
& iure, d. l. maximum uitium, & l. cum ratio de bon. damna.
33 ergo † huiuſmodi conſuetudo loquens, ſeu locum habens
in primogenitura non poteſt ex ſimilitudine rationis exten
di ad caſum, in quo feudum eſſet maiori natu conceſſum, li
cet quandam habere ſimilitudinem dici poſſet, quoniā con
ſuetudo, quæ eſt contra legem, non extenditur de caſu ad
caſum ſimilem Barto. in l. conſuetudinis in quæſtio. 39. C.
quæ ſit longa conſue. & per dominum Anto. poſt Ioannem
Andr. in c. fin. extra de conſuetu. & dicit Bald. in d. l. omnes
populi in 13. colum. quòd diſpoſita per cōſuetudinem, uel
priuilegium de primogenito, ſolum habent locum in ipſo
primogenito propriè, & tanquā odioſa, & correctoria non
extenduntur, maximè quando hoc fieret ad præiudicium al
terius, qui uerè maior natu eſſet per Ioannem Andr. in re-
gula ſine culpa de regul. iur. in 6. mercurial. ¶ Sexto con-
cluſio tradita ad fauorem comitis Franciſci determinari ui
detur ex theorica Bal. qui firmauit pedes in l. 3. C. de ſuis, &
legi. ubi decidit quæſtionem illam difficilem, utrū nepos pri
mogeniti excludat ſecundogenitū à regno, ſeu feudo, quā
reliquit indeciſam in d. l. cum antiquioribus, dicens, ſoluat
33 Apollo: Voluit enim † in d. l. 3. quòd ſi nepos primogeni-
ti natus ſit poſt natiuitatem ſecundogeniti, & conſequēter
etiam poſt natiuitatem filij ſecundogeniti, & ſic attento tē
pore genituræ, & natiuitatis, ſecundogenitus, uel eius filius
ſit antiquior, & maior natu, hoc eſt natiuitate, tunc nepos
primogeniti excluditur, at in caſu occurrenti comes Bapti
ſta ſecundogenitus, & eius filius comes Franciſcus nati fue-
runt prius, quàm genitus, & natus eſſet comes Hannibal fi-
lius primogeniti, ergo ab illis excludi debet. Præterea etiā
in caſu, quo nepos primogeniti natus, & procreatus eſſet
ante ſuum patruum ſecūdogenitum, & cōceſſio facta eſſet
per hæc uerba ſimpliciter, quòd primogenitus, ſeu primo
natus eſſet admittendus, tunc nepos primogeniti debet ſuc
cedere non ratione alicuius tranſmiſſionis, ſed iure primo-
genituræ, nam uerum eſt, ipſum nepotem primo, & ante
ſuum patruum natum, & genitum fuiſſe, & hoc caſu nepos
primogeniti fortius excluderet nepotem ex ſecundogeni-
to, quia ſi uinco uincentem te, multò magis uinco te iuri-
bus uulgari. ſed primum membrum in caſu noſtro uendi-
cat ſibi locum, quia ſecundogenitus, eiusq; filius nati, & pro
creati fuerunt prius, quàm nepos primogeniti, ergo uide-
tur, quòd Bal. ibi etiam caſum noſtrum decidat. Prædicta
confirmo ex iis, quæ notabiliter etiam ponit Alexan. in d. l. is
poteſt in 2. col. ff. de acquir. hære. qui diſtinguendo, & con-

cordando opiniones inquit, quòd aut nepos natus eſt poſt patruum,& tunc à feudo debet excludi, quia non poteſt dici primogenitus,nec in eum poteſt dici translatum ius primogenituræ,cum natus ſit poſt patruum: idem dicendum eſt, quando nepos primogeniti natus fuit poſt nepotem ſecundogeniti argumento l. ſi uiua matre in princip. iuncto §.in nepotibus etiam C.de bonis maternis,ergo debet excludi à nepote ipſius ſecundogeniti, ex quo poſt illum natus eſt,quia non apparet ratio diuerſitatis,& propterea idẽ ius eſſe debet l. à titio ff. de uerborum obligatio. & hoc eſt de mente Bart.ut ſtatim dicam, & hic eſt caſus noſter, aut nepos primogeniti natus fuit ante patruum, & tunc Alexander pertranſit cum diſtinctione Bal.in d.l.3. cuius uidetur eſſe hæc diſtinctio Alexandri, qui non aliter ad hoc refert Bald.Sed cum hoc ſecundum membrum huic caſui noſtro non conueniat,ideò me ad Baldum,& Alexan.in dictis locis remitto, ¶ Septimo prædicta ad fauorem Comitis Franciſci maioris natu, & prius nati corroborantur ex iis, quæ dicuntur per ſcribentes in illa difficili quæſtione,an nepos ex primogenito excludat patruum, in qua & ſi multi tenuerunt pro nepote contra patruum,ut Paul.de Caſtr.in d.l.is poteſt ex mente Bartoli ibi,& multi alij uiri excellentes, quos pro prima parte allegaui, tamen conſiderando, quæ ſit communis opinio,à qua in iudicando,& conſulendo non eſt recedendum ad not.per Ioannem Andr.Anton. Abbatem, & alios in c.1.de conſtitutionib.circa finem,con-
35 trariam ſententiam arbitror ueriorem, † quòd nepos,maximè quando natus fuit poſt patruum,& eius filium, excludatur ab illo,qui primo natus fuit,quoniam uerum non eſt,ne potem eſſe primogenitum,ſeu natum argumento c. ioſeph affirmat Alexan.in dicto conſilio 4.in 4.uolum.dicens illam ueriorem,& ſecundum illam ſemper conſuluiſſe,eam quoque communem eſſe atteſtatur Paul. de Caſtro in dicta l.is poteſt, quamuis tenuerit opinionem pro nepote, dicens, quòd doctores noſtri contrarium tenuerunt, ut Bart.Cyn. & Richar.Malum.in d.l.ſi uiua matre, & abſque dubio hoc uerum eſſet,quando in diſpoſitione non fuiſſet facta mentio de primogenito, ſed de maiore etiam ſimpliciter,quia debet intelligi de maiore natu,ut ibi per eum:ergo ex uerbis ſuis infertur,quòd ſi eſſet expreſsè facta mentio de maiore natu,ſine dubio nepos primogeniti excluderetur à deſcendente,qui primo natus fuiſſet,& ſic habemus ibi occurrentis caſus deciſionem: & in quæſtione de primogenito idem,quod Alexander, affirmat Bal.in d.l.3.C.de ſuis,& legitimis,& quamuis in d.l.cum antiquioribus, ubi plenè pro utraque parte arguit,ſe non firmauerit,nec alicui parti adhæſerit,prout etiam fecit in l.liberti,libertæque C. de oper. libertorum,tamen quod ibi indeciſum reliquit, determinauit in d.l.3.ut dictum fuit:In hãc ſententiam uenerũt etiam Batto.in authen.poſt fratres C.de legitimis hæredib. Cyn. in d.l.ſi uiua matre,& ibi Salicet.& Richar.Malum.qui contra nepotem primogeniti conſuluit, & Bartol. fuit motus hoc ſuo nouo fundamento,nam cum feudum, ſeu regnum Siciliæ, ſiue Apuliæ ſit feudum eccleſiæ Romanæ, quale eſt etiam feudum noſtrum Porrectæ, quod eſt feudum dignitatis,in illo non habet locum ius ſucceſſionis, ſed debetur ex conceſſione domini Papæ,ut in c.1.de ſucceſſio. feudi,docto.maximè Præpoſ.in c.1.in 1.colum.de feudo marchiæ: Vnde cum non tractetur de ſucceſſione aui, uel patrui, ille nepos locum ſui patris non aſſumit, prout dicitur in d.authen.poſt fratres: ergo nepos primogeniti, qui poſtea fuit natus,debet excludi:& multum bene notanda ſunt uerba Bartoli,dum dicit, quòd cum in feudo eccleſiæ Romanæ non tractetur de ſucceſſione aui,uel patrui, infertur enim dicendo uel patrui, quòd ſi poſt mortem filij primogeniti ſuperſit filius ſecundogeniti,cuius ipſe filius primogenitus dicitur patruus,idem dicendum eſſe uidetur, uidelicet,quòd filius primogeniti à filio ſecundogeniti excludatur, ſicut excluditur nepos ex primogenito per ipſum patruum,quãdo immediatè ſuccederetur in feudo poſt mortem aui:& illa uerba uel patrui non poſſunt in alio caſu uerificari,ergo ex mente Bartoli ibi habemus caſum noſtrum deciſum dicendo,cum in feudo non tractetur de ſucceſſione aui,uel patrui:nec refragatur id, quod dicit Sozin. in d. conſil.252.in 11.colum.ibi, & maximè attenta opinione Ioann.And.dum inquit doctrinam Bartoli in d. authẽ. poſt fratres potius facere contra patruum, & ſic pro nepote, cum hodie,& attenta inueſtitura, de qua ipſe loquitur, & ſuper qua conſuluit,feudum deferatur iure ſucceſſionis, ut
36 ibi per eum,quia reſpondetur, † quòd in caſu, de quo agitur,feudum nõ tranſit iure ſucceſſionis,ſed transfertur uirtute inueſtituræ,& ex prouidentia domini Papæ,qui uoluit feudum deberi non iure primogenituræ, prout in caſu Sozin.& ſic iure ſucceſſionis,quæ habet locum in primogenitura d.c.licet de uoto cum ibi not. ſed defertur uirtute prouiſionis Papæ maiori natu pro tempore, & ſic non attenta prioritate gradus,nec attento ordine ſuccedendi in feudis, ſed ſolum maior ætas ratione maioris prudentiæ in regendo,& exercendo iuriſdictionem,merumque,& mixtum imperium:& faciunt expreſsè ea,quæ uoluit Cald.in conſ.13. in titulo de feudis.Præterea ſicut in caſu Bartoli in d.auth. feudum erat dignitatis,quod deferebatur non iure ſucceſſionis,ſed prouidentia,& ſpeciali priuilegio, ut etiam Sozi. ibi præſupponit, ita & in caſu, de quo loquimur, eſt enim feudum dignitatis,hoc eſt comitatus habens adminiſtrationem iuriſdictionis,& merum,mixtumque imperium, ut in inueſtitura habetur, ergo in eo non habet locum ſucceſſio ſecundum naturam feudi,quam conſiderat Sozi.iuxta textum in d.c.1.de feudo marchiæ: Cyn.uerò Salice. & alij in d.l.ſi uiua matre mouentur,quòd nepos primogeniti excludi debet à patruo,ne contingat filium ſecundogenitum eſſe deterioris conditionis, quàm ſit nepos natus ex primogenito per illum tex. Nec obſtat d.auth. poſt fratres, quia ibi nepotes repreſentant perſonam patris, quoniam ſumus in ſucceſſione hæreditatis,quæ eſt dimiſibilis,ſed regnũ,& feudum etiam comitatus,quale eſt feudum, de quo agitur,eſt indiuiſibile, ut in c.1. de feudo Marchiæ, & in caſu noſtro conſtat ex literis apoſtolicis, ubi uni ſoli pro tempore debetur: Noto, dum doct. ibi,& alibi dicunt nepotem excludi à patruo,ne contingat filium eſſe deterioris conditionis,
37 quam ſit nepos,† ergo concurrentibus duobus nepotibus, uidelicet uno ex primogenito, & altero, ex ſecundogenito, unus non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ſit alius, quia iura hoc non admittunt, ut habetur in d.l. ſi uiua matre: Immo deberent de iure ſimul admitti, ut notiſſimum eſt: Sed quoniam feudum hoc in caſu, ſicut regnum, eſt indiuiſibile,quia uni tantum poteſt eodem tempore deberi, magis conueniens eſt, ut illi nepoti debeatur, in quo magis propriè conceſſionis uerba uerificantur, uerba autẽ conceſſionis,quæ ſunt, ut maior natu præferatur, cæteris paribus magis uerificantur in caſu occurrenti in comite Franciſco, quia ipſe eſt de deſcendentibus,& liberis,prout etiam comes Hannibal filius primogeniti, item eſt maior natu, hoc eſt natiuitate, ut clarum eſt, & com. Hannibal eſt natu minor,ergo præferendus eſt comes Franciſcus, cũ feudum ad unum tantum peruenire debeat,& hæc eſt mẽs doctor. in hoc articulo: Hanc eandem opinionem uoluit etiam domi.Andr.de Iſer.ſummus feudiſta in c.1. de natura ſucceſs. feud.in uſu feudo. & in c.1.de gradi. ſucce. in feud.& Bald.in l.omnes populi ff.de iuſti.& iure:Idem ſequutus eſt Dominicus de ſancto Geminia. in c.grãdi de ſupplen.negli.præla.in 6.& Oldra.in conſil. 94.incipien.datur

circa

circa negotium, dicit hanc opinionem eſſe de iure uerio-
rem, & ita conſuluit Petrus de Anchar. in conſil. 78. in
38 Chriſti nomine &c. dicta facti narratio:& † daro, ſed non
conceſſo idem eſſe, quòd conceſſio facta ſit primogenito,
uel quòd ſit facta maiori natu, tamen etiam nepos primo-
geniti debebit excludi, prout in terminis fuit deciſum per
Papam Bonifacium, qui approbauit in feudo Regem Ro-
bertum, & non nepotem ex primogenito, iudicando, &
ſtatuendo ipſum Regem Robertum eſſe feudatarium ec-
cleſiæ, ut in clemen. paſtoralis de re iudica. & contrarium
attentare cenſetur eſſe quaſi hæreticum, ut dixit Bald. in
d.l. cum antiquioribus, quamuis in d.l. liberti in 6. colum.
dicat ſe neſcire, an Papa Bonifacius ibi determinauerit ue
ritatem, ſed tamen ſe remittit ad dicta per eum in d.l. cum
antiquioribus, quæ ſententia lata cum maxima cauſæ co-
gnitione dicitur facere ius generale, ut in c. in cauſis de re
iudicata, & maximè cum illa fuerit inſerta, & poſita in cor
pore iuris, ut per doctores in c. 1. extra de conſtitut. ex qui-
bus infertur, quòd ius illud ſeruandum erit in terris eccle-
ſiæ, quicquid in contrarium reperiretur ſtatutum in terris
Imperij ſuper huiuſmodi iure primogenituræ ad not. in c.
quod clericis de foro competen. & in c. 1. de noui operis
nunciatio. ¶ Octauo corroboratur hæc opinio Bonifacij
Papæ, quæ, ut dixi, dicitur magis communis, ſic arguendo,
39 † in ſucceſſione feudi conſuetudo generalis feudorum, quæ
facit in feudis ius commune, ponit ſuum ordinem, ut in eo
ſuccedant filij omnes ſimul, item filij, & nepotes ex alio fi-
lio unà, & ſimul, ut in c. 1. de ſucceſſione feudi, & in c. 1. de
gradi. ſucce. in feu. & habetur per doctores in c. 1. qui feu-
dum dare poſſunt in §. cum uerò, & ibi in §. & quia, & cō-
ſequenter nepotes ſubintrant locum patris, ut ibi: per con-
ſuetudinem autem, ſeu per priuilegium introductum fuit,
quòd in præeminentia primogenituræ primogenitus præ-
feratur cæteris ſibi paribus, ergo hoc non debet habere lo-
cum, quando conceſſio contra ius commune feudorū uel-
let, quòd maior natu præferretur, quia hic eſt caſus à con-
ſuetudine, uel priuilegio omiſſus, ergo debet haberi pro
omiſſo, ut ſeruetur conceſſio loquens de maiore natu, &
ſic ut ſemper inter liberos, & deſcendentes domini Hiero-
nymi maior ætate, & natiuitate præferatur cæteris exclu-
ſis, maior autem natu inter liberos domini Hieronymi nūc
reperitur eſſe comes Franciſcus, ergo ille eſt præferendus,
quia, ut dicit Bal. in d.l. omnes populi in 13. col. ff. de iuſtit.
& iure, diſpoſita de primogenito extra ſuum caſum non
poſſunt extendi, quia odioſa ſunt, & iuris communis corre-
40 ctoria. ¶ Nono † adduco tex. in l. cum ita §. in fideicommiſ-
ſo ff. de leg. 2. & in l. fin. C. de uerbo. ſignifica. ubi ſi legatū
ſit factum generi, ſeu familiæ, ſemper præfertur ille, qui in
41 priori gradu exiſtit, ita † feudum conceſſum filiis, & de-
ſcendentibus, ita tamen, quòd maior natu ſemper præfera-
tur, debet tranſire ad eum, qui eſt maior ætate, qui dicitur
natu maior, etiam ſi ſit nepos primi feudatarij, prout in ter
minis expreſsè uoluit dominus Præpoſitus mediolanen. in
c. 1. de feudo Marchiæ in 10. colum. in ſua quadam notabi-
li diſtinctione, quam facit in illa quæſtione de primogenito
uocato ad feudum in 19. argumēto ſecundi ordinis, quam
quæſtionem ibi latiſſimè examinat, ad utramque partem ar
guendo, & inter alia in 2. membro diſtinctionis inquit,
quòd quando bona deuoluuntur iure conceſſionis, nō au-
tem ſucceſſionis, ut quia feudum eſſet conceſſum pro ſe, &
filiis, & deſcendentibus ſuis, ita tamen, quòd primogenitus
ſemper præferatur, tunc ipſe Præpoſ. rem eſſe claram di-
cit, quia uidentur gradatim uocari, uidelicet primo filius
primogenitus, poſtea nepos primogenitus, & ſic ſucceſſi-
uè, argumento not. per Bar. in l. quod dicitur, & ibi Imol. &
Alex. ff. de uerbo. obliga. & in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff.
de operis liberto. Bal. in authen. ſi quas ruinas C. de ſacro-
ſanc. eccle. expreſsè igitur uoluit, quòd primo filius primo-
genitus admittatur, deinde poſt mortem filij primogeniti
ille nepos, qui eſt primogenitus: Idem igitur, & fortius di-
cendum eſt in caſu noſtro, in quo ſimiliter feudum fuit cō-
ceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis, ita ta-
men, quòd feudum ſemper ad maiorem natu perueniat,
quia primo debuit admitti filius, qui primo natus fuit, &
maior natu exiſtit, & poſt illum nepos, qui erit maior natu
iuxta prædicta: Sed comes Franciſcus eſt nepos maior na-
tu, quia genitus, & natus ante alios nepotes domini Hiero-
nymi, ergo ipſe eſt præferendus: & poſito, ſed non conceſ-
ſo, quòd in iure primogenituræ argumentum procederet,
non tamen idem eſt dicendum in caſu noſtro, in quo maior
natu inter omnes liberos ſemper eſt præferendus per ſæ-
pius dicta. ¶ Supereſt nunc reſpondere iis, quæ in contra-
rium primo loco fuerunt adducta, & in primis non obſtat
42 primum argumentum de ſubrogatione, quia † licet ſit ue-
rum, quòd ſubrogatio cenſeatur ſemper facta cum iiſdem
qualitatibus, cōditionibus, & priuilegiis, quæ inerant in eo,
in cuius locum fuit facta, ut ibi, tamen hoc eſt uerum, quā-
do ſimpliciter, & generaliter ſubrogatio facta fuiſſet, ut in
dictis iuribus, & auctoritatibus, at quando in ſubrogatione
eſſet expreſsè, & ſpecialiter adiecta noua qualitas, ſeu con
ditio, quæ eſſet diuerſa à qualitate, quæ requirebatur in
eo, in cuius locum facta fuit, tunc illa noua qualitas ſpecia
liter in ſubrogatione adiecta, & non antiqua debet attendi,
& conſequenter quoad alia tantum ſubrogatio locum ha
bet, ut fuit de mente Bartol. in d.l. 1. §. hæc actio in 1. co-
lum. ibi item fallit, ubi datur ſecunda limitatio, quod
ſubrogata actio non ſapit eandem naturam in iis, quæ
ſpecialiter ſint aliter in ſubrogatione expreſſa: Sed in
ſubrogatione, de qua in caſu noſtro, fuit expreſſa no-
ua qualitas, uidelicet, quòd feudum ſemper ſpecta-
ret ad maiorem natu, quæ qualitas eſt diuerſa ab illa, de
qua in prima conceſſione facta domino Nicolao, quo-
niam aliud importat, feudum, ſeu rem ſpectare debere ad
primogenitum, aliud ad maiorem natu, ut uoluit Alexan. in
d. conſil. 4. in 4. uolu. cum ſimilibus ſupra allegatis; ergo hæc
ſubrogatio debet dici facta cum qualitatibus, & conditio-
nibus, ſeu priuilegiis primæ conceſſionis, excepta hac qua-
litate maioritatis natu ſpecialiter expreſſa per prædicta, ac
etiam, quia ſpecialitas derogat generalitati, ut habetur in
c. 1. & ibi Abb. de reſcript. c. generi per ſpeciem, ibique Dy.
de regu. iur. in 6. Comprobari etiam poſſunt prædicta, nam
ſi quis fuerit inſtitutus ſimpliciter, uel ſub aliqua conditio-
ne, & illi facta fuerit ſubſtitutio directa, uel fideicommiſſa-
ria ſub aliqua alia conditione, in ſubſtitutione non cenſetur
repetita qualitas inſtitutioni adiecta, ſed attenditur illa, quæ
fuit in ſubſtitutione expreſſa per totum ff. de condit. inſtitu.
43 & ff. & C. de condit. & demonſtr. Præterea † hæc qualitas
primogenituræ non eſt de natura primordiali, nec naturali,
ſed accidentali feudorum, cum à conſuetudine, uel à priui
legio ſpeciali proueniat, ut omnes uolunt in locis, in qui-
bus de primogenitura tractatur, nam primordialis, & natu-
ralis feudorum natura eſt, ut tranſeat ad omnes filios, & de
ſcendentes eiuſdem gradus ſimul, & æqualiter, ut in c. 1. de
ſucceſ. feu. per Paul. de Caſt. in conſ. 80. in 1. lib. ergo ſub-
rogatio in caſu noſtro non poteſt dici facta cum illa qua-
litate accidentali, ſed cum primordiali natura feudorum, ni
ſi in ipſa ſubrogatione fuiſſet expreſſa hæc alia noua qua-
litas, quæ debet attendi, cum fuerit in ſubrogatione ſpecia-
liter expreſſa, quoniam, ut uolunt docto. omnes poſt glo. ſin
gularem in l. certi condictio in prin. ff. ſi certum petatur, &
Roman. in d. ſingulari, & Bart. ac Alex. in d.l. 1. §. hæc actio
ſubrogatum ſapit naturam primordialem, & naturalem il-

 lius

lius,in cuius locum ſubrogatur,non autem accidentalem.
¶ Non obſtat ſecundum principale,quòd ſecunda inueſti-
tura debeat declarari, & interpretari ſecundum primam
per Bartolum in l.ſi mihi,& titio in ult.colum. ff.de uerbo-
rum obligatio.per Alexandrum in conſil.29. in 5.uolum. in
quinto dubio,& conſequenter illa uerba maiorem natu de
beant intelligi, & declarari à prima inueſtitura, ut intelli-
gantur de primogenito,de quo prima inueſtitura loqueba
tur:Item quòd ſicut in prima intelligebatur excluſus ſecun
dogenitus cum omnibus liberis ſuis,donec ſupereſſent pri-
mogenitus,& eius liberi,ut ex tenore primæ inueſtituræ in-
fertur, ita etiam debeat intelligi ſecunda inueſtitura facta
domino Hieronymo,ut in argumentis primæ partis habe-
44 tur; Quia primo reſpondetur,† quòd ſecunda inueſtitura,
& renouatio in dubio debet intelligi ſecundum primam,
quando ambæ eſſent factæ inter eaſdem perſonas, & eiſ-
dem de eodem genere, & ita propriè loquuntur ſupra ad
hoc allegata,ut per Bartolum in d.l.ſi mihi,& titio, quoniã
tunc potius dicitur renouatio primæ inueſtituræ, quam de
nouo conceſſio:Sed quando ſecunda eſſet facta alijs perſo
nis de alio genere,& præcipuè quando in ſecunda eſſet al-
terata forma primæ, uel noua qualitas adiecta,ſecus eſſet,
quia tunc cenſeretur eſſe noua inueſtitura, non autem re-
nouatio,ut colligitur ex uerbis Alexandri, & aliorum in d.
l.ſi mihi,& titio in 6.colum. Ial.in conſi.24.in 3.lib.Bal.in c.
imperialem §.inſuper in 4.colum.de prohib.feud.alie.& in
c.1.ne agna.uel filius,& in l.1.circa 3.colum.de rerum di-
uiſio.facit text. in l.ius ciuile de iuſti. & iure, & tunc ſecun
da non deberet intelligi, nec interpretari ſecundum pri-
mam,præſertim in illa parte,in qua eſſet noua forma,& no
ua qualitas adiecta. Præterea ſecunda intelligitur ſecun-
dum primam,quando in ſecunda eſſent expreſſa uerba du-
bia,ſecus ſi clara, argumento l.continuus §. cum ita in fine
cum ibi not.per Bartolum ff. de uerborum obligatio. & d.l.
ſi mihi,& titio,at in caſu noſtro illa uerba, uidelicet maio-
rem natu pro tempore in ſe ſunt clara, & non indigent de-
claratione, ut ex dictis ſupra expreſsè colligitur, ergo non
opus eſt,ut declaretur à uerbis primogenituræ poſitis in pri
ma inueſtitura,cum illa ſint magis dubia, & interpretatio-
ne indigeant,prout ſcribentes multum laborauerunt in ſi-
gnificatione,& cognitione uirtutis dictæ primogenituræ,&
uerborum illam importantium,ueluti conſtat ex iis,quæ po
nunt doctores tractantes,& diſputantes de primogenitura
in locis aliàs ſupra per me allegatis. Et quamuis uerum ſit
in prima inueſtitura cõtineri, quòd primogenitus unà cum
liberis ſuis omnibus præferretur ſecundogenito,ſuiſque li-
beris:& quòd ſecundo genitus ita demum poſſet, & debe-
ret admitti,quando deficerent primogenitus, & omnes ſui
deſcendentes,ut colligitur ex uerbis narratiuis,& enuncia-
45 tiuis ſecundæ inueſtituræ,tamen † dico,quòd illis uerbis nõ
eſt ſtandum,nec ſecundum illa eſt iudicandum, niſi ſuper iis
Papa poſtea fundaret ſuam intentionem diſponendo,ſecũ-
dum quod uerba illa narratiua loquuntur,ut habetur in cle
men.1.de probatio.& ibi Abbas,& alij. Rurſus dico,quòd
ex quo ordo ille,qui datus fuit in primis literis quoad ſuc-
ceſſionem primogenituræ,non debet extendi ad ea, quæ di
cuntur in ſecundis literis de maiore natu,cum inter ſe diffe-
rant per tradita ſupra, & præcipuè quia in ſecundis literis,
dum diſponitur præferendum eſſe maiorem natu, non tra-
ditur ille ordo ſuccedendi,qui ponitur in primis literis, ſed
alius,ut ex uerbis ſecundæ conceſſionis,& inueſtituræ appa
ret,& facile ipſi Papæ fuiſſet tradere eundem ordinem, &
exprimere eadem uerba in ſecunda conceſſione, quem, &
quæ poſuit,& expreſſit in prima,ſi uoluiſſet,ſequitur ex his,
quòd ſtandum eſt ſimpliciter uerbis ſecundæ conceſſionis,
argumento l.unicæ §.ſin autem ad deficientis C. de caduc.
tollen.c.ad audientiam cum glo. de decim. cum ſimilibus:
Verba autem ſecundæ conceſſionis,dum ſit mentio de ma-
iore natu,ſunt hæc,te,tuoſque filios, ac illorum deſcenden
tes in perpetuum,illorum uidelicet maiorem natu pro tem
pore &c.& alibi etiam in dictis ſecundis literis,ibi, tibiq́;, &
propter te tuis filiis,ac deſcendentibus prædictis,& illorum
maiori natu pro tẽpore exiſtenti in perpetuum ex nũc &c.
quæ uerba geminata ſui natura important,quòd omnes de
ſcendentes, & liberi dicti domini Hieronymi ex propria
perſona ſint ad feudum uocati,& omnium illorum ſemper
maior natu pro tempore ſit præferendus, & cum ſint de-
monſtratiua omnium perſonarum ſupra denominatarum,
& indefinita,importare dicuntur, quòd quiſquis ſit ille de
deſcendentibus,& liberis, qui ſit primo natus eo tempore,
quo ſit locus ſucceſſioni in feudo,is admittatur, & præferen
dus ſit,ita innuunt ea uerba, & illorum maiorem natu pro
46 tempore, † quæ ſub eodem tenore,& ſenſu bis ſunt expreſ-
ſa,& geminatè poſita, ergo aliquem maiorem effectum im
portare debent ad not. per moder.in c. ſi cautio de fide in-
ſtrumentorum cum ſimilibus: in prima autem conceſſione
facta domino Nicolao, ubi ſit mentio de primogenito poſt
expreſſionem omnium liberorum, & deſcendentium, non
dicitur pro tempore,ſed ſimpliciter de primogenito, cuius
appellatione contineri poteſt ſecundum aliquos nepos pri
mogeniti,qui ſit minor natu, & ætate, quàm ſint cæteri de-
ſcendentes: Quare conſtat Papam in ſecunda conceſſione
alium ordinem uoluiſſe debere ſeruari, quã in prima, quia
nimis exorbitans,odioſus,& iniquus uidebatur ordo ſucceſ
ſionis traditus in prima conceſſione,cum poſſet contingere
minorem,& patruelem eſſe admittendum, excluſis maiori
bus,& prudentioribus,item melioris conditionis eſſe nepo
tes,alioſque deſcendentes, quàm filium ſecundo genitum,
deficiente primogenito,& hoc ſecundum opin. illam,quòd
nepos primogeniti præferatur ſecundogenito,de qua ſupra
dixi.Et hæc quoad ſecundum argumentum ſufficiant.
¶ Non obſtat tertium principale fundamentum partis ad-
uerſæ,dum arguitur de primogenitura,ſeu de primogeni-
to,quòd ſaltem nepos ex primogenito præferendus eſt ne
poti ex ſecundogenito etiam ætate maiori, licet non eſ-
ſet præferendus filio ſecundogenito eius patruo, quoniam
alia ratio militat in ſecundogenito,& alia in nepote ipſius
ſecundogeniti, ut oſtenſum fuit,quia ex prædictis reſpon-
ſio colligi poteſt,dicta in hoc argumento procedere poſſe
47 in caſu,quo cõceſſio feudi eſſet facta primogenito, † at nos
loquimur, quando eſſet facta maiori natu, quo caſu maior
ratio militat in nepote ſecũdogeniti, quando ipſe eſt maior
natiuitate,quòd ſit præferẽdus nepoti ex primogenito, qui
ſit minor ætate,nam ideò uocati ſunt maiores natu ad feu-
dum,& ad adminiſtrandum iuſtitiam,& ius reddendum nõ
ſolum in cauſis ciuilibus,ſed etiam in criminalibus uſque ad
mortem incluſiuè,cum fuerit conceſſum merum, & mixtũ
imperium,quia maiores natu, hoc eſt ætate, ſunt pruden-
tiores,& peritiores in adminiſtrando, & reddendo ius,quã
iuniores,ut conſiderat Alex.in terminis in d. conſi. 4. in 4.
uolu.& Deci.in d.ſuo conſilio,& latius ſupra tetigi &c.
¶ Quarto non aduerſantur uerba conceſſionis, & ſubroga
tionis dicti domini Hieronymi pluribus modis,ut ſupra,pon
derata, uidelicet uerba illa,quoad conſequendum totalem
effectum literarum prædeceſſoris in locum ius, & priuile-
gium filiorum,& nepotum dicti Nicolai,apoſtolica auctori
tate præſentium tenore ſubſtituimus,& ſubrogamus, Nam
illa uerba quo ad conſequendum totalem effectum litera-
rum prædeceſſoris important omnem effectum dictarum
literarum,argumento eorum,quæ uolunt Bar.& Alex. in l.
ſerui electione in fin.in 3.colum.ff.de lega. 1. cum ſimil. ibi
allega. ergo etiam hunc effectum importabunt, ut primo-
genitus

genitus ſemper admittatur,quia hoc in dictis literis prædeceſſoris continetur,& qui omne dicit,ſeu totum,nihil excludit l. iulianus ff.de lega.3.inſti.de ſocieta.in prin.cum glo.& per Alex.in d.l.ſerui:Item illa uerba in locum,ius,& priuilegium,quæ ſunt indefinita,comprehendunt dictum priuilegium,& ius conceſſum primogenito in dictis literis prædeceſſoris,ergo &c.quia fundamentū hoc, & uerba ut ſupra
48 ponderata facilè euitari poſſunt,† cum in literis Sixti conceſſis domino Hieronymo ſpecialiter,&, expreſsè fuerit aliter prouiſum, uidelicet, quòd feudū ad maiorem natu pro tempore pertineret,quæ qualitas eſt diuerſa à qualitate primogenituræ,ut ſupra. Et ideo illa uerba quoad totalem effectum conſequendum,& illa in locum,ius,& priuilegium, quæ ſunt generalia,& indefinitè prolata, non comprehendunt caſum,ſuper quo fuit ſpecialiter prouiſum, nec ad illum extenduntur, tum quia generi per ſpeciem derogatur c.1. cum ibi notatis de reſcrip.cum ſimilib.tum quia quando poſt generalem clauſulam ſpecialis ponitur, generalis non extenditur ad particulariter prouiſa l. doli clauſula ff. de uerbo. obliga. & ibi glo. & ſcribentes cum multis aliis, quæ poſſent allegari.¶ Non obſtat quintum principale argumentum,quòd ex quo comes Baptiſta pater comitis Frāciſci ſecundo genitus tanquam minor natu fuit ſemel excluſus à ſucceſſione feudi per comitem Angelum primogenitum,& natu maiorem,ſemper,& perpetuo dici debet excluſus unà cum ſua progenie à dicto feudo, argumento notatorū per Bar.in l. 2.& in l.fi. ff.ad Tertul.c.1.§.quin etiā, & ibi feudiſtæ in tit.epiſ.uel Abb. cum aliis ſupra in d.argu
49 mento deductis;Quia pro reſponſione dico, † quòd quando quis ex diſpoſitione ſtatuti,uel priuilegii fuit ſimpliciter excluſus propter exiſtentiam alterius,ſemper, & perpetuo dicitur excluſus,ſed ſi ad tēpus, aut reſpectiuè, ſecus eſſet, ut quia eſſet excluſus,donec, & quamdiu ſupereſſet aliquis alius,uel aliter,ut declarat Bar.in d.l.fin.& in d.§. uidendū, & habetur per feudiſtas maximè per do.Præpoſ.in d.c.1.§. quin etiam:Nam remoto obſtaculo, ille, qui fuit ſemel excluſus, poſtea admittitur, propterea quia non dicitur propriè excluſus,ſed ſuſpenſus,&ibi per do.Præpoſ.qui ad hoc multa allegat,&in terminis habetur per Pau.de Caſt.in conſil.102. in 2. libro,& aliàs conſului in cauſa montisferrati. Sed in caſu occurrenti filij ſecundo geniti,& alij ſui deſcendentes non erant propter primogenitum,uel maiorem natu excluſi ſimpliciter, ſed omnes filij,& deſcendentes maſculi in infinitum domini Hieronymi erant uocati ad feudum,quamuis ad tempus eſſent excluſi, ſeu melius loquendo ſuſpenſi,donec ſupereſſet primogenitus, & maior natu, ergo,ceſſante obſtaculo primogeniti,debet admitti ille,qui inter deſcendentes domini Hieronymi erat maior natu tēpore mortis primogeniti:Nec eſt uerum,ut dictum fuit ſupra in reſponſione ſecundi argumenti, quòd ſecundo genitus,uel alius ab eo deſcendens admitti non poſſit, niſi poſt mortem primogeniti,& ſuorum liberorum, prout cautum erat in prima inueſtitura facta domino Nicolao,quia attenta natura ſecūdæ inueſtituræ poſt mortem primogeniti,uel alterius,qui feudum tenuiſſet,pro tempore ſemper præferendus eſt ille,qui maior natu reperietur, dummodo ſit de liberis, & deſcendentibus domini Hieronymi, ut inferunt uerba ſecundæ inueſtituræ iunctis iis, quæ ſupra ad propoſitum aliàs deduxi.¶ Sextū quoq; fundamentū non aduerſatur,quòd illa uerba pro ſe,filijs,nepotibus, & aliis deſcēdentibus maſculis &c. debeant intelligi ordine ſucceſsiuo, & conſequenter ut prius præferatur primogenitus unà cum ſuis liberis,quouſque ſupererint, deinde ſecundo genitus, & ſui liberi, & præſertim attenta prima inueſtitura, in qua hoc fuit expreſſum, quia reſponderi poteſt retorquendo
50 tex.in d.l.cum ita §. in fideicommiſſo cum ibi not.† ubi ſi fideicommiſſum fuit relictum ſub nomine collectiuo puta familiæ,agnationi, uel liberis, iuxta ea, quæ habentur in l. fin.C.de uerbo.ſignifi.& in d.l.gallus §.quidam rectè, & in §.etiam ſi à parente,uocati cenſentur ordine ſucceſſiuo, ut ſemper proximior admittatur,ſecundum quod regulariter à iure proximior uocatur,quia lex uult proximiorem ſemper præferendum eſſe,& ideò infertur,quòd in caſu noſtro filij,& liberi dicentur uocati ordine ſucceſſiuo, dummodo maior natu cæteris minoribus natu præferatur, quoniam natura inueſtituræ eſt talis, & conceſſio, & inueſtitura uoluit inter eos,qui ordine ſucceſſiuo uocantur,maiorem natu ſemper debere præferri, ſicut in caſu d.§.cum ita inter uocatos ordine ſucceſſiuo proximior uocatur, quia ſic lex
51 uoluit: † Et dum glo.in d.§.cum ita uult, quòd in caſu,quo proximior uocatur,non debeat attendi, quis uerè proximior ſit,ſed quis proximior reputetur,& habeatur, & ideò etiam nepos, qui eſt remotior,tāquam proximior cum eius patruo admittatur,quoniam lex uult hoc in caſu nepotem obtinere locum patris ſui,& in eius locum eſſe ſubrogatum per tex.in auth.ceſſante C.de legit.hæredi.& per Imol. & Paul.de Caſt.in d.§.cum ita,& per Moder.in auth. poſt fratres eodem tit.Sozi.conſi.25.& 37.lib.3.Alexan.in l.hæredes mei in fin.ff. ad trebell.& in conſi. 26. in 3. uolumin. in conſi. 88. conſi. 137. in 1. uolumi. & in conſi. 124. in 7.uolumi.quamuis contrarium uoluerit in conſi.104. in 2. lib. ſequutus Bald.in d. §.cum ita, reſponderi poteſt, ut eſt de mente Bar.in d.authen.poſt fratres,quòd prædicta procederent,ſi proximior eſſet uocatus ſecundum ordinem ſucceſſionis ad ſuccedendum in hæreditate,ſeu in feudo, quando feudum defertur iure ſucceſſionis,quoniam non eſt differentia inter ſucceſſionem hæreditatis, & feudi, ut in d.c.1. de ſucceſſio.feudi cum ſimilib.ſed quando in feudo non ſeruaretur ordo ſucceſſionis,qui ſeruatur in hæreditate,ſeu de iure communi, ut quādo eſſet feudum dignitatis habens annexam iuriſdictionem,& merum,mixtumq; imperium,quale eſt illud, de quo ſermo habetur, ut in c.1.de feudo Marchiæ,& ex forma conceſſionis,& inueſtituræ non eſſet datus in ſuccedēdo ordo iuris tàm communis,quàm regularis feudorū, ſed potius alteratus, ueluti poteſt dici alteratus in terminis noſtris,in quibus ſolum,& ſimpliciter defertur maiori natu,tunc non eſt uerum,quòd nepos ſubrogetur,& ſubintret locum ſui patris ad excluſionem non dico patrui ſui, aut alterius, qui debuiſſet ſuccedere in hæreditate, attento
52 ordine iuris,ſed maioris natu, † qui modus ſuccedendi,uidelicet,quòd maior natu ſuccedat,non eſt ſecundum ordinem iuris,qui in hæreditate regulariter ſeruatur,ſeu in feudis,ſed præter,ſeu contra ius feudorum, ut cuilibet intuenti apparet,& probatur ex iis,quæ habentur in c.1.qui feudum dare poſſunt in §.cum uero,& in d.c.1.de ſucceſſio.feudi,& de gradi.ſucceſſio.in feudo,& de natura ſucceſs. cum ſimil. & hæc fuit uera mens Bart.in d.authen.poſt fratres, ac etiā in ſolutione ſequentis contrarij apparebit. ¶ Non obſtat ſeptimum fundamentum,quòd nepos ex primogenito, qui primo in feudo ſucceſſit,ſubintrat locum, ætatem, & ius ſui patris,quoniam cum in ſuccedendo in feudis nepos ad effectum,ut poſſit admitti cum eius patruo, ſubrogetur in illius ius, & locum, ut in d.c.1.cum ſimilib.aliàs allega.ſequitur, quod etiam tanquam maior natu ex quadam fictione,propterea quia in ſuccedendo locum patris obtinet, & conſequenter etiam tanquam maior ætate, ut erat eius genitor, admittetur excluſo ſecūdo genito per plura,quæ dicta fuerunt in dicto ſeptimo argumento,quia,ut colligitur ex pro
53 ximè dictis, † feudum, de quo agitur,eſt huius naturæ, ut in eo non ſeruetur ius,ſeu ordo ſuccedendi, qui ſeruatur in hæreditatibus, ſeu regulariter in feudis, ſed ille ſolum, qui reperitur traditus à domino concedente, qui ordo poteſt

eſſe

eſſe multiplex,& uarius, & quandoq; præter, & quandoq;
contra ordinem iuris,prout uidebitur do.concedenti, ut in
d.c.1.de feudo marchiæ,ergo ſubrogatio illa,&tranſmiſſio,
quòd nepos in ſuccedendo regulariter ſubintret locum pa
tris, non habebit locum in caſu noſtro, in quo nullus ordo
iuris etiam feudorum ſeruatur, ſed ille ſolum, qui prouenit
ex prouidentia domini,qui poteſt uariare modos, & ordi-
nes,concedendo feuda dignitatis, quæ habent annexam iu
riſdictionem, & merum, mixtumque imperium, de quibus
in d.c.1.de feudo Marchiæ: ergo in huiuſmodi feudis ne-
pos non dicetur, nec cenſebitur iuris cenſura mediante fi-
ctione iuris, de qua ſupra, eſſe in gradu, & in ætate patris,
nec ſubrogatus in locum ſui patris, cum feudum tale caſu,
quo perueniat, ſeu peruenire debeat ad nepotem, ſeu ad
alios deſcendentes primi accipientis, dicatur peruenire ex
prouidentia domini,& ex perſona, & iure propoſito nepo-
tis,uel alterius deſcendentis, & non ex perſona ſuis patris,
ut per Bartolum in d.auth.poſt fratres, & in l.is poteſt per
Alexandrum de acquiren.hæredita.& in pluribus alij locis,
54 quæ longum eſſet referre. Præterea † licet uerum eſſet
(quod negatur) quòd nepos cenſeretur iuris fictione obti-
nere locum, & perſonam ſui patris per prædicta in dicto ſe
ptimo argumento, tamen non uidetur uerum, quòd dica-
tur etiam repræſentare perſonam patris quo ad ætatem,&
maioritatem natiuitatis, ita quòd nepos dicatur maior na-
tu eius patruo,uel alio deſcendente uerè natu maiori, quia
ſic diceretur fingi contra naturã,uidelicet,quòd nepos mi-
nor natu ſubintraret annos paternos, quos coniungendo
cum annis ſuis cõtingeret ipſum eſſe annis maiorem,quàm
eſſet pater ſuus, contra tex.in §.minorem inſti.de adoptio.
55 l.adoptio,& l.arrogato §.non tantum ff.eo.tit. Præterea † fi-
ctio inducta in uno caſu non extenditur ad alium caſum,
maximè quando eadem ratio non concurreret,& eſſet con
tra naturalem ueritatem,& æquitatem,ad tradita per Bal-
dum in l.tutela §. cum duo ff.de legi. tutori. ergo quamuis
lex finxerit filium in ſuccedendo locum,gradum,& corpus
patris obtinere,argu. l.fin.C.de impub.& alijs ſubſtit. cum
ſimilib.allega.in d. ſeptimo argu.non debet tamen hæc fi-
ctio extendi ad caſum iſtum,quòd filius cenſeatur obtinere
ætatem,& annos patris,& conſequenter, quòd minor natu
cenſeatur maior quoad præiudicium eius, qui uerè maior
eſſet,nam ceſſaret æquitas, ſuper qua fictio debet eſſe fun-
data,ut uoluit Bartolus in l.ſi is,qui pro emptore ff.de uſu-
56 capio. † iniquum enim eſt quem debere iure ſuo abſque
culpa,& cauſa priuari,ut in c.ſuggeſtum,c.licet extra de de
cimis,c.dudum cum ſimil.de priuilegiis,iuncto c.licet extra
de uoto,& facit,quod uoluit Bal.in d.§.cum duo. Præterea
ceſſat etiam ratio,ſuper qua fuit inductum,quòd in hoc feu
do maior natu eſſet ſemper præferendus, de qua ſupra, ui-
delicet,ut ſubditi à prudentiore regerentur,quæ ratio ceſ-
ſat in nepote, ſeu in alio deſcendente, qui eſſet uerè minor
annis,& fingeretur maior natu,habito reſpectu ad ætatem,
& annos patris,in cuius locum ſubrogaretur,& ita,ac etiam
clarius in indiuiduo reſpondet Alexan.in d.conſi.4.penul-
tima columna circa medium,& facit tex.in l.1.ff.de iure im
muni.ubi immunitas ſimpliciter patri conceſſa non tranſit
ad filios,ut eſt glo.ibique docto.in l.unica C.de his,qui an-
te aper.tab. ¶ Octauo principaliter non uidetur aduerſa
ri tex.à pluribus ponderatus in authen.de hære.quæ ab in-
teſta.in §.reliquum,quem primo ad hoc allegauit Ioan.An
dreas in d.rub.de feudis, & poſt eum multipliciter fuit pon
deratus,ut refert Sozi.in d.conſil.252.cum ſimilib. allega.
ſupra in dicto octauo fundamento,quia breuiter ille tex.eui
tari poteſt, quòd inductiones de eo factæ procederent in il
lo feudo, de cuius natura eſſet regulariter tranſire ſecun-
dum ordinem feudorum, qui ordo nõ deuiat ab ordine ſuc
cedendi in hæreditate de iure communi, ut habetur in c.1.
qui feudum dare poſſunt in §.cum uerò,& in c.1.de ſucceſ-
ſio.feu.cum ſimilibus, quia cum text.in d.authen.loquatur
de ſucceſſione legitima, quæ ab inteſtato defertur, inferri
poteſt illum poſſe locum habere etiam in feudo, cuius ſuc-
ceſſio aliàs eſt in ſe regularis,quamuis ordo ſucceſſionis fue
rit in conceſſione feudi alteratus:at nos loquimur in feudo,
in quo regularis ordo ſucceſſionis non datur,ſed ille,qui tra
ditus, & impoſitus fuit à domino concedente, iuxta text.in
d.c.1.de feudo Marchiæ,in quo locum non habet ſucceſſio,
ſeu ius ſuccedendi ex propria ſua natura,quamuis de con-
ſuetudine in aliquibus, & ferè in omnibus locis ordo ſucce
dendi ſeruetur,ut habetur in d.c.1.& ideò ſumus in feudo,
quod habetur ex prouidentia domini,& ex propria perſo-
na liberorum,quo fit, ut nepos,ſeu alius deſcendens non di
catur in locum ſuis patris ſubrogari ad effectum, ut ex per-
ſona patris admitti poſſit,ut eſt de mente Bartoli in d. auth.
poſt fratres. ¶ Non obſtat ultimum argumentum de to-
to ad partem,de quo ſupra,quia in terminis, de quibus agi
tur,facillimè retorqueri poſſet,nam attenta regulari natu-
ra feudorũ,nepos ex fratre,& patruus ſimul pro parte ſuc-
cedunt,ut in d.c.1.qui feudum dare poſſunt cũ c.1. de ſuc-
ceſſio.feu.& de gradi.ſucceſſ. in feu. cum ſimilib. & conſe-
quẽter ſicut nepos excludit patruum à feudo reſpectu par
tis,in qua ſuccedit, ita & ipſe patruus excludit nepotem in
parte,in qua patruus ſuccedit,ſed cũ ſimus in feudo,in quo
unus tantum pro tempore,& eodem tempore poſſit admit
ti,uidelicet maior natu, ſequitur, quòd cum patruus, ſeu
eius filius ſit maior natu, quàm ſit nepos ex primogenito,
qui eſt minor annis, ſicut excludit nepotem à parte feudi,
ita etiã debet illum à toto excludere, quod ſecus fortè eſ-
ſet,quando feudum ratione primogenituræ deferretur, te
nendo opinionem illam,quòd tunc nepos admittatur in lo
cum ſui patris,excluſo patruo,qui ultimus caſus non eſt ca
ſus noſter,cum non primogenitus, ſed maior natu ſimplici-
ter ad feudum uocetur. Prædicto etiam argumento ultimo
aliter reſpondet Ioan.And.in c.culpa caret de reg.iur.in 6.
in mercuria.cuius reſponſio eſt ſubſtentabilis,illam iungen
do iis,quæ ſupra dixi in reſponſionibus aliorum argumen-
torum,quicquid dixerit Sozi.in d.conſi.252. dum memor
dit Ioan.Andr.ex quo in feudo ſecundum regulas iuris ne-
pos in locum patris ſui ſubrogari dicebatur, & erat feudũ,
in quo ordo ſucceſſionis ſui natura ſeruari debebat, argu-
mento text.in d. §. reliquum, quia cum in caſu occurrenti
non tractetur de tali feudo,ideò aliter dicendum erit,ut ſu
pra dixi,& conſequenter reſponſio Ioan.And.ſaluabitur.
57 ¶ Animaduertendum eſt etiam, † quòd id, quod conſuluit
Sozi.in d.conſilio, nõ uidetur aduerſari concluſioni noſtræ
poſitæ contra filium primogeniti, quoniam ipſe cõſuluit in
caſu, quo uocatus fuit proximior item & maior natu cum
ſuis liberis, & cum maior natu, & ſui liberi fuerint uoca
ti,nil mirum, ſi patruus à nepote primogeniti excluditur,
& hic propriè eſt caſus,in quo conſuluit,ut clarè colligitur
in d.conſilio in 10.col.& ita loquitur Sozi.etiam allegãdo,
& ſaluando conſiliũ Paul.de Caſt.in l.ſi.cognatis in 4. not.
de rebus dubiis, & hoc idem in feudo, de quo nunc agitur,
ſeruandum erat,attenta prima inueſtitura facta domino Ni
colao; Sed in caſu occurrenti,& ſecũdæ inueſtituræ ad feu
dum fuit præpoſitus,& ſemper uocatus maior natu pro tem
pore ſimpliciter, non dicendo,& liberi ſui, ergo id, quod
fuit concluſum ibi per Sozi. non uidetur obeſſe, quoniam
diuerſa ſunt,uel quòd ſimpliciter ſit uocatus primogenitus,
uel quòd uocatus fuerit primogenitus cum liberis ſuis, &
in his ultimis terminis loquitur Bald.in d.l. cum antiquio-
ribus,& quòd inter hos duos caſus ſit differentia, colligitur
ex iis, quæ uoluit Alex.in d.conſi.4.in penul.col.& quando
feudum

feudum fuit cõceſſum pro primogenito, & ſuis filiis expreſſè, in hoc caſu Paul. de Caſt. pro nepote contra patruũ conſuluit in dicto ſuo conſi. 159. ſuper quo Sozi. in d. conſi. & alij magnam uim faciunt, quia tunc expreſsè ex ordine ſcripturæ, & ex mente concedẽtis conſtat, quòd poſt primogenitum filius ſuus eſt admittendus, quia uerba diſpoſitionis, & inueſtituræ ſunt benè attendenda, ut in d. c. 1. de duo fratri. & per Alex. in d. conſi. in pen. col. ſed quando feudum ſimpliciter defertur primogenito, ſeu maiori natu, nullà facta mentione de ſuis filis, uel liberis, tunc nepos quamuis ſubintret gradum patris, tamen non ſubintrat totalè ius ſuccedẽdi ipſius patris, ut ex perſona patris dicatur ſuccedere, ſed ex ſua propria perſona, ut in l. 1. §. ſi ut nepos ff. de colla. dotis inducendo, ut ibi per Bar. ſi ergo debet ſuccedere ex perſona propria, & eſt minor natu, nõ eſt poſſibile, quòd admittatur, excluſo alio deſcendente maiore natu, repugnãtibus uerbis inueſtiture factæ do. Hieronymo: hæc sũt uerba Alex. in d. conſi. in pen. col. optimè facientia ad hunc caſum, per cuis dicta apparet caſui noſtro nõ obſtare ea, quæ uoluit Paul. de Caſtr. in d. conſi. ac ẽt Sozi. in d. l. ſi cognatis: quamuis in quæſtione de Rege Roberto, & ſic de iure primogenituræ nonnullæ rationes allegẽtur, quæ uidentur in contrarium facere, tamẽ facilè poſſunt tolli quoad caſum noſtrum, ut inquit ibi Alex. & plenè ſupra dixi, & maximè quia non loquuntur, quando diſpoſitio uocaret maiorem natu, ut ibi dicit Alex. ac ẽt quia ea, quæ dicuntur in illa quæſtione, non poſſunt ad caſum noſtrum adaptari, ex quo diſpoſitio, & inueſtitura nõ poteſt trahi ad caſum fictum non habentem eandem rationem, quam habet caſus uerus, ut ſuperius dixi, & habetur per Alex. in d. conſ. immò in caſu noſtro ceſſant iura, & ratiões, quibus dicitur, & infertur, quòd filius cenſeatur pars corporis patris, & obtinere dicatur locum, gradum, & ætatem patris, ut dictum fuit. Multis aliis rationibus, quæ facere uidentur contra concluſionem traditam reſpondet Alex. in d. conſi. 4. maximè in penul. & ultima col. cuius dicta aliter non refero. Rurſus argumentum primum, quod facit Sozi. in d. conſi. 252. in 5. colum. facilè tollitur, quoniam eadem ratio, quæ faciebat maſculum excludere fœninam, uidelicet conſeruatio, & fauor agnationis, pariter militat in nepote maſculo, cum agnationes per maſculos, & non per fœminas conſeruentur iuxta ea, quæ habentur per Bald. in l. maximum uitium C. de liberis præteri. cum ſimilib. inſti. de leg. agna. ſucceſſ. §. cæterum: Nihil etiam nocere poteſt maiori natu pro tempore, qui eſſet de uocatis ex forma inueſtituræ factæ domino Hieronymo, ſi primogenitus, qui feudum obtinebat, feudo fuiſſet ob eius delictũ à domino priuatus, deinde reſtitutus, & inueſtitus fuiſſet pro ſe, & filiis, & liberis ſuis de feudo, quia talis inueſtitura nõ eſſet attẽdenda, nec eius ordo traditus, ſed tenor inueſtituræ primæ factæ do. Hieronymo pro ſe, & filiis, nepotibus, & deſcendentibus ſuis, ita tamen, quòd maior natu ſemper eſſet præferendus, debet cõſiderari per plura, quæ poſſent ad propoſitum adduci, ſed pro nunc cõtentus ero allegare conſilium Iaſo. 7. & conſ. 56. in 3. lib. ubi latè, & pulchrè loquitur, multa allegãdo, ad quæ me remitto. Et ita huic conſultationi finem impono. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius Papæ non præſumitur, niſi fuerit in literis verbis expreſſus, & non ſolum in beneficialibus, ſed etiam in alijs rebus.*
2 *Conceſſio, & gratia ex importunitate petentium facta non ualet.*
3 *Motus proprij clauſula in contractibus feudalibus, & alijs non eſt neceſſaria, nec effectum motus proprij operatur, ſecus in reſcriptis gratioſis, & iis, quæ à ſolo animo concedentis dependent.*
4 *Conceſſio ad petitionem impetrantis facta etiam de re, quæ motu proprio concedi ſolet, ualet, ſi dolus, & ſubreptio in ea eſſet.*
5 *Motus proprius regulariter nihil operatur, niſi in iis, quæ ſunt iure expreſſa.*
6 *Verbis narratiuis papæ, ſuper quibus ſuam diſpoſitionem fundat, ita ſtandum, & credendum eſt, quòd ex eis inducitur præſumptio iuris, & de iure, contra quam probatio non admitteretur.*
7 *Ex diuturnitate tanti temporis, cuius initij memoria in contrarium non extat, narrata in aliqua diſpoſitione vera fuiſſe præſumuntur.*
8 *Sterile, & infructuoſum fuiſſe præſumitur id, quod ab eccleſia pro modico cenſu, & pro ſucceſſoribus conceſſum fuit.*
9 *Et an fuerit infructuoſum, uel utile, initium, quo fuit conceſſum, non autem tempus poſterius ſpectandum eſt.*
10 *Et melioratum expenſis illius, cui fuit conceſſum, non poteſt poſtea ab eo auferri, & alij etiam pro maiore cenſu concedi.*
11 *Res eccleſiæ cuiuſcumque etiam alicuius utilitatis, quæ multa expenſa ſubſtentaretur, poteſt à Papa, cui velit, concedi, & in feudum dari, & cõceſſio abſque alia cauſa, & ſolemnitate ualet.*
12 *Papa de rebus omnium eccleſiarum, cum ſint de iure poſitiuo, poteſt ex certa ſcientia libere diſponere.*
13 *Geminatio actus certam ſcientiam infert, & importat.*
14 *In feudo pluribus inſolidum, vel cuilibet ipſorum conceſſo habet locum inter ipſos ius accreſcendi, vt altero ſine liberis decedente, eius portio cæteris accreſcat, non autem ad dominum deuoluatur.*
15 *Diſtributiuum quodlibet omnibus inſolidum actum attribuit.*
16 *In feudis datis à principe duobus ſi atribus locum habet ius accreſcendi.*
17 *Fortilitium datũ in feudum cenſetur feudum indiuiduum, & in eo locum habet ius accreſcendi.*
18 *Feudum uacans, & ad dominum deuolutum quadam æquitate ſuperuiuentibus, qui præſertim tanquam hæredes vaſallo prædecedẽti ſucceſſerũt, potius eſt concedendum, quàm extraneis.*
19 *Iuramentum fidelitatis ex quibus ſecundum formam debitam receptum, & præſtitum cenſeatur.*
20 *Iuramenti fidelitatis diuerſæ ſunt formæ.*
21 *Inueſtitura prior cæteris poſterioribus præualet.*
22 *De inualiditate inueſtituræ à Papa factæ, & an potuerit inueſtire, nec ne, ſolus Papa cognoſcere poteſt.*
23 *Inueſtitura facta à Papa de re alicuius eccleſiæ inferioris, quæ ad prælatum illius ſpectabat, ualet, ſi ipſo prælato ſciente, & ex poſt non contradicente, immò recipiente ſic inueſtitum ad iuramentum fidelitatis, & ad ſolutionem cenſus facta fuit.*
24 *Maximè, ſi Papa, uel princeps rem ſubditi, uel eccleſiæ inferioris ſcienter in feudum conceſſit.*
25 *Papa in poteſtate, & auctoritate cum quolibet ordinario concurrit, & eſt ordinarius ordinariorum, paterque patrum.*

EPITOME.

FEVDALIS *conceſſio ualet etiam ſine clauſula motus proprii, quæ in feudali contractu non eſt neceſſaria.*

Feudum fuiſſe tempore conceſſionis ſterile, & infructuoſum, credendum eſt uerbis narratiuis Papæ concedentis, ſuper quibus ſuam conceſſionem fundat, maximè concurrente diuturnitate tanti temporis, cuius initii memoria in contrarium non extat, ac modico cenſu: & melioratum expenſis illius, cui primo fuit conceſſum, non poteſt ab eo auferri, & alii concedi.

In feudo conceſſo pluribus ſub his uerbis, uobis, & cuilibet ueſtrum, locum habet ius accreſcendi, ut altero ſine liberis decedẽte, eius portio ad dominum non deuoluatur, ſed aliis accreſcat.

Infeudatio, ſiue inueſtitura facta à Papa de re eccleſiæ inferioris ualet etiam abſque conſenſu prælati illius eccleſiæ, & multo magis ipſo ſciente, & ex poſt non contradicente, immò per receptionem iuramenti fidelitatis, & ſolutionis cenſus approbante.

CONSILIVM LXXII.

IN cauſa inter Illuſtriſſ. Duciſſam agentem ex una, ac dominos, ac Illuſtres comites ſuper iuribus Mirabelli reos conuentos ex altera uertẽte, primus clariſſ. dominus Aduocatus adeò doctè, & plenè ſuper omnibus punctis, & obiectionibus contra dictos Comites oppoſitis conſuluit, ut nulli alij etiam doctiſſimo dicendi locus remanſerit.

rit: Sed tamen, ut iuſtis ipſorum Comitum petitionibus ſa-
tisfaciam, qui mediantibus eorum nunciis uehemẽter apud
me inſteterunt, ut conſilium dicti domini Conſultoris ad
me tranſmiſſum ſaltem ſimplici ſubſcriptione munire, &
corroborare, ac ſuper dubiis, & difficultatibus contra ip-
ſos deductis meam ſententiam dicere uellem, idcirco hæc
pauca addendo ſcribere propoſui, & ad rẽ ipſam deuenien
do, Primo dictis illuſtribus Comitibus obiicitur, quòd apo
ſtolica feudalis conceſſio firmitate non ſubſiſtit, quia non
motu proprio, nec ex certa ſcientia facta reperitur, ſed po
1 tius ex iniuria importunitate petentium, † cum genera-
liter uerum ſit, motum proprium Papæ non præſumi, niſi in
ipſis literis uerbis expreſsis de eo dictum fuerit c. ſi motu in
fin. de præben. in 6. glo. in c. ſi pluribus eodem titulo, & in
clementina ſi Romanus de reſcript. nec poteſt motus pro-
prius aliter probari, ut concludunt doctores communiter
Domin. & alii in d. c. ſi motu. Quod procedit non ſolum in
beneficialibus, ſed etiam in aliis conceſſionibus apoſtolicis
ſuper aliis rebus factis, ut per Ioannem Andream in addit.
ad Speculum de cau. poſſeſſio. & proprie. §. quia uerò uer-
ſic. quid de colligentibus in ſecunda addit. poſt medium, at
2 † conceſſio, & gratia ex importunitate petentium facta nõ
tenet l. & ſi legibus C. ſi contra ius, uel utilitat. publicã d. c.
ſi motu §. ſecus, c. ſi quando, & ibi habetur extra de reſcrip.
ergo, &c. ¶ Huic motiuo facilè reſpondetur primo, ut la
tius dictum fuit per dictum primum Conſultorem, ſecũdo
3 † quòd cum ſimus in contractu feudali, clauſula motus pro
prij, quæ ſolet illos effectus, de quibus in d. c. ſi motu cum ſe
quen. & in d. clementina ſi Romanus, operari, non fuit in ca
ſu occurrenti neceſſaria, quia cum ſimus in contractibus,
qui à conſenſu utriuſque partis dependent l. 1. ff. de pactis,
effectus motus proprij non ſunt conſiderabiles, ſed ſolum
attenditur conuentio ſola, & ambarum partium conſenſus,
in reſcriptis autem gratioſis, & alijs, quæ ab animo ſolo con
cedentis dependent, motus proprius effectum ſuum opera
tur d. c. ſi motu cum ſequenti l. ſi quis iniquum in prin. cum
ibi not. ff. quod quiſque iuris, dicta clementina ſi Romanus,
& expreſsè habetur per Paulum de Caſtro in conſil. 28. in
facto præſenti in 4. colum. dicentem, quòd ea, quæ haben-
tur in d. c. ſi motu cum ſimilib. procedunt ſolum in gratijs,
& priuilegiis, & non in aliis, quia ſunt odioſæ, & ambitioſæ,
c. quamuis de præben. in 6. c. 1. & 2. de filijs presbyterorum
eodem libro, & dicunt domini de Rota in deciſione 27. li-
cet Romanam in nouis, quòd illa, quæ dicuntur per tex-
tum in d. c. ſi motu cum ſequent. & aliis continent ius no-
uum, & rigoroſum, ac minimè extendendum, & ponderant
glo. fina. in d. c. ſi motu, quæ dicit, ſufficit ita ſcriptum eſſe, ac
refert, & ſequitur Felin. fidelis canoniſta in c. ſi quando in
ultima columna extra de reſcriptis, & expreſsè in materia
feudali hoc præſupponit Baldus in c. 1. §. fina. in ſecunda co
4 lumna de noua forma fideli. in uſu feudo. Præterea † etiam
illa, quæ motu proprio concedentis dari poſſunt, ſi ad peti-
tionem impetrantis concedantur, dummodo in illis eſſet do
lus, & ſubreptio, ualere poſſunt iuribus ſupra allega. & c. ſu
per literis extra de reſcriptis, & dicit Cardina. in d. clem. ſi
5 Romanus in q. 3. † quòd motus proprius nihil operatur
regulariter, niſi in ijs, quæ ſunt in iure expreſſa, quia quòd
aliquid operetur, eſt quaſi quoddam priuilegium extra iu-
ris ordinem, ergo quòd in conceſsione feudali fuerit appo
ſita hæc clauſula motus proprij, uel non, parum, uel nihil re
fert. ¶ Contra dictos Comites aliud ſecundo loco oppo
nitur, quòd in literis apoſtolicis aſſeritur fortilitium feuda
le infructuoſum fuiſſe, quod tamen apparet ex facti euiden
tia falſum eſſe. Sed reſponderi poteſt primo, quòd hoc non
uidetur uerum, & contrarium præſumitur iuris præſum-
ptione, quoniam ex quo Papa ſe fundat ſuper hoc, creden
dum, & ſtandum eſt uerbis ipſius hoc narrantis, alioquin Pa
pa de mendacio conuinceretur, quod non eſt dicendum,
6 † immò ſecundum aliquos in tantum ſtandum eſt uerbis
narratiuis Papæ, quando ſuper illis ſuam conceſſionem fun
dat, quòd ex eis inducitur præſumptio iuris, & de iure, con-
tra quam non poſſet probatio admitti clemen. 1. de proba.
licet quoad hoc ultimum de contraria probatione contra-
rium uoluerit ibi gloſ. & fortè malè, ne Papa de mendacio
conuinci poſſit, ut ibi habetur. Sicut igitur motus proprius
tollit ſubreptionem, d. c. ſi motu, ita & uerba Papæ affirman
7 tis aliquid fuiſſe. Secundo † ex diuturnitate tanti tempo-
ris, cuius initij non exiſtit memoria in contrarium, quæ in
caſu noſtro dicitur eſſe annorum centum, & ultra, quod
tempus hominis memoria nec excedere, nec parificare po
teſt c. 1. in fin. cum gloſ. de præſcriptio. in 6. iuncta l. fina. in
fin. C. de ſacroſanctis eccleſijs, præſumendum eſt talis qua-
litatis fuiſſe fortilitium, cum hominum notitia ad tempus
factæ conceſſionis ſe extendere nequeat d. c. cum ſimilib.
8 Tertio † in dubio, ut actus ualeat, & non pereat, præſu-
mendum eſt fortilitium cum ſuis dependentibus, & conne
xis tunc ſterile, & infructuoſum extitiſſe, alioquin pro tan-
to modico cenſu pro ſucceſſoribus Papa in feudum non
conceſsiſſet argumen. c. ad aures, & ibi plenè habetur ex-
tra de rebus eccle. non alienan. authen. ſi quas ruinas C. de
9 ſacroſanctis eccleſiis: † initium quoque, quo facta fuit
conceſſio, ſpectandum eſt, non autem tempus poſterius,
num fuerit infructuoſum, uel utile, ut in c. cum dilecti ex-
tra de emptione, & uenditione, l. 2. cum ibi nota. l. ſi uolun-
tate in fin. cum ſimilibus C. de reſcinden. uendi. ergo licet
tempore ſecundæ conceſſionis fructuoſum extiterit, tamen
tempore primæ ſecus eſt dicendum, ut ex literis apoſtoli-
11 cis Bonifacij infertur, quibus ſtandum eſt: † Quod ſi ue-
rum eſt, ut literæ atteſtantur, ſequitur, quòd dictum forti-
litium cum rebus ſuis per Abbates modernos à dictis Co-
mitibus, quorum opera, & expenſis melioratum, & fru-
ctuoſum factum fuit, ut in dictis literis, auferre, & alij, hoc
eſt dominæ Duciſſæ concedi non potuit, etiam ſi maior cen
ſus conſtitutus fuiſſet per textum in d. c. ad aures cum iis,
quæ ibi referunt ſcribentes, Abbas, Barbatius, & alii. Et
11 † quamuis etiam alicuius vtilitatis feudum ab initio fuiſ-
ſet, tamen ſi non modica expenſa ſubſtentabatur, Papa il-
lud potuit, cui uoluit, concedere, & tenet conceſſio abſque
alia cauſa, & ſolemnitate, quia Papa ſupplet omnem ſo-
lemnitatem, & defectum, authen. item prædium C. de ſa-
croſanctis eccleſijs, & in c. non liceat Papæ 12. quæſtio. 2.
ibi niſi domos tantummodo, quæ in quibuſlibet vrbibus
non modica impenſa ſubſtentantur, quod intelligendum
eſt etiam de rebus cuiuſlibet eccleſiæ inferioris, quoniã Pa
pa poteſt regulariter dare in feudum res cuiuſcunque ec-
cleſiæ, Bal. in c. 1. qui feu. da. poſs. in prin. in 1. colũ. & ſolo
uerbo illius transferre poſſeſſionem, quando conceſſit cum
plena, & libera poteſtate, & idem Bal. in c. 1. in 2. colum.
quid ſit inueſtitura in uſu feud. Multo magis ergo, quando
in conceſſione dictum fuiſſet, quòd poſſeſſionem concede-
bat cum plena, & libera poteſtate, nam ipſe in actibus ſuis
ſolutus eſt legibus l. princeps. ff. de legi. l. digna uox. C. eod.
12 c. iuſtum 9. diſtin. cum ibi not. † & cum res omnium eccle
ſiarum ſint de iure poſitiuo c. quo iure 8. diſtin. Papa de il-
lis ex certa ſcientia liberè poteſt diſponere c. propoſuit de
conceſſ. præben. In caſu autem noſtro de certa ſcientia ap-
paret ex uerbis conceſſionis, ac etiam ex geminata conceſ-
13 ſione, quam fecit Papa ipſis comitibus Mirabelli, † quæ ge-
minatio actus, & ſi dubium ſit, an importet idem, quod mo
tus proprius, ut per Felin. in d. c. ſi quando in pen. & ult. col.
tamen ex illa certa ſcientia infertur, ut in d. c. ſi quando cũ
glo. & clarius per glo. in c. 1. in uerbo noſcatur, ibi in reſcri

ptis

ptis etiam dicimus de conſti.in 6.& glo.1.in c.reſcripta 25.
q.2.Felin.in d.c.ſi quando Ioan. Andr.& alij in c. porrecta
de confirma.utili,uel inutili §.&hæc uerò iubemus in auth.
ut nulli iudi. Alex.in l.ſi quis in prin.ff.quod quiſq; iuris.
¶ Tertia oppoſitio facta cõtra præfatos comites reſoluitur
ex uerbis conceſſionis feudi,quibus dicitur uos, & quemli-
bet ueſtrum,ac natos,& ſucceſſores ueſtros, & ueſtrum cu
14 iuslibet huiuſmodi comites &c. † nam licet in contractibus
etiam feudi,uel emphiteoſis eccleſiæ,qui aſſimilantur,ut ha
betur per ſcriben.in l.etiam.ff.ſolu.matri.& in l. quod di-
citur de uerb.oblig.& in l.ſi mihi,& Titio,per Bar.& Alex.
& in l.ut iuriſiurandi.§.ſi liberi ff.de operis liberto. & in l.
ſi patroni ff.ad trebellia. quando cõceſſio feudalis pluribus
etiam fratribus ab inito facta fuit,inter illos non habeat lo-
cum ius accreſcendi, d. l.ſi mihi, & ibi Bart. & alij, tamen
quando pluribus facta fuiſſet conceſſio in ſolidum, uel cui-
libet ipſorum, altero ſine liberis decedente, eius portio nõ
deuoluitur ad dominum, ſed cæteris accreſcit, quoniam
15 † diſtributiuũ quodlibet,attribuit actum omnibus in ſolidũ,
Bar.in l.hoc articulo ff.de hæred.inſtit.ut dixit Alex.in d.l.ſi
mihi & Titio in 6.col.per ea,quæ uoluit Bal.in c.1.§.filia in
fin.de ſucceſſ.feudi,& in l.unica C.quando non peten. par
tes,Pet.de Anch.in conſi.233.in Chriſti.&c. duo prima du
bia,& per dominos feudiſtas modernos in c.1. de fratri. de
16 nouo benefi.inueſti. Præterea † in feudis datis à princi-
pe duobus fratribus ius accreſcendi locum habet, ut uoluit
Bal.in l.unica §.in primo C.de caducis tollen.&in d.c.1.de
fratri. de nouo beneficio inueſti.& in c.1.de duobus fratri
bus à capit.inueſtitis,& iſtud ſequuti fuerũt Raphael, Paul.
de Caſt.& eſt de mẽte Alex.in d.l.ſi mihi,& Titio in 2. col.
in 3.limitatione,qui dicit ſe ita conſuluiſſe, quamuis refe-
rat Cyn. & aliquos alios contrarium tenuiſſe, ſed in caſu
noſtro feudum fuit à Papa cõceſſum fratribus Comitibus,
17 ergo &c. Præterea † cum loquamur de fortilitio da to in
feudum, quod ſui natura cenſetur indiuiduum, quia tan-
tam utilitatem non affert in parte reſpectu partis,quantam
affert in totum reſpectu totius iuxta not.per Bar.in l.3. §.ca
to ff.de uerbo.obliga.l.quicunque C.de fundis limitrophis
lib.11.glo. not.in c.1.de fratri.de nouo benefi.inueſti.in 1.
glo. ſequitur, quòd ſumus in caſu, in quo in cõtractibus lo
cum habet ius accreſcendi, ut concludit Alex.in d. l.ſi mihi,
& Titio in 2.col.in 2.limitatione,qui plura allegat,quæ nõ
refero,quia inſpici poſſunt,& præſertim eſt glo.multum no
tabilis in d.c.1.de fratribus de nouo benefi.inueſti.in 1.glo.
& ibi do.feudiſtæ. Vlterius dici poteſt,quòd licet non eſſet
18 locus iuri accreſcendi,† tamen pars uacans,& ad eccleſiam
deuoluta quadam æquitate concedenda erat ſuperuiuen-
tibus, & non aliis extraneis argumento l. 1. §. permittitur
cum glo.ff.de aqua quotidia. & æſtiua,& ibi Bar.& in d. l.ſi
mihi,& Titio,& in l.1.in fi.ff.de priuilegiis credit.& præſer
tim hoc uerũ eſt,qñ ſuperueniẽtes prædecedẽtibus ſucceſ-
ſerũt tãquã hæredes in cõſi.93.in 2.uol.in fi.moder.in c.1.
in penul.& ult. colu.quemadmodum feudum ad filiã perti
neat,& in c.1.§.fin.pen.colu.de conten.inter do.& uaſal. de
inueſtitura,& in c.1.§.titius ſi de feudo fuerit contentio in-
ter do.& agna.Abbas in c. bonæ il. 2. & latè ibi in addit. de
poſtula.præla.Decius in conſ.78.& conſi.131.latè per Ale
xan.in d.l.ſi mihi,& titio in penul.colum.& quamuis ibi re-
ferat plures opiniones,tamen cum prædicta pertranſire ui-
detur,à qua non eſt recedendum,quia eſt communis, ut in
locis allegatis colligi poteſt. ¶ Circa quartum, & quintum
motiuum aduerſariorum,cum plus facti,quàm iuris conti-
neant, non eſt inſiſtendum, quia illis ad fauorem comitum
19 per primum do. conſultorem optimè ſatisfactum puto,† ſi
enim de ſucceſſorum iuramentis in manibus recipere debẽ
tium præſtitis,ut præſupponitur,apparere dicitur, in dubio
cenſendum eſt,illa ſecundum formam debitam fuiſſe rece-
pta,tum ex temporis diuturnitate iuxta ea, quæ habentur in
l.ſciendum ff. de uerbo.obliga.& in l.qui in aliena,ubi legi-
ſtæ communiter ff.de acqui.hæredi.&multa fideliter cumu
lat do.Feli.in c.albericus de teſtibus,&latius in c.ſicut extra
de re iudicata, tum etiam quia ex quo in manibus recipere
debentium iuratum fuit,& non apparet de illorum contra
dictione,ex eorum taciturnitate præſumendum eſt ſecundũ
formam debitam fuiſſe iuratum,alioquin tacendo eccleſiæ,
ſeu monaſterio domino directo præiudicaſſent,& præiudi-
care potuiſſent, quia ſi in forma dicti ſucceſſores noluiſ-
ſent iurare,eorum iuramentum non debuiſſet ab illis recipi,
nec admitti,per ea,quæ habentur per Bar. & alios in l. quæ
dotis ff.ſolu.matri.in pen.col.per tex.in l.fideiuſſor.§.pater,
& ibi glo.ff.de pigno.l. ſæpè de re iudica.Felinus in c.nõ ne
de præſumptio. poſt alios ibi. tum etiamquia poſt iuramen
tũ præſtita Abbas,cui cenſus ſolui debebat,per plures annos
abſolutè cenſus à comitibus ſolutos recepit abſque aliqua
proteſtatione:Quò fit,ut caducitatẽ,ſi quã comites,&eorũ
ſucceſſores incurriſſent nõ ſolũ ex defectu formæ, ſed ẽt ex
totali omiſſiõe iuramẽti,remiſiſſe dicatur, quoniã in iſtis, in
quibus dicitur agi de iure quærẽdo, Abb.& alij prælati ec-
cleſ. præiudicare poſſunt, ut cõcludũt cõiter gl.Ino.& alij
ſcribentes in c.potuit extra de locato in glo.magna. Præte-
20 rea † diuerſæ ſunt formæ iuramenti fidelitatis, quarum una
compendioſa eſt,& breuis,ſimpliciter iurando fidelitatem,
aliæ prolixiores,ut in titulo qualiter iurare debeat uaſallus,
cum duobus titulis ſequentibus,c.de forma 22.q.5. & ſuffi
cit,quòd ſubſtãtialiter fidelitas iurata fuerit d.c.1. qualiter
iurare debeat &c.ergo uaſallus,uel eius ſucceſſor in mani-
bus domini fidelitatem iurando ſimpliciter dicetur ſatisfe-
ciſſe,ac ſi formiter iuraſſet,quia non refert, quòd ex æqui-
pollentibus fiat argumento l. 2.ff.de liberis,& poſthu.c.1.&
ibi Iſernia, Præpoſitus, & alij in prin.de noua forma fideli.
ſufficit enim ſimpliciter iurare in manibus domini, quoniã
cenſebitur iuratum in forma debita, ut ſupra. ¶ Quò uerò
ad ſextum,& ſeptimum,quæ ad idem tendunt, uidendũ eſt
nunquid præualeant inueſtituræ modernis temporibus fa-
ctæ in perſona Illuſtriſ. Duciſſæ illi inueſtituræ, quæ iam diu
facta fuit à Bonifacio Papa ad fauorẽm comitum de Mira-
21 bello;† ſed,ut alias dixi ſupra, Papa res, & bona cuiuſcun-
que eccleſiæ inferioris poteſt in feudum concedere, præci-
puè cum inueſtitura facta tunc à Papa Bonifacio nõ in præ
iudicium alicuius & maximè dictæ illuſtriſ. Duciſſæ,nec ſuo
rum prædeceſſorum facta fuerit,ergo illi ſtandum eſt, quia
prior,argumento c.qui prior cum ibi notatis de regu. iuris
in 6.ac etiam,quia potior & potentior,argumento c.de duo
bus de reſcrip. in 6. cap.ſi à ſede de præben. eodem lib. &
ubique per gloſ.c. ſi beneficia,c. hi, qui,c. ſi poſtquam eo-
22 dem titulo, † Et de inualiditate inueſtituræ factæ à Pa-
pa an potuerit inueſtire nec ne, nullus alius, niſi Papa co-
gnoſcere poteſt, c. cum ueniſſent extra de iudicijs, Bald.
in l.hi qui ad ciuilia C.de appella.Bal.& Ange.in l. ex facto
ff.de uulga.& pupilla.Andreas Barba. in d.c. cum ueniſſent
in 2.col.in uerſi.& idem putat do. Anto. ſi refricaretur &c.
23 Præterea † ex quo Papa præfatos comites de dicto fortili-
tio,& connexis inueſtiuit, ſciente, & non contradicen-
te ex poſt facto do.Abbate,ad quem ratione ſui monaſte-
rij fortè ſpectabat inueſtire, tacitè approbando dictam in-
ueſtituram,recipiendo ipſos comites ad iuramentum fide-
litatis,&ad ſolutionem cenſus,dicta inueſtitura remanet fir
ma,etiam ſi aliàs potuiſſet infirmari,quia Abbas uidetur il-
lam ratificaſſe,& approbaſſe l.paulus ff.rem rat. haberi: &
in terminis hoc uoluit Bal.in rub.de inueſtitura de re alie-
na facta,aliàs in c.1.in fin.de noua forma fideli.in fin.uerbis
in uſu feudo.l.ſi probaueris, & ibi gloſ.C. ſi res aliena pi-
gno.

24 gno. data ſit, & † prædicta omnino uera ſunt, quando princeps, ſeu Papa rem ſubditi, ſeu eccleſiæ inferioris ſcienter in feudum conceſſiſſet l. bene à zenone C. de quadriennij præſcriptio. iunctis ijs, quæ expreſsè uoluit Bald. in c. 1. §. 1. in 1. colum. de his, qui feudum dare poſſunt, ubi inquit, quòd Papa omnium eccleſiarum feuda infeudare, & concedere poteſt abſque eo, quòd prælati eccleſiarum etiam conſentiant, quia Papa poteſt ſua auctoritate, ſicut prælati
25 eccleſiarum, infeudare, † cum ipſe concurrat in poteſtate, & auctoritate cum quolibet ordinario, & ordinarius ordinariorum dicatur c. cuncta per mundum 9. quæſtio. 3. Bald. in l. fina. C. de precibus imperato. offeren. & ſecundum Ioannem Monachum eſt pater patrum, ut per eum in c. ſi eo tempore de electio. in 6. & ita habetur per Baldum in d. c. 1. Quare uidetur, quòd cauſa ipſorum Comitum ex præmiſſis ſit in tuto, & quòd ad eorum fauorem, non obſtantibus obiectis, quæ contra eos primo aſpectu facere uidebantur, iudicandum ſit, ſaluo tamen ſaniori iudicio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus, & ratihabitio differunt.*

2 *Conſenſus per modum licentiæ requiſitus actum præcedere, uel ſaltem in ipſo actu interuenire debet.*

3 *Conſenſus alicuius ad validitatem actus requiſitus tempore actus, & non ex interuallo poſtea adhiberi debet, & nume. 5.*

4 *Conſenſus ſuperioris ad validitatem actus debet per modum auctoritatis in ipſo actu, vel incontinenti poſt interuenire, & quomodo hoc procedat nume. 13.*

6 *Conſenſus alicuius requiſitus ſolum per modum ſimplicis conſenſus ratione ſui iuris, uel præiudicij quandocunque uel in ipſo actu, vel poſt etiam ex interuallo interuenire poteſt: & quando per modum ſimplicis conſenſus requiſitus dicatur.*

7 *Vbicunque actus ſolum ratione defectus conſenſus alicuius eſt nullus, tunc talis defectus expoſtfacto etiam ex interuallo ſuppleri poteſt numero 12.*

8 *Conſenſus domini requiſitus in alienatione, vel obligatione feudi dicitur confirmatorius: & ideò etiam expoſtfacto adhibetur.*

9 *Confirmatio ſui natura ex interuallo fit.*

10 *Pactum in dubio debet intelligi ſecundum naturam actus, cui apponitur.*

11 *Conſenſum ſuum quis niſi requiſitus impartiri non debet, & ſi requiſitus deneget, in mora dicitur conſtitutus, neque amplius requirendus eſt.*

14 *Conſenſus in actu aliàs per ſe valido requiſitus expoſtfacto adhibitus operatur actus validitatem, & vt conſentiens contradicere nequeat, ſecus in actu ex alio defectu nullo, in quo ſolum, ne quis contradicat, operatur.*

15 *Fœminæ quando ad feudum admittantur.*

16 *Feudum per emptionem acquiſitum mutat naturam feudi, & fit quid hæreditarium.*

17 *Ad ſucceſſionem feudi aſcendentes ſiue maſculi, ſiue fœminæ nunquam admittuntur.*

15 *Vaſallus etiam de conſenſu domini feudum alienare non poteſt in præiudicium aliorum, quibus ex inueſtitura ius in feudo acquiri poſſet, uel acquiſitum eſſet.*

19 *Ratihabitio re non integra, & poſt ius tertio quæſitum fieri non poteſt, & eius ius tertij non tollit.*

20 *Sicut vnuſquiſque per illam exceptionem, tua non intereſt, excludi poteſt, ita is, cuius principaliter intereſt, admitti debet.*

21 *Ratihabitio quando etiam in præiudicium tertij fieri poſſit, & numero 24.*

22 *Pro dote in dubio facienda eſt interpretatio etiam ad alterius quale quale præiudicium.*

23 *Quiſque ab initio rei ſuæ, quam in alium transfert, conditionem, & onus cum præiudicio alterius apponere poteſt.*

24 *Factum eius, qui à me cauſam habet, factum meum cenſetur.*

25 *Ratihabitio in contractus initium influit, & ei robur tribuit, efficaciter obligando.*

26 *Bannitus captus ante ratificationem pacis ſibi factæ ab offenſo, ſequuta ratificatione, liberari debet, ſtante ſtatuto, quòd bannitus, qui habuit pacem ab offenſo, ante, quàm capiatur, liberandus ſit.*

27 *Dominus quando vaſallo in alienatione, vel obligatione feudi expoſtfacto conſentire poteſt.*

28 *Quando in contractu feudi data fuit licentia alienandi, an intelligatur in terminis iuris communis, & ſecundum naturam alienationis feudi, an verò propriam naturam mutet:*

29 *Pactum in contractu feudi appoſitum de alienando, vel hypothecando cum conſenſu domini operatur, ut etiam cum præiudicio aliorum alienari, vel hypothecari poſſit.*

30 *Feudum habens naturam feudi antiqui paterni, & auiti iudicatur, ut antiquum, paternum, & auitum.*

31 *Feudi natura, non autem ſubſtantia per pactum mutari, & alterari poteſt.*

32 *Ad feudum antiquum paternum, ſeu auitum, deficientibus deſcendentibus maſculis, uocantur agnati, excluſis fœminis, & alijs, qui ex nouis inueſtituris venirent, & nume. 35.*

33 *Naturales etiam maſculi, & legitimati ad feudum non admittuntur, niſi in inueſtitura expreſſè uocati ſint.*

34 *Naturalis non poteſt ad feudum legitimari poſt ius alteri iam in eo quæſitum.*

Princeps abſque iuſta cauſa principaliter militarem publicam concernente filium, vel filiam naturaliter legitimare non poteſt.

36 *Feudum antiquum quando dicatur aſſumere naturam noui feudi.*

37 *Feudum titulo emptionis acquiſitum fit quid hæreditarium, & ad extraneos hæredes, & ad fœminas, excluſis agnatis, & collateralibus, tranſire poteſt.*

38 *Mulier ſimpliciter conſentiens alienationi, vel obligationi rei ſibi hypothecatæ, ſibi quoad hypothecam dotium ſuarum non præiudicat, niſi illi expreſsè renunciet, quæ renunciatio ſolum ad expreſſa porrigitur.*

39 *Melioramenta facta in feudo dicuntur quid hæreditarium. & ad hæredes etiam extraneos, & illos, qui in his ius aliquod prætendere poſſunt, tranſeunt.*

40 *Succedens uaſallo tanquam hæres in ſucceſſione feudi tuendus eſt, quouſque diffinitum ſit, ad quem feudum ſpectare debeat.*

EPITOME.

*C*ONSENSVM *domini in alienatione, uel obligatione feudi requiſitum etiam expoſtfacto in præiudicium aliorum, qui pro ſuo intereſſe etiam ſe opponerent, poſſe per dominum adhiberi, atque præſtari, quando ille ex pacto inueſtituræ requiri, & à domino præſtari debebat, hic demonſtratur.*

CASVS CONSILII.

ILLVSTRES *domini Auguſtinus, & Ioannes fratres de Adurnis ex titulo emptionis, ac omni meliori modo pro pretio duorum millium ducatorum ab Illuſtriſſimo, & excellentiſſimo domino Marchione Montisferrati inueſtiti fuerunt de feudo Siluani, & Caſtelletti pro ſe, eorumq́ hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis legitimis, & naturalibus ab eis deſcendentibus, & uno ex dictis dominis fratribus, aut deſcendentibus ab eis decedente ſine filiis legitimis, & naturalibus, alius, uel alii ſuperuiuentes ſecundum gradus prærogatiuam ſuccedat, aut ſuccedant: & ſi contingeret, quòd ambo dicti fratres, uel ab eis deſcendentes omnes decederent ſine filiis legitimis, & naturalibus, ſuperſtitibus duntaxat ſororibus ipſorum fratrum, uel deſcendentium ſuorum, tunc, & eo caſu, & non aliter tales ſorores ſuperſtites, & non exiſtentibus ſororibus, filiæ ſororum in dicto feudo ſuccedant, & ſuccedere poſſint, cum pacto, de quo in inueſtitura: item quòd præfati domini Auguſtinus, & Ioannes, & eorum quilibet, ſuiq́ hæredes, & ſucceſſores poſſint eorum matres, ſorores, & uxores collocare ſuper dictis bonis, & iuribus feudalibus cum conſenſu Illuſtr. Marchionis, & ſuorum hæredum, & ſucceſſorum, quem conſenſum ſub modis, pactis, & conditionibus antedictis præſtare teneantur. Item quòd dicti domini Auguſtinus, & Ioannes fratres, ſuiq́ hæredes, & ſucceſſores, ac deſcendentes poſſint dictũ*

caſtrum,

caſtrũ, & bona feudalia uendere, & obligare ad fictum temporale, et in perpetuũ cõcedere inter ipſos fratres, et ab eis deſcendẽtes, quæ uenditiones, alienationes, & obligationes ab ipſo Illuſt. do Marchione, ſuisq; hæredibus, & ſucceſſoribus gratis, & abſque aliqua ſolutione confirmari, & ratificari debeant, extraneis uerò poſſint dictum feudum in totum, uel in partem uendere, uel alienare cum ſcientia, & conſenſu dicti Marchionis, ſuorumq; hæredum, & ſucceſſorum, dummodo alienatio fiat perſonis gratis, atque ipſi domino Marchioni fidelibus, & abſque præiudicio alterius fratris, uel ſuorum deſcendentium, niſi ipſis agnatis, & deſcendentibus cõſentientibus, prout plenius in literis inueſtiturarum, & priuilegiorum ſuperinde confectis continetur. Deinde poſt inueſtituras factas dictis dominis Auguſtino, & Ioanni, & eorum obitum dominus Antoniottus filius præfati domini Auguſtini, ad quem in effectu dicta omnia bona feudalia peruenerunt, & præſertim per mortem Illuſtriſ. quondam domini Ioannis alterius Ioannis antiquioris filii, & per mortem domini Hieronymi fratris dicti domini Antoniotti ultimo loco defunctorum, de dicto feudo, bonisq; prædictis feudalibus ab Illuſtriſſimo domino Marchione ſub noua forma, & conceſſione inueſtitus fuit, uidelicet primo ſecundum formam priorum inueſtiturarum: Item quòd decedente dicto domino Antoniotto, eiusq; deſcendentibus maſculis uſque in infinitũ cum liberis maſculis legitimis, & naturalibus, ſiue ſuperſint filiæ fœminæ deſcendentes ex eis, ſiue non, ſoli dicti liberi maſculi in ſtirpem, & ſecundum prærogatiuam graduum ſuccedant: decedente uerò Illuſtriſſ. domino Antoniotto, eiuſque deſcendentibus maſculis ſine liberis maſculis legitimis, & naturalibus, tunc ſuccedant filiæ fœminæ, & deſcendentes ex eis, ſiue maſculi, ſiue fœminæ in ſtirpem, & ſecundum graduum prærogatiuam: Illis autem non exiſtentibus, ſuccedant filii maſculi naturales tantum, & deſcendentes ex eis maſculi legitimi, & naturales, ac de legitimo matrimonio nati; quibus deficientibus ſuccedant ſorores dicti domini Antoniotti, ſeu ſuorum deſcendentium maſculorum legitimæ, & naturales, ac filii, & deſcendentes ex ipſis ſororibus legitimi, & naturales ſiue maſculi, ſiue fœminæ, & ut latius in literis, & inſtrumentis inueſtiturarum ſuperinde confectis continetur. Demum dictus Illuſt. dominus Antoniottus matrimonium contrahens cum Illuſ. ac honeſtiſſima domina Anna filia Illuſtriſ. domini Ioãnis Franciſci Pici de Mirandula, eam ſuper dictis bonis feudalibus collocauit, ipſi obligando omnia bona ſua, & ſpecialiter dicta bona feudalia pro reſtitutione dotium ſuarum, non requiſito tunc, neque dictæ collocationi, & obligationi interueniente conſenſu Illuſtr. domini Marchionis. Poſtea præfatus dominus Antoniottus diem ſuum obiit, nullis liberis maſculis ſuperſtitibus, ſed ſolum extante domina Eliſabeth filia ſua legitima, & naturali, quæ in bonis, & hæreditatẽ, ac etiam in feudis paternis ex forma inueſtiturarum ſucceſſit, ſe dictæ hæreditati immiſcendo, & apprehendendo, ac continuando poſſeſſionem bonorum paternorum etiam feudalium, & eius nomine ſtatim poſt mortem dicti domini Antoniotti eius patris ante lapſum anni, & diei petita fuit inueſtitura, & renouatio dicti feudi ab Illuſt. domino Marchione: qui eam minimè fecit, et conceſſit. Mox præfata domina Eliſabeth mortua eſt ſuperſtite Illuſtriſſ. domina Anna eius matre; quæ illius hæreditatem ſibi, ut proximiori delatam adiuit, ac poſſeſſionem omnium bonorum etiam feudalium apprehendit. Nunc uero cum pro parte dictæ dominæ Annæ coram Illuſt. domino Marchione Montiſferrati petatur, ut per ipſum collocatio, et obligatio, ſeu hypotheca, ut ſupra, facta ſuper dictis bonis feudalibus pro aſſecuratione dotium ſuarum confirmetur, illiq; conſenſus præſtetur, quam plures, et diuerſæ perſonæ dictæ petitioni ſe opponunt, & præcipue quædam filiæ ſororum dominorum Antoniotti, et Hieronymi tanquã uocatæ ex forma inueſtiturarum dicti feudi allegantes fuiſſe, et eſſe ſatisfactum præfatæ dominæ Annæ de dotibus ſuis: Item quòd collocatio, et obligatio hypothecæ facta ad fauorẽ do. Annæ non ualuit, ex quo conſenſus Illuſt. domini Marchionis nõ interuenit, qui nunc poſt mortem domini Antoniotti, et dominæ Eliſabeth eius filiæ ad confirmandum huiuſmodi collocationem, & obligationem in ſuum præiudicium interuenire, & præſtare negauit, neque etiam nunc ſupereſt perſona, quæ de iure, et legitimè huiuſmodi conſenſum confirmatorium petere, & requirere poſſit. Stantibus præmiſſis primo dubitari contingit, An illuſtris dominus Antoniottus ſine conſenſu domini, qui illum præſtare tenebatur, potuerit uxorem ſuam pro eius dotibus ſuper dictis bonis feudalibus collocare, dummodo ex poſtfacto conſenſus interuenerit, uel ſaltem requiſitus fuerit. Secundo poſito, quòd potuerit, utrũ dominus nunc poſt obitum Illuſt. domini Antoniotti, et dominæ Eliſabeth eius filiæ ad petitionem do. Annæ pro confirmatione huiuſmodi collocationis, & hypothecæ conſenſum ſuum præſtare poſſit, ex quo alii, de quorum præiudicio agi dicitur, nunc ſe opponunt.

CONSILIVM LXXIII.

CIRCA primũ dicendum eſſe uidetur, collocationẽ, & hypothecam nõ ualuiſſe, ex quo conſenſus domini tunc temporis non interuenit, neque eo expoſtfacto ſuperueniente confirmari poteſt, quoniam cum ex forma inueſtituræ collocatio cum conſeſu domini fieri debeat, is tempore factæ collocationis debuit interuenire, neque ra
1 tificatio expoſtfacto ſufficit, nam † conſenſus dicitur ſimul ſenſus, & non ex interuallo l. 1. ff. de pactis: ſed ratihabitatio temporis interuallum habet l. ratum, l. quod dicimus ff. de ſolutio. glo. in c. ratum de regu. iur. in 6. Bal. in l. fin. C. ad Macedo. & ubicunque conſenſus certus debito tempore requiritur, non poteſt ex poſt facto interuenire, & ratihabitatio ſequuta non retrotrahitur l. obligari §. tutor ff. de aucto. tuto. l. quid ergo in princ. ff. de his, qui notantur infa-
2 mia, Bald. in d. l. fin. in 1. col. ¶ Secundo † quando conſenſus per modum licentiæ requiritur, tunc actum præcedere, uel ſaltẽ in ipſo actu interuenire debet c. licet cum ibi not. de regula. authen. licentia C. de epiſ. & clericis Bart. in l. ſi autem plures ff. de aqua pluuia arcen. & in l. ſi. quis mihi bona §. iuſſum in 2. col. & ibi Alex. in 4. col. & alij ff. de acquir. hæred. Ioan. And. in c. cum in ueteri de electio. cuius dictũ commendat Baldus in rubr. de exercito. in ulti. col. & facit id, quod ipſe uoluit in l. quicunque C. de bonis, quæ liberis & in l. fi. §. neceſſitatem in 7. col. C. eod. tit. ſed conſenſus domini in alienatione, et obligatione feudi requiſitus per modum licentiæ, et permiſſionis requiritur c. 1. §. 1. de prohib. feud. aliena. per Lotha. et in c. 1. §. 1. de prohib. feud. alien.
3 per Federi. ergo &c. ¶ Tertio † ubicunq; conſenſus alicuis requiritur, ſine quo actus ipſo iure nullus eſſet, is tempore actus interuenire debet, nec ſufficeret, ſi ex interuallo poſtea adhiberetur, ſecus ſi actus in ſe ualeret, quamuis per exceptionem infringi poſſet, ut per Alexandrum in addit. ad Bartolum in d. §. iuſſum in apoſtill. in uer. ſiue ſequatur & fuit originalis doctrina Innocentij in c. conſuetudinis de conſuetudine, ſed alienatio, & obligatio, ſpecialis feudi ſine conſenſu domini facta aliàs eſt ipſo iure nulla, tum quia

facta

facta eſt contra legis prohibitionem, argumento l.non dubium C.de legibus,& l.ſancimus C. de agricolis, & conſi. lib.11.tum quia lex illam ipſo iure caſſat,& annullat d.c.1. §.1.de prohib.aliena. per Federicum cum ſimilibus, ergo conſenſus ad illius ualiditatem requiſitus tempore alienationis, & obligationis, non autem poſt ex interuallo interueniſſe debuit. ¶ Quarto † quando in actu ad eius ualiditatem requiritur conſenſus ſuperioris,tunc ille per modum auctoritatis, hoc eſt in ipſo actu,uel in continenti poſt interuenire debet iuxta l.tutor §.obligari ff. de aucto. tuto. glo.in c.1.de rebus eccle. non alienan.in 6.Anto. de Butr. in d.c.conſuetudinis,bonus textus in c.quidam 18.quæſtione 2.& ibi Archid.in uer.conſcientia,qui dicit, quòd quoties conſenſus ex officio publico requiritur,intelligitur per modum auctoritatis, quia ſecundum Ioannem Andream, & Domin.de ſancto Gemin.in d.c.conſenſus eſt inferioris, auctoritas uerò ſuperioris,ſed in caſu noſtro in collocatione uxorum ſuper bonis feudalibus requiritur conſenſus nõ inferioris,ſed domini, & ſuperioris, qui reſpectu feudi iuriſdictionem in uaſallum habere dicitur c. ex tranſmiſſa, c. uerum de foro competenti,ergo &c. ¶Quinto licet conſenſus & tempore actus, & poſt actum ex interuallo interuenire poſſit quoad hoc, ut conſentiens actui contradicere nequeat,tamen ad ualidandum aliàs inualidum in ipſo actu interuenire debet c.auditis, c.ſicut. & c.eccleſia de electio. per Innocentium in d.c.1.de rebus eccle.quem Domin.ibi refert:Sed alienatio,ſeu hypotheca rei feudalis abſque conſenſu domini facta in ſe eſt nulla, ut ſupra dictum eſt, ergo dominus poſtea ex interuallo illi conſentiendo, quamuis non poſſet contradicere,per huiuſmodi tamen conſenſum eam confirmare, & ad aliorum præiudicium ualidare non diceretur. ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam tanquam de iure ueriorem ſequor, quòd Illuſtris dominus Antoniottus uxorem ſuã ſuper dictis bonis feudalibus pro eius dotibus collocare potuerit,etiam nõ interueniente tunc conſenſu domini: quia ſatis eſt expoſtfacto, & ex interuallo interueniſſe, ſeu dominum requiſitũ fuiſſe,ut conſenſum,quem præſtare tenebatur,dictæ collocationi,& obligationi adhiberet: & ad hoc dicendum induco, Primo quia † ubicunque in actu conſenſus alicuius exigitur non per modum licentiæ,nec iuſſus, nec auctoritatis,ſeu formæ, & ſolemnitatis, ſed ſimplicis cõſenſus ratione ſui iuris,& præiudicij,tunc huiuſmodi conſenſus tempore celebrationis actus nõ eſt neceſſarius, ſed ſatis eſt expoſt facto interueniſſe:hæc eſt communis theorica omnium ſcribentium tàm canoniſtarum,quàm legiſtarum, & horũ Bar. Alex.Pau.de Caſt.Ioan.de Imo.Franc.de Aretio in l.ſi quis mihi bona §.iuſſum ff.de acquir.hæred.& in l.ſi autem plures ff.de aqua plu.arcen. illorum autem in c.cum conſuetudinis,ubi Antonius latiſſimè ponit extra de conſuet. & in c. 1.de rebus eccle. non alien.in 6. vbi Ioannes Andreas, & alij poſt Innocen.& hoc idem Ioan.de Imola, Abb.& cæteri tangunt in c.cum nos de his, quæ fiunt à præla.ſine conſen.capi.per illum textum,& in c.cura per illum textum de iure patronat. & per modum ſimplicis conſenſus, non autem ſolemnitatis, uel formæ, uel auctoritatis requiri dicitur, prout docent communiter doctores in locis præalle.& præſertim Anto.in d.c.cum conſuetudinis in pen.colum. & & Alexan.in d.§.iuſſum in antep.colum.quando in actu cõſenſus ſuperioris adhiberetur, qui in re ius aliquod haberet, ſeu cui ex illo actu præiudiciũ aliquod inferri poſſet:at in terminis noſtris requiritur conſenſus ſuperioris, hoc eſt Illuſtriſſimi domini Marchionis ius in dictis bonis feudalibus habentis,cuique ex collocatione,& obligatione hypothecæ præiudicium inferri poterat, ergo tanquam confirmatorius per modum ſimplicis conſenſus requiri dicitur, & conſequenter quandocunque ex interuallo adhiberi poteſt. Quod ſecundo loco ſuaderi poteſt, quia † ubicunque actus ſolum ratione defectus conſenſus eiſſet nullus,huiuſmodi defectus expoſtfacto etiam ex interuallo ſuppletur, glo.in l.licet ff.de iudi.d.c.cum nos cum ſim.alleg.per Alexandrum,qui hoc tenet in d.§.iuſſum in antepen.colum.in uerſi.item inquantum,poſt Ioannem de Imo.ibi ita declarantem dictum Innocentium in d.c.cum conſuetudinis,ubi hoc de mente quoque Anto.extat: ſed in terminis noſtris actus collocationis ſolum ratione defectus conſenſus domini nullus dici poteſt,quia aliàs eſt ex pacto,& natura inueſtituræ permiſſus,ut ex illis uerbis conſtat, ac etiam ex uerbis Baldi in c.1.de prohibita feud.aliena.per Federicum in princip. in finalib. uerb. qui dicit contractum alienationis feudi quoad rei traditionem eſſe nullũ, ualere tamen quoad præiudicium uendentis, & contrahentium, ergo defectus huius conſenſus per dominum quandocunque ex interuallo ſuppleri poterit, & præſertim, cum ipſe in huiuſmodi actu ſuum conſenſum præſtare teneatur, ſequitur, quod etiam ex interuallo quandocunque cõſentire potuit, ſicuti quãdocunque ex interuallo potuiſſet eo caſu, in quo ad hoc obligatus non foret, quia id in eius uolũtate poſitũ eſſet.¶Præterea † conſenſus domini in alienatione,uel obligatione feudi requiſitus dicitur eſſe confirmatorius, Inno. in c.1.de rebus eccle. non alien.in 6. & præſupponunt doctores in d.c.1.de prohib.feu.alien.per Federicum in prin. & probatur ex iis,quæ uolunt Alex.Fran.de Aret. & alij in d.§.iuſſum,ergo ex interuallo poterit adhiberi,quia† confirmatio ſui natura fit ex interuallo c. uenerabilem de elect. & per totum de confirma.util.uel inuti. ac in ſpecie hoc uolunt Andreas de Iſernia,& Modet.Mediol.in d.c.1.in prin. in 5.colum.dicentes,licentiam,& conſenſum domini ex interuallo poſſe poſt alienationem,& obligationem feudi interuenire.Et præſuppoſita prædicta concluſione pro uera, prout illã eſſe ueram arbitror,ſequitur,quòd in caſu noſtro dñs conſenſum ſuum ex interuallo, quãdocunque requiſitus erit, præſtare tenebitur: quia illa clauſula, quòd dominus conſenſum præſtare teneatur,eſt intelligenda ſecundũ naturam conſenſus,qui per modum conſenſus exigitur,uel ſecundum regulas iuris conſenſum domini in alienatione, uel obligatione feudi requirentes, & cõſequenter ſatis erit ipſum etiam poſt collocationem,& hypothecam contractã interponi per prædicta, quia † in dubio pactum ſemper ſecundum naturã actus,ſuper quo interponitur, intelligi debet,argumento l.ſi ſtipulatus in prin. & ibi glo.& docto.ff. de uſur.Alex.in l.ſciendum in 2.colum.ff.de uerborum obliga.& in conſi.229.in 2.uolu.& in conſil.128.in 2.colum. in 5.uolumi.l.ſi quando in prin.C.de inoffi. teſtamen.l.fin. §.ſi quis ſub conditione ff.ut lega.nom.caue.cum ſim.Cum itaque ex forma inueſtituræ conuentum fuerit,ut dominus conſenſum ſuũ præſtare teneatur,hoc debet intelligi,prout de iure fieri poteſt,& ſic etiam ex interuallo, dummodo ſuper hoc ipſe requiſitus, ac interpellatus fuerit tàm ad effectum,ut ad eius notitiam id perueniret, quia diuinare nõ debet l.ſi putator in fin.ff.ad l.aquil.c.unico ut eccle.benefi. c.quia propter diuerſitatem de conceſſ. præb.& in §.1. cũ glo.in authen.de nup.colla.4.quàm etiam,quia † nemo ſuũ conſenſum, & officium niſi imploranti impartiri tenetur, neque debet obligatus ſimpliciter obligationem adimplere,niſi interpellatus, & requiſitus fuerit, argumento l.ſi ex legati cauſa cum materia ff. de uerborum obligat. & l.4.§. hoc autem ff.de dam.infect. cum ibi not. per Bartolum, & alios: quòd ſi requiſitus conſentire noluerit,in mora dicetur conſtitutus,neque amplius requirẽdus eſt,niſi ipſe poſteà conſenſum offerret,eiuſque moram purgaret,argum. l.ſi ſeruum §.ſequitur ff.de uerborum oblig.l. qui decem in prin.

prin.ff.de ſolu.l.debitor ff.de uſur.cum ſimil.iunctis iis,quæ uoluit Bal.in l.fin.§.neceſſitate in 2.col.C.de bon.quæ libe. ubi pater,qui filio agenti cōſentire cogitur,ſi deneget, filius ſine conſenſu patris agit,& ad hoc eſt bonus tex. in l.ſi cum dotem §.ſi eo tempore uerſi.quod ſi is pater ſit ff.ſol.matri. ſatis enim eſt dominum ſemel fuiſſe requiſitum,ut conſentiat arg.tex.cum ibi not.per gl.in uer.licentiam in c.licet de regular.¶ Non obſtant modo in contrarium allegata, quæ licet ex ſupra deductis ſublata ſint, tamen pro clariori intelligentia ſingulis reſpondebo, & in primis non aduerſatur primum argumentū,quia conſenſus domini non certo determinato tempore,ſed ſimpliciter requiritur,quo caſu ſufficit,ut ex interuallo quandocunq; interueniat,cū per modum ratificationis,& confirmationis adhibeatur, ut uolunt doct.communiter in d.§.iuſſum,& in aliis locis ſupra alleg. ¶ Non obſtat ſecundum,quia reſpondetur,hunc cōſenſum non per modum licentiæ,ſed ſimplicis conſenſus, & cuiuſdam permiſſionis requiri,ueluti ex uerbis inueſtituræ colligitur,ut in d.c.1.de prohi.feu.alien.per Lotha. & de prohi.feu.aliena.per Federi.in §.1.propterea ſatis eſt, quòd ex interuallo poſt interueniat, ut ſupra: & habetur per Andr. de Iſer.& do.Præpoſi.in d.c.1.in 5.col.in prin. de prohib. feu.aliena.per Federi. ¶ Non aduerſatur tertium,quia ex uerbis Ioan.de Imol.quem refert,& ſequitur Alex. in d.§. iuſſum in 4.col.& ex iis,quæ uoluit Domi. de S. Gemi.in d. c.1.in 4.col.in uer.in eadem glo. ibi ſimul &c. de rebus ec-
12 cleſ.non alienan.in 6.colligitur reſponſio, † ubicunq; enim actus aliàs nullus eſſet aliter, quàm ex defectu conſenſus, puta ratione aliorum ſubſtantialium,& formæ à iure traditæ,tunc ex ſuperueniente conſenſu cōfirmari, ratificari,ſeu ualidari non poteſt:Et ita intelligitur id, quod uoluit Inno. in d.c.cum conſuetudinis:ſed quando ſolum ratione defectus conſenſus alicuius foret nullus,ueluti contingit in terminis noſtris,tunc huiuſmodi conſenſus etiam ex interuallo ſuppleri poteſt:idem ſentit Paul.de Caſtr. in l. bonorum in fin.uerb.ff.rem ratam haberi. ¶ Non obſtat quartum, quia reſpondetur ex iis, quæ uolunt doct. communiter in d. §.
13 iuſſum,ut ibi per Alex.in 3.col. † illud procedere, quando neceſſarius eſſet cōſenſus illius ſuperioris,de cuius iure,ſeu intereſſe,& præiudicio non ageretur, ſecus ſi requireretur conſenſus etiam ſuperioris,de cuius iure,& præiudicio tractaretur, quia tunc ut ſimplex conſenſus confirmatorius diceretur interuenire,qui etiā ex interuallo ſufficit, ut ibi eſt de mente Alexan.& habetur per do. Ant.in d. c.cum conſuetudinis,& per Domi.in d.c.1.¶ Vltimum quoq; non aduerſatur,quia ſecundū Domi.de S.Gemi.in d.c.1. illud pro
14 cederet,† quādo actus ab initio eſſet nullus ex alio defectu, quam ex defectu conſenſus, puta ex non obſeruatione formæ,& ſolennitatis ſubſtantialis,ut in electionibus,ſententiis, ac aliis huiuſmodi,ſed in iis,quæ à ſolo conſenſu alicuius dependent,ſecus eſt,quia ſi etiā expoſtfacto interueniat,operatur,nedum ut quis non poſſit contradicere, ſed etiā actus ualiditatem,atque confirmationem,& hic ultimus caſus eſt caſus noſter.¶ Venio ad ſecundum dubium, præſuppoſito, quòd Illuſtriſſimus dominus Marchio ex interuallo conſentire potuerit,& debuerit,utrum poſt mortem domini Antoniotti,& Eliſabeth eius filiæ nunc ad petitionem Magn.do. Annæ conſenſum ſuum interponere poſſit,& debeat, cum plures alij præiudicium ſibi inferri prætendentes ſe opponant:Et prima facie dicendum uidetur, quòd nō,quoniam cum pro parte filiarum ſororum dicti do.Antoniotti oppoſitum fuerit, quòd ipſis ex inueſtitura per obitum dicti dom. Antoniotti,& Eliſabeth eius filiæ ius in dictis bonis feudalibus iam acquiſitum fuit,quia ſunt uocatæ in caſu, quo non extarent,ſeu deficerent liberi,& deſcendentes maſculi,ſeu fœminæ per lineā maſculinam,& hic caſus euenit,nā mortuus eſt dominus Antoniottus, ſuperſtite domina Eliſabeth eius filia,quæ ad feudum ex forma inueſtituræ uocata fuit, cuiuſque nomine infra tempus legitimum inueſtitura petita eſt,& conſequenter in dicto feudo ius acquiſitum, c.1. de ſucceſ.feu.in prin.cum ibi not.c.1.de ſucceſ.frat.in prin.
15 & in c.1.in prin.de nat.ſucceſ.feu. † ubi filiæ,& deſcendentes fœminæ non admittuntur ad ſucceſſionem feudi,niſi ex pacto,& tenore inueſtituræ, uel niſi feudum ſit fœmineum c.1.de feu.fœmi.c.1.in fin.de feu.march.& in c.1.quemad. feu.ad fil.perti.cum glo.uel niſi feudum à domino emptum
16 eſſet;quia † tunc ſui natura ad filias,cæteraſq; fœminas tanquam quid hæreditarium tranſiret,ut uoluit Odofre. in tit. qui poſſ.ſucced.in feu.& idem tenet Goffred. quem refert Bal.& ſequitur in c.ſignificauit in 2. col. de reſcript. & hoc modo poteſt intelligi tex.d.c.1.quemadmo.feu.ad fil.perti. ibi niſi à domino redemerit, referendo illa uerba non ad filiam,ſed ad principium illius literæ,dum loquitur de patre, & facit c.1.de benef.fra.ubi feudum nouum, quod ſui natura non tranſit ad collaterales,tranſit tamen, quando pretio aliquo emptum fuit,quia ſic naturam mutat,& fit quid hæreditarium,ut ibi,& habetur in §.& quia in tit.qui feu.dar. poſ. feudum enim de ſui natura gratuita conceſſio eſſe debet,ut uoluit Bal.in l.licet C.de liber.cau.in c.1.de nat.feu. & ibi Moder. in 4. diuiſ. cum ſimil. per eos allega. quamuis And.de Iſer.in c.1.§.hoc autem notādum qui feu.dar. poſ. contrarium teneat:Sed prima opinio magis placet, tū quia communior,tum quia feudum per emptionem acquiſitum non dicitur propriè feudū, & ratione pretii cenſetur quid hæreditarium argu.c.1.§.beneficiū in quibus cauſis amitt. feud.c.1.de feu.non haben.natu.feu. iunctis iis,quæ habentur per Alex.poſt Bar.in l. ſi mihi,& Titio ff. de verbo.obli. Et ideò cum poſt mortem do.Eliſabeth,quæ abſq; deſcendentibus deceſſit,ſuperſtibus matre,& quibuſdam ſuis ſororibus amitinis natis ex ſororibus patris ſui, ipſis amitinis ſit ius acquiſitum, ex quo ad feudum expreſſè uocatæ fuerūt, & ſic ex pacto ī eo ſuccedere dicūtur, vt in iuribus ſ alleg.
17 etiā excluſa do.Anna matre dictæ do. Eliſabeth, quia † ad ſucceſſionē feudi nūquā aſcēdentes ſiue maſculi,ſiue fœminæ poſsūt admitti,quāuis feudū fœmineū ſit,ſed ſolū deſcēdētes,& collaterales,ſecundū quod habetur in c.1.qui feuda.poſ.& ī c.1.de ſucceſ.feu.& ī c.1.de nat.ſuc.feu.& vbiq; no.per doc.& habetur per Bal. & Sali.in auth.defuncto C. ad tertul.ex his ſequitur,quòd ad petitionē do.Annæ hæredis dictæ do.Eliſabeth dn̄s feu. nō pōt ad præiudiciū dictarū amitinarū expoſtfacto cōſentire d.collocationi,illāq; ex īteruallo cōfirmare,quāuis aliàs ubi de alterius, cui iā eſſet ius quæſitū,præiudicio nō ageretur,dn̄s ex interuallo alienationi,uel obligationi feudi cōſentire poſſet, vt ī terminis voluit And.de Iſer.& ſequitur Præpoſi. Medio.in c.1.in 5. col.de prohi.feu.alien.per Fed. vbi dicūt, quòd ubi ſolū de præiudicio cōſentiētis agitur,ſufficit cōſenſum præcedere, vel ſequi l.iubemus C.de emā.lib.l.in cōcedēdo ff.de aqua plu.arcē.Secus ſi ageretur de alterius præiudicio,c.inter dilectos de fid.inſtr.hoc.n.fieri nequit l.nec auus C. de emā.c.
18 lib.¶ Præterea † quamuis vaſallus de iure feudū de cōſenſu dn̄i alienare poſſit,ut in d.c.1.de proh.feu.alien.per Lotha. & de proh.feu.alien.per Fed.iūcto c.1.qualiter olim feud. alien.pot.atq; alienatio ita facta in ſe de iure teneat,ut in dictis iurib.cū ſimi.tn̄ illa fieri nō poteſt in præiudiciū fratrū, & aliarū perſonarū,quibus ius aliquod ex inueſtitura acquiri poſſet,uel acquiſitū eſſet,ut in c.1.de alie.feu.pater.ergo poteſtas collocādi,& alienādi,ſeu alienationi conſentiendi non operatur,quominus dictæ filiæ ſororum do. Antoniotti poſt mortē dictæ do. Eliſabeth in feudo ſuccedere ualeāt, & idcirco nūc poſt obitū dictorum do.Antoniotti,& do.Eliſabeth conſenſus ad petitionem do.Annæ præſtari non po-

u teſt,

teſt, ex quo ius ipſis amitinis iam acquiſitum eſt, ut in dictis iuribus, & in c. 1. de feud. ſucceſſ. cum glo. in verb. partem, & ibi per ſcriben. & Alex. in conſil. 128. in 5. uol. in 2. colu. ¶ Tertio facit tex. in c. ſi pro te de reſcrip. in 6. vbi caſus notabilis, qui fortiter ſtringit, ibi .n. Papa executori mandauit, ut Titio de canonicatu certæ eccleſiæ prouideret, ſi ad id conſenſus capituli dictæ eccleſiæ accederet, & ante, quã capitulum conſentiret, alius à ſede apoſtolica canonicatum obtinuit, poſtea accedente conſenſu capituli exequutor vigore primi mandati de canonicatu Titio prouidit, dicitur ibi, Titium non poſſe canonicatum obtinere, quia conſenſus capituli non interuenit, niſi poſtquam alteri ius quæſitum fuit. ¶ Quarto † cum conſenſus domini in caſu noſtro
19 ſit cõfirmatorius, & vim ratificationis habeat, vt ſupra, arg. l. fin. C. ad maced. ſequitur, quòd expoſtfacto poſt ius alteri tertio quæſitum, cum res integra eſſe deſierit, interuenire non poteſt, d. l. fin. cum ibi not. per Bar. Bal. & alios, l. bonorum, & ibi Bart. ff. rem ratam hab. faciunt, quæ habentur per Bal. in auth. qui rem C. de ſacroſan. eccl. Bar. in l. ſi vxor §. ſi quis uxorem ff. de adult. do. Ant. in c. accedens de præben. & Ioan. And. in c. ratum de regul. iur. in 6. dicit ratihabitionem non tollere ius tertii, idemque videtur eſſe de mente Bar. in d. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de acquiren. hæred. in 2. colum. dicentis conſenſum alicuius in actu requiſitum poſſe etiam ex interuallo interuenire ſecundum diſtinct. d. l. fin. C. ad maced. habita conſideratione, an ex ratificatione, & conſenſu ſubſequuto alteri præiudicium inferatur, nec ne. ¶ Quinto ex quo dominus Antoniottus defunctus eſt, nulla perſona adeſſe dicitur, quæ huiuſmodi conſenſum adhiberi, ac ratificationem fieri petere poſſit, quia res integra eſſe deſiit, cum ad aliam diuerſam perſonam deuenerit, arg. d. l. bonorum, ac ius requirendi conſenſum ipſi domino Antoniotto, ſeu hæredi, & ſucceſſori ſuo reſeruatum erat, qui collocationem, & obligationẽ ſuper feudo facere vellet. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, concludo dominum feudi, eiuſuè ſucceſſores teneri ad petitionem dominæ Annæ præſtare conſenſum, de quo ſupra, & contradicentibus dictis filiabus ſororũ dicti domini Antoniotti, ſiue aliis ius in dicto feudo ex inueſtituris ſibi prætendentibus, & inter cætera hoc mihi illud ſuadet, quia cum ipſa domina Anna in effectu facta ſit hæres domini Antoniotti mediante perſona dominæ Eliſabeth eius filiæ, quæ fuit hæres domini Antoniotti eius patris tàm in bonis feudalibus, quàm allodialibus, & hæres hæredis teſtatoris, ſeu primi defuncti ſit hæres l. fin. C. de hæred. inſtit. l. hæredis, l. ſciẽdum ff. de verbo. ſignific. l. ſi quis filium. §. fin. ff. de acquir. hæred. ac etiam ipſius dominæ Annæ principaliter interſit ratione dotium ſuarum dictam collocationem, & hypothecam valere, ſequitur, quòd ius requirendi dominum feudi,
20 ut ſuum conſenſum præſtet, ad eam ſpectat, quoniam † ſicut vnuſquiſq; per illam exceptionem, tua nõ intereſt, excludi poteſt, iuxta quæ habentur in l. ſi patroni. §. qui fideicommiſſariam, & ibi Alex. & per eundem in l. apud iulianũ §. ſi de teſtamento ff. ad trebell. & argu. l. fin. cum ibi not. C. de rei uendi. l. loci corpus. §. penult. ff. ſi ſerui. uendi. ita unuſquiſque, cuius principaliter intereſt, admitti debet, ut ibi, & argu. tex. cum ibi not. per glo. & docto. in l. ſtipulatio iſta. §. alteri, iuncto. §. ſi ſtipuler. ff. de uerbo. obliga. ac eorum, quæ habentur per Bart. & alios in l. ſæpe ff. de re iudi. c. quamuis cum materia eod. tit. c. una de appellat.

¶ Præterea cum ipſe dominus feudi, eiuſq; ſucceſſores obligati ſint præfato domino Antoniotto, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus ex forma inueſtituræ præſtare conſenſum collocationi faciendæ, ſeu factæ ſuper feudo, ſicut ipſe do. Antoniottus, qui hmõi collocationem, & obligationem fecit, à domino petere potuiſſet, ut conſenſum præſtaret, & contra eũ ſuper hoc ex contractu feudi agere, iuxta eã, quæ habentur per docto. in prælud. feud. maximè in 4. diuiſione, & per Bal. in l. 1. C. de fructi. & lit. expen. cum ſimil. ita quoq; præfata do. Anna in effectu hæres d. do. Antoniotti, ad quã tranſeunt iura actiuè, & paſſiuè, arg. l. 1. & l. pro hæreditariis C. de hæredi. actio. iuncta l. ſi. ff. de contrahen. empt. & cum iſtud ius requirendi conſenſum etiam poſt actum celebratũ ex interuallo quandocunq; competierit, ac dominus fuerit requiſitus, ut ſupra dictũ, & concluſum fuit, ſequitur, quòd dicta do. Anna nunc hmõi conſenſum à domino requirere poteſt, & ipſe illum, prout ſe obligauit, præſtare tenetur.

¶ Sed tota difficultas, & punctus in hoc conſiſtit, utrum ipſe dominus hmõi conſenſum poſt mortem prædictorũ ad præiudicium eorum præſtare teneatur, qui d. do. Annæ ſe opponunt, aſſerendo ſe in feudo ſuccedere, & in eo ius habere; cum conſenſus confirmatorius, & ualiditatiuus, (ut ita dixerim) per modum cuiuſdam ratificationis requiſitus interponi nequeat, re non exiſtente integra, & poſt ius alteri quæſitum, ac conſequenter ad præiudicium tertij, per ea, quæ circa prin. huius ſecundi dubij adducta fuerunt, quæ aliter nõ repeto: & circa hoc mihi omninò cõcludendum uidetur, quòd non obſtantibus filiabus ſororũ do. Antoniotti, aliiſq; ſe opponentibus, ac eorum iurib. dñs feudi, eiuſuè ſucceſſor cõſenſum ſuum præſtare poſſit, & debeat, licet ẽt ex hoc aliqualiter aduerſarijs præiudicari dici poſſet, in primis quia
21 & ſi ardua, & difficilis materia eſt, an † ratificatio, ſeu cõſenſus ualiditatiuus, & confirmatorius poſt ius alteri quæſitum, & re integra non exiſtente, fieri, ac interuenire poſſit, quia habetur diſtinctio, prout in l. ſi. C. ad maced. & ſupra dictum fuit, tamen ea diſtinctio, an per ratificationem tertio præiudiciũ inferatur, nec ne, procedit, et habet locum, quãdo defectus ex parte ratũ habere debẽtis ſuperueniret, ſecus ſi ex parte actũ gerentis, quia tunc indiſtinctè, et ſimpliciter, ſiue agatur de præiudicio alterius tertij, ſiue non, ratificatio fieri poteſt, et debet, ut in l. bonorum in fine ff. rem ratam hab. et ita in terminis uoluit ibi Bar. qui hoc expreſsè ſentit, ſi eius uerba rectè conſiderentur, nam ipſe in hoc articulo tres caſus conſiderat, primus eſt, quando defectus ex parte actum gerentis ſuperuenit, ſecundus, quando ex parte ratũ habentis, tertius, quando ex parte rei, ſuper qua ratificatio fieret; & in primo indiſtinctè, & ſimpliciter dicit ratificationẽ fieri poſſe, in ſecundo diſtinguit, an quis uelit habere ratum in præiudicium tertij, an non, ut ibi per eum, ex cuius uerbis; & mente clarè innuitur, quòd in primo caſu ratificatio fieri poteſt, ſiue tertio præiudicium inferatur, ſiue non, hoc enim Bart. ſolum conſiderat in ſecundo caſu: Et hanc eius diſtinctionem, & doctrinam docto. ſimpliciter, & communiter ſequuntur, ut per Baldum in l. ordo in fi. uer. C. de exequut. rei iudi. ad cuius uerba ſe in hoc articulo remittit etiã Paul. de Caſtr. in d. l. bonorum: ſed nos ſumus in primo caſu Bar. & non in ſecundo, quia in terminis noſtris nullus defectus ex parte debentis ratum habere, hoc eſt domini feudi ſuperuenit, ſed ſolum ex parte actũ gerentis, hoc eſt do. Antoniotti, qui collocationem, & obligationem hypothecæ fecit, & qui eſt mortuus iuxta l. bonorũ in fin. ergo ſequitur, quòd ipſe dñs feudi ratificationẽ facere poteſt, & debet, ſiue de præiudicio alterius agatur, ſiue non, ex quo ad hoc ſe obligauit. ¶ Tertio prædicta ſuadentur ex uerbis inueſtiturarum factarum dominis Auguſtino, & Ioanni, quibus data fuit ſimpliciter facultas collocandi uxores ſuas ſuper feudo pro dotibus ſuis de conſenſu domini, ſeu hæredum ſuorum, & ſucceſſorum, quem conſenſum præſtare teneãtur, Primo enim conſidero, quòd cũ ipſi conſenſum ſuum præſtare reneãtur, hoc debet intelligi, ſi ipſi requiſiti, & interpellati fuerint, & non aliter, quia diuinare non poſſent, ut ſ dictũ fuit. Secundo ex quo ſimpliciter dicitur, quòd conſenſum præ-

ſtare

ſtare teneatur,& ſic ad alterius requiſitionem,nec exprimatur,ad cuius petitionem, & requiſitionem, debet intelligi, uel ipſius domini Antoniotti, & domini Ioannis, uel hæredum ſuorum,uel aliorum,quorũ principaliter intereſſet, & conſequenter etiam præfatæ dominæ Annæ per prædicta. ¶ Tertio cum ſimpliciter permiſſa ſit facultas, & data poteſtas collocandi uxores ſuper dictis feudis cum cõſenſu dominorũ,quem ipſi præſtare teneantur,neque alicuius præiudicium conſideretur,debet intelligi,ſiue ex hoc præiudicaretur aliis uocatis ex inueſtitura,& ad ſucceſſionem dicti feudi uenientibus,ſiue non, cum prædicta poteſtas ſimplici
22 ter data fuerit fauore dotiũ, & in † dubio ſemper etiam ad quale quale præiudicium alterius ea ſit facienda interpretatio,quæ dotibus fauet l.1.& ibi doct.ff.ſolu.mat.& argum. auth.res quæ C.communia de lega. Quod expreſsè colligi uidetur ex uerbis inueſtiturarum,in quibus dictum præiudicium non conſideratur,quando uaſallus, ſeu eius hæredes, & ſucceſſores uxores ſuas collocarent, uel quando inter ſe facerent uenditiones dictorum bonorum feudalium in totum,uel in parte,ſed ſolum conſideratur,quando contingeret ipſos uaſallos uendere,alienare,uel cõcedere bona prædicta extraneis perſonis ad ſucceſſionem feudi non uocatis, neque ius aliquod ex inueſtituris factis habẽtibus,tũc enim in illorum præiudicium uenditio, & alienatio non permittitur: ex hoc ergo clarè infertur, quòd in primis duobus caſibus cẽſetur data poteſtas collocandi, & alienandi etiam cũ illorum præiudicio,arg.l.cum prætor cum ibi not. ff.de iudi. l.naturalis §.ſed ſi facio ff.de præſcrip.uer.cum glo.in uerb. præſtes,Bal.& Alex.in l.1. C.de diuer. reſcrip. & exceptio dictum, ac regulam firmat in aliis caſibus l. nam quod liquide in fin.ff.de penu lega.l.qui neque in fin.ff. de rebus eorũ. ¶ Quarto quoad perſonas uenientes ad ſucceſſionem feudi,& ius aliquod in eo prætendentes ex inueſtituris aliis factis illud ius ex facto domini,& ipſorum uaſallorum, atque ex una,eademq; diſpoſitione,& inueſtitura prouenire dicitur,quibus ipſi uaſalli inueſtiti fuerunt, & ſic ex facto ipſorum,qui eos uocauerũt,ergo tunc temporis,& ab initio eos cum hoc onere,& hac lege uocare potuerunt, quòd ſuper bonis illis uxores etiam cum eorũ præiudicio collocari poſſent, arg.eorum,quæ habentur per gl.& doct.in c. ſic quidã
23 10.q.1.vbi † ab initio etiam cum præiudicio alterius,& eccleſiæ quis poteſt apponere conditionẽ,&onus rei ſuæ,quã ex eius diſpoſitione in alium,ſiue in eccleſiam transfert, & facit id,quod habetur in c.eleuterius 18.q.2.in c.ſi quis baſilicam de cõſecra.diſtinc.1.& per Bar.& alios in l.qui romæ §. flauius ff.de uerb.ob.l.quoties C.de dona.que ſub modo. ¶ Quinto cum,ut dictum eſt, reſpectu eiuſdem inueſtituræ,& diſpoſitionis, ex qua ſucceſſiuè uocati ſunt tales ius prætendentes,illud ab ipſo domino feudi, & à prius inueſtitis habeant, certè ab iis cauſam habere cenſentur, & una, eademq; perſona cum illis eſſe uidentur, ex quo ex eadem
24 diſpoſitione ueniunt,quia factũ † eius, qui cauſam à me habet,factum meum cenſetur, l.ſi indebitum §.ſi procurator, & ibi Bar.ff.rem rat.hab.ergo ad eorum præiudicium ratificatio fieri potuit per ea,quæ ſupra uoluit Bar.quem ſequitur Caſtren.in diſtinctione in d.l.bonorũ, ubi uoluit, quòd ubi agitur de præiudicio tertij,qui una perſona cum gerente fingitur,ratificatio ad eius præiudicium fieri poteſt,& ad propoſitum facit id,quod uolunt glo.& Dyn. in l.fin. C.ad Maced.ubi pater mutuum factum filio ratũ habere poteſt etiam ad præiudiciũ filij, qui iam ex ſenatuscõſulto ius, ſeu exceptionẽ Maced.acquiſiuerat,tum quia eædem perſonæ cẽſentur, l.fi. C.de impub.& aliis ſubſti. tum etiã quia ſecũdum Salic.in d.l.fi.contractus mutui eſt improbatus, ſeu cõtra illum datur exceptio, niſi patris cõſenſus uel præcedat, uel etiã ex interuallo ſequatur,ut in d.l.fin.cũ ibi not. vnde filius recipiẽdo mutuũ à principio illud ſub hac cõdõne, & ſecundũ diſpõnem d.l.fi.recipere dicitur,ac etiã demũ iuua
25 tur,ſi pater ratũ nõ habeat.Quare dicere poſſumus,† ratihabitionẽ in cõtractibus initiũ influere,& ei robur tribuere efficaciter obligando,ut in d.l.fi. Hæc ſunt uerba Salic. ibi ex mente Dyn. glo. & aliorum doctorum communiter, vt ibi ipſe atteſtatur: quæ omnia nobis optimè inſeruiunt, quoniam ſimiliter quãdo uaſallus ex facultate, & poteſtate ſibi ex inueſtitura cõceſſa vxorem ſuam pro eius dotibus ſuper feudo collocauerit,à principio dicitur hanc collocationem feciſſe ſecũdũ naturã inueſtituræ, videlicet ſi dominus conſenſum præſtiterit,vel ſaltẽ à principio,aut ex poſtfacto requiſitus fuerit,& ſic alij,quibus ius ex inueſtitura acquiri debuit,vel acquiſitum fuit, ita demum iuuari dicuntur, ſi dominus ratum non habuerit,ipſo verò ratum habente, prout tenetur,non iuuantur,& conſequenter dicere poſſumus, ratihabitionem domini in collocationis,ſeu obligationis hypothecæ initium influere, eique robur efficaciter tribuere, etiam ad præiudicium illorum, quibus ius acquiri poterat, ſeu acquiſitum fuerat: quoniam inſpecta ueritate illis non ſimpliciter,ſed ſub illa cõditione acquiſitum cenſetur, ſi domini conſenſus non interuenerit, uel non requiſitus fuerit, per prædicta. Et facit etiam id,quod dixit Bal.in d.l.fin.idẽ, quod ſupradictum eſt,præſupponendo etiam in fideiuſſore dato à filio,cui mutuatum ſit: dicunt etiam Dyn.& Salicet.
26 in d.l. fin. quòd † ſtante ſtatuto, quòd ſi bannitus habuerit pacem ab offenſo ante, quam capiatur,liberari debeat,ſi cõtingat pacẽ ab offenſo fieri alicui nomine banniti, & bannitus ante,quam ratum habeat,capiatur,ſecuta ſua ratificatione liberari debeat,quia ratificatio ad tempus factæ pacis retrotrahitur,& tamẽ agitur de præiudicio fiſci, cuius intereſt delicta puniri l.ita uulneratus ff.ad l.acquil.c.ut famæ de ſent.excõmunica. cuiq; ante ratificationem ius ex captura contra bannitum acquiſitum erat,& ſic res integra eſſe deſierat,ita in terminis noſtris dicendum eſt huiuſmodi conſenſum domini ad tempus collocationis, & obligationis factæ retrotrahi etiam ad præiudiciũ iuris illorum,qui ex inueſtitura ad ſucceſſionẽ feudi uenire potuerunt. ¶ Sexto cum ipſi priores uaſalli,hoc eſt domini Auguſtinus, & Ioannes cum hac facultate, & poteſtate de feudo inueſtiti fuerint, quòd ſuper illo uxores ſuas collocare poſſint cum conſenſu domini,quem præſtare teneatur, & ex hoc ipſis uxoribus collocatis, & præſertim dominæ Annæ fuerit acquiſitum ius petendi,& requirẽdi cõſenſum domini quãdocunq;, & ex interuallo,& dominus illũ denegare nequeat, ſed præſtare teneatur,qñcũq; requiſitus fuerit, ut ſupra cõcluſũ eſt,ſequitur,quòd poſt collocationẽ factã de vxore vaſalli in præiudiciũ dicti iuris uxori ex collocatiõe, & inueſtitura acquiſiti aliis ius aliquod ſucceſſionis in d. feudo ex forma eiuſdẽ inueſtituræ acquiri nõ potuit,quominus cõſenſum domini cõfirmatoriũ collocationis,& obligationis ſibi factæ requirere poſſit: & ideò ratificatio,& cõſenſus domini nõ dicetur fieri, & interuenire in præiudiciũ aliquorũ, nã cum ex eadẽ diſpoſitione,& inueſtitura utriuſq;, hoc eſt & vxori,& aliis, qui ad ſucceſſionem vocati dicuntur,ſit acquiſitum ius, & prius ipſi vxori, quam aliis, ex collocatione ſibi facta ſaltem ad requirendum conſenſum domini, ſequitur, quòd ius uxoris potius,atq; potentius dicatur, et ex eo,quòd dominus conſentiat, non dicetur inferri aliis præiudicium, qui ad ſucceſſionẽ feudi uocati dicuntur, quoniã ſcire potuerunt,et debuerunt, quòd ius, de quo ſupra, uxoribus ex collocatione ſuper d. feu.acquiri potuit per ea,quæ in ſimili habentur per Bald. in l.ordo in fin.verb. C.de exequu.rei iudi.et per Sali.in d.l.fin.ibi quæro cum glo. ¶ Et ex præmiſſis ſublata ſunt omnia, quæ ſupra pro contraria parte allegata fuerunt, dum principaliter fundamentum

ſiebat ſuper præiudicio iuris aliis iam acquiſitis, propter
quod nec ratificatio ſequi,nec per dominum feudi conſen
ſus interponi poteſt,ueluti etiam uelle uidentur doct. maxi
mè And.de Iſer.& Præpoſ.Mediol.in c.1.in prin.de prohib.
feud.aliena. per Feder.in 5.colum. qui in propriis terminis
loqui uidentur: & ultra prædicta etiam dici poteſt dictum
27 And.Præpoſi.& aliorum procedere in caſu,†quo dominus
conſenſum alienationi, & obligationi factæ de re feudali
præſtare non tenebatur,quia nulla facta fuerat cõuentio in
ter dominum,& uaſallum; per quam data eſſet uaſallo licẽ
tia alienandi,uel obligandi feudum pro dotibus:& ſic loqui
tur,quando eſſemus in meris terminis iuris communis, ut
quia uaſallus abſque licentia, & permiſſione domini in ge-
nere,uel in ſpecie,& abſque eius conſenſu feudum alienaſ-
ſet,uel obligaſſet,deinde dominus ex interuallo conſentire
uellet,nam profectò poteſt,niſi interim alteri ius acquiſitũ
fuiſſet, quoniam ad alterius præiudicium conſentire non
poſſet, & eius ratihabitio re non exiſtente integra minimè
retrotraheretur:itaq; ipſi propriè loquuntur: quod ueriſſi-
mum eſſe puto,ut ex allegatis per eos colligitur: Sed caſus
noſter eſt penitus diuerſus, ut de ſe patet, rationemque di-
uerſam habet,ut ex præmiſſis conſtat,& ideò de uno ad aliũ
non eſt inferendum,iuribus uulgaribus:Quis enim non iu-
dicabit diuerſitatem maximam extare inter caſum, quando
nulla facta fuit conuentio inter dominum, & uaſallum ſu-
per alienatione, & obligatione feudi, quo caſu prohibita
eſſe dicitur,& dominus conſenſum præſtare non tenetur,
niſi quatenus ſibi placuerit d.c.1. cum ſimil. & inter caſum
noſtrũ,in quo ex pacto uaſallo permiſſum eſt feudum obli-
gare,& ſuper eo uxorem collocare etiam inuito domino?&
in hoc caſu etiam non loquitur Alex.in conſi.128.in 5.uo-
lum.ſed quando ſimpliciter in contractu feudi data eſſet li
centia illud alienandi, quo caſu talis alienatio fieri poteſt,
dummodo conſenſus domini interueniat,& abſque præiu-
dicio eorum,quibus in feudo ex inueſtitura ius acquiſitum
eſſet:& ſic in terminis iuris cõmunis:& propterea id, quod
ipſe ponit, caſui noſtro non aduerſatur. ¶ Præterea Ale-
xander ibi unum præſupponit, quod penes me ſemper du-
28 bium fuit,hoc eſt,quòd† quando in contractu feudi fuit da
ta licentia alienandi, intelligatur in terminis iuris commu-
nis,& ſecundum naturam alienationis feudi, uidelicet acce
dente,& interueniente conſenſu domini perinde, ac ſi nul-
la data fuiſſet licentia,ut etiam uelle uidetur Specul. in tit.
de loca.in §.nunc uerò aliqua in uerſi.94.cum ſimilib.quæ
ibi Alexan.allegat: Sed contrarium quamplurimi alij, &
fortè magis communiter doctores tenuerunt per textum,
ubi caſus eſſe uidetur in c.1.de feu.non hab.propriam nat.
& ita per illum textum tenet Alber.in l.fin.in penul.colum.
& ibi Salice.in 1.colum. C. de iure emphyt. Imol.in c.po-
tuit quaſi circa finem extra de loca.Rom.in ſingu. ſuo 474.
ſecundum num.meum incipien. emphyteota, qui optimis
rationibus mouetur, & de dicto Specula.ualdè admiratur
magis,quã de Ioanne Andrea,qui illud non reprobauerit.
Et hanc partem ſequuti ſunt etiam Bald.& Ange.per illum
textum in l.cum eſſet §.1. ff.de ſeruitu. ruſticorum prædio-
rum,facit, quod notat Angel. in l. qui romæ §. duo fratres
in ultima carta ff. de uerborum obligatio. idemque uoluit
Præpoſ.Mediol.in d.c.1. & ipſemet Alexan. in conſil. 173.
in 2.uolum.in 3.colum.in uerſic.quod autem Gerardus: &
hæc opinio in feudo magis placet: ¶ Rurſus quòd cõſenſus
domini cum præiudicio eorum,quibus ex inueſtitura ius ac
quiri poſſet,requiri,& interponi queat,ita probatur, nã de
iure communi nulla data licentia collocandi, ſeu obligan-
di feudum uaſallus cum conſenſu domini poteſt illud alie-
nare,collocare,obligare,& hypothecare,etiamſi conſen-
ſus ex interuallo interueniat, ut in dicto capitu.1.de prohi-
bita feu.aliena.per Lotha. & per Federi. in princip. & ibi
plenè nota.item abſq; præiudicio eorum, quibus ius in feu
do per ſucceſſionem,& ex inueſtitura acquiſitum foret, ut
29 in iuribus ſupra allegatis: † ergo in caſu,quo factum fuit pa
ctum,& data licentia de alienando, & hypothecando cum
conſenſu domini,ad hoc,ut huiuſmodi pactum, & conceſ-
ſio aliquid operetur,intelligi debet,ut poſſit fieri cum præ-
iudicio ſaltem eorum, quibus ex inueſtitura per ſucceſſio-
nem ius acquiri poſſet argumento l. ſi quando in prin. cum
ibi not.C.de inoff.teſta.l.1.in fin.ff.ad municip. & per Salic.
in l.licet in fin.uerb.C.locati, & plenè dixi in repetitio.c.1.
extra de iudiciis,quia dominus tempore,quo feudum con-
ceſſit, reſpectu iuris futuri præiudicare potuit,tale pactum
apponendo,à principio etenim unicuiq; permiſſum eſt le-
gem, quam uult, & pactum rei ſuæ in alium transferendæ
apponere, ut habetur in c.2.10.q.1.cum ſimil. ſupra alias
allegatis,& per Bar.in l.qui romæ §.flauius, & ibi Alex. ff.
de uerbo.oblig.¶ Non obſtat c.ſi pro te de reſcript.in 6.qui
tex.ut ſupra inductus multum pro contraria parte ſtringere
uidetur, quia illi optimè reſpõderi poteſt, quòd loquatur,
quando conſenſus in actu per modum conditionis requiri-
tur,ut apparet ex illo text.ibi, ſi ad id accederet epiſcopi, &
capituli eccleſiæ prælibatæ aſſenſus,iunctis not.per Bart.&
alios in l.1.ff.de cond.& demon.& conſequenter loquitur,
quando conſenſus pro forma,& ſubſtantia requiritur iuxta
l.qui hæredi,& l.mœuius ff.de cond.& demon.& arg.eorũ,
quæ dicit Bar.in l.gallus §.quid ſi tantum ff.de lib. & poſth.
quo caſu conſenſus in ipſo actu,uel in continenti poſt,& nõ
ex interuallo interuenire debet,ut uolunt Cyn. Bal. Sali.&
alij in l.fin.C.ad maced.& doct.communiter in l.ſi quis mi-
hi bona §.iuſſum ff.de acquir.hære.do.Anto.in c.cum con-
ſuetudinis de conſue.cũ ſimil.Et ita d.c.ſi pro te intelligunt
doct.ibi Domi.& alij:Nos autem in caſu noſtro loquimur,
quando conſenſus requiritur per modum ſimplicis conſen
ſus,ut plenè ſupra in primo dubio dictum fuit. ¶ Supereſt
nunc remouere etiam nonnulla fundamenta quorundam
aduerſariorum per diuerſa diuerticula ad huiuſmodi feu-
dum concurrentiũ:& primo in ordine ſe offert quidam do.
Barnabas,qui,ut fertur,ex duobus fundamentis principali-
ter nititur excludere nedum Mag.do.Annã, ſed etiã quoſ-
cunq; alios,primo mediante perſona uxoris ſuæ filiæ natu-
ralis olim Illuſt.do.Antoniotti,quã petiit legitimari,& for-
tè ab habẽte ampliſſimã poteſtatẽ etiam ad feuda legitima
ta fuit iuxta ea,quæ habentur in c.1.§.naturales per glo.&
doct.ſi de feu.fue.cõten.int.do.& agn.Secundo ipſe ex per
ſona ſua tanquã unus de agnatis dd.Auguſtini,& Ioãnis de
Adurnis uult uenire ad hoc feudum,quod antiquũ, pater-
nũ,& auitum eſſe aſſerit,uel ſaltem talis feudi naturam ha-
30 bere,ut ex tenore inueſtituræ apparet, † quo caſu de eo,ut
de antiquo,paterno,& auito iudicatur,ut uolunt moder.in
tract.de feud.in 1.par.in 8.q.princ.in 2.col.& tenuit Bal.in
c.1.§.hoc quoq; in fin.uerb.de ſucceſ.feu. & per feudiſtas,
maximè moder.in prælud.feu.in 6.diuiſ.per Andr. de Iſer.
Præpoſ.& alios in c.1.de uaſal.decrep.ætа.in fin.uer. Iaco.
de Ardiz.in ſua ſum.in tit.nouum,non paternum ſub prima
31 rub.Nam † per pactum natura,ſed non ſubſtantia feudi mu
tari,ac alterari poteſt c.1.& ibi doc.maximè Moder.de feu.
non hab.nat.feu.c.1.in fin.ſi de feu.fue.cõten.int.do.& agn.
in c.1.§.pe.quid ſit inueſti.& per Mod.in c.1.in §.1. de gra.
32 ſucce.in feu.†Et ſecundũ ipſum do.Barnabã ad feudũ anti
quũ,paternũ,ſeu auitũ,ſeu quod talis feudi naturam habet
deficiẽtibus,deſcẽdẽtibus maſculis,uocãtur agnati,excluſis
fœminis,ac aliis,qui uenire uellẽt ex nouis inueſtituris,quæ
in ſuum præiudicium,& agnatorũ priorum uaſallorum fieri
nõ potuerũt per ea,quæ habẽtur in c.j.de nat.ſucceſ.feu.in
§.& quia in titulo qui feudum dare poſſunt,& in c.1.§.1.de
grad.

grad.ſucceden.in feud.iuncto c.1.de benefi. fratr. & ubiq;
per doctores: Et his mediis dominus Barnabas magnificam
dominam Annam, omneſq́ue alios excludere conatur.
¶ Sed iudicio meo hæc ſua fundamenta parum ſtringunt,
& in primis dico eius uxorem nullo modo admitti poſſe,
33 quia † naturales etiam maſculi, ac legitimati ad ſucceſſionē
feudi admitti nequeunt, niſi ex forma inueſtituræ expreſsè
uocari eſſent, ut plenè habetur in d.§.naturales per illū tex.
cū ibi not.& per doct.omnes in l.ex facto §.ſi quis rogatus,
& in §.ex facto, & §.fin.ff.ad trebel.iuncto c.in præſentia de
proba.& hoc propter nobilitatem, & dignitatem feudi, ac
perſonæ ipſius domini, ut ibi. ¶ Præterea cum tempore obi
tus do.Antoniotti extaret do.Eliſabeth filia legitima, & na-
turalis, quæ expreſsè ex forma inueſtituræ, & priuilegiorū
ad ſucceſſionem feudi uocata fuit, filia naturalis etiam legi-
timata admitti non potuit, quia ipſa nō eſt de illis fœminis,
quæ ex priuilegiis ſunt uocatæ, cum ſolum filiæ fœminæ le-
gitimæ, & naturales, non extantibus maſculis deſcendenti-
bus legitimis, & naturalibus uocatæ ſint, ac in materia ſuc-
ceſſionis feudorum appellatione legitimorum, & naturaliū
legitimati non ueniunt, ſed ſolum ex legitimo matrimonio
nati, ut in dictis iuribus, & locis. ¶ Nec obſtat, ſi fortè dicta
filia do.Antoniotti, & uxor do. Barnabæ etiam ad feuda le-
gitimata reperiretur ab habente ampliſſimam facultatē for
te à Principe, & Imperatore, quia licet hoc de plenitudine
poteſtatis principis fieri poſſet iuxta ea, quæ habentur per
Bal.in l.reſcripta C.de preci.imper.offer.in l.2.C.de ſerui.
& aqua in 6.colum.& in l.eam quam C.de fideicom.& per
Alexan.in l.gallus §.quid ſi tantum ff.de lib.& poſth.in 2.col.
per not.in l.2.C.de nat.reſtit.& habetur per Bal. in c.1.hic
34 finitur lex in prin. † tamen hoc fieri non potuit poſt ius quæ
ſitum alteri, puta filiæ legitimæ, & naturali, ſeu aliis, ut do-
minæ Annæ ratione dotium ſuarum: princeps enim abſque
iuſta cauſa principaliter utilitatem publicam concernente
non poteſt legitimare filium naturalem, & minus filiā, quæ
eſt magis capax legitimationis, ut eſt communis opinio do-
ctorum, ueluti dicit Alexan.in l.cum hæredes in princ.in 2.
colum.ff.de acquiren.poſſeſ.& in d. §.quid ſi tantum, in l.3.
ff. de teſtamen.& Fely.in c.quæ in eccleſiarum de conſtitu.
qui infinitos doctores hoc tenentes allegat: & quia hoc ue-
riſſimum eſt, ſuper eo aliter non inſiſto. ¶ Circa ſecundum
uerò, quod ſatis urgens eſſe uidetur, aliqualiter plus inſiſtē
dum foret: Sed materiam circa magis neceſſaria reſtringē
do breuius, quàm fieri poteſt, oſtendo dictum dominū Bar-
nabam in dictis bonis feudalibus parum iuris habere, pri-
mo quia & ſi dictum feudum de nouo conceſſum fuit præ-
fatis illuſtr.dominis Auguſtino, & Ioanni tāquam antiquū,
paternum, & auitum, & conſequenter in illo agnati quoq;,
35 & collaterales ſuccedere ualeant, ut ſupra, † tamen hoc in-
telligendum eſt de agnatis, & collateralibus deſcendenti-
bus ab iis, qui prius de nouo inueſtiti de feudo fuerunt, &
non de non deſcendentibus per lineam deſcendentiū à pri
mo loco inueſtitis, hi enim etiam ad ſucceſſionem feudi an
tiqui paterni, & auiti admitti nō poſſent c.1.§.1. de ſucceſ.
frat.c.1.de benef.frat.c.1.de grad.ſucced.in feu.& ibi doc.
omnes maximè Moder.Bal.in c.1.§.hoc quoq; in uerſic. &
not.& ibi glo.de ſucceſ.feu.ac clarè habetur per Moder. in
prælu.feu.in 6.diuiſ.& in c.1.in princ.in 2.colum.de alien.
feu.pater.in c.1.de natu.ſucceſ.feu.Bal.etiam in l.fin. C.de
ſuis, & legit.in authen. defuncto C.ad tertul.& in c.1.§.de-
cedenti qui feu.dare poſ. cum ſimil. ſed dominus Barnabas
non deſcendit ab illuſt.dominis Auguſtino, & Ioanne pri-
mo inueſtitis, nec etiam ab eorum patre per lineam deſcen
dentium, ergo ipſe ut ad feudum antiquum, & paternū ad-
mitti nequit: Hoc tamen pactum, & inueſtitura facta tan-
quam de feudo antiquo operatur, quòd licet aliàs inter ſe
domini Auguſtinus, & Ioānes, & deſcendentes domini Au
guſtini domino Ioanni, eiuſúe deſcendentibus, & è contra
ſuccedere non potuiſſent iuxta ea, quæ habentur in d.c.1.
qui feu.da.poſ.& in c.1.de ſucceſ.frat.iuncto d.c.1.de gra-
dib.ſucceſ.in feu.tamen ſtante huiuſmodi inueſtitura ſucce
dere poſſunt, prout dominus Antoniottus domino Hiero-
nymo, aliiſque Ioannis deſcendentibus ſucceſſit: & hæc iu-
dicio meo eſt optima reſponſio ad tollendum fundamen-
tum domini Barnabæ. ¶ Secundo reſponderi poteſt, quòd
ex quo huiuſmodi feudum contra regulas iuris, & impro-
priè naturam antiqui, & paterni feudi habere, dicitur, quo-
niam reſpectu dominorum Auguſtini, & Ioannis uerè non
eſt paternum, neq; antiquū iuxta ea, quæ habentur in d.c.1.
de natu.ſucceſ.feu.& in d.§.& quia, & deinde per inueſtitu
ras factas domino Antoniotto, & prius dominis Auguſti-
no, & Ioanni natura primæ inueſtituræ alterata, & mu-
tata fuit, noua pacta, nouoſq́ue modos tàm in ſuccedendo,
quàm in alienando adiiciendo, ſequitur, quòd ex hoc nouū
feudum effectum eſſe dicitur, ſeu ſaltem naturam noui feu
36 di recepiſſe: † quoniam ex natura noui domini, nouique ua
ſalli, ac ex nouis pactis, conditionibus, & qualitatibus in no
ua inueſtitura adiectis antiquum feudum noui naturam aſ-
ſumit, argumento l.ius ciuile ff.de iuſti. & iure, Andreas de
Iſer.& Moderni in c.1.de uaſal.decrep.ætat.ac etiā in præ-
lud.feud.in fin.6.diuiſ.faciunt not. per Alex.in l.ſi mihi, &
titio poſt Bar.ff.de uerb.oblig.in antepenul.colum. Bal.in c.
imperialem §.inſuper in 4.col.de prohib. feud. alienat.per
Feder.& in c.1.ne agnati, uel filius, iuncta l.2.in 2. colum.ff.
de rerum diuiſ.& Pau.de Caſt.in conſi.322.Hinc ſequitur,
quòd dominus Barnabas ad ſucceſſionē dicti feudi admitti
non poteſt per ea, quæ in locis, & iuribus præallegatis habē
37 tur: Tertio quoque attentari poteſt, quòd † ex quo huiuſmo
di feudum eſt emptum, ac titulo emptionis, & donationis
acquiſitum, licet ſubſtantiam feudi retineat, non tamen na
turam, & ideo in illo, quamuis non fuiſſet expreſſum, fœmi
næ deſcendentes ſuccedere poſſent, tanto magis ergo, quan
do expreſſum eſſet, ut uoluit Andr. de Iſern.in d.§.& quia:
item ratione pretij quid hæreditarium eſſe cenſetur, & ad
extraneos hæredes, excluſis agnatis, & collateralibus tran-
ſit, ut per Decium in conſ.ſuo 390.incip.ex facto ius oritur,
ubi plura ad propoſitum ponit, & ego multa ſupra allega-
ui, ac etiam eſt textus notabilis, & ſingularis in c.1.de be-
nefi.frat.ubi agnati tūc demum ad ſucceſſionem feudi em-
pti, pretioq́ue acquiſiti admittuntur, quando communi pe
cunia agnatorum, & collateralium fuit acquiſitum, ſecus ſi
de propria pecunia unius tantum: Sed dictum feudū pro-
prius pecuniis dominorum Auguſtini, & Ioannis, non autem
domini Barnabæ, nec ſui patris emptum fuit, ergo ſolum do
minus Auguſtinus, & Ioannes, eorumq; deſcendentes in di
cto feudo inter ſe ſuccedere queunt, & non dominus Bar-
nabas, qui ab eo penitus excluſus dicitur, & potius dictum
feudum ad dominum deuolutum eſſe cenſeri debet, quàm
quod dictus dominus Barnabas in eo ius aliquod habere di
catur, & hoc eſt optimum fundamentum ad ipſum Barna-
bam excludendum. ¶ Non obſtat etiam unum aliud, quod
contra magnificam dominam Annam opponi intelligo, ui-
delicet quòd ipſa alienationi plurium bonorum immobiliū
præfati domini Antoniotti conſentit, & fortè cum expreſſa
renunciatione hypothecæ, & obligationis dotium ſuarum,
quo caſu ſibi præiudicaſſe uidetur, argumē.l.ſi fundum per
fideicommiſſum, ubi habetur ff.de legat.1.& ibi Bart. l.etiā
C.ad uelleianum, l.paulus ff.quibus modis pignus, uel hy-
pothe.ſolui.l.ſi creditor §.ſi totum ff.de pignorib.quia huic
obiectioni facillimè reſpondetur ex text. in l. uir uxori §.1.
38 ff.ad uelleia.& in l.iubemus C. eodem: † Nam mulier ſim-
pliciter conſentiens obligationi, ſeu uenditioni rei ſibi hy-

pothecatæ non aliter ſuæ hypotecæ expreſſe renunciando, ſibi præiudicat quo ad hypothecam illius rei, & nõ aliarum ſibi hypothecatarũ, vt eſt caſus in d. l. iubemus, ibique Bar. ac omnes docto. Quare ex prædictis luce meridiana clarius conſtat Illuſtrem, & Magnificam dominam Annam ſuper dictis feudis ratione dotium ſuarum, pro quibus dominus Antoniettus illi omnia bona ſua etiam feudalia hypothecauerat, meliora, & potiora iura cæteris aduerſariis habere, necnon ratione dotium Mag. Dominæ Franchettæ matris olim domini Antoniotti, in quibus ipſa dom. Anna mediante domina Eliſabeth ſucceſſit, & pro quibus domina Frãchetta ſuper dictis feudis collocata fuit, & tanto magis, quia, ut mihi relatum eſt, huic collocationi, & hypothecæ dotium dominæ Franchettæ factæ per dominum Auguſtinum I. Iuſt. dominus Marchio dicti feudi directus dominus conſenſit, quo caſu nullum eſſet dubium, quin dicta domina Anna in dictis bonis potior eſſe diceretur, ſtante inueſtitura facta dictis dominis Auguſtino, & Ioanni: ſed idem dico, & concludo etiam, ſi de aliquo conſenſu dicti domini Marchionis non conſtaret per ea, quæ ſupra dicta ſunt reſpectu dotium dominæ Annæ; quæ omnia reſpectu quoq; dotium dominæ Franchettæ conueniunt, ut patet. ¶ Prætereа intelligo quam plura melioramenta, & maximi pretii facta per Illuſtres dominos de Adurnis ſuper dictis feudis extare, reſpectu quorum procul dubio collocatio, & hypotheca facta de omnibus bonis pro dotibus dominæ Annæ
39 absque conſenſu valuit, quoniam † quando feudum ad dominum deuoluitur, melioramenta hæredibus etiã extraneis, ac iis, qui ius aliquod in illis prætendere poſſunt, reſeruantur, ſi quidem de melioramentis non iudicatur, ſicut de ipſo feudo, vt in c. 1. §. ſi vaſallus hic finitur. lex, & ibi doct. Bald. in authen. excipitur C. de bonis quæ liber. in l. cũ fundus C. de ſol. in l. 2. §. emptor C. communia de lega. & ibi Alex. in appoſtil. ad Bald. ¶ Rurſus melioramenta facta in feudo quid hæreditarium eſſe dicuntur, & ad hæredes extraneos quoq; tranſeunt, vt per Bal. in d. authen. excipitur, Bar. ĩ l. quæcuq; C. de omni agro deſer. lib. 1 2. c. ad aures, & ibi docto. communiter de rebus eccleſ. non alienan. ſi ergo ad hæredes tranſmiſſibilia eſſe dicũtur, ſequitur, quòd per uaſallum obligari, & cedi abſque conſenſu domini poſſunt, quia omne, quod eſt tranſmiſſibile, dicitur eſſe ceſſibile, & quod non eſt tranſmiſſibile, non eſt ceſſibile, ut in l. ex pluribus, & ibi Bar. ff. de adminiſtrat. tutorum, & Alex. in l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de verb. oblig. ¶ Vltimo ſi fieret controuerſia do. Annæ ſuper poſſeſſione feudi, in qua ipſa conſtituta reperitur, profectò ea in ſua poſſeſſione tuenda, & conſeruanda eſt, donec inter ipſam, & agnatos lis ſuper feudo finita erit, atq; diffinitum, ad quem feudũ ſpectare debeat, tum quia etiam iniuſtus poſſeſſor in ſua poſſeſſione tuẽdus eſt c. in literis de reſtitutione ſpoliatorum, l. 1. §. qui à me ff. de ui, & vi arma l. 1. §. 1. & l. 2. ff. uti poſſid. & facit id, quod voluit Ioan. And. in addit. ad ſpecu. in tit. de teſtamen. in §. penult. in vlti. addit. quod ſi ẽt certum ſit feudum ad ipſos agnatos ſpectare, tamen donec cõtrouerſia ſuper illius proprietate finita erit, filia, quæ tanquam hæres vaſallo ſuccedit, in poſſeſſione feudi conſeruanda eſt, ſeu in illam immittenda, & hoc ſequitur Alex. in l. fin. in vlti. colu. C. de edict. diui Adriani toll. & facit c. 1. §. ſi de feud. cont. ſit inter do. & agna. cum. §. ſequen. & ibi plenè. Ergo cũ dicta do. Anna in effectu hæres ſit dicti Illuſt. do. Antionotti mediante do. Eliſabeth, cuius ẽ hæres, & ipſa do. Eliſabeth fuerit ĩ poſſeſſione dictorum bonorum feudaliũ, & poſt eius obitum domina Anna tàm ut hæres filiæ, quàm ẽt ratione hypothecæ, quam in dictis bonis habere prætendit, ſequitur, quòd in poſſeſſione illa cõſeruanda eſt, donec cõtrouerſia ſuper feudo diffinita fuerit, præſertim cũ eam poſſeſſionem propria auctoritate, & ſine alicuius perſonæ licentia apprehendere potuerit ex pacto, & licentia appoſitis in inſtrumentis dotalibus iuxta ea, quæ habentur per Barto. & alios in l. 3. C. de pign. & Salice. in l. in poſſeſſione C. ad l. Iul. de ui pub. ubi ad propoſitum noſtrum loquitur. Et hæc pro diſcuſſione iurium Mag. do. Annæ ſufficiant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Princeps iura regalia certi loci ad præiudicium ſubditorum, vel ſucceſſorum alteri concedere non poteſt.*
Et quomodo hoc procedat num. 15.
2 *Feudalis quæſtio eſt à domino feudi terminanda.*
3 *Princeps infeudando, & iuriſdictionem in alium transferendo, & cauſas alij delegando, ſe iuriſdictione non priuat, Et quomodo num. 8.*
4 *Et iuribus alteri quæſitis nolle præiudicare cenſetur.*
5 *Regij ciuitas fuit, & eſt de feudo imperij.*
6 *Feudalis rei dominium directum, & vtile, & poſſeſſio naturalis, ac ciuilis cuius ſint.*
7 *Vaſallus, & feudatarius alteri rem in feudum concedens vtili dominio, & naturali poſſeſſione rei, & iuriſdictionis illius, ac omni iure ſuo priuatur.*
8 *Dominus feudi quo in caſu poſsit cognoſcere cauſas, et iuriſdictionem exercere in rebus, & inter homines loci in feudum conceſsi.*
9 *Iuriſdictio penes plures inſolidum diuerſimodè eſſe poteſt, & quomodo.*
10 *Feudatarius iuriſdictionem baſſam, & dominus altam habet, & quomodo.*
11 *Actor ſequitur forum rei, & non ècontra.*
12 *Aqua per territorium alicuius decurrente quis pro ſuo vſu vti poteſt.*
13 *Feudatarius poteſt alium ſine conſenſu domini de ſuo feudo infeudare.*
14 *Feudum dignitatis hodie de conſuetudine diuidi poteſt, & num. 30*
15 *Et in feudum alteri non ſolum in totum, ſed etiam in partem dari poteſt.*
17 *Imperator ciuitates, & loca etiam in pace Conſtantiæ contenta poteſt in feudum concedere.*
18 *Imperator per capitula edita in pace Conſtantiæ ſibi, vel ſaltem ſucceſſoribus manus voluiſſe ligare non cenſetur.*
19 *Dominiorum diuiſio, & Regnorum ſeparatio dicitur eſſe de iure gentiũ, Et an ad principes ſeculares pertineat, & num. 26.*
20 *Principes ſeculares iuri gentium ſubſunt, non autem præſunt.*
21 *Princeps ſecularis non poteſt prouincias, vel territoria diuidere.*
Et an id ſit verum num. 27. & 28.
22 *Feudum dignitatis non poteſt diuidi, vt ex vno plura dicantur fieri territoria, & quis pro vno feudo plures vaſallos, aut plures dominos habeat.*
Et quomodo diuidi poſsit num. 29.
23 *Dignitas non debet minui, ſed potius augeri.*
Præbendæ non poſſunt diuidi. Et an id ſit verum num. 28.
24 *Seruitutes ſunt incorporales, & diuiſionem non recipiunt.*
25 *Iuriſdictio in ſui ſubſtantia eſt indiuiſibilis, quamuis in ea gradus, & diuerſæ ſpecies reperiantur.*
Et quid quoad illius exercitium num. 31
26 *Princeps ſecundum ius gentium, vel eius æquitatem diſponere poteſt, non tamen contra ſine iuſta cauſa.*
28 *Papæ permiſſum eſt præbendas, & parrochias quoad ſpiritualitatem diuidere.*
30 *Tempus immemoriale habet vim iuſti tituli, & priuilegij.*
31 *Iuriſdictionum, & territoriorum diuiſio quo iure fuit inuenta, & quomodo fieri poſsit.*
32 *Ius vnum poſitiuum per aliud ius poſitiuum, & à principe, vel ab alio poteſtatem condendi ius in loco habente ſine cauſa liberè tollitur.*

EPITOME.

FEVDATARIVS *ultimus, cui ab alio feudatario, ſeu uaſallo caſtra, & loca quædam de feudo imperii cum omni iuriſdictione, meroq;, ac mixto imperio in feudum conceſſa fuerunt, ſolus inter homines ſuorum caſtrorum, & territoriorum cauſas cognoſcit, et iuriſdictionem, illiusque exercitium inter illos habet, nec primus feudatarius, qui conceſsit, cum eo in iuriſdictione concurrit.*

Diuiſio territoriorũ, et iuriſdictionum etiam in feudo dignitatis, quòd ab habente auctoritatem ius cõdendi, et principis locum obtinente ualidè facta fuerit, hic oſtenditur.

conſi-

CONSILIVM. LXXIIII.

ET ſi in cauſa coram eximiis, ac Magnificis dominis
conſiliariis Illuſtriſſ. & excellentiſſ. Ducis Ferrariæ
inter comitem Iulium ex una, & communitatem
Regij ex altera uertente, clariſſ. Iureconſultus domi. Iaco-
bus Carpeſanus Parmenſis ad fauorem comitis Iulij con-
ſulendo omnes difficultates, & ambiguitates contra ipſum
comitem facientes eneruauit, atque dilucidauit, tamen ſu-
per duobus, quæ rectè intuenti à præfato domino con-
ſultore declarata etiam fuerunt, adhuc ambigi intelligo,
quorum unum eſt, utrum Illuſtriſſ. & excellentiſſimis Du-
cibus Ferrariæ, ſeu ciuitati Regij ſuper caſtris comitibus de
Boiardis conceſſis aliqua iuriſdictio competat, & talis,
qua mediante poſſint regulariter ſimul, & cumulatiuè cum
ipſis Comitibus ius dicere in dictis caſtris, & locis de omni-
bus cauſis, quæ ratione rerum, locorũ, & perſonarum oriri
poſſent adeo, quòd præuentioni ſit locus, an uero iuriſdi-
ctio, eiuſque exercitium ipſis Comitibus tantum, & deroga
tiuè competat: Alterum eſt, an ſeparationes, ſeu diuiſiones
de dictis caſtris, illorumque territoriis à territorio ciuita-
tis Regij ab ipſis Ducibus ad fauorem dictorum comitum
factæ de iure ſaltem ad præiudicium dictæ ciuitatis Regij
ualidæ fuerint. ¶ Redeo ad primum, in quo dicendum ui-
detur, quòd Duces, qui iuriſdictionem, merumque Impe-
rium Comitibus conceſſerunt, ea in illos ita non tranſtule-
1 rint, quòd à ſe in totum abdicare uoluerint, quoniã † prin-
ceps iura regalia certi loci ad præiudicium ſubditorum, uel
ſucceſſorum alteri concedere non poteſt, ut dixit Bald. in c.
1. §. rurſus de pace conſtan. & ſenſit Barto. in l. prohibere §.
planè ff. quod ui, aut clàm. ¶ Secundo cum uertatur quæ-
ſtio ſuper aquis, quæ in feudi conceſſione cõtinentur, illius
cognitio debet pertinere ad dominum concedentem, uel
ad ciuitatem Regij, quæ locum Ducum obtinet tum ex ſta
2 tutis, tum ex ſpeciali ipſorum Ducum conceſſione: † Quæ-
ſtio enim feudalis à domino feudi eſt terminanda c. cæte-
rum, c. nouit de iudi. c. ex tranſmiſſa, & c. uerum de foro cõ-
pet. c. 1. §. præterea de prohibita feu. alie. per Fede. & c. 1.
3 apud quem, uel quos controuer. ¶ Tertio † princeps in feu
dando, & iuriſdictionem in alium transferendo à ſe iuriſdi-
ctionem abdicare, & illa ſe priuare non cenſetur, nam etiã
cauſas alicui delegando ſe quoad illas iuriſdictione non
priuat, ut in c. ſanè, & c. ſuper quæſtionum extra de offic.
delega. & probatur ex iis, quæ uoluit Bald. in prælud. feudo.
colũ. 8. ubi princeps iura Imperij à ſe abdicare non poteſt,
alioquin Imperium facile ad nihilum deueniret. Præterea
4 † cum ciuitas Regij iuriſdictionem habuerit contra extra-
hentes aquam ex flumine, & canali ſciuilæ, ut ex priuilegiis,
& ſtatutis dictæ ciuitatis conſtat, iunctis capitulis pacis cõ-
ſtantiæ, ipſi principes, ſeu do. Duces præfatos comites in-
feudando non potuerunt iuribus, & iuriſdictioni huius ciui
tatis præiudicare, arg. c. 1. cum ibi not. de natu. feud. l. 2. §. ſi
quid à principe, & §. merito ff. ne quid in loco pub. ac etiã
quia dictos comites inueſtiẽdo iuribus alteri quæſitis præ-
iudicare noluerunt, ut in conceſſionibus continetur.
¶ Sed ex aduerſo, prædictis non obſtantibus, quòd Comes
Iulius de iis, quæ in ſuo territorio fiunt, & committuntur, &
de cauſis, quæ cõtra ſuos homines ratione dictarum aqua-
rum moueri poſſunt, ſolus dicatur iudex, & iuriſdictio ad
eum tantum pertineat ita, quòd cum ipſo communitas ci-
uitatis Regij, aut ipſe Dux cumulatiuè non concurrat, ex
5 infra dicendis probatur, & primò, nam † ex iis, quæ in pa-
ce conſtantiæ fuerunt conſtituta, ac etiam ex priuilegiis, &
inueſtituris dictorum comitum colligitur, ciuitatem Regij
fuiſſe, & eſſe de feudo Imperij, cum illa prius fuerit ab Im-
peratoribus conceſſa Ducibus Mediolani, deinde à Duci-
6 bus Mediolani Ducibus Regij, ſeu Ferrariæ: ergo † dire-
ctum dominium, & ciuilis poſſeſſio huius ciuitatis, ſuique
territorij ſunt Imperatoris, ſeu Imperij, utile uero domi-
nium, & naturalis poſſeſſio illius ex conceſſione feuda l
dicuntur primo in Ducem Mediolani, & de Duce Medio-
lani in Marchiones, ſeu Duces Ferrariæ, & de illis in co-
mites Boiardos tranſlata, ad not. in l. 3. §. ex contrario ff. de
acqui. poſſ. & in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. com-
7 moda. cum aliis: ex quo infertur, † quòd Marchiones, ſeu
Duces Ferrariæ dando in feudum Comitibus Boiardis Ca
ſtrum Scandiani, aliaque caſtra, & uillas cum illorum iuriſ-
dictione, & mero, ac mixto Imperio, deſierũt habere illorũ
locorũ, & iuriſdictionis dominium utile, & naturalem poſ-
ſeſſionem, quoniam plures eodem reſpectu, & eadem poſ-
ſidendi ſpecie eandem rem inſolidum poſſidere non poſ-
ſunt, uidelicet uel naturaliter, & ciuiliter, uel naturaliter
tantum, uel ciuiliter ſolum, d. §. ex contrario, d. §. ſi duobus
uehiculum, & Barto. in l. fin. ff. uti poſſide. & ideò ſi ha-
bens rem in feudum illam alteri in feudum conceſſit, pri-
uatur utili dominio, & naturali poſſeſsione, quia illa, quæ
habebat, in eum tranſtuliſſe dicitur, ut colligitur ex no. per
Barto. & alios in l. interdum in fi. & in l. quod meo in prin.
ff. de acquir. poſſeſſio. & per eum expreſsè in l. unica circa
finem C. uti poſſide. Hinc glo. fin. ibi, Iaco. Butri. & Cyn.
in 5. colum. ibi additio tertio, & Salice. circa finem dicunt,
quòd ſi dominus rem in feudum dederit, deinde feuda-
tarius alteri ſimiliter in feudum conceſſerit, & ultimus al-
teri, primus dominus dicitur habere dominium directum,
& ciuilem poſſeſſionem, dominium uerò utile, & naturalis
poſſeſſio dicentur eſſe ſolum penes ultimum feudatarium,
cui poſtremò facta fuit conceſſio, intermedij uerò feudata
rij nihil habebunt, uidelicet nec dominium utile, nec natu-
ralẽ poſſeſſionẽ, quoniã dando alij in feudũ, omne ius, & na
turalem poſſeſſionem, quæ penes illos erant, in eũ tranſtule
runt ita, ut nullo modo poſſideant, ueluti etiam optimè de-
clarat Alberi. in d. l. unica, & prout in ſimili contingit, quã-
dois, cui iura ceſſa fuerunt, illa alteri cedit, nihil enim apud
eum remanet, ut in l. 1. §. de illo ff. ad trebellia. & not. in l.
emptor ff. de hæred. uel actio. uendita. quo fit, ut uaſallus,
ſeu feudatarius, qui aliàs ratione feudi, & utilis dominij,
naturaliſque poſſeſſionis iuriſdictionem, & illius exerci-
tium habebat, ſi feudum, ſeu caſtrum cum iuriſdictione al-
teri conceſſerit, non poterit iuriſdictione uti, nec illam ha-
bebit, cum alium infeudando omne ius ſuum utilis dominij,
naturaliſq; poſſeſſionis in ſequentem tranſtulerit: ex quibus
infertur, quòd ultimus feudatarius, in quem fuit trãſlatum
dominium utile, & naturalis poſſeſſio, habebit iuriſdictionẽ,
& illius exercitium inter homines caſtri, ſuique territorij, &
8 † ſi dominus feudi, apud quem dominium directum, & ci
uilis poſſeſſio remanſit, uellet cognoſcere, & iuriſdictio-
nem exercere, non poſſet regulariter, niſi in caſu dene-
gatæ iuſtitiæ, uel tempore uacationis, aut in cauſa ap-
pellationis, ad notata in c. licet ex ſuſcepto extra de fo-
ro competent. & in c. quoniam per glo. 1 c. diſtinct. & op-
ptimè faciunt ea, quæ dixit Bartol. in l. finali ff. uti poſſi-
9 det. columna penultima, quòd † iuriſdictio penes plures
inſolidum diuerſimodè eſſe poteſt, primo quando eadem
iuriſdictio pluribus ſimul competit ratione eiuſdem con-
ceſſionis, uel uirtute ſucceſſionis, ut quando plures uni
domino ſuccedunt, ad notata per Abbatem, & alios in c.
prudentiam in principio de offic. deleg. quandoque etiam
plures dicuntur habere inſolidum iuriſdictionem ſubalter
natim, ueluti quando unus habet iuriſdictionẽ altã, & alius
baſſam, ut exemplificari poteſt ſecundum Bartolum in
illo, qui generaliter omnium cauſarum cognitionem ha-
bet, alius verò ſolum de cauſis appellationum cognoſcere

10 poteſt: ſimiliter † poſſet exemplificari in domino feudi dire
cto, qui ratione feudi, ſiuq; directi dominij, & naturalis poſ
ſeſſionis iuriſdictionem altam habere dicitur, & ad eum in
cauſis appellationum, vel ob iuſtitiam à feudatario denega
tam recurri poteſt, nam feudatarius ipſe iuriſdictionem
baſſam, & inferiorem habere dicitur, vt is ſolus generaliter
de omnibus cauſis inter ſubditos cognoſcere poſſit taliter,
quòd dominus directus in illis ſe intromittere nequeat, a-
lioquin feudatarium in ſua naturali poſſeſſione turbaret, &
contra illum poſſet interdicto vti poſſidetis agi, argumento
d.l.fin.cum ibi not.per Barto. iunctis iis, quæ in indiuiduo
voluit Bald.in l.1.q.43.ff.de rerum diuiſ.& habetur per do
minum Præpoſi.Mediol.in prælud. feudo. colum. 7. verſic.
dicitur etiam in diffinitione, qui voluerunt, quòd dominus,
qui caſtrum conceſſit in feudum, non poſſit de cauſis primæ
inſtantiæ inter, & contra homines dicti caſtri cognoſcere,
ſed ipſe feudatarius. Accedat id, quod voluit Ioan. Fab.
Inſtit.de Attil.tuto.in princ.3.colum. & melius Alexan.in
conſil. 60. viſa legitimatione colum. 1.lib. 1. Iaſ. in conſil.
70.ſuper vtraq; colum.3.Curtius ſenior in conſil. 73.colu.
29.verſic. 5. principaliter, & in conſil. 65. ſuper præmiſſa
colum.14. Conſtat itaque apertè ex authoritate tantorum
virorum veriſſimum eſſe, quòd ad Comitem Iulium vlti-
mum feudatarium pertinet inter, & contra ſuos ſubditos,
& homines territorij caſtrorum, & locorum ſuorum cogno
ſcere, & iuriſdictionem exercere, non autem hoc ius regu-
lariter ad Ducem Ferrariæ ſpectat, & minus ad ciuitatem
Regij, ſeu ad officiales. Quare ſi dicta Ciuitas ius aliquod
contra homines habitantes in caſtris, & territorio dicti Co
mitis habeat, vel habere prætendat, etiam occaſione aqua-
rum ſciuilæ, debet ipſa ciuitas contra iſtos homines agere
coram præfato Comite Iulio, vel ſuis officialibus, quoniam
11 † actor ſequitur forum rei, & non è contra c.ſi clericus, &
c. cum ſit generale de foro competenti. Non conſentio ta-
men per prædicta, ciuitatem Regij tale, tantumque ius ha-
bere ſuper flumine ſciuilæ, vel ſuper illius aqua, quin etiam
homines Scandiani, & maximè dictus Comes poſſint habe
re ius extrahendi aquam, & eorum prata pro ſuo vſu, & ne
12 ceſſitate intra territorium dicti comitis irrigandi, nam † ex
quo aqua per eius territorium decurrit, illa pro ſuo vſu vti
poterunt, vt colligitur ex iis, quæ voluit Bald.in l. item lapil
li colum.2. ff. de rerum diuiſ. & argumento l. ſi cui in fine
cum glo.vlti.ff.de ſeruitu.l.1.§.deinde in fin.ff. de riuis cum
glo.in ver.locum, & l. refectionis cum glo.ff.cōmu. prædio.
13 ¶ An † autem feudatarius poſſit alium ſine conſenſu domi
ni de ſuo feudo infeudare, & conſequenter illum facere
dominum vtiliter, & poſſeſſorem naturaliter, communis
ſchola ſcribentium habet hoc pro indubitabili, veluti præ-
ſupponunt ſcribentes in locis ſupra alleg.c.1.de alien. feu.
pater.c.1.§.præterea Ducatus cum gl.de prohib.feu.alien.
per Feder.c.1.de prohib.feu.alien.per loth.c.1.§. ſimiliter
de lege Corradi, c.1.§.1.qualiter olim feudū alien.poter.
cum ibi not.glo.& ſcribentes in c.quæ in eccleſiarum extra
14 de conſtit.& Ioan.de Imol.in c.potuit de locato.Et † quam
uis feudum dignitatis aliàs de rigore iuris diuidi nō poſſet,
tamen de conſuetudine hodie ſecus eſt d.§.præterea duca-
tus, & in d.c.1.in feu.ibique ſcribentes de alien.feu.Præte-
15 rea † & ſi feudum dignitatis non poterat diuidi, tamen in
feudum alteri à feudatario concedi poterat non ſolum in
totum, ſed etiam in partem, quia per diuiſionem totalis alie
natio fieri dicitur, argumento l.1.C. commu. vtriuſq; iudi.
non autem per infeudationem, quoniam penes dominum
infeudantem directum dominium, & naturalis poſſeſſio re-
manet. Et licet ex prædictis allegata ſupra in contrarium
videantur ſublata, tamen illis ſpecialius reſpondendo, non
16 refragratur primum, quia † illud procederet, quando prin-
ceps totaliter, & pleno iure vellet iura imperij, vel alicuius
partis alteri concedere, illum ſibi quoad bona conceſſa pa
rem creando, & hoc modo loquitur Bald.in prælud.feudo.
& in c.1.§.rurſus de pace conſtan.& Bart.in d.l. prohibere
§.planè, ſed ſi princeps vellet vnam ciuitatem, aut res ali-
quas imperii alteri in feudum dare, certè poſſet, cum ſibi
ex hoc ius erga perſonam vaſalli acquirat, & directum do-
minium, ciuilemq; poſſeſſ. retineat, alioquin incideremus in
abſurdum, quòd Imperatori, ſeu Regi, vel alteri ſuperiori
ſibi vaſallos mediante feudorum cōceſſione facere, & erea
re conceſſum non eſſet, quod tamen eſt falſum, quia iura
ciuilia, canonica, & conſuetudinaria hoc admittunt c.1.de
nat. feu. ¶ Tollitur etiam ſecundum motiuum in ſpecie
ex traditis ſupra pro fundamento noſtræ concluſionis, quæ
breuitatis cauſa aliter non reaſſumo. ¶ Tertium quoque,
& quartum motiuum non aduerſantur, quoniam, ut doctè
17 ab aliis aduocatis fuit demonſtratum, † permiſſum eſt Im-
peratori ciuitates, & reſpublicas in feudum concedere, ve-
luti colligitur ex verbis Barto.in d.§. planè, & Bald.in d.c.
1.de nat. feu. & in d.c.1.§.per triginta de pace conſtantiæ,
qui voluit conceſſiones factas ciuitatibus in pace conſtan-
tiæ fuiſſe temporales, cum quo domini feudiſtæ communi
ter pertranſire videntur: & poſito, quòd fuerint perpé-
tuæ, tamen princeps potuit de illis quo ad vtile dominiū di
ſponere, ut colligitur ex verbis Barto.in d.§.planè, & Alex.
in conſil.1.lib.5. quod conſilium ad fauorem comitis Iu-
lii melius quadrare non poſſet, & ob Alexan. authoritatem
18 per ſe ad victoriam ſufficeret, ac etiam quia † non eſt di-
cendum Imperatorem per capitula edita in pace conſtan-
tiæ ſibi, vel ſaltem ſucceſſoribus voluiſſe ligare manus l. ſi
quis in principio in prin.ff.de lega.3.l.ille à quo.§. tempeſti
uum ff. ad trebellia. cum aliis. ¶ Quoad ſecundum prin-
cipale, quòd ſeparatio, & diuiſio de caſtris, illorumque ter-
ritorio facta à territorio ciuitatis Regii non valuerit ad præ
19 iudicium illius ciuitatis, facit in primis, quia † dominio-
rum diuiſio, & regnorum ſeparatio dicitur eſſe de iure gen
tium, vt in l. ex hoc iure.ff.de iuſtitia, & iure, ergo non per-
20 tinet ad principes ſeculares, † qui iuri gentium ſubſunt,
non autem præſunt.§. penul.inſtit.de iure natu.gen.& ciui.
Innocen. & alij in c. quæ in eccleſiarum extra de conſtitut.
& habetur per legiſtas in l. omnes C. ſi contra ius vel vtil.
21 publ. ¶ Secundo † hoc probari videtur in c. lege.§.1.
10.diſtinct. vbi Imperator, ſeu alius princeps ſecularis non
poteſt prouincias, vel territoria diuidere, quia ex tali di-
uiſione poſſet parochiarum, & dioceſum ſeparatio con-
22 tingere. ¶ Tertio † feudum dignitatis, quale eſt feu-
dum Ducatus Regij, diuidi, & ſeparari nō poteſt, ut ex vno
plura dicantur fieri territoria, quia ſic fieret, quòd domi-
nus pro vno feudo plures vaſallos haberet, & ſicut non eſt
conceſſum, ut mediante diuiſione vnus plures dominos ha
beat, ita & è contra c.1.§.præterea Ducatus de prohibita
23 feu. alien. per Federi. & ibi Bald. Præterea † dignitas non
debet minui, ſed potius augeri, l. obſeruandum ff.de offic.
præſi. vnde ſicut præbendæ non poſſunt diuidi c. maiori-
bus, & c.niſi eſſent de præben. ita nec dignitates feudorum.
24 Adde, quòd ſicut † ſeruitutes, quæ ſunt incorporales, diui-
ſionem non recipiunt l.2.& l.ſtipulationes non diuiduntur
ff.de verbo. obliga.ita, & hæ dignitates feudorum, quæ di-
cuntur eſſe quid incorporale, & cōſequenter indiuiduæ l.
1.§.quædā ff.de rer.diuiſ.& videtur eſſe expreſſum in l.Im-
perator.ff.ad municip.vbi officiū magiſtratus, & ſic id, quod
25 eſt iuriſdictionis, dicitur indiuiduū, quia † iuriſdictio in ſui
ſubſtantia eſt indiuiſibilis, cum pro parte explicari nō poſſit
l.in hoc iudicio.ff. familiæ herciſ. & vt habetur per Barto.
in l.1.& in l.imperium ff. de iuriſdict. omn. iudic. non poſſit
ſemiiuriſdictio diffiniri, ſed ipſa, prout eſt quoddam in-

grum diffiniatur: quãuis in iuriſdictione gradus, & diuerſę ſpecies reperiantur, ad tradita per eundem Bar. in d. l. imperium, & in §. iudicare in authen. de defenſo. ciuita. & facit tex. in §. hæc autem, & in §. hoc autem in authen. ut iudices ſine quoquo ſuffra. colla. 2. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium in caſu, de quo quærimus, uerius eſſe
26 arbitror, & hoc probatur primo, nam † licet princeps non poſſit contra ius gentium ſine iuſta cauſa diſponere, ut ſupra; tamen ſecundum ius gentium, uel illius æquitatem diſponere non prohibetur, & ideo Imperator potuit id, quod omnibus erat commune, diuidere, & legem facere, per quã
27 diuideretur, iuxta c. quo iure 8. diſtin. ¶ Secundo † quamuis ex diuiſione prouinciarũ, ſeu territorij facta à principe ſequi non poſſit ſeparatio, & diuiſio parochiarum, & ſpiritualium d. c. lege, tñ ob hoc non dicitur principibus, ſeu regibus prohibitum, quin parochias, & prouincias diuidere, & de una plures facere temporaliter poſſint, ut in d. c. lege, ubi hoc præſupponunt glo. & ſcriben. maximè moder. & eſt
28 tex. in l. ſi eadem ff. de offi. aſſeſſ. ¶ Tertio † ſi Papæ, & principi eccleſiaſtico permiſſum eſt præbẽdas, & parochias quo ad ſpiritualitatem diuidere, ut in c. uacante, c. ſignificatum extra de præben. c. ad audientiam de eccle. ædif. & habetur in c. ſuper eo de parochijs, Bal. in l. reſcripta C. de diuerſis reſcriptis, & eſt bonus tex. in c. 1. in fin. uerb. nona q. 2. ergo & principi ſeculari dicetur licitũ eſſe diuidere prouincias, territoria, & iuriſdictiones quo ad temporalitatem argumẽto c. duo ſunt, & c. Imperator. 96. diſtin. c. uerum, & c. quoniam 10. diſtin. ¶ Quartò hoc expreſsè probatur in l. ſi eadem ff. de of. aſſeſſ. ubi Paulus, & moder. latè ponũt, idemq; uolunt Bar. in. l. 1. uerſi. ſed quæro, an una C. de metropo.
29 lib. 11. Præterea † quamuis feudum dignitatis diuidi non poſſit, ut eadẽ dignitas diuidatur d. c. 1. §. præterea ducatus cũ ſimil. eiuſdẽ tñ dignitatis, & iuriſdictionis exercitũ diuidi põt, ut habetur per canoniſtas in d. c. prudẽtiã in prin. & ibi Abb. de offi. delega. & eſt de mente Bal. in d. §. præterea Ducatus: Et ideò ſi habẽs feudũ dignitatis retento nomine, & iure integro dignitatis ſuæ, puta Ducatus, uelit ſub alio, & diuerſo nomine, & ſubſtantia dignitatis res feudales, & exercitiũ iuriſdictionis diuidere, utique poterit, quia ſic feudum non dicitur diuidi quoad dignitatem, ſub qua conceſ-
30 ſum fuit. Rurſus † licet de iure feudum dignitatis non poſſit diuidi, d. §. præterea, tamen de conſuetudine diuidi, & ſeparari poteſt, quod intelligo eo modo, quo proximè dixi, & faciunt ea, quæ habentur per Paul. Caſtr. in l. hoc iure col. 4. uerſi. capio ſecundum ff. de iuſti. & iur. Sed iam diu, & à tãto tempore citra, de quo memoria in contrarium non extat, quod tempus habet uim iuſti tituli, & priuilegij c. 1. in fin. de præſcrip. in 6. l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcen. cum ibi notatis, c. ſuper quibuſdam §. præterea cum glo. extra de uerbo. ſignifi. Comites iſti de Scandiano ſub nomine comitatus ex priuilegijs diuerſorum principum permanſere diuiſi, ac ſeparati à territorio, & iuriſdictione ciuitatis Regij ſciente, & tolerante principe, ergo talis conſuetudo pro lege habetur, ut in l. hoc iure §. ductus ff. de aqua quotid. &
31 æſti. Præterea † iuriſdictio, quæ in ſui ſubſtantia non poteſt diuidi, poteſt tamẽ diuidi quo ad illius exercitum, per Bart. in l. ſi plures ff. de exercito. & in l. ſi uni ff. de re iudi. per Abba. & docto. moder. in d. c. prudentiam in princ. Bal. in d. §. præterea ducatus colum. 2. & 3. & faciunt illa, quæ ſatis copioſè deduxit ſupraſcriptus dominus Iacobus in ſuo conſil. & Iaſon, ac alij in d. l. ſi eadem, & Paul. Caſtr. in l. hoc iure ff. de iuſti. & iure inquit, quòd diuiſio iuriſdictionum, & territoriorũ fuit de iure poſitiuo inuenta; quod etiam præſuponit Bal. in d. §. præterea ducatus colum. 1. Ergo per contrariam conſuetudinem, & contrariam principis, & habentis auctoritatem ius condendi diſpoſitionem tolli, & alterari poterit, ut de uno territorio duo fiant, & quodlibet per ſe territorium ſeparatum dicetur, ut eſt tex. ibique Paul. de Caſtr. & moder. in d. l. ſi eadem, & facit §. illud, & §. hoc autem in authen. ut iudices ſine quoquo ſuffra. & argumento
32 c. propoſuit de conceſſ. præben. Nam † unum ius poſitiuum per aliud ius poſitiuum etiam ſine cauſa liberè tollitur, & ſic ab ipſo principe, uel ab alio poteſtatem condendi ius in loco habente, ut uoluit Bar. in d. l. fi. C. ſi contra ius, uel util. pub. Abb. poſt Innocen. in d. c. quæ in eccleſiarum, ubi plenè: ſed Duces Mediolani, & Ferrariæ, ſeu Regij habent poteſtatem condendi iura in ſuis terris, igitur &c. Et per prædicta conſtat ſublata eſſe ea, quæ ſupra in contrarium ſunt allegata. Stabit itaque concluſio tradita pro uera, quòd ſeparatio facta de territorio caſtrorum comitibus Boiardis in feudum conceſſorum ualidè, & legitimè facta fuit ab ipſo duce Mediolani, & etiam duce Ferrariæ, cum dux Mediolani, & dux Ferrariæ in ſuo ducatu locum principis obtineant, & iura condere ualeant, ueluti in ſuo conſilio docuit præfatus dominus Iacobus, cuius dicta, & concluſiones in dicto eius conſil. traditas uti de iure ueras ſequor. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Facti origo, & cauſarum merita in primis inueſtiganda.*
2 *Dominium vtile quando directo non contrarietur, & quando ſecus.*
3 *Poſſidere eãdem rem eodem genere dominij plures inſolidum non poſſũt.*
4 *Emphyteota, ſeu liuellarius non eſt abſque culpa ſuo dominio utili priuandus.*
5 *Dominium utile iurium, & dominium vtile rerum differunt, & vnum penes vnum, & alterum penes alium eodem tempore, & inſolidum eſſe poteſt.*
6 *Poſſeſſio naturalis ſimul apud plures inſolidum diuerſa ſpecie poſſidẽdi eſſe poteſt.*
7 *Dominus poſt primam conceſſionem iure feudi, ſeu liuelli, vel emphyteoticario factam cum onere præſtandi annuas penſiones, ſeu præſtationes perſonales poteſt alium de dictare quoad ius tantum illas penſiones, ſeu præſtationes exigendi infeudare.*
8 *Dominium vtile, & naturalis poſſeſſio rei quomodo apud duos inſolidum eodem tempore eſſe poſſunt.*
9 *Emphyteoſis, ſiue liuellus, & feudum inter ſe ſubſtantialiter differunt.*
10 *Emphyteota ſi alicui vſumfructum rei concedat, vterque dicitur naturaliter poſſidere, & quomodo.*
11 *Dominium vtile, & poſſeſſio naturalis rei non poteſt cum dominio vtili iuris conſolidari.*
12 *Et cum quo debeat, & poſſit conſolidari, ſi dictum dominium vtile iuris, & dominium directum concedentis concurrant.*
13 *Feudum ad quem reuertatur, ſi ob culpam vltimi feudatarij, qui fuit ab alio vaſallo infeudatus, ſit finitum.*
14 *Emphyteota, ſeu liuellarius priuati ſi tale delictum commiſit, ob quod bona ſint publicanda, ius emphyteoticum, ſiue liuellarium fiſco applicatur.*
15 *Emphyteota ſi rem alteri ad vſufructuandum conceſſit, deinde à iure ſuo ſuo cecidit, ad quem res, ſeu vtile dominium illius reuertatur.*
16 *Emphyteota primus ſi rem alteri in emphyteoſim conceſſit, & vltima emphyteota velit ius ſuum, & melioramenta vendere, quis ſit requirendus, & debeat nouam inueſtituram facere, & cui ſit pro renouatione ſoluendum.*
17 *Dominus ſi poſt conceſſionem rei in emphyteoſim vni factam alteri iure feudi conceſſit ius percipiendi penſiones, & obuentiones, cui debeatur id, quod ab emphyteota pro renouationibus ſoluitur.*
18 *Feudum differt ab vſufructu.*

EPITOME.

Emphyteota, *cui primo res iure emphyteoſis conceſſa fuit, ſi crimen commiſit, ob quod eius bona ſint de iure publicanda, & res illa poſt conceſſionem emphyteoſis fuit à domino alteri quoque iure feudi conceſſa quoad ius exigendi penſiones, & obuentiones, dominium, & ius utile primi emphyteotæ ad dominũ directum qui conceſſit, reuerti & dominio illius directo, ac ciuili poſſeſſione eiuſdem conſolidari, hic probatur.*

Conſi-

CONSILIVM LXXV.

SICVT prudentis phyſici eſt ægritudinis cauſam,&
originem debere cognoſcere ante, quàm illi medelas
1 adhibeat,ita optimi conſultoris eſt † originem facti,
& cauſarum merita prius inueſtigare, quàm inter lepram,
& lepram,ſeu cauſam, & cauſam iudicare c.auditis extra
de præſcriptio.c.per uenerabilem qui filii ſint legitimi, l.id
quod ff.de donatio.Pro præſentis itaque conſultationis ue
ritate ſciendum eſt, quòd iamdiu Illuſtriſſimus Dux Ferra-
riæ quaſdam petias terræ certis perſonis iure liuellario,ſeu
emphyteotico cum onere annuatim certas penſiones, ſeu
obuentiones ſoluendi conceſſit,quarum conceſſionum oc-
caſione in tales utile dominium rerum, & naturalem poſ-
ſeſſionem tranſtuliſſe dicitur, directum uerò dominium cũ
ciuili poſſeſſione penes ipſum Ducem remanſiſſe cenſe-
2 tur, † quod utile dominium directo non contrariatur, ut
facit illud,quod ex præſcriptione acquiritur, ſed ſubalter-
natur,Bal.in prælud.feud.colum.5.glo.in l.3.§. ex contra-
rio,& ibi ſcribentes ff.de acquiren.poſſeſſio. gl.in l. ſi ut cer
to §.ſi duobus uehiculum ff.commoda.& in c.1.§.1. in glo.
magna de capitu.Corradi;Spec.in titulo de locato §. nunc
uerò uerſicu.45.cum ſequen. cum aliis: Poſtea idem Dux
de anno 1449. iure feudi, & iuramento fidelitatis præ-
ſtito eaſdem petias terræ cuidã do. Cathelano Bellencino
pro ſe, filiis,& deſcendentibus ſuis conceſſit, quoad ius tan
tum,& facultatem liuellos,penſiones, & recognitiones à di
ctis liuellariis, & emphyteotis,ſeu affictuariis exigendi, &
conſequendi,prout ipſe Dux erat ſolitus exigere, & conſe
qui cum grauamine dandi ipſi Duci unum birettum ſingu
lis annis: & quamuis per conceſſionem feudalem in uaſal-
lum utile dominium rei transferri dicatur,ut ſupra; tamen
ex quo per primam dictarum rerum conceſſionem iure li-
uelli à Duce factam iam fuerat in liuellarios, & emphyteo
tas translatum, non potuit domino Cathelano illud rerum
utile dominium ex inueſtitura ſibi facta acquiri, tum quia
3 † eodem genere dominij plures in ſolidum eandem rem
poſſidere non poſſunt,d.§.ex contrario,& d.§.ſi duobus ue-
hiculum, tum etiam quia in dominum Cathelanum tranſ-
ferri non potuit cum priuatione dicti dominij utilis alio-
4 rum,quibus iam fuerat acquiſitum, cum † abſque culpa
emphyteota, ſeu liuellarius ſuo dominio utili non ſit pri-
uandus c.propter ſterilitatem, c.potuit extra de loca.l.2.&
fina.C.de iure emphyteo.§. ſi uerò quis locator in authen.
de aliena.& emphyteo. Fuit ergo dicto domino Cathela-
no, & liberis acquiſitum non utile dominium rerum iam
aliis acquiſitum, ſed utile dominium iuris tantum exigendi
penſiones,& affictus ſuper dictis rebus à liuellarijs, & em-
phyteotis, ut ex uerbis conceſſionis ſibi factæ apparet,
5 † quod utile dominium iurium differt ab utili dominio re
rum, quia alterum poteſt eſſe apud unum, & aliud penes
aliam perſonam eodem tempore, & inſolidum, & ſic diuer
ſo reſpectu, & diuerſa ſpecie dominandi, ut dicitur etiam
6 de naturali poſſeſſione eiuſdem rei, † quæ diuerſa ſpe-
cie poſſidendi ſimul apud plures inſolidum eſſe poteſt l.fi-
na.uti poſſide.& ibi Bart.Ex prima enim conceſſione à Du
ce facta in liuellarios, & emphyteotas translatum fuit do-
minium utile rerum, ex ſecunda uerò facta domino Cathe
lano acquiſitum fuit utile dominium iuris exigendi penſio
nes,ut uerba inſtrumenti,& conceſſionis demonſtrant, quo
fit, ut reſpectu primæ conceſſionis dominium utile rerum
acquiſitum fuerit liuellariis,& affictuariis, directum uerò
apud Ducem concedentem remanſerit,reſpectu autem,&
occaſione ſecundæ conceſſionis fuerit Bellencinis acquiſi-
tum dominium utile iuris exigendi, quod conſiſtit in actio
ne utili illis acquiſita, directum autem dominium dicti iu-
ris exigendi ipſi Duci remanſiſſe dicitur, quod conſiſtit in
actione directa,ut colligitur ex uerbis Bald.in prælud.feud.
7 4.colum.uerſi.ſed hoc quæro, † nam poſt primam con-
ceſſionem factam de re aliqua iure feudi, ſeu liuelli,uel em
phyteoticario cum onere præſtandi annuas penſiones, ſeu
obuẽtiones, & præſtationes perſonales poteſt dominus rei
directus alium infeudare de dicta re quoad ius tantum exi
gendi illas obuentiones,& penſiones,ut præſupponit Ioan-
nes Andreas in additio. in d.§.nunc uerò uerſic.94.in addi
tione magna, & obſeruatum fuit in caſu occurrenti. Immò
8 attentari poſſet, † quòd quando res fuit prius alicui con-
ceſſa in emphyteoſim, uel iure liuelli,deinde dominus aliũ
de eadem re infeudauit quoad ius penſiones exigendi, am
bo dicantur habere eodem tempore dominium utile,& na
turalem poſſeſſionem rei inſolidum, neque ex hoc reſulta-
re dicetur inconueniens, quoniam unus dicetur habere do
minium utile,& naturalem poſſeſſionem rei,ut emphyteo-
ta, alius autem ut feudatarius, & ſic diuerſo genere domi-
nandi, ſeu naturaliter poſſidendi, ueluti dicitur de uſufru-
ctuario,& uſuario,d.l.fina. & ibi Barto.& hoc caſu inueſti-
tus iure feudi dicetur habere ius exigendi penſiones ab ip
ſo emphyteota per actionem utilem, ut inquit Bald.in d.4.
9 colum.& Ioan. Andr.in d.addi.nam † inter ſe ſubſtantia-
liter differunt emphyteoſis,ſiue liuellus, & feudum, ut uo-
lunt ſcriben.in d.l. ſi finita §. ſi de uectigalibus ff.de dam-
no infecto, & colligitur ex uerbis Barto.in l.ut iuriſiurandi
§.ſi liberi ff.de operis liber.& in l.ſi mihi,& Titio,& ibi Ale
xan.ff.de uerborum obliga.& ex illorum diuerſis diffinitio-
nibus l.1.C. de iure emphyteo.cum iis, quæ habentur per
Alexandrum in d.§.ſi de uectigalibus,& in c.1.in ſin.in qui
bus cau.feu.amitta.cum aliis, ergo non erit inconueniens,
quòd eandem rem eodem tempore in ſolidum unus poſſi-
deat naturaliter,ut emphyteota, alius,ut uaſallus,argumẽ
to d.l.fina.cum ibi nota.per Bartolum,& hic ultimus dice-
tur poſſidere reſpectu iuris exigendi penſiones,ſiue perſo-
nales præſtationes,& faciunt ea,quæ dicunt Alexan.in d.§.
ex contrario in 15.colu.cum ſeq. ac etiam in pen.col.& alij
10 ibi poſt Bar. quòd † ſi emphyteota concedat alicui uſum-
fructum rei,uterq: dicitur rem naturaliter poſſidere diuer-
ſa ſpecie poſſidendi: Duo tamẽ,ut uſufructuarij, aut ut feu
datarij,uel ut emphyteotæ inſolidum non poſſunt eiuſdem
rei habere dominium utile, & naturalem poſſeſſionem, &
ſic eadem ſpecie dominandi,ſeu poſſidendi, ut in d. l.fin. &
ibi Bart.& d.§. ſi duobus. ¶ Demum de anno 1492. inita
eſt tranſactio,& concordia ſuper litibus, & differentiis in-
ter Illuſtriſſ.Ducem Ferrariæ ex una, & comitem Rango-
nũ ex altera,ut in inſtrumento publico, & hinc inde data,&
relaxata fuere, ut in illo, ſed inter alia præfatus do. Dux do
mino Antonio aſſignauit illas petias terræ,de quibus ſupra,
quoad directum dominium illarum cum omnibus obuen-
tionibus, & honorantiis,& cum plena omnium iurium ceſ-
ſione,quæ ipſe Dux in dictis terris habebat in forma plenio
ri,ad effectum etiam,ut ipſe dominus Antonius agere poſ-
ſet contra dictum dominum Cathelanum, per quam con-
ceſſionem,& ceſſionem factam domino Antonio, & illis de
Rangonibus non poteſt dici derogatum iuribus præfati do
mini Cathelani, & aliorum de Bellencinis, nec etiam iuri-
bus illorum,quibus dictæ petiæ terræ prius fuerant,ut ſupra,
conceſſæ, quoniam cum illi omnes dicerentur ſolum habe
re utile dominium,ut ſupra,non poteſt dici illorum iuribus
derogatum per conceſſionem factam illis de Rangonibus,
quia in illos translatum ſolum fuit directum dominium,il-
liſque ceſſæ fuerunt actiones directæ,quæ remanſerant pe-
nes ipſos Duces Ferrariæ, utile uerò dominiũ, & utiles ac-
tiones erãt penes priores emphyiteoticarios, & liuellarios,
ut declaratum fuit. ¶ Rebus ſic ſe habentibus, quidam ex
dictis

dictis prioribus liuellarijs,ſeu emphyteotis quædam crimina perpetrarunt, ex quibus de iure bona eorum publicanda ſunt,& cameræ fiſcali applicanda,quæritur modo, utrũ illud utile dominium rei,quod erat apud liuellarios delinquentes, & cenſetur finitum ob delictum commiſſum, uel ſaltem eſt conſolidandum cum directo dominio,debeat cõſolidari cum dominio,quod habent nobiles de Bellencinis, an uerò cum illo,quod nobiles de Rangonibus habere dicũtur:Et ſanè de iure loquendo,ſtantibus præmiſſis, nõ uideo poſſe conſolidari cum iure Bellencinorum, quia ipſi habẽt dumtaxat quoddam utile dominium iuris exigendi, quod
11 actio utilis appellatur,ut ſupra, † igitur non cognoſco,quo modo cum hoc iure utili,quod actio utilis eſt, ut per Bal. in præſud.feudo.4.colum.dominium utile,& naturalis poſſeſſio rei conſolidetur,iure enim hoc cautum nõ reperio, nec
12 eſſe poteſt:quare † ſi conſolidatio de illo utili dominio eſt facienda,fieri debet cum directo dominio rei, & ciuili poſſeſſione ipſius do.concedentis,cum utrumque circa rem cõceſſam conſiſtat, & in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus l. in rem §. item quæcunque ff. de rei uendica. c. quod in dubijs cum glo.de conſecra.eccle.uel alta.nam eſſet inconueniens,quòd utile dominium rei magis conſolidaretur cum utili dominio iuris,quod actio utilis eſt, quam cũ directo dominio ipſius rei, quod eſt ferè eiuſdem ſubſtantiæ,cum à re ipſa corporali reguletur,Bal.in.l. 2.in 46.q.ff. de rerum diui.& faciũt notata per Abb. in c.cum ueniſſent col.2.de reſtit.ſpoliato. Præterea cum præfati priores liuellarij utile dominium habuerint ab ipſo Duce Ferrariæ domino directo,& non à nobilibus de Bellencinis, quibus ius expoſtfacto conceſſum fuit, omnino concludendum eſt, illud dominium utile conſolidandum fore cum directo dominio, ſeu iure illius,à quo cauſam habuerunt, & non cum
13 iure illius,à quo cauſam nõ traxerunt,† ut probat tex. in c. 1.§.illud de prohibita feudi aliena.per federicum, ubi ſi uaſallus meus alteri rem in feudum conceſſerit,& ratione culpæ ultimi feudum fuerit finitum, & reuerti debeat ad dominum,certè reuertitur ad ius illius,à quo immediatè prouenit,& ſic non ad primum dominum directum,ſed ad uaſallum concedentem,quoniam ille fuit, qui immediatè ultimo uaſallo rem conceſſit,ſed dicti priores liuellarij rem, & utile dominium immediatè habuerunt ab ipſo Duce domino directo, & prius,quam dominis Bellencinis acquiſitum eſſet, ergo conſolidatio fieri debet cum dominio directo ipſius primi concedentis, cui ius conſolidandi ad rem fuerat acquiſitum prius, quàm aliquod ius in dictis re-
14 bus ipſis Bellencinis acquireretur. ¶ Rurſus † quotieſcunque emphyteota,ſeu liuellarius priuati tale delictum committit,ob quod bona ſint publicanda,tunc ius emphyteoticum,ſeu liuellarium fiſco,ſeu cameræ applicatur,ut uolunt docto.communiter Bar.Alex.& alij in d.l.ſi finita.§. ſi de uectigalibus,& ſpecul.in tit.de feudis uerſ. 40.ſed comites de Rangonibus quoad res,de quibus dubitatur,habent omnia iura ipſius ducis,& cameræ ex ceſſione iurium ſibi ab ipſo duce facta,ut in dicto inſtrumento tranſactionis, ergo &c. Et prædicta corroborantur ex iis, quæ uoluit Ioan. And. in addit ſpecu. in tit.de locato §. nunc uerò uerſ. 93. qui
15 uoluit, † quòd ſi emphyteota rem alteri ad uſufructuandũ cõcedat, deinde emphyteota à iure ſuo ceciderit,res,ſeu illud utile dominium emphyteotæ ad primum dominum directum reuertatur,& non ad uſufructuarium, & ſic conſolidatio dicatur fieri cum directo dominio, & ciuili poſſeſsione primi domini,& non cum dominio utili,ſeu naturali poſſeſſione uſufructuarij, ueluti etiam uoluere Alex. & alij in d.§.ex contrario,& inquit ſpecula.in d.§.nunc uerò aliqua
16 uerſ.27.† quòd ſi primus emphyteota alteri rem in emphyteoſim conceſſerit, & ultimus uoluerit uendere ius ſuum, & melioramenta, tenetur primum dominum requirere, & ad illum pertinet nouam inueſtituram facere, & inducere nouum emptorem in poſſeſſionem rei, illique debetur id, quod eſt ſoluendum pro noua inueſtitura,& nõ primo emphyteotæ,qui rem conceſſerat,qui non eſt aliter requirendus, ut habetur etiam per Ioan. de Imol. in c. potuit 7. col. de locato uerſi. item iuxta prædicta. Præterea Ioan. And. in dicta additione magna in d.uerſi.93. circa primam quæ-
17 ſtionem, quæ uidetur eſſe quæſtio noſtra, † quando dominus ultra quòd rem conceſſerit uni in emphyteoſim, alteri iure feudi conceſſerat ius percipiendi penſiones, & obuentiones perſonales, utrum iſte uaſallus habere debeat id,quod ſoluitur pro renouationibus ab emphyteota, poſt longam diſcuſſionem inclinare uidetur, quòd magis domino directo debeatur,quam illi, cui feudum huiuſmodi fuerat conceſſum,niſi aliter expreſſum fuerit,uel ex qualitate, & conditione perſonarum aliud ſit dicendum, ut ibi. Præterea ſi dubitatur de eo, quod ſoluitur pro renouatione, an debeatur illi, qui iure feudi fuit à domino inueſtitus ſuper iure percipiendi penſiones, quanto magis dubitandum erit de conſolidatione dominij utilis,& naturalis poſſeſſionis rei,an illa ſit facienda cum directo dominio,& ciuili poſſeſſione rei, uel cùm quodam iure exigendi pẽſiones, quod appellatur utile dominium non rei,ſed iuris, & propriè actio utilis eſſe dicitur,& ex prædictis conſtat conſolidationem fieri debere nõ cum hoc utili dominio iuris exigendi penſiones,ſed cũ directo dominio rei, quod eſt apud primum concedentem. ¶ Nec refragatur d. c. 1. §. illud, quia ſi rectè conſideretur, potius ad fauorem domini directi, & ſic ipſorum comitum de Rãgonibus facit, quam contra,ut ſupra induxi. ¶ Non aduerſatur tex.in l.uſufructu legato, & in.l.item ſi fundi ff. de uſufruc. quia loquuntur de uſufructuario,nos uerò loquimur de eo, cui in feudum ius exigendi penſiones conceſſum fuit,qui non dicitur uſufructuarius,quamuis illud ius ad uſufructuandum fuerit datũ,
18 nam † feudum abſque dubio eſt diuerſum ab uſufructu, ut ex illorum diffinitionibus colligitur,ac etiam quia uſusfructus eſt temporalis,ac morte finitur,ſed non feudum,& tamen feudum dicitur concedi etiam ad uſufructuandum d. c. 1. in fin. in quibus cauſ. feud. amitta. iuncto c. 1. de ſucceſſ. feu. Præterea & ſi in uſufructuarium tranſeant omnes utilitates, & obuentiones rei, quæ ſunt in fructu,tamen non ſequitur,quòd in feudatarium, cui ſolũ fuit conceſſum ius exigendi penſiones, & ad uſufructuandum, debeat iure conſolidationis tranſire utile dominium,& naturalis poſſeſſio rei, quæ ſunt penitus diuerſa, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Ioan. And. in d.additio. Tex.etiam in c. 1. §.ſi uaſallus hic finitur lex, potius probat in caſu noſtro illud dominium utile rei eſſe ad primum dominum directũ reuerſurum,quam ad alium,ut ibi,alij dicũt omnino ad dominum pertinere. Præterea ibi meliorationes, uel earum æſtimatio debentur hæredibus uaſalli,& non domino, quia uaſallus ſuis ſumptibus meliorauerat, & iniquum eſſet dominum cum aliena iactura lucrari,& de alieno ditari l.nam hoc natura.ff.de condic.indeb. Hæc dixiſſe uolui potius, ut Illuſtri Comiti Vgutioni ſatisfacerem,quam quòd neceſſarium fore exiſtimarem, cum ab alio domino conſultore optimè fuerit ſatisfactum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallitij ius ex ſubfeudo cõpetens uaſallo, qui alium ſubinfeudauit, nõ dicitur utile dominium, ſed quoddam ius perſonale, & potius quodam imago, ſeu quædam reliquiæ utilis dominij.*
2 *Vtile dominium utilis dominij non datur.*
3 *Vtile dominium uaſalli directum recognoſcen. eſt quædam ſeruitus.*
4 *Seruitus ſeruitutis eſſe non poteſt.*

5 *Ceſ-*

5 Ceſſionarius habet iura vtilia, & illa alteri cedendo ita in eum trãsfert, vt nihil apud eum remaneat.

6 Vaſallus ſubinfeudans ita in ſubinfeudatum vtile dominium, & naturalẽ poſſeſſionem transfert, ut apud ipſum non remaneant. Et quod ius apud ſubinfeudantem remaneat, & num. 9.

7 Dominij duæ ſolum ſunt ſpecies:

8 Dominij vtilis vnum aduerſatur directo, & alterum recognoſcit directum, & quod ſit utrunque.

10 Vaſallum ſeudo priuandi quæ ſint iuſtæ cauſæ, & nume. 81. 83. & 86.

11 Inimicitiæ capitales ex terrarum, & locorum occupatione oriri conſueuerunt.

12 Vaſallus ex mala ſubditorum, & ſuorum, & domini ſui tractatione feudo priuandus eſt, & quando num. 81.

13 Item ex confœderatione cum inimicis domini contracta.

14 Subuaſallus ſi priorem dominum offendit, & contra illum crimen læſæ maieſtatis committit, feudum non priori domino immediatè offenſo, ſed priori vaſallo domino illius immediato acquiritur, & aperitur: & an id ſit verum, & quomodo, plenè declaratur nume. 43. uſque ad nume. 56.

15 Reiteratio auget, & aggrauat delictum, ingratitudinem, & pœnam: & quando id ſit verum, & quando ſecus nume. 98.

16 Tranſactio ab vno, & cum vno facta alij non nocet: & quando hoc procedat, & quando ſecus num. 64.

17 Mandatum ſpeciale ad tranſigendum requiritur.

18 Frater fratri, & mater filio tranſigendo non præiudicat.

19 Tranſactio ſuper crimine facta ſolum ius tranſigentis extinguit, & non alterius, cui ex delicto ius fuiſſet quæſitum, & illi iuri per tranſactionẽ ab alio etiam principe factam non præiudicatur: & quomodo hoc procedat nume. 96.

20 Imperatoris magna eſt auctoritas, & poteſtas.

21 Imperator vices Dei in temporalibus gerit, ſicut Papa in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis.

22 Imperator priuare aliquem iure, & dominio ſuo etiam vtili iam acquiſito prohibetur, & quando, & quomodo id ei permittatur, & nu. 24. 31. & 77.

23 Pater querelam inofficioſi teſtamenti filio competentem, & iniuriam, ac offenſionem filij remittere non poteſt.

24 Principi quando ex certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine permiſſum ſit priuare aliquem dominio ſuo, & iuribus quæſitis derogare, & nume. 31. & 77.

25 Princeps actionem alicui quæſitam poteſt quoad ſui formalitatem tollere, ſed non facere, quin iuſtitia manu regia, & eo modo ſaltem, quo de iure gentium reddebatur, miniſtretur.

26 Potentia, voluntas, & modus ad perfectionem cuiuslibet actionis concurrere debent.

27 In poteſtate, ac voluntate effectus omnis conſiſtit:

28 Poteſtas propriè dicitur legitimè poſſe.

29 Conditio turpis non dicitur poteſtatiua.

30 Potentia eſt principium cuiuſcunque effectus, ſine qua voluntas operari non poteſt.

31 Imperator ratione ſui dominij vniuerſalis in toto orbe poteſt ex iuſta cauſa aliquem ſuo pleno, & directo dominio priuare, & an quælibet cauſa ſufficiat; & an id poſſit abſque vlla cauſa.

32 Actiones facilius tolli poſſunt, quam dominia iure gentium acquiſita.

33 Pacis bonum publicam in ſe vtilitatem continet.

34 Pax pro temporali ſalute appellatur dulcis.

35 Pax debet eſſe perpetua, & ſi temporalis eſſet, dicetur potius treguа.

36 Pax non dicitur ea, in qua latent inſidiæ, & nume. 72.

37 Princeps ob pacis bonum poteſt ſubditis præiudicare, illis iura auferendo, & caſtrum, aut rem aliam unius alteri concedendo, etiam cum illius iniuria, & nume. 111.

38 Pacis conſequendæ cauſa, & ob publicam vtilitatem multa contra regulas iuris conceduntur.

39 Imperator dominium directum, ciuilemque poſſeſſionem, ac etiam iuriſdictionem generalem in toto orbe, & magis in Germania habere dicitur.

40 Feudum Ducatus Vuitempergenſis ab origine ſua fuit feudum imperiale ſolitum ab Imperatoribus Romanis concedi.

41 Feudum imperiale, ſeu Regale appellatur quaternatum.

42 Feuda quaternata quæ ſint.

43 Diſpoſitio c. 1. §. illud quoque de prohib. feud. alien. per Federicum uolens propter offenſam à ſubuaſallo priori domino illatam feudum aperiri domino immmediato, & non offenſo, declaratur uſque ad nume. 56.

44 Vaſallus propter ſeruitium domino immediato præſtandum non poteſt imperatorem offendere.

45 Imperatoris perſona ſemper ab omni iuramento fidelitatis, & ab omni obligatione ſeruitij præſtandi cenſetur excepta.

46 Imperatori, ſeu Regi, à quo feudum conceſſum eſſet, plura ſpecialia in materia feudali ſunt introducta.

47 Subuaſallus imperatorem priorem dominum adiuuare tenetur, ſecus in alio inferiore.

48 Perſona loquentis ſub verbis generalibus, & imperſonalibus non comprehenditur.

49 Imperatores, & Reges magis honorandi ſunt, quam inferiores.

50 Ex iniuria vni illata alium agere, & pœnam conſequi eſt valdè exorbitans.

51 Duplex vinculum fortius operatur, quam ſimplex.

52 Imperator etiam poſt ſententiam, & illius exequutionem poteſt delictũ, & pœnam eius remittere.

53 Feudum quando propter delictum, & crimen vnà cum vniuerſitate bonorum tranſit, & confiſcatur.

54 Mora, & pœna. ſeu culpa facilius euitatur, quando quis non interpellatus actualiter ſatisfecit, quam quando ad alterius interpellationem ſatisfacere paratus eſſet.

55 Feudum ex offenſa non aperitur, niſi is, cui deberet aperiri, voluerit, & declarauerit.

56 Ob crimen læſæ maieſtatis in principem commiſſum omnia bona, ac etiã feuda ipſo iure publicantur.

57 Feudi amiſſio ob culpam, & fellonıam à vaſallo aduerſus dominum commiſſam requirit ſententiam.

58 Præuentionis locus eſt inter duos eandem, ſeu parem iuriſdictionem habentes.

59 Communionis cauſa quis præueniendo poteſt de toto iure, ſeu de tota re liberè diſponere etiam cum præiudicio iuris alterius.

60 Adimplenti pro parte ſua debent ab alia parte conuenta, & promiſſa adimpleri, & obſeruari.

61 Exceptio principis à ſua generali diſpoſitione facta de vno, vel pluribus caſibus, in quibus noluit tertio præiudicare; declarat intentionẽ ipſius, quòd in aliis voluerit tertio præiudicare.

62 Vaſallus abſque ſui domini immediati conſenſu non poteſt de feudo tranſigere.

63 Et quando ſecus ſit.

64 Tranſactio ab imperatore, & principe, vt à publica perſona facta pro bono pacis, & vtilitatis vniuerſalis aliis quoque nocet.

65 Principis contractus ex cauſa publica celebratus vim legis obtinet, & eſt pro lege ſeruandus.

66 Determinatio vna plura determinabilia reſpiciens illa debet pariformiter determinare.

67 Diſpoſitionis eiuſdem vna pars aliam dubiam declarat.

68 Incluſio vnius eſt aliorum excluſio.

69 Verbum permanere, pertinere, & pernoctare importat cum effectu, & omni perfectione, & non ad tempus.

70 Verba ſunt cum effectu intelligenda.

71 Dolus, & fraus in diſpoſitionibus à principe factis ſemper abeſſe debent.

73 Celeſtinus Papa damnatus, quòd de mane gratiam faciebat, & illam de ſero reuocabat.

74 Princeps poteſt quidem de perpetuo facere corruptibile, ſed non in alterius præiudicium.

75 Fraus quòd alteri fiat, non debet ſub verbis generalibus, vel confuſis intelligi.

76 Fratrem voluiſſe fratri, & iuribus ſuis præiudicare non eſſe veriſimile, quando procedat.

77 Princeps quibus in caſibus poſſit iuribus etiam alteri quæſitis præiudicare.

78 Conſequens trahit ad ſe omne ſuum antecedens, ſeu omne id, quod cum eo connexitatem habet.

79 Maleficia ex voluntate, & propoſito delinquentis diſtinguuntur, et abſq; propoſito, & voluntate delinquendi quid non eſt punibile, etiam ſi in delictum cadere videretur.

80 Feudo vaſallus, ſeu ſubuaſallus non eſt priuandus, quando quid faceret non animo principaliter dominum offendendi.

81 Monitio legitima quæ dicatur.

82 Subditis grauamina imponi, neceſſitate cogente, eſt ſuperioribus permiſſum.

83 Feudo priuandum eſſe vaſallum aſſalientem caſtra domini quomodo ſit verum: Et quid de aſſaliente perſonam domini, & num. 90.

84 In pœnalibus, & in pœna priuationis feudi non eſt à uerbis iuris recedendum.

85 Iniuria in perſonam illata maior eſt illa, quæ in perſonam ſimpliciter irrogatur.

87 Gloſæ auctoritas eſt magiſtralis, non autem neceſſaria.

88 Ex-

88 *Expreſſa iuris diſpoſitio maximè in pœnalibus non eſt propter argumentationes, & diſputationes doctorum relinquenda.*

89 *Communis ſcribentium opinio in argumentis fundata relinquenda eſt etiã in iudicando, quando claram iuris deciſionem habemus.*

91 *Ad feudi priuationem dominus propter damnificationem contra vaſallũ non agit: Et quomodo agat.*

92 *Militum laſciuia, & abuſu factum dominum ad pœnam non obligat, ſed ſolum ad damnorum ſatisfactionem.*

93 *Criminis læſæ Maieſtatis contra Imperatorem perpetrati publica eſt accuſatio, & omnibus de populo competit, maximè iis, qui ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequuntur.*

94 *Inimicus unius fratris cenſetur alterius fratris inimicus, & propter iniuriam uni fratri illatam ius agendi, ſeu accuſandi poteſt alteri fratri competere: & an id ſit uerum num. 97.*

95 *Cæſaris proprium eſt delicta ueniam petentibus abolere, atque extinguere.*

96 *Transactio criminis, quando non extinguat delictum, quin alius de illo poſſit delinquentem accuſare, & quando ſecus.*

97 *Ex iniuria uni illata an alius iniuriam pati dicatur, & an ex ea agere poſſit.*

99 *Exceptio regulam firmat in caſibus non exceptis.*

100 *Vaſallo culpa omnis remiſſa, & feudum reſtitutum eſſe cenſetur, quando dominus illum ad gratiam, & obedientiam recepit.*

101 *Iuramentum fidelitatis à domino ſubditis præſtandum quid importet.*

102 *Princeps noluiſſe ius alterius tollere, & illi præiudicare uidetur, niſi id exprimat: & quæ expreſſio ſufficiat.*

103 *Expreſſum quid dicitur etiam uerbis generalibus, & mente diſponentis comprehenſum.*

104 *Ad gratiam receptus non dicitur plenariè reſtitutus: & quando ſecus num. 110. 112. & 113.*

105 *Ad feudum iam alteri acquiſitum quis ex reſtitutione facta à principe non dicitur reſtitutus:*
Et quando ſecus num. 110. 112. & 113.

106 *Priuilegium, & beneficium principis ſemper eſt ſaluo iure alterius, & abſque alicuius preiudicio intelligendum:*
Et quando ſecus num. 113.

107 *Gratiam de delicto alicui facere, & illum reſtituere, ſeu reintegrare differunt.*
Et in quo caſu bona ob crimen publicata, & amiſſa recuperentur, & num. 112.

108 *Reſtitutionis natura eſt, ut bona iam alteri ex titulo acquiſita non recuperentur:*
Et quando ſecus num. 110. 112. & 113.

109 *Feudum ſi ob delictum ſit domino ipſo iure acquiſitum, & delinquens poſtea gratioſè reſtitutus, reſtitutio non præiudicat illi, cui feudum fuit acquiſitum:*
Et quando ſecus num. 112. & 113.

110 *Ad gratiam receptio, & indulgentia facta à principe cum ſubditis ſuis quando uim plenæ reſtitutionis, & reintegrationis bonorum, & omnium amiſſorum habeat, & operetur.*

112 *Reſtitutio, ſeu reintegratio propter pacem facta ad omnia bona etiam publicata, & ad tertium ex aliquo titulo peruenta extenditur.*

113 *Princeps quando alteri uelle præiudicare dicatur,*

114 *Et quando plenitudine poteſtatis uſus cenſeatur, etiam ſi non expreſſerit.*

115 *Acquiſitio mediante ſententia dicitur fieri mediante iure ciuili, & poſitiuo.*

116 *Princeps etiam ſine cauſa ius, quod eſt de iure poſitiuo debitum, tollere poteſt,*

117 *Et multo magis cum cauſa, & quando ius erat acquirendum.*

118 *Ius quærendum facilius tollitur, quam ius quæſitum.*

119 *Vaſallus habens bona feudalia à domino temporali ſi crimen committat, propter quod bona ſint publicanda, bona tantum patrimonialia confiſcantur, & feudalia ad dominum reuertuntur.*
Et quando hoc ſit uerum, & quando ſecus num. 123.

120 *Feudatarius qua ratione habeat feudum, & utile dominium.*

121 *Iuramentum fidelitatis dicitur eſſe perſonaliſſimum.*

122 *Feudum, quod datur ratione fidelitatis, & ſeruitij perſonalis à uaſallo præſtandi, in fiſcum propter publicationem bonorum tranſire non debet:*
Et quando hoc ſit uerum num. 123.

124 *Vaſallus hoſtiliter contra filium domini inſultum faciens an feudo priuetur, & num 126. & 130.*

125 *Vaſallus hoſtiliter dominum aſſaliendo feudo priuatur.*

127 *Priuare aliquem feudo grauis pœna cenſetur.*

128 *Priuatio, & extinctio omnis eſt mors quædam habenda.*

129 *Iniuria illata filio quomodo, & ad quem effectum dicatur patri illata.*

130 *Vaſallus filium domini perſonaliter offendens priuatur feudo.*

131 *Vaſallus filiam, uel ſororem domini ſtuprans, aut adulterans feudo priuatur.*

132 *Vaſallus, & dominus ex quibus cauſis ille feudo, hic autem ſuo directo iure priuari poſſit, nulla certa regula, aut diffinitione eſt comprehenſum.*

133 *Vaſallus, & dominus pares reputantur quoad amiſſionem iuris ſui ex fellonia in ſe uiciſſim commiſſa, & alter alteri ex fellonia uiciſſim tenetur, & punitur.*

134 *Dominus quare proprietate ſua priuetur, ſi aduerſus uaſallum ſuum culpam, uel felloniam aliquam commiſerit.*

135 *Vaſallus delator domini exiſtens priuatur feudo, & quando num. 138. 139. & 140.*

136 *Heres teſtatorem, & patronus libertum accuſantes ambo à bonorum poſſeſſione excluduntur.*

137 *Accuſans aliquem de crimine, & illud non probans eſt puniendus, & quando numero 143.*

138 *Dominus uaſallum accuſans an, & quando iure ſuo, & ſua proprietate ſit priuandus, & quando non, & num. 140.*

139 *Vaſallus accuſando dominum excuſatur, proſequendo ſuam, uel ſuorum iniuriam.*

140 *Vaſallus dominum pro principe, uel republica accuſans pœnam priuationis non patitur.*

141 *Feudum cui aperiatur ex accuſatione, ſeu aliqua fellonia à domino aduerſus uaſallum commiſſa.*

142 *Dignitatum capaces ſunt illi ſolum, qui eas à principe habuerint.*

EPITOME.

TRANSACTIO *ab Imperatore ob componendam pacem facta cum ſubuaſallo ſuper feudo Imperiali, de quo is fuit ab alio uaſallo ſubinfeudatus, quòd uaſallo ſubinfeudanti domino illius immediato præiudicet, & facta ſubuaſallo ab Imperatore plenaria remiſſione, ac reſtitutione, quòd ob delicta ab eo commiſſa, propter quæ ſubfeudum aliàs eſſet dominis ſuis apertum, dominus immediatus illum accuſare, & aduerſus eum ad ſubfeudi amiſſionem agere non poſſit, demonſtratur.*

Feudum imperiale ob offenſam à ſubuaſallo Imperatori priori domino illatam aperiri non domino immediato, qui ſubinfeudauit, ſed Imperatori domino offenſo, probatur, & diſpoſitio c. 1. §. illud quoque de prohib. feud. alien. per Feder. plenè declaratur.

Feudo non priuatur Vaſallus ob ſimplicem inſultum ſine læſione perſonali aduerſus filium domini factum.

Dominus uaſallum de crimine, ob quod feudo priuandus eſſet, accuſans, & non probans, an in amiſſione iuris ſui ſit puniendus, hic agitur, & non eſſe puniendum in hoc caſu ex pluribus oſtenditur.

CONSILIVM LXXVI.

ETSI in hac tam graui, tantiq; ponderis cauſa multa nos monent, ut prouinciam huiuſmodi coràm Cæſarea maieſtate de iure diſceptandi, ac reſpondendi non ſuſcipiamus, & primo quidem, quòd non ignari ſumus, leges omnes fateri illam in ſcrinio ſacratiſſimi pectoris ſui iura omnia gerere, adeò quòd ij, qui de iure apud eã uerba facere audeant, non iuriſperiti, ſed fatui, & inſulſi potius ſint iudicãdi, deinde, quòd magnitudo, & grauitas cauſæ, in qua de ſtatu, perſona, honore, de bonis, ac denique de ſumma rerum Illuſtriſ. Ducis Vuirtempergenſis agitur, expoſcit, ut nihil niſi perfectum ingenio, elaboratum induſtria in medium afferatur, eiuſque rei difficultatem augent præſtãs ingenium, ſingularisque ſcientia, prouidentia, atque iuſtitia illorum patrum, ac Cæſarei conſiſtorij procerum

cerum, quibus Cæſarea maieſtas cauſam hanc cognoſcendam commiſit, tamen cum illuſtriſs. dux Vdalricus Vuirtempergæ, & Techæ per ſuas literas à nobis petierit, ut ſolam ueritatem, ipſamque iuſtitiam ſequentes noſtram in hoc negotio ſententiam uelimus dicere, confiſi Cæſareæ Maieſtatis ſingulari benignitate, innataque clementia tantam prouinciam ſuſcipere non recuſauimus; In qua regenda non laudis cupiditate adducti, ſed ueritatis indagandæ gratia omnem operam, curam, laborem, induſtriam, ac mẽtem denique noſtram adhibuimus, non magis ad dextram, quàm ad ſiniſtram declinantes, ſed ueritatem præhonorantes, & pro ea reſpondentes, ac diſputantes, quàm qui ſequitur, ut dicitur in c. quiſque 11. q. 3. Deum ipſum ſequitur. Sed antequam auſpicemur, Deum omnipotentem, ac dominum, & ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum, ut decet, piè, humiliter, ac deuotè precamur, ut diuinitatis ſuæ fulgoribus oculos mentis noſtræ illuminare, & irradiare dignetur, quò ueritatem agnoſcere, & intrepidè dicere, & aperire ualeamus, neque loquentes de teſtimonijs ſuis in conſpectu Regum cõfundamur, ueluti ſummus ille omnium propheta pſalmo ſuo 123. dicebat, ueniam deinde à Cæſarea maieſtate humiliter impetramus, ipſamque oramus, & obſecramus, ut hanc noſtram pro ueritate iuris diſputationem, cõſultationemque æqui, & boni faciat. ¶ Ad rem igitur ueniendo, in facti ſpecie ſex quæſtiones conſulendæ nobis offeruntur, quarum prior eſt (dato, quòd ſubinfeudatio Regis, & ratificatio Cæſaris tenuerint) an tũc tranſactio Haylpronnæ inter Cæſarem, & Ducem Vdalricum facta etiam ad Regem, ut ad Archiducem Auſtriæ ſe extendat, ita ut uideatur Cæſar tanquam frater, atque ſenior Archidux Auſtriæ ipſius negotium geſſiſſe, & ſic exceptio tranſactionis, quæ agenti Cæſari obſtaret, etiam Regem nunc agentem repellat, præſertim cum in illa tranſactione Regis legatus præſens fuerit, & pleraque etiam pro Rege, & domo Auſtriaca ſint etiam duci Vdalrico in conditionibus appoſita, deinde, quòd ipſe Rex dictam tranſactionem aliquãdo expreſsè, & quandoque tacitè in iudicio approbauerit, atque receperit. ¶ Secunda quæſtio, an dicta tranſactio quaſi Regis nomine facta nunc Regi agenti opponi poſſit, eo quòd in dicta tranſactione ipſi Regi Cæſarem ius ſuum reſeruauerit, & actiones, quas ipſe, & domus Auſtriaca haberet erga Ducatum Vuirtempergenſem, uel an dicta reſeruatio iuris non debeat aliò, quam ad ius ſubfeudi ſecundum formam tractatus Cadaenſis intelligi, ut ex informatione, quæ nunc Cæſareæ Maeſtati eſt oblata, agnoſcere licet. ¶ Tertia, ſi Regi omnino ius illud in dicta tranſactione Haylpronenſi reſeruatum uideatur, An tunc Regis procedat accuſatio, quatenus eſt ſuper crimine læſæ maieſtatis contra Cæſarem commiſſo fundata, propter quod uaſalli bona feudalia dominis ſuis dicuntur aperta, non obſtante remiſſione plenaria à Cæſarea Maieſtate facta, & quòd nulla ſentẽtia condemnatoria, uel declaratoria præceſſerit, & num in caſu iſto beneficia, & ſubbeneficia domino feudi, uel ſubfeudi, aut Cæſareæ Maieſtati tanquam ſupremo principi ſint aperta. ¶ Quarta, an dicta accuſatio, quatenus eſt fundata ſuper certis articulis felloniæ contra Regem cõmiſſæ, procedat, & an cauſæ in eo libello deductæ taliter ſint iuſtæ, ut propter illas uaſallus feudo priuari debeat, præſertim cum ad iniuriam, uel offenſam domini non ſint principaliter factæ, nec de mala ſubditorum tractatione unquam ſit à Rege tanquam ſubfeudi domino præmonitus, & quid circa ſingulos articulos Regis ſit probãdum ad hoc, ut poſsit ex illis ſequi de iure condemnatio ad feudi priuationem. ¶ Quinta, an ſicut Duce Vldarico inſultum faciente contra perſonam, uel res domini, hoc eſt regis offendendi animo feudum amitteret, ſic etiam amittere debeat, ſi ipſe Dux contra Regis filium Maximilianum, qui in Caſtris Cæſaris fuit, & hoc ſciuiſſet Dux Vldaricus, inſultum fecit, aut hoſtiliter ſe geſſerit ſaltem in eo, quod in diffidatione Cæſari miſſa eſt diſertè dictum, diffidari Cæſarem, & omnes eos, qui ſecum eſſent, & illi auxilium ferrent. ¶ Sexta, ſi Rex deducta crimina in libello, & Duci Vldarico obiecta non eſſet probaturus, an ultra actionem iniuriarum poſsit etiam ad priuationem iuris ſui conueniri, quod in dicto ſubfeudo hactenus tenuiſſet, ſicut ſuo iure uaſallus priuaretur, ſi domino falſa crimina impingeret, aut alia, quæ probari non poſſent. ¶ Iſtis quæſtionibus iterum, atque iterum perſpectis, prout in facti ſpecie deſcriptæ reperiuntur, uiſoque Regiæ Maieſtatis libello contra Ducem Vdalricum coram Cæſare porrecto, nec nõ lectis defenſionibus, & exceptionibus ex aduerſo pro parte Ducis oppoſitis, utriuſque etiam tranſactionis documentis, & ſingulis inueſtituris, ac quibuslibet aliis nobis productis, atque exhibitis diligenter conſideratis, primam in ordinem aggrediamur difficultatẽ, ſub qua aliæ plures ſubnexæ ſunt, an exceptio tranſactionis Haylpronnæ, quæ Cæſari agere uolenti obſtaret, nunc Regem agentem repellat; In qua, ut clarior ſequatur diſcuſſio, præſciendum eſt id, quod negari non poteſt, Regiam Maieſtatem ius multiplex aduerſus Vldaricum Ducem, eiuſque Ducatum Vuirtempergenſem habere, & habuiſſe, in pri-
1 mis ius quoddam uaſallitij, † quod utile dominium nõ eſſe dicitur, ſed quoddam ius perſonale ſibi ex contractu ſubfeudi acquiſitum, quod potius cenſetur quædam imago, ſeu magis quædam reliquiæ utilis dominij, ut uoluit Bal. quem cæteri feudiſtæ ſequuntur in c. 1. §. illud quoque de prohib. feu. alien. per Feder. & alibi Bal. in d. c. 1. §. præterea duca-
2 tus col. 3. uerſi. quæro, ſi duo inquit † ſecundum leges non dari utile dominium utilis dominij, quod uerum eſſe exiſti-
3 mamus, attento, quòd † utile dominium, quod directũ recognoſcit, quale eſt illud, quod uaſallus habet, ut uoluit Bart. in l. 1. in princ. in fin. 3. col. cum prin. ſequentis & in l. ſiquis ui §. differentia ff. de acquir. poſſ. non eſt aliud, quam quædam ſeruitus, argumento l. ſi tibi homo §. fi. ff. de lega. 1. & in l. 1. §. quod ait ff. de ſuperficiebus. c. 1. in fin. in quibus cau. feud. amitta. cum iis, quæ not. in l. ſi cuius in prin. ff. de uſu-
4 fruct. Sed † ſed ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt l. 1. ff. de uſufruc. leg. ergo nec poterit dari dominiũ utile alterius utilis dominij, & hoc argumento in ſimili utitur Bal. in l. ſi uxo-
5 rem in fin. uer. C. de condi. in ſer. Hinc uidemus, quòd † ceſſionarius, qui iura habet utilia, cedẽdo alteri illa transfert, & nihil apud eum remanet, glo. in l. fina. C. de hæredi. uel actio. uendi. Bar. in l. ex aſſe, & alij ibi ff. ad Trebel. Bar. & Bald. in l. 1. C. de actio. & obligatio. Ita igitur dicendum eſt
6 † de uaſallo ſubinfeudante, qui utile dominium in ſubuaſallum traſfert adeò, quòd ſibi non remanet, ut expreſsè uoluit Specul. in tit. de feudis §. quoniam uerſ. 37. faciunt tradita per Bar. in l. interdum in fin. & in l. quod meo in princ. circa fin. ff. de acquir. poſſ. dum loquitur de uaſallo, qui ſub infeudando conſtituit ſe nomine ſubuaſalli poſſidere, quia naturalem, quam habebat, in illũ transfert, & apud ſe nihil remanet; & quamuis ipſemet Bal. in c. cæterum col. ulti. extra de iudi. uelit, quòd aliquod ius remaneat apud ſubinfeudãtem, quod appelletur utile dominiũ ſuperius, illud uerò quod in ſubuaſallũ traſferetur, dicatur utile dominiũ inferius, tñ illius dictum malè ſuſtineri poſſet, niſi æquiuocè, &
7 improprijſsimè loquendo, quoniã † re uera duæ ſolũ repe-
8 riũtur dominij ſpecies, directũ uidelicet, & utile, & † huius utilis aliud aduerſatur directo, ut eſt illud, quod ex præſcriptione acquiritur, aliud, quod directum recognoſcit, quale eſt illud, quod habent uaſallus, emphyteota, & ſuperficiarius, ut declarant Bar. & alij in d. l. ſi quis ui. §. differẽtia, glo. in l. 3. §. ex cõtrario ff. de acquir. poſſeſ. & in l. ſi ut certo §. ſi duobus

duobus uehiculum.ff.commoda. quod ſolum directum re cognoſcit, & non aliud utile, alioquin ſi illud poſſet reſpectu eiuſdem rei eſſe apud uaſallum ſubinfeudantem, & penes ſubuaſſallum, multiplicaretur in infinitum, cum à iure concedatur alium ſubinfedare, & ille alium, & ſucceſſiuè in infinitum, ſicuti admittunt communiter feudiſtæ maximè Bal.& cæteri poſt gl.in d.§.illud quoque: ex quo ab-
9 ſurdum magnum reſultaret, † & ideò fatendum eſt utile dominium ſolum reperiri apud unicũ ſubinfeudatum, qui ratione inueſtituræ quoad ſeruitia,& iuramentum fidelitatis,& quædam alia ſuum ſubinfeudantem recognoſcere debet,& hac de cauſa ſubinfeudans non utile dominium, ſed quaſdam illius reliquias habere cẽſetur, cum reſpectu eiuſdem feudi non poſſit quis duorum dici uaſallus, quia cum uno tãtum pactus eſt, ut dicit Bal.in d.c.cæterum in ult. col. & in d.§.illud quoque. ¶Aliud ius etiam Regiæ Maieſtati aduerſus Ducem Vdalricum, & illius ducatũ Vuirtemper-
10 genſem uidetur acquiſitum † ex inuaſione,& occupatione cluſæ, & locorum regiæ Maieſtatis, illorumq; depredatione, quas in perniciem ipſius Regis Dux per ſuos milites exercuit,& commiſit, quæ ſolent eſſe iuſtæ cauſæ priuandi uaſallum feudo ſuo c.1.§.ſimiliter quibus mod.feud.amitt. & in c.1.§.inſuper de prohib. feud. alien.per Feder. c.1.§. prædictis,& in §. porrò quæ fuit prima cau.benefi.amit.Immaniter etiam, ac hoſtiliter Dux Vdalricus unà cum cõfœderatis ligæ SmalKaldicæ aduerſus Cæſaream, Regiamq; Maieſtatem ſe geſſit, ut ferè toti orbi notum eſt, idcirco dignus uidetur, ut ſuo ducatu ab ipſo Rege priuetur, quia ſi uaſallus dignus priuatione efficitur, quãdo aliquos præſciuit contra dominum inſultum uelle facere, aut mortem, uel captionem,& patrimonij grandem iacturam moliri, & illũ certiorem non fecerit, c.1.§.præterea uaſallus quæ fuit prima cau.benefi.amit. quanto magis dignus erit priuatione feudi, ſi uaſallus ipſe dominum hoſtiliter aſſalierit, ac eius terras,& oppida occupauerit? cum magis proximè de eius
11 dolo,& fraude conſtare dicatur, atque † capitales inimicitiæ ex terrarum, & locorum occupatione oriri conſueuerint, ut dicunt ſcribentes in c.accedens il 2.per illum tex.
12 extra ut lit.non conteſta. ¶Poteſt ad hæc † feudum dicti Ducatus Regi domino dici apertum ex mala ſubditorum tractatione, qua ſæpe Dux Vldaricus nedum contra ſuos ſubditos, ſed etiam Regis uſus fuit, quia ſi ex prima, uidelicet ſuorum mala tractatione priuandus eſt, ut in c. 1. §.publici de pace tenen.& eius uiola.ubi Bald.& alij, c.1.§. fin.ſi de feu.fuer.controu.inter dominum, & agnatos, aliàs in c.1.de allodiis, c.ad apoſtolicæ de re iudica.ergo & ex illa mala tractatione, qua uaſallus uſus fuiſſet contra ſubditos domini ſui, quia hoc ultimo caſu magis proximè dominus offendi cenſetur. Neque prætereundũ duximus, quòd
13 † Dux Vdalricus cum inimicis ſacri Imperij,& Cæſareæ,& & regiæ Maieſtatis in eorum perniciem fœdus contraxit, ſe cum bannitis Imperij, & confederatis ligæ SmalKaldicæ iungendo, hæc enim iuſta eſt cauſa, qua ipſi Regi cõtra Ducem ius agendi ad feudi amiſſionem acquiſitum eſſe dicatur, iux. not.per glo.in c.de forma.22.q.5.domini feudiſtæ in c.1.quibus mod.feud.amit.& in c.1.§.item fidelis quibus mod.feud.amitt.il 1.Ioan.de Ana.in conſi.7.& argumento l.quiſquis C.ad l.iul.maieſta.& in l.1.2.& 3.ff. eod.
¶Rurſus Regi feudum ducatus Vuirtempergenſis poteſt dici apertum ob graue crimen læſæ Maieſtatis cõtra Imperialem Cæſar.Maieſtatem ab ipſo Duce Vdalrico diuerſi-
14 modè commiſſum, † propter quod non Cæſari immediatè offẽſo, ſed Regi immediato domino acquiſitum de iure feudum iudicari debet, ut in c.1.§.illud de prohib.feud.alien. per Feder.& ibi per Iſer.& per eundem in c.1.de uaſal. decrep.ætatis, per quod limitatur id, quod inquit tex.in c.1.§.

denique quæ fuit prima cau. benefi amitt. ubi regulariter propter delictum commiſſum à uaſallo contra dominum feudum domino offenſo acquiritur, ut ſuæ iniuriæ habeat ultionem, quod locum non habet, quando ſubuaſallus priorem dominum offendit, quia illi feudum non aperitur; ſed domino immediato d. §. illud quoque.
15 ¶Augeatur † culpa,& offenſa Ducis contra Regem ex reiteratione armorum contra Regiam Maieſtatem,& res ſuas facta, quoniam ex reiteratione ingratitudo,& delictum augetur,& cõſequenter pœna, ut habetur per Moder. poſtea ad Cardinalatum promotos in d.c.1.§.inſuper de prohib. feud.alien.per Federicum, argumento c.1.§.ſed quia quæ fuit pri.cau.benef.amit. cum ijs, quæ ponit Bal.in authen. ſed nouo colum.1.C.de ſeruis fugit. Abb.in c.1. de clerico percuſſo,& in c.1.de pœnis, Bar.in l.is cui §.fina.ff. de accuſa.Salice.in l.ſeruos C.ad l.iul.de ui publi.do. Felin.latè in c ſicut in 1.& 2.colum.extra de teſtibus: Nam de anno 1534. Dux ipſe ui armorum,& militum uiolenter Regem ex Ducatu Vuirtempergenſi, illiuſque poſſeſſione, uel quaſi eiecit, & ſpoliauit, item de anno 1546. Dux ipſe cum confœderatis ligæ SmalKaldicæ ui armata, ut iam dictum eſt, terras,& loca ipſius Regis occupauit. Multipliciter etiã Regia Maieſtas prætendere poteſt contra Ducem Vdalricum,& eius Ducatum Vuirtempergenſem diuerſa iura, ut ex Regij libelli tenore colligi poteſt. ¶Sed ad difficultatem reuertendo, an per tranſactionem Haylpronnenſem iuribus Regis fuerit derogatum, uideamus. Et quòd illis Cæſar præiudicare non potuerit, plura facere uidentur;
16 Primo quia † tranſactio non cum ipſo Rege, ſed cum ſolo Cæſare contracta fuit, ergo ſibi ſoli, haud Regi eſt nocitura, ut eſt textus notabilis in l. Imperatores in fin.ff. de tranſactio.ubi Antonius, & Seuerus reſcripſerunt priuatis pactionibus ius cæterorum non lædi,& ibi Sceuola ſecundum ea, quæ proponebantur, reſpondit, trãſactione unius alium non lædi, quia neque cum eo ipſe tranſegit, nec negotium ſeptitij mœuius gerens accepit: & licet fortè Legatus Re-
17 gius præſens fuerit, non tamen ad hoc, † cum mandatum ſpeciale, prout requiritur, ad ſic tranſigendum non habuerit l.tranſactionis cum glo.& ibi ſcrib.C.de tranſactio.l.mãdato generali, l.procurator cui,& l.ignorantes ff.de procurato. Quinimmò is, cuius facto ius alteri quæſitum fuit, paciſcendo ſuper eadem re ſibi præiudicare non poteſt l. fin.
18 ff.de pactis, nec † frater tranſigendo fratri nocet l.ſi cum fratre C.res inter alios acta, nec mater filio ſic præiudicat l.2.ff.de tranſactio. quamuis magnam charitatem, & dilectionem erga filios iura habere dicant l.fina.C. de inſtit. & ſubſtit.ſub cond.fact.l.nam & ſi parentibus ff.de inoffi. teſta-
19 men. ¶Secundo † eſt ab omni ueriſimilitudine remotum, quòd Cæſar, qui eſt fons iuſtitiæ, per ſuam tranſactionem ſereniſſimo Regi fratri ſuo dilectiſſimo præiudicare uoluerit,& iuribus ſuis ſibi quæſitis derogare l.2.§.merito,& §.ſi quis à principe ff. ne quid in loco publico, cum regulariter per tranſactionem ſuper crimine factam ius tranſigentis extinguatur, non autem alterius, cui ex delicto ius quæſitum fuiſſet l.tranſigere, & ibi communis ſchola ſcribẽtium C.de tranſactio.l.qui cœtu §.fin.ff.ad l.iul. de ui publi.
20 ¶Tertio & ſi † magna ſit Imperatoris authoritas, quia omnes dignitates ſunt ſcabellum pedum ſuorũ, ut inquit Bal. in l.reſcripta C. de precibus Imper.offer.de cuius poteſtate ibi multa refert,& de eo illud idem, quod de ſummo apoſtolico inquit glo.in c.quanto de tranſlatio. epiſcopi, dice-
21 re poſſumus, nam † uices Dei in temporalibus gerere dicitur, ſicut Papa in ſpiritualibus,& eccleſiaſticis, ut in c.quoniam 10.diſti.c.cum ad uerum, c. Imperator, & c.duo ſunt
22 96.diſtinct.tamen † priuare aliquem iure, & dominio ſuo etiam utili iam acquiſito ſibi interdictum uidetur, quia con

tra

tra rationem iuris diuini, & iuris gentium facere diceretur, ut ponunt communiter legiſtæ in l.fina.C.ſi contra ius, uel utilitat.pub.Innocen.& cæteri in c.quæ in eccleſiarum extra de conſtitu.Iaco.Pet.Cyn.Bal.& alii in d.l.reſcripta, & idem de utili dominio uolunt Barto.in l.2.per illum textum C.de fundis patrimo.lib.10.Bal.Andr.de Iſer.in c.1.de noua forma fidelita.& præſertim quando non conſtat principem expreſsè hoc uoluiſſe, prout in caſu occurrenti, in quo euidenter ex tranſactionis inſpectione potius contrarium conſtat, cum Cæſar uoluerit Regiæ Maieſtati, ac quibuſcunque aliis petitiones, & actiones ſaluas eſſe, ac ius ſuum, quod ad præmemoratum Ducatum Regia Maieſtas, & domus Auſtriaca habebant, reſeruatum fore: & eum præſcriptos in tranſactione articulos in omnibus, & ſingulis punctis, quatenus ſuam Cæſaream Maieſtatem concernerent, acceptauerit, & ſe obſeruaturum promiſerit, liquidò patet, quod in omnibus aliis articulis, qui Cæſaream Maieſtatem non concernerent, non approbaſſe uidetur, & rectè quidem à Cæſare hæc facta fuere, cum Regia Maieſtas graui iniuria à Duce Vdalrico affecta fuerit, atque iniquum eſſet ipſum Cæſarem iniuriam fraternam impunè remiſiſ-
23 ſe, quia & † pater querelam inofficioſi teſtamenti filio competentem remittere nō poteſt, cum de iniuria, & offenſione filij agatur l.Papinianus in prin.& in l.filius ff. de in-
24 offi.teſtamen. ¶Quarto † principi permiſſum eſt ex certa ſcientia, & poteſtatis plenitudine aliquem priuare dominio ſuo, & iuribus quæſitis derogare, dummodo princeps illi damnum ſatisfecerit, ſeu recompenſam, aut (ut ita loquamur) bonum cambium dederit, ut per Archidiaconum in c.per principalem 9.q.3.Bal.in l.2.per illum textum C.quibus ex cau.ſerui pro præm.lib.accipiunt, & ibi Salice.And. de Iſernia in c.1.de capit.qui curiam uendi.Bald.in l.item ſi uerberatum ff.de rei uendica. Ange.conſi.137.viſis omnibus deductis in 3.colum. Angelus de Aretio in l. fina. colum.2.ff.de appellat.recip.per textum in l.uenditor §.ſi cōſtat ff.communia prædiorum, Abb. in c. omnes leges colu. 4.diſtinctio. 1.gloſ. in l. ſi locus.§. fina. ff. quemadmodum ſerui. amitta. & optimè traditur per Innocentium in c. niſi eum pridem de renunciatio.& inquit Paul. de Caſt. in l.digna uox columna ultima C.de legibus, quòd ſi princeps alicui conceſſerit directum, vel utile dominium, illud reuocare non poteſt, niſi ex cauſa publicæ utilitatis, & cum reſtauratione, & damni ſatisfactione. Quare poſito, quòd ipſe Cæſar iura Regiæ Maieſtati competentia tollere uoluerit, & illa Duci Vdalrico remittere, tamen non conſtat aliquam recompenſam, ſeu reſtaurationem ob hanc cauſam regi feciſſe, igitur non debet dici illi præiudicatum.
25 ¶Quinto, † & ſi princeps alicui quæſitam actionem quoad ſui formalitatem tollere ualeat, quia eſt de iure poſitiuo l.2.§.deinde ff. de originis iuris, non tamen facere poteſt, quin iuſtitia ſaltem manu Regia, & eo modo, quo de iure gentium reddebatur, illi miniſtretur iuxta d.l.2.in princip.Innocen. Abb. & cæteri in c. quæ in eccleſiarum extra de conſtitu.Bar.& alij legiſtæ in l.fina. C. ſi contra ius, uel utilitatem publicam, igitur & ſi Cæſaris mens fuerit Regis iuribus præiudicare quoad modum agendi, non tamen poterit denegare Regiæ Maieſtati ſaltem manu Regia iuſtitiam miniſtrare. Quamplura etiam poſſent pro parte sereniſſimi Regis conſiderari, quòd intentionis Cæſareæ Maieſtatis non fuerit actionibus, & iuribus ipſius Regis præiudicare. ¶Tamen, prædictis omnibus non refragantibus, contrariam ſententiam de iure ueriorem eſſe putamus, conſiderantes primo pro huius difficultatis intelligentia, quòd
26 † ad perfectionem cuiuſlibet actionis tria debent concurrere, poteſtas, uoluntas, & modus, quia ſine potentia nihil eſt ad actum reducibile, abſque uoluntate nihil ad ſuum finem redigitur, & ubi nō ſeruatur modus ad finem ordinatus, ad finem perueniri non poteſt, nam, ut inquit Cic.offi.lib.1.his rebus, quæ tractantur in uita, modum quendam adhibētes, & ordinem, honeſtatē, & decus conſeruabimus, & ſecundū philoſophum, duo ſunt, per quæ hominibus benè cōtingit, intentionem poni rectè, & modos aſſumi ducentes ad finē:
27 Boetius ad hæc inquit † duo eſſe, in quibus omnibus conſi-
28 ſtit effectus, poteſtas, ac uoluntas, & † poteſtas propriè dicitur legitimè poſſe, quia non poſſumus, quod cū iniuria poſſumus, & Deus qui omnipotens eſt, tamen peccare non po-
29 teſt, & † turpis conditio non dicitur poteſtatiua l. ſi filius ff. de condit.inſtitu.l.nepos proculo ff.de uerbo. ſignifi. Igitur
30 cum † potentia ſit principium cuiuſcunque effectus, ſine qua uoluntas operari non poteſt, prius erit uidendum, nunquid Cæſarea Maieſtas tranſigendo, ſeu diſponendo potuerit Regiæ Maieſtati præiudicium inferre, deinde utrum Cæſar hoc facere uoluerit: & quòd Cæſarea Maieſtas Regi, ut Archiducì nocere nequiuerit, prima fronte iam proximè relata inferre uidentur, quæ & ſi uerisimilia, & fucata uideantur, tamen in hac ſpecie minimè inſeruiunt, nam quòd Cæſarea Maieſtas, præmiſſis non obſtantibus, Regi nocere potuerit, primo ſic oſtenditur, omnium enim canoniſtarum,
31 & legiſtarum communis ſchola pro firmo tenet, quòd † Imperator ſolum ratione ſui dominij uniuerſalis, quod habet in toto orbe l. deprecatio.ff.ad l. rhod.de iactu, l.benè à Zenone C.de quadr.præſcript. ex cauſa iuſta poſſit quem ſuo pleno, & directo dominio priuare, ut per ſcriben.in d.c.quæ in eccleſiarum, & in d.l.reſcripta, necnon in d.l.fin. C.ſi contra ius, uel util.publi.& ſecundum Bald.in d.l.reſcripta colu. ulti.quælibet cauſa motiua principis ad hoc ſufficeret, cum in ipſo quælibet cauſa præſumatur iuſta, ut per eundē Bal. in l.omnium C.de teſtam.& dicit Ange.in l. item ſi uerberatum, quòd Imperator de plenitudine poteſtatis nobis auferre poteſt dominium etiam nulla cauſa ſuadente, & qui dicunt contrarium, mentiuntur per tex.in l.2. & in l. benè à Zenone C.de quadr.præſcrip.& argumento l. meminerint C.unde ui, c.cum in noſtris uerſi.nos uerò, & in c.propoſuit de conceſſ.præben. Non credimus tamen, hoc ultimum ita uerum eſſe, quia ad tollendum dominium, & ius alteri quæſitum non ſufficit quælibet cauſa, niſi publicam utilitatem contineat ex mente Pauli in d. l. digna uox, quod ſequitur Alex.in apoſtil.ad Bald.in d.l.reſcripta, & Felyn. in d.c.quæ in eccleſiarum colum.10.cum ſequen. & latè ibi per Deci. & in conſil.259.& conſil.588.& hoc probat tex.in d.l.item ſi uerberatum, quicquid ibi dixerit Ange. quem communiter docto.reprobant, quoniam in d.l.2. & in d. l. benè à Zenone illud contingit pluribus cōcurrentibus, de quibus per Felyn.in d.c.quæ in eccleſiarum colum.15.qui inter alia inquit id locum habere, quando princeps bona fide rem alienam, quam ſuam eſſe credit, aliquo titulo in aliū transfert, ſecundo quando princeps per prius rem illam poſſediſſet, ut uoluit Bal.in l.1.colum.2. C.de hæred.uel actio.uendi. Si ergo ob cauſam iuſtam ratione ſui dominij uniuerſalis Imperator auferre poteſt dominium directum alteri quæſitum, quantò magis hoc erit dicendum, ſi Imperator ultra uniuerſale dominium habeat etiam dominium particulare ipſius rei, ut ipſe poſſit ex cauſa iuſta priuare quem ſuo dominio utili, ſeu actione perſonali, quam habet ad acquirendum utile dominium, uel aliquid, quod illo ſit minus? Sed Cæſar Imperator dominium directum Ducatus Vuirtempergenſis habere dicitur, cum ſit feudum cameræ Imperialis, Rex uerò Romanorum, qui ſubinfeudauit, ſolum quaſdam reliquias utilis dominii habere cenſetur, ergo Imperator ex iuſta cauſa, uidelicet ob componendam pacem potuit præiudicare iuribus, & actionibus ipſius Regis, quibus ſolum potuit dominium utile, quod penes Ducem reperi-
tur,

32 tur,auferre,cum † facilius actiones tolli poſſint, quàm do-
minium iuregentium acquiſitum per Innocentium,& alios
in dicto capitu.quæ in eccleſiarum,& in capitu.fraternita-
tis de donatio.glo.in §.fin.16.quæſt.6. Abb.in capitu. con-
tingit il primo de ſenten. excommunicatio. & per legiſtas
in dicta l.fin.C.ſi contra ius, uel utilitatem public.
33 ¶Secundo † principaliter pacis bonum publicam in ſe uti
litatem continere dicitur c.ad apoſtolicæ de re iudica.in 6.
l.conuentionum cum glo.ff.de pactis, l.ſi quis ingenuam §.
in ciuilibus ff.de captiuis,& poſtlimi.reuerſis,cap.j.in prin-
34 cipio de prohibi.feudi alienatio.per Lothar. & † pro tem-
porali ſalute pax dulcis appellatur c.noli 23.quæſt.j. And.
Iſer.in capitu.j.in princip.de pace tenen. & Ioannis 14. &
35 Lucæ 13. cap. † quæ pax perpetua, & non temporalis eſſe
debet,alioquin potius tregua diceretur,ut habetur in rub.
36 & in capit.j.extra de pace,& tregua, † nec dicitur pax, in
qua latent inſidiæ,Bal.in capitu.j.in prin.circa finem de pa
ce iuramen.firman.& ſecundum diuum Auguſtinum in li-
bro de ciuitate Dei, quem refert ibi Bal. uera pax non eſt,
37 quamdiu conuiciis pugnatur:ſed † ob huiuſmodi ueræ pa-
cis bonum poteſt princeps ſubditis præiudicare, illis iura
auferendo,& caſtrum, aut rem aliam unius alteri conce-
dendo,ut per Hoſtienſem in ſumma de pœniten. & remiſſ.
§.quibus,& qualiter colum.ulti.uerſic.ſed pone guerra, &
ſignanter hoc uoluit Alexan. plura allegans in conſil. 94.
colum.penult.5.uolum.Petrus de Anchara. in repetitio.c.
peccatum 39.colum.uerſicu.ſed moneo de regul.iur. in 6.
Bal.& Angel.in d. l.benè à zenone,ergo ratione pacis ine-
undæ cum Duce Vdalrico tranſigere potuit, & iuribus ip-
ſius Regis fortè ſibi quæſitis præiudicare,attento,quòd di-
cta tranſactio contracta fuit pro bono publico totius Ger-
maniæ, & religionis Chriſtianæ:facit text.in dicta l.fin. C.
ſi contra ius, uel utilitatem public.ibi quæ generali iuri, &
utilitati publicæ aduerſa uideantur, ergo ſecus ſi utilitati
publicæ dicantur conuenire l. Imperatores in fin. ff. de tran
ſaction. ibi priuatis pactionibus ius cæterorum non lædi;
& ita ſecus ſi publicis pactionibus,optimus eſt text. in l.hoc
modo in finalibus uerbis ff.de conditio.& demonſtrat. nam
38 †ob bonum publicæ utilitatis,& ſic pacis conſequendæ mul
ta contra regulas iuris conceduntur, quæ aliàs regulariter
non concederentur, Cardin.in conſil. 86. dominus Nico-
laus &c.do.Andr.Barbat.in conſi.j.lib.3.qui multa ad pro-
poſitũ cumulat. ¶Tertio principaliter conſiderandum eſt,
39 quòd † Imperatoria Maieſtas in dicto Ducatu Vuirtemper
genſi,ultra quòd dominium directum,ac naturalẽ, ciuilẽq́;
poſſeſſionem habere dicatur,ac etiã iuriſdictionem genera
lẽ,quã in uniuerſo orbe,& magis in Germania habet c.ue-
nerabilẽ de elect.Specu.in tit.de feu.§.quoniã uerſi.14.c.j.
§.fin.de allod.uidetur etiam habere iuriſdictionẽ dicti Du-
catus particularem,& ideò ex quo ipſe Dux grauiter,& im
mediatè ipſum Cæſarem offendit,ſibi,& non alteri feudum
Ducatus debet dici apertum eſſe,ut ſuæ iniuriæ Cæſar ha-
beat ultionem c.j.§.denique quæ fuit prima cauſa benefic.
amitt.& ſecundum Iſern.& Bald.in cap. j. §. illud quoque
de prohibit.feu.aliena. per Feder.illa tamen ratio, de qua
in d.§.denique inferre deberet,feudum potius aperiri de-
bere priori domino offenſo, quàm immediato domino, niſi
aliter cautum reperiretur in d.§.illud quoque: Et quoniam
tota uis præſentis conſultationis conſiſtere uidetur ſuper
intelligentia d.§. illud quoque, qui licet primo aſpectu ad
fauorem Regis contra Ducem plurimum ſtringat, tamen
ſi mens,& ratio eius inueſtigabitur, clarè quidem appare-
bit,illum textum in hac ſpecie locum non habere, & nos
eſſe extra caſum illius legis, præſupponendo, prout uerum
40 eſt,quòd † feudum Ducatus Vuirtempergenſis ab origi-
ne ſua fuit feudum Imperiale ſolitum concedi ab Impera-
toribus Romanis,& maximè, quando feudum illud in Du-
catum ab Imperatore Maximiliano erectum, & fundatum
fuit,de quo primus Dux Eberhardus Barbatus Vdalrici ge
nitor fuit inueſtitus,& ſucceſſiuè eo tempore,quo Rex Fer-
dinandus tanquàm Archidux Auſtriæ à Carolo Quinto
Romanorũ Imperatore de eo inueſtitus, & grauatus fuit,
ut ſaluo iure ſuperioritatis Romani Imperii Ducem Vdal-
ricum de dicto Ducatu inueſtire deberet, ex quibus appa-
ret illud non eſſe feudum ſimplex, ſed Imperiale, ſeu Re-
41 gale, † quod quaternatum antiqui,& recentiores appel-
lant,ut per Andr.de Iſer.ad quem ſæpe in hac materia feu-
dali recurritur,habetur in c.1.2.& 3.colum. de controuer.
feud. inter pares terminan. & in c. 1. in uerſic.ualuaſſores,
42 qui feud.dare poſſunt, ubi inquit † feuda quaternata eſſe
feuda nobilitatis,ut quando caſtra, Ducatus, & huiuſmo-
di à principe,uel lege ab initio conceduntur, quæ & Impe-
rialia, & Regalia uocantur, ut etiam habetur per Bald. &
43 Modern. in prælud. feudo. in 1.diuiſ.& † in iſtis feudis
quaternatis,ſeu Imperialibus diſpoſitio d. c. 1.§. illud quo-
que, in quantum uoluit propter offenſam illatam à ſubua-
ſallo priori domino feudum aperiri domino immediato, &
non offenſo, locum ſibi non vendicat, quoniam feudum
quaternatum non immediato, ſed priori mediato aperien-
dum eſt,ut ſuæ iniuriæ habeat vltionem,argumento d.§.de-
nique. Procedit ergo.diſpoſitio d. §. illud quoque in aliis
feudis inferioribus,quæ de tabula nuncupantur,non autem
in quaternatis, quæ ab Imperatore ſub nomine Marchio-
natus,uel Ducatus cõcedi ſolẽt,ita in terminis inquit And.
Iſer. in d.§.illud in c.1. de controuer.feudi inter pares ter-
minanda,& hanc declarationem ſequitur Specul. in tit. de
feudis §.quoniam verſi.40.colum.2.illius verſiculi,qui hoc
modo reſpondet illi textui, ſic etiam intelligit inſignis do-
ctor Egid. Bellamera in deciſ.ſua 725.incip. pro introdu-
ctione colum.3.verſi. item quia lex Imperialem, illum ſic
inducendo,vult enim, quòd ſi ſubuaſallus priorem domi-
num offenderit pro ſeruitio alterius domini,feudum non di
catur aperiri immediato domino,ergo priori,ut ſuæ iniuriæ
vltionem habeat: Quæ diſpoſitio minimè conuenire po-
44 teſt,quando Imperator eſſet primus dominus, cum † pro-
pter ſeruitium domino præſtandum vaſallus Imperatorem
45 offendere non poſſit, nec contra illum venire, quia † ab
omni iuramento fidelitatis, & ob omni obligatione ſerui-
tij præſtandi perſona Imperatoris ſemper cenſetur exce-
pta c.1.in fin.& ibi glo. de prohib. feud.alien. per Feder.in
c.de forma 22.quæſt.5.ſcriben.maximè moderni in c. 1.de
noua forma fidelit. & in c.1. in fin.hic finitur lex capi. ue-
46 nientes de iureiurand. nam † & plura alia in materia feu-
dali ſpecialia introducta ſunt ob Imperialem, ſeu Rega-
lem maieſtatem, à qua feudum eſſet conceſſum, vt quòd
47 † ſubuaſallus Imperatorem priorem dominum adiuuare
teneatur, quod ſecus eſſet, ſi prior dominus eſſet alius
inferior c.1. in fin. de allodialis & ibi Bal. colum. 6. Non
eſt igitur abſurdum intelligere text. in d.§. illud quoque
locum non habere, quando Imperator, ſeu Rex primus
dominus à ſubuaſallo eſſet offenſus: Quod ſuaderi poteſt,
quia Federicus Imperator auctor dicti §. illud ſtatuit
dando legem aliis inferioribus, non autem ſibi, nec pari-
bus,hoc eſt ſucceſſoribus in Imperio,argumẽ. l.ille à quo §.
tempeſtiuum ff.ad trebellia. Debet ergo intelligi, quando
feudum originem haberet ab inferiore, non autem ab
48 Imperatore, ſeu Rege, & † cum ipſe Federicus ibi diſpo-
nendo uſus fuerit verbis generalibus, & imperſonalibus,
ſub illis non debuit comprehendi perſona loquentis l. quic
quid ff. communia prædio.gloſ. in d.c. 1.in fin. de prohib.
feudi aliena.per Feder.& in d.c. 1. hic finitur lex, & facit,
quod voluit Bald. in l. 1. in 34. q. ff. de rerum diuiſ. Non

poſſumus itaque dicere in caſu d.§.illud quoque, quid nobis,& Imperatori? cũ † Imperatores,& Reges magis hono
49 randi ſint,quàm inferiores,vt in §.item tollere 8.diſtinctio. Et cum hac prima declaratione multi pertranſeunt in uariis locis. ¶ Secundo ille tex. in d. §. illud quoque ſolum ueriſicatur eo caſu,quo ſubuaſallus ſolum ſubinfeudantem immediatum dominum in ſuperiorem recognoſceret, ut præſupponunt Andr.de Iſer.Bal.& cæteri in d.§.illud,dum quærunt de ratione diuerſitatis, quare ibi feudum priori domino oſſenſo non aperitur,ſed ſecundo immediato, dicunt enim debere attendi offenſam, quæ immediato infertur ex offenſa primi,& cum ſolum recognoſcat ſecundum, & non primum,ſecundo dicitur aperiri: Vbicunque igitur ſubuaſallus feudum non ſolum recognoſceret à ſecundo,ſed etiã
50 à primo,ſecus contingeret, †quia illa diſpoſitio,quæ eſt ualdè exorbitans, quòd ex iniuria uni illata alius agat,& pœnam conſequatur, cum regulariter ſecus ſit c. in noſtra de iniur.& damn. dat. & per totum C.& ff.de iniuriis, extendi non debet ultra caſum ſuum expreſſum c.quæ à iure de regul.iur.in 6. l.ſi uerò §. de uiro cum materia ff. ſoluto matrimonio: Sed Imperator à Duce Vdalrico ita eſt recognoſcendus,ſicut Rex ipſe,tum ratione iuriſdictionis uniuerſalis,tum ratione iuriſdictionis particularis, cum ipſe à Rege feudum habuerit, ſaluo iure ſuperioritatis Imperij, ergo propter felloniam immediatè Imperatori illatam debet dici ſibi feudum apertum argumen. d.§.denique,ex quo maius ius habet Imperator in Ducatu, quàm Rex ipſe tàm ratione dominij directi, quàm ratione ciuilis poſſeſſionis, ac etiam ratione iuris ſuperioritatis reſeruati,nec non ratione grauis offenſæ ex crimine læſæ maieſtatis ſibi illatæ, Rex uerò quaſdam reliquias utilis dominij, & ſolam recognitionem habeat ſine aliqua poſſeſſione,uel quaſi ciuili,uel natu
51 rali, quia † duplex uinculum fortius operatur, quàm ſimplex authen. itaque C. communia de ſucceſſio.c.1. de treuga, & pace §. 2. Inſtitut. de adoptio.& benè inſeruit id, quod uoluit Ioan.Andr.in titu. de feudis §. quoniam in additio.magna in uerſicu.concluditur ergo. Præterea & ſi ex fellonia,ſeu culpa Ducis potuerit(citra ullum ueritatis præiudicium) ius aliquod in Ducatu acquiri, tamen ex quo ante accuſationem à Rege inſtitutam ipſe Imperator tranſigendo Duci Vdalrico delictum,& culpam omnem remiſit; & illum remanere in Ducatu conceſſit, pacis ineundæ, & conſeruandæ gratia, debet dici totaliter extinctum cum qualibet eius pœna,& culpa,adeò quòd Rex amplius Du
52 cem accuſare de iure non potuerit, quia † Imperator non ſolum ante inſtitutam accuſationem,ſed etiam poſt ſententiam,& illius executionem delictum,& pœnam eius remittere poteſt l.1.in fine ff.de quæſtionibus,per totum ff.& C. de ſenten. paſſ. & hæc conſequentia colligitur ex uerbis Andr.de Iſer.in capitu.1.colum.5.de uaſall.decrepitæ ætatis,ac etiam ex iis,quæ habentur per gloſam in cap.denique 6.quæſt.3.& per eundem de Iſer.in d.cap.j. colum.j.per l. ſi unus §. ſed ſi pactum ff. de pactis. ¶ Alia & tertia ratione text.in d.§.illud non meretur allegari ad caſum occurrentem,quòd feudum fuerit apertum Regi, & non Imperatori priori domino, quia diſpoſitio illa procedit, quando primus uaſallus alium ſubinfeudaſſet aliquam partem feudi ſibi retinendo: at ſi totum feudum ſubinfeudaſſet,nihil ſibi retinendo(quo caſu penes ipſum,nec utile dominium, nec naturalis poſſeſſio remaneret per iam dicta) tunc ſi ſubuaſallus primum dominum offenderit, illi, & non immediato domino feudum aperitur, ut in indiuiduo declarat magnus feudiſta Andreas de Iſernia in dicto §. illud quoque 2.colum.cum quo omnes alij pertranſeunt.

¶ Alia & quarta ratione concludendum eſt d. §.illud quoque non habere locum,quando contra Imperatorem, uel Regem primum dominum tale crimen eſſet commiſſum, per quod Maieſtas Imperialis immediatè, & directè offendi diceretur,ut quando ſubuaſallus fuiſſet proditor Imperatoris,principaliter conſpirando contra eius perſonam,ut in caſu l.j.& ij.ff.ad legem iul.maieſt.l.quiſquis C. eodem,
53 † propter quod crimen vnà cum vniuerſitate bonorum feudum dicitur tranſire, & confiſcari, ut in l.1. C. de bon. liberto. argumento l. quædam ff.de acquiren. rerum domi. c.ex literis extra de iure patrona.c.1.de vaſall.qui cur. uendi.cum iis, quæ ponit Barto. in extrauagan. qui ſint rebelles in ver.rebellando, igitur cum ipſo iure propter crimen læſæ maieſtatis fuerit ipſi Imperatori acquiſitum, non poteſt dici apertum feudum domino immediato, cui ex ſententia feudum acquirebatur, & iſtud comprobamus ex ijs, quæ concludit ſpecula.in d.tit. de feudis.§. quoniam vel ſi. 40.qui in fortioribus terminis voluit feudum debere dici acquiſitum Imperatori, ſeu principi ob crimen læſæ maieſtatis aduerſus eum commiſſum, non autem domino ipſius vaſalli, à quo feudum habuit, ergo à fortiori iſtud erit dicendum, quando Imperator offenſus ex crimine læſæ maieſtatis ab ipſo ſubuaſallo primus dominus feudi fuiſſet. Et quamuis Barto. Imola,& Alexan. in l.ſi finita.§. ſi de vectigalibus ff.de damn.infect.Cardi.in clemen.2.uerſic.inquiſitor in princ.de iure patrona. contrarium eius,quod inquit ſpecula. velle videantur,tamen ipſi loquuntur in caſu,quo bona de iure eſſent confiſcanda ratione alterius criminis, quàm læſæ maieſtatis contra Imperialem maieſtatem commiſſi,ſecus ſi commiſſum eſſet contra Imperatorem, ut ibi per ſpecula. quem ſic declarat, & ſaluat dominus Egid. Bellamera in d.deciſione 725.colum.3. verſi.non obſtat.

¶ Dicimus etiam, quòd diſpoſitio d.§. illud quoque limitari debet, ut declarat ille text. quando ſubuaſallus ad requiſitionem domini immediati paratus eſſet priori domino ſatisfacere, ut ibi, ergo à fortiori hoc dicendum erit, quando ſubuaſallus actualiter, & uerè domino priori offen
54 ſo abſque alicuius requiſitione ſatisfeciſſet, cum † facilius quis moram, & pœnam, ſeu culpam euitare dicatur, quando non interpellatus actualiter ſatisfecit,quàm quando ad alteriùs interpellationem ſimpliciter ſatisfacere paratus eſſet,argumento l.2.& l.ſi à te C.de pactis inter emp. & uendit.cum glo.& in l. 2. in fin. C. de iure emphyt. cum iis, quæ habentur in l. ſi ex legati cauſa cum materia ff. de uerborum obligatio. l. illud ff. de pericu. & commodo rei uendi. & l. mora, ubi gloſ. magiſtralis ff. de uſuris,ſed Dux Vdalricus Imperatori ſuo priori domino plenè, immò pleniſſimè ſatisfecit, ergo Rex immediatus dominus ad feudi amiſſionem agere non poteſt. Et ſi diceretur ueriſimilè non eſſe dominum immediatum uelle requirere ſubuaſallum,ut priori domino ſatisfaceret, cum ſic à feudi acquiſitione ſe ipſum excluderet, dicimus hoc eſſe poſſe, quoniam aliquis eſt caſus conſiderabilis, in quo immediatus dominus ex offenſa illata priori noluerit feudum ſibi, uel alteri aperiri, cum ſua magis interſit ſubuaſſallum retinere feu
55 dum, quàm amittere, idcircò † feudum non aperitur ex offenſa, niſi is, cui deberet aperiri, uoluerit,hoc eſt, declarauerit ſe uelle, argumento eorum, quæ habentur in c. potuit de loca.ut ex uerbis Bald.in c.1.in fin. uer. per quos fiat inueſti.colligitur,igitur in terminis d.§.illud ſi dominus immediatus ſubuaſallo gratiam facere uoluerit, poterit illum requirere,ut domino priori ſatisfaciat,quia ſic non aperietur ſibi, nec alteri. ¶ Poſſunt ad fauorem Ducis prædicta corroborari,ſi illorum ſententiam ſequamur, quam de iu
56 re ueram eſſe putamus,qui dicunt † ob crimen læſæ maieſtatis in principem commiſſum omnia bona,ac etiam feuda ipſo iure publicari,ut uoluit And.de Iſer.& alii ibi in c.1.de uaſal.decrep.æta.& in c.1.in ult.col.quo tẽpo. miles,Ioan.

Andr.

And. in glo. in c. cum ſecundum de hæreti. in 6. Præpoſi. Medulla.in c.1.colum.1.quib.mod.feud.amitt. Bal. in c. 1. §. callidis de prohib. feudi aliena. per Feder. argumento l. amiſſione §.1.ff.de capit.dimini. & l.1.C.de bon.liber.cum glo, licet contrarium inferatur ex tex. in l.quæſitum ff.qui, & à quibus,& ſenſit Bar.in l.Imperator ff.de iure fiſci, quoniam illa procedunt quo ad alia bona delinquentis, quæ pleno iure,& dominio erant illius propria, uel quando aliter crimen læſe Maieſtatis eſſet commiſſum, quàm immediatè contra maieſtatem principis: Nec non præſupponendo, quòd Regiæ Maieſtati propter dictum crimen, & alia contra ipſum commiſſa feudum ipſo iure non dicatur apertum,ſed mediante ſententia,& ſic dicatur ſibi ius quoddam
57 ad rem, hoc eſt ad feudum acquiſitum, quia † ob culpam, & felloniam aduerſus dominum à vaſallo commiſſam requiritur ſententia ad feudi amiſſionem c. 1. de feudo ſine culpa non amitt. Alexan. in conſil. 123. omiſſis ſuperfluis volum.1.& in conſil. 60. viſis dubitationis libro 3. Curtius Papien. in tractatu feudorum in 4. parte ſub rubrica an in caſibus,in quibus uaſal. priuatur feud.& faciunt notat. per glo. & ſcriben.in d.c.1.§.callidis, & in c.1.§. item ſi fidelis per illum tex. quibus cau. feud.amitta.Bal.in conſil. ulti.libro 1. Cum igitur feudum prædictum Ducatus Vuirtempergenſis ex aſſertis commiſſis ipſo iure imperatori acquiſitum fuerit, Regiæ uerò maieſtati mediante ſententia eſſet acquirẽdum,ſequitur, quòd amplius ipſi Regi acquiri non potuit,cum per prius imperatori acquiſitum fuerit, & duo inſolidum eiuſdem rei eodem reſpectu domini eſſe non poſſunt l. 3.§. ex contrario, & ibi gl. & alij ff.acquir.poſſeſ. & in d.l.ſi duobus uehiculum §.nunc uidendum ff. commoda. ¶ Aliud etiam ex prædictis infertur, quòd ex quo Cæſarea Maieſtas omnem culpam,& delictum Duci remiſit,ac uoluit illum in Ducatu permanere, amplius Rex contra Ducem agere non potuit, ex quo Cæſar illum præuenit, quia
58 † inter duos eandem, ſeu parem iuriſdictionem habentes locus eſt præuentioni, ut habetur per canoniſtas poſt gloſ. penul. in c.innotuit extra de electione, ubi Innocen.do.Anto. Abb. Cardi.& Imola,& Bald. in l.penul. colum. 5. uerſicul. fuit quæſtio C. de condit. inſer. Abb. & alij in c.prudentiam in princ. de officio delega.& faciunt notata per Iſer. in c.1.circa fin.de uaſallo decrepitæ ætatis. ¶ Suadentur etiam præmiſſa ad Ducis fauorem, nam occaſione criminum,& offenſionum, de quibus ſupra, Rex, ut ex contentis in ſuo libello apparet, præſupponit ius in dicto feudo nõ
59 ſolum ſibi,ſed Cæſari acquiſitum fuiſſe, ergo † ratione cõmunionis Cæſar Regẽ præueniendo potuit integraliter de hoc iure liberè diſponere ad fauorem ipſius Ducis etiam cum præiudicio iurium ipſius Regis,argumento l. 2. C. de communium rerum aliena. l.unica C.de uendi.rerum fiſca. cum priua. libro 10. Et hac ſpecie argumentandi in his terminis uſi fuerunt ſpecula. in d. titulo de feudis §.quoniam uerſi.40.circa finem illius, & Egid. Bellamera in d. deciſio. circa finem: ¶ Poſtremo notandum eſt,quòd Cæſarea Maieſtas omnia crimina,culpas,& offenſiones,quas,& quæ ipſe Dux,& eius ſubditi commiſerunt,uoluit illis eſſe remiſſa, & condonata,ac etiam Ducem ipſum in Ducatu ſuo Vuirtempergẽſi permanere debere unà cũ eo, quòd Imperialis Maieſtas occupauerat,hac conditione,ſi ipſe Dux omnia ab eo in trãſactione Haylpronnenſi promiſſa adimpleuerit, &
60 obſeruauerit, † quæ tamen cum effectu Dux ipſe adimpleuit,ut notorium eſſe præſupponitur, ergo Dux dignus eſt, ut ea, quæ pro parte Cæſareæ Maieſtatis promiſſa, & conuenta fuere,ſibi cum effectu adimpleri debeant l.ſi quis maior C.de tranſactio.c.1.extra de probatio. & argumento l. cum proponas C.de pactis. Ab illa tamen generali Ducatus,& aliorum reſeruatione,& remiſſione,quam Duci Cæſar condonauit, quamplura, quæ ad fauorem Regis faciebant,ſpecialiter excepit,uidelicet petitiones,ſeu actiones Regi ratione damnorum competentes, & ius, quod Regia Maieſtas,& domus Auſtriaca in ipſo Ducatu habebant, ac illa,quæ in cadaẽſi tranſactione continebantur, ergo quo ad omnia alia iura,& actiones, quæ ipſi Regi contra Ducẽ, & eius Ducatum competere poterant, cenſetur expreſsè uoluiſſe Cæſarea Maieſtas præiudicare,& illa tollere, quo-
61 niam † quando princeps à generali diſpoſitione ſua excipit unum caſum,uel plures,in quo, uel quibus noluit tertio præiudicare,ex tali exceptione declaratur, & ampliatur principis intentio,quòd in omnibus alijs generaliter præiudicare uoluerit,ut colligitur ex uerbis Alex.in conſi. 215. nec arguendi colum.8.uerſic.decimo conſidero libro 2.& conſil. 127.numero 22.lib.2.quem refert, & ſequitur inſignis doctor Philip. Decius in l. 1. char. 3. numero 32. uerſi. & ad hoc ff. de regu. iuris, qui ex hoc infert ad plura, de quibus ibi per eum. ¶ Et hanc ſententiam, quòd Imperator prætenſo iuri agendi contra Ducem præiudicare potuerit, ueriorem,& æquiorem eſſe arbitramur, & tanto magis, quia illis,quæ pro Rege,& contra Ducem facere uidentur,facillimè reſpõderi poteſt. Et in primis non refragatur id, quod de tranſactione à Cæſare facta dicebatur, quòd illa Regiæ Maieſtati minimè nocitura eſſet, tanquam res inter alios acta,& quia ad tranſigendum requiritur mandatum ſpecia
62 le,ut latius ſupra dictum eſt, ac etiam quia Dux tanquam † uaſallus abſque ſui domini immediati cõſenſu de feudo trãſigere non potuit,alioquin à iure ſuo caderet, ut colligitur ex his,quæ habentur per Moder.Papien.in tractatu de feudo in 4.parte ſub rubrica an uaſallus ſine conſenſu domini tranſigere poſſit,& habetur in c.1.§.penul. de prohib. feud.
63 alien. per Fede. Quia huic proximo dicto reſpondetur † id uerum eſſe,niſi hoc faciat uaſallus bona fide, & ex probabili timore litis,& controuerſiæ,nam tunc tranſigendo ſine domini conſenſu feudum non amittit,Iacob.Aluar.in c.1.uer. not. de controuer. inter uaſal. & alium de benefic. & ibi Bald. & Iſer.in c.1.§.ſi uaſallus ſi de feud.defuncti mili. contro.fuer.numero 9. & per præfatos Papien. ſub d. rubrica. Et in quantum eſt dictum,quòd quis tranſigendo alteri, & frater fratri,& mater filio præiudicare non poteſt, Primò re
64 ſpondetur † illa procedere, quando ſumus in iis, quæ à priuatis fierent, ſecus ſi ab Imperatore, ut à publica perſona pro bono pacis,& utilitatis uniuerſalis aliquid conuentum, tranſactumque fuiſſet, ut contingit in tranſactione facta Haylpronnæ cum Duce Vldarico,cui trãſactioni Rex ſtare
65 tenetur,ac ſi ipſe Cæſar legẽ cõdidiſſet, cũ † cõtractus principis ex cauſa publica celebratus uim legis obtineat,& pro lege ſit ſeruandus l. donationes cum glo. C. de donatio.inter uir.& uxor.l.Cæſar ff.de publica.Bar. Alex. & alij in l. ciuitas ff.ſi cert.pet.traditur per Moder.in l.1.C. de tranſactio. & argumento l.Imperatores in prin.ff.eod.ti.& l.ius publicum ff.de pactis. Præterea & ſecundo reſpondetur, quòd Cæſar cum Duce tranſigendo in quampluribus negotium Regiæ Maieſtatis utiliter geſſiſſe dicitur, ut ex tranſactionis inſpectione inſpici licet,quandoquidem utile ſit,ut in dicta tranſactione continetur,Vdalricum Ducem confederationes ullas, aut concordias abſque expreſſa Regis, & domus Auſtriacæ exceptione non poſſe, uel non debere contrahere,nullaque ſeruitia aduerſus Regem, & domum Auſtriacam ipſum in quibuſcunque locis præſtare ualere, Nobileſque ſui Ducatus in perpetuum contra Regiam maieſtatem,ac domum Auſtriacam aliqua ſeruitia nunquam præſtituros,Ducem curare debere,omnemque petitionem,aut actionem, quam haberet Regia maieſtas quacunque occaſione per Ducem,aut ſuos damnificara foret,Cæſar Regiæ Maieſtati ſalua eſſe ordinauit,ac ius omne, quod Rex,& do

mus Auſtriaca ad præmemoratum Ducatum habent, illis reſeruatum eſſe uoluit, Cadaënſemque tranſactionem in ſuo robore firmam eſſe manſuram ſtatuit, quæ omnia cum ipſi Regi, & domui Auſtriacæ vtilia ſint, debuit Regia Maieſtas ea rata habere l. Pomponius ſcribit l. 1. in fi. prin. ff. de nego. geſtis, & hæc magis vera ſunt, cũ præſupponatur Regiam maieſta. tranſactionẽ dictam iam comprobaſſe, & ratam habuiſſe per id, quod uoluit glo. magna in uer. haberi circa finem ibi. ſed ſi dicas in d. l. pomponius. De ratificatione autem, & Regis approbatione apparet primo eo tẽpore, quo inter ipſum Regem, & Ducem ſuper damnorum refectione Regi reſeruata controuerſia uerteretur, nam Rex denegauit ſuper damnorum refectione, & æſtimatione Germaniæ principes aſſumendos eſſe, cum eius cognitio, atque deciſio ad Cæſarem, ut in dicta Haylpronnenſi tranſactione cautum erat, pertineret, hæc enim fuit prima tranſactionis approbatio, & ratificatio; alia fuit ratificatio, quãdo præſupponitur Regiam Maieſtatem iam dictam tranſactionem, & contenta in illa ſponte, & iudicialiter acceptaſſe. Et quamuis dicantur illa acceptata à Rege fuiſſe, quatenus pro ſe facerent, tamen omnia ea, quæ pro ſe facere dicebantur, Rex acceptare non potuit, quin etiam receperit, quod Ducatus Vuirtempergenſis ipſi Duci remanere deberet, & ſic iſta Regis reſeruatio, & exceptio tacitè, & in conſequentiam includere dicebatur ipſi Duci licitum fore in ſuo Ducatu permanere, prout facilè unicuique licitum erit inueſtigare, ſi contenta in dicta tranſactione diligenter inſpexerit. ¶ Et reaſſumendo primum, quod ipſe Cæſar ad fauorem Regis reſeruauit, quòd Dux cum alijs confœderationes contrahere non poſſit, niſi cum expreſſa exceptione Cæſareæ, & Regiæ Maieſtatis, hæc reſeruatio neceſſariò includit ipſum Ducem in Ducatu permanſurum, alioquin fruſtra conditio iſta fuiſſet adiecta, cum ſine Ducatu paruæ, immò nullæ fuiſſent vires Ducis Vdalrici. Secunda quoque conditio Regi, & domui Auſtriacæ fauorabilis ſuperuacanea fuiſſet, ſi à Ducatu Dux expellendus eſſet, cum præſuppoſita expulſione ipſe ſubditos Ducatus habere deſineret, minuſque in illos animaduertere poſſet ſi aduerſus utramque Maieſtatem ſeruitia præſtarent: Tertia etiam conditio Regi fauorabilis, quæ ab eo recepta videtur Ducem Vdalricum in Ducatu permanſurum apertè demonſtrat, quoniam ſi ſecus contingeret, liqueret Ducem Vldaricum Nobiles ſui Ducatus habere non poſſe, nec illos ad aliquam promiſsionẽ uel iuramentũ aſtringere. Quarta & cõditio ad Regis fauorem facta, quòd oĩs eius actio quã occaſione quorumcunq; bonorum haberet, reſeruata cenſeretur, non infert Ducem à Ducatu excludendum eſſe, ſed potius in illo conſeruandum, tum ex eo, quod iſta exceptio omnes alias actiones contra Ducem competentes excludere uidetur, per id, quod dictum fuit de exceptione à principe facta, ac etiam quia Cæſar damnorum reſarctionẽ non tantum Regi, ſed alijs quibuſcunque, qui etiam ante bellum damnificati fuiſſent, ſaluam eſſe uoluit, quæ reſeruatio intelligi non poteſt de actionibus Regi contra Ducẽ ad excluſionem Ducatus competentibus, ex quo illa facta fuit ſimul, & Regi, & alijs omnibus, ergo debet intelligi de actionis reſeruatione, quæ pariter omnibus competere poſſet, ſed omnibus actiones contra Ducem ad excluſionem Ducatus competere non poterant ad priuationem Ducatus, ſed ſoli Regi, ergo ut iſta determinatio facta de actionibus, & Regi, & omnibus alijs competentibus æqualiter, & pariformiter omnes determinet, erit intelligenda de his, quæ dari poſſunt ſolum damnorum, & non Ducatus amiſ-
66 ſionis occaſione ex regula uulgata, quòd † una determinatio reſpiciens plura determinabilia illa pariformiter determinare debet, uulgata l. nam hoc iure ff. de uulga. & pup.

67 Et † una pars eiuſdem diſpoſitionis aliam dubiã declarat l. ſi ſeruus plurium in fi. ff. de leg. 1. & l. 1. ff. de rebus dubijs, atq; inconueniens eſſet, quòd una, eademq; oratio diuerſo iure cenſeretur contra l. eũ, qui ædes ff. de uſuca. c. cognouimus 11. q. 2. cum alijs, & hæc eſt iudicio omnium rectè intelligentium ſana & recta interpretatio, ut ſolum quo ad damnorum reſarctionem actio reſeruata intelligatur. Ex quibus infertur, ut iam bis dictum eſt, quòd ex huiuſmodi exceptione actionis quo ad damna cæteræ omnes actiones ad alium effectum tendentes dicantur exceptæ, & quo ad illas
68 ſit Regi præiudicatum, quoniam † incluſio unius eſt aliorũ excluſio l. 3. in prin. ff. de ſeruitu. Bal. & Alex. in l. 1. C. de diuerſis reſcript. l. naturalis. §. ſed ſi facio cum glo. in ver. præſtes. ff. de præſcript. ver. Quinta etiam reſeruatio Regi fauorabilis Ducem ab ipſo Ducatu non excludere, ſed potius includere videtur, primo quia Regi fuit illud ius tantum reſeruatum, quod Rex ipſe per prius ante bellum habuerat, & conſequenter duntaxat reliquias utilis dominij, & recognitiones, quas erga perſonam Ducis, & in eius Ducatu habebat, non autem debet intelligi Regi reſeruatum ius agẽdi ad præmemoratum Ducatum ob prætenſas culpas, & fellonias commiſſas, vt tàm ex proximè dictis, quàm ex ſequenti ſexta reſeruatione facilè perpendi poteſt, quando quidem maieſtas Cæſarea Cadaënſem tranſactionem ad Regis fauorem firmam eſſe voluit, quæ Cadaënſis tranſactio firma eſſe non poſſet, ſi ipſi Regi agendi facultas ad Ducatum, & illum excludendi reſeruata diceretur, quia Cadaënſis tranſactio, non ad aliud emanauit, niſi ad effectum, vt Dux feudum Ducatus haberet, illudque à Rege recognoſceret: Et quòd Cadaënſis tranſactionis, reſeruatio facta ad fauorem Regis dicatur, & illa non mediocriter Regi prodeſſe cenſeatur, clarum eſt, quoniam ex illa Cæſarea Maieſtas, quæ dictam tranſactionem nunquam voluit habere ratam, reſeruando, vt ſupra, illam approbaſſe, & ratificaſſe cenſetur, cum tamen vſque ad tempora dictæ tranſactionis Haylpronnẽſis Cæſar ipſe Cadaënſem tractatum approbare, & ratificare noluerit. Rurſus, vt ſtatim dicetur, illæ duæ reſeruationes, videlicet, quarta, & quinta intelligi nequeunt de reſeruatione iuris agendi, ſeu actionis ad conſequendum Ducatum ex prætenſis culpis contra Ducem, quoniam credimus, verum eſſe nullam actionem, nullumque ius ad hunc finem Regi competere poſſe, & ſi alicui ius tale potuit competere, ſoli Cæſari, et non Regi competere potuit, quod tamen poſtea Cæſar tranſigẽdo Duci plenariè remiſit, & hoc eſt, quod Cæſar dicere voluit, dum in fine dictæ tranſactionis Haylpronnenſis illam approbando vtitur his verbis, Nos ſupraſcriptos articulos omnes in omnibus ſuis, & ſingulis punctis quatenus illi nos concernunt &c. illa enim verba, quatenus nos concernunt, referenda ſunt ad iura, quæ ipſi Cæſari ex crimine læſæ maieſtatis, aliiſque criminibus acquiſita fuerant, quæ Cæſar benè ſciuit ſibi fuiſſe acquiſita ex iuris diſpoſitione, cum omnia iura in ſcrinio ſui pectoris eſſe dicantur. Præterea nullo modo videtur dici poſſe, quòd Cæſaris intentio fuerit, voluiſſe Regiam Maieſtatem per dictam tranſactionem aliquod ius, ſeu actionem habere, quibus Ducem ipſum Ducatu priuare poſſet, cum in 20. capite tranſactionis conuentum fuerit, quòd Dux in Ducatu, & in omni eo, quod Imperatoria Maieſtas de dicto Ducatu occupauerat, permaneret, & id totum retinere poſſet. Nam ex quo voluit Ducem in Ducatu permanere, debet intelligi cum effectu, & cum omni perfectione, non autem ad tempus, quouſque
69 Rex ipſe contra illum egerit, quia † verbum permanere hoc importat, veluti dicitur de verbo pertinere in l. verbum pertinere ff. de uerborum ſignifica. & prout etiam de

verbo

verbo pernoctare uoluit Iureconſul. propter illam præpo-
ſitionem, per, in l. pernoctate, & ibi glo. ff. de uerbo. ſi-
gnifi. facit tex. in l. ab accuſatione §. nunciatores ff. ad Se-
70 natuſcon. Tertul. Nam † uerba ſunt intelligenda cum effe
ctu l. 1. §. 1. ubi Bar. & alij ff. quod quiſque iuris, l. illud, &
ibi Bar. ff. de officio præſid. Et hæc interpretatio illorum
uerborum debere in Ducatu permanere, cum ſint in diſpo
ſitione Cæſaris Romanorum Imperatoris prolata, fieri mi
nime debet, ut intelligatur ad tempus, & donec Rex con-
tra Ducem egerit, quia uideretur Dux grauiter deceptus,
& non eſt ueriſimile Cæſaream Maieſtatem hanc intentio-
71 nem habuiſſe, cum † in diſpoſitionibus à principe factis ſem
per dolus, & fraus abeſſe debeant, ut in authen. conſtitutio,
quæ de dignita. §. illud, & in authen. de monachis in princi-
pio, capit. quoniam de prohibitio. feu. alien. per Lotha. nec
unquam repertum fuit clementiam Cæſaream aliquem
decipere uoluiſſe, & maximè hoc dicendum eſt in pace,
72 quam princeps cum ſubditis contrahit, † quæ pax non di-
ceretur, ſi in ea inſidiæ laterent, Bald. in c. 1. in princip. cir-
ca finem de pace iuramen. firman. & ſecundum Auguſti-
num in lib. de ciuitate Dei, quem refert ibi Bald. uera pax
non eſt, quamdiu conuitiis pugnatur: Pax ſimiliter perpe-
tua, haud temporalis eſſe debet, alioquin potius tregua di-
ceretur, ut habetur in rubrica, & in c. 1. extra de pace, & tre
gua, igitur per tranſactionem nõ debet cenſeri ius aliquod
Regiæ Maieſtati reſeruatum, per quod poſſet Ducem ſuo
Ducatu priuare, alioquin magna ex ipſa tranſactione con-
trarietas, & repugnantia reſultaret contra l. ubi repugnan
tia ff. de regul. iuris, l. 1. C. de furtis, nec eſt ueriſimile, quem
ſe incontinenti uoluiſſe corrigere l. non ad ea ff. de condi-
73 tio. & demonſtratio. Hinc † Celeſtinus damnatus fuit, qui
de mane gratiam faciebat, & de ſero illam reuocabat, ut in
quit Ioan. Andr. in capitu. 1. de renunciatio. in 6. in nouel-
la, & refert Bald. in conſil. ultimo colum. 4. lib. 1. qui dixit il
74 lum tanquam beluam reputatum fuiſſe; Et † licet princeps
de perpetuo poſſit corruptibile facere, non tamen in alte-
rius præiudicium, ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, un-
75 de iura naſcuntur l. meminerint C. unde ui: † Nec ſub uer-
bis generalibus, uel confuſis intelligi debet, ut alteri fraus
inferatur l. nec auus C. de emancipatio. liberorum, capitu.
ſi per tuas de reſcript. lib. 6. ex quibus excludi uidetur id, ſu-
per quo Regij aduocati magnum faciebãt fundamentum,
non eſſe ueriſimile, quòd Cæſar, qui multum Regem fra-
trem obſeruauit, illi, iuribusq; ſuis præiudicare uoluerit, ar
76 gumento l. à procula ff. de probatio. quia † id uerum eſſet, ſi
eſſemus in dubio, at quando conſtat ipſum uoluiſſe, prout
in caſu noſtro conſtare dicitur, ſecus dicendum eſt, argu-
mento l. continuus §. cum ita ff. de uerborum obligatio. &
cum in uerbis nulla eſt ambiguitas, admitti non debet uo-
luntatis quæſtio l. ille, aut ille in fin. ff. de legat. 3. & licet dici
poſſet (quod tamen negatur) Cæſarem in aliquibus Regis
iuribus derogaſſe, tamen hoc non debet eſſe in conſidera-
tione, quia ſi in aliquibus præiudicauit, hoc feciſſe dicitur
ob maius bonum publicam utilitatem continens, quale eſt
bonum pacis, ac etiam quia Cæſar in multis pluribus res ip
ſius Regis, & domus Auſtriacæ meliores reddidit, ut ex præ
77 dictis apparet, & ſic ſumus in caſibus, † quibus princeps iu-
ribus etiam alteri quæſitis præiudicare poteſt, ut quando ip
ſe daret recompẽſam, ſeu bonum cambium, ut uerbis Pau
li Caſtrenſ. utamur in d. l. digna uox cum aliis iam allega-
tis per Baldum in d. l. 2. C. quibus ex cau. ſerui pro præmio,
qui uoluit ſufficere, quòd princeps illum, quem damnifica-
uit, recompenſauerit de aliquo, quod ſolum illius hono-
rem, & conditionẽ concerneret, & facit id, quod uoluit Ia-
cobi. de Sancto Georgio in tractatu de feudis §. princeps
immò, ut dixit Bald. in l. ſerui C. quibus ex cauſis ſerui pro
præmio, & refert Felyn. in c. quæ in eccleſiarum in 12. col.
huiuſmodi recompenſationes hodie de facto non ſeruan-
tur. Rurſus ultra, quòd Cæſar rem Regis ſui fratris in dicta
tranſactione meliorem reddiderit ex ibi conuentis, nullum
ſanè illi præiudicium quoad feudum Ducatus intulit, ut ex
tranſactione ipſa uideri poteſt, tum quia, ut dictum eſt, ex
offenſione, & ex aliis per Ducem patratis in feudo Duca-
tus ſoli Cæſari ius fuit quæſitum; & ſi quæ damna, & iniuriæ
contigerint, & paſſus fuerit Rex, uoluit Cæſar illa ſibi reſer
uata eſſe, idcirco Regia Maieſtas de contentis in dicta tran
ſactione conqueri non poteſt, immò illam tanquam ſibi uti
lem commendare, & ratificare tenetur. ¶ Et quòd Cæ-
ſar Regiæ Maieſtati plura reſeruauerit, & ad illius fauorem
exceperit, ex lectura tranſactionis unuſquiſque cognoſce-
re poteſt, & præcipuè conueniendo ius, quod ad præme-
moratum Ducatum Regia Maieſtas habebat, firmum rema
nere debere, propter quod abolita uidetur ſuſpitio, quæ
fortè erat, nunquid Regia Maieſtas de Ducatu Vuirtem-
pergenſi à Cæſare inueſtiri potuerit contra ea, quæ in ere-
ctione Ducatus Maximilianus Imperator cũ omnibus pro-
ceribus, & Imperij nobilibus ad fauorem Imperij ſtatue-
rat, atque ordinauerat. Maximam quoque utilitatem ex
tranſactione poteſt Regia Maieſtas prætendere in ea par-
te, qua Cæſar uoluit Cadaenſem tractatum, & omnia in eo
ordinata firma eſſe debere; & quoad ea, in quibus dicta trã-
ſactio adimpleta non eſſet, illam fore adimplendam: Et qui
dem hæc pars tranſactionis, maximam utilitatem contulit
ipſi Regiæ Maieſtati, quia cum antea à Cæſare ratificata
non fuiſſet, & fortè, niſi hæc occaſio eueniſſet, nunquam
fuiſſet ratificata, ut ſupra, conueniendo, ratificaſſe cẽſetur,
quod nempè utile fuit ipſi Regi. ¶ Et quamuis Rex ipſe
iudicialiter acceptauerit ea, quæ in dicta tranſactione Hayl
pronnenſi conuenta fuerant, quatenus pro ſe facerent, ta-
men ſic acceptando, uidetur approbaſſe, quòd Dux in ſuo
Ducatu eſſet remanſurus, cum omnia contenta in tranſa-
ctione, quæ pro ipſo faciebant, & acceptata fuerunt, tacitè,
& omnino dicantur includere, quòd Dux in ſuo Ducatu
78 manſurus ſit, ut iam dictum fuit, &, † qui uult conſequens,
uidetur uelle omne ſuum antecedens, ſeu omne id, quod
cum eo connexitatem habet, argumento l. illud ff. de acqui-
ren. hæredita. latè per Bartolum in l. cui iuriſdictio circa fi-
nem, & alij ibi ff. de iuriſdictio. omnium iudicum.

¶ Aliter etiam obiectioni, quòd Cæſarea Maieſtas tranſi-
gendo Regi præiudicare non potuerit, ultra reſponſiones
traditas, quòd trãſactio iam dicta Regi utilis fuerit, & quòd
ex offenſis, culpis, & criminibus Cæſari ſubfeudum Du-
catus acquiſitum ſit: dici poteſt ex dictis criminibus, culpis,
& offenſionibus, quæ, & quas contra ſe Regia Maieſtas com
miſſa, & commiſſas eſſe prætendit, feudum Ducatus non
poſſe dici Regiæ Maieſtati apertum, cum Dux ipſe omne
id, quod factum prætenditur, feciſſe dicatur, non ut Regẽ
offenderet, nec illi iniuriam inferret, ſeu contra illum fello
niam committeret, ſed principaliter animo, & intentione,
ut militem externum pelleret, illiq; uiam præcluderet gra-
tia euitandi depredationes, incendia, latrocinia, & occiſio-
nes, quæ toti Germaniæ imminere uidebantur, & conſequẽ
ter ea, quæ à militibus ligæ Smalkaldicæ facta fuere, princi-
paliter pro defenſione totius Germaniæ commiſſa fuere,
ut ex literis omnium confœderatorum, & ſic Ducis etiam
79 ad Regem tranſmiſſis clarè conſtare dicitur, & † uoluntas,
& propoſitum delinquentis maleficia diſtinguũt, ac ubicun
que animus, ac propoſitum delinquendi deficiunt, etiam ſi
inde ſequatur aliquid, quod in delictum uidetur cadere, nõ
debet tamen illud eſſe punibile l. qui iniuriæ ff. de fur. l. illud
ff. de iniuriis, & l. illud ff. de ſicar. c. fin. in fin. extra de iniur.
c. 2. in fin. c. lator, c. Ioannes extra de homicid. l. 1. l. ſi quis,

l.eum,qui C.ad l.cornel.de ſicar.§.1. cum glo.inſti.de iniur.
& ſignanter in materia feudali in caſu,de quo agitur, quaſi
ad literam probare videtur text. in d.c. 1.§. illud quoque,
80 † vbi ſi ſubuaſallus non animo principaliter primum domi-
num offendendi,ſed ut alteri domino ſeruiret, primum do-
minum offenderit, feudo non eſt priuandus, quia eius in-
tentio principalis eſt conſideranda, prout regulariter ſem-
per id, quod principaliter agitur, attendi debet, non au-
tem id, quod in conſequentiam tendit, l. ſi quis nec cau-
ſam,l. rogaſti,& ubique ſcriben.ff.ſi cer.peta. optimus text.
& ibi Barto.in l.ſi is,qui.§.quod ſi ſeruus ff.de acquir.rerum
dom. & benè ad propoſitum nobis inſeruiunt plura, quæ
Alexan.dixit in conſil. 103. colum.vlti.lib.1.poſt Barto. in
extrauagan. qui ſint rebelles in ver. rebellando.

¶ Non refragatur concluſioni traditæ ad fauorem Ducis
id,quod principaliter conſiderabatur, quòd Dux ſubfeudo
ob malam ſubditorum tractationem priuandus eſſet c.1.§.
publici de pace tenen.itē ex eo,quod Dux Cluſam,& forti
litia,& loca ipſius Regis occupauerit,quæ uidetur iuſta cau
ſa priuatiōis feudi d.c.1.§. porro quæ fuit prima cauſa ben.
81 amitt.cum aliis,quoniam reſpondetur,† quòd ex mala ſub-
ditorum tractatione uaſallus feudo non eſt priuandus, niſi
legitima domini præceſſerit monitio, & legitima cenſetur
trina monitio,uel una in perſonam,aut publicè facta, ut ha
betur in c.1.in fin.de mili.vaſal.qui contu.eſt,& per Bald.in
tit.de pace iuramen.firm.in fin.aliàs in c.1.colum.penul.de
allodiis, & tunc ſi ſpreta monitione uaſallus perſeuerauerit,
& contumax fuerit,feudo priuari poſſet, quæ monitio
minime facta Duci reperitur, & ſi facta dicatur (quod nō
conſtat) Dux expoſtfacto non reperitur, quòd ſubditos
82 ſuos ultra debitum iuſtitiæ grauauerit, quia † ſi quando ali-
qua grauamina impoſuit, hoc factum fuit, neceſſitate co-
gente, prout iura in caſu noſtro ſuperioribus permittunt
ad ea,quæ habentur in l.ciuitas, & in l. principalibus per
Alex.& Moder.ff. ſi certum petatur. ¶ Quo verò ad id,
quod proximè dicebatur de inſultu, & occupatione clu-
ſæ,oppidorum, & locorum Regis, non videtur iuſta cau-
83 ſa,propter quam Dux ſit priuandus, primo quia † iura uo-
lentia uaſallum aſſalientem caſtra domini eſſe priuandum,
loquuntur, quando uaſallus ſciuerit dominum eſſe in ca-
ſtro, ſeu loco,ad quem fecit inſultum, ut clarè inquit text.
in dicto capit.1.§.porrò,& d.cap.1.§.ſimiliter quibus mo-
dis feudum amitt.Et quamuis gloſ.ibi,quam doctores feu-
diſtæ ſequi uidentur,idem uelle uideatur,etiam ſi ſimplici-
ter uaſallus caſtrum domini aſſalierit, in quo ipſe domi-
nus non fuerit, tamen durum eſt à uerbis illorum iurium
recedere, quæ in aſſaliendo potius conſiderant iniuriam,
quæ fit perſonæ domini, quàm ſimplicem inſultum factum
ad caſtra, parificant enim hos duos caſus, uel quòd perſo-
nam domini de per ſe uaſallus aſſalierit,uel caſtrum,in quo
84 uaſallus perſonam domini eſſe ſciuerit: Et † cum ſimus in
pœnalibus,uidelicet in priuando uaſallum feudo, non ui-
detur a uerbis iurium recedendum eſſe, ut in ſimili inquit
glo.in c.unico in uer.ſcienter quibus modis feudum amitt.
prout etiam in ſimili dicit Andr. de Iſer. in caſu d. §. illud
quoque,quòd in terminis illius tex.attenta offenſione illa-
ta,uideretur,quòd ibi feudum potius priori domino imme
diate offenſo aperiri deberet, ut iniuriæ ſuæ ultionem habe
ret, quàm immediato domino principaliter non offenſo:
ſed quia ille tex.contrarium dicit, inquit ſtandum eſſe di-
ſpoſitioni illius tex.quia durum eſt contra ſtimulum calci-
trare,hoc eſt dicere contra uerba illius tex. arg.l.proſpexit
ff.qui, & a quibus: Igitur ſic dicendum uidetur in caſu d.§.
ſimiliter,& d.§.porro,ut intelligantur illa iura, prout uer-
85 ba ſonant,& ratio eſſe uidetur,quia † maior eſt iniuria,quæ
in perſonam,quam quæ in rem ſimpliciter irrogatur,ut l.in

ſeruorum in fin.ff.de pœnis,& colligitur ex iis,quæ haben-
tur per Bar.in l.non ſolum §.ſi mandato in fin. 1. colum ff.
de iniur.cum ergo milites ligæ Smalkaldicæ, Duciſque in-
ſultum fecerint,& caſtra occupauerint, in quibus Rex do-
minus præſens nō erat, non debet Dux feudi priuatione pu
86 niri,quia † non ex omni cauſa,ex qua opinio uaſalli grauatur,
& contra iuramentum fit, beneficium amittitur c.1.§.il
lud enim,quæ fuit pri.cau.bene fi.amitt.ſicut non omnis oc
caſio ad feudum amittendum ſufficit, per quam fidelis ac-
cepti beneficij ingratus uideatur,ut in c.1.poſt prin.in qui-
bus cau.feu.amitt.& reaſſumit glo.in d.§.illud enim: & hæc
opinio nempè æquior iudicanda eſt, & in puncto iuris ue-
rior uidetur,quicquid dixerit glo.in d. §.ſimiliter, quæ ſuā
opinionem à longè, multumque remotis fundare uidetur,
87 & † auctoritas gloſ. magiſtralis eſt, non autem neceſſaria,
88 Bar.in l.nemo C.de ſenten.& interlo.om.iud. & † ubi iuris
expreſſam diſpoſitionem habemus, maximè in pœnalibus,
propter argumentationes, & diſputationes doctorum non
89 eſt ab ea recedendum,imò † à communi ſententia ſcribē
tium in argumentis,ſophiſmatiſque fundata recedendū eſt
etiam in iudicando,quando habemus claram iuris deciſio-
nem,ut cōmuniter tradunt Abb.& alij canoniſtæ poſt Ioā.
Andr.in c.1.circa finem extra de conſtitu. Si tamen uelle-
mus ſtare opinioni glo.& dominorum feudiſtarum in d.§.
90 ſimiliter,& in d.§. porrò, aliter reſponderi poteſt,† quòd fi-
delis caſtrum domini ſimpliciter inuadendo, & aſſaliendo,
etiā in ſi illo dominus præſens non eſſet, feudo priuari de-
bet,hoc uerum eſt,quando ipſe hoc faceret, ut principali-
ter perſonam domini offenderet, aut illi iniuriam inferret,
& in hac ſpecie propriè loquuntur iura allegata in d. §. ſi-
militer,& in d.§.porrò,ſecus ſi non animo principaliter of-
fendendi,nec iniuriandi,ſed alia ratione, & in conſequen-
91 tiam,ut iam dictum eſt;Nec ex † eo,quod hoc ultimo caſu,
quando incidenter dominus damnificatus fuerit,poteſt agi
ad priuationem feudi,quia,ut dictum eſt,non omnis occa-
ſio, per quam uaſallus contra iuramentum fecerit, feudo
priuandus eſt d.§.illud enim,ſed tunc ſufficit, quòd de dam
nis, & de iniuriis ciuiliter agatur uel lege aquilia, uel alia
actione,puta ui bonorum raptorum, ut per Alex.in d.con-
ſil.103.lib.1.& hac ratione,& ad hunc finem Cæſarea Ma-
ieſtas in tranſactione Regi fratri actiones reſeruauit.Præte
rea illa, quæ Regia Maieſtas contra ſe, & eius caſtra com-
miſſa fore prætendit,quippe non ex uoluntate,nec de con-
ſenſu Ducis Vdalrici,immò illo inſcio patrata fuere, & po
tius ex laſciuia,& abuſu militum noſtri temporis, quàm ex
uoluntate ipſius Ducis,nam & aliàs antiquitus milites hæc
92 facere conſueuerunt, † propter quæ alius teneri non de-
bet l.item quæritur §.exercitu,& in l.ſi fundus in fin.cum l.
ſequen.ff.loca.quare Dux hac de cauſa feudo minimè pri-
uandus eſt,ſed ſolum damna,& intereſſe Regis ſatisfacere
debebit d.§.exercitu,& per Alexan.in d.conſi.103.Quod
quidem Dux nunquam ſe facturum eſſe negauit,immò Re
gi ſæpe obtulit ſe damna,& intereſſe ſatisfacere:differentia
tamen inter eos aderat ſuper æſtimatione, & damnorum,
& intereſſe quantitate, ut in facti ſpecie, & defenſionibus
Ducis præſupponitur:quamobrem potius Rex, quàm Dux
poteſt dici in mora conſtitutus l. ſi ſeruum §. ſequitur ff. de
uerborum obligatio.& ſi quam moram, & culpam Dux cō
miſerit, poſtea offerendo illam purgaſſe iudicandus eſt, ut
ſcribit Celſus adoleſcens hanc quæſtionem eſſe de bono,
& æquo,in quo genere plerunq; ſub auctoritate iuris ſcien
tiæ pernitioſè erratur, quam quidem ſententiam Iulianus
Iureconſultus ſequutus fuit,quia cum quæritur de damno,
& par utriuſq; cauſa ſit,quare non ſit potentior Ducis cau-
ſa,qui tenet,quàm Regis,qui proſequitur, ut in ſuis reſpon
ſis atteſtatus fuit Paul.Iuriſconſul.in d.§.ſequitur in fin.uer.

Alia

¶ Alia etiam in ſuo libello Regia Maieſtas proponit, quòd Dux de confœderatis ligæ Smalkaldicæ fuerit, crimenq; læſæ maieſtatis, & fellonias multiplices tanquam inimicus Cæſaris aduerſus eius Maieſtatem commiſerit: Hæc quidē Ducem Vdalricum non arguunt feudo priuandum eſſe, ad Regiæ Maieſtatis utilitatē, quia hæc omnia in Cæſaris perſonam, & Imperialem Maieſtatem principaliter, & non in Regis perſonam commiſſa fuerunt, propterea ſi feudum Ducatus Ducis Vdalrici alicui aperiendum eſſet, non Regi, ſed Cæſareæ Maieſtati apertum fuiſſet, quicquid Regij aduocati velint, per text. in d.c. 1. §. illud quoque, cum ille tex. ut iàm dictum fuit, potius in contrarium faciat.

¶ Et ſi obiiceretur, quod ipſi Regi ius accuſandi Ducem de
93 iure competere dicatur duplici ratione, prima, quia † criminis læſæ Maieſtatis contra Imperialem Maieſtatem perpetrati publica eſt accuſatio, & omnibus de populo competere dicitur, & maximè ad eos pertinet, qui ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequuntur l. 1. cum l. qui iudicio ff. de pub. iud. l. hi tamen ff. de accuſa. alia, & ſecunda ratione, quia
94 † cum ipſe Dux grauiſſimus fuerit Cæſaris inimicus, & Imperatoriæ Maieſtatis, cenſeri debet etiam inimicus ipſius Regis fratris Cæſaris, & ideò iniuria illata Cæſari uidetur etiam illata Regi, & hac de cauſa ſibi ius agendi, ſeu accuſandi competere potuit argumento l. 1. cum tribus ſequen. ff. de libera. cauſa, Moder. maximè Præpoſi. in c. 1. §. ſi quis uerò in fin. verbis de pace tenen. & per eundem in c. 1. an ille, qui interfe. frat. ſuum, nam ad hæc reſpondendum eſt primo, quòd prætextu criminum, & offenſionum contra Cæſarem Rex ad feudi priuationem agere ciuiliter, ſeu criminaliter non potuit, cum omnes offenſæ, omni aque crimina contra Cæſarem patrata dicantur extincta, & abolita per remiſſionem Cæſaris gratioſè factam, ut ex ipſa tranſactione, & ex literis Cæſarianis nobilibus dicti Ducatus
95 tranſmiſſis conſtare dicitur, ut dictum fuit, atque † propriū Cæſareæ Maieſtatis ſit abolere, & extinguere delicta illis, qui ueniam petierunt, vt in l. 2. & in l. indulgentia C. de abolit. generali l. 1. §. ſi quis ultro ff. de quæſtio. & iuxta illud poeticum, Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos:
96 Nec contradicunt ea, † quæ habentur in l. tranſigere C. de tranſact. vbi tranſactio criminis non extinguit delictum, quin alius de illo crimine delinquentē accuſare poſſit: quia id procederet, quando tranſactio facta fuiſſet à priuato, & inferiore, ad quem ius indulgendi, & extinguendi crimina non pertineret, quoniam intereſt reipub. delicta puniri c. ut famæ de ſenten. excommunica. l. ita vulneratus in fin. ff. ad legem acquil. ſecus ſi tranſactio facta fuiſſet cum ipſo principe, qui gratiam delinquenti concederet, quoniam per illam extingueretur crimen, & culpa. ¶ Et in quantum dicebatur, Regem poſſe agere ratione iniuriæ, quam paſſus fuit ex offenſa, & iniuria Cæſari illata, facilis eſt reſponſio,
97 † quòd iniuria uni fratri irrogata alteri ſuo fratri non debet cenſeri illata, ut ex illa agere poſſit præcipuè ad feudi amiſſionem, ut ex uerbis Barto. colligitur in l. ita ſtipulatus §. chryſogonus, & ibi Alexan. ff. de verbo. obligatio. refert, & ſequitur Alexā. in conſi. 113. incip. viſo inſtrumento treguæ lib. 2. Nam certæ ſunt perſonæ, quibus mediantibus quis dicitur iniuriam pati, inter quas perſona fratris non connumeratur, vt colligitur ex l. 1. in fin. cum ſequen. ff. de iniur. Nec obſtat l. 1. cum ſequentibus ff. de libera. cauſa, quia aliud eſt, quòd interſit mea aliquem puta fratrem, uel alium non offendi, iuxta not. in l. ut uim ff. de iuſti. & iure, & in l. 1. C. vnde ui, & in caſu iſto procedat ille tex. aliud eſt, an ex iniuria, & offenſa alteri irrogata poſſim agere, ut ex iniuria contra fratrem meum commiſſa, & dicendum eſt, quòd non, ut per Bartol. in d. §. Chryſogonus, & præcipuè ad feudi amiſſionem, vt in d. c. 1. an ille, qui interfe. fratrem domini ſui: Et prædicta confirmantur ex iis, quæ dixit Alexan. in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus columna. 11. verſic. adde, quòd Barto. ff. de damno infecto: Et ex prædictis conſtat, verius vero eſſe Regem non potuiſſe agere ex iniuria, & offenſa Cæſari illata, nec etiam ex illa, quæ contra ipſum Regem commiſſa eſt, quia animo, & intentione principaliter offendendi illata non fuit, ac etiam quia per Cæſarem in tranſactione Haylpronnenſi Regi ius agēdi ad damnorum reſarctionem reſeruatum fuit.

¶ Nouiſſimè non aduerſatur id, quod de culpæ, & offenſæ
98 reiteratione aduerſus Regem obiiciebatur, quia primo † ex reiteratione delictum non aggrauatur, quando delinquēs fuiſſet de primo ſuo præcedenti abſolutus, uel aliter illud eſſet abolitum, ſeu extinctum, ut uoluit Roma. in conſ. 336. vt præmiſſa cōſultatio, qui mouetur ex pluribus ualde pulchris rationibus, & colligitur ex verbis Bartol. in l. ei, qui in fine ff. de furtis: Sed de prima aſſerta uiolentia contra Regem à Duce illata Dux fuit abſolutus per tranſactionem Cadaēnſem inter Regiam Maieſtatem, & Ducem Vdalricum contractam, & expoſtfacto à Cæſare in tranſactione Haylpronnēſi approbatā, procedit ergo motiuum, quando adhuc de crimine cognitum non fuiſſet, aut de eo delinquens fuiſſet condemnatus, atque punitus, ut per Bartolum in d. l. is, cui in fin. & per Abbatem in d. c. 1. de cleri. percuſſ. & in c. 1. de pœnis, nam per tranſactionem etiā tollitur, & extinguitur delictum quoad tranſigentem l. tranſigere cum ibi not. C. de tranſact. Secundo reiteratio delicti, per quam ſequens crimen aggrauatur, duo extrema requirit, delictum a quo, & delictum ad quod punibile, ut ex uerbis ſcrib. in locis iā allega. colligitur: Sed in caſu occurenti offenſa, ſeu delictum, quod ipſi Duci ultimo loco impingitur, non cenſetur punibile ſaltem pœna priuationis feudi, ut latius diſcuſſum fuit, ergo non ſumus in caſu, quo potuerit pœna aggrauari ex reiteratione. Rurſus vtrumque delictum extinctum, & ſublatum fuit, primum ex tractatu Cadaēnſi, qui inter Regem, & Ducem interuenit, ſecundum ex tranſactione Haylpronnenſi, quibus contrauenire non licet, ergo non ſumus in caſu, quo reiteratio ſit conſiderabilis, cum eius extrema deficiant. ¶ Et quia hucuſque fuit diſcuſſum, an Cæſarea Maieſtas Regiæ Maieſtati ex cauſis præmiſſis præiudicare potuerit, nunc uidendum eſt, an ipſe Cæſar tranſigendo cum Duce Vdalrico Regiæ Maieſtati uoluerit præiudicare. Et licet ex pluribus iam dictis inferri poſſet, quòd ſic, tamen ſpecialius examinando, abſq; longo ordine argumentorum, hoc verum eſſe demonſtrabimus, rectè mentem ipſius Cæſaris tranſigentis inueſtigando, & in primis ponderando ea, quæ nono tranſactionis capite continentur, vbi Dux promiſit, ſe curaturum, quòd ſubditi ſui Ducatus aliqua ſeruitia aduerſus vtramque Maieſtatem in futurum non præſtabunt, hæc enim innuunt, quòd Dux & Ducatum, & ſubditos ſit habiturus, cum ſine Ducatu ſubditos habere non potuerit: Secundo idem perpendi poteſt ex decimo tranſactionis capite, quo Dux obligauit ſe curaturum, & facturum, quòd nobiles ſui Ducatus contra utramque Maieſtatem, & domum Auſtriacam ſeruitia aliqua nunquam præſtabunt, quod caput cum effectu adimpleri non poſſet, ſi Dux à Ducatu ſuo expelli valeret, & efficacius ex capite tranſactionis undecimo idem demonſtratur, in quo Dux Imperatoriæ Maieſtati promiſit aditū, & tranſitum per ſuum Ducatum, & eius loca munita quandocunque præſtare Imperatoriæ Maieſtati petenti: idem ex 18. tranſactionis capite infertur, quo Cæſarea Maieſtas tranſactionem Cadaēnſem inter Regiam Maieſtatem, & Ducem Vdalricum factam in ſuo robore uoluit firmam manere, & in qua adhuc defectus eſſet, iuxta illius tenorem adimplendam eſſe: Nempè iſta arguunt Ducem in

x 4 Ducatu

Ducatu ſuo permanere debere, nec ab illo excludi poſſe, prout etiam melius inferunt ea, quæ in uigeſimo capite tranſactionis præſcripta fuere. Vlterius quoque in capite tranſactionis uigeſimoprimo Maieſtas Cæſarea ſub gratioſa remiſſione Duci Vdalrico facta noluit comprehendi debere, immò exceptos omnino eſſe ordinauit Comitē Georgium fratrem ipſius Ducis, & quoſcunque alios Ducis ſubditos, qui tunc ſeruitiis hoſtium Cæſaris addicti erant, ut nullo modo ad Ducatum Vuirtempergenſem Dux Vdalricus eos reciperet, nec in illo permanere permitteret, nam excipiendo prænominatos ab ipſo Ducatu, Cæſar Ducem Vdalricum, omniaque eius bona ab omni pœna, & pri
99 uatione, confiſcationeque immunia eſſe uoluit, cum † exceptio regulam firmare dicatur in caſibus non exceptuatis l. nam quod liquidè §. fin. ff. de penu. lega. l. in generali § uxori ff. de uſufru. ꝛ. lega. cum aliis pluribus: Euidenter etiam de uoluntate Cæſareæ Maieſtatis conſtat ex ſæpe dictis literis ipſius Cæſaris poſt factam tranſactionem nobilibus, & ſubditis dicti Ducatus miſſis, quibus nunciauit, ſe crimina, & offenſiones à Duce patratas ipſi gratioſè remiſiſſe, illoſque monuit, dictum Ducem apud ipſos manere poſſe, illumque iterum pro ſuo domino, & principe agnoſcere debere, & in manibus præmemorati Ducis debere iurare, & in omnibus rebus iuſtis obedire, omniaque illa facere, quæ fideles domino ſuo facere tenentur, & aſtringuntur, ex quarum literarum continentia probatur Cæſarem tranſactionem Haylpronnenſem approbaſſe, uoluiſſeque Ducem Vdalricum pro Duce, & domino ſuo in Ducatu ab illis habendum fore, eique ut domino, ac ſuperiori iuramentum fidelitatis præſtandum eſſe, ſecundum quod fideles, & ſubditi ſuperiori, & domino ſuo præſtare tenentur, ut in d. c. de forma cum cæteris 22. quæſtio. 5. Item ponderandum eſt,
100 † dum Cæſar Ducem Vdalricum in gratiam, & ad obediētiam recepit, ex hoc enim ſequitur ipſum uoluiſſe confirmatum, & reſtitutum ad feudum eſſe, & omnem culpam ei remiſſam per ea, quæ uoluit Bald. in c. 1. in princip. 2. colum. uerſic. ſed pone in titu. quo temp. miles, Deci. in conſil. 460.
101 uiſo puncto, & † iuramentum fidelitatis Duci à ſuis ſubditis præſtandum demonſtrat illos perpetuò, & in omnibus debere eſſe fideles, perinde ac ſi ſub forma iuramenti omnia, quæ ſunt de forma fidelitatis, expreſſa fuiſſent, ut in dicto capit. de forma, capit. 1. cum glo. & ibi Præpoſi. qualiter uaſal. iura. debeat, Iſer. Præpoſi. & alij in c. 1. de noua forma fideli. Nec in tranſactione fuit neceſſe ſpecialius exprimere, quod intentionis Cæſareæ Maieſtatis fuerit, uelle iuribus ipſius Regis præiudicare, & hoc duplici ratione, prima, quia, ut iam ſæpe dictum eſt, nullum ius Regi de iure competere potuit contra Ducem ad uendicandum, & perſequendum feudum Ducatus, ſed totum illud ius ſoli Cæſari fuit acquiſitum, & ab eo poſtea gratioſè remiſſum, & ideò beneficium ipſius Cæſaris decet perpetuò, & ſine fraude eſſe manſurum c. decet de regu. iur. in 6. cum gloſ. Secundo & ſi ius aliquod Regiæ Maieſtati ex cauſis præmiſſis quæſitum dici potuit, tamen quia illud erat ius ad rē, Cæſar ex iuſta cauſa potuit illud tollere, ut iam diximus, ac etiam ex quo Cæſar cum ipſo Rege in illo iure concurrebat, potuit præueniendo Regi præiudicare: & ſi diceretur,
102 quod † quotieſcunque princeps ius alterius tollere intendit, debet hoc exprimere, aliàs noluiſſe præiudicare uidetur c. quamuis, c. penult. de præbend. in 6. c. penult. de conceſſio. præben. eodem lib. reſpondemus ad hoc, ſatis ſpecialiter expreſſum fuiſſe ex conuentis in dicta tranſactione, & ex literis ipſius Cæſaris ad nobiles Ducis, ut ſupra, miſſis, quoniam cum illa ex ſui generalitate neceſſario eſſet etiam referenda ad iura, quæ Regi competere poterant, habetur perinde, ac ſi de illis expreſſum fuiſſet, argumento l. 2. ff. de
103 liberis, & poſthumis. ¶ Rurſus † quid dicitur expreſſum non ſolum, quod uerbis ſpecialibus, ſed etiam quod uerbis generalibus, & mente ipſius diſponentis comprehenditur, argumento l. in conuentionibus §. uerbum ex legibus ff. de uerborum ſignificatio. & per ea, quæ habentur per Bartolum, & legiſtas in l. 1. & in l. nam hoc iure, & in l. centurio ff. de uulgar. & pupillar. & per Imolam in c. raynutius in materia ſubſtitutionum extra de teſtamen. qui loquendo de ſubſtitutione uulgari, & pupillari uolunt illas dici dupliciter expreſſas, uerbis uidelicet ſpecialibus, necnon & uerbis generalibus: Et hæc quoad primam propoſitam quæſtionem ſatis dicta ſint, in qua planè plurima dicta fuerunt, quæ etiam ad aliarum quæſtionum dilucidationem facere dicuntur, cum earum aliquæ connexionem magnam cum prima habeant: vnicuique tamen difficultati reſpondendo, paucis illarum ueritatem expediemus.

¶ Nam ſecunda dubitatio, quæ habet, nunquid tranſactio quaſi Regio nomine facta nunc Regi agenti opponi poſſit, eo quod in dicta tranſactione Haylpronnenſi Regiæ Maieſtati Cæſar reſeruauerit ius ſuum, & actiones, quas Rex, & domus Auſtriaca erga Ducatum Vuirtempergenſem haberent, vel an dicta reſeruatio iuris non debeat alio, quam ad ius ſubfeudi ſecundum formam, & tenorem tractatus Cadaēnſis intelligi, prout ex Ducis informatione ad Cæſaream Maieſtatem miſſa liquere poteſt: Profectò ultimam hanc dubitationis partem ueriorem eſſe dicimus, ſi dicta in præcedenti hæſitatione diligenter inſpiciantur, ac repetantur, ut reſeruatio iurium facta dicatur ad conſeruationem illorum iurium, quæ ante bellum Rex habebat, ne dubitari contingeret, quòd ex culpis, & offenſis taliter feudum eſſet Cæſari apertum, quòd nō Regi de cætero competeret, ac etiam ad effectum, ut Regi reſeruata dicerentur iura, & actiones, quæ occaſione damnorum, & expenſarum Regi competunt, ueluti ſæpe diximus, & indecens eſſet, & extra propoſitum toties repetita reaſſumere, & aures ſuæ Cæſareæ Maieſtatis, ſuorumque procerum obtunderent. ¶ Tertiam quoque propoſitam dubitationem ad fauorem Ducis abſolutam eſſe putamus, quòd Regia accuſatio, ſeu actio contra Ducē intentata de iure non ſubſiſtat, inquantum ſibi apertum feudum Ducatus ex commiſſis contra Cæſaream Maieſtatem criminibus Rex prætendit, aliter enim ueritas ſe habet, quòd non Regi, ſed Cæſari feudum apertum fuerit, non refragante diſpoſitione d. c. 1. §. illud quoque, cuius intelligentiam plenè aperuimus, & ideò Cæſar remittendo Duci Vdalrico, ut potuit, nullum Regi præiudicium irrogaſſe cenſetur.
104 Nec aduerſatur, ſi quis diceret, quòd † receptus ad gratiam plenariè reſtitutus non dicatur, ut uoluit Barto. in c. 1. in uer. plenitudine circa principium de pace conſtantiæ:
105 & † princeps reſtituendo aliquem non dicatur illum ad feu
106 dum iam alteri acquiſitum reſtituere, cum † priuilegium principis, eiuſque beneficium ſemper ſit intelligendum, ſaluo iure alterius, & abſque alicuius præiudicio d. l. 2. §. ſi quis à principe ff. ne quid in loco publico, capit. dilecti, cap. ſuggeſtum cum ibi notatis extra de decimis, & uoluit expreſſe Bald. loquens de feudo in capitu. 1. colum. penult.
107 hic finitur lex. Præterea licet † aliud ſit alicui de delicto gratiam facere, & aliud illum reſtituere, & redintegrare, quia primo caſu bona publicata, & ob crimen deperdita non recuperantur, ſed in ſecundo ſic, argumento l. 1. & l. 2. & l. ſi ademptis, & l. generalis C. de ſenten. paſſ. Dominic. in §. indulgentiam 2. quæſtio. 3. Bald. in capitu. 1. colum. 6. & in capitu. cum non ab homine colum. 4. extra de iudiciis, Felin. copioſè in capitu. uergentis extra de hæret.
108 quia etiam † natura reſtitutionis eſt, ut non recuperentur bona iam alteri ex titulo acquiſita, Abb. in capitu. inter

quatuor

quatuor de maio.& obed.quoniam nõ eſt uerisimilè, quòd
princeps aliquem ſimpliciter reſtituendo uelit alteri præiu
dicare d.l.2.§.ſiquis à principe cum aliis: Hinc domini feu
diſtæ maximè Præpoſi.in c.1.in princ.antepen.col.uerſi. ſo
109 lutio, iſtud feudum, hic finitur lex, dicunt,quòd † ſi ob de-
lictum ipſo iure feudum domino eſſet acquiſitum, ut quan
do culpa eſſet notoria, & dominus iuriſdictionem haberet,
ut idem Præpoſi.inquit in c.1.in fin.princ.de feudo ſine cul
pa non amit.& in c.fi.col.3.quo tempo.mil.ſi delinquẽs gra
tiosè reſtituatur, illa reſtitutio ſolum reſtituenti, & non il-
li,cui feudum fuerit acquiſitum,cenſetur præiudicare: ex
quibus inferri uidetur, quòd etiam ſi Cæſar tranſigẽdo uo
luerit Regi quoad feudum præiudicare mediante eius reſti
tutione,tamen hoc non potuit: Nam pro ſolutione prædi-
110 ctorum animaduertendum eſt, quòd † quãdo princeps cũ
ſubditis,cum quibus bellum geſſit,pacem fecit per uiam cõ
tractus illos ad gratiam recipiendo, ſiue illis indulgendo;
tunc talis receptio, ſiue indulgẽtia ratione pacis factæ uim
plenæ reſtitutionis,& reintegrationis habere dicuntur,Bal.
in c.1.in uer.& hoc 2.col.ibi nota.ex iſto tex.de pace con-
ſtan.& conſequenter huiuſmodi indulgentia dicetur ope-
rari etiam bonorum, & omnium aliorum amiſſorum rein-
tegrationem,argumento l.1.in fin. C.de ſenten.paſſ.l. unica
111 C.de reputationibus, & Bal.etiã inquit ibi,quod † propter
pacem princeps bona, & iura unius alteri cõcedere poteſt
cum illius iniuria,quia quando pace mediante finitum, &
extinctum fuit bellum,dicitur etiã extingui omnis effectus
112 inde ſequutus,ut ibi not.ex iſto tex. ¶ Præterea † redinte-
gratio, ſeu reſtitutio,quæ fit propter pacem, etiam ad om
nia bona publicata,& ad tertium ex aliquo titulo peruenta
dicitur extendi,ut uoluit Bald.in d.c.1. in uer.priuilegia de
pace conſtan.quem ſequuntur Areti.& Iaſon.in l.gallus.§.
& quid ſi tantum col.17.ff.de lib.& poſthu. ex quibus tol-
luntur ea,quæ ſupra obiiciebantur, cum ſimus in reintegra
tione, & ad gratiam receptione facta à Cæſare ipſi Duci
ad effectum pacis contrahendæ, & conſeruandæ. Præterea
113 motiua proximè relata procederent,† niſi eſſemus in caſu,
in quo princeps pro pace ineũda ad gratiam recipiendo,
ſeu indulgentiam concedendo,uſus fuiſſet uerbis, (ut ita
loquamur) prægnantibus,quibus appareret de mẽte ipſius
principis uolentis plenariè reintegrare,& reſtituere, prout
colligitur in caſu occurrenti ex uerbi tranſactionis,ut iã di
ximus per ea,quæ uolunt Card.Abb.& Imol.in c.quia dili-
gentia de electio.Bart.& alij in l.fi. C.de ſent.paſſis,quoniã,
& ſi aliàs princeps non uideatur uelle alteri præiudicare,ta
men quando uerba conceſſionis,& priuilegij ſaltem ex in-
terpretatione contrarium inferunt, ſecus dicendum eſt, ut
114 uoluit Bal.in conſi.ulti.col.3.lib.3.nam † tunc, etiam quod
non expreſſerit,cenſetur plenitudine poteſtatis uſus,ut per
Abb.in d.c.quia in prin.& uolunt ſcriben.maximè Felyn.in
c.quæ in eccleſiarum de conſtitu. quod ne uerba ſint ſine
effectu,in dubio cenſetur princeps uſus plenitudine poteſta
tis: faciunt,quæ habentur poſt Innocen.in c. innotuit extra
de electio. ¶ Rurſus animaduertendum eſt, quòd licet ex
prætenſis culpis,& fellonijs Regi ius aliquod eſſet acquiren
dum,tamen non ipſo iure,ſed mediante ſentẽtia, ut omnes
115 fatentur,& plenius diximus ſupra. Quò fit,† ut hæc acqui
ſitio dicatur fieri mediante iure ciuili,& poſitiuo, cum ſen-
tentia ſit iuris poſitiui,& obligatio,ac ius,quod oritur ex il-
la,oriri dicitur ex iure ciuili,argumento l.2. §. poſt originẽ
ff.de orig. iuris,glo.inſti. de obliga.in princ. l. iulianus cum
glo.& ibi Bart.ff.de condic.indebi.l.3. §. idem ſcribit ff. de
pecul. per Bart. in l. ex hoc iure colum. 2.ff.de iuſti.& iur.
116 † Princepes autem etiam ſine cauſa ius, quod eſt de iure
poſitiuo debitum,tollere poteſt c.propoſuit de conceſ.præ
ben.& fatentur communiter legiſtæ in l.fin.C.ſi contra ius,
uel uti.pub.Bal.in l.fin.C.de ſenten.paſſ.& Alex.poſt Paul.
117 Caſt.in l.cũ hæredes in princ.ff.de acquir.poſſ.ergo † à for
tiori illud cum iuſta cauſa auferre poterit, & tanto magis,
quando ius erat acquirendum, ſed non realiter acquiſitum
per ea,quæ habentur in d.l. cum hæredes per Alexan.poſt
Paul.& in d.l.ex hoc iure, & iam diximus, at feudum erat
acquirendum Regi ex ſententia,& ſic de iure poſitiuo, igi-
118 tur Cæſar potuit ex cauſa pacis Regi præiudicare,cum † fa
cilius ius quærẽdum, quã quæſitũ tollatur,ut in locis pro-
ximè allegatis,& per Abb.in d.c.quia:& hæc dicta ſint præ-
ſupponendo,quod ipſi Regi ius ad feudum ex prætẽſis cul-
pis fuerit acquiſitum,quod tamen negamus,ut iam demon
119 ſtratum eſt. ¶ Non uidetur etiam contrariari id, † quod
præſupponit Felyn.in c.uergentis de hæreti. allegãdo not.
per Bart.Imol.& Roma.in l.ſi finita §.ſi de uectigalibus ff.
de dam.infec.quòd ſi uaſallus,qui habet bona feudalia à do
mino temporali,crimen cõmiſerit,propter quod bona ſint
publicanda,bona tantum patrimonialia confiſcantur, non
autem feudalia,quia illa ad dominum reuertuntur iſta ra-
120 tione ſatis concludenti,quia cum † feudatarius habeat feu
dum ratione ſeruitij perſonalis c.1.quibus cau.feud.mitta.
c.1.quæ fuit prima cau.benefi.amitt.& propter hoc ſibi uti
le dominium acquratur, illud utile dominium nõ debet do
minus amittere, nec à ſua cauſa ſeparari ob delictũ uaſalli,
quoniam ſicut in fiſcum non tranſit illa obligatio perſona-
lis,& ſeruitij debiti,quæ eſt mere perſonalis l.fin in fin. ff.de
121 contrahen.emp.c.1.de forma fidelita. cum † iuramentum
fidelitatis dicatur eſſe perſonaliſſimum Bal.in l. 1. circa fin.
122 ff.de rerum diuiſi.ita etiam † feudum, quod datur ratione
fidelitatis,& ſeruitij,in fiſcum tranſire non debet, quia ſer-
uitia,& opera unius uerè non poſſunt dici alterius eſſe l.ne
mo. ff. de duobus reis, iuncta l.inter artifices ff. de ſolutio.
123 cum glo. in uer.reum: Nam † prædicta procedunt, quan-
do ex alio delicto,quam ex eo,per quod principaliter Ma-
ieſtas Imperialis offendi diceretur, quale eſt crimen læſæ
Maieſtatis,bona eſſent publicanda, ſecus ſi publicatio ex il-
lo delicto fieret,per quod principaliter Maieſtas Imperia-
lis offendi diceretur, & maximè quando ipſe Imperator eſ
ſet feudi dñs directus, ut latius dictum fuit ſuper interpre-
taione d.§.illud quoque. ¶ Ad quartam difficultatem de-
ueniendo,quòd cauſæ in libello accuſatorio allegatæ non
perſiſtant,nec Duci Vdalrico ad feudi amiſſionem obeſſe di
cantur,concludendum eſſe nobis uidetur ad fauorẽ ipſius
Ducis,cum ea,quæ Regia Maieſtas contra Ducem præten
dit,non ſint ſufficientes cauſæ ad excludendum ipſum Du-
cem à ducatu,propterea quia cluſæ,caſtrorũ,& locorũ dam
noſa occupatio,& inuaſio ad iniuriam principaliter, aut ad
offenſionem Regiæ Maieſtatis non emanauerint,ſed potius
ex quadam militum laſciuia,ſeu licentia,& abuſu,& ut ex-
terni militis aditus impediretur, eiq; uia germaniæ præclu
deretur, ne eius aduentu prouincia illa depopularetur, ut
omnia ſigillatim,& (ut dici ſolet) ad unguem probauimus
Duci Vdalrico quoad amiſſionem feudi non obeſſe, quæ
aliter non repetenda cenſuimus. ¶ Præterea ſi in facto ue
ra ſint ea,quæ in quinta quæſtone præſupponuntur,fortè di
124 ci poſſet, Ducẽ à feudo cecidiſſe, † ex quo præſupponitur,
Ducem contra Maximilianum Regis filium hoſtiliter inſul
tum feciſſe,propter quod uaſallus dignus eſt feudi amiſſio-
ne,ſicut ſi in propriam perſonam ipſius Regis inſultum fe-
ciſſet,cum eadem perſona cenſeatur eſſe filius cum per-
ſona domini l.fin.C.de impub.& aliis ſubſti.& patrem plus
filium diligere, quam ſe ipſum iura præſupponant glo.in l.
iſti quidẽ in fi.ff.de eo,quòd met.cauſa,l.liberorũ, ubi Bar.
125 ff.de uerb.ſign.† quòd autem uaſallus hoſtiliter dominum
aſſaliendo feudo priuetur, probat textus in c.1.§. ſimiliter
quibus modis feu. amitta. c.1.§.porro quæ fuit prima cau.
benef.

beneſ.amitta.c.1.quibus modis feud.amitta.il 2.ergo idem dicendum eſt quando filium domini aſſalierit:& hanc dubitationem reſoluit Barto. cum quo alij pertranſeunt in l. 1.§.domini ff.ad ſyllanianum, ubi inquit, quòd illa pœna, quæ imponitur uaſallo, ſi aliquid contra dominum ſuum committat, etiam eſt imponenda, ſi id contra filium domini fecit per illum textum, qui optimè facere uidetur.

¶ Præmiſſis autem non refragantibus, ſaltem in caſu, de quo agitur, de iure cõtrarium uerius eſſe opinamur, quia, quæ in facto ſupponuntur, ueritate nõ ſubſiſtunt, cum non conſtet Ducem Vdalricum contra Regis perſonam, nec eius filij Maximiliani impetum aliquem fuiſſe: qua igitur ratione feudo non fuit priuãdus, quia cauſam, ſeu culpam iuſtam ad feudi amiſſionem ſufficientem contra Regem nõ commiſit, ita nec etiam ratione alicuius offenſionis Maximiliano eius filio, ut dicitur, illatæ, cum intentionem, mentem, ſeu propoſitum principaliter offendendi, ſeu iniurian-
126 di non habuerit: & † fortè in puncto iuris verum eſſe exiſtimamus, quòd ex ſimplici inſultu contra domini filium facto vaſallus non ſit priuandus, & in hoc ſit differentia inter perſonam domini, & filij, quia iura loquentia de priuatione feudi ob ſimplicem inſultum ſine læſione perſonali ſe reſtringunt ad inſultum contra perſonam domini factum d.§.ſimiliter, & in d.§.porrò, ergo id extendi non debet ad inſultum ſimplicem factum contra filium ſine per-
127 ſonali læſione, cum † priuare quem feudo cenſeatur grauis pœna l.teſtamento centurio ff.de manumiſſis teſtam. &
128 † omnis extinctio, atque priuatio mors quædam habenda ſit l.ſi quis ſic ff. ſoluto matrimonio, l. gallus §. quid ſi tantum ff.de liberis, & poſthumis, l.moris ff.de pœnis, Bal.in c. 1.§.præterea Ducatus de prohib.feud.aliena. per Federicum, quoniam in pœnalibus, & odioſis pœnæ potius molliendæ, quàm ampliandæ ſunt, & dicere poſſumus, quòd ſi iura feudalia idem de inſultu in filium facto, quod de inſultu in patrem dominum uoluiſſent, inſultum in filium etiam expreſſiſſent, prout facilè eis fuiſſet c.ad audientiam cum glo.de decimis, l.ſi ſeruum §. non dixit prætor ff. de acquirenda hæreditate, l.unica §. ſin autem ad deficientis C. de cadu.tollen.quæ argumentatio maximè in pœnalibus procedit, prout ſæpe docto. & iura argumentantur: nec con-
129 trariatur, quòd † iniuria illata filio patri inferri dicatur l.1. §.penultimo ff.de iniur.& inſtitu.eodem titu.quia & ſi hoc uerum ſit quoad ius agendi actione l.aquiliæ, uel iniuriarũ, non tamen quoad feudi amiſſionem, quia non omnis iniuria, nec quælibet cauſa, ex qua dominus, eiuſque opinio grauari poſſet, eſt ſufficiens ad hunc finem c.1.§. illud enim quæ fuit prima cau.beneſ.amit.& inquit text.in c.1.in prin. in quibus cau.feud.amitta.quòd non ſufficit omnis occaſio, per quam fidelis cenſetur eſſe ingratus. ¶ Sed magis in oppoſitum videtur ſtringere deciſio Barto.in d.l.1.§. domini, quæ rem aliqualiter dubium reddit, & niſi reperiſſemus illud dictum Barto.intrepidè contrarium dixiſſemus, ta-
130 men diligenter animaduertendo, † illa doctrina Barto. in caſu, de quo agitur, parum facit, quoniam ipſe loquitur in terminis illius tex.& ideò extra caſum, & terminos illius ampliari non debet eius doctrina, ex quo ipſemet de hoc nos admonet in l.non ſolum §.liberationis ff. de liber. lega. ut dictum doctoris debeat intelligi, atque reſtringi ſecundum legem, quam allegat, ſed tex.in d.l.1.§.domini loquitur, quando perſona filij ipſius domini corporaliter offenderetur uſque ad mortem incluſiuè, idcirco uerum erit dicere, quòd quando uaſallus filium domini perſonaliter offendiſſet, tunc feudo ſit priuandus, ſicut ſi perſonam domini læſiſſet: ſecus igitur, ſi ſimplex inſultus abſque aliqua læſione contra filium domini factus fuiſſet: & hanc ſententiam ſequendo, facilè reſponderi poteſt ijs, quæ habentur in c.1.§.rurſus quæ fuit prima cauſa beneſi.amitr. & in c.1.
131 §.1.quibus mo.feu.amitt.† loquuntur enim de uaſallo, qui filiam, uel ſororem ſtupraſſet, uel adulteraſſet, nam propter tale factum dominus plus quam perſonaliter cenſetur offendi, cum ex hoc facto domino reſultaret nota infamiæ, quæ apud bonos, atq; graues uiros maior reputatur, quàm metus mortis l.iſti quidem §.1.in finalib.uer.ff.de eo, quod metus cauſa: & hæc opinio nedum de iure uerior, ſed æquior eſt iudicanda, ne in abſurdum incurramus, de quo per iureconſultum in d.l. ſi ſeruum §. ſequitur ff. de uerborum obligatio. dum inquit hanc quæſtionem eſſe de bono, & æquo, in quo genere plerunque ſub auctoritate iuris ſcientiæ pernicioſè erratur, nam cum quæratur de damno, & pœna, quare non potentior cauſa ſit eius, qui tenet, quàm qui perſequitur? Non recedimus tamen ab alijs reſponſionibus ſupra relatis, quòd ea, quæ contra Regem facta fuerunt, non principaliter animo, & intentione offendendi ſunt facta, & hoc magis reſpectu Illuſtriſs. Maximiliani Regiæ Maieſtatis filij, qui in caſtris Cæſarianis aderat, non ut principalis Imperator, nec confœderati contra illum principaliter, ſed contra Cæſarem Imperatorem bellum gerebant, & propterea non poteſt dici principaliter factus inſultus contra Regis filium.

¶ Vltima ſupereſt dubitatio, ſi Rex deducta crimina in libello, aliaque obiecta non probauerit, num poſſit ad priuationem ſui iuris, quod habet Rex in ſubfeudo Ducatus conueniri, ſicut è conuerſo uaſallus ſuo iure priuaretur, ſi domino ſuo falſa crimina, ſeu quæ probari non poſſent, obiiceret. Hanc hæſitationem paucis expediemus, quoniam ſuper ea non eſſe multum inſiſtendum duximus, immò nulla ſuper ea diſcuſſione hic opus eſſe uidebatur, ſed tamen Ducis petitioni, qui de omnibus propoſitis quæſtionibus certiorari deſiderat, prorſus ſatisfactum à nobis eſſe uolumus:
132 In ea itaque præſupponimus, quòd † ſicut omnes cauſæ, quibus uaſalli feudo priuari poſſunt, ſub aliqua certa regula, aut aliqua diffinitione comprehendi nequeunt, ita nec illi, quibus dominus ſuo directo iure priuari poteſt: neque in utroque caſu omnis occaſio ſufficiens eſt, & talis, per quã uterque priuatione dignus cenſeatur, ueluti ſupra de ua-
133 ſallo oſtendimus. † Pares tamen quoad hanc cauſam, & vaſallus, & dominus iure feudorum conſuetudinario reputantur, ut alter alteri ex fellonia, vt ita dicamus, uiciſſim teneatur, & puniatur, ueluti habetur in c.1.§.domino committente ſi de feud.fuer.conten.inter dominum, & agnatos, c.
134 1.qualiter dominus à propr. priuetur, † dominus enim proprietate priuatur, ſi aduerſus uaſallum ſuum culpam, ſiue aliquam (vt ita dixerimus) felloniam commiſerit, non ex ui iuramenti fidelitatis, quod non à domino, ſed à uaſallo præſtandum eſt, vt in c.1.qualiter uaſal. iurare debeat, ſed ratione cuiuſdam naturalis obligationis, qua dominus vaſallo ſuo in his omnibus uicem reddere debet c.1.in fin.
135 de for.fidelita.c.de forma cum glo.22.q.5. At † ſi uaſallus delator domini fuerit, feudo priuandus eſt c.1.§.item ſi delator ſi de feu.controuer.fuer. inter dominum, & agnatos,
136 c.1.§.in quibus de conſuetu.recti feudi, & ſicut † ſi hæres teſtatorem, & patronus libertum accuſarent, ambo à bonorum poſſeſſione excluduntur, ut in authen.ut cum de app. cogno.§.cauſas, l.ſi patronus ex crimine, & l.fina.ff.de bon. liber. ergo & è conuerſo, ſi dominus uaſallum. Præterea
137 † is, qui aliquem de crimine accuſauit, ſi illud non probauerit, puniendus eſt l.1.§.calumniatoribus ff. ad ſenat. con. turpil. Igitur ſi Regia Maieſtas in probatione defecerit, videtur Duci Vdalrico eſſe condemnanda in amiſſione ſuæ proprietatis. ¶ Cæterum, his non obſtantibus, contrarium in hac ſpecie verius eſſe exiſtimamus, quòd Rex neutro caſu aliqua ſit dignus pœna, vel ſi ex hac cauſa, aut ſimili do-

li dominus proprietate priuari deberet, hoc ad Ducis accu
138 ſati utilitatem non fieret, in primis quia † ex ſimplici accu-
ſatione, quam uaſallus aduerſus dominum intẽderet, feudo
nõ eſt priuãdus, niſi per ſuam delationẽ dñm fecerit graue
diſpendium, ac damnũ ſubſtinere d.c.1.§.item ſi delator, er
go idem in domino, qui uaſallum ſuum accuſauerit, dicen-
dum eſt, ſed per accuſationem à Rege factam non credi-
mus Ducem graue aliquod diſpendium ſubſtinere debere,
immò ex his, quæ ſupra in aliis quæſtionibus diximus fore ab
ſoluendum, ergo ob hanc ſimplicem accuſationem, quæ nõ
ex falſis cauſis, ſed ueris, non tamen legitimis intẽtata fuit,
139 Rex ſuo iure priuandus non uidetur. ¶ Secũdo † uaſal-
lus accuſando dominum excuſatur ſuam, uel ſuorum iniu
riam proſequendo l. mater C. de calumniato. glo. in d.c.1.
§.item ſi delator, & in d.c. de forma, ſed rex accuſauit Du-
cem Vdalricum ſuam, ac etiam fratris ſui iniuriam proſe-
140 quendo, ergo &c. ¶ Tertio † quando uaſallus dominum
pro principe, uel repub. accuſat, pœnam priuationis nõ pa
titur argumento tex. in authen. ut cum de appell. cogno. §.
cauſas in prin. glo. nor. in d.§.item ſi delator in glo. magna,
ergo nec dominus pro principe accuſando aliquo iure pri-
uabitur, ſed Regia Maieſtas etiam pro Cæſare Imperatore
Ducem accuſauit, ueluti ex libello conſtat, ergo &c.
141 ¶ Quarto † quando feudum eſt Imperiale, ſeu Regale, &
ſic quaternatum, ſi contingat, quòd dominus uaſallũ ſuum
accuſauerit, uel aliã contra ipſum felloniam cõmiſerit, ob
quã feudo ſit priuandus, tunc non uaſallo, ſed ſuperiori do
mino, hoc eſt principi aperitur, ut uoluit glo. in d.c. de for-
ma 22.q.5. & licet glo. in c.1. qualiter do. feu. priue. contra-
riũ dixerit, uidelicet quòd uaſallo offenſo aperitur, tamen
illa procedit in alio feudo inferiori, primo enim caſu, uide
retur inconueniens, quòd feudum Ducatus, uel alterius ſi-
142 milis dignitatis uaſallo pleno iure deberet acquiri, cum † di
gnitatum non ſint capaces, niſi ij, qui illas à principe habue
rint, per ea, quæ uoluit Bart. in l. reſcripta C. de uar. & di-
uer. reſcrip. Bart. & alij in l.1. C. de dignita. lib. 10. argumen
to l. & quia ff. de iuriſd. om. iud. & hanc diſtinctionem po-
nunt moder. maximè Præpoſ. in dicto c.1. de forma fideli. &
Moderni quidam de pẽnna in l. in ſacris la 2. col. pen. uerſi.
ſed pone Rex &c. C. de proximis ſacro. ſcrin. lib. 12. circa
fin. Bal. in d.c.1. qualiter dominus feu. priue. & iſtud ſequu-
ti ſunt Moderni Neapolit. uariis in locis, & faciunt, quæ ſu-
pra diximus ſuper intelligẽtia c.1.§.illud quoq; de prohib.
feu. alien. per Feder. Sed in caſu occurrenti feudum Du-
catus eſt dignitatis, & ab Imperiali Maieſtate duxit origine,
ut latius dictum eſt, igitur Rex ſuo iure non eſt priuandus,
quamuis forte iniuſtè Ducem accuſauerit. ¶ Non refra-
gatur, quòd ſi Rex in probationibus contra Ducem defece
143 rit, puniri debeat, quia † hoc eſt uerum, quando conſtaret
de ſua euidenti calumnia, at quando iuſtam accuſandi cau
ſam, uel illi uериſimilem haberet, excuſandus eſt, & hanc di
ſtinctionem ponit iureconſul. in d. l.1. §. calumniatoribus
cũ ſequen. ff. ad ſenatuſcon. turpil. & Imperator in l. qui non
probaſſe C. de calumniato. Sed Rex contra Ducẽ, eiuſque
filiũ, ac ſuos milites iuſtas, uel illis uериſimiles cauſas habuit
propter caſtrorum, & locorũ Regis occupationes, inuaſio-
nes, damnorũ illationes, ac deprædatiões, quas Regia Maie
ſtas ſe à Duce, eiuſq; militibus paſſam fuiſſe prætendit, &
quibus in conſulto quodam dolore ad accuſandum mota
cẽſetur, ergo licet nõ probauerit, nullo tñ modo puniri, aut
grauari debebit, arg. in ſimili l. gracchus C. de adul. Præte-
rea, ut iam diximus cõceſſo abſq; ullo ueri præiudicio, quòd
Rex his de cauſis eſſet iure ſuo, quod in feudo dicti Duca-
tus habet, priuandus, tamen illud ius feudi non uaſallo eſſet
acquirendum, ſed Cæſari principi, ac domino directo Du-
catus, ut ex iis, quæ habentur per ſcriben. & maximè per

Prepoſi. in d.c.1. de forma fideli. colligi poteſt, & iam pro-
ximè diximus: et hæc pro enucleatione huius ultimæ dif-
ficultatis, ac cæterarum omnium nobis propoſitarum dicta
ſufficiant, in quibus omnibus conſultationem hãc noſtram
unà cum tota præſenti cauſa ſuæ Cæſareæ Maieſtatis, ſuo-
rumq; procerum ſano, ac integerrimo iudicio ſubiicimus,
& ueniam ab eadem petimus, ſi qua benignis auribus ſuis
ingrata, & fortè à ueris ſententiis aliena dixerimus. Et ita,
approbante toto collegio noſtro Bononienſi, de iure magis
eſſe uiſum fuit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallo committente crimen, quod parricidij appellatione poteſt contineri, illud non ſolum delinquenti nocet, ſed etiam filijs ſuis, ut ad feudum admitti nequeant:*
Et an id ſit verum num. 21. cum ſeq. & nu. 37. & 38.
2 *Parricidij crimen committitur occidendo vxorem, filium, & ſororem.*
3 *Feudum ob crimen parricidij à vaſallo commiſſum, non extantibus agnatis primi acquirentis in quarto gradu, ad dominum reuerti debet.*
Et an id ſit verum num. 21. cum pluribus ſequentibus.
4 *Proditoriè agit, qui occidit homines de illo multum confidentes.*
5 *Vaſallus proditoriè agens eſt feudo priuandus, & cui aperiatur, num. 6. & 8.*
Quod declaratur num. 21. cum ſeq. & num. 37. & 38.
6 *Feudum à fidelitate dicitur, & propter fidelitatem datur.*
7 *Proditionis qualitas aggrauat omne crimen.*
8 *Feudum, quo vaſallus propter delictum ab eo commiſſum ſiue in dominum, ſiue in alium criminaliter priuatur, nunquam ad filium tranſit, ſed uel ad dominum, vel ad agnatos:*
Et an id ſit verum, declaratur num. 21. 37. & 38.
9 *Quid ſi feudum ſit nouum, & num. 40.*
10 *In feudo nouo factum, ſeu delictum patris nocet filio.*
Et quomodo hoc procedat num. 40.
11 *Delictum patris in feudo recepto pro ſe, & filijs ſimpliciter, & indefinitè nocet etiam ipſis filijs, ſecus ſi receptum eſſet pro filijs cum expreſſione proprij nominis illorum.*
Et an, & quomodo id ſit verum num. 42.
12 *Vaſallus occidens fratrem, vel alium etiam extraneum confeudatarium, aut alterũ vaſallum domini ſui priuatur feudo vnà cum filijs ſuis:*
Et quando hoc uerum ſit. & num. 43.
13 *Vaſallus quoties delinquit contra legem feudi, & circa rem feudalem, ipſe, & eius filij à feudo excluduntur:*
Quod declaratur num. 21. 37. & 38. cum pluribus ſequentibus.
14 *Feudum non conceſſum ſub certa forma ſpeciali cenſetur conceſſum in forma commun, & quomodo, & num. 19.*
15 *Feudum in dubio cenſetur à domino conceſſum, & à vaſallo retentum pro filijs, & deſcendentibus hæredibus, & in dubio quid hæreditarium eſſe cenſetur.*
16 *Feudum conceſſum pro filijs hæredibus dicitur eſſe quid hæreditarium, & in eo delictum paternum filijs obeſt, & num. 19. & 28.*
17 *Feudum, quod eſt hæreditarium, ob delictum vaſalli unà cum alijs bonis ipſius delinquentis publicatur, fiſcoque acquiritur.*
18 *Feudum ob delictum vaſalli quando ad dominum, & quando ad agnatos, excluſis filijs, & deſcendentibus vaſalli delinquentis, redeat, & num. 46.*
19 *In feudo conceſſo ſecundum naturam feudi pro deſcendentibus hæredibus, ſi pater ob ſuum delictum illo priuetur, filius nec tanquam hæres patris, nec tanquam filius ſimpliciter ſuccedere poteſt, & quis ad illud admittatur.*
20 *Et ſi filius admitteretur, non poſſet, vaſallo, qui deliquit, naturaliter uiuente, ad vtilitatem feudi admitti, ſed ea ad fiſcum perueniret, & quando hoc verum ſit.*
21 *Filij, & deſcendentes vaſalli propter delictum parentum feudi priuatione dignum quando à ſucceſſione feudi excluduntur:*
Quid ſi delictum eſſet directè in dominum commiſſum, num. 24.
Et feudum quando dicatur merè, uel aliquo modo hæreditarium, & quando non, ſed ex prouidentia, & pacto domini concedentis debeatur.
22 *Delictum patris filio non nocet in eo, quod filius iure proprio, & ex ſua perſona habet.*
23 *Feudum paternum quando eſt familiare, non eſt hæreditarium, neque ſub reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis comprehenditur.*
25 *Feudi alienatio cum conſenſu, & voluntate domini dicitur legitimè, & iuſtè facta.*
26 *Feudum paternum, & feudum antiquum quod dicatur, & num. 41.*

27 Feu-

27 *Feudum quando filijs, & deſcendentibus maſculis iure proprio, & ex prouidentia, non autem ut hæreditarium dicatur debitum.*
28 *Feudum in dubio ſemper debet cenſeri conceſſum eſſe, & teneri ſecundum antiquam formam, conditionem, naturam, & inueſtituram, ſub qua concedi, & teneri conſuetum erat.*
29 *De feudo paterno duo fratres inueſtiti cenſentur de eo, vt de paterno, & ſecundum formam, & naturam antiquam, & non ut de nouo inueſtiti.*
30 *Conceſſio feudi, ſeu Emphyteoſis in dubio ſemper debet cenſeri facta ſecundum conſuetudinem eccleſiæ, ſeu domini concedentis.*
31 *Conceſſio ſemper debet in dubio intelligi ſecundum antiquam, & conſuetam formam, ac naturam, & ab ea non eſt recedendum.*
32 *Conceſſio rei ab eccleſia in feudum, uel emphyteoſim dari ſolitæ debet fieri ſub forma ſolita, aliàs non valeret.*
33 *In feudi quorumque conceſſionibus conſuetudo eſt omnino ſeruanda, & in dubio ſecundum illam facta cenſentur, etiam ſi dictum non fuerit.*
34 *Inueſtitura cenſetur, & habetur pro facta eo modo, quo fieri conſueta erat, quando vaſallus illam à domino petijt, & dominus in mora illam faciendi fuit.*
35 *Per alienationem à uaſallo factam in caſu non permiſſo agnati non ſunt feudo priuandi.*
36 *Feudum vbicunque eſt expreſſè conceſſum generi, & agnationi, ſeu deſcendentiæ maſculinæ, & prouenit ab auo, uel proauo, delictum unius alijs non nocet.*
37 *Delictum patris an, & quando in feudo noceat filio, & quando non.*
39 *Fedum aliàs antiquum quomodo efficiatur nouum.*
44 *Ius ad rem eſt longe debilius iure in re.*
45 *Feudum ab initio emptum à domino immediatè pro ſe, et hæredibus ſuis, & cum clauſula ad habendum, & cum alijs clauſulis naturam feudi alterantibus dicitur merè hæreditarium, & ad fœminas quoque tranſire poteſt, at feudum antiquum ex prouidentia debitum per vaſallum cum conſenſu domini uenditum alteri pro ſe, & hæredibus ſuis, & cum dictis clauſulis ementi ſecundum primeuam naturam regulatur.*
46 *Baldus in l. qui ſe patris colum. 6. C. unde liberi declaratur.*

EPITOME.

FEVDO *paterno, ſeu auito conceſſo pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis, & ſic ex prouidentia debito, filium non priuari ob delictum etiam parricidii à patre occidendo filium, uxorem, & ſororem commiſſum, propter quod ipſe pater fuit criminaliter cum publicatione omnium ſuorum bonorum damnatus, hic probatur.*

CONSILIVM LXXVII.

CONTRA Sigiſmundum olim Angeli de Roſſettis, qui non obſtante publicatione bonorum paternorum facta ob graue crimen commiſſum à dicto eius patre, admitti vellet ad quoddam feudum auitum, de
1 quo infra, plura uidentur facere, & in primis, † quia, etiam
ciuiliter procedendo ſecundum legem feudi, quando vaſallus committit crimen, quod parricidij appellatione contineri poteſt, illud non ſolum nocet delinquenti, ſed etiam filiis ſuis, ut hi ad feudum admitti non poſſint per Paulum de Caſtro in l. adoptiuum §. ſi patronus, & ibi Moderni ff. ius uocan. optimus textus in c. 1. §. ſi vaſallus culpam, & ibi feudiſtæ communiter ſi de feudo fuerit cõtrouer. inter dominum, & agnatos, c. 1. ſi vaſallus feudo priuetur, iuncto c. 1. §. denique quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. & in c. 1. an ille, qui interfecit fratrem: ſed Angelus, qui à camera fi
2 ſcali feudum tenebat, † commiſit crimen parricidij, occidendo uxorem, filium, & ſororem ſuam l. 1. ff. de parricidijs, & uxorem interficere eſt maius peccatum, quàm matrem occidere, & ideò grauius eſt puniendum c. admonere, & ibi glo. & per totum 33. q. 2. & aliqui agnati Sigiſmũdi primi acquirentis, qui ſint in quarto gradu, non extant,
3 ergo † illud feudum ad dñm debet reuerti, ut etiam voluit
Roma. in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus ff. de damno infecto.
4 ¶ Secundo † iſte Angelus pater Sigiſmundi iunioris interfecit nõ ſolum prædictas perſonas, ſed etiam famulum, & quandam famulam, qui omnes de dicto Angelo multum confidebant, & conſequenter proditoriè egiſſe uidetur iuxta ea, quæ habentur per doctores, maximè Iſer. Præpoſi. &
5 alios in d. c. 1. an ille, qui interfecit fratrẽ: † ergo ciuiliter, &
ſecundum legem feudi fuit feudo priuandus, propterea quia ſi viueret, ſine dedecore morari non poſſet in curia domini d. c. 1. an ille, qui interfecit fratrem, & ibi Præpoſi. & habetur per eundem in c. 1. §. & quia qui feudum dare poſſunt in 12. colum. & alij ſcribentes in d. c. 1. an ille, qui interfecit fratr. per illum textum, & argumento c. clericus
6 36. diſtinct. ¶ Præterea † cum feudum dicatur à fide-
litate, & propter fidelitatem detur, ut in c. 1. per quos fiat inueſtitura, vaſallus proditoriè aliquem interficiendo committit in fidem, quoniam proditor dicitur, qui illum offendit, ſeu occidit, qui de eo confidebat, ut habetur in d. c. 1. ergo feudo eſt priuandus, & illud non fiſco, nec domino aperiri debet, ſed agnatis proximioribus poſitis in quarto, vel vlteriori gradu extantibus, & illis non extantibus fiſco, vt in iuribus præallegatis, & habetur per Alexandrum poſt
7 Imol. in d. §. ſi de uectigalibus in 14. & 15. colum. † hæc
enim qualitas proditionis aggrauat omne crimen, & facit, quòd quis eſſe debeat alienus ab omnibus, & à facie principis, & domini, argumento l. ſed & miles §. ſed ignominiæ miſſi ff. de excuſa. tuto. ¶ Tertio ipſe Angelus propter huiuſmodi grauiſſimum ſcelus fuit criminaliter damnatus cũ publicatione bonorum ſuorum, ergo criminaliter amiſit
8 feudum, † quod non ad filium, ſed ad agnatos tranſire de-
buit, ut habetur per Baldum in l. 1. in 5. q. ff. de re iudic. & in d. c. 1. an ille, qui interf. fratrem, & per Alexandrum in d. §. ſi de uectigalibus in 14. colum. Præterea ubicunque vaſallus priuatur, ſeu priuandus eſt feudo propter delictum aliquod, ſiue ſit commiſſum in dominum, ſiue in alium, nunquam filius ad feudum uocatur, ſed vel dominus, vel agnati ad illud admittuntur, prout in d. c. 1. §. denique quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. & in d. c. 1. ſi vaſallus feu. priuc. ibi nullatenus expirabit, & d. c. 1. §. ſi vaſallus culpam, ſi de feudo fuerit controuerſia, & hæc eſt uera, & communis opinio docto. qui hoc uolunt tàm in locis allega. quàm in d. l. adoptiuum §. ſi patronum, ubi Paulus de Caſtro, & in d. §. ſi de uectigalibus, c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. per Baldum in d. c. 1. §. denique, & dicit Iſernia in d. c. 1. in prin. ſi vaſal. feud. priuetur, quòd filius propter delictum patris ſemper excluditur à feudo, quando ob tale crimen pater feudo de iure priuandus erat.
9 ¶ Quarto † quando ſumus in feudo nouo, ſi vaſallus com
mittat crimen dignum priuatione feudi, tunc feudum ad dominum reuertitur, vt habetur in c. 1. §. illud de prohibita alienatio. feud. per Federicum, & probatur clarè in d. c. 1. §. denique, & in d. c. 1. ſi vaſallus feud. priuetur, & ubique doctores, maximè Præpoſit. & Alexan. in d. §. ſi de vectigalibus in 13. colum. Salice. in l. 2. C. de liber-
10 tis, eorumque liber. nam † in feudo nouo factum, ſeu
delictum patris nocet filio, ut in c. 1. §. ſi vaſallus culpam ſi de feu. fuerit conten. inter dominum, & agnatos, & ponit Bal. in d. c. 1. ſi vaſal. feud. priuetur; ſed nos ſumus in feudo nouo, quoniam & ſi antea erat antiquum reſpectu illius, qui feudum alienauit de conſenſu domini, & ſuorum deſcendentium, tamen reſpectu illorum, qui ex titulo emptionis feudum ſunt conſequuti, cenſetur eſſe nouum, vt voluit notabiliter Alexan. in conſi. 28. in 1. & penultima columna in 5. uolumi. ergo propter delictum illud, quo vaſallus feudo eſt priuandus, feudum non debet ad filium,
11 nec ad agnatos tranſire, ſed ad dominum. ¶ Quinto † ſe
cundum dominum Andream de Iſernia in d. c. 1. in princi. ſi vaſallus feu. priuetur, quamuis delictum patris non noceat

ceat filijs, quando pater recepit pro ſe, & filijs, nominatim exprimendo nomen proprium illorum, tamen quando pater recepit pro ſe, & filiis ſimpliciter, & indefinitè, tunc deli ctum, ob quod de iure uaſallus priuandus eſt feudo, nocet etiam filiis, ut non poſſint admitti, & ideò in caſu noſtro licet feudum dicatur cōceſſum pro filiis, & deſcendentibus, tamen debet delictum paternum ipſis filiis nocere, quia filij habent eſſe à patre, ut in l. liberorum ff. de uerbo. ſignifi. & propterea macula patris aſpergitur, & obeſſe debet filiis argumento l. quiſquis C. ad l. iul. Maieſ. l. 1. §. cum liberis ff. ſi quis aliquem teſta. prohibue. l. diuo. C. de quæſtionibus, nā cenſentur eſſe una, eademq; perſona cum parentibus l. fin. C. de impuberum, & aliis ſubſti. & plus puniuntur parentes in perſonis filiorum, quam in propria perſona l. iſti quidem in fin. ff. quod metus cauſa, & ſecundum Iſer. delictum patris ſemper nocet filiis, quia filius non diligit, quem pater odit, ſeu in quem deliquit l. cum unus ff. de alimen. & ciba. lega. l. quod ſi nolit §. qui aſſidua ff. de ædil. edict.

12 ¶ Sextò † uaſallus, qui fratrem ſuum, aut nepotem ex fratre confeudatarium occidit, priuatur feudo unà cum filijs ſuis, quia deliquit reſpectu feudi, & in legem feudi commiſit, & ideò dominus ex hoc iniuria afficitur, & maximè ſi fratrem ſuum occideret, ut totum, & integrum feudum haberet, ut eſt tex. in d. c. 1. an ille, qui interfe. fratrem, & ibi Bal. Præpoſi. & alij, & in d. c. 1. §. ſimiliter quibus modis feu. amitta. c. 1. §. deniq; quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. Ex quibus infertur ſecundum Bal. & alios in d. c. 1 an ille, qui interfe. fratrem, quòd ſi uaſallus interficiat etiam extraneum, qui eſſet uaſallus domini ſui, feudo priuandus eſſet, in quo non ſuccederent filij homicidæ, quia deliquit cir

13 ca rem feudalem domini, † & quoties uaſallus delictum cō mittit contra legem feudi, & circa rem feudalem, priuatur feudo, & filij eius excludūtur, ut habetur per Hoſtien. in c. 1. & in c. 2. §. ad hæc extra de feudis, & hæc eſt ratio, quare uaſallus interficiendo fratrem domini ciuiliter, & ſecundū legem feudi nō priuatur feudo, ut habetur in d. c. 1. an ille, qui interfe. fratrem, & ibi Bal. Iſer. Præpoſ. & alij, niſi uaſallus interfeciſſet fratrem domini proditoriè, uel in iniuriam, & offenſam domini, quia tunc uaſallus, & filij ſui feudo priuarentur per Bal. Præpo. & alios in d. c. 1. an ille, qui interfecit fratrem, Alex. in d. l. ſi finita §. ſi de uectigalibus in 11. col. ſed dictus Angelus, ultra quod plures alios interfecerit, occidit etiam filiū proprium, qui erat de uocatis ad feudum, ut de deſcendentibus primi Sigiſmundi, ergo &c.

14 ¶ Septimo conſiderandum eſt, † quòd non reperitur, Sigiſmundum antiquum, à quo deſcendit Sigiſmundus modernus, fuiſſe aliquo tempore de dicto feudo ſpecialiter à domino directo inueſtitum ſub certa forma ſpeciali, ergo debet dici feudum habuiſſe, & tenuiſſe in forma communi, uidelicet pro ſe, & hæredibus ſuis, hoc eſt pro deſcendētibus, & hæredibus, argumento c. 1. §. ſed diuerſum de aliena. feudi, & not. in l. ex facto in fin. ff. ad trebell. & uolunt doctores

15 communiter, † quòd in dubio feudum cenſeatur ſic fuiſſe conceſſum, & à uaſallo retentum pro filiis, & deſcendentibus hæredibus, & conſequenter in dubio quid hæreditariū eſſe cenſeatur, ut per Alex. in conſi. 18. in 2. col. & in conſi. 26. in 5. uol. & in conſi. 23. eod. lib. & probatur in c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus, ibiq; Bald. & alii, & in c. 1. an agna. uel filius, & ibi docto. habetur per Alex. in conſi. 6. & conſi. 10. in 3. uol. & in conſi. 18. 19. & 28. in 5. uol. & in conſ. 51. in 4. uol. & in conſi. 13. in 5. uol. in pen. col. Decius in conſi.

16 390. ubi uolunt, † quòd feudum conceſſum pro filiis hæredibus dicatur eſſe quid hæreditarium, ſecundum quod etiā uoluit Bal. in l. liberti in 6. col. C. de opc. liberto. & in l. cum unum C. de fideicom. & per Alex. in l. ſi patroni ff. ad trebell. in l. etiam ff. ſolu. matri. & in l. quod dicitur ff. de uerborum obliga. & ideò tranſire poteſt ſolum ad deſcendentes qui ſint hæredes, ut in locis proximè allega. quo fit, ut mixtum dicatur: Cum ergo in caſu noſtro feudum fuerit hæreditarium, ſeu in ſe habeat qualitatem hæreditariam, ſequitur, quòd propter delictum Angeli patris Sgiſmūdi iunioris feudum non potuit acquiri Sigiſmūdo filio, ſed agnatis proximioribus, ſi extent, ut ſupra, alioquin ad dominum dicetur deuolutum per prædicta, & per ea, quæ uoluit Alex. in d. §. ſi de uectigalibus in 13. colum. & eſt de mente omnium docto. maximè in d. c. 1. ſi vaſallus feu. priue. ubi Bal. relatis pluribus opinionibus ſuper hoc articulo, vtrum filius feudo priuetur propter delictum patris, concludit, quòd ſi filii, & deſcendētes ſunt vocati ad feudum ſimpliciter, quo caſu, ut hæredes dicuntur vocati, vel expreſsè ut hæredes, tunc ſecundum legem feudi delictum paternum ipſis filiis

17 obeſt. Quinimmò videtur dicēdum, † quòd in caſu noſtro feudum ſit publicandum, & fiſco acquirendum, & dicatur tranſire cum alijs bonis ipſius Angeli delinquentis ad fiſcū, quoniam feudum fuit acquiſitum, & emptum à Sigiſmundo antiquo cum conſenſu domini pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, cum clauſula ad habendum, & tenendū in ampla forma: quò fit, ut feudum dicatur merè hæreditarium, & tranſitorium etiam ad hæredes extraneos, & conſequenter in eo non ſit ſeruanda natura ipſius feudi, argumento eorum, quæ uoluit Alexan. in conſil. 23. in 1. volum. & in l. ſi patroni ff. ad trebell. bonus text. in c. 1. de feudo nō haben. propriam naturam feudi, & in c. 1. §. penul. ſi de feudo fuer. conten. inter. dominum, & agnatos, & per Bald. in d. l. cum virum in vlti. colum. C. de bonis liberto. Nam feudum poteſt concedi, ut tranſeat etiam ad omnes hæredes extraneos, & tunc dicitur merè hæreditarium, & non ſeruat naturam feudi, & ideò hoc caſu feudum propter delictum vaſalli non tranſit ad filium, nec ad agnatos, neq; ad dominum, ſed tranſit cum publicatione bonorum, vt uolunt Roma. & Alexan. in d. §. ſi de vectigalibus in 13. colu. ſic enim tranſire cenſetur cum vniuerſitate bonorum, ut ibi, & argumento l. quædam ff. de acquir. rerum domi. l. in modicis cum ſimi. ibi not. ff. de contrahen. empt. & c. ex literis extra de iure patronatus. ¶ Octauo contra dictum Sigiſmundum filium multum ſtringit doctrina Bald. in l. qui ſe patris in 6. colum. C. vnde liberi, qui dicit, collige argumentum ſecundum Odofredum, quòd ſi meus auus acquiſiuit feudum pro ſe, & liberis ſuis, & pater meus commiſerit aliquid, propter quod bona ſua publicari deberent, quāuis de rigore iuris ego poſſem in feudo ſuccedere ex perſona aui tanquam in feudo antiquo ex prouidentia domini, & aui argumento l. & emancipatum ff. de ſenato. l. adoptiuum. §. patronum ff. de in ius vocan. tamen ſecūdum uſum

18 feudorum aliter eſt diſtinguendum, † videlicet, quòd aut uaſallus deliquit in dominum directè, ita quòd perdere debeat feudum, & tunc feudum reuertitur ad dominum, ut ſuæ iniuriæ habeat vlctionem, non autem tranſit ad filios, nec ad deſcendentes, neque ad agnatos vaſalli, nec etiam confiſcatur, ut in d. c. 1. §. denique, aut uaſallus deliquit in alium, quàm in dominum grauiter, & enormiter, & tunc feudum ſecundum legem feudi non redit ad dominum, ſed ad agnatos uaſalli, excluſis filijs, & deſcendentibus, ut in d. c. 1. §. ſi vaſallus culpam ſi de feudo fuerit controuer. & in c. 1. ſi vaſal. feu. priue. & ubique not. ibique per Nicolaum de Mattarellis in ſua lectura, & eſt ratio primi caſus, quia propter culpam patris commiſſam in dominum pater, & filius dicuntur facti inimici ipſius domini, argumento l. 1. C. ſi quacunque præditus poteſta. & argumento l. diuo C. de quæſtionibus; Secundi autem caſus ratio eſt, quia patri pœna non eſſet, ſi ſolum ipſe priuaretur feudo, & non filius, cum pater pariter, immò plus gaudeat ob filium, quā ob

ob ſe ipſum, argumento l. iſti quidem in fin. ff. quod metus
cauſa. Retentis ergo uerbis Bal. infertur, quòd ſecundum le
ges, & iura feudorum, quæ ſemper attendenda ſunt, & præ
ferenda legibus communibus in materia feudali, ut habe-
tur in c. 1. de feud. cogni. ſi feudum fuerit conceſſum auo
meo pro ſe, & liberis ſuis, quo caſu feudum tranſire dicitur
ex prouidentia, & non iure hæreditario, paterq́; meus gra-
ue crimen commiſerit in alium, quàm in dominum, pro-
pter quod feudo ſit priuandus, feudum non debet tranſire
ad me nepotem, quia delictum paternum hoc in caſu dici-
tur mihi præiudicare, & me excludere, ergo poſito, quòd in
caſu noſtro feudum diceretur conceſſum pro filiis, & de-
ſcendentibus maſculis, adhuc ipſe Sigiſmundus nepos Sigiſ
mundi antiqui eſſet à feudo excludendus propter grauiſſi-
mum ſcelus patris, qui crudeliſſimè tot homines prodito-
rie necauerit, & præſertim uxorem, filium, ſororem, ancil-
lam, & famulum ſuum, quod crimen ad terrorem aliorum
acriter eſſet puniendum non ſolum in perſonam illius, ſed
etiam ſuorum filiorum, & deſcendentium, ut eſt textus not.
in c. fœlicis de pœnis in 6. & argumento l. quiſquis C. ad l.
iuliam maieſta. & faciunt notata per gloſam, & doctores in
c. ex parte extra de feudis, & per Bartolum in l. ſi finita §. ſi
de uectigalibus, ibiq; doct. Hoſtien. & alij in d. c. ex parte.
¶ Vltimo conſiderandum eſt, ueluti ex præmiſſis etiam col
19 ligitur, † quòd ex quo dictus Sigiſmundus antiquus, qui
emit feudum pro ſe, & hæredibus, & cum clauſula illa ad
habendum, & tenendum, non reperitur, ut aliàs ſupra di-
ctum fuit, à domino ſub aliqua forma de feudo inueſtitus,
debet cenſeri, quòd habuerit feudum ſolum ſecundum na-
turam feudi, videlicet pro deſcendentibus hæredibus, iux-
ta tex. in c. 1. an agna. uel filius, & ibi doctores, per Bald. in
d. l. qui ſe patris in 5. & 6. colum. & in l. 2. C. de ſuis, & legiti.
ex quibus infertur, quòd ſi Sigiſmundus filius uult ad feu-
dum uenire ut & tanquam hæres patris ſui, non poterit,
quia delictum paternum ipſi noceret, cum hæres ſuccedat
in uitium defuncti in materia feudali, ut probatur in d. c. 1.
§. denique, & in c. 1. quibus modis feudum amitt. & in d. §.
ſi uaſallus culpam, ac etiam in titulo, an ille qui interfecit
fratrem, & in titulo ſi uaſallus feu. priuetur, ſi uerò uelit ue
nire, ut filius ſimpliciter, & ſic iure proprio, ſimiliter non
poterit, ex quo non eſt hæres, quia non admittitur deſcen-
dens, niſi ſit hæres, quando feudum fuit conceſſum pro hæ
redibus, ut dictum fuit: & ideò ſequitur, quod ad feudum
admittendus eſt dominus, excluſo filio Sigiſmundo, cum
iniuria directè reſpiciat feudum, & conſequenter domi-
num, ex quo Angelus vaſallus interfecit filium ſuum, qui
erat devocatis ad feudum, per prædicta, & maximè per tex
tum cum ibi not. in c. 1. §. item ſi fratrem, quibus modis feu.
amitt. cum ibi not. Suadentur præmiſſa etiam ex ijs, quæ uo
luit Alexan. in d. conſi. 28. conſi. 2. & in conſi. 18. & 19. in 5.
volumi. iunctis not. per Baldum in l. 2. C. de ſuis, & legitim.
& in d. c. 1. an agn. uel filius, ubi plura allegat, & concludit,
quòd pater in feudo antiquo, & paterno conceſſo pro hære
dibus, uel pro filiis, & deſcendentibus hæredibus poteſt præ
iudicare filijs, & deſcendentibus, ſicut in aliis rebus hæredi
20 tarijs. ¶ Sed † præſuppoſito etiam, quòd filius dicere-
tur uocatus ad feudum, tamen quouſque ipſe delinquens
naturaliter uixerit, filius non poterit admitti ad utilitatem
feudi, hoc eſt ad fructus illius, iuxta tex. in c. 1. in quibus cau
ſis feu. amitta. ſed illos interim percipiet fiſcus, qui ratione
criminis acquirit ea, quæ ad delinquentem illo uiuente per
uenire debuiſſent l. ſtatius §. cornelio ff. de iure fiſci, bonus
eſt textus in l. Imperator in princi. ff. de fideicomm. liberta.
Angel. in l. papinianus §. meminiſſe per illum textum, & ibi
Bal. ff. de inoffi. teſtamen. & allegat l. ex facto §. ex facto tra
ctatum in finalibus uerbis ff. ad trebellia. & hæc procedunt
primo, quãdo feudum eſſet quid merè hæreditarium, quia
conceſſum pro ſe, & hæredibus, vel pro filijs, & hæredibus
iuxta ea, quæ habentur per Alexandrum in l. ſi patroni ad
trebell. in l. etiam ſoluto matrimonio, & in l. quod dicitur
de uerborum obligatio. ſecus ſi pro filiis, & deſcendenti-
bus ſimpliciter, & ſic ex prouidentia, ut per Alexandrum
poſt Imol. in d. § ſi de uectigalibus in 14. colum. Secundo
procedunt, quando ultra prohibitionem legalem bona feu
dalia nõ erant prohibita alienari expreſsè per teſtatorem,
alioquin ſecus, ut in d. l. imperator, & Alexan. in conſi. 23.
in penultima columna in 1. uolumi. prohibitio enim ex-
preſſa facta ab homine ultra prohibitionem legalem hoc
plus operatur Barto. Alexan. & alii in l. filiusfamilias §. diui
ff. de lega. 1. & tanto magis hæc uera ſunt, quando bona feu
dalia fuiſſent ſimpliciter acquiſita pro ſe, & filiis, ſeu libe-
ris, & ſic ipſis, ut filiis, non autem ut hæredibus, Alexan. in d.
conſi. qui in ultima columna etiam uoluit, quòd ſtatim fi-
liis delinquentis acquirantur, dummodo nullo modo ex il-
lis delinquens commodum poſſit, ſeu debeat conſequi,
aliàs ſecus eſſet. ¶ Sed tamen præmiſſis omnibus non ob-
ſtantibus, contrariam ſententiam de iure procul dubio ue-
riorem eſſe puto, quòd dictus Sigiſmundus iunior poſſit in
dicto feudo ſuccedere, excluſis fiſco, domino, & agnatis, ſi
qui extarent, ad quod dicendum moueor principaliter,
21 † quia licet communis ſententia legiſtarum, canoniſta-
rum, ac etiam feudiſtarum ſit, quòd deſcendentes, ſeu filii
vaſalli propter delictum parentum feudi priuatione di-
gnum excludantur à ſucceſſione feudi, quia, ut dicit Iſer-
nia in d. c. 1. in uerſicu. niſi &c. ſi uaſallus feudo priuetur,
ſemper uaſalli filius, & deſcendentes excluduntur propter
delictum parentis, & in hoc deſcendentes uaſalli delin-
quentis deterioris cõditionis eſſe cenſentur, quàm ſint alii
agnati, ne uaſallus, qui propter delictum meruit excludi à
feudo, aliquo modo commodum reportare poſſit median
te perſona filii, & deſcendentis, argumento l. cum oporret,
& l. fina. C. de bonis, quæ liber. Item ex aliis rationibus, de
quibus habetur per ſcribentes in d. c. 1. §. ſimiliter, ſeu in §.
item ſi fratrem, quibus modis feud. amitt. in c. 1. §. denique
quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. in c. 1. §. ſi uaſallus cul
pam ſi de feudo fuerit controuer. in c. 1. an ille, qui interfe.
fratrem, & in c. 1. ſi vaſallus feudo priue. per legiſtas in d. l.
ſi finita §. ſi de uectigalibus ff. de damno infecto, & in l.
eum, qui ff. de interdict. & relega. in l. liberti, libertæque C.
de operis liberto. & in l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, ubi
Salice. & Dyn. ponunt, & per canoniſtas pulcherrimè in c.
fina. extra de feudis, & per Alexandrum in conſi. 2. in 5. co
lum. lib. 5. & ſupra latius dictum, & relatum fuit: Tamen
prædicta uera ſunt, quando feudum eſſet merè, uel aliquo
reſpectu hæreditarium, ut quando eſſet conceſſum uel ſim
pliciter nulla facta mentione de filiis, nec de hæredibus,
uel quando dictum eſſe pro ſe, et hæredibus, uel pro filiis,
uel deſcendentibus, et hæredibus, nam his caſibus cenſe-
tur habere quandam mixturam hæreditariam, cum non
tranſeat ad filios, ſeu deſcendentes, niſi ſint hæredes,
ut in c. 1. de ſucceſſio. feu. cum ibi not. per Baldum, et alios
in c. 1. de eo, qui ſibi, et hæredi. et in c. 1. ubi Iſern. Aluarot.
& moderni an agna. uel filius, per Alexan. & Imolam in l.
quod dicitur ff. de verborum obliga. in l. etiam ff. ſolu. matr.
in l. ſi patroni, & in l. debitor in fin. ff. ad trebellia. Barto. in l.
ut iuriſiurandi. §. ſi liberi ff. de bonis liberto. Bald. in l. liberti
C. de operis liberto. Alexan. in conſil. 11. in 3. volum. & in
conſil. 13. 18. & 19. in 5. volum. At quando feudum non
eſſet aliquo modo hæreditarium, ſed filiis, & deſcendenti-
bus ſimpliciter deberetur iure proprio filiationis, & deſcen
dentiæ, & ſic merè ex prouidentia, & pacto domini conce-
dentis, ut quia eſſet facta conceſſio pro ſe, & filiis, & deſcen-
den-

dentibus ſimpliciter iuxta ea, quæ uoluit Bal. & ſequuntur
alij in d.c.1.an agn.uel filius in.3 col.ibiq; Moderni in 6.col.
Alex.in conſi.28.in 5.uolu.Iaco.Aluaro.Præpo. Bal. & alij
in c.1.de eo, qui ſibi, & hæredibus, in l.2. C.de ſuis & legit.
in c.1.de ſucceſ.feu.& in c.1.§.& quia de iis, qui feu.da.poſ-
ſunt, uel etiam quando feudum eſſet conceſſum pro hære-
dibus maſculis, uel ex ſuo corpore deſcendentibus, uel pro
hæredibus de familia, aut agnatione, uel de ſanguine, ut uo
luit Bal.in l.caius ff.ſolu.matri.in l.liberti in fin.C. de operis
liberto.& in l.gallus §.etiã ſi à parẽte ff.de liberis, & poſth.
& ibi Alex.& per eundem in d.l.quod dicitur in 16.col. qui
atteſtatur hanc eſſe communẽ opinionem, & optimè pro-
batur in c.1.§.licet diuerſum de aliena.feudi, & optimè fa
ciunt ea, quæ uoluit Bal.in l.cum uirum in ulti.col.C. de fi-
deicom.uel quando fuiſſet conceſſum pro ſe, & genere ſuo,
ut uoluit Bal.in c.1.ſi uaſallus feudo priuetur poſt Dyn. in
c.nõ debet de reg. iur.in 6. Idem ſi eſſet feudũ familiare,
ut quia eſſet conſſeſſum pro ſe, & familia, aut pro domo, ut
not.uoluit Bal.in d.l.cum uirum in fin.uer.& facit id, quod
habetur in l.fin.C.de uerbo.ſignifi.in l.cum ita §. in fideicõ
miſſo, in l.peto §. fratre cum ibi not.ff.de lega.2.& in l.gal-
lus §.quidam rectè.ff.de lib.& poſthu. tunc propter delictũ
patris, ſeu alterius aſcẽdentis filius, ſeu deſcendẽs feudo nõ
22 eſſet priuandus, ſed ad illud admittendus, quia † delictum
patris non debet nocere filio in eo, quod habet filius iure
proprio, & ex perſona ſua l.diui in fi.ff.de iure patronatus,
l.ſi patroni ff.ad trebel.l.cum, qui ff.de interdictis, & relega-
tis, ut uoluit Ioan.de Imola in c.fin.in 11.col.extra de feu-
dis, & in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus, ibiq; Paul.de Caſt.
& Roma.ff.de damno infecto, quem refert, & ſequitur ibi
Alex.in 14.col. qui multos docto. allegat hoc tenentes, &
ipſe atteſtatur hanc opinionẽ eſſe communem, dicitq; per
iſtud limitari tex.in c.1.ſi uaſal.feu.priue.& illud, quod uo
luit Bart.in d.l.cum qui: idem & clarius dixit, & ſequutus
fuit Alex.in conſi.19.in 4.et 5.col.in 5.uol.et in cõſi.2.in 5.
col.eodem uol.idemq; uoluit Paul.de Caſt.in l.adoptiuum
§.ſi patronum ff. de in ius uocan. Dyn. in c. non debet de
regu.iur in 6.Calcaneus in conſ.73.in 2.col.Paul.de Caſt.
in conſi.218.in 2.uol.incipien.præmittendum eſt, Cyn. &
Salice.in l.2.C.de libertis, & eorũ liberis, Bal.in c.1. §. hoc
quoque de ſucceſſ.feu.uerſi.pone, et eſt de mente Bart. in
d.l.cum qui, et idem ſequitur Bal.in c.1.ſi uaſal. feu. priue.
cum ſimil.adductis per Alex.in d.§.ſi de uectigalibus, et in
conſiliis allegatis, & fuit de mente Ioan.Andr.& Abbatis in
23 d.c.fin.extra de feudis: † Et dicit Bal.in d.l. cum uirũ in ult.
col.quòd quando feudum paternum eſt familiare, ut quia
conceſſum pro familia, & genere, uel pro hæredibus maſcu
lis, tunc non dicitur eſſe quid hæreditarium, & ideò non cõ
prehenditur ſub reſtitutione fideicommiſſi uniuerſalis, ſe-
cus ſi eſſet feudum hæreditarium, ut quia eſſet conceſſum
pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, uel pro filiis hæredibus, idẽ
uoluit Alex.poſt alios docto.communiter in d.l.ſi patroni ff.
ad trebell.ergo ſicut uaſallus per uiam fideicõmiſſi non po
teſt filiis præiudicare in feudo auito, ſeu paterno, quod ipſis
filiis debebatur iure proprio, & ex prouidentia, quoniam in
illo pater non poteſt filios grauare, eodem modo non po-
terit in eo filiis præiudicare mediãte crimine, & delicto ſuo,
quoniam delictum debet tenere ſuos auctores: & ita expreſ
24 sè uoluit Bal.in d.c.1.ſi uaſallus feudo priuetur, † & prædicta
uidentur procedere etiam, quando uaſallus delictum com-
miſiſſet directè in dominum, propter quod eſſet feudo pri-
uandus, & aliàs feudum de iure deberet ad dominum redi-
re iuxta tex.in c.1.§.denique, quæ fuit prima cauſa benefi.
amitten.quia ſi fuiſſet conceſſum pro filiis, & deſcendenti-
bus maſculis (quo caſu dicitur ſpectare ad deſcendẽtes iu
re proprio, & ex prouidentia domini) tunc in tali feudo
ipſi filij, & deſcendentes maſculi ſuccedere deberent, &
delictum paternum eis non noceret, ut uidetur expreſsè
de mente Bald.in dicto c.1.§.denique in 1. colum. quam-
uis Paul. de Caſtr. in l. 1. C. de bonis libertorum, & in l.
2.C.de libertis, eorumque liberis contrarium velit, quan-
do delictum eſſet commiſſum directè in dominum, nam
ut is habeat ſuæ iniuriæ vlctionem, feudum reuertitur ad
ipſum d. §. denique, ſed, vt dixi, contrarium uoluit Bald.
in d.§.denique loquendo etiam, quando delictum eſſet cõ
miſſum in dominum, & idem fuit de mente Petri, & Cyni in
d.l.2.C.de libertis, & eorum liberis, & ſequitur Salice.ibi.
Quare ſi hoc uerum eſt in caſu, quando delictum fuit dire-
ctè commiſſum in dominum, ergo multò magis hoc dicen-
dum eſt in caſu, in quo delictum eſſet commiſſum in alium,
quam in dominum, quia, ut omnes fatentur, minus acquiri-
tur feudum domino, quando commiſſum fuit delictum à
vaſallo in alium, quam quando in ſe, ut eſt textus in d.§.de-
nique. Præterea uoluit Paulus de Caſtro in d.l. 2.in penul
tima columna, quòd aut delictum fuit directè commiſſum
in dominum, & tunc feudum reuertitur ad dominum, ut ha
beat ſuæ iniuriæ ulctionem, etiam ſi feudum fuiſſet conceſ-
ſum pro ſe, & liberis, & deſcendentibus maſculis, aut deli-
ctum fuit commiſſum in alium, & in dominum ſimul, & tũc
delictum non nocet filijs, & deſcendentibus, pro quibus fue
rat conceſſum, quia iure proprio ad illud admittũtur, idem
ergo, & magis, quando delictum fuiſſet commiſſum ſimpli-
citer in alium: ſed in caſu noſtro, ſiue dicamus delictum fuiſ
ſe commiſſum ſimpliciter in alium, quàm in dominum, ſiue
commiſſum fuiſſe in dominum, & in alium ſimul, quia va-
ſallus interfecit filium ſuum, qui erat de vaſallis domini,
hoc eſt de uocatis, quo caſu delictum dicitur reſpicere feu-
dum, & dominum, vt dictum fuit; item interfecit uxorem,
ſororem, & famulos, ergo ſequitur, quòd huiuſmodi deli-
ctum non debet nocere filio, ſi feudum dicebatur filiis, &
deſcendentibus iure proprio, & ex prouidentia debitum.
Quinimmò uidetur velle Paulus de Caſtro in d.l.1.C. de
bon.liberto.in ultima columna, & in l.adoptiuum §.pater-
num ff. de in ius uocan. quòd etiam ſi feudum ſit nouum,
hoc eſt acquiſitum à patre pro ſe, & filiis, & deſcendenti-
bus ſuis, hoc in caſu delictum patris, quod fuit in alium,
quàm in dominum commiſſum, non debeat nocere filiis,
nec deſcendentibus, quia uult differentiam eſſe inter feu-
dum nouum, & paternum, ſeu antiquum, quando feudum
eſſet conceſſum ſimpliciter, & ſic eſſet hæreditarium, ſecus
qñ eſſet conceſſum pro filiis, & deſcendentib. quia tunc nõ
habetur diſtinctio, an ſit nouum, an antiquum, ſeu pater-
num, & idem eſt de mente Salice.in d.l.2.poſt alios; ergo ex
prædictis infertur, quòd ſi in caſu noſtro feudum erat debi
tum, ſeu conceſſum filiis, & liberis non ut hæredibus, ſed ut
filiis, & iure proprio, delictum paternum non potuit in feu
do præiudicare filio, quin ipſe ad feudum poſſit admitti.
¶ Quòd autem in caſu noſtro feudum ſit paternum, ſeu
auitum, conſtat ex iis, quæ in facto præſupponuntur, nam
Sigiſmundus antiquus auus Sigiſmundi moderni fuit ille,
qui acquiſiuit feudum, ex titulo emptionis factæ cum con-
ſenſu, & voluntate domini, & ſic legitimè, & iuſtè, † quia 25
licet feudum alienari non poſſit, tamen quando alienatio
facta fuit cum conſenſu, & uoluntate domini, dicitur legiti
mè, & iuſtè facta, ut in c.1.in princi.de aliena.feud.pater.&
per Præpoſitum, & alios in c.1.in fin. quæ fuit prima cauſa
benefi.amitten.& ibi Bal.& Iſern.c.1.§.Titius, & ibi ſcriben
tes ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum, & agna
tos & habetur in c.imperialem §.1.de prohibi.feu.alie.per
Federicum: unde cum fuerit acquiſitum feudum ab auo Si
giſmundi iunioris, ſequitur, quòd feudum quoad ipſum Si-
giſmundum iuniorem dicitur eſſe auitum, & paternum, ca
piendo

26 piendo paternum feudum ad differentiam noui, quia † paternum dicitur eſſe illud propriè, quod eſt uſque ad quartum gradum incluſiuè, ab inde infra dicitur antiquum, ut in c.1.§.hoc quoque de feudi ſucceſſio. & per Baldum in authen.defuncto in 2.colum. C.ad tertullianum. Abuſiuè tamen omne feudum, quod fuit parentum, & aſcendentium, dicetur paternum, ut in c.1.de ſucceſſio.feu. & in c.1. de ſucceſſione fratrum, uel de gradibus, Bal.in c.1.§.& quia de his, qui feudum dare poſſunt in præludiis feudorum in 6.diuiſione, & quamuis feudum, de quo agitur, potuerit dici nouum reſpectu primi Sigiſmundi, & Angeli eius filii, tamen reſpectu Sigiſmundi moderni feudum dicitur auitum, & paternum, ut in terminis colligitur ex ijs, quæ uoluit Paulus
27 de Caſtro in cõſi.160.in 2.libro in 2.colum.item † quòd feudum etiam in terminis noſtris non ſit hæreditarium, ſed debitum filiis, & deſcendentibus maſculis iure proprio, & ex prouidentia, demonſtratur, nam in facto præſupponitur, quòd de natura huius feudi fuerit ante, quã perueniret ad manus primi Sigiſmundi, quòd tranſiret ad filios, & deſcendentes maſculos, tanquã ad filios, & deſcendentes, & nõ ad eos tanquam ad hæredes, quia fuit conceſſum ſimpliciter à Camera Ducali pro filiis, & deſcendentibus maſculis: item præſupponitur in facto, quòd Camera Ducalis conſueta eſt dare, & concedere ſub iſta forma, uidelicet pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis, et non ſub alia forma, ex quibus infertur, quòd feudum iſtud, tàm attenta forma ſpeciali antiqua ipſius feudi, quàm etiam attenta generali conſuetudine ipſius Cameræ Ducalis, quæ dicitur eſſe directa domina feudi, debet iudicari non hæreditarium, ſed ex prouidentia, & iure proprio debitum filiis, & deſcendentibus
28 maſculis ipſius Sigiſmundi antiqui, tum quia † in dubio ſemper cenſeri debet feudum eſſe conceſſum ſub antiqua forma, & ſub qua conſuetum erat feudum cõcedi, & ideò in dubio ſemper debet intelligi, ut ille, ad quẽ peruenit feudum, illud habeat ſecundum anteriorem naturam, & antiquam inueſtituram, et conditionem, ut eſt textus in c.1.de vaſallo decrepitæ ætatis, et expreſsè hoc uoluit Alexan.in conſi.29.in 5.volumi.in 6. colum.in uerſic. nunc de quinto, argumento tex.in l.item quæritur §.qui impleto ff. locati, l.penultima §.vxor ff.ſoluto matrimonio, c.1.de natura ſucceſſio. feudi c.1.in finalib. uerb. quid ſit inueſtitura feudi, et optimè facit id, quod voluit Bal.in l.vnica C.quando non peten.partes in penultima columna in verſic.ſed quid ſi dominus, et per Paulum de Caſtro in conſi. 45.in 2.libro in 2.colum.ibi in dubio autem, vbi conceſſiones, et inueſtituræ factæ de feudo aliquibus in dubio ſemper intelligi debent eſſe factæ ſecundum conditiones, et pacta contenta in primis, et antiquis inueſtituris argumento c.1.de eo, qui finem fecit agna.in fin. et argumento c.1. de fratre de nouo benefi.inueſti. et in c.1.de duobus fratribus à cap. inueſtit.
29 Itẽ † quando duo fratres inueſtiuntur de beneficio, quod fuit paternum, cenſentur inueſtiti tanquam de paterno, et non tanquam de nouo, et ſecundum formam, et naturam antiquam, ſi de illa conſtaret, alioquin eſſet probanda, ut per Paulum de Caſtro in d.conſi. et per Baldum in d.l. vnica in penultima columna, et dicit dominus Præpoſitus in præludiis feudorum in ſexta diuiſione, quòd conſtito de aliqua priori inueſtitura feudi, in dubio præſumi debent ſequentes conceſſiones ſecundum antiquas, ſecus ſi de prioribus antiquis inueſtituris non conſtaret, & facit id, quod uoluit gloſ.in l.quod dicitur ff.de impen. in rebus dota. factis in fin.prin. & prædicta ſunt etiam de mente Alexandri
30 in conſi.2.& in conſi.15.in 5.volu.tum etiam quia † in dubio ſemper debet cenſeri facta conceſſio feudi, ſeu emphyteoſis ſecundum, & prout eſt de conſuetudine eccleſiæ, ſeu domini concedentis, qui in dubio præſumitur conceſſiſſe, prout ipſe erat conſuetus concedere, argumento l.quod ſi nolit §.qui aſſidua ff.ædil.edicto. Bal.in l.fina.in 3.colum.C. de ſucceſſo.edicto, Barto.& alij in authen.qui rem.C.de ſacroſan.eccl. qui dicunt ſeruandam eſſe conſuetudinem antiquam conceſſionum, & Bal.in l.etiam ff.ſoluto matrimo-
31 nio inquit, quòd † in dubio non eſt recedendum à forma conſueta, & quòd cõceſſio ſemper in dubio intelligi debet ſecundum antiquam, & conſuetam naturam, ut ibi, & per
32 Alexandrum in conſi.5.in 5.colum.in 5.volumi. vbi † res conſueta dari in feudum, vel in emphyteoſim ab eccleſia debet concedi ſub forma ſolita, aliàs non valet, quoniam debet fieri, & in dubio cenſenda eſt facta ſecundum modũ conſuetum, vt per Bar.in d.auth.qui rem, & per multa alia, quæ allegat Alex.ibi in d.conſi.& etiã in conſi.160.in 2.lib. in 2.colum.& faciunt not.per Bartolum in l. ſi mihi, & Titio in vltima columna ff.de verborum obligatio.& ibi Alexan.& per Bartolum, & Baldum in authenti. ſi quas ruinas C.de ſacroſanctis eccleſijs, & dicit Bal.in præludijs feudo-
33 rum, quòd † in feudis, & eorum conceſſionibus conſuetudo omnino eſt ſeruanda, immò in dubio cenſetur facta ſecundum conſuetudinem feudi, etiam ſi id dictũ non fuerit, argumento eorum, quæ habentur per Baldum in d.l. fina.de ſucceſſo.edicto. & per eundem in l.1.in 2. quæſtio. C.pro ſocio, & faciunt not. per Bartolum, & per Alexandrum in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regulis iuris, & per Bartolum in l.nemo eſt, qui neſciat ff.de duobus reis, & per Abbatem in cap.cum m. in prima columna extra de conſtitu. & ibi moderni, & habetur per Angelum in §. empyteoſim in authen.de non alienan.aut permutã. rebus, & per Alex.in conſi.125.in 2.col.in 5.uol. ¶ Præterea, ut
34 in facto præſupponitur, † Sigiſmundus atiquior emit feudum de conſenſu domini directi, qui ab ipſo Sigiſmundo, aut ſucceſſore ſæpius interpellatus fuit, quòd deberet inueſtiturã facere de feudo, ſecundum quod conſuetum fuerat feudum illud concedi; Vnde cum per ipſum Sigiſmundum non ſteterit, quo minus fieret inueſtitura, & dominus fuit in mora faciendi inueſtituram, ſequitur, quòd quoad Sigiſmundum, & ſucceſſores ſuos debet haberi pro facta, & eo modo, quo conſueta erat fieri argumento l. iure ciuili cum ibi nota. ff. de condition. & demonſtration. & habetur in c.1.poſt prin.de capitu.Corradi, & in c.1.quo tempore miles, & in c.imperialẽ §.præterea il 1.de prohibita feu. alie. per Federicum, ubi ſufficit ad hoc, ut dicatur, & cenſeatur inueſtitura facta, quòd quis illam à domino petierit, excuſatur enim, ſi illam petierit, quamuis facta non fuerit, alioquin eſſet in poteſtate domini, qui denegaret, & negligeret facere inueſtituram, quòd uaſallus, qui non eſſet in aliqua mora, feudo priuaretur, quod iniquum, & abſurdum eſſet dicere, ut per Paul.de Caſt.in conſi.85.in 2. lib. in ult. col.incipien.quæſtio iſta uertitur; Et in ſimili benè facit id, quod dicit Alex.in conſi.2.in 5.col.5.in uolu.ex mente Bal. in c.1.§.denique quæ fuit prima cauſa benefi. amitten. qui
35 inquit, † quòd per alienationem factam à uaſallo in caſu non permiſſo, quamuis ipſe uaſallus priuetur, tamen agnati priuandi non ſunt, aliàs eſſet in poteſtate uaſalli ſic priuandi agnatos feudi ſucceſſione abſque eorũ culpa, quod minimè eſt dicendum, ut in rubro, & nigro de feudo ſine culpa non amittẽdo, & ut ait Alex.in d.conſi. 2.in 5. col.in
36 5.uol. † ubicunque feudum eſt expreſsè conceſsum generi, & agnationi, ſeu deſcendentiæ maſculinæ, & proueniat ab auo, uel proauo, prout in caſu noſtro, tunc delictum unius non nocet aliis l.eum, qui, & ibi Bar. ff.de interdic.& releg. not.Cyn.Petrus, et Salice.in l.2.C. de libertis, et eorum liberis, Dyn.in c.non debet de regu.iur.in 6. Bal.in d.c. 1.§. denique, et in d.c.1.ſi uaſallus feudo priuetur. ¶ Non ob-
37 ſtant ea, † quæ uoluit Barto.in d.l.eum, qui, cuius doctrina eſt

na eſt cōiter approbata,ut per eum,& alios in l.ſi finita §.ſi
de uectigalibus ff.de dā.infec.ubi cōcludit delictū patris in
feudo nocere filio, quia pro reſponſione conſiderandum
eſt,ut uoluit expreſsè Barr.in d.l.cum, qui, & eſt de meute
doctorum communiter in d.§.denique,& in d.c.1.§.ſi uaſal
lus culpam ſi de feudo fuerit controuer.& in c.1.§. item ſi
fratrem quibus ex cau.feu.amitr.& in d.c.1. ſi uaſallus feu.
priuetur,& in d.c.1.an ille,qui fratrem interfecit, & etiam
in d.l.1.C.de bonis liber.& in d.l.2.C.de libert. & eorum li
beris,necnon in d.§.ſi de uectigalibus, & in d.l.adoptiuum
§.patronum de in ius uocan.ac etiam in c.fin. extra de feu.
& in multis aliis locis ſupra allegatis,quòd aut delictum di-
rectè commiſſum fuit in dominum, & illud nocet filiis, &
etiam agnatis,quia feudum reuertitur ex lege feudi ad do-
minū,etiam ſi feudum eſſet ex prouidētia,& pacto, ut quia
eſſet conceſſum pro ſe,& filiis,ſeu deſcendentibus maſculis
ſimpliciter,& iſto modo procedit doctrina Bar.in d.l.cum,
qui,ut dominus ſuæ iniuriæ habeat ulctionem d.§.denique:
multi tamen,ut retuli ſupra,& fortè melius uoluerūt, quòd
iſto caſu,ſi feudum ſit ex prouidentia,non noceat filiis,ut di
ctum fuit,ſed quia iſte non eſt caſus noſter, quia delictum
directè,& immediatè non fuit in dominum cōmiſſum,ideò
uenio ad aliud membrum Bar.in d.l.eum,qui,quod mem-
brum reſpicit caſum noſtrum, uidelicet quando delictum
reſpiceret directè,& immediatè aliam perſonam,quā per-
ſonam domini,ut eſt caſus noſter, quia ſi eſſet tale delictū,
propter quod ſecundum legem feudi, & ciuiliter procedē
do uaſallus eſſet priuandus feudo iuxta textum in d. §.de-
nique,& in capitu.1.ſi uaſallus feu.priuetur,& in d.capit.1.
an ille,qui fratrem interfecit,& in d.capit.1.§.item ſi fra-
trem,& in d.c.1.§.ſi uaſallus culpam, tunc ſi feudum nō ſit
ex prouidentia,ſed hæreditarium, & ſit feudum antiquum,
ſeu paternum,delictum nocet uaſallo delinquenti,& etiam
filiis,& deſcendentibus ſuis,non autem agnatis,ut in d.§.de
nique, & in d.c.j. ſi uaſal.feu.priue.& in d.c.1.§. ſi uaſallus
culpam cum ſimil.Si uerò feudum paternum debet tranſi-
re ad filios ſuo iure,hoc eſt ad eos,ut filios, & non ut hære-
des, tunc delictum paternum nocere non debet ipſis filiis,
ſed ipſi illud poſſunt ſibi retinere argumento d.l.eum,qui,
& iſte ultimus caſus Barr.eſt propriè caſus noſter,& cū hoc
dicto pertranſeunt doctores communiter,ut plenè fuit di-
ctum. ¶Et quamuis ex prædictis illud etiam ſublatum ui-
deatur,ſuper quo audio maximum ex aduerſo fieri funda-
mentum, tamen ut clarius conſtet de bono iure ipſius Si-
giſmundi,non ab re uiſum eſt illud reaſſumere, Opponitur
38 enim,quòd †dictus Sigiſmundus in feudo ſuccedere nō po
teſt propter delictum paternum,quod fuit enorme,& gra-
uiſſimum,& proditoriè commiſſum, ac ſpeciem parricidij
continet,quia Angelus filium,uxorem, ſororem, & famu-
los interfecit,ut in l.1.cum ſimil.aliàs ad hoc allegatis ſupra
ff.ad leg.pompe.de parricid.quo caſu ſecundum legē feu-
di,& ciuiliter procedendo,uaſallus feudo eſt priuandus, &
ab eo filij,& deſcendentes omnes ipſius Angeli, ſunt exclu
dendi,debetque ad agnatos pertinere,ſi extent,alioquin ad
dominum reuertitur,ut in iuribus ſupra proximè allegatis,
maximè in d.c.j. §.denique quæ fuit prima cauſa beneficij
amittē.& in d.c.j.ſi uaſallus feu.priuetur,& hoc,ut dicitur,
expreſsè uoluit Bart.in d.l.cum, qui,cum quo pertranſeunt
alij ſcribentes communiter,ut Paul.de Caſt. in d.l.adopti-
uum §.patronum,& in d.§.ſi de uectigalibus, ibique Barto.
& omnes, ac etiam doct.canoniſtæ in d.c. fin. extra de feu.
et limitatio,de qua ſupra,quòd delictum paternum non de
beat nocere filiis, quando feudum fuit acquiſitum filiis, ut
filiis,procedit,quando de alio crimine criminaliter proce-
deretur,& non de crimine,propter quod uaſallus eſſet feu
do ciuiliter,& ſecundum legem feudi priuandus:Et ita ex-
preſsè ſequendo Bart.in d.l.eum,qui,uoluit,& declarat Ia-
cobus de Sancto Georgio in ſuo tractatu de feudis in ma-
teria priua.feu. uerſicu. uidendum nunc generaliter: Sed
huic oppoſitioni reſpondetur, ſi rectè conſiderentur uerba
Barto.in d.l.eum,qui,& Imolæ in d.c.fin.de feudis,& in d.§.
ſi de uectigalibus,& Alexan.ibi in 14.colum. & aliorum di
centium,quòd quando feudum paternum conceſſum fuit
pro ſe,& filiis,ſeu pro genere, aut per alia huiuſmodi uer-
ba,ex quibus inferatur feudum debere tranſire ad filios, &
deſcendentes,& iure proprio,ac ex prouidentia, ſi uaſallus
commiſerit delictum in alium,quàm in dominum, propter
quod ſecundum legem feudi, & ciuiliter uaſallus ſit feudo
priuandus,tunc tale delictum nocere filiis non debet, quin
poſſint in feudo ſuccedere,& hoc modo limitari debet tex.
cum ibi not.in d.c.j.ſi uaſal.feu.priuetur ſecundum Alexā.
in d.§.ſi de uectigalibus in 14.colum. qui limitando, ut ſu-
pra,dicit per hoc multum ſingulariter limitari id,quod uo-
luit Bartol.in d.§.ſi de uectigalibus,& id etiam, quod ponit
text.in d.c.j.ſi uaſallus feudo priuetur, qui text. loquitur in
terminis,quādo eſſet commiſſum delictum in alium, quàm
in dominum, propter quod ſecundum legem feudi uaſal-
lus priuandus eſſet,ut omnes uolunt ibi,& ubique,quoniam
tunc regulariter feudum nullatenus ad filios, & deſcenden
tes tranſire poteſt,ſed ad agnatos,ut ibi dicitur,nam illud li
mitatur non procedere in caſu,quo feudum eſſet ex proui
dentia,ut quia eſſet conceſſum pro ſe,& filiis, & deſcenden
tibus,tunc enim delictum non noceret filiis, quin feudum
iure ſuo retinere poſſent, etiam ſi eſſet delictum, propter
quod ſecundum legem feudi, & ciuiliter uaſallus eſſet feu
do priuandus, quia propriè in caſu iſto loquitur text.in di-
cto c.1. & conſequenter etiam in terminis iſtis intelligen-
da eſt limitatio,de qua ſupra,ac etiam id,quod uoluit Bar-
tol.in d.l.cum,qui ff.de interdictis,& relegatis, ſuper cuius
dicto Alexan.& Imola hanc limitationem fundant.Præte-
rea omnes doctores ponentes limitationem ſupra relatam
loquuntur in caſu, quando fit differentia inter caſum, in
quo delictum committitur in dominum,& caſum,quo non
committitur directè in dominum,ſed in alium: Item in ca-
ſu,in quo fit illa diſtinctio,an propter delictum feudum re-
uertatur ad dominum,an uerò ad agnatos,prout diſtingui-
tur in d.c.1.ſi uaſallus feudo priuetur,in d.cap.j.§.ſi uaſal-
lus culpam,& in d.c.j.an ille,qui interfecit fratrem,quæ iu-
ra allegat Bar.in d.§.ſi de uectigalibus:Sed hæ diſtinctiones,
& iura proximè allegata,ſuper quibus fundantur,loquun-
tur,quando eſt commiſſum tale delictum,propter quod ua
ſallus,& filij ſui regulariter ſecundum legem feudi,& ciui-
liter ſunt feudo priuandi,non autem criminaliter tantum,
ut in dictis iuribus, ac etiam in d.c.1.§. deniq; quæ fuit pri.
cau.benefi.amit.& in d.c.j.§.item ſi fratrem quib. mo.feu.
amitt.ergo apertè infertur,quòd doct.qui communiter po
nunt dictam limitationem,quòd filius feudo non ſit priuan
dus ob delictum patris,quando feudum erat ex prouidētia,
loquuntur in caſu,quo delictum eſſet tale, propter quod ſe
cundum legem feudi,& ciuiliter uaſallus feudo priuari de-
beret,& ita manifeſtè colligitur ex uerbis Imol. in d.c.fi.&
in d.§.ſi de uectigalibus,& Alex.ibi in 14.col.Pau.de Caſtr.
in d.§.patronum,& aliorum omnium,quos ſupra ad propo
ſitum allegaui,& qui aliter eorum uerba intelligeret, non
benè intelligeret,nec alia fuit mens Bartol.in d.l.cum, qui,
quem pro ſe allegat præfatus Iaco.de Sancto Georgio,qui
intelligit illud dictum Bart.in delicto, ob quod uaſallus ſe-
cundum legem feudi,& ciuiliter feudo eſt priuandus,et ta-
men ſecundū Bar.ibi,ſi feudum eſſet ex prouidētia, et iure
proprio debitum filiis, & deſcendentibus, delictum patris

non poteſt nocere filiis, & conſequenter, quòd in caſu iſto non uendicant ſibi locum iura præallegata in uſu feudorum, quæ ſecundum legem feudi excludunt filios, ac agnatos uocant, ut ibi per Bartolum, & ita Alexan. in locis allegatis ſupra, maximè in d. §. ſi de uectigalibus ad propoſitum huius limitationis Imol. in d.c.fin. & in d. §. ſi de uectigalibus adducit doctrinam Bartoli in d.l.eum, qui: Quæ limitatio, & communis doctrina imponit falcem ad radicem in terminis noſtræ quæſtionis, ſi præſupponamus, prout eſt præſupponendum, quòd in caſu noſtro feudum ſit paternum, & fuerit, ſeu cenſeatur conceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis, ſicque ſit ex prouidentia, prout ſemper antiquitus conſuetum fuit concedi, ac etiam ſicut camera Ducalis conſueta fuit ſemper ſub hac forma, & non ſub alia feuda ſua concedere per prædicta.

¶ Non aduerſatur etiam prædictis, quòd licet feudum, de quo agitur, ante, quàm ad primum Sigiſmundum perueniſſet, eſſet antiquum, & antiqui feudi naturam haberet, ta-
39 men † poſtquam de conſenſu domini fuit emptum ab ipſo Sigiſmundo, cœpit eſſe nouum feudum per mutationem nouæ perſonæ, ſicut dicitur de nouatione in l.fi. C. de nouationibus cum ſimilibus, ita in terminis uoluit Alexand. & eſt uerisſimum in conſil. 28. in 5. uolum. in 1. & penultima colum. Paul. de Caſtro in conſil. 160. in 2. libro: Sed quando feudum eſt nouum, indiſtinctè delictum patris nocet filio, ut uoluit Imol. in d.cap.fin. in 10. colum. de feudis, & in dicto §. ſi de uectigalibus, ibique Alexan. & communiter doctores legiſtæ, atque feudiſtæ, quos ſupra retuli, & ita loquitur Andr. Iſern. in d.c. 1. ſi uaſallus feudo priuetur in uerſic. niſi, ergo in caſu noſtro Sigiſmundus iunior ob delictum paternum ad feudum non eſt admittendus, quia pro reſpon-
40 ſione dici poteſt, † quòd poſito, ſed non conceſſo, quòd diceretur feudum nouum, prout differt à paterno, tamen ex quo fuit conceſſum pro filiis, & deſcendentibus, & ſic dicitur debitum ex prouidentia, delictum patris ſaltem, quod non reſpicit dominum, non poteſt filiis nocere, ut eſt de mente Pauli de Caſtro, & aliorum, ut ſupra declaraui, & nunc aliter non refero. Secundo reſpondeo, quòd quamuis feudum hoc potuerit dici nouum reſpectu ipſius Sigiſmundi emptoris, eiuſque filij Angeli, ut propriè loquitur Alexan. in d.conſi. 28. cum ſimilibus, tamen reſpectu Sigiſmundi nepotis non dicitur eſſe nouum, ſed auitum, & paternum ad differentiam noui feudi, ut expreſsè uoluit Alexan. in conſil. 2. & in conſil. 15. in 5. uolum. & Paul. de Caſtro in d. con-
41 ſil. 160. Et probatur, quia † feudum paternum dicitur, quod habuit initium ſaltem ab auo, & propriè dicitur paternum uſque ad quartum gradum incluſiuè, ultra uerò quartum gradum dicitur antiquum propriè loquendo, largè autem loquendo paternum dicitur etiam id, quod ſaltem initium habuit ab auo uſque in infinitum, ut declarant domini feudiſtæ in prælud. feudo. & ibi Præpoſi. in 6. diuiſione, Bal. etiam in c. 1. §. & quia de his, qui feudum dare poſſunt, & in authen. defuncto C. ad tertullianum cum aliis ſupra ad hoc allegatis, ſed reſpectu lineæ Sigiſmũdi iunioris feudum habet initium ab auo ſuo, ergo quoad ipſum non dicitur nouum, ſed paternum. ¶ Aliis, quæ primo loco ſupra fuerunt contra Sigiſmundum modernum adducta, ſtantibus præmiſſis ad illius fauorem allegatis, facile reſponderi poteſt, & primo fundamento, quòd ob crimen parricidij Sigiſmundus uaſallus, eiuſque filij, & deſcendentes ſecundum legem feudi, & ciuiliter feudo debuerint priuari, & in eo ſuccedere debeant agnati, qui iure feudi in illo ſuccedere poſſent, illis uerò non extantibus, prout in ueritate in caſu noſtro non extant, tunc feudum non confiſcetur, ſed ad dominum reuertatur iuxta ea, quæ habentur in d.c. 1. §. ſi uaſallus culpam, & ibi ſcribentes feudiſtæ ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum, & agnatos, & in c. 1. ſi uaſallus feudo priuetur cum ſimilibus aliàs ſæpius ſupra allegatis, iunctis iis, quæ habentur per Paulum de Caſtro in l. adoptiuum §. ſi patronum ff. de in ius uocan. & per Alexan. in d. §. ſi de uectigalibus in 11. colum. poſt Imolam de damn. infect. & per Præpoſit. in d.c. 1. §. & quia de his, qui feudum dar. poſſunt in 12. colum. Huic inquam fundamento, quòd eſt potiſſimum inter alia, quæ dicto Sigiſmundo moderno obſtare uidentur, reſponſio colligi poteſt ex iis, quæ latiſſimè dicta ſunt ſupra in primo fundamento facto ad fauorem dicti Sigiſmundi. Similiter ex illis tolluntur ſecũdum, & tertium fundamentum contrarium, quæ in effectu ad idẽ cum primo tendunt. ¶ Non obſtat quartum argumentum, quòd feudum reuerti debeat ad dominum propter delictum uaſalli, qui ſibi, filiis, & agnatis potuit præiudicare, quia huic argumento paulò ante fuit expreſsè reſponſum ibi in uerſicu. non aduerſatur etiam prædictis &c.

¶ Quinto autem fundamento, quod magis urget, poteſt re-
42 ſponderi, quòd † illa theorica domini Andreæ Iſer. in d.c. 1. in princip. ſi uaſallus feu. priuetur (in quantum differentiam facit, an feudum fuerit conceſſum alicui pro ſe, & filiis ſuis nominatim, an uerò pro ſe, & filiis ſimpliciter, quòd primo caſu delictum patris non noceat filiis nominatis, ſecundo autem caſu ſic) procedit in feudo nouo, & nouiter acquiſito per patrem, qui deliquit, quoniam ex quo eſſemus in feudo nouo, ipſe delinquendo potuit præiudicare filiis, pro quibus acquiſiuit feudum per uerba indefinita filiis, & ſimpliciter, ſed non quando filij fuiſſent nomine proprio uocati: Nos autem non ſumus in feudo nouo, ſed in auito, & paterno, ut declaratum eſt, in quo feudo paterno non poteſt pater delinquendo, ſeu alio modo præiudicare filiis, & deſcẽdentibus, pro quibus fuiſſet feudum acquiſitum ex prouidentia, & conſequenter quibus feudum iure proprio debebetur, ut ſupra ſæpius dictum fuit. Secundo reſpondeo, quòd poſito, ſed non conceſſo, quòd eſſemus etiam in feudo nouo, tamen in illo pater non poteſt filiis ſuis præiudicare delinquendo, aut aliter, quando feudum deberetur filiis ex prouidentia, & iure proprio, ut quia eſſet acquiſitũ pro filiis, & deſcendentibus, ſeu aliter deberetur ipſis filijs, & deſcendentibus, non ut hæredibus, ſed ut filiis, et deſcendentibus, prout debetur in caſu noſtro, ueluti ſupra concluſum fuit ex mente doctorum communiter: Et ſi Iſernia in hoc contrarium uoluit, malè loquitur, quoniam doctores legiſtæ, canoniſtæ, et feudiſtæ communiter contrarium uolunt, ut ſupra probaui, ergo ab hac communi ſententia non eſt recedendum. Tertio reſpondeo, quòd Iſernia debet intelligi, quando feudum fuiſſet requiſitum pro filiis, ut hæredibus, nam tunc delictum patris nocet filiis etiam in feudo paterno, quando erat tale delictum, propter quod ſecundum legem feudi, et ciuiliter loquendo uaſallus feudo erat priuandus, et in hoc caſu ſemper loquor, ut ſupra dictum fuit. Differentia ergo, quam facit Iſernia ibi, non aduerſatur, immò uidetur facere ad fauorem dicti Sigiſmundi, nam uidetur ex mente ſua inferri, quòd aut quis recepit feudum pro ſe, et nominatim pro filiis, puta dicendo accipio pro me, et filiis meis, et ſic pro filiis nominatis per nomen appellatiuum, et tunc delictum paternum filiis nocere non poterit, quibus feudum fuit debitum iure proprio, et ex prouidentia, et iſte eſt caſus noſter, cum quo doctores communiter pertranſeunt, ut ſæpe dictum fuit, aut quis accepit feudum pro ſe, et filiis non nominatim, ſed uel ſimpliciter nulla facta mentione de filiis, quo caſu intelligitur etiam acquiſitum pro illis, ut hæredibus, ut in c. 1. §. licet diuerſum de alienatio. feudi, et declarat Bald.

in

in c.1.an agna.uel filius, vel dicendo pro filiis hæredibus,
quibus caſibus feudum cenſetur eſſe quid hæreditarium,
ad quod filij,& deſcendentes non poſſunt admitti,niſi etiã
ſint hæredes, ueluti ſupra dictum fuit, maximè per ea, quæ
habentur in c.1.an agna.uel fil.ubi Bal.& alij, & per Alex.
in d. conſil.18.23. & 26. in 5. uolum. & habetur in c.1. de
eo,qui ſibi,& hæredibus,ibiq; Bald.& alij cum ſimil.allega-
tis ſupra in ſeptimo argumento contrario: Et hic non eſt
caſus noſter: quare illa doctrina Iſern. uel non aduerſatur,
uel potius pro ipſo Sigiſmundo facit. ¶ Non aduerſatur
etiam ſextum argumentum, quòd feudum ſit apertum do-
mino, propterea quia delictum reſpicit feudum, & com-
miſſum eſt in legem feudi taliter, quòd delictum poteſt di-
ci reſpicere directè dominum, quoniam fuit offenſus ua-
ſallus domini,hoc eſt filius uaſalli, qui etiam erat de uoca-
tis ad feudum per ea,quæ latè dicta ſunt in hoc ſexto argu-
43 mento,quia pluribus modis reſpõderi poteſt,primo † quòd
prædicta non procederent, quando feudum deberetur fi-
liis, ut filiis, & iure proprio,nam tunc pater mediante deli-
cto ſuo non poſſet præiudicare filiis in eo,quod eis debere-
tur iure ſuo, ut eſt de mente Bart.in d.l.eum, qui de inter-
dictis, & aliorum, quos ſupra in primo fundamento facta
pro Sigiſmundo allegaui: ſecundo reſpondeo, quod præ-
dicta procedunt, quando uaſallus interfeciſſet conuaſal-
lum ſuum,ſeu alium uaſallum domini, qui eſſet de præſen-
ti uaſallus, & feudum poſſideret, & ſic haberet ius in re de
præſenti in ipſo feudo, & ita propriè loquitur tex. in d.c.
1.an ille, qui interfecit fratrem, & ibi Bal.Præpoſi.& alij,
ac etiam alibi uariis in locis, exemplificando in uaſallo, qui
interfecit fratrem ſuum, ut haberet totum feudum, & ſic
etiam partem fratris, vel quando interfecit alium extra-
neum uaſallum domini ſui, ſed in caſu noſtro iſte filius, qui
fuit interfectus à patre ſuo Angelo, non habebat ius in re,
44 ſed ad rem, † quod eſt longè debilius, iuxta quæ habentur
in c.1.de conceſſ.præbend.in 6.& in c.quod autem, ibique
Abbas de iure patronatus, c.fin.de conceſſ.præben.& Bar.
in l.conditionis C.de pactis. ¶ Septimo argumento fuit re-
ſponſum ſupra, & præſertim per ea, quæ dicta ſunt in pri-
mo fundamento facto pro Sigiſmundo: Nec obſtant illa,
quæ in inſtrumento uenditionis feudi continentur, quan-
do Sigiſmundus emit feudũ pro ſe, & hæredibus &c.& ad
45 habendum,tenendum, &c. quia reſpondetur † aliud eſſe,
quòd ab initio quis emerit feudum à domino immediatè
pro ſe, & hæredibus ſuis, & cum clauſula ad habendum,
& tenendum, & cum aliis clauſulis naturam feudi alteran-
tibus, & tunc tale feudum dicitur merè hæreditarium, &
tranſire poteſt etiam ad fœminas,quia non dicitur retinere
propriam naturam feudi, vt in c.1.de feudo non haben.
propriam naturam, & in c.1.in fin.ſi de feudo fuerit con-
tentio inter domi.& agna.& ubiq́ue per glo.& docto.& ita
intelligantur ea,quæ habentur per Decium in conſi.390.&
per Bald.in c. ſignificauit in princip. de reſcrip. Roma. in
conſil.367.in ultima colum.Odofre.in ſumma de feudis in
titulo qui poſſunt ſuccedere in feud.Bald.in l.qui ſe patris
in penultima colũ.C.vnde liberi,& in l. liberti, libertæque
C.de operis liberto. in ultima colum. & in l. ſi quam C.de
operis liberto.& iſte non eſt caſus noſter: Aliud eſt, quòd
feudum alicuius antiquum ſit ex prouidentia, ut quia ſit
conceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis,&
uendatur alicui per uaſallum cum conſenſu domini, qui
conſenſit non ut infeudans, ſed ut ſimpliciter alienationi
conſentiens, iuxta text.in titulo de prohibi.feud.aliena.per
Feder.& in c.1.§.ſi titius ſi de feu.fuerit conten. inter do-
minum,& agna.cum ſimilibus,& tunc illud feudum ſic alie
natum retinet naturam primæuam,& regulatur ſecundum
antiquam conſuetudinem ipſius feudi, ut uoluit Alexan. in
conſil.5.in 5.colum. in 5.uolumi.per not.per Barto.& Bal.
in authen.qui rem C. de ſacroſanc.eccle.& in l.etiam per
Bald.ff.ſoluto matrimonio, & plenius dictum fuit ſupra cir
ca finem primi fundamenti, & illa uerba pro ſe, & hære-
dibus, & clauſula ad habendum, & tenendum appoſita
in inſtrumento uenditionis prolata inter emptorem,& uen
ditorem non dicuntur alterare primam naturã feudi, quia
huiuſmodi uerba non fuerunt expreſſa inter emptorem,&
dominum per prædicta. ¶ Non obſtat octauo loco doctri
na Bald.in d.l.qui ſe patris in 6. colum. ut ſupra, inducta,
46 quia † debet intelligi, quando auus recepiſſet feudum pro
ſe, & liberis hæredibus, ſecus ſi pro ſe, & liberis ſimplici-
ter, uel pro filiis, & deſcendentibus maſculis, prout in
caſu noſtro feudum ſic cenſetur debitum per ſæpius repe
tita,alioquin Bald.eſſet ſibi met contrarius, cum ipſe uariis
in locis contrarium ſenſerit,ut in d.c.1.ſi uaſal. feud.priue-
tur, & in aliis locis ſupra per me allega.& doctores com-
muniter idem uoluerint, ut per Imolam, & Alexan.in d.§.
ſi de uectigalibus in 14.colum. & per Imolam in d.c. fin.in
11.colum.extra de feudis cum aliis ſimilibus.
¶ Vltimo loco etiam non aduerſatur id, quod dicebatur
de clauſula illa, ad habendum, & tenendum, quia ex præ-
dictis ſublatum apparet. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum propter delictum uaſalli an ſit publicandum, & fiſco acquirendum, & nu. 10.11.12.13.14.& 15.*
2 *Ius patronatus cum uniuerſitate bonorum tranſire poteſt.*
3 *Feudum hæreditarium debet publicari propter delictum uaſalli, ob quod illius bona publicantur, & nume. 15.*
Et quomodo ad fiſcum tranſeat nume. 11.
4 *Feudum conceſſum ſimpliciter pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis an cenſeatur conceſſum ipſis, ut hæredibus, & nu. 14.*
5 *Feudum propter crimen parricidij à uaſallo commiſſum ad quos tranſeat.*
6 *Iniuria uxori illata dicitur marito illata.*
7 *Feudum propter offenſam à uaſallo delinquente domino illatam cui aperiatur.*
8 *Feudum non confiſcatur propter quodcunque crimen etiam grauiſſimum.*
9 *Et an propter homicidium fratris domini feudum domino aperiatur.*
11 *Feudum conceſſum pro ſe, filiis, & deſcendentibus, & ſic ex prouidentia debitum ad fiſcum etiam quoad fructum non tranſit.*
12 *Bona expreſſè ab homine prohibita alienari ultra iuris prohibitionem nõ poſſunt cum publicatione bonorum etiam quoad ſolam fructuum perceptionem, uita delinquentis durante, ad fiſcum tranſire.*
13 *Feudum antiquum, & auitum conceſſum generi, ſeu agnationi, aut deſcẽdentiæ maſculinæ ex delicto uaſalli etiam graui ad fiſcum cum publicatione bonorum non tranſit, ſed deſcendentibus uaſalli reſeruatur.*
16 *Aſſaſſinatus crimen eſt nefandum, & atrociſſimum, & grauiſſimè puniendum.*
17 *Fratris uxorem interficere non dicitur eſſe crimen parricidij.*
18 *Vaſallus interficiens fratrem domini, uel fratrem ſuum an feudo priuetur.*
19 *Aſſaſſinatus crimen non committitur ſine mercede, uel illius promiſſione.*
20 *Feudum ex prouidentia conceſſum pro ſe, & filijs, & deſcendentibus maſculis etiam ex crimine aſſaſſinatus commiſſo non publicatur, nec fiſco applicatur.*

EPITOME.

FEVDVM *antiquum ex prouidentia conceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus maſculis propter crimen ab uno ex dictis deſcendentibus etiam proditoriè, & per uiam aſſaſſinatus commiſſum in occidendo uxorem fratris ſui ad fiſcum cum publicatione bonorum etiam quoad ſolum commodum fructuum, uita illius delinquentis durante, non tranſire, hic probatur.*

CASVS CONSILII.

QVIDAM nobiles de anno 1448. pro ſe, & filiis ſuis legitimis, & naturalibus, & deſcendentibus maſculis ab eccleſia de feudo antiquo, nobili, & honorifico cuiuſdam caſtri cum certis bonis ſtabilibus, & prout in inſtrumento publico continetur, inueſtiti fuerunt, & cum ex poſtfacto inter dictam eccleſiam ex una, & quoſdam deſcendentes dictorum nobilium ex alia, ob quandam aſſertam felloniam ſuper dicto feudo diu litigatum fuiſſet, tandem inter ipſas partes ad quandam tranſactionem deuentum fuit, in qua inter cætera remiſſa fuit quælibet aſſerta fellonia aduerſus eccleſiam dominam commiſſa, uel, quatenus opus eſſet, ipſa eccleſia dictos deſcendentes, & uaſallos pro ſe, & eorum filiis, & deſcendentibus legitimis, & naturalibus per rectam lineam tantum maſculinam, & non per lineã eorum tranſuerſalem de dominio, & iuriſdictione dicti caſtri, & cum aliis bonis, & iuribus, & prout in aliis antiquis inueſtituris contineri dicitur, ac ſecundum naturam antiquorum feudorum, & inueſtiturarum aliàs diuerſis temporibus factarum, de nouo inueſtiuit. Deinde menſibus proximè elapſis, uxor Titii unius ex deſcendentibus, qui in dicto feudo pro parte ſucceſſit, interfecta fuit, & de hoc homicidio inquiſiti, & banniti fuerunt cum bonorum ſuorum publicatione, & confiſcatione quidam alii ex deſcendentibus prædictis, qui ſunt fratres dicti Titii, & nomine cameræ, & fiſci appreheſa fuit tenuta, & poſſeſſio bonorum feudalium pro parte ad dictos inquiſitos, & bannitos ſpectantium, & pertinentium: ſtantibus præmiſſis, dubitatur, utrum ob dictum aſſertum delictum feudum prædictum ſit publicandum, & fiſco acquirendum ſaltem quoad perceptionem fructuum, & redituum durante uita delinquentium, & bannitorum prædictorum.

CONSILIVM LXXVIII.

VISO themate, & dubio ſupra propoſito, uidetur prima fronte dicendum, quod dictum feudum tranſire debeat cum confiſcatione prædicta uniuerſali bono
1 rum, quia † & ſi de per ſe propter delictum uaſalli feudum non ſit publicãdum, nec fiſco acquirendũ, ut late per Alex. in conſi. 23. in 1. uolu. & per eundem in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus, & per alios ibi ff. de dam. infect. tamen cum uniuerſitate bonorum confiſcatorum ad fiſcum trãſire debet,
2 argumento eius, † quod dicitur de iure patronatus, quod ſaltem cum uniuerſitate bonorum tranſire poteſt c. ex literis extra de iure patro. & ibi Abbas, & alij, l. in modicis ff. de contrahen. emptione, & argu. l. quædam cum ibi not. ff. de
3 acq. re. domi. ¶ Secundo † facit id, quod uoluit Rom. quem refert, & ſequitur Alex. in d. §. ſi de uectigalibus in 13. col. qui uolunt, quod ubicunque feudum eſt tranſitoriũ ad filios, & deſcendentes, ut hæredes, ſi propter delictum uaſalli bo
4 na ſint publicãda, feudum etiam publicari debet: Sed † feudum, de quo agitur, fuit conceſſum ſimpliciter pro ſe, & filiis, & deſcẽdentibus maſculis, ut in inſtrumento inueſtituræ, ergo cenſeri debet conceſſum, & acquiſitum ipſis filiis, & deſcendentibus, ut hæredibus, ad effectum, ut ratione criminis fiſco una cum aliis bonis ſit applicãdum, ut eſt de mẽte Bal. in c. 1. ſi uaſallus feudo priuetur, ubi ipſe relatis pluribus opinionibus in hanc ſententiam inclinare uidetur per Alex. in d. l. ſi finita §. ſi de uectigalibus in 14. col. in uer. ſic.
5 item addit poſt Imol. ibi. ¶ Rurſus † cum uaſallus commiſerit graue crimen, occidendo, uel occidi faciendo uxorem fratris ſui, quæ una, & eadem caro cum fratre cenſebatur, ut in c. ſunt qui 27. q. 2. tale crimen uidetur par delicto parricidij, arg. l. 1. §. 1. ff. de parricidiis, propter quod ipſe uaſallus priuandus eſt feudo taliter, quòd etiam tranſire non poteſt ad deſcendentes uaſalli, qui iure inueſtituræ ad feudũ uocati eſſent, ut in c. 1. §. denique quæ fuit prima cau. beneficij amitten. in capit. 1. & ibi glo. ſi uaſallus feudo priuetur, & in capitu. 1. an ille, qui interfecit fratrem domini, And. de Iſern. Petrus de Ceruettis, Iac. de Beluiſo, Nicolaus de Neapoli, & ferè omnes alij in d. §. denique, & in d. c. 1. ſi uaſallus feudo priuetur. ¶ Præterea & quarto ex quo uaſallus uxorem fratris conuaſalli interfecit, aut per alium interfici mãdauit, iniuriam fratri ſuo intuliſſe uidetur, quia
6 † iniuria uxori illata dicitur marito illata, ut in l. item apud ff. de iniur. §. patitur inſtit. eod. tit. c. 1. §. 1. quibus mo. feud.
7 amitta. Sed † quando uaſallus delinquendo uaſallum domini offendit, propter quod delictum eſt feudo priuandus, tũc feudum non filiis, nec agnatis uaſalli, ſed domino aperitur, vt in c. 1. §. illud de prohibi. feu. alien. per Feder. ergo in caſu occurrẽti uaſallus delinquẽs, & eius filij, ac alij in inueſtitura comprehenſi à feudo excluſi dicuntur. ¶ Præmiſſis tamen nõ obſtantibus, contrarium de iure ueriſsimum eſſe arbitror, quòd ob prædictum delictum feudum non ſit publicandum, nec aliquo modo acquirendum cameræ fiſcali, ſeu ciuitatis, in cuius territorio crimẽ commiſſum fuit, quia
8 † propter quodcunque crimen etiam grauiſſimum, propter quod bona eſſent publicanda, feudum non confiſcatur, etiam ſi uaſallus fratrem domini ſui interfeciſſet, ut uoluit Bartolus in dicta l. ſi finita §. ſi de uectigalibus, quem doctores communiter ibi, & alibi ſequuntur, ut atteſtan-
9 tur Alexander, & moderni ibi: † Quinimmo uolunt, ut refert Alexand. in 11. & 12. colum. ex mente Romani, & Imolæ, quòd ob huiuſmodi homicidium fratris domini ipſi domino feudum non aperitur capitu. 1. & 2. an ille, qui interfecit fratrem domini ſui, capitu. 1. §. denique quæ fuit prima cauſa beneficij amitten. & ibi domini feudiſtæ, niſi interfeciſſet ipſum fratrem domini, ut principaliter offenderet dominum, & illi iniuriam inferret, ut fit in Flaminia ad tradita per Imolam, & Alexandrum in dicto §. ſi
10 de uectigalibus: Subdit † Imola, & clarius Alexand. ibi in 12. & 13. colum. quòd ſi eſſemus in caſu, in quo uel de iure communi, uel ex forma ſtatutorum bona eſſent publicanda ratione criminis, tamen cum publicatione bonorum nullo modo tranſiret antiquum feudum conceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus, ut uoluit Bal. in l. j. in 5. quæſtio. ff. de rerum diuiſione, ſecus ſi eſſet conceſſum pro ſe, & hæredibus, & ſic feudum eſſet hæreditarium, quia tunc tranſiret cum bonorum publicatione, ut notabiliter declarat Alexan. in dicto §. ſi de uectigalibus in 13. colum. & benè inſeruiunt ea, quæ ipſe etiam dixit in l. ſi patroni ff. ad trebellianum, ſed feudum, de quo agitur, fuit antiquum, & conceſſum pro ſe, et filiis, & deſcendentibus maſculis, et ſic debetur deſcendentibus ex prouidentia domini, ergo non debet tranſire cum bonorum publicatione, etiam ſi crimen proditoriè commiſſum fuiſſet, ut per Baldum in capitu. j. ſi uaſallus feudo priuetur, & clarius in dicto capitu. j. §. denique in j. colum. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi, qui hoc procedere inquit, etiam quod delictum eſſet commiſſum in perſonam domini, quamuis in hoc ultimo contrarium ſenſerit Paul. de Caſtro in l. j. C. de bonis, quæ liber. et in l. 2. C. de libertis, et eorum liberis, quia contrarium eius, quod dixit Paul. de Caſtro, tenuerunt Petrus, Cynus, et Salicet. in d. l. 2. C. de libert. et eorum liberis: Paulus tamen de Caſt. in locis allega. dicit feudum non publicari, nec reuerti ad dominum, quando delictum fuiſſet commiſſum in alium, quàm in dominũ, uel in alium, & in dominum ſimul, & hoc intelligas, quando

do feudum eſſet conceſſum pro ſe, filiis, & deſcendentibus,
ut per Imolam, quem refert, & ſequitur Alexan. in d. §. ſi de
uectigalibus in 14. colum. verſic. adde etiam, ac etiam ſi feu
dum eſſet nouum, ut uoluit Paulus de Caſtro in d. l. 1. C. de
bonis libertorum in ultim. colum. & in l. adoptiuum §. pa-
tronum ff. de in ius uocand. & eſt de mente Saliceti in d. l. 2.
& faciunt not. per Bartolum in l. eum qui ff. de interdictis,
& relegatis: Et hanc opinionem, quòd propter delictum
etiam enorme nullo modo feudum ſit publicandum, niſi
feudum eſſet merè hæreditarium, quæ fuit de mente Barto
li in d. §. ſi de uectigalibus, ſequuntur doctores communi-
ter, ut atteſtatur Alexan. in d. §. in 14. colum. & fuit opinio
Oldradi in conſi. 17. Bal. in l. 1. C. de bonis libertorum, & in
c. 1. in princip. de prohibita feud. aliena. per Federic. immò
ſecundum Alexan. in d. §. in 14. colum. etiam quando feu-
dum eſſet conceſſum pro hæredibus, uel alio modo eſſet
quid hæreditarium, opinio illa, quæ uult, quòd ex delicto
uaſalli feudum poſſit publicari, eſt multum dubia, ut ibi per
Alexandr. Sed in caſu noſtro feudum non eſt hæredita-
rium, ſed ex prouidentia domini, quia conceſſum pro filiis,
11 & deſcendentibus, ergo &c. ¶ Præterea † poſito, ſed non
conceſſo, quòd feudum diceretur publicari ex delicto ua-
ſalli, propterea quia eſſet merè hæreditarium, ut ſupra, &
per Alexand. in d. l. ſi patroni, tamen duraret ſolum, & per-
manere deberet penes fiſcum, quamdiu dictus uaſallus de-
linquens naturaliter uiueret, poſt illius autem mortem fi-
ſcus feudum relaxare teneretur argumento l. uectigalis ff.
de pignoribus, l. peto §. prædium ff. de legat. 2. cap. 1. in fin.
de capit. corrad. Alexan. poſt Imolam in d. §. colum. 14. uer
ſic. item addit &c. Quando uerò non eſſet hæreditarium,
ſed ex prouidentia domini hoc eſt conceſſum pro ſe, & fi-
liis, & deſcendentibus, tunc feudum etiam quoad fructus
non tranſiret ad fiſcum, ut ibi per Alexan. per quod infer-
tur, quòd id, quod habetur in l. ſtatius §. cornelio ff. de iure
fiſci, & in l. imperator ff. de fideicommiſ. liber. l. ex facto §.
ex facto tractatum ff. ad trebellianum, Angel. in l. papinia-
nus §. meminiſſe cum ſimilibus non uendicat ſibi locum in
caſu occurrenti, ſed ſolum fortè, quando feudum eſſet hæ-
reditarium: Sed in caſu iſto feudum non eſt hæreditarium,
ſed ex prouidentia, quia conceſſum pro ſe, filiis, & deſcen-
12 dentibus, igitur &c. ¶ Præterea, † ut inquit Alexan. in con-
ſil. 24. in penult. colum. in 1. uolum. diſpoſitio d. §. cornelio
non procedit, quando ultra prohibitionem de non alienan
do à iure introductam adeſſet etiam prohibitio de non alie
nando expreſsè facta ab homine, ut à teſtatore, uel à con-
trahentibus, quia ad hoc, ut talis prohibitio expreſsè facta,
aliquid ultra prohibitionem tacitam operetur, dicendum
eſt, quòd faciat, ut bona prohibita alienari non poſſint trã-
ſire ad fiſcum, etiam quoad ſolam perceptionem fructuum
durante uita delinquentis, ita ipſe dicit per textum in §. ſan
ctiſſimas in authen. de ſanctiſſimis epiſcop. per not. per Bar
tolum, & alios in l. filiusfamilias §. diui ff. de legat. 1. & eſt
optimus text. in c. uerum cum glo. magna in fin. extra de cõ
di. appoſi. ut per Alexandrum in d. conſil. qui etiam ſubdit,
quòd text. in d. §. cornelio cum ſimilibus in materia feuda-
li, ſeu emphyteotica non procederet, quando feudum eſ-
ſet conceſſum pro ſe, & filiis, & ſic eſſet feudum ex proui-
dentia, ut ibi per eum in ultima colum. Sed in caſu noſtro
feudum, ultra quod ſit prohibitum alienari ex iuris diſpoſi-
tione, ut in c. j. §. j. de prohibita feudi aliena. per Federi. fuit
etiam prohibitum alienari in contractu inueſtituræ, itẽ fuit
conceſſum pro ſe, & filiis, & deſcendentibus, ergo non po-
teſt ex delicto uaſalli tranſire ad fiſcum, etiam quoad ſolum
13 commodum fructuum, durante uita delinquentis: Et † eſt
etiam ex mente Alexan. in conſi. 2. in 5. uolum. in 5. colum.
quod quando feudum antiquum, ut auitum, fuit cõceſſum
generi, ſeu agnationi, aut deſcẽdentiæ maſculinæ, quale eſt
illud, de quo diſputatur, ſi uaſallus, qui illud obtinet, ali-
quod etiam graue crimen committat, ob hoc nõ debet feu
dum tranſire cum publicatione bonorum: ſed reſeruãdum
eſt deſcendentibus uaſalli, ut fuit de mente Bar. in d. l. eum,
qui ff. de interdictis, & relegatis, per Petrum, & Cynum, ac
Salice. in l. 2. C. de liber. & eorum liberis, Dyn. in c. non de-
bet de regu. iur. in 6. Bal. in d. c. j. §. denique, quæ fuit prima
cauſa beneficij amitt. & in d. c. j. ſi uaſallus feudo priuetur,
& quamuis crimen commiſſum in caſu occurrẽti dici poſ-
ſet graue, & enorme, & proditoriè commiſſum, iuxta quæ
habentur per Bartolum in l. non ſolum §. ſi mandato ff. de
iniur. quo caſu ſecũdum legem feudi, & ciuiliter etiam pro
cedendo uaſallus eſſet feudo priuandus, ut dicunt docto. in
d. c. j. §. denique per illum textum, & in d. c. j. ſi uaſallus feu
do priuetur, & per Bartolum in d. l. eum, qui, & Paul. de Ca
ſtro in d. l. adoptiuum §. patronum ff. de in ius uocan. & per
Imolam, & alios in c. fin. extra de feudis, & conſequenter
fiſco eſſet applicandum, ut uidetur uoluiſſe Iaco. de Sancto
Georgio in tractatu de feudis in materia priuati feudi, uer
ſic. uidendum nunc generaliter, tamen prædicta non pro-
cedunt, quando feudum eſſet ex prouidẽtia conceſſum pro
ſe, & filiis, & deſcendentibus, ut uolunt Imola, & Alex. in d.
§. ſi de uectigalibus in 14. colum. & in d. c. j. de feud. & Pau.
de Caſtr. in d. l. adoptiuum, & idem eſt de mente Bar. ſi eius
uerba benè conſiderentur in d. l. eum, qui, & doct. hoc com
muniter ſequuntur, ut retuli ſupra, & per Alex. in d. conſ. 2.
in 5. uolum. cum ſimilibus ſupra allegatis. ¶ Et ex prædictis
tollitur primum fundamentum, quòd pro parte contraria
14 adducebatur, quoniam † propter naturam feudi, quòd ex
domini prouidentia filiationi, & deſcẽdentiæ maſculinæ cõ
ceſſum fuit, non dicitur eſſe tranſitorium cum uniuerſitate
aliorum bonorum ad fiſcum, ut expreſsè uolunt Imo. & Alc
xan. in d. l. ſi finita §. ſi de uectigalibus in 14. colum. & Alex.
in d. conſi. 2. in 5. uolum. in 5. colum. & in d. conſi. 24.
15 ¶ Non obſtat ſecundum motiuum, quia † illud procedit in
feudo hæreditario, ut quia eſſet conceſſum pro ſe, & hære-
dibus, uel pro filiis, & hæredibus, quo caſu cenſetur hæredi-
tarium per Alex. in l. ſi patroni ff. ad trebellia. & per Imol.
& Alex. in d. §. ſi de uectigalibus in 14. colum. ſecus ſi eſſet
feudum conceſſum pro ſe, & ſimpliciter pro filiis, & deſcẽ-
dentibus maſculis, & ſic ex prouidentia, quia tunc illud pu-
blicandum non eſſet ex aliquo delicto uaſalli, etiam quòd
delictum eſſet enorme, & grauiſſimum, immò etiam com-
miſſum in perſonam domini, ut ſupra dictum fuit, & eſt ex
mente Alexan. et Imol. in d. l. ſi finita §. ſi de uectigalibus in
in prin. 14. col. et in d. conſ. 2. in 5. uol. cum aliis plenius pro
hac opinione deductis. ¶ Non obſtat tertium motiuũ, quòd
ex quo uaſallus interfecit, ſeu interfici fecit uxorem fratris
ſui, uidetur commiſſum delictum parricidij, quia uxor cen-
ſetur una, et eadem caro cum marito, item uidetur prodito-
16 riè commiſſum, et interueniente crimine aſſaſſinatus, † quod
eſt nefandum, et atrociſſimũ, et ſic grauiſſimè puniẽdum, ut
in c. j. de homici. in 6. Bart. in l. non ſolum §. ſi mandato ff. de
17 iniur. Quia reſpõderi poteſt primo, † quòd interficere uxo
rem fratris non dicitur eſſe crimen parricidij, quia uxor fra
tris non eſt uerè frater, ſaltem ad effectum, ut committatur
parricidij crimen, quòd ſolum committitur aduerſus illas
perſonas, de quibus legitur in l. j. ff. de parrici. et inſti. de pu-
bli. iudi. §. alia deinde cum glo. inter quas non enumeratur
perſona uxoris fratris, ſed ſolum uxor propria, ergo illa di-
ſpoſitio extendi non poteſt ad perſonas in lege non cõpre-
henſas c. in pœnis, c. odia de regu. iur. in 6. Hinc uidemus,
18 quòd † uaſallus interficiens fratrem dñi feudo nõ priuatur,
nec etiã occidendo fratrem ſuum, niſi hoc faciat, ut habeat
partẽ hæreditatis ad illum pertinentẽ, ut in c. j. an ille, qui

interfecit fratrem domini,d.c.1.§.denique in uerſ.ſi uerò quæ fuit pri. cau. benefi. amitten. cum glo. in uer.fratrem. Præterea negatur proditionem aliquam interueniſſe,& minus aſſaſsinatum, cum non conſtet de conductione facta ad committendum dictum aſſertum crimen pro aliquâ merce
19 de, uel promiſſione alicuius mercedis, † ſine qua non dicitur commiti crimen aſſaſſinatus, ut in d.c.1.&ibi glo.& doct. de homicidio in 6. & per Bar.in d.§.ſi mandato, & per Ange.in l.item apud §.ſi curauerit ff.de iniurijs. Præterea & ſi crimen proditoriè, & per uiam aſſaſſinatus poſſet dici
20 commiſſum,quod negatur, tamen dico, quòd † etiam propter tale crimen feudum,ut ſupra conceſſum ex prouidentia pro ſe,&filijs & deſcendentibus,non eſſet publicandum, nec fiſco applicandum, quoniam non eſt de illis perſonis, quibus feudum acquiratur propter crimen à uaſallo commiſſum,ut latius ſupra demonſtratum fuit. Quod aliter non repeto,& ita concludendum eſſe arbitror,quicquid in contrarium allegari poſſet. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In feudo nouo agnati tranſuerſales non ſuccedunt.*
2 *Incluſio unius eſt excluſio alterius.*
3 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
4 *Talis iudicatur conceſſio feudi, qualis eſt illius tenor, qui attendi debet.*
5 *Regula, quod contractus vim legis accipiāt ex conuentione partium, plurimum ſibi locum vendicat in feudo.*
6 *Pacta quæcunque extranea, & inſolita ſeruanda ſunt in conceſſione feudi.*
7 *In materia feudorum non conſideratur, qualia ſint pacta.*
8 *Natura feudi accedit naturæ verborum, & ab ea regulatur.*
9 *Quando feudum conceditur in antiquum ab habente poteſtatem concedendi, tunc aſſumit naturam feudi antiqui, & in eo ſuccedunt tranſuerſales, ceſſantibus, deſcendentibus primi inueſtiti.*
10 *In feudo iure antiqui conceſſo, in quo tranſuerſales agnati ſuccedunt, ita ſucceditur, ut ſecundum iuris ordinem prima cauſa ſit deſcendentium, demum tranſuerſalium.*
11 *Non eſt recedendum in iudicando, & conſulendo à communi opinione.*
12 *Quando verba ſunt clara, ad coniecturas non eſt recurrendum.*
13 *Specificatio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil debet operari.*
14 *Quando conceſſio eſt facta alicui per inſtrumentum, ſiue per priuilegium, intelligitur ſemper facta pro ſe, & filijs, & deſcendentibus, etiam quod illud non exprimatur.*
15 *Nominati non excludunt alios, qui poſt eos habent ſuccedere ex diſpoſitione legis, niſi ſint nominati per dictionem taxatiuam.*
16 *Regula, quod unius incluſio ſit alterius excluſio, non procedit, quando conſtat de contraria voluntate Principis, & quando alij non nominati alia via, & alio modo comprehenduntur.*

EPITOME.

In feudo iure antiqui feudi conceſſo à ſupremo Principe pro filiis, & deſcendentibus, deficientibus ipſis, Tranſuerſales admittuntur.

CONSILIVM LXXIX.

CASTRVM fuit à principe conceſſum Illuſtri domini Herculi pro ſe,& ſuis filijs,& deſcendentibus in feudum antiquum,& antiquiſſimum, qui Illuſtris dominus Hercules deceſſit ſine filiis, & aliquibus deſcendentibus,relicto poſt ſe illuſtri domino Alphōſo eius fratre.Modo quæritur, an dictus dominus Alphonſus frater domini Herculis debeat admitti ad hoc feudum ex hac cōceſſione, an uero feudum hoc ſit extinctum, & ſic reuerſum ad Cameram ipſius principis: & prima facie uidetur dicendum, quod feudum ipſum ſit extinctum,& dominus Alphōſus ad ipſum nequaquam admitti poſſit,&primò quia uidetur feudū hoc eſſe feudū nouū, quod initiū habuit in perſona dicti
1 domini Herculis, & † in feudo nouo ex illius natura agnati tranſuerſales,ut eſt dominus Alphōſus nō ſuccedunt c.1.§. ſin aūt qui feu.dar. poſſ.c.fin.de ſucceſſ.feud.c.1.an agnati uel filij,& ibi Alua.Bal.& Andre.de Iſer.Secundò quia hoc feudum fuit conceſſum domino Herculi pro ſe,& ſuis filijs, & deſcendentibus, & ſic conceſſio fuit reſtricta ad certum genus perſonarum,& ideo tranſuerſales nullo pacto debēt
2 admitti, per regulam iuris, quòd † incluſio unius eſt alterius excluſio l.maritus de Procurat.l.cum prætor de Iud.c.
3 nonne de præſump. & per alteram regulam, quod † limitata cauſa limitatum producit effectum l.in agris de acquir.re.do. ¶ His tamen non obſtantibus, contrariam opinionē de iure puto ueriorem, pro qua tria præſuppono, primò,
4 quod † talis iudicatur conceſſio feudi,qualis eſt illius tenor, qui attendi debet uti forma præciſa Bald.in c.1.de duobus fra.à cap.inueſt. ſi modo conceſſio fiat ab habentibus poteſtatem concedendi,& diſponendi de re,qualis eſt ſupremus princeps,ut late per Cur.Sen.in conſil.49.num.36. & ideo
5 regula,quod † contractus uim legis accipiant ex conuentione partium l.1.§.ſi conuenerit ff.de poſ. plurimum ſibi lo
6 cum uendicat in feudo,adeò quod † pacta quæcunque etiā inſolita & extranea ſeruanda ſunt in conceſſione feudi, ſecundum Oldra.in conſil.234.factum tale eſt,quidam miles, notat Bald.in c.1.§. fin. quid ſit inueſtit.facit c.1.§. fin. per quos fiat inueſtit. in capit.1.de feu nō habent pro nat. feu. & dicit Curt.Iun.in tractatu ſuo feud.in 1.parte in 6.quæſt.
7 princip. quod † in materia feudorum non conſideratur, qualia ſint pacta, uidelicet uel contra naturam feudi,uel cōtra ſubſtantiam,& diſpoſitionem,uel quòd iuramentum fidelitatis non præſtetur, pro ut latè per ipſum, & ideò dicit Bald.in conſ.330.& in hoc concordant omnes,lib.3.quòd
8 † natura feudi accedit naturæ uerborum,& ab ea regulatur c.1.de eo,quod ſibi,uel ſuis hær.maſcul.& fœmin. Hinc nimirum ſi feudum quamuis in ueritate, & de facto nouum poteſt ex conuentione concedentis, & recipientis concedi
9 in antiquum,ut ſtatim dicam.Secundò præſuppono,quòd † feudum quamuis, quando eſt nouum, in eo tantum ſuccedant deſcendentes à primo inueſtito, adeò, quod nec frater fratri ſuccedere poſſit ſine liberis decedenti c.1.§.cum uerò coiradus qui feu.dare poſſunt,c.1.de benef.fra.c.1.de gra.ſucce.in feud.c.1.§.fin.de ſucceſſ.feu.& ut dixit Angel. in conſil.110.col.5. feudum nouum non debet ire per ſaltus, attamen quando conceditur in antiquum ab habente poteſtatem concedendi, tunc aſſumit naturam feudi antiqui ſecundum communem opinionem,ut latiſſimè poſt antiquos per Franc.Cur.in conſil.49. mem.recol. nu.49.50. & 51.Dec.in conſil.194.uiſo tenore inueſtituræ,& in conſ. 185.in fine,Iaſon in prælud.feud.colum.27.nu.in.90. & in conſi.1.libro 3.& conſilio 136.colum.4.ubi latiſſimè lib.4. Curtius Iunior in tractatu feudorum in 8.quæſtione primæ partis num.8.cum ſequen.Afflic.in conſt. regni colum. 2.& ideo tranſuerſales in eo ſuccedunt,ceſſantibus deſcendentibus primi inueſtiti & hanc opinionem Curt.in d.conſil.49.dicit eſſe communem, quam & cæci uiderent, & ſurdi audirent, & quòd eſt ipſa ueritas. Tertiò præſuppono,
10 quòd † in feudo iure antiqui feudi conceſſo, in quo etiam tranſuerſales agnati ſuccedunt, ita ſucceditur, ut ſecundum iuris ordinem prima cauſa ſit deſcendentium, deinum tranſuerſalium, ut notat. in capit.1.de ſucceſſione feud. per Iaſon in conſil.1.col.1.lib.3.per doct.poſt Bart.in l.gallus §.quidam rectè colum.2.in fine ff.de libe.& poſt. Stantibus igitur præmiſſis pro ueris ex communi ſententia docto-
11 rum,† a qua in iudicando & conſulendo non eſt recedendum iuxta doct.Bart.in l.fin.C.de pœn.iud.qui mal.iud.reſultat unum, quod erit præcipuum fundamentum, & concludens pro illuſtriſſimo domino Alfonſo,qui poteſt,& debet ſuccedere in huiuſmodi feudo poſt mortem do.Herculis

ſis eius fratris,quoniam iſtud feudum, quamuis ſit nouum,
quia initium ſumpſit in perſona domini Herculis, tamen
fuit conceſſum in antiquum à principe habente ſupremam
poteſtatem diſponendi de re in dominio ſuo exiſtente, &
ideò in huiuſmodi conceſsione non ſolum filij, & deſcen-
dẽtes domini Herculis, ſed etiam illuſtris dominus Alphon
ſus eius frater comprehenditur,quoniam hoc feudum,quã
uis nouum,ut dictum eſt, aſſumpſit qualitatem antiqui arg.
l.quicunque C.de omni agro deſer.lib.11.& maximè quia
12 conſtat de uoluntate principis, & † uerba ſunt clara adeò,
ut ad coniecturas non ſit recurrendum l. continuus §.cum
ita ff.de uerborum obligatio.l.ille, aut ille §. cum in uerbis
ff.de legat. 3. ¶ Non obſtant modo ſuperius adducta
aduerſus dominum Alphonſum, & primo, quòd ſimus in
feudo nouo, in quo regulariter non ſuccedunt, niſi filij,
& deſcendentes primi inueſtiti, quia reſpondetur, quòd
ex quo conceſſio hæc fuit facta in feudum antiquum ab ha
bente poteſtatem,deficientibus filiis, & deſcendentibus pri
mi inueſtiti,tranſuerſales vocantur, pro vt ſupra oſtenſum
fuit: Secundo non obſtat, quòd in conceſſione huiuſmodi
feudi fuerit facta ſpecificatio filiorum, & deſcendentium
13 domini Herculis, quia † ſpecificatio eorum, quæ tacitè in-
14 ſunt,nihil debet operari, & † conceſſio facta alicui per in-
ſtrumentum,ſiue per priuilegium intelligitur ſemper facta
pro ſe,& filiis,& deſcendentibus,etiam quòd iſtud non ex-
primatur,nec iſta ſpecificatio debet reſtringere clauſulã cõ
ceſſionis feudi in antiquum, ex cuius propria ſignificatio-
ne importat, quod tranſuerſales intelligantur vocati ad
ſucceſsionem huiuſmodi feudi deficientibus filiis,& deſcen
dentibus primi inueſtiti,& maximè cum ſpecificatio,& no-
minatio non fuerit facta per dictionem taxatiuam, ad cõſi.
Rui.in conſi.45.primo volumine nu. 12.& Barto. in l.cum
15 ita §.in fideicommiſſo expreſsè voluit,quòd † nominati nõ
excludant alios,qui poſt eos habent ſuccedere ex diſpoſi-
tione legis,niſi ſint nominati per dictionem taxatiuam,cum
potius nominati cenſeantur ex quadam amoris caritate no
minati,et quod ipſi prius debeant ſuccedere, & textus ipſe
in d.§.in fideicommiſſo hoc diſponit,qui tex.cum doctrina
Bar. videtur in terminis decidere quæſtionem noſtrã. Ter
tio & vltimo nõ obſtat,quòd unius incluſio ſit alterius ex-
16 cluſio,& quòd limitata cauſa &c.quia † iſta regula nõ pro-
cedit,quando conſtat de contraria voluntate Principis ſe-
cundum Iaſon in l.1.§. adipiſcimur nu. 4.ff.de acquir.poſſ.
qui hoc expreſsè uoluit, ſed quoniam conſtat, quòd prin-
ceps per conceſſionem factam domino Herculi de hoc Ca
ſtro in feudum antiquum voluerit, quòd tranſuerſales ad
ſucceſſionem huiuſmodi feudi vocẽtur,regula unius inclu-
ſio &c.locum ſibi non vendicabit in hoc caſu:Prætereà iſta
regula non procedit, quando alij non nominati alia via, &
alio modo comprehenduntur ſecundum Decium in conſi.
11.nume.18. Sed tranſuerſales comprehenduntur ad ſuc
ceſſionem iſtius feudi alia uia, & alio modo, videlicet uirtu
te clauſulæ in antiquum,ergo &c. Vel ita reſpõderi poteſt,
quòd illa regula procedit, quando loquitur negatiuè, &
prohibitiuè,prout in d.l.cum prætor, ſecus eſt, quando lo-
quitur affirmatiuè,& conceditur iuriſdictio alicui aliàs non
habenti talem iuriſdictionem, quia per talem cõceſſionem
non cenſetur prohibitum iudicare aliis, qui iuriſdictionem
habebãt, vt probatur per tex.in l.1.C.de offic. præfect.urb.
ubi habetur,quòd licet ſpecialis officialis cõſtituatur ſuper
annona,vel abundantia,vel ſuper damnis datis,nõ per hoc
tollitur iuriſdictio, quam poteſtas habet ſuper his ratione
vniuerſalis iuriſdictionis, & ſic patet, quòd non excluditur
poteſtas: & hic tex.facit multum ad quæſtionem noſtram,
quia licet ſpecialis mentio facta ſit de filiis, & deſcendenti
bus,non propterea tollitur ius, quod agnati habent ex natu
ra feudi antiqui,cuius vigore uocantur tranſuerſales,prout
in alio caſu non tollitur iuriſdictio, quã habet poteſtas ra-
tione vniuerſalis iuriſdictionis: Ex quibus puto concludẽ-
dum eſſe ad fauorem Illuſtris do.Alphonſi, & ad excluſio-
nẽ cameræ principis,qui dictũ feudũ conceſſit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus,& dominus quoad amiſsionem feudi propter felloniam à pari iudicantur: Quod limitatur nu.2. & 4.*
3 *Imperator lege ſua, aut alia poſitiua non ligatur, ſed ſolum naturali, et diuina.*
4 *Papa ſolum deum ſuperiorem habens lege imperiali non ligatur.*
5 *Iure ſuo quis nunquam priuatur, niſi lege expreſsè caueatur.*
6 *Papa, aut prælatus non dicitur dominus feudi, ſed procurator, eccleſia enim domina eſt.*

EPITOME.

DISPOSITIO *c.1.§.domino committente ſi de feud. conten.ſit, & c.1. quali.dominus propr.feud. priu. quòd dominus ob felloniam in uaſallum commiſſam feudo priuetur, locum non habet in imperatore, nec in feudo eccleſiaſtico.*

CONSILIVM. LXXX.

AN dominus feudi priuetur feudo, & directo domi-
nio,ut cum utili dominio ad utilitatem vaſalli con-
ſolidetur, propter felloniam à domino in vaſallum
commiſſam,ſicut è contra; & an id in feudo eccleſiaſtico lo
1 cum habeat;videtur tradi regula,quòd in hoc † dominus,&
uaſallus à pari iudicantur,in c.1.qualiter dom.propr.feud.
priue.& in c.1.§.domino committente ſi de feud. conten.
ſit &c.ubi Bald.inquit,admirabilem, & ſingularem eſſe illã
deciſionem: natura enim correlatiuorum eſt hæc,quòd in
uno diſpoſitum cenſetur etiam in alio diſpoſitum l.1. C.de
indic.uidui. l.1.C.de cupreſſ.lib.11.facit, quod notat gl.in
c.de forma 22.q.5.c.1.in fin.de forma fideli.& ibi Bald. &
2 Moder.Sed † hæc poſſunt habere locum in domino vaſal-
li inferiore,& ſuperiorem habente,cui princeps, & impera
tor potuit legem imponere, itaque debent iura prædicta
intelligi argumento c.2.de conſtit.in 6.quia ſtatuere, legẽ
condere, et iuriſdictionem exercere conuertuntur, ut ibi:
Propterea cum Imperator ponat legem dominis feudi, ea
eſt intelligenda de dominis inferioribus,non autem de ipſo
3 principe,& Imperatore domino feudi, † nam is illa ſua di-
ſpoſitione non ligatur l.princeps ff.de conſtitu.princip.l.di-
gna uox C.de legibus,& c.iuſtum 10. diſtinct. eſt enim ipſe
lege poſitiua ſolutus,& ſolum diuina, ac naturali ligatur,ut
in c.1.de probatio.c.ſunt quidam 25.quæſt.1.Abb.in c.lite
ras de reſtitutio.ſpoliatorum,habetur in c.quæ in eccleſia-
rum de conſtitution.& in c.1.ubi Abb.& alij, & ego plenè
dixi eodem titu.Bald.in l.reſcripta C.de precib. imperato.
offeren.& in l.fin.C.ſi contra ius, uel utilitatem publi. Mo-
der.in capit.ad audientiam il 2.de reſcript.colum. 5. & fa-
4 cit capit.propoſuit de conceſſ.præben. † Papa autem, qui
nullum habet ſuperiorem, niſi Deum, & à nemine ligari,
aut iudicari poteſt c. cuncta per mundum, capitu. nemo 9.
quæſtio.3.capitu.futuram §.idem 12.quæſtio.1.cum ſimi-
libus,non poteſt ab Imperatore ſua lege ligari, quia Papa
eſt illo maior,& ſuperior capitu.2.de re iudicata in 6.capit.
nouit de iudic.cap.ſolitæ de maiorit.& obedien. c.uenera-
bilem,& ibi omnes de electio.c.imperatores,c.duo ſunt 96.
diſtin.& c.quoniam cum ibi not.10.diſtin. & par in parem,
vel ſuperiorem non habet imperium, nec iuriſdictionem l.
ille à quo §. tempeſtiuum ff.ad trebell. c. cum inferior de
maio.& obed.ergo multo minus Papa ligatur diſpoſitione
d.c.1.& d.§.domino committẽte:Quod ſuadetur,nam cũ

hoc ſit feudum eccleſiaſticum, non poterit in eo locum habere diſpoſitio illorum iurium, quæ eſt iuris ciuilis, argum. c. 1. cum ibi not. de noui oper. nuncia. & per canoniſtas in d. c. quæ in eccleſiarum de conſtitutio. per illum textum: Et in indiuiduo in eccleſia, ſeu in feudo eccleſiaſtico iſtud uoluit Bal. in d. §. domino committente, quia delictum perſonæ in detrimentum eccleſiæ redundare non debet c. deli-
5 ctum de regu. iur. in 6. & † quia Papa, uel prælatus dicitur procurator, & non dominus c. fin. 12. quæſt. 1. c. 2. de donatio. & ideò eius uis, & colluſio non debet domino, id eſt eccleſiæ præiudicare argumento l. meminerint C. unde ui: eſt enim eccleſia domina, & non prælatus, neq; papa c. quicunque, c. qui abſtulerit, & c. non liceat papæ 12. q. 1. ergo uerba illorum iurium non conueniunt feudo eccleſiaſtico, ut propter felloniam prælati, & Papæ eccleſia proprietate feudi ſit priuanda argumen. l. 4. §. toties ff. de dam. infecto:
6 Præterea † quis iure ſuo nunquam priuatur, niſi expreſſè lege caueatur glo. in c. fin. de iure patron. ſed nullo iure cauetur, quòd eccleſia propter felloniam iure feudi priuetur, ergo &c. Et hæc breuiter pro reſolutione dubitationis propoſitæ requiſitus ſimpliciter de ſententia mea ſcribere uolui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Regalia dicuntur generaliter conceſſa, quando conceſſum eſt caſtrum iure feudi ad uſum regni.*
Regalia quæ ſint.
2 *Verba iure feudi ad uſum regni in inueſtitura appoſita quam ſignificationem habeant, & num. 32.*
3 *Regalibus generaliter in feudo comitatus conceſſis, etiam ſi aliqua ex regalibus ſpecificentur, quæ dicantur conceſſa, & num. 37.*
4 *Subrogatum ſapit omnem naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, & quomodo nume. 34.*
5 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis; Sed illam ad caſus ſub regula non comprehenſos non extendit, nec ampliat num. 36.*
6 *Subditi domino habenti regalia ad quæ teneantur.*
7 *Subditi tenentur domino ſuo in pluribus ſubuenire, & illi indigenti alimenta ſubminiſtrare, & ſubſidium charitatiuum præſtare:*
Et quando hoc ſit uerum, & quando ſecus num. 39.
8 *Dominus poteſt ex iuſta cauſa à ſubditis etiam inuitis exigere.*
9 *Subditi domino immediato dupliciter tenentur.*
10 *Duæ rationes debent plus operari, quam una tantum.*
11 *Subditi non poſſunt contra dominum actionem famoſam mouere, nec eũ ſine eius licentia, & uenia in ius uocare, nec accuſare, ſed eum tenentur contra illius inimicos adiuuare:*
12 *Et in quibus dominum non adiuuare, nec illi obedire teneantur.*
13 *Dominus poteſt ſubditos inuitos propria auctoritate ad ſeruitia, & onera debita præſtanda cogere:*
Et in hoc ab aliquo turbatus quo remedio agat.
14 *Conſuetudo temporis longiſſimi, & immemorialis habet uim tituli, & priuilegij, & num. 23. & 24.*
15 *In conceſſionibus regalium, & in grauaminibus à domino ſubditis imponendis, ac in præſtationibus à ſubditis domino ſuo exhibendis, & faciendis ſemper conſuetudo debet attendi, ne ſubditi ultra ſolitum, & conſuetum grauentur;*
16 *Etiam ſi in inueſtitura nihil de conſuetudine dictum eſſet.*
17 *Habens cauſam ab aliquo non poteſt uti maiori iure, quàm habuerit is, à quo cauſam habet.*
18 *Dominus ſi à ſubditis iniuſta, & non conſueta ſeruitia, ac onera exigat, & imponat, quomodo ſubditis ſit ſuccurſum, & ad quem recurrant, & nume. 30. 35. & 41.*
19 *Dominus ſemel monitus à ſuo ſuperiore, ut ab illicitis, & non conſuetis exactionibus, & grauaminibus contra ſubditos deſiſtat, poteſt non deſiſtens feudo per ſuperiorem priuari,*
20 *Et an excuſetur ex ſolutione quandoque à ſubditis ſine contradictione facta.*
21 *Dominus uerus propriè non dicitur, qui non rectè gubernat, & illicitas exactiones facit.*
22 *Subditi non tenentur ad debitum ſeruitium domino, qui eis debitum officium non impendit.*
24 *Conſuetudo temporis immemorialis derogat iuribus domini erga ſubditos etiam quoad regalia domino debita.*
25 *In conſuetudine temporis immemorialis ſe fundans non tenetur iuſtum titulum probare, ſed ſufficit illum allegare.*
26 *In priuilegiis, et conceſſionibus alicui factis uerba generalia expreſſa nunquam debent extendi, nec interpretari, ut per ea tollantur conſueta ad præiudicium alterius.*
27 *Dominus imponens ſubditis uectigalia, & grauamina iniuſta mortaliter peccat.*
28 *Papa noua onera ſubditis imponens an peccet.*
29 *Dominus habens, unde poſſit ſumptus in ſuperfluis facere, non poteſt ſubditos grauare.*
30 *Venari, & aucupari permiſſum eſt de iure gentium.*
31 *Venationem impedire eſt iniuriam inferre.*
33 *Conceſſio reſtricta ad conſueta non debet præiudicare iuribus ex conſuetudine temporis immemorialis acquiſitis.*
34 *Barones, & uaſalli reſpectu certorum locorum in locum regis, uel domini ſuperioris ſubrogati quomodo intelligantur ſubrogati.*
35 *Subditi à domino iniuſtè moleſtati contra dominum agere poſſunt, ut à moleſtationibus deſiſtat.*
36 *Exceptionis natura eſt reſtringere, & non augere.*
38 *Dominus debens aliquid facere etiam ſi ſubditos ad illud faciendum cogere poſſit, tamen eis mercedem ſoluere, ſuiſque ſumptibus illud facere debet.*
39 *Subditi tenentur domino in multis ſubuenire, & quando.*
40 *Epiſcopus non poteſt charitatiuum ſubſidium clericis iniungere ſine conſenſu capituli, & cleri.*
41 *In homagio, & ſubiectione nouitas non debet induci.*

EPITOME.

DOMINVM *non poſſe ſubditis onera, & grauamina imponere, nec ab eis exigere contra iura ipſis ſubditis tàm ex priuilegiis antiquis, quàm ex conſuetudine longiſſima, & immemoriali acquiſita, etiam ſi conceſſio, ſeu inueſtitura caſtri, & comitatus ei facta fuerit iure feudi ad uſum regni, cum omnimoda, & plena poteſtate, ac iuriſdictione, quã dominus concedens habuiſſet, ſeu habere potuiſſet, & cum aliis uerbis generalibus, & prægnantibus,*

Et ſubditos poſſe in eo caſu contra dominum ad dominum concedentem recurſum habere, hic probatur.

CONSILIVM LXXXI.

VISO ampliſſimo priuilegio comitatus caſtri, & hominum Baeſij Illuſtri comiti Hyppolito Pagano ab Excellentiſſimo Duce Ferrariæ conceſſo, viſiſque priuilegiis iamdiu dictis hominibus, & communi Baeſij ſæpius à diuerſis Ducibus Ferrariæ datis, ac reiteratis, necnon conſideratis diligenter querelis dictorum hominum Baeſij aduerſus dictum comitem Hyppolitum porrectis, quæ ſunt iſtæ: In primis, quòd præfatus dominus comes prohibuit, & prohibere nititur habentibus molendina in dicto territorio Baeſij, quòd non poſſint, nec debeant ſine licentia dicti comitis alicui molere, ſeu moli facere: Secundo, quòd nullus poſſit abſque eius licentia uuam, uinum, aut frumentum, uel aliud ſimile alicui perſonæ uendere: Tertio, quòd nullus dictorum hominum Baeſij uenari, ſeu aucupari quomodocunque poſſit in terris, ſeu montibus dicti caſtri ſub pœna: Quarto, quòd nulli liceat arma cuiuſcunq; generis portare ſub pœna: Quinto præfatus comes uult, quòd dicti homines teneantur ſibi expenſas cibi, potus, lignorum, & paleæ facere eo tempore, quo ipſe ad dictum caſtrum uenit, & in eo moram trahit: Sexto grauat homines dicti caſtri in conducendo gipſum, calcem, & lapides expenſis ipſorum hominum, pro fabrica, & reparatione palatij, & arcis: Septimo mandauit etiam dictis hominibus, ut ſe præparare debeant in æſtate futura ad conſtructionem murorum dicti caſtri expenſis dictorum hominum, & communis: Octauo grauantur dicti homines in conducendo ſuis expenſis res diuerſi generis à ciuitate Regij ad dictum caſtrum nomine dicti domini comitis: Nono prætendunt etiam dicti homi-

nes

nes ſe turbari, & grauari in creatione, ſeu electione maſſa-
rij, ut l officialis ſalis, quæ cum ex conſuetudine, & ex pri-
uilegiis ad dictos homines ſpectare ſoleat, ipſe comes dictã
officialium electionem facere uoluit: Decimo conqueruntur
tur etiam de dicto comite prohibente illis uti, & gaudere
bonis quibuſdam dicti communis, quibus iam diu, & à tan-
to tempore, de cuius initio non exiſtit memoria in contra-
rium, ac etiam uirtute indultorum, & priuilegiorum con-
ceſſorum ipſi homines ſoliti ſunt uti, & gaudere, & ligna ibi
ad ipſorum utilitatem incidere, & exportare, quod quidem
in graue damnum, & præiudicium ipſorum tendit. Necnon
dicti homines ſoliti, & conſueti ſunt maximè tempore æſti-
uo, quando aquæ deficiunt, neceſſitate ducti ire cauſa mo-
lendi eorum blada, uel frumentum ad molendina extra ter
ritorium dicti caſtri poſita, & ipſe dominus comes dictis ho-
minibus hoc uetat, & prohibet: In dubium modo refricatur,
an dicti homines iuſtè de prædictis conquerantur adeò,
quòd recurſum habere ualeant ad excellentiſſimum Du-
cem, ut ſuis querelis contra, & aduerſus præfatum comi-
tem prouideat, an uerò de iure licitum ſit ipſi comiti Hyp-
polito ex ampla poteſtate, & conceſſione ſibi facta prædi-
cta omnia facere, & ſupradicta onera dictis hominibus in-
iungere. Et primo aſpectu uidetur dicendum, quòd licitum
ſit dicto comiti huiuſmodi onera, & impoſitiones dictis ho-
1 minibus imponere, quoniam † cum comes fuerit ab ipſo Du
ce de dicto caſtro inueſtitus iure feudi ad uſum regni, om-
nia regalia generaliter ei conceſſa dicuntur aduerſus homi
nes dicti caſtri, quia regalia dicuntur illa iura, quæ de iure
ex ſpeciali priuilegio Dux, Rex, uel Imperator habet, ad
tradita per dominum Andream Iſern. in rub. & in c. 1. quæ
2 ſint regal. † verba enim iſta inueſtituræ iure feudi ad uſum
regni duplicem habere poſſunt ſignificationem, primam,
quòd feudum dicatur eſſe feudum dignitatis, quoniam cõ-
ceditur ab illo, qui non recognoſcit ſuperiorem, & dicitur
habere poteſtatem creandi ducem, Marchionem, & Co-
mitem, vnde feuda Ducatus, Marchiæ, & Comitatus di-
cuntur eſſe feuda dignitatis, & regalia c. 1. de feud. mar. &
comit. & Moder. in prælud. feud. poſt Bald. & alios in 1. di-
uiſione colum. 11. aliam, & ſecundam ſignificationem ha-
bere poſſunt, quòd per inueſtituram factam per huiuſmo-
di verba iure feudi ad vſum regni dicantur generaliter iu
3 ra regalia in vaſallum tranſlata, d. c. 1. quæ ſint regal. & † ſi
Comiti creato generaliter in feudo comitatus concedãtur
regalia, omnia videntur conceſſa, quæ perſonæ principis
concedentis cohærent, argumento l. ideò ff. de legibus: Et
concedendo generaliter regalia, etiã ſi aliqua ex regalibus
ſpecificentur, genus huiuſmodi ad enumerata non reſtrin-
gitur, niſi aliter de mente concedentis conſtaret, cum in du
bio illa dicantur expreſſa gratia exempli, & exempla non
reſtringant l. legaui in princip. ff. de ſuppel. lega. & l. quæſi-
tum §. 1. ff. de fundo inſtruct. & conſequenter videtur intel
lectum de omnibus, quæ ipſe concedens habet, And. Iſern.
in d. rub. quæ ſint regal. column. 2. & optimè facit id, quod
voluit Roma. in conſil. 271. & ſic is, cui conceſſio talis facta
fuit, poterit in ſuo comitatu leges, & ſtatuta facere, per quæ
homines ligentur, nec nõ poterit magiſtratus creare, quod
eſt de regalibus, ut ibi per eum. ¶ Secundo conſiderandũ
eſt, quòd vltra illa verba iure feudi ad vſum regni excellen
tiſſimus dominus concedens voluit præfatum Comitem,
& filios in dicto Caſtro, & comitatu habere plenam, & om
nimodam poteſtatem, iuriſdictionem, & baliam quam, &
quas præfatus do. Dux concedens habuiſſet, & habere po-
tuiſſet in dictis locis, ſi illa apud ipſum immediatè ſubiecta
manſiſſent, & in quibus iuriſdictione, regaliis, ac omnimoda
poteſtate, & aliis omnibus iuribus ſuis, etiam ſi talia eſſent,
quæ in indiuiduo expreſſam mentionem exigerent, idem Il-
luſtriſſimus Dux auctoritate ſua ducali, & de plenitudine
ſuæ poteſtatis ſibi ſubſtituit, & in omnem locum, ius, & ſta-
tum ſuum poſuit, & ſubrogauit prædictum dominũ Hyp-
politum Comitem, & filios prædicto modo, & ordine, per
quæ verba apertè conſtat, dictum dominum Comitem om
nia de iure poſſe facere, & dictos homines, & cõmune gra-
uare non ſolum quoad ea, de quibus præfati homines con
queruntur, ſed etiam grauiora, magiſq; præiudicialia, quia
nulli dubium eſt, quòd Illuſtriſſimus Dux eo tempore, quo
dictum Caſtrum, & homines immediatè ſub ſua obedien-
dia retinuit, potuiſſet, ſi voluiſſet, omnia prædicta aduerſus
dictos homines facere, & exequi ob ſuam poteſtatis pleni-
tudinem, qua aduerſus præfatos uti poterat: ergo idem di-
cendum eſt de dicto Comite, in quem omnis poteſtas Du-
cis fuit tranſlata, & qui in locum Ducis quoad omnia iam
4 dicta ſubſtitutus, & ſubrogatus fuit, quia † ſubrogatum ſa-
pit omnem naturam eius, in cuius locum fuit ſubrogatum l.
ſi enim §. qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. c. tranſlato de cõ-
ſtitut. l. ſi donare §. ſi ſponſus ff. de dona. inter virum, & vxo.
l. filiæ §. titia ff. de conditio. & demonſtra. & l. filius ff. de iu-
re fiſci. ¶ Corroborantur præmiſſa ex eo, quòd Illuſtriſſi-
mus Dux in priuilegio ſuæ conceſsionis vniuerſaliter, ſeu
generaliter voluit dictum do. Comitem in ſuum locũ ſubſti
tutum, & ſubrogatum eſſe quoad omnia, quæ ipſe poterat,
& habebat, comprehenſis etiam in conceſsione dicti feu-
di ſale, & illius impoſitione, & taxis gentium armigerarũ,
exceptis ſuperioritate, & imperio contra dictum Comitẽ,
eiuſque filios, & deſcendentes, quam, & quod habet, &
Duces Ferrariæ ſoliti ſunt habere contra, & aduerſus alios
ſimiles ſuos vaſallos, & feudatarios: excipiendo ergo, &
reſeruando ſibi ſuperioritatem, & imperium contra Co-
mitem, eiuſque filios, cenſetur noluiſſe aliud ius regalium
contra homines dicti Caſtri ſibi reſeruare, ſed omne illud
5 in dictum Comitem transferre uoluiſſe, quia † exceptio fir-
mat regulam in caſibus non exceptuatis l. quæſitum §. de-
nique ff. de fundo inſtruc. l. nam quod liquidè §. fi. ff. de pe-
nu lega. & ibi Bar. & l. legata inutiliter in princ. ibique Bart.
in fin. verb. ff. de lega. 1. Præterea Illuſtriſſimus Dux, qui di-
cto Comiti amplam iuriſdictionem, & poteſtatem aduer
ſus homines dicti Caſtri conceſſit, reſeruauit ſibi, & came-
ræ ſuæ ducali datia, & gabellas, quæ exigũtur per Camera
rium Regij, vel maſſarium ducalem dictæ ciuitatis Regij,
vt latius in conceſsione patet, quæ datia noluit comprehen
di debere ſub conceſsione dicto Comiti Hyppolito facta,
& prout in inſtrumento conuentionis habetur, quæ exce-
ptio datiorum operatur, quòd omnia alia regalia dicantur
in dictum Comitem tranſlata, & conſequenter quòd illi
competierit, & competat ius imponendi dictis hominibus
onera ſupraſcripta, de quibus homines præfati, ut ſupra,
6 ſunt conqueſti. ¶ Addo etiam, quòd † ſub regalibus dicto
Comiti conceſsis comprehenduntur etiam quædam one-
ra perſonalia, ad quorum præſtationem homines ſubditi te
nentur, ut exhibere plauſtra cum bobus, ſeu animalibus, uel
naues pro portandis, & vehendis rebus domini ſui de loco
ad locum, prout ipſi domino vtile, & neceſſarium eſſet ar-
gumento l. neminem C. de ſacroſ. eccle. l. nullus C. de cur
ſu publ. lib. 11. & d. c. 1. quæ ſint regal. tenentur etiam ſubdi
ti ſuis expenſis ad extructionem ſtabulorum pro equis, &
animalibus domini, l. in omnibus C. de curſu publi. & ad
ſuſcipiendum milites imperatoris, & ſuperioris ſui, illiſque
commeatum præſtandum argumento l. 2. in fin. C. de epiſ.
& cleri. Ratione etiam conceſsionis regalium factæ Comiti
Hyppolito illi licitum eſt habere palatium in dicto Caſtro,
in quo ius reddatur, & iuſtitia miniſtretur, & in quo ipſe cũ
familia ſua habitet: Ad eũ quoque pertinebit ius piſcãdi in
flumine publico, & concedendi ius piſcandi, & piſcatio-
nes

nes locandi, quoniam piſcationes, ſalinæ, & illarum redditus, quæ ſunt de regalibus principis, ad ipſum ſolum pertinent, cum locum principis teneat, & in eius lo-
7 cum fuerit ſubrogatus, ut ſupra. ¶Rurſus † homines Caſtri Baeſij tanquam ſubditi, & homines dicti Comitis tenentur domino ſuo in pluribus ſubuenire, & primo tenentur illi alimenta ſub miniſtrare, ſi indigeat, Specul. in tit. de feudis §. quoniam uerſi. 17. tenentur etiam ad ſeruitia, ut habetur ibi per Specul. & ad ſubſidium charitatiuum domino præſtandum in caſu indigentiæ, pro quo charitatiuo ſubſidio, & pro ſeruitiis perſonalibus domino debitis poteſt ipſe dominus pecuniam ab hominibus ſubditis iuxta illorum æſtimationẽ petere, & exigere Bal. in l. 1. in fin. C. de oper. liber. & inquit Bal. in c. conquerente de offi. ordi. quòd domini poſſunt imponere ſubditis onera pro ſubſidiis charitatiuis, & facit id,
8 quod uoluit idẽ Bal. in l. neminẽ C. de ſacroſ. eccleſ. & † ait etiam Ange. in conſi. 224. incip. inter ordinamẽta, quòd ex iuſta cauſa dominus poteſt ab inuitis ſubditis exigere. Quã plura etiam Specul. in tit. de feudis §. quoniam col. antepe. verſ. & nota refert, ad quæ homines ſubditi domino ſuo præſtanda tenentur in ſignum ſubuentionis, & pro ſubuentione domini, ac familiæ ſuæ, per quæ poteſt inferri quòd Comiti Hyppolito permiſſum uidetur iniungere dictis hominibus Baeſij omnia illa onera, de quibus conqueruntur.

¶Præterea dicti homines Baeſij, qui prius erant homines Ducis Ferrariæ, quamuis non tenerentur, nec ſoliti eſſent præſtare multa in eorum quærela expreſſa, tamen illa tenẽ-
9 tur præſtare dicto Comiti Hyppolito immediato, † cui dupliciter tenentur, & obligati ſunt, primo ratione homagij, & iuris immediati, item & ratione iuriſdictionis particularis, quam immediatè habet in dictis hominibus, tanquam in hominibus ſuis, ut in authen. de quæſtore §. ſi uerò forſan colla. 6. Duci autem Ferrariæ ſolum tenentur, & obligati ſunt ratione iuriſdictionis generalis, & uniuerſalis, quã ha-
10 bet in toto ſuo ducatu: Et † duæ rationes plus debent operari, quam una tantum, ut in authen. de conſanguineis, & uterin. fratribus §. 1. c. cum æterni in fin. de re iudicata in 6. c. 1. 13. diſtinct. & ſpeciale derogat generali cap. 1.
11 extra de reſcrip. ¶Vltimo † ſubditi homines in multis ſunt domino ſuo obnoxij, nam contra eum nõ poſſunt famoſam actionem mouere, nec illum ſine uenia, eiuſque licentia in ius uocare, nec poſſunt dominũ accuſare, ſed tenentur illũ iuuare aduerſus eius inimicos argumento l. ſiquis in graui
12 §. ſi cum omnes ff. ad ſyllan. † exceptis quibuſdam perſonis ſuis coniunctis, contra quas dominum adiuuare non tenentur, quia nemo carnem ſuam odio habet c. non æſtimemus 14. quæſtio. 2. nec contra eccleſiam domino obedire tenentur, nec debent vitam domini vitæ ſuæ præferre, vt habetur latè per Speculatorem in titulo de feudis §. quoniam
13 in quæſtio. 17. ſed † ad ſeruitia, & onera præſtanda, quæ homines ſubditi domino præſtare tenentur, dominus poteſt illos inuitos propria auctoritate cogere, ut uolunt doct. in c. cum apoſtolus de cenſibus, & Speculat. in d. §. quoniam uerſicu. 18. & ſi dominus per aliquem, ſeu aliquos turbaretur in ſua quaſi poſſeſſione ſuperioritatis, & impoſitionis onerum, poteſt is contra illos agere poſſeſſorio ad tradita per Speculatorem in titulo de cau. poſſeſſio. & propriet. §. 1. verſi. utrum dominus cum uerſiculo ſequenti.

¶Verum, præmiſſis, & aliis pluribus, quæ pro hac parte ad fauorem domini Comitis conſiderari poſſent, non aduerſantibus, contrarium de iure eſt concludendum, quòd dicti homines, & commune dicti Caſtri Baeſij habent iuſtam cauſam aduerſus dictum Comitem Hyppolitum coram Excellentiſſimo Duce Ferrariæ omnium ſuperiore de prædictis ſupra in principio poſitis conquerendi, illius officiũ implorando, ut cogat dictum Comitem ad deſiſtendum ab impoſitione dictorum grauaminum contra illorum priuilegia aliàs ipſis conceſſa, & contra conſuetudinem temporis longiſſimi, de cuius initio non exiſtit memoria in contrarium,
14 † quæ habet uim tituli, & priuilegij c. 1. de præſcriptio. in 6. l. hoc iure §. ductus ff. de aqua quotidiana, & æſti. cũ aliis infra allegandis, reſeruato tamen dicto domino Comiti iure exigendi, & imponendi ſolum illa onera, & grauamina, quæ dictus Dux iniungere, & à dicto communi, & hominibus exigere conſueuerat, veluti etiam ex verbis ſuæ inueſtituræ colligitur in uerſicu. ad habendum, tenendum &c. ibi & percipiendi, & conſequendi, ſaluis præmiſſis, omnes, & ſingulos fructus, redditus, & prouentus hactenus perceptos, & percipi conſuetos tàm de iure, quàm de conſuetudine ex ipſis locis &c. per quæ uerba reſtringi uidentur illa, quæ ſupra generaliter ipſi Comiti prius conceſſa fuere, ut intelligantur de iis, quæ conſueta erant percipi, & exerceri per ipſum Ducem tempore, quo dictum Caſtrũ
15 Baeſij immediatè ſub ſua ditione tenebat, nam † in his cõceſſionibus regalium, & in his præſtationibus à ſubditis domino ſuo exhibendis, & faciendis ſemper debet attendi cõſuetudo, ne ſubditi ultra ſolitum, & conſuetum grauentur, ut inquit Speculat. in d. titu. de feu. §. quoniam in q. 17. & ibi in columna penultima uerſic. & nota, & in vltima colu. in vltimo uerſicu. inquit, quòd in homagio non debet noui-
16 tas induci: & quòd † in his exactionibus, & grauaminibus à domino ſubditis imponendis ſit ſeruanda conſuetudo loci, & hominum dicti Caſtri, etiam quod in dicta inueſtitura nihil de conſuetudine dictum eſſet, eſt de mente Baldi in c. 1. §. ſimiliter uerſicu. uidebimus de capitul. corra. & Calde. in conſi. 1. ſub titu. de cenſibus, & maximè cum eo tempore, quo nomine præfati Comitis Hyppoliti apprehenſa fuit tenuta dicti Caſtri Baeſij, & iuriſdictionis eiuſdem, ipſi homines, & eorum nomine procurator illorum proteſtati fuerunt, quòd admittebant, & recipiebant dictum Comitem in dominum, & ſuperiorem ſuum, dummodo per ipſum, & officiales ſuos ſeruarentur ipſis hominibus omnia ſua ſtatuta, omneſque conſuetudines, prouiſiones, & capitula iam diu ab excellentiſſimis ducibus illis conceſſa, & obſeruata, & quibus omnibus dicti homines, ſcientibus, & patientibus præfatis Ducibus Ferrariæ pro tempore, vſi, & gauiſi fuerunt, & latius prout in dictis proteſtationibus continetur: Per quas proteſtationes apparet de voluntate dictorum hominum, quòd ipſi omnino intendebant ſtatuta, conſuetudines, & capitula dictorum communis, & Caſtri debere à præfato Comite illis ſeruari: & hæ proteſtationes dictos homines aduerſus præfatum Comitem ſuper querelis propoſitis de iure releuant per ea, quæ latè uolunt doctores canoniſtæ in c. cum m. de conſtitutio. & latè per Bartolum, & alios in l. non ſolum §. morte ff. de noui operis nunciatio. non enim debet dictus Comes quoad prædicta eſſe melioris cõditionis, quam fuerint Duces Ferrariæ, qui præfatos homines in ſuis ſtatutis, conſuetudinibus, & capitu-
17 lis tollerauerunt, quoniam † habens cauſam ab aliquo nõ poteſt uti maiore iure, quam habuerit is, à quo cauſam ha-
18 buit l. qui in ius ff. de regu. iur. Et † ſi dominus ab hominibus, & ſubditis iniuſta, & non conſueta ſeruitia, ac onera exigat, & imponat, poſſunt ipſi homines ſubditi recurſum habere ad ſuperiorem domini, & coram eo aduerſus dominum querelare, & eius officium implorare, ut domini oppreſsionem reprimat, & faciat, ut ab exactionibus, & impoſitionibus iniuſtis, & non conſuetis deſiſtat: & quoad hæc ipſe dominus erga ſuos ſubditos non eſt iudex, nec poteſt ſibi ius dicere, ſed ipſe ſuperior domini, ut habetur per Speculatorem in d. §. quoniam, Aluaro. in c. 1. colum. 5. apud quem, vel quos controuer. feu. Præpoſi. in præludijs feudo. colum. 22. cum ijs, quæ dicit Specul. in tit. de feudis, §. nunc verſic.

verſi. u.cæterum, Bal.in c.1.in vltima columna de capita.
qui cur.uendi.& Oldra.in conſi.334.Factum tale eſt:Quin
19 immò † ſi dominus ſemel fuit à ſuo ſuperiores monitus ut
deſiſtat ab huiuſmodi illicitis, & non conſuetis exactioni-
bus,& grauaminibus, & non deſiſtat, poterit feudo per ſu-
periorem priuari, quia non ſunt tollerandæ illicitæ, & non
conſuetæ exactiones aduerſus ſubditos,ita ſignanter voluit
Bald.in titu.de pace tenen.§.publici in vſu feudorum,& eſt
optimus textus in c.ad apoſtolicæ de ſenten.& re iudi.in 6.
verſicu.præter hæc,vbi Papa Innocentius quartus ob iniu-
ſtas,& illicitas, & non conſuetas exactiones ſubditorum Fri
dericum Imperatorem regno Siciliæ, & imperio priuauit,
& ibi docto.Alberi.in l.benè à zenone C.de quadrien.præ-
ſcrip.& facit id,quod notat Bal.in d.c.1.§.publici, & text.in
20 l.2.§.exactis ff.de orig.iur. Nec † dominus a querelis ſub
ditorum excuſabitur,nec releuabitur, quod illi indebita, &
non conſueta ſeruitia domino ſine contradictione quan-
doque ſoluerint,hoc enim non excuſat dominum, quo mi-
nus cogi poſſit ad deſiſtendum, ut ſupra,quia in dubio hæc
ſeruitia præſumuntur ab hominibus metu reuerentiali præ
ſtita,& à domino extorta, ut inquit Bal.in titu. de pace con
ſtan.& illius uiola.§.pactiones, & optimè inſeruit id, quod
ait Ioannes Andreas in d.c.præſenti de offic. ordin.lib.6. &
in c.cum ſingula de præben.eodem libro, & per eum poſt
glo.& alios in c.cum apoſtolus de cenſibus, & Præpoſitus
in præludiis feudorum in d.colum.22.quaſi in fin.Præterea
21 † non dicitur propriè uerus dominus ille,qui non rectè gu
bernat,& illicitas exactiones facit c.ſcelus 2.q.1.c.non fru-
22 ſtra, & c.rex debet 23.q.5.& † ſi dominus non impendit
ſubditis debitum officium,ſubditi non tenentur illi ad debi-
tum ſeruitium Bal. in ſupraſcriptione feorum in vltim.colu.
23 ¶ Rurſus † cum dicti homines Caſtri Baeſij conſueti fuerint
in locis dicti Caſtri uenari,& aucupari liberè ſine contradi
ctione Ducis Ferrariæ,& alicuius perſonæ,& pro molendo
blada pro ſuo uſu conſueti fuerint adire quecunq; molen-
dina quarumcunque perſonarum,nec non uendere uuas,
uinum,& alia ſimilia ſine licentia alicuius, & præcipue Du
cis Ferrariæ per tantum tempus, de cuius initio non exiſtit
memoria in cõtrariũ,debet haberi,perinde ac ſi ſpeciale pri
uilegium prædicta faciendi haberent, & ideò nõ poſſunt à
domino Comite dictis hominibus prohiberi, cum inde ma-
gna multudo hominum dicti Caſtri, & communis cum
ſu is familiis uiuant d.l.hoc iure §.ductus,& ibi Bar.cum glo.
ff.de aqua quotid.& æſti.c.1.cum ibi not.de præſcrip. in 6.
& Floria. de ſancto Petro in l. hæc autem iura ff. de ſeruit.
24 urba.prædio. & † hæc conſuetudo tanti temporis, de cuius
initio memoria in contrarium non exiſtit, derogat iuribus
dominorum erga ſubditos etiam quoad regalia,quæ domi-
ni,& ſuperiores à ſubditis habent,ſeu habere deberent, ut
in c.ſuper quibuſdam §.præterea extra de uerborum ſigni-
fica.ubi eſt glo.notabilis,quæ dicit,nota diligenter, quòd il
la conſuetudo, de cuius initio non exiſtit memoria, ius, ſeu
legem, & priuilegium inducit d.§.ductus cum aliis pluri-
25 bus ibi allegatis. Ex quo † infertur, quòd is,qui ſe in tali cõ
ſuetudine fundat,non tenetur aliter titulum iuſtum proba-
re,ſed ſufficit ſolum illum allegare d.c.1.de præſcrip.in 6.
& gloſ.in d.§.præterea: Sed ultra quòd dicti homines Bae-
ſij pro ſe habeant hanc conſuetudinem, de cuius initio me
moria in contrarium non extat,habent etiam ſpecialia, &
particularia quædã priuilegia ipſis à diuerſis Ducibus Fer-
rariæ cõceſſa,quæ uſque ad creationem dicti Comitis Hyp
politi obſeruata fuerunt, uidelicet quòd dicti homines per
loca montana dicti Caſtri, exceptis quibuſdam locis, poſ-
ſint liberè ad eorum libitum uenari,& aucupari, & quòd
nullus alius forenſis poſſit uenari, nec capere lepores, nec
alia animalia ſylueſtria in territorio dicti Caſtri:Item quòd
maſſarij dicti communis, & conſules pro tempore debeant
per breuia,& ex piſide eligi,& poſtea maſſarij, & conſules
pro tempore habeant facultatẽ creandi camparios, & nun
cios publicos dicti communis: & quòd pro molendo blada
ipſorum hominum dicti communis molendina habere poſ
ſint,item nemora,& paſcua dicti territorij ſint, & eſſe de-
beant dicti communis, & hominum,prout fuerunt per om
nia tempora retroacta,ut in dictis eorum priuilegijs con-
ſtat.Conceſſum etiam fuit gratioſè dicti hominibus Baeſij,
ut illis liceat quaſcunq; res,& beſtiamina,ſeu animalia uen
dere,& emere abſque datio, et gabella,& quòd de loco ad
locum per totum ducatum, & diſtrictum regij ire poſſint
cum ſuis mercibus emendo,& uendendo ſine datio, & ga-
bella: Omniaq; ſtatuta, decreta,& conſuetudines dictorũ
hominum, & communis Baeſij fuerunt ab illuſtriſſimo Du
ce Ferrariæ confirmata,& confirmatæ,ut inter dictos homi
nes ſeruari debeant: Et ideò cũ illa, quæ in querelis dicto-
rum hominũ, ut ſupra, fuerunt propoſita, & expreſſa, ſint,
& tendant contra priuilegia, & cõſuetudines præfatorum
hominum,& cõmunis,ſequitur,quòd dicto Comiti Hyppo
lito per Illuſtriſſimum dominum Herculem Ducem mo-
dernum eſt iniungendum,ut à dictis grauaminibus dicto cõ
muni,& hominibus imponendis abſtinere debeat per præ-
dicta,non obſtante inueſtitura uerbis generalibus, & præ-
26 gnantibus ipſi comiti Hyppolito conceſſa, quoniã † uerba
generalia expreſſa in priuilegijs,& conceſſionibus alicui fa
ctis nunquam debent extendi,nec ita intelligi,ut per illa tol
lantur ea,quæ conſueta ſunt, ad præiudicium tertij, ſeu al-
terius perſonæ,quia ſemper debet inſpici conſuetudo argu
mento l.ſi publicanus in fin.ff.de publica.& Andr. de Iſern.
27 in c.1.in 2.addi.uerſ.vectigalia,quæ ſint regal.ubi † idẽ Iſer.
inquit etiam,quòd dominus,qui ſubditis uectigalia, & gra-
uamina iniuſta,ac indebita imponit,mortaliter peccat,uelu
ti hodiernis temporibus domini, & principes faciunt, qui
ita excoriãt præſertim ruſticos ſubditos,ut uix ſpiritum illis
dimittant gloſ.in l.ager §.1.ff.de uerborum ſigni. & Alberi.
28 in l.fin.C.de iuriſd.omniũ iudi. † Papa tamen nõ peccaret
ſubditis noua onera iniungendo, quia ipſe liberam habet
poteſtatem,glo.in c.ulti. 2.q.1.quam ſine cauſa poteſt exer
cere c.propoſuit cum glo.de conceſ.præben.ſed illa pote-
ſtate uti non debet,claue errante,ut inquit ibi Iſern. col. 2.
29 Præterea † dominus,quando habet,unde poſſit facere ſum
ptus pro ſe in ueſtibus,& ſuperfluis ædificiis,nõ poteſt ſub-
ditos grauare,quoniam prius de ſuo expẽſas facere debet,
ut dicitur de patre,& filio in l.ſiquis à liberis.§.non tantum
30 cum ibi not.ff.de liber.agnoſ.c.& † ſi dominus ſubditos in-
iuſtè,& cõtra conſuetudinem grauaret, poſſet ad ſuperio-
rem recurri ad tradita per Iſer.in d.c.1. verſi.extraordina
ria,& c.alius 15.q.2.etiam ad illum appellãdo ad effectum,
ut ſubditi aduerſus dominum conſeruentur in ſua antiqua
conſuetudine,& libertate uenandi,aucupandi, & ligna inci
dendi,& paſcendi in locis conſuetis, nam uenari, & aucu-
pari eſt permiſſum de iure gentium §. plane Inſtitu. de re-
rum diuiſ.l.1.2.& 3.cum ſequen.ff. de acquir. rerum dom.
31 & ideò † impedire uenationem eſt iniuriam inferre, Hoſti.
& do. Anto. in c. non eſt de decimis, Deci. in conſi.197.
Grammati.in deciſ.67.& l.2.§.ſiquis in mari ff.nequid in lo
co pub.cum aliis ibi allegatis,& facit id,quod inquit ibi do.
Præpoſi.in d.c.1.col.pen.in princ.quæ ſint regalia.
¶ His ſic pro hominibus,& cõmuni Baeſij peroratis, & ad
eorum fauorem diſcuſſis, ſupereſt reſpondendum allega-
tis ſupra in contrarium.Et in primis non obſtat, quòd cum
Comes Hyppolitus de dicto Caſtro Baeſij,eiuſque territo
rio fuerit inueſtitus iure feudi ad uſum regni, illi cenſean-
tur in dicto Caſtro, & contra eius homines conceſſa iura
omnia regalia generaliter, & abſolutè, quæ ipſe dominus
con-

32 concedens habebat, quia reſpondetur, quòd † illa uerba
iure feudi ad uſum regni aliam habent ſignificationem, ui-
delicet quòd feudum dicti Caſtri cõceſſum domino Hyp-
polito dicatur eſſe feudum dignitatis, hoc eſt Comitatus,
& tanquam feudum talis dignitatis ſit regulandum, vt in c.
1. de feudo marchiæ, & comitatus cum ibi nota. non autem
ut ex huiuſmodi conceſſione feudi dicantur omnia rega-
lia tranſlata: ſed ſi aliam dictorum verborum ſignificatio-
nem, aſſumamus, ut per ea cenſeantur iura regalia in dictũ
Comitem tranſlata, tunc dico, & reſpondeo non omnia re
galia ſimpliciter fuiſſe tranſlata, ſed ea, quæ ſecundum an-
tiquam conſuetudinem, & priuilegiorum conceſſionem ho
minibus, & communi Baeſij conſueta erant imponi, quo-
niam ipſi Comiti eſt conceſſa poteſtas iura exercendi, &
onera imponendi, ut conſuetum erat, ueluti ex verbis inue
ſtituræ infertur: ſed onera, & grauamina, quæ dictus Co-
mes imponit, & imponere poſſe prætendit, & de quibus di
cti homines aduerſus ipſum conqueruntur, non ſunt con-
ſueta præfatis hominibus imponi, ut iam dictum eſt, ergo
non debet excellentiſſimus Dux pati, quòd ab ipſo Comi-
33 te imponantur, quia † conceſſio, quæ ad conſueta reſtrin
gitur, debet ita intelligi, vt non inferatur præiudicium di-
ctis hominibus, & iuribus ipſorum ex conſuetudine longiſſi
ma, & ex priuilegijs ſuis antiquis acquiſitis, vt dictum fuit,
& argumento l. hoc iure §. ductus, & §. is qui ff. de aqua quo
tidiana, & æſtiua l. 2. §. ſi quis a principe, & §. merito ff. ne
quid in loco publico, & dicit Florianus de ſancto Petro in l.
ſi filia ff. familiæ herciſcundæ, quòd ſubditi baronum non
poſſunt vltra ſolitum grauari. ¶ Non aduerſantur ea,
quæ ſecundo loco ad fauorem Comitis dicebantur, quòd
ipſe fuit quoad Caſtrum Baeſij ſubrogatus in locum illu-
ſtriſſimi Ducis, ergo iure illius in dicto Caſtro uti debet, iu
34 ribus vulgaribus, quia reſpondeo, quòd † barones, qui re
ſpectu certorum locorum ſunt in locum regis ſubrogati,
quamuis poſſint à rege, ultra ſolitum grauari, tamen ipſi ſub
ditos ſuos ultra ſolitum grauare nequeunt. Præterea ſubro
gatio debet intelligi facta ſecundum ſuam ueram, conſue-
tam, & primæuam naturam ad tradita per Bartolum in l.
certi condictio ff. ſi certum peta. Tertio reſpondeo, quòd il
luſtriſſimus Dux indebitè dictos homines non grauabat cõ
tra illorum antiquiſſimam conſuetudinem, nec contra priui
legia eis ab antiquis Ducibus conceſſa, & ſi grauare uoluiſ
ſet, de poteſtate ordinaria non potuiſſet, cum ex tali conſue
tudine, de cuius initio memoria in contrarium non extat,
tale ius ipſis contra ſuum dominum eſſet quæſitum, quòd
ab illis iuſtè auelli non poterat d. c. ſuper quibuſdam §. præ
terea cum ibi nota. per gloſam, & ſcriben. extra de uerbo-
rum ſignificatio. ergo neque hoc debet, neque poteſt dici
ipſi Comiti permiſſum, & ſic fundamentum in contrarium
35 retorquetur: & † dicit Baldus in l. 1. C. communia de ma
numiſſio. quòd ſubditi iniuſtè à domino moleſtati poſſunt
contra ipſum agere, ut à moleſtationibus deſiſtat, & facit
id, quod habetur per Bartolum, & Alexandrum in l. 1. §. 1.
ff. uti poſſide. & ex his ſublata ſunt illa, quæ ſecundo loco
etiam contra dictos homines ad fauorem Comitis conſide
rabantur. ¶ Et dum dicebatur, quòd illuſtriſſimus Dux
ab ampla cõceſſione dicto Comiti facta excepit multa, quæ
ſibi reſeruauit, ergo hæc exceptio videtur inferre, quòd om
nia alia, quæ non reperiuntur excepta, dicantur dicto Co-
miti reſeruata, & conſequenter etiam illa, de quibus præfa
ti homines conqueruntur, Dicendum eſt pro reſponſione,
quòd exceptio hæc facta de multis dicitur facta ad deroga
tionem eorum, quæ antea illuſtriſſimis Ducibus compete-
bant, & conſequenter per huiuſmodi exceptionem, & re-
ſeruationem de pluribus factam uidentur omnia alia in ip-
ſum Comitem tranſlata ad præiudicium iurium, quæ prius
præfato Duci competebant, non autem, ut dicto Comiti
contra dictos homines dicatur data poteſtas onera, & gra
uamina illis imponendi contra eorum priuilegia, ac etiam,
quòd ipſe valeat derogare illis iuribus, quæ ex conſuetudi-
ne antiquiſſima iam diu dictis hominibus, & communi fue-
rant acquiſita per prædicta. Præterea exceptio facta per
illuſtriſſimum Principem facta fuit quoad ea, quæ ipſis illu
ſtriſſimis Ducibus competebant, non autem quoad ea, quæ
ante inueſtituram dictis hominibus competebant ex anti-
quiſſima conſuetudine, & ex eorum priuilegijs antiquis,
36 quia † exceptio firmat quidem regulam in non exceptua
tis c. dominus 32. q. 7. cum ſimilibus, ſed illam non ampliat,
nec extendit ad caſus ſub regula non comprehenſos, ut eſt
textus in l. generali §. vxori ff. de uſufruct. lega. & ibi Barto.
& in l. lucius §. pluribus ff. ad trebellian. exceptionis enim
natura eſt reſtringere, & non augere l. quintus in fin. ff. de
rebus eorum, & Alexan. in conſi. 59. uolumi. 1. circa finem
penultima columna, & in conſi. 31. uolumi. 2. colum. 5. &
Abb. in c. cum dilecta de confir. utili, uel inutili.
¶ Non refragatur, quòd dicto Comiti conceſſa fuerunt re
galia in genere, & ſpecialiter multa, quæ ſunt de regalibus,
quæ ante conceſſionem, & inueſtituram domino Duci con
cedendi pleno iure competebat, ergo & ipſi Comiti cenſe
tur data poteſtas omnia illa in dictos homines exercendi,
ut ex uerbis inueſtituræ colligi poteſt, nam ex prædictis col
37 ligitur reſponſio, quòd † in Comitem non ſunt tranſlata
illa, per quæ homines turbari dicerentur circa ea, quæ ip-
ſis ex antiquiſſima conſuetudine competunt, ut latè ſupra
dictum fuit, quoad hæc enim regalia debet conſuetudo at-
tendi l. ſi venditor §. ſi conſtat ff. communia prædiorum d. l.
hoc iure §. ductus ff. de aqua quotidiana, & æſtiua d. c. ſuper
quibuſdam §. præterea cum ibi nota. extra de uerborum ſi-
gnificatio. Præpoſitus in c. 1. colum. 5. quæ ſint rega. &
ibi columna penultima, & Speculato. in d. §. quoniam
quæſtio. 22. Rurſus Dux ipſe ante inueſtituram factam
Comiti quoad ea, quæ dicti homines tum ex antiquiſſi-
ma conſuetudine, tum ex antiquis priuilegijs habent, il-
los non turbabat, nec moleſtabat, ergo nec dictus Comes,
cui fuerunt conceſſa illa, quæ Dux habebat, & exercebat,
38 hoc facere poterit. Præterea † quando filius, vel domi-
nus ex aliqua cauſa habet aliquid facere, & ſubditos ad il-
lud faciẽdum cogere, tenetur eis mercedem ſoluere, ſuiſq;
ſumptibus facere, ad ea, quæ habentur per Andream de
Iſernia, & Præpoſi. in d. c. 1. colum. 5. quæ ſint regal. & ibi
in præludiis feudorum colum. 22. ¶ Non obſtat, quòd
39 † ſubditi in multis domino ſubuenire tenentur, ut habetur
per Speculatorem in d. §. quoniam q. 17. Bal. in c. conque-
rente de offic. ordin. & in l. neminem C. de ſacroſanctis ec-
cleſijs, & Angelus in conſi. 224. Quia dicas, hæc vera eſſe,
niſi ſubditi eſſent ex antiquiſſima conſuetudine ab iſtis libe
ri, vt iam dixi, vel eſſent priuilegiati argumento c. decet de
regulis iuris in 6. iunctis præmiſſis. Præterea prædicta pro-
cederent in hominibus ligiis, ut per Speculatorem in d. §.
quoniam, homines autem Baeſij non ſunt ligij, ſed liberi, ſi
ne quorum conſenſu dominus non poteſt eis onera conſue
40 ta imponere, ſicut † epiſcopus non poteſt charitatiuum
ſubſidium clericis ſine conſenſu capituli, & cleri iniungere,
ut vult Ioannes Andreas in c. cum apoſtolus extra de cen-
ſibus, & Præpoſitus in præludiis feudorum colum. 22.
¶ Cæteris omnibus ſupra pro parte Comitis allegatis pa-
tet reſponſum ex ſupra deductis, & maximè ratione con-
ſuetudinis, propter quam dicti homines ſe excuſare poſ-
ſunt, nam quoad huiuſmodi præſtationes conſuetudo præ
cæteris eſt attendenda Speculato. in d. §. quoniam q. 17. &
41 latius ſupra dixi. Præterea † ſi dominus uellet homines
ſubditos ultra ſolita, & conſueta grauare, ipſi poſſunt con-
tra-

recedere, & ad ſuperiorem domini ſui recurrere Specul. in d.§.quoniam col.penul.uerſi. ſed & ſi dominus cum alijs pluribus ſupra deductis,nõ enim debet nouitas induci in homagio,nec in ſubiectione, ut ibi per Specul.colum. penul. uerſi. & nota, & col.fin.ulti.uerſ.& latè per domin. Andr. & Præpoſi. in locis ſupra ſæpius allegatis. Hæc ſunt, quæ ad fauorem hominum Baeſij contra dominum Comitem Hyppolitum conſideraui, & de iure magis eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius rei conuenti, & non dominus, nec pares curiæ cognoſcunt de cauſa,in qua fiſcus contra aliquem agit pro rebus, quas aſſerit eſſe feudales, & reus illas eſſe feudales negat:*

2 *Nec reus coram prædictis citatus teneretur comparere ſuum priuilegium allegaturus:*

3 *Et quando pares curiæ, uel dominus cognoſcant.*

4 *Et cognitio illa coram ordinario rei conuenti, an res ſit feudalis, necne, qualis eſſe debeat.*

5 *Et quæ probatio, quòd res ſit feudalis, coram ordinario requiratur.*

6 *Summaria cognitio reſpicit modum procedendi, non autem modum probandi;*

7 *Nec plenam probationem excludit,immò includit.*

8 *Eccleſia,uel clericus poſſidens caſtra,aut alia bona temporalia in territorio Imperatoris, ſeu alterius principis in dubio illa iure proprio, & allodiali, non autem iure feudi tenere præſumitur: Niſi expreſsè, & plenè inueſtitura, & ius feudi probetur.*

9 *Nec in hoc caſu unus teſtis cum iuramento, nec alia præſumptiua probatio ſufficeret.*

10 *Conceſſio rei facta eccleſiæ per uerba damus, & concedimus, & maximè pro ſalute animæ concedentis facta pleno iure, & non iure feudi cenſetur.*

11 *Contra clericum dominus feudi ſecularis non poteſt de crimine directè,nec indirectè, & in conſequentiam ciuiliter ad feudi amiſsionem procedendo cognoſcere: Sed ſuperior eccleſiaſticus cognoſcit:*

Et lata ſententia per eccleſiaſticum, ad quem tunc ſit appellandum numero 13.

12 *Cap.1.in fin.de capitul.corra.declaratur.*

13 *Cauſa feudi tenti à clerico quando ad dominum feudi per appellationem deuoluatur, & quando ad ſuperiorem eccleſiaſticum.*

14 *Negans bona eſſe feudalia cadit à feudo, & quando.*

15 *Regalia principẽ exercere in bonis ſitis in ſuo territorio non arguit illa eſſe feudalia.*

16 *Dominus feudi, ſeu pares curiæ poſſunt in cauſa feudali allegari ſuſpecti.*

EPITOME.

CAVSA, *in qua agitur, an res ſit feudalis, necne, coram quo, & quomodo ſit cognoſcenda, & quæ probatio, quòd res ſit feudalis, requiratur, hic habetur.*

CONSILIVM. LXXXII.

MOTIVIS pro parte fiſci contra Illuſtriſſimum, & Reuerendiſſimum Cardinalem de Monte factis,ſi à ueritate non recedamus, facilè reſponderi poteſt:
1 Nam pro reſponſione præſuppono, † uerã,& communem ſententiam ſcribentium eſſe,quòd quando coram paribus curiæ procurator fiſci contra aliquem agit pro rebus,quas aſſerit eſſe feudales,& reus negat illas eſſe feudales,tũc cauſa non eſt coram principe,ſeu paribus curiæ cognoſcenda, ſed coram ordinario ipſius conuenti, tum per regulã, quòd actor ſequitur forum rei c.cum ſit generale de foro compet.tum quia non poteſt quis eſſe iudex in cauſa ſua,ut nolunt ſcriben.in c.cæterum de iudi.ubi Abb.Ioan.And. Innocen.Hoſtien.Barbat.& Henricus Boich,& in c.2.colũ.2. de feudis: & hæc opinio eſt ferè ab omnibus recepta, ne contingat quem eſſe iudicem in cauſa propria C. ut nemo in cau.ſua iudi.Bal.in c.1.§.præterea ſi inter, & ibi feudiſtæ de prohib.feu.alien.per Feder. idemq; affirmat Felin. in d.
2 c.cæterum col.5.uerſi.12.fallit. Et † hoc in caſu reus citatus nõ teneretur cõparere etiam allegaturus cauſam, quare non debeat comparere,quia in hoc caſu non uendicat ſibi locũ diſpoſitio l.ſiquis ex aliena ff.de iudi.& l.2. ff. ſi quis in ius uoca. non ier. quia dominus iuriſdictionem ex priuilegio,& iure ſpeciali habere cenſetur glo.& Bal. in c. 1. de inueſt.in mari.fac.Barba.& alij in d.c.cæterum. Nec refragatur id, quod uoluit Felin. in loco præallegato in eadem colum.uerſi. tertio declara,quia aliud eſt,quòd ſuperior dicat rem ad ſe iure feudi ſpectare,& reus neget illam eſſe feudalem,ſed propriam eſſe dicat, & tunc prius dicta
3 procedunt, † aliud,quòd nõ negetur,rem eſſe feudalẽ, ſed alia uertatur quæſtio ſuper feudo,ut quòd ſit deuolutũ, uel nõ deuolutũ,uel quòd facta ſit,uel quòd nõ ſit facta inueſtitura,uel quòd ſit facta ſipliciter,uel certo modo,& tũc dñs, uel pares curiæ cognoſcent d.c.1.§.præterea ſi inter,ibique glo.& Bal.& Peruſi.in c.Romana §.debet de appella. in 6.
4 † nam quando eſſet lis inter duos ſuper inueſtitura, quia unus negaret inueſtituram eſſe factam,& alter illam eſſe factam affirmaret,tunc procedat id,quod uoluit Felin. in d.c. cæterum col.5.uerſi.tertio declara, quòd ſuper hac quæſtione erit habẽda coram ordinario ſummaria cognitio, & ſi ſummatim conſtabit de inueſtitura, cognitio ad dominũ feudi remittetur,& hoc modo loquitur Bald. in d. c. imperialem §.præterea ſi inter,quem Felin.ibi allegat, & clarius Ang.quem ſimiliter Felin.ibi allegat,in l. 1. in fi. C.ſi à non compet.iudi.qui inquit,quòd ſi corãm domino feudi pro re feudali agatur,& reus neget rem eſſe feudalem,non erit coràm domino procedendum,niſi prius coram iudice ordinario,& non corãm domino cognoſcatur,& probetur, quòd res fuerit feudalis: Apparet igitur Felinum uoluiſſe contrarium eius,quod in motiuis præſupponitur,hoc eſt, quòd dominus feudi non poteſt cognoſcere,ſed ordinarius, quia doctores ab eo allegati hoc expreſsè uolunt. Ex quibus infertur uerum non eſſe,quòd non ſit curandum de negatione à clerico propoſita, quòd res non ſit feudalis, conſtito ſumariè,quòd ſit feudalis,quia & ſi poſſet dici ſufficere ſummariam cognitionem, tamen illa cognitio fieri debet coràm ordinario,& non coràm domino feudi,ut habetur per Ange.in d.l.1.& eſt de mente Felini expreſsè in d.c.cæterũ remittendo ſe ad not.per Ange.& Bald.qui hoc uolunt, & eſt etiam de mente Innocentij in d.c.cæterum,quem Ang. allegat. Ergo in caſu occurrenti prius omnino cognoſcedũ eſt coràm ordinario,an res ſit feudalis, & non coràm do-
5 mino feudi, uel paribus curiæ. ¶ Qualiter autem † huiuſmodi probatio, quòd res ſit feudalis, coràm ordinario ſit facienda, aliud eſt dubium: & licet præſupponatur ſufficere probationem præſumptiuam, nec plenam requiri per id, quòd uoluit Felin.in dicto c. cæterum poſt Bald. in d. §. præterea ſi inter, tamen Felin.& Bald. hoc non dicunt,ſed ſolum,quòd ſufficit huiuſmodi cognitionem coràm ordinario faciendam eſſe ſummariam, ut etiam inquit
6 Bald.in d.§.præterea: † quæ cognitio ſummaria reſpicit modum procedendi,non autem modum probandi, ut colligitur ex uerbis Bart.in l. momentaneæ C.unde ui,& in extrauagan.ad reprimen.per totum,& ex tex.in clemen.ſæpe de
7 uerborum ſignifi. Præterea † ſummaria cognitio non excludit plenam probationem, immò potius illam includit
8 Bart.in l.1.C. quorum bonorum. Rurſus uidetur, † quòd ſi in hoc caſu ſtandũ eſt præſumptionibus,potius præſumptio erit pro eccleſia, quòd bona ab illa poſſeſſa,& in quibus eccleſia præcipuè per tantum tempus de cuius initio non extitit memoria in contrarium,ſolita fuit iuriſdictionem contentioſam exercere tàm in cognoſcẽdo de cauſis appellationum,quam in illis ſtatuendo,& homines ſubditos mulctando,ſint ipſius eccleſiæ,& ad eam pleno, & allodiali iure

perti-

pertineant, vt voluit Ioannes Andreas in additio. ad Speculatorem in titu. de iuriſdictione omnium iudicum in verſi. paſtoralis, & expreſſius hoc volunt Hoſtien. Ioan. And. do. Anto. Abb. & Imo. in c. nimis de iureiuran. & Innocen. in c. ſolitæ de maio. & obed. quòd eccleſia, ſeu clericus tenens, & poſſidens aliqua temporalia, ut caſtra, vel alia bona in aliqua prouincia, aut territorio Imperatoris, ſeu alterius principis, in dubio præſumitur tenere iure proprio, & allodiali, nõ autem iure feudi, niſi expreſsè, & plenè probetur inueſtitura, & ius feudi, & faciunt ea, quæ habentur per Abbatem in c. veniens colum. 2. de accuſatio. & per Felinum
9 in d. c. cæterum in fin. & in d. c. ſolitæ circa finem: † Nec ſufficeret vnus teſtis cum iuramento, nec alia præſumptiua probatio, ut dixit Andr. Barba. in d. c. cæterum colum. 3. qui allegat Ioan. Andream in c. romana §. contrahentes de foro competen. in 6. & Bal. in l. 2. C. ſi contra ius, uel util. pub. & eſt optimus textus cum gloſ. in c. 1. de controuer. inter maſculum, & fœminam, quòd aſſerens rem eſſe feudalem debet ſic iurare, & affirmare, & cum eo plures teſtes idem affirmantes, & in c. 1. de conſuetu. recti feudi, ubi Pares curiæ tenentur probare inueſtituram, & quando præſtatur ſacramentum ad probandum rem eſſe feudalem, debet hoc etiam à multis ſic iurantibus approbari, & non ſtatur ſimplici præſumptioni, ut ibi, & facit text. in c. 1. qui teſtes ſint neceſſa. immò uidetur, quòd domino dicente rem eſſe feudalem, & fœmina negante, ſtandũ ſit ſacramento ipſius fœminæ c. 1. §. ſed ſi de controuer. inter maſculum, & fœmin.
10 ¶ Præterea † conſtat plura loca, & caſtra conceſſa fuiſſe eccleſiæ Papienſi ab Henrico Imperatore, ut ex ſuis literis apparet, quo caſu cenſetur conceſſio facta pleno iure, & non iure feudi Abb. in c. ueniens de accuſatio. Ioannes Andreas poſt Oldra. in additio. ad Speculatorem in titulo de iuriſdictione omnium iudicum, Felin. in d. c. cæterum in fi. & in d. c. ſolitæ, veluti etiam colligitur ex pluribus verbis dictarum literarum, ibi damus, & concedimus, item quia pro ſalute animæ Imperatorum conceſſa fuerunt, quo caſu cenſetur facta conceſſio pleno iure Ioan. Andr. in d. additione. Quo fit, vt cognitio ſpectet ad ordinarium eccleſiaſticum, & ad eum appelletur, ut ibi, & habetur in d. c. cæterum per Abbatem, Barbar. & alios, & non ad dominum, niſi de conſuetudine præſcripta conſuetum eſſet ad ſuperiorem ſecularem appellari c. romana §. debet de appellatio. in 6. uel niſi hoc ius ſibi dominus ſecularis reſeruauerit Abb. in c. verum colum. 5. de iudi. vel quando eſſet talis princeps, cui reſiſti non poſſet c. ſi epiſcopus, & ibi Moder. 18. diſtinctio.
11 ¶ Præterea † quòd dominus feudi, ſeu pares curiæ in caſu occurrenti, in quo de crimine ciuiliter ad priuationem feudi agitur, non poſſint procedere, etiam præſuppoſito, quòd epiſcopus haberet bona, & caſtra iure feudi, probatur, quoniam dominus feudi ſecularis contra clericum de crimine cognoſcere nõ poteſt directè, nec per indirectum, nec in conſequentiam, pura ciuiliter ad priuationem feudi procedendo, Innocen. & ibi Abb. in c. uerum colum. 4. de foro competen. quia de crimine clerici etiam ciuiliter quoad amiſſionẽ feudi ſuperior eccleſiaſticus cognoſcere debet,
12 ut ibi. Nec † obſtat text. in c. ſi. de capit. Corra. quia intelligi debet, quando ob culpam, & felloniam, quæ non caderet in crimen, vaſallus clericus feudo eſſet priuandus, ſecus ſi propter crimen, quoniam tunc cognitio non pertinet ad dominum, ſed ad ſuperiorem eccleſiaſticum, ut ſupra. Secundo reſpondeo, quòd & ſi textus ille intelligeretur etiã, quando ob crimen priuari deberet, tamen non dicit, quòd cognitio huius etiam ciuiliter agendo ad priuationem feudi debeat ad dominum ſpectare, vnde debet intelligi, ut uolunt Innocen. Abb. & Ioan. Andr. in d. c. verum, quòd hoc in caſu eccleſiaſticus de crimine cognoſcat, etiam ſi tale ſit crimen, propter quod feudum aliàs regulariter ad dominum reuerti deberet, quod redibit in uita prælati criminoſi ex ſententia ferenda ab eccleſiaſtico, ut clarè innuit Abb. ibi, ſi eius uerba rectè conſiderentur. Ex quibus infertur,
13 quòd † licet aliàs cauſa feudalis per appellationem deuoluatur ad ſuperiorem dominum feudi, vt habetur per Abb. in d. c. verum colum. 5. tamen hoc verum eſſet, quando cauſa merè ciuilis fuiſſet per dominum feudi laicum cognita, Secus ſi per iudicem eccleſiaſticum, ut quando de crimine contra clericum vaſallum ageretur, quia tunc eſſet appellandum ad ſuperiorem eccleſiaſticum, aliàs appellatio non valeret etiam ſtante conſuetudine, de cuius initio memoria in contrarium non extaret c. 2. ibique glo. & ſcriben. de conſuetu. in 6. Præterea & ſi hoc in caſu eſſet ab eccleſiaſtico appellandum ad dominum, & ſuperiorem laicum, tamen hoc procederet, quando eſſet cõſuetudo præſcripta, quòd poſſet appellari d. c. romana §. debet de appellatio. in 6. uel melius ille textus loquitur, quando eſſemus in cauſa merè ciuili, ſecus in cauſa, in qua de crimine clerici etiam ciuiliter ageretur, quoniam tunc nullo modo, etiam quacunque præſcriptione non obſtante, ad ſuperiorem laicum appellari poſſet d. c. 2. & argumento c. ſi diligenti de foro competen. cum c. 1. de reſcrip. vel dicendum eſt, quòd ex quo in caſu noſtro non conſtat clarè de inueſtitura, nec de conceſſione feudali, non debet argumẽtum ſumi, quòd eccleſia rem, quæ eſt in territorio regis, vel ciuitatis, dicatur habere iure feudi, quia in dubio cenſetur conceſſio facta pleno iure, ut etiam ex tenore priuilegij colligitur, vt ſupra dixi, & ideò quòd ad dominum feudi conſuetum ſit appellari, hoc ius ad eum appellandi ſit non ratione feudi, ſed ex conſuetudine d. §. debet, nam quòd eccleſia teneat res, ſeu bona in prouincia, aut in territorio alterius, hoc non arguit, quod dicatur tenere iure feudi, niſi expreſsè appareat, & probetur, quòd habeat iure feudi, Hoſtien. Imol. Abb. & alij in d. c. nimis de iureiuran. Habet tamen dominus terræ, vel rex fundatam intentionem quoad generalem iuriſdictionem prouinciæ, & ideò hac ratione poterit ad eum appellari, ſtante conſuetudine d. c. romana §. debet, & non aliter, cum laicus non poſſet eſſe iudex in cauſa clerici, niſi ratione feudi gloſ. in ſumma 11. q. 1. & in d. c. cæterum cum aliis, & cum in cauſa etiam feudali ad dominum feudi recurri non poſſit, quando agitur de crimine contra clericum etiam ciuiliter, & ſic ad effectum etiam duntaxat priuandi clericum feudo propter eius culpam, & felloniam, non obſtante text. in d. c. 1. in fin. de capitu. Corra. vt
14 dictum fuit. ¶ Nec aduerſatur, quòd † Reuerendiſſimus, & Illuſtriſſimus dominus Cardinalis negando bona, ſeu caſtra eſſe feudalia cadat à feudo c. 1. in fi. de lege Corradi, c. 1. §. uaſallus il 1. ſi de feu. fue. controuer. inter dominum, & agnatos, quia reſpondetur hoc verum eſſe, quando doloſè negaſſet, ſecus ſi ignoranter, ut probatur, & uoluit Bal. ibi: ſed Reuerendiſſimus Cardinalis habuit iuſtam cauſam ignorantiæ, quia in ius alterius ſucceſſit l. qui in ius ff. de regu. iur. Secundo quia non conſtat bona eſſe feudalia, ſed propria eccleſiæ, & tanquam propria habita fue-
15 runt, vt ſupra dictum fuit, ergo &c. † & quamuis princeps in bonis, & locis illis exercuerit regalia, tamen hoc non arguit ea eſſe feudalia per illa, quæ habentur in d. cap. nimis, vbi ſtant ſimul, quòd bona conceſſa eccleſiæ à principe non dicantur feudalia, & princeps in eis generalem iuriſdictionem habere dicatur: & an ſint feudalia, nec ne, non eſt cognoſcendum ab ipſo domino, uel paribus curiæ, ſed à iudice ordinario ipſius tenentis bona, vt
16 dictum fuit. ¶ An autem † dominus feudi, ſeu pares curiæ poſſint allegari ſuſpecti, etiam quòd ſint ordinarij, & maximè in caſu, quo ageretur, an res eſſet feudalis, docto. omnes

nes uolunt, quòd ſic c. 1. an apud iudi. uel cur. & ibi Bal. in d. c. 1. §. præterea ſi inter de prohib feu. alien. per Feder. & præſupponunt ſcriben. in d. c. cæterum in caſu, in quo negaretur rem eſſe feudalem, & ex prædictis ſublata uidentur mo tiua fiſci contra Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſſimum Cardinalem de monte. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In emphiteoſim conceſſio eſt alienatio, quæ de rebus eccleſiæ eſt prohibita, niſi ex iuſta cauſa, & debita cum ſolemnitate fiat.*
2 *Nec ſufficit conſenſus ſolius rectoris.*
3 *Neque auctoritas Vicarii Epiſcopi, quod limitatur num. 19*
4 *Res eccleſiæ non poteſt in emphiteoſim concedi abſque auctoritate ſedis Apoſtolicæ, quando ſic concedi non eſt ſolita. Limitatur num. 23*
5 *Feudus ſterilis minoris, & eccleſiæ abſque iuſta cauſa, et decreto alienari non poteſt: Differunt tamen in hoc minor, & eccleſia num. 16*
6 *Locationi, & alienationi rei eccleſiæ factæ ſine debita ſolemnitate, & cum magna eccleſiæ læſione ſucceſſor in rectoria ſtare non tenetur. Fallit num. 25, & 26.*
7 *Et rector ipſe alienans, qui etiam non contrauenire iuraſſet, poteſt abſque metu periurii contrauenire.*
8 *Prælatus ſuccedens in eccleſia non tenetur ſtare colono, cui prædeceſſor rē ad longum tempus locauit.*
9 *Succeſſor in præbenda colono ſtare non tenetur.*
10 *Succeſſor in prælatura, & rectoria rebus bona fide, & ritè, ac cum debita ſolemnitate geſtis, & non aliter ſtare tenetur.*
11 *Alienatio rei eccleſiæ, ſiue conceſſio in emphyteoſim facta ex iuſta cauſa, & cum debita ſolemnitate poteſt per reſtitutionem in integrum reſcindi, quando eccleſia fuiſſet enormiter læſa.*
12 *Res ſterilis eccleſiæ poteſt in emphyteoſim etiam perpetuam concedi, ut ad extraneos hæredes tranſeat, interueniente tamē debita ſolemnitate: Et ſterilitas huius conceſſionis iuſta cauſa dicitur num. 18.*
13 *Et ea fertili effecta, opera, & labore conductoris, prælatus nec penſionē augere, nec læſionem eccleſiæ allegare poteſt, ſed locationi perpetuò ſtare tenetur, donec penſio ſoluitur.*
Et ſi emphyteoſis eſſet temporalis, poſt culturam efficitur perpetua, & ad omnes hæredes ēt extraneos tranſmiſſibilis num. 17
14 *Res eccleſiæ ſterilis quoad directum, & utile dominium poteſt alienari.*
15 *Etiam abſque decreto, & ſine ſolemnitate.*
Quod an ſit verum, declaratur num. 16
16 *Res ſterilis minoris, & res ſterilis eccleſiæ an, & quomodo quoad alienationem differant.*
19 *Auctorizandi ius in alienationibus rerum eccleſiæ ad Vicarium generalem Epiſcopi non ſpectat, niſi ſpecialiter hoc ei fuerit ab Epiſcopo conceſſum.*
20 *Et ad quem ius iſtud ſpectet.*
21 *Vicarius Epiſcopi ius conferendi, & ordinandi non habet, niſi ex ſpeciali mandato.*
22 *Tractatus, & conſenſus capituli quando in alienatione rei eccleſiæ requiratur, & quando ſolus conſenſus rectoris, & proprii prælati ſufficiat.*
23 *Extrauagans Pauli ij. prohibens alienationem, ſeu conceſſionem in emphyteoſim de re eccleſiæ in quibus caſibus locum habeat.*
24 *Res minoris difficilius alienatur, quam res eccleſiæ.*
26 *Locationi, ex qua ius aliquod in re ipſi conductori acquiritur, ſucceſſor in rectoria, ſeu prælatura ſtare tenetur.*
27 *In conceſſione in emphyteoſim de re eccleſiæ facta pro certa penſione, an eccleſia quoad penſionem fuerit enormiter læſa, uel ne, quod tempus ſit inſpiciendum.*
28 *Eccleſia locando, & concedendo in emphyteoſim rem ſuam tanquam unum corpus intra certos confines, etiam ſi menſuram adijciat, quæ maior, quam ſit expreſſa, poſtea reperiatur, ob hoc læſa non dicitur.*
29 *Et tantò magis, ſi appoſita ſint illa verba, ſiue plus, ſiue minus, & quantacunque ſit, comprehendatur in præſenti locatione.*
30 *Eccleſia locando rem ſterilem in emphyteoſim perpetuam, ut ad hæredes quoq; extraneos tranſeat, lædi non dicitur, nec in integrū reſtituitur.*
Lædi non dicitur, nec in integrum reſtituitur, qui iure communi vtitur.

EPITOME.

CONCESSIO *in emphyteoſim etiam perpetuam, & pro hæredibus extraneis de re eccleſiæ ſterili, & infructuoſa facta cum auctoritate, & decreto Vicarii generalis Epiſcopi ius auctorizandi in alienationibus rerum eccleſiæ, uel ſaltem ius conferendi, & ordinandi ex ſpeciali mandato habentis, quòd ualuerit, & ex eo, quòd poſtea res illa opera, & labore emphyteotæ fertilis, & fructuoſa fuerit effecta, reſcindi non poſſit, tanquam eccleſia fuerit enormiter læſa, demonſtratur.*

CONSILIVM LXXXIII.

SVPER præſenti cauſa paucis me abſoluam: Viſo namque inſtrumento conceſſionis in emphyteoſim per dominum Rectorē eccleſiæ factæ ſub annua penſione, de qua in inſtrumento, cum auctoritate Vicarij generalis R. D. Epiſcopi, uidetur prima facie concludendum, dictam conceſſionem emphyteoſim ipſo iure fuiſſe, & eſſe nullam, & ſucceſſorem in rectoria dictæ eccleſiæ illi conceſſioni, ſeu locationi ſtare nō teneri, uel poſito, quòd in ſe ualuerit, nihilominus poſſe ob enormem læſionem per reſtitutionem in integrum reſcindi. Et quòd huiuſmodi cōceſſio fue
1 rit, & ſit nulla, multipliciter oſtenditur, & primo quia † conceſſio emphyteoſim eſt alienatio, quæ de rebus eccleſiæ dicitur eſſe prohibita, niſi fiat ex iuſta cauſa, & cum debita ſolemnitate, uidelicet cum auctoritate Epiſcopi, c. nulli, ibiq;
2 Abb. & doct. omnes extra de rebus eccle. non alien. † nec ſufficeret conſenſus ſolius rectoris c. ad audientiam cum ibi not. per glo. eod. tit. & facit tex. in clem. 1. eod. tit. Nec etiā
3 pro forma uidetur ſufficere, quòd † auctoritas Vicarij Epiſcopi interuenerit, quoniam auctoritatem interponere eſt merè ius epiſcopale. c. ſine exceptiōe 12. q. 2. habetur in c. 1. de rebus eccleſ. non alien. & eſt bonus tex. in c. in uenditionibus 17. q. 4. nec iure cautum reperitur, quòd uicarius Epiſcopi hoc poſſit, ergo ad illum ius iſtud non ſpectabit, nam quod non dicit lex, ſeu canon, nec nos dicamus l. ſi ſeruum
4 §. non dixit prætor ff. de aquir. hæred. ¶Secundo † cum hæc res ſolita non fuerit in emphyteoſim concedi, hoc modo abſque auctoritate ſedis apoſtolicæ concedi non potuit, ut habetur in quadam extrauaganti Pauli ueneti, in qua cōceſſio annullatur, & rector eccleſiæ pœnas ibi contentas
5 incurrit. ¶Tertio † facit l. ſi fundus ff. de rebus eorum, ubi fundus minoris ſterilis, & infructuoſus non poteſt abſque iuſta cauſa, & decreto alienari, & alienatio aliter facta nō tenet, ergo de minore ad eccleſiam arguendo, argumento c. 1. de reſtit. in integum, idem dicendum eſt de fundo ſterili eccleſiæ: Sed in caſu noſtro non interuenit iuſta cauſa, propter quam alienatio fieri deberet, neque ſolemnitas requiſita, neque decretum Epiſcopi, ergo cōceſſio in emphyteoſim ipſo iure non tenuit: hæc enim duo copulatiuè requiruntur, quòd alienatio fiat ex iuſta cauſa, & cum ſolemnitate debita, ad tradita per Abb. & gl. communiter in d. c. nulli, & per Imol. in c. 1. de iis, quæ fiunt à præla. ¶Quòd
6 † autem ſucceſſor in rectoria non teneatur dictæ conceſſioni, ſeu locationi ſtare, probatur, quoniam cum huiuſmodi alienatio facta fuerit abſque debita ſolemnitate, immò cum magna eccleſiæ læſione, ut infra dicetur, ſequitur, quòd ſucceſſor illi ſtare non tenetur, ſed poteſt contrauenire, nam hoc ius contrauenięndi cuilibet clerico competit c. ſiquis presbyterorum de rebus eccleſ. non alien. & c. non liceat
7 cum ibi not. 12. q. 2. quinimò † rector ipſe alienans, qui etiā non contrauenire iuraſſet, poſſet abſque metu periurij contrauenire, ut concludit Abb. in c. 2. in fin. uer. de iureiuran. & facit id, quod uoluit glo. not. in c. 1. de reſtitu. in integrum in 6. & tex. cum ibi not. in c. fina. ne præla. uices ſuas: & dicunt Barto. Alexan. & alij in l. ſi filio §. ſi uiro ff. ſoluto matrimo-
8 nio, † quòd prælatus, qui in eccleſia ſuccedit, non tenetur ſtare colono, cui prædeceſſor rem locauit, quando ad lon-

longum tempus locauit, ſecus ſi ad modicum tempus, argumento clementinæ primæ de rebus eccle. non alienand.
9 & Bal. in l. emptorem C. locati dicit, † quòd ſucceſſor in in præbenda non tenetur ſtare colono d.c. fina. ibique Innocen. quia præeſt glebæ, & non eccleſiæ, & ideò poteſtatem obligandi ſucceſſorem nõ habet, quia ſucceſſor ab eo nec cauſam, nec tranſmiſſionem habet, ſed ſuccedit per viã priuationis c. dilecto extra de præben. Subdit etiam ibidem
10 dem Bal. † quòd ſucceſſor in prælatura, & rectoria tenetur ſtare rebus bona fide, ac ritè, & cum debita ſolemnitate geſtis, quia eadem perſona ſignificatione eiuſdem officij eſſe videtur, aliàs non tenetur machinationibus, & fraudibus
11 anteceſſoris ſtare. ¶ Sed † poſito, quòd alienatio, ſiue conceſſio in emphyteoſim ex iuſta cauſa, & cum ſolemnitate à iure requiſita facta fuiſſet, & ſic in ſe teneret, tamen illa poteſt ob enormem læſionem per reſtitutionem in integrum reſcindi, ut in c. 1. de reſtitut. in integrum intelligendo illum textum loqui in locatione ad longum tempus, uc luti ibi docto. ponunt, & ego plenè ſcripſi: nam eccleſia fuit enormiter decepta multipliciter, primo quia res eſt maioris menſuræ, quam fuerit expreſſum in ſupplicatione facta ſuperiori, & quam in licentia conceſſa de concedendo rem in emphyteoſim contineretur, ſecundo quia fuit conceſſa, ſeu locata pro modica penſione, & longe minori, quã res mereretur ita, quòd fuerit enormiter læſa, ſecundum quod declarat Abb. in d.c. 1. ex mente Barto. in l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, Tertio quia res illa fuit perpetuo conceſſa, & vt in infinitum ad hæredes, & ſucceſſores tranſiret, & ſic abſque ſpe, quòd ullo vnquam tempore ad eccleſiam reuertatur: Vnde ex hoc eccleſia poſt dici læſa, argumento not. per gloſam in l. ex facto §. fina. ff. ad trebellianum, & ex his, multiſque alijs, quæ adduci poſſent, videtur concludendum, quòd ſucceſſori licitum ſit ab huiuſmodi locatione, & conceſſione in emphyteoſim recedere. ¶ Quibus tamen omnibus non obſtantibus, prout rectè conſideranti uerè non obſtant, contrarium de iure in caſu noſtro concludendum eſſe arbitror, præſupponendo prius, quòd res, de qua agitur, eo tempore, quo in emphyteoſim fuit conceſſa, erat infructuoſa, ſterilis, beduſta, & ruinoſa, prout in inſtrumento locationis dicitur, & præſupponitur ex verbis narratiuis, quæ inter ipſos contrahentes probant ad tradita per Bartolum, & alios in authen. ſi quis in aliquo C. de edendo: & conſtat ex licentia, ſeu decreto ſuperioris, in quo ita præſupponitur, ac ex relatione facta ab eis, quibus cauſa per dominum Vicarium fuit commiſſa, nec non ex dictis vicinorum, & aliorum, qui huius rei notitiam habuerunt, conſtare poteſt: Hoc præſuppoſito, infertur,
12 † quòd res huiuſmodi potuit in emphyteoſim concedi etiã perpetuo pro ſe, & hæredibus extraneis in infinitum, hæc enim iuſta dicitur cauſa alienationis, ut eſt textus not. in c. ad aures extra de rebus eccleſiæ non alienan. dummodo interueniat ſolemnitas à iure in alienatione rei eccleſiæ requiſita, nam ultra iuſtam cauſam etiam ſolemnitas requiritur, ut uoluit glo. in d.c. ſine exceptione, & in ſumma 12.q. 2. & habetur in c. 1. de reſtitutio. in integrum, Abb. & alii in d.c. nulli, & Imo. in c. 1. de ijs, quæ fiunt a præla. ſine conſen
13 ſu cap. Nec † eo prætextu, quòd res labore, ſeu opera coloni, ſeu emphyteotæ fuerit ad culturam redacta, & fertilis effecta, rector eccleſiæ poteſt penſionem augere, immò locationi ſtare, & in illa perſeuerare perpetuo tenetur, donec penſio ſoluatur, argumento §. adeò Inſtit. de locatio. & eorum, quæ habentur in §. perpetua 10.q.1. & habetur per Abbatem, & alios in d.c. nulli: ita colligitur ex tex. in d.c. ad aures, ubi Abb. Imol. Barbat. Ioan. Andr. & alii communiter dicunt, quòd res ſterilis eccleſiæ poteſt concedi in emphyteoſim perpetuam etiam, vt ad extraneos hæredes trãſeat, & quòd hæc dicitur iuſta cauſa rem concedendi, & alienandi, interueniente tamen ſolemnitate à iure requiſita: & quòd poſtquam res opera, & labore coloni ad culturam redacta, & fertilis effecta fuit, non poteſt prælatus penſionem augere, nec dicere, eccleſiam fuiſſe læſam, vt etiam voluit Abb. in c. ut ſuper in fin. ver. de rebus eccleſiæ non alienan. poſt Federicum de Senis in conſi. 174. & habetur per Imolam in c. potuit colum. 7. verſicu. attende extra de loca. qui etiam dicit, quòd res eccleſiæ ſimpliciter conceſſa prõ ſe, & hæredibus dicitur conceſſa etiam pro hæredibus extraneis, niſi contraria conſuetudo extaret: & ita ſequitur Fel. infinitos allegans in c. in præſentia extra de prob. quamuis Decius ibi contrariam opinionem eſſe veriorem dicat. ¶ Et pro prædicta concluſione, & opinione facit ratio ſa-
14 tis iudicio meo urgens, † nam quando res eccleſiæ eſt ſterilis, minuſque utilis eccleſiæ, hæc eſt iuſta cauſa alienandi quoad directum, & utile dominium, & quoad omne ius eccleſiæ illam in quemlibet extraneum pro ſe, & hæredibus quibuſcunque transferendo argumento d.c. ut ſuper in fi. ibique glo. & docto. & per gloſam in ſumma 12.q.2. & Imo
15 la in d.c. ut ſuper poſt glo. fin. inquit, † quòd fundus eccleſiæ ſterilis, & infructuoſus abſque decreto, & ſolemnitate alienari poteſt, ergo multo magis poterit concedi, & alienari quoad utile dominium tantum, ut ad extraneos quoque hæredes tranſeat, nam ſic eccleſiæ minus præiudicatur, penes quam directum dominium, & ciuilis poſſeſſio remanet, & cui annuatim penſio debetur: & hoc abſque dubio verum eſt in re eccleſiæ ſterili, & infructuoſa, quæ poterit concedi, interueniente tamen ſolemnitate, in emphyteoſim perpetuam, vt ad extraneos quoque hæredes tranſeat, vt iam dictum eſt. Et quamuis Ioannes de Imola in d.c. ut ſuper poſt gloſam in l. ſi fundus ff. de rebus eorum velit in hoc facere differentiam inter fundum ſterilem minoris, & rem ſterilem eccleſiæ, quia fundus ſterilis minoris non poteſt abſque ſolemnitate alienari, fundus autem ſterilis eccleſiæ ſic, per rationem diuerſitatis, quã ibi Imola refert, quod videtur contra id, quod Abb. Imol. Barbat. & alij doctores communiter volunt in d.c. ad aures: tamen hæc ali-
16 ter ſunt declaranda, quòd † aut quærimus, an res ſterilis eccleſiæ poſſit alienari ex eo ſolum, quòd ſit ſterilis, & ſic quòd ſterilitas dicatur iuſta cauſa alienandi, & dico poſſe alienari abſque eo, quod alia iuſta cauſa adſit, per textum in d.c. vt ſuper, ibique glo. & in hoc eccleſia differt à minore, quoniam ſterilitas ſola non eſt iuſta cauſa alienandi rem minoris, niſi alia iuſta cauſa adſit, ut eſt textus in d.l. ſi fundus: & hoc eſt, quod uoluit ibi glo. & in d.c. ut ſuper in vltima gloſa, & ratio diuerſitatis eſt, quam ibi Ioannes de Imo. aſſignat: Aut quærimus, an res ſterilis eccleſiæ poſſit abſque decreto, & ſolemnitate à iure requiſita alienari, & nõ poſſe dico per ea, quæ ſupra dixi, & quæ habentur per doctores in d.c. ad aures, niſi eſſemus in ſecunda, ſeu vlteriori conceſſione rei alteri facienda in caſu, quo prima conceſſionis cauſa adhuc duraret, nam tunc abſque alia ſolemnitate cõcedi poſſet, prout declarat, & exemplificat Abb. in d.c. ad aures, & in d.c. ut ſuper. Et ad prædicta facit id, † quod
17 voluit Bartolus in l. quicunque la 2. C. de omni agro deſerto libro 11. qui dicit, quòd ſi quis rem ſterilem in emphyteoſim temporalem accepit, illamque fertilem fecit, & ad culturam reduxit, emphyteoſis de temporali efficitur perpetua, & ad omnes hæredes etiam extraneos tranſmiſſibilis: & in l. fina. C. eodem titulo de omni agro deſerto probatur, quòd accipiens rem ſterilem in emphyteoſim, ut illam fertilem reddat, & ad culturam reducat, poſtquam eius opera, & labore fuit fertilis effecta, non poteſt prætextu huius meliorationis penſio aliquo tempore augeri: quẽ textũ ibi Bart. et in d.l. quicunque ponderat contra inſatiabiles,

biles, & cupidos prælatos, qui quotidie lites colonis mo-
uendo quærunt ipſis penſiones augere: quod quidem face
re nequeunt, ſed in locationibus cum iiſdem penſionibus
perpetuo perſeuerare tenentur: Ex his itaque in caſu no-
ſtro concludēdum eſt, quòd cum res eſſet ſterilis, & incul-
ta tempore conceſſionis, de qua agitur, & ſolemnitas de-
bita interuenerit, uidelicet decretum ſuperioris, & Vica-
rij, validè potuit in emphyteoſim concedi, prout conceſſa
fuit. ¶ Non obſtant ea, quæ ſupra in contrarium fuerunt
adducta, & in primis, quòd in caſu noſtro conceſſio in em-
phyteoſim ex iuſta cauſa, & cum debita ſolemnitate facta
non fuerit, ex quo facta fuit cum auctoritate Vicarij epiſco
pi, qui ius auctorizandi in alienationibus rerum eccleſiæ ha
18 bere non dicitur, quia reſpondetur, † quòd immo facta fuit
ex iuſta cauſa, uidelicet ob ſterilitatem rei, quæ dicitur iuſta
cauſa alienandi, ſeu concedendi bona eccleſiæ in emphy-
teoſim perpetuam, vt etiam ad hæredes extraneos tran-
ſeat d.c. ad aures, d.c. ut ſuper in fin. & ibi glo. Imol. & do-
cto. & gl. in d.l. ſi fundus: Item conceſſio facta fuit cum de-
creto, & ſolemnitate à iure requiſita, quia fuit interpoſi-
tum decretum Vicarij generalis epiſcopi, qui ſuam inter-
19 poſuit auctoritatem: † quamuis enim ius auctorizandi in
alienationibus rerum eccleſiæ ſit epiſcopale, & de iis, quæ
ſunt epiſcopo reſeruata d.c. ſine exceptione cum ſimilibus
ſupra allegatis, neque ex mandato generali ad vicarium
epiſcopi tranſeat, tamen ipſi uicario poteſt ab epiſcopo
ſpecialiter concedi ita, quòd alienatio eius auctoritate fa-
cta ualeat, & cum ſolemnitate facta dicatur, ita colligitur
ex iis, quæ uoluit Ioan. Calder. in conſil. 1. in titul. de offic.
Vicarij, qui allegat Ioan. And. in c. 2. de offic. Vica. in 6. in
nouella, ac etiam Feder. de Senis in ſuis conſiliis, & latius
habetur in quodam libro conſiliorum Ioan. Cald. in conſil.
72. quem non impreſſum penes me habeo, in quo plenius
loquitur, quam in libro conſiliorum impreſſorum. Com-
20 probatur hoc ex iis, † quæ uoluit Bartol. in authen. hoc ius
porrectum in uerſi. venio ad quartam particulam C. de ſa-
croſanc. eccle. qui dicit, quòd ius auctorizandi in aliena-
tionibus rerum eccleſiæ ad illum prælatum, & ſuperiorē
ſpectat, ad quem ius ordinādi rectorem in ea eccleſia per-
21 tinet: Sed † ad uicarium epiſcopi ius conferendi, & ordi-
nandi ex generali mandato non pertinet, niſi hoc ius ſpe-
cialiter ſit ei conceſſum c. 2. & 3. de offic. uica. in 6. ergo
idem eſt de iure auctorizandi dicendum, ut ad Vicarium
epiſcopi non ſpectet, niſi fuerit ei ſpecialiter conceſſum:
At in caſu noſtro Vicarius epiſcopi, qui ſuam in huiuſmo-
di conceſſione auctoritatem interpoſuit, habuit ſpecialiter
in mādatis, vt in alienationibus poſſet auctorizare, uel ſaltē
habuit ſpecialiter in mādatis, ut poſſet cōferre, ut in facul-
tatibus ei cōceſſis cōtinetur, quo fit, ut etiā ius auctorizādi
habuiſſe dicatur, argumento eorū, quæ uoluit Bar. in d. au
then. hoc amplius, & faciunt illa, quæ uoluit Cald. in con-
ſil. 3. in d. titul. de offic. vica. igitur &c. ¶ Et quamuis in
huiuſmodi conceſſione non interuenerit tractatus, prout
de iure uidetur requiri c. 1. de rebus eccle. non alien. in 6.
d.c. ſine exceptione, & c. tua nuper de his, quæ fiunt à præ-
la. ſine conſen. cap. tamen in caſu, de quo agitur, tractatus
22 non fuit neceſſarius: † quoniam differentia eſt, an alienetur
res eccleſiæ cathedralis, & tunc requiritur tractatus, &
conſenſus capituli eccleſiæ cathedralis d.c. ſine exceptio-
ne, an uerò alienetur res eccleſiæ inferioris collegiatæ, &
quæ capitulum habeat, & tunc conſenſus, & tractatus
illius eccleſiæ, cuius res alienatur, requiritur, d.c. 1. de re-
bus eccleſiæ non alien. in 6. an autem alienetur res eccle-
ſiæ inferioris non collegiatæ, & tunc nec conſenſus, nec
tractatus capituli requiritur, ſed rectoris cōſenſus, & pro-
prij prælati auctoritas ſufficit, clemen. 1. cum ibi not. de re-
bus eccle. non alien. c. 1. extra eodem titulo: ita declarauit
Imol. & alij in c. 1. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſen.
capit. ubi Imol. inquit, quòd epiſcopi generaliter exerci-
tium iuriſdictionis in ciuilibus, & criminalibus ſine con-
ſenſu capituli præſcripſerunt, & facit id, quod uoluit Ioā.
Andr. in glo. & in lectura in d.c. 1. de rebus eccle. non alien.
in 6. ¶ Non obſtat extrauagans Pauli veneti ſupra in con-
23 trarium allegata, quia reſponderi poteſt primo, † quòd
alienatio, ſeu conceſſio in emphyteoſim ibi dicitur prohi-
bita, præterquam in caſibus à iure permiſſis, ut habetur in
dicta extrauaganti: Sed quando res eſt ſterilis, & infru-
ctuoſa, eſt unus de caſibus à iure conceſſis, in quibus aliena
tio fieri poteſt d.c. ad aures, d.c. ut ſuper cum aliis iam al-
legatis, ergo illa extrauagans Pauli in caſu noſtro locum
non habet. Poſſet etiam dici illam extrauagantem non fuiſ-
ſe moribus utentium receptam, ueluti aliàs in quodam meo
conſilio dixi; Sed hoc in præſentia omitto, tū quia ſuper eo
inſiſtere longum eſſet, tum quia prima reſponſio, quæ eſt
uera, & iuridica, pro nunc ſufficiet. ¶ Tertio non obſtat
24 l. ſi fundus ff. de rebus eorum, quia reſpondetur † illum
textum loqui de re minoris, quæ difficilius alienatur, quam
res eccleſiæ, ut colligitur ex iis, quæ habētur in ſumma 12.
q. 2. & in d.c. ut ſuper in fin. cum ibi not. nam ob minorem
utilitatem, & ob rei ſterilitatem res minoris non poteſt
alienari, niſi adſit alia iuſta cauſa, puta æris alieni d.l. ſi fun
dus: Sed res eccleſiæ benè poteſt alienari, & in emphyteo-
ſim concedi d.c. ad aures, d.c. ut ſuper in fin. cum aliis ſu-
pra allegatis: Et in hoc differunt minor, & eccleſia ad
not. per glo. in d.l. ſi fundus: ratioque diuerſitatis eſt, quam
ponit Ioan. de Imol. in d.c. ut ſuper in fin. ¶ Non obſtat,
quòd ſucceſſor in rectoria non tenetur ſtare colono eo ca
ſu, quo conceſſio, & locatio, ſiue alienatio fuit nulla ob
defectum cauſæ iuſtæ, & ſolemnitatis, & ideò etiam re-
ctor, qui conceſſit, ſiue alienauit, & non contrauenire iura-
uit, potuit contrauenire d.c. ſi quis præſbyterorum cum
ſimilibus, quia reſpondetur, huiuſmodi conceſſionem non
fuiſſe nullam, ſed in ſe ualuiſſe, & factam eſſe in caſu per-
miſſo, & cum ſolemnitate, ueluti ſupra probatum fuit: ergo
nec concedens, ſiue alienans, neque ſucceſſor potuit illi
25 contrauenire: Ex quibus infertur, † quòd ſucceſſor in recto
ria tenetur huic locationi, & conceſſioni per prædeceſſorē
factæ ſtare, quoniam fuit facta cum iuſta cauſa, iuriſque ſo-
lemnitate, & abſque læſione eccleſiæ, ut dictum fuit, ac in-
fra etiam dicetur, per ea, quæ habentur latè in c. fi. ne præ-
26 la. uices ſuas, ubi Abb. Anan. & alij. Prætera † quamuis ſuc-
ceſſor non teneatur ſtare colono, quando cauſam à præde-
ceſſore non habet, l. emptorem, ibique Bald. C. locati, et ha
betur in l. ſi filio §. ſi uir ff. ſolu. matri. tamen fallit, quando
ex locatione facta ius aliquod in re ipſi conductori acqui-
ritur, ueluti quando eſſet facta locatio ad longum tempus,
uel in emphyteoſim, ex qua utile dominium, & naturalis
poſſeſſio transfertur, iuxta not. per glo. et docto. in l. 3. §. ex
contrario ff. de acquir. poſſ. in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehi-
culum ff. commoda. et habetur in l. 1. C. de iure emphyt. et
in c. potuit extra de loca. ita limitando uoluit Alex. in d.l. ſi
filio §. ſi uir: Sed in caſu noſtro cōceſſio in emphyteoſim, ex
iuſta cauſa, & cum utilitate eccleſiæ, cumque iuris ſolēnita-
te facta fuit, ergo &c. ¶ Non aduerſatur, quòd poſito con-
ceſſionem fuiſſe ex iuſta cauſa, et cum ſolemnitate factam,
ſicque in ſe ualuiſſe, tamen ea ob enormem læſionem ec-
cleſiæ reſcindi pōt d.c. 1. de reſti. in integ. et c. ad audientiam,
ubi habetur de reb. eccle. nō alie. deceptio autē, ſeu enor-
mis læſio in caſu noſtro tripliciter oſtenditur primo, quia
res maioris menſuræ, quā in conceſſione fuerit expreſſū, re

peritur, Secundo quia fuit conceſſa pro longè minori pen-
ſione, quam res mereretur, Tertio quia fuit in emphyteo-
ſim perpetuam conceſſa: Nam his omnibus poteſt reſpon-
ri, primo negando eccleſiam fuiſſe enormiter læſam, circa
penſionem, quoniam, ut ex relatione eorum, quibus cauſa
alienationis, & conceſſionis prædictæ fuit commiſſa, cōſtat,
& fortè probabitur, quòd res, de qua agitur, pro minori pē
27 ſione locari ſolita erat: † Nec debet attendi eam nunc fuiſſe
taliter melioratā, & auctam, quòd longè pluris locari poſ-
ſet, quia tempus illud, quo res ab initio fuit in emphyteoſim
conceſſa, & non aliud attendi debet, ad tradita per gloſam,
Abbatem, & doctores communiter in d. c. 1. de reſtit. in in-
teg. & in d. c. ad audientiam: facit id, quod habetur per Bar.
in l. 2. C. de reſcin. uendit. & per Abbatem, Imolam, & alios
in c. cum dilecti extra de empt. & uendit. & in terminis no-
ſtris colligitur ex iis, quæ habentur in d. c. ad aures, & ſupra
dixi: nam ſi per ipſum conductorem res fuiſſet meliorata, &
ad culturam redacta, prælatus ei penſionem augere nō po
teſt, ut iam dictum fuit. Præterea non fuit probatum eccle-
ſiam tunc temporis fuiſſe enormiter læſam, ſecūdum quod
læſio enormis probari debet ad hoc, ut eccleſia in integrū
reſtituatur, ut habetur per Abbatem in d. c. 1. ex mente Bar
toli in l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio. Non dicitur
etiam eccleſia enormiter læſa ex eo, quòd minor menſura
28 fuerit expreſſa: † quoniam cum hæc res fuerit conceſſa tan
quam unum corpus infra certos confines, tota dicitur in
conceſſione comprehenſa, & numerus tornatoriarum adie
ctus fuit cauſa cuiuſdam demonſtrationis, quæ licet falſa
ſit, tamen non ſolet uitiare, ex quo de corpore aliter con-
ſtat argumento l. demonſtratio falſa cum ibi not. ff. de con-
dit. & demonſtra. & l. cum ſeruo in fin. ff. de contrahen. em-
ptio. & hoc fuit originale dictum Oldra. in conſi. 197. Ioan.
Andr. in additio. ad Specul. in tit. de emp. & uendit. §. ſcien-
dum, Paul. Caſtren. in l. ſi ſeruum in fin. ff. de actio. empt. &
in l. qui fundum §. qui agrum ff. de contrahen. empt. Bal. in
rub. C. de contrahen. emptio. colum. 22. & Salice. in l. 2. C.
29 eodem titu. Præterea † ex quo in inſtrumento fuerunt adie
cta illa uerba ſiue plus, ſiue minus, & quantacunque ſit, to-
ta in præſenti locatione comprehendatur, non aucta, neque
diminuta penſione, eccleſia non poteſt dici læſa, & tota res
in ipſa locatione dicitur comprehenſa abſq; penſionis aug
mento, illa enim uerba ſiue plus, ſiue minus &c. hunc effe-
ctum operantur, ueluti colligitur ex iis, quæ habentur per
Paulum de Caſtro in d. l. ſi ſeruum in fin. & per Salice. in d.
l. 2. Et hoc maximè in caſu noſtro procedit, in quo locatio
cum cognitione cauſæ facta fuit, & rem totam non mereri
maiorem penſionem fuit cognitum, ueluti ex relatione fa-
cta vicario conſtat. Quare eccleſia ex hoc capite enormiter
læſa dici non poteſt. Similiter non dicitur enormiter læſa ex
eo, quòd res fuerit in emphyteoſim perpetuam conceſſa;
poſito etiam, quòd pro hæredibus extraneis diceretur con
30 ceſſa: † quoniam cum hoc ſit à iure communi permiſſum in
caſu, quo res eſſet ſterilis, & infructuoſa d. c. ad aures cum
ſimilibus ſupra allegatis, ſequitur, quòd eccleſia ſic conce-
dendo non dicitur enormiter læſa, neque ob hoc eſt in inte
grum reſtituenda, quia uſa fuit iure communi, & qui iure
communi utitur, lædi nōn dicitur, nec in integrum reſtitui-
tur l. fin. C. de reſtitut. in integrum min. ibique glo. & doct.
Ex quibus uidetur concludendum, ipſam eccleſiam nō eſ-
ſe aduerſus huiuſmodi contractum reſtituendam: Et caſu,
quo eſſet reſtituenda, & ſic contractus eſſet reſcindendus,
rector nomine eccleſiæ teneretur ipſi conductori reſarci-
re, & ſoluere omnes expenſas circa meliorationem dictæ
rei factas, item labores, & operas in meliorando præſtitas,
alioquin conductor rem reſtituere non teneretur, ſed illam
poſſet retinere, donec ſibi de expenſis omnibus, & labori-
bus perſonalibus prædictis fuiſſet integrè ſatisfactum, ut eſt
text. & ibi Abb. ac ubi ego latè dixi in c. 1. de reſtit. in integ.
Verum circa hoc ultimum non eſt neceſſarium inſiſtere, cū
ſimus in caſu, in quo eccleſia nullo mòdo eſt reſtituenda, ut
ex prædictis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Laici decimas ex rebus eccleſiaſticis percipere, & exigere prohibentur,*
& num. 32.
2 *Conceſſio in emphyteoſim de re eccleſiæ non ſolita in emphyteoſim conce-*
di facta ſine licentia, & auctoritate ſedis apoſtolicæ eſt ipſo iure nul-
la:
Et in quibus conceſſionibus, & an in renouationibus hoc procedat nume-
ro 14.
3 *Nummus unus in contractibus locationum, & ſimilibus pro nihilo repu-*
tatur.
4 *Eccleſia in contractu emphyteotico enormiter, & enormiſſimè læſa tri-*
plici remedio agere poteſt.
5 *Reſtitutio in integrum ratione fraudis, aut alia rationabili cauſa etiam*
ultra quadriennium datur eccleſiæ:
Et quando hoc uerum ſit num. 21.
6 *Alienatio, & conceſſio in emphyteoſim rerum eccleſiæ ex iuſta, & ne-*
ceſſaria cauſa, iuriſq; ſolennitate ſeruata fieri debet:
Et quæ ſit iuſta, & neceſſaria cauſa, ac ſolennitas requiſita.
7 *Inſtrumento maximè in antiquis in dubio ſtatur.*
8 *Solennitas etiam extrinſeca ex lapſu tanti temporis, de cuius initio memo*
ria in contrarium non extat, in dubio interueniſſe præſumitur.
9 *In renouationibus emphyteoticis non eſt neceſſaria ſolennitas, quæ in pri-*
ma conceſſione fuit neceſſario ſeruata.
10 *Clauſula ſupplentes omnes, et ſingulos defectus tàm iuris, quàm facti quid*
operetur.
11 *Auctoritas, ſeu confirmatio ſuperioris etiam expoſtfacto ſufficit in aliena*
tione, ſeu conceſſione in emphyteoſim rerum eccleſiæ.
12 *Ius emphyteoticum per ſolutionem canonis tanquam de re emphyteotica*
factam per tantum tempus, de cuius initio memoria in contrarium non
extat, acquiritur, nec amittitur, etiam ſi de titulo aliter non conſtet,
Niſi mala fides poſſeſſoris probaretur.
13 *Vſus tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non extat,*
etiam aduerſus eccleſiam uim iuſti tituli habet, quamuis aliter de titulo
non conſtet.
15 *Contractus emphyteoticus dupliciter ſolet celebrari, & quomodo.*
Emphyteoſis uerè, & propriè quæ ſit.
16 *Emphyteoſis quando ratione modicæ penſionis reſcindi non poteſt, et nu-*
me 20. & quando ſecus num. 19.
17 *Emphyteoſis ſui natura pro minima penſione fieri poteſt, & quare, &*
quando.
18 *Emphyteoſis largè, & impropriè quæ ſit.*
19 *Emphyteoſis quando ſimplici locationi æquiparetur, & ad illius inſtar re*
guletur.
20 *Læſio enormis, & enormiſſima, ac dolus quando in contractu emphyteoti-*
co ob modicam penſionem non reſultet, neque ſit conſiderabilis.
22 *Tempus, de cuius initio memoria in contrarium non extat, nunquam in*
quacunque diſpoſitione de curſu temporis loquente comprehenditur.
23 *Locationis contractus ad hoc ut ſit, quid requiratur.*
24 *Locatio propriè non dicitur, quando certum quid in pecunia non conſi-*
ſtens quotannis ſoluitur, ſed impropriè, & largè, & potius contractus
innominatus.
25 *Emphyteota non poteſt rem emphyteoticam alteri in emphyteoſim con-*
cedere ſine conſenſu domini,
26 *Nec ad longum tempus: Contra num. 29. & 31.*
27 *Emphyteoticus contractus eſt, quando res perpetuo ad meliorandum con-*
ceditur.
28 *Contractus ex eorum effectibus cognoſcuntur.*
29 *Emphyteota rem alteri in emphyteoſim dare poteſt:*
30 *Et ex curſu tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium non ex*
tat, domini conſenſum interueniſſe præſumitur.
32 *Decimas exigere eſt quid ſpirituale, & laicis non competit:*
Quandoque tamen eſt quid temporale, & laicis competit num. 48.
33 *Laici nec decimandi ius præſcribere, nec decimas abſque peccato retine-*
re poſſunt:
34 *Niſi ex priuilegio ſolius papæ hoc ius haberent, & num. 37.*
Et an per curſum tanti temporis, de cuius initio memoria in contrarium
non

non extat hoc priuilegium probetur num. 39.

35 *Laici decimas abſque peccato exigunt, quando ante concilium Lateranenſe ius decimandi in feudum habuerunt:*

Et an per tempus, de cuius initio memoria in contrarium non extet, conceſsionem huiuſmodi ante dictum concilium fuiſſe factam probetur nume. 40.

36 *Ius decimandi quem in feudum habuiſſe ante Lateranenſe concilium in dubio non præſumitur, niſi probetur:*

Quod limitatur nume. 40.

38 *Tempus, de cuius initio memoria in contrarium non extat, in laicis quoad ſpiritualia uim iuſti tituli non habet, ſecus quoad temporalia.*

42 *In contractu innominato locationi ſimili, & in contractu emphyteutico poteſt ex conuentione ſolui pro penſione non ſolum certa pecunia, ſed etiam octaua, decima, aut alia ſimilis fructuum quota.*

43 *Decima quando non quid ſpirituale, ſed quid temporale, & laicis conueniens eſſe cenſetur.*

44 *Præbenda quando laicis quoque concedi poteſt.*

45 *Interpretatio in dubio fieri debet, ut actus ualeat, etiã uerba improprian do, & ut uerba perſonis, ad quas referuntur, conueniant.*

46 *Confirmationis ſuperioris natura eſt, ut ad præterita, & iam facta trahatur.*

47 *Vtilis dominij rei emphyteoticæ conſolidatio cum directo quomodo fiat, & ſi emphyteota rem alteri in emphyteoſim conceſsit, quæ poſtea ad manus domini directi peruenit, penes quem utile dominium eſſe dicatur.*

EPITOME.

Locatio, & conceſsio in emphyteoſim de re eccleſiæ præſertim ſterili, & inculta ante editionem extrauagantis Pauli Veneti facta ab initio pro annuo canone duorum denariorũ paruorum ex iuſta, & neceſſaria cauſa, & cum auctoritate, & conſenſu epiſcopi, canonicorum, & capituli, ac interuenientibus tractatibus legitimè factis, & renouationes illius poſtea à ſolo epiſcopo factæ, maximè concurrente tempore immemoriali, per quod res illa tanquam emphyteotica tenta, & poſſeſſa fuit, quòd ualuerint, & annullari, ſeu reſcindi non potuerint ratione defectus licentiæ, & auctoritatis ſedis apoſtolicæ, nec ratione modici canonis, quando ab initio pro certo pretio in utilitatem, uel neceſsitatem eccleſiæ conuertibili factæ fuiſſent, oſtenditur.

Ad meliorandum ſi laicus emphyteota eccleſiæ res emphyteoticas diuerſis perſonis conceſſerit, & aſsignauerit, cum onere; & pacto ſoluendi ſingulis annis decimam partem fructuum, qualis fuerit iſte contractus, & quòd ualuerit, & ius illud exigendi decimam laico rectè competierit, maximè concurrente tempore immemoriali, per quod ita exegit, ex pluribus probatur.

CASVS CONSILII.

De anno 1275. cathedralis eccleſia Imolenſis ex cauſa iuſta, & neceſſaria, iuriſq; ſolemnitate ſeruata, de qua in cap. ſine exceptione 12. quæſtio. 2. & in cap. 1. de his, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capituli, uidelicet cum auctoritate ſui epiſcopi, & tractatibus requiſitis, necnon conſenſu capituli, ſeu canonicorum dictæ eccleſiæ interuenientibus Maſſam campi, & omnes ſyluas, & poſſeſsiones dictæ eccleſiæ poſitas in diœceſi Imolæ, quæ bona tunc erant ſterilia, deſerta, inculta, & nullius ualoris nuncupata nunc ſylua de Lugo, in emphyteoſim perpetuam communitati, & hominibus Lugi mediantibus ſuis ſyndicis pro annis ſexaginta nouem ad renouandum conceſſit: Et pro pretio inueſtituræ communitas, & homines prædicti eccleſiæ præfatæ ſoluerunt libras tricentas, & quinquaginta partim conuertendas, prout conuerſæ fuerunt, in ſolutionem debiti, quod tunc dicta eccleſia cum domino Iacobino de Beccadellis habebat, & partim pro reparatione domorum dictæ eccleſiæ: Cum pacto, quòd dicta communitas duos denarios paruos bononenorum pro penſione prædictæ eccleſiæ ſingulis annis ſoluere teneretur, & pro renouatione facienda ſingulis ſexaginta nouem annis libras decem bononorum eccleſiæ, ſeu epiſcopo ſoluere deberet. Deinde de anno 1353. dicta emphyteoſis per Carolum tunc epiſcopum fuit dictæ communitati renouata pro pretio renouationis librarum centum, ad effectum, ut creditoribus eccleſiæ ſolui, & ſatisfieri poſſet, & cum promiſsione ſoluendi ſingulis annis denarios duos paruos bononenorum pro penſione, & canone. De anno uerò 1516. Simon Bonadies epiſcopus dicta bona renouando dedit in emphyteoſim dictæ communitati Lugi, quæ pro renouatione ſoluit epiſcopo libras decem, ueluti in inſtrumento renouationis dicitur, cum tamen re uera tunc ducati auri quadringenti ſoluti fuerint, cum promiſsione ſoluendi ſingulis annis pro penſione denarios duos paruos, & pro renouationibus futuris libras decem. Poſtea de anno 1527. Reuerendiſsimus dominus Scribonius epiſcopus Imolenſis communitati, & hominibus prædictis terræ Lugi litem ſuper tenimento dictæ Maſſæ campi mouit, aſſerendo, conceſsiones horum bonorum à ſuis prædeceſſoribus dictæ communitati factas reſcindendas eſſe, tanquam continentes enormiſsimam ſuæ eccleſiæ Imolenſis læſionem circa annuas penſiones ſoluendas, quæ ſunt annuatim duorum denariorum paruorum, communitas uerò de decimis ſolum ultra ſummam quadringentorum ducatorum auri percipit: item dicendo, quòd & ſi conceſsiones dictæ communitati factæ ab initio, & poſtea ab epiſcopis ex iuſta, & neceſſaria cauſa fuerint factæ, cum conſenſu capituli, & tractatibus de iure neceſſariis interuenientibus iuxta d. cap. ſine exceptione, tamen in illis non interuenit auctoritas, aut confirmatio apoſtolica, quæ in huiuſmodi contractibus eſt de iure neceſſaria, ut habetur in extrauaganti Pauli Veneti, quæ incipit ambitioſè, & alia plura contra dictam communitatem opponendo ad effectum ſaltem impetrandi reſtitutionem in integrum aduerſus primam, & alias conceſsiones dictæ communitati factas: Cumq; diu in curia inter hos litigatum eſſet, tandem partes prædictæ ad concordiam, & tranſactionem deuenerunt, cuius uirtute epiſcopus dictam communitatem renouauit pro pretio quingentorum ducatorum auri, & cum pactis ſolitis, prout in aliis conceſsionibus continebatur: Ante quàm tranſactionem cum dictus Reuerendiſsimus epiſcopus è manibus fratrum de Furnuo quendam fundum tornatoriarum ducentarum, & ultra poſitum intra confines dictæ Maſſæ campi uendicaſſet, & illis de Scribonis conceſsiſſet, &, ut aſſeritur, locauiſſet, eundem fundum nuncupatum il palazzetto dictæ communitati pro obſeruatione promiſſorum obligauit, ut in dicta tranſactione habetur; Poſt quam tranſactionem, & ante per multa tempora dicta communitas fuit in quaſi poſſeſsione exigendi decimas, ſeu melius loquendo decimam partem fructuum à cultoribus, & laboratoribus dicti fundi, qui à communitate præfata dicta bona ſita intra confines dictæ Maſſæ conduxerunt cũ pacto ſoluendi pro penſione annua decimã partem fructuũ, et in quaſi poſſeſsione talis iuris decimã exigẽdi prædictus R. Epiſcopus Scribonius dictã cõitatem permanere permiſit, ueluti etiam in dicta tranſactione continetur. Nuperrimè autem Reuer. modernus Epiſcopus Anaſtaſius tres poſſeſsiones à præfato Reuerendiſs. Scribonio ſuis, ut ſupra, conceſſas è manibus illorum de

Scribon ijs uendicauit, & per appellationem cauſa adhuc inter
Epiſcopum, & Scribonios indeciſa pendet in curia coram Au-
ditoribus Rotæ: Communitas autem præfata Lugi, tenente etiam
nunc, & poßidente dicto Reuerendißimo moderno Epiſcopo iure
ſuæ eccleſiæ Imolenſis dictas tres poſſeßiones, in dicta ſua quaſi
poſſeßione, & ſtatu præfatam decimam partem fructuum à cul-
toribus exigendi, prout à tanto tempore citra, de cuius initio me-
moria in contrarium non exiſtit, ſemper perſeuerauit. Quapro-
pter dictus Reuerendißimus Anaſtaſius Epiſcopus quodam im-
petu, & de facto, ac iracundia potius, quàm iure motus abſque
aliqua cauſæ cognitione, & fulminanter maſſarium, & homines
Lugi eccleſiaſtico ſubiecit interdicto, aſſerens dictam communi-
tatem, & homines non poſſe dictas decimas præcipuè ex præfa-
1 tis tribus poſſeßionibus exigere, in primis, quia † laici prohiben-
tur exigere decimas, quas de iure poßidere non poſſunt, cum ſint
quid ſpirituale cap. cauſam extra de præſcript. etiam ſi illas diu
exegiſſent cap. prohibemus cum aliis extra de decimis. Secun-
do quia dictæ tres poſſeßiones, quæ ſunt de iure eccleſiæ, locatæ
fuerunt in emphyteoſim perpetuam, & ideò illarum dominium
directum penes eccleſiam remanſit, utile uerò fuit communitati,
& hominibus Lugi acquiſitum, ad notata per gloſam in l. 3. §. ex
contrario ff. de acquiren. poſſeßio. & in l. ſi ut certo. §. ſi duobus
uehiculum ff. commoda. & habetur in l. 1. & in rubr. per ſcriben-
tes C. de iure emphyteo. nunc autem cum ſint ad dictam eccleſiam
Imolenſem reuerſæ, illarum emphyteoſis prædicta finita uidetur,
& ſic per conſolidationem utilis dominii cum directo ius illud exi
gendi decimas, quod communitas, & homines Lugi habebant,
extinctum dicitur, ut in ſimili colligitur ex uerbis Ioannis de
Imola in cap. potuit extra de loca. colum. 8. ibi item iuxta, & co-
lum. 9. quia res ſua nemini ſeruit, ut ibi. ¶ His in facto ita ſe
habentibus, contingit de pluribus dubitari, & primo, an lici-
tum ſit communitati, & hominibus prædictis habere, & tene-
re in emphyteoſim dictam maſſam campi cum ſuis adhærentibus,
& pertinentiis uirtute primæ cõceßionis illis factæ de anno 1275.
ac etiam aliarum, ut ſupra, factarum, & conſequenter an di-
ctus primus contractus fuerit ualidus, an uerò nullus, & inua-
lidus, præſertim cum in eo eccleſia fuerit enormiter læſa. Secun-
do, an communitati, & hominibus prædictis licuerit bona præ-
dicta hominibus particularibus dictæ terræ Lugi dare, ſeu aſ-
ſignare ad meliorandum cum onere ſoluendi decimam partem fru
ctuum ipſi communitati, & hominibus: Et qualis contractus
fuerit hic, qui ſecundo loco celebratus fuit inter dictam commu-
nitatem, & præfatos homines particulares.

CONSILIVM LXXXIIII.

QVOAD primum dubium in prænarrata facti ſpecie
propoſitum uidetur dicendum, quòd prima conceſ-
ſio in emphyteoſim facta de anno 1275. & ſimiliter
aliæ renouationes deinde ſucceſſiuis temporibus factæ ipſo
2 iure fuerint, & ſint inualidæ, & nullæ ex eo, † quòd à prin-
cipio factæ fuerunt de bonis non conſuetis in emphyteo-
ſim concedi ſine licentia, & auctoritate ſedis apoſtolicæ
per id, quod in terminis habetur in extrauaganti Pauli Ve-
neti Papæ ſecundi, quæ incipit ambitioſè &c. Secundo
ex quo dicta conceſſio in emphyteoſim facta fuit pro pen-
ſione duorum denariorum paruorum, conſtat de enormi,
immò de enormiſſima læſione eccleſiæ non ſolum ultra di-
midiam iuſtæ penſionis, ſed etiam de læſione totalis ferè
penſionis, cum duo denarij parui minoris ſint, quàm unus
3 nummus, † qui apud leges in huiuſmodi contractibus pro
nihilo reputatur, ut in l. ſi quis conduxerit ff. locati, ubi con
4 ductio uno nummo facta nulla eſt: Et † ideò uidetur,
quòd eccleſia Imolenſis poſſit contra dictam communita-
tem triplici remedio agere, vel dictam conceſſionem em-
phyteoticam ob dolum re ipſa reſcindendo remedio cap.
cum dilecti extra de emptio. & uenditio. & l. 2. C. de reſcin-
den. uenditio. per ea, quæ uoluit Alexan. in l. ſi quis cum ali
ter ff. de uerborum obligat. Vel dicendo conceſſionem nul
lam ipſo iure ob dolum reſultantem ex enormiſſima læſio-
ne, qui æquiparatur dolo ex propoſito, qui cauſam contra-
ctui dederit, ſi contractus emphyteoticus ſit bonæ fidei, uel
per actionem de dolo ſaltem reſcindendam eſſe, ſi dica-
mus eſſe contractum ſtricti iuris, prout eſſe dicitur ad d. l.
ſi quis cum aliter, ibique glo. & docto. l. eleganter in princ.
& ibi Bartol. ff. de dolo, & §. actionum cum glo. Inſtitut. de
actio. & habetur in dicto c. cum dilecti, Vel tertio eccleſia
tanquam enormiter læſa poterit petere dictam conceſſio-
nem reſcindi debere remedio extraordinario reſtitutionis
5 in integrum, † quod remedium ita datur eccleſiæ, ſicut mi-
nori etiam ultra quadriennium ratione fraudis, aut alia ra-
tionabili cauſa c. 1. de reſtitut. in integrum cum c. 1. ibique
glo. & docto. eodem tit. in 6. & in clemen. 1. eod. tit. cum iis,
quæ plenè dixi in d. c. cum dilecti, & in d. c. 1. de reſtit. in in-
tegrum: Ex quibus luce meridiana clarius cõſtare uidetur;
quòd communitas, & homines Lugi prædicti uirtute con-
ceſſionum, & inueſtiturarum ipſis, ut ſupra, factarum dicta
bona Maſſæ campi de iure, & ex forma ſacrorum canonum
retinere non poſſunt. ¶ Sed tamen, præmiſſis omnibus mi
nimè obſtantibus, prout cuilibet rectè intuenti non obſta-
bunt, contrariam ſentẽtiam de iure ueriorem eſſe arbitror,
quòd prima cõceſſio in emphyteoſim facta de anno 1275.
ab Epiſcopo Imolenſi communitati, & hominibus Lugi de
Maſſa campi cum ſuis pertinentiis fuerit de iure ualida, in-
teruenientibus, & ſeruatis omnibus, quæ de iure ſeruari de
buerunt, de quibus habetur in d. c. ſine exceptione, & in gl.
ſummæ 12. quæſt. 2. & in d. c. 1. ubi dixi poſt gloſam de reſti
tutio. in integrum, & in c. quæ in eccleſiarum extra de con
6 ſtitutio. ac in aliis locis: Nam † primo rerum eccleſiæ alie-
natio, ſeu emphyteoſim conceſſio ex iuſta, & neceſſaria cau
ſa fieri debet, ut in locis proximè allegatis, qualis eſt cauſa
æris alieni ſoluendi, aut reparationis eccleſiæ, ut in dicta gl.
ſummæ, & argumento c. ad audientiam il grande extra de
eccleſ. ædifi. ob quam cauſam in caſu occurrenti fuit dicta
prima conceſſio facta, ut ex illius inſtrumenti tenore oſten-
ditur: Debet etiam fieri iuris ſolemnitate ſeruata, uidelicet
cum auctoritate, & conſenſu Epiſcopi, & canonicorum, ac
capituli dictæ eccleſiæ, & interuenientibus tractatibus legi
timè factis d. c. ſine exceptione, & in c. nulli de rebus eccle.
non alienan. cap. 1. cum glo. & ibi docto. extra de his, quæ
fiunt à præla. ſine conſenſu capituli, c. 1. ubi gloſ. Ioan. And.
& alij de rebus eccleſ. non alienan. in 6. & ego plenè dixi in
dicto cap. nulli ſub nume. 50. & 51. cum ſequentibus: Quæ
ſolemnitas in caſu propoſito ad unguem ſeruata fuit, ut ex
7 tenore dicti inſtrumenti colligitur, † cui in dubio maxi-
mè in antiquis ſtandum eſt l. cum precibus C. de probatio.
8 Et † in dubio hæc ſolemnitas interueniſſe præſumitur,
cum iam elapſi ſint anni ducenti quinquaginta, & ultra,
ob cuius temporis lapſum omnia ſolemniter acta præſu-
muntur, etiam ſi eſſent de illis, quæ de ſolemnitate extrinſe-
ca eſſe dicuntur l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotidia. &
æſtiua, capitu. ſuper quibuſdam §. præterea extra de uer-
borum ſignificatio. Angelus, Ioan. de Imola, & Ale-
xan-

nan.in l.ſciendum ff.de uerborum obligatio.& traditur latè per Felinum in capit.ſicut extra de re iudica.Et quamuis in renouationibus poſtea factis dicta ſolennitas adhibita non fuerit,cum à ſolo epiſcopo factæ reperiatur, tamen adhuc dico,quòd illæ,quæ iamdiu factæ fuerunt,& de cuius temporis initio hominum memoria non extat,poſſunt defendi, & dici factæ ex iuſta cauſa, ac ſolennitate de iure requiſita interueniente ob iuris præſumptionem ex curſu tanti temporis inductam per iam dicta,& per gl.Io.Andr. & alios per
9 illum tex.in c.1.in ult.uerb. de præſcrip.in 6. Præterea † in dictis renouationibus,& in aliis ſubſequentibus non fuit, neque eſt neceſſarium dictam ſolennitatem obſeruare,ex quo illa in prima conceſſione ſeruata fuit,ut in c.ad aures, & in c.ut ſuper in fin.extra de rebus eccl. non alie.c.2.& ibi glo. Abb.& Imol.extra de feudis. ¶ Rurſus per tranſactionem aliàs,ut in narratione facti ſupra habetur, factam ſuper dictis bonis dicendum eſt,conceſſiones,& renouationes prædictas fuiſſe legitimè,& iuſtè factas, nec poſſe reſcindi eo prætextu,quòd in eis ſeruanda de iure ſeruata non fuerint, quoniam dicta tranſactio facta fuit,& corroborata,ac confirmata auctoritate apoſtolica,ut in illius inſtrumento uideri poteſt,cum clauſula ſupplentes omnes, & ſingulos defe-
10 ctus tàm iuris,quàm facti, † quæ clauſula facit actum ualere,etiam ſi in eo ſolennitates iuris tàm legis,quàm canonis, & ſtatuti non interueniſſent,ut in clemen.paſtoralis §. cæterum de re iudica.Immò in caſu noſtro non oporteret huiuſmodi clauſulas conſiderare, quia ſine illis actus ualeret per prædicta,& infra dicenda, ueluti etiam in ſimili inquit Alexan.in conſi.89.colum.5.in fin.lib.1. qui uirtutem huius clauſulæ ſupplentes omnes defectus &c.ponit: Et ſuffi-
11 cit, †quòd expoſtfacto,& poſt actum celebratũ auctoritas, ſeu confirmatio ſuperioris interueniat argumen.c.cura de iure patrona.c.cum nos,& ibi glo.& Ioan.de Imo.extra de his,quæ fiunt à præla.ſine conſenſu capituli.
12 ¶ Vltimo † ex quo dicta communitas,& homines Lugi tanquam emphyteotæ prædicta bona tenuerunt, & poſſederunt,& tanquam emphyteotæ canones Imolenſi eccleſiæ ſoluerunt per tempus longiſſimum,de cuius initio memoria hominum in contrarium non exiſtit,& fortè per annos ducentos quinquaginta,& ultra, ſanè, etiam ſi de aliqua conceſſione,uel renouatione non appareret, dicerentur in dictis bonis ius emphyteoticum acquiſiuiſſe,à quo remoue-
13 ri, & excludi non poſſent, quoniam † uſus tanti temporis etiam aduerſus eccleſias uim iuſti tituli habet,quamuis aliter de titulo,& de ſolennitate,aut iuſta cauſa non cõſtaret, niſi mala fides poſſeſſoris probaretur d.c.1. in fin. cum ibi not.de præſcript.in 6.cap. ſuper quibuſdam §. præterea de uerborum ſignifica.& tradunt doctores communiter in d. l.ſciendum ff.de uerborum obligatio. Felin. poſt Abbatem in d.c.ſicut de re iudi.& in c. albericus de teſtib. & optimè inſeruit id,quod uolunt ſcribentes maximè Bal.poſt Bart.in l.malè agitur,in l.omnes,& in l.ſi quis emptionis §. ſed hæc C.de præſcrip.triginta annorum: Et tanto magis hoc uerũ eſſet,quãdo appareret de titulo iuſto ab eccleſia ſæpius reiterato,& de cauſa iuſta, ac etiam de ſolennitate ſeruata in inſtrumento publico relatis, cui maximè in antiquis ſtandum eſt d.l.cum precibus, & ibi Bal.& habetur per Abba. & alios,ubi ego etiã dixi,in c.quoniam cõtra extra de probatio.prout de his in ſpecie propoſita dicitur apparere.
¶ Non obſtant illa,quæ ex aduerſo contra dictam communitatem allegantur,& in primis,quòd conceſſiones, & renouationes factæ de rebus eccleſiæ Imolenſis fuerunt abſq; licentia,& auctoritate ſedis apoſtolicæ factæ, & ideò nullæ dici debent per dictam extrauagantem Pauli Veneti ſecun
14 di;quoniã reſpondetur,†quòd tẽpore,quo prima conceſſio facta fuit, uidelicet de anno 1275. ut ex inſtrumento tunc celebrato colligitur,dicta ſolennitas auctoritatis ſedis apoſtolicæ nondum erat ordinata,neque in uſu, cum Paulus ſecundus illam conſtitutionem ediderit de anno 1458.& ſic longè poſt,adeò quòd illa conſtitutio, ciuſq; ſolennitas ad conceſſiones prius factas trahi non poteſt, & præcipuè ad hanc noſtram,quia tunc contrahentes de illa diuinare non potuerunt argumento l.ſi putator in fine ff.ad legem aquiliam,& c.unico ut eccleſia.benefic.ac etiam quia leges, & canones legem futuris negotiis,non autem præteritis imponunt capitu.2.& cap.fina.extra de conſtitutio.In illis uerò renouationibus,quæ poſt dictam conſtitutionem Paulinam factæ reperiuntur,ſolennitas auctoritatis, & licentiæ apoſtolicæ,immò aliæ iuris ſolennitates neceſſariæ nõ fuerunt,cum iam bona prædicta,de quibus agitur,locari, & in emphyteoſim concedi ſolita fuerint,& ideò à dicta diſpoſitione excepta cenſentur, ut in dicta conſtitutione habetur. Præterea cum ſemel ab initio in prima conceſſione in emphyteoſim facta omnia ſolenniter proceſſerint, ut iam dictum eſt,attenta ſolennitate iuris communis, quæ tunc uigebat,& nunc ſeruari debebat,ſequitur,quòd in renouationibus poſtea factis de iiſdem rebus inter eaſdem perſonas illa uti opus non fuit, quia aliud eſt de nouo alienare, & aliud de antiquo renouare,ſeu concedere,c.2.& ibi glo. notabilis extra de feudis, ubi Abb. Imol.& alij communiter hoc uolunt. ¶ Non aduerſatur ſecundum motiuum, ut ſupra,ex aduerſo contra dictam communitatem,& homines Lugi conſideratum,quod plura in ſe capita continet,cum in eo præſupponatur,quòd eccleſia Imolenſis in dicto contractu emphyteotico fuit non ſolum enormiter,& enormiſſimè,ſed etiam totaliter læſa, & propterea contra dictam communitatem,& homines poteſt diuerſis remediis annullatiuis,& reſciſſiuis agere per ea,quæ in dicto motiuo ſupra adducta fuerunt: Quia pro reſolutione,& uera reſponſio-
15 ne ſciendum eſt, † quòd contractus emphyteoticus dupliciter ſolet celebrari,uerè,& propriè,item impropriè, fictè, & largè,ut colligitur ex iis,quæ Iaſon, & cæteri poſt Bartolum inquiunt in l.1.C.de iure emphyteot. Verè autem, & propriè emphyteoſis eccleſiæ, uel alterius dicitur,quando ob utilitatem eccleſiæ, uel eius imminentem neceſſitatem ſeruata iuris ſolennitate,& cum conſenſu epiſcopi,& hodie auctoritate apoſtolica, eccleſia, ſeu eius prælatus de nouo rem eccleſiæ alicui in emphyteoſim, hoc eſt ad meliorandum cõcedit pro certo pretio, ſeu pro certa pecuniæ quantitate in uſus utiles,& neceſſarios eccleſiæ conuertenda, & pro certa penſione etiam modica,& minima eccleſiæ ſingu
16 lis annis ſoluenda: † ratione cuius modicæ,& paruæ penſionis emphyteoſis reſcindi non poteſt: quo genere contractus in rebus ſuis uſa fuit,& utitur quotidie eccleſia Nonantulana,& plures aliæ ſimiliter utuntur,ut eſt de mente Bartoli in d.l.1.C.de iure emphyteotico,& in l.ſi mihi,& titio, & ibi Alexan.ff. de uerborum obligatio. gloſ.in authen. qui rem in uer.poteſt C.de ſacroſanctis eccleſ. & Bald.in rubr. C.de iure emphyteot. qui inquit ob minimam penſionem conuentam non poſſe contractum emphyteoticum eccleſiæ reſcindi ex remedio d.c.cum dilecti,& d.l.2.illa ratione, quia perpetuo res conceditur in emphyteoſim, ut uoluit Specula.in titu.de empt.& uendit. §. nunc uidendum uerſicu. quid de conceſſione in emphyteoſim, & melior ra-
17 tio poteſt aſſignari, † quòd emphyteoſis ſui natura pro minima penſione fieri, & concedi poteſt, quia illa datur ab emphyteota domino in recompenſationem, & recognitionem dominij directi ob utile,quod emphyteota mediante precio acquiſiuit,ut ſenſit Bal.in d.rub.C.de iure emphyteo.glo.in uer b.emphyteota in d. c.potuit extra de loca. & ibi dixi,Specula.in tit.de loca.§.nunc uerò aliqua uerſic.3. & ſequitur Alberi.in 3.colum.in l.j.C.de iure emphy. aſſe-

rens hanc eſſe communem ſententiam, magiſque receptã,
licet aliqui contrarium dixerint, qui tamen ſaluari poſſunt,
quãdo cõtraheretur emphyteoſis largè, & impropriè, quæ
potius locatio ad longum tempus eſſe cenſetur, de qua lo-
quuntur Bar. Bal. & alij in l. codicillis §. inſtituto ff. de leg. 2.
& in multis aliis locis: In eandem ſententiam uenerunt etiã
Raph. Fulg. & Guarner. de Caſtil. in d. l. & illam ſequitur Io.
18 de Imol. in d. l. ſi mihi, & titio. † Largè autem, & impropriè
contrahitur emphyteoſis, quando pro inueſtitura, & acce-
ptatione, ſeu acquiſitione emphyteoſis nihil à principio ſol
uitur, & ſic nullum interuenit precium, ſeu conceſſionis re-
cognitio, ſed res ad meliorandum conceditur in emphy-
teoſim, quæ dicitur melioratio, cum pacto, quòd ſingulis
annis ſoluatur certa penſio ſiue in pecunia, ſiue in alia re,
quæ fructibus correſpondeat, ad tradita per Bar. & Alex. in
d. l. ſi mihi, & titio, & per Bart. in d. l. 1. C. de iur. emphyt. Et
19 hæc emphyteoſis æquiparatur ſimplici locationi, † & pro-
pterea ob enormiſſimam læſionem, quæ eſſet ultra dimidiã
iuſtæ penſionis, reſcindi poteſt, ut uoluit Bal. in d. rub. C. de
iure emphyt. & in d. l. 2. q. 3. C. de reſcin. uend. quem ſic in-
telligo: & hoc modo etiam intelligo Petrum, Cyn. & Salic.
in d. l. 1. & alios, qui dicunt emphyteoſim à principio poſſe
abſque aliquo pretio contrahi: Et, ut iam dixi, emphyteoſis
hoc ſecundo caſu ad inſtar locationis ſimplicis regulatur,
nam ſicut in illa ob ſterilitatem, & alios caſus fit remiſſio c.
propter ſterilitatem cum ſimil. ibi allega. extra de locat. ita
& in hoc contractu emphyteotico ſecundum Bartolum, Ia
ſonem, & alios in d. l. 1. num. 37. & in ultimo notabili num.
20. & 21. Sed quando emphyteoſis eſſet primo modo con
tracta, tunc omne periculum ad emphyteotam pertineret
abſque ſpe remiſſionis, ut in d. l. 1. ubi caſus, & habetur per
Bartolum ibi in 2. & 3. oppoſitione. ¶ His ita præſuppoſitis
20 reſpondetur modo ſecundo motiuo, † quòd in caſu occur-
renti contra emphyteoſim communitati conceſſam nõ po
terit agi remedio l. 2. C. de reſcind. uendit. nec d. c. cum di-
lecti, quoniam illud remedium contra contractum emphy
teoticum primo modo conuentum non datur, neque com-
petit, ut crebro tenent doctores in locis ſupra allegatis, ex
quo de natura emphyteoſis eſt, ut in ea poſſit de minima pẽ
ſione conueniri in recognitionẽ directi dominij, & propter
hoc de iure non cenſetur læſio enormis, nec enormiſſima re
ſultare ex eo, quòd pro dicto contractu minima penſio ſol-
uatur, & maximè in caſu, quo ab initio pro inueſtitura, &
conceſſione certum pretium ſolutum fuiſſet, ut iam dictum
eſt: Sed in caſu noſtro non ſolum pro prima cõceſſione, ſed
etiam pro aliis renouationibus poſtea factis certum pretiũ,
ſatiſque conueniens ſolutum fuit, ut in facti ſpecie præſup-
ponitur, ergo &c. Et ex prædictis infertur, quòd licet loca-
tio uno nummo facta non ualeat d. l. ſi quis conduxerit ff.
locati, tamen ſecus eſt in emphyteoſi primo modo conſide
rata per prædicta. Infertur etiam ex hoc, quòd ſi de iure cõ
cedẽs in emphyteoſim non dicitur enormiter, nec alio mo
do lædi ob modicitatem penſionis conuentæ, non dicetur
etiam aliquo modo ex penſione modica etiã unius nummi
dolo deceptus, nam qui utitur iure communi, non dicitur
decipi, quãuis ſit minor, & conſequenter etiam eccleſia l. fi.
C. de in integ. reſtit. cum c. 1. extra eo. tit. Quare uerum erit
dicere, quòd hoc reſpectu eccleſia nõ poterit in huiuſmodi
cõtractu dici enormiſſimè læſa adeò, quòd dicatur dolo cir
cumuẽta l. omnes §. lucius ff. de his, quæ in frau. cred. Corn.
in repet. auth. ſacramenta pube. C. ſi aduer. uend. Bar. in l. ſo
cietatem §. arbitrorum ff. pro ſoc. Abb. Ant. & Imo. in c. quin
tauallis extra de iureiur. nam huiuſmodi enormiſſima læſio,
quæ dolo ex propoſito æquiparatur, ut habetur in locis pro
ximè alleg. quamuis ſit in aliis ſpeciebus contractuum con
ſiderabilis, per Bar. & Alex. in d. l. ſi quis cũ aliter ff. de uer-
bo. oblig. & dixi in c. 1. de reſti. in integ. tamen in contractu
emphyteotico rerum etiam eccleſiæ facto pro minima pẽ-
ſione non eſt conſiderabilis, quãdo hic cõtractus initio fuit
ab eccleſia celebratus ex iuſta cauſa, & pro utilitate eccle-
ſiæ, ſeruata forma, & ſolennitate in alienatione rerum eccle
ſiæ requiſita, & maximè quando conceſſio facta fuiſſet pro
certo pretio conuertibili in utilitatẽm, uel neceſſitatẽ eccle
ſiæ, prout in præſenti emphyteoſi, de qua agitur, cõtigit. Se
cundo rñdeo, quòd ex quo dicta bona uocata Maſſa campi
tẽpore primæ conceſſionis erãt ſterilia, inculta, & ferè nul-
lius utilitatis, ut in facto præſupponitur, eccleſia non poteſt
dici re ipſa læſa ratione modicæ penſionis, neq; ex hac cau
ſa dicta bona poſſunt è manibus dictæ communitatis, & ho
minum conducentium auocari d. c. ad aures, ibique Abb.
& Barbat. extra de rebus eccleſ. non alien. & idem Bar-
bat. in c. cum M. nume. 137. cum ſequen. extra de conſtu. &
infra etiam dicam. ¶ Ex præmiſſis remedium quoque re-
ſtitutionis in integrum ſublatum remanet, ut non dicatur in
caſu noſtro poſſe eccleſiæ Imolenſi competere; quia illud
eccleſiæ non competit, niſi eccleſia enormiter læſa, & dam-
nificata fuiſſet, ueluti etiam dicitur de minore in d. c. 1. ex-
tra de reſtit. in integ. & ibi Abb. ubi ego etiam plenè dixi, c.
1. eod. tit. in 6. & clemen. 2. eo. tit. ſed hic non poteſt enor-
mis læſio conſiderari, ut ſupra, ergo &c. Poſſet etiam dici,
21 † quòd & ſi eccleſia hac de cauſa poſſit dici læſa (quod ne-
gatur) tamen non tam grauiter, quòd poſſit reſtitutio dari,
cum iam quadriennium lapſum fuerit, immo tantum tem-
pus, de cuius initio memoria hominum in contrarium non
exiſtit d. c. 1. de reſti. in integ. in 6. & quamuis ille tex. quoſ-
dam caſus excipiat, in quibus eccleſia ultra quadriennium
poteſt reſtitui, tamen nos in aliquo eorum non ſumus, cum
non interuenerit dolus, nec deceptio, nec alia rationabilis
cauſa, ut ex prædictis apparet: Præterea quamuis tex. ille
admittat eccleſiam quandoque ultra quadriennium poſſe
in integrum reſtitui, tamen hoc debet intelligi, quãdo ultra
quadriennium cucurriſſet tempus 10. aut 20. uel 30. anno
rum, uel tantum tempus, de cuius initio memoria hominũ
extaret: Secus ſi tantum tempus cucurriſſet, de cuius initio
22 memoria nõ extaret, † quoniam in quacunque diſpoſitio-
ne de curſu temporis loquente nunquam comprehenditur
tale tempus irregulare, cuius curſus ſolus ſine aliquo titulo
eccleſiam omni ſuo iure etiam contra regulas iuris priuat,
ut in d. c. 1. de preſcri. in 6. d. c. ſuper quibuſdam §. præterea
cum aliis iam alleg. Et ex his primum dubium ſit expeditũ.
¶ Venio ad ſecundam hæſitationem, utrum communitas, &
homines Lugi potuerint dicta bona in emphyteoſim, ut ſu
pra, conducta concedere diuerſis perſonis dicti caſtri ad me
liorandum, & ad reducendum illa ad culturam cum onere,
& pacto illis iniuncto ſoluendi cõitati prædictæ ſingulis an
nis decimam partem fructuũ: Et quis contractus hic fuerit.
Hæc ſecunda dubitatio plura habet capita, primũ, quis con
tractus dicatur, ſecundũ, an contractus huiuſmodi ualuerit,
& tertiũ, an onus ſoluendi cõitati decimam partem fructuũ
de iure ualuerit, & illius uirtute licitũ fuerit, & ſit dictæ cõ-
munitati à colonis dictorũ bonorũ dictas decimas exigere,
& maximè ex poſſeſſiõibus, quæ ad manus epiſcopi, & dictæ
eccleſiæ peruenerũt. ¶ Quoad primũ dico non fuiſſe cõtra
23 ctũ locationis, † quia coloni ſoluere tenẽtur certã mercedẽ
in pecunia, ſeu nũmis conſiſtentem ad hoc, ut ſit locatio l.
2. cum glo. ff. locati, glo. in l. 1. §. ſi quis ſeruum per illũ tex.
ff. depoſi. Inſti. de locat. in prin. l. naturalis §. at cum do. ff. de
præſcrip. uer. l. ſi ut certo §. nunc uidendum in glo. in verſi.
merces ff. commoda. Bald. & Salice. in d. l. 1. C. de iure em-
phyt. & glo. in l. ſi olei C. locati: Sed hic coloni ſoluere te-
nentur decimam partem fructuum, & non certam mer-
cedem in pecunia numerata, ergo non dicitur contractus
loca-

lot ationis nec ad modicum, nec ad longum tempus. Nec
obſtat d.l.ſi olei, ubi locatio eſt, quamuis annis ſingulis cer-
24 tum olei pondus ſolui deberet, quia † & ſi per quandã ſimi-
litudinem locatio dici poſſet, tamen impropriè, & largè, nõ
autem uerè, & propriè, & potius eſt contractus quidam
innominatus, pro quo datur actio præſcriptis uerbis, ut in-
quit ibi glo. & probat ille tex. & glo. in d.l. 1. §. ſi quis ſeruũ,
ubi caſus, & ibi Bart. Pau. Caſt. & alij: ex quo infero, quòd
in caſu noſtro fortè etiam non poſſet dici contractus em-
phyteoticus, nam & ſi in illo poſſit ſolui penſio, ſeu merces
etiam in aliis rebus, quam in pecunia, ut Inſtit. de locat. §.
adeò, ibi ut quamdiu penſio, ſiue redditus præſtetur, & ibi
25 gl. † tamen emphyteota rem emphyteoticam alteri in em-
phyteoſim ſine conſenſu domini concedere non poteſt, ad
tradita per Specul. in titul. de locato §. nunc uerò aliqua
verſi. 125. & Ioan. de Imol. in d.c. potuit colum. 8. ver. item
iuxta prædicta poteſt quæri: ſed non conſtat, quòd commu
nitas Lugi, quando dicta bona perſonis particularibus ad
meliorandũ conceſſit, cõſenſum epiſcopi illius temporis re
quiſiuerit, ergo uidetur non poſſe dici contractus emphy-
26 teoticus. † Eademque ratione dicendum eſt, illum contra-
ctum ultra præmiſſa non fuiſſe etiam contractum locatio-
nis ad longum tempus, per quem in conductorem utile do
minium transfertur, ſicut per contractum emphyteoticum,
per Barto. Imol. & Bal. in l. codicillis §. inſtituto ff. de leg. 2.
l. 1. & 2. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. quæ locatio ad lon-
gum tempus non ualet, nec fieri poteſt à primo emphyteo-
ta ſine conſenſu primi domini, vt dictum fuit de emphy-
teoſi à primo emphyteota facta, & expreſsè uoluit Ioan. de
Imola in d.c. potuit colum. 9. ver. item poteſt quæri. Con-
cludendum tamen eſt, uel quòd fuerit contractus emphy-
teoſis, quoniam cum communitas dictas res ſteriles diuer-
ſis perſonis ad meliorandum conceſſerit, ut mihi in facto
præſuponitur, in dubio iudicari debet potius cõtractus em-
27 phyteoticus, quam alius, nam † contractus emphyteoticus
eſt, quando res perpetuo ad meliorandum conceditur d.l.
1. C. de iure emphyt. cum iis, quæ ſignanter uoluit Bald. in
28 c. literæ colum. 4. extra de dilationibus: † contractus enim
ex eorum effectibus cognoſcuntur l. ſi ſtipulatus ff. de uſu-
29 ris, l. inſulam ff. de præſcrip. uer. † neque abſurdum reputa-
tur, quòd emphyteota rem alteri det in emphyteoſim, ut
doct. crebro admittũt in d.l. 1. C. de iure emphyt. & Imol.
in d.c. potuit col. 8. & 9. Nec obſtat, quòd in illo non inter-
uenerit cõſenſus domini, hoc eſt epiſcopi, qui de iure de-
30 bet interuenire, ut ſupra dictum fuit, quia † dici poteſt ſa-
tis conſenſum domini interueniſſe præſumptione iuris, &
de iure, quæ reſultat ex curſu tanti temporis, de cuius ini-
tio memoria hominum non exiſtit, quod facit in quocunq;
actu iam diutiſſimè celebrato præſumi omne id, quod dece
ciſſe uidetur etiam, quando ex hoc præiudicium eccleſiæ,
& tertio irrogaretur d. c. 1. de præſcrip. in 6. cum aliis ibi
allega. in gl. d.c. ſuper quibuſdam §. præterea, l. hoc iure §.
ductus ff. de aqua quotid. & æſti. & doct. communiter in l. ſi
certis annis C. de pact. cum aliis iam ſupra allegatis: Vel hic
cõtractus factus inter dictam communitatem, & perſonas,
quibus res particulares cum onere ſoluendi decimam par-
tem fructuũ aſſignatæ fuerunt, poteſt dici contractus inno-
minatus ſimilis locationi, ad cuius inſtar regulatur, ex quo
locatæ fuerũt res particulares diuerſis perſonis, ut dent cer
tam fructuum partem, ut uidetur tex. in d.l. ſi olei, & in d.l.
1. §. ſi quis ſeruũ, ibi quaſi genus locati, & conducti interue
nit, ſed quia pecunia non dabatur, præſcriptis uerbis datur
actio: Ex quibus hunc fuiſſe cõtractum innominatum ſub-
ſtineri poſſet: Sed ſiue fuerit contractus emphyteoticus, ſi-
ue innominatus, ſiue alius à iure approbatus, nihil refert,
quia nobis ſufficit, has particulares perſonas, quæ res prædi-

ctas ab ipſa communitate habuerunt, illas ex aliquo iuſto,
& approbato contractu habuiſſe. ¶ An autem contractus
huiuſmodi in ſe ualuerit, nec ne, maior eſt difficultas, quo-
niam cum in illo conſenſus domini nõ interuenerit, res præ
dictæ ad longum tempus concedi non potuerunt, ut ſupra
dictum fuit: Verum huic obiectioni poteſt reſponderi, ut
ſupra proximè dixi: Secundo dico referre, an res perpetuo
conceſſæ fuerint, & tunc obiectio de cõſenſu domini pro-
cedere poſſet, & reſponſio ſupra tradita optimè conueni-
31 ret: † an uero fuerint conceſſæ ad longum tempus ſimplici
ter, quamuis poſtea ob non contradictionem, & ob patien-
tiam, & tollerantiam communitatis fuerit continuatum, &
tunc in concedendo conſenſus primi domini non fuit ne-
ceſſarius, ueluti de locatione facta ad longum tempus ab
emphyteota uolunt docto. & maximè Ioan. de Imol. in d.c.
potuit col. 9. diuerſi. item quæri poteſt. ¶ Sed unum aliud
magis obſtat, per quod uidetur inferri, contractum hunc
cõmunitatis celebratum cum aliis perſonis eſſe inualidum,
immo ipſo iure nullum tanquam factum contra canonis
prohibitionem l. non dubium C. de legibus, c. epiſcopo il 1.
32 8. q. 1: † quoniam in concilio Lateranenſi per modum prohi
bitionis ſtatutum fuit, quòd de cætero nullis laicis conceſ-
ſum ſit decimas exigere c. prohibemus extra de decimis,
quia decimas exigere eſt quid ſpirituale, cuius iuris laici
ſunt incapaces c. ſacroſancta, & c. meſſana de electio. Et
33 † hac de cauſa laici ius decimandi præſcribere nequeunt c.
cauſam extra de præſcrip. & ſi exigant, illas abſque pecca-
to, & animæ detrimento retinere non poſſunt d.c. prohibe
mus, & c. tua il 1. extra de decimis cum c. fin. extra de præ-
ſcrip. & c. cum apoſtolica de his, quæ fiunt à præla. ſine con-
34 ſen. capit. in quibus iuribus dicta prohibitio probatur, † niſi
laicus hoc ius decimandi haberet ex priuilegio non inferio
ris, ſed ſolius papæ, qui poteſt facere laicum capacem rerũ,
& iurium ſpiritualium, prout aliàs illum reddidit capacem
iurispatronatus eccleſiæ c. quanto extra de iudi. c. quoniã,
& ibi ſcriben. extra de iure patron. & habetur per gl. notabi
lem in c. decernimus extra de iudi. ibique doct. & in termi-
nis iuris decimandi, hoc uoluit Cardi. in c. tua il 2. extra de
35 decimis. † Poſſunt etiam laici decimas abſque peccato exi-
gere, quando antiquitus ante Lateranẽſe cõcilium ius de-
cimandi in feudum habuerunt d.c. cum apoſtolica, nam hic
titulus iunctus cum antiquitate tẽporis operatur, quòd laici
illas ſine peccato poſſunt exigere: Et quælibet tẽporis anti
quitas puta 10. 20. uel 30. annorum, & ultra non ſufficeret
d.c. cauſam, et d.c. 1. de præſcrip. in 6. ſed requiritur, quòd
conceſſio talis feudi ante conciliũ Lateranenſe facta fuerit,
Innoc. in d.c. cum apoſtolica per illum tex. & arg. d.c. prohi
bemus, ibiq; gl. et Abb. et in c. quamuis, et in c. tua il 1. cum
glo. extra de decimis, et expreſsè habetur per Cardi. in d.c.
36 cum apoſtolica in 5. & 6. oppoſi. † in dubio uerò quando
quis iam diu hoc ius exigendi habuiſſet, non præſumeretur
in feudum habuiſſe ante tempus Lateranenſis concilij, niſi
hoc probatum eſſet, cum ius commune laico reſiſtat, ut non
poſſit decimas exigere d.c. 1. de præſcrip. in 6. in expreſsè
uoluit Hoſtien. in d. c. quamuis, ubi hoc multis iuribus,
& rationibus probauit, illumque ſequuti fuerunt Archid. et
Ioan. mona. in c. 2. de præben. lib. 6. et do. Card. in d.c. cum
apoſtolica col. ult. ex parte ergo laicorũ probari debet, uel
quòd ante concilium Lateranẽ. de iure decimandi fuerunt
infeudati, idẽ dicerem, ſi probarent ſe de hoc iure fuiſſe iu
re emphyteotico ab eccleſia inueſtitos, cum à pari hæc duo
procedant, & ex utroq; contractu pariter utile dominiũ, &
37 naturalis poſſeſſio trãsferatur, † vel quòd priuilegiũ exigẽ
di decimas à Papa habuerũt, ad tradita per do. Card. in d.c.
cum apoſtolica col. penul. Ioan. Mona. & Io. And. in d.c. 2.
de præben. in 6. & ibi Archid. Io. de Imol. Anchar. do. Ant.

38 & Abb.in d.c.cum apoſtolica, † ubi Abb. colum. ubi. ibi in
gloſ.3.ponit dictum ualde ſingulare, quod ex uerb.s Ioan.
Andr.ibi,& in c.3.de præben.in 6.infert,quòd in laicis tẽ-
pus,de cuius initio memoria hominis in contrarium nõ exi
ſtit,uim tituli iuſti non habet, quod intelligo uerum in re-
bus ſpiritualibus,quales ſunt decimæ,prout loquitur ibi Io.
Andr.At in rebus prophanis hoc dictum non uidetur ue-
rum, cum tale tempus abſolutè, præſuppoſita tamen bona
fide,uim iuſti tituli,& conſtituti habeat,ut eſt text.in d.l.hoc
iure §.ductus ff.de aqua quoti.& æſti. Roma.in rub.ff.de ar
bitris colum.10.ſcriben.in c.peruenit de cenſibus, & in d.l.
ſi certis annis C.de pactis:Sed non conſtat,communitatem
Lugi hoc ius exigendi decimas habuiſſe ante Lateranenſe
concilium,nec eſt fama publica,quòd hoc ius ante illud tẽ
pus habuerit,nec de aliquo priuilegio apoſtolico huius iu-
ris decimandi communitati conceſſo appareat, igitur con-
tractus initus à communitate cum perſonis,quibus dicta bo
na conceſſit ad meliorandum cum onere ſoluendi decimã,
tanquam contra concilium Lateranenſe factus debet dici
nullus,& inualidus,nec ex illo ius decimas exigendi com-
munitati acquiri potuit. ¶ Quibus tamen non refraganti-
bus,de iure uerius uidetur,quòd in caſu occurrenti contra
ctus,ſi de illo appareat,ualidus fuerit, quoniam uel dicetur
emphyteoticus,uel innominatus ſimilis contractui locatio-
nis ad longum tempus arg.d.l.ſi olei,& d. l.1. §. ſi quis ſer-
uum cum aliis ſupra deductis:Vel ſi expreſsè non appareat
de forma contractus initi inter communitatem,& priuatos,
quibus dicta conceſſio facta fuit, dicendum eſt contractum
illum fuiſſe celebratum,qui de iure melius ualere potuit,ex
iuris præſumptione inducta ex curſu tanti temporis,de cu-
ius initio memoria in contrarium non exiſtit,qui facit illum
titulum præſumi,qui melius prodeſſe, & ualere poteſt etiã
contra ius eccleſiæ,& tertij,ut in iuribus iam ſæpius allega.
¶ Nec aduerſantur ſupra proximè deducta, in quibus tota
uis præſentis conſultationis conſiſtit,uidelicet quòd contra
ctus fuerit inualidus,& nullus,cum per illum ius deciman-
di in laicos tranſlatum dicatur, quia diuerſimodè poteſt re
39 ſponderi,& primo, † quòd ex quo de forma contractus nõ
apparet,ex curſu tanti temporis erit præſumendum,quòd
uel dicta communitas Lugi ius iſtud habuerit ex priuilegio
apoſtolico, ad quod probandum ſatis erit hoc priuilegium
allegare,quãuis de eo expreſsè,& ſpecificè non appareat,
nam ſatis probabitur, ſi probetur dictam communitatem
exegiſſe decimas per tãtum tempus, de cuius initio memo
ria in contrarium non exiſtat d.§.ductus,d.c.ſuper quibuſ-
dam §.præterea cum aliis allegatis, & plenius habetur per
And.Barbat.in conſi.35. incip. ſapienter ſcribitur col.5.&
ferè per totum lib.2.ubi melius ad propoſitum noſtrum lo
40 qui non poſſet:Vel ſecundo poterit allegari, † quòd cõmu
nitas Lugi ſit in poſſeſſione,aut detentatione iuris exigendi
decimas uel iure feudi dictæ communitati antiquitus con-
ceſſi,uel iure emphyteoſis ſibi ab eccleſia cõceſſæ ante pro
hibitionem Lateranenſis concilij,quo tempore permiſſum
erat aliquem benemeritum, aut ex alia iuſta, & neceſſaria
cauſa de decimis inueſtire, ueluti præſupponitur in d.c. cũ
apoſtolica:Et licet per concilium hoc fuerit quoad futuros
caſus prohibitum,non tamen ex eo illi, qui iam acquiſiue-
rant,iure feudi,uel emphiteoſis priuati fuerunt,ut in d.c.cũ
apoſtolica,& not.per glo.& Abb.in d.c.quamuis,in d.c.pro
hibemus,& in d.c.tua.Ad probandum autẽ, quòd huiuſmo
di conceſſiones fuerint ante dictum concilium factæ, in du
bio ſufficit probare decimas fuiſſe antiquitus à communita
te exactas,& per tantum tempus, de cuius initio memoria
hominum non exiſtat,ut crebro uolunt docto. poſt Io.And.
in d.c.cum apoſtolica,qui atteſtantur docto.magis commu
niter ita tenere: idem inquit Barbat. in dicto conſil. 35.

& ideò ſecundum eum in iudicando,& conſulendo non
eſſet ab hac opinione recedendum iuribus latè per ipſum
allegatis,quicquid uoluerint Hoſtien.& ſequaces, de qui-
bus ſupra,quos aliter non refero:& quamuis Ioan.Andr. &
Abb.in d.c.cum apoſtolica uelint etiam probandam eſſe fa
mam publicam, ſeu cõmunem opinionem in loco extare,
quòd conuentio, & conceſſio huiuſmodi feudalis ante con
cilium Lateranenſe facta fuerit,tamen Barbatia in d. conſi
lio de hoc nihil dicit,neque hoc præſupponit, ſed ſimpli-
citer ſolum requirit,quòd probetur,decimas fuiſſe à commu
nitate exactas per tantum tempus,de cuius initio memoria
hominum non exiſtat. Quod ſuadetur,nam ſi probetur cur
ſus tanti temporis, de cuius initio nõ eſt memoria,ſatis pro
bari dicitur de tempore ante dictum conciliũ, quia de ini-
tio temporis,quo dictum concilium fuit factum,apparet,&
notum eſſe dicitur,quoniam fuit factum tempore Alexan-
dri Papæ iij. Senenſis de anno 1379.ueluti refert dominus
Card.Archiepiſcopus florentinus præceptor Abbatis in d.
c.cum apoſtolica col.penul.& legitur in chronica martia-
na ſecundum eum: Sed de initio temporis,quo fuit conuen
tum decimas à laicis exigi,& decimæ fuerunt exactæ,in ca-
ſu noſtro conſtare non dicitur per prædicta,ergo &c.
¶ Secundo reſpondeo,quòd in caſu, de quo agitur, apertè
conſtare dicitur de tempore ante illud concilium,quoniam
cum concilium editum fuerit de dicto anno 1379.& con-
ceſſio facta dictæ communitati de maſſa campi fuerit facta
de anno 1277.ut præſupponitur, & de initio conuentionis
ſoluendi decimam fructuum aliter non appareat, dicendũ
eſt,quòd non ante conceſſionem factam communitati, ſed
poſt,& ex quo de initio temporis non apparet, præſumen-
dum eſt,quòd ſtatim poſt dictam conceſſionem communi-
tati factam bona illa fuerint perſonis particularibus ad me
liorandum aſſignata cum onere dictam decimam ſoluendi:
Ex quo ſequitur,quòd dicta communitas ante Lateranen-
ſe concilium habuit ius dictam decimam exigedi: facileq;
erit probare famam publicam, & communem opinionem
41 de hoc extare. ¶ Præterea & tertio reſpondeo, † quòd po
ſito etiam,ſed non conceſſo,non præſumi,quòd communi-
tas ius iſtud decimarum ante dictum concilium habuerit,ta
men hoc in caſu noſtro non eſt neceſſarium, quia commu-
nitas Lugi non dicitur habuiſſe ius exigendi decimas,prout
eſt quid ſpirituale,& prout laicis non conuenit, de quo lo-
quitur tex.in d.c.prohibemus,in d.c.quamuis,& in d.c.tua,
& habetur in clemen.2.de præb. ſed habuit, & habet aliud
ius,quod oritur ex contractu,exigendi decimã partem fru-
ctuum a colonis,& cultoribus, quibus bona prædicta ad me
liorandum data fuerunt, quod ius eſt quid temporale, &
laicis quoque competere poteſt, ut in c.2.extra de locato,
42 † ueluti contingit,ſeu accidere poteſt in contractu innomi
nato,qui ſimilis eſt locationi,ut in d.l.ſi olei, nec non in con
tractu emphyteotico,in quo conueniri poteſt,quòd pro pẽ
ſione ſoluatur non ſolum certa pecunia, ſed etiam octaua,
aut decima,aut alia ſimilis fructuum quotta,ut in d.§.adeò
Inſtit.de locat.& argumento l.1.& 2. C. de iure emphyt.
ubi in contractu emphyteotico conuentionibus, & pactio-
nibus partiũ circa omnia eſt ſtãdum,& conſequenter etiam
ſi conuentum eſſet, ut pro penſione ſolui deberet uel
ſpecies certa,uel aliquid in genere, puta tertia, aut decima
43 pars fructuum, † tunc illud,quod ſoluendum eſt, non cen-
ſetur eſſe decima,prout eſt quid ſpirituale,& laicis non cõ
ueniens,ſed penſio,ſeu canon, prout eſt quid temporale,
cuius laici ſunt capaces argumento d. c. 2. extra de locato:
44 † Sicut dicitur de præbenda, cuius laici ſunt incapaces,
quando eſt quid ſpirituale c.dilecto extra de præben. & c.
2. de inſtitutio. ſecus, quando præbenda,quæ de fructibus
eccleſiæ debetur, eſſet quid temporale, quoniam tunc po-
teſt

teſt laico dari, & concedi, glo. eſt ſingularis, & communiter recepta in c. cum m. & ibi omnes extra de conſtitutio. Idé ergo contingere poteſt, quando decima fructuum laicis ex pacto in recompenſationem uſus rei ſoluenda eſſet, prout in multis partibus Italiæ ſeruatur: & ad hoc benè faciũt ea, quæ inquit Cardin. in clemen. 2. in 3. oppoſ. de decimis, & Abb. in c. tua il 2. in. 3. & 7. notabili extra eod. tit. quare non ſequitur, pro re tradita ad meliorãdum, ſeu excolendũ domino, ſeu locatori ſingulis annis ſolui debet decima pars, uel alia quotta fructuum, ergo fit contra prohibitionem canonis prohibentis laicos poſſe decimas eccleſiæ debitas exigere, nã quando inter ipſos laicos pro uſu rei fieret huiuſmodi conuentio, ea eſſet licita, & permiſſa, quia cenſeretur conuentum de illa decima fructuum, prout eſt quid tempo-
45 rale, & laico quoque competere poteſt: Et † in dubio debet fieri interpretatio, ut actus ualeat, etiam uerba impropriando l. ſi quando ff. de lega. 1. l. quoties ff. de rebus dubiis, ff. de uerborum obliga. & ff. de regu. iur. & in dubio uerba ſunt interpretãda, ut perſonis, ad quas referũtur, conueniãt l. plenum §. æquitij ff. de uſu, & habit. ¶ Vltimo reſpondendo dico, quòd omnis obiectio, quæ ab Epiſcopo fit dictæ cõmunitati ſuper contractus nullitate, & reſciſſione, & ſuper enormiſſima læſione eccleſiæ, & ſuper exactione decimæ partis fructuum, etiam ſi illam uelimus decimam appellare, prout dicitur quid ſpirituale, & ſuper aliis ceſſat, & effectu caret ex tranſactione factã de anno 1527. inter dictam communitatem ex una, & R. tunc Epiſcopum Imolenſem ex alia ſuper omnibus differẽtiis ſimilibus, taliter quod quicquid factum, & diſpoſitum eſſet de dictis bonis, & quicquid per dictam communitatem exactum eſſet etiam ſub prætextu decimarum, & in futurũ exigeretur, firmum eſſet, omniaq; illa, quæ per dictum Epiſcopum accedẽte auctoritate apoſtolica conuenta, ratificata, & confirmata fuerunt, poſtea etiam auctoritate appoſtolica fuerunt ratificata, confirmata, & roborata ſupplendo omnes defectus iuris, & facti, ut per publica documẽta mihi exhibita de his omnibus apparet. Ex quibus iura dictæ communitatis ſalua, omnique iuris firmitate firma redduntur, quoniã, ut dictum fuit, prima conceſſio facta dictæ communitati non poteſt argui de defectu ſolemnitatis, & iuſtæ cauſæ, nec de læſione, minus etiam, quòd auctoritas apoſtolica non interuenerit, quia illa tunc non erat neceſſaria, immò confirmatio apoſtolica ſuper dicta tranſactione facta ad omnia, quæ præceſſerunt, retrotrahitur, & ſic ad primam conceſſionem, item ad conceſſionem, ſeu diſtributionem bonorum per dictam communitatem factam diuerſis perſonis ad meliorandum cũ onere
46 ſoluendi decimam partem fructuum, nam † de natura confirmationis ſuperioris, & maximè Papæ eſt ad præterita, & iam facta trahi, ut in c. cum dilecta, & per totum extra de confirma. util. uel inut. ibiq; dixi, & c. cum acceſſiſſent extra de conſtitut. item ſufficit, quòd auctoritas, & conſenſus neceſſarius ad ualiditatem actus interueniat etiam ex poſt facto per modum ratificationis, & confirmationis, inſpecta æquitate iuris canonici, quod has ſubtilitates, quæ ſunt de rigore, & de apicibus iuris, non conſiderat c. dilecti extra de iudi. cum aliis ſimilibus, ut in d. c. cura de iure patron. & in c. cum uos extra de iis, quæ fiunt à præla. ubi plenè habetur. Ex quibus infertur, quòd exactio decimæ fructuum ſaltem nunc ſuper, & de omnibus dictis bonis Maſſæ campi, etiam quod aliqua ex illis ad manus eccleſiæ, ſeu epiſcopi Imolenſis peruenerint, cenſetur dictæ communitati permiſſa, etiã ſi uelimus dicere illã eſſe quid ſpirituale, ex quo fit permittente, & auctorante Papa, ut ſcribentes omnes, nullo excepto, quos ſupra allegaui, in d. c. cum apoſtolica, & in dicta clemen. 2. de præben. fatentur: Et huic noſtræ conſultationi optimè inſeruiunt ea, quæ plenè deduxit Andr. Barbat. in d. conſi. 35. lib. 2. quem domini iudicare debentes inſpicere poſſunt, & aliqualiter in conſi. 66. lib. 4. ¶ Infertur etiam ex
47 iam dictis, † quod & ſi aliquæ poſſeſſiones, & prædia, quæ ſunt pars dicti tenimenti Maſſæ, ut ſupra, communitati prædictæ in emphyteoſim cõceſſi, ad manus dictæ eccleſiæ, ſeu epiſcopi Imolenſis peruenerint modo, quo in facti ſpecie narratum fuit, tamen dictæ communitati, & hominibus Lugi etiam de dictis poſſeſſionibus, & prædiis ius decimam fructuum exigendi competit, quoniam à tanto tempore, de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit, ſemper uſque ad hæc tempora fuerunt in quaſi poſſeſſione exigendi dictam decimam à cultoribus, & colonis, ſeu poſſeſſoribus illarum, ueluti in facti ſerie præſupponitur, & cum in dicta quaſi poſſeſſione, uel ſaltem in ſtatu exigendi dictam decimam iuſto titulo uero, uel ſaltem præſumpto ex dicto curſu tanti temporis reſultante fuerint, debent in dicto ſtatu, ſeu in dicta quaſi poſſeſſione manuteneri, c. querelam, & ibi Innocen. Ioan. de Imol. & alij extra de elect. eſto etiam, quòd dictæ poſſeſſiones ab epiſcopo Imolenſi detinerentur.

¶ Nec obſtat, quòd cum dictæ poſſeſſiones fuerint ad epiſcopum illarum dominum directum reuerſæ, per conſolidationem dominij utilis cum directo uidetur reſolutum, & extinctum dictum ius ſoluendi præfatæ communitati decimam fructuum argumento illorum, quæ in ſimili uoluit Io. de Imol. in dicto capit. potuit colum. 8. cum ſequen. & per ea, quæ dixit Bal. in l. 2. quæſtio. 46. colum. 5. ff. de rerum diuiſione, & per Abbatem in capit. cum ueniſſent colum. 2. extra de reſtitutio. ſpoliatorum: quia huic motiuo reſpondetur, quòd in caſu occurrenti non poteſt dici facta aliqua utilis dominij cum directo conſolidatio, licet dictæ poſſeſſiones è manibus quorundam fratrum de Furniuo illas tenentium, & occupantium ad manus epiſcopatus peruenerint, nam dicti fratres, & alii prædictarum poſſeſſionum occupatores nullum dominium utile habebant, cuius contemplatione dicta conſolidatio fieri poſſet: Sed homines, & cõmunitas Lugi erant illi, qui omnium dictorum bonorũ utile dominium habebant ex contractu emphyteotico, & ex curſu tanti temporis, de cuius initio memoria non exiſtit, ut ex dictis ſupra apertè colligitur, quod dominum utile adhuc penes dictam communitatem, dictoſque homines eſſe dicitur: Et ideò quoad hoc utile dominium nulla potuit, ſeu poteſt dici facta conſolidatio cum directo, quæ de iure dicitur fieri ex eo, quod emphyteota uel canonem debitum nõ ſoluerit, uel irrequiſito domino alienauerit, uel re abuſus fuerit, aut ob lineam emphyteotæ finitam, ut in dicto c. potuit, & ibi latè per Imolam, Abbatem, & Antonium, egoq; etiam dixi, & in l. 2. & fin. C. de iure emphyteotico, & plenè per Iaſonem, Baldum, & Salicet. in authen. hoc ius porrectum, & in authen. qui rem cum aliis C. de ſacroſanc. eccle. Ex quibus modis nullus dictæ communitati poteſt accommodari, ſeu imputari: Et ſi quis diceret communitatem bona per eam conducta inſcio domino, hoc eſt epiſcopo, alienaſſe, hoc negatur, ueluti ſupra plenius oſtenſum fuit.

¶ Deberet ergo dictus Reuerendiſſimus Epiſcopus à moleſtationibus, quas contra dictam communitatem iudicialiter mouit, ceſſare, prout ab illis planè ceſſaret, atque deſiſteret, ſi conſideraret, cuius qualitatis hæc bona eſſent ab initio, quando de anno 1275. dictæ communitati conceſſa fuerunt, quia erant ſterilia, & inculta, nulliuſque redditus, & ualoris, ne ipſi ea poſſent imputari; quæ dicũt ſcribentes, maximè Barbat. poſt Abbatem in capitu. ad aures extra de rebus eccleſ. non alienan. & optimè idem Barbat. in dicto capitu. cum m. colum. 48. num. 137. cum ſequen. extra de conſtitutionibus: Ad quæ omnes prælati benè deberent animaduertere, ne de auaritiæ, & inſatiabilitatis crimine accuſari, & argui poſſent, quærendo res, quæ

erant

erant ſteriles,& infructuoſæ,& ad culturam,& fertilitatem
redactæ fuerunt,de manibus conductorum,qui eas ſic rede
gerunt,erpiere,illas ſæpe pro ſe,aut ſuis retinẽdo, vel cano
nem,ſeu penſionem augendo,quod apud Deum, & homi-
nes damnabile eſt, & vituperabile, ut colligitur ex verbis
Barto. per illum textum in l.fin.C. de omni agro deſerto li
bro 11.& Ange.in l.3.C.de alluuion.bonus eſt tex.in l.fun
di C.de loca.præd.fiſca.& in l.2.C.de præd.nauicul.lib.11.
Et hic finem huic conſultationi impono. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Penſio in emphyteoſi rerum eccleſiæ quanta eſſe debeat ad hoc, vt eccle ſia læſa dici non poſſit.*
2 *Emphyteoſis conceſſio de re eccleſiæ ſterili facta ad meliorandum,& ad culturam reducendum valet etiam pro hæredibus extraneis,& in euidentem eccleſiæ vtilitatem dicitur facta.*
3 *Conſuetudinem in loco extare dicens probare debet.*
4 *Conceſſio decem bebulcarum,uel circa non vitiatur,ſi undecim poſtea reperiantur.*
5 *Eccleſia fundans ſe in enormi læſione non nullitatis, ſed reſciſſorio remedio reſtitutionis in integrum agere debet.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *conceſſio de re eccleſiæ ſterili ad meliorandum, & culturam redigendum facta ualet, nec, ſi penſio uiginti annorum ſimul collata ueram rei æſtimationem non conſtituat, uitiatur, aut eccleſia læſa dici poteſt:*

Similiter ſi conceſſa ſit in emphyteoſim una petia terræ bebulcarum decem, uel circa, & poſtea undecim eſſe reperiatur, ex hoc neque conceſſio uitiatur, neque eccleſia læſa dicitur.

CONSILIVM LXXXV.

REVERENDE domine, Super difficulta-
tibus propoſitis non poſſum multitudine nego-
tiorum impeditus multa pro earum reſolutione di-
cere, præſertim cum intellexerim principales meos nunc
fuiſſe citatos ad audiendam ſententiam pro die ſequẽti ho
ra iuris de mane, & propterea ipſi ad me recurrerunt inſtã
tes,ut aliqua breuiter,& celeri calamo ſuper dubiis propo-
poſitis,& pro informatione R. D. V. vellem explicare.
Dum itaque in primis dicitur, quòd de læſione eccleſiæ
manifeſtè conſtat ex duobus,primo quia penſio uiginti an-
norum ſimul collata non continet, neque conſtituit æſti-
mationem totius rei per textum in §. quia verò Leonis il 1.
in authen.de non alien.aut permuta.collatio.2. & in auth.
perpetua C.de ſacroſan.eccle. Secundo,quia teſtes dicunt
rem eſſe bebulcarum decem, & reperitur eſſe bebulcarum
1 vndecim:Reſpondetur † primo, quòd textus in d.§.quia
verò,& in d.authenti.perpetua diſtinguit inter res precio-
ſas,& alias non precioſas,vt primo caſu,quando res eccle-
ſiæ eſſet precioſa,& notabilis,ſed modici redditus, non poſ
ſit in emphyteoſim dari, niſi penſio uiginti annorum ſimul
collata veram rei æſtimationem conſtituat, ſecundo uerò
caſu,quando res eccleſiæ non eſſet precioſa,ſed talis,cuius
penſio foret diminuta,illam ad modicum tempus locando,
aut eius redditus fuiſſent diminuti ob aliquam cladem, vt
ob inundationem,uel aliud damnum,res tunc poſſit dari in
emphyteoſim perpetuam pro canone, qui tempore con-
ceſſionis haberi,& reperiri potuit,vt clarè uolunt iura præ
dicta,& ibi doctores omnes expreſsè dicentes, tunc eſſe ha
bendam rationem penſionis,vt ſimul collata per viginti an
nos faciat veram æſtimationem, quando res tempore con-
ceſſionis erat precioſa,& non in alio caſu: Sed,ut ex dictis
teſtium, quos aliàs vidi,clarè apparet, res in emphyteoſim
conceſſæ non erant precioſæ, neque hoc per aduerſarios
probatum fuit, prout probari debuiſſet, cum ſit eorum in-
tentionis fundamẽtum; quinimmò per infinitos teſtes prin
cipalium meorum, & per aliquos partis aduerſæ conſtat
res conceſſas tempore conceſſionis, & ante fuiſſe paludo-
ſas,& aquis ſubiectas taliter, quòd ſolum erant incultæ, &
paludoſæ,ac in illis arundines,& iunci, aliaq; ſimilia naſce-
bantur,non autem erant precioſæ, ergo ceſſat primum fun
damentum de tex.in d.§.quia verò, & in d.authen.perpe-
tua,quæ iura poſſunt retorqueri,ex quo præſupponunt res
eccleſiæ non precioſas poſſe concedi in emphyteoſim ſim-
pliciter pro penſione,quæ tempore conceſſionis haberi po
2 tuit. Ex prædictis etiam infertur, † quòd cum tales res eſ-
ſent ſteriles,incultæ, paludoſæ, & aquis ſubiectæ, omnino
ualuit talis conceſſio in emphyteoſim facta ad effectum, ut
ad culturam reducerentur, & arabiles fierent, etiam pro
hæredibus extraneis,ut in c.ad aures,ibique docto.de rebus
eccle.non alien. nam ex hoc conſtat conceſſionem fuiſſe fa
ctam in euidentem eccleſiæ utilitatem, ut in dictis iuribus
habetur. Secundo poſſet reſponderi hoc de conſuetudi-
ne loci non ſeruari,quòd penſiones uiginti annorum ſimul
3 collatæ debeant veram rei æſtimationem conſtituere: † &
ſi pars aduerſa affirmet conſuetudinem huiuſmodi in loco
extare,ea debuit hoc probare,cum conſuetudo ſit quid fa-
cti c.1.de conſtit.in 6.& facta probanda ſunt,l.in bello §.fa
ctæ ff.de capti.& poſtlim.reuer. & ita voluit Barto.in l. de
quibus ff.de legibus, & canoniſtæ maximè Ioannes Andr.
Anto.& alij in c.fin.de conſuetud. ¶ Ad ſecundum re-
ſponderi poteſt,quòd hoc non tangit cauſam domini Mel-
chioris,& Antonij fratrum,quoniam res ipſis fuit in emphy
teoſim conceſſa pro bebulcis quatuordecim, vel circa, &
quantacunque ſit,nec reperitur eſſe maioris numeri bebul
carum, nec probatum fuit. Quo verò ad cauſam Petri,
qui rem in emphyteoſim habet pro decem bebulcis, dici-
4 tur, † quòd conceſſio facta fuit pro decem bebulcis, vel
circa,quo caſu ſi undecim bebulcarum fuerit, propter hoc
conceſſio non vitiatur, tum quia illa verba uel circa illud
plus comprehendunt, cum fuerit quid modicum reſpecti-
uè,& maximè cum numerus bebulcarum fuerit demonſtra
tionis cauſa adiectus,quia à corpore fuit incœptum, dicen
do vnam petiam terræ bebulcarum decem, vel circa, per
ea, quæ uoluit Specul. in titu. de emptio. & uenditio.in §.
ſciendum,& ibi Ioannes Andreas in additio.tum quia con
ceſſio ualeret in decem bebulcis, quamuis quoad illam vn-
decimam non valeret per ea,quæ uoluit Ioan.And.in addi.
ad Specul.in d.§.ſciendum, & Bald.in rub. C.de empt. &
uend.Paulus de Caſtro in l.ſi ſeruum §.ſi modus ff. de actio.
empti, & in l.2.in ultima columna C. de peri. & commo.
rei uendi. ¶ Et ex prædictis infertur, non eſſe verum di-
cere, quòd conceſſio non fuerit facta in euidentem eccle-
ſiæ utilitatem, & ideò dicatur nulla per extrauagantem
Pauli Veneti incipien.ambitioſè, quia tàm reſpectu cano-
nis,quàm reſpectu ſubſtantiæ rei dicitur ſecundum iuris di
ſpoſitionem facta,& euidentem eccleſiæ vtilitatem conti-
net,ex quo res erant ſteriles, paludoſæ, & aquis ſubiectæ,
& tales,ex quibus parum vtilitatis percipiebatur, vt per te
ſtes clariſſimè probatum fuit,& ideò ualuit,ut in d.c. ad au-
res cum ibi nota. ¶ Et poſito, non tamen conceſſo, cum
veritas ſit in contrarium, quòd eccleſia ex huiuſmodi con-
ceſſione fuiſſet aliqualiter,& fortè enormiter læſa, propter
hoc tamen pars aduerſa nullo modo debet obtinere, quo-
niam cum conceſſio fuerit facta cum ſolemnitate à iure re-
quiſita, & ex cauſa iuſta, videlicet propter vtilitatem ec-
cleſiæ, & ut res ad culturam, & fertilitatem reducerentur,
5 vt ſupra,conceſſio in ſe valuit,& † ideò ex eo,quòd eccle
ſia ex tali conceſſione poſſit dici enormiter læſa tàm reſpe-
ctu

ctu penſionis, quam reſpectu numeri bebulcarum, non poteſt agi de nullitate, ſed propter læſionem, & damnum debet reſtitutio in integrum peti, ut eſt tex. ibiq́; gloſ. Abb. & alij in c. 1. de in integ. reſtit. glo. Abb. Imol. cæteriq́; docto. in c. ad noſtram per illum tex. de rebus eccle. non alien. & eſt glo. in c. ſine exceptione 12. q. 2. quare cum in caſu noſtro pars aduerſa in læſiõe eccleſiæ ſe fundet, debuit agere remedio reſciſſorio reſtitutionis in integrum; non autem de nullitate, prout egit: & hæc eſt realis reſpõſio, magnúq́; fundamentum principalium meorum, qui quoad hoc iudicium nullitatis ſunt abſoluendi, reſeruato ipſi eccleſiæ iure petendi reſtitutionem in integrum. ¶ Non obſtat ultimum, quo dicitur, quòd contractus, & conceſſio ipſo iure non tenuit ex defectu poteſtatis concedentis, qui defectus eſt maximus argumento l. fin. C. ſi à nõ compet. iud. & per not. in clem. 1. de ſequeſtra. poſſ. & fruc. quia reſpondetur, quòd ex deductis in proceſſu cõtrarium apparet, nam productæ fuerunt facultates Reuerendiſſ. Dom. Gubernatoris illius temporis, cui à Papa huiuſmodi poteſtas conſentiendi, & interponendi auctoritatem in alienationibus, & conceſſionibus rerum eccleſiarum fuit ſpecialiter conceſſa. Et ex his iudicio meo dubia propoſita reſoluta uidentur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Res eccleſiæ ſolita in emphyteoſim perpetuam locari, ſi ob emphyteoſim finitam ſit ad eccleſiam reuerſa, poteſt denuo abſque iuris ſolemnitate, & abſque alia cauſa in emphyteoſim eodem modo locari:*
Et multo magis pro maiori penſione num. 4.
Et an, & quando pro eadem, uel minori, uel maiori penſione num. 3
Et an hoc ſit eccleſiæ utile num. 5.
Et an plus offerenti, an uero ei, qui iuſtam & conuenientem penſionem offerat, ſit locanda, num. 6.
Cum noua tamen qualitate ſic locari non poteſt num. 9.
2 *Emphyteoſis perpetua dicitur multipliciter.*
7 *Eccleſia ſicut in damno morari non debet, ita nec in lucro cum alterius iactura.*
8 *Bar. in authen. qui rem C. de ſacroſan. eccleſ. declaratur.*
10 *Locatio rei eccleſiæ cum pacto de franchando rem pro certo pretio ſapit omnimodam alienationem, & eſt eccleſiæ ualde præiudicialis.*

EPITOME.

LOCATIO *in emphyteoſim abſque iuris ſolemnitate facta de re eccleſiæ ſolita ſic locari, & ad eccleſiam ob emphyteoſim finitam deuoluta ualet, maxime ſi pro maiori penſione facta eſſet.*

Sicq́; locare dicitur eſſe eccleſiæ utile.

Et locatio facienda eſt illi, qui iuſtam, & conuenientem penſionem offert, dummodo non minorẽ, quam locari ſoleret, quamuis alius maiorem, ſed non iuſtam, neque conuenientem penſionem offerret.

CONSILIVM. LXXXVI.

TRIA ſunt, ſuper quibus fui requiſitus, ut meam uellem breuiter ſententiam dicere, Primum, an fundus ille, de quo agitur, poſſit per capitulum abſque iuris ſolemnitate in emmphyteoſim locari, Secundum, an eccleſiæ expediat ſic locare, Tertium, cui magis ſit locandus ex iis, qui offerunt ſe uelle conducere, cum aliqui plus, & aliqui minus offerant. Quoad primum ſecundum ea, quæ mihi in facto proponuntur, uidelicet quòd hic fundus ſolitus eſſet locari in emphyteoſim perpetuam, quæ fuit finita, & conſequenter fundus ad eccleſiam fuit reuerſus, & de-
1 uolutus, abſque multiloquio † uidetur de iure concludendum, quòd fundus prædictus per capitulum eccleſiæ abſq; alia ſolemnitate à iure requiſita, & abſque alia cauſa poſſit in emphyteoſim locari, ut eſt bonus tex. ibiq́; glo. & docto. in c. 1. extra de feudis, & hoc uoluit Bart. in authen. qui rem C. de ſacroſan. eccl. Ad idem facit, nam quamuis prælatus eccleſiæ filiis, ſeu conſanguineis ſuis non poſsit res eccleſiæ in emphyteoſim concedere, uel aliter alienare, ut in c. epiſcopus 10. q. 2. & c. quiſquis 12. q. 2. tamen ſi res aliàs in emphyteoſim locari conſuetæ eſſent, poteſt illas filiis, ſeu conſanguineis ſuis concedere eo modo, quo concedi ſolitæ erant, & pro maiori, ſeu pro eadem penſione, ſed non pro minori, & ex hoc eccleſia non læditur, ut uoluit Archid. in d. c. epiſcopus, & ita dicit Bald. poſt Bart. in authen. quibuſcunque C. de ſacroſan. eccle. at in caſu noſtro agitur de cõcedendo, ſeu locando in emphyteoſim non pro minori, ſed pro maiori penſione, ergo &c. Quòd autem fundus in caſu noſtro in emphyteoſim perpetuam concedi ſolitus eſſet, præſupponitur in facto, & probatur etiam, quia ad uitam
2 concedi conſueuit, & † emphyteoſis perpetua dicitur multipliciter, ueluti declarat glo. in §. perpetua 10. quæſt. 2. & in authen. ſi quas C. de ſacroſan. eccle. & habetur per Specul. in tit. de loca. §. nunc uerò aliqua, quem allegat Abb. in c. nulli de rebus eccle. non alien. nam dicitur perpetua; quæ fit uſque ad triginta annos, item quæ conceſſa eſt, ut duret ſemper, & in infinitum, & quandoque ſemper quoad tempus, & quoad ſucceſſores, & quandoque quoad tempus, & non quoad qualitates ſucceſſorum, ut declarat Bal. in dicta authen. ſi quis: Item perpetua dicitur, id eſt, donec ſoluatur penſio l. 2. C. de iure emphyt. & §. adeò Inſtit. de locat. Perpetua etiam dicitur, quæ eſt conceſſa uſque ad annos centum, & ultra iuxta l. annua in fin. cum gl. & l. cum quidã cum l. ſequenti ff. de annuis lega. Dicitur etiam perpetua emphyteoſis, ſeu conceſſio, quæ fuit conceſſa ad uitam alicuius, ſeu in ſecundam, tertiam, uel quartam generationem iuxta not. per glo. in clemen. 1. de rebus eccle. nõ alien. argumento l. 1. ff. pro ſocio. ¶ Præterea conſiderandum eſt, ueluti eſt de mente Bar. in auth. perpetua in 2. col. C. de ſa-
3 croſ. eccle. † quòd qñ eccleſia habet domos, ſeu prædia nõ ruinoſa, & propter imminens æs alienum uult in emphyteoſim concedere, tunc debet concedere pro tanta, & maiori penſione, quæ reperitur, facta ſubhaſtatione, ſecundũ quod habetur in authen. hoc ius C. de ſacroſ. eccle. quando uerò propter aliquam ecclſiæ utilitatem uellet in emphyteoſim perpetuam concedere, ut quia eccleſiæ utilius eſſet ſic concedere, tum propter remiſſiones non faciendas tum propter melioramenta, & ut res melioraretur, & tunc aut res eſt in eodem ſtatu, in quo erat, quando ad eccleſiam peruenit, uel quoad fructus paulo plus, aut paulo minus excreuit, & poteſt in emphyteoſim concedi facta diminutione ſextæ partis penſionis ſolitæ, d. authen. perpetua, & d. §. perpetua, ſeruata tamen ſolemnitate in alienatione requiſita, ſi de nouo concederetur, & non eſſet ſolita in emphyteoſim dari, ſi uerò ſolita eſſet in emphyteoſim dari, abſque ſolemnitate ſic concedi poſſet d. c. 1. de feudis cum ſimilibus præallegatis: Aut res non eſt in eodem ſtatu, in quo erat, quando ad eccleſiam peruenit, ſed eſt diminuta, uel eius redditus propter aliquem caſum ſunt diminuti; & tunc poteſt in emphyteoſim concedi pro extante penſione, conſiderato tempore, quo conceditur, abſque alia diminutione: ita dicit Bart. in d. authen perpetua: Quando autem res non eſſet diminuta, ſed eſſet in eodem ſtatu, uel meliori, & pro minori penſione locari conſueuiſſet, & modo eccleſia, poſtquam ad eam res fuit reuerſa, uellet eam in emphyteoſim perpetuam pro maiori penſione cõcedere, tunc abſque dubio poterit, ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Bartolus in d. authen. qui rem, dicens eccleſiam non poſſe rem ſuam pro maiori pẽſione locari ſolitam locare pro minori, & locatio

non

non valeret, ergo expreſsè ſentit, quòd ſi pro maiori locare
vellet, utique poſſet: ſed in caſu noſtro capitulum, ſiue ec-
cleſia vult pro maiori penſione locare, quam ſolita eſſet, igi
tur &c. ¶ Quoad ſecundum, an eccleſiæ expediat ſic lo-
care in emphyteoſim, ex quo nulla illius imminet neceſſi-
tas, illi expedire ex prædictis eſt concludendum, & ratione
vtilitatis eccleſiæ permiſſum eſt res ſic concedi, argumento
not. per gloſam in ſumma 12. q. 2. & c. ſine exceptione ead.
cau. & q. & argumento c. vt ſuper de rebus eccle. non alien.
4 in fin. Nam † res ſolitæ ab eccleſia in emphyteoſim conce
di, ſi ad eccleſiam reuertantur, poſſunt pro eadem penſio-
ne, & cum iiſdem qualitatibus abſque aliqua ſolemnitate
in emphyteoſim concedi d. c. 1. de feu. cum glo. Bal. in d. au
then. ſi quas, & Bar. in d. authen. qui rem: A fortiori igitur
pro maiori penſione ſic concedi, & locari poterunt, quo-
niam hoc magis utile erit eccleſiæ, veluti eſt etiam de men
5 te Bar. in d. authen. qui rem. Præterea † cum canones permit
tant rem ſolitam in emphyteoſim concedi, & ad eccleſiam
reuerſam denuo poſſe alteri in emphyteoſim pro eadem
penſione locari, ut in d. c. 1. & fatentur omnes, etiam abſq;
ſolemnitate aliàs à iure requiſita, ex hoc infertur, quòd ec-
cleſiæ utile ſit ſic locare in emphyteoſim etiam pro eadem
penſione, alioquin non permiſſum, ſed prohibitum eſſe di-
ceretur, argumento not. per gloſam in d. ſumma, & in d. c. ſi
ne exceptione. ¶ Quoad vltimum, cui fundus ſit magis
6 locandus, † videtur, quòd plus offerenti, & hac ratione
res eccleſiæ ſunt alienãdæ facta ſubhaſtatione §. hoc ius 10.
q. 2. & in auth. hoc ius C. de ſacróſan. eccle. Præterea dicit
Barto. in d. auth. qui rem, quod illis caſibus, quibus res ec-
cleſiæ poteſt in emphyteoſim concedi cum diminutione
ſextæ partis penſionis iuxta tex. in authen. perpetua C. de ſa
croſan. eccle. ſi alteri poſſet abſque aliqua diminutione con
cedi, concedenda res abſque diminutione ſextæ partis, & il
li, qui plus offert: ita in caſu noſtro dicamus, alioquin eccle-
ſia tanquam læſa eſſet reintegranda, & reſtituenda argumẽ
to c. 1. de reſtitu. in integrum, & habetur per Bartolum in d.
auth. qui rem. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, arbitror cõ
trarium eſſe verius, quòd concedenda ſit illi, qui offert non
minorem penſionem, quam res concedi ſoleret, ſed maio-
rem, & iuſtam, ac conuenientem, quamuis alius offerret ma
iorem, ſed non iuſtam, neque conuenientem, habito reſpe-
ctu ad perceptionem fructuum. Nec obſtat, quòd eccleſiæ
vtilius eſſet rem locare illi, qui plus dare vellet d. auth. hoc
ius cum ſimi. quia reſpondeo ſatis eſſe vtile eccleſiæ, quan-
do locat pro iuſta, & conuenienti penſione, habita conſide
ratione ad fructus rei, & ad alia, quæ faciunt precium dici
iuſtum, ſeu penſionem conuenientem, iuxta ea, quæ haben
tur per doct. in c. dilecti de empt. & uend. & in l. 2. C. de re-
ſcin. uend. quamuis alius, vel ob affectionem, uel aliam cau-
ſam ſuam particularem offerret penſionem exceſſiuam, &
11 quæ fortè conducenti damnoſa potius, quam utilis eſſet: nã
per hmõi oblationem non debet excludi ille, qui penſionẽ
iuſtam, & conuenientem offert: Quinimmò ille eſt cæteris
præferendus, quoniam eccleſia, quæ eſt auctrix, & cultrix iu
ſtitiæ, non debet pati aliquid, nec contra ſe, nec contra aliũ
iniuſtè fieri c. 1. §. ſed diuerſum de alien. feud. & in terminis
hoc uoluit glo. in d. §. hoc ius 10. q. 2. quæ mouet quæſtio-
nem, quòd ſi quis plus offerat, quam res ualeat, & ſic pre-
cium iniuſtum, & inconueniens non eſt illi res pro eo pre-
cio concedenda, ſed eccleſia iuſtum precium tantum reci-
piet, quia eccleſia in ſuis contractibus dolum facere, & cõ-
mittere non debet, doluſque eſt duplex, videlicet ex propo
ſito, & re ipſa, ad tradita per doct. in d. c. dilecti, & in l. ſi quis
cum aliter ff. de verborum obli. & in caſu noſtro, & glo. in d.
7 §. hoc ius diceretur dolus re ipſa. Item † ſicut eccleſia in dam
no morari non debet, ita nec in lucro cum alterius iactura,
glo. eſt not. in c. 1. in vlt. glo. extra de reſt. in integrum, & fa
ciunt not. per Abb. in c. in ciuitate in 1. gloſ. extra de uſuris.
Non obſtant not. per Bartolum in d. auth. qui rem, nam re-
8 ſpõdetur primo, † quòd Bar. loquitur, quando ageretur de
locando rem de nouo in emphyteoſim, & ſic quando res
non eſſet ſolita ſic locari, ut in d. auth. perpetua, nos autem
quando res eſſet ſolita locari, & pro minori penſione. Se-
cundo loquitur Barto. in terminis d. auth. perpetua, videli
cet quando in emphyteoſim concederetur propter neceſſi
tatem, hoc eſt propter imminens æs alienum, ut colligitur
ex uerbis illius in d. auth. qui rem, iunctis not. per eum in d.
auth. perpetua, ubi ita illum textũ intelligit, & declarat. Ter
tio uerba Bar. debent intelligi, quando is, qui plus offert, nõ
offert plus iuſta, & conuenienti penſione, ſed illud plus erat
iuſtũ, nec alteri damnoſum dici poterat, per ſupradicta. Et
eodem modo reſpondeo textui in d. c. 1. de reſti. in integrũ,
prout etiam ex not. ibi colligitur. Præterea intelligo non-
nullos offerre penſionem exceſſiuam, longeque maiorem,
quam alios cum pacto de acquirendo, & franchando rem
9 ipſam pro certo pretio, † Quod nullo modo fieri poteſt, nã
cum dicta res non eſſet ſolita ſic, & cum huiuſmodi pacto
locari, & ad eccleſiam reuerſa fuerit, non poteſt alteri cum
hac noua qualitate locari, ut concludunt Bald. in d. auth. ſi
quas, & Bar. in d. auth. qui rem quaſi circa finem. Præterea
10 † locatio facta cum tali pacto ſapit omnimodam alienatio-
nem non ſolum utilis dominij, & naturalis poſſeſſionis, ſed
etiam directi dominij, atque ciuilis poſſeſſionis propter il-
lud pactum de franchando, ut uoluit Alex. in conſi. 17. inci.
Viſo inſtrumento locationis lib. 4. qui dicit locationem per
tale pactum eſſe eccleſiæ multum præiudicialem. Et hæc
quoad tria ſupra propoſita breuiter ſint dicta. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Locatio de re eccleſiæ facta lite pendente, item ab illo, qui ſit intruſus, & illegitimus detentor eſt nulla: Quod limitatur nu. 2. & 5.*
2 *Geſta vtiliter per eum, qui ſe tanquam rector eccleſiæ gerit, & pro tali reputatur, & eſt in poſſeſſione eccleſiæ, titulumque habet ſaltem coloratum ab eo, qui ius conferendi habet, valent, ac ſucceſſor, ſeu habẽs verum, & legitimum titulum, illis ſtare tenetur.*
3 *Prælatus, vel rector agens nomine eccleſiæ, ſi eſt in quaſi poſſeſſione prælaturæ, & rectoriæ, exceptione, quòd non ſit prælatus, vel rector, non repellitur.*
4 *Titulum coloratum habens ab habente aliàs ius conferendi eccleſiam ſi violenter ſit eiectus, poteſt interdicto unde vi agere, & poſſeſſionis reſtitutionem obtinere.*
5 *Lite pendente attentare, & innouare non dicitur, qui virtute ſuæ poſſeſſionis, in qua erat ante litem motam, aliquid facit, ſed ſuam poſſeſſionem continuare dicitur.*
6 *Simoniæ exceptio nihil obſtat ad inualidandum geſta ab eo, qui in quaſi poſſeſſione prælaturæ, & rectoriæ erat.*
7 *Simonia non committitur ex ceſſione beneficij expreſſè ad alicuius fauorem cum reſeruatione certæ penſionis facta in manibus Papæ, vel alterius facultatem huiuſmodi ceſſionem admittendi à Papa habentis.*
8 *Præſentatus in abſentia, niſi infra terminum iuris epiſcopo, cui facta fuit præſentatio, ſe præſentauerit, nullum ius ex præſentatione, nec ex inſtitutione ſequuta acquirit.*
9 *Idem, ſi per literas, aut procuratorem patronum præſentatus eſſet.*

EPITOME.

LOCATIO *in emphyteoſim de re eccleſiæ utiliter facta ab eo, qui ſe pro rectore gerebat, & tanquam rector reputabatur, & in poſſeſſione eccleſiæ erat, titulumq; ab habente ius conferendi eccleſiam habebat, ualet, nec pendentia litis motæ, poſtquam is in dicta poſſeſſione fuit, obeſt:*

Et ſucceſſor, aut uerum, & legitimum titulum habens illi ſtare tenetur.

CONSILIVM LXXXVII.

IN cauſa Paulianto nij contra dominum Ludouicum de
Mezzouillanis ſuper ualiditate locationis in emphy-
teoſim eidem Pauloantonio per dominum Angelum
tunc eccleſiæ ſanctæ Mariæ rectorem,& poſſeſſorem factæ,
dicitur pro parte do. Ludouici locationẽ huiuſmodi factã
1 nullam fuiſſe, † quia lite adhuc in romana curia inter di-
ctũ do.Angelũ ex una, & do.Ludouicũ ex alia ſuper dicta
eccleſia, & iuribus eiuſdem pendente dicta locatio facta di
citur ad c.2.vt lite penden. Secundo,quia facta fuit ab eo,
qui nullum ius in dicta eccleſia habuit,cum ea fuerit de iu-
re patronatus laicorum de Mezzouillanis, & abſq; illorum
præſẽtatione prouiſio domino Angelo facta fuerit, quo ca
ſu irrita, & nullius momenti fuit, c. decernimus 16. q. ulti.
& ideò ipſe dominus Angelus poſſeſſor dictæ eccleſiæ, &
bonorum illius dici non potuit c.1.de regu.iur.in 6. quare
locatio ab illo tanquam intruſo, & illegitimo detentore fa
cta non ualuit,nec iuſtum,uerumq; rectorem ligare potuit,
ut illi ſtare teneatur ad not.per Bart.& alios in l. ſi urbana
ff. de condit.indeb. & per Innocen. Abb. & alios in c. nihil
extra de electio.& in c.fin.ne præla. uices ſuas. ¶ His ta-
men,& aliis,quæ in contrarium allegantur, nõ obſtantibus
2 contrarium eſſe uerius puto, præſupponendo, quòd † di-
ctus dominus Angelus ex prouiſione ſibi de dicta eccleſia à
Reuerendiſſimo tunc domino legato in hoc facultates am-
pliſsimas habente facta,illiusq; auctoritate, & commiſſio-
ne in poſſeſſionem dictæ eccleſiæ, ac iurium, & bonorum
eiuſdem fuit inductus, & immiſſus, in qua perſeuerauit ma
ximè eo tempore, quo dictã locationem fecit: quæ ideò ua
luit, & illi modernus rector ſtare debuit, quandocunq; in
euidentem eccleſiæ utilitatem facta reperiatur, prout fa-
cta cenſetur, ac præſumitur, ſtante ſententia illius confir-
matoria lata cauſa cognita à Reuerendiſſimo domino Ale-
xandro de Matheſilanis commiſſario ad hoc deputato ad
not. in c.quoniam contra de probatio. Nam etiam ille,
qui non eſt uerus rector, ſi ſe tanquam rector gerat, & ſit
in poſſeſſione eccleſiæ, & tanquam rector, & poſſeſſor ec-
cleſiæ communiter habeatur, & reputetur ab omnibus,uel
à maiori parte hominum de illo notitiam habentium, & ti-
tulum habeat ſaltem coloratum ab illo, qui ius conferendi
habet, ſi aliquid utiliter quoad adminiſtrationem bono-
rum eccleſiæ gerat, maximè locando,ualet,& tenet,ac ſuc
ceſſorẽ,ſeu habentem uerum,& legitimum titulum obligat
ad ſtandum locationi,& aliis per eum geſtis, ut uolunt In-
nocen. Anto.Ioan.Andr.Imol.Abb.& alij in c.nihil de ele-
ctio.ubi Imol.dicit,quòd quando quis eſt in quaſi poſſeſſio
ne prælaturæ,ſeu rectoriæ, & pro prælato, & rectore com-
muniter reputatur,interim geſta ab eo tenent,quãdo eſt in
quaſi poſſeſſione auctoritate illius,qui aliàs poteſtatem con
3 ferendi, & immittendi in poſſeſſionem habet: † & ideò ſi
is nomine eccleſiæ ageret, nõ poſſet repelli, ſi ei opponere
tur, quòd nõ eſt prælatus, uel rector,uel quòd fuerit per ſi
moniã promotus,ex quo eſt in quaſi poſſeſſione prælaturæ:
& rectoriæ, & hæc eſt cõis opinio ſcribentium ibi,& in d.c.
fin.ne præla.uices ſuas,ubi Abb.melius loqui non poſſet: &
4 † faciunt not.per Bar.in d.l. ſi urbana,& per Abb. in c.ex li
teris extra de reſti.ſpo.ubi habens coloratũ titulũ ab eo,qui
aliàs ius conferendi eccleſiam habet,ſi fuerit uiolenter eie-
ctus,poteſt interdicto unde ui agere,& reſtitutionem poſſeſ
ſionis,uel quaſi obtinere,non obſtante regula c.1. de regu.
iur.in 6. ¶ Non obſtant ex aduerſo ſupra allegata, & pri-
mo, quòd locatio,de qua agitur, facta fuerit lite pendente,
5 quia † cum ante, quam lis moueretur, ipſe dominus Ange
lus iam eſſet in quaſi poſſeſſione dictæ eccleſiæ, ſuarumq;
pertinentiarum, ipſaq; adhuc in dicta quaſi poſſeſſione per
ſeuerante,lis ſibi ſuper dicta eccleſia mota fuerit,& lite pen
dente is bona dictæ eccleſiæ,ut ſupra,locauerit,non dicitur
lite pendente aliquid attentaſſe, nec innouaſſe, nec tan-
quam attentatum reuocari poteſt, quoniam qui ſuam poſ-
ſeſſionem,uel quaſi continuat, & illius virtute aliquid facit,
non innouaſſe,ſed ſuam poſſeſſionem,uel quaſi continuaſſe
dicitur,ut eſt glo.ibique Domin.& alij in c.non ſolum de ap
pella.in 6. & habetur in d.c.2. ut lite penden.
¶ Non aduerſatur id,quod ſecundo loco ſupra contra Pau
lumantonium allegabatur,adiiciendo, quòd ipſius domini
Angeli prouiſio fuit ſimoniaca, quia ex dictis ſupra aperta,
6 & clara colligitur reſponſio: & † ad id,quod dicitur de ſi
monia,reſpondetur, quòd ad inualidandum ea, quæ fecit
dominus Angelus tempore,quo tanquam rector, ut ſupra,
in poſſeſſione fuit,exceptio ſimoniæ nihil repugnat ad tra-
dita per Imolam in d.c.nihil in ultima columna. Præterea
prouiſio de dicta eccleſia facta ad beneficium domini An-
geli non poteſt dici ſimoniaca ex eo, quòd fuerit facta uir-
tute ceſſionis beneficij factæ per dominum Cornelium ad
fauorem expreſsè domini Angeli cum reſeruatione certæ
penſionis,ut in c.ex parte de offic.delega.quia licet regula-
7 riter hoc ſit verum, † tamen quando talis ceſſio fieret in ma
nibus Papæ,ualeret,nec ſimoniaca diceretur,per dominum
Marianum Sozinum, Abbatem, & alios in c.non ſatis de ſi-
mon.Felin.in c.ad audientiam il 2.extra de reſcrip. Idem,
ſi fieret in manibus inferioris, ut Reuerendiſſimi Legati de
latere, cui facultas talem ceſſionem admittendi à Papa da-
ta fuiſſet argumento c.quod translationem cum gloſ.extra
de offic.lega.Sed in caſu occurrenti Legatus hoc in ſuis fa-
cultatibus habuit,ergo &c. ¶ Non refragatur etiam, quòd
dicta eccleſia Sanctæ Mariæ fuerit de iure patronatus lai-
corum illorum de Mezzouillanis, & ad illam uacantem
dominus Ludouicus fuerit ab illis de Mezzouillanis præſen
tatus, & à Reuerendo domino Vicario inſtitutus: quo fit,
ut ſit præferendus domino Angelo, cui abſque præſenta-
tione patronorum fuit prouiſum per Reuerendiſſimum do
8 minum Legatum: quia reſpondetur, † quòd præſentatio
facta de domino Ludouico,& conſequenter inſtitutio nul-
lum ius ei tribuit,quoniam facta fuit de eo abſente,& infra
terminum iuris ſe non præſentante Vicario Epiſcopi: quo
caſu præſentatio facta à patronis effectum non habet,& ui-
ribus caret, ut habetur per Lapum in ſua allegatione 75.
incip.caſus talis: Si enim præſentatus in abſentia poſteà in-
fra quatuor menſes non præſentauerit ſe epiſcopo, cui fa-
cta fuit præſentatio,nullum ius ex ea acquirit, nec ex inſti-
tutione ſequuta tanquam facta ſine præſentatione, quia
præſentatio eſt exhibitio facta de perſona ipſi epiſcopo
actualiter, & ſenſibus corporis, ut colligitur ex not. per
gloſam in clementina dudum in ver.præſentare de ſepulr.
ita uolunt Imol. & Abb.in c.ea noſcitur de ijs, quæ fiunt à
præla. ſine conſen.capitu. Cardina. in clementina prima §.
præſentatos de exceſſib.præla.& in c.fina. de iure patrona.
9 Immò prædicti uolunt, † quòd quando de abſente fit præ
ſentatio per literas, non ſufficit literas patronorum epiſco-
po præſentari, niſi tempore præſentationis huiuſmodi
etiam ipſe præſentatus fuerit præſens, & ſe epiſcopo offe-
rat. Ex quo infertur, arguendo de literis ad nuncium, ſeu
procuratorem, quod argumentum procedit l.1.ff. manda.
cum ſimilibus, quòd præſentatus à procuratore patrono-
rum debet eſſe præſens,quando ſit præſentatio. Præterea
præſuppoſito,præſentationem factam de domino Ludoui-
co ualuiſſe,& ſic canonicè fuiſſe inſtitutum, tamen ex quo
prius de illo beneficio per Reuerendiſſimum dominum Le
gatum fuit prouiſum dicto domino Angelo,qui illius aucto
ritate in poſſeſſionem immiſſus fuit,& tanquam rector illius
eccleſiæ ſe geſſit, habitusque,& tractatus fuit, ipſoque in di

cta

cta poſſeſſione permanente, fuit ab eo facta locatio in emphyteoſim non præiudicialis eccleſiæ, ſequitur ex his, quòd dominus Ludouicus, cui poſtea dominus Angelus ceſſit iura, quæ habebat in dicto beneficio, illi locationi ſtare debuit, quoniam ea ceſſio non potuit præiudicare dicto Paulo antonio, cui iam erat ius quæſitum, per ea, quæ plenè deducta fuerunt, & facit regula factum de regu.iu.in 6. Cætera in præſenti cauſa ad fauorem Paulantonij ſupplicat excellentiſſimus, & dominus meus Auditor illius cognitor. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Gratia, ſeu conceſſio gratioſè facta etiam in aliqua parte tantum ſubreptitia exiſtens in totum ipſo iure uitiatur.*
2 *Conceſſio eſt ſubreptitia, & non valet, quando tacitum, ſeu expreſſum eſt id, propter quod concedens aut non conceſſiſſet, aut difficilius, ſecus, ſi ob illius expreſſionem facilius conceſſiſſet, nume. 29.*
3 *In conceſſione poſteriori etiam de qualibet notabili clauſula in præambula conceſſione appoſita eſt facienda mentio.*
4 *Taciturnitas ſcienter, & dolosè commiſſa de eo, quod aliàs ignoranter omiſſum non vitiaret, conceſſionem vitiat.*
5 *Conceſſio inferioris à Papa ſine expreſſione, & appoſitione clauſulæ, ſi preces veritate nitantur, eſt nulla, ſecus in conceſſione Papæ.*
6 *Reſcripti forma non ſeruata, omne id, quod illius virtute factum fuit, nullum eſt, & inualidum,*
7 *Conceſſio noua, non autem renouatio dicitur, quando pacta antiquarum conceſſionum alterata fuerunt.*
8 *Conceſſio de re eccleſiæ iterum, ſeu modo à primis conceſſionibus diuerſo facta debet fieri ſeruata forma à iure requiſita, & in caſibus à iure tantum permiſſis.*
9 *A conuentis, & conceſſis ſub certis pactis ob in obſeruantiam, & non implementum pactorum recedere licet.*
10 *Alienatio, ſeu conceſſio rei eccleſiæ alienationem ſapiens etiam cum forma, & ſolemnitate requiſita facta non valet, niſi in caſu licito, & ex cauſa iuſta à iure permiſſa ſit facta.*
11 *Et à prælato etiam qui alienauit, & iurauit non contrauenire, poteſt, vendicando bona alienata, reuocari.*
12 *Alienatio, ſeu conceſſio rei eccleſiæ aliàs validè quidem facta, ſed cum damno eccleſiæ enormi, & enormiſſimo poteſt per reſtitutionem in integrum reſcindi etiam per eundem prælatum, qui alienaſſet, vel conceſſiſſet.*
13 *Læſio enormiſſima, quæ eſſe dicatur.*
14 *Eccleſiæ res eſt danda, & alienanda plus offerenti: & quando hoc ſit verum num. 41.*
15 *Alienationis omnis rei eccleſiæ validitas in foro iudiciali à forma, & iuſta cauſa dependet, in foro autem pœnitentiæ ſufficit iuſta cauſa: quid ſi cauſa iuſta expreſſa non eſſet vera nume. 40.*
16 *Confirmatio à delegatis Papæ auctoritate ipſius Papæ facta dicitur papalis, & apoſtolica, non autem confirmantium auctoritate facta.*
17 *Alienatio rei eccleſiæ, in qua vltra conſenſum, & auctoritatem proprij prælati interuenit auctoritas Papæ, valet, etiam ſi conſenſus epiſcopi aliàs requiſitus non interuenerit.*
18 *Papa eſt ordinarius omnium ordinariorum, & cum quolibet alio ordinario concurrit.*
19 *Confirmationi, & approbationi Papæ eſt ſtandum.*
20 *Alienatio rei eccleſiæ quando vltra conſenſum proprij clerici, vel prælati ſolum auctoritatem epiſcopi, & quando etiam conſenſum capituli expoſcat.*
21 *Papæ auctoritas in omnibus actibus ſupplet omnem ſolemnitatem, & defectum.*
22 *Vnio eccleſiarum eſt de reſeruatis ſedi epiſcopali, & auctoritate Papæ fieri poteſt.*
23 *Conſenſus per modum auctoritatis requiſitus quo tempore ſecundum leges, & quo tempore ſecundum canones poſſit, & debeat interuenire.*
24 *Subiectio rei oculis facta dicitur eſſe optima, & legitima probatio.*
25 *Alienatio rei eccleſiæ ob maiorem vtilitatem permiſſa eſt: Secus in re minori.*
26 *Vtilitas maior in re eccleſiæ quomodo conſideretur.*
27 *Pretium non in quota, ſed in quantitate conſiſtit.*
30 *Impetratio beneficij valet, etiam ſi impetrans dicat illud eſſe curatum, cum ſit ſimplex, vel habere reſidentiam, cum non habeat.*
31 *Clauſula ſi preces veritate nitantur de iure canonico in reſcriptis ſemper ſubintelligitur, ſecus de iure ciuili.*
32 *Dictio tunc, quomodo denotet extremitatem temporis.*
33 *Iuſta cauſa, iuſtumque impedimentum excuſat à mora, & negligentia, & à pœna etiam periurij, & conuentionali, & nume. 36. maximè in obligationibus facti, nume. 37.*
Et quid in obligationibus dationis quantitatis, nume. 38.
34 *Iuramentum habet in ſe hanc clauſulam, ut intelligatur, rebus ſic ſtantibus.*
35 *Difficultas magna æquiparatur impoſsibilitati ad effectum, ut quis excuſetur, ſi conuenta non adimpleuit.*
39 *Inundationes aquarum iuſtam cauſant impedimentum.*

EPITOME.

CONCESSIO *rei eccleſiæ, quæ aliàs ſterilis, et minus fructuoſa iure quinti concedi ſolebat, facta poſtea iure decimæ cum auctoritate Papæ, et ſeruata forma iuris communis, et extrauagantis Pauli Papæ ſecundi ad rem ipſam infra certum tēpus meliorandum, cultiuandum, et ab inundatione aquarum reparandū, quòd non obſtantibus multis hic oppoſitis ualuerit, probatur.*

CONSILIVM LXXXVIII.

IN cauſa mota per R. D. Præpoſitum Pēpoſianū moderniū ſuper vltima cōceſſione bonorū certo modo facta à R. D. Cardinali Franciotto, ac do. Leone tunc præpoſitis contra homines, & commune villæ Codegorij multa opponuntur, quæ uidentur contra dictos homines facere, Primum, quòd ad effectum obtinendi conſenſum, ſeu auctoritatem à præfato R. Cardinali ſuper noua conceſſione eis facta de reducendo omnes terras ad ſolutionem decimæ partis fructuum, ipſi homines, & vniuerſitatis villæ Codegorij expoſuerunt, & narrauerunt ſimpliciter ſe pro dictis terris eſſe obligatos ſoluere quintam partem fructuum, nulla facta mentione, quòd etiam ipſi pro illis terris ſoluere tenerentur octauam partem lini, & ſextum ſextarium de melilica, quod ſi expreſſiſſent, præfatus R. Cardinalis fortè non conceſſiſſet, aut difficilius conceſſiſſet: ergo ex hoc capite conſenſus, ſeu auctoritas interpoſita à dicto R. D. & conſequenter tota conceſſio ab eo, & dicto Leone facta debet dici nulla, & inualida, poſito etiam, quòd huiuſmodi taciturnitas non fuerit cauſa totius conceſſionis, ſed partis tantum,
1 quia † vbicunque gratia, ſeu conceſſio gratioſè facta eſt in aliqua etiam parte ſubreptitia, tunc in totum, & ipſo iure vitiatur, vt habetur per Abba. & alios cōiter in c. ſedes, in c. cæterum, & in c. ſuper literis extra de reſcript. per textum in c. 1. & 2. de filijs presby. in 6. c. ad audientiam eo. tit. de reſcri.
2 Item † quādo quis tacet, ſeu exprimit id, quod ſi fuiſſet expreſſum, uel tacitum, concedens non conceſſiſſet, aut difficilius conceſſiſſet, tunc conceſſio cenſetur ſubreptitia, & ratione ſubreptionis non ualet, ut voluit Abb. & ibi doct. communiter in d. c. ſuper literis in gl. in uerb. literas, ponderando ad hoc glo. illam, & allegando tex. in c. poſtulaſti eo. titu.
3 & in c. ſi motu proprio de præb. in 6. item † non ſolum eſt facienda mentio de præambula conceſſione, ſed etiā de qualibet notabili clauſula in illa appoſita, ut probatur in d. c. cæterum, prout illum textum ponderat Abb. ibi in notabilib.
4 ¶ Præterea † qñcunq; ſciēter quis omittit narrare id, quod aliàs ſi fuiſſet ignoranter omiſſum, non vitiaret, tunc mendax precator debet penitus impetratis carere, ut in d. c. ſuper literis, & hoc ratione taciturnitatis ſcienter, & dolosè commiſſæ, ut ibi, & arg. l. et ſi legibus C. ſi contra ius, vel utilit. pub. §. & ſi legib. 25. q. 2. Rurſus † ex quo in conceſſione,
5 ſeu in interpoſitione auctoritatis facta à dicto R. D. Cardinali non fuit appoſita clauſula, ſi preces ueritate nitātur, conceſſio debet dici nulla, cum ſimus in conceſſione inferioris à Papa, l. fi. C. de diuer. reſcri. §. reſcripta 25. q. 2. ſecus ſi eſſe-

ſi eſſemus in conceſſione papæ, quia in ea huiuſmodi clau-
ſula tacitè ſubintelligitur, ut in c. 2. extra de reſcrip. ſed præ
fati homines, & uniuerſitas gratioſè ſupplicarunt, & ſcien
ter tacuerunt de octaua parte lini, & de ſexta melicæ, ergo
ex prædictis infertur, quòd interpoſitio auctoritatis, & con-
ſenſus Reuerendiſſimi domini, ſuper qua poſtea fundata
fuit noua conceſſio, fuit nulla. ¶Secundo principaliter
impetratio iudicum, quam ſimul obtinuerunt dictus Reue-
rēdiſſimus dominus, & prefati homines, & uilla Codego-
rij à ſanctiſſimo domino noſtro, debet uiribus carere, quia
fuit ipſi papæ ſupplicatum, & narratum, qualiter dictus tūc
Reuerendiſſimus dominus præpoſitus conceſſerat præfatis
hominibus dictas terras pro parte iure decimæ, & pro par-
te iure quinti, nō narrando, qualiter ab antiquiſſimo tem-
pore dicta bona ſic eſſent conſueta, & ſolita concedi, & con
ſequenter uidetur ſupplicatum, & quodammodo præſup-
poſitum, quòd dicti homines, & uilla de nouo habuerint il-
la bona eo modo conceſſa, nam dicendo, aliàs poſtquam
tunc præpoſitus, innui uidetur, quòd tūc, & illo tempore di
cti homines incœperint dicta bona habere, & conducere,
quia dictio tūc denotat extremitatem temporis, ut in l. ſi is
in fi. ff. de conditio. & demon. conceſſio ergo, & confirma-
tio apoſtolica debet dici inualida, tanquā per ſubreptionē
impetrata, quia ſi fuiſſet narratum, illa bona ab antiquiſſimo
tempore ſic fuiſſe ſolita, & conſueta concedi à Præpoſi-
tis pro tempore dictis hominibus, profectò aut Papa eo
modo alterando antiquam conceſſionem non conceſſiſſet,
aut difficilius conceſſiſſet, quoniam minimè ſunt mutanda,
quæ interpretationem diu, & ſemper habuere l. minimè ff.
de legibus cum ſimili. ¶Tertio principaliter contra dictos
homines facere uidetur, quia in ſupplicatiōe porrecta ipſi
Papæ narratur, quòd omnes terræ ſūt cōceſſæ iure quinti,
& dicendo omnes terras, infertur, quòd nullæ terræ fuerint
conceſſæ alio iure, quam iure quinti, nam qui omne dicit,
nihil excludit l. iulianus ff. de lega. 3. cum ſimilibus: ſed hoc
eſt penitus falſum, quia dictæ terræ pro parte fuerant con-
ceſſæ iure caſalis, pro parte iure decimæ, & pro parte iure
quinti, ut conſtat ex conceſſionibus antiquitus factis, ergo
reſcriptum à Papa obtentum per dictos Reuerendiſ. & ho
mines tāquam ſubreptitium uiribus carere debet. ¶Quar
to conceſſio nouiter facta dictis hominibus uirtute proui-
ſionis apoſtolicæ conceſſæ in euidentem utilitatem &c. de-
bet dici inualida, quia in illa non fuit ſeruata forma conſti-
tutionis extrauagantis Pauli ij. quam formam Papa uo-
luit omnino in caſo noſtro fore ad unguem obſeruandam,
quod patet expreſsè ex uerbis appoſitis in dicta conceſſio-
ne apoſtolica, nec non ex regiſtro, & extenſione dictæ ex-
trauagantis Pauli in dicta prouiſione, & conceſſione apoſto
lica adiectis: quo fit, ut actus poſtea factus, & omne, quod
inde poſtea ſequutum fuit, dicatur nullum fuiſſe, & nullius
momenti, & conſequenter licitum ſit moderno præpoſito
dicta bona ad terminos antiquarum conceſſionum reuoca
6 re, quia † forma reſcripti non ſeruata, omne id, quod uir
tute illius factum fuit, dicitur eſſe nullum, & inualidum c.
7 cum dilecta extra de reſcrip. Præterea † ex quo antiquæ
conceſſiones ſolitæ fieri de dictis bonis alteratæ fuerunt in
conceſſione facta per præfatum Reuerendiſſimum dominū
tàm reſpectu nouorum pactorum, quàm reſpectu ſolutio-
nis annuatim faciendæ, quoniam prius tenebantur dicti ho
mines ſoluere quintam, & conuentum fuit de ſoluendo tan
tum decimam, ſequitur, quòd hæc ultima conceſſio dicitur
penitus noua conceſſio, non autē ſimplex renouatio, ut col-
ligitur ex iis, quæ uoluit Bal. in c. imperialem §. in ſuper de
prohib. feud. aliena. per Federi. & in c. 1. an agna. uel filius,
in l. 1. 2. & 3. col. ff. de rer. diuiſ. Paul. de Caſtr. in conſ. 222.
per Alex. in l. ſi mihi, & titio in antepen. col. ff. de uerborum
8 obliga. ex quo infertur, † quòd huiuſmodi ultima conceſſio
tanquam noua, & diuerſa conceſſio à primis conceſſionibus
debuit fieri ſeruata forma à iure requiſita, & in caſibus à iu
re tantum permiſſis, hoc eſt ex cauſa iuſta, & legitima, aliàs
nō ualuit, ut habetur in c. ut ſuper de rebus eccleſ. nō alien.
c. 2. cum ibi not. per glo. & docto. extra de feudis.
9 ¶Quinto † noua conceſſio facta dictis hominibus facta fuit
ſub certis conditionibus, & pactis, & inter alia, quòd homi-
nes dictæ uillæ (& ita promiſerūt, & cum hac qualitate ſup
plicatum fuit tàm præfato Reuerendimo Cardinali, quàm
ipſi Papæ) tenerentur infra quinquennium à die conceſſio
nis dinumerandum dicta omnia bona, quæ aliàs erant ipſis
conceſſa iure quinti, reducere ad culturam, & in illis face-
re foſſas, arbores, & uites in illis plantare, & alia facere, de
quibus in dictis conceſſionibus nouiter factis habetur, quæ
minimè per dictos homines fuerunt adimpleta, ſeu infra di
ctum quinquenniū obſeruata, quinimmò nec infra decimū;
ergo ex hoc capite licitum uidetur moderno Præpoſito à
conuentis, & conceſſione nouiter facta recedere, etiam ſi à
principio illa de iure ualuiſſet per l. cū proponas C. de pac.
l. ſiquis maior C. de tranſactio. & c. quærelam de iureiuran.
10 ¶Sexto † hæc conceſſio noua, per quam fuit antiqua con-
ceſſio alterata, ſapit alienationem, & diminutionem iurium
dictæ præpoſituræ Pomposianæ, argumento l. fi. C. de reb.
alien. non alienan. & c. nulli de reb. eccleſ. non alien. ergo
debet dici nulla, quamuis in ea etiam interueniſſet forma,
omniſq; ſolemnitas à iure tàm antiquo, quàm nouo intro-
ducta, quia nō ſufficit ſeruare formam, & ſolemnitatem, ni
ſi etiam conceſſio, ſeu alienatio de rebus eccleſiæ in caſu li-
cito, & ex cauſa iuſta à iure permiſſa facta fuiſſet, ut uel ob
æs alienum, uel propter piam cauſam, uel in euidentem uti
litatem eccleſiæ, ad tradita per gloſ. ſummæ. 12. q. 2. c. ſine
exceptione eadem cauſ. & q. Abb. & docto. in d. c. nulli, &
in d. c. ut ſuper in fin. ac etiam in c. 1. poſt gloſ. ibi, & ego
ubiq; ſolitus ſum dicere extra de reſtit. in integ. & quamuis
aliqui, ut glo. in d. c. ſine exceptione, & in c. eccleſia S. Ma-
riæ de conſtitutionibus contrarium uoluerint, tamen prima
opinio eſt uerior, & communior: Sed in caſu noſtro non ap
paret, dictam conceſſionem fuiſſe factam ob aliquam iuſtā,
& neceſſariam cauſam, nec in euidentem utilitatem præpo
ſituræ, immò in euidens illius damnum, ergo non debet di-
11 ci nulla: Et † Præpoſitus modernus, etiam ſi ipſe fuiſſet il-
le, qui ſic conceſſiſſet, & iuraſſet nunquam contrauenire, di
cta bona uendicare, & reuocare, ac illa ad naturam primæ-
uam, & ad ius ipſius eccleſiæ reducere poteſt c. ad noſtram,
c. ad audientiam, c. ſiquis præsbiterorum de rebus eccleſ. nō
alienan. & ibi gloſ. c. non liceat Papæ 12. q. 2. Abb. & alij in
c. 1. de iureiuran. & in d. c. 1. de in integr. reſtitu. ibiq; latè di
12 xi. ¶Septimo † hæc ultima conceſſio, quæ facta fuit cum
pacto, ut deberet ad culturam reduci, & ſic ex cauſa, quæ
forte de iure cenſetur legitima, quamuis poſſit dici in ſe ua
lida, quia facta fuit ex cauſa iuſta, c. ad aures de rebus eccle.
non alienan. Item quia facta fuit ſeruatis ſeruandis, uideli-
cet de rebus ſolitis concedi, & cum licentia, & auctorita-
te Papæ, & prælati iuxta. not. per glo. & ibi doct. in d. c. 2. ex-
tra de feud. & per Imol. & alios in c. 1. & in c. cum nos de iis,
quæ fiunt à prælat. &c. tamen ex quo facta fuit cum enor-
mi, quinimmò enormiſſimo damno eccleſiæ, debet poſſe re
ſcindi per remedium reſtitutionis in integrū etiam per eun
dem met prælatum, qui cōceſſiſſet, ut uoluit glo. Abb. & alij
in c. 1. de in integr. reſti. & in c. ad audientiam de reb. eccle.
non alienā. glo. in c. 1. de in integ. reſti. lib. 6. de enormiſſima
aūt læſione euidenter cōſtat, quoniā prius ſoluebatur quin
ta pars fructuum; Virtute autem ultimæ conceſſionis ſol-
ui deberet ſolum decima, & ſic læſio eſſet ultra ſextam
13 partem, & ultra tertiam, † quæ læſio ultra ſextam ſecun-
dum

dum Bart.in l.ſocietatem §.arbitrorum ff. pro ſocio dicitur eſſe enormiſſima, ſed ſecundum Imolam in c. quintauallis de iureiuran.requiritur, quòd ſit ultra tertiam, quam opinionem defendi tanquam veriorem,& magis communem poſt Abbatem in d.c.1. de in integrum reſtitur.

14 ¶ Poſtremo † hæc vltima conceſſio dicitur facta cum detrimento eccleſiæ,& conſequenter eſt inualida, ex quo multi alij reperiuntur,qui meliorem conditionem offerunt eccleſiæ,& cum iiſdem pactis reducendi ad culturam, per textum not.in c.ad aures in fin. de reb. eccle. non alienan. plus enim offerenti danda, & alienanda eſt res eccleſiæ, ut in §.hoc ius porrectum cum ibi not. 10.q.2. & authen.hoc ius porrectum C.de ſacroſan.eccl. ¶ Sed præmiſſis minimè aduerſantibus, prout in veritate dictis hominibus, & villæ prædictæ non aduerſantur, puto de iure veriſſimum eſſe,quòd noua conceſſio, ut ſupra, facta, per quam bona, de quibus quinta pars fructuum ſoluebatur,redacta fuerũt ad ius decimæ,ex rationibus contentis tàm in literis patentibus præfati Reuerendiſſimi domini Cardinalis, quam ex ijs, quæ actitata, & probata fuerunt coram dominis Commiſſarijs apoſtolicis, ut in proceſſu facto coram eis continetur, de iure valeat, tanquam facta in euidentem vtilitatem præpoſituræ, & ſeruatis ſeruandis: ex quibus duobus pendet validitas alienationis, & conceſſionis, de qua agi-
15 tur, prout † regulariter ab his duobus, videlicet à forma, & iuſta cauſa omnis alienatio rei eccleſiæ dependet in foro iudiciali, quamuis in foro pœnitentiæ ſatis ſit, quòd res eccleſiæ fuerit alienata ex cauſa iuſtà abſque eo, quod aliter ſeruata fuerit ſolemnitas à iure requiſita, ut pulchrè determinant Abb.& gl. ibique dixi in d.c.1.de in integrum reſtitu.& d.c.nulli de rebus eccle.non alienan.quòd autem in poſteriori conceſſione facta dictis hominibus per tunc Reuerẽdiſſimum dominum Cardinalem, & dominum Leonem ſeruata fuerit forma à iure requiſita, ac etiam illa, de qua in extrauaganti Pauli Papæ II.quam etiam uoluit ſeruandam eſſe Papa Clemens, cui pro confirmatione dictæ poſterioris conceſſionis fuit pro parte dicti Reuendiſſimi domini Cardinalis, & domini Leonis, ac hominum prædi-
16 ctorum ſupplicatum,demonſtratur,†nam in huiuſmodi cõceſſione interuenit auctoritas, & decretum iudicum delegatorum Papæ, qui illis mandauit, ut cum cauſæ cognitione eius auctoritate dictam conceſſionem confirmare deberent,& ita ipſi auctoritate apoſtolica confirmarunt, quæ confirmatio dicitur,& cenſetur eſſe apoſtolica, & papalis, non autem ipſorum confirmãtium auctoritate facta, c.ſane
17 de offic.delega. cum ſimilibus;& † vbicunque in alienatione rei eccleſiæ interuenit auctoritas Papæ,ultra conſenſum,& auctoritatem proprij prælati,ſufficit ad hoc, ut ualeat, quamuis eſſemus in caſu, quo de iure auctoritas alterius inferioris, ut epiſcopi, uel archiepiſcopi requireretur,
18 quia†Papa eſt ordinarius omnium ordinariorum c.cuncta per mundum 10.q.3.& concurrit cum quolibet alio ordinario,adeò quod ubi Papa manum,& auctoritatem appoſuit,alius inferior non poteſt ſe intromittere c.ut noſtrum cum ſimilibus ibi nota.extra de appella.c.ſi à ſede de præb.
19 in 6.Item † confirmationi,& approbationi Papæ ſtandum eſt c.ſi romanorum 19.diſtinct.Bal.in l.reſcripta C. de pre
20 cib.impera.offeren.& † in indiuiduo dicit Ioan.de Imola in c.1.de ijs, quæ fiunt à præla. quòd res eccleſiæ inferioris, quæ ſolet regi à clerico ſeculari, poteſt alienari cum conſenſu ipſius clerici, & cum auctoritate ſolius epiſcopi abſque alia ſolemnitate, & conſenſu capituli eccleſiæ cathedralis, qui conſenſus ſolum debet interuenire, quando alienaretur res eccleſiæ cathedralis, dicitq; hoc ſeruari de cõſuetudine,& hoc modo debent intelligi iura requirẽtia auctoritatem epiſcopi,& conſenſum capituli,ut in d.c.ſine exceptione, & in glo.ſummæ ibi, & in c.tua nuper,c. cum apoſtolica de ijs,quæ fiunt à præla. Et quamuis in caſu noſtro,in quo interuenit conſenſus proprij prælati iuxta c.1. cum ibi nota.de rebus eccle.non alien.in 6. non interuenerit auctoritas epiſcopi, tamen interuenit auctoritas Papæ
21 mediantibus ſuis iudicibus ſpecialiter commiſſariis, † quæ auctoritas Papæ in omnibus actibus ſupplet omnem ſolemnitatem,& defectum,vt eſt glo.& ibi docto.in c. quanto de translatio.epiſco. cum ipſe habeat plenitudinem poteſtatis in ijs,quæ ſunt de iure poſitiuo,ut in beneficialibus, & in rebus temporalibus eccleſiæ, quæ ſunt de iure poſitiuo, ut per Abbatem in c.cum ueniſſent extra de iudi.c.propoſuit, & ibi docto.de conceſſio.præben.& in illis non ſit,qui ei dicere poſſit,cur ita facis,quoniam ſufficit pro ratione uoluntas,ut habetur in d.c.quãto:& ideò,ut ſupra dictum eſt,cõcurrit cum quolibet ordinario,& eandem,immò maiorem habet poteſtatem,quam quilibet ordinarius,ut in d.c.ſi à ſe
22 de cum ſimilibus. Hinc videmus, † quòd unio eccleſiarum, quæ dicitur de reſeruatis ſedi epiſcopali, ut in c.ſicut vnire de exceſſ.præla.poteſt fieri auctoritate Papæ, ut in d.c. ſicut, ibique gloſ.& in c.& temporis qualitas 16.q.1. Et quãuis auctoritas Papæ in caſu noſtro interuenerit poſt alienationem,ſeu conceſsionem factã à dicto Reuerendiſs. domino Cardinali, & domino Leone, tamen hoc non re-
23 fert,quia † & ſi ſecundum leges conſenſus,qui debet interuenire per modum auctoritatis,debeat interuenire in ipſo actu,& non ante, nec poſt actum,ut in l.obligari §.tutor. ff.de aucto. tuto. tamen ſecundum canones ſufficit, quòd etiam interueniat ex poſtfacto per modum ratificationis, & confirmationis,ut eſt textus,& ibi glo.& doct.in c.cum uos de ijs,quæ fiunt à præla.c.cura, & c.ſuggeſtum extra de iure patrona. Debuit etiam ſeruari ultra ſolemnitatem iuris communis ſolemnitas introducta per Paulum Papam ſecundum in alienationibus,quæ fieri impetrarentur propter euidentem vtilitatem eccleſiæ, quam ſolemnitatem, & formam Clemens Papa VII.in ſuis literis voluit, & mandauit ſeruandam eſſe in hac poſteriori conceſsione, de qua in præſentiarum agitur,vt ibi,diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi, & poſtquàm ſeruata forma præinſertarum literarum Pauli prædeceſſoris &c.Quæ forma in his conſiſtit,in primis,ut iudices commiſſarij à ſede apoſtolica dati ſuper cognitione alienationis faciendæ in euidentem vtilitatem cautè, & diligenter attendant cauſas per ſupplicantes allegatas, & expreſſas, illaſque ſollicitè examinent,atque diſcutiant,teſtes, ac probationes deinde ſuper narratorum veritate recipiant, & ſolum Deum præ oculis habentes omni timore,uel fauore depoſito, eccleſiarum indemnitatibus conſulant,nec in læſionẽ, aut detrimentũ earum decretum quomodolibet interponant &c. Quæ forma (ſi forma,ſeu ſolemnitas formalis dici poteſt) ad unguem in caſu, de quo agitur,obſeruata fuit, ipſi enim iudices, quibus demandata fuit auctoritas cognoſcendi, & interponendi decretum,diligenter,& cautè,ac cum matura cauſæ cognitione cauſas in literis apoſtolicis, necnon in literis patentibus præfati Reuer. domini Cardinalis, ad quas Papa ſe refert, appoſitas, & expreſſas conſiderarunt, illaſque plenè citatis citandis examinauerunt, ut ex proceſſu coram ipſis iudicibus facto conſtare dicitur, & ultra examinationem,& cognitionem illarum ſuper eis teſtes legitimè examinatos receperunt,& audiuerunt,& ulterius ſe ad locum transferendo, res, & bona, & locorum ſitus oculis ſuis ſubiecerunt, ut meliorem de cauſis expreſſis informa-
24 tionem recipetent, † quæ ſubiectio rei oculis facta dicitur eſſe optima,& legitima probatio l.ſi irruptione in fin.ff. fin.regundo.l.ſi quis in fin. C.eodem titulo,& habetur in c. cauſam matrimonij extra de probatio. Et ipſi iudices ſo-

lum

lum Deum præoculis habentes, cautè, & diligenter attendentes cauſas in dictis literis per ſupplicantes expreſſas tanquam ueras, & legitimas, pronuntiarunt alienationem, & conceſſionem per dictos Reuerendiſſimum dominum Cardinalem, & dominum Leonem dictis hominibus factam tendere in euidentem utilitatem eccleſiæ, & illam tanquam rectè, & ritè factam auctoritate apoſtolica confirmauerunt, ut ex decreto, & ſententia ipſorum iudicum manifeſtè apparet, quibus ſtantibus, conſtat etiam formam Pauli Papæ ſecundi ſeruatam fuiſſe: ergo ex defectu formæ nullatenus poteſt dicta poſterior conceſſio irritari, nec irrita declarari. ¶ An autem hæc conceſſio poſterior fuerit facta in caſibus à iure permiſſis, qui in effectu quatuor ſunt, ſeu ad quatuor reduci poſſunt, ut dicit gloſ. in dicta ſumma 12.q.2. & habetur per doctor. in dicto cap.
25 nulli, uideamus: & † inter alios caſus, quibus permiſſa eſt alienatio rerum eccleſiæ de nouo fieri, eſt, quando fieret ratione maioris utilitatis, & quoties alienatio tenderet in euidentem eccleſiæ utilitatem, ut permittunt etiam iura, & conſtitutiones pontificiæ moderniores, ut in dicta extrauaganti Pauli, ac etiam iura antiqua, & hoc eſt iuris notiſſimi, ut per gloſam in dicta ſumma, in dicto cap. ſine exceptione, dicto cap. ut ſuper in fine, & d.c. tua nuper, & in hoc differunt res eccleſiæ à rebus minorum, quia res minorum alienari non poſſunt cauſa maioris utilitatis, ut eſt textus, & ibi glo. in l. ſi fundus ff. de rebus eorum, res uerò eccleſiæ poſſunt, quamuis glo. in l.2. ff. de offic. eius, cui &c. contrarium dixerit, & malè per iura præallegata: Sed ex probationibus factis per plures teſtes idoneos, & legitimè examinatos, nec non ex propriis oculis ipſorum iudicum, qui ad locum acceſſerunt, & res inſpexerunt, earumque qualitates, & ſitus conſiderauerunt, euidenter, & manifeſtè conſtat, hanc ultimam conceſſionem factam fuiſſe in euidentem utilitatem eccleſiæ, prout ab ipſis iudicibus pronunciatum, & declaratum fuit, cui pronunciationi ſtandum eſt, quia pro ea præſumitur, quòd fuerit uera, & legitima c. in præſentia de renuncia. & habetur plenè per glo. & doctores in cap. quoniam contra de probationibus in gloſ. in uerbo præſumatur, c. bonæ de electio. & c. ſicut de re iudicata, ubi tex. notabiles, ergo &c.

¶ Nec obſtat, quòd dicitur conſtare de euidenti præiudicio eccleſiæ, & conſequenter de non euidenti utilitate, ex quo prius uirtute primarum conceſſionum ſoluebatur eccleſiæ quinta pars reddituum, uirtute uerò nouæ conceſſionis ſolum decima pars ſoluitur, quia reſpondetur,
26 † quòd ex quo tempore nouæ cōceſſionis res erat ſterilis, & minus fructuoſa, quia ſubiecta erat aquis, & ferè tota inundabatur, & conſequenter quodammodo cenſebatur ex hoc totaliter deſtructa, ſecundum quod declarant Abb. Ioan. de Imol. & alij, & ego ibi pleniſſimè declaraui in c. potuit circa finem extra de locato, ſequitur, quòd eccleſia, & præpoſitura, quæ nouiter rem ipſam ad meliorandum, & cultiuandū, & ad reparandū illam ab inundatione aquarum dictis hominibus conceſſit cum perceptione decimæ partis fructuum, dicitur maiorem utilitatem conſequi ex hac ultima noua conceſſione, quam ex primis locationibus factis ſub iure quintæ partis fructuum percipiendæ ex re inculta, ſterili, & aquis inundata, quoniam maior poteſt eſſe quantitas decimæ partis reddituum percipiendorum ex re culta, & fertili, quàm ſit quantitas quintæ partis percipiendæ ex re inculta, & ſterili, & quamuis quinta pars ſit maior quotta, quàm ſit pars decima, ut patet, tamen non ſequitur, quòd ſit maior quantitas, immò ècontra, & canones conſiderant maiorem utilitatem reſpectu quantæ, non autem reſpectu quottæ dicto cap. ut ſuper in fine, authen. hoc C. de ſacroſanctis eccleſiis, §. hoc ius 10. quæſtio. ſecunda iuncta gloſ. in uer. plus, quæ intelligit
27 de pluri reſpectu precij, † quod precium dicitur in quantitate, & non in quotta conſiſtere §. precium Inſti. de emptio. & uendi. l. hæc uenditio §. penultimo in fin. ff. eodem titulo, & prædicta iudicio meo probantur in terminis in cap. ad aures de rebus eccleſ. non alienand. ubi eccleſia, quæ habebat rem ſterilem, ſeu ſyluoſam, & ex qua omnes fructus, qui ex ea colligebantur, ipſa eccleſia percipiebat, poteſt illam ſub annuo cenſu alteri perpetuo concedere ad meliorandum, & culturam reducendum, taliſque conceſſio tanquam utilis eccleſiæ ualet, ut etiam ad hæredes extraneos tranſire poſſit, ut ibi iure hæreditario &c. & quamuis in terminis illius textus conceſſio facta ſub certo cenſu, qui ſit minor, quam ſint omnes fructus ipſius rei, non dicatur continere maiorem quottam fructuum, continere tamen dicetur maiorem quantitatem, alioquin non ualuiſſet, & ſic ibi uidetur caſus noſtri caſus deciſiuus. ¶ Non obſtant ea, quæ primo loco pro alia opinione adducta fuerunt, ex quorum reſolutione clarius de ueritate concluſionis traditæ ad fauorem communitatis, & hominum codegorij conſtabit: Et in primis, dum dicebatur, quòd per ipſos homines non fuit expreſſum Reuerendiſſimo domino Cardinali, à quo literas patentes receperunt, quòd ultra quintam fructuum ſoluere tenebantur octauam partem lini, & ſextum ſextarium melicæ, & ideò hæ literæ patentes gratioſè impetratæ debent dici in totum nullæ, quamuis ſubreptio non fuerit cauſa totius gratiæ, & conceſſionis per ea, quæ habentur in dicto cap. ſedes, in cap. cæterum, & c. ad audientiam il 2. de reſcrip. & cap. 1. & 2. de filiis præſbyter. in 6. reſpondetur primo, quòd licet dicti homines gratioſè ex quadam humilitate petierint, tamen conceſſio ipſa non fuit gratioſa, nec gratioſè ex quadam liberalitate data, ſed potius fuit conceſſio de iuſtitia, quia fundata fuit in cauſa iuſta, & legitima, ac facta cum cauſæ cognitione, & ſolemnitatibus iuris ſeruatis ex commiſſione apoſtolica, ut di-
28 ctum fuit: Ergo † licet ſit pro aliqua parte ſubreptitia, tamen ualet in ſe in forma iuris communis, ut in capitulo ſuper literis, & ibi Abb. ubi ultra alios plenè diſcuſſi, ex-
29 tra de reſcrip. Præterea, & ſecundo † huiuſmodi taciturnitas lini, & melicæ non eſt talis, quæ expreſſa feciſſet concedentem, uel in totum non conceſſiſſe, uel difficilius conceſsiſſe, immò illum ad facilius concedendum induxiſſet, quo caſu taciturnitas non uitiat, nec reddit conceſsionem ſubreptitiam, ut notabiliter uolunt ſcribentes, & præcipuè Abbas in dicto cap. ſuper literis in tertia columna in quæſtione de theſauraria, & domi-
30 ni de Rota in deciſione 561. in antiquis dicunt, quòd † ſi impetrans beneficium dicat illud curatum, cum ſit ſimplex, uel requirere reſidentiam, cum hoc non ſit, impetratio ualet, quia ſi fuiſſet ueritas expreſſa, facilius Papa conceſsiſſet: Sed ex quo in caſu noſtro fuit expreſſum, quòd ſoluebatur quinta pars, & Papa, ac Reuerendiſsimus dominus conceſſerunt, idem & magis ſub decima conceſsiſſent, ſi fuiſſet expreſſum, quòd octaua pars lini, & ſextum ſextarium melicæ ſoluerentur, nam hæc ſunt magis proxima decimæ, quàm ſit quinta pars: Et per has duas conſiderationes tolluntur omnia, quæ in dicto primo fundamento adducebantur: Et dum dicebatur, quòd conceſsio, & impetratio debet dici nulla, quia non fuit expreſſa illa clauſula, ſi preces ueritate nitantur, per l. finalem C. de diuerſis reſcriptis, re-
31 ſpondetur † illud procedere de iure ciuili, & in terris Imperij, ut ibi habetur, ſecus de iure canonico, quia

illa clauſula, etiam ſi non exprimatur, ſubintelligitur ca pitu. 2. de reſcriptis: Præterea ſumus in conceſſione, ſeu diſpoſitione papali, in qua illud non procedit dict. capitu. 2. ¶ Non obſtat ſecundum principale, quòd non fuit narratum Papæ, qualiter ab antiquiſſimo tempore, & iam diu dicta bona fuerint conceſſa, & ſolita concedi dictis hominibus ſub iure quinti, ſed potius illa de nouo habuerint, dicendo, & exponendo per hæc uerba, aliàs poſtquam tunc præpoſitus &c. quo fit, ut conceſſio dicatur ſubreptitia, argumento capitu. cum dilectus de conſuetudin. & l. minimè C. de legibus, quia reſpondetur, quòd per illa uerba aliàs poſtquam tunc præpoſitus &c. non infertur, quòd uoluerint ipſi homines dicere, quòd de nouo per tunc præpoſitum &c. ſed ea uerba tunc præpoſitus habent relationem ad illum præpoſitum, qui iure quinti con-
32 ceſſit, quamuis hoc fuerit iamdiu factum, † nam dictio tunc denotat extremitatem illius temporis, ad quod ea refertur, ut in l. ſi bis in fin. ff. de conditio. & demonſtratio. ibique Bartolus, & alij. ¶ Non obſtat tertium principale, dum dicebatur, quòd omnes terræ erant de iure quinti, quòd tamen falſum eſſet, cum aliquæ eſſent conceſſæ iure Caſalis, pro quibus nihil ſoluebatur, & aliquæ iure decimæ, ergo conceſſio tanquam ſubreptitia fuit nulla: Quia reſponderi poteſt, primo hoc fundamentum eſſe falſum; quoniam non ſolum dictum fuit, quòd iure quinti, ſed etiam iure caſalis, & iure decimæ, ut in literis patentibus Reuerendiſſimi domini, & in literis apoſtolicis apparet; Et dum dicitur, quòd omnes terræ iure quinti &c. hoc non fuit ſimpliciter dictum, ſed reſtrictiuè, reſtringendo ſe ad omnes illas terras, quæ iure quinti fuerant conceſſæ, & conſequenter illa uerba non inferunt, quòd omnes terræ fuiſſent conceſſæ iure quinti, quoniam aliquæ aliter fuerant conceſſæ, ſicut in ſimili habetur in l. cunctos populos C. de ſumma trinita. & fide catho. & in l. omnes populi ff. de iuſtitia, & iure, ibi omnes populi, qui legibus, & moribus reguntur &c. nam hæc uerba nõ innuunt, quòd omnes populi indiſtinctè regantur legibus, & moribus, ut ibi notatur, ſed uoluerunt illa iura reſtrictiuè loqui. Poteſt ſecundo reſponderi, quòd et ſi uerum ſit narratum ſimpliciter fuiſſe omnes terras fuiſſe de iure quinti, nec dictum eſſe, quòd aliquæ eſſent conceſſæ iure caſalis, & aliquæ iure decimæ, propter hoc tamen conceſſio, ſeu literæ non debent dici ita ſubreptitiæ, quòd uitientur, quoniam ſi expreſſum fuiſſet, quod aliquæ iure caſalis, & aliquæ iure decimæ conceſſæ forent, facilius Papa conceſſiſſet, ſeu permiſiſſet, quòd illæ, quæ iure quinti conceſſæ erant, poſſent, ſtante cauſa legitima, iure decimæ concedi, quia in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus l. in rem §. item quæcunque ff. de rei uendicatio. capitu. quod in dubiis de conſecratione eccleſ. uel altar. & ut ſupra dictum fuit, quando illud eſt tacitum, quod, ſi fuiſſet expreſſum, concedens facilius conceſſiſſet, tunc illa taciturnitas non nocet, ut per Abbatem in d. c. ex literis.

¶ Non obſtat quartum principale fundamentum, quòd ex quo huiuſmodi conceſſio poſterior dicitur eſſe noua conceſſio, in ea debuit ſeruari forma, & ſolemnitas iuris communis, necnon illa, de qua in extrauaganti Pauli ſecundi, quam Clemens Papa in ſuis literis in caſu noſtro uoluit ſeruandam eſſe, quæ formæ cum ſeruatæ non fuerint, conceſſio fuit nulla, & reuocari poteſt, quatenus de facto proceſſit, argumen to l. Iulianus §. ſi quis rem ff. ad exhibendum, capitu. accedens il 1. ut lite non conteſtata, d. capitu. ſine exceptione, & habetur in dicto capitut. ſuper, & in dicto capitu. nulli, quia ex dictis in primo fundamento ad fauorem hominum, & communitatis Codegorij facto colligitur reſponſio, ubi demonſtratum fuit omnia de iure ſeruanda ſeruata fuiſſe.

¶ Non obſtat quintum argumentum, quòd dicti homines non poſſunt dicta bona retinere iure decimæ, ſed iure quinti, ex conuenrione inter ipſos, & dominum Præpoſitum facta, qua inuicem conuenerunt, quòd dicti homines infra annos quinque tenerentur meliorare, & ad culturam reducere dicta bona, & ab aquis defendere omnibus ipſorum expenſis, alioquin tenerentur, ut prius tenebantur, ſoluere quintam partem, & non decimam: Et cum dicta bona infra quinquennium non fuerint iuxta conuentionem meliorata, nec ad perfectam culturam redacta, nec ab aquis defenſata, ſequitur, quòd debent illa bona habere iure quinti, & non decimæ, iuribus uulgaribus ſupra allegatis, quia huic fundamento, quòd magis, quàm aliud ſtringit, reſponderi poteſt ex iis, quæ mihi in facto præſupponuntur, nam ſi dicta bona perfectè non fuerunt meliorata, nec ad culturam redacta, ſeu ab aquis defenſata, hoc non prouenit culpa, & defectu, ſeu ex mora ipſorum hominum, qui à prima die quinquennij citra ſemper inſudarunt, omnemque operam exhibuerunt, non parcendo laboribus, & expenſis, ut ea ad perfectam culturam, & ad qualitatem, ac conditionem conuentam reducerentur, ſed hoc euenit ex aduerſo caſu, cui homines prædicti reſiſtere non potuerunt, uidelicet ex maximis aquarum inundationibus, quæ durante iſto quinquennio impediuerunt ipſos homines, ne perfectè adimplerent id, quod promiſerunt facere: adimpleuerunt enim, quoad potuerunt, quia pro maiori parte, & pro qua potuerunt, dicta bona meliorauerunt, arando, aggeres faciendo, foueas fodendo; & alia ipſis poſſibilia operando, quæ operati fuiſſent omnes diligentes homines: quo fit, ut excuſandi ſint à culpa, negligentia, & mora, perinde ac ſi omnia perfectè adimpleuiſſent, quo-
33 niam † iuſta cauſa, iuſtumque impedimentum excuſat à mora, & à pœna etiam periurij, & conuentionali, ut uolunt magis communiter doctores per illum textum, qui conſiderat contrauentionem ex libero arbitrio, & uoluntate procedentem, in l. ſi quis maior C. de tranſaction.
34 Et † iuramentum habet in ſe hanc clauſulam, ut intelligatur rebus ſic ſtantibus, ut eſt gloſ. in capitu. quemadmodum, & ibi doctores de iureiurand. Bartol. in l. amplius non peti ff. rem ratam habe. Bald. in l. final. C. de non numera.
35 pecun. Præterea † magna difficultas æquiparatur impoſſibilitati ad effectum, ut quis excuſetur, ſi conuenta non adimpleuit l. continuus §. cum quis ff. de uerborum obligatio. & ibi Bartol. & doctores, & habetur in l. 2. §. ex quo eo-
36 dem titu. Et † iuſta cauſa, ſeu iuſtum impedimentum excuſat à mora, & negligentia, gloſ. in l. quod te, & ibi ſcribentes, & in l. unũ ff. ſi certum petatur, & multa congerit ad propoſitum Roman. in rubric. de arbitris in 24. colum. cum duabus ſequentibus, d. l. quod te, & ibi Alexan. in 4. notabili, l. ſi quis inficiatus ff. depoſiti, & l. qui in alterius cum ibi notatis ff. de regulis iuris: & melius, quàm alibi, tangitur per Bartolum, & Alexandrum poſt alios in dicta l. quod te in gloſ. in uerbo tua, & habetur per Abbatem, dominum Antonium, & Ioannem de Imola in cap.
37 breui de iureiuran. † ubi inter alia concludunt doctores omnes nemine diſcrepante, quòd in obligationibus facti, prout nos loquimur, difficultas, & iuſtum impedimentum excuſat à mora, & à pœna, quam quis ratione moræ, & negligentiæ incurreret, etiam ſi iuramentum interueniſſet per textum cum ibi nota. in dicto capit. breui, & in l. 1. §.
38 ſi frater ff. de collatio. bono. † Quid autem ſit, quando datio quantitatis eſt in obligatione, maior, & longior eſt inter docto.

doct.diſputatio, tamen Bartol. quem poſt plures ſequitur Alexand.idem uoluit eſſe: ſtante ergo difficultate in caſu noſtro ob magnas aquarum inundationes, quæ fuerunt durante iſto quinquennio, dicti homines iuſtè dicentur excu-
39 ſati, quia † inundationes aquarum iuſtum cauſant impedimentum, ut in l. ſi ager, & ibi Bartol. ff. quibus modis uſuſfructus amittatur, habetur per legiſtas in l. 1. C. de iur. emphyt. & plenius per Abbatem in c. potuit in ultima colum. de loca. in finalibus uerbis, & ibi Ioan. de Imol. in 21. colũ. Alexand. in conſil. 112. in 1. uolum. l. ſi in uenditione §. finali ff. de peri. & cõmo. rei uend. l. interdum §. quod ex naufragio, & ibi Bartol. & alij ff. de acquirenda poſſeſſio.

¶ Non obſtat ſextum argumentum, quòd non ſufficit ſeruare formam in alienatione rei eccleſiæ, niſi etiam fiat ex cauſa iuſta, & legitima, uel in euidentem utilitatem eccleſiæ d. c. ſine exceptione cum ſimilibus, quia primo reſpondetur, quòd in caſu noſtro facta fuit etiam ex cauſa iuſta, & legitima expreſſa in literis, & in inſtrumento conceſſionis, uidelicet propter euidentem maiorem utilitatem ec-
40 cleſiæ: Et † quamuis fortè illa cauſa expreſſa uera in ſe non ſit, ſeu non fuerit, tamen propter hoc conceſſio non debet dici nulla, ut concludunt doctores communiter in dicto c. nulli, & ita ſaluari poteſt glo. in dicta ſumma in finalib. uerbis, & in dicto capitu. ſine exceptione 12. quæſtio. 2. & facit id, quod habetur in cap. 1. extra de appellatio. & in c. 1. & in cap. non ſolum in fine de appellat. in 6. ubi ante diffinitiuam ſententiam ab interloquutoria appellari non poteſt, niſi appelletur expreſſa cauſa iuſta, & legitima: ſufficit tamen expreſſio cauſæ legitimæ ad hoc, ut appellatio ualeat, quamuis cauſa in ſe uera non ſit, capit. ut debitus cum aliis iuribus præallegatis eodem titu. Secundo reſpondeo, quòd in caſu noſtro non ſolum fuit expreſſa legitima cauſa, ſed etiam illa fuit in ſe uera, quoniam uerè facta fuit conceſſio in euidentem, & meliorem eccleſiæ utilitatem, ut ſupra oſtenſum fuit. ¶ Non obſtat penultimum fundamentum, dum dicebatur, quòd in caſu noſtro ſaltem aduerſus talem nouam conceſſionem eccleſia debet reſtitui in integrum propter euidentem ipſius læſionem, cum prius ſibi ſolueretur quinta, nunc uerò per hanc conceſſionem ſoluatur decima: Nam reſpondetur ex iis, quæ ſupra dicta ſunt, quòd ex huiuſmodi noua conceſſione eccleſia non fuit læſa, nec in aliquo decepta, immò eius conditio fuit reddita melior in quantitate, nam & ſi decima dicatur eſſe minor in quotta, poteſt tamẽ eſſe maior in quantitate, & hoc ultimum debet eſſe in conſideratione: qualiter autem hoc poſſit eſſe, & ſit etiam in caſu noſtro, ſupra declaratum fuit, & ideò non eſt etiam danda reſtitutio in integrum d. c. 1. cum ibi nota. de reſtitutio. in integrum.

¶ Vltimo non obſtat id, quod poſtremo loco dicebatur, quòd plus offerenti danda eſt res eccleſiæ d. cap. ad aures,
41 & d. §. hoc ius porrectum cum ſimilibus: quia † hoc eſt uerum, quando plus offerretur tempore, quo fieret alienatio, ſecus ſi poſt factam alienationem rei eccleſiæ ex iuſta cauſa, & ſeruata forma alius ueniret, & plus offerret, nam huiuſmodi oblatio non eſſet in conſideratione, cum à principio ualuiſſet alienatio, ut eſt de mente gloſ. in uerbo tunc in dicto cap. ad aures, argumento cap. dilecti de emptio. & uenditio. & cap. dudum il primo de electio. Præterea illa forma, quòd plus offerenti detur res eccleſiæ, fuit introducta à iure ciuili d. authen. hoc ius C. de ſacroſanctis eccleſ. quod ius per Gratianum incorporatum fuit ſub 10. quæſtio. 2. in §. hoc ius: Sed tamen ob hoc non cenſetur prouiſio canonica, quia Gratianus non habuit auctoritatem condendi canones, & faciendi, quòd iura ciuilia ſint iura canonica, ad tradita per dominum Antonium, Ioannem Andr. Abbatem, & modernos in capit. 2. de reſcriptis:

Et quamuis illa forma eſſet multum utilis eccleſiis, ut in dictis iuribus, & de ſe patet, tamen ea non eſt ſeruanda in aliis nationibus rei eccleſiæ, ſed ſolum illa iuris canonici, de qua in dicto capitu. ſine exceptione, & in dicto cap. tua nuper: ita uolunt, & concludunt Ioan. Andr. dom. Anton. & Abb. in dicto cap. nulli, & not. in c. 1. de rebus eccleſ. non alienan. in 6. Ex prædictis ergo omnibus manifeſtè conſtat, conceſſionem poſteriorem factam dictæ communitati de iure ualidam eſſe, & ſeruandam fore, non obſtantibus iis, quæ in contrarium adducuntur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio in emphyteoſim de re eccleſiæ facta ſine iuſta cauſa, & ſine decreto, uel cum decreto ex falſa cauſa interpoſito, eſt ipſo iure nulla, dominium utile in emphyteotam transferre non poteſt.*

2 *Ex contractu nullo poſſeſſio quidem, ſed non dominium transfertur.*

3 *Decretum interpoſitum à iudice delegato, non ſeruata forma commiſſionis, eſt nullum.*

4 *Relatio à duobus ex tribus aſſumptis facta non citato tertio, uel eo non præſente, eſt ipſo iure nulla, nec tunc maiori parti eſt ſtandum:*
Et in quibus, & quomodo hoc procedat nu. 18.

5 *Alienatione rei eccleſiæ facta non ſeruata forma conſtitutionis Pauli Veneti ſecundi, is, qui rem ſic habuit, ad illam liberè unà cum fructibus, & melioramentis eccleſiæ reſtituendam eſt condemnandus:*
Et quando hoc uerum ſit num. 34.

6 *Liberè reſtituere quid importet.*

7 *Notarij ſcripturæ ad hoc, ut de actis coràm iudice factis credatur, quid requiritur.*

8 *Notarius de commiſſione ſibi facta, aut de electione ſui ipſius rogatus eſſe non poteſt, nec illi creditur:*
Contra de ſtylo, ac etiam in iis, quæ ſunt de iuriſdictione uoluntaria nume. 37. & 38.

9 *Relatio ab aſſumptis, ſeu peritis facta poteſt ex dictis aliorum peritiorũ reuocari, & reprobari:*
Et quid ad hoc requiratur num. 28.

10 *Teſtibus maiorem auctoritatem habentibus, ditioribus, & nobilioribus in dubio eſt ſtandum:*
Quod limitatur num. 39.

11 *Eccleſia aduerſus conceſſionem in emphyteoſim factam ob enormem, & magnam ipſius læſionem debet in integrum reſtitui.*

12 *Reſtitutionis in integrum aduerſus conceſſionem, ſiue alienationem rei eccleſiæ petendæ tempus futuro prælato, & ſucceſſori quando currere incipiat.*

13 *Eccleſiæ res in quibuſdam caſibus à iure ſpecificatis, & inter alios ob euidentem eccleſiæ utilitatem cum ſolemnitate à iure requiſita poteſt alienari.*

14 *Eccleſiæ res ſterilis, & minus utilis poteſt in emphyteoſim etiam perpetuam, ut ad hæredes quoque extraneos tranſeat, ad meliorandum cum ſolemnitate tamen à iure requiſita concedi:*

15 *Et ea ad culturam redacta, & fertilis effecta opera, & impenſa emphyteotæ non poteſt per prælatum auferri, nec penſio augeri, nec aliud onus ipſi emphyteotæ imponi.*

16 *Eccleſiæ res concedi ſolita in emphyteoſim abſque alia ſolemnitate de nouo à prælato rectè alteri concedi poteſt:*

17 *Et ſolita concedi dicitur, quando ſemel ſic fuiſſet conceſſa.*

18 *Duorum ex tribus electis actus factus, abſente tertio, & non citato, quando ualeat, & quando non.*

19 *Teſtium maioris partis dicto ſtatur, quando plures ad aliquid probandum fuerunt aſſumpti, etiam ſi alij non fuerint uocati, uel non depoſuerint.*

20 *Teſtes ſecretè, & ſeparatim ab aliis, & à partibus ſunt examinandi.*

21 *Aſſumpti à iudicibus pro eorum informatione ſunt ad inſtar teſtium, & non iudicum,*
Neque arbitrorum num. 23.

22 *Delegatus inferioris non poteſt alios ſubdelegare.*

23 *Arbitri quicunque de conſenſu ambarum partium eliguntur.*

24 *Solemnitas extrinſeca ex diuturnitate temporis etiam decem annorum præſumitur.*

35 *Periti aſſumpti dicuntur potius teſtes, quàm iudices, ſeu arbitri, & de illis, ut de teſtibus magis eſt iudicandum, quàm ut de iudicibus, uel de arbitris.*

36 *Pro ſententia, & decreto iudicis in dubio eſt præſumendum.*

37 *Iudex ſuper non deductis, & non petitis in libello iudicare non poteſt, etiam ſi per uiam exceptionis, & replicationis deducta in iudicio eſſent.*

28 *Peritorum relatio ad hoc, ut poſsit per relationem aliorum reuocari, quid requiritur.*

29 *Probatio, quæ ex diſpoſitione legis debet fieri à teſtibus fidedignis, & omni exceptione maioribus ad hoc, ut talis facta dici poſsit, quid requiritur.*

30 *Relatio facienda ab aſſumptis ad probandum aliquid pro informatione iudicis an citationem aliquorum requirat:*
Et qualis citatio ſufficiat.

31 *Probatio pro informatione iudicis fieri poteſt abſque alicuius citatione, & iuris ordine non ſeruato.*

32 *Arbitrorum maioris partis ſententiæ non ſtari eo caſu, quo omnes non ſint præſentes, uel ſaltem fuerint citati, quomodo intelligatur.*

33 *Arbitrorum electio, & compromiſſum non habet effectum, niſi arbitri compromiſſum, ſeu arbitrium in ſe receperint.*

34 *Conſtitutio pœnalis, & odioſa non debet extendi.*

35 *Melioramenta facta in re non reſtituit, nec perdit ille, qui eſt in bona fide, quæ ratione tituli præſumitur:*

36 *Etiam in re eccleſiæ reſtituenda ob illius læſionem, uel aliter.*

37 *Eccleſia eſt auctrix, & cultrix iuſtitiæ, nec debet pati aliquid iniquum alteri fieri, nec ei licet in ſuis contractibus alium etiam re ipſa decipere.*

39 *Teſtium peritia, & qualitas, quando tractatur de informando iudicem, potius attenditur, quàm nobilitas, & dignitas.*

40 *Rei uendicatione agens præſupponit nullum dominium penes reum conuentum eſſe, & conceſſionem illi factam fuiſſe nullam, & propterea in eo iudicio reſtitutionem in integrum petere non poteſt.*

41 *Reſtitutio in integrum aduerſus contractum petita præſupponit contractum ualere.*

EPITOME.

CONCESSIO *in emphyteoſim de re eccleſiæ ſterili, & minus utili facta, ut eccleſia maiorem ex illa utilitatem conſequeretur, ualet, & ex iuſta cauſa, & cum cauſæ cognitione, & cum decreto facta dicitur, ſi iudices ſuper hoc delegati, habita informatione, & relatione à pluribus peritis ad hoc aſſumptis, & electis, uel eorum maiori parte, aliis etiam non præſentibus, neque citatis, & non referentibus, ita eſſe cognouerunt, & declarauerunt, ſuumque decretum interpoſuerunt,*

Nec per alios poſtea in contrarium examinatos, nullum dici potuiſſe, hic demonſtratur.

CONSILIVM LXXXIX.

VISO puncto mihi exhibito, totoque proceſſu cau-
ſæ facto ſuper libello coram domino vicario curiæ
epiſcopalis Mutinæ per dominum Ioannem iaco-
bum eccleſiæ ſancti Leonardi modernum priorem porre-
cto contra Petrum olim Andreæ de Matiis ſuper quadam
petia terræ, ut aſſeritur, ſpectãte ad prioratum dictæ eccle
ſiæ, & per dictum Petrum tenta, ac poſſeſſa, Videtur primo
aſpectu dicendum, quòd ex deductis in cauſa ſit ad fauo-
rem dicti Prioris agentis pronunciandum per plura, quæ in
iure arguunt, conceſſionem in emphyteoſim factam per an
tiquum Priorem cuidam Andreæ de Monticulis auctori di
1 cti Petri nullam, & inualidam eſſe; in primis, quia † cum in
alienatione, ſeu conceſſione in emphyteoſim de re eccleſiæ
requiratur iuſta cauſa, & ſolemnitas à iure requiſita cum
decreto, & cauſæ cognitione ſuperioris, ut in c. 1. de rebus
eccle. non alienan. in 6. ibique glo. & docto. c. nulli, ibique
communiter canoniſtæ extra eodem titu. glo. & Abb. in c. j.
de reſtitur. in integrum, & in ſumma, & in c. ſine exceptio-
ne 12. quæſt. 2. et in hoc caſu decretum ſuperioris, hoc eſt
illorum, quibus cauſa fuerat commiſſa, ſuper quo conceſ-
ſio fuit fundata, nullum fuerit, quia ex falſa, & non uera cau
ſa fuit interpoſitum iuxta ea, quæ habentur in d. c. 1. & per
Freder. in conſi. 137. & Felin. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ
in 7. colum. de conſtitutionib. per legiſtas in l. bonorum C.
qui admitti, l. cum uerò §. ſubuentum ff. de fideicom. libert.
per Bartolum, & alios in l. iuſtè poſſidet ff. de acquiren. poſ-
ſeſſio. ſequitur, quòd talis alienatio, ſeu conceſſio tanquam
ſine iuſta cauſa, & ſine decreto facta ipſo iure nulla fuit: Et
ideò ex illa dominium utile in ipſum Andream aſſertũ em-
phyteotam, & conſequenter in dictum Petrum cauſam ab
ipſo Andrea in effectu habentẽ transferri non potuit, quo-
2 niam † ex contractu nullo quamuis poſſeſſio trãsferri poſ-
ſit, non tamen dominium l. 1. §. ſi uir ff. de acquiren. poſſeſſ.
l. quemadmodum C. de agrico. & cenſi. lib. 11. Quòd au-
tem cauſa euidentis, & maioris utilitatis, quæ de iure dici-
tur eſſe iuſta cauſa, ut in c. ut ſuper in fin. de rebus eccl. non
alienan. & glo. in dicta ſumma 12. quæſt. 2. ſuper qua funda
tum fuit decretum ſuperioris, & ſic conceſſio in emphyteo
ſim ab antiquo priore facta, nulla fuerit, & de ea non con-
ſtiterit ipſis iudicibus delegatis, quibus cauſa alienationis,
& conceſſionis huiuſmodi fuerat demandata, & conſequen
ter quòd conceſſio abſque cognitione cauſæ proceſſerit, &
ſic nulla fuerit, apertè demõſtratur, nã per Reuerendiſſimũ
dominum Legatum, ſeu Gubernatorem Bononiæ legati de
latere poteſtatem habentem cauſa alienationis, & conceſ-
ſionis huiuſmodi domino Præpoſito Sancti Lucæ, & domi-
no Iulio Corteſio canonico Mutinenſi commiſſa fuit, ut
iuxta formam in literis, ſeu in conſtitutione Pauli Veneti
Papæ ſecundi poſitam procederent, atque cognoſcerent,
uidelicet ut cautè, ac diligenter cauſas in literis per ſuppli-
cantes expreſſas attenderent, illasque ſolicitè examinarẽt,
& diſcuterent, ac teſtes, & probationes ſuper narratorum
ueritate reciperent, & illa forma ſeruata procederent, & de
omnibus in ſupplicatione dicti Andreæ poſitis, ac narratis
ſe informarent, & ſi illa uera reperierint, decretum ſuum
interponerent, ac licentiam concedendi in emphyteoſim
3 dicto Priori ſancti Leonardi darent. † Vnde cum forma
in literis commiſſionis data per ipſos delegatos ſeruata non
fuerit, quia cautè, ac ſollicitè cauſas in ſupplicatione ex-
preſſas non examinauerunt, nec de illis ſe diligenter infor-
marunt, ergo decretum ab eis interpoſitum nullum fuit, cũ
iudices delegati à uerbis, & forma literarum commiſſionis
recedere non debeant c. cum dilecta de reſcript. & l. pe-
dius in fin. cum gloſ. ff. de arbitris. ¶ Præterea ipſi iudices
delegati, quibus cognitio cauſæ commiſſa fuit, pro eorum
informatione tres uiros elegerunt, qui dictam rem loca-
tam, & in emphyteoſim conceſſam deberent uidere, cogno
ſcere, ac conſiderare, illamque æſtimare, & ipſius quantita-
tem, ualorem, conditionem, atque fertilitatem referre, &
an conceſſio in emphyteoſim perpetuam, ſeu ad tempus in
euidentem dicti prioratus utilitatem cederet; Et horum
trium duo tantum, tertio abſente, & non uocato, retulerũt
ipſis dominis delegatis ualorem, & conditionem dictæ rei,
& conceſſionem fieri poſſe, illamque in utilitatem eccleſiæ
tendere, ad quam relationem faciendam ij etiam, quorum
4 intereſſe poterat, non fuerunt citati: ergo † relatio illorum
nihil ualuit, & ipſo iure nulla fuit l. duo ex tribus cum ibi no
tatis per Bartolum, Alexan. & alios ff. de re iudica. & c. fina.
de arbitris in 6. ubi tertius ſaltem moneri, ſeu citari debet,
& eſt bonus textus in l. ſi in tres cum l. ſequen. & ibi not. ff.
de arbitris: plus enim abſentia tertij non citati, nec mo-
niti obeſt, quàm illius præſentia, & contradictio, ut ibi per
gloſam, & facit id, quod uoluit Ioan. Andr. in c. quoniam
contra de probatio. ibique Anton. Abb. & alij, & Alexan. in
conſilio 92. cum ſequenti in 7. volum. & ratio eſt, quæ
aſſigna-

5 aſſignatur in dicta l.ſi in tres,& in dicto cap.fin. ¶ † Tertio quando contingit alienationem rei eccleſiæ fieri, prædicta forma non ſeruata,ultra pœnam excommunicationis ille, qui ſic rem habuit, condemnandus eſt ad eam eccleſiæ liberè reſtituendum unà cum fructibus, ut habetur in dicta conſtitutione Pauli Veneti Papæ ſecundi: ergo Petrus in caſu noſtro ad rei reſtitutionem unà cum fructibus, & me-
6 lioramentis eſt condemnandus, quoniam † uerbum liberè importat,hoc eſt abſque ſolutione aliqua, ad tradita per And. Siculum in c.2.de rebus eccle.non alien.& ibi doct.& & in c.1.ubi Philip.Ioan.& Domin. de Sancto Gemin. de regular.in 6.¶Quarto quòd forma ſupradicta non fuerit obſeruata,conſtat,nam legitimè, & plenè non conſtat de aſſumptione,informatione, & relatione aliqua: licet enim quidam notarius fuerit de illis rogatus,ſeu illa ſcripſerit, tamen eius ſcripturæ non eſt plena fides adhibenda, quoniã
7 † ad hoc, ut ſcripturæ notarij de actis coram iudice factis fides adhibeatur,requiritur,quòd notarius ad hoc fuerit deputatus, atque electus,ut in c. quoniam contra de probatio. Et ſi diceretur,quòd in actis,& in proceſſu de electione notarij, & commiſſione ſibi à iudice facta conſtat per eũ-
8 demmet notarium,eiuſque ſcripturam,reſpõdetur,† quòd de hac electione, et commiſſione ſibi facta ipſe rogatus eſſe non potuit, neque eſt de hoc ſuæ ſcripturæ credendum,quia ſic eſſet teſtis in cauſa propria,& propterea nullam facit fidem,neque probat, ut per Ioan. Andr. in c.cum quid de reg.iur.in 6.Bald.in l.iuriſiurandi in ulti. colum.de teſtibus,& doc. communiter in d.c.quoniam contra.
¶Quinto poſito,quòd & relatio ab aſſumptis,& electis facta,& conſequenter conceſſio in emphyteoſim ualuiſſet,
9 atque ualeret, † tamen illa ex dictis magis peritorum reuocari potuit,ut in c.cauſam de probat.ibique habetur,& in c. propoſuiſti eod.titul.Ioan And.in tit.de homi.in §.1.uerſi. ſed pone cum pluribus ſimilibus, quæ allegat Felin. in d.c. propoſuiſti: Sed in caſu noſtro conſtat per plures teſtes examinatos pro parte dicti domini Prioris, qui ſunt peritiores illis,qui fuerunt ab ipſis delegatis aſſumpti, quòd res erat maioris pretij,& redditus,neque tunc eccleſiæ utile, & expediens erat rem ſic in emphyteoſim perpetuam concedere,ergo conceſſio, ſeu alienatio reuocari, & retractari debuit,ac debet.Nec obſtãt teſtes pro parte Petri examinati, qui conantur deponere conceſſionem tunc fuiſſe in euidẽtem eccleſiæ utilitatem factam,& relationem ab illis duobus electis,atque aſſumptis factam fuiſſe ueram, & iuſtam, quoniam illorum depoſitione non obſtante, in hoc teſtibus pro parte domini Prioris examinatis magis eſt ſtandũ, quia illi teſtes ſunt nobiliores,ditiores, maioriſque auctoritatis,
10 & † in dubio ſtandum eſt teſtibus maiorem auctoritatem habentibus, ditioribus, atque nobilioribus, ut habetur per doct.ibique Felin.in c.in noſtra per illum textum de teſtibus, Bald.in l.teſtium C.eod.l.3.§.ideoque, & in l.ob car-
11 men ff.de teſtibus. Præterea † cum ex dictis teſtiũ pro parte domini Prioris examinatorum conſtet de enormi damno,magnaque læſione ipſius eccleſiæ, cum ex eorum dictis appareat rem eſſe maioris numeri bebulcarum, item tempore conceſſionis longè maioris pretij,ac maiorem canonẽ mereri,& ipſos teſtes,ſi ad eorum notitiã perueniſſet,quòd eccleſia rem illam in emphyteoſim concedere uoluiſſet, maiorem fuiſſe daturos penſionem, ſequitur, quòd poſito conceſſionem in ſe tenuiſſe, ſaltem eccleſia aduerſus illam in integrum reſtitui deberet,ut in c.1.de in integ. reſti.c.ad audientiam,ubi doct. & glo.de rebus eccle. non alienan.
12 Nec † futuro priori ad petẽdam reſtitutionem tempus currit, niſi poſt mortem prioris,qui conceſſit, ut in c.1.de in integ.reſtitutio. in 6.& habetur in c.1.de præſcrip. per Abb.& alios in d.c.1.extra de in integ. reſtitut. & ex his uidetur concludendum eſſe ad fauorem dicti domini Prioris contra præfatum Petrum reum conuentum, ut is ad reſtitutionem dictæ rei teneatur, prout in libello continetur. ¶Præmiſſis tamen omnibus non obſtantibus, contrariam opinionem de iure ueriorem eſſe arbitror, quòd Petrus ſit omnino à petitione ipſius domini Prioris abſoluendus, & Prior tanquam temerè litigans in expenſis con-
13 demnandus: Ad quod dicendum moueor primo,quia † res eccleſiæ,quæ regulariter eſt prohibita alienari, poteſt in quibuſdam caſibus à iure ſpecificatis,& cum ſolennitate à iure requiſita alienari, ut in c.fine exceptione. 12.q.2.& per gl. ſummæ ibi, c.nulli cum ibi not. extra de rebus eccle. non alien.& in c.1.eodem titulo in 6.& inter alios caſus unus eſt, quando de euidenti eccleſiæ utilitate ageretur c. ut ſuper in fin.de rebus eccle.non alien.d.c.fine exceptione cum not.per glo.d.ſummæ: Et in hoc differt eccleſia à pupillo, ut uoluit glo.per illum tex. & ibi Barto. in l. ſi fundus ff.de
14 rebus eorum:& † ideò res eccleſiæ minus utilis, ſeu ſterilis poteſt concedi in emphyteoſim etiam perpetuam, ut ad hæredes quoque extraneos tranſeat, ut melioretur, uel ad culturam reducatur, ut in c.ad aures,ubi plenè habetur, de rebus eccle.non alien.dummodo tempore conceſſionis ſo-
15 lemnitas à iure requiſita interueniat,ut ibi not.† intantum, quòd poſtquam opera, & cultura, ſeu impenſa emphyteotæ fuerit ad culturam reducta, ac utilis, & fertilis effecta,non poteſt per prælatum auferri,nec penſio augeri,nec onus aliquod ipſi emphyteotæ imponi, ne is ex ſuo beneficio damnum conſequi dicatur, cum beneficio nos iuuari, non autem decipi oporteat c.1.de commoda. alioquin prælatus de cupiditatis, & auaritiæ crimine redargui poſſet, quod eſt ſummè notandum ſecundum docto. in d.c. ad aures,& Barto.in l.quicunque C.de omni agro deſer. contra auaros,& cupidos huius tempeſtatis prælatos,qui quotidie quærunt colonos, & emphyteotas ſuos rebus ipſis cõceſſis priuare,poſtquam eorum expenſis, & opera fuerunt melioratæ. Sed in caſu, de quo agitur, conceſſio in emphyteoſim Andreæ facta fuit de re ſterili, minuſque utili, & ut ex re maiorem eccleſia conſequeretur utilitatem, & ſic in euidentem eccleſiæ utilitatem,ut tempore conceſſionis tunc per dominos iudices commiſſarios habita prius à uiris prouidis, & honeſtis informatione fuit cognitum, & declaratum, & poſtea per plures teſtes in præſenti cauſa ad fauorem dicti Petri examinatos fuit probatum,quibus in hoc ſtandum eſt,ad ea,quæ habentur in dicta conſtitutione Pauli Veneti,in dicto capitu.fine exceptione,in dicto capitu.nulli,& in dicto capit. 1. de rebus eccleſ. non alienan. in 6.ergo conceſſio huiuſmodi de iure ualida dici debet,ex quo facta fuit ex cauſa iuſta,& legitima, & cum ſolemnitate debita,& à iure requiſita,uidelicet cum decreto, & auctoritate Reuerendiſſimi domini Legati de latere, ſeu ſuorum iudicum delegatorum, quibus cauſa huius conceſſionis, ſiue alienationis fuit ſpecialiter commiſſa, item cum cauſæ cognitione,& interuenientibus tractatibus,ſeu ſubhaſtationibus à iure requiſitis, ut patet in proceſſu coram dictis iudicibus delegatis facto,iuxta ea, quæ habentur in dicto capitu.fine exceptione,in capit.1.& 2.de his, quæ fiunt à præla.fine conſenſu capitu.& in dicta conſtitutione Pauli. Præterea dicta res poſtea ad manus dicti Petri peruenit ex titulo emptionis, & diuiſionis cum licentia, ac mediante inueſtitura,& conceſſione domini Prioris dictæ ec-
16 cleſiæ ſancti Leonardi, † qui abſque alia ſolemnitate, & cognitione cauſæ, ac decreto ſuperioris potuit dictam rem in emphyteoſim concedere Andreæ patri dicti Petri, tanquam rem ſolitam ita concedi,ad ea,quæ habentur in d. c.

ut ſuper in principio, per Bartolum, et alios in authen. qui rem C. de ſacroſanct. eccleſ. et not. in cap. 1. extra de feudis, ac etiam habetur in dicta conſtitutione Pauli Veneti:
17 Et † res ſolita ſic concedi dicitur, quando etiam ſemel ſic fuiſſet conceſſa, argumento tex. cum ibi not. per Bartolum, & alios in l. mela §. ſed ſi alimenta ff. de alimen. & cibar. legat. cum ſimilibus. ¶ Sed quoniam tota uis præſentis conſulationis conſiſtit in reſpondendo iis, quæ ſupra in contrarium fuerunt adducta: ex quibus reſponſionibus clariſſimè de bono iure dicti Petri, & de non iure ipſius domini Prioris agentis conſtabit, ideò ad reſponſiones obiectorum deuenio: Et primò non obſtat, quòd non habita fuerit cauſæ cognitio, & de iuſta cauſa, ac ualore, & æſtimatione rei non conſtiterit, propterea quia duo ex tribus electis, tertio abſente, & non monito, neque citato ſolum retulerunt, quo caſu relatio fuit nulla, & inualida, cũ omnes debuerint eſſe præſentes, uel ſaltem citati, & moniti, ad hoc, ut maiori parti ſtetur, ad tradita in d. l. duo ex tribus, in d. l. ſi in tres, & in d. c. fin. cum ſimilibus, quod eſt potiſſimum partis aduerſæ
18 fundamentum: quia reſpondetur primo, † quòd contrarium procedit in pluribus arbitris, & iudicibus, in quibus magis obeſt abſentia, & contemptus unius, quàm illius contradictio, & in quibus non habet locum regula illa, quod poteſt fieri aliquo inuito, multo magis illo ignorante iuxta l. qui poteſt ff. de regul. iuris: in aliis uerò, præterquam in dictis caſibus, ac etiam in aliis notatis per gloſam in d. l. ſi in tres, inter quos caſus noſter non reperitur, dicta regula firma remanet, ut inquit glo. in d. l. ſi in tres: In caſu igitur no-
19 ſtro, † quando ſunt plures teſtes, qui ad aliquid probandũ aſſumuntur, regula illa locum habere dicetur, & conſequenter ſi ſint tres, uel plures, ſtabitur dicto duorum, uel trium, & maioris partis, abſque eo, quod alij deponant, ſeu fuerint uocati, quoniam in ore duorum, uel trium ſtat omne uerbum l. ubi numerus de teſtibus, c. in omni extra eod. titu. c. nouit de iudic. & c. cum eſſes de teſtamen. cum ſimilibus, & quia in teſtibus locum non habet ratio, de qua in d. l. ſi in tres, uidelicet quòd unus poſſit alios in ſuam ſenten-
20 tiam trahere, nam † teſtes ſeparatim, & ſecretè ab aliis teſtibus, etiam ſi citati non fuerint, ac ſeparatim à partibus ſunt examinandi, non autem ſimul, ut habetur in c. 1. & in c. tuis quæſtionibus per Felinum, & alios de teſtibus, & eſt gloſ. quam ſequuntur doctores in c. uenerabilis extra de teſtib. alioquin eorũ depoſitio non ualeret, ut in dictis iuribus habetur. Et ſic alia, & diuerſa ratio eſt in teſtibus, quam in arbitris, & iudicibus, & propterea diuerſum quoque ius cen-
21 ſeri debet. ¶ Quòd autem in caſu noſtro † hi, qui pro informatione iudicum delegatorum fuerunt aſſumpti, fuerint teſtes, conſtat in primis ex tenore dictæ conſtitutionis Pauli Veneti, cuius occaſione illi fuerunt ſuper informatione facienda aſſumpti, in qua pro forma datur, quòd teſtes, & probationes ſuper narratorum ueritate recipiant, ex quibus uerbis conſtat illos fore teſtes, & non iudices, neque arbitros: & uerba reſcriptorum ſunt propriè intelligenda, argumento c. rodulphus, c. capitulum ſanctæ crucis, & c. fin. de reſcriptis cum ſimilibus, item quia illi, qui inducuntur, ſeu aſſumuntur ad deponendum, ſeu informandum iudicem ſuper ualore, qualitate, & æſtimatione rei, propriè teſtes eſſe dicuntur, & in illis iura loquentia de teſtibus locũ habent ad tradita per doctores, maximè Felin. in c. cum cauſam per illum textum de teſtibus: Præterea hi tres electi, & aſſumpti pro informatione iudicum non poſſunt dici
22 iudices delegati, † quoniam cum fuerint aſſumpti, & electi per iudices delegatos, & commiſſarios Reuerendiſſimi Legati, ſequitur, quòd iudices delegati dici nequeunt, quia delegati iudices, qui illos elegerunt, erant iudices delegati inferioris, & non Papæ, nec principis, qui alios ſubdelegare non potuerunt, cum hoc in ſolo principis delegato ſit ſpeciale l. à iudice C. de iudic. c. paſtoralis, & c. fin. de offic.
23 delegat. cum ſimilibus. Non † poſſunt etiam dici arbitri iuris, nec uoluntarij, quoniam arbitri quicunque de conſenſu ambarum partium, uidelicet ex compromiſſo, & non ex mero, & ſolo iudicis officio eliguntur, ut per totum ff. C. & extra de arbitris, & probatur in c. ſuſpitionis, & in c. ſuper quæſtionum in fin. de offi. delega. in c. cum ſpeciali, & in c. cum parati de appellat. cum ſimilibus. Concludendum eſt itaq; ipſos fuiſſe teſtes, & non iudices, neque arbitros, quamuis in aliquibus, paucis tamen, cum iudicibus conueniant, iuxta ea, quæ habentur per Felinum in d. c. propoſuiſti per nota. per Bartolum in ſuo tracta. de teſtibus, ſi dicamus iſtos aſſumptos fuiſſe peritos, & ut peritos eligi debuiſſe, ac fuiſſe electos, & ita loquuntur doctores, & Bartolus in locis proximè allegatis: Sed, ut dictum fuit, hi in caſu noſtro fuerunt electi, & inducti non ut arbitri, nec ut iudices, nec ut periti ad effectum, ut de peritia artis ſuæ deponerent, quales ſunt agrimenſores, & ſimiles, ergo &c. ¶ Rurſus ſi relatio horum fuit nulla, utique non ex alia ratione hoc contigit, niſi quia illi duo, tertio abſente, & non citato, retulerunt, ut inquiunt aduerſarij: Quod tamen non fuit probatum, neque ex actis hoc conſtat, in quibus ſimpliciter dicitur, quòd duo ex illis electis retulerunt: Vnde ad hoc, ut actus, & relatio ualeat, debet intelligi, & præſumi illum tertium uel fuiſſe præſentem, uel requiſitum, quo caſu relatio ualuiſ-
24 ſet: Et † quamuis ex actis hæc non conſtent, tamen ex diuturnitate temporis præſumi debent, & maximè cum relatio, & ea, quæ ab ipſis iudicibus delegatis fiebant, ad utilitatem eccleſiæ fierent, ut in actis factis coram dictis iudicibus delegatis apparet per ea, quæ habentur plenè per doctores, & maximè per Felinum in cap. albericus de teſtibus, in c. ſicut de re iudic. & in c. quoniam contra de probationib. & per legiſtas in l. ſciendum ff. de uerborum obligatio. & in l. qui in aliena §. 1. ff. de acquiren. hæredita. ubi ex diuturnitate temporis ſolemnitas extrinſeca præſumitur, & diuturnitas temporis, ſeu longum tempus quoad hunc effectum eſſe dicitur tempus decem annorum, ut traditur per Felin. in dicto c. albericus in finalibus uerbis, & in locis proximè allegatis. Præterea poſito, ſed non conceſſo, quòd hi poſſint dici periti, & ut periti aſſumpti, negari tamen non poteſt, quin magis teſtibus, quàm iudicibus, & arbitris æquipa-
25 rentur, ut ex prædictis apparet: item quia † periti potius dicuntur, & appellantur teſtes, quàm iudices, ſeu arbitri, ut in dicto c. propoſuiſti, & in dicto cap. cauſam de probationib. cum ibi nota. & in dicto cap. cum cauſam: ergo de illis ut de teſtibus magis eſt iudicandum, quàm ut de iudicibus, & de arbitris argumento l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſi. & cap. tranſlato de conſtitutionibus. ¶ Accedat ad hæc, quòd poſito etiam, quòd hi eſſent aſſumpti ut periti, et conſequenter eorum relatio poſſet ex dictis magis peritorum reuocari, ut doctores communiter concludunt in dicto c. propoſuiſti cum ſimilibus ſupra allegatis: tamen dico, quòd in caſu noſtro relatio illorum fuit confirmata per plures, & fidedignos teſtes pro parte Petri examinatos, qui pro relatione, et ad fauorem relationis dictorum aſſumptorum melius concludere non poſſent, ueluti optimus iudex, qui de cauſa cognoſcit, perpendere poteſt, ad cuius officium benè cuncta rimari ſpectat, ut in c. iudicantem 32. quæſtio. 5. et dicta, et depoſitiones teſtium diligenter conſiderare l. 3. ff. de teſti. ¶ Nec obſtant depoſitiones teſtium pro parte domini Prioris examinatorum ad probandum relationẽ illorum electorũ fuiſſe falſam, quia dicta illorũ non concludũt neceſſario, quinimmò ſi rectè cõſiderētur, potius relationẽ prædi-

prædictam confirmant,atq; corroborãt, ut in margine de-
poſitionum dictorum teſtium fuit notatum,& rubricatum;
tum quia ſe remittunt ad uicinos,& ruſticos loci,in quo res
ſita eſt,qui uicini,ac ruſtici fuerunt ad fauorem dicti Petri,
& ad corroborationem dictæ relationis examinati,ergo di-
cta illorum debent coniungi, & eadem cum dictis teſtium
pro parte do.Prioris examinatorum cenſeri debent, cum
teſtes domini Prioris ad informationem, & cognitionem te
ſtium dicti Petri ſe referant argumento text.in auth. ſi quis
in aliquo cum materia C.de eden.& in l.omnes C.de qua-
drien.præſcript.tum quia teſtes domini Prioris ſunt ſingu-
lares,& generales,neque neceſſario concludunt,nec ita bo
nam dicti ſui rationem reddunt,ſicut illi,qui retulerunt, &
ſicut teſtes pro parte dicti Petri examinati,ut ex eorum le-
ctione clariſſimè conſtat, ſuper quibus ſpecialiter non inſi-
ſto,quia nimis longum eſſet,& diligens procurator dicti Pe
tri rubricando dicta omnium teſtium ad amuſſim omnia cõ
ſiderauit,atque notauit.¶ Sed eſto,quòd teſtes ipſius domi
ni Prioris concludenter contra relationem à dictis aſſum-
ptis factam deponerent,tamen dico, quòd relatio ſupradi-
cta propter hoc non debet reuocari, nec ab ea in hac cau-
ſa eſt recedendum,cum illa habeat pro ſe rem iudicatam,
& per ſententiam iudicum confirmata fuerit, & in dubio
26 pro illa eſt præſumendum, tum † quia in dubio pro decre-
to,& ſententia iudicis eſt præſumẽdum, ut habetur per glo
ſam,& doctores in d.c.quoniam contra,& in rubri. de ap-
pellatio.& in d.c. albericus de teſtibus, & c.bone de elect.
cum ſimilibus:Et occaſione teſtium in præſenti cauſa depo
nentium contra relationem prædictam,& conceſſionem in
emphyteoſim factam non debet relatio,& conceſſio reuo-
cari,quoniam per Priorem hoc non fuit petitum,neque ad
hoc principaliter actum:Sed alia eſt intentio Prioris agen-
tis in ſuo libello,in quo petitorium, hoc eſt rei uendicatio-
nem contra ipſum Petrum poſſeſſorem intentaſſe dicitur,
ut ex tenore libelli patet,iuxta not.in l.1.ff.de eden.& in l.ſi
in rem,l.cum in rem,& l.in rem cum ibi nota.ff.de rei uen-
27 dicatio.Et † iudex ſuper non deductis, & non petitis in li-
bello iudicare non poteſt, etiam ſi aliqua per uiam exce-
ptionis,& replicationis fuiſſent in iudicio deducta iuxta tex
tum in c.1.de exceptio.& in c.2.de ordin.cognit.l.ſi ut fun-
dus ff.familiæ herciſcun.c.licet heli de ſimonia. c.qualiter,
& quando de accuſatio.& faciunt notata per gloſam final.
& doctores in c.odoardus in finalib.uerbis de ſolutio.& per
Imolam,& alios in c.dilecti de empt.& uendit.ubi bona eſt
reſponſio dicere, ad hoc non fuit actum,neque hoc fuit pe
28 titum. ¶ Præterea & melius † ad hoc ut relatio perito-
rum reuocari poſſit,requiritur,quòd peritiores contrarium
depoſuerint,quia ad depoſitionem,& relationẽ magis pe-
ritorum relatio peritorum, & ſententia ſecundum eam la-
ta poſſunt reuocari,& non aliter,ut uolunt doctores in d.c.
propoſuiſti,ubi latè Felin.& alij:Requiritur ergo, quòd de
hac qualitatẽ conſtet,quòd illi,qui contrarium retulerunt,
& contra relationem peritorum depoſuerunt,fuerint peri-
tiores,alioquin ſtaretur primæ relationi, ſecundum quam
eſſet iudicatum,quia non conſtaret de dicto magis perito-
29 rum:Sicut in ſimili dicitur, † quòd quando lex ab honeſtis,
& fidedignis teſtibus, ſeu à teſtibus omni exceptione maio
ribus aliquid probari requirit,ad hoc,ut illud ita probari di
catur,debet capitulari, illos teſtes fuiſſe tales, & per alios
teſtes qualitatem illam probari, alioquin illud eo modo,
quo lex requirit,probari non diceretur,ut habetur per Bar
tolum in l.1.§.ſi quis neget in ulti.col.ff.quemad.teſtamen.
aper.& faciunt not.per Barto.in l.1.§.1.ff.ne quid in flum.
pub.& in l.denunciaſſe, aliàs in l.qui uxori §.quid tamen ff.
de adulte.l.prætor §. docere ff. ui bon.rap.& clemen. quia
contingit in §.ut autem de religio. domi. & ad probandam
tunc talem qualitatem teſtium, duo teſtes tantum non ſuf-
ficerent, ut uoluit Ange.in auth. quomodo opor. epiſ.in §.
quanta: Sed in caſu noſtro non apparet, nec capitulatum
fuit,neque probatum per alios teſtes,quòd teſtes pro parte
prioris examinati fuerint peritiores illis,qui retulerunt, &
ex quorum dictis iudices delegati informati fuerunt, er-
go &c.& hæc eſt uera, & concludens reſponſio.¶ Non ob-
30 ſtat,quòd † relatio prædicta fuerit etiam nulla ex eo, quod
facta fuit abſque citatione alicuius,ſeu eorum, quorum in-
tererat,uel intereſſe poterat, l.de unoquoque ff.de re iudi.
clemen.paſtoralis §.cæterum eodem titul.c.licet epiſcopus
de præben.in 6.l.1.& per totum C.quomodo, & quando
iud.cum ſimilibus: Quia reſpondetur primo, quòd per cita
tionem peremptoriè factam ad ualuas eccleſiæ, & in locis
publicis per uocem præconis omnes,& ſinguli,quorum in-
tererat,citati dicuntur ad omnes, & ſingulos actus coram
delegatis factos, ut ex tenore citationis conſtat, iuncta cle-
men.1.de iudiciis,cum iis, quæ habentur in authen.qui ſe-
mel cum glo.in uer.paucis,ibique Bal.& alij C. quomodo,
& quãdo iudex, & faciunt ea, quæ habentur per canoni-
ſtas in c.2.de conſtitut.Secundo reſpondetur, † quòd ubi-
31 cunque aliquid eſt pro informatione ſolius iudicis proban
dum, tunc ſufficit, quòd qualiter qualiter iudici fiat fides
abſque citatione alicuius,& iuris ordine etiam non ſerua-
to, & de per ſe, & ſecundum quod erit informatus iudex,
ita pronunciabit,Cyn.in l.2.in 4.q.princi.ibi ſecundo quæ-
ritur in 11.col.C.quæ ſit longa conſuetud.& facit id, quod
uoluit Bar.in l.1.C.quor. bono.& Paul.de Caſt.in conſi.3.
ſecundum numerum meum incip.in cauſa pendẽte,ſeu mo
ta, quæ uertitur corã vicario Poteſtatis ciuitatis Bergomi.
32 ¶ Conſiderandum eſt etiam, † quòd non ſtatur ſententiæ
maioris partis arbitrorum eo caſu, quo omnes non ſint præ
ſentes,uel ſaltem abſentes fuerunt citati,ut habetur in d.c.
fin.de arbit.in 6.& in d.l.ſi in tres cum aliis, quando omnes
arbitrium,ſeu compromiſſum recepiſſent,vt eſt text.in l.itẽ
ſi vnus.§.1.ff.de arbit. ibi ſi plures ſunt, qui arbitrium in ſe
receperunt,nemo vnus cogendus erit ſententiam dicere,&
in l.pedius in fin.ff.eod.vbi ſi in titium, & ſeium fuerit com
promiſſum,& ambo illud receperint, titiuſque ſententiam
tulerit,ſententia non tenet,quia non vt recepit, ſententiam
dixit. Ergo infertur, quòd ſi non omnes recepiſſent, ſtare-
tur ſententiæ maioris partis,& illorum, qui arbitrium rece
piſſent,ut eſt de mente glo.in d.l.item ſi vnus.§.1. & in d.l.
pedius in vlti.glo. Cum itaque in caſu noſtro non omnes
aſſumpti pro informatione iudicum officium referendi re-
ceperint,ſed duo tantum ex tribus, quorum relatio fuit re-
cepta,& à iudicibus approbata, erit illorum relationi ſtan-
33 dum,quoniam † ſicut dicimus in arbitris, quòd compromiſ
ſum,& electio de eis facta effectum non habet, niſi ipſi arbi
tri arbitrium,ſeu compromiſſum in ſe receperint, quia hæc
res libera, & abſoluta eſt, & extra iurisdictionis neceſſitatẽ
poſita,ut eſt tex.in l.3.§.tam & ſi,& in l.ſi cum dies.§. ſi quis
ff.de arbit.ita & magis in pluribus electis à iudice ad ſe infor
mandum eſt dicendum. Priores tamen reſponſiones plus
placent. ¶ Non obſtat tertium fundamentum de conſti-
tutione Pauli Veneti Papæ ij. quia reſpondetur, non fuiſ-
ſe illi conſtitutioni contrafactum, quinimmò illius forma,
ſecundum quod fuerat ipſis delegatis iniunctum, & man-
datum, fuit obſeruata, ut ex prædictis conſtat, ergo non
eſt locus reſtitutioni rei vltra aliàs pœnas ibi contentas.
34 Præterea † illa, quæ in pœnam contrafacientis ſunt per
illam conſtitutionem inducta, locum habent contra eum,
qui dolo, fraude, ac ſcienter alienationem rei eccleſiæ
non ſeruata forma ibi tradita procurauit, ut clarè ex ver-
bis eius conſtitutionis colligitur, ergo ad alias perſonas,
& conſequenter in caſu noſtro ad perſonam Petri tra-

Petri trahi non debent,quia cum illa cõſtitutio ſit pœnalis, & odioſa,non debet extendi c.odia de reg.iur.in 6.& l. cũ quidam ff.de libe.& poſthu.Vel melius dicendum eſt,quòd dato,ſed non conceſſo,quòd dictus Petrus, contra quẽ rei uendicatione agitur,teneretur rem unà cum fructibus reſti
35 tuere iuxta l.cum in rem ff.de rei uendica. † non tamen teneretur rem cum meliotamentis reſtituere, illaque perdere propter eius,& auctoris ſui bonam fidem, quæ ratione tituli præſumitur,ut habetur in c.uigilanti,& in c.ſi diligenti de præſcript.& per Abbatem,& Anto.in c.grauis de reſtitutio.ſpoliatorum, l.ſi fundi, l.ſumptus, & l.iulianus cum ibi not.ff.de rei uendi.& not.in §.ſi quis à non domino Inſtitut.
36 de rerum diuiſio. † Et in terminis in eccleſia, quòd in caſu, quo ipſa in contractu locationis, & emphyteoſis fuiſſet læſa,& ſic ea eſſet in integrum reſtituenda,ibique res reddenda,melioramentorum, & ſumptuum conductoris ratio habeatur,illaque conductori debeantur, non autem eccleſiæ acquirantur,quinimmò etiam in caſu, quo reſtitutio eſſet omninò eccleſiæ facienda, quòd conductor poſſit retentione uti, donec ſibi de melioramentis fuerit ſatisfactum, eſt tex.notab.ibique Anto.Abb.& omnes in c. r.in fin.de in integrum reſtitutio.& in c.ad audientiam de rebus eccle.non
37 alienan.quia † non decet eccleſiam cum aliena iactura locupletari,& ipſa,quæ eſt auctrix, & cultrix iuſtitiæ, non debet pati aliquid iniquum alteri fieri,ut in c. 1. de alie.feudi: Et ideò quamuis contrahentibus ſe inuicem decipere liceat,quia hæc eſt propriè natura, & ſubſtantia contractus emptionis,ut dicitur in l.ſi uoluntate C. de reſcinden.uenditio.l.item ſi pretio ff.loca.l.in cauſæ §.idem ff.de minori. tamen eccleſiæ in ſuis contractibus alium etiam re ipſa decipere non licet, quoniam non debet cum alterius damno locupletari,ut per gloſam in §.hoc ius 10.quæſtio.1.

¶ Non obſtat quartum fundamentũ, dum dicebatur,quòd de aliqua relatione per ipſos aſſumptos facta non conſtat, quoniã ſcriptura notarij,qui fuit de relatione rogatus,non probat,ex quo non cõſtat de commiſſione illi facta, nec de receptione perſonæ ſuæ,quòd is à iudicibus delegatis fuerit ad ſcribenda acta deputatus iuxta ea, quæ habentur in d.c. quoniam contra: Et conſequenter,ſtante hoc fundamento,nihil dicitur apparere,per quod cõceſſio facta Andreæ primo conductori,& emphyteotæ poſſit ſubſtineri,ut latius ſupra dictum eſt:quia reſponderi poteſt,notorium eſſe,publicum,ac manifeſtum de conſuetudine contraria,& de ſtylo cuiuſlibet curiæ,quòd notarij maximè in iis,quæ ſunt de iuriſdictione uoluntaria, ipſi ſunt de commiſſionibus ſibi à iudicibus factis rogatis: Et propterea abſque eo, quòd de huiuſmodi ſtylo,& conſuetudine probatum fuerit, ſatis de illis iudici ut iudici conſtare dicitur, etiam ſi non allegaretur talis conſuetudo,& ſtylus:& tanto magis ſi allegarẽtur, ut habetur per ſcribẽ.in clemen.appellanti de appel.& per Anto.& Abbatem poſt Innocen.in c.præterea de dila.& in c.ex parte il 1.de appella.Vel ſecundo reſponderi poteſt ex
38 iis, † quæ uoluit Bart.in l.ex ſententia uerſi. induco iſtam legem ff.de teſtamen.tute.& ſequitur Ange.in repetit.l.ſciendum,ibique Alexan.in 2.colum. ff. de uerborum obligatio. quia de commiſſione alicuius actus facta ipſi notario poteſt ipſe notarius eſſe rogatus,& maximè in iis, quæ ſunt de iuriſdictione uoluntaria,argumento l.domitius cum ibi nota. per gloſam ff.de teſtamen.& eſt tex.in authen. de tabellio. collatio.4.cum ibi plenè not.per gloſam:Illud autem,quod habetur in d.c.quoniam contra,procedit in iis,quæ ſunt de iuriſdictione contentioſa, & in quibus ordo iuris ſeruatur.

¶ Quinto fundamento ex prædictis reſponſum fuiſſe patet,nam & ſi per teſtes domini Prioris probatum fuiſſe diceretur, quòd conceſſio in emphyteoſim nõ fuerit facta in utilitatem eccleſiæ,ſed potius in damnum, tamen illis non eſt credendum,cum non fuerit probatum ipſos fuiſſe magis peritos,neque etiam nobiliores,& honeſtiores,quinimmò pro parte dicti Petri plures etiam nobiles, & honeſti
39 fuerunt examinati: Item † quando tractatur de informando iudicem,nõ debet attend nobilitas,& dignitas teſtium, ſed eorum peritia,& qualitas, an de negotio melius informati,atque inſtructi eſſe poſſint, ut probatur in dicto capit. propoſuiſti,& in c.cauſam de teſtibus,iunctis iis,quæ habentur in c.forus de uerborum ſignificatio. Sed in caſu noſtro conſtat aſſumptos fuiſſe peritiores, quoniam ut periti, & practici fuerunt aſſumpti, atque electi,& eorum induſtria fuit à iudicibus approbata, item alij teſtes pro parte ipſius Petri examinati melius, ac magis concludenter deponunt, ut ſupra dixi,ergo &c.¶ Præterea poſito,quòd teſtes domini Prioris concluderent,optimèque probarent,tamen propter hoc relatio,& conceſſio cum cauſæ cognitione, & ſolennitate à iure requiſita facta reuocari non deberet, quia pro parte domini Prioris ad hoc non agitur,neque petitur, quòd eccleſia ob enormem ipſius læſionem aduerſus relationem, & conceſſionem prædictam in integrum reſtitua-
40 tur,per ea,quæ ſupra in ſimili dicta fuerunt.Vltimo † Prior agendo rei uendicatione, & dicendo eccleſiam eſſe dominam,præſupponit nullum dominium ſpectare, ſeu eſſe penes reum conuentum,& conſequenter conceſſionem ipſo iure nullam fuiſſe capit.1.de rebus eccleſ.non alienan.in 6. c.nulli extra eodem titu.& d.c.fine exceptione:Si enim aliqua fuiſſet, & ualida, quamuis reuocabiliter, ex ea ius, & dominium utile in emphyteotam fuiſſet tranſlatum iuxta ea,quæ habentur in l.3.§.ex contrario ff. de acquiren. poſſeſſio.in l.ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum ff.commoda.&
41 & in d.c.ad audientiam: † Ille uerò,qui reſtitutionem in integrum petit aduerſus contractum, præſupponit contractum ualere, alioquin reſtitutio in integrum non ualeret, ut not.in d.c.1.de in integrum reſtitutio. & in dicto cap. ad audientiam,& eſt text.in l.in cauſæ §.pomponius in finalib. uerbis,ibique glo.ff.de minorib.& l.3.ff.rem ratam haberi: Et ſic Prior eſſet ſibimet contrarius, quoniam quòd actus ualeat,& non ualeat,ſunt contraria: quo fit, ut petendo in hoc iudicio reſtitutionem,non ſit audiendus l.1. C.de furtis,l.ubi repugnantia ff.de regu.iuris, & habetur plenè per Bartolum in l.naturaliter §.nihil commune ff.de acquirenda poſſeſſione. Ex his igitur omnibus, & ex aliis, quæ poſſent excogitari, concludo partes domini iudicis eſſe debere in abſoluendo præfatum Petrum à petitione dicti domini Prioris,qui cum temerè litigauerit, eſt in expenſis condẽnandus,iuribus uulgaribus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emptionis,& uenditionis contractus eſt,quando adeſt res uenalis,& pretium certum.*
Licet contrahentes emptionem,& uenditionem expreſſè non nominauerint num.8.
2 *Vſusfructus,& uſus rei uendi poteſt.*
3 *Pretij ſolutio in incertum tempus mortis collata emptionis contractum non alterat,quin dicatur emptio.*
4 *Pretij ſolutio in contractu emptionis poteſt in diem,& ad tempus prorogari,atque differri.*
5 *Emptionis,& uenditionis contractus,in quo aut læſio ultra dimidiam iuſti pretij,aut dolus quoquo modo interuenit,eſt nullus,uel reſpectiuè reſcindendus;*
Et an referat,an læſio ab initio,uel ex poſt facto interuenerit,& num.24 & 25.
7 *Precariæ contractus quando,& quis dicatur,& quid,& quantum in ea dari,& concedi poſſit ad hoc,ut contractus ualeat,& num.18.*
9 *Emptionis,& uenditionis nominatio quandoque uenditionem eſſe neceſſario non infert.*
10 *Vſumfructum emens ex eo,quòd celebrato contractu fere ſtatim mortuus fuerit,læſus dici non poteſt.*

Vſufru-

11 *Vſufructu alicui aſsignato, is iuris præſumptione per triginta annos uiue-re præſumitur, in quacunque ætate fuerit.*

12 *Emptio fructuum naſciturorum, iactus retis, frumentorum in herbis exiſtentium, & ſimilium, & conſequenter ſpei cuiuſdam ualet, etiam ſi nihil percipiatur, nec aliquo læſionis prætextu reſcindi poteſt, & pretium integrum eſt uenditori ſoluendum.*

13 *Venditione, & emptione contracta, ſi traditione rei nondum facta, & pretio nondum ſoluto, res tota perierit, aut aliud damnum, ſiue periculum abſque dolo, & culpa uenditoris circa rem euenerit, totum periculum, & damnum ad emptorem pertinet.*

14 *Contractus innominatus iudicatur ſecundum naturam cõtractus nominati, cui magis aſsimilatur.*

15 *Precariæ contractus ſpecies quot ſint, & quot modis fiat.*

16 *Vſurarius contractus non eſt, quando quis dedit alicui mille pleno iure, & irreuocabiliter, cum pacto, quod ipſi danti ſingulis annis eius uita durante decem pro centenario ſoluere teneatur,*

17 *Et an, & quando huiuſmodi contractus licitus eſſe dicatur.*

18 *Conceſsio rei immobilis ſi fiat alicui ad utendũ, & fruendum, donec uixerit, & non ultra, & in recompenſationem rei ſic conceſſæ recipiens ipſi concedenti rem, uel certam quantitatem pecuniæ pleno iure ipſi acquirendam det, ſeu dare promittat, contractus precariæ, uel illi ſimilis dicitur celebrari: & quid, & quantum hinc inde dari, & concedi poſsit, & debeat:*

19 *Conceſsio, ac contractus huiuſmodi etiam ab alio, quam ab eccleſia fieri poteſt.*

20 *Precariæ contractus eſt etiam de iure ciuili, & in perſonis ſecularibus licitus, quamuis hoc nomen à iure canonico fuerit impoſitum.*

21 *Iura loquentia de eccleſia, ſi nihil ſpecialitatis contineant, in aliis quoque perſonis locum habent.*

22 *Tex. in c. precariæ 10. q. 2. an corrigat iura ciuilia, nec ne, declaratur.*

23 *Læſio, ob quam contractus emptionis, & uenditionis reſcindi poſsit, quando, & quomodo ſit attendenda.*

24 *Læſio poſt contractum uenditionis caſu contingens ad emptorem ſpectat.*

26 *Iuramentum quoad effectum, & robur contractus ad hæredes tranſit, ſed non quoad reatum periurij.*

EPITOME.

SIQVIS *domum, aut aliã rem immobilem alicui ad utendum, & fruendum conceſſerit, donec ille uixerit, & non ultra, & recipiens in recompenſationem rei conceſſæ rem certo pretio æſtimatam, uel certam pecuniæ quantitatem poſt eius mortem ipſi concedenti pleno iure, & irreuocabiliter ei acquirendam dare promiſerit, etiam ſi res ad utendum, & fruendum conceſſa duplo pluris eſſet, quam res in recompenſationem dari promiſſa, tamen contractus ualuit, & precaria contractus, uel illi ſimilis dicitur celebratus: & ipſo recipiente etiam poſt unum annum à die prædicti contractus celebrati mortuo, eius hæredes prætextu læſionis contractum reſcindere, aut aliter annullare non poſſunt, ſed ad rem, uel pecuniam promiſſam ipſi concedenti dandam tenentur.*

CONSILIVM. XC.

QVIA initium ſapientiæ eſt timor domini, ideò Dei Optimi Maximi ſuffragio implorato, ad infraſcriptam conſultationem deuenio: in qua præſuppoſita ſerie facti mihi exhibita, iuris eſſe uidetur, quòd contractus inter dominum Rogerium ex una, & Pompeium, ac dominam Ioannam coniuges ex altera initus ſit inutilis, uel ſaltem ob enormem læſionem dictorum coniugum reſcindi poſſit, Primo, quia aut uolumus hunc contractum eſſe
1 nominatum, uidelicet emptionis, & uenditionis, † prout
ille ex eius facie pro tali eſt habendus, cum ad ſit res uenalis, quæ de ſubſtantia huiusmodi contractus requiritur, ut in l. nec emptio ff. de contrahen. emp. uidelicet uſusfructus,
2 ſeu uſus domus ex parte domini Rogerij, † qui uſusfructus
uendi poteſt l. neceſſario in fin. ff. de pericu. & commo. rei uendi. Inſtit. de uſufru. §. 1. iuncto §. fin. cum gloſ. Inſtit. de ſeruit. urbanorum prædio. item certum pretium, uidelicet librarum ſexcentarum, ex quibus duobus contractus iſte perficitur, ut in §. pretium Inſtit. de empt. & uenditio. l. 1. & d. l. nec emptio ff. de contrahen. emp. & l. 2. ff. locati: & licet pro parte dictorum coniugum fuerit promiſſum prædium, & ſic potius contractus innominatus, ſeu permutationis uideatur, tamen ex quo dictum prædium fuit certo pretio librarum ſexcentarum æſtimatum, iudicandus eſt contractus
3 emptionis, & uenditionis l. 1. C. de rerum permuta. † Nec al
terari uidetur ex eo, quòd aſſignatio, ſeu ſolutio dicti pretij fuerit in incertum tempus mortis dictorum coniugum collata, quia & ſi tempus illud incertum ſit, quando, eſt tamen certum, an, l. dies incertus cum ibi not. ff. de condi. &
4 & demon. Ac etiam † pretij ſolutio in contractu emptio-
nis poteſt in diem, & ad tempus prorogari, atque differri, l. ita autem Inſtit. de inutil. ſtipul. l. cedere diem ff. de uerbo. ſignifi. §. omnis Inſtit. de uerborum obliga. §. uenditæ cum ibi not. Inſtit. de rerum diuiſ. & in l. curabit C. de actio. emp.
5 Sed † quãdo in contractu emptionis, & uenditionis inter-
uenerit læſio ultra dimidiam iuſti pretij, aut dolus dãs cauſam contractui, ſeu in contractum incidens, aut re ipſa, tunc contractus eſt nullus, uel reſpectiuè reſcindendus iuxta ea, quæ habentur in l. eleganter §. 1. ff. de dolo, in l. ſiquis cum aliter ff. de uerborum oblig. l. 2. C. de reſcin. uendit. gloſ. in l. item ſi pretio ff. locati, & c. cum dilecti extra de emptio. & uendit. cum ibi plenè not. & in caſu occurrenti re ipſa dolus interuenit, quia adeſt læſio ex parte dictorum coniugum ultra dimidiam iuſti pretij, cum uix per annum integrũ morte præuenti domo eis ad utendum, & fruendum conceſſa uix uſi fuerint, & ſi pro tàm breui uſu ipſi, uel eorum hæredes prædium æſtimationis librarum ſexcentarum domino Rogerio præſtare tenerentur, nempe de illorum enormiſſi-
6 ma læſione appareret, ergo &c. † Nec referre uidetur,
an læſionis cauſa ab initio conceſſionis, an uero expoſtfacto ſuperuenerit argumento c. dilecti, & c. ſuggeſtum extra de decimis, & not. in c. quid per nouale, ibique gloſ. in uer. malignos extra de uerborum ſignifi. ubi priuilegium, eiusq; conceſſio reuocatur non ſolum, ſi à principio enormiter lædebat, ſed etiam ſi expoſtfacto enormiter lædere incœpit.

¶ Secundo ſi uolumus dicere, iſtum contractum fuiſſe innominatum, ſeu generali nomine precaria nuncupatum iuxta ea, quæ habentur per gloſ. & ſcriben. in c. 1. extra de preca.
7 & in c. precaria 10. q. 2. quia † precaria dicitur quando res
ſolum ad utendum, & fruendũ uni ad eius uitam conceditur cum promiſſione ab ipſo recipiente facta de dando ipſi concedenti rem poſt mortem recipientis, ut factum fuit in caſu occurrenti iuxta l. iubemus §. fin. C. de ſacroſ. eccle. & §. ſi oeconomus 10. q. 2. & tunc dicendum eſt, huiuſmodi cõtractum fuiſſe inualidum, quia de iure neceſſariũ eſt, quòd quando rem ſic recipiens ad utendum in recompenſationẽ uſusfructus conceſſi aliam rem ſuam poſt eius mortem pleno iure dare promittit, ipſi fueri conceſſa res ad utendum, quæ ſit dupli pretij: Si uerò recipiens ſtatim, & eo uiuente in recompenſationẽ rem ſuam dederit, requiritur, quòd res ad utendum conceſſa maioris redditus in triplum fuerit c. precariæ il 1. 10. q. 2. Abb. in d. c. 1. in 2. ſpecie contractus precariæ extra de precar. ubi inquit precariam eſſe quandam præſtationem uſusfructus in recompenſationem proprietatis, uel econtra, ut ibi, & d. c. precariæ, & Alex. in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus col. 20. ff. de damno infec. ſed domus à domino Rogerio dictis coniugibus ad utendum, & fruendum conceſſa nõ erat dupli, nec tripli pretij cum prædio libris ſexcentis æſtimato, ergo contractus huiuſmodi nõ uidetur celebratus, prout de iure celebrari debebat, & ideò dicendum eſt, uel illum non ualuiſſe, uel ipſos coniuges ultra dimidiam pretij rei ipſis ad uſum conceſſæ deceptos fuiſſe,

fuiſſe, cum res dupli, uel tripli pretij ipſis concedi debuiſ
ſet, ut ſupra, & propterea contractum ſaltem per exce-
ptionem doli pro parte dictorum coniugum, uel ſuorum
hæredum reſcindendum eſſe, argumento d. l. ſiquis cum
aliter in fin. & ibi gloſ. & ſcriben. & habetur in d.c. cum di
lecti, & in d.l.2. ubi Bart. & alij C. de reſcin. uendit.

¶ His tamen omnibus non aduerſantibus, prout rectè intel
ligenti minimè aduerſari dicuntur, contrariam ſententiam
proculdubio veriorem eſſe exiſtimo, quòd contractus, ut ſu
pra, & prout in facto proponitur, celebratus dicatur vali-
dus, & de iure firmus, ſiue illum nominatum emptionis, &
venditionis eſſe velimus, ſiue innominatum emptioni ſimi
lem, ſiue contractum precariæ, quem etiam innominatum
appellat glo. in d.c.1. de precar. ibique Imol. Nam præſup-
poſito, quòd hic fuerit contractus venditionis vſusfructus
ex parte domini Rogerij, & emptionis ex parte dictorum
coniugum, qui libras ſexcentas in recompenſationem uſuſ
8 fructus poſt eorum mortem promiſerunt, quia † res, &
pretium certum emptionem, & venditionem arguunt, licet
contrahentes expreſsè emptionem, & venditionem non
nominauerint l. naturalis §. & ſi quidem ff. de præſcrip. uer.
9 † ſicut etiam quandoque è conuerſo nominatio emptionis,
& venditionis neceſſario venditionem eſſe non infert l. in-
ſulam ff. de præſcrip. uer. concludendum eſt huiuſmodi cõ
tractum valuiſſe, cum nihil eius validitati repugnet, non
enim apparet ipſos coniuges fuiſſe ad contrahendum dolo
inductos iuxta d. l. eleganter §. 1. nec circa rem dolum, qui
10 in contractum incidit, uel re ipſa interueniſſe: † nam ipſi
in primis ſciuerunt, ſeu ſcire debuerunt uſumfructum em-
ptione, vel alio modo quæſitum morte uſufructuarij re-
cipientis de iure finiri, & extingui, §. finitur Inſtitu.
de uſufruct. l. neceſſario in fin. ff. de pericu. & commod.
rei venditæ. Emendo ergo uſumfructum certo etiam
magno pretio uidentur cogitaſſe, ſe celebrato contractu
naturaliter ilico mori poſſe, quia dies mortis certus eſt, an,
incertus autem, quando, d. l. dies incertus: & conſequenter
huic periculo propter ſpem viuendi ſe ſubiecifſe videntur
adeò, quòd eueniente dicto caſu, quòd emptor uſusfructus
ilico poſtea extinctus fuerit, hæredes etiam agere non poſ-
ſint, hoc enim ex diſpoſitione, & rei natura prouenit, quæ
eſt, ut uſusfructus morte extinguatur d. l. neceſſario in fin. &
11 præſertim quia † quando uſusfructus alicui fuit aſſigna-
tus, is præſumitur iuris præſumptione viuere per triginta an
nos, in quacunque ætate fuerit, ut in l. hæreditatum poſt
prin. verſicu. eoque nos iure cum glo. ff. ad l. falcidiam, licet
ſecus eſſet, quando alicui vſus, ſeu alimẽta conceſſa eſſent,
vt ibi in princi. & rationem diuerſitatis ponunt glo. & ſcrib.
12 ibi: Facit etiam in ſimili, † quòd quando quis fructus ex
tali fundo naſcituros emit, illis etiam non natis, emptio te-
net, nec aliquo læſionis prætextu reſcindi poteſt, ſicut etiam
illi, qui iactum retis, ſeu captum piſcium, vel auium, uel miſ
ſilium emit, contingit, quia ualet emptio, & integrum pre-
tium conuentum venditori debetur, etiam ſi nihil captum
fuerit, nam ſpes quædam empta cenſetur l. nec emptio §. 1.
ff. de contrahen. emp. & l. ſi iactum ff. de actio. empt. natura
enim rei uenditæ, ac legis diſpoſitio hoc operantur, ſecun-
dum quam contrahentes contraxiſſe cenſentur l. pacta con
uenta ff. de contrah. emp. habemus etiam bonum ſimile in
l. ſi fiſtulas §. frumenta ff. de contrah. empt. ubi ſi quis certo
pretio frumenta, quæ in herbis erant, emit, ſi poſtea aliquo
caſu fortuito conſueto frumenta fuerunt corrupta, & nihil
emptor recollegit, emptio non reſcinditur, ſed damnum eſt
emptoris, & ipſe pretium integrum uenditori ſoluere tene
13 tur, quia ſpes uendita fuit: & † tex. in §. cum autem Inſtit.
de emp. & uend. inquit, quòd contracta uenditione (quod
efficitur, quando de pretio conuentum fuit) etiam ſi res tra
dita non fuerit, & pretium nondum ſolutum, ut quia fides
fuerit de pretio habita, ſi res perierit, uel aliud damnum, ſeu
periculum circa illam euenerit abſque dolo, & culpa uen-
ditoris, totum damnum, & rei periculum ad emptorem per
tinet: optimus etiam eſt textus in l. id, quod ff. de pericu. &
commod. rei uend. ubi ſi poſt contractam emptionem totus
ager perierit, uel totus flumine occupatus fuerit, periculũ,
& dãnũ eſt ſolius emptoris l. 1. C. eo. tit.: Poſſent plura alia
exẽpla adduci, ſed cum peritiſſimum alloquar, nõ expedit.
Et ideò idem, quod ſupra, concludendum eſſet, ſi non
fuiſſet celebratus contractus nominatus emptionis, & uen
ditionis, ſed innominatus, quoniam cum eſſet ſimilis con-
tractui emptionis, & uenditionis propter uſumfructum, qui
de iure uendi poteſt, & ob certam quantitatem pecuniæ
conuentam, & promiſſam, de eo iudicandum eſt, prout iu-
dicatur, & à iure diſponitur de emptione, & uenditione,
14 quia † contractus innominatus iudicatur ſecundum na-
turam contractus nominati, cui magis aſſimilatur l. 1. §. ſi
quis ſeruum, ibique Barto. & alij poſt glo. ff. depoſi.

¶ Si uerò, & fortè melius dicamus, contractum, de quo in
15 puncto exhibito, fuiſſe contractum precariæ, † cuius ſpe-
cies ſecundum diuerſas conſuetudines ſunt tres, aut qua-
tuor, prout aliàs legendo declaraui in c. 1. extra de in inte-
grum reſtitutio. & in d.c. 1. de preca r. poſt glo. Abb. Imol. &
alios ſcribentes, & propterea ad cognoſcendum in caſu, de
quo agitur, cuius ſpeciei huiuſmodi precaria fuerit, operæ-
pretium eſt eas ſingulas breuiter enarrare, nam quando-
que fit precaria ad longum tempus, quando res concedi-
tur non gratis, ſed ut aliquid annuatim ſoluatur, cum pa-
cto renouationis non de 29. annis in 29. annos, prout fit in
emphyteoſi, ſed de quinquẽnio in quinquenniũ perpetuo,
ut in c. precariæ il 2. 10. q. 2. d.c. 1. extra de precar. ibique
Imo. Abb. & alij poſt gl. & hic nõ eſt caſus noſter: Secundo
fit precaria, quando res ab eccleſia gratis ob merita præce-
dentia ad vitam, & preces alicuius conceditur c. clerici 16.
q. 3. c. ſæpe 12. q. 2. & c. poſſeſſiones 16. q. 1. & tunc quædã
donatio uſusfructus cenſetur, à quo tamen in tempore re-
nouationis differre cenſetur, ut inquit Abb. poſt glo. in d.c.
1. quæ ſpecies etiam caſui noſtro non adaptatur. Tertia
ſpecies precariæ fit ex loci conſuetudine alio modo, quam
doceant glo. Abb. & alii in d.c. 1. & prout in caſu neceſſita-
16 tis eccleſiæ uidi obſeruari, † quòd aliquis dedit illi mille
pleno iure, & irreuocabiliter cum pacto, quòd eccleſia ipſi
danti ſingulis annis durante eius vita decem pro centena-
rio ſoluere teneatur: qui contractus non cenſetur uſura-
rius, quia nec verum, nec præſumptum mutuum interue-
nit, propterea quod mille pleno iure, & irreuocabiliter ec-
cleſiæ acquiruntur contra naturam mutui l. 2. in princi. ff. ſi
certum peta. & colligitur ex diffinitione uſuræ, de qua ha-
betur in rub. extra de vſuris, ſine quo mutuo uſura commit
ti, & eſſe non poteſt c. conſuluit de vſuris, & in d. rubrica,
17 vbi pleniſſimè dixi. An autem † hic contractus alio reſpe
ctu dicatur licitus, ſunt aliæ circunſtantiæ inſpiciendæ, ſi
enim dans mille eſſet ſenex, & talis conditionis, quòd breui
tempore mori ſperaretur, licitus eſſet, ſin autem eſſet iuue
nis, de cuius vita longa ſpes foret, iuxta ea, quæ habentur in
l. hæreditatum ff. ad l. falcid. adeò quòd veriſimiliter ipſe an
nuatim percipiendo poſſet longè maiorem ſummam pecu
niarum, quam eſſent mille, percipere, tunc licet contractus
huiuſmodi ex tali forma non poſſet vſurarius cenſeri, tamẽ
quis ſaluti ſuæ benè conſuleret, ſi à tali contractu ceſſaret,
cum hominum cogitationes omnipotenti Deo occultari
nequeant, ut in ſimili inquit tex. in c. in ciuitate extra de vſu
ris, ac etiam in terminis inquit Bal. in l. ſi pater C. de inoffic.
teſtamen. & facit id, quod voluit gloſ. in d.c. precariæ il 1.
10. q. 2. in verbo duplum, conſiderando ætatem recipientis

rem æd utendum ab eccleſia, an ſit ſenex, ſeu debilis, uel iu
uenis, & robuſtus: Sed neque in hac precariæ ſpecie nos ſu
18 mus. Quarto modo etiam † contractus precariæ, uel il-
li ſimilis de iure celebrari poteſt, concedendo alicui rem im
mobilem ad utendũ, & fruendum, donec ille uixerit, & nõ
ultra, & ipſe recipiens in recompenſationem rei conceſſæ
det, ſeu dare promittat rem, uel certam pecuniæ quantita-
tem ipſi concedenti pleno iure acquirendam; in quo tamẽ
ſit differentia, an recipiens ſtatim tempore conceſſionis in
recompenſationem, ut ſupra, dederit, & aſſignauerit pecu
niam, ſiue rem certam, quia tunc concedens rem maioris
ſummæ in triplum, quam fuerit res in recompenſationem
tradita, poteſt concedere, an uero recipiens rem, ſeu pecu-
niam in recompenſationem aſſignauerit ſolũ poſt eius mor
tem pleno iure acquirendam, quoniam tunc res, quæ cõce
ditur ad utendum, poteſt eſſe maioris pretij in duplum, quã
ſit ſumma, uel res in recompenſationem data, ut hæc om-
nia probãtur in d.c. precariæ il 1. & not. per gl. & latius per
Archid. ibi, qui per illum tex. inquit eccleſiam, ſeu prælatũ
eiuſdem non poſſe uſumfructum rei eccleſiæ concedere
ultra duplum, uel triplum redditurum rei, ſeu proprietatis
in recompenſationem cõceſſæ, nec ultra mortem recipien
19 tis, alioquin precaria non ualeret: ¶ Et † quamuis tex. in
d.c. precariæ, & alia iura ſimilia uideantur loqui in eccle-
ſia, à qua res alteri ad utendum conceſſa fuiſſet, tamen hoc
idem dicendum eſſet in quolibet alio etiam ſeculari, quia
ſi in eccleſia, cuius bona alienari prohibentur c. nulli de re-
bus eccle. non alien. & conſequenter etiam ad utendum, &
fruendum in uita alicuius concedi, cum talis conceſſio dica
tur alienatio c. nõ liceat 12. q. 2. & l. fi. C. de rebus alien. nõ
alien. huiuſmodi contractus precariæ, ut ſupra, factus per-
miſſus dicitur, d.c. precariæ, & habetur in d.c. 1. de precar.
multo magis hoc dicendum eſt in aliis perſonis etiam ſecu
laribus, quibus regulariter permiſſum eſt de rebus ſuis di-
ſponere, illaſque alienare l. in re mandata C. manda. l. non
uſque ff. ſiquis à par. fuer. manum. & §. per traditionem
Inſtit. de rerum diuiſ. & præſertim hoc dicendum eſt, quan
do contractus precariæ fieret iuxta formã à iure ciuili per
miſſam, ut habetur in l. iubemus in §. ſanè, qui eſt §. fin. C.
de ſacro. eccl. & in §. ſiquis autem, & in §. hæc igitur in auth.
de non alien. aut permu. reb. colla. 2. nec non in §. ſi uerò ali
quis uoluerit, & in §. ſi quis uoluerit in auth. de alien. & em
phy. coll. 9. de quorum iurium diſpoſitione Gratian. in trac.
quem in 10. q. 2. facit de cõtractatu precariæ, mentionẽ fa-
20 cit ante d.c. precariæ cum ſequentibus. Ex quibus † infer-
tur, quòd licet iura ciuilia proximè relata non appellent cõ
tractum illum hoc ſpeciali nomine precariæ, tamen atten-
to hoc effectu, quòd ad preces recipientis fieri cenſetur, ut
in dictis iuribus, iura canonica illi contractui hoc nomẽ pre
cariæ impoſuiſſe uidentur, quia de illo in dicto tractatu pre
cariæ loquuntur, ueluti etiam eſt de mente Alex. in d.l. ſi fi-
nita § ſi de uectigalibus col. 20. & gloſ. & Imol. in d.c. 1. de
precar. ut quãdo aliquis uſu rei immobilis alterius puta lai
ci, uel eccleſiæ indigens rogauit dominum, ut rem illam ſibi
utendam, & fruendam ad certum tempus, aut uſq; ad eius
mortem concederet cum pacto, quòd recipiens ipſi conce
denti certam pecuniam daret, uel rem immobilem tãti red
ditus, quanti eſſet res ſibi ad utendum conceſſa, ut in dictis
iuribus proximè allegatis, nam ſi in eccleſia, ut dixi, contra-
ctus hoc modo celebratus eſt licitus, & permiſſus, ut in di-
ctis iuribus, multo magis hoc idem in perſonis ſecularibus
dicendum eſt per prædicta, & argumento auth. multo ma-
gis C. de ſacroſan. eccle. & C. de epiſco. & cler. & ſi dicere-
tur dicta iura ciuilia loqui de eccleſiis rem ſuam ad uten-
tum, ut ſupra, concedentibus, idem tamen à maioritate, uel
ſaltem identitate rationis in aliis perſonis etiam ſecularibus
eſt dicendum l. à titio ff. de uerborum obliga. & argumen-
to eorum, quæ habentur in c. 1. de noui oper. nuncia. & in
21 c. 1. ubi dixi, extra de conſtitu. † quis enim negabit, iura de
eccleſiis loquentia, nec aliquid ſpecialitatis continentia in
aliis perſonis locum habere? Certè nullus, argumento l.
illud ff. ad l. aquil. & ſecundum hunc ultimum modum
contrahendi, & faciendi contractum precariæ uidetur con
tractus, de quo agitur, inter dominum Rogerium ex una, &
dictos coniuges ex altera celebratus, ut ex inſpectione in-
ſtrumenti producti clariſſimè apparet: Et ideò concluden-
dum eſt, illum fuiſſe, & eſſe licitum, & de iure ualuiſſe per
prædicta. ¶ Nec uerum uidetur, ut aliqui fortaſſe dixerũt,
quòd iura ciuilia proximè allegata uideantur correcta per
tex. in d.c. precariæ 10. q. 2. dum loquitur de duplo, aut tri-
plo, iura uerò ciuilia requirunt ſolum rem eiuſdem red-
22 ditus in recompenſationem aſſignari; Quia † in primis nẽ
gatur, illa fuiſſe correcta, neque hoc eſt dicendũ c. cum ex-
pediat de electio in 6. l. unica C. de inoffic. dot. & gloſ. &
docto. in d.c. precariæ il 1. non præſupponunt, illa fuiſſe cor
recta, ſed loqui in diuerſis caſibus, ut ex uariis ſolutionibus
gl. Dominici, & aliorum in d.c. precariæ colligitur. Præte-
rea dicta iura ciuilia magis ad fauorem eccleſiarum diſpo-
nunt, quam tex. in d.c. precariæ, illa enim uolunt omnino in
recompenſationem rei ad utendum ab eccleſia conceſſæ
dandam eſſe rem eiuſdem ualoris, & redditus; ſed tex. in
d.c. precariæ permittit, ut eccleſia ad utẽdum, & fruendum
rem maioris redditus in duplum, uel triplum, quam ſit res
data eccleſiæ pleno iure in recompenſationem, concedere
poſſit: Ergo inconueniens eſſet dicere, quòd iura canoni-
ca, quæ ſemper magis eccleſiis, quam aliis perſonis maximè
ſecularibus fauere ſolent, ut in l. 1. & per totum C. de ſa-
croſan. eccle. & extra de immun. eccleſ. & magis, quam iu-
ra ciuilia, dicerẽtur corrigere dicta iura ciuilia, quæ in hoc
magis eccleſiis fauent, quam canonica. Et propterea uerius
uidetur, quòd per tex. in d.c. precariæ, ut homines ſecula-
res maximè ad dandum res ſuas pleno iure eccleſiæ inuitẽn
tur, fuerit ampliatum illud, quod per ius ciuile erat in dictis
iuribus introductum, ut recipiens rem ab eccleſia ad uten-
dum non ſolum rem eiuſdem ualoris, & redditus dare poſ
ſit, ut in dictis iuribus ciuilibus, ſed etiam rem lõge minoris
redditus; dummodo res ab eccleſia conceſſa non ſit maio-
ris redditus in duplum, ſeu triplum iuxta diſtinctionem d.
c. precariæ: & hoc quoad intellectum d.c. præcariæ ue-
riſſimum eſſe arbitror, nec aliter dici poteſt, ſi iura omnia
prædicta recte inſpiciantur. ¶ Supereſt modo reſponden-
dum, illis, quæ ſupra in contrarium fuerunt conſiderata, &
quæ prima fronte concluſioni prædictæ multum aduerſari
uidentur: & primo nõ refragatur, quòd contractus, de quo
agitur, uideatur contractus emptionis, & uenditionis, uel ſal
tẽ innominatus emptioni, & uẽditioni ſimilis, ſecundũ cuius
naturã regulandus eſt cõtractus innominatus illi ſimilis d.l.
1. §. ſiquis ſeruum ff. depoſi. cũ aliis: Sed contractus emptio-
nis, & uenditionis eſt inualidus propter enormẽ læſionem,
quæ dimidiã iuſti pretij excederet, ergo &c. Quia huic mo
tiuo reſpõdetur primo, nos nõ eſſe in cõtractu emptionis, &
uenditionis, nec in innominato illi ſimili, ſed in alio genere
contractus, qui precaria dicitur, ut dictum eſt, qui habet ſuã,
& diuerſam naturam à contractu uenditionis, & in quo læ-
ſio ultra dimidiam nõ attenditur, ut in d.c. precariæ il 1: ubi
caſus, & ſupra dixi. Secundo eſto nos eſſe in contractu uen
23 ditionis, † tamen dico non debere læſionem illam attendi,
quæ poſt contractum ſuperuenit, ſed eam, quæ erat eo tem
pore, quo contractus fuit celebratus, ut uolunt omnes poſt
gl. in d.l. 2. C. de reſcin. uend. & in d.c. cũ dilecti de empt. &
uẽdi. cum ſimilib. æſtimatio enim rei illa eſt attendẽda, quæ
erat tempore contractus, non autem illa, quæ mutata fuit,
&

& expoſtfacto ſuperuenit, ut ibi: Sed in caſu occurrenti ſi
læſio enormis, & vltra dimidiam iuſti pretij interuenit, non
dicitur interueniſſe tempore contractus, ſed poſt contra-
ctum propter mortem ipſorum coniugum, ob quam vſuſ-
24 fructus fuit extinctus, ut ſupra, ergo &c. Præterea † cum
hæc læſio poſt cōtractum perfectum caſu interuenerit, hoc
eſt morte amborum coniugum, qui diu ſuperuiuere pote-
rant, certè hæc læſio ad inualidandum contractum non de
bet eſſe in conſideratione, immò hoc periculum, & dam-
num caſu proueniens ad ipſos coniuges, eorumque hære-
des ſpectare debet l. neceſſario in fin. & per totum ff. de pe-
ricu. & commo. rei uendi. l. 1. & per totum C. eodem titu. &
facit tex. in l. ſi ex legati ff. de uerborum obligatio. cum ſim.
Nec aduerſatur c. ſuggeſtū cum ibi not. cum c. præcedenti
extra de decimis, ubi priuilegiū ex cauſa conceſsū, ſi expoſt
facto alteri nociuum eſſe incipiat, reuocatur, & in effectu
25 non valet, quia † ibi hoc eſt ſpeciale in priuilegijs, de quo
rum natura eſt, ut tertio non præiudicēt l. 1. §. ſi quis à prin
cipe, & §. merito ff. ne quid in loco publico. Regulariter au
tem ſecus eſt, maximè in contractu emptionis, & uenditio-
nis, ut in iuribus præallegatis. ¶ Secundo motiuo ſimi-
liter ex deductis ſupra pro ualiditate contractus huiuſmo-
di colligitur reſponſio, quoniam contractus precariæ ſub
hac forma, de qua in inſtrumento producto, celebratus iu-
ſtus, & de iure ualidus habetur non ſolum in eccleſijs, ſed
etiam & multo magis inter ſeculares, ut latius ſupra dixi,
non obſtante, quòd eccleſia rem maioris redditus in du-
plum, uel in triplum ad utendum conceſſerit per d. c. pre-
cariæ. Et per prædicta videtur de iure concludendum,
quòd contractus in caſu occurrenti celebratus ualidus fue
rit, & ideò ſeruandus maximè propter iuramentum, quod
debuit ſeruari, ex quo ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari po
teſt, & ſecundum quod iura etiam mandant talem contra-
ctum ſeruari c. cum contingat extra de iureiuran. cum ſimi
26 libus. Et † quamuis iuramentum ſit perſonale, & ad hæ-
redes iurantis quoad reatum periurij non tranſeat c. veri-
tatis extra de iureiuran. tamen quoad effectum, & robur
contractus ad hæredes tranſit, ut per Bald. in l. 1. C. de re-
bus creditis, & habetur in c. veritatis de iureiuran. Ex qui-
bus omnibus infertur, quòd ſtante validitate contractus,
cum ex parte domini Rogerij contractus fuerit adimple-
tus, inſtrumentum contra hæredes dictorum coniugum,
etiam illis contradicentibus, exequutioni mandari debet,
nec uideo, quid in contrarium de iure urgeat, niſi iura, & fi
dem contrahentium quis uiolare uellet. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Locatio rei eccleſiæ per conſtitutionem Pauli Veneti vltra triennium eſt prohibita;* } *& quō hæc procedūt nume. 18.*
2 *Et de iure communi vltra ſeptennium.*
3 *In alienatione rei eccleſiæ, & monaſterij non ſufficit conſenſus abbatis, vel prælati regularis illius eccleſiæ, & monaſterij, ſed conſenſus, & auctoritas epiſcopi requiritur, alioquin alienatio eſt nulla, quod declaratur nume. 8.*
4 *Et illi etiam, qui alienauerunt, ſeu locauerunt, non obſtante eorum iuramento, contrauenire poſſunt, & multo magis ſucceſſores num. 6.*
5 *Res eccleſiæ non ſolita locari quando etiam in perpetuum locari poſſit.*
7 *Alienatio rei eccleſiæ regulariter prohibita ſi facta ſit ex iuſta cauſa, et cum ſolemnitate à iure requiſita, valet, & ſeruanda eſt, & quæ ſit iuſta cauſa, & ſolemnitas requiſita.*
8 *In alienatione rerum monaſterij exempti à iuriſdictione epiſcopi non requiritur auctoritas, & conſenſus epiſcopi, ſed ſufficit auctoritas, & conſenſus ſui prælati.*
9 *Miniſter, ſeu Cuſtos fratrum minorum, & Prouincialis, ſeu Vicarius generalis fratrum regularium dicitur eſſe prælatus.*
10 *Alienari pleno iure, & in perpetuum locari res alicuius monaſterij propter imminens æs alienum cum auctoritate ſui prælati regularis poteſt, & multo magis alienari quoad vtile dominium, & locari ad tempus tantum.*
11 *Locatio, ſiue alienatio temporalis, per quam etiam dominium vtile transfertur minus præiudicat, quam illa, quæ fit in perpetuum.*
12 *Locatio facta vſque ad ſecundam, vel tertiam generationem dicitur temporalis, & non perpetua.*
13 *In locatione ad longum tempus facta quare conductor minorem penſionem ſoluat, quam in ſimplici locatione ad modicum tempus, & nume. 16.*
14 *Locatio in emphyteoſim, & vſque ad ſecundam, vel tertiam generationem, & ad longum tempus facta non reſcinditur læſione modicæ penſionis, qua locatio ſimplex ad modicum tempus.*
15 *Et quæ læſio ad hoc, vt reſcindi poſſit requiratur.*
16 *Locatio ad longum tempus de re eccleſiæ quando & quare pro minori penſione fieri poſſet, quam ſi ſimpliciter ad modicum tempus fieret.*
17 *Locationi de re eccleſiæ ad longum tempus factæ quando non ſolum qui locarunt, ſed ſucceſſores quoque ſtare tenentur.*
19 *Eccleſiæ rei alienatio, ſiue locatio ad longum tempus aliam iuſtam, & neceſſariam cauſam expoſcit cum cauſa meliorationis, & maioris utilitatis.*
20 *Eccleſia quando non obſtante iuramento prælati, & clericorum poſſit aduerſus locationem ad longum tempus, & alienationem perpetuam reſtitutionem in integrum petere.*
21 *Læſio enormis quæ dicatur.*
22 *Læſio, quæ dicitur enormis in locatione ſimplici ad modicum tempus, non dicitur enormis in locatione ad longum tempus.*
23 *Alienatio rei eccleſiæ ſi ualeat, obligatio quoq; bonorum illius cum promiſſione pœnæ, & iuramento valet, & ſi per eccleſiam, vel eius prælatum contrauenıatur, ad pœnam agi poteſt: Secus ſi alienatio non valeat.*

EPITOME.

LOCATIO de re alicuius monaſterii exempti ad uitam conductoris, eiuſque filiorum ad meliorandum, & propter imminens æs alienum, ac præcedentibus tractatibus religioſorum dicti monaſterii, & cum auctoritate ſui Vicarii generalis, & prælati exempti facta cum iuramento, obligatione bonorum, ac promiſſione pœnæ etiam pro minori penſione, quam res ſimpliciter ad modicum tempus locata fuiſſet, ualet, & ſeruanda eſt, etiam ſi auctoritas epiſcopi non interuenerit, & ſi illi per monaſterium contraueniatur, conductor ad pœnam conuentam agere poterit.

CASVS CONSILII.

FRATRES, & religioſi monaſterii ſancti Iacobi de Bononia ordinis ſancti Auguſtini cum conſenſu, & auctoritate Vicarii generalis dicti monaſterii, & totius prouinciæ Romandiolæ, ac etiam interueniente conſenſu ſubprioris dicti monaſterii omnes legitimè conuocati, & capitulariter congregati, & ut uniuerſi, præcedentibus tribus tractatibus ſpecialiter, & ſolemniter factis, & ſuper infraſcripta locatione celebratis, locauerunt, & conceſſerunt Franciſco Montanario, ac Petro, & Nicolao illius filiis, necnon cuidam alteri Franciſco de Sauiis, & Stephano, Bartholomæo, Nicolao, & Hieronymo dicti Franciſci filiis pro ſe, & eorum, & cuiuslibet ipſorum naturali uita durante tantum, & non ultra quaſdam poſſeſſiones, & petias terræ cum domibus, & iuxta ſuos confines &c. in totum pro affictu annuo librarum centum: & cum pacto ultra prædicta, quòd dicti conductores debeant plantare uites, & arbores arbitrio boni uiri, necnon domos reaptare, ædificare, & conſtruere arbitrio boni uiri ſecundum morem regionis, & duos furnos in dictis rebus locatis ſuis pecuniis, & ſuis expenſis fieri facere, item duo paria caponum quolibet anno dare: & cum pacto

ſto etiam, quòd dicti conductores ante principium locationis, & ante, quam uſum, & patientiam dictarum rerum habeant, tempore contractus facti deberent ſoluere dictis fratribus libras trecentas, quas ipſi locatores quolibet anno in affictibus decurrentibus pro primis tribus annis præfatis conductoribus computare, & bonas facere promiſerunt: Et prædicta dicti fratres fecerunt cum cauſæ cognitione, & matura deliberatione, & quia in euidentem dictorum fratrum, & eorum monaſterii, & conuentus utilitatem tendunt, uidelicet ut ex dictis pecuniis à conductoribus tempore contractus receptis poſſint ſoluere, & ſatisfacere creditoribus dicti conuentus, & monaſterii ex cauſa fabricæ ipſius monaſterii, & ſic propter imminens iuſtum æs alienum, ac etiam ut res locatæ per dictos conductores meliorentur, ut ſupra, & ut latius prædicta omnia continentur in inſtrumentis tàm locationis prædictæ, quàm dictorum trium tractatuum ſuper dictis locationibus factorum, & præcedentium, & cum iuramento, pœnisq́; conuentionalibus, de quibus in dictis inſtrumentis. Stantibus prædictis, dubitatur de duobus, Primo, an talis locatio de iure ualeat, & ad illius obſeruantiam fratres prædicti, ac eorum ſucceſſores teneantur. Secundo, an ſi dicti fratres uel eorum ſucceſſores contraueniant, & conuenta ſeruare denegent, ipſi ad pœnas conuentionales teneantur.

CONSILIVM XCI.

QVOAD primum dubium ſupra in themate prænarrato propoſitum prima facie uidetur dicendum, locationem fuiſſe nullam, & de iure inualidam, & conſequenter dictos fratres, eorúque ſucceſſores contrauenire poſſe, primo per conſtitutionem extrauagantis Pauli Ve
1 neti, † qua res eccleſiæ ultra triennium locari prohibentur, & locatio ultra triennium facta eſt ipſo iure nulla, & locans, ac conducens excommunicantur, & puniuntur, ut in
2 illa habetur: & † de iure communi etiam non eſt licitum res eccleſiæ ultra ſeptennium locare, & ſi fuerint locatæ, poſſunt per ſucceſſores reuocari c.fin.ne prælati uices ſuas.
3 ¶ Secundo † quoniam in alienatione rei eccleſiæ, & monaſterij non ſufficit, quòd interueniat conſenſus abbatis, vel prælati regularis, ſed requiritur conſenſus, & auctoritas epiſcopi, alioquin alienatio eſt ipſo iure nulla c. abbatibus 12.q.2. & c.in venditionibus 17.q.4. & ubique not. &
4 conſequenter † etiam illi fratres, qui locauerunt, poſſunt contrauenire, etiam non obſtante, quòd ipſi non contrauenire iurauerint c.ſi quis presbyterorum cum ibi not.de rebus eccle.non alien.c.non liceat 12.q.2.iunctis not. per Ab
5 batem in c.1.de iureiuran. ¶Tertio † ita demum licet res eccleſiæ non ſolitas locari poſſe etiam in perpetuum locari, quando res erant ſteriles, quia ad meliorandum, & extirpandum locari poſſunt, & melioratæ, ac ad culturã redactæ, & extirpatæ poſſunt cõcedi illis, qui eas meliorarũt, & extirparunt, & non alteri, in tantum, quòd ſi eccleſia res aliquas extirpatas, & ad culturã redactas haberet, non poſſet illas alteri locare, ut magis meliorentur, ut eſt text. ibique Abb. Anto. & communiter omnes in c.ad aures de rebus eccleſ.non alien. iuncto c.2.à contrario ſenſu, ibique doctores de feudis: Sed res in caſu noſtro locatæ, ut ſupra, ante locationem erãt extirpatæ, & ad culturam redactæ abſque opera, facto, & diligentia conductorum, & per multa tempora ante, ergo non potuerunt dictis conductoribus ad meliorandum locari, cum ad longum tempus locari ſolitæ non eſſent. ¶Quarto uidetur hoc in terminis noſtris ferè ad literam probari in c. ad noſtram de rebus eccle. non alien. ubi propter imminens æs alienum clerici regulares, & prælatus ipſorum in feudum conceſſerunt, & ſic ad longum tempus locauerũt, & conſequenter quoad utile dominium alienauerunt rem eccleſiæ: dicitur ibi, quòd propter enorme diſpendium, quod eccleſia ex tali alienatione incurrit, alienatio, ſeu locatio reſcinditur, & res locata ad monaſte-
6 rium redire debet; & ex prædictis infertur, † quòd fratres ſucceſſores huic contractui, & locationi etiam iuratæ ſtare non tenentur, ut probatur in c.fin.ne præla.uices ſuas cum glo.& in d.c.ad noſtram: item contraueniendo non dicuntur pœnas conuẽtionales incurrere, ut probatur optimè in c.2.de precar. ¶Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrarium eſſe de iure uerius eſſe exiſtimo, quòd locatio prædicta ualeat, & ab illa fratres, eorumq́ue ſucceſſores diſcedere nequeant: Ad quod dicendum moneor ex pluribus, & in primis, quia licet regulariter alienatio rei eccleſiæ ſit prohibita, & non ſolum illa, per quam res pleno iure transfertur, ſed etiã, per quã ſolũ quoad utile dñium res transfertur, ut ſi res in feudum concederetur, uel ad longum tempus locaretur, ut in c.nulli, & ibi doctores omnes poſt
7 gloſam de rebus eccle.non alien. † tamen quando alienatio fieret ex cauſa iuſta, puta propter imminens æs alienum, & cum ſolemnitate à iure requiſita, uidelicet cum auctoritate epiſcopi, & conſenſu capituli, ac præcedentibus tractatibus, tunc alienatio valet, & ſeruanda eſt c.ſine exceptione 12.q.2.& habetur per Innocentium, Ioan.And.Abb. Anto.& alios in d.c.nulli, c.1.eodem titu.in 6.& in c.1.& c.tua de his, quæ fiunt à præla.ſine conſen.cap. Sed in caſu noſtro locatio ad longum tempus, hoc eſt ad uitam conductorum, & filiorum iuxta tex.cum ibi not.per Bartolum in authen.quibuſcunque C.de ſacroſanct.eccle. facta fuit ex iuſta cauſa, uidelicet propter imminens æs alienum fabricæ monaſterij, item in eius utilitatem, id eſt, ut res locatæ meliorentur, ac fertiliores reddantur, nec non cum ſolemnitate à iure requiſita, ut ſtatim dicetur, ergo ualere debet, & eſt ſeruanda d.c.ſine exceptione, & gloſ.in ſumma 12.q.2. c.ut ſuper in fin. de rebus eccle. non alien.& ſufficit ſolemnitas uel canonis, uel ſolita ſeruari in eccleſia, de cuius rei alienatione tractatur, ad tradita per Innocent. & Andr. Barbat.in d.c.nulli. Quòd alienatio, ſiue locatio in caſu noſtro fuerit facta ex iuſta cauſa, conſtat ex inſtrumento locationis, & tractatuum: quòd ſeruata fuerit ſolemnitas à iure requiſita, apparet etiam, quia facta fuit, præcedente cauſæ cognitione, ac præcedentibus tribus tractatibus capitulariter factis, cum de iure unus tractatus ſolum ſufficiat d.c.tua in fin.Specula.in titu.de loca.§.ſequitur uerſi.& nota, & ibi Ioan.And.c.1.ibique Ion. Andr.& Domin.cum glo.de re-
8 bus eccle.non alien. & † quamuis non interuenerit auctoritas epiſcopi, tamen ex quo interuenit auctoritas, & conſenſus Vicarij generalis conuentus, & monaſterij Sancti Iacobi, totiusq́ue prouinciæ Romandiolæ, ſatis eſt, abſque eo, quòd auctoritas epiſcopi interuenerit, tum quia in dicta eccleſia, & monaſterio ita ſolitum eſt ſeruari, tum quia in alienatione rei eccleſiæ facta ex iuſta cauſa ſufficit, quòd interueniat auctoritas, & conſenſus prælati regularis exempti, quod enim operatur auctoritas epiſcopi, idem operatur auctoritas prælati regularis, ut abbatis loci exempti d.c.1.ubi caſus, ibique Innocen. Ioan.Andr. Anto. Abb.& Moder.de rebus eccle.non alien. & Cardin.poſt Innocen. in c.ſtatuimus de tranſac. inquit, quòd in alienatione rerũ monaſterij monialium, quæ ſubiectæ ſunt fratribus minoribus, qui à iuriſdictione epiſcopi ſunt exempti, ſufficit auctoritas miniſtri, uel prouincialis, & ita dicit conſuluiſſe, & obti-
9 nuiſſe, nam † miniſter, ſeu cuſtos fratrum minorum, aut prouincialis, uel vicarius generalis fratrum regularium dicitur eſſe prælatus, ut per Cardin. in clemen. 1. de electio.& in clemen.2.de ſepul.ubi uoluit tales dici prælatos,

quia

quia ipſi ſunt exempti, & iuriſdictionem quaſi tempora-
lem quoad ſua monaſteria habent: & ideò illorum au-
ctoritas in alienatione rerum ſuorum monaſteriorum loco
auctoritatis epiſcopi ſufficit. ¶Secundò moueor principa-
liter per tex.in c.ad noſtram de rebus eccleſ. non alien. ubi
eſt caſus ferè in terminis pro deciſione caſus noſtri, intelli-
gendo illum tex.prout communiter per Abb.Anto.& alios
10 Moder.intelligitur in abbate exempto, † ibi enim abbas,&
conuentus propter imminẽs æs alienum, quo monaſterium
erat oneratum,conceſſerunt in feudum, & ſic quoad utile
dominium tantum in perpetuum cuidam laico, à quo prius
quandam pecuniæ ſummam acceperunt,pro ſatisfaciendo,
& ſoluendo creditoribus,dicitur ibi conceſſionem ualere,
& ſolum per monachos reuocari,&ab ea diſcedi poſſe,ſi ex
illa monaſterium enorme,& graue damnum incurriſſe di-
catur,& tamen conceſſio auctoritate ſolius abbatis exempti
abſque auctoritate epiſcopi facta fuit: Si ergo ex cauſa præ
dicta licitum eſt cum auctoritate prælati regularis rem mo
naſterij in perpetutuum concedere,& locare, ut in d. c. ad
noſtram,& ſi licitum eſt ſic alienare quoad directum,& uti-
le dominium,& ſic pleno iure,& in d.c.1.de rebus eccle.nõ
alienan.extra, & in 6. ergo à fortiori licitum eſſe dicetur lo
care ad tempus, & alienare ſolum quoad utile dominium
11 ad tempus, & non in perpetuum, quia † minus præiudi-
cium fit per alienationem temporalem, per quam etiam
utile dominium transfertur,quam per illam, quæ fit in per
petuum l.1.& per totum, ibique not.ff. ſi ager. uectig. uel
emphyt.pet.iuncta l.1.& 2.C.de iure emphyt. & expreſsè
Barto.in authen.qui rem in fin.C.de ſacroſan.eccle.& Bal.
in l. etiam in princi. ff.ſoluto matrimonio,c. potuit cum ibi
12 not.de locato:& † locatio,quæ fit ad uitam alicuius,& ſuo
rum filiorum,& ſic uſque ad ſecundam, uel tertiam gene-
rationem,dicitur eſſe temporalis,& non perpetua Bar.in d.
authen.quibuſcunque C.de ſacroſanct.eccle. quæ facilius
conceditur,quam perpetua,ut ibi per Bartolum, & ideò Io
an.Andr.poſt Specul.in titu.de loca.§. nunc aliqua in prin.
13 in uer.numerare dicit, † quòd propter plura iura, plu-
reſque utilitates, quas dominus locator in re locata ad lon
gum tempus, & non in perpetuum habere, & retinere di-
citur, quia finita locatione meliorationes efficiuntur ſuæ,
prout contingit etiam in caſu noſtro,ut ex inſtrumento lo-
cationis apparet, & propter alia plura conductor non de-
bet teneri ad tantam penſionem,ad quantam ſimplex con-
ductor teneretur, & modica penſio,quæ reſciſſoriam in cõ
tractu ſimplicis locationis induceret, illam in contractu lo-
cationis ad longum tempus non inducit: ex quibus infero,
14 † quòd in contractu emphyteotico ad certum tempus,ue
luti eſt locatio facta uſque ad ſecundam,uel tertiam gene-
rationem,quæ aliquo tempore finiri debet, & non dicitur
perpetua,iuxta not.per Bartolum in d.authen.quibuſcun-
que,illa penſio non dicitur modica,neque præiudicium,ac
damnum enorme eccleſiæ infert,quæ reſpectu eiuſdem rei
in locatione ſimplici facta ad modicum tempus, & quæ fit
ad utendum,& non ad meliorandum, diceretur modica,
damnumque, & præiudicium enorme inferret: ex quo ſe-
15 quitur neceſſario, † quòd ad hoc,ut eccleſia locationem
ad longum tempus, & ad meliorandum factam poſſit ratio
ne enormis læſionis reuocare iuxta d.c.ad noſtram, & d.c.
1.cum ibi not.non ſufficeret probare,quòd illa eſſet modi-
ca penſio,& per illã in contractu locationis ſimplicis enor-
miter læderetur,ſed probari debet, quòd fuerit modica, &
per illam reſpectu locationis ad longum tempus enormi-
ter læditur,quia illa penſio, per quam in contractu ſimpli-
cis locationis poteſt dici enorme præiudicium inferri,in lo
catione ad longum tempus,& non in perpetuum,poſſet di
ci ſufficiens,& non modica,neque enorme præiudicium in-
ferre, ut ex prædictis colligitur: & ideò talis probatio tan-
quam dubia non releuaret c. in præſentia de probat.l. non
hoc C. unde legit. & l. neque natales cum ſimilibus C. de
probatio. quæ ſunt ad caſum noſtrum bene notanda. Et ad
prædicta benè facit textus in authen.ſi quas ruinas C. de ſa
croſan.eccle.iunctis not.per Bartolum in authen.perpetua
16 per illum textum C. eodem titu. † ubi ſi eccleſia habeat
domos, uel prædia tendentes, & tendentia de proximo ad
ruinam, & ex quibus redditus ueriſimiliter ſint potius dimi
nuendi, quam augendi, poteſt illa concedere cum ſolemni
tate requiſita,& interueniente iuſta cauſa pro minori pen-
ſione,quam ſolita eſſet ſimpliciter locari,vel uſque ad dimi
nutionem tertiæ, uel ſextæ partis ſecundum diſtinctionem
dictorum iurium, & ibi per Bartolum, & hoc in recompen
ſationem conſtructionis,& meliorationis per ipſum condu
ctorem faciendæ, & maximè ſi conductor ab initio & ſta-
tim penſionem,ſeu illius partem ſoluit, ut factum fuit in ca
ſu noſtro: Siue ergo dicamus res locatas, earumque do-
mos eſſe penitus, ſiue non penitus ruinoſas, ex quo locatio
ob utilitatem,& neceſſitatem eccleſiæ fuit ad longum tem-
pus facta,ea pro minori penſione fieri potuit,quam res ſim
pliciter locari poſſent,vel ſolitæ eſſent,ut ibi. ¶Suaden-
tur hæc etiam, quoniam intelligo eoſdem fratres, eun-
demque Vicarium generalem eſſe illos, qui contrauenire
17 uolunt,quod † minimè facere poſſunt, ſtante ualiditate
dictæ alienationis,prout ſupra concluſum fuit, nam ex quo
corporaliter iurarunt de non contraueniendo, ut latius in
inſtrumento habetur,ipſi non poſſunt contrauenire,ſed lo-
cationi ſtare tenentur c.fina.cum glo. ne prælati uices ſuas
ubi Abb. poſt alios inquit, quòd quando locatio eſt facta
ad longum tempus,& ſic eſt talis,per quam dominium uti-
le in conductorem transferatur, & eſt facta cum iuſta cau-
ſa,& ſolemnitate requiſita,locatio ualet, illique ſucceſſor
ſtare tenetur. ¶Supereſt modo, ut adductis ſupra in cõ
trarium reſpondeatur, & primo non obſtat tex.in d.extra-
uagan.Pauli Veneti incip. ambitioſæ, & in d.c.fin. ne præla
18 ti uices ſuas, quia † illa iura loquuntur, quando locatio-
nes fierent in caſu non licito, nec ex cauſa neceſſitatis, nec
interueniente ſolemnitate à iure requiſita, alioquin ea iu-
ra eſſent potius contra eccleſiæ utilitatem,quod non eſt di
cendum: & ita propriè loquuntur,ut colligitur ex not.per
Abbatem in d.c.fina. & in c.fin.de eccle.ædifican.
¶Non obſtat ſecundum, quòd epiſcopi auctoritas non
interuenerit, quia ex prædictis reſponſio patet, ex quo au
ctoritas Vicarij generalis interuenit. ¶Non obſtat tex.in d.
19 c.ad aures cum ibi not. de rebus eccle. non alien. quia † ex
ſola cauſa meliorationis, & utilitatis maioris eccleſiæ non
poteſt quidẽ res eccleſiæ locari, ſeu alienari,ſed ex illa cau
ſa iuſta,& neceſſaria,ut eſt cauſa æris alieni,locatio ad lon-
gum tempus, & alienatio perpetua cum ſolemnitate à iu
re requiſita rectè fieri poteſt,ut ex prædictis conſtat.
¶Non aduerſatur quarto loco tex.cũ ibi not.in d.c. ad no-
ſtram,quia is potius in oppoſitum facit,ut ſupra induxi. Præ
20 terea † quamuis non obſtante iuramento prælati,& cleri-
corum eccleſia poſſit reſtitutionem in integrum aduerſus
locationem ad longum tempus, & alienationem perpe-
tuam petere per Baldum in l.generaliter C. de rebus cred.
& eſt glo.notabilis,ibique omnes de reſtitu.in integrum in
6.& declarat Abb.in c.1.extra eodem titu.de reſtitu.in in-
tegrum cum ſimilib.tamen hoc eſt uerum, pluribus concur
rentibus, quorum ſi unum deficiat, reſtitutio peti non po-
teſt: Primum eſt, quòd manifeſtè conſtet de læſione, puta
per legitimos teſtes,uel alia documenta legitima, Secun-
dum, quòd hoc fiat infra tempora petendi reſtitutionem
in integrum,uidelicet infra quadriennium à die læſionis cõ
putandum, Tertium, quòd læſio contigerit ex ipſo con-
tractu,

tractu, ut quia tempore contractus læſio potuerit conſiderari, ante enim, uel poſt nó ſufficeret, quia ſtant ſimul, quòd eccleſia dicatur læſa habito reſpectu ad tempus ante, uel poſt contractum, & tamen non reſpectu temporis, quo factus fuit cõtractus, ut colligitur ex not. in d. authen. ſi quas ruinas, & in authen. perpetua C. de ſacroſanct. eccle. & ad hoc, ut reſtitutio detur, requiritur probari, eccleſiam læſam eſſe habito reſpectu ad tempus contractus, ut probatur argumento text. ibique glo. in uer. tunc in d.c. ad aures, ubi doctores communiter hoc ſequuntur, & facit text. cum ibi not. in c. cum dilecti de empt. & uendit. Quartum etiam requiritur, quòd læſio ſit enormis, & non modica d.c. 1. de reſtit. in integrum, & ibi Abb. & d.c. ad noſtram, ibiq; omnes:
21 & † enormis læſio dicitur etiam, quæ eſt citra dimidiam iuſti pretij, dummodo uel ſit in dimidia, uel proxima dimidiæ, ut colligitur ex not. per Abbatem dum exemplum de
22 hoc ponit in d.c. 1. & † læſio, quæ poſſet dici enormis in locatione ſimplici ad modicum tempus facta, non diceretur enormis in locatione ad longum tempus propter euidentem eccleſiæ utilitatem facta, tum propter utilitatem eccleſiæ, & cauſam iuſtam, ob quam facta fuiſſet, ut colligitur ex d. authen. ſi quas ruinas, & d. authen. perpetua, tum etiam propter plura, quæ locator ad longum tempus in re locata habet, & retinet reſpectu meliorationum, & ſimilium, ut colligitur ex ſupra dictis. ¶ Quoad ſecundum dubium uideretur prima facie, quòd hi religioſi contrauenicndo non faciãt monaſterium incidere in pœnas conuentionales ex ijs, quæ habentur in c. 2. de precar. ubi caſus, & ſupra eſt dictum: Secundo per textum in d.c. fina. ne præla. uices ſuas, ubi ſucceſſores in eccleſia, & beneficio abſque metu periurij, & pœnæ contractus contrauenire poſſunt, & facit id, quod uoluit Bart. in authen. qui res C. de ſacroſ. eccle. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium eſſe
23 uerius puto, † quoniam ſtante concluſione ſupra in primo dubio facta, quòd locatio ualuerit, & illi ſit ſtandum, ſequitur, quòd obligatio bonorum generaliter facta, & promiſſio pœnæ per ipſos fratres dictis conductoribus facta ualuit, ut traditur per Abb. in d.c. nulli de rebus eccle. non alien. & ibi Anto. & alij, & de pœnæ promiſſione habetur per gloſ. ibique Abb. in d.c. 2. de precar. per illum tex. à contrario: & Domini. de S. Gemin. in c. 2. §. contractus per illum textum de rebus eccle. non alien. in 6. & per tex. in d.c. 2. de precar. dicit, quòd quando contractus alienationis rei eccleſiæ eſt inualidus, & nullus uel reſpectu cauſæ, uel reſpectu ſolemnitatis, uel inhabilitatis contrahentis, tunc iuramentum, & adiectio pœnæ non ualet: Secus ſi contractus in ſe ualeat, quia tunc adiectio pœnæ, & iuramentum ualet: hoc idem colligitur ex dictis Bar. in d. authen. qui res: Et ita debent intelligi iura in contrarium præallegata. Et ideò ſi ad reſciſſionem cõtractus agatur, & fratres, ſeu conuentus, & capitulum dictorum fratrum contra eorum promiſſionem, & iuramentum uenire contra dictam locationem tẽtauerint, ipſi conductores, qui omnia bona monaſterij obligata habent, pœnam promiſſam in contractu petere, & ad illam agere poterunt: Et ita ex præmiſſis concludendum eſſe de iure exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Iuramentum illicitum, & peccati nutritiuum non eſt obligatorium, neque ſeruandum, & iurans propria auctoritate abſque licentia, & abſolutione ſuperioris, & abſq; metu periurij poteſt contrauenire.

2 Peccat mortaliter, qui contra extrauagantem Pauli Veneti Papæ ij. rem eccleſiæ ultra triennium locat, & conducit.

Peccat mortaliter, qui contra conſtitutionem Papæ maximè prohibitiuam uenit.

3 Excommunicandus quis non eſt abſque graui, & mortali peccato.

4 Epiſcopus ſub uinculo iuramenti tenetur ſeruare, & ſeruari facere, ac defendere canones ſummorum Pontificum, aliàs eſſet periurus.

5 Nullum iuramentum ligat prælatum in præiudicium eccleſiæ, qui in ſuo iuramento non attento, ad eccleſiæ utilitatem, & non ſuam propria auctoritate, abſque metu periurij, & abſolutione poſſit contrauenire.

6 Per iuramentum quis ab onere publico retrahi non debet.

7 Iuramentum prælati, ſeu legitimi adminiſtratoris bonorum eccleſiæ non dat robur contractui facto, ut eccleſia ad illius obſeruantiam teneatur, & cogi poſſit.

8 Iuramentum ſyndici facit uniuerſitatem haberi loco maioris, & rectè contractum eſſe, ſed illam quoad reatum periurij non ligat.

9 Nullum iuramentum facit eccleſiam haberi loco maioris, quin ipſa poſſit contrauenire, & reſtitutionem in integrum petere.

10 Actus ubicunque eſt prohibitus, & nullus in odium iurantis, & contrahentis, licitum eſt etiam ipſi iuranti abſque metu periurij contrauenire, etiam non impetrata abſolutione:

Secus ſi eſſet nullus, & prohibitus in fauorem iurantis, & contrahentis.

11 Iuramentum ſyndici alicuius uniuerſitatis an quoad reatum periurij uniuerſitatem liget, & quos, & quomodo liget.

12 Periurium, ſeu iuramentum eſt uinculum animæ.

13 Vniuerſitas non habet animam.

14 Vniuerſitas ex facto ſyndici, & quorundam hominum excommunicari non poteſt.

15 Iuramentum eſt quid perſonale, & ad aliam perſonam, quæ etiam iuris fictione eadem cum iurante cenſetur, non tranſit.

16 Vniuerſitas dicitur alia perſona, & aliud corpus à ſingulis de uniuerſitate.

17 Hæres abſque metu periurij, & abſque abſolutione poteſt contra iuramentum defuncti uenire.

18 Hæres ratione iuramenti defuncti coram iudice eccleſiaſtico conueniri non poteſt, nec illius forum ſortitur.

19 Conductor promittens uti, & frui arbitrio boni uiri intelligitur, prout ius expoſcit.

20 In obligationibus correſpectiuis fides frangenti fidem non eſt ſeruanda, etiam ſi promiſſio fuerit iurata.

21 Periurus non dicitur, qui facto, & culpa alterius ex contrahentibus contrauenit.

22 Iuramentum trangredi licet ex cauſa ſuperuenienti, illudque habet ſemper tacitè annexam illam clauſulam, ut ſeruari debeat, rebus ſic ſtantibus.

23 L. ſiquis maior C. de tranſactio. & pœnæ ibi impoſitæ, ac illius diſpoſitio an locum habeant in uniuerſitate.

24 Pœnæ d.l. ſiquis maior impoſitæ ſunt in odium, & pœnam periurij, & deierantis.

25 Infamiæ pœna collegio, & uniuerſitati non conuenit.

26 Abſolutio à iuramento quare petatur.

27 Iaſon in d.l. ſiquis maior declaratur.

28 Extrauagans quando probabiliter ignoratur, iudex ſecundum illam non iudicat, niſi prius conſulat papam.

Nec etiam contra illa num. 34.

29 Et in dubio melius eſt regulis iuris inſeruire:

30 Secus ſi extrauagans nota, & in iudicij allegari conſueta eſſet, & numero 33.

31 Extrauagans, ſiue conſtitutio publicata in curia romana poſt duos menſes à die publicationis etiam ignorantes ligat.

32 Sententia contra ipſam lata eſſet nulla, quamuis ea in corpore iuris clauſa non eſſet.

34 Extrauagans, & conſtitutio papalis ſi coram iudice allegetur, de qua probabiliter ignorari poſſit, iudex contra illam non debet ſententiam ferre, ſed debet in cauſa ſuperſedere, donec papam conſuluerit, quamuis extrauagans, & conſtitutio eſſet à iure communi exorbitans.

35 Extrauagans ſi eſt deſcripta in libris clementinarum, ſecundum illam eſt iudicandum:

Idem de ſtatuto extrauaganti, quod in uolumine ſtatutorum communiter deſcriptum extat.

EPITOME.

LOCATIONE de re alicuius uniuerſitatis eccleſiaſticæ, aut loci pij per illius ſyndicum cum iuramento ad nouennium facta contra diſpoſitionem extrauagantis Pauli Veneti Papæ ſecundi, uniuerſitatem potuiſſe illi contrauenire abſque metu periurij, & non impetrata prius abſolutione à iuramento, eamque non fuiſſe neceſſariam, hic demonſtratur.

CONSILIVM XCII.

CIRCA dubia propoſita breuius, quàm potero, me
expediam: & in primis an iuramentum interpoſi-
tum per ſyndicum ſuper cõtractu locationis ad no
uennium factæ ita uniuerſitatem, & homines omnes hoſpi
talis nuncupati de morte liget, quòd contractui contraue-
nire non potuerint, niſi prius abſolutione petita, & impetra
ta, & ſi illa non impetrata contrauenerint, tanquam periuri
poſſint ab agendo repelli, omiſſis ſuperfluis allegationibus,
& concluſiuè loquendo, dico vniuerſitatem in caſu noſtro
potuiſſe iuramento ſyndici contrauenire abſque metu per
iurij, & non petita abſolutione, nec illam fuiſſe neceſ-
ſariam: quod pluribus argumentis oſtendo, & primo,
1 † quando iuramentum eſt illicitum, & peccati conſerua-
tiuum, ac nutritiuum, non eſt obligatorium, neque ſeruan
dum, & iurans propria auctoritate abſque licentia, & abſo
lutione ſuperioris, & ſine metu periurij contrauenire po-
teſt, ut dixit Bal. in l. ſi ad excludendum C. de rebus credit.
& habetur per Innocentium, Abbatem, & alios in c. uene-
rabilem de electio. & clarius per Abbatem per illum tex-
tum in notabilibus in c. quanto de iureiuran. cum ſimilibus,
& facit optimè dictum Abbatis in c. fina. de reſcrip. Sed iu-
ramentum ſyndici in caſu noſtro eſt huiuſmodi, ergo &c.
Et quòd tale iuramentum fuerit peccati conſeruatiuum, &
2 nutritiuum, conſtat ex extrauaganti Pauli Papæ II. † quæ
in odium contrahentium prohibet res eccleſiæ, & locorum
religioſorum poſſe ultra triennium locari, ergo illi prohibi
tioni contraueniens peccatum mortale incurrit, quia ue-
niens contra conſtitutionem Papæ maximè prohibitiuam
peccat mortaliter, ut tradunt doctores communiter in c. 1.
& in c. nam concupiſcentiam de conſtitu. & eſt textus cum
glo. & ibi doct. in c. 2. de maio. & obed. c. qui reſiſtit. 11. q. 3.
& in terminis noſtris hoc uolunt Abb. Anto. Imo. & alij in
c. ſi uerò, & in c. cum contingat de iureiuran. & docto. ma-
ximè moderni Peruſini repetentes in auth. ſacramenta pu
berum C. ſi aduer. uendi. Et quamuis fortè ipſi aliquale du
bium faciant, quando quis contra diſpoſitionem poſitiuam
iuris ciuilis ueniret, tamen indiſtinctè, & pro firmo ponũt,
illum peccare, qui veniat contra conſtitutionem Papæ pro
hibitiuam, & ſic contra ius canonicum poſitiuum per præ-
dicta. Quod etiam clarius patet, nam locans, & conducens
ultra triennium contra prohibitionem dictæ extrauagantis
excommunicationem incurrũt, ut ibi, ergo grauiter, & mor
3 taliter peccãt, quia † abſque graui, & mortali peccato
quis non eſt excommunicandus c. nemo epiſcoporum 11.
4 q. 3. cum ibi notatis: Quinimmò † epiſcopus, qui non fa-
ceret illam conſtitutionem Papæ ſeruari, in periurium inci
deret, quia ſuo uinculo iuramenti epiſcopus tenetur ſerua
re, & ſeruari facere, ac defendere canones ſummorum pon
tificum c. ego cum ibi nota. per Innocentium de iureiuran.
¶ Secundo locatio de rebus eccleſiæ ultra trienniũ eſt nul-
la, & per dictam extrauagantem prohibita in utilitatem ec
cleſiæ, ut ibi in princi. & per totum, maximè ibi, & pia loca
reguntur, illuſtraturque &c. & ibi ac diuini cultus detrimẽ
5 to &c. Ergo † iuramentum appoſitum ſuper tali contractu
non eſt ſeruandum, & illud non ſeruans periurium non
incurrit, ſed propria auctoritate abſque metu periurij po-
teſt contrauenire, argumento c. ſicut noſtris de iureiuran.
& in terminis hoc uidetur expreſſè uelle Abb. in c. 2. in ult.
uerſi. de iureiur. dicens, quòd nullum iuramentum in præ-
iudicium eccleſiæ ligat prælatum, quin ipſe, ſuo iuramen-
to non attento, ad utilitatem eccleſiæ, & non ad ſuam, poſſit
propria auctoritate abſque metu periurij, & ſine abſolutio
ne contrauenire, quia iuramentum non debet eſſe uincu-
6 lum iniquitatis, item quia † per iuramentum quis ab one
re publico retrahi non debet c. ſi diligenti de foro com-
peten. quod eueniret, ſi prælatus ſuum iuramentum ſerua-
re teneretur, nec illi poſſet ad utilitatem eccleſiæ contraue
nire, ita declarat Abb. in d. c. 2. & benè inſeruit id, quod uo
luit Bal. in d. l. ſi ad excludendam: Sed homines dicti hoſpi
talis non ad eorum, ſed hoſpitalis utilitatem cõtraueniunt,
7 ergo &c. Et ad propoſitum optimè facit id, † quod dixit
Bal. in §. item ſacram. de pace iuramen. firman. in uſu feud.
Ioan. And. in c. grauis de depoſi. & Alexan. in l. qui romæ §.
duo fratres colum. 42. quaſi circa finem ff. de uerborum ob
liga. ubi uolunt, quòd iuramentum prælati, ſeu legitimi ad-
miniſtratoris bonorum eccleſiæ, non det robur contractui
facto cum eccleſia, ut ad illius obſeruantiam eccleſia tenea
tur, atque cogatur: & hoc idem innuit Bal. in l. generaliter
in vltima columna C. de rebus credi. dicens, & propriè lo-
8 quens in eccleſia, † quòd quamuis ciuitas, & uniuerſitas
per iuramentum ſyndici quoad reatum periurii non lige-
tur, tamen per huiuſmodi iuramentum fit, vt uniuerſitas lo
co maioris habeatur, & ſic quòd rectè contractum eſſe di-
catur, ut non poſſit uniuerſitas in integrum reſtitui: Sed
9 † in eccleſia per nullum iuramentum fieri poteſt, ut loco
maioris habeatur, quin ipſa poſſit contrauenire, & reſtitu-
tionem in integrum petere, ut eſt gloſa clara, ibique omnes
in c. 1. de reſtitu. in integrum in 6. quam ſequitur Abb. in c.
1. eodem titulo, & eſt communis concluſio: & gloſa prædi-
cta uult eundem, qui iurauit, poſſe nomine eccleſiæ con-
trauenire, & reſtitutionem petere, quamuis iuraſſet non cõ
trauenire, nec reſtitutionem petere: quod eſt benè notan
10 dum. ¶ Tertio † locatio ultra triennium de bonis ec-
cleſiæ, & loci pij eſt à iure prohibita, & nulla in odium iu-
rantis, & contrahentium, ut patet ex dicta extrauaganti,
quoniam contrahentes, & iurantes non ſolum excommu-
nicationem, ſed alias quoque graues pœnas, de quibus ibi,
incurrunt: At ubicunque actus eſt prohibitus, & nullus in
odium iurantis, & contrahentis, licitum eſt etiam ipſi iuran
ti abſque metu periurij etiam non impetrata abſolutione
contrauenire, ſecus ſi eſſet nullus, & prohibitus in fauorem
iurantis, quia dato, quòd ex tali iuramento contractus pro-
hibitus non confirmaretur, tamen iurans illud ſeruare tene
retur, nec ei poſſet contrauenire, niſi impetrata prius abſo-
lutione: & In hoc ultimo caſu intelligatur text. in c. debito-
res, & in c. cum contingat de iureiur. in c. 2. de pactis in 6.
& in c. licet mulieres de iureiuran. in 6. & dicta Barto. &
Alexan. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſſo. & in authen. ſacra-
menta puberum, ibique Corneus in verſi. contractus in 11.
& 12. q. C. ſi aduer. vendit. & Abb. & Imol. in c. ſi verò, &
in d. c. cum contingat de iureiuran. & ita in terminis decla-
rat, & diſtinguit dominus Aretinus ſubtilis doctor in d. au-
then. ſacramenta puberum, & ſequitur Paulus de Caſtro in
ſuis conſilijs, & Ioan. de Ana. & Bal. in pluribus conſiliis, ue
luti refert, ac ſequitur dominus Ludouicus de Bologninis
11 in ſuo conſi. 45. ¶ Quarto † per iuramentum ſyndici
quoad reatum non ligãtur uniuerſitas, nec homines uni-
uerſitatis ut uniuerſi, ſed ſolum mandantes & iurantes, ut
ſinguli, prout ex iuramento defuncti non ligatur eius hæ-
res, ut uoluit Bald. poſt Bar. in d. l. generaliter, & Areti. in
d. auth. ſacramenta in ulti. columna. & doct. Cardin. in cle-
men. 1. §. nos in 3. quæſtio. de iureiuran. Et hoc apertè con-
12 ſtat, quia † periurium, ſeu iuramentum eſt uinculum ani-
mæ d. c. cum contingat, d. c. ſi uerò, & c. fin. cum ibi notatis
13 de foro competen. in 6. † vniuerſitas autem animam non
habet, ut per Innocen. in c. grauem de ſenten. excommuni
ca. notatur in c. romana §. in uniuerſitatem eod. tit. in 6. &
per Bald. in d. l. generaliter. Item ſi ex iuramento ſyndici
uniuerſitas ligaretur, ut uniuerſitas, profectò omnes de
uniuerſitate ligarentur, ex quibus uniuerſitas conſtat, &
conſe-

conſequenter maior pars illius, quæ de iure omnes de uniuerſitate obligare poteſt, iuxta l. quod maior ff. ad municipa. iurando, uel mandando iurare ligaret omnes de uniuerſitate etiam, qui non iurarunt, & conſequenter fœminas, &
14 pupillos, quod ualde iniquum eſſet, & † his rationibus ex facto ſyndici, & quorundã hominũ nõ poteſt uniuerſitas excommunicari d.c. romana §. in uniuerſitatem, ergo ex iuramento ſyndici non dicetur ligata uniuerſitas, ſed ſolũ ſyndicus, & iurantes, & mãdantes, ut ſinguli, ſi ipſi contraueni-
15 rent. Præterea † iuramentum eſt quid perſonale, & nõ trãſit ad aliam perſonam, quæ etiam iuris fictione eadem cum iurante cenſetur iuxta textum in princip. authen. de iureiuran. à morien. præſti. c. ueritatis, ibique Innocen. & Abb. de iureiuran. not. in dicto capit. fin. de foro competen. in 6.
16 & per Baldum in dicta l. generaliter: Sed † uniuerſitas dicitur alia perſona, & aliud corpus à ſingulis de uniuerſitate, ut not. in c. cum omnes de conſtitutio. & in l. ſicut in princip. per Bart. ff. quod cuiuſque uniuerſit. nom. ergo ex iuramento ſyndici ſolum iurantes, & mandantes ligati dicen-
17 tur, ut ſinguli, non autem ipſa uniuerſitas, & ideò † ſicut hæres abſq; metu periurij, & abſq; abſolutione poteſt contra iuramentum defuncti uenire, ut uoluit Ioã. And. & ſequuntur doct. communiter poſt Innoc. in d. c. ueritatis, Bald. in d. auth. ſacramenta puber. in ult. uerb. in auth. ad hæc col. 2. C. de uſuris, in d. l. generaliter, & in l. 3. C. plus ualere, quod
18 agitur, & Ang. in authẽ. de iureiur. à mor. præſti. et † hæres ratione iuramenti defuncti non poteſt coram iudice eccleſiaſtico conueniri, nec illius forum ſortitur, ut uoluit Ioan. And. et Domin. in c. fi. de foro compet. et Anto. et ſcribentes communiter in c. cum ſit generale eod. tit. ita dicendum eſt de uniuerſitate reſpectu iuramẽti ſyndici, prout in hoc Bald. in d. l. generaliter parificare uelle uidetur: iuramentum enim ſyndici uniuerſitatem quoad reatum non ligat, quamuis quoad robur contractus ad eam tranſeat, ut ſupra: Sed abſolutio à iuramento ſolum ratione periurij, & reatus peti debet c. 1. & 2. & c. debitores cum ſimil. de iureiuran. & c. fi. de foro compet. ergo uniuerſitas non poteſt dici periurium incurrere, et conſequenter abſolutionem à iuramento ſyndici eo caſu, quo uellet contrauenire, petere, & impetrare neceſſe non habet. ¶ Quinto accedant, quòd mihi relatum fuit, et probatũ fuiſſe puto, quòd pars aduerſa conuentis, & promiſſis prius contrauenit, et præſertim quia re locata uti, & frui arbitrio boni uiri promi-
19 ſit, † quod interpretatur, prout ius uult, & expoſcit argumento l. continuus §. 1. & ibi ſcribentes ff. de uerborum obligatio. Bartol. in l. ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio, Anton. & alij in capit. quintauallis de iureiuran. & in cap. 1. de conſtitutionib. Sed ex forma iuris, & ſtatutorum Bononiæ, ut conſtat ex ſtatuto poſito ſub rubrica de pœna uenden. rem alien. conductor prohibetur rem conductam alteri locare, & pars aduerſa rem conductam alteri locauit, ut fuit probatum, ergo re conducta non fuit arbitrio boni uiri uſa, prout promiſit, atque iurauit, & ſic ipſa contrauenit, ex quo ſequitur, quòd uniuerſitas hoſpitalis de morte, immò ipſi iurantes abſque metu periurij propria auctoritate contrauenire potuerunt: quoniã
20 † in obligationibus correſpectiuis fides frangenti fidem nõ eſt ſeruanda, etiam ſi promiſſio fuit iurata, ut eſt text. ibique Abb. poſt Innocen. & alios in c. peruenit il 2. de iureiuran. & probatur in l. ſi quis maior C. de tranſaction. ubi is, qui prius promiſſioni iuratæ contrauenit, omni commodo promiſſionis, & contractus priuatur adeò, quòd nullo modo contra alium obligatum etiam poſtea contrauenietem agere poteſt: & hoc uult etiam Bal. in l. fin. in fin. C. de non nume. pecun. & in c. 1. §. fin. de noua forma fidel. in uſu feudo. & Abb. Hoſtien. & alij maximè moderni ferè propriè in caſu noſtro exemplificant, uidelicet in locatore, & conductore, quòd ſi conductor contractui prius contrauenit, locator propria auctoritate abſque metu periurij, & abſolutione poteſt contrauenire: quod eſt ualde notandum: Et ad hoc nobis optimè inſeruit dictum Bartoli in l. amplius non peti
21 ff. rem ratam habe. qui uult, † quòd ſi facto, & culpa unius ex contrahentibus alter contrahens contra iuramentum ue-
22 niat, non dicitur eſſe periurus: nam † iuramentum ſemper habet in ſe tacitè annexam hanc clauſulam, ut ſeruari debeat, rebus ſic ſtantibus, ex cauſa enim ſuperuenienti licet iuramentum tranſgredi, per Baldum in d. l. fin. in fin. & per Innocentium, & alios in d. c. 1. de conſtitutio. Bal. in l. & ſi ſeuerior C. ex quibus cau. infam. irroge. & in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his, qui notan. infam. & Roman. in rubr. de arbitris colum. 7. & l. fina. ff. qui ſatiſda. cogan. Et his rationibus, ac argumentis ſatis clarè demonſtratum eſſe puto, quòd uniuerſas, quinimmò iurantes ipſi abſque metu periurij, etiam non impetrata abſolutione, contra iuramentum, & contractum locationis iuratum uenire potuerunt.

¶ Supereſt modo, ut quædam tollantur, quæ primo aſpectu multum in contrarium urgere uidebantur, & primo doctri-
23 na Iaſonis in l. ſi quis maior C. de tranſactio. † qui uoluit, illam legem, eiuſque pœnas etiam in uniuerſitate contractui, & promiſſioni ſuæ iuratæ contrauenientе locum habere, itaque refert ſe aliàs conſuluiſſe: Sed tamen, quicquid Iaſon ibi dicat, opinio contraria magis placet, quia firmioribus argumentis firmatur, ut ex uerbis ſuis ibi colligi poteſt: Et ultra adducta per eum hoc demonſtro, ita arguendo, Vniuerſitas ex iuramento ſyndici non ligatur, ut contraueniendo periurium incurrat, ſed ſolum ligantur iurantes, & mandantes, & hoc eſt ueriſſimum, nec Iaſon ibi contrarium dicit: & ita communiter uolunt doctores ſupra allegati, maximè Bald. Aretin. & dominus Cardina. quorum ma-
24 xima eſt auctoritas: Sed † dicta l. ſi quis maior imponit illas pœnas in odium, & pœnam periurij, ac deierantis, ut doctores omnes uolunt, & ipſemet Iaſon in dicta l. ſi quis maior in principio, & ibi glo. in uerbo infamia, ergo diſpoſitio illius legis in uniuerſitate locum non habebit, quando ſyndicus eius, ſeu aliqui homines contraxerunt, atque iurarunt: Poſſet ergo opinio Iaſonis procedere, & eſſe uera, quando uniuerſitas non per ſyndicum ſuum, ſed per ſe ipſam contraxiſſet, prout fieri poteſt, ut quia uniuerſitas ad hoc uocata, & congregata, iuxta notata in dicto cap. cum omnes cum ſimilibus, communicato conſilio contraxiſſet, omneſque iuraſſent, ſecundum quod colligitur in dicta l. ſicut in principio per Bartolum: nam hoc caſu Iaſ. uerum dicere poſſet, argumento not. in dicto capitu. romana §. in uniuerſitatem, nec ipſe præſupponit uniuerſitatem contraxiſſe mediante ſyndico, qui iuraſſet.

¶ Præterea & clarius contra opinionem Iaſonis, oſtendo diſpoſitionem dictæ l. ſi quis maior non habere locum in uniuerſitate, quicquid ipſe dicat, nam pœna principalis illius legis eſt, quòd contraueniens pœnam infamiæ incurrat, ut ibi, & ideò ab agendo, & ab omni com-
25 modo contractus repellitur: Sed † collegium, & uniuerſitas infamiæ notam pati non poteſt, nec pœna infamiæ collegio, & uniuerſitati conuenit, ut colligitur ex notat. per Innocentium in capit. grauem in uerbo conſiliarios de ſenten. excommunicatio. per Bartolum in l. aut facta in fin. uerſicu. hoc permiſſo ff. de pœnis, ubi uolunt, uniuerſitatem, ſeu collegium non poſſe corporaliter puniri, ſed ſolum pecuniariter, at pœna infamiæ non eſt pœna pecuniaria, ſed potius corporalis, ut eſt text. in l. ſi quis in fin. cum l. ſequen. ff. de pœnis, & facit l. iſti quidem, & not. in l. nec minorem ff. quod met. cau. ergo &c. Adde, quòd contrarium eius, quod uoluit Iaſ. in hoc etiam ſenſit Bal. de quo Iaſ. non

fuit recordatus in d.l.generaliter. ¶ Et ex prædictis reſpon
detur alteri fundaměto partis aduerſæ, uidelicet quòd ſiue
dicamus, quòd uniuerſitas ex iuramento ſyndici ſpirituali-
ter ligetur, & tunc pœna d.l.ſi quis maior in uniuerſitate lo
cum habeat, quod membrum non eſt uerum, ut ſupra, ſiue
temporaliter, prout præſupponit Bal. in d.l.generaliter di-
cens, iuramentum defuncti, ſeu ſyndici quoad reatũ ad hæ
redem, & uniuerſitatem non tranſire, ſed tantum quoad ro
bur contractus, & ſimiliter pœnæ d. l.ſi quis maior locũ ha-
bebunt, ex quo temporaliter contractum ſeruare tenetur:
Sed ut dixi, pœnæ illius legis imponuntur ratione periurij,
& uniuerſitas ex iuraměto ſyndici periuriũ nõ incurrit, itẽ
pœna illius legis eſt infamia, quæ uniuerſitati nõ conuenit:
ergo uniuerſitas potuit abſq; metu periurij cõtrauenire, &
cõſequenter abſq; eo, quod prius abſolutionẽ impetraret,
26 quia † abſolutio petitur ſolũ, ut quis periuriũ nõ incurrat, &
propter reatũ periurij c. 1. & 2. & c. debitores de iureiur. &
Bal.in d.l.ſi ad excludendã C.de reb.cred.cũ ſimili. Præte-
rea iuramentũ ad uniuerſitatẽ trãſit quoad robur, quando
iuramentũ aliàs eſt in ſe licitũ, & peccati nõ conſeruatiuũ,
nec cõtra uniuerſitatis ſpiritualis utilitatẽ, nec appoſitũ in
actu prohibito, & nullo in odiũ iurãtis, prout in caſu noſtro
contingit, ueluti ſupra dixi. ¶ Verũ poſito, ſed nõ conceſſo,
27 quòd illa Iaſ.opinio uera eſſet, aliter reſpondeo, † & in pri-
mis dico Iaſ.loqui eo caſu, quo iuramentũ eſſet licitũ, & nõ
conſeruatiuũ peccati, & iurans aliàs de iure ad illius obſer-
uantiã eſſet obligatus, & ita ipſe Iaſ. præſupponit: Secus ſi
iuramentũ tale eſſet, quod de iure nõ ligaret, nec iurans ad
illius obſeruantiã de iure obligatus eſſet, ut quia eſſet pecca
ti nutritiuũ, item contra prohibitionẽ canonis factã in odiũ
iurãtis, ac cõtrahẽtis, & cõtra eccleſiæ, & loci religioſi utili
tatẽ, prout eſt in caſu noſtro ad ſupradicta, quia ſi iurans il-
lud ſeruare nõ teneretur, minus uniuerſitas. Secũdo reſpõ
deo opinionẽ Iaſ.eſſe uerã, quãdo contractus aliàs in ſe ua-
lidus eſſet, & ita ipſe loquitur: Secus ſi eſſet inualidus, & nul
lus, quia tunc contraueniens pœnas d.l.ſi quis maior nõ in-
currit, ita vult Pau.de Caſt.& Alexã. in d.l.ſi quis maior, &
facit id, quod optimè vult gl.in c.diffinitio 22.q.4. quã re-
fert, & ſequitur Abb.in c.ſicut noſtris de iureiur. ſed in ca-
ſu noſtro cõtractus locationis ultra trienniũ eſt inualidus, &
nullus per ſupradicta, ergo &c. Præterea dictũ Iaſ. eſſet ue
rũ, qñ contractus fuiſſet ab uniuerſitate, uel eius ſyndico cũ
iuramento celebratus ſuper rebus prophanis, & nõ eccleſia
ſticis, ut ibi per eũ: Secus ſi ſuper bonis eccleſiaſticis, & loci
religioſi: tũc enim eccleſia per iuramẽtũ nõ ligaretur, quin
etiam iidem homines, qui iurarunt, poſſint petendo reſtitu-
tionem in integ. cõtrauenire: gl.& doc.omnes in c.1.de re-
ſtit.in integ.in 6.& in c.1.extra eo.tit.& Bal.in d.l.generali-
ter cum ſimil.præallegatis. Vltimo reſpondeo, quòd ex quo
pars aduerſa prius cõtrauenit, & conuẽta nõ ſeruauit, licuit
uniuerſitati, immò etiam ipſis iurantibus propria auctorita
te abſq; metu periurij contrauenire per ea, quæ ſupra dedu
cta fuerunt. ¶ Dubium aliud fit per partẽ aduerſam, quòd
extrauagans Pauli Veneti ſupra allegata nõ ſit in uſu, nec
moribus utentium approbata, neque recepta, & ideò in iu-
diciis non ſeruanda, ex quo probabiliter ignoratur, cũ per
28 Bullam non probetur, & † ex quo talis extrauagãs eſt à iure
cõi diſſona, iudex ſecundũ illã iudicare non debet, niſi prius
Papam conſulat c.paſtoralis in fin.ibiq; doct.cõiter de fi.in-
ſtru.& facit, quod not.Bar.in l.cum prolatis ff.de re iudi. &
29 Domi.in conſi.78.& † dicit Bal.in c.1.circa prin.in tit.quot
teſt.ſint neceſ.ad probã.inueſ.in uſu feu.quòd qñ de aliqua
extrauaganti dubitatur, melius eſt in dubio regulis iuris in-
ſeruire per tex.in d.c.paſtoralis. Sed aduertendũ eſt, prædi-
cta procedere, qñ de extrauaganti probabiliter ignorare-
tur, ut dicit tex.in d.c.paſtoralis, ut quia non eſſet nota, & in
30 iudiciis allegari non ſolita: † Secus ſi extrauagans eſſet mul
tum nota, & in iudiciis allegari conſueta, nã tunc ſecũdum
illam eſt iudicandum, & ea ſeruanda eſt, ſicut alia conſtitu-
tio cõmunis: ita uolunt Hoſti. Abb. & reliqui maximè mod.
in d.c.paſtoralis, Pau.de Caſ.& Alex.in d.l.cũ prolatis, Ant.
& Imol.in prohœ.decret.in §.ſanè cum ſim.alleg.per Alex.
in d.l.cum prolatis: Sed dicta extrauagans Pauli eſt huiuſ-
modi, quia eſt multũ nota, & allegari ſolita, ergo abſq; eo,
quòd Papa conſulatur, uel per bullã probetur, ſecundũ il-
lam erit iudicandũ, & hoc probat tex.in d.c.paſtoralis à cõ
trario ibi decretal.de qua iudex merito dubitet. Præterea,
ut intellexi, de uſu dictæ extrauagan.fuit probatũ, & quòd
ſecundũ illam ſolitũ eſt iudicari, ergo obiectio aduerſario-
rũ ceſſaret per ea, quæ uoluit Pau.de Caſ.& Alex.in d.l.cũ
prolatis: Quinimmò Abb.in d.c.paſtoralis uult unum, quod
31 eſt fortius, † ſatis eſſe, quòd extrauagans fuerit in curia Ro
mana publicata, quoniã à die publicationis poſt duos men-
ſes etiã ignorãtes ligabit per not.per glo.in data.6.libri, ubi
hoc tenet Io.Mona.& faciunt not.per ſcrib.in c.2.de cõſti.
præſumitur.n.quòd quilibet cõſtitutionẽ publicatã in curia
poſt duos menſes à die publicationis ſciuerit c.propoſuiſti
32 82.diſt.& in gl.prohœ.cle. † intantũ, quòd ſñia contra talẽ
extrauagantẽ lata eſſet nulla ſecundũ Abb. abſq; eo, quòd
talis extrauagãs eſſet in corpore iuris clauſa, quoniã nõ eſt
de ſubſtantia, ut in uolumine, & in ſcriptis redigatur, ut per
Io.And.in c.nemo poteſt de reg.iur.in 6.in mercur.& per
ſcrib.in d.c.1.de cõſti. Et pro hoc facit, quia ubi Papa uult
ſuã conſtitutionẽ à tempore publicationis ligare, quamuis
de ea probabiliter ignoretur, & ignorãtes non dicãtur eſſe
in culpa, tamen ſñia contra illam lata eſt nulla, ut eſt gl.not.
in cle.2.de hæret.in uer.ex nunc. Fortius ergo hoc dicendũ
erit, qñ ſcientia extrauagantis conſtitutionis præſumitur, ut
quia ſæpe in iudiciis fuerit allegata, prout eſt extrauagans
hæc, de qua agitur: Et his rationibus Abb.in d.c.paſtoralis
dicebat, ſñiam latam contra extrauagantem publicatam in
curia nõ ualere, & eſſe nullã: Et poſito, quòd ſñia non eſſet
33 nulla ipſo iure, doct.tamẽ cõiter ibi conueniunt, † quòd iu-
dex ſecundũ illam iudicare teneatur, quãuis ipſe de ea pro
babiliter ignoret, quando talis extrauagans eſt nota, & in iu
diciis allegari ſolita, abſq; eo, quòd aliter per bullam, & re-
giſtrũ probetur, & Papa conſulatur, alioquin ſñia eſſet iniu
ſta, & ita uolunt doct.præallegati in d.c.paſtoralis, et in d.l.
cum prolatis cum ſimil. Nam ſi iudex notitiam extrauagan
tis haberet, tunc ſententia contra illam lata eſſet nulla ſecũ
dum Paul.Caſ.& Alex.in d.l.cum prolatis, et canoniſtas in
d.c.paſtoralis per illum tex.cum ſimil. ¶ Dico etiam unum,
34 quod eſt fortius, † quòd qñ aliqua papalis extrauagans co
ram iudice allegatur, de qua probabiliter poteſt ignorari,
ut quia non eſſet ſolita in iudiciis allegari, nec multũ nota,
ex quo coram eo de illa fuit allegatũ, ipſe non poteſt cõtra
eam ferre ſententiã, ſed debet in cauſa ſuperſedere, donec
Papam conſuluerit, quãuis extrauagans eſſet exorbitans, et
à iure communi diſſona: ita probat tex.cum gl.in d.c.paſto-
ralis: quæ omnia in caſu noſtro ceſſant, ex quo extrauagãs,
de qua agitur, eſt multũ nota, et in iudiciis allegabilis, ut di
35 ctũ eſt. Aduerſatur etiam, quòd † hæc extrauagans cõiter in
oĩbus libris clementinarũ habetur: ex quo ſequitur, quòd
ſecũdum illã eſt iudicandum, et probabiliter non poteſt di
ci ignorari, ut in terminis uolunt Alex. Paul.de Caſ.Imo.et
alij in d.l.cũ prolatis, dicentes, quòd qñ ſtatutũ extrauagãs
cõiter habetur deſcriptũ in uolumine ſtatutorũ, ſecundum
illud eſt iudicandũ, et de eo probabiliter ignorari non dici-
tur, ut per Bal.in auth.habita in fin.C.ne fil.pro pat. Quare
fragile eſt fundamentum aduerſariorum negantiũ extraua
gantem Pauli omnibus notã, et uulgatã ligare, et ſecũdum
illã eſſe iudicandum, quia contrariũ innuunt doct.cõmuni-
ter

ter in d.c. paſtoralis, exemplificando de extrauagan. execrabilis, & de ſimilibus notis. Ex quibus omnibus de bono iure uniuerſitatis, & ſocietatis hoſpitalis nuncupati de morte ſatis clarè conſtare exiſtimo, & ideò ulterius non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Vocati per nomen collectiuum in ſuccedendo ordinem, & prærogatiuam graduum inter ſe ſeruant.*

Hæredes, & ſucceſſores ſunt nomina collectiua apta ſui natura plures perſonas, pluresque gradus comprehendere.

2 *Filius fratris inter uocatos nomine collectiuo locum patris ſui non ſubintrat, & quando ſubintrare dicatur, & quando non nu. 28. & 35.*

3 *Emphyteoſis eccleſiaſtica non eſt quid hæreditarium, & ſolum ad filios, ac deſcendentes tranſit: & de hoc infra nu. 30.*

4 *Excludens filias multo magis neptes excluſiſſe uidetur, hoc eſt reſpectu ſuæ hæreditatis, non autem patris ſui, uel alterius, nu. 38. & 39.*

5 *Mens præſumpta in contractibus, cæteriſque hominis diſpoſitionibus magis, attenditur quàm uerba.*

6 *Diſpoſitio qualibet hominis à ſtatuto loci interpretationem ſumit: de hoc infra nu. 40. 42. & 45.*

Emphyteoſis concesſa pro ſe, filiis, & hæredibus iuxta ſtatutum loci interpretatur, & nu. 42.

7 *Statutum excludens filias propter maſculos, multò magis neptes ex filio propter filios excludere uoluiſſe uidetur.*

8 *Hæredum, & deſcendentium appellatione in emphyteoſi eccleſiaſtica, ac in feudis deſcendentes, & hæredes ſanguinis comprehenduntur: contra infra nu. 30.*

9 *Fœminæ emphyteoſis eccleſiaſticæ, & feudi ſui natura incapaces ſunt, neque ad ea admittuntur, niſi expreſſè uocatæ ſint: contrarium infra nu. 18 46. & 50. & ibi, quid de hæredibus extraneis remiſſiuè.*

10 *Argumentum de feudo ad emphyteoſim eccleſiæ quando procedit.*

11 *In antiqua emphyteoſi ſemper primo cōductori ſucceditur, & ad primā inueſtiturā ſemper in dubiis contingentibus recurritur, et infra nu. 44.*

12 *Emphyteoſis an ex adiectione nouorum pactorum, eiuſque renouatione noua facta dicatur, & nu 51.*

13 *Diſpoſitio hominis, & diſpoſitio ſtatuti pari paſſu ambulant.*

14 *In emphyteoſi non hæreditaria fœminæ cum maſculis admittuntur, ſecus ſi ea ſit hæreditaria.*

15 *Iura feudalia à iure communi exorbitantia ad emphyteoſim eccleſiæ pro deciſione cauſarū non extenduntur, ſed iuri cōmuni ſtandū eſt, nu. 50.*

16 *Hæredum appellatione in feudis ſolum maſculi contra ius commune comprehenduntur.*

17 *Feudi, & emphyteoſis eccleſiaſticæ differentia.*

18 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ad hæredes maſculos, & fœminas pariter ſui natura tranſit, licet de fœminis non exprimatur, & nu. 46.*

19 *Emphyteoſis concesſa pro ſe, & liberis ad maſculos, & fœminas pariter tranſit.*

20 *Hæredum ſignificatio latior eſt, quàm liberorum.*

21 *Hæres in re certa non comprehenditur in emphyteoſi concesſa pro ſe, & hæredibus, & nu. 42.*

22 *Emphyteoſis de iure ad patrē ex diuiſione deuoluta ad filios quoq; trāſit.*

23 *In emphyteoſi hæreditaria ſeruatur ordo ſuccedendi in hæreditate, & quando ea dicatur hæreditaria.*

Corn. doctri. in conſ. 24. et 241. in 2. uol. et cōſi. 42. in 4. uol. declaratur.

24 *In emphyteoſi recepta pro hæredibus hæres ex teſtamento illis, qui alter ad eam admitti uellent, præfertur.*

25 *Emphyteoſis concesſa pro hæredibus ſimpliciter, & concesſa pro hæredibus maſculis, uel legitimis differt.*

26 *In feudo ſuperſtes de linea illius, ad quem feudum in totum, uel pro parte peruenit, præfertur omnibus etiam maſculis de alia linea.*

27 *Opinio ultimo loco relata in dubio approbata cenſetur.*

29 *Statutum excluſiuum fœminarum in emphyteoſi concesſa pro ſe, & hæredibus locum non habet.*

30 *Emphyteoſis eccleſiæ concesſa pro ſe, & hæredibus ſimpliciter hæredes tàm extraneos, quàm deſcendentes, et ſic tàm fœminas, quàm maſculos comprehendit.*

31 *Fœminæ, ſtante ſtatuto illarum excluſiuo, pro extraneis habentur.*

32 *Fratres rem emphyteoticam inter ſe diuidentes, cum iuramento de non contraueniendo, ſucceſſioni dictæ rei renuntiare uidentur, maximè concurrentibus uerbis prægnantibus.*

33 *Licentia, & facultas uendendi, & alienandi in diuiſione concesſa facit, ut ius omne remiſſum eſſe uideatur.*

34 *Clauſula ad habendum, tenendum, uendendum, & alienandum, iuramento concurrente, iurium renunciationem operatur.*

35 *Collectiui nominis natura eſt, ut ſub illo uocati ſucceſiuo ordine hæreditario admittantur.*

36 *Emphyteoſis concesſa pro ſe, & filiis, & concesſa pro ſe, & hæredibus differunt.*

37 *Proximitas non reſpectu primi, ſed ultimi emphyteotæ decedentis conſideratur.*

39 *Pater ſemper magis filium, omneſque illius tàm maſculos, quàm fœminas deſcendentes in eius portione diligere præſumitur, quàm alium filium, ac deſcendentes ab eo.*

41 *Hæredum appellatione tàm maſculi, quàm fœminæ, ac tàm extranei, quàm deſcendentes ueniunt.*

43 *Filia hæres ex teſtamento ad emphyteoſim pro ſe, & hæredibus concesſam admittitur.*

45 *Verba contrahentium, ſeu aliter diſponentium quando ſecundum ſtatuta loci ſint interpretanda.*

47 *Feudum receptum pro hæredibus ſimpliciter an ſolum pro filiis, & deſcendentibus maſculis intelligatur.*

48 *Diſpoſitio facta pro hæredibus ſuis, uel pro ſuis hæredibus differt.*

49 *Declaratio glo. in l. ex facto in fin. ff. ad trebel. quando de feudo loquitur.*

52 *Canon dicitur de ſubſtantialibus emphyteoſis.*

53 *Proteſtatio contraria facto non releuat.*

54 *Emphyteoſis concesſa ab eccleſia alicui pro ſe, & liberis filias, ut filios, etiam ſi hæredes non ſint, comprehendit, ſecus ſi pro ſe, & hæredibus.*

55 *Emphyteoſis concesſa pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ad liberos, & deſcendentes etiam fœminas tranſit.*

Liberorum, & deſcendentium appellatione fœminæ quoque ueniunt.

56 *Emphyteoſis in monaſterium propter ingreſſum emphyteotæ ex titulo uniuerſali transfertur, eique acquiritur, & ibi, quando perpetuò, & irreuocabiliter acquiſita dicatur.*

57 *Emphyteoſis in monaſterium titulo ſingulari non transfertur.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiaſtica ſtipulata ſibi, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis fœminas quoq; cōprehēdit: & quid, ſi ſibi, & hæredibus ſimpliciter, & an ſui natura ad fœminas tranſeat.*

Emphyteoſis utrum in monaſterium per ingreſſum emphyteotæ transferatur.

CASVS CONSILII.

IOANNES *de Arengheria ab eccleſia rem in emphyteoſim perpetuam ad renouādum de xxix. annis in xxix. annos pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis cōduxit, & mortuus eſt ſuperſtitibus magiſtro Ludouico, & Fabronio eius filiis, & hæredibus, qui à dicta eccleſia renouationem pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis habuerunt, ſub diuerſo tamen canone à primo, ut in facto præſupponitur. Poſtea dicti magiſter Ludouicus, & Fabronius ad bonorum paternorum diuiſionem deuenerunt, & dictam rem emphyteoticam inter ſe æqualiter diuiſerunt: Deinde Fabronius ſine filiis maſculis, ſuperſtitibus duabus filiabus fœminis tantum, Camilla, & Seia, cōdito teſtamento deceſſit, poſt quod Seia mortua eſt, remanente Camilla, quæ paternā, & ſororis hæreditatem adiuit, & in monaſterium monialium animo in illo profitendi ſe conſulit, & antequā profeſſionē emitteret, magiſter Ludouicus, & eius nomine Alexander illius filius ſuper dicta re emphyteotica litē mouit, qua adhuc pendente, dicta Camilla mutans ſibi nomen, & Emilia uocata in dicto monaſterio poſt annū probationis ſolēniter profeſſa eſt, cuius nomine, ac etiā monaſterii abbatiſſa, & ſorores aduerſus præfatū magiſtrū Ludouicū litē ſuſceperūt, quæ cū diu duraſſet, tandē ſnīa contra dictū magiſtrū Ludouicū lata fuit, & declaratū dictā rem emphyteoticā reſpectu partis Fabronii ad dictam Camillam, ſeu ſororem Emiliam, cōſequenter ad dictū monaſteriū ſpectare, & pertinere, à qua ſentētia pro parte dicti magiſtri Ludouici fuit appellatum: Pendente itaq; appellatione pro informatione iudicis, ad quem plura ueniunt diſcutienda, primum eſt, utrum in parte dictæ rei emphyteoticæ, quæ in diuiſione ad Fabronium peruenit, dicta Camilla eius filia, exclu-*

ſo magiſtro Ludouico, in totum ſuccedere poſſit, uel è contra. Secũdo præſuppoſito, quod in illa parte ipſa de iure ſuccedere poſſit, utrum per ingreſſum monaſterii dicta pars rei emphyteoticæ in ipſum monaſterium tranſiuerit, ſeu tranſire potuerit.

CONSILIVM XCIII.

CIRCA primum dubium, in quo tota uis præſentis conſultationis conſiſtit, primo aſpectu dicẽdum eſſe uidetur, magiſtrum Ludouicum eſſe præferendum, 1 † quoniam hæc emphyteoſis ab initio Ioanni de Arengheria patri dictorum magiſtri Ludouici, & Fabronij pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis conceſſa reperitur, quæ nomina hæredibus, & ſucceſſoribus ſunt collectiua ſui natura apta comprehendere plures perſonas, pluresque earum gradus l. fin. C. de hæredibus inſtituen. l. ſciendum ff. de uerborum ſignificatio. iunctis iis, quæ habentur per Imolam, & Alexan. in l. quod dicitur ff. de uerborum obligat. in l. etiam ff. ſoluto matrimonio, ac in l. quædam §. nihil intereſt ff. de edendo: quo fit, ut primo ipſe Ioannes nominatus admitti debuerit, deinde poſt illius mortem ordine ſucceſſiuo hæredes, & ſucceſſores, cum uiuus hæredes habere nequeat l. qui ſuperſtitis ff. de acquiren. hæredita. l. j. & ibi glo. ff. de hæredi. uel actio. uendi. et per Bartolum in l. gallus §. quidam rectè ff. de liberis, & poſthumis: Item ubicunque plures per nomen collectiuum aptum plures perſonas, & gradus comprehendere uocati ſunt, tunc illi ſecundum prærogatiuam uocati cenſentur, ut qui proximiores ſunt, cæteris remotioribus præferantur, & quouſque hi extant, poſteriores non admittantur, ut in l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de lega. 2. l. peto §. fratre ff. eodem, l. fin. C. de uerborum ſignificatio. Barto. & docto. communiter in d. §. quidam rectè: Et hoc in 2 tantum procedit, † ut filius fratris, qui alias locum fratris ſui ſubintrare ſolet iuxta authen. ceſſante C. de legitimis hæredibus, unà cum patruo ſuo non admittatur, neque locum patris ſubintret propter nomen collectiuum, quo uocatus diceretur, ut uoluit Bald. in d. §. in fideicommiſſo, quicquid glo. ibi dixerit, itaque ſequitur Alexan. in conſil. 126. perſpectis &c. in 5. uolum. & cum Baldo tranſit Cuma. in dicto §. in fideicommiſſo dicens, quòd quis in locum patris ſui non ſubintrat, quando tractatur de cõceſſione non concernente cauſam hæreditariam, uel illi cohærentem, qualis eſt emphyteoſis eccleſiaſtica, ut Bart. Alexan. & alij uolunt in l. ſi patroni ff. ad trebellian. in d. l. etiam, & in dicto §. nihil intereſt, ac etiam in conſilio 44. in 5. uolum. in 6. colum. uerſicu. non obſtat, ſi quis diceret &c. tantum enim nepos locum patris ſui ſubintrat, quando de ſucceſſione hæreditaria, & ſic legali ſui aui, uel patrui tractatur, ut per Alexandrum in dicto conſilio, & in additio. ad Baldum in dicta authen. ceſſante, non autem quando tractatur de ſucceſſione ex hominis diſpoſitione, ut uoluit Alexand. in conſil. 203. conſideratis uerbis teſtamenti in 4. uolum. in 4. colum. dom. Floria. in d. §. in fideicommiſſo, & ibi Cuma. & in conſil. 106. mulier inſtituit maritum &c. Ange. in §. cum filius Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. Nico. de Matha. in l. fin. C. de iuriſdictio. omnium iudicum, Benedic. Capra in conſi. 5. & ſi uiſo colum. fin. Decius in conſil. j. in 3. colum. qui dicit hanc eſſe communem opinionem, & in conſil. 87. pro reſolutione &c. in fin. in uerſic. tertia concluſio. Sed magiſter Ludouicus ad huiuſmodi emphyteoſim uocatus eſt per illud nomen collectiuum, hæredibus, & ſucceſſoribus, & eſt de proximioribus ipſi Ioanni, atque in anteriori gradu, quàm ſit dicta Camilla, quoniam ipſe quoad Ioannem eſt in primo, Camilla uerò in ſecundo l. iureconſultus §. tranſeamus cum §. ſequenti ff. de gradibus, & Inſtitu. eodem titu. in §. primo, & in §. ſecundo, iuncto c. primo gradu 35. quæſt. 5. & ſumus in ſucceſſione non hæreditaria, ſed ex hominis diſpoſitione, 3 ſi quidem † emphyteoſis eccleſiaſtica non eſt quid hæreditarium, neque ad extraneos hæredes ſui natura tranſit, ſed ad filios, & deſcendentes, ut in dicta l. etiam, in dicta l. ſi patroni, & in dicto §. nihil intereſt per Alexandr. poſt Bartolum, ac in ea ſuccedítur ex hominis promiſſione, hoc eſt, ex ſtipulatione, ſeu conceſſione facta, ergo ipſe magiſter Ludouicus præferendus eſt, excluſa dicta Camilla, quæ, illo dicto Ioanni ſtipulanti, & primo acquirenti proximiore ſuperſtite, in locum patris ſui Fabronij per prædicta ad- 4 mitti non debet. ¶ Secũdo † ad fauorem dicti magiſtri Ludouici facere uidetur præſumpta mens ipſius Ioannis primi acquirentis, qui ſibi, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis ſtipulatus fuit, nam ſub illis uerbis nullo modo neptes ex filio comprehendere uoluiſſe uidetur, maximè alio filio, uel deſcendente maſculo exiſtente, ut ex diſpoſitis per eum in teſtamento colligitur, in quo filiis ſuis, & hæredibus prouidere uolens excludit filias proprias à ſucceſſione, & hæreditate, ergo multo magis dicendum eſt uoluiſſe neptes ſuas excludere, quæ ſibi ſunt remotiores, argumento l. ſi uiua matre C. de bonis mater. & per Paulum de Caſtro in conſilio 406. ſecundum antiquam impreſſionem incipien. caſus iſte frequenter contingit, de quo plenè commemorat inſignis præceptor Senenſis in repetitio. l. cum auus ff. de conditio. & demonſtratio. Rapha. Fulgoſ. in conſil. 18. incipien. Solomontia, Decius in conſil. 15. pro tenui &c. & conſi. 270. in 3. colum. Et ſi ipſe Ioannes ex diſpoſitis in teſtamento filiam propriam à bonis propriis, & hæreditariis excluſit, multo magis debet dici uoluiſſe illam eſſe excluſam à rebus, & bonis emphyteoticis acquiſitis pro ſe, & hæredibus, ad quæ fœminæ non admittuntur, tum quia illorum incapaces ſunt, tum etiam quia filia hæres uniuerſalis dicti Ioannis fuit, & ſi ipſe teſtator propriam filiam excluſam eſſe uoluit, multo magis ex ſua præſumpta mente eius neptis ex 5 filio Fabronio excluſa dici debet per prædicta, quia † in contractibus quoque, & in omnibus hominis etiam diſpoſitionibus mens præſumpta magis attendenda eſt, quàm uerba capitu. humanæ 22. quæſtio. 5. capitu. ſuggeſtum 7. quæſtio. 1. l. in conuentionalibus ff. de uerborum obligation. l. final. C. quæ res pignori obliga. poſſunt, cap. cum dilecti de donatio. cap. propterea, capitu. intelligentia de uerborum ſignificatio. Calder. in conſil. 99. ſecundum librum meum conſiliorum ſuorum cum ſimilibus. Tertio hoc ſuadetur, attento ſtatuto ciuitatis Bononiæ, quod filias, & alias fœminas deſcendentes etiam ex maſculo propter maſculos, & 6 filios ipſius defuncti excludit, † à cuius ſtatuti diſpoſitione interpretatio ſumi debet & in terminis noſtris, & in alia quauis hominis diſpoſitione, ut fuit doctrina Bartoli communiter approbata in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad trebellianum, & in indiuiduo, quòd conceſſio de re emphyteotica facta pro ſe, & filiis, uel hæredibus debeat intelligi, & interpretari ſecundum ſtatutum loci, quòd maſculos fœminis præfert, uoluit Bartolus in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis libertorum, ac etiam in fortioribus terminis, quando emphyteoſis pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis conceſſa eſſet, ut fœminæ admitti nequeant, quouſque maſculi extarent, & hoc ſequitur Alexander in conſilio 119. in 5. uolum. & in conſilio 44. in primo uolum. Sozinus in conſilio 52. numero 36. in 4. uolum. Corneus in conſil. 74. in primo uolum. in primo dubio, & Decius in conſil. 163. & in conſilio primo in primo uolum. idem tenet Petrus de Anchara. in clemen. 2. de iure patrona. & in conſil. 124. uiſis, & diligenter ruminatis, ac in l. tres fratres ff. de pactis, Imola in l. fin. ff. de conditio. & demonſtratio. & in cap. potuit propè finem de locato, habetur per Andr. Iſern. & Moderniſ. in c. 1. in quibus cauſis feudum amit-

& latius

& latius per Alex.in d.§.cum ita,qui multa allegat, & habetur per Corneum in conſil.124.in 2.uolumin. nume.14.
7 cum tribus ſequentibus. Præterea † ſi ſtatutum propter filios maſculos uoluit filias excludi debere, ergo multo magis neptes ex filio propter filios eſſe excludendas uoluit, per ea,quæ uoluit Alexand.in l. uenia C.de in ius nocand. & latius proſequitur Corneus in conſil. 45. in 4.colum. & ideò conceſſio facta Ioanni primo inueſtito de emphyteoſi eccleſiaſtica pro ſe,& hæredibus,ac ſucceſſoribus,quæ pro deſcendentibus facta intelligitur, ex quo ſumus in re, quæ ſui natura ad hæredes extraneos non eſt tranſitoria, ſed ad filios, & deſcendentes, ut ſupra, & conſequenter
8 †appellatione hæredum deſcendentes, & hæredes ſanguinis comprehendũtur,ſicuti etiam dicimus in materia feudali,ut in c.1.de eo, qui ſibi,& hæredi. & ibi Bald. Aluero. & Moderniſ.in ultima colum. And.de Iſern.in c.1. an agnatus,uel filius,Bald.in c.1.§.& quia in 2.& 3.columna de his, qui feudum dare poſſunt,optimus textus,& ibi Bald.in c.1. §.ſed diuerſum de aliena.feudi,c.1.§.profectò de lege Corradi, & habetur in capitu. in præſentia de probation.per doctor.maximè Modern.poſt Abb.ibi,& latè per Alexan. in d.l.ſi patroni, in d.l.etiam, & in d.l. quod dicitur poſt Imolam, talis,inquam, conceſſio debet intelligi, & interpretari de deſcendentibus maſculis, ſi extent, ad excluſionem fœminarum deſcendentium, quoniam in dubio quis ſemper cenſetur ſe uoluiſſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti,quod in loco pro iure communi habetur,ſi uerò ſtatutum non extaret, tunc ita intelligi debet, ut diſpoſitioni legis communis conformis ſit, ut per illum textum uolunt Barto.& docto.in d.l.hæredes mei §.cum ita, & ita ſequitur Corneus in conſi.45.in 4.uolumine in 2.colum.& in conſi. 145. in primo uolumine in ultima colum. qui multa allegat,& Calcane.in conſi.48.in penultima colum.& Alexan. conſil.15.in 4.uolumine. ¶Quarto contra dictam Camillam facit,nam Ioannes primus emphyteota pro ſe, & hære
9 dibus, & ſucceſſoribus ſuis acquiſiuit, & † fœminæ ſui natura incapaces ſunt emphyteoſis eccleſiaſticæ, niſi ad illam expreſsè uocatæ ſint,ut uidetur uoluiſſe Ioan. de Imola in capitu. potuit de loca.circa finem, qui hoc modo intelligit tex.in §.emphyteoſim in authen. de non alienand. aut permutan.colla.2.& per eum in l. ſi ita ſcriptum ff. de lega.2.& ſequitur Roma.in l.ſed ſi hac §.liberos ff. de in ius uocando, & Alexand. in conſil. 61. in prima columna in primo uolum. cum ſimilibus, ergo appellatione hæredum ſolum maſculi, & non fœminæ comprehendi debuerunt, ſicut contingit in feudis ſui natura ad filias, & fœminas non tranſeuntibus, quando conceſſio ſimpliciter pro ſe, & hæredibus facta fuiſſet, ut eſt textus in dicto capit.1. §.ſed diuerſum cum ſimilibus ſupra allegatis: Et ſic concludit Calder.in conſil.14.in titu.de locato, & in conſil.1. de feudis,& conſi.15.in titu.de uerborum ſignificatio. qui hanc eſſe communem opinionem atteſtatur, quicquid dixerit Cyn.in l.liberti,libertæque C. de operis libertorum: hoc idem ſequitur Cardin.in conſi.64. Et ſuadetur,quia
10 † procedit argumentum de feudo ad emphyteoſim eccleſiæ, niſi in iis,in quibus contrarietas à iure inducta reperiretur,ut uidetur uelle Bartol. in dicta l. ut iuriſiurandi §.ſi liberi, in dicta l.ſi patroni,& ibi Alexan.& in d.l.etiam,nec non in l.ſi mihi, & titio ff. de uerborum obligatio.cum ſimilibus,Specul.in titu.de feudis §.quoniam uerſi.40.in fin. Calderin.in dicto conſil.15.de feudis,& clarius in d.conſil.15.de uerborum ſignificat. Sed in feudis,quorum fœminæ ſui natura capaces non ſunt, hæredum appellatione ſimpliciter ſolum maſculi comprehenduntur, ut in d.§.ſed diuerſum,& in c.1.de eo,qui ſibi,& hæredi.& per doctores poſt gloſam in d.c.in præſentia de probatio.ibique Abbas

poſt alios communiter cum ſimilibus ſupra allegatis, ergo idem dicendum eſt,quando in conceſſione rei emphyteoticæ eccleſiaſticæ facta fuiſſet mentio de hæredibus ſimpliciter,ut uidetur uoluiſſe Calder.in d.conſi.14.& 15.
¶Quinto ſic arguitur, †in antiqua emphyteoſi,ſeu auita il
11 li,qui ſuccedunt,dicuntur primo conductori,& non illi,qui ultimo loco,deceſſit ſuccedere,Calder.in conſil.13.in tit. de feudis,& uidetur uelle Bart. in l.gallus §. quidam rectè, & §.etiam ff.de liber.& poſthum.& in l.cum ita §. in fidei commiſſo ff.de legat.2.Corneus in conſil.47.j.colum.4.uolum.& in conſil.74.j.uolum.in primo dubio,Alexan.in conſil.44.in j.uolum.Decius conſi.263.j.colum. & Roman.in conſi.35.& Calder.in d.conſi.13.de locato, quòd in dubiis contingentibus ad primam inueſtituram ſemper recurſus haberi debet, & ſubſequentes,qui ad emphyteoſin uenire uellent,illius uerba, & naturam multum attendere debent,ut probatur in c.j.de duobus fratrib.à capit. inueſtit. Bal.in prælud.feudo.in uerſic.quarta principalis diuiſio,& habetur per Ioannem de Ana.in conſi.7.in uerſic.ſecundo præmitto:Sed ipſa Camilla Ioannis primi conductoris hæres non fuit,nec eſſe potuit,quia magiſter Ludouicus filius illam præcedit,ergo tanquam hæres ad emphyteoſim ad-
12 mitti non poteſt: Nec †dicatur hanc emphyteoſim eſſe nouam,& paternam,hoc eſt à Fabronio patre Camillæ prouenientem propter renouationem factam in perſona Fabronij cum alteratione canonis,& perſonarum mutatione, ex quibus prima inueſtitura alterata uidetur,& ſequens noua cenſetur,quia prima fuit facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus Ioannis primi conductoris,renouatio uerò pro hæredibus,& ſucceſſoribus Fabronij,& magiſtri Ludouici per ea, quæ uolunt Bal.in authen.ſi quas ruinas, Fulgo.in conſil.x. Alex.in conſi.9.in 3.uolum.in j.colum. & Felin. in c.quod ſuper his in 4.colum.de maiori. & obedien. argumen.l.ius ciuile ff.de iuſti.& iure,l.iuriſgentium §.adeò ff.de pactis,& plenè per Alex.in l.ſi mihi,& titio ff.de uerbor.obligat.per Bal.in c.imperialem §.inſuper in 3.colum. de prohib. feu. aliena.Quia hoc motiuum in caſu noſtro non procedit,primo quoniam,ut dicit Calder.in conſi.12.in titu. de feudis, ex appoſitione nouorum pactorum noua emphyteoſis facta non dicitur,& maximè,quando per noua pacta conditio eccleſiæ melior facta eſſet,ut ſenſit Federic.de Senis in conſil.179.& habetur per Alexandr.in conſil.78.in 7. uolum. argumento l.2. C.de reſcinden. uenditio. & in capitu.cum cauſam de emptio.& uenditio. & hæc tanto magis procedunt,quando illi,qui fuerunt renouati, fuerunt proteſtati ſe renouationem recepiſſe non animo ab antiqua inueſtitura recedendi,ſed formam illius ſequi uolentes renouationem acceperunt,ut in caſu noſtro factum fuit, ueluti notab. uoluit Alexan. in dicto conſi.78. & ideò in terminis noſtris ſimplex renouatio dici debet,non autem noua conceſſio, & conſequenter non ipſa renouatio eſt attendenda, ſed prima conceſſio,quæ mutari non dicitur,nec eius natura alterari per renouationem factam ex neceſsitate quadam oriente ex pacto interpoſito in prima conceſſione de renouando, ut infertur ex iis, quæ habentur per Decium in conſi.263.per Corneum in conſi.74.in 1.colũ. primo uolu.Alexan.conſi.107.in 4.uolu. et Deci.in conſi. 273.in ultima colum.qui allegat Roma.et alios,et habetur per Petrum de Anch.in conſi.125. et per Iaſ.in d.l.ſi mihi,
13 et titio. ¶Sexto ſic arguitur, † à pari procedunt, parique paſſu ambulant diſpoſitio ſtatuti,et diſpoſitio hominis,Bar. in l.ſi quando §.1.ff.de leg.1.Bald.in l.j.C.de uerbo. ſigni. Alex.in cõſ.186.in 2.uolu.ſed ſi Ioãnes primus conductor maſculos tãtum uocaſſet, puta quia fuiſſet ſtipulatus ſibi,et filiis,ſeu deſcendentibus,ſiue hæredibus maſculis,proculdubio ipſa Camilla fuiſſet excluſa, quia fœmina admitti

non potuiſſet, attenta natura conceſſionis, quæ ſolum ad fauorem maſculorum facta fuit, ut uoluit Federi. de Senis in conſilio 228. ergo idem etiam in caſu occurrenti dicendum eſt, ſtante ſtatuto, quòd à ſucceſſione fœminæ propter maſculos excludantur, quia licet in hoc caſu conceſſio ſimpliciter pro ſe, & hæredibus facta fuerit, tamen ut diſpoſitio hominis ſit diſpoſitioni ſtatuti conformis iuxta ea, quæ dicta ſunt, debet intelligi facta ſolum pro hæredibus maſculis. ¶ Septimo pro magiſtro Ludouico contra dictam Camillam plura conſilia allegantur, hoc eſt Petri de Ancharan. 125. Barbat. conſil. penult. 1. uolum. Federic. de Senis conſil. 77. & conſil. Bald. quod incipit præmiſſis uerbis, de quo meminit Corneus in conſilio 190. in 3. uolum. Aduerſatur etiam dictæ Camillæ conſil. Corne. 24. in 2. uolum. & fortius conſil. 42. in tertio uolumine.

¶ Octauo illi obſtat doctrina Baldi in l. liberti, libertæque in 6. colum. uerſicul. ſed quid eſt, ſi ſtatutum C. de operis libertorum, qui dixit, quòd

14 † quando emphyteoſis non eſt hæreditaria, ſed quid à iure hæreditario diuerſum, tunc fœminæ ſimul cum maſculo admittuntur §. emphyteoſim in authen. de non alienan. non obſtante ſtatuto, per quod fœminæ à ſucceſſione propter maſculos excluderentur, ſed ſi feudum, uel emphyteoſis eſſet quid hæreditarium, tunc ſecus, quia fœmina propter agnatos maſculos excluderetur, & hoc modo debet intelligi id, quod uoluit Baldus in capitu. 1. in 2. colum. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis in uerſicu. opponit Iacob. de Beluiſo, prout colligitur ex eius uerbis, qui ſe ad dicta per eum in dicta l. liberti, libertæque remittit: At in caſu noſtro emphyteoſis eſt quid hæreditarium, & cum uniuerſitate hæreditaria tranſit, quia fuit conceſſa pro ſe, & hæredibus ſuis iuxta notata per Baldum in authen. ſi quas ruinas C. de ſacroſanctis eccleſ. in 2. colum. cum ſequen. per Alexandr. in conſil. 129. in 5. uolum. & in conſil. 11. in 3. uolum. Aluaro. & Moder. in capitu. 1. an agnatus, uel filius, ergo à ſtatuto de ſucceſſione uniuerſalis ſucceſſionis hæreditariæ loquente regulari debet. ¶ Nono conſiderandum eſt, quòd etiam ſi Camilla uellet tanquam hæres Fabronij immediatè uenire, ſolum ex perſona ſua ad dimidiam totius partis Fabronij admitti poteſt, cum ad aliam dimidiam eius ſoror filia ipſius Fabronij admiſſa fuerit, & ideò cum dicta alia filia ab inteſtato deceſſerit, ſuperſtitibus ſorore Camilla, & magiſtro Ludouico patruo, ſequitur, quòd ad illius hæreditatem, & ſic ad dimidiam ſoror, & patruus ſimul uocati fuerunt, ut cautum eſt per ſtatutum Bononienſe ſub rubrica de ſucceſſione ab inteſta. aſcen. in §. agnati nanque. ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, quæ re uera, ſi rectè intueantur, non obſtant, contrarium de iure uerius eſſe arbitror, quòd ipſa Camilla, & nunc in monaſterio Emilia uocata ad partem rei emphyteoticæ, quæ in diuiſione à dicto magiſtro Ludouico Fabronio aſſignata fuit, ſit admittenda, ad quod dicendum ex pluribus moueor, & in primis ſic argumentor,

15 † quando iura feudalia aliquid contra ius commune, & illius regulas diſponunt, tunc pro deciſione cauſarum in materia emphyteoſis eccleſiæ allegari non poſſunt, ſed ius commune ſeruandum eſt, ut per Alexandrum in conſilio 9. 1. uolum. & in conſilio 106. in 3. colum. in 4. uolum. cum ſequen. qui doctores ita communiter teneri atteſtantur, & in terminis per Iaſonem in l. 1. in 14. colum. circa finem C. de iure emphyteotico: Nam cum ſint à iure communi exorbitantia, ad emphyteoſim eccleſiæ extendi nequeunt, maximè quando diuerſa ratio eſſet l. ſi uerò §. de uiro ff. ſoluto matrimo. & ibi Imola, & alij, capitu. quæ à iure de regulis iuris in 6. cum ſimilibus, ſi quidem quòd

16 † in feudis appellatione hæredum ſimpliciter filij, & deſcendentes maſculi comprehendantur iuxta capitu. 1. de alienatione feudi, & per Calderinum in conſil. 1. & 11. de feudis, & in conſilio 14. de locato, hoc eſt contra regulas iuris, cum hæredum appellatione regulariter maſculi, & fœminæ, ac etiam extranei comprehendantur, quia in ius uniuerſum defuncti ſuccedunt l. in annalibus, & ibi doctores C. de legat. canoniſtæ communiter in cap. in præſentia de probationibus, ubi Ioannes Andr. Abbas, Decius, & alij, Alexand. Paul. & reliqui in l. ſed ſi in hac §. liberos ff. de in ius uocand. Calderin. in conſilio 11. de locato, l. hæredis appellatione ff. de uerborum ſignificat. ergo iura feudalia uolentia, quòd hæredum appellatione filij, & deſcendentes maſculi comprehenſi intelligantur, ut in dicto cap. 1. §. ſed diuerſum de alienatio. feu. & Bald. & docto. ibi, ac in cap. 1. §. profectò de lege corradi, cap. 1. §. & quia uidimus de his, qui feudum dare poſſunt cum ſimilib. in cauſis emphyteoticis locum non habebunt, nec allegari poterunt: Propterea diſpoſitioni iuris communis ſtandum erit, quòd in emphyteoſi eccleſiæ appellatione hæredum ſimpliciter comprehenduntur deſcendentes maſculi, & fœminæ, exceptis extraneis: & hoc eſt, quod dicere uoluit Calder. in dicto conſilio 11. de locato in finalib. uerbis, qui dicit, hæredum appellatione extraneos non comprehendi, idemque dicit in conſil. 14. eodem titu. quoniam hoc intelligit ſolum ad excluſionem extraneorum, non autem aliorum deſcendentium, niſi quando emphyteoſis conceſſa fuiſſet pro ſe, & filiis ſuis maſculis, prout eſt caſus, in quo Aretinus conſuluit:

17 † Et uera diuerſitatis ratio eſſe poteſt, quia hæredum appellatione ſimpliciter in feudis non hæredes fœminæ, nec extranei, ſed ſolum maſculi comprehenduntur, quoniam fœminæ ſui natura feudorum ſunt incapaces, ut in c. 1. §. hoc autem de his, qui feudum dare poſſunt, c. 1. in princip. de ſucceſſio. feud. c. 1. de ſucceſſ. fratrum, uel de gradibus, & in c. 1. de natura ſucceſſio. feudi, & feuda ad hæredes extraneos ſui natura non tranſeunt, ne proprietas ſemper ſit inutilis, ut dicit gloſ. in dicta l. in annalibus, & habetur in l. ex facto §. fin. ff. ad trebellian.

18 † Emphyteoſis uerò eccleſiaſtica, quamuis ſui natura non tranſeat ad extraneos hæredes ratione proximè dicta, niſi in caſu cap. ad aures de rebus eccleſ. non alienan. & probatur in §. emphyteoſim in authen. de non alienan. aut permutan. rebus collatio. 2. tamen regulariter non ſolum ad filios, & deſcendentes maſculos, ſed ad fœminas quoque pariter tranſit abſque eo, quod de fœminis, ſicut de maſculis exprimatur, ut eſt textus clarus, qui cauillari non poteſt, in dicto §. emphyteoſim, ubi generaliter, & per modum regulæ text. dicit, emphyteoſim eccleſiæ fieri poſſe pro accipiente, & pro duobus illius hæredibus, uidelicet filiis maſculis, aut fœminis, aut nepotibus utriuſque naturæ, uidelicet maſculis, & fœminis, aut pro uxore, aut uiro, quod ultimum de uxore, & uiro debet intelligi, ſi expreſſim dictum fuerit, ut ibi, & hanc differentiam inter feudum, & emphyteoſim eccleſiæ in terminis ponit Paul. de Caſtro in l. ex facto §. fin. ff. ad trebellianum: Ex quo text. d. §. emphyteoſim duo infero, primum, quòd in materia emphyteoſis eccleſiæ appellatione hæredum filij maſculi, & fœminæ, item nepotes, & neptes continentur, abſque quod de filiis, & nepotibus utriuſque ſexus expreſſum fuerit. Secundum, quòd emphyteoſis eccleſiæ non cenſetur recepta pro uxore, neque pro uiro, niſi fuerit expreſſum, & in hoc uxor, & uir à filiis, & nepotibus maſculis, atque fœminis differunt, ut ibi in uerſicu. ſed hoc uidelicet de uxore, aut uiro expreſſim nominetur: ergo infertur, quòd emphyteoſis conceſſa pro hæredibus intelligitur, hoc eſt pro filiis, & nepotibus utriuſq; ſexus, etiam ſi expreſſim non fuerit expreſſum: Et hanc partem, quòd emphyteoſis

phyteoſis eccleſiæ ſui natura ita ad fœminas deſcendentes, ſicut ad maſculos ſit tranſitoria, ſenſit Bartol. in d. l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. liber. qui dixit, ſi quis receperit emphyteoſin pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis, poſt illius mortem filij maſculi, & fœminæ pariter ſimul admittuntur, niſi conſuetudo, uel ſtatutum in loco extarent, regulariter ergo uoluit ita fœminas emphyteoſis eccleſiæ capaces eſſe, ſicut ſunt maſculi, alioquin ſi regulariter fœminæ incapaces, & maſculi capaces forent, profectò ſequeretur, quòd ſi quis pro ſe, & filiis maſculis, & fœminis acciperet, fœminæ ſimul cum maſculis admitti non deberent, ſed ordine ſucceſſiuo, hoc eſt, primo maſculi, iiſque deficientibus, fœminæ, prout in feudis dicitur, quorum fœminæ ſui natura ſunt incapaces, ut probatur, & clarè habetur in c. 1. §. filia de feudi ſucceſſ. & ibi omnes feudiſtæ, c. 1. epiſcopum, uel Abba. quod tamen eſt falſum, quia maſculi, & fœminæ ſimul regulariter admittuntur, niſi ſtante conſuetudine, vel ſtatuto, ut per Bartolum in d. §. ſi liberi, qui in hoc inter feuda, & emphyteoſim differentiam facit. Aliud ergo erit in terminis iuris communis, ut fœminæ emphyteoſis eccleſiæ regulariter capaces ſint, ſicut maſculi, & conſequenter appellatione hæredum comprehendantur, ueluti uidetur eſſe de mente doctorũ communiter, inter quos iſtud uoluere Bald. in l. ſed ſi hac §. liberos ff. de in ius uocand. & ibi Roma. & Alex. qui dicunt etiam in fortio-
19 ribus terminis, quòd † emphyteoſis conceſſa pro ſe, & liberis non ſolum ad maſculos, ſed etiam ad fœminas tranſit, quia liberorum appellatione deſcendentes etiam fœminæ comprehenduntur, ut in l. iureconſultus §. parentes ff. de gradibus, l. liberorum ff. de uerbo. ſignifica. l. 1. C. de conditio. inſer. cum ſimilibus: multo magis ergo, quando pro hæ-
20 redibus conceſſa eſſet, † quod uerbum eſt magis commune, quàm ſit uerbum liberi, ut expreſsè per Alexan. in d. §. liberos, & idem tenet Alexand. in l. quod dicitur circa finem in princ. ff. de uerb. oblig. in 18. 22. & antepenul. col. ubi plura allegat, & maximè tex. quem etiam Bal. in d. §. liberos adducit, in d. §. emphyteoſim, idemque tenuit Pau. Caſt. in l. 1. in ſecunda colum. C. de conditio. inſer. Alex. in l. gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthu. & in conſi. 80. in 1. uolumi. ac in conſil. 189. in 2. uolu. Corneus in conſil. 37. in 3. uolu. & clarius in conſi. 233. in 4. uolu. Bal. in auth. defuncto C. ad tertullia. & Alexan. in conſi. 8. in 3. uolumi. Curtius in ſuo conſilio 45. Petrus de Anchar. in conſi. 320. & Imola in conſi. 27. quicquid ipſe ſenſerit in c. potuit de locato, & in l. ſi ita ſcriptum ff. de leg. 2. quia ibi loquitur, quando conceſſa fuit non pro hæredibus, ſed pro ſe, & filiis, quoniam in contractibus maſculinum nõ concipit fœmininum, ut uoluit Archi. in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. item quòd hæredum appellatione in contractu emphyteotico fœminæ comprehendantur, ſenſit Iaſ. in l. 1. in 15. col. C. de iure emphyteo. poſt Bald. in l. liberti, libertæque C. de oper. liberto. qui dixit, quòd licet fœminæ feudorum capaces nõ ſint, cum ea in uirili officio ſeruitij perſonalis conſiſtant, tamen ſecus eſt in emphyteoſi, & aliis contractibus.

¶ Secundo principaliter pro ipſa Camilla uidetur eſſe doctrina Baldi in d. l. liberti, libertæque in 6. col. uerſi. attende
21 tu, qui uoluit, quòd † quãdo emphyteoſis fuit recepta pro ſe, & hæredibus, ſi filia in re certa ſit hæres, non comprehenditur, cum uerbum hæredibus propriè de quotta inſtitutionis, & hæreditatis intelligatur, l. quædam §. is autem ff. de edend. & hæreditatis nomine res certa non continetur, ſi quidem hoc nomen hæredibus non tàm demonſtrat, quàm diſtribuit, & nullam habenti quottam nil proportionabiliter diſtribuere, aut ſortiri poteſt l. 1. C. de impube. & aliis ſubſtit. quæ uerba Bald. clarè, & expreſsè inferunt, quòd ſi filia hæres uniuerſaliter, uel in quotta in teſtamento eſſet inſtituta, ad emphyteoſim pro hæredibus receptam ſicuti maſculus admitteretur, & Bald. ipſe loquitur etiam in caſu, quo ſtatutum fœminas propter maſculos excludẽs extaret, ut ex eius uerbis præcedentibus colligitur.

¶ Tertio hanc partem, quòd fœmina hæres inſtituta, excluſo patruo, ueniat ad partem emphyteoſis, quam eius pater in diuiſione facta cum fratre ſuo habuit, quãdo emphyteoſis fuit conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſic erat quid hæreditarium, tenuit expreſsè conſulendo Corneus in conſil. 263. in 3. uolumin. pluribus rationibus motus, & idem ſatis pulchrè in conſil. 190. in 3. uolumin. in ultima columna,
22 & inter alia ipſe dicit, † quòd ex quo res emphyteotica de iure ex diuiſione legitimè facta ad filium maſculum deuenit, ex hoc reſultat, quòd ſicut Fœlix eius filia patri ſuo in hæreditate ſuccedit, ita & in emphyteoſi ſuccedat, hoc enim ſuadet æquitas, quòd bona ad patrem deuoluta ad filios, ſeu filias tranſeant, & dicit Bald. in dicta l. liberti, libertæque in 3. colum. uerſicu. ſi autem tan-
23 quam pro hærede recepta fuit emphyteoſis, quòd † tunc ordo ſuccedendi in hæreditate dat ordinem ſuccedendi in emphyteoſi, & in capitu. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus in uerſicu. tamen Iacobus Aurelianus &c. inquit, quòd ſi feudum pro hæredibus ſimpliciter conceſſum ſit, ad omnes, hoc eſt ad maſculos, & fœminas tranſit: In caſu autem noſtro emphyteoſis pro hæredibus ſimpliciter conceſſa fuit, & ſic eſt quid hæreditarium, aut iuri hæreditario cohærens iuxta notata per Baldum in l. 2. C. de ſuis, & legitimis, in authen. ſi quas ruinas in 2. colum. cum ſequen. C. de ſacroſanctis eccleſ. Alexand. in conſilio 129. in quinto uolum. & in conſilio 11. in 3. uolum. & in l. ſed ſi hac §. liberos ff. de in ius uocand. Aluarotus, & Moderni in capitu. 1. de eo, qui ſibi, & hæredibus, Andr. de Iſernia, & Bald. in 4. colum. in capitu. 1. an agnatus, uel filius in uerſicu. ſed nunquid, & Camilla à Fabronio patre uniuerſaliter fuit hæres inſtituta, ergo ad partem emphytheoſis, quæ obuenit ipſi Fabronio tempore diuiſionis, excluſo magiſtro Ludouico, debet admitti, quia ordo ſuccedendi in hæreditate Fabronij dat ordinem ſuccedendi in emphyteoſi, ut inquit Baldus in l. liberti in 6. colum. C. de operis libertorum, & in terminis per Curtium in conſilio 45. per totum: Et iſtam concluſionem in caſu noſtro probare uidetur textus clarus in cap. j. de duobus fratribus à capita. inueſtitis, ubi feudum pro parte diuiſa uni ex fratribus aſſignatum ſpectat ad filiam, & illius hæredem, excluſo ſuo patruo, & eius filiis, & hoc ex eo, quia unuſquiſque ſibi, hæredibuſque ſuis cenſetur proſpexiſſe, ibi enim duobus fratribus feudum fuerat conceſſum pro ſe, & hæredibus maſculis, & illis deficientibus, pro hæredibus fœminis, contigit, quòd unus deceſſit cum filia, dicitur ibi, quòd illa ſuccedit in parte patris, excluſo patruo, ratione, de qua ſupra, & ibi Baldus hoc ſenſit, ergo Fabronius recipiendo partem emphyteoſis pro ſe, & hæredibus ſuis, non ſolum ſibi, ſed etiam hæredibus, hoc eſt filiæ, quæ fuit hæres eius, uidetur proſpexiſſe: Nec huic determinationi Cornei in dicto conſilio 263. & Curtij, & etiam Bal. refragatur deciſio eiuſdem Cornei, de qua in conſilio 24. in 2. uolum. & in conſilio 42. in 4. uolum. & in conſi. 241. in 2. uolum. quia loquitur, quando alter frater deceſſit, ſuperſtite ſolum filia ab inteſtato, nos uerò, quando ex teſtamento, & hæc inter ſe uidentur differre, ut colligitur ex iis, quæ habentur per Baldum in d. l. liberti, liber-
24 tæque in 6. colum. & † hoc ultimo caſu, quando ex teſtamento, ſi emphyteoſis fuit recepta pro hæredibus, filia, quæ eſſet hæres ex teſtamento, maſculo præferretur, qui aliter uellet ad emphyteoſim admitti. Secundo Corneus in dictis duobus ultimis conſiliis, & Decius in conſil. 263. in

25 1.colum. ad finem loquuntur, † quando emphyteoſis fuiſſet recepta non pro hæredibus ſimpliciter,ſed pro hæredibus maſculis, quo caſu dicitur recepta ſolum pro filiis maſculis,c.1.cum ſimilibus §.ſed diuerſum de feudi ſucceſſione, uel pro filiis, ſeu deſcendentibus maſculis, & ideò nil mirum, ſi fœminæ non admittuntur,quia cenſentur excluſæ propter qualitatem maſculinitatis, item quia in contractibus maſculinum non concipit fœmininum, Archidiaco.in d.c.ſi quis ſuadente 17. quæſtio.4. & ita propriè loquitur etiam Imola in d. c. potuit in ultima colum. & in l.ſi ita ſcriptum ff.de legat.2.& Feder.de Senis in conſil.77.& in conſilio 228.& latius infra etiam dicetur:Idem dicerem, ſi conceſſa fuiſſet pro hæredibus legitimis, quia propter hanc adiectionem, legitimis, intelligetur de filiis maſculis, & ſic de hæredibus ſanguinis capit.1.de his, qui feudum dare poſſunt,& facit expreſsè, quod uoluit Barto. in dicta l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi, ubi parificat, an dictum ſit pro hæredibus maſculis, an pro hæredibus legitimis. Præterea Corneus maximè in dicto conſil.42.in 4.uolum. loquitur, quando filia à ſucceſſione patris excludebatur à patruo ex diſpoſitione ſtatuti diſponentis, quòd filia dotata non poſſet ſuccedere patri ſuo, ſi extaret frater patris, hoc eſt patruus ipſius filiæ,& ideò cum filia non poſſet ſuccedere in hæreditate patris propter patruum, ita nec in emphyteoſi hæreditaria,ut ibi per eum,ergo innuit, quòd ſi filia patri ſuo poſſet ſuccedere in hæreditate,ut quia eſſet hæres inſtituta,uel etiam ab inteſtato, ipſa deberet etiam ſuccedere in parte emphyteoſis ipſius patris,ut dixi ſupra:Sed in caſu noſtro Camilla in hæreditate patris Fabronij ſucceſſit,& ſuccedere potuit,quia à patre fuit hæres inſtituta, item ab inteſtato etiam ex diſpoſitione ſtatutorum non excludebatur à patruo,ergo ſicut in hæreditate ſucceſſit, ita & in parte emphyteoſis ſui patris ſuccedere debet, cum emphyteoſis ſit quid hæreditarium, hoc eſt conceſſa pro ſe, & hæredibus per prædicta; itaque rectè conſiderando uerba,& dicta Cornei in dictis conſiliis, & maximè in dicto conſilio 42. potius facere dicuntur pro ipſa Camilla, quàm contra. ¶ Præterea & quarto pro Camilla facit, † nam donec ſupereſt aliquis de linea illius,ad quem
26 peruenit feudum in totum, uel pro parte, puta ex diuiſione legitimè facta,tunc ille,etiam ſi ſit fœmina, præfertur omnibus etiam maſculis, qui eſſent de alia linea, hoc eſt de linea alterius fratris, cum quo facta fuiſſet diuiſio, ut in capitu.1.in fine de natura ſucceſſio. feud. & per dominos feudiſtas ibi, & facit conſilium Bald. 32. incipien. præmiſſis uerbis,de quo meminit Corneus in conſilio 190. in 3.uolum.& in conſilio 263.in 1.uolum. & hoc in terminis uoluit Bald.in conſilio 331.in primo dubio in 2.uolum. & ibi per totum, quod omninò inſpiciatur, quia optimè huic noſtro caſui inſeruit, & ibi reſpondet aliquibus, & maximè textui in capit.1.de eo,qui ſibi,& hæredibus, quæ aduerſari uidebantur. ¶ Quinto induco textum illum non cauillando in capitu.1.in fine de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis,ubi ſi uaſallus militi feudum per beneficium dedit, & moriatur, duobus relictis filiis, quorum unus deceſſit, relicto filio maſculo, alius relicta filia fœmina, quæritur, an miles debeat recognoſcere feudum in beneficium à maſculo, an à fœmina, & neceſſe eſt intelligere illum textum, quod ad feudum illud fœminæ etiam admitti poterant, deficientibus,ſeu non exiſtentibus maſculis, alioquin fruſtra dubitaretur, an eſſet à filia recognoſcendum, & dicitur ibi,quòd aliqui uoluerunt à maſculo, tanquam ipſe ſuccederet in feudo, excluſa fœmina, alij uerò prudentes dixerunt militem debere recognoſcere à filia fœmina,& hæc opinio ultimo loco refertur, & neutra expreſsè reperi-
27 tur approbata ibi in textu, ergo † ultimo loco relata cenſetur approbata,iuxta textum cum gloſ. in l.qui filium in, fine ff.ad trebellianum,& Roma.in ſuo ſingulari 93.& conſequenter miles debet recognoſcere à filia fœmina, quod intelligas pro illa parte, quæ peruenit, ſeu peruenire debuit ad eius patrem,& ratio eſt,quæ colligitur ex prædictis, & ex textu in capitu.unico de duobus fratribus à capita. inueſtitis, quia quando feudum in totum, uel pro parte ad unum ex pluribus fratribus peruenit, illud poſtea ad omnes eius deſcendentes, etiam fœminas ordine ſucceſſiuo, donec illius linea durauerit, & illa finita, ad illos de linea alterius tranſire debet,d.cap.uno: ergo Camilla tanquam de linea Fabronij debet admitti,aliis maſculis de alia linea excluſis per prædicta, tum quia ſi uolumus dicere, quòd in feudo, & emphyteoſi paterna dicitur ſuccedi ſemper primo conductori,ut per Bartolum in dicta l.gallus §.quidam, & in §.etiam cum ſimilibus ſupra allegatis. ſequitur, quòd ex quo ſumus in emphyteoſi hæreditaria, hoc eſt conceſſa pro hæredibus ſimpliciter, filius, ſeu filia repræſentare di-
28 citur perſonam patris ſui, quia † quando tractatur de ſucceſſione aui,uel patrui,filius ſubintrat locum patris, ut per Alexandrum in conſilio 64.& in conſilio 129.in 5.uolum. & faciunt, quæ habentur per Alexandrum in additio.ad Baldum in authen. ceſſante C. de legitimis hæredibus,& textus in capitu.1.de feudi ſucceſſione,& in capit.1. de ſucceſſio.fratrum,uel de gradibus ſucceden. & habetur per Corneum in conſil.24.circa finem in 2. uolum.
29 ¶ Præterea † ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum,quamuis emphyteoſis pro ſe, & filiis conceſſa fœminam non comprehendat,tamen ſecus erit, quando pro ſe, & hæredibus reperietur conceſſa, ut colligitur ex iis, quæ conſuluit Alexan.in conſilio 80. in primo uolum. & Corneus in conſilio 37.in 3.uolum.& per Iaſonem in l.ſi id, quod ff.de
30 iuriſdictio. omnium iudicum: Præterea etiam † quando emphyteoſis eccleſiæ eſt conceſſa pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, comprehenduntur non ſolum deſcendentes, ſed etiam hæredes extranei, propter uerbum hæredibus, quod omnibus tàm maſculis, quàm fœminis, & extraneis conuenit, ut uoluit in terminis Alexander in conſil. 139. in 2.uolum.& in dicto §.liberos,& Felin.in dicto capitu. in præſentia de probationib.Si extranei comprehenduntur, ergo à fortiori filiæ,& deſcendentes fœminæ argumento l. cum auus ff.de condi.& demonſtratio. & l. cum acutiſſimi C.de fideicommiſs.¶ Rurſus ſi extranei comprehendun-
31 tur, ergo † & filiæ fœminæ, quæ ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum habentur pro extraneis,cum ſuæ eſſe deſinãt, ut per Baldum in l.maximum uitium C.de liberis præteritis,per Alexandrum,Sozinum, & alios poſt Bartolum in l. gallus §.quid ſi tantum ff.de liberis, & poſthum.Salicet.in authent.nouiſſima C.de inofficio.teſtamen.& per Alexandrum in conſil.20.in 1.uolum.in 2.colum. ¶ Sexto ad fauorem Camillæ facit,præſupponendo id,quod ſibi præſuponit magiſter Ludouicus,quòd filia Fabronij non eſt talis, quæ poſſit admitti ad emphyteoſim in locum patris ſui Fabronij,quia quoad emphyteoſim cenſetur quodam modo extranea, ſicut in ſimili dicitur de filia, quæ ex forma ſtatuti ad ſucceſſionem patris non poteſt propter maſcu-
32 los admitti per prædicta, † Nam in diuiſione facta inter ipſos fratres, in qua ſpecialiter diuiſa fuit dicta res emphyteotica appoſitæ fuerunt plures clauſulæ, & uerba multum prægnantia, & de neceſſitate inferentia renunciationem ſucceſſionis, & iurium in dicta re, & præſertim iuramentum de non contraueniendo aliqua ratione, uel cauſa, & propterea ne dicatur contrauenire iuramento, cenſendum eſt, renunciatum fuiſſe iuribus,quæ uiciſſim habebant dicti fratres in dicta re emphyteotica, ut notabiliter uoluit Alexander in l.qui Romæ §. duo

fratres

fratres in 40.colum.ff.de uerbo.obligatio.qui multa alle-
gat, iuramentum enim operatur, ut renunciatio, & pro-
miſsio de non contraueniendo ualeant,& adimpleãtur om
ni meliori modo, argumento l.cum pater §.filius matrem
ff.de lega.2.item iuramentum habet uim caſus ſpecialiter
expreſſi,& operatur,ut ille,qui iurauerit non contrauenire,
dicatur cogitauiſſe de omni remedio,per quod aliàs contra
uenire potuiſſet,ut per Bart. poſt glo. in l. 2. C. de reſcin-
den.uendi.& per Alex.in d.§.duo fratres. Præterea uoluit
Alexan. multum notanter in conſi. ſuo 189.in 2.uolumin.
33 † quòd ſi fratres in inſtrumẽto diuiſionis fecerint apponi,
quòd ad inuicem haberent licentiam, & facultatem uendẽ
di,alienandi liberè,& abſque uoluntate,& licentia alicuius,
& ſequuta fuiſſet poſtea alienatio,per huiuſmodi uerba ui-
deatur ius omne remiſſum,ut uoluit Bar.in d.§.duo fratres
in 8.q.& etiã,iunctis iis,quæ uoluit Alex.in d.§. duo fratres
in 10.q.in pen.col.in uerſi.intelligo tamen iſtam deciſionẽ
Bart.&c. & dicit Ang.in l.qui cum tutoribus in princ.ff. de
tranſactio.quòd quando ius utriuſque fratris diuidẽtis erat
coæqueuum, & reciprocum,tunc licet per ſimplicem diui-
ſionẽ non diceretur renunciatum hinc inde iuribus ipſis
competentibus, tamen quando fuit adiecta clauſula, qua
promiſſum fuiſſet nihil contra diuiſionem facturos,dicitur
ius remiſſum hinc inde,tanto magis ergo, quando ultra il-
lam clauſulam adiectæ etiam fuiſſent aliæ clauſulæ multũ
34 prægnantes,& cum iuramento per prædicta. Prætera † quã
do uiciſſim data fuit poteſtas uendendi, & alienãdi,ut quia
fuerit appoſita clauſula ad habendum,tenendum, uenden-
dum,& alienandum,& poſtea ſequuta fuerit aliquo modo
alienatio,ut eſt in caſu noſtro,propterea quia Fabronius hæ
redem inſtituit filiam,quæ ſecundum magiſtrum Ludouicũ
dicitur incapax emphyteoſis,ut ſupra declaratum eſt, tunc
altero deficiente amplius non poteſt admitti ſuperſtes, ut
uoluit ibi Bart.in 8.q.iunctis iis,quæ uoluit Alex. in d.10. q.
& hæc ſuadentur ex iis, quæ uoluit ibi Angel. in 5.q. & hoc
maximè concurrente iuramento; quia duo uincula magis
ſtringunt,quam ſimplex c.1.de tregua & pace, auth.itaq;
C.communia de ſucceſſionibus,& benè facit, quod uoluit
Ioan. And.in addi.ſpeculi in titu.de teſta.in §. in primis ſu-
per uerſi.quòd ſi duobus, quòd per clauſulam de non cõ-
traueniendo dicitur remiſſum omne ius, quod habebant
ambæ partes diuidentes ſuper bonis diuiſis, quando inter-
uenerunt uerba multum prægnantia, quia dictum fuerit,
quòd promittebant ſtare diuiſioni,& quòd de rebus diuiſis
in perpetuum alter ab altero nõ peteret aliqua ratione,uel
cauſa,quæ dici,uel excogitari poſſet de iure,uel de facto,ut
refert,& declarat Alex.in d.§.duo fratres in 15.col.& tan-
to magis,ſi iuramentum interueniret, ut ſupra; Item præ-
dicta etiã maximè procederent, quando uiciſſim conceſſiſ
ſent bona in diuiſione aſſignata pro ſe,& hæredibus,& ſuc-
ceſſoribus quibuſcunq; iuxta ea,quæ habẽtur per Alex.in l.
nihil §.quædã ff.de edẽdo, & in l.ẽt. ff. ſol.mat.& in l. quod
dicitur ff.de uerborum obliga.ſeu cum illis uerbis,& pro il-
lis,quibus dederint,ſeu concedere uoluerint,iuxta tex. in c.
1.de feudo non haben.propriam naturam,& per Alex.in.d.
conſi.189.ſed Camilla eſt hæres ex teſtamẽto dicti Fabro-
nij,ergo tanquã hæres admitti debuit,& magiſter Ludoui-
cus ex prædictis diceretur excluſus.Nec obſtant ea,quæ uo
lunt Bart.in conſi.58.Federicus de Sen. in conſi. 228.&
conſi.77.Bal.in l.unica C.quando non petent.partes, De-
cius in conſilio 263.circa finem, Alex.conſi.189. in 1. col.
in 2.uol.& Decius in conſi.411.Iaſon in l.gallus §. quidam
rectè de liberis,et poſthu.quòd per diuiſionem, & promiſ-
ſionem,nihil cõtra diuiſionem facturos,& cum promiſſione
de non contraueniendo,non cenſeri debet renunciatum iu
ribus emphyteoticis, quia ipſi loquuntur in caſu, quando
non eſſet iuratum,ſeu in caſu,quo non fuiſſet data poteſtas
alienandi,nec eſſent appoſitæ clauſulæ prægnantes,nec ſer
uata illa,de quibus ſupra, per prædicta. ¶ Septimo contra
magiſtrum Ludouicum facit,nam poſt Ioannem primũ con
35 ductorem illi,qui ſunt uocati ad emphyteoſim, † dicuntur
uocati per nomina collectiua hæredibus, & ſucceſſoribus,
quæ dicuntur collectiua non ſolum plurium perſonarum,
ſed etiam plurium graduum, ut dictum fuit ſupra,d.l. ſcien
dum,& d.l.fin.cum ſimilib. quo fit,ut poſt Ioannem dican-
tur uocati ordine ſucceſſiuo,hoc eſt eo ordine,quo dicun-
tur uocari ad hæreditatem,l.fin.& ibi Paul.de Caſtr. C.de
uerborum ſignifi.& conſequenter,quòd etiam filius admit
tatur in locum patris ſui,ſimul cum patruo in caſu,quo agẽ
retur de ſucceſſione aui,aut patrui,ut eſt tex.in l.cum ita §.
in fideicommiſſo, & ibi glo.cum qua pertranſeunt docto-
res communiter ff.de lega.2.& habetur per Alex.in conſi.
88.circa fin.in primo uolu.& per Corneum in conſi. 24.in
fi. in 2.uol. per Alex.in auth.ceſſante C.de legi. hæredi.&
in conſi.204.in 2 uol.Bart.Alex.et alij in d.l. gallus §. qui-
dam rectè,l.fin.C.de uerborum ſign.et latius dixi in repeti.
c.raynutius extra de teſta.l.peto.§.fratre ff.de leg.2.et iſtud
aſſumptum in terminis facit Corneus in conſ.263.in 1.uol.
Sed ad hæreditatẽ Ioãnis ordine ſucceſſiuo pro parte Fa-
bronij admittitur Camilla,excluſo patruo magiſtro Ludo-
uico,quia tanquam filia Fabronij excludit fratrem illius,
quoniam primus locus ſucceſſionis eſt filiorum,& liberorũ
excluſis collateralibus,ut in d.authen.ceſſante cum ſimili-
bus, ergo ſimiliter debet Camilla admitti ad partẽ emphy-
teoſis hæreditariæ,et ſic eo ordine,quo admittitur ad hære
ditatem, quæ fuit Ioannis, quia natura nominis collectiui
eſt,ut uocati ſub illo nomine admittantur ordine ſucceſſi-
uo,hoc eſt illo ordine, quo admittũtur ad ſucceſſionem hæ
reditatis,ut ſupra; tum quia emphyteoſis in caſu noſtro eſt
quid hæreditarium,ut ſupra dictum fuit,tum quia ipſa Ca-
milla,quæ eſt hæres Fabronij,dicitur etiã eſſe hæres ipſius
Ioannis,quia hæres hæredis primi teſtatoris eſt hæres, d.l.fi.
C.de hæredi.inſtituen.et d.l.ſciendum cum ſimilibus, tum
etiam quia quando tractatur de ſucceſſione aui, uel patrui,
inter uocatos nomine collectiuo filius ſubintrat locum pa-
tris ſui,taliter,quòd nepos ſimul admittatur cum patruo, ut
habetur per glo.in d.l.cum ita §.in fideicõmiſſo,et ibi Imol.
et Paul.de Caſt. Alex.in d.cõſ.88. et Corneus in cõnſ. 24.
in fin.in 2.uol.et Alex conſi.137.in 1.uol.et Decius in conſ.
1.quicquid dixerit Bal.in d.§.in fideicommiſſo, et Alex. in
conſi.129.in 5.uol.et iſto argumento ad propoſitum no-
ſtrũ utitur Corneus in d.conſ.263.ac etiam in conſi.233.in
4.uol.in penul.col.ubi ſentit etiam,quòd ad emphyteoſim
conceſſam pro ſe,et filiis etiam neptes ex uno filio admittã
tur cum alio filio,quia ſubintrãt locum patris ſui, ſed quia
in hoc ultimo contrarium tenuit ipſemet Corneus in conſ
36 42.in 4.uol. ideò ſuper hoc non firmo pedes, † quoniam
aliud eſt, quòd emphyteoſis ſit cõceſſa pro ſe,et filiis,aliud
pro ſe,et hæredibus,ut per Bal.in d.l.liberti, libertæq; in 6.
col.quia ſaltem in hoc caſu,quando fuit conceſſa pro ſe, et
hæredibus,debet poſſe admitti filia hæres ultimi morientis,
quoniam ex quo admittitur ad hæreditatẽ illius, debet etiã
admitti ad partem ſuam emphyteoſis hæreditariæ, non ſo-
lum tanquam hæres ultimi morientis,ſed etiam tanquã hæ
res primi cõductoris,quia hæres hæredis primi defuncti eſt
hæres d.l.fin.et in terminis ultra allegata ſupra iſtud uoluit
Corneus in conſi.37. in 3. uol.in 3. col. uerſ.et ſuadet ra-
tio,et ſenſit Andr.de Iſer.in c.1.§.et licet,an agnatus,uel fi
lius in uſu feudo.Hæc ſunt,quæ iudicio meo optimè faciũt
ad fauorem Camillæ,et contra magiſtrum Ludouicum.
¶ Quibus ualidis permanentibus, et ut melius de ueri-
tate,& iuſtitia dictæ Camillæ euidenter appareat:Supereſt
illis

illis,quæ pro parte dicti magiſtri Ludouici eius patrui adducta fuerunt,reſponſum accommodare,& quamuis ex prædictis ſatis poſſit dici reſponſum, tamen particulariter etiam illis reſpondebo,& in primis non contrariatur,quòd Ioanni emphyteoſis ſibi nominatim, & alijs ſub nomine collectiuo,videlicet hæredibus conceſſa fuerit, quo caſu proximiores in gradu ipſi primo conductori ſucceſſiuè ſemper præferendi ſunt per ea,quæ plenè fuerunt allegata in primo argumento,quia primo reſpondetur, quòd argumentum retorqueri poteſt contra ipſum magiſtrum Ludouicum, ut colligitur ex ijs, quæ ſupra dixi in ſeptimo fundamento ad fauorem Camillæ facto,ubi demonſtraui, quòd ex quo uocati fuerunt poſt Ioannem alij ſub hoc nomine collectiuo hæredibus, quorum appellatione ueniunt deſcendentes in materia emphyteotica, proximiores debent admitti eo ordine,quo admittuntur ad hæreditatem,ut in l.fi.& ibi Paul. C.de uerborum ſignifica.cum ſim.aliis ad hoc in dicto ſeptimo argumento allegatis,& per Corneum in conſil.233.in 4.uolumi.in 6.colum.ſed ad hæreditatem, quantum eſt reſpectu partis dicti Fabronij, ipſa Camilla, ut & tanquam hæres admittitur ex teſtamento ipſius Fabronij, & prout ab inteſtato etiam admitti debebat, excluſo Ludouico patruo, ſiue agatur de hæreditate aui mediante perſona Fabronij,ſiue de hæreditate imediata ipſius Fabronij,quoniã filia ſuccedit patri excluſo patruo d.auth.ceſſante,nec ſtatutũ excludit ipſam filiã ab hæreditate patris propter patruum, ergo ſimiliter ipſa Camilla debet admitti ad partem emphyteoſis hæreditariæ, quæ peruenit ad eius patrem Fabronium, quia ad emphyteoſim quis eo ordine, quo ad hæreditatem,admittitur,ut ſupra.Præterea ipſa Camilla obtinet locum patris ſui ad excluſionem magiſtri Ludouici,ut ſupra demonſtratum fuit in dicto ſeptimo argumento,propterea quia ſumus in emphyteoſi hæreditaria,hoc eſt conceſſa pro ſe,& hæredibus ſuis,ut per Alexandrum in conſi.54.in 5.uolumi. & in terminis per Alexandrum in conſi.129.eodem uolumine 5.Corneus conſil.24. in 2.volumi.ad finem, & per Alexandrum in conſil.204.in 2.uolumin. Corneus in conſil.3.in 3.volumi. & ipſe Corneus in d.conſi.263.in primo volumi. ad fauorem Camillæ concludit, non obſtante dicto argumento ſumpto à nomine collectiuo.Nec contrarium uoluit Decius in conſi.1. & conſi.87.in fin.uerb. immò præſupponit filium ſubintrare locum patris,ſiue ſimus in diſpoſitione legis, ſiue hominis.Rurſus non uidetur uerum,quòd proximiores primi cõductoris cæteris ſint præferẽdi, immò uerius uidetur,quòd

37 † proximiores ultimi decedentis,hoc eſt Fabronij aliis præferendi ſint, quia proximitas conſideratur non reſpectu primi,ſed ultimi emphyteotæ decedentis, ut latè proſequitur inſignis præceptor Senenſis in l.ſi agnatis circa finem plures allegando ff. de rebus dubijs, & ibi demonſtrat hanc eſſe cõem opinionẽ. ¶ Non obſtat ſecundũ, quòd Ioannes excluſit filiam ab hæreditate, & ſucceſſione ſua propter filios maſculos, ergo multo magis dicendum eſt ipſum uoluiſſe excludere neptem ex filio l. ſi uiua matre C. de bonis maternis cum alijs ſupra allegatis,quia reſpondetur, quòd

38 † & ſi ipſe Ioannes uoluit excludere filiam,& conſequenter neptem à ſucceſſione ſua propter filios ſuos maſculos, tamen non debet dici, quòd uoluerit neptem ſuam à ſucceſſione hæreditaria ex teſtamento, ſiue ab inteſtato patris ſui, hoc eſt, Fabronij excludere: & ideò cum ipſa Camilla neptis Ioannis dicatur ſuccedere in hæreditate Fabronij ſui patris,quia fuit ab eo hæres inſtituta,ſequitur, quòd debet etiam admitti ad partem emphyteôſis ipſius Fabronij, tum quia ad dictam emphyteoſim poſt Ioannem alij ſunt vocati per nomen collectium,& ideò eo ordine, quo dicuntur uocati ad hæreditatem, dicũtur etiam uocati ad emphyteoſim,ut dictum fuit ſupra proximè,& plenius in dicto ſeptimo fundamento ad fauorem Camillæ facto,tum quia emphyteoſis eſt quid hæreditarium, ut ſupra, & ideò filia fœmina ſubintrat locum ſui patris iuxta tex.in §. cum filius inſti. de hæredi. quæ ab inteſta. ut per Alexandrum in d. conſi.84.& in d.conſi.129.in 5.volu.cum ſimi. ſupra alleg.

39 Præterea,& ſecundo † pater ſemper præſumitur magis diligere filium, & deſcendentes omnes illius tàm maſculos, quàm fœminas in portiône illius, quàm alium filium, & deſcendentes ab eo, quia donec ſupereſt aliquis de linea unius, non debet admitti aliquis deſcendens, qui ſit de linea alterius l.cum auus.ff. de condit. & demonſtra. l.cum acutiſſimi C.de fideicom.& maximè in feudalibus,ut dixi ſupra per tex.in c.1.de natura ſucceſſ.feu. circa finem, quem text.ad hoc in materia emphyteotica ponderabat Paul.de Caſt.in conſil.deciſiuo, de quo Corneus facit mentionem in d.conſil.263. vbi etiam adducit conſilium Bald. 22.ſuper præmiſſis,cuius uerba inſpiciãtur, ergo ſicut Ioannes quoad partem hæreditatis,& conſequenter etiam quo ad partem rei emphyteoticæ prædilexit, ſeu cenſetur prædilexiſſe Fabronium ipſi Magiſtro Ludouico,ita & filias, & deſcendentes ipſius Fabronii,qui eius fuerunt hæredes,argumento d.l.cum acutiſſimi C.de fideicom. & ideò quamuis Ioannes in ſuo teſtamẽto excluſerit filias proprias ab hæreditate, & conſequenter ab emphyteoſi hæreditaria, non tamen ſequitur, quòd uoluerit excludere neptem, quæ eſt hæres Fabronii,ab emphytheoſi pro parte Fabronii,per rationes præmiſſas,& per alias, quas ad plenũ refert Curtius in conſil.ſuo 45.in 8.colum.verſic.quinto,& etiam ibi in 12 colum.& habetur expreſsè per Bald.in l.uenia C. de in ius vocan.Præterea ſi Ioannes uoluiſſet excludere neptes,hoc dixiſſet, ſicut dixit de filiabus, argumento c. ad audientiam cum gloſ. de decimis, & in l.unica .§. ſin uerò C. de cadu. tollen. Et hoc etiam ſuadetur viua ratione, quia ſi in caſu noſtro argumentum prædictum procederet, profectò ſequeretur,quòd ex identitate rationis idem eſſet dicendum de hæreditate ipſa,ſicut de ipſa emphyteoſi,uidelicet,quòd Camilla diceretur excluſa ab hæreditate pro parte Fabronii,ſicut eſſet excluſa ab emphyteoſi, propterea quia teſtator Ioannes excluſerit filias ſuas,argumento d.l.ſi uiua matre,& tamen hoc eſt falſum, quia non excluditur Camilla à ſucceſſione,& hæreditate Fabronii,ut omnes fatẽtur, ergo nec ab emphyteoſi pro parte Fabronii, tum quia emphyteoſis conceſſà pro hæredibus ſimpliciter dicitur eſſe quid hæreditarium,tum quia quando eſt quid hæreditarium,ordo,qui ſeruatûr in ſucceſſione hæreditaria,demonſtrat ordinem ſeruandum in emphyteoſi conceſſa pro hæredibus, ut dixit Bal.in d.l.liberti,libertæq; in 6.colu. tum quia ille, qui ſuccedit in hæreditate,ſuccedere debet in emphyteoſi hæreditaria,ut ſupra dictum fuit. Poſſet fortè procedere argumentum prædictum, quando immediatè ageretur de ſucceſſione ſiue hæreditatis, ſiue emphyteoſis ipſius Ioãnis primi conductoris,quoniam ſicut ipſe uoluit filias ſuas eſſe excluſas propter filios maſculos,ita & multò magis neptes, ſecus,ut dictum fuit,qñ neptes uellent ſuccedere immediatè non Ioanni,ſed patri ſuo Fabronio per prædicta. Præterea Ioãnes excluſit filias ab hæreditate propter filios,quia ipſis filiabus in alio prouidit, illas congruenter,& expreſsè dotãdo in certa quantitate,ſed neptibus nullo modo prouidit,& ideò diuerſa eſt ratio in filiabus, & alia in neptibus,ergo nõ procedit argumentum, ut etiam dixit Curtius in d. conſil. 45.& habetur in conſil.53 poſito inter conſilia dom. Alex. in 4. uolum. quamuis Barba. contrarium uelit, & malè in conſil.52.quod eſt inter conſil. Alexan.in d.4.uolum.

¶ Non obſtat tertium principale argumentum, quod aduocati aduerſarii multum extollunt, quod ex quo per ſtatutũ ciui-

ciuitatis Bononiæ fœminæ excluduntur à ſucceſſione pro-
pter maſculos, ſimiliter debent excludi ab emphyteoſi con
ceſſa pro hæredibus, ut huiuſmodi conceſſio intelligatur &
interpretetur ſecũdum ſtatuta loci, prout in dubio ſemper
debet fieri interpretatio iuxta, quæ habentur per docto. &
per Alexan.& alios poſt Barto. in l.hæredes mei.§. cum ita
ff. ad trebellia.& per Bald.in d.l.liberti, libertæq; C.de ope-
ris liberto.& per Barto. in l.ut iuriſiurandi.§. ſi liberi .ff. de
oper.liberto.& in multis aliis conſiliis doct. de quibus feci
ſupra mentionem in dicto tertio argumento: Nam huic ar-
40 gumento multipliciter reſponderi poteſt, primo, † quod
ubicunque diſpoſitio facta ab homine inualidaretur, ſi non
intelligeretur ſecundum ſtatutum loci, tunc ut cõſeruetur,
& ualeat diſpoſitio facta ab homine, interpretatur, & intelli
gitur ſecundum ſtatuta loci ex quadam neceſſitate, argumẽ
to l.gallus.§.quidam rectè ff.de liberis, & poſthum. Aut nõ
adeſt aliqua neceſſitas, de qua ſupra, propterea quia diſpoſi
tio facta in ſe erat valida, & eius ualiditas non dependebat
ab hoc, quod deberet intelligi, & interpretari ſecũdum ius
municipale, & tunc diſpoſitio hominis regulatur per ſe, &
ſecundum propriam ſignificationem verborũ, taliter, quòd
interpretationem à ſtatuto non debet recipere, ſed à uerbo
rum proprietate debet regulari, ſecus ſi intelligendo diſpo
ſitionem hominis ſecundum ſtatutum non uiolarentur, nec
impropriarentur uerba diſpoſitionis, ut per Alexan.in d.§.
cũ ita, qui poſtquàm in hoc articulo retulit opiniones alio-
rum docto. ipſe diſtinguẽdo ſic concludit, & eſt uera, & no
tabilis doctrina: Sed in caſu noſtro non adeſt aliqua neceſſi
tas ad actum, nec ad effectum actus, & ſi cõceſſio in emphy
teoſim facta intelligeretur ſecundum ſtatutum, de quo ſu-
pra, profectò uerba illa, pro hæredibus, impropriarentur,
quia appellatione hæredum ſolum comprehenderentur, &
uenirent deſcendentes maſculi contra ueram, & propriam
41 ſignificationem huius nominis collectiui hæredibus, † quo
rum appellatione ueniunt tàm maſculi, quàm fœminæ, &
tàm extranei, quàm deſcendentes, ut per Alexan.in d.§.libe
ros, poſt Bart. & Calda.in conſil.15.& in pluribus aliis ſuis
conſiliis præalleg. l.in annalibus C.de lega.l. hæredis appel
latione ff. de uerborum ſignifica.docto. in c.in præſentia de
probationibus cum ſimil. ſupra allega. ergo ſumus in caſu,
quo iſta cõceſſio facta pro hæredibus intelligi non debet ſe
cundũ diſpoſitionẽ ſtatuti, ſed ſecundum propriam ſignifi-
42 cationem iuris communis. Secundo reſpondeo, † quòd ſi
extaret ſtatutum in ciuitate, quòd ad hæreditatem, & bona
emphyteotica admitterentur, & ſuccederent in illis ſolum
maſculi, & non fœminæ, fortè tunc procederet argumen-
tum, de quo ſupra, uidelicet, quòd conceſſio in emphyteo-
ſim in dubio deberet intelligi ſecundum ſtatutum ſic diſpo-
nens, & ita in indiuiduo loquitur, & uult Petrus de Ancha.
in cõnſil.124.in 3.colum.& hoc etiam expreſſè dixit Bal. in
d.l. liberti, libertæque C.de operis liberto.in 6. colum.qui
dicit conceſſionem in emphyteoſim intelligi debere ſecun
dum ſtatuta, quando ſtatuta ſpecialiter, & expreſſè diſpone
rent de forma ſuccedendi in emphyteoſi, ſi autem ſtatutũ
ſimpliciter diſponeret de uniuerſali ſucceſſione, & cõceſſio
in emphyteoſim per ſe ſtaret à iure hæreditario diuiſa, ut
quia eſſet facta pro filiis, & deſcendentibus, & liberis, tunc
ſtatutum nihil operatur, & ſic conceſſio non intelligitur ſe-
cundum ſtatutum, argumento l.uerba geſſerunt. ff. de ver-
borum ſignificatio. at emphyteoſis tranſiret cum uniuer-
ſali ſucceſſione, hoc eſt, cum hæreditate, ut quia eſſet
conceſſa pro hæredibus ſimpliciter, & ſic eſſet quid hære-
ditarium, tunc conceſſio ſecundum ſtatutum, quod lo-
quitur de ſucceſſione, & eo modo, & in caſu, quo loquitur,
debet intelligi, & hoc, quando quis uellet ſuccedere in em-
phyteoſi ab inteſtato, ſed quando ex teſtamento, tunc ille
eſſet admittendus, qui eſſet hæres inſtitutus uniuerſali-
ter, non autem filia inſtituta in re certa, quia uerbum pro
hæredibus intelligitur propriè de quota ſucceſſionis uni-
uerſalis, quia hoc nomen hæredibus, non tàm demon-
ſtrat, quàm diſtribuit, & nullam habenti quottam illud
nomen nil poteſt proportionabiliter diſtribuere, nec ſor-
43 tiri, & conſequenter Bald.ibi clarè uoluit, quòd † quan-
do eſt facta cõceſſio pro hæredibus, & filia eſſet hæres ex te
ſtamento, ipſa poſſit ad emphyteoſim admitti: item ex uer-
bis Bal.ibi colligitur, quòd tunc conceſſio in emphyteoſim
eſt intelligenda ſecundum ſtatutum, quod loquitur de ſuc-
ceſſione ab inteſtato, quando ſumus in ſucceſſione ab inte-
ſtato, ut quia nullum eſſet factum teſtamẽtum, ſecus ſi age
retur de ſuccedendo in emphyteoſi ex teſtamento, quia fa
cta pro hæredibus tranſiret ad eum, qui ſuccederet ex te-
ſtamẽto, ſed Camilla à patre fuit hæres inſtituta, ergo &c.
Præterea Petrus de Ancha.in d.conſi.loquitur quando cõ
ceſſa fuiſſet emphyteoſis pro ſe, & filiis, & iſte caſus differt
à caſu noſtro, in quo fuit conceſſa pro hæredibus, ut latius
dictum fuit, arguendo pro ipſa Camilla, & faciunt, quæ ha
bentur per Paul.de Caſtr.in d.§.hæredes mei in lectura Bo.
nonien.ut etiam ibi refert Alex. & prout etiam conſuluit
quidam eximius docto.quem refert Petrus de Ancha.in d.
conſi.124.cum iis, quæ habẽtur per Petrum in conſi. 422.
in fin.uerbis: Tertio reſpondetur, quòd cum in renouatio-
ne ipſis magiſtro Ludouico, et Fabronio facta dictum fue-
rit, quòd ipſi inueſtituram pro ſe, & eorum hæredibus, &
ſucceſſoribus recipiebant, ſequitur, quòd ipſiſmet præiu-
dicare potuerunt, argumento l.ſi quis in conſcribendo C.
de pactis, & argum.c.1.& ibi Bald.& Moderni an agnatus
uel filius, & in c.1.§.præterea, quibus mo. feud.amitta. & in
c.1.de alien.feud.pater.cum ſimilibus allega. per Alex. in
conſi.28.in 5.uol.& conſequẽter infertur, quòd dictus ma-
giſter Ludouicus, qui conſenſit, & iurauit, ut Fabronius, &
hæredes ſui in dicta emphyteoſi, uel in eius parte ſuccede-
re poſſent, nõ potuit nũc contrauenire, & agere contra fi-
liam hæredem dicti Fabronij ad effectum excludendi illam
à dicta emphiteoſi, an autem iſtud potuerit nocere deſcen
dentibus ipſius domini Ludouici, non eſt præſentis ſpecula
tionis, cum pro nunc ſatis ſit dictum Ludouicum exclude-
re à iudicio per eum contra filiam Fabronij intentato.
44 ¶ Et in quantum dicitur, † quòd ad ſucceſſionem emphy-
teoſis huiuſmodi dicitur quis admitti, tanquam hæres primi
conductoris, & non tanquam hæres alterius poſterioris per
ea, quæ uoluit Bar.in d.l.gallus §. etiã, & in §. quidam rectè
cum ſimilibus ſupra allega. primo reſponderi poteſt, quòd
illud uerum eſſet, quando nulla alia facta fuiſſet conceſſio,
quã prior primo conductori facta, ſed ex quo noua facta
fuit dictis fratribus recipientibus pro ſe, & hæredibus, &
ſucceſſoribus ſuis cum iuramento, ut ſupra, per quam re-
ceptionem ipſiſmet ſaltem potuerũt præiudicare, & prout
uerè præiudicauerunt, ſequitur, quòd filij, ſeu filiæ ex teſta
mento hæredes dicentur uenire ad emphyteoſim tãquam
hæredes illorum immediatè, & non tanquam hæredes im-
mediatè primi conductoris, ad hoc, ut uerba appoſita in di
cto inſtrumento renouationis, uidelicet pro hæredibus, &
ſucceſſoribus ſuis, uerificentur, & effectum habere poſſint,
alioquin ſi, ut hæredes primi cõductoris ſemper, & in quo-
cunque caſu dicerentur admitti, & non alterius, profectò
illa uerba in renouatione appoſita pro hæredibus, & ſucceſ
ſoribus ſuis fuiſſent ſine effectu, & fruſtatoriè poſita, quia
nunquam uerificarentur, quod non eſt dicendum iuribus
uulgaribus, argumento l.ſi quando in princ.ff.de lega. 1.&
in l.ſi quando in princ. C. de inofficio. teſtamento Præte-
rea dico, quòd Camilla dicitur etiam admitti, ut hæres pri
mi conductoris ſaltem mediatè, quia qui hæres hæredis eſt
pri-

primi defuncti eſt hæres,ut ſupra ſæpe dixi,ergo quomodocunque intelligamus, uerum erit dicere ipſam Camillam ad partem dictæ emphyteoſis uenire, per ea, quæ dicta fuerunt.
45 Vltimò rñdetur, † quòd verba contrahentium, ſeu aliter diſponentium debent intelligi ſecundum ſtatuta loci,quando ſumus in dubio,& ſic locus ſit interpretationi iuxta tex.in l.continuus §.cum ita ff.de uerborum obligatio.& per gloſam in l.unica §.accedit C.de rei uxo.actione, non autem quando eſſemus in caſu claro,ita præſupponunt doctores qui ſic intelligunt in d.l.hæredes mei in §.cum ita, & in d.l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi, ſed quando conceſſio emphyteoſis eſt facta alicui pro ſe, & hæredibus, cum non poſſit intelligi pro extraneis penitus, ut in d.§.emphyteoſim, & habetur in d.c.in præſentia,planè, clarè, apertè, certitudinariè,ac attenta proprietate uerborum, attentaque ſubiecta materia, quæ eſt, ut etiam fœminæ ſuccedere poſſint in emphyteoſi eccleſiæ,eſt intelligenda,ut tàm maſculi,quàm fœminæ deſcendentes, maximè quando eſſent vniuerſaliter hæredes,dicantur vocati,quia appellatione hæredis propriè omnes prædicti comprehenduntur, & præcipuè cum ipſæ fœminæ etiam ex natura rei emphyteoticæ ſuccedere poſſint, ut dictum fuit per textum d.§.emphyteoſim, ergo non ſumus in dubio, & conſequenter diſpoſitio, ſeu conceſſio facta pro hæredibus non debet recipere interpretationem à ſtatuto,ſed per ſe, & ſecundum propriam ſignificationem uerborũ dicetur intellecta,ut neptis ex filio, quæ ſit hæres,etiam admitti poſſit; & hoc videtur fuiſſe de mente Ioannis primi conductoris, qui quoad partem Fabronij parem affectionem cenſetur habuiſſe ad neptem ex filia, quam habuit ad filium Fabronium,argumento l. cum auus ff.de conditio.& demonſtra.d.l.cum acutiſſimi,& in his terminis iſta conſiderat, & ponderat Curtius in d.conſil.45.in 10.colum.& etiam in 13.colum.& faciunt not.per Baldum in d.l.liberti,libertæque in 6.colum. ¶Non obſtat quar-
46 tum argumentum, † quod eſt in falſo aſſumpto fundatum, nam emphyteoſis eccleſiæ quamuis non admittat hæredes extraneos conductoris, admittit tamen ex ſui natura hæredes deſcẽdentes, ſiue ſint maſculi,ſiue ſint fœminæ,ut in d. §.emphyteoſim,fœminæ enim ſunt capaces, illius ſicut maſculi,quamuis aliud ſit in feudis,ut latius ſupra dictum fuit; & ideò in hoc non procedit argumentum de feudo ad em-
47 phyteoſim.Præterea, † quòd feudum receptum pro hæredibus ſimpliciter ſolum dicatur etiam tranſire ad filios maſculos,penes me eſt ſatis dubitabile,quamuis Cald.in d. conſi.15.in titu.de uerborum ſignifica. hoc ſenſerit, quem multi ſequuntur, quos aliàs ſupra retuli,nam Petrus,& Iacob.de Rauenna,quos refert,& ſequitur Cynus in d.l.liberti,libertæque,& Dyn.in l.ſi patroni ad trebellianum,& in l. ut iuriſiurandi de oper.liberto.contrarium tenuere,& hæc opinio multum mihi placeret,niſi eſſet tex.in c.1.§. profectò de lege Corradi,qui contrarium probare uidetur, quia vbicunque in feudis non reperitur expreſsè prouiſum per iura feudalia, ſtandum eſt diſpoſitioni iuris communis c.1. de feudi cogni.ubi caſus clarus,& in c.1.§.& quia,& ibi doctores de his,qui feudum dare poſſunt, Iaſon in l.1.in 14. colum.C.de iure emphyteo. Corneus in conſi.42.in 4. volumi.& Alexan.in conſi.29.in 5.uolumi. ſed non reperitur deciſum per iura feudalia, quòd quando feudum eſt receptum pro hæredibus ſimpliciter, intelligatur ſolum pro filijs, & deſcendentibus maſculis, ergo ſtandum eſſet iuri cõmuni, ſecundum quòd appellatione hæredum etiam extranei continentur,& multò magis deſcendentes etiam fœminæ, quæ eſſent hæredes ex teſtamento factæ, ut probant iura ciuilia ſupra ſæpe allegata,& quamuis aliqua alia feudalia contrarium probare uidebantur, ut eſt text.in c.1.§. ſed diuerſum de aliena.feudi,qui communiter ad hoc allegatur,tamen illi poteſt reſponderi, quòd loquitur, quando eſſet facta mentio non de hærede ſimpliciter, ſed de hærede maſculo, cuius appellatione comprehenditur ſolum filius, & deſcendens maſculus, ut ibi, & colligitur ex uerbis Barto. in d.l.ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis liberto. vbi parificat, an dictum fuerit pro hæredibus maſculis, ſeu legitimis, uel pro filijs ſuis hæredibus, ut dixi ſupra, ergo aliud erit, ſi dictum fuerit pro hæredibus ſimpliciter; ſed quia multum contrariatur tex.in d.§.profectò, ideò aliqua-
48 liter ſubſiſto,niſi ſaluando prædicta diceretur,quòd† aliud eſt dicere pro hæredibus ſuis, & ſic in diſpoſitione aliqua fuerit facta mentio de hæredibus ſuis,& tunc non ſolum deſcendentes maſculi,& fœminæ, qui fuerint hæredes ex teſtamento, uel ab inteſtato, ſed etiam extranei continerentur,ut in d.l.ſciendum,d.l.in annualibus, & per Imolam, & & Alexandrum poſt Bartolum in l.quod dicitur ff.de verborum obliga.cum ſim.ſupra ſæpe allegatis. Aliud ſit dicere ſuis hæredibus, & ſic in aliqua diſpoſitione mentio facta fuerit de ſuis hæredibus, præponendo illud pronomen ſuis, & tunc ſolum filij, & deſcendẽtes maſculi primi gradus cõtineri dicantur, ut in §.1.& per totum Inſtit.de hæredi. quæ ab inteſta.§.ſui,& per totum Inſti.de hæredum quali. & differen.l.1.§.ſuos ff.de ſuis, & legi.hæredibus, l.in ſuis ff.de liberis,& poſthum.cum infinitis.ſimi.quæ allegari poſſunt,& in caſu hoc ultimo propriè loquitur text.in d.c.1.§. profectò,qui loquitur,quando quis recepit pro ſe, & ſuis hæredibus,quia tunc ſolũ filij, & deſcendentes maſculi primi gradus dicerentur comprehenſi, ſecus ergo, quando dictum eſſet pro ſe,& hæredibus ſuis,quia poſſent etiam alij, & extranei ex uerbis inueſtituræ contineri per prædicta,cum nõ ſit inducenda differentia inter feuda, & alia bona, niſi in quantum iura feudalia expreſſam differentiam faciunt, ut ſupra.Nec aduerſatur text.cum glo.in l.ex facto in fin.ff.ad trebellianum, quia tex. ille nihil faceret, cum loquatur de conditione fideicommiſſi,ſi ſine hærede,quæ ad hoc,ut poſſit ſe habere ad eſſe, & non eſſe, prout eſt de natura conditionis,iuxta quæ habentur per Bartolum in l.1.ff.de condit. &demonſt.illa uerba,ſi ſine hærede,intelliguntur eo modo,
49 quo dicitur in d.l.ex facto in fin.Item † licet gloſ. ibi illud dicat etiam procedere in feudo, intelligerem tamen hoc verum,quando in feudis,ſeu in conceſſione feudali de hærede facta eſſet mentio conditionaliter per illum textum,ſecus ſi diſpoſitiuè, per prædicta, quia contrarium per iura feudalia cautum non reperitur: & hæc ſunt benè notanda:
50 vel tertio principaliter reſpondetur, † quòd iura feudalia à regulis iuris communis exorbitantia non poſſunt allegari ad deciſionem cauſarum rei emphyteoticæ eccleſiaſticæ,ſed ſeruari debet ius commune,quoties aliter non,eſſet expreſsè prouiſum in rebus emphyteoticis, ut dictum fuit in primo fundamento facto pro Camilla præcipuè per ea,quæ uoluit Alexan.in conſi.9.in 1.uolumi.in conſi.87.& in conſi.106.in 3.colum.in 4.uolumi.cum ſequen.conſi.& habetur per Iaſonem in d.l.1.in 14.colum.C. de iure emphyt.Hoc autem, quòd appellatione hæredum ſimpliciter comprehendantur ſolum filij, & deſcendentes maſculi, eſt exorbitans,& contra regulas iuris communis,ut fatetur ipſemet Calderin.in d.conſi.& probatur ex ijs, quæ habentur in l.ex facto in fin.ff.ad trebellianum,& in d.cap.in præſentia de probationib. iuncta l. in annalibus C. de legat. & in l.hæredis appellatione ff. de verborum ſignificatio. cum ſimilibus, ergo hoc non eſt ſeruandum in rebus emphyteoticis, ſed attendi debet ius commune, ſecundum quod appellatione hæredis omnes tàm maſculi,quàm fœminæ continentur, ut in iuribus ſupra proximè allega. & quamuis appellatione hæredum etiam extranei contineri dicantur,ut in dictis iuribus,tamen in materia emphyteotica extra-

extranei non comprehenduntur, quoniam emphyteoſis eccleſiæ non tranſit ſui natura ad extraneos, ſed benè tranſit tàm ad fœminas, quàm ad maſculos, ut in d. §. empyteoſim, ut uidentur tenere infiniti docto. & fortè magis communiter, & maximè Calde. in conſi. 6. in tit. de locato: Multi etiã, & fortè non pauciores dixerunt emphyteoſim eccleſiæ etiam ad hæredes extraneos ſui natura eſſe tranſitoriam, ut latè examinat dominus Felynus, qui dicit hanc eſſe magis communem opinionem, in d. c. in præſentia, quod pro nunc non examino, quia iſtud aliàs pleniſſime tetigi in d. c. in præſentia poſt modernos, & ideò ſequitur, quod iſtud, an emphyteoſis ſtipulata pro hæredibus ſimpliciter comprehendat ſolum filios maſculos, an uerò etiam fœminas, decidendum eſt non per iura feudalia, ſed per iura communia.

¶Non obſtat quintum motiuum, quòd in emphyteoſi paterna ſucceditur primo conductori, & nõ aliis ſequentibus, quia huic ex dictis ſupra colligitur reſponſio, quam aliter
51 non replico. Præterea † ſecunda inueſtitura, ſeu renouatio magiſtro Ludouico, & Fabronio poſt mortẽ Ioãnis facta noua cõceſſio ob nouæ pacta, & ex alteratione primæuæ inueſtituræ effecta fuit per ea, quæ ponunt Alex. poſt Bart. in l. ſi mihi, & titio ff. de uerborum oblig. & Bal. in c. imperialem §. inſuper de prohib. feud. alien. per Feder. in 3. colum. & Cald. in conſi. 11. in 2. col. in tit. de feudis, qui dicũt, quòd ex mutatione formæ antiquarum conceſſionum dicitur effecta noua conceſſio, & de ea, ut de noua iudicandum eſt, ſicut nouum dicitur ædificium, quando eius forma mutatur l. 1. §. opus nouum ff. de noui. oper. nuncia. ſecus ſi qualitas, & accidentia ſolum alterarentur, quia ex alteratione qualitatis, & accidentis, non diceretur noua conceſſio facta, ut ibi per Calde. & argumento l. fin. ff. de fundo inſtruc. l. ius ciuile cum ibi not. ff. de iuſti. & iure, tunc autem forma ſubſtantialis alterata cenſetur, quando aliquid adderetur, per quod fieret conditio eccleſiæ deterior, ſecus ſi melior, ut per Federi. de Senis in conſi. 174. & per Alex. in conſi. 78. ſeu 77. in 7. uol. cum ſimilibus aliàs allega. ſupra, & in conſi. 9. in 3. uolu. & in conſi. 79. in 1. uolu. Sed in hac noua conceſſione, ſeu renouatione antiquæ conceſſionis forma alterata fuit, quia cum prima eſſet ſolum facta pro hæredibus Ioannis, ſecunda hæc renouatio facta fuit pro hæredibus magiſtri Ludouici, & Fabronij, quod dicitur magis præiudicale ipſi eccleſiæ, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Petrus de Ancha. in conſi. 170. & latius dixi ſupra in reſponſione tertij argumenti. Præterea in renouatione potius facta fuit declaratio canonis ad maius præiudicium eccleſiæ, quam prius eſſet, ergo alteratum fuit ſubſtantiale ipſius emphyteoſis, quia † canon dicitur de ſubſtantialibus, ut in c. potuit de locato, §. adeò in Iſt. de locatiõe, l. 2. C. de iure emphy. Conſtat etiam ex aliis nouiter deductis in inſtrumento renouationis, quæ & ſi facta ſit ex pacti neceſſitate, tamen ex quo alterata fuit prima conceſſio in ſubſtantialibus, & in detrimentum eccleſiæ, dici debet noua conceſſio: Et allegata pro parte contraria, quòd non fuerit noua conceſſio, quã do fit renouatio ex quadam neceſſitate, procedunt, quando non aliter alteraretur natura primæ in ſubſtantialibus, nec in aliquod damnum eccleſiæ, ut clarè loquitur Calde. in d. conſi. 11. & etiã Federi. in conſi. 178. & Alex. in d. conſi. 79. in 1. uol. in 7. dubio. Et quamuis ipſi fratres renouando cõceſſionem receperint ſequendo formam primæ locationis, ut in inſtrumento continetur, & conſequenter non uideatur ex hoc prima conceſſio alterata, nec facta noua conceſſio, ut per Alex. in d. conſi. 79. tamen illud eſſet uerum, niſi ex aliis, de quibus ſupra, colligeretur contrarium, ut quia eſſet alterata ſubſtantia, item quando aliquale detrimentum eccleſiæ ex renouatione ſecunda irrogatum non diceretur, alioquin ex proteſtatione, de qua ſupra, tanquam contraria facto non diceretur conſeruari totaliter natura primæ
53 inueſtituræ, † quia proteſtatio contraria facto non releuat per ea, quæ habentur in l. non ſolum §. morte ff. de noui oper. nuncia. & in c. cum m. de cõſti. & in c. per tuas, ubi glo. & docto. extra de condit. appoſitis, & eſt glo. ſingularis in caſu ſuo in c. tua nos de ſponſalibus, & ibi habetur: ex quibus infertur, quòd in terminis noſtris attendi deberet iſta ſecunda renouatio, ſeu noua conceſſio quoad ſucceſſionem patris dicti Fabronij, & conſequenter quòd Camilla tanquam hæres, & filia ipſius Fabronij admittenda eſt, excluſo magiſtro Ludouico, qui & ſi hæres dici poſſit ipſius Ioannis, non tamen ipſius Fabronij. ¶Non obſtat ſextum argumentum, quia reſoluitur ex iis, quæ dicta ſunt pro reſponſione tertij motiui, & ibi inſpiciantur. ¶Non obſtant aliqua conſilia contra dictam Camillam allegata, uidelicet conſi. 125. Petri de Ancha. ſecundo conſi. 77. Federici tertio quoddam conſi. 32. Bal. quod incipit præmiſſis uerbis, de quo meminit Corneus in conſi. 190. in 3. uolu. quarto conſilium Cornei 24. in 2. uolu. quinto aliud conſilium Cornei 42. in 4. uolu. ſexto conſilium Barbatiæ penultimum in 1. uol. qui loquitur, quando emphyteoſis fuiſſet cõceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus, quoniam omnia dicta conſilia parum, uel nihil faciunt, nam loquuntur in caſibus diuerſis à caſu noſtro, & ideò ex illis non eſt inferendum iuribus uulgaribus; Nam Petrus de Anchar. in d. conſi. loquitur, quando conceſſa fuiſſet emphyteoſis pro ſe, & libe-
54 ris, † quia licet appellatione liberorum etiam fœminæ comprehendantur, ut per Alex. in d. §. liberos cum ſimilib. ſupra allega. & in l. 1. C. de conditio. inſertis, tamen in materia tranſitoria ad deſcendentes tantum maſculi præferuntur fœminis, ut ibi per Petrum de Ancha. quoniam ſi uoluiſſent contrahentes comprehendere fœminas, & illas ſimul eſſe admittendas, uel hoc dixiſſent, uel uſi fuiſſent uerbis pro ſe, & hæredibus, quia quando pro ſe, & liberis eſt ab eccleſia facta cõceſſio, cõprehenduntur filij, ut filij, ẽt ſi non ſint hæredes, ut per Alex. in l. quædam §. nihil. ff. de edendo, & in l. quod dicitur in ſexta carta ff. de uerborum obliga. & in cõſ. 9. in 2. uol. quando uero pro hæredibus ſimpliciter, deſcendentes ueniunt ita demum, ſi ſint hæredes, ut per Bal. in d. l. liberti, libertæq; in 6. col. & in l. filiusfamilias §. cum quis ff. de lega. 1. & in l. caius, & ibi Imola ff. ſoiu. matri. per Bar. in d. l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi de oper. liberto. Item Federicus in d. conſi. 77. loquitur, quando facta fuiſſet conceſſio Titio uſque in tertium hæredem maſculinum, cuius appellatione continetur filius maſculus, ut in c. 1. §. ſed diuerſum de aliena. feud. Bar. in d. §. ſi liberi, Federi. in conſi. 8. in tit. de feudis. Bald. uerò. in d. conſi. 32. ut refert Corneus in conſi 190. in 3 uol. loqitur, quando teſtator de liberis in liberos aliquid reliquiſſet, quoniam quouſque aliquis de linea unius extaret, alij de linea alterius ad illius partem non admittuntur, ut refert Corneus in d. conſi. & etiam clarius in caſu noſtro idem Corneus in cõnſi. 263. in primo uolu. dixit illud conſi. Bal. non obſtare, ſed potius facere pro deciſione ad fauorem neptis, & ſic Camillæ, ut ibi per eum. Præterea Corneus in d. conſi. 24. & in d. conſi. 42. loquitur in feudo, ſeu emphyteoſi conceſſis pro ſe, & filiis, & nepotibus maſculis per lineam maſculinam, ergo nil mirum, ſi fœminæ dicuntur excluſæ, quia ex uerbis expreſsè hoc inferebatur, & in allegato conſi. 42. in 4. uol. facta fuit conceſſio tribus pro ipſis, & uſq; in tertiam generationem maſculinam, & fœmininam, & extabat ſtatutum, quòd maſculi excluderent fœminas à ſucceſſione, quo caſu conſuluit Corneus, quòd neptis excludatur à patruo, quoniam propter ſtatutum cõceſſio facta per illa uerba maſculinam, & fœmininam intelligebatur ordine ſucceſſiuo facta, ut primo maſculi, deinde fœminæ admitterentur, ut per Bartolum

lum in d.l.ut iuriuſiurandi §.ſi liberi cum ſimilibus,& ſic ille eſt caſus diuerſus à caſu noſtro. Præterea Barbat.in d.con
55 ſi.penultimo uoluit, † emphyteoſim conceſſam pro hæredibus, & ſucceſſoribus non tranſire ad extraneos hæredes,ſed ad liberos,& deſcendentes,& conſequenter innuit, quod etiam ad fœminas,quia liberorum,& deſcendentium appellatione ueniunt etiam fœminæ, ut per Alexandum in d.§.liberos,& latius ſupra dixi,& per Alexandrum in cõſi.160.in 2.uolumi.l.iureconſultus §.parentes ff.de gradi. ab illis ergo uerbis hæredibus,& ſucceſſoribus excludit extraneos, non autem liberos, & deſcendentes etiam fœminas. ¶ Non obſtat doctrina Baldi in d.l.liberti,libertæq́; quæ nono loco adducebatur,quia, ut dictum fuit ſupra, illa magis facit pro,quàm contra,ut plenè ponderaui uerba Bal.ſupra in ſecundo fundamento facto pro ipſa Camilla. ¶ Vltimo loco non refragatur, quòd ad partem Fabronij ſi in totum non poteſt admitti magiſter Ludouicus, ſaltem debuit admitti ad partem dimidiæ, in qua dimidia Emiliæ ſoror ſucceſſit Fabronio unà cum ipſa Camilla in hæreditate, & cum dicta Emiliæ ſoror ab inteſtato deceſſerit, ſuperſtite Camilla ſorore,& magiſtro Ludouico eius patruo, ipſe patruus ad partem illius ſororis debet admitti ſimul cum ipſa Camilla ſorore,ſtante ſtatuto, quod uocat ſororem,& patruum ad ſucceſſionem pariter,ut in d.ſtat. ſupra allegato in §.agnati,quia reſpondetur, quòd ex quo emphyteoſis pro dimidia peruenit ad ipſum Fabronium,quouſque reperitur aliquis de linea ipſius, etiam ſi ſit fœmina, ex quo hæredes ſunt uocati, quorum appellatione etiam fœminæ continentur,ut ſupra,non poſſunt admitti ipſe magiſter Ludouicus,nec aliquis de ſua linea,argumento tex. in c.1.in fin.uer.de natura ſucceſs.feu.& habetur per Corneum in d.conſi.263.per ea,quæ uoluit Bal. in d.conſil.32. & iſta procedũt,quãdo permiſſa eſſet diuiſio emphyteoſis inter ipſos emphyteotas, prout regulariter inter ipſoſmet dicitur permiſſa,niſi reperiatur expreſsè prohibita,ut declarat Corn.in d.cõſi.190.in 3.uol.in ult.col. Præterea reſpondetur,quòd ſoror ipſius Emiliæ non deceſſit ab inteſtato, ſed cum teſtamento, quod ei fecit Fabronius eius pater illi ſubſtituendo pupillariter Emiliam ſororem, ut in teſtamento Fabronij continetur, quod teſtamentum reſpectu pupillaris ſubſtitutionis dicitur teſtamentum filiæ defunctæ in pupillari ætate,ut in inſti.de pupilla.ſubſti.in fin.prin.& in §. igitur cum ſimil.ibi allega.l.patris, & filij ff.eodem titu. ergo non dicitur eſſe locus ſucceſſioni ab inteſtato, nec conſequenter dicto ſtatuto l.quãdiu la 2.ff. de acquiren. hæred. ergo ad illius ſucceſſionem Emilia ſubſtituta debuit admitti,excluſis omnibus,qui ab inteſtato ſuccedere potuiſſent,ſiue mater fuerit,ſiue patruus c.ſi pater de teſt.in 6.l. cohæredi §. cum filiæ ff. de uulg.& pupill. & hæc ſufficiant quoad primum dubiũ. ¶ Venio ad ſecundũ, utrum Camilla, quæ ſucceſſit in hac emphyteoſi pro parte paterna, & quæ ingreſſa fuit monaſteriũ,tranſmiſerit illam in monaſteriũ: & licet ſuper hoc pũcto nõ eſſet neceſſariũ inſiſtere,quia hic non agitur cũ eccleſia domina,ſed cũ ſolo magiſtro Ludouico,qui pariter, & ipſe tendit ad excludendum eccleſiam dominam directam,tamen ſuccinctè procedendo, ponam
56 concluſionem,quam arbitror ueriorem, uidelicet, † quòd per ingreſſum monaſterij ipſo iure acquiritur monaſterio, quod fuit ingreſſa Camilla, ex quadam tranſlatione uniuerſali, ſeu uniuerſaliter facta, nam quamuis emphyteoſis eccleſiæ non poſſit transferri in monaſterium titulo particulari,ſeu ſingulari,quia non poteſt transferri in duriorem perſonam,ut uoluit Bal.in authen.ingreſſi in 4.colum. C.de ſacroſanct.eccle.tamen ex titulo, ſeu ex tranſlatione uniuerſali, quæ ipſo iure fit in monaſterium de quolibet iure, & de omnibus bonis, quæ erant penes ingredientem iuxta tex.in l.ſi adoptauero ff.de precario, & per gloſam in c.ſi qua 19.q.ultima, & uoluit in terminis Petrus de Anchara. in conſi.421.& in conſi.164.& dicit do.Cardin.in c.Rainaldus extra de teſtamen.in uerſi.dilectus in 9.q.quòd prohibitus alienare bona,ſi ingrediatur monaſterium, non dicitur alienare, ſi illa bona ex ingreſſu acquiruntur monaſterio, quoniam tranſlatio bonorum fit ipſo iure, & habetur per Bartolum in d.l.ſi adoptauero, & facit id, quod uoluit Barto.& alii in l.1.§.per ſeruum, qui in fuga ff. de acquir. poſſeſs.& probatur in d.c.in præſentia de proba. iuncta authen.res, quæ C.communia de lega.ubi bona ſubiecta fideicommiſſo, quæ de iure non poſſunt alienari, tranſeunt ipſo iure in monaſterium per ingreſſum ipſius grauati, idemq́ue uoluit Iaſon in l.1.in 12.colum.in fin. uerb.C. de iure emphy. quòd bona emphyteotica tranſeant in monaſterium.Præterea Barto.in d.authen. ingreſſi in 10. colum. uerſi.quæro,ergo circa hoc extra gl. propriè tangendo caſum noſtrum, inquit, quòd quando emphyteoſis eccleſiæ eſt conceſſa alicui pro ſe, & hæredibus ſuis,ſi ille tranſiuerit in monaſterium, acquiritur monaſterio emphyteoſis perpetuo, & irreuocabiliter per multas rationes, quas ibi refert,item quia monaſterium,quòd quis ingreditur,dicitur eſſe hæres illius d.c.in præſentia de probationibus,ergo ad ipſum hæredem tranſibit, quando uerò eſſet conceſſa emphyteoſis pro filiis,& deſcendentibus, tunc per ingreſſum religionis, & monaſterii emphyteoſis tranſiret in monaſterium, reuocabiliter tamen, ex hoc titulo uniuerſali, quia multa tranſeunt cum uniuerſitate,quæ aliàs per ſe nõ tranſirent c.ex literis de iure patrona.l. quædam ff.de acquiren.rerum dominium cum ſimilib. Dixi autem reuocabiliter, quoniam eccleſia domina poterit, ſi uoluerit, reuocare ad ſe,per textum in §.1.in fin.uer.in authen. de aliena. & emphyt.colla.9.& ita intelligatur id,quod uoluit Bal.in d.authen.ingreſſi in 5.colum.in verſi. quid in emphyteoſi, qui dicit, quòd eccleſia aduocare poterit per textum in d. §.1.& ſubdit hoc uerum eſſe, niſi per pactum aliter fuerit prouiſum,argumento l.ſi ita quis §.ea lege ff.de uerborum obligatio. ſed quando emphyteoſis fuit conceſſa pro ſe, & hæredibus ſimpliciter, cenſetur actum, quod perpetuo tranſeat,ſeu tranſire poſſit etiam in monaſterium,& irreuocabiliter,ut declarat Bar.in d.authen.ingreſſi in 10.colum. ergo &c.& ſecundum prædicta etiam intelligi debent ea,quæ uoluit Calde.in conſi.2.in titu. de locato. ¶ Non obſtat id,quod uoluit Alexan.in conſil.120.in 1.uolumi. per to-
57 tum,quia loquitur, † quando in monaſterium,ſeu locum pium fieret tranſlatio titulo ſingulari, & particulari, nam tunc huiuſmodi tranſlatio fieri non poteſt, quia diceretur fieri in maiorem, & duriorem perſonam, & fieret conditio eccleſiæ dominæ deterior,ſecus ſi fieret tranſlatio uniuerſalis per ingreſſum religionis,ut ſupra per Petrum de Anchara.& alios poſt glo.& Barto.in d.authen.ingreſſi,& quãdo emphyteoſis fuiſſet conceſſa pro hæredibus,fieret trãſlatio perpetuò, & reuocabiliter in monaſterium,ut dictum eſt ex mente Barto.in d.auth.ingreſſi in 10.col. & benè facit id,quod uoluit Alexan.in conſil.10.in 5.uolumi. per totum,quòd quando feudum tranſire poteſt ad fœminam, ſi illa fuerit ingreſſa monaſterium, acquiritur monaſterio. Non obſtãt iura feudalia,uidelicet tex.in c.1.§.qui clericus ſi de feudo fuerit controuer.inter dominum,& agnatos, & in c.1.an mutus,uel ſurdus,& in c.1.§.fin.de benefi.fœminæ,quia loquuntur, quando feudum non poſſet tranſire niſi ad maſculos deſcendentes, uel quando tranſiret titulo ſingulari,uel aliter,ut per Alexandrum in d.conſi.10.& per Decium in d.c. in præſentia in 10.q.in 38. colum. & quòd tranſeat in monaſterium,tenent Archidia.in d.c.ſi qua 19. q.ultima, & Specula, in titu. de locato §. nunc uerò aliqua

qua uerſi. 120. quorum dicta declara, & limita, ut ſupra, &
Innocen. in d. c. in præſentia, qui dicit illam tranſire in mo
naſterium, & eam poſſe retinere, donec uiuat monachus,
ſiue monacha, & Bal. in authen. niſi C. ad trebellia. idem ſe
qui uidetur, ſed Ioan. Andr. & Abb. in d. c. in præſentia in
antepenul. col. dicunt tranſire, donec reuocetur, ut ſupra,
ſed tu declara, ut ſupra, niſi eſſet emphyteoſis conceſſa pro
hæredibus ſimpliciter, ut fuit in caſu noſtro, ut uoluit
Bart. in dicta authen. in 10 colum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum appellatione in emphyteoſi eccleſiaſtica comprehenduntur de ſcendentes, & non extranei.*

2 *Monaſterium propter ingreſſum emphyteotæ eccleſiæ ſuccedit, & quo iure, & num. 8. & 10.*

3 *In emphyteoſi eccleſiæ ſimpliciter conceſſa etiam fœminæ poſſunt ſuccedere, quamuis de illis nulla mentio in conceſſione facta fuerit.*

4 *Renouatio quando dicatur noua conceſſio.*

5 *Eccleſia de emphyteoſi ad ſe reuerſa quos inueſtire teneatur.*

6 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus tranſit ad filias fœminas, filiis maſculis non extantibus;*
Et multo magis, ſi fuit conceſſa pro hæredibus, ſucceſſoribus, & num. 11. & 13.

7 *Renunciatio iuris emphyteotici per iuramentum, & per clauſulas prægnantes in diuiſione inducitur, & quando.*

8 *Emphyteoſis eccleſiæ an, & quo iure in monaſterium per ingreſſum emphyteotæ tranſeat, & num. 10.*

9 *Prohibitus alienare ingrediens monaſterium non dicitur alienare.*

11 *Ad emphyteoſim conceſſam pro ſe, & ſucceſſoribus ita fœminæ, ſicut maſculi deſcendentes uocantur.*

12 *Diſpoſitio teſtatoris, ſeu contrahentium an, & quando ſecundum ſtatuta loci regulari, & interpretari debeat.*
Emphyteoſis conceſſio quando ſecundum ſtatuta loci reguletur, & quando non, num. 14.

15 *Super emphyteoſi eccleſiæ ſtatuta laicorum diſponere non poſſunt, & ea ab illis regulari, & interpretari non debet.*

16 *Hæres hæredis eſt primi teſtatoris hæres.*

17 *Emphytheoſis pars illius, qui deceſſit, ad coemphyteotam ſpectat, & quo iure.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIM eccleſiaſticam conceſſam pro ſe, & hæredibus ad filiam fœminam tranſire, & ſecundum ſtatuta laicorum filios maſculos fœminis in ſucceſſione inteſtata præferentia in hoc caſu non regulari, nec interpretari, demonſtratur.

CONSILIVM XCIIII.

IN cauſa monialium ſanctæ Mariæ nouæ; ad quas ſpe-
ctat defenſio litis motæ contra, & aduerſus dominam
Camillam aſſertam ſororem, ſeu monialem dicti mona
ſterij ex profeſſione ipſius legitimè facta ab Alexãdro præ-
tenſo filio magiſtri Ludouici de Arengheria, dicitur ad
fauorem monaſterij, quòd dicta domina Camilla filia olim
Fabronij de Arengheria poſt mortem ſui patris tanquam
hæres illius potuit ſuccedere in re emphyteotica, de qua
agitur, ex quo conceſſa fuit dictis de Arengheria pro ſe, &
hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, unde cum ipſa ſit, & fuerit
hæres dicti Fabronij, debuit ad dictam rem admitti. Nec
1 dicatur, quòd † in emphytheoſi eccleſiaſtica appellatione
hæredum deſcendentes comprehenduntur, & nõ extranei,
ut not. in l. ex facto in fin. ff. ad trebellia. & plenè in l. quod
dicitur ff. de uerborum obliga. in l. etiam ff. ſolu. matr. & in l.
ſi patroni ff. ad trebel. & latè in c. in præſentia extra de pro-
batio. cum ſimilibus Quoniam ipſa domina Camilla dici-
tur de filiis, & deſcendentibus Fabronij, & eius hæres, ergo
potuit ad dictam rem admitti, & quamuis fuerit fœmina,
non tamen ob hoc debet excludi, ſed admitti, etiam ſi ipſa
2 fuerit moſterium ingreſſa, quia † ſuccedit per quandam
ſucceſſionem uniuerſalem in re etiam emphytheotica ec-
cleſiæ, & hæc probantur ex iis, quæ uoluit Pet. de Ancha. in
conſ. 421. quidam ſer Antonius, qui in terminis propriè no
3 ſtris conſuluit. Præterea † ſicut filij maſculi, ita & fœminæ
poſſunt admitti, & ſuccedere in emphyteoſi eccleſiæ ſim-
pliciter conceſſa, etiã abſq; eo, quod de filiabus fœminis fa
cta fuerit mentio in conceſſione, ut eſt tex. in §. emphyteo-
ſim in authen. de non alie. aut permut. rebus colla. 2. uir au
tem, & uxor non admitterentur, niſi de eis expreſsè fieret
mentio in conceſſione, & in hoc differunt à filiis, ſeu filia-
bus, ut ibi. Ergo niſi filij, ſeu filiæ expreſsè excludantur, po
terunt ſuccedere, ſi ſint hæredes, quando in conceſſione de
hæredibus facta fuiſſet mentio, ut habetur per docto. in d.
l. quod dicitur, in d. l. etiam, & in d. c. in præſentia cum ſimi-
libus, & per Bar. in l. ut iuriſiurandi §. liberi ff. de oper. li-
bert. Præterea & ſi non extaret filia dicti Fabronij, dico,
quòd dictus magiſter Ludouicus ad partem dicti Fabronij
admitti non deberet uel per ius accreſcendi, uel ex pacto,
4 uel ex prouidentia, quia, † ut mihi aſſeritur, ultimo loco
illis facta fuit inueſtitura, & renouatio alterando in multis,
& maximè in præſtatione penſionis nomine primæ inueſti
turæ, quò fit, ut dicatur totaliter, & penitus noua conceſſio,
ut uoluit Bald. in c. imperialem §. inſuper in 3. col. de prohi.
feu. alie. per Feder. & ſequitur Alex. notabiliter in l. ſi mihi,
& titio in antepen. col. de uerborum obliga. & ex hoc ſequi
tur, quòd ſi ſic fuit renouata duobus fratribus, per mortem
alterius ſine filiis pars deficiens non accreſcit alteri, ſed re-
5 uertitur ad eccleſiam dominam, † quæ tenetur inue-
ſtire hæredes, & deſcendentes deficientis potius, quam
alias perſonas, ut per Alex. ibi poſt Bar. in d. l. & in l. 1. §. per-
6 mittitur ff. de aqua quoti. & æſti. & † quòd emphyteoſis
eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus tranſeat ad filias fœ-
minas, filiis maſculis non extãtibus, uoluit Alex. in d. l. quod
dicitur circa fin. hoc eſt in princ. antepe. col. per plura, quæ
allegat, idemque uoluit Paul. de Caſt. in l. 1. in 2. col. C. de
conditio inſertis, & Alex. in l. gallus §. quidam rectè ff. de li
beris, & poſthu. Petr. de Anchar. in conſi. 423. Imol. in cõſ.
27. quicquid is ſenſerit in c. potuit circa finem extra de lo
cato, Iaſon in l. 1. C. de iure emphyt. Roma. in l. ſed ſi hac
§. liberos, Alex. in conſi. 189. in prima col. in 2. uol. & Bal. &
Alex. in d. §. liberos, præſertim quando fuit conceſſa etiam
pro ſucceſſoribus, & in conſi. 80. in 1. uol. & hoc, quando
emphyteoſis fuit conceſſa ſimpliciter, multo magis ergo,
ſi pro hæredibus, & ſucceſſoribus, cum filia fœmina, non
extantibus maſculis filiis, ſit hæres, item cum ſit de deſcen-
dentibus, ergo potuit admitti, quia non adeſt ratio, qua-
re debeat excludi, & ideò ſi fuit conceſſa pro ſe, & liberis,
fœmina poteſt admitti, quia eſt de liberis, ut ibi per Alexã.
ergo multo magis, ſi fuit conceſſa pro hæredibus, & ſucceſ
ſoribus (quo caſu appellatione hæredum, & ſucceſſorum
ueniunt, & cõprehenduntur liberi, & deſcendentes) ipſa fœ
mina, quæ eſt hæres, debet admitti, quæ conſequentia eſt
neceſſaria, & uera. ¶ Et in caſu noſtro etiam magiſter Lu
7 douicus non poteſt admitti, quia † per clauſulas prægnan
tes appoſitas in diuiſione dicitur renuntiaſſe omni iuri ſuo,
per Bart. & Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de uerbo-
rum obliga. maximè ſtante iuramento appoſito in inſtru-
mento diuiſionis prægnanti, ut per Alex. ibi, quicquid dixe
rint Bart. in conſi. 58. Fede. de Senis in conſi. 228. & conſi.
77. Bal. in l. 1. C. quando non peten. partes, Decius in conſi.
263. in ulti. col. Alex. in conſi. 189. in 1. col. in 2. uol. ac etiã
Deci. cõſi. 421. & conſi. 163. in 2. col. & per Iaſo. in l. gallus
§. quidam rectè in 9. col. de liber. & poſthu. nam hi om-
nes loquuntur in alio caſu, uidelicet quando ex clauſulis
appoſitis non inferretur renunciatum fuiſſe, nec fuiſſet iu-
ratum de non contraueniendo aliquo modo, ſeu aliqua ra-
tione

tione, uel cauſa, iuxta, quæ habentur per Alexandrum in in d.§.duo fratres,& in terminis in d.conſi.189.in 2.uolu.

8 ¶Nec obſtat, quòd † ſi monaſterium ſanctæ Mariæ nouæ per ingreſſum monaſterij dictæ dominæ Camillæ poſſet in dicta re ſuccedere, eſſet contra naturam emphyteoſis eccleſiæ,& contra pacta inita, quòd non poſſit transferri in duriorem perſonam,ſeu eccleſiam, vt expreſsè uidetur uelle Bal.in authen.ingreſſi C.de ſacroſanct.eccle.in 4.colum.quia reſpondetur, quòd reſpectu monaſterij domini non dicitur durior, nec magis priuilegiata perſona monaſterium ſanctæ Mariæ nouæ. Præterea illud intelligitur, quando fieret translatio rei particulariter,ſeu titulo ſingulari, ſecus ſi vniuerſaliter per ingreſſum monaſterij, ut in terminis noſtris uoluit Petrus de Anchara.in d.conſil.421. & etiam in conſi.164. & facit id, quòd in terminis uoluit Cardin. in c. raynaldus in verſicu. dilectus in 9.q. extra de
9 teſtamen.qui dixit, quòd † prohibitus alienare, ſi ingrediatur monaſterium,non dicitur alienare, quoniam bonorum tranſlatio fit ipſo iure, & uniuerſaliter, Barto.per illum textum in l.ſi adoptauero ff.de preca. gl.in c.ſi qua 19. q.ultima, Aretin.& Moderni in c.in præſentia in notab. extra de probatio.Iaſon in l.1.in 12.colum.in fina.uerb.C.de
10 iure emphyteo.Præterea † Bal.in d.authen.ingreſſi loquitur, quando emphyteoſis eſſet talis, quæ non tranſiret niſi ad deſcendentes,hoc eſt ad filios,& nepotes,ergo infertur, quòd ſi poſſet tranſire etiam ad hæredes, & ſucceſſores, prout eſt caſus noſter, tunc tranſiret in monaſterium; quia monaſterium eſt hæres, ſeu loco hæredis,& ſucceſſoris,per Baldum in d.4.colum. & eſt text.ibiq; ommes communiter in d.c.in præſentia. Itaque ex prædictis dicta domina Camilla, & conſequenter monaſterium ſanctæ Mariæ nouæ debet obtinere, & à petitis abſolui.

ADDITIO.

NON recedendo ab ijs, quæ in hac cauſa in primis allegationibus dixi, ſed illis penitus inhærendo per ea, quæ fuerunt allegata, vltra ibi adducta pro corroboratione concluſionis traditæ benè faciunt not.per Bartolum, & Alexan-
11 drum in l. ſed ſi hac §. liberos ff. de in ius uocan. vbi † ad emphyteoſim conceſſam pro ſe, ac ſucceſſoribus ita dicuntur uocatæ deſcendentes fœminæ,ſicut maſculi,& habetur per Alexandrum in conſi.61.in 1.volumi.& in conſil.189. in prin.in 2.uolumi. ¶ Sed quoniam in oppoſitum aliqua poſſent excogitari,ideò pro maiori, & ualidiori confirmatione concluſionis aliàs traditæ illis breuiſſimè reſpondebo. Et præcipuè, in quantum dici poſſet, quòd conceſſio in caſu noſtro regulari deberet ſecundum ſtatuta huius ciuitatis Bononiæ, quæ fœminas penitus excludunt à ſucceſſione propter exiſtentiam maſculorum per ea, quæ uolunt Barto. & alij magis communiter in l. hæredes mei §. cum ita ff.ad trebellianum,per Petrum de Anchar.in l.tres fratres ff.de pact. & per eundem in conſi.124. viſis & diligenter ruminatis,& per Bartolum in l.ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff.de ope.liber.l.quod ſi nolit §.qui aſſidua.cum ſimilib. ibi allega.ff.de ædil.edict.Pro reſponſione conſiderandum
12 eſt in hoc articulo, † an diſpoſitio teſtatoris, ſeu contrahentium debeat regulari ſecundum ſtatuta loci, qui profectò amplus eſt articulus, & in eo doctores multum uariant, ut per Alexandrum in d.l. hæredes mei §.cum ita, qui refert dicta omnium docto. & ipſe non recedendo ab opinione Barto.ibi, cum quo docto. uidentur communiter pertranſire,notabiliter diſtinguit, quòd aut ſumus in diſpoſitione neceſſaria ad conſeruationem,& validitatem actus, puta teſtamenti,& tunc regulatur ſecundum diſpoſitionem legis,vel ſtatuti,ne actus corruat, ſeu ne teſtamentum rumpatur argumento l.gallus §.quidam rectè ff.de libe.& poſthum.cum ibi not.per docto. aut ſumus in diſpoſitione non neceſſaria ad conſeruationem actus, & ſic non imminet neceſſitas conſeruandi actum, prout eſt caſus noſter, quia conceſſio emphyteoſis facta alicui ad eius validitatem non requirit,quòd magis fuerit facta,ſeu conceſſa pro filijs,ſeu deſcendentibus maſculis,quàm pro fœminis,ut in d.§.emphyteoſim,ſiue pro hæredibus ſuis,quàm pro extraneis expreſsè,ut omnes fatentur poſt Bartolum in d.l.ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff.de oper.liber.& per Alexandrum,& alios in l.ſed ſi hac §.liberos ff.de uerborum obligatio. & in l.etiam ff. ſoluto matrimonio,&tunc ſi uerba prolata in diſpoſitione puta à teſtatore,vel contrahentibus uiolarentur, ſi ſecundum ſtatutum loci intelligerentur, & regularentur, non debent ſic intelligi,nec ſecundum ſtatutum loci regulari, ſed propriè,& ſine uiolatione, ut colligitur ex ijs, quæ dicunt docto.communiter in d.§.quidam rectè,quos refert,& ſequitur Alexan.in d.§.cum ita per textum in c.raynaldus de teſtamen.Si uerò uerba diſpoſitionis non violarentur, ſi intelligerentur ſecundum ſtatutum, tunc ſecundum ſtatutum regulantur,& ita procedunt ea,quæ uolunt Barto.& alij in d.§.cum ita, ſed nos ſumus in diſpoſitione non neceſſaria ad actum,nec ad effectum actus,ut ſupra, & ſi uerba prolata in conceſſione regularentur ſecundũ ſtatutum loquẽs de ſucceſſione ab inteſtato,uidelicet quòd fœminæ dicerentur excluſæ ab emphyteoſi propter maſculos deſcẽdentes,pro
13 fectò uerba ipſius conceſſionis uiolarentur, quoniam cum † in conceſſione fiat mentio de hæredibus, & ſucceſſoribus,quorum appellatione uerè,& propriè ita comprehenduntur,& comprehẽdi poſſunt fœminæ,ſicut maſculi, quia ſunt uerba communia,& apta utrunque genus comprehendere,per Bartolum,& Alexandum in d.§.liberos,& eſt tex. in l.in annalibus C.de leg.& in l.ex facto in fi.ff. ad trebell. ubi in caſu,quo etiam ſolum deſcendentes uenire poſſent, appellatione hæredum continentur liberi,& ſic maſculi, & fœminæ argumento l. 1. C. de cond. inſer.cum ſimilibus, ſequitur,quòd iſta uerba non debent ſecundum ſtatutum huius ciuitatis regulari,ſed propriè, & uere intelligi, alioquin ſignificatio horum uerborum pro hæredibus, & ſucceſſoribus uiolaretur,quia,ut dixi,hæc uerba ſui natura, & abſque uiolatione apta ſunt maſculos, & fœminas compre
14 hendere. Non obſtat † id,quod uoluit Pet.de Anchara.in conſi.124.viſis &c.quia ipſe loquitur in caſu, quo ex natura, & ui pactorum antiquorum emphyteoſis erat par alijs bonis, & de ea, ut de illis iudicabatur, & ideò conceſſio illa emphyteotica regulari debuit ſecundum ſtatutum loci, quod faciebat differentiam inter maſculum, & fœminas; item propter naturam emphyteoſis, quæ ex pactis antiquis alterata præter ius commune, & ius emphyteoſis iudicabatur,ut de bonis profanis,& ideò ſecundum ſtatutum laicorum regulabatur,ac interpretabatur: ſed in caſu noſtro emphyteoſis erat merè eccleſiaſtica,nec eius natura ultra proprium ius erat alterata ex pactis antiquis,quoniam fuit conceſſa ab eccleſia ſecundum naturam ſuam,ergo non debet regulari ſecundum ſtatutum loci laicorum, quoniam ſi-
15 cut † ſuper ea non poſſunt ſtatuta laicorum diſponere, ita nec ab eis debet regulari,neque interpretari, ut in c.eccleſia, & c.quæ in eccleſiarum de conſtitutio.c.fina. de rebus eccle.non aliena.& eius eſt interpretari,cuius eſt condere l.fina.C. de legib. cum ſimilib. Præterea ſtatutum loquitur ab inteſtato, nos uerò ſumus in cauſa teſtati per ea, quæ uoluit Paulus de Caſtro in d.l.hæredes mei in lectura Bonon.& ut conſuluit quidam, quem refert Petr.de Anchara.in d.conſi.124.per bonas rationes, & facit id, quod uoluit Petrus ipſe de Anchara.in conſi.422. Præterea hoc argumentum de ſtatuto in caſu noſtro ceſſat,quoniam Fabronius

bronius,qui unà cum do.Ludouico eius fratre accepit emphyteoſim pro ſe,& hæredibus ſuis,& cõſequenter cui ſuccedit,deceſſit cum fœminis tantum, & non cum maſculis,& ideò nõ poteſt habere locum ſtatutum,quòd ipſis fœminis maſculi debeãt præferri: Nec eſt uerum, quòd ſi filia fœmina Fabronij poſſet uenire ad emphyteoſim, hoc eſt ad partẽ patris,uenire diceretur tanquam hæres primi inueſtiti,& ſic ſui aui,& conſequenter debet excludi per ſtatutum, quia reſpondetur primò,quòd diſpoſitio iſta non debet regulari ſecundum diſpoſitionem ſtatuti per prædicta. Secundò dico, quòd tanquam hæres aui primi inueſtiti non poteſt uenire, ex quo ſibi obſtabat Fabronius eius pater,qui fuit admiſſus unà cũ do. Ludouico pro rata ad emphyteoſim,& ideò ſi ipſa admittitur,dicitur admitti tanquã hæres Fabronij ſui patris,cui etiam ſpecialiter fuit conceſſa emphyteoſis pro ſe,& ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, quæ renouatio,& conceſſio ſibi facta, quamuis non dicatur noua conceſſio,neq; naturã emphyteoſis primæ alteret per Bar.& melius per Alex.in l.ſi mihi,& titio ff.de uerb.obl.& credo aduerſarios hoc non negare,tamen operatur, quòd illi,qui aliàs ad eam uocati fuiſſent, ut hæredes primi dicantur uenire,& uocati,ut hæredes Fabronij,& ipſius do.Ludouici,alioquin non uerificarentur uerba illa in ſecunda conceſſione,& renouatione poſita pro ſe,& hæredibus ſuis, & ſucceſſoribus,uidelicet Fabronij, & do.Ludouici, & cum ipſa fuerit admiſſa tãquam hæres Fabronij, ſequitur,quòd etiam dicitur admitti tanquam hæres Ioannis primi conducto-
16 ctoris,ex quo Fabronius fuit hæres dicti Ioannis,quia † hæres hæredis primi teſtatoris eſt hæres l.fi.C. de hæredi. inſti. l.ſciendum ff.de uerb.ob.& in propoſito habetur per Corneum in conſi.263.in 1.uolu.qui in terminis noſtris pro nepte contra patruũ conſuluit:nec procedunt ea, quæ hic adducuntur,quod in caſu,quo iſta filia uellet,& poſſet uenire ad portionem Fabronij tanquam hæres ſui patris, ex inueſtitura,& renouatione facta ipſis Fabronio, & do. Ludouico,non deberet poſſe admitti,niſi ad dimidiã partis dicti Fabronij,qui deceſſit ſuperſtitibus duabus filiabus, quarũ una, poſtea deceſſit,cuius portio debet ad do. Ludouicũ patruũ ſpectare,& non ad ſororẽ,quia emphyteoſis eccleſiæ trãſit ad deſcendentes,& non ad tranſuerſales,ut habetur in c.in præſentia de proba.in l.quod dicitur ff.de uerb.ob.cũ ſimil. quia reſpondetur,quòd hæc cõſideratio eſt friuola, primo quia ſi hæc diſpoſitio debet regulari ſecundum ſtatuta,ut præſupponi poſſet,dico,quòd ſecundum ſtatuta ſoror uocatur unà cum patruo ſolum,ſed quia, ut dictum eſt, in caſu noſtro non debet hæc conceſſio facta pro ſe, & hæredibus, &ſucceſſoribus hoc modo regulari,ideò aliter rñdeo,quòd
17 †ex quo admittitur,quòd hæc filia Fabronij uocetur ex inueſtitura,& renouatione facta ipſi Fabronio pro ſe,& hæredibus,& ſucceſſoribus, ipſa ex perſona ſua uenit tãquã deſcẽdens,& uocata ex uerbis inueſtituræ pro parte ſua,pro parte autẽ alterius filiæ,quæ deceſſit, & quæ iam tãquam filia, & hæres Fabronij fuit admiſſa,uocatur ex iure accreſcẽdi, ſeu ex natura conceſſionis factæ patri ſuo Fabronio,per ca, quæ uolunt Bar.Alex.Imol.& cõiter alij in l.ſi mihi, & titio ff.de uerb.oblig.& per prædicta uidetur ſublatum illud potiſſimum fundamentum, quòd hæc conceſſio, & diſpoſitio regulanda ſit ſecundũ ſtatutũ loci,unà cũ aliis,quæ pro corroboratione adduci poſſunt per aduerſarios:Et ideò adhuc dicitur habere locũ id,quod uoluit Alex.poſt alios, quos ſ allegaui in primis alleg.& in d.l.quod dicitur,& clarius per Bal.& Alex.in d.l.ſed ſi hac §.liberos ff. de in ius uoc. cum quibus omnes doc.cõiter pertranſeunt,& ideò ab illis in iudicando,& cõſulendo non eſt recedendũ. Et per prædicta etiã dicuntur ceſſare ea,quæ pars aduerſa poſſet conſiderare contra dictã filiã Fabronij,quoniã ſi uerum eſt, prout uero uerius eſt, quòd hæc filia fœmina ſuperſtes admittatur ad integram partem Fabronij ex perſona ſua tanquã hæres,& filia Fabronij, ac etiã ex perſona ſororis ſuæ, ut dictũ eſt,ſequitur,quòd ceſſat dubiũ, an portio Fabronij dicatur reuerſa ad eccleſiã,nam nõ cenſetur reuerſa, prout etiam aduerſarij non negant:Item cõſtat etiam,quòd illius portio non ſpectat ad do. Ludouicum fratrẽ,ſed ad filiam Fabronij ſuperuiuentem per prædicta,& per ea,quæ plenius dixi in primis allegationibus,ad quas me remitto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe,& filiis,ac deſcendentibus an, & quando ad fœminas,earumque deſcendentes tranſeat, & nu.5.7.et 8.*

2 *Feudum an,& quando ad filias fœminas,& per lineam fœmininam deſcendentes tranſeat.*

3 *Emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe,filiis,ac hæredibus,& deſcendentibus ſolum filiis,& deſcendentibus, qui ſint hæredes,debetur, non autẽ hæredibus extraneis:*

4 *Quid,ſi eſſet ſtipulata pro ſe,& hæredibus ſuis,*

6 *Deſcendentium appellatione ſimpliciter comprehẽduntur filiæ fœminæ, & alij per lineam fœmininam deſcendentes,& num.7.*

8 *Emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe,filiis,& deſcendentibus maſculis, et fœminis quomodo ad fœminas tranſeat tàm de iure communi,quàm etiam ſtante conſuetudine,uel ſtatuto prius maſculos admittente,illisq; deficientibus, fœminas.*

9 *Pater,qui emphyteoſim pro ſe,& filiis,& deſcendentibus acquiſiuit,poteſt,unum de filiis,ſeu deſcendentibus hæredem inſtituendo,aliis filiis, & deſcendentibus præiudicare, ſed non inſtituendo hæredem extraneum, & non deſcendentem:*

Ille uerò,ad quem tanquam filium,& deſcendentem emphyteoſis peruenit,nullo modo aliis præiudicare poteſt.

10 *Emphyteoſis acquiritur filiis,& deſcẽdentibus irreuocabiliter adeò,quòd in ea non poteſt ipſis præiudicari,quando pater,qui eam illis acquiſiuit, acquiſitionem non reuocauit,& mortuus fuit.*

11 *Emphyteoſis eccleſiaſtica quando etiam ad filias fœminas tranſeat;*

12 *Quid,ſi eſſet ſtipulata pro ſe,& filiis.*

13 *Conſuetudo etiam ex unico actu,ſuper quo non fuerit iudicatum, in emphyteoſi inducitur.*

14 *Inueſtitura prima tàm in emphyteoſi,quàm in feudo eſt attendenda, non autem poſteriores,quoad illud,an fœminæ, & collaterales ultimi defuncti admitti debeant.*

15 *Sententia,& proceſſus illis,qui pro ſuo iure,& intereſſe citati non fuerunt,nocere non debet.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiaſtica ſtipulata pro ſe, & filiis, & hæredibus,ac deſcendentibus,ad fœminas, earumq; deſcendentes, non extantibus deſcendentibus maſculis,tranſit,ſtante loci conſuetudine,quòd ad bona emphyteotica eccleſiaſtica fœminæ,non extantibus deſcendentibus maſculis,admittantur, adeò quòd nec ille, qui eam ſic fuit ſtipulatus,nec alius deſcendens poſſet hæredem extraneum inſtituendo,illis præiudicare.*

CONSILIVM XCV.

STANTE conſuetudine in loco,quod ad bona emphyteotica eccleſiaſtica fœminæ deſcẽdentes admittantur,nõ extantibus deſcendentibus maſculis,dubitatur,ſi emphyteoſis eccleſiæ fuerit pro ſe,filiis,& hæredibus, ac deſcẽdentibus conceſſa,& ſtipulata, an nõ extãtibus deſcendentibus maſculis tranſeat ad deſcendẽtes fœminas,& ad alios per lineã fœmininã deſcẽdentes ita, quòd ipſæ fœminæ cæteris hæredibus extraneis ſint præferendæ:Et adſdictas fœminas deſcẽdẽtes trãſire,hæredibus extraneis exclu-
1 ſis,abſq; multiloquio concludo,quoniam licet †regulariter emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe,& filiis, ac deſcẽdentibus ſui natura non ſit ad fœminas,earũq; deſcẽdentes trãſitoria,tamen hoc fallit,ubi in loco extaret cõſuetudo, quòd non extantibus deſcẽdentibus maſculis,fœminæ admitterẽtur, quia tunc fœminæ,ſeu per fœminã deſcẽdentes admittuntur,& ſunt inueſtiendi,ut not.uoluit Io.de Imol. & in c. potuit in fin.ult.col.extra de loca. & habetur per Feli. in c.

cum M.Ferrarienſis de conſtitut. & ad propoſitum facit id,
2 quod dicitur de feudo, quod † licet ſui natura, & regulariter ad filias fœminas, & deſcendentes per lineam fœmininam non tranſeat, ut in c.1.de gradi.ſucce.in feu. & in c.1. §.filia cum glo.de feu.ſucceſ.tamen fallit, ubi in loco eſſet conſuetudo, quòd etiam ad filias, & deſcendentes per lineā fœmininam tranſiret, nam tunc deficientibus filiis maſculis, & per eos deſcendentibus admittuntur fœminæ, earumq; deſcendentes, ut habetur per doct.in c.j.§.hoc quoq; notandum qui feu.da.poſ.& in d.c.j.de gradi.ſucced. iunctis iis, quæ habentur in c.j.de eo, qui ſibi, & hære.in uſu feu. Præ-
3 terea cum † emphyteoſis eccleſiæ fuerit pro ſe, filiis, ac hæredibus, & deſcendentibus ſtipulata, non admittuntur, niſi deſcendentes, & filij, qui eſſent hæredes, non autem extranei hæredes, ueluti concludunt Io.de Imol. & alij in l.quod dicitur ff.de uerbo.oblig.& in d.c.potuit, & Salice.in l.2.colum.6.C.de iur.emphyt.ergo in caſu noſtro extranei hæredes ad huiuſmodi emphyteoſim admitti non debent, excluſis deſcendentibus per lineam fœmininam. ¶Nec obſtat id, quod dicunt Feli.& nonnulli alij in c.in præſentia de prob.
4 quòd † emphyteoſis eccleſiæ ſtipulata pro ſe, & hæredibus ſuis etiam ad extraneos tranſit, quoniam illa opinio in iudicando non eſt uera, & communis eſt in contrarium, ut Feli. ipſe ibi atteſtatur. Præterea illa opinio poſſet procedere, quādo emphyteoſis eſſet ſimpliciter ſtipulata pro ſe, & hæredibus ſuis: non autem, quando pro ſe, & filiis, ac hæredibus, & deſcendentibus, quemadmodum fuit in caſu noſtro ſtipulata, per prædicta, & per Imol.in d.l.quod dicitur, Sa-
5 lice.in d.l.2. Præterea cum † emphyteoſis fuerit ſtipulata pro filiis, & hæredibus, ac deſcendentibus, cōcludo filias, & per filiam, ac lineam fœmininam deſcendentes poſſe admitti, nō exiſtentibus maſculis, ſeu per lineam maſculinam deſcendentibus, attenta natura emphyteoſis eccleſiaſticæ, quæ eſt, ut prius ad maſculos deſcendentes tranſeat, ut ſupra, & arg.eorum, quæ uoluit Salicet.in d.l.2. & habetur in
6 d.c.1.de eo, qui ſibi, & hære.cum ibi not. nam † appellatione deſcendentium ſimpliciter comprehenduntur filiæ fœminæ, & alij per lineam fœmininam deſcendentes, ut nota. uoluit Alex.in conſi.160.in 2.uol.in 1.col.& in l.liberorum in addit.ad Bar.ff.de uerbo.ſignifi.& in l.penult.ff.de iuriſd. omn.iud.& traditur per Deci.in l.fœminæ ff.de reg.iur. & per Dom.de ſancto Gemin.in c.ſtatutum il 2.de hæret.in 6. Vnde ex prædictis concludo, quòd non extantibus deſcendentibus per lineam maſculinam, non dicitur finita linea, ſi extent deſcendentes per lineam fœmininam, & conſequenter res non dicitur ad eccleſiam deuoluta, & deſcendentes per fœmininam ſunt, cæteris excluſis, inueſtiendi. ¶Suaden-
7 tur præmiſſa, nam † ex quo in caſu, de quo agitur, emphyteoſis nomine hominum Conſilicis fuit ſtipulata pro ſe, filiis, & hæredibus, ac deſcendentibus, cenſetur ſtipulata, & perinde eſt, ac ſi expreſsè etiam pro deſcendentibus per lineam fœmininam fuiſſet ſtipulata, & conſequenter pro nepotibus etiam natis ex filia Ioannis Tranſentini, quoniam, ut dictum eſt, appellatione deſcēdentium comprehenduntur omnes in infinitum tàm per lineam maſculinam, quàm fœmininam deſcendentes, & ſic etiam filij nati à filia, ad tradita per Alex.in d.conſi.cum ſim.ſupra alleg. Sed ſi in caſu noſtro dictum fuiſſet pro ſe, filiis, hæredibus, ac etiam pro natis, & deſcendentibus ex filia, & per lineam fœmininam, abſq; dubio non ſolum filij maſculi, & deſcendentes ex eis, ſed etiam filiæ fœminæ, earumq; deſcendentes admitterentur, ordine tamen ſucceſſiuo, uidelicet prius filij maſculi, & eorum deſcendentes, illisq; omnibus deficientibus, filiæ fœminæ, ac ex eis deſcendentes ordine ſucceſſiuo, & ſecūdum graduum prærogatiuam arg.l.cum ita §. in fideicōmiſſo ff. de leg.2.& per Bar.Alex.& alios in l.gallus §.quidam rectè ff.de liber. & poſthu. ergo idem in caſu noſtro dicendū eſt,
8 quia † ubicunq; emphyteoſis eccleſiæ fuit ſtipulata pro ſe, filiis, & deſcendentibus maſculis, & fœminis, regulariter ad omnes ſimul tranſit: nam ſicut regulariter de iure communi pariter ſuccedunt, l.maximum uitium C.de lib.præter.ita ad emphyteoſim ſic ſtipulatam pariter, & inſimul ueniant, niſi eſſemus in loco, in quo extaret cōſuetudo, quòd maſculi prius, & illis deficientibus, poſtea fœminæ, & deſcēdentes ex eis deberent admitti, uel in loco eſſet ſtatutum, quod extantibus maſculis, fœminæ à ſucceſſione excluderētur, quia tunc, extantibus maſculis deſcendentibus, fœminæ, & deſcēdentes ex eis nō deberēt admitti, niſi deficientibus deſcendentibus ex maſculis, ſeu per lineam maſculinam, ut uoluit Bar.qui ita in terminis ponit, in l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi in fin.1.colum.ff.de oper.liber.& Ioan.de Imol. in d.c.potuit in fin.uerb.Sed in caſtro Conſilicis extat hæc conſuetudo, quòd ad huiuſmodi emphyteoſim prius maſculi deſcēdentes, & illis omnibus deficientibus poſtea filiæ fœminæ, & deſcendentes ex eis admittantur, ut plenè probatum fuit per plures teſtes pro parte ſer Petri iacobi de Benedictis examinatos, item extat ibi ſtatutum, quod filias fœminas à ſucceſſione propter maſculos excludit, ut ex proceſſu conſtat, & pars aduerſa fatetur, ergo ceſſante linea maſculina, deſcendentes per lineam fœmininam admitti debent. ¶Nec potuit do.Albertinus de huiuſmodi bonis emphyteoticis teſtari, inſtituendo hæredes extraneos, uel ſaltem eos, qui non eſſent de deſcendentibus dicti Ioannis patris ipſius do. Albertini, in præiudicium dicti ſer Petri iacobi actoris, qui eſt de deſcendentibus præfati Ioānis mediante filio, quoniam
9 † & ſi Ioannes ipſe, qui ſaltē per generalem inueſtituram fuit inueſtitus, uoluiſſet quoad illa bona emphyteotica inſtituere aliquem extraneum, uel non deſcendentem ex eo in præiudicium ſuorū deſcēdentiū tàm per lineam fœmininā, quàm maſculinā, non potuiſſet, ex quo ſuis deſcendentibus iā ex contractu, & ſtipulatione in eo cōtenta erat ius acquiſitum, ut uoluit Bar.in d.l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi in 2.col. ergo minus potuit præiudicare dom. Albertinus, qui erat unus de deſcendentibus de dicto Ioanne, quia licet dubium ſit, an pater, qui conduxit, & ſtipulatus fuit, poſſit ſuis deſcēdētibus, quibus erat ex ſtipulatione ius acquiſitū præiudicare uni ex ſuis deſcendentibus, hæredē inſtituendo, tñ omnes fatentur, & uolunt, quòd non poſſit ſuis deſcēdentibus præiudicare inſtituendo extraneum, uel unū, qui non eſſet de ſuis deſcendentibus, ut per Bar.in d.§.ſi liberi, ibique Alex. et habetur per Bal.in l.liberti col.11. C. de oper.liber. in l. quoniam nouella C.de inoff.teſta.& in auth. quas actiones C.de ſacroſanct.eccle.Minus ergo do. Albertinus, qui non fuit ille, qui dicta bona emphyteotica acquiſiuit, potuit præiudicare cæteris deſcēdentibus dicti Ioānis, inſtituēdo extraneos, & non deſcendentes ab ipſo Ioanne, & ita in terminis concludit, & declarat Sali.in l.fin.in fin.2.col.C.de iure emphyt. ibiq; Moder. & habetur per Imol.in d.c.potuit, ubi rationes, quibus mouentur, ad concludēdum, quòd pater, qui acquiſiuit emphyteoſim pro ſe, & filiis, poſſit unum ex illis inſtituendo aliis filiis præiudicare, ſolum habent locum in patre, qui acquiſiuiſſet, & non in alio, ad quem emphyteoſis perueniſſet tanquam ad unum ex filiis, & deſcendentibus, nam hic cæteris deſcendentibus nullo modo poſ-
10 ſet præiudicare. ¶Præterea, † ut colligitur ex dictis per Imol.ibi, & alios, de quibus ſupra, quādo pater, qui emphyteoſim ſibi, & filiis, ac deſcendentibus acquiſiuit, mortuus fuit, & acquiſitionem factam pro filiis, & deſcendentibus non reuocauit, tunc per ipſius mortem acquiritur emphyteoſis ipſis deſcendentibus irreuocabiliter, adeò, quòd ipſis poſtea non poteſt præiudicari, ut ibi per eum, & per Salice. in d.l.fi. in fi.2. col. & in 3.col. ſed Ioannes pater do.Albertini

tini

tini mortuus fuit,potuit teſtari neq; talem acquiſitionẽ reuocauit,ergo ipſis deſcendentibus etiam ex fœmina, deficientibus deſcendentibus per lineam maſculinam, ius fuit irreuocabiliter acquiſitum, adeò, quòd illi iuri non potuit aliquo modo præiudicari per teſtamentum factum à domi. Albertino,qui ſolũ de bonis ſuis,& non de dictis bonis emphyteoticis,in quibus deſcendentibus ex dicto Ioanne etiã mediante filia ius erat irreuocabiliter acquiſitum per præ-
11 dicta, & † emphyteoſis eccleſiaſtica, ut ſupra fuit præſuppoſitũ,tranſit etiam ad filias fœminas,quãdo fuiſſet expreſſè pro fœminis ſtipulata,uel per uerba, quæ ſui natura, & ex uerborum proprietate comprehenderent etiam deſcendentes per lineam fœmininam, & ab ipſis fœminis, ut in authen.de non alien.in §.emphyteoſim, & per Imol.in d.c. potuit,& hoc omnes fatentur, ſed dicendo ſimpliciter pro deſcendentibus,propriè comprehenduntur fœminæ,&deſcendentes per lineam fœmininam,ut dicit Alex.in d.conſ. 160.in 2.uolu.cum ſimilibus ſupra alleg.ergo &c. quinim-
12 mò † etiam ſi emphyteoſis ſolum eſſet ſtipulata pro ſe, & filiis,quo caſu filiæ fœminæ comprehendi non deberent, quia in contractibus maſculinum non concipit fœmininũ, tamen ſtante conſuetudine in loco, quòd filiæ fœminæ in emphyteoſi ſuccedant, non extantibus maſculis, fœminæ, & deſcendentes ex eis poſſunt ſuccedere, & ad emphyteoſim eccleſiæ admitti, argumento c.cum dilectus extra de conſuetudine,& per Ioan.de Imol.in d.c.potuit in ulti.col.

¶ Nec obſtat,quòd nulla extet conſuetudo, quòd fœminæ admittantur, non extantibus maſculis, quia hic caſus tàm raro contingit,ut non poſſit dici inducta conſuetudo maximè,quia ſuper tali caſu nõ reperitur iudicatum fuiſſe,quo-
13 niam reſpondetur,quòd † etiam ex unico actu, quamuis nõ fuerit de illo iudicatum,inducitur in caſu noſtro conſuetudo, ſi enim ſolum reperiatur unum inſtrumentum, in quo fœmina,maſculis non extãtibus,fuerit inueſtita, ex eo probabitur conſuetudo, quæ ſeruanda eſt, licet ſuper hoc non fuerit aliter iudicatum,ut colligitur ex iis, quæ uoluit Bart. in l.ſemper in ſtipulationibus ff.de regulis iuris.

¶ Non obſtat,quòd ex quo ultra primam Hieronymi inueſtiturã plures aliæ particulares inueſtituræ poſtea fuerunt factæ de perſonis maſculorum, excluſis fœminis, puta de fratribus,excluſis ſororibus, maſculis deficiẽtibus ſine filiis, & deſcendentibus, non debent ſorores admitti, nec inueſtiri,quia non dicuntur de deſcendentibus,ſed de collateralibus l.iureconſultus §. ſunt ex latere ff. de gradi.& inſtit. de
14 gradi.in §.1.nam reſpondetur, quòd † quantum ad hoc, ut fœminæ admittantur, deficientibus maſculis, non debent conſiderari particulares inueſtituræ, ſed debet attendi generalis prima inueſtitura, ex qua probatur, quòd hæc emphyteoſis dicitur antiqua,qua inueſtitura attenta,deficientibus maſculis ſine liberis,ſorores etiam debeat admitti,tãquam deſcendentes illius,in cuius perſona prima inueſtitura generalis facta fuit,argumẽto eius, quod dicimus de feudo antiquo,& paterno,in quo debet attendi prima inueſtitura,non autem aliæ poſteriores, adeò quòd ſi quis abſque liberis maſculis decedat,alij agnati maſculi etiam tranſuerſales ad ſucceſſionem feudi admittuntur, quoniam dicuntur de deſcendentibus primi inueſtiti, ut habetur in c.1.de alien.feud.pater.& per Bald.ac Moder. in prælud.feũdo. & deficientibus maſculis, ſi in loco extaret conſuetudo,debẽt admitti fœminæ,quæ etiam ſint collaterales,reſpectu illius, qui ſine liberis deceſſit, nam reſpectu primi inueſtiti dicuntur eſſe de deſcendentibus,per ſupradicta, & in c.1.de ſucceſ.feu.in §.1.& melius per ſcriben. in c.1. de gradi. ſucceſ. in feu.& per do.Præpo.in c.1.§.& quia in 3.& 18. col. qui feu.dare poſ.¶ Nec obſtat, quòd inter epiſcopum, & extraneos hæredes diu fuerit litigatum, & ad fauorem extraneorum iudicatum,neque deſcendentes per fœminam cõparuerint,nec aliquid oppoſuerint,quoniam reſpondetur, quòd ipſi deſcendentes per fœminam nunquam fuerunt ad cauſam pro ſuo iure, & intereſſe citati, ſicque cauſam agitari ignorauerunt, uel poſito etiam, quòd ſciuiſſent, ta-
15 men † ex quo non fuerunt uocati, nec proceſſus factus inter epiſcopum,& hæredes extraneos, nec ſententia ad fauorem dictorum hæredum lata,ipſis deſcendentibus per lineã fœmininã nocet,quia res inter alios acta aliis nocere non debet,ut in rubro,& nigro C.quibus res iudi.non nocet,et C.res inter alios acta,& faciũt no.in c.1.in §. prædictis quæ fuit pri.cau.benefi.amitten.& ſic prædicta non debent nocere deſcendentibus per fœminam, quin inueſtiri poſſint,et debeant.¶ Cæteris, quæ uidẽtur obſtare, de quibus in proceſſu,clara poteſt ex prædictis reſponſio colligi, quoniam cum hæc emphyteoſis fuerit per ipſum Ioannem acquiſita ſimpliciter pro ſe,filiis,& hæredibus,ac deſcendentibus, cẽſetur acquiſita etiam pro fœminis,earumque deſcendentibus adeò,quòd etiam Ioannes non potuiſſet illis præiudicare,inſtituendo extraneum hæredem, uel aliquem, qui non eſſet de deſcendentibus ſuis,minus ergo potuit illis præiudicare do.Albertinus,inſtituendo Petrum,qui nõ erat de deſcendentibus ipſius Ioannis,quamuis fortè eſſet de familia traſentinorum per prædicta,& ex his exiſtimo ad fauorem dicti ſer Petri Iacobi in dubitanter concludendum,& iudicandum eſſe. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis conceſſa pro filijs, & nepotibus maſculis deſcendentibus ſolum nepotes maſculos deſcendentes ex maſculis, & non ex fœminis cõprehendit:*
Contra nu. 5. maximè ſi neptes ex filia ad eam expreſsè uocatæ eſſent nume.6.
2 *In contractibus etiam unius incluſio eſt alterius excluſio.*
3 *Conceſsio facta pro poſteris,ſeu illis,qui ſunt de genere, non comprehendit natos ex fœmina,& nu.12.& 13.ubi declaratur.*
4 *Immunitas data maſculis deſcendentibus non cenſetur data deſcendentibus ex fœminis.*
5 *Deſcendentium appellatio comprehendit natos non ſolum ex maſculo, ſed etiam ex fœmina, & quando hoc uerum ſit nu.13.*
6 *Nepotum ex eo deſcendentium appellatio nepotes quoque ex filia comprehendit, quando neptes ex filia fuerunt in eadem diſpoſitione expreſsè uocatæ.*
7 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe,& ſuis deſcendentibus uſque ad tertiam generationem ad nepotem quoque ex filia tranſit.*
8 *Deſcendentium appellatio in muneribus, honoribus,dignitatibus, & in pœnalibus nepotes,& natos ex filia, ac fœmina non comprehendit, & nu.13.*
9 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe,& liberis, ſeu filijs maſculis non intelligitur conceſſa pro nepotibus ex fœmina deſcendentibus.*
10 *Secus ſi pro ſe,& deſcendentibus maſculis,*
11 *Aut pro ſe,filijs, & nepotibus maſculis ex eis deſcendentibus uſque in tertiam generationem conceſſa eſſet.*
12 *Poſterorum appellatio continet deſcendentes per maſculum, & non per fœminam,*
13 *Et quando hoc uerum ſit, & deſcendentes quoque per fœminam comprehendat.*
14 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe,filiis,& nepotibus ſi per filios fuerit alienata,hæc alienatio ſolum ipſis filiis,& non nepotibus præiudicat.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS, *ſeu precaria hoc modo ſtipulata pro ſe, ſuiſq́, filiis, & nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus ex eo deſcendentibus, quos ſi non habuerit, uel ſi habuerit, & penitus defecerint, deueniat in ſuas filias, uel neptes legitimas uſque in ipſius ſtipulatoris tertiam generationem expletam, nepotes quoque maſculos ex filia deſcendentes comprehendit, & quando, & quo modo illi admittantur.*

CONSILIVM XCVI.

SVPER eo,de quo fui interrogatus,paucis me expe-
diam,nam ſtante conceſſione de re facta per hæc uer
ba,cõceſſit Franciſcq Belliardo præſenti, ſtipulanti,&
recipienti pro ſe,ſuiſque filiis,& nepotibus maſculis legiti-
mis,& naturalibus ex eo deſcendentibus,quos ſi nõ habue
rit,uel ſi habuerit,& penitus defecerint,quòd præſens pre-
caria deueniat in ſuas filias,uel neptes legitimas,& natura-
les uſque in ipſius Franciſci tertiam generationem exple-
tam,an dominus Angelus,& dominus Franciſcus nepotes
nati ex filia fœmina dicti Franciſci,aliis ipſius Franciſci nõ
extantibus deſcendentibus maſculis, ad precariam uocati
dicantur,prima quidem fronte non uocati uiderentur,con
1 ſideratis uerbis inueſtituræ, † nam ex quo dictum fuit pro
filiis,& nepotibus maſculis deſcendentibus, ſolum nepotes
maſculi deſcendentes ex maſculis, & non ex fœminis uoca
ti dicuntur,ut uidetur uoluiſſe Specula.in titu.de locato §.
nunc uerò aliqua uerſi.146.& ita in terminis noſtris in em
phyteoſi determinare uidetur Paul.Caſt.in l.1. C.de con-
dit.inſert.dicens,quòd emphytéoſis conceſſa pro ſe,& libe
ris deſcendentibus maſculis intelligitur ſolum cõceſſa pro
liberis deſcendentibus ex maſculo,& non ex fœmina pro-
pter illa uerba deſcendentibus maſculis. Præterea Franci-
ſcus diſtinguendo deſcendentes per lineam fœmininam à
deſcendentibus per lineam maſculinam,uocauit ſolum fi-
lias,& neptes,non autem nepotes ex filia,ergo illos uidetur
2 excluſiſſe,quia † etiã in contractibus unius incluſio eſt alio
rum excluſio l.ſi cum dotem in prin.& ibi docto. ff.ſol.ma-
trimo.l.cum prætor ff.de iudi.l.unica §.ſin uerò C.de cadu.
3 toll.& c.ad audientiam de decimis.Tertio † probatur in l.j.
in fin.& in l.immunitates cum glo.ff.de iure immunita.ubi
conceſſio facta pro poſteris,ſeu pro illis, qui ſunt de gene-
re,eos,qui ex fœmina nati ſunt,non comprehendit:& ita ui
detur uoluiſſe glo.in l.ſi ita ſit ſcriptum filiabus ff.de lega.2.
4 dicens,†quòd immunitas data maſculis deſcendentibus nõ
cenſetur data deſcendentibus ex fœminis per tex. in d.l. 1.
in fin.ex qua iuncta d.l.1.in fin. infertur, differentiam non
eſſe, an dictum ſit pro deſcẽdentibus maſculis, an uerò pro
poſteris:& illam glo.ſequitur Dyn.in l. cognoſcere §.libe-
rorum ff.de uerbo.ſigni.& Pet.& Cyn.idem uelle uidetur
in l.fin.in 4.quæſt.ff.de conſtitut.princip. ¶ Quibus tamen
non obſtantibus,contrariam ſententiam de iure probabilio
rem,ac ueriorẽ eſſe arbitror,uidelicet dictos dominos An-
gelum,& Franciſcum ad hæc bona emphyteotica,ſiue pre-
caria uocatos eſſe: Ad quod oſtendendum præſuppono,
5 quòd † appellatione deſcendentium comprehenduntur na
ti nedum ex maſculo,ſed etiam ex fœmina, ut in authẽ.de
hæred. quæ ab inteſta. poſt prin.colla.9. authen. ceſſante,
& in l.fin.C.de ſuis,& legi.glo.not.in c.ſtatutum il 2.in uer
bo inanc de hæret.in 6.& ibi Domin. de ſancto Gemin. ubi
inquit,quòd in materia non pœnali appellatione deſcen -
dentium ueniunt deſcendentes per lineam maſculinam,&
fœmininam:Sed conceſſio in caſu noſtro facta fuit pro fi-
liis,& nepotibus maſculis ex eo deſcendentibus, & non ſu-
mus in materia pœnali,dictique domini Angelus,& Franci
ſcus ſunt nepotes maſculi ex eo deſcendentes,ergo &c.
6 ¶ Secundo ſuadetur,† quoniam Franciſcus emphyteoſim
accipiens illam accepit pro neptibus fœminis ex filia, ergo
multo magis dicendum eſt uoluiſſe illam accipere pro ne-
potibus maſculis ex filia deſcẽdentibus: nam maſculos plus
dilexit,quàm fœminas,cum fœminas,& deſcendentes ex fi
lia fœmina uocauerit in caſu,quo maſculi deſcendentes pe
nitus deficerent: Mens ergo ipſius Franciſci ſtipulantis, &
uerborum proprietas concurrunt, & inferunt nepotes ma
ſculos deſcendentes ex filia comprehendi debere,nullaque
ratio ſuadet,quare uoluerit magis comprehendere neptes
deſcendentes ex filia,quàm nepotes maſculos ex ipſa filia,
cum ex uerbis contractus conſtet,ipſum Franciſcum ſtipu-
lantem prædilexiſſe maſculos deſcendentes ipſis fœminis
deſcendentibus:item nulla lex præſumit maſculos deſcen-
dentes minus diligi,quàm deſcendentes fœminas, immò è
contra,argumento eorum,quæ habentur in l.maximum ui
tium C.de lib.præt.ibiq; per Bal.cum ſimil. Quare ſub illis
primis uerbis pro ſe,ſuiſq; filiis,& nepotibus maſculis ex eo
deſcendentibus contrahentes uoluerunt indiſtinctè cõpre
hendere nepotes maſculos ex Franciſco deſcẽdentes,& cõ
ſequenter tàm ex maſculo,quàm ex fœmina per prædicta:
7 & ad propoſitum benè id nobis inſeruit, † quod ferè in ter
minis noſtris uoluit Paul.Caſ.in d.l.1.C.de condi.inſert.in
uerſi.item quæritur,an nepos,qui dixit,quòd ſi fiat conceſ-
ſio feudi,uel emphyteoſis Titio recipienti pro ſe,& ſuis de-
ſcendentibus uſq; in tertiam generationem, prout in caſu
noſtro cõceſſio facta fuit,& is,cui facta fuit, deceſſerit cum
nepote ex filia,an ille nepos ex generatione Titij dicatur,
ut ad emphyteoſim admittatur,primo arguit,quòd nõ per
tex.in l.1.in fi.ff.de iur.immu.& in c.ubicunq; de pœn.in 6.
poſtea contrariũ tenuit,quòd admittatur,& ita dicit ſe con
ſuluiſſe,quicquid nonnulli alij dixerint:& ſic ibi quæſtionis
8 noſtræ deciſio eſſe uidetur:Et † leges in contrarium allega
tas Pau.ibi inquit loqui in muneribus, honoribus,& digni-
tatibus,quæ propter honores alicui conceduntur, in illis.n.
nepotes,& nati ex filia,& fœmina non comprehenduntur,
ſed uerba ad illos reſtringuntur,qui ſunt de familia,& agna
tione eius,cui conceſſio facta fuit, & ſic ad deſcendentes ex
maſculis: & idẽ dicitur in pœnis legalibus impoſitis alicui,
& deſcendentibus ſuis uſq; in tertiam generationẽ, ut pro-
pter hæreſim,uel crimen læſæ maieſtatis,quia pœnæ illæ ad
deſcendentes ex filia non extendentur:& ultra adducta per
Pau.Caſt.ego allego glo.in d.c.ſtatutum il 2.ibiq; Domin.
qui hoc uoluit:Sed in conceſſione emphyteoſis etiam eccle
ſiaſticæ,in qua maſculi,& fœminæ de iure communi ſucce
dunt,ut in auth.de non alien.in §.emphyteoſim, nepos ex fi
lia dicitur de deſcendentibus,& de generatione aui mater-
ni,quoniã dicitur deſcendere,& generatum eſſe ab auo ma
terno mediante filia,ut benè probat ibi Paul.Caſt.adducen
do exemplum de Chriſto,& alia,de quibus ibi, ergo &c.
Pro hac etiam opin.ad fauorem dictorum dominorum An
geli,& Franciſci facit id,quod uoluit, & conſuluit Alex. in
conſi.160.incip.uiſo themate &c.lib.2.quòd in conceſſio-
ne facta pro ſe,& deſcendentibus cõprehenduntur deſcen
dentes,& nepotes nati ex filia fœmina per plura ibi per eũ
allegata . ¶ Et tenendo hanc partem , non obſtant addu-
cta ſupra in contrarium,quia & ſi ex prædictis,& ex iis,quæ
Paul.de Caſtr.dixit in dicta l.1.reſponſio colligi poſſit , ta-
men ſpecialius reſpondendo dico , quòd id , quod uoluit
Paul.Caſtren.in d.l.1.in uerſic.ſecundo not. & in uerſic.in
contrarium,uidetur aduerſari iis,quæ ipſemet ſtatim ſubiũ
9 xit in d.uerſi.item quæritur,an nepos: Et propterea pro cõ
cordia dici poteſt, quòd † aut dictum fuit ſimpliciter pro
ſe,& liberis maſculis,& tunc procedat primum dictum Pau
li de Caſtr.per not.per Specul.in titu.de loca. §.nunc uerò
aliqua in uerſicu. 146. ubi tamen Specul. loquitur in caſu
longè clariori , uidelicet quando emphyteoſis conceſ-
ſa fuit ſimpliciter pro ſe , & filiis maſculis, quia non in-
telligitur conceſſa pro nepotibus ex fœmina deſcendenti-
bus : quòd mirum eſſe non debet, quoniam filiorum ap-
pellatione nepotes propriè non continentur , ut deter-
minat Bartolus in l. liberorum colum. 4. verſicu. ſecun-
do principaliter eſt uidendum ff.de uerborum ſignifi. & ibi
etiam in uer.quæro,quid ſi appellatio filiorum profertur à
contrahentibus,inquit, quòd in contractibus appellatione
filiorum

filiorum nepotes non continētur, ſed ſemper interpretatio
fit contra eum, pro quo huiuſmodi prolatio facta fuit ſecū
10 dum materiam l.ueteribus de pact. At † quando eſſet facta
conceſſio pro ſe, & deſcendentibus maſculis, ut in caſu no-
ſtro, ſecus dicendum eſt, quoniam appellatione deſcenden
tium propriè nepotes ex filia comprehenduntur, ut ſupra
dictum fuit, & tanto magis, quando cōceſſio reperiretur fa
cta etiā pro ipſis filiabus, & neptibus fœminis ex eis per præ
11 dicta: Aut † in conceſſione dictum fuit, pro ſe, & filiis, & ne-
potibus maſculis ex eis deſcendentibus uſq; in tertiam ge-
nerationem, & tunc nepotum appellatione etiam nepotes
ex fœmina continebuntur; & ita procedat id, quod uoluit
Caſtren. in d.uerſ. item quæritur, confirmatū, ut ſupra dixi,
quia ſi Franciſcus uoluit ad emphyteoſim poſſe admitti fi-
lias, & neptes ex eis, pariter, uel magis uidetur uoluiſſe ad-
mittendos eſſe nepotes maſculos ex filia, quos ratione ma-
ſculinitatis magis dilexiſſe cēſetur, ſicut filios maſculos ma
gis, quàm filias fœminas dilexit, ut in conceſſione precariæ
continetur. Et ideò cum uerba conceſſionis conueniant, ut
nepotes quoq; ex filia deſcendentes comprehendantur, di-
cendum eſt omnino cōprehendi, ut primo filij, & nepotes,
alijq; deſcendentes maſculi ex filio ueniant, deinde nepo-
tes, & deſcendentes maſculi ex filia, & poſtea filiæ fœminæ,
& expoſtfacto deſcendentes fœminæ ex filia: quia ſi filij, &
deſcendentes maſculi ex filio excludunt filias, ita etiā exclu
dunt nepotes ex filiabus, per Bar. in d.l. liberorum col. 6. ibi
quæro pone, cuius uerba nobis optimè inſeruiūt: Et ex præ
dictis apparet dictum Pauli in d.l. 1. in 2. notab. non aduer-
ſari. Præterea Pau. ibi loquitur, quando ſolum eſſet proui-
ſum filiis, & liberis maſculis, de filiabus uerò, & neptibus ex
eis nulla mentio facta eſſet, nos uerò, quando primo eſſent
uocati filij maſculi, & nepotes, & deſcēdentes maſculi uſq;
in tertiam generationem, deinde deficientibus maſculis de
ſcendentibus eſſent uocatæ filiæ fœminæ, & neptes ex eis, &
ſic dictum Pauli in diuerſo caſu procedens nihil facit.

¶Non obſtat ſecundum argumentum ſupra in contrarium
factum, quia ex prædictis remanet reſolutum, item quia ca
ſus noſter non fuit omiſſus, ſed comprehenſus, nam, ut di-
ctum fuit, ex proprietate uerborum in caſu noſtro nepotes
maſculi ex filia comprehenſi fuerunt, tum quia in conceſſio
ne de nepotibus maſculis ſimpliciter, item de deſcendenti-
bus maſculis uſq; in tertiam generationem, ſub quibus uer
bis nepotes maſculi ex filia propriè continentur, mentio fa
cta fuit, tum quia propriè nepotes ſunt, nec non deſcenden
tes maſculi, item de generatione, ut probatum fuit. ¶Non
obſtat tertio loco tex. in l. 1. in fi. & in l. immunitates cū glo.
ff. de iur. immu. quia reſpondetur, prout uoluit Paul. Caſt. in
d.l. 1. in uerſ. item quæritur, & retuli ſupra: & clarius etiam
reſpondet Alex. in d. conſi. 160. lib. 2. quòd illa iura proce-
12 dunt, † quando conceſſio facta eſſet pro poſteris, quorum
appellatione deſcendentes per maſculum, & nō per fœmi
nam continentur, ut uoluerunt Pet. & Cyn. in l. fi. ff. de con
ſtit. prin. quæ ſolutio eſt dubitabilis, quoniā poſterorum ap-
pellatione tàm deſcendentes per fœminam, quàm per ma-
ſculum continentur, ut eſt tex. in l. iureconſultus §. parētes
13 ff. de grad. Vnde melius reſpondetur, quòd † illa iura loquū
tur, quando eſſet conceſſa immunitas, ſeu uacatio à muneri
bus, & oneribus, & ſic eſſet cōceſſio facta ad damnum fiſci,
nam tunc appellatione poſterorum, liberorū, & deſcenden
tium, ſeu illorum, qui ſunt de generatione, ſolū maſculi de
ſcendentes ex maſculis, & nō ex fœminis continerentur, ut
in d.l. 1. in fin. l. immunitas cum ibi not. ff. de iur. immu. & l.
uacatio ff. de mun. & hon. & hoc, ut minus utilitati publicæ
præiudicetur, ut etiam dixit Deci. in conſi. 223. & habetur
per Bar. in l. quoties C. de priuil. ſcholar. Idem eſt, quando
eſſemus in pœnalibus, ut habetur per glo. & Domin. in d.c.
ſtatutū il 2. & in d.c. ubicunq; de pœn. in 6. Sed quando nō
eſſemus in priuilegiis, immunitatibus, nec in pœnalibus,
tunc appellatione deſcendentium, & poſterorū deſcenden
tes quoq; ex fœmina comprehenderentur, ueluti ex præ-
miſſis clarè conſtat: Itaq; concludo præfatos dominos An-
gelum, & Franciſcum tanquam ſub uerbis cōceſſionis præ-
dictæ comprehenſos admittendos eſſe, deficiente linea ma
ſculina, etiam quod ipſa res emphyteotica fuerit per filios
14 dicti Franciſci Belliardi alienata, qui † ad ſuum præiudiciū
tantum alienare potuerunt, & non ad damnum dictorum
nepotum ex filia, quibus ex dicta conceſſione ius quæſitum
fuit, arg. tex. cum ibi not. in l. fi. §. ſin autem ſub cōditione C.
commu. de lega. & hoc in terminis uidetur probari in c. 1.
de alie. feu. & arg. l. peto §. fratre ff. de leg. 2. Bal. & Ang. in
l. item uidendū ff. de peti. hære. in §. fi. & Alex. in terminis in
conſ. 89. utrum emphyteoſis col. 3. in uerſ. poſito. Et cū hoc
de iure ſatis ſit clarū, pro nunc aliter ſuper eo non inſiſto.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo eccleſiæ, quòd maſculinum in contractu emphyteoſis fœmini num concipiat, eſt ſeruanda:*
Et tunc nepotum appellatione neptes quoque comprehenduntur numero 4.
2 *Fœminæ, conſuetudine prædicta ſtante, cum maſculis ad bona emphyteotica ſimul, & pariter admittuntur, niſi ſtatutum, ſeu conſuetudo in loco eſſet, quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccederent.*
3 *Stipulando quis ſibi, filiis, & nepotibus, ſeu liberis ſuis, qui nondum extarent, ita illis natis poſt mortem ſtipulatoris acquirit, ſicut natis in eius uita, ordine tamen ſucceſſiuo.*
5 *Renunciatio non prodeſt illi, de quo in renunciatione nulla eſt facta mentio.*
6 *Emphyteota unus comprehenſus in inueſtitura, renunciando omni, & cuicunque iuri ſibi ſuper emphyteoſi quomodocunque competenti, & in futurum competituro alteri emphyteotæ eadem inueſtitura comprehenſo, qui poſtea deceſſit, nullis hæredibus relictis, qui in dicta emphyteoſi poſſent ſuccedere, ſed ſolum ſuperſtite emphyteota, qui illi renunciauit, poteſt is, non obſtante ſua renunciatione, ad huiuſmodi emphyteoſim admitti:*
Talisque renunciatio eccleſiæ dominæ non prodeſt, ut emphyteoſis ad ipſam reuerſa, & deuoluta dici poſſit,
7 *Et facta per uerba quantumcunque prægnantia renuncianti obeſt ſolum reſpectu illius, cui renunciauit, & alterius inueſtitura comprehenſi, non autem reſpectu eccleſiæ, nec alterius inueſtitura non comprehenſi:*
8 *Quid ſi non ſolum per uerba prægnantia renunciauit, ſed etiam iura, & actiones ceſſit, & conſtituit illum, cui renunciauit, procuratorem in rem ſuam, atque appoſuit clauſulam ad habendum &c.*
9 *Emphyteoſis ad eccleſiam deuoluta dici non poteſt, quouſque ſupereſt aliquis de comprehenſis inueſtitura.*
10 *Nepotis, maris, et aui, ac ſimilium appellatio quando pronepotem, pronurum, proauum, & ſimiles comprehendat, & quando non:*
Et quid in emphyteoſi eccleſiæ pro ſe, filiis, & nepotibus ſtipulata.
11 *Alex. in conſi. 125. lib. 5. multa contra mentem Bar. & aliorum communiter refert.*
12 *Remiſſio, ac renunciatio generalis debet intelligi, rebus ſic ſtantibus, non autem cauſa noua ſuperueniente, ſeu remiſſionis, & renunciationis cauſa ceſſante.*
13 *Emphyteoſi ad eccleſiam deuoluta, an, & quem eccleſia teneatur inueſtire, & renouare.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiæ ſtipulata pro ſe, filiis, & nepotibus tantum de conſuetudine eccleſiæ ad fœminas quoque tranſire poteſt, & in ea nepotum appellatio pronepotes nō cōprehēdit: Et caſu, quo neptes primi emphyteotæ in ampliſſima forma iuri illius tàm præſenti, quàm futuro patri ſuo pro ſe, & hæredibus acceptanti renunciauerint, ultimusq; emphyteota poſtea deceſſerit, nullis hæredibus relictis ex ui inueſtituræ dictæ emphyteoſis capacibus, ſed ſolū ſuperſtitibus præfatis neptibus, ac una pronepte, Neptes, non obſtante earum renunciatione prædicta, debent*

 ad

ad emphyteoſim admitti, excluſa pronepte, ac etiam eccleſia, ad quam ex dicta renunciatione emphyteoſis deuoluta atq; reuerſa dici non poteſt.

CONSILIVM XCVII.

VISO puncto mihi de communi conſenſu partiū formato, atq; exhibito, viſiſq; inueſtitutis, teſtamentis, & inſtrumentis renunciationum dominarum Iuliæ, & Franciſcæ, ac diligenter, & maturè conſideratis doctiſſimorum utriuſq; partis aduocatorum allegationibus, cum ſolum de uero conſilio, iuſtoq; iudicio meo ſim requiſitus, abſque longa diſcuſſione, & non ſeruato ordine, quem aliàs in conſulendo ſeruare conſueui, ſed ſolum magis neceſſaria tangēdo, breuius, quàm fieri poterit, ponam id, quod de iure uerius mihi uidebitur. Et in primis præſupponēdo pro ueris ea, quæ mihi in puncto proponuntur, quòd ſub cōceſſione in emphyteoſim facta per huiuſmodi uerba pro ſe, filiis, & nepotibus de conſuetudine eccleſiæ etiam fœminæ, uidelicet filiæ, & neptes comprehendantur, & ſic quòd maſculinum in contractu emphyteoſis dictæ eccleſiæ fœmininum concipiat, quod uidetur eſſe contra ius commune iuxta ea, quæ habentur per Archi. in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4.
1 cum ſimilibus, † quæ conſuetudo eccleſiæ ſeruanda eſt ad ea, quæ habentur per Baldum in auth. ſi quas ruinas C. de ſacr. ſanc. eccleſ. & per alios, quos aliter non refero: Præ-
2 ſupponendo etiam, † quòd ſtante huiuſmodi conſuetudine filiæ fœminæ ſimul, & pariter cum filiis maſculis, & neptes cum nepotibus ad bona emphyteotica admitti debebant, niſi in loco ſtatutum, ſeu conſuetudo extaret, quòd extātibus maſculis fœminæ non ſuccederent, quia tunc fœminæ admitterentur, maſculis non extantibus, per Bar. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. liber. & in conſi. ſuo 60. inci. quæ-
3 ſtio iſta habet duo dubia: Nec nōn præſupponendo, † quòd quis ſtipulando pro ſe, filiis, & nepotibus, ſeu liberis ſuis nō extantibus, ſed natis, ſeu cōceptis poſt mortem ſtipulatoris, ita illis acquirit, ſicut ſic ſtipulando filiis, ſeu nepotibus ſuis iam natis in eius uita acquireret, per Bart. in l. quod dicitur in ult. col. ff. de uerbo. oblig. ordine tamen ſucceſſiuo, uidelicet quia prius ſtipulatori, deinde filijs, & poſtea nepotibus acquireretur, Bar. in d. l. quod dicitur colum. penult. ibique Alex. & alij, & doct. communiter in l. gallus §. quidam recte ff. de liber. & poſthum. His præſuppoſitis, modo facio cōcluſionem ad fauorem dominarum Frāciſcæ, & Iuliæ, quòd ex quo aliquæ non extant perſonæ, quæ ſint de comprehenſis in inueſtitura, quia Hyppolita eſt proneptis magiſtri Nicolai, qui ſolum pro ſe, filiis, & nepotibus ſuis acquiſiuit, ſeu ſtipulatus fuit, ipſæ dominæ Iulia, & Franciſca debent in bonis emphyteoticis, de quibus agitur, ſuccedere, dicta Hyppolyta excluſa, nam ſunt de cōprehenſis in inueſtitura ſub
4 illis uerbis pro ſe, filiis, & nepotibus, † ex quo appellatione nepotum, ſtante prædicta eccleſiæ conſuetudine, quæ eſt optima interpres l. ſi de interpretatione ff. de legib. neptes quoq; continentur, ut ſupra: Et ideò ſequitur abſq; dubio, quòd tanquam neptes magiſtri Nicolai, & ſic inueſtitura comprehenſæ debent ad bona huiuſmodi admitti, excluſa Hyppolita pronepte, quæ de cōprehenſis in inueſtitura eſſe non dicitur. Et niſi renunciationes, & remiſſiones factæ per præfatas dominas Iuliam, & Franciſcam Raphaeli patri ſuo extarent, profectò hæc concluſio omni penitus difficultate careret: Verum quia extant earum renunciationes, atq; remiſſiones in ampliſſima forma factæ in manibus illarum patris, ſuper quibus eccleſia ſe fundat, uidendū eſt breuiter, an taliter dictis dominabus Iuliæ, & Frāciſcæ obſtēt, quòd omninò dicantur excluſæ, & bona emphyteotica ad eccleſiam ita deuoluta cēſeantur, quòd de illis poſſit liberè diſponere, ſeu ſaltem dictam Hyppolitam filiam Alexandri nepotis prædicti magiſtri Nicolai inueſtire. Et omiſſis ſuperfluis maximè cum ſuper hoc aduocati partiū plurima doctiſſimè tetigerint, concludo præfatas dominas, non obſtantibus earum renunciationibus, ad huiuſmodi bona emphyteotica ex iure inueſtituræ primi parentis tanquam ſub uerbis conceſſionis uocatas, atq; comprehenſas admittendas fore, neq; ea ex renunciatione prædicta dici ad eccleſiam deuoluta,
5 neq; reuerſa: † Nam ex quo renunciationes fuerunt ſimpliciter factæ patri Raphaeli pro ſe, & hæredibus ſuis, eccleſiæ, de qua nulla fuit mentio facta, non prodeſt, per doctrinam Bar. communiter approbatam in l. qui romæ §. duo fratres in x. q. ff. de uerb. obl. ad quam in hac materia eſt recurrendum. ¶ Et quia remiſſiones, ac renunciationes factæ ab his mulieribus diuerſimodè factæ reperiūtur, de unaquaq; ſeparatim uideamus. Capiēdo itaq; primo remiſſionem, ſeu
6 renunciationem factam per do. Frāciſcam, dico † illam ipſi taliter non nocere, quin, ea non obſtante, poſſit ab bona emphyteotica admitti: Et eccleſia non poteſt ſe in renunciatione facta per do. Franciſcam fundare, & dicere, quòd ex quo renunciauit omni, & cuicunq; iuri ſibi quomodocunq; cōpetenti, & in futurum competituro, bona ad ipſam eccleſiā dicantur reuerſa, & deuoluta, ex quo renunciatio, & remiſſio non fuit facta indefinitè, & ſimpliciter, nec pro omnibus, ſed pro ipſo patre Raphaele, & pro hæredibus ſuis; quo caſu remiſſio dicitur perſonalis, nec ad eccleſiam non nominatam tranſit, per ea, quæ uoluit Bart. in d. §. duo fratres in x. q. & in conſi. ſuo 58. incip. ex themate prædicto &c. & per illa, quæ uoluit Freder. de Sen. in conſi. 77. factum ſic ſe habet, & in conſil. 228. factum tale eſt, & quæ ponunt docto. Alex. & alij in d. §. duo fratres, & per docto. in c. 1. de eo, qui fin. fecit agna. & per glo. & doct. in c. 1. Imper. Lotha. in uſu feudo. quæ propriè locum ſibi in caſu noſtro uendicant, in quo do. Franciſca renunciauit, atq; remiſit omne ius, quod in dictis bonis habebat, & habere in futurum ſperabat, ipſi patri Raphaeli, & eius hæredibus; per quam remiſſionē nihil ipſi eccleſiæ dicitur acquiſitū; & ex quo Raphael deceſſit, nullis ſuperſtitibus eius hæredibus, qui in dictis bonis emphyteoticis ſuccedere poſſint, & quibus dicta remiſſio, ac renūciatio poſſit prodeſſe, quia Hyppolita, quæ fuit proneptis magiſtri Nicolai primi emphyteotæ, non eſt de comprehēſis in inueſtitura, ſequitur, quòd ipſa do. Franciſca, quæ eſt de comprehēſis, ut ſupra, debebit ad dicta bona emphyteotica admitti, non obſtante ipſius renunciatione per tex. in d. c. 1. de eo, qui fin. fecit agna. & per alias rationes, quas ponunt Bar. in d. x. q. & in d. ſuo conſi. & Alex. etiam plenius in d. §. duo fratres in x. q. ac Frede. in dictis conſiliis, qui uoluit, quòd nō obſtante renunciatione facta ſuper bonis emphyteoticis ille, qui renunciauit, poſſit ad bona emphyteotica admitti, ex quo aliæ perſonæ, quæ ex inueſtitura primi parentis tanquam in ea comprehenſæ uenire poſſint, non ſuperſunt: item quòd eccleſia non poteſt dicere bona quoad ipſum renunciantē fuiſſe ad eam reuerſa, cum adhuc perſonæ inueſtitura comprehenſæ extent: Nec eccleſiæ prodeſt remiſſio facta, quia res inter alios acta &c. cum ciēs de tranſac. l. ſi unus §. pactus ne peteret ff. de pact. Nec ius, uel exceptio Raphaeli, eiuſque hæredibus quæſita proficit eccleſiæ auctori ipſius l. ſi à te §. ultimo ff. de exceptio. rei iudicatæ. Item Hyppolita non dicitur habere ius in dictis bonis, quia ex forma contractus, & inueſtituræ eſt excluſa: & ſine licentia eccleſiæ non potuit ex remiſſione, ac renunciatione ut ſupra facta ius aliquod in eam transferri. Poteſt itaque dicta domina Franciſca dicere eccleſiæ, quoad te liberas ædes habeo l. loci in fin. ff. ſi ſerui. uendi. & l. ſi. ff. de rei uendi. & Hyppolitæ, tu non es de comprehenſis in inueſtitura, nec de iis, qui poſſint ex natura contractus in dictis bonis

nis ſuccedere: ita in effectu colligitur ex iis, quæ Freder. in dictis conſiliis ponit, quæ nobis optimè inſeruiunt.

¶ Nec obſtat, ſi diceretur, quòd propter uerba multum prægnantia, de quibus habetur in renunciatione facta per do. Franciſcam, cenſeri debet renunciatum iuri accreſcendi, & cuicunque iuri etiam de futuro competenti, ac competituro dictæ dominæ Frãciſcæ in dictis bonis per no. per Bartolum in d. §. duo fratres in 4. & 8. q. & per ea, quæ habentur per doct. poſt glo. in d. c. 1. impera. lotha. & in d. c. 1. de eo, qui fecit fin. agn. & per ea, quæ aduocati dictæ Hyppolytæ in ſuis allegationibus adducunt, quia reſpondetur
7 uerum eſſe, † quòd remiſſio facta per huiuſmodi uerba prægnantia ualet, & do. Franciſcæ nocet quoad ius accreſcendi, & ius de futuro reſpectu patris Raphaelis, cui facta fuit renunciatio, & reſpectu hæredum, ac eorum, qui uocati erant, & in dictis bonis ex ui inueſtituræ ſuccedere poterãt, non autem reſpectu eccleſiæ, & eorum, qui ex natura inueſtituræ nec uocati, nec comprehenſi erant, ut clarè colligitur ex iis, quæ uoluit Freder. in dictis conſiliis, & Bar. Alex. & alii cõmuniter in d. 10. q. in d. §. duo fratres, nam Freder. uoluit, quòd ſi alter ex uocatis ad emphyteoſim alteri renunciauerit omne ius, quod habet, & habere poterat, etiam cedendo iura, & actiones, & ſic conſtituendo procuratorem in rem ſuam, renuncians dicitur ſibi præiudicaſſe quoad ius accreſcendi, ac ius de futuro reſpectu illius, cui renuntiauit, ac etiam alterius, qui eſſet de uocatis, & comprehenſis in contractu, & ex uerbis inueſtituræ, non autem reſpectu eccleſiæ, nec alterius, qui non eſſet de uocatis, neque de comprehenſis per rationes, quas facit ibi Freder. ac etiam Alex. in d. 10. quæſt. poſt Bar. ibi, & in d. conſil. 58. Quæ omnia ita ſunt declaranda, & intelligenda. ¶ Sed maius dubium, maiorque difficultas uidetur conſiſtere in renuntiatione facta per dominam Iuliam,
8 † quæ ultra quod omne, & quodcunque ius ſuum etiam de futuro competiturum per uerba multum prægnantia, & pinguia remiſerit, ut in inſtrumento ſuæ renunciationis continetur, ceſſit etiam ipſi Raphaeli eius patri omnia, & quæcunque iura, & actiones competentia, & ſibi quomodocunque in futurum competitura in dictis bonis, ipſum Raphaelem procuratorem in rem ſuam conſtituendo. Ex quibus infertur, quòd domina Iulia in totum ſibi præiudicauerit nedum reſpectu patris Raphaelis, & ſuorum hæredum dictæ emphyteoſis capacium, ſed etiam reſpectu ipſius eccleſiæ, de qua nulla fuit mentio facta: nam per ceſſionem iurium factam, & per conſtitutionem procuratoris in rem ſuam, renuncians dicitur penitus ſibi præiudicare abſque aliqua ſpe, quòd amplius poſſit ad bona admitti, & ſic etiam reſpectu domini, ſeu eccleſiæ, ut in terminis uidetur eſſe de mente Alex. in d. x. quæſt. in fina. uerb. qui ita limitat, & declarat uerba, ſeu concluſionem Bart. ibi per ea, quæ uoluit Bar. in d. §. duo fratres in 8. quæſt. Et conſequenter dicta domina Iulia ſaltem ſibi reſpectu eccleſiæ totaliter præiudicaſſe uidetur. ¶ Tamen, his non obſtantibus, contrarium eſſe uerius arbitror, quòd etiam ſtante renunciatione hoc modo facta do. Iulia ſibi cenſeatur præiudicaſſe ſolum quoad patrem Raphaelem, cui renunciationem fecit, & quoad hæredes ſuos, qui huius emphyteoſis erant capaces, & nõ quoad eccleſiam, nec quoad alias perſonas non comprehenſas in inueſtitura, ut in terminis concludit Freder. in dictis conſiliis, cuius dicta approbat Alex. & communiter doct. in d. 10. q. in his enim caſibus, in quibus Freder. conſuluit, remiſſio facta fuerat non ſolum de iuribus præſentibus, & competentibus, ſed etiam de futuris, et per uerba comprehendentia iura de futuro, & cum ceſſione iurium, & ſic cum conſtitutione procuratoris in rẽ ſuã, & tamen uoluit, quòd talis remiſſio non pro fuerit eccleſiæ, nec alteri perſonæ, quæ non eſſet de comprehenſis in contractu, nec in inueſtitura, ſed ſolum profuerit illi, cui facta fuit remiſſio, & aliis perſonis ſub uerbis inueſtituræ cõprehenſis, & ita debet intelligi, ac declarari id, quod uoluit Alex. in d. 10. q. in fin. uerb. & quod habetur per Bar. in d. 8. q. uidelicet quòd per ceſſionem iurium, & conſtitutionem procuratoris in rem ſuam renuncians dicatur ius fideicommiſſi, & de futuro remiſiſſe, hoc eſt ad fauorem eius, cui facta fuit renunciatio, & illius, qui ab eo cauſam habuit, qui bonorum ſibi conceſſorum capax erat: Nam quando remiſſio fuit facta cum ceſſione iurium, ſeu cum clauſula ad habendum tenendum, & alienandum, & ſic cũ poteſtate alienandi, talis remiſſio non poteſt eccleſiæ nõ nominatæ prodeſſe per rationes, & iura, quæ, & quas Frede. & Alex. poſt Bar. in locis præallega. adducunt, quæ etiam in hoc caſu cõcludunt contra eccleſiam, & illos, qui uellent capere bona emphyteotica, & non ſunt de comprehenſis ſub inueſtitura, ut clarè unuſquiſque præfatos doctores legendo poteſt per ſe perpendere. ¶ Præterea poſito, ſed non conceſſo, quòd do. Iulia ſibi in totum quoad eccleſiam, & omnes præiudicaſſet, & ſic eius remiſſio fuiſſet realis (quod eſt falſum per prædicta) tamen adhuc eccleſia non deberet admitti, nec dicere poſſet, bona ad eam eſſe deuoluta, nec de illis diſponere ualeret etiam pro parte do. Iuliæ, cum adhuc ſuperſtes ſit do. Franciſca in inueſtitura comprehenſa, quæ per ſuam remiſſionem ſibi in totum ad eccleſiæ utilitatem non præiudicauit, quoniam non renunciauit cum ceſſione iurium, nec cum clauſula ad habendum, tenendum, & alienandum: quo caſu, ut uolunt Bar. Alex. & alij magis communiter in d. 10. q. ſibi in totum non præiudicauit, quin ad bona admitti debeat, excluſa eccleſia, & excluſis aliis ſub
9 inueſtitura non cõprehenſis, † quia donec ſupereſt aliquis de comprehenſis, bona nec in totum, nec in partem ad eccleſiam deuoluta dici poſſunt, ſed ex ui inueſtituræ is ea capit, qui ſub inueſtitura comprehenſus eſt, quamuis ipſe alteri cohæredi, ſeu coemphyteotæ pro ſe, & hæredibus ſuis acceptanti omne ius renunciauerit, prout in caſu noſtro fuit renunciatum, ad tradita per Freder. in dictis ſuis conſiliis, & habetur per Bal. per illum tex. in d. c. 1. de eo, qui fin. fecit agna. & per Alexã. in d. 10. q. quia remittẽdo Raphaeli pro ſe, & hæredibus ſuis, talis remiſſio eſt perſonalis, & non realis, ex quo non fuit ſimpliciter, ſeu pro omnibus facta: & ideò non prodeſt, niſi in renunciatione nominatis, atq; expreſſis, ut per Alex. ibi, & probatur in d. c. 1. ibiq; docto. et ita ex prædictis, et ex aliquibus aliis tactis per aduocatos in ſuis allegationibus concludo, eccleſiam non poſſe de dictis bonis ut ad eam deuolutis diſponere, nec aliam perſonam præter dictas dominas Iuliam, & Franciſcam reinueſtire, et dictam Hyppolitam non poſſe in dictis bonis ſuccedere, cũ non ſit de comprehenſis ſub uerbis contractus inueſtituræ, ex quo eſt proneptis magiſtri Nicolai ſolum pro ſe, filiis, et nepotibus inueſtiti. ¶ Nec obſtat, quòd nepotis appellatione ueniat pronepos, ut in l. gallus §. inſtituens, ibiq; Bart. et doct. ff. de lib. & poſthu. et in l. liberorũ circa fin. penul. col. ff. de uerbo. ſigni. et eſt bonus tex. in l. cui eorũ §. affinitates, ibiq; doct. ff. de poſtulan. et Bart. in l. ſi quis ſub cõditione in 3. col. ff. de teſt. tute. ubi appellatiõe nurus uenit pronurus, et appellatione nepotis uenit pronepos, et appellatiõe aui
10 proauus, et ſic de ſingulis, quia primò reſpondetur, † quòd appellatione nurus, nepotis, aut auiæ ueniunt pronurus, pronepos, & proauia, quando ſimpliciter, et indefinitè mentio de illis facta fuit, ſecus ſi reſtrictiuè, ut quia ſit facta mẽtio de nepote ex filio ad tradita per Bar. ĩ d. l. liberorũ in d. §. inſtituens, ibiq; doct. per tex. in d. l. gallus §. idẽ credẽdum cũ ſimil. itẽ ſecus, ſi taxatiuè, puta per dictionem ſolus, ſeu per taxatiuã tantũ, aut dũtaxat, quia tũc pronurus, prone-

pos,& proauia non cóprehendunrur,ut eſt tex.in auth.matri,& auiæ C.quan.mul.offi.tut.fungi poteſt, & in corpore,unde ſumitur,in §.ex his in authen. de hæred. ab inteſta. & doctores in d.§.idem credendum, quicquid dixerit Bartol.in d.l.ſi quis ſub conditione,& in d.§.idem credendum, quem ibi Alexan.ſequitur,nam doctores communiter in dicta authen.matri,& auiæ,& in d.§.idem credendum, & in d.§.affinitates contra Bartolum tenẽt, ut ibi per Angelum, & affirmat idem Alexan.Sed in caſu noſtro magiſter Nicolaus fuit emphyteoſim ſtipulatus pro ſe,filiis, & nepotibus tantum,ut in inſtrumento conceſſionis habetur, ergo &c. Secundo reſpondeo,quòd in materia ſtricta, & exorbitanti,in qua regulariter ſtricta debet fieri interpretatio,appellatione nepotis, ſiue auiæ, aut nurus non ueniunt pronepos,proauia,ſiue pronurus,ut per Paulum Caſtren.in dicto §.idem credendum per illum textum, & per Aretinum in dicto §.inſtituens,& præſertim tenendo, quòd interpretatione,lataque ſignificatione ueniant, & comprehendantur, ut tenent Aretin.& dom.meus Sozin.poſt alios in d.§. inſtituens;Ac etiam præſertim quando non militat eadem ratio,ut uoluit Bal.in dicto §.affinitates, aliàs idem pomponius: Sed nos ſumus in materia ſtricta iuxta l. quicquid aſtringendæ,& ibi Bart.ff.de uerbo.obliga. ergo &c. Dici etiam poteſt,quòd in caſu noſtro eadem ratio conceſſionis non militet in pronepote,ſeu pronepte, quæ militat in nepote,ſeu nepte,ex quo eccleſiæ,quæ conceſſit, magis intereſt conceſſionem dici factam pro ipſis nepotibus,quã pro pronepotibus,quia primo caſu res ad eccleſiam citius eſſet reuerſura,quæ ratio eſt conſideranda argumento eorum, quæ habentur in l.ex facto.in fin. ff. ad trebell. & per Bald. in authen. ſi quas ruinas colum.1.C.de ſacroſanc.eccleſ.& per Alex.in l.quod dicitur in ult.colum. ff.de uerbo.oblig. Quare cum ſit in caſu noſtro diuerſa ratio inter nepotem, & pronepotem,appellatione nepotum pronepotes non cõprehendentur.Tertio dicit Bar. in d.l.liberorum, cum quo alij pertranſire uidentur,quòd eo caſu, quo appellatione filij continetur nepos,eodem caſu appellatione nepotis etiã pronepos continetur:Sed quando actus, aut diſpoſitio facta de filio ſuum effectum habuit in perſona filij, tunc non comprehenditur nepos,neque nepotis appellatione comprehenditur pronepos,quãdo diſpoſitio ſuum effectum in nepotis perſona ſortita fuit,ut clarè uoluit Bar. in d.l.liberorum in ult.col.per tex.quem ad propoſitum inducit,ibiq; de hoc caſum eſſe dicit,in d.§.idem credendum: Sed in terminis noſtris, in quibus facta fuit conceſſio pro nepotibus tantũ,diſpoſitio fuit ſortita effectum ſuum in perſona Alexandri nepotis magiſtri Nicolai,qui Alexander ſuperuixit, & ad emphyteoſim admiſſus fuit,ergo nepotis appellatione pronepos,ſeu proneptis comprehendi non debuit, quicquid uoluerit Alex.in conſi.125.in 5.uol.nam in terminis illius mentio de nepotibus taxatiuè facta non fuerat: Item
11 † Alexan.ibi multa refert,quæ ſunt contra mentem Bart.& aliorum,ac maximè tenẽtium communiter,quòd licet auia ad tutelam admittatur,non tamen proauia,& hæc eſt communis opinio,ut in d.authen.matri, & auiæ, in d.§.affinitates,& in d.§.inſtituens.¶ Corroboratur etiam principaliter præmiſſa concluſio,quòd præfatæ dominæ Iulia, & Franciſca ſint admittendæ,ex quo ſuperuenit caſus, in quo ſolum
12 Hyppolita proneptis reperitur, quia † remiſſio generalis debet intelligi rebus ſic ſtantibus,non autem cauſa noua ſuperueniente,ſeu cauſa remiſſionis ceſſante, argumento l. quod ſeruus cum glo. fin. ff.de condic.ob cauſ.l.paulo callimacho §.1.ff.de leg.3.c.2.de renuncia. c.quemadmodum cum glo.& ibi docto.de iureiuran.c.cum ceſſante de appellatio.l.adigere §.quamuis ff.de iure patrona. & Roma. in l. unica quæſt.12.C.quando non petentium part. cum ſimil.

Sed præfatæ dominæ renunciauerunt, ac fecerunt remiſſionem patri ſuo Raphaeli ob filios maſculos,& eorum contemplatione,ut bona emphyteotica, & alia ad maſculos in totum peruenirent, & ſic pro conſeruatione familiæ, & agnationis:& alia quippe ratio non poteſt conſiderari,neq; aſſignari,ut in ſimili dicit Bal.in l.maximum uitium C. de liber.præter.& habetur per Alexan.in conſi.189.& in conſi. 132.lib.6.in conſi.141.lib.7.& in conſi.80. colum. 3. lib.1. ergo remiſſio facta debuit effectum habere,ſtante,& durante eius cauſa,hoc eſt, donec maſculi deſcendentes extiterunt,qua ceſſante effectus etiam remiſſionis ceſſare debet: Et ideò cum in caſu noſtro de deſcendentibus dicti Raphaelis ſuperſtes ſit Hyppolita eius neptis ex Alexandro filio, quæ non dicitur de comprehenſis in inueſtitura, ut ſupra, propter illius exiſtentiam dictæ dominæ Iulia, & Franciſca non debent excludi,ſed admitti,ex quo ſunt de compreh ſis,& in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus, argumento not.in c.quod in dubiis de conſecra.eccleſ. uel alta. l.in rem §.item quæcunque ff.de rei uendicatio. Item quia uerſimilius eſt,quòd magiſter Nicolaus, cui bona hæc conceſſa fuerunt,maluerit ad dictas Iuliam,& Franciſcam eius neptes magis dilectas illa peruenire,quam ad Hippolytam eius proneptem: Et præſumendum eſt, quòd etiam Raphael,cui remiſſio facta fuit,maluerit dicta bona ad Iuliam, & Franciſcam eius filias magis dilectas peruenire, quam ad Hyppolitam eius neptem argumento l.ſi uiua matre C. de bonis mater.Et conſtat etiam, quia Raphael in ſuo teſtamento in dictis bonis ſubſtituit filio ſuo Alexandro dictas filias ſuas,nulla de neptibus facta mentione: ergo tanquam magis dilectæ,& in inueſtitura comprehenſæ debent, excluſa Hyppolita,admitti argumento d.l.ſi uiua matre:Et ita in effectu reſideo,& concludo pro dictis dominabus Iulia, & Franciſca. ¶ Ex præmiſſis etiam clariſſimè conſtat,ſuperfluam uideri in caſu noſtro dubitationem, & inueſtigationem,ſi eccleſia domina dictorum bonorum uelit de illis aliquem renouare,& inueſtire, an teneatur potius Hyppolitam inueſtire,& renouare, an uerò dictas dominas Iuliam, & Franciſcam iuxta ea, quæ habentur per Bartolum poſt gloſam in l.1.§.permittitur ff.de aqua quotid. & æſtiua, & in l.ſi mihi,& titio,ibique Alexan.latè ff.de uerborum obligatio.et plenè per Anton.Abbatem, Cardin. et canoniſtas in capitu.bonæ memoriæ il 2.de poſtulatio.prælatorum,& per Decium in conſi.131.cum ſimilibus,quoniam cum dicta bona ex prædicta remiſſione, & propter lineam finitam non ſint ad eccleſiã deuoluta,ex quo remiſſio eccleſiæ non profuit,& linea non dicitur finita, ut iam ſæpius dictum eſt, ſequitur,quòd renouatio ad eccleſiam nunc non ſpectat, & conſequenter fruſtra dubitatur, quem magis renouare teneatur. ¶ Dato tamen,ſed non conceſſo,quòd hæc bona eſſent ad eccleſiam deuoluta, & ad eam ius renouandi,
13 & de illis reinueſtiendi,nunc ſpectaret, † fortè dici poſſet, ſequendo illam opinionem,quam aliàs conſulendo in ciuitate Arimini ſequutus fui,quòd ex quo eſt emphyteoſis eccleſiaſtica,in libera poteſtate eccleſiæ ſit inueſtire, quã perſonam uelit per ea,quæ uoluit Alex. concordando opiniones in d.l.ſi mihi,& titio. Vel attentari etiã,& concludi poſſet,quòd Hyppolitam magis inueſtire teneatur, quoniã docto.de quibus ſupra,magis communiter in hoc uidentur cõuenire,quòd proximiores deſcendentes,& conſanguinei ultimi emphyteotæ, qui deceſſit, eccleſia renouare teneatur ad tradita per Barto.in d.§.permittitur,& per alios in locis præallegatis:Sed proximiores ultimi emphyteotæ, et in cuius perſona emphyteoſis fuit finita,in caſu noſtro fuit Hyppolita,nam conceſſa fuit emphyteoſis ab eccleſia magiſtro Nicolao pro ſe, filiis, et nepotibus tantum, qui deceſſit, ſuperſtite Raphaele eius filio, Raphael uerò, qui ſucceſſit

ceſſit in dicta emphyteoſi, deceſſit ſuperſtitibus Alexandro, Iulia, & Franciſca, qui Alexander ſolus in dicta emphyteoſi ſucceſſit, ſtante remiſſione, & renunciatione, ut ſupra, facta; & poſtea deceſſit Alexander ſuperſtitibus Lamberto, & Hyppolita; & per obitum huius Alexandri emphyteoſis prædicta fuit finita, quia facta fuit ſolum pro nepotibus magiſtri Nicolai, cuius nepos fuit Alexander, ergo Lambertus, & poſt eius mortē Hyppolita dicitur proximior, & deſcēdēs dicti Alexādri ultimi emphyteotæ, quā ſint Iulia, & Franciſca eius ſorores, quæ dicūtur eſſe in ſecūdo gradu per lineam tranſuerſalem, & Hyppolita in primo gradu per lineam deſcendentium, I. iureconſultus ff. de gradibus, & Inſtit. cod. §. in primo, & §. in ſecundo. quare ſequitur, quòd ipſa Hyppolita magis eſt renouanda, & præſertim cum in effectu ſit hæres dicti Alexandi mediante perſona Lamberti, cui fuit ſubſtituta per ea, quæ uolunt docto. in d. l. ſi mihi, & titio, & in d. c. bonæ cum ſimilibus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Emphiteoſis ad eccleſiam ob mortem emphyteotæ reuerſa debet proximioribus, & hæredibus, ultimi emphyteotæ defuncti concedi, niſi eccleſia illam pro ſe habere uellet:

Contra, quòd eccleſia non poſſit pro ſe retinere, niſi in certo caſu numero 16.

2 Emphyteoſi finita, & ad eccleſiam reuerſa, quos proximiores, & quādo maſculos tantum eccleſia reinueſtire teneatur, & num. 17. ubi hæredem ſolum etiam extraneum eſſe admittendum oſtenditur.

3 Emphyteoſi finita, & ad eccleſiam deuoluta ob culpam, & delictum emphyteotæ, eccleſia proximiores, & hæredes reinueſtire non tenetur:

Et quando hoc uerum ſit, num. 20.

4 Idem, ſi res integra eſſe deſiiſſet, & ante requiſitionem à proximioribus, & hæredibus factam eccleſia illam alteri conceſſiſſet:

Quod declaratur infra num. 40.

5 Emphyteoſi finita, quod dominus proximioribus, & hæredibus ultimi emphyteotæ defuncti illam concedere teneatur, in qua emphyteoſi procedat:

Et quòd in emphyteoſi, tàm eccleſiæ, quàm priuati procedat num. 42.

6 Ad petendam nouam inueſtituram emphyteoſis finitæ, quam dominus proximioribus, & hæredibus ultimi emphyteotæ defuncti concedere tenetur, fœminæ quoque proximiores, & hæredes admittuntur.

7 Emphyteoſis eccleſiaſticæ ita fœminæ deſcendentes, ſicut maſculi ſunt capaces,

8 Et ex conceſſa pro ſe, & deſcendentibus per maſculum ad neptem ex filio tranſire poteſt.

9 Emphyteoſi finita ob lineam finitam ſolum ij, qui ſint hæredes ultimi emphyteotæ, debent reuocari, etiam ſi eſſent extranei aliàs non capaces emphyteoſis eccleſiaſticæ, & fœminæ, ac deſcendentes per fœminam, num. 10. & 17.

11 Feudo finito, fœminæ aliàs incapaces ad illius renouationem, & reinueſtituram admitti poſſunt, & num. 17.

12 Emphyteoſis conceſſa etiam pro certis perſonis, ſeu uſque ad tertiam generationem, ſi erat ſterilis, & opera, labore, ac expenſis emphyteotæ ſunt meliorata, effecta & hæreditaria, & iure hæreditario, non autem ſanguinis, nec ex prouidentia domini ad hæredes etiam extraneos emphyteotæ perpetuo tranſit.

13 Locata re ſterili ab initio, quæ laboribus, & ſumptibus conducentis fuit meliorata, finito locationis tempore, conductor, qui meliorauit, ſuique hæredes in conducendo illam de nouo ſunt aliis præferendi.

14 Eccleſiæ res ab initio ſteriles conducentes ſub certo canone, ſi illas poſtea labore, & opera ſua fertiles reddiderint, iure hæreditario eas ſub eodem canone poſſunt retinere.

15 C. ad aures de rebus eccl. non alienan. loquitur de iure communi, non autem ſolum de gratia contra Andr. e Barbat.

16 Abb. in c. bonæ il 2. de poſtula. præla. uolens eccleſiam poſſe emphyteoſim finitam pro ſe retinere reprehenditur, & in quo caſu hoc uerum eſſe poſſit, declaratur.

18 Emphyteoſis conceſſiones poſteriores ſunt à prima regulandæ.

19. Deſcendentium ſimpliciter appellatione non ſolum maſculi, & ab eis deſcendentes ſed etiam fœminæ, et ab eis deſcendentes ſed etiam fœminæ, et ab eis deſcendentes propriè loquendo continentur.

21 Caducitas, & dolus à qualibet cauſa excuſantur.

22 Caducitas ob non petitam renouationem excuſatur in hæredibus emphyteotæ ignorantibus ſe ad renouationem petendam teneri.

23 Mora, ob quam caducitas fuit commiſſa, ante factam declarationem ſive per caducitate poſt purgari ab iis, qui dolo, & culpa caruerunt, & in poſſeſſione bonorum tempore caducitatis non fuerunt.

24 Emphyteota ad hoc, ut à iure emphyteotico dicatur cecidiſſe, neceſſaria eſt declaratio, & ſententia:

Et quando hoc uerum ſit, & quando aliàs ipſo iure cadat num. 38.

25 Et iuramentum in inſtrumento emphyteotico appoſitum contra quem caducitatem ipſo iure abſque alia declaratione operetur.

26 Iuramentum quoad pœnam periurij ſolum iurantem afficit, neque ad hæredes, ſeu ad filios tranſit.

27 Ius declarandi emphyteotam cecidiſſe in commiſſum an re integra contra hæredes emphyteotæ tranſeat, uſque ad num. 38. ubi diſtinctio, & declaratio habetur.

28 Pœna legatis ipſo iure impoſita contra hæredes defuncti tranſit, ſecus ſi pœna mediante facto hominis, & ſententia ex delicto irrogaretur num. 31. quod declaratur num. 29.

29 Emphyteota ipſo iure cadit à iure emphyteotico per ceſſationem ſolutionis canonis, per alienationem factam irrequiſito domino, & ob non petitam renouationem, maximè interueniente iuramento.

Contra, quòd mediante declaratione prælati, & ſententia, num. 32

Et utrumque diſtinguendo declaratur num. 38.

30 Obligatio, & pœna ex delicto quando etiam ſecundum, canones ad hæredes, & in hæredes tranſeat, & num. 33. 36. & 39. ubi plenè diſtinguendo declaratur.

34 Ius declarandi donatarium fuiſſe ingratum non competit donatori contra hæredes donatarij, ſi contra ipſum donatarium huiuſmodi declaratio facta non fuit.

35 Vaſalli filij, & hæredes non poſſunt propter felloniam uaſalli defuncti feudo priuari à domino, niſi contra uaſallum uiuentem declaratio prius ſuper hac fellonia facta, uel lis mota fuiſſet.

36 Pœna ex delicto ueniens re integra contra hæredes tranſire non debet;

37 Idem eſt in pœna actionis iniuriarum.

39 Hæres an ex delicto defuncti teneatur, & pœna delicti quando contra hæredes tranſeat, & quando non.

40 Eccleſia emphyteoſim finitam, & ad ſe reuerſam in præiudicium proximiorum, & hæredum non poteſt alteri concedere, niſi ipſi proximiores, & hæredes in renouatione petenda negligentes fuiſſent;

41 Et pendente tempore dato à iure ad petendam renouationem nihil in ipſorum præiudicium ab eccleſia fieri poteſt.

42 Alex. in l. ſi mihi, & titio ff. de uerborum obliga. in penult. col. uolens illud, quòd emphyteoſim finitam, & ad dominum reuerſam dominus proximioribus, & hæredibus ultimi emphyteotæ concedere teneatur, procedere in emphyteoſi priuati, & non eccleſiæ, reprehenditur, & communem opinionem eſſe contrariam oſtenditur.

EPITOME.

Emphyteosis de re eccleſiæ ſterili ad meliorandum conceſſa pro ſe, filiis, & deſcendentibus maſculis, & per maſculum, ſi res illa opera, labore, ac impenſa emphyteotæ ſuit meliorata, & ad culturam redacta, efficitur hæreditaria, ut ad hæredes quoſcunque etiam extraneos perpetuo tranſire poſſit, Et linea maſculorum deſcendentium conductoris finita, quòd eccleſia agnatos proximiores, & hæredes ultimi emphyteotæ etiam fœminas, & ab eis deſcendentes de illa inueſtire teneatur, & ius inueſtituram huiuſmodi petendi prædictis etiam fœminis competat, hic demonſtratur.

CASVS CONSILII.

Quædam bona ab initio uallium, aquoſa, ſterpellata, buſchiua, & ſterilia epiſcopatus Bonomæ ad meliorandum, & ad culturam reducendum iam diu quibuſdam ſer Peregrino de Brazolis, & anteceſſoribus ſuis in emphyteoſim cum certis pactis conceſſa fuerunt pro ſe, filiis, & deſcendentibus ſuis: quæ bona poſtea de conſenſu dicti epiſcopatus ad uarias perſonas peruenerunt, & ultimo loco ad dominum Hannibalem de Saſſuno, cui pro ſe, filiis, & deſcendentibus maſculis, & per maſculum ſimiliter conceſſa, & renouata in emphyteoſim ad meliorandum fuerunt eum eiſdem pactis; & maximè ſi ceſſauerint per

per biennium continuum in ſolutione canonis, item cum pacto petendi quolibet uigeſimoquinto anno finito renouationem: quæ bona deinde tàm à primo conductore, quàm ab aliis omnibus ſucceſſiuè opera, induſtria, & expenſis eorum fuerunt pro maiori parte meliorata, extirpata, & ad culturam redacta. Et quoniam mortuus eſt dominus Hannibal, & poſt eum illius filii, & præſertim dominus Vincentius, qui ultimo loco abſque filiis, & deſcendentibus deceſſit adeò, quòd ex linea præfati domini Hannibalis nullus de deſcendentibus maſculis ſupereſt, ſed ſuperſunt ſolum quædam eius filiæ ſorores dicti domini Vincentii, & nepos ex alia ſorore in effectu hæredes ipſius domini Vincentii, Dubitari contingit, an dicta bona ad eccleſiam, & epiſcopatum deuoluta dicantur taliter, quòd hæredes prædicti ab illis penitus dicantur excluſi.

CONSILIVM XCVIII.

VISA facti ſpecie, & quæſtione propoſita, uideretur prima facie dicendum, quòd nepos, & ſorores prædictæ, & hæredes domini Vincentij omnino à bonis emphyteoticis, de quibus in themate prænarrato, excludantur, quoniam † & ſi tanquam proximiores, & hæredes admitti deberent ex illa æquitate, de qua per Bar. in l. 1. ff. de priuil. cred. & in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quot. & æſtiua, ubi etiam Alex. & in l. ſi mihi, & Titio ff. de uerb. obl. per Romanum in conſi. 22. Petr. de Anchar. in conſi. 421. in fi. uerb. & per ſcriben. maximè moder. in c. 1. quemadmodum feu. ad fil. pertin. per Alexandrum in conſil. 80. in 2. dubio libro 1. & per alios plures, quos allegat Decius in conſil. 131. in tantum, quòd hæc eſt cômunis opinio, ueluti plures ſcriben. & præcipuè Dec. ibi circa finem atteſtantur, tamen illa theorica doctorum locum ſibi non uendicat, quando eccleſia bona illa uellet pro ſe habere, & menſæ ſuæ incorporare, ut uoluit Abb. in c. bonæ il 2. de poſtul. præl. ſed aſſeritur in caſu occurrenti eccleſiam prò ſe uelle bona huiuſmodi, ergo &c. ¶ Præterea, & ſecundo † eccleſia tunc tenetur inueſtire proximiores deſcendentes, & hæredes ultimi deficientis, quando illi ſunt de liberis ipſius decedentis ad tradita per Petrum de Anchara. in conſi. 133. ſed hæredes proximiores, qui renouationem petunt, non ſunt de liberis illius, qui ultimo deceſſit, & in cuius perſona emphyteoſis eſt finita, ergo &c. Rurſus hæc emphyteoſis eſt maſculina, hoc eſt maſculis tantum concedi ſolita, ut ex tenore inueſtituræ apparet, qui diligenter eſt obſeruandus, ut in c. 1. de duobus fratribus in fin. uerb. ergo ſicut ex ſui forma ordinaria non poteſt niſi ad maſculos, & deſcendentes per maſculos tranſire, non autem ad fœminas, nec per fœminam deſcendentes, ut ex tenore inueſtiturarum oſtenditur, qui tenor, & conſuetudo emphyteoſis attendi debent, ut ſupra, & per Battolum, & Alexandrum in d. l. ſi mihi, & Titio, ita ſecundum extraordinariam formam, ut quando emphyteoſis eſſet finita, eccleſia ſolum deſcendentes maſculos, & per maſculum reinueſtire tenebitur ex illa æquitate, de qua per Bartolum in d. l. 1. §. permittitur. ¶ Tertio † quando emphyteoſis fuit finita, & ad eccleſiam deuoluta ob culpam, & delictum emphyteotæ, puta propter canonem non ſolutum, vel non petitam renouationem, & ob alia pacta non ſeruata, præſertim iurata, iuxta ea, quæ habentur in l. ſi quis maior C. de tranſactio. in c. 1. extra de precar. in c. potuit de loca, & in l. fina. C. de iure emphyt. iunctis ijs, quæ habentur per Baldum in c. querelam extra de iureiuran. tûc non ſuccurritur proximioribus, ſeu deſcendentibus illius, in cuius perſona emphyteoſis fuit finita, per doctrinam Bartoli, & communem in d. l. 1. §. permittitur, & in d. l. 1. ff. de priuileg. credit. & per feudiſtas Bal. & alios in c. 1. quemadmodum feu. ad fil. pertin. ſed de illa emphyteoſi ſic finita eccleſia poteſt uelle ſuum facere: ita limitando dictam communem ſententiam uolunt doctores communiter, Roma. in d. conſi. 122. & Alexan. in d. l. ſi mihi, & Titio in ultima columna, qui plura allegat, & præſertim, quia ſi ob commiſſum emphyteotæ omnes ſucceſſores expreſsè inueſtitura comprehenſi excluduntur, ut in c. 1. ſi uaſal. feu. priue. & habetur in d. c. potuit, multo magis dici debent excluſi illi, qui non ſunt inueſtitura comprehenſi, ſed ex gratia admittuntur, quales ſunt hi, qui ad ephyteoſim, linea finita, admitti petunt, ut in d. c. 1. in ver. gratiam facere, & per Bartolum, & alios in locis allegatis: idem in terminis ſequutus fuit Roma. in conſil. 222. & moder. in d. c. 1. quemadmodum feu. ad fil. pertin. ¶ Quarto † quando res deſijt eſſe integra, ut quia eccleſia ante requiſitionem factam à proximioribus rem in emphyteoſim alteri conceſſiſſet, tunc proximiores excluduntur, ut uoluit Rom. in côſil. 70. per not. per Ioannem Andream in c. côtinebatur de ijs, quæ fiunt à præla. & argumento not. in c. quamuis de reſcrip. in 6. ¶ Poſtremo † doctrina Barto. & communis, de qua in d. §. permittitur, & in d. l. 1. de priuile. credit. & in alijs locis allegatis, procedit in emphyteoſi priuati, non autem in emphyteoſi eccleſiæ, ut notabiliter declarando diſtinguit Alexan. in d. l. ſi mihi, & Titio columna penultima motus, quia pro opinione Barto. allegantur ſolum iura ciuilia, uidelicet d. §. permittitur, & d. l. 1. ac alia iura imperialia, quæ eccleſias non ligant c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & c. quæ in eccleſiarum de conſtitutio. & ideò in eccleſijs ſeruanda eſt regula l. ne cui C. locati, ut ſibi liberum ſit, finita locatione, alteri, cui uelit, relocare: Alioquin fruſtra iura diſpoſuiſſent bona eccleſiæ poſſe uſque in tertiam generationem in emphyteoſim concedi iuxta text. in §. emphyteoſis in authen. de non alien. aut permutan. rebus, ut inquit Abb. in d. c. bonæ: & hanc diſtinctionem tenuit Rom. in conſi. 212. & 70. ¶ Quibus tamen omnibus non obſtantibus, prout rectè intuenti obſtare non debent, contrariam ſententiam ſequor, & concludo præfatas ſorores, & ab eis deſcendentes contra eccleſiam debere obtinere. Et quamuis tota uis præſentis conſultationis conſiſtat in tollendo contraria, quæ primo aſpectu multum uidentur urgere, prius tamen hanc concluſionem comprobabo: & in primis præſuppono, † quòd ad petendam nouam inueſtituram, quam, emphyteoſi finita, dominus proximioribus, & hæredibus ultimi emphyteotæ defuncti ex æquitate concedere tenetur, fœminæ quoque admittuntur, ſi illius ſint hæredes, ſiue ſit mater, ſiue ſoror, ſiue amita, uel alia proximior, ut in terminis præſupponit Roma. in d. conſi. 22. & eſt de mente Petri de Anchara. in conſi. 421. maximè circa finem, & clarius in conſi. 173. in 2. colum. uerſi. ulterius animaduertendum, & in conſ. 70. ubi deſcendentibus per fœminam hoc ius debetur: & ultra auctoritates prædictas facit ratio, † quoniam fœminæ deſcendentes ita ſunt emphyteoſis eccleſiaſticæ capaces, ſicut maſculi, ut in §. emphyteoſim, ubi caſus in authen. de non alienan. aut permut. rebus, ubi licet emphyteoſis ad uirum, uel uxorem non tranſeat, niſi de illis expreſsè dictum fuerit, tamen filii, & filiæ, & deſcendentes, hoc eſt nepotes, & neptes ſub ſimplici conceſſione comprehenduntur: quam opinionem tenent doctores communiter, uidelicet Bal. & Alex. in l. ſed ſi hac §. liberos. ff. de in ius uocan. Paul. de Caſt. in l. 1. C. de conditio. inſer. Alexan. in l. quod dicitur colum. 25. ff. de uerborum obliga. Bal. & Ioan. de Imo. in l. gallus §. nunc de lege ff. de libe. & poſthum. † Et ſi emphyteoſis eſſet conceſſa pro ſe, & deſcendentibus per maſculum, adhuc ad neptem ex filio tranſire poſſet, ut uoluit Paul. Caſt. in l. ex facto in fi. ff. ad trebellianum; Quin-

9 quinimmò† Imol.in cõſi.incip.Petrus de Panno lini,quem
refert,& corroborat Alex. in d. l. ſi mihi, & titio in penult.
col.& in conſi.161.lib.7.& in conſi.10.lib.3.uoluit ius, de
quo per Bart.in.d.l.1.ff.de priuil.credit.& in d.§. permitti-
tur cum ſimilibus, dici competere iure hæreditario in tan-
tum,quòd etiam extraneus, qui fuiſſet hæres inſtitutus,præ
ferri deberet proximis agnatis, qui nõ eſſent hæredes,quã-
uis in hoc ultimo dicto Deci.in conſi.78. contrarium uelit,
concludens, quòd ad hoc,ut agnati ad petendam renoua-
tionem finita emphyteoſi ob lineam finitam admittantur,
non requiritur,quòd agnati ſint hæredes,dũmodo ſint pro-
ximiores: quæ opinio iudicio meo eſt erronea,uel ſaltẽ con
tra communem theoricam ſcribentium in locis præallega
tis,cum quibus pro nũc ſtandum eſt, abſque eo quod aliter
diſcutiatur,an hoc ſit uerũ,cum ſuper eo principaliter non
10 ſit tractandum. Addo,† quòd ex illa doctrina Bar. non ſo
lum adiuuantur hæredes extranei,qui aliàs non ſunt capa-
ces emphyteoſis eccleſiaſticæ,ut in d.§.emphyteoſim,& ha
betur per ſcriben.in c.in præſentia de probat.& ſupra dictũ
eſt,ſed etiam fœminæ,& per fœminam deſcendentes, quæ
aliàs regulariter,iureque ordinario eſſent incapaces; nam
ad hoc ius extraordinariè, & ex æquitate admittũtur, ut eſt
11 de mente Petri de Ancha.in conſi.173.& in cõſi.421.†qui
uoluit fœminas feudi incapaces, illo finito, poſſe ex illa
æquitate admitti,& de hoc eſt tex.in c.1. de duobus frat.
Præterea ſi hoc in caſu extranei hæredes admittũtur, aliisq;
præferuntur, ueluti ſupra proximè dixi, multo magis fœ
minæ,quæ ſunt magis capaces,d.§.emphyteoſim & in ha-
bentibus ſymbolum facilior eſt trãſitus iuribus uulgaribus.
¶Stantibus præmiſſis,modo demonſtro in caſu occurrenti
ſorores,ac deſcendẽtes ex eis,qui,ſeu quæ ſunt domini Vin
centij ultimo defuncti hæredes,debere præferri,& non poſ
12 ſe ab ipſa eccleſia excludi.† quoniam ex natura ipſius rei
hæc emphyteoſis dicitur eſſe hæreditaria, non conſiderato
tenore inueſtituræ, nam, ueluti mihi in facto præſupponi-
tur,& ex uerbis etiam inſtrumentorum antiquorum infer-
tur,hæc bona,de quibus agitur,à principio quando fuerunt
cõceſſa,erant ualliua,aquoſa,ſterpellata,& ſterilia,& in em
phyteoſim hoc eſt ad meliorandum pro ſe & filiis &c. con
ceſſa fuerunt iuxta tex.in l.1.C.de iure emphyt. & prout in
dictis inueſtituris apparet: & poſt primam conceſſionem
iam diu factam, & ſucceſſiuè de tempore in tempus illa
ad culturã reducta,ac meliorata fuerunt labore, opera, &
ſumptibus conducentium, & maximè illorum de Saſſuno,
ut probatum eſt,& ex oculorum inſpectione conſtare po-
teſt: quo fit, ut illa emphyteoſis, quæ fuerat certis per-
ſonis,ſeu certo perſonarum generi conceſſa, dicatur effe-
cta hæreditaria ita, ut hæreditario iure ad extraneos etiam
hæredes tranſire poſſit per illud,quod in terminis ſingula-
riter uoluit Bart.in l.quicunque la 2. per illum textum. C.
de omni agro deſer.lib.11.qui dicit, quòd ſi res ſterilis, &
ſiluoſa ſit ab eccleſia alicui in emphyteoſim conceſſa uſq;
in tertiam,ſeu quartam ſuam generationem,& à conducto-
ribus opera,induſtria, labore, ac ſumptibus ſuis fuerit ad
culturam redacta, talis emphyteoſis eſt effecta hæredi-
taria,iureq; hæreditario etiam ad hæredes extraneos in per
petuum tranſit: optimus etiam eſt tex. in l.congruit C.de
13 loca.prædio.ciuil.lib.11.†ubi ſi finito tẽpore locationis,res,
quæ ab initio ſterilis erat,reperiatur meliorata laboribus,&
ſumptibus illorum, qui conduxerunt,illi,ac hæredes ſui in
reconducendo eam ſunt cæteris præferendi: idem & me-
lius probat tex. cum ibi not. in l. fundi eodem titul. Indu-
co etiam l.qui fundos, ibiq; Bar.& Ange. C.de omni agro
deſer.lib.11.ubi qui fundos ſteriles accepit, eoſque ſua cul
tura fertiles fecit, iure priuati illos poſſidere dicitur,& cla-
rior eſt tex.in l.ſiquis auctoritate eodem tit.& l.fi.§.ſimili-
14 ter C.de alluuionibus. ¶Vltimo † induco tex. not. in c. ad
aures de rebus eccle.non alienan.ſecundum lecturam glo.
ubi ij,qui res eccleſiæ ab initio ſteriles conduxerunt ab ec-
cleſia ſub certo canone,ſi poſtea illas arabiles,& fertiles red
diderint labore,& opera ſua,eas ſub eodem canone iure hæ
reditario habere,ac retinere poſſunt,quãuis aliàs olim per
petuo concedi non ualerent,ut in d.§.emphyteoſim in au-
then.de non alienan.& facit id,quod uoluit Hoſtien. in §.
& quibus in ſumma tit.de rebus eccl. non alien. allegando
d.c.ad aures. Et ex prædictis colligitur caſus ultra alios, in
quo emphyteoſis dicitur eſſe, uel effici hæreditaria, ut ad
hæredes iure hæreditario tranſeat,non autem iure ſangui-
nis, iuxta ea,quæ habentur in l. ſi patroni ff. ad trebell. in l.
quod dicitur ff.de uerborum obliga.in l.etiam ff. ſolu.matr.
& in l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi.ff.de ope.liber.uidelicet quã
do res ſterilis conceſſa in emphyteoſim fuiſſet etiã pro cer
tis perſonis,ſeu uſque ad tertiam generationẽ, deinde ope
ra,induſtria,labore,ac expenſis conductoris meliorata fuiſ
ſet, nam tũc huiuſmodi emphyteoſis,quæ ab initio ex proui
dentia primi conductoris competebat, expoſtfacto dice-
tur effecta hæreditaria,ut perpetuo ad hæredes etiam ex-
traneos conductoris, & non ad alios ab eo cauſam non ha
bentes tranſeat, per rationem, quam ponit tex. in l. pen.
C.de omni agro deſer.lib.11.& in d.l.fin.C.de alluuio. ne
cultores diligentes doleant operam ſuam dediſſe culturæ
agri,nec diligentiã ſuã ſibi damnoſam intelligant, & ſe de-
ceptos quodammodo fore, ut latius in d.l. penul. Quæ ra-
tio propriè locum ſibi uendicat in terminis noſtris, ut uo-
luit Bar.in d.l.quicunque, cuius doctrina ex prædictis com
probatur, & ſecundum illam aliàs ſæpe fuit per Imol. &
alios excellentiſſimos aduocatos conſultum, ueluti refert
And.Barba. in d.c.ad aures, & Roma. in ſingula.371. in-
cip.fundus ſterilis, qui inquit illud dict. Bart. eſſe multum
ſingulare: & quamuis ipſe de illo, an uerum ſit, dubitare
dicat, quoniam d.l.quicunque non probat, tamen, quic-
quid is dicat, ab illa doctrina ob auctoritatem Barto. quæ
optimè ex prædictis comprobatur, in conſulendo, & iudi-
cando non eſt recedendum, tum quia ſi ea lege non pro-
batur, ex alijs tamen iuribus probari dicitur, tum quia ſi
benè d.l.quicunque ponderetur, non poſſet melius facere,
licet loquatur in bonis patrimonialibus principis, quæ re-
bus eccleſiæ æquiparari dicuntur ad l.fin. C. de ſacroſanct.
eccle.cum ſimil. tum etiam quia & ſi dici poſſet, diſpoſitio
nem illius l.quicunque pro eo dicto Bar. non facere,tamen
rõ,ſuper qua fuit fundata,de qua ſupra, & quæ eſt genera-
lior dicto,infert ad dictũ Bar.ar.l.cum pater §.dulciſſimis ff.
de leg.2.cũ ſimil.¶Non obſtat id,quod uoluit Barbat. in d.
c.ad aures,dicẽs, quòd d.c.ad aures nõ facit pro dicto Bar.
immò illud deſtruit,quia uult,quòd ſuperueniente uberta-
te, ſeu fertilitate res perpetua efficiatur, & fruſtra preci-
bus impetratur, quod à iure communi conceditur, iuribus
uulgaribus: Quoniam reſpondetur, illum tex. optimè fa-
cere ſecundum intellectum glo. 2. vt ibi Imol. & ſcriben.
referunt dicentes illum tex. loqui, quando res ſterilis ab
initio fuiſſet aliquibus conceſſa, quorum opera poſtea fuiſ
ſet fertilis, & arabilis affecta, quoniam ex ſuperuenienti
ubertate, & cultura ea conceſſio, quæ erat temporalis, ut
ſupra dixi,effecta fuit perpetua: qui tex. ſic intellectus opti-
15 mè ad caſum noſtrum facit.† Nec uerum eſt, quod dicit
Barba. illum text. loqui ſolum de gratia, quia dico, immò
ipſum loqui de iure communi ex quadam æquitate in caſu
illo particulari, nam Papa ibi reſpondet interrogationi, &
conſultationi, ut ibi ad aures noſtras &c. quo in caſu non
gratiã facere, ſed ius commune concedere dicitur iuxta c.
ex multa extra de uoto,& addita per modernos in d.c.1.de
conſtitut.& licet Barbat. dicat textum in d. l. quicunque nõ
probare

probare, tamen ego per ſupra dicta contrariũ dico,& ideò
illud d.Bar.quod ẽ valde æquũ,& ſingulare ſequi debemus.
¶ Plura alia poſſem ad corroborationem iurium dictarum
ſororum,& hæredum domini Vincenrij adducere, quæ in
reſpondendo motiuis contratiis ſatis quidem contra dictos
hæredes urgentibus ſtatim diſcutienda erunt:quorum pri-
mum eſt,quòd quando linea conductoris eſt finita,tũc em-
phyteoſis eſt proximioribus ultimi decedentis [illegible]ouanda,
alioquin ipſi proximiores poſſent ab illa iniuri[illegible]pellare,
ſecundum quod uolunt Barto.& alij magis cõ[illegible]quod eſt
uerum,niſi eccleſia uellet bona illa emphyteóti[illegible] pro ſe ha
bere, Abb.in d.c.bonæ il 2.de poſtula.præla.& referunt Mo
derni,ac etiam in d.c.1.quemadmodum feu.ad fil.pertin.&
hoc eſt verum ex magnis fundamentis partis aduerſæ:quod
tamen iudicio meo multum non ſtringit, in primis quo-
niam nos non ſumus propriè in caſu doctrinæ Barto.in d.§.
permittitur,& in d.l.1.ff.de priuil.cred.ac aliorũ,qui cõiter
Bart.ſequuntur,nã emphyteoſis non fuit in perſona do. Vin
centij finita,ſed adhuc apud hæredes ſuos durat,propterea
quia fuit effecta perpetua,& tranſitoria ad quoſcũque hære
des etiã extraneos ex eo,quòd ab initio bona concesſa erãt
ſterilia,aquoſa,ualliua,atque inculta,& opera,induſtria,la-
bore, ac expenſis conductorum poſtea arabilia, & fertilia
effecta fuerunt per eꝗ, quæ uoluit Barto.in d.l.quicunque,
16 & ſupra latius dictum fuit. Secundò reſpondeo, † quòd
illa opinio Abb.in d.c.bonæ non eſt uera, & doctores com-
muniter contrarium præſupponunt, ut in terminis uoluit,
& confirmat Dec.in conſi.131.colum.4.dicens hoc dictum
Abb.eſſe contra communem opinionem ſcribentium, qui
præſupponunt, quòd finita emphyteoſi ſtatim ius petendi
inueſtituram ſit acquiſitum proximioribus, qui ſint hære-
des,& dominus illam facere teneatur,alioquin eis iniuriam
facit, à qua poſſunt appellare, ergo eccleſia aſſerendo ſe
velle bona illa pro ſe retinere, non poteſt præiudicare iuri
proximioribus quæſito, qui ad hoc ius petendum infra an-
num,& diem admittuntur,ad tradita per Petrum de Anch.
in conſi.173.& infra dicetur: Alioquin theorica Barto.&
communis,de qua in d.§.permittitur cum ſim.facilè eluſo-
ria redderetur, quoniam eccleſia nolens proximiores ad-
mittere ſemper hac cautela uteretur,quod minimè dicen-
dum eſt: & ita in ſimili caſu arguit Abb.in c. quæ in eccle-
ſiarum columna ultima extra de conſtit.in uerſi. limitarem
tamen,& facit text.in c.ſi ciuitas de ſenten. excommunica.
in 6.& id,quod uoluit glo.in uerb.aliter in c.quanquam de
uſur.in 6.& in c.quanto de priuileg. cum aliis allegatis per
Decium in d.conſilio: Suadentur prædicta ex ijs, quæ ha-
bentur in c.ex multiplici,in c.ſuggeſtum,& in c.licet de de-
cimis, in c.dudum de priuileg. & in c. quod per nouale de
verborum ſignifica. ubi priuilegium,uel alia conceſſio non
debet intelligi,ut alteri præiudicet,ad quod facit l.2.§.me-
rito,& §.ſi quis à principe ff.ne quid in loco publi.Ex cauſa
tamen eccleſia poſſet hoc dicere, & bona pro ſe retinere,
quando bona ſufficientia pro ſuis ſeruientibus, & miniſtris
non haberet,nam tunc ordinata charitas ſuaderet, quòd ec
cleſia pro ſe potius retineret, quam alteri relaxaret argu-
mento c.paſtoralis de ijs,quæ fiunt à præla.ibi ſubſtentatio
ne Vicarii reſeruata,& habetur in c.ut ſuper de rebus eccl.
non alien. faciunt not. per Iacobum de Belui. & Moder. in
c.1.in princi.qui feu.dare poſſunt, & per Abbatem in d.c.
bonæ:At in caſu noſtro non adeſt hæc cauſa,cum ipſi eccle
ſiæ bona,& redditus ſuperabundent,& in aliqua neceſſitate
eccleſia non ſit conſtituta: vnde non deber uelle proxi-
mos,quibus hoc ius eſt quæſitum,excludere,cum eorum ia
ctura,& ſic auaritiæ uitium incurrere,quod conſiderat Bal.
in l.fin.C.de alluuio.& in hoc caſu ſubſtineri poſſet id,quod
uoluit Abb.in d.c.bonæ,veluti ipſe etiam ſentit.

¶ Non obſtat ſecundum principale motiuum, dum ex men
te Petri de Anchara.in conſi.133.conſideratur, quòd do-
ctrina Bar.in d.§.permittitur cum alijs non procedit,quan-
do non extarent liberi, & deſcendentes emphyteotæ, ſed
extranei,& collaterales tantum,& præſertim, quando em-
phyteoſis ſui natura,& attenta inueſtitura ſolum ad filios li
beros,& deſcendentes,& præſertim maſculos,& per maſcu
lum eſſet tranſitoria,& non ad collaterales, uel ad deſcen-
dentes fœminas,ſeu per fœminas,cum natura,& modus cõ
ceſſionis ſit ſummè notandus, & conſiderandus,ut in c.1.in
fin.de duobus fratrib. Quia primo reſpondetur, ueluti di-
ctum fuit in prima reſponſione data ſupra proximè primo
17 contrario.Secundo reſpondeo, † quòd contrarium eſt de
mente Ioan. de Imo. in d.conſi. Petrus de panno lini, ſeu
Thomas de panno lini,ut refert,ac ſequitur Alexan.in d.cõ
ſi.161.columna penultima, & in conſi.10.lib.3. in ultima
columna,ac etiam in d.l.ſi mihi, & Titio in penultima co-
lumna, qui uolnit hæredem ſolum, etiam ſi extraneus eſſet,
admittendum fore ad petitionem inueſtituræ in terminis
doctrinæ Barto.in d.§.permittitur cum aliis:&, ut ſupra di-
xi,Petrus de Anchara.in d.conſi.173.uoluit fœminam, uel
habentem ius ab ea poſſe ad dictam petitionem inueſtituræ
feudi admitti, cum tamen fœmina ex natura conceſſionis
feudi non ſit capax, & in feudo regulariter ſuccedere ne-
queat,ut in c.1.de feu.ſucceſs.& c.1.de ſucceſſio.fratr.& de
gradibus cum ſimilibus. Præterea Dec.in d.conſil.131. ibi
tertio non obſtat,dicit in caſu Barto.in d.§.permittitur,uim
non eſſe, an ſuperſint deſcendentes, an uerò collaterales
proximiores, dummodo ſint hæredes ultimi decedentis, &
tanto magis, quando ſunt primi acquirentis deſcendentes,
ut expreſsè uoluit Roma.in conſil.22. & hoc eſt de mente
Bartoli in d.§.permittitur, ueluti declarat Dec.in d.conſil.
131.& clarius hoc uoluit Barto.in d.l.1.ff.de priuileg. cre-
dito. qui ſimpliciter de agnatis,& cognatis loquitur: Iun-
gendo itaque dicta Bar.in d.§.permittitur cum ijs, quæ ip-
ſe dicit in d.l.1.colligitur, quòd non uidetur referre, an ij,
qui ſuperſunt, dicantur eſſe de deſcendentibus ultimi dece
dentis,an verò illius collaterales,& tanto magis,ſi tales erãt
à primo recipiente deſcendentes argumento l.cum ita §.in
fideicommiſſo ff.de lega.1.& c.1.de ſucceſſio.fratr. uel de
gradibus,ubi hoc conſideratur: quod magis etiam dicen-
18 dum eſſet, ſi prima conceſſio huius emphyteoſis, † à qua
omnes aliæ ſunt regulandæ, ut eſt de mente Barto. in d.l.ſi
mihi,& Titio in ult.uerſi.c.1.de duobus fratrib.& in d.c.1.
de ſucceſſio.fratr.fuiſſet facta pro ſe,& filiis maſculis,& de-
ſcendentibus ſimpliciter,prout in caſu noſtro ab initio facta
præſupponitur,ueluti narratur in inſtrumento conceſſionis
factæ domino Hannibali,in quo dicitur, quòd illis de Bo-
narolis conceſſio facta fuerat pro filijs, & deſcendentibus
19 ſimpliciter, † quoniam appellatione propriè loquendo
continentur non ſolum maſculi,& ab eo deſcendentes, ſed
etiam fœminæ,& earum deſcendentes, ut in authen. de hæ
red.quæ ab inteſta.poſt princip.l.fin.C.de ſuis,& legit.Ale-
xan.in conſi.160. viſo themate libro ſecundo, & huic ſen-
tentiæ, quòd doctrina Bartoli, & aliorum communiter lo-
cum habeat non ſolum,quando ſupereſſent filij,& deſcen-
dentes ultimi decedentis, ſed etiam eius collaterales, qui
tamen eſſent hæredes,aſtipulatur id,quod uoluit Alexan.in
conſil.80.lib.1. & in conſil.23.lib.2.& ipſemet Petrus de
Ancharano in d.conſi.133.à quo docto.prædictam limita-
tionem ſumpſerunt, circa finem uidetur ſentire, ſatis eſſe,
quòd ſint proximiores, quamuis non ſint deſcendentes, dũ
tamen ſint hæredes,ut dixit Rom. in d.conſi.22. Immò ipſe
Dec.in cõſ.78.expreſse cõſuluit ſufficere,quòd ſint agnati
proximiores,quamuis non ſint hæredes: ſed quoniam hoc
in caſu dictæ ſorores agnatæ ſunt promimiores hæredes,nõ
eſt

eſt in hoc inſiſtendum, maximè quia doct. magis communiter uolunt, quòd proximiores debeant eſſe hæredes, alioquin extranei, qui eſſent hæredes, illis præferrentur, ut uoluit Alexander in dicto conſil. 161. in d. conſi. 1 c. nec non in conſilio 80. libro 2. poſt Imola. in dicto ſuo conſilio.

¶ Capio tertium motiuum pro eccleſia factum, quod multum urgere uidetur, quo dicitur, quòd doctrina Bar. & aliorum communiter in d. §. permittitur, & in d. l. ſi mihi, & titio cum ſimil. non procedit, quando emphyteoſis eſſet finita propter delictum, ſeu commiſſum conductoris, ut ob canonem non ſolutum, ob alienationem rei factam irrequiſito domino, uel ob renouationem tempore conuento non petitam, aut aliter ob pacta non ſeruata, ad tradita per Alex. in d. l. ſi mihi, & titio, per Roma. in d. conſi. 212. & per ſcrib. in d. c. 1. quemadmo. feu. ad fil. pertin. cum aliis iam allegatis: & in caſu noſtro eccleſia obiicit rē fuiſſe ad eam deuolutam ob canonem non ſolutum, & renouationem non petitā, igitur &c. Profectò ſuper hoc motiuo eſt bene aduertendum, quia & ſi falcem ad radicem imponere uideatur, tamen facile poteſt multipliciter euitari: & in primis † motiuum procederet, quando dolo con-

20 ductoris res ad eccleſiam fuiſſet deuoluta, Secus ſi abſq; dolo, quamuis aliqua culpa, & negligentia ei poſſet imputari, ut not. uoluit Pet. de Anch. uir timoratæ conſcientiæ in conſi. 173. & in conſi. 421. circa finem: & ita procedit id, quod uoluit Roma. in d. conſi. 212. ueluti ex uerbis ipſius maximè in ultimo dubio colligitur: At in caſu noſtro domino Vincentio dolus in non ſoluendo canonem, aut in non petendo renouationem imputari non potuit, quamuis aliqua culpa in eo poſſet conſiderari, quia cum ipſe eſſet creditor aſſertorum agentium epiſcopatus magnæ pecuniarū quantitatis, cuius occaſione annui aſſictus ipſi do. Vincentio præſtari debebant, & in faciendo computa haberetur ratio canonis debiti epiſcopatui, & inter eos cōpenſatio fieret, utique hoc debet illū ſaltē à dolo excuſare, quia credebat eos fore agentes epiſcopatus, & poteſtatem, ac auctoritatem ſic faciendi habere, quamuis re uera nec agentes eſſent, nec huiuſmodi auctoritatem haberent, & conſequēter do. Vincentius culpa, & negligentia non caruerit, quia, ut caducitatem euitaret, debebat diligenter inueſtigare: tamen ſatis eſt ipſum non fuiſſe in dolo argu. l. 1. §. dolum. ff. de dolo & conſequenter non dicitur præiudicaſſe proximioribus ſuis in iure petendi renouationem, & inueſti-

21 turam ſaltem poſt ipſius mortem: † & quælibet cauſa à dolo excuſat, ut declarat Iaſ. in l. ſi quis maior C. de tranſact. item & à caducitate per Specula. in tit. de loca. §. nunc uerò aliqua uerſic. 18. & habetur per Cyn. in l. 1. q. 12. C. de

22 iure emphyt. Quo autem † ad prætenſam caducitatem domini Vincentij ex non petita renouatione dico illam quoad id, de quo diſputatur, non eſſe in conſideratione, quia ſi qua caducitas prætendi poteſt, illa abſque dolo prouenit, immò abſque culpa domini Vincentij, cum is ignorauerit, & iuſtam habuerit cauſam ignorantiæ, quòd ad aliquam renouationem infra aliquod tempus petendam teneretur, quæ ignorantia excuſat per Pet. de Ancha. in d. conſi. 173. non enim fuit ipſe, qui contraxit, ſed ſucceſſit domino Hannibali, qui ſe ad hoc obligauit, ergo dominus Vincentius iuſtā ignorātiæ cauſam habuit, ut in l. qui in ius alterius cū ibi notatis ff. de regul. iur. Quo fit, ut ob hanc prætenſam caducitatem ſorores, quæ ſunt proximiores, & hæredes domini Vincentij, non poſſint dici excluſæ à dicto iure petendi inueſtituram, ſecundum quod uoluit Bar. in d. §. permittitur cum ſimilibus, quia talis caducitas ex dolo, ſeu culpa domini Vincentij non euenit per ea, quæ uoluit Ancha. in d. conſil. 173. & 421. facit, quod legitur in c. 1. §. ſi titius poſt glo. ſi de feu. fuer. conten. inter do. & agna. & in c. quia diuerſitatem cum ibi notatis, & in c. nulla in glo. in uer. ſex de conceſſ. præben. ubi à beneficio legis nōn excluditur, qui iuſte ignorauit c. licet cum glo. de ſupplen. negli. præl. & qui abſque dolo inueſtituram non petit, feudum, ſeu emphytoſim non amittit c. fin. ubi text. notab. de prohib. feud. alien. per Lotha. Dolus autem abeſſe uidetur, ſi iuſta cauſa impediente petere omittat c. 1. quo tempo. mil. pet. & c. 1. §. præterea de prohib. feu. alien. per Feder. & de his latius habetur per Anchar. in d. conſil. 173. Et ex prædictis infertur, quòd ſi dictæ ſorores etiam infra annum, & diem inueſtituram non petijſſent, non propter hoc excluſæ dicerentur, ut colligitur ex dictis per Ancha. in d. conſil. 173. Sed circa hoc ultimum non eſt inſiſtendum, cum ante annum petierint, atque inſteterint ipſis renouationem fieri debere, offerendo, & forte deponendo id, quod pro canone tempo-

23 ris præteriti erat fortaſſe ſoluendum: & † cum nondum iudicialis declaratio, & ſententia declaratoria fuiſſet ſuper caducitate ſequuta, potuit mora purgari ab iis, qui dolo, & culpa caruerunt, & in poſſeſſione bonorum tempore caducitatis nō fuerūt, ut uoluit notāter Pet. de Anchar. in d. conſil. 421. & in d. conſil. 173. ¶ Rurſus reſpondendo huic tertio motiuo dico ipſam eccleſiam non potuiſſe ſuper caducitate declarationem facere contra ſorores, & hæredes domini Vincentij, cum illam aduerſus ipſum dominum Vincentium uiuentem non fecerit, ſed eum uſque ad mortem tollerauerit, quoniam ius declarandi ſuper caducitate defuncti contra hæredes ſuos re integra non tranſit, ut ſtatim

24 dicetur. Et cum † de iure ad hoc, ut emphyteota dicatur à iure emphyteotico cecidiſſe, neceſſaria ſit declaratio, immò ſententia, ut latè examinant Roma. in d. conſil. 212. & Ancha. in d. conſil. 421. & habetur per ſcriben. poſt glo. in d. c. potuit, alioquin emphyteota cecidiſſe non cenſetur, ut ibi, ſequitur, quòd in caſu occurrenti do. Vincentius à iure ſuo non dicitur cecidiſſe tam ob non ſolutionem canonis, quam ob non petitam renouationem: Nec hæredes, hoc eſt ſorores ſuæ poſſunt etiam dici cecidiſſe, ex quo contra ipſas talis declaratio re integra de iure fieri non potuit, ue-

25 luti inferius demonſtrabitur. ¶ Nec † obeſt iuramentū appoſitum in inſtrumento emphyteotico de ſoluendo canonem, & de petendo renouationem ſingulis 29. annis, quod iuramentum ſolet ipſo iure caducitatem operari abſq; alia declaratione, argumento l. ſi quis maior, ibique Alex. & moder. C. de tranſac. Abb. & Bal. in c. querelam de iureiuran. quod d. Alex. ſæpius in ſuis conſiliis repetiit, Quia reſpondetur, quòd ius iuramenti in terminis noſtris potuiſſet contra dominum Vicentinum operari, quando is fuiſſet ille, qui iurauit, ſed non ipſe, uerum dominus Hannibal primus conductor iurauit, ergo ratione iuramenti, ſeu periurii non poteſt dici, dominum Vincentium fuiſſe indignum, & ab em-

26 phyteoſi cecidiſſe, † quoniam iuramentum quoad reatum, & pœnam periurii ad hæredes, ſeu filios non tranſit, ſed ſolum iurantem afficit c. ueritatis, ibique innocen. & alii de iureiuran. Bald. in l. generaliter, & in l. 1. uerſi. extra quæritur C. de rebus creditis, notatur in c. fin. de foro compet. in 6. & Ale. in d. l. 1. & in d. l. generaliter in addit. ad Bal. multa allegat: ergo dominus Vincentius ratione iuramenti, ſeu periurii non poteſt dici aliquam pœnam, nec caduci-

27 tatem incurriſſe per prædicta. ¶ An autem † ius declarandi emphyteotam cecidiſſe in cōmiſſum re integra contra hæredes emphyteotæ tranſeat, uidendum eſt, & quòd tran-

28 ſeat, ita arguitur, † quando pœna legalis ipſo iure imponitur, tūc illa pœna contra hæredes defuncti tranſit Bar. & Alex. in l. licet §. quod autem ff. quod quiſque iuris, Alex. in l. eius, qui ff. ſi certum peta. l. 1. C. ex delic. defunc. ibique Bald. & Salice. Bar. in l. 1. ff. de priua. delic. & Abb. in c. fin.

29 de ſepult. Sed † per ceſſationem ſolutionis canonis emphy-

phyteota ipſo iure cadit à iure ſuo l.2.C.de iure emphyteoti.c.potuit de loca.ſimiliter per alienationem rei irrequiſito domino factam d.c.potuit, l.fina.C. de iure emphyteot. ac etiam ob non petiatm renouationem, maximè quando iuratum fuit,c.1.ibique Anto.de Butr.Imol.& alij extra de precar.l. ſi quis maior C. de tranſactio. ibique Alexan. & Moder. Bald.in c. querclam de iureiuran. ergo huiuſmodi pœna etiam contra hæredes defuncti,qui in commiſſum incidit, locum habebit, & conſequenter ius declarandi cecidiſſe poterit re integra contra hæredes exequi.

30 ¶Secundo † obligatio ex delicto etiam ſecundum canones ad hæredes, & in hæredes tranſit, quando ex delicto commiſſo abſit aliquid de patrimonio illius, contra quem delictum fuit commiſſum c.in literis extra de rapto.& not. in d.c.fina. de ſepultu.quamuis ſecundum leges ſolum, ſi quid ad hæredes peruenit,ut ibi: ſed ex commiſſo, & delicto emphyteotæ in ceſſando ſoluere,uel alienando,uel aliter pacta, maximè iurata non ſeruando, quæ in ſe delicta, & commiſſa continent,ut per Alexandrum,& alios in d.l.ſi mihi,& Titio in ultima columna, per Abbatem,& moder. in d.c.bonæ il 2.de poſtula.præla.per Romanum in d. conſi.212.& per moder. in d.c.1.quemadmodum feudum ad fil.pertin.cum ſimilibus,aliquid domino abeſt,& adeſt emphyteotæ,eiúſque hæredibus, ergo hoc ius declarandi cecidiſſe poteſt non ſolum contra emphyteotam, ſed etiam contra hæredes etiam re integra exerceri, per gloſam in d.c.fi.¶Vltimo induco tex.in c.1.ſi uaſal.feu.priu.quem ponderat Alex.in d.l.ſi mihi, & Titio in ultima columna.

¶Præmiſſis tamen non obſtantibus,in caſu occurrenti contrarium eſt verius:Ad quod dicendum moueor,ſic arguendo,

31 † quando ex delicto,& commiſſo alicuius pœna illi non ipſo iure,ſed mediante facto hominis, & ſententia irrogatur,tunc ea pœna re integra contra hæredes non tranſit,& res integra dicitur ante litem conteſtatam contra defunctum,ad tradita per Bartolum in d.l.licet, ibique Alexan. & in d.l.eius qui, & in l.unica C.ne ex delict.defunct.Sed

32 † ob non ſolutionem canonis, uel alia pacta non ſeruata emphyteota eccleſiæ non ipſo inre cadit à iure ſuo,ſed mediante facto hominis,hoc eſt declaratione prælati, & ſi ipſe uoluerit,ac mediãte ſnĩa d.c.potuit,ibiq; gl.&doc.& in terminis noſtris optimè declarat Rom.in d.cõſ.212.&in d.cõſ. 421.& expreſſè Pau.de Caſt.in l.colonus,quæ eſt l.penult. ff.locati, ergo talis pœna caducitatis re integra non debet nocere hæredibus ipſius emphyteotæ, qui in ſolutione canonis ceſſauit, niſi prius contra emphyteotam declaratio eo modo,quo fieri debuit, facta fuerit, ut ſupra dictum

33 eſt. Præterea † quando ex delicto defuncti nihil de patrimonio domino abeſt, ſi delinquens ante litem motam moriatur,pœna delicti contra hæredes non tranſit d.c.fin. cum ibi not.de ſepultu.c.in literis de rapto.& habetur in c. epiſcopus,qui filios 12.q.2.Sed ob non petitam renouationem,quæ per emphyteotam peti debebat,nihil de patrimonio ipſi domino abeſt, ergo ante declarationem, ſeu litem motam à domino contra emphyteotam defunctum pœna caducitatis hæredibus emphyteotæ nocere non debet.

¶Secundo pro hac parte nobis optimè inſeruit text. cum

34 glo.in c.1.fina.extra de donatio. † ubi ius declarandi donatarium fuiſſe ingratum,& ſic re donata priuandum, donatorij contra hæredes donatarij non competit,niſi contra ipſum donatarium ingratum huiuſmodi declaratio facta fuerit:idem probatur in l.1.& fin.C. de reuocan. donatio. ergo idem in caſu noſtro dicendum eſt,quia bona diuerſitatis ratio dari non poteſt argumento l.à Titio §.1.ff.de verborum obligatio.Ad propoſitum etiam nobis ſuccurrit id,

35 † quod uoluit Bal.per gloſam fin.ibi in d.l. fina. cui ſimilis eſt glo.in d.c.fina.quòd filij,& hæredes uaſalli non poſſunt à domino priuari feudo propter felloniam uaſalli defuncti, niſi contra ipſum vaſallũm uiuentem prius declaratio facta, & lis mota ſuper fellonia fuiſſet: & in terminis allego deciſionem Bal.in c.imperialem §.inſuper in ultima columna de prohib.feu.alien.per Federicum, qui dixit, quòd licet ex feudorum conſuetudine delictum, ſeu fellonia uaſalli filiis ſuis noceat, tamen ſi contra uaſallum uiuentem lis mota non fuerit, non poterit poſtea contra filium moueri, ex quo dominus contra vaſallum declarare, & querelare potuit, & tacuit, nam ex hac taciturnitate remiſiſſe cenſetur, & propterea amplius contra filios hæredes querelare non poterit,argumento d.l.fina.& d.c.fina.Præterea † hæc 36
pœna uenit ex delicto argumento l. rei iudicatæ §.hæredi ff.ſoluto matrimonio,& d.l.fina.ergo re integra non debet contra hæredes tranſire, argumento c.1.§.porrò quæ fuit prima cauſa beneficiũ amitta.l.eius qui ff. de iure fiſci.Rurſus † hæc actio eſt quaſi actio iniuriarum, quia offenditur 37
dominus,& ad uindictam tendit,ergo non debet re integra contra hæredes competere argumento multorum iurium, quæ ad propoſitum allegat Bal.in d.§.inſuper: quæ omnia dicta, & rationes optimè huic caſui noſtro ſatisfaciunt.

38 ¶Sed pro uera huius articuli declaratione † dicendum eſt,quòd illis caſibus,quibus emphyteota propter culpam, & ſuum delictum ipſo iure cadit à iure ſuo abſque eo,quòd dominus declarauerit,& ſic abſque hominis facto,tunc pœna caducitatis locum habet etiam contra hæredes, quamuis in uita emphyteotæ declaratio facta, ſeu lis mota nõ fuerit: & ratio eſt,quia ſtatim quo emphyteota culpam,ſeu delictum commiſit,res deſiit eſſe integra per ea, quæ uoluit Barto. in d.l.licet §.quod autem, ibique Alexan. & in d.l. eius,qui, & Bald.ac Salyce.in d.l.unica.& hoc in caſu noſtro poteſt exemplificari primo in emphyteota priuati, qui ob non ſolutionem, uel alienationem ipſo iure cadit à iure ſuo, nec reperitur, quòd iura aliquam requirant declarationem, ut in l.2.& fina.C.de iure emphyteo. & per Alexandrum in l.ſi inſulam colum.5.ff.de uerborum obligatio. quamuis Paul.Caſtr.in d.l. colonus ſecus uoluerit, quòd etiam in emphyteoſi priuati,ſicut in eccleſiaſtica neceſſaria ſit declaratio. Poteſt ſecundo exemplificari in emphyteoſi eccleſiæ, uel priuati (ſequendo, quòd in hoc inter illas non ſit differentia) quando iuratum fuiſſet ſoluere, uel non alienare, aut renouationem petere,quia tunc emphyteota ratione reatus periurij contraueniendo ipſo iure cadit d.l.ſi quis maior,iunctis not.ibi per Bartolum,& d.c.querelam:& hoc in caſu pœna caducitatis poteſt contra hæredem exerceri: quod verum puto, quando iam contra defunctum facta eſſet querela,nam ſi pœna periurij eſt,quòd emphyteota ipſo iure cadat à iure ſuo, non poterit hæc pœna contra hæredes re integra exerceri, contra quos effectus,& pœna periurii non tranſit, quæ ſolum peierantem reſpicit, cum iuramentum ſit quid perſonale, nec quoad reatum ad hæredes tranſeat ad not.in c.fina. de foro competen.in 6.c.ueritatis, ibique Innocen. & alij de iureiuran. Bal.in l.1.& in l.generaliter C.de rebus credi.ibique Alexan.in apoſtill. Præterea iuramentum in hoc à natura contractus regulari debet, argumento l.fina.C. de non numerata pecunia cum ibi not.per Baldum, & alios.

¶Quando uerò emphyteota ob non ſolutionem propter rei abuſum, uel propter alia pacta non ſeruata ipſo iure non caderet à iure ſuo, ſed mediante facto hominis, & ſententia, ueluti regulariter contingit in emphyteoſi eccleſiæ ad tradita in d.c.potuit,& per Romanum in præallegato conſi.212.Anchar.in d.conſi.431.cum aliis præallegatis,& per Paulũ in d.l. ſi colonus, qui hoc in caſu ſaluari poteſt,& argumento eorum,quæ uoluit Alexan.in d.l.ſi inſulam colum.5.tunc pœna caducitatis re integra contra hæredes

redes nō tranſiret,uā cū hæc ſit pœna legalis,ea re integra non eſt contra hæredes delinquētis tranſitoria,Bart.in d.l. licet,ibiq́; Alex.&in d.l.eius qui,Bal.& Salic.in d.l.unica C. ne ex delic.defunc. & ad prædictorū corroborationē breuiter reaſſumo quandā diſtinctionē Bar.in l.1.ff.de priu.deli. in illa q. an hæres teneatur ex delicto defuncti,quam refert etiam, ac ſequitur Abb.poſt glo.in c. fin. de ſepult. ubi
39 Bar. inquit,† quòd aut pœna, quæ à lege imponitur, fuit abſque hominis facto,& ſic ipſo iure impoſita,&tunc ea cōtra hæredem tranſit l.caius ff. ad Syllan.l.cōmiſſa ff.de pub. l.2.§.quod autem ff.quod quiſque iur. c.cum ſecundum de hæret.in.6.& ſuprà dixi,aut pœna à lege imponitur mediāte facto hominis,& non ipſo iure,& tunc ſi imponitur ratione delicti, ſeu commiſſi, quod circa contractum, & in ipſo contractu perpetratur, & eſt tale delictum,quod per actionem ex contractu deſcendentem purgatur, tunc talis pœna contra hæredem tranſit,l.ex contractibus,l.ex depoſiti ff. de actio. & obliga. & l.ſi hominem §. datur ff. depoſiti. Si uerò delictum purgatur per aliam actionem, & per aliud remedium,quæ ex contractu non deſcendant, tunc ſiue delictum ſit commiſſum in contractu,ſiue extra,nunquam datur contra hæredem, Inſtit.de perpet.& tempo.actio.§.aliquando, & probatur ex illis caſibus, de quibus, de quibus per glo.in d.l.unica C.ne ex delic.defunct. Aut delictum, ſeu commiſſum perpetratur extra contractum, & hoc caſu ſi lis ratione huius delicti fuit contra defunctum cōteſtata, pœna indiſtinctè contra hæredes tranſit,ut in d.l. unica. cū ibi notatis: Fallit in l.2.ff. ad l. iul. repetun. Si uerò lis non fuiſſet contra defunctum conteſtata, tunc contra hæredem ſolum datur in id,quod ad hæredem peruenit, & non ultra. At in caſu noſtro,ut dictum fuit, pœna à lege ipſo iure impoſita non dicitur,ſed mediante facto hominis,&tunc ſi uolumus dicere delictum fuiſſe commiſſum circa contractum emphyteoticum,quoniam tunc delictum nō purgatur per actionem deſcendentem ex contractu,ſed per aliam rationem,aliudque remedium, uidelicet declarando emphyteotam à iure ſuo cecidiſſe ob non ſolutum canonem iuxta d.c.potuit,& per ea,quæ uolunt Roma.& Petrus de Ancha. in dictis conſilijs,ſequitur,quòd hæc pœna caducitatis nullo modo contra hæredem tranſire dicitur: ſi uerò uolumus dicere, prout uerum eſſe arbitror, quòd delictum, & commiſſum in caſu noſtro fuerit extra contractum perpetratum,quoniam non ſoluere canonem, renouationem nō petere,alienare irrequiſito domino, & ſimilia non in contractu,nec circa contractum committi dicuntur, ſed extra, & poſtquam contractus fuit factus, atque perfectus,dicendum eſt,pœnam caducitatis, quæ pro huiuſmodi factis, & commiſſis à lege iniungitur, non tranſire contra hæredes, ex quo contra defunctum non fuit facta declaratio, neque lis conteſtata,ut eſt de mente Bar.in d.l.1.& Abb. in d.c.fin.

¶ Non obſtat quartum motiuum principale, quòd re deſinente eſſe integra,ut quia ante petitam renouationem dominus rem alteri conceſſerit,non poſſunt poſteà proximiores ultimi emphyteotæ conqueri, ſi res ipſis conceſſa non fuerit,ad tradita per Roma. in conſi. 70.& per moder in d. c.bonæ il 2.de poſtula. prælato.quia poteſt pluribus modis
40 reſponderi primo, † quòd ante quam eccleſia poſſit rem alteri concedere, & proximioribus præiudicare,requiritur, quòd ipſi fuerint negligentes per annum, & diem in petendo renouationē, alioquin dominus,ſeu eccleſia ad eorum præiudicium nō poteſt alium inueſtire, ut not.declarat do. Præpoſ.Mediol.in d.c.1.quemadmo.feu.ad fil. pertin. col. 4. Secundo pro reſpōſione dico,quòd Alex. in d. l. ſi mihi & titio col.pen. reprobat dictum Roma.in d. conſi.70.& ſecundum ipſum illud non eſt uerum, & contra tex. in c. 1. §.
41 titius ſi de feu.fuer.conten.inter dominum & agna.. † nam pendente tempore dato à iure ad petendam renouationem nihil ad præiudicium agnatorum proximiorū fieri poteſt argumento l.ſiue pars C. de dilatio.per Roma.in conſi. 22.in l. 2.in princ ff. ſolu. matri.& in rub. de arbit. & expreſsè per Petrum de Ancha.in d.conſi 173.

¶ Non obſtat ultimum fundamentū, quòd doctrina Bar. in d. §. permittitur cū aliis ſupra allegatis, quæ eſt communis, quamuis multi contrarium uoluerint, ut dixit Deci.in. conſi.131 in ult.colum.non procedit, nec habet locum in emphyteoſi eccleſiæ, ſed ſolum in emphyteoſi priuati, ut uoluit Alex.in d.l.ſi mihi & titio colum. penul. & ſuprà di-
42 ctum fuit, quia reſpondetur,†quòd Deci. in d. conſi. 131. uoluit contrarium,& aſſamptū hoc Alex. non eſſe uerum, hancque illius limitationē eſſe falſam oſtendit per plura hoc latè ibi examinando, & omnibus per Alex.adductis reſpondendo, & contrariam opinionem confirmando,quòd in hoc inter emphyteoſim eccleſiæ,& priuati non ſit differentia,ſed in utraque doctrina Bar. & communis locum habeat, idem contra Alex.opinionem ſequitur Anchar. in d. conſi.173.& 421.Rom.in conſi.212.& ipſe Alex.cōſi. 10. lib.3.& in cōſ.80.in 2.dubio lib. 1.Bal.in c.1. quemad. feu. ad fil.pertin.Barba.in c.1. de loca.& ſuper hoc omnino uideatur dictum conſil. Decii 131.quod fauorem ſororum proximiorum,& hæredum domini Vincentii, quòd non obſtantibus præmiſſis renouari debeant, optimè facit. Et quoniam in caſu noſtro quam plura alia ad fauorem dictarum ſororum concurrunt, de quibus ſupra plenius eſt dictum,& illud præſertim,quòd emphyteoſis hæc eſt effecta hæreditaria, ſuper hoc ultimo, cuius opinio ſit uerior Alexandrine, an Decij, & aliorum, breuitatis gratia inſiſtere nolo; Sed ex omnibus prædictis, ut ſi ſingula non proſint,multa iuuare ualeant, ad fauorem præfatarum ſororū proximiorum, & hæredum domini Vincentij pronunciandum eſſe concludo,quicquid in contrarium poſſet allegari, cum ex iam dictis cuilibet reſponſum accommodari poſſit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis,finita linea,agnatis ex gratia concedenda ſecundum naturā primæ conceſsionis debet concedi, & omnia in prima conceſsione contenta tacitè in ſecunda facta ex gratia repetita cenſentur.*

Et ſi prima pro filis maſculis facta fuerit, an ſecunda, quæ fit ex gratia, agnatis fœminis, an uerò maſculis tantum fieri debeat.

2 *Et una uice tantum, & non pluribus fit huiuſmodi conceſsio ex gratia.*

3 *Bar.doctrina in l.1.§.permittitur ff. de aqua quotid. & æſtiua, quòd dominus emphyteoſim finitam proximioribus agnatis concedere teneatur, non procedit in emphyteoſi effecta perpetua, & hæreditaria, ſed in ea, quæ certo tempore finiri poteſt.*

4 *De communi opinione creditur doctori famoſo, & canonizato.*

5 *Opinio communis ex quibus doctoribus fiat.*

6 *Eccleſia empyteoſim finitam non poteſt pro ſe retinere, ſed agnatis proximioribus ultimi emphyteotæ concedere tenetur.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *conceſſa pro maſculis tantum, ſi finita linea agnati proximiores uelint de illa reinueſtiri, etiā agnatis fœminis proximioribus, & hæredibus concedi debet:*

Et tanto magis, ſi eſſet emphyteoſis effecta hæreditaria.

CONSILIVM XCIX.

NON recedendo ab iis, quæ in proximo præcedenti conſilio,& in præſenti cauſa ad fauorem hæredum domini Vincentij de Saſſuno dicta fuere, ſupereſt aliquibus nouiter exhibitis dubitationibus reſponſum accommodare, & ſolum ſuper ijs, quæ maiorem in ſe difficultatem habere uidentur, inſiſtendo, breuiter loquar.

1 quar: & in primis dum dicitur ; † quòd etiam in ca-
ſu, quo emphyteoſis finita linea eſt ex gratia concedenda
illis de agnatione iuxta doctrinam Bartoli in l. 1. §. permit-
titur per illum textum cum glo. ff. de aqua quotidiana, &
æſtiua, huiuſmodi conceſſio fieri debet ſecundum naturam
primi contractus, ſeu primæ conceſſionis adeò, quòd om-
nia, quæ in prima conceſſione continebantur, cenſeantur
tacitè in illa ſecunda facta ex gratia repetita, ut declarat
Barto. in l. ſi mihi, & Titio in ultima columna ff. de verbo-
rum obligatio. ſed prima conceſſio pro filiis maſculis facta
fuerat, ergo non debet virtute dictæ gratiæ agnatis fœmi-
nis concedi: & cum illa declaratione Barto. in d.l. ſi mihi,
& Titio Alexan. & alij doctores communiter pertranſire
videntur: ego quoque eam Barto. theoricam cum prædi-
cta ſua declaratione ſequor, non tamen inferendo eo mo-
do, quo in dubijs traditis inferri uidetur, & dictum eſt, con
tra hæredes, & agnatas fœminas dicti domini Vincentij:
Nec iſta fuit mens Barto. & ſequacium, ſed alia, quam ſta-
tim referam: nam præſuppoſito, prout ueriſſimum eſſe
reor, quòd ſorores, & hæredes domini Vincentij poſt li-
neam finitam ſint ex gratia renouandæ, ut aliàs in conſilio
à me ſuper hac cauſa edito comprobaui, dico illam reno-
uationem eis fieri debere ſecundum naturam primæ con-
ceſſionis, & inueſtituræ, & non alio modo: immò ſi ſimpli-
citer renouatio facta eſſet, tacitè ſecundum naturam pri-
mæ facta cenſeretur, & omnia contenta in prima cenſeren
tur in hac repetita, etiam quoad effectum iuris accreſcen-
di, uel melius non decreſcendi per Bartolum, & Alexan-
drum in d.l. ſi mihi, & Titio: & ideò ex quo prima con-
ceſſio fuerat facta pro ſe, & filijs maſculis, ita hæc renouatio
fieri debet his ſororibus agnatis, & hæredibus pro ſe, & fi-
liis maſculis tantum, & non aliter, puta pro fœminis, uel
pro hæredibus, quoniam in hac renouatione cuicunque de
iure facienda natura primæ conceſſionis non eſt alteran-
da: Immò ſi in caſu occurrenti epiſcopus ſimpliciter di-
ctas ſorores renouaret, talis renouatio cenſeretur ipſis fa-
cta pro ſe, & filijs maſculis, attenta natura primæ inueſtitu-
ræ: & hæc fuit intentio Barto. & ſequacium, & qui aliter
intelligerent, non benè eius doctrinam perciperent: Qua
intelligentia ſtante, difficultas propoſita ceſſat. Nec ad-
uerſantur ea, quæ incidenter dicit Dec. in conſi. 78. in ulti-
ma columna, quia licet ille, cui gratia eſt facienda, debeat
agnationis qualitatem habere, cum illud ius agnationi de-
tur, tamen non dicit, quòd debeat eſſe agnatus maſculus,
neque hoc uoluit Bartolus in d.l. ſi mihi, & Titio: nam ex
quo linea finita agnati debent renouari ex gratia, & non
uirtute primæ inueſtituræ per Bartolum in d. §. permitti-
tur, & declarat Roman. in conſi. 22. in 3. colum. ad hoc, ut
dicta renouatio debeat ex gratia fieri, ſufficit quem eſſe
agnatum abſque eo, quòd in illo concurrat qualitas, de qua
in prima conceſſione, ex quo ipſa non uocatur uirtute pri-
mæ conceſſionis, ſed ex legis diſpoſitione, quæ uult hanc
gratiam proximiori agnato fieri debere, ut uoluit Decius,
& Roma. in dictis ſuis conſiliis. Nec obſtat, quòd ita intelli-
gere eſſet in infinitum procedere, & nunquam emphyteo-
ſis ad eccleſiam reuerteretur, & ſic directum dominium
penes eccleſiam eſſet inutile contra not. in l. in annalibus
C. de lega. & contra text. in l. ſi uſusfructus municipibus ff.
ff. de vſufruct. lega. quia ultra aliàs dicta in proximo conſi-
lio meo, dici poteſt, quòd ad eccleſiam reuerteretur in ca-
ſu, quo omnes de agnatatione deficerent, qui caſus contin
gere poteſt, & eſt à iure conſiderabilis, ut in l. 1. C. vnde uir,
2 & uxor cum ſimilibus. Præterea † fortè quis non erra-
ret, dicens, quòd hæc gratia, quæ finita emphyteoſi ob li-
neam finitam fieri debet, de qua ſupra, debet à domino fie-
ri agnatis, & hæredibus finita linea, ſeu prima conceſſione
pro una uice tantum, & non pro pluribus, argumento l. bo-
ues §. hoc ſermone ff. de uerborum ſignificatio. & eorum,
quæ refert Felin. in c. 2. de tregua, & pace: & hoc modo de
bet declarari doctrina Barto. in d.l. 1. §. permittitur, ueluti
rectè intuenti inferri uidetur ex text. d. §. permittitur cum
3 glo. ¶ Animaduertendum eſt etiam, † quòd theorica
prædicta Barto. non poteſt in terminis noſtris uerificari,
quia ipſe loquitur in emphyteoſi ad tempus conceſſa, quæ
finiri poteſt uel finito tempore, uel finita linea, ut colligi-
tur ex eius uerbis, & ex text. d. §. permittitur, ſuper quo ſe
fundat: At in caſu noſtro emphyteoſis conceſſa domino
Hannibali pro ſe, & filiis maſculis nec tempore, nec linea
erat finitura, ſed effecta erat hæreditaria, & perpetua, ne-
que ex gratia erat agnatis hæredibus concedenda ob li-
neam finitam, ſed de iure ad hæredes non ſolum de agna-
tione, ſed extraneos erat tranſitoria, cum cõceſſio facta fue
rit de re ſterili, & aquis inundata, & ut ad culturam redige-
retur, prout redacta, ac meliorata fuit: Quo fit, ut huiuſmo
di emphyteoſis fuerit effecta hæreditaria, atque perpetua,
& de familia, & agnatione maſculorum eſſe deſierit, ut ha-
betur in c. ad aures extra de rebus eccleſ. non alien. & per
Bartolum in l. quicunque la 2. C. de omni agro deſerto lib.
11. cuius doctrinam ſcriben. magis communiter ſequun-
tur, ueluti in prædicto meo conſilio oſtendi, & ad ibi dicta
me remitto: ſatis hic ſit, quòd hæc emphyteoſis non dici-
tur ſubiecta illi qualitati maſculinitatis, cum effecta fuerit
hæreditaria, & perpetua. Ex quibus propoſita difficultas pe
nitus enucleata uidetur. ¶ Et ex prædictis infertur, quòd
eccleſia in caſu occurrenti non poteſt dicere, quòd pro ſe
rem velit retinere, & hoc modo dictas ſorores, quibus aſſer
ta gratia debet excludere, quoniam cum emphyteoſis effe
cta ſit perpetua, & hæreditaria, ut ſupra, per mortem domi
ni Vincentii non dicitur finita, ſed ad ſorores hæredes iure
hæreditario, non autem ex gratia, rectè loquendo, tranſire
debet. Præterea illa opinio, quòd eccleſia poſſit pro ſe re-
tinere, & hoc modo ſorores excludere, ut uoluit Abb. in c.
bonæ il 2. de poſtulatio. prælato. non uidetur uera, & con-
trarium tenuit Deci. in conſi. 131. in 3. colum. uerſicu. non
obſtat, qui dicit communem opinionem eſſe contra Abb.
& in hoc ſtandum eſt teſtimonio Decii uiri excellentiſſimi,
4 & tempeſtate ſua primum locum tenentis, nam † quòd
communis ſit opinio, creditur doctori famoſo, & canoniza
to per not. per Bartolum in l. de quibus ff. de legibus, loquẽ
5 do de conſuetudine. † Neque communis opinio ſit ex nu
mero doctorum, ſed ex illis, qui pondere numero, uel men
ſura ſint maiores, ut colligitur ex l. 2. §. omnibus C. de uet.
iure enuclean. & ex iis, quæ uolunt doctores, maximè mo-
der. in c. 1. circa finem de conſtit. dum loquuntur de opinio
ne, quam cum aliis ſequitur glo. uel Archidiaconus, ut per
6 dominos de Rota in deciſio. 348. in antiquis. † Quòd au
tem eccleſia non poſſit pro ſe retinere, & hoc modo agna-
tos ultimi emphyteotæ excludere, expreſsè tenuit Decius
in d. conſi. 131. & eſt de mente docto. in d.l. ſi mihi, & Titio,
& maximè Alexan. qui ſuper hoc omnia tetigit, & multa
poſuit, quæ non ſunt recepta, & tamen illud dictum Abba-
tis ibi nõ retulit, ſed uoluit eccleſiam teneri renouare agna
tos, & hæredes ultimi emphyteotæ, & doctores in hoc com
muniter doctrinam Barto. ſequi dixit. Præterea Decius in
d. conſi. opinionem contra Abb. urgentibus motiuis corro-
borauit, & ideò dici poteſt opinionem Decii eſſe commu-
nem per id, quod uolunt Io. And. & Abb. in d. c. 1. de conſti
tu. & per Felinum ibi colum. pen. in uerſi. hic limitatur pri-
mo per textum not. in c. capellanus extra de feriis ibi ſubti-
liori ratione. Et quoniã ſcio longius ſuper præmiſſis ab alio
aduocato diſputatum fuiſſe, & coram doctiſſimis uiris cau-
ſam agi, his paucis contentus eſſe uolui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia emphyteoſim ad ſe ob lineam finitam deuolutam poteſt cuicunque uelit concedere, & de illa quem uelit reinueſtire, quando in inueſtitura extat pactum, quòd ſi per finitam lineam res ad eccleſiam reuertatur, abbas, ſeu prior poſſit liberè inueſtire, quemcunque ſibi placuerit.*

2 *Emphyteoſis priuati, & emphyteoſis eccleſiæ differunt in eo, quibus, quando ob lineam finitam eſt ad dominum reuerſa, ſit concedenda.*

3 *Doceori benè diſtinguenti credendum eſt.*

4 *Renouationem, ſeu inueſtituram emphyteoſis ob lineam finitam ad dominum reuerſæ petendi ius ad quos ſpectet.*

5 *Solitum ab aliquo certo modo fieri ut quid dicatur, inſpicitur ultimo loco factum, non autem id, quod antea ſæpius feciſſet.*

6 *Præſentandi ius ad illum ſpectat, qui aliàs ultimo loco præſentauit.*

EPITOME.

ECCLESIA *liberam habet poteſtatem emphyteoſim ad ſe ob lineam finitam deuolutam, cui uelit, concedendi, & de illa, quemcunque maluerit, reinueſtiendi, ſtante pacto in inueſtitura, quòd ſi res per finitam lineam ad eccleſiam reuertatur, abbas, ſeu prior liberè poſſit, quemcunque ſibi placuerit, inueſtire.*

CONSILIVM C.

VISO puncto exhibito, ac uiſis allegationibus hinc inde doctiſſimè factis, arbitror de iure uerißimum eſſe, ſaluo tamen ſanioti cuiuſlibet rectius ſentientis iudicio, quòd in caſu, de quo agitur, eccleſia, ad quam res ob lineam finitam eſt deuoluta, poſſit ſine aliquo impedimento, & contradictione rem illam, cui uelit, concedere, & de ea liberè inueſtire, uel Luciam, aut Marcum, uel Cæſarem, & Sanctem, prout ipſi eccleſiæ uidebitur, & placuerit: Ad quam concluſionem corroborandam licet quãplu-
1 ra poſſem adducere, tamen paucis ero contentus. † Conſidero itaq; multum illa uerba in inueſtitura appoſita, quòd ſi per finitam lineam res reuertatur ad eccleſiam, abbas, ſeu prior poſſit liberè inueſtire, quemcunque ſibi placuerit, quibus licet dominus Martinus aduocatus ſatis pulchrè conetur reſpondere, tamen ea mihi inferunt, licitum eſſe eccleſiæ rem concedere, cui uelit, ut de hoc uidetur text. clarus in c.fin.ibi liberè, ſi uideris expedire, concedas, iuncto principio illius tex.extra de feudis, quem tex.ad hoc propoſitũ inducit Alexan.in l.ſi mihi, & titio in penult. colum.uerſic. pro qua opinione ff.de uerbo. obligat. et facit, quod idem Alexan.uoluit ibi in ult.colum.in 3. limitatione allegando tex.in c.1.ſi uaſall.feu.priue.in uer.gratiam facere: quæ uerba ſecundum ipſum liberam facultatem denotant c.ſi gratioſè de reſcript.in 6. Et ſic innuit, quòd in materia noſtra hæc uerba liberam facultatem denotantia inferunt, quòd dominus, cui uelit, concedere poſſit: & hæc ſuadentur, quia tenendo etiam, quòd eccleſia regulariter teneretur renouare deſcendentes, ſeu agnatos ultimi emphyteotæ, in cuius perſona emphyteoſis eſſet finita, & in hoc opinio Barto. in l.1.§.permittitur ff.de aqua quotid.& æſti. ſeruanda eſſet, tamen quando uerba huiuſmodi eſſent in inſtrumento emphyteoſis appoſita, contrarium eſſet dicendum ad hoc, ut uerba illa aliquid operarentur, argumento l. ſi quando cum ſimilibus ff.de legat. 1.l.ſi ſtipulatus ff.de uſuris, l.1.in fin.ff.ad municipa.& l.ſi quando in princip. C.de inoffi. teſtamen.nam abſque illis uerbis ſecundum opinionem Bart. & ſequacium in d.§.permittitur, eccleſia agnatos, & deſcendentes emphyteotæ renouare teneretur, ergo ſi eccleſiæ libera facultas data eſſet, prout in caſu noſtro, ea poterit liberè, & ſine aliquo impedimento, ac contradictione, quem uoluerit, inueſtire, alioquin illa uerba nihil operarentur, quod
2 non eſt dicendum. ¶Secundo † præmiſſa concluſio confirmatur ex iis, quæ in terminis uoluit Alex.in d.l.ſi mihi, & titio colum.penul.qui in hoc articulo, opiniones contrarias ad concordiam reducendo, differentiam facit inter emphyteoſim priuati, & emphyteoſim eccleſiæ, ut primo caſu procedat opinio Bar.& ſequacium in d.§.permittitur, per iura, quæ ipſe allegat, quæ procedunt, & loquuntur ſecundum iura ciuilia, quæ, niſi ſint expreſsè à canone approbata, non ſunt contra eccleſiam ſeruanda c.eccleſia ſanctæ mariæ, & c.quæ in eccleſiarum de conſtitut.c.fin.de rebus eccle.non alienan.& per docto.in c.fin.de ſolutio.quamuis, ut ipſemet Alexan.in d.l.ſi mihi, & titio atteſtatur, hæc opinio in puncto iuris ſit multum dubitabilis, nec benè iure probetur, ut colligitur ex iis, quæ ibi Alexand.inquit, reſpondendo iis, quæ pro dicto Barto.faciunt: Secundo uerò caſu procedat opinio eorum, qui contra Bartolum tenent, quòd eccleſia non teneatur deſcendentibus, ſeu agnatis ultimi emphyteotæ concedere, ſed poſſit, cui uelit, concedere, quoniam finita linea, ſi uelit alteri concedere, iure ſuo utitur, & ideò nemini iniuriam facit l.iniuriam §.1.ff.de iniur. Et hanc opinionem tenet Ioan.de Imol.in dicto cap.fin.de feudis, & in cap.penult.de poſtulatio.prælatorum, dicitque Alexan. in dicta l.ſi mihi, & titio Romanum ita tenere in ſuis conſiliis, pluraque alia, quæ aliter non refero, pro hac ſua diſtinctione adducit, et quamuis articulus ſit hinc inde multum dubitabilis, & diſputabilis, tamen ſatis nobis pro nunc ſit ex dictis Alexan.ibi concluſionem ſupra traditam multum cor-
3 roborari, & maximè, quia † doctori benè diſtinguenti credendum eſt, cum ſecundum Senecã benè diſtinguens proximus ſit ueritati, ut ponit Salice.in l.filiæ colum.2.C.famil.
4 hærciſcund. ¶ Dici etiam poſſet in caſu noſtro, † quòd de mente ſcribentium, qui de hac materia loquuntur, & qui opinionem Bartoli ſequuntur, magis communiter eſſe uidetur, quòd hoc ius petendi inueſtituram, ſeu renouationem finita linea tranſeat, ſeu ſpectet ad deſcẽdentes per generationem ultimi emphyteotæ, ut ſi emphyteoſis uſque ad tertiam generationem fuerit conceſſa, illi de quarta generatione ad hoc petendum admittantur, ita colligitur ex gl. in d.l.1.§.permittitur, & in his terminis Barto.ibi, & in d.l.ſi mihi, & titio, & ibi Alex.in antepenult.colum.loqui uidentur, formando quæſtionem in deſcendentibus, qui ſunt de quarta generatione, nam appellatione tertiæ, ſeu quartæ generationis comprehenduntur tertij, ſeu quarti generati poſt caput familiæ, à quo generantur, atq; deſcendunt, ut per Alex.in l.quod dicitur col.24.ff.de uerb.oblig.& bonus eſt tex.in c.fœlicis, ibiq; doct.de pœn.in 6.Sed Lucia, & cæteri, qui inueſtituram, ſeu renouationem petunt, nõ ſunt de generatione, nec deſcendentia Simonis ultimi emphyteotæ, qui ſine filiis, & nepotibus deceſſit, & ad quem res tota fuit deuoluta per ius non decreſcẽdi, ſeu melius uirtute cuiuſdã ſucceſſionis, uel ex ui taciti pacti, & inueſtituræ ſic conceſſæ iuxta ea, quæ habentur per Bar.& Alex.in d.l.ſi mihi, & titio colum.antepenul.in prin.ergo ad ipſos ius iſtud petendi huiuſmodi renouationem ſpectare non poteſt: quãuis de hoc ultimo dicto ſatis dubitari poſſit, ut aliàs dixi in conſilio edito in cauſa illorum de Saſſuno: & cum hoc in caſu concluſio tradita aliis urgentioribus fundamẽtis, de quibus ſupra, poſſit corroborari, ſuper illius dicti ueritate inſiſtendum non eſſe exiſtimaui.¶Minus etiam hoc ius petendi renouationẽ prædictã competit Cæſari, & Sancti, tũ quia nõ ſunt de deſcẽdentibus Simonis, nec Iacobi, tũ quia non ſunt hæredes dicti Simonis ultimi emphyteotæ, nec dicti Iacobi, prout requiritur ad hoc, ut dictũ ius cõpetat, per ea, quæ uoluit Io.de Imol.in ſuo conſi.inci.Petrus de Pãnolini, quẽ ſequitur Alex.in d.l.ſi mihi, & titio col.pen.& in addit.

ad Bartolum in dicto §.permittitur, & plenius dixi in prædi
cto conſilio à me edito in cauſa illorum de Saſſuno.
5 ¶Subdit etiam † quantum ad hoc, ut eccleſia dicatur, ſeu
cenſeatur conſueta aliquid facere, ſeu rem certo modo con
cedere, quòd inſpici debet id, quod eccleſia ultimo loco fe
cit, non conſideratis iis, quæ prius ſæpe feciſſet, ut colligi-
tur ex iis, quæ notabiliter uoluit Bald.in l.binos C.de aduo-
ca.diuer.iudic.& eſt bonus text. in l. ſi mater C. ne de ſtatu
6 defunct. † prout quoad ius præſentandi ſemper inſpici
debet, quis aliàs ultimo præſentauerit, nam ad illum ſpe-
ctat ius præſentandi, tanquam is in quaſi poſſeſſione præ-
ſentandi eſſe dicatur, ut in capit.conſultationibus cum glo.
& ibi Anton.Abb. & alij de iure patrona. & in cap. quere-
lam de electi on. Vlterius ſuper his nolo nunc inſiſtere, ſed
omiſſis pluribus, quæ potuiſſem adducere, concludendum
eſſe arbitror in caſu occurrenti, quòd eccleſia libera ſit quo
ad facultatem concedendi, & inueſtiendi quemcunque ue
lit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſim ob lineam finitam ad dominum reuerſam dominus deſcendentibus proximioribus emphyteotæ mortui tenetur renouare, ſi re integra, & ante quam dominus alteri conceſſiſſet, illius renouationem petiiſſent:*
2 *Et quando ius renouationem huiuſmodi petendi competit hæredibus agnatis, collateralibus, & fœminis, intelligitur, ſi huius emphyteoſis regulariter ſint capaces.*
3 *Naturales, & illegitimè nati emphyteoſis eccleſiæ renouationem nec tanquam hæredes, nec tanquam proximiores, & agnati petere poſſunt:*
4 *Etiam ſi eſſent legitimati.*
5 *Niſi etiam quoad huiuſmodi bona eſſent expreſſè legitimati ab habente expreſſè etiam quoad hæc bona legitimandi poteſtatem.*
6 *Legitimandi etiam ad bona emphyteotica ſimpliciter poteſtatem habens intelligitur de bonis emphyteoticis prophanis, & priuati, non autem eccleſiæ.*

EPITOME.

EMPHYTEOSI *eccleſiæ ad ipſam eccleſiam ob finitam lineam reuerſa, ſi hæredes agnati, & collaterales, & fœminæ, naturales, & illegitimè nati illius renouationem peterent, eccleſia eam illam concedere non tenetur.*

Et legitimati etiam ad bona emphyteotica ſimpliciter ab habente poteſtatem legitimandi ad bona emphyteotica ſimpliciter non intelliguntur legitimati ad emphyteoſim eccleſiæ.

CONSILIVM CI.

IN hac cauſa paucis utendo concludo Sempronium fo-
re in emphyteoſi conceſſa ab eccleſia præferendum hæ
redibus Titij, ob cuius mortem, & lineam finitam em-
phyteoſis ad eccleſiam reuerſa fuit: Nam ultra quod dici
1 poſſet, † quòd licet aliàs, finita emphyteoſi ob lineam, & ge
nerationem finitam, dominus emphyteoſim deſcendenti-
bus emphyteotæ mortui renouare teneatur, alioquin ob
iniuriam ſic ipſis illatam poſſint appellare, ut uoluit Barto.
in l.1.§.permittitur ff.de aqua quotid.& æſti.& in l.ſi mihi,
& titio ff. de uerborum obligatio. cum ſimilib. tamen hoc
non procedat, quando dominus rem alteri cōceſſiſſet prius,
quàm proximiores deſcendentes ipſius emphyteotæ ſe re-
nouari petiiſſent, & ſic ante eorum petitionem res integra
eſſe deſiiſſet, ut uoluit Roma.in conſil.70. aliàs 68.per tex-
tum in c.1.de natu.feu.& argumento c.quamuis de reſcri-
ptis in 6.& eorum, quæ uolunt Barto.& alij in l.gallus §.&
quid ſi tantum ff.de liberis, & poſthum.loquentes de legiti-
matione filij naturalis facta, uel petita re non integra poſt
mortem patris, & facit id, quod uoluit in terminis Alexan.
in conſil.10.colum.ultim.lib.3.& idem in indiuiduo uoluit
dominus Præpoſi.in c.1.quemadmodum feud. ad fil. perti.
colum.penult.Item ultra quod dici poſſet, quòd ſoror di-
cti Titij hæres inſtituta, quæ ſe renouari petit, non eſt pro-
ximior deſcendens, & hoc ius petendi renouationem fini-
ta emphyteoſi competat deſcendentibus, Bart.in d.§.per-
mittitur, & in l.1.in fin.de priuileg.credit. & Alexan. in d.l.
ſi mihi, & titio poſt Bartolum in ulti. colu m. quæ omnia,
licet ſuper illis nonnulli contrarium uoluerint, caſui, &
concluſioni noſtræ optimè conuenirent, alia tamen firmio
ri, ac optima ratione concluſionem ſupra traditam com-
probo, Nam poſito, quòd hoc ius petendi renouationem
etiam hæredibus collateralibus, & fœminis competat ſe-
cundum aliquos in c.bonæ il 2.de poſtula.prælatorum, ta-
2 men † hoc uerum eſt, quandocunque tales collaterales
etiam fœminæ illius emphyteoſis eccleſiæ capaces eſſent,
& non aliter, ut probatur ex iis, quæ habentur per Alexan.
poſt alios in dicta l.ſi mihi, & titio in ultim.colum.cum iis,
quæ ponunt Moder.in d.c.1.ubi aliàs comprehenſi ſub in-
ueſtitura, ſi propter canonem non ſolutum ſint emphyteo
ſis incapaces, excluduntur à iure petendi renouationem fie
ri de emphyteoſi ad eccleſiam propter lineam finitam re-
uerſa, quia ſtante ceſſatione ſolutionis canonis ſunt effecti
incapaces, & excluſi dicuntur: Sed in caſu noſtro hæc ſo-
ror hæres à Titio inſtituta huius emphyteoſis eccleſiaſticæ
omnino incapax eſſe dicitur, quia eſt naturalis, & baſtar-
da, ergo nullum ius petendi dictam renouationem ſibi cō-
3 petit, † quoniam naturales, & illegitimè nati nullum poſ-
ſunt habere ius petendi, ſeu conſequendi emphyteoſim ec
cleſiæ ſeu tanquam hæredes, ſeu tanquam conſanguinei al
terius, ut in c.1.§.naturales, & ibi gloſ. & doctores ſi de feu
4 do contentio ſit inter dominum, & agna. † Et hoc proce-
dit, ueluti tex.ille cum ibi not.probat, etiam ſi naturalis, &
illegitimè natus eſſet legitimatus, quod ſequuntur docto-
res communiter ad tradita per Baldum in l. generaliter §.
cum autem, ibique Moder.C.de inſtitut.& ſubſtitu.ſub con
dit.factis, & in l.eam, quam C. de fideicommiſ. & habetur
plenè per Alexandrum, & Imolam in l.ex facto §. ſi quis ro
gatus colum.10.ff.ad trebellianum, & per Baldum, Abba-
tem, & alios maximè moder.in capitu. in præſentia de pro-
bationibus, & hoc propter dignitatem eccleſiæ, quæ huiuſ-
modi hominum genus abhorret, ut ibi, & habetur in c.la-
tor, & in cap.per uenerabilem qui filij ſint legitimi.
¶Et ſi diceretur, prædicta non procedere, quando natu-
rales eſſent expreſſè legitimati etiam quoad bona emphy-
theotica, & feudalia eccleſiæ, quia ſic legitimati poſſent
in talibus bonis ſuccedere per gloſam, & doctores in dicto
§.naturales in uerbo naturales, ergo ſimiliter poſſent reno-
5 uationem ob finitam lineam petere, reſpondetur † prædi-
cta procedere, quando fuerunt expreſſè, & ſpecialiter le-
gitimati, ut etiam poſſint in emphyteoſi eccleſiæ ſucce-
dere: item, quando fuerunt legitimati ab eo, qui habe-
bat ius, ac poteſtatem legitimandi etiam quoad bona em-
6 phyteotica, & feudalia eccleſiæ, alioquin † ſi dominus
legitimans, ut comes, uel alius haberet ſimpliciter ius le-
gitimandi ad bona emphyteotica, non cenſeretur habe-
re ius legitimandi ad bona emphyteotica eccleſiæ, ſed ad
bona tantum prophana, & priuati, requiritur enim, quòd
ſpecialiter, & expreſſè Comiti poteſtas legitimandi etiam
ad bona eccleſiæ data fuerit ad hoc, ut ad illa poſſit legiti-
mare per textum, & ibi doctores communiter in dicto cap.
per uenerabilem, & in dicto §. naturales: nam poteſtas le-
gitimandi per reſcriptum iſtis comitibus conceſſa eſt exor-
bitans, & odioſa, argumento eorum, quæ habentur in
§.pe-

§.penult. in authen. quibus modis naturales efficiantur ſui: Et non dicitur per huiuſmodi poteſtatem conceſſum, niſi illud, quòd expreſsè à principe conceſſum reperitur, ut notabiliter declarant Moder. in dicto c. per uenerabilem: ergo niſi comiti fuerit conceſſa poteſtas, ut baſtardos poſſit etiam ad bona emphyteotica legitimare, profectò id non poterit, & ad talia bona legitimatio ſua non extendetur argumento l. multum C. ſi quis alte. uel ſibi, & c. cum ſuper abbatia de offic. deleg. Sed in caſu noſtro ultra quòd prætē ſa ſoror titij non fuit ſpecialiter, & expreſsè legitimata, ut etiã in emphyteoſi eccleſiæ ſuccedere poſſit, etiam comes, qui eã legitimauit, non habuit poteſtatem legitimandi ad bona eccleſiæ, nec in ſuo priuilegio iſtud ſibi fuiſſe conceſſum reperitur, ergo uera eſt cõcluſio tradita, quòd huic ſorori ius dictam renouationem petendi non competit, & Sempronius in emphyteoſis, de qua agitur, eſt illi præferendus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ad hæredes etiam extraneos tranſit:*
Contra nu. 6. & nu. 14. ubi, quid illud uerbum ſucceſſoribus ultra uerbũ hæredibus operetur: niſi pro omnibus, et quibuſcunque ſucceſſoribus dictum eſſet nu. 15.
2 *Idem, ſi pro hæredibus ſimpliciter: ac etiam quando pro hæredibus in perpetuum conceſſa fuit nu. 5. contra nu. 6. & 16.*
Et uerbum illud in perpetuum quomodo intelligatur.
3 *Eccleſiæ res totaliter quoad utrumque dominium, & utranque poſſeſſionem, interuenientibus iuſtis cauſis, & ſolemnitatibus, alienari permittitur,*
4 *Ita, & magis in emphyteoſim concedi, ut perpetuo ad hæredes etiam extraneos tranſeat; & in quo caſu hoc uerum ſit nu. 7. & nu. 17. ubi declaratur.*
8 *Verbum hæredes in conceſſione rei eccleſiæ poſitum comprehendit ſolum deſcendentes, & non extraneos hæredes, niſi ſignum uniuerſale omnes eſſet illi adiectum.*
9 *Idem in conceſſione rei eccleſiæ in emphyteoſim datæ, & nu. 33.*
10 *Conditio, ſi deceſſerit ſine hærede, intelligitur ſine deſcendente.*
11 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus ſuis propter illud pronomen ſuis intelligitur conceſſa ſolum deſcendentibus, & hæredibus ſanguinis.*
12 *Emphyteoſis eccleſiæ regulariter ſui natura ad hæredes extraneos non tranſit, & in hoc, quando fuit conceſſa pro ſe, & hæredibus, non eſt differentia inter eccleſiam conſtantinopolitanam, & alias eccleſias, & nume. 33.*
13 *Secus eſt in emphyteoſi priuati:*
18 *Item ſecus, niſi ex pacto, & expreſsè emphyteoſis eccleſiæ etiam pro hæredibus extraneis conceſſa eſſet.*
19 *Argumentum de totali alienatione rei eccleſiæ ad conceſſionem emphyteoſis ad effectum, ut in hæredes etiam extraneos ſit tranſitoria, non procedit.*
20 *Tex. in §. licentiam in auth. de alien. & emphyt. declaratur, & illius diſpoſitionem eſſe nullam, oſtenditur.*
21 *Diſpoſitio §. emphyteoſim in authen. de non alienan. à iure canonico recepta.*
23 *Verbum perpetuum uarijs modis ſecundum ſubiectam materiam capitur.*
24 *Emphyteoſis eccleſiæ propter lineam finitam abſque facto, & ſententia iudicis ad eccleſiam reuertitur quoad dominium, & ius emphyteoticum, ſed non quoad poſſeſſionem, quæ factum requirit.*
25 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum comprehendit quoque filias fœminas etiam nuptas, quæ, ſtante ſtatuto loci fœminarum propter maſculos excluſiuo, non poſſunt admitti, niſi maſculis non extantibus, & finita linea maſculorum emphyteotæ propter obitum ultimi emphyteotæ ſine filijs defuncti, ſi adhuc ſuperſint deſcendentes per lineam fœmininam prioris emphyteotæ, emphyteoſis non dicitur finita, nec ad eccleſiam reuerſa, ſed ipſi deſcendentes per lineam fœmininam ad eam admitti debent.*
26 *Emphyteoſis eccleſiæ finita propter lineam finitam eſt agnatis emphyteotæ concedenda, & renouanda, & ſi eccleſia alios uellet inueſtire, agnati poſſunt appellare:*
Et quando, & in quibus agnatis hoc procedat nu. 29. 30. & 31.
27 *Quod uerum eſt, ſi eſſent ab ultimo emphyteota hæredes inſtituti, alias extranei hæredes inſtituti ipſis agnatis, & proximioribus præferentur:*
Limitatur hoc non procedere in emphyteoſi eccleſiæ nu. 35.
28 *Emphyteoſi finita propter lineam finitam, eccleſia poteſt filiam primi emphyteotæ inueſtire, excluſis hæredibus emphyteotæ.*
31 *Emphyteoſis eccleſiæ, & emphyteoſis priuati differunt in eo, an finita linea ad dominum reuertatur ita, quòd poſſit eã pro ſe retinere, uel agnatis, aut cuilibet concedere debeat.*
32 *Emphyteoſi ob delictum, & commiſſum emphyteotæ finita, et ad dominum reuerſa hæredes, & proximiores illius renouationem ſibi fieri petere non poſſunt.*
33 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ſui natura ſolum ad filios, & deſcendentes, non autem ad extraneos hæredes tranſit, & ſupra nu. 9. & 12.*
34 *Renouationis petendæ ius in emphyteoſi eccleſiaſtica finita ob lineam finitam non competit uſufructuario, cui etiam rei emphyteoticæ ab ultimo emphyteota relictus eſſet uſusfructus, nec hæredibus etiam extraneis, aut proximioribus agnatis tranſuerſalibus ipſius emphyteotæ.*
36 *Interdictum uti poſſidetis eſt iudicium duplex, & datur etiam poſſeſſori contra inquietantem, ac turbantem ipſum in ſua poſſeſſione.*
37 *Emphyteoſi finita, ſi emphyteota, uel hæres eius, uel alius tanquam emphyteota uelit in naturali poſſeſſione rei emphyteoticæ inſiſtere, contra illum domino, uel habenti cauſam ab eo interdictum uti poſſidetis competit:*
38 *Et hoc in caſu huiuſmodi interdictum habet etiam effectum reſtitutorium:*
39 *At ſi dominus etiam ſua ciuili poſſeſſione ſpoliatus eſſet, interdictum unde ui competeret.*
40 *Vſufructuario, cui etiam rei emphyteoticæ uſusfructus relictus fuit, & qui naturalem rei illius poſſeſſionem poſt mortem emphyteotæ fuit adeptus, ſi ratione ſuæ poſſeſſionis naturalis ipſum moleſtari contingat, competit interdictum uti poſſidetis contra quemlibet turbantem, & moleſtantem, etiam ſi eſſet dominus, qui rem ciuiliter poſſideret:*
Contra nu. 53. ubi declaratur.
41 *Quid ſi poſt mortem emphyteotæ ſoluit domino penſiones per emphyteotam debitas, & dominus illas ſimpliciter receperit, & nu. 56.*
42 *Ingreſſus in poſſeſſionem uacantem abſque dolo illam ſine uitio acquirit, nec poteſt in ea moleſtari, alioquin ipſi contra moleſtantem interdictũ uti poſſidetis competit.*
43 *Emphyteoſi per mortem ultimi emphyteotæ finita, uſufructuarius, uel hæres emphyteotæ naturalem rei emphyteoticæ poſſeſſionem uacantem apprehendere non poteſt, alias tanquam clàm à domino poſſidet, & illum in ſua ciuili poſſeſſione turbat adeò, ut dominus, uel ab eo cauſam habens in interdicto uti poſſidetis contra uſufructuarium, & hæredem prædictum obtinere debeant, ut naturalem poſſeſſionem reſtituant, & ab illa moleſtatione deſiſtant.*
44 *Ingreſſus poſſeſſionem naturalem abſentis uacantem, clam dicitur poſſidere, & ipſum abſentem in ſua ciuili poſſeſſione turbare, adeò quòd contra illum interdictum uti poſſidetis abſenti competit.*
45 *Conductor, finita locatione, denegans rem locatam reſtituere iuris remedijs illam reſtituere compellitur, ac etiam punitur.*
46 *Ingrediens poſſeſſionem uacantem, quam ad ſe non pertinere ſciat, uel ſcire debeat, illam reſtituere tenetur.*
47 *Et ſi iuſtis rationibus ad ſe ſpectare crediderit, quo remedio ad illius reſtitutionem tenebitur.*
48 *Emphyteoſi finita, dominus, uel ab eo cauſam haberes poteſt propria auctoritate illius poſſeſſionem adipiſci, & ui expellere illum, qui naturalem eius poſſeſſionem fuit ingreſſus;*
49 *Abſque eo, quod is dictam naturalem poſſeſſionem per aliquod iuris remedium poſſidere poſſit.*
50 *Expellere propria auctoritate ingreſſum ui, ſeu clàm poſſeſſionem quando liceat, & quando non.*
51 *Vſufructuarius, finito uſufructu, quare non poſſit à domino propria auctoritate eijci, & ſecus ſit in emphyteoſi finita.*
52 *Eccleſia, ſiue dominus rem alicui in emphyteoſim concedens, & in inſtrumento conceſſionis ſe illius nomine poſſidere conſtituens, transfert in eũ illam poſſeſſionem, quæ tunc penes ipſum reperiebatur, & ſi naturalis tunc penes alium erat, per conſtitutum huiuſmodi cenſetur data emphyteotæ licentia, & poteſtas illam apprehendendi, & à quocunque eam habente omni remedio eccleſiæ, & domino competenti acquirendi.*
53 *Iniuſtè poſſidens debet in poſſeſſorio retinendæ obtinere, dummodo clam, ui, uel precario ab aduerſario non poſſideat.*
54 *Vſusfructus rei emphyteoticæ, finita emphyteoſi, dicitur finitus, & uſufructuarius poſtea uolens in naturali poſſeſſione rei inſiſtere dominum turbat, & ab eo ui, & clam poſſidere dicitur.*
55 *Vſusfructus omnium bonorum ſimpliciter relictus non comprehendit rem emphyteoticam, maximè ſi poſt mortem alicuius, ob quam emphyteoſis finiri diceretur, uſusfructus eſſet relictus.*

56 *Emphyteoſi finita, ſi eccleſia, & dominus penſiones ab hærede ultimi emphyteotæ ſimpliciter receperit, quid huiuſmodi ſolutio, & receptio operentur.*

57 *Quid in ſyndico, & prælato eccleſiæ ſimpliciter, ac etiam ſcienter dictas penſiones recipiente, an eccleſiæ, & iuri ſibi acquiſito potuerint præiudicare.*

58 *Emphyteota alienans rem emphyteoticam irrequiſita eccleſia, & abſque ſaluatione iurium ipſius eccleſiæ cadit ab emphyteoſi, etiam ſi eius partem tantum alienaſſet:*

59 *Et multo magis, ſi non ut emphyteota, et tanquam rem emphyteoticam, ſed ut plenus dominus, & tanquam rem ſuam alienaſſet.*

60 *Et alienando rem ſimpliciter in dubio cenſetur in totũ, & pleno iure alienare, non autem ſolum ius, quod ipſe in re habet:*

61 *Et alienando pro parte tantum, an ab illa parte ſolum, an uerò in totum cadat.*

62 *Emphyteoſi finita propter lineam deſcendentium finitam, & ſic ipſo iure ad dominum reuerſa, emphyteota, ſeu eius hæredes propter melioramenta facta non poſſunt rem emphyteoticam retinere, ſed à domino meliorāmenta petere debent.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum intelligitur conceſſa ſolum pro hæredibus ſanguinis, & deſcendentibus:*

Et de iis poteſt intelligi, qui de iure tàm ciuili, quàm prætorio poſſunt ſuccedere, adeò ut ad fœminas quoque, & per lineam fœmininam deſcendentes tranſire ualeat.

Et ſtante ſtatuto loci fœminarum propter maſculos excluſiuo, ſi maſculorum linea per obitum ultimi emphyteotæ ſine filiis defuncti ſit finita, & ſuperſint deſcendentes per lineam fœmininam prioris emphyteotæ, dici poteſt, emphyteoſim prædictam non eſſe finitam, & ad eccleſiam reuerſam, ſed deſcendentes prædictos per lineam fœmininam tanquam poſt maſculos uocatos ad eam admitti debere.

Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa, ut ſupra, pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum ſi finita ſit, & ad eccleſiam reuerſa propter lineam deſcendentium maſculorum finitam, ſuperſtitibus uſufructuario relicto ab ultimo emphyteota, nec non agnatis illius tranſuerſalibus, & hæredibus extraneis inſtitutis, nec non filia prioris emphyteotæ, ac etiam longè proximiore ultimi emphyteotæ, qui omnes renouationem dictæ emphyteoſis petant, quòd eccleſia omnibus aliis excluſis dictam filiam, eiuſq; filios ualidè, & rectè reinueſtiuerit, demonſtratur.

Emphyteoſi finita, ſi hæres, uel uſufructuarius ultimi emphyteotæ rei emphyteoticæ poſſeſſionem naturalem apprehendens in ea inſiſtat, dominum in ſua ciuili poſſeſſione turbat, & propterea aduerſus illum domino, ſeu alteri cauſam à domino habenti interdictum uti poſſidetis competit, ut is dictam naturalem poſſeſſionem reſtituat, & à moleſtatione, & perturbatione deſiſtat, in quo dominus ipſe, & ab eo cauſam habens, non autem hæres, uel uſufructuarius prædictus obtinere debet.

CONSILIVM CII.

QVATVOR ſunt dubia in præſenti cauſa principaliter diſcutienda, Primum eſt, an ex conceſſionibus diuerſimodè factis per eccleſiam de re emphyteotica ipſa emphyteoſis ſit ad hæredes extraneos tranſitoria; Secundũ eſt, poſito emphyteoſim prædictam non eſſe ad hæredes extraneos tranſitoriam, an cenſeatur finita, & ad eccleſiam deuoluta per obitum Pauliantonij iunioris, ſeu Ioannisfranciſci eius filij, qui in infantili ætate deceſſit; Tertium eſt, dato, quòd emphyteoſis ſit finita, & ad
eccleſiam deuoluta, an eccleſia rem illam, cui uoluerit, in
emphyteoſim concedere potuerit, & an de iure magis do-
minæ Lucretiæ filiæ olim Leonardi primi emphyteotæ, &
Carolo, ac Hannibali filiis dictæ dominæ Lucretiæ, quam
hæredibus extraneis dicti Pauliantonij iunioris, ſeu Ioan-
nisfranciſci ultimo loco defuncti illam de nouo concedere
debuerit; Quartum eſt, quis debeat obtinere in iudicio
poſſeſſorij retinendæ, & ſic in interdicto uti poſſidetis in-
tentato ſuper poſſeſſione dictæ rei emphyteoticæ inter præ
fatam dominam Lucretiam, & Carolum, ac Hannibalem
ex una, & inter hæredes teſtamentarios dicti Pauliantonij
iunioris, ac illius uxorem relictam uſufructuariam ex par-
te altera. ¶ Redeo ad primum dubium, in quo primo aſpe
ctu uidetur de iure concludendum, quòd emphyteoſis ab
eccleſia conceſſa in caſu noſtro ſui natura ſit ad quoſcun-
que hæredes etiam extraneos tranſitoria: nam attenta pri-
ma conceſſione facta Leonardo de Caſtello, quæ fuit fa-
cta pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, ita uidetur eſ-
1 ſe concludendum, † quoniam licet dubium ſit inter docto
res, quando emphyteoſis eccleſiæ fuit pro ſe, & hæredibus
ſimpliciter conceſſa, an ſui natura ſit ad hæredes extraneos
tranſitoria, ut habetur per doctores in l. etiam ff. ſoluto ma-
trimonio, in l. ſi patroni ff. ad trebellianum, & in c. in præſen
tia de probationibus, & per Bartolum in l. quod dicitur ff.
de uerborum obligatio. & infra latius dicetur, tamen quan
do reperitur facta pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, docto
res uidentur concludere, quòd etiam ad hæredes extraneos
tranſeat ad hoc, ut illud uerbum ſucceſſoribus aliquid ope-
retur ultra uerbum hæredibus, ut uoluit Salicet. in l. 2. quæ-
ſtio. 20. C. de iure emphyteo. argumen. l. ſi quando in prin-
cipio ff. de legat. 1. & l. in conuentionibus ff. de uerborum ſi
gnification. facit etiam id, quod notabiliter decidit Bald. in
c. 1. in princip. in penult. colum. de prohib. feu. alien. per Fe
der. & in c. 1. §. donare colum. 2. qualiter feud. olim pot. alie
na. & per eundem Baldum in l. 1. quæſtio. 30. ff. de rerum di
uiſio. ubi uoluit, quòd conceſſio pro ſe, & quibuſcunque ſuc
ceſſoribus dicitur tranſitoria etiam ad ſingulares ſucceſſo-
res, & ſic ad quoſcunque extraneos, & legatarios argumen
2 to d. l. in conuentionibus. ¶ Præterea & ſecundo † ex quo
in caſu noſtro facta fuit conceſſio in emphyteoſim ultimo
loco, & pluribus uicibus pro ſe, & hæredibus, uidetur, quòd
ad omnes hæredes, & ſic ad extraneos etiam tranſeat, quia
hæredum appellatione extranei quoque comprehendun-
duntur, qui in uniuerſum ius ſuccedunt, l. hæreditas, l. hære-
dis appellatio, l. hæredis appellatione, & l. ſciendum ff. de
uerborum ſignificatio. l. in annalibus C. de legat. Barto. in l.
gallus §. etiam ff. de liber. & poſthum. & quamuis plures do
ctores tenuerint, quòd quando emphyteoſis eccleſiæ eſt
conceſſa pro ſe, & hæredibus, intelligatur ſolum conceſſa li
beris, & deſcendentibus, non autem extraneis hæredibus,
tamen uerior illa opinio uidetur, quòd etiam ad hæredes
extraneos tranſeat per textum in §. licentiam in authen. de
alien. & emphyteo. ubi glo. hoc tenet, & in §. emphyteoſim
in authen. de non alienan. ibique hoc ſequitur Angel. poſt
Iacobum de Beluiſ. gloſ. in authen. ſi quas ruinas C. de ſa-
croſanctis eccleſ. & ibi Cyn. Petr. Bald. & Bartol. in authen.
perpetua C. eodem titu. Specul. in titu. de locato §. nunc
uerò aliqua verſicu. 102. & 105. Bald. in l. 1. in quæſtio. 11.
C. de iure emphyteotico, Abb. & Imol. in capitu. in præ-
ſentia extra de probationibus, ubi Felinus hanc opinio-
3 nem in puncto iuris ueriorem eſſe dicit: Et † præſertim
quia ſi res eccleſiæ totaliter alienari permittitur quoad
utrunque dominium, & utranque poſſeſſionem interue-
nientibus cauſis iuſtis, & ſolemnitatibus, ut habetur in ſum-
ma 12. quæſtio. 2. & ibi in c. ſine exceptione, c. nulli cum
4 ibi notat. de rebus eccleſiæ non alienand. cum ſimilibus, † à
fortio-

fortiori, uel ſaltem pariter in emphyteoſim concedi pote-
rit,ut perpetuo etiam ad hæredes extraneos tranſeat, quia
eccleſia per conceſſionem in emphyteoſim minus lædi dici
tur,quàm per totalem alienationem,cum eccleſiæ in re em
phyteotica dominium directum,& ciuilis poſſeſſio reſeruē
tur iuxta not.in l.ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum ff. com-
mod.& per Baldum,& Moder.in rub.et in l.1.C.de iure em
phyteo.item ipſi eccleſiæ annuatim pro uſu rei,ſeu in reco
gnitionem directi dominij emphyteota certam penſionem
ſoluere tenetur c.potuit de loca.& §.adeò inſtitu.de loca.
& conduct.cum ſimilibus,& hæc fuit ratio do. Antonij, &
aliorum in d. c. in præſentia. Præterea text.in d. §. licen-
tiam, qui hoc probat, & diſponit, non reperitur nec per
ius canonicum,nec per aliud ius ciuile,ut per d. §. emphy-
teoſim, improbatus,neque correctus,ergo ſtare non prohi
betur argumento l.ſancimus C.de teſtamen. & l.præcipi-
5 mus C.de appellatio. Rurſus † ex quo conceſſio ab eccleſia
fuit in perpetuum facta pro hæredibus, debet intelligi, ut
ſit ad quoſcunque hæredes trãſitoria,quia uerbum perpe-
tuum in hac materia exponitur, hoc eſt ad quoſcunque
tranſitorium argumento tex.in §. ultimo, & in §.neque il-
lud in authen.de non alienan.& in §.ſi uerò quædam in au
then.de alien.& emphyteo.& ita eſt de mente Soci. in con
ſil.266.incipien.in cauſa,quæ uertitur: & hanc partem ſe-
quitur Petr.de Ancha.in conſil. 323.incipien.diſcurrit &c.
& plures alij,quos refert Felin.in d.c.in præſentia.

6 ¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, † contrariam opinio-
nem dico ueriorem eſſe,& ſequendam in conſulendo, & iu
dicando,quia eſt magis communis,& illam tanquam com-
munem ſequuntur infiniti doctores maximæ auctoritatis,
uidelicet Barto.in d.l.etiam,ibique Alexan.ff.ſolut.matrim.
in d.l.quod dicitur,& ibi Alexan. ff. de uerborum obligat.
& in l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi ff.de operis libertorum, &
Bald.in l.liberti C.eodem titu.& hanc opinionem eſſe com
munem,& ſequendam plures optimæ fidei atteſtãtur, Bal.
in d.c.in præſentia colum.4.Alexan.in d.l.etiam, in l.quæ-
dam §.nihil ff.de eden.in l.ſi patroni poſt Bartol. ff. ad tre-
bellianum,& in d.l.quod dicitur, idem uoluit Deci. in d.c.
in præſentia colum.20. quare cùm ſit communis, illam in
iudicando,& conſulendo ſequi debemus per ea, quæ ſcri-
bentes communiter uolunt in c.1.& in c.ne innitaris de cõ
ſtitutionibus cum ſimilibus, & ita in terminis dixit Petr. de
Anchara.in conſil.223.Alexan.in d.l.etiam,in d.l.quod di-
citur,& in d.l.ſi patroni:& ultra doctores præallegatos hãc
partem tenent Specu.in titu.de loca.in §.nunc uerò aliqua
uerſic.13.Bart.in l.ſi tibi §.ſi pactus ff.de pactis, & in l.gal-
lus §.quidam rectè ff.de liber.& poſthum. Bald.in l.ſi in per
ſonam C.de fideicommiſ.Salice.in l.2.quæſtio.20.C.de iu
re emphyteo.Calder.in conſil.6.in titu.de locato,Anchar.
in d.conſil.123.incipien.plenè,& ſubtiliter, Ioan.de Fantu
ciis in §.perpetua 10.quæſtio.2.Ioan.And.& Moder. in d.
c.in præſentia,Bal.in l.2. C.de ſuis, & legitimis, & in l.fin.
C.de hæredibus inſtituend.in c.literæ colum. penult. extra
de dilatio.in l.cum uirum C.de fideicommiſ.in l.aſſiduis C.
qui potio.in pigno.habean.& in l.uſumfructum ff.ſolut. ma
trimo.Quæ opinio fundatur primo per textum in §.emphy
teoſim in authen.de non alienan.aut permutan.rebus, ubi
uidetur caſus,neque eſt ille text. correctus per d. §. licen-
tiam,niſi quoad numerum ſucceſſorum,& deſcendentium,
& ſic quoad tempus,non autem quoad qualitatem ſucceſ-
ſorum,ut dicit Alexan.in conſi.9.lib.2.Deci.in d.c.in præ-
ſentia colum.20.& Calder. in d.conſil.6. quicquid dixerit
glo.in d.§.licentiam,& in §.alienationis in authen. de non
7 alienan. Præterea † ſpeciale eſt, ut res eccleſiæ in emphy-
teoſim conceſſa etiam ad extraneos hæredes tranſire poſ-
ſit,quando res ſterilis fuit in emphyteoſim conceſſa ad me
liorandum,& cum effectu meliorata fuerit,ut eſt text. in c.
ad aures,ibique Imol.Abb.& moder.extra de rebus eccleſ.
non alien.ergo regulariter ſecus erit argumento l.ius ſin-
gulare,& l.quod uerò ff.de legibus,c.ea,quæ de regul.iur.
in 6.& hanc partem Deci.in d.c.in præſentia colum. 20.la
8 tè defendit,ubi Bald. in 4. colum. dicit, † quòd quando in
conceſſione rei eccleſiæ indefinitè ponitur uerbum hæredi
bus,ſolum deſcendentes,& non extranei hæredes compre
henduntur,ſecus ſi cum ſigno uniuerſali apponeretur,uide
licet pro ſe,& omnibus hæredibus:& ita debet intelligi id,
quod not.Cyn.in d.l.liberti, libertæque C.de oper. liberto.
& Dyn.in l.ex facto §.fin.ff.ad trebellia.& Ioan.de Imol.ibi
dicit hanc eſſe communem opinionem,& in d.c.in præſen-
tia inquit, tutum non eſſe ab ea recedere: quæ opinio ita
etiam confirmatur, nam quamuis hæredum appellatione
9 extranei quoque regulariter ueniant,ut ſupra, † tamen hoc
fallit fauore eccleſiæ,quando de hæredibus ſimpliciter in
conceſſione rei datæ in emphyteoſim mentio facta eſſet,ne
contingeret rem eccleſiæ nunquam ad ipſam reuerti,ſicuti
in ſimili dicimus in caſu l.ex facto in fin.ff.ad trebellia.cum
10 ibi not. † ubi illa conditio ſi deceſſerit ſine hærede, intelli-
gitur hoc eſt ſine deſcendente, & ſic de hærede ſanguinis,
& hoc fauore conſanguinitatis ſecundum Baldum in d.c.in
præſentia colum.5.in uerſic.modo capio: & ſecundum ali
quos ſi intelligeretur de quolibet hærede etiam extraneo,
nunquam,uel raro dicta conditio deficere poſſet,ut ibi ha-
betur:ita in caſu noſtro fauore eccleſiæ de hærede ſangui-
nis debet intelligi,ueluti etiam uoluit Io. de Imol. & Alex.
in d.l.quod dicitur colum.antepen.¶ Præterea licet quan-
do emphyteoſis eſt conceſſa pro ſe, & hæredibus ſimplici-
ter,poſſet dici conceſſa pro hæredibus etiã extraneis,quo-
niam appellatione hæredum omnes hæredes comprehen-
duntur per ſupradicta,& l.ſi pactum,& l.fin. ff.de probatio.
& l.ſtipulatio iſta in princip. & in §. ſi quis ita ff. de uerbor.
obligatio.& ita intelligatur opinio illorum,qui dicunt,em-
phyteoſim conceſſam pro ſe,& hæredibus intelligi conceſ-
11 ſam pro omnibus hæredibus etiam extraneis, † tamen quan
do ab eccleſia fuit conceſſa pro ſe,& hæredibus ſuis, debet
intelligi conceſſa ſolum hæredibus ſanguinis,& deſcenden
tibus illius,cui fuit conceſſa; ita enim ſonare uidetur illud
pronomen ſuis, quia extranei ſui hæredes non dicuntur §.
ſui inſtitu.de hæred.qualit.& differen. & ita uidetur tenere
Specul.in d.titu.de locat.§.nunc uerò aliqua in uerſi. 113.
et Vber.de Bobio,quem refert ibi Io.Andr. & cum eo reſi
det;& ita etiam uelle uidetur Bart. in d.l.gallus §. etiam ſi à
parente.Et quamuis Io.de Imola in d. l. quod dicitur con-
trarium uelle uideatur regulariter in qualibet eccleſia, præ
terquam in Conſtantinopolitana, ut ibi refert Alexan. ta-
men ipſe in hoc ſe fundat,quia emphyteoſis eccleſiaſtica re
gulariter ſui natura eſt ad hæredes etiam extraneos tranſi-
toria,ſed non emphyteoſis Conſtantinopolitana,per tex.in
§.1.in authen.de alien.& emphyt.Quæ ratio eſt falſa,quo-
12 niam † non diſcedendo à communi doctorũ ſententia em-
phyteoſis eccleſiæ regulariter ſui natura ad hæredes extra
neos non tranſit,& ſic in hoc non eſt differentia inter eccle
ſiam Conſtantinopolitanam, & alias eccleſias, ut uolunt
Bar. Alex.& alij in d.l.ſi patroni, et in d.l.etiam cum alijs ſi-
13 mil. ſupra allega. † Secus tamen eſſet in emphyteoſi à pri-
uato conceſſa alicui pro ſe,et hæredibus ſuis, quia tunc ex-
tranei quoq; hæredes comprehenderentur per Bar.in locis
præalleg.et per Spec.in d.uerſ.113.Et cũ hæc ſecunda opi
nio ſit cõis, ulterius ſuper illius comprobatione non inſiſto.
Supereſt ſolum,ut adductis in contrariũ reſponſum detur.
¶ Non obſtat in primis, quòd ex quo emphyteoſis in caſu
noſtro fuit conceſſa pro hæredibus,& ſucceſſoribus, debet
etiam pro hæredibus extraneis intelligi conceſſa ad hoc, ut

uerbum ſucceſſoribus aliquid ultra uerbum hæredibus operetur, ut uoluit Salice. in d.l. 2. C. de iure emphyteot. cum
14 aliis præallegatis, quia reſpondeo, † quòd, præſuppoſita illa opinione pro uera, quòd emphyteoſis eccleſiæ ſui natura ad hæredes extraneos non ſit tranſitoria, niſi expreſsè pro illis etiam fuiſſet conceſſa, ut infra dicetur, & communiter tenent doctores ſupra relati, ſequitur, quòd ſi fuit conceſſa pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſimpliciter, debet in dubio intelligi ſecundum ſuam naturam conceſſa, uidelicet pro hæredibus, & ſucceſſoribus ſanguinis, & ſic pro deſcendentibus tantum: Et uerbum ſucceſſoribus ultra uerbum hæredibus operabitur, nam uerbum hæredibus intelligetur de iis deſcēdentibus, qui de iure ciuili ſuccedere poſſunt, uerbum uerò ſucceſſoribus de illis deſcendentibus, qui de iure prætorio admitti poſſunt, ut ſunt ij, qui per lineam fœmininam deſcendunt, ac emancipati, qui de iure prætorio ex capite cognationis deſcendunt, & ad emphyteoſim eccleſiæ etiam de iure admittuntur, ut probatur in d.§. emphyteoſim in authen. de alien. & emphyt. iuncto §. 1. & hæc habentur per Alexan. in d.l. quædam §. nihil in 1. colum. & in dicta l. quod dicitur colum antepenult. ex cuius uerbis hæc reſponſio colligitur ibi poſt Imolam, qui dicit, uerbum hæredibus intelligi de iure ciuili, uerbum uerò ſucceſſoribus de iure prætorio intantum, quòd appellatione ſucceſſorum non ſingulares ſucceſſores, ſed ſolum uniuerſales
15 comprehenduntur, † niſi dictum eſſet, pro omnibus, & quibuſcunque ſucceſſoribus, tunc enim etiam extranei hæredes, ac ſingulares comprehēderentur per not. per Bald. in uariis in locis ſupra allegatis, & in d.c. in præſentia col. 4. & per Alexan. in d.l. quædam §. nihil. ¶ Secundo reſpondeo, quòd dato, ſed non conceſſo, per illud uerbum ſucceſſoribus comprehendi etiam extraneos hæredes, & ſingulares ſucceſſores, ut per Salicet. in d.l. 2. tamen ex quo poſt conceſſionem factam dicto Leonardo, cui ſic conceſſio facta fuit, ſæpius, ac diuerſis deſcendentibus Leonardi fuit facta conceſſio pro hæredibus ſuis tantum abſque illo uerbo ſucceſſoribus, uidelicet bis Pauloantonio filio dicti Leonardi, & ſemel alteri Pauloantonio iuniori nepoti dicti Pauli antonij primo nominati, per quæ uerba emphyteoſis conceſſa dicitur ſolum pro hæredibus ſanguinis, & ſic pro deſcendentibus, ut uolunt doctores communiter, ueluti ſupra dictum fuit, ſequitur, quòd attentis his ultimis conceſſionibus concludi debet, hanc emphyteoſim ſolum ad deſcēdentes, & non ad extraneos hæredes tranſire poſſe, & expoſtfacto Paulusantonius antiquior, & iunior recipiendo pro hæredibus ſuis ſimpliciter, potuerunt ſuis hæredibus extraneis præiudicare, faciendo non tranſmiſſibile ad hæredes extraneos id, quod ad illos antea erat tranſmiſſibile, quoniam factum defuncti nocet hæredi l. ſi pactum ff. de probatio. & l. pro hæreditariis C. de hæred. actio. cum uulgaribus: nam ſi ipſi uoluiſſent hæredes quoque ſuos extraneos admitti debere, hoc expreſſiſſent, uel ſaltem iiſdem uerbis, quibus Leonardus pater uſus fuit, ipſi etiam uſi fuiſſent, quod cum nō fecerint, uidentur uoluiſſe hæredibus ſuis extraneis, prout potuerunt, præiudicare argumento c. ad audientiam in hu. de decimis, & l. unica §. ſi uerò C. de cadu. tollen. cum ſimil. ¶ Secundo non obſtat, quòd ex quo conceſſio ſimpliciter pro hæredibus facta fuit, ea debet ad extraneos tranſire, & ſecundum Felinum poſt plures, quos ipſe refert in d.c. in præſentia hæc opinio in puncto iuris eſt uerior, & illam ſequitur Alexan. in conſi. 189. colum. 4. lib. 2. quia reſpondetur
16 primo, † quod contraria opinio eſt uerior, & magis communis, & in iudicando, & conſulendo ab ea recedere tutum non eſſet, ut ſupra dixi. Secundo reſpondeo, illam opinionem poſſe procedere, quando emphyteoſis eſſet pro hæredibus ſimpliciter conceſſa, ſecus ſi pro hæredibus ſuis, ut in caſu noſtro per ſupradicta. ¶ Non obſtat illa ratio, quam refert Felin. in d.c. in præſentia, & Alexan. in d. conſil. 189. quòd ex quo res eccleſiæ cum cauſa, & ſolemnitate debita poteſt alienari quoad directum, & utile dominium, & quo ad naturalem, & ciuilem poſſeſſionem, & ſic pleno iure, ut in omnes hæredes illius, cui facta fuit alienatio, tranſeat, ut ſuti habetur in ſumma, & in c. ſine exceptione 12. quæſt. 2. cum ſimilibus, ita magis poterit in emphyteoſim concedi, ut ad extraneos etiam hæredes tranſeat, quoniam ſic minus eccleſiæ, quàm in primo caſu præiudicaretur: quia reſpon-
17 deo, † quòd hæc ratio infert quidem, quòd res eccleſiæ ex cauſa, & cum ſolemnitate debita poſſit alicui in emphyteoſim concedi, ut ad extraneos etiam hæredes ſuos, quando expreſsè fuiſſet actum, ut ad illos quoque tranſiret argumēto d.§. licentiam, ubi res eccleſiæ poteſt in emphyteoſim in perpetuum concedi, hoc expreſsè agendo, quod importat idem, quod ſi fuiſſet expreſsè pro hæredibus extraneis conceſſa ſecundum gloſam in §. alienationis, & in §. emphyteoſim in auth. de non alienan. ſed non infert, quòd ſi res fuiſſet conceſſa pro ſe, & hæredibus ſuis ſimpliciter, ad extraneos quoque hæredes tranſeat, tum fauore eccleſiæ, ut ſupra, tum quia hoc poſſet procedere, quando pro hæredibus ſimpliciter abſque illo pronomine ſuis conceſſa eſſet:
18 Et † quòd emphyteoſis eccleſiæ, quæ ſui natura non eſt ad hæredes extraneos tranſitoria, poſſit ex pacto, ac expreſsè pro hæredibus etiam extraneis concedi, probatur in c. ad aures de rebus eccle. non alienan. & ita poteſt intelligi d.§. licentiam, & hoc uoluit expreſsè Bal. in l. 1. C. de iure emphyteo. & in d.l. etiam ff. ſolut. matrimo. & in d.c. in præſen-
19 tia colu n. 4. ¶ Secundo reſpondeo, † quòd argumentum de totali alienatione ad conceſſionem in emphyteoſim non procedit, quoniam quando in totum fit alienatio rei eccleſiæ, nulla eſt ratio, quare in hæredes etiam extraneos non transferatur: At quando eccleſiæ remanet directum dominium, & ciuilis poſſeſſio in caſu, quo res eccleſiæ pro ſuis hæredibus ſimpliciter fuit in emphyteoſim cōceſſa, ratio ſuadet, quòd ad hæredes extraneos non trāsferatur, tum quia nō dicūtur ſui, ut ſupra, tum ne illud directū dominium, ac ciuilis poſſeſſio, quæ penes eccleſiam remanent, ſemper ſint inutilia, ſicut dicitur de uſufructu in l. 3. §. ne tamen ff. de uſufru. & in l. cum antiquitas C. eo. & hoc eſt de mente Romana. in d.l. etiam, & Areti. in d.c. in præſentia, ubi Bal. inquit, quòd de iure, & de facto illa uerba pro hæredibus ſuis fauore eccleſiæ interpretantur pro hæredibus ſanguinis, & ſic pro deſcendentibus tantum; & hæc fuit etiam reſponſio Petri de Ancha. in conſi. 133. incipien. plenè, & ſubtiliter. ¶ Tertio reſpondeo, quòd eccleſia in totali alienatione rei conſequitur pretium, ſeu rem aliam, quæ rei ipſius eccleſiæ æquiualeat, & ſic utilitati, & neceſſitati eccleſiæ conſulitur, quod non eſt in emphyteoſi eccleſiæ, quæ ſub modica penſione datur ad meliorandum per Bartolum in d.l. 1. C. de iure emphyteo. & in l. ſi mihi, & titio ff. de uerbor. obligat. Vnde iuſta cauſa, quæ in libera, & totali alienatione conſideratur, non uidetur poſſe ad emphyteoſim adaptari; ita in terminis reſpondet And. Barba. in ſuo conſi. pen. lib. 1. qui ſecundum hanc opinionem dicens illam eſſe communem conſuluit. ¶ Non obſtat tex. in d.§. licentiam, ſuper quo tenentes contrariam opinionem ſe fundant, quia doct. com-
20 muniter reſpondent † illum tex. nihil diſponere circa qualitatem ſucceſſorum, de quibus in d.§. emphyteoſim, ſed ſolum circa tempus, & numerum ſucceſſorum, ut per Alex. in d. conſi. 9. lib. 2. et per Bal. omneſq; modernos in d.c. in præſentia, ut fuit de mente Ioan. Andr. quem Abb. ibi refert, et Decius ibidem colum. 20. optimè hanc reſponſionem comprobat, aliaſque etiam reſponſiones ponit. Reſpondeo etiam, quòd diſpoſitio dicti §. licentiam, quæ magis ad damnum

rum eccleſiæ tendit,uidelicet ut perpetuo in emphyteoſim
concedi poſſit, ita quòd ad extraneos quoq; hæredes tran-
ſeat contra id,quod iura in fauorem, & utilitatem eccleſiæ
introduxerunt,uidelicet quòd res eccleſiæ nō poſſit perpe-
tuo concedi, nec ut ad extraneos hæredes tranſeat,ueluti
habetur in dicto §. emphyteoſim cum ſimilibus, dicitur
eſſe ipſo iure nulla, neque ad deciſionem cauſarum alle-
gari meretur, quia cum diſponat expreſsè ſuper rebus ec-
cleſiæ, ex defectu poteſtatis nullius eſt momenti, cum ſit
lex ciuilis,& ſecularis ad textum notabilem in cap. eccleſia
ſanctæ Mariæ de conſtitutionib. & habetur in c. quæ in ec-
cleſiarum eodem titu.& in c. fin. de rebus eccleſ.non alien.
Et ſi diceretur,quòd idem eſſet dicendum de text. in dicto
§. emphyteoſim,cum & illius diſpoſitio ſit diſpoſitio legis
ciuilis, reſpondetur, quòd ex quo illa diſpoſitio emana-
uit ad fauorem, & utilitatem eccleſiarum, ut ibi habe-
tur maximè in principio, ea fuit per ius canonicum rece-
pta,& approbata,ergo diſpoſitio iuris canonici eſſe cenſe-
ſetur, quia omnia noſtra facimus, quibus auctoritatem
noſtram impartimur l. 2. §. omnia noſtra C. de ueter. iure
enuclean.& argumento eorum,quæ habentur in capitu. 1.
21 & 2. de noui operis nunciatio. † Quòd autem diſpoſitio
d.§.emphyteoſim ſit à iure canonico recepta, & approba-
ta,probatur in c.nulli de rebus eccleſ. non alienand. ubi in
materia alienationis rei eccleſiæ recipitur, & approbatur
conſtitutio Leonis,de qua in l.ſancimus la 2.C.de ſacroſan.
eccleſ.ad cuius interpretationem, & extenſionem emana-
uit diſpoſitio poſita in authen. de non alienan. aut permu-
tan.rebus per totum,& maximè in dicto §.emphyteoſim,ut
patet ex præambulo illius legis,& ibi per totum: Ergo cum
lex Leonis fuerit à iure canonico recepta,& approbata d.
c.nulli,dicitur ſimiliter recepta, & approbata lex illa, quæ
ad eius declarationem,& interpretationem emanauit,cum
dicatur eſſe pars legis interpretatæ, & omnia dicta de lege
interpretata cenſeantur dicta de lege interpretante,& om-
nia, quæ habentur in lege interpretante, cenſeantur poſi-
ta in l.interpretata,ut in l.omnes C. de præſcriptio. trigin-
ta annorum,§.final. in authen. de fil. ante dota. inſtrumen.
natis:& hæc fuit reſponſio Aretini in dicto cap. in præſen-
tia:quæ reſponſio non conuenit textui in dicto §.licentiam,
quia eius diſpoſitio non reperitur aliquo modo à iure cano
nico recepta,nec approbata,nec ad interpretationem con
ſtitutionis Leonis,aut alterius legis, ſed principaliter ſuper
rebus eccleſiæ diſponendo emanauit, ut ex illo textu colli-
gitur:Et hæc reſponſio placet,illam corroborando, ut facit
Decius in dicto capitu.in præſentia colum. 21.

¶ Secundo reſpondetur,quòd id, quod habetur in dicto c.
eccleſia ſanctæ Mariæ,procedit in aliis legibus ſecularibus
inferiorum,ſeu ab inferioribus latis, prout textus in dicto c.
eccleſia ſanctæ Mariæ loquitur de quadam conſtitutione
Baſilij, ſed non habet locum in legibus Imperatorum, quæ
in fauorem, & utilitatem eccleſiæ emanarunt, quia tales
cenſentur approbatæ,& ſeruari debent,ut uoluit Hoſtienſ.
in capitu. final. extra de ſolutio. maior enim eſt poteſtas
Imperatoris,& principis erga eccleſias,quàm inferioris ſe-
cularis,ut in ſimili quæſtione notabiliter dicit Bald.in l.pla-
cet,ibi tu dic C.de ſacroſanct.eccleſ. & habetur per Barto-
lum in l.ſi diuina domus C.de exacto.tribu.lib. 10.& ita re-
ſpondet Andr.Barbat.in dicto conſilio penultimo: quæ re-
ſponſio non eſt multum tuta, eiuſque ueritas dependet ab
iis,quæ habentur per doctores in dicto capitu.eccleſia ſan-
ctæ Mariæ, & cap.quæ in eccleſiarum de conſtitutio.

¶ Non obſtat, quòd ex quo conceſſio in emphyteoſim in
caſu noſtro facta fuit in perpetuum,debet intelligi,ut etiam
ad extraneos hæredes tranſeat, quia ita importat uerbum
illud perpetuum, ſeu talis eſt natura conceſſionis factæ in
22 perpetuum,ut ſupra: quia reſpondetur, † illud uerbum
perpetuum intelligi poſſe,uidelicet uſque in tertiam gene
rationem,ut dicitur in d.§.emphyteoſim:quæ reſponſio li-
cet ab Alexandro impugnetur in d. l. etiam ff. ſolut. matri-
monio,tamen defenditur à Decio in d. c. in præſentia co-
23 lum. 20.ut ibi per eum. Secundo reſpondeo,quòd † uerbum
perpetuum uariis modis capitur, & intelligitur ſecundum
ſubiectam materiam,ut habetur per gloſam in §. perpetua
10.quæſt. 2.& in authen.ſi quas ruinas C.de ſacroſanc.ec-
cleſ. modo enim capitur pro tempore triginta annorum,
modo donec quis uixerit,modo quamdiu penſio ſoluetur,
& modo uſque in tertiam,ſeu quartam generationem, ut
not. per gloſam in locis proximè allegatis.

¶ Et ex prædictis liquidò conſtat hac opinionem eſſe uerio
rem,& illam doctores communiter ſequuntur:quo fit,ut in
iudicando,& conſulendo præualere debeat, ut dicit Deci.
in d.c.in præſentia colum. 20.poſt plures doctores maximæ
auctoritatis ab eo allegatos,qui idem affirmant:& ita ſem-
per conſuluit,& affirmauit Alexan.in ſuis conſiliis,uidelicet
in conſil. 23.lib. 1.& in conſil. 80.colum.antepenult. & pe-
nul.& in conſi.9.lib.2.in conſi. 21.in princip.4.colum.lib.5.
& in conſil. 83. lib. 7. Et licet contrarium dixerit in con-
ſil. 189.colum.4.lib.2. tamen quicquid ibi dixerit, contra-
rium eſt uerius,ueluti ipſe in pluribus aliis conſiliis determi
nauit: Vel id,quod dixit in dicto conſi. 189.debet intelligi,
quando expreſsè actum, & conuentum eſſet, quòd ad ex-
traneos quoque hæredes tranſiret, uel dictum fuiſſet pro
hæredibus quibuſcunque,nam tunc doctores communiter
tenent, quòd ad extraneos tranſire poſſit per textum in d.
§.licentiam,& habetur per Baldum in d.l.etiam,in d.l. 1.C.
de iure emphyteo.& in d.c.in præſentia colum. 4. Et hæc
quoad primum dubium ſufficiant. ¶ Capio ſecundum,an
in caſu noſtro per obitum Pauliantonij iunioris, ſeu Ioan-
nisfranciſci infantis eius filij emphyteoſis cenſeatur finita,
& conſequenter ipſo iure ad eccleſiam reuerſa,& deuolu-
24 ta, † quoniam emphyteoſis propter lineam finitam ipſo iu-
re ad eccleſiam reuertitur, & deuoluitur abſque facto, &
ſententia iudicis per Paulum de Caſtro in conſi. 133. quo-
ad dominium uidelicet,& ius emphyteoticum, non autem
quoad poſſeſſionem,quæ factum requirit,hoc eſt,ut appre
hendatur iuxta l.cum hæredes ff.de acquirend.poſſeſſio.&
hoc maximè uerum eſt in emphyteoſi eccleſiæ, in quam
dominium,& ius rei ipſo iure abſque traditione, ſeu appre
henſione actuali transfertur,ut eſt text.cum ibi not. per glo
ſam in l.fin.C.de ſacroſanct.eccleſ. ſed non poſſeſſio, ut ibi
per gloſam. Huius dubij reſolutio dependet à reſolutio-
ne primi dubij,quoniam ſi emphyteoſis in noſtris terminis
dicitur conceſſa ſolum pro hæredibus ſanguinis,& deſcen-
dentibus,ut doctores magis communiter uelle uidentur, &
ita ſupra tenui, & comprobaui,dicetur eſſe finita,& ad ec-
cleſiam ipſo iure deuoluta,nam linea deſcendentium Leo-
nardi de Caſtello,& Pauliantonij antiquioris, ac iunioris,
& Ioannisfranciſci infantis filij Pauliantonij iunioris, qui
ultimo loco deceſſit,defecit, & extincta eſt, & ſic nulli am-
plius ſuperextant liberi,& deſcendentes ſui,qui ad emphy-
teoſim prædictam poſſint admitti. ¶ Vel fortè poſſet at-
25 tentari,quòd † dicta emphyteoſis non ſit finita, nec ad ec-
cleſiam deuoluta, ex quo ſuperſunt deſcendentes Leo-
nardi prioris emphyteotæ per lineam fœmininam, uideli-
cet Carolus, Hannibal, & fratres de Gandulphis median-
te domina Lucretia eorum matre filia dicti Leonardi: im-
mò ex quo adhuc ſupereſt dicta domina Lucretia filia ip-
ſius Leonardi, non dicitur linea deſcendentium Leo-
nardi finita, & conſequenter emphyteoſis non dicetur
finita, neque ad eccleſiam deuoluta: ex quo enim em-
phyteoſis fuit Leonardo conceſſa pro ſe, & hæredibus,

& ſucceſſoribus ſuis in perpetuum, ut patet in inſtrumento conceſſionis, ea dicitur conceſſa pro hæredibus ſanguinis, & deſcendentibus, qui poſſunt ſuccedere tàm de iure ciuili, quàm de iure prætorio, ueluti ſupra dixi in primo dubio; Et appellatione deſcendentium, & hæredum ſanguinis filiæ quoque fœminæ comprehenduntur, quia & ipſæ de deſcendentibus dicuntur, ut habetur per Modernos in l. fœminæ ff. de regu. iur. & ſecundum Alexand. in l. penult. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum deſcendentium appellatione ueniunt filiæ nuptæ, quæ & de agnatione, & de genere patris eſſe dicuntur l. 1. ff. de iure immunit. & traditur per Dominicum de ſancto Geminia. in c. ſtatutum il 2. de hæreti. in 6. & uideas omnino Alexan. in conſil. 160. lib. 2. qui dicit, non ſolum filiam, ſed etiam omnes per fœminam deſcendentes comprehendi, ergo cum adhuc domina Lucretia filia dicti Leonardi, & filij ipſius ſuperſint, non dicitur linea deſcendentium Leonardi finita, & conſequenter emphyteoſis conceſſa Leonardo pro ſe, & ſuis deſcendentibus in effectu in perpetuum, hoc eſt, donec extent aliqui de deſcẽdentibus ſuis in infinitum, ut uoluit Bal. in l. ſi in perſonam in fin. C. de fideiuſſo. & in d. l. etiam, ibíque docto. Ange. & gloſ. in authen. ſi quas ruinas C. de ſacroſan. eccleſ. & Imo. in c. potuit de locato: Et ideò finita linea maſculina dicti Leonardi, deſcendentes per lineam fœmininam, hoc eſt filia, & filij ipſius filiæ tanquam uocati poſt maſculos deſcendentes debent ad hanc emphyteoſim admitti, non autem extranei hæredes, nec ipſa eccleſia, tanquam emphyteoſis ſit finita: Nam donec ſuperfuerunt deſcendentes maſculi, non potuerunt deſcendentes fœminæ admitti propter diſpoſitionem ſtatuti huius ciuitatis, quæ fœminas propter maſculos excludit, à cuius ſtatuti diſpoſitione etiam in terminis noſtris interpretationem recipimus, ut eſt de mente Bartoli in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi in 2. colum. uerſic. puto igitur ff. de operis libertorum, qui inquit, quòd quando ex uirtute uerborum filiæ, ſeu deſcendentes per fœminam ad emphyteoſim ſimul cum filiis, ſeu deſcendentibus maſculis uocantur, deberent ſimul admitti, ſed ſtante ſtatuto fœminas à ſucceſſione propter maſculos excludente, fœminæ extantibus maſculis non poſſunt admitti, ſed illis non extantibus ſucceſſiuè admittuntur, & faciunt ea, quæ habentur per Alexandrum in conſil. 119. in fin. penul. colum. cum ſequen. lib. 5. At in caſu noſtro per uerba conceſſionis, & attenta uerborum conceſſionis proprietate tàm fœminæ, quàm maſculi filij ipſius Leonardi admitti debebant, quoniam facta fuit conceſſio per uerba omnibus pariter conuenientia, ut dixi in primo dubio, & deſcendentium appellatione ita ueniunt filiæ fœminæ, & deſcendentes ex eis, ſicut filij maſculi, & deſcendentes ex eis, ut ſupra, ergo attentis uerbis conceſſionis Pau. anto. et do. Lucretia poſt mortẽ do. Leonardi ſimul in effectu admitti debuiſſent, ſed extante ſtatuto, quod filias fœminas propter filios maſculos excludebat, Paulusantonius filius ſolus fuit admiſſus, & deinde deſcendentes alij maſculi, qui ex diſpoſitione ſtatuti filias fœminas, & deſcendentes ex eis excludunt, ideò cum nunc omnes deſcendentes maſculi defecerint, euenit caſus, in quo ipſa filia, hoc eſt domina Lucretia, & deſcendentes ex ea debent ordine ſucceſſiuo admitti per ea, quæ notabiliter uoluit Barto. in d. §. ſi liberi, & ibi Alexan. Cyn. in l. liberti C. de operis libertorum, Barto. in conſi. incipien. iſta quæſtio habet duo dubia, & in l. hæredes mei §. cum ita, ibíque Alexan. colum. 6. ff. ad trebellia. & Bald. in l. quoties C. de ſuis, & legit. Ex quibus ſequitur, quòd ſi intelligamus conceſſionem in caſu noſtro factam fuiſſe pro deſcendentibus maſculis tantum, emphyteoſis dicetur finita, & ad eccleſiam deuoluta propter lineam deſcẽdentium maſculorum finitam: ſi uerò intelligamus conceſſionem fuiſſe factam pro deſcendentibus ſimpliciter, ex ui illorum uerborum, pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, & quia appellatione deſcendentium etiam filiæ fœminæ, & deſcendentes ex eis ueniunt, ut ſupra, dicendum uidetur, quòd ex quo deſcendentes maſculi ipſius Leonardi defecerunt, debeat nunc admitti eius filia ſuperſtes, ac etiam filij ipſius tanquam deſcendentes dicti Leonardi: & conſequenter concludendum erit, lineam ipſius Leonardi, & ſic emphyteoſim prædictam non eſſe finitam, nec ad eccleſiam deuolutam: Et hæc pro declaratione ſecundi dubij ſatis ſint.

¶ Tertium aggredior, dato, ſed non conceſſo, quòd emphyteoſis ſit finita, & ad eccleſiã ipſo iure deuoluta, an eccleſia potuerit rem illam in emphyteoſim concedere, cui uoluerit, an uerò magis debuerit eam concedere dictæ dominæ Lucretiæ, & eius filiis, quàm hæredibus inſtitutis, ſeu ſubſtitutis in teſtamento dicti Pauliantonij iunioris: Videretur prima facie concludendum, quòd eccleſia de iure debuerit de nouo dictam rem in emphyteoſim concedere hæredibus prædictis inſtitutis, ſeu ſubſtitutis, primo quia ipſi ſunt de agnatione illorum de Caſtello, & ſic Leonardi primi emphyteotæ, ac etiam Pauliantonij antiquioris, & iunioris,
26 & ipſius Ioannisfranciſci ultimi defuncti, † ergo finita emphyteoſi propter finitam lineam, illi, qui ſunt de agnatione, ſunt cæteris præferendi taliter, quòd ſi eccleſia alios inueſtiret, aut inueſtire uellet, excluſis agnatis primi emphyteotæ, ipſi agnati poſſunt appellare, ut notabiliter uoluit Bar. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſti. & eſt de mente ipſius in l. ſi mihi, & titio colum. ulti. ff. de uerborum obligatio. & faciunt ea, quæ habentur per Baldum in additio. ad Specul. in titu. de locato in uer. ſi. emphyteoſis potius debet, per Petr. de Ancha. in conſi. 111. 162. & 166. per Romanum in conſil. 22. & per Ioannem de Imol. in c. penult. de poſtulat. prælatorum cum ſimilibus: Et dicit Barto. in l. 1. in fi. uer. ff. de priuileg. credi. quòd quando res ad eccleſiam debet reuerti, quia eſt finita emphyteoſis, quæ erat cõceſſa uſque in tertiam generationem, & ueniunt extranei, cognati, qui ſunt in quarto gradu, præferuntur, quod ſi prælati non faciant, poteſt ab eis ad ſuperiorem appellari ſecundum iura canonica, ſecundum quæ poteſt ab interloquutoria, & à quocunque grauamine extraiudiciali appellari, ut in cap. 1. & in c. concertationi de appella. in 6. pro quo etiam facit tex. cum glo. in c. bonæ memoriæ il 2. de poſtula. prælat. ubi glo. allegat d. l. 1. §. permittitur, & facit l. nullus, aliàs l. iudex C. de decurion lib. 10. & hæc eſt magis communis opinio, ſecundum Alex. in d. l. ſi mihi, & titio, quicquid ibi contra Bar. dixerit Ioan. de Imol.
27 ¶ Præterea † ſecundum Ioan. de Imol. in conſi. ſuo incip. Petrus de Pannolini, ſeu quidam Thomas de Pannolini quãdo eſt finita emphyteoſis propter lineam finitam, proximiores ultimi emphyteotæ renouari ab eccleſia debent, ſi eſſent ab ultimo emphyteota hæredes inſtituti, ſecus ſi extranei eſſent ab eo hæredes inſtituti, quoniam hi extranei inſtituti deberent ipſis conſanguineis, & proximioribus præferri per not. per Bart. in l. ex facto in fin. ff. ad trebell. & in d. l. ut iuriſiurãdi §. ſi liberi ff. de oper. liber. Sed in caſu noſtro hi proximiores ultimi emphyteotæ non fuerunt ab eo hæredes inſtituti, ſed extranei fuerunt inſtituti, ſeu ſubſtituti pupillariter, qui dicuntur hæredes inſtituti in teſtamento ultimi emphyteotæ argumento l. 2. ff. de uulga. & pupil. per totam legem l. patris, & filij cum ibi no. eod. ti. ergo ipſi hæredes extranei ſunt proximioribus, & agnatis præferendi. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrariam opinionem in caſu noſtro ueriorem eſſe exiſtimo, quòd eccleſia non teneatur emphyteoſim renouare hæredibus extraneis inſtitutis, quãuis ſint de agnatione, & familia illorũ de Caſtello, ſed ipſi dominæ Lucretiæ, eiuſq; filiis, primo, quia

quia Bar.& alij,quos ſupra retuli,& refert Alexan.in d.l. ſi mihi,& titio tenẽtes,quòd eccleſia emphyteoſim renouare teneatur ipſis proximioribus,& hæredibus inſtitutis ab ultimo emphyteota,loquũtur,(& ita præſupponunt) quõ emphyteoſis eſſet finita propter lineã finitã, ut ibi per eos, & per Bar.in d.§.permittitur,& in d.l.ſi mihi,& titio:Sed in caſu noſtro emphyteoſis nõ fuit finita,quia linea deſcẽdentiũ nondum defecit,ut ſupra dixi in dubio proximo præcedenti, ergo non ſumus in caſu, in quo alij proximiores poſſint petere renouationem ſibi fieri,& ſi non fiat,appellare.

¶Secundo poſito etiam emphyteoſim dici finitam, adhuc
28 dico,†quòd eccleſia potuit filiam primi emphyteotæ inueſtire,& ſic illi emphyteoſim renouare, excluſis hæredibus emphyteotæ,ut uoluit Bal.in c.1.quemadmodum feud. ad fil.pertin.per illum tex. in uſufeudo. Sed eccleſia in caſu, de quo agitur,emphyteoſim filiæ Leonardi primi emphy-
29 teotæ renouauit, ergo &c. ¶Tertio † eccleſia infra annũ proximiores emphyteotæ inueſtire tenetur, aliis excluſis,quando proximiores hoc infra annum re integra petierint,ut quia eccleſia nondum alteri conceſſerit, ſecus ſi res integra eſſe deſiiſſet, quia ſi ante, quã proximiores renouationem peterent,eccleſia alteri conceſſiſſet, & iam annus lapus eſſet,ualeret conceſſio, & proximiores cõqueri,& appellare non poſſent,ut uoluit Roma.in d.cõſi.70. per tex. in c.1.de natu.feud.& facit tex.in c.quamuis de reſcrip. in 6. quod quidem eſſe ualde ſingulare dicit Alex.in d.l.ſi mihi, & titio,& ſequũtur moder.in c.ante p.de poſt.præla.Sed in terminis noſtris ante, quam hæredes ultimi emphyteotæ renouationem peterent, res deſiit eſſe integra, quia iam domina Lucretia,eiuſque filij fuerant inueſtiti,&lapſus fuit an-
30 nus,ergo &c. ¶Quarto poſſet dici, † quòd doctrina Bar. in d.l.1.ff.de priuil.credit.in d.§.permittitur,&in d.l.ſi mihi, & titio, & aliorum in locis præallegatis, ſecundum aliquos procedit,quando emphyteoſis eſſet conceſſa uſque in tertiam,ſeu quartam generationem, & finita eſſet, quia eſſet finita tertia, & quarta generatio, & deſcendentes per lineam deſcendentium,ſicque proximiores per lineam deſcendentium,ut ſunt ij,qui eſſent in quarta, ſeu quinta generatione,renouationem, & inueſtituram peterent, ut ibi per Bart.& Alex.qui ita exẽplificant: At in caſu noſtro emphyteoſis non fuit conceſſa uſque in tertiam, ſeu quartam generationem, ſed in perpetuum, & renouationem ſibi fieri petunt non proximiores per lineam deſcendentium, ſed penitus extranei,& tales,qui ab inteſtato nullo modo ſuccedere poſſent, cum ſint tranſuerſales, & ultra ſeptimum,uel octauum gradum,ergo non ſunt tales, nec in tali caſu, in quo poſſint renouationem petere: quoniam, ut eſt de mente Bar.in d.§.permittitur, & in d.l.ſi mihi, & titio, hoc ius petendi renouationem, finita emphyteoſi, competit deſcendentibus,& non aliis proximioribus, ſeu agnatis tranſuerſalibus,Bar.enim ac etiam Bal.in addit.ad Specul. in tit.de loca.loquitur de deſcendentibus, non autẽ de aliis agnatis,& propinquis,ſeu extraneis: & ita eſt de mente Petri de Anchar.in d.conſi.133.qui optimè loquitur.
31 ¶Quinto † illa doctrina Bart.& aliorum poteſt eſſe uera, & de iure procedere in emphyteoſi priuati,ſed in emphyteoſi eccleſiæ ſecus eſt, quia ipſa finita ad eccleſiam ita reuertitur,& deuoluitur,quòd poteſt eã pro ſe retinere, ſeu illi,cui uelit, concedere, abſque eo, quod proximiores emphyteotæ conqueri,& appellare ualeant, ita uoluit Roma. in conſi.215.& in d.conſi.70.pro quo facit, quia pro opinione Bar.& ſequacium ſolum iura ciuilia allegantur,quæ, niſi à canone ſint expreſsè approbata,non ſunt cõtra eccleſiam ſeruanda,c.eccleſia ſanctæ Mariæ cum ibi not.de conſtitut.c.1.& 2.cum ibi not.de noui oper. nuncia.& faciunt ea, quæ habentur per doct.in c.fin.de ſolutio. & ita intelligantur doct.tenentes contra Bar.ut fuit Ioan. de Imol. in d.l.ſi mihi & titio, & in d.c.bonæ memoriæ de poſtula. præla.&facit tex.in c.ex parte in uer.liberè extra de feudis: & fuit hæc declaratio Alex.in d.l.ſi mihi,& titio, ſed nos ſumus in emphyteoſi eccleſiæ, ergo &c. ¶Sexto Bartoli, & aliorum doctrina prædicta procedit,quando eſſet finita emphyteoſis propter lineam finitam,& ſic abſque delicto, &
32 dolo emphyteotæ,ſecus † ſi ex ipſius delicto,& dolo, puta propter alienationem rei factam ignorante,& irrequiſita eccleſia,uel ob canonẽ nõ ſolutum iuxta c.potuit de locato,& in terminis uoluit Alex.in d.l.ſi mihi,& titio in ulti. col.qui plures allegat,& habetur per Moder.in d.c. ante p. de poſtul.præla.facit tex.in c.1.ſi uaſal.feud. priue. in uer. gratiam facere,quæ uerba liberam facultatem denotant c. ſi gratioſè,c.gratia de reſcript.in 6. & ita tenuit Roma. in conſi.212.& habetur per Specul.in tit. de locato §. nunc uerò aliqua in uerſi.78.per Bar. in l.eum,qui ff.de interdic. & relega.Bal.in l.2.C. de liber. et eorum liber. et Ioan. de Imol.in d.c.ex parte de feudis: Sed in terminis noſtris emphyteoſis fuit etiam finita propter delictum emphyteotæ, qui rem irrequiſita eccleſia alienauit, et canonem non ſoluit,ergo hæredes,et proximiores ipſius renouationem ſibi fieri petere non poſſunt. ¶Vltimo allego ſolemne conſilium Petri de Ancha.præallegatũ 133.incip.plenè, et ſubtiliter,qui in propriis terminis conſuluit,et non poſſet illud conſilium melius facere ad propoſitum, quam faciat, nam ex eo omnes ferè præſentis noſtræ conſultationis dubita-
33 tiones reſolutæ uidentur, primo.n. ibi decidit, quòd † emphyteoſis eccleſiaſtica ſui natura ſolum ad filios, et deſcẽdentes trãſeat,non autem ad extraneos hæredes per tex. in d.§.emphyteoſim,qui nõ corrigitur per tex.in d. §.licet etiam circa qualitatem ſucceſſorum,et perſonarum, ſed ſolum circa numerum,et tempus,ut correctio iuris minus inducatur,quam fieri poſſit, argumento c.cum expediat de electio.in 6.dicitq; ibi Ancha. hanc opinionem habere pro ſe doctores illuſtres,uidelicet Ioan.and.in d.c.in præſentia, Bar. in d.l.quod dicitur,& in uariis locis, Bald.in d.l.etiam, ibiq; glo.& in aliis pluribus locis, quæ ſupra in primo dubio allegaui: & cum hæc opinio ſit eccleſiis fauorabilis, ſequenda eſt,quia ſumma eſt ratio,quæ pro religione facit l. ſunt perſonæ ff.de relig.& ſump.fun.& ab hac tàm illuſtriũ doctorum ſententia nephas eſſe,& non tutum recedere inquit maximè in conſulendo:Sequitur ergo ibi Petrus hanc opionem tanquam ueriorem,magisq; æquam, ac tutam, & conſequenter etiam quòd emphyteoſis eccleſiæ finita dicatur propter lineam deſcendentiũ finitam. Item Ancha. ibi decidit unum aliud,quod optimè ad caſum noſtrum fa-
34 cit, † nam ibi fuerat relictus uſusfructus rei emphyteoticæ per ultimum emphyteotam, in cuius perſona linea, & conſequenter emphyteoſis finita erat, & uſufructuarius petebat ſibi renouationem fieri, idemque petebant hæredes extranei,& ſic dubium erat, an eccleſia renouationem facere teneretur, & cui, uſufructuario, an uero hæredi extraneo,ſeu propinquo tranſuerſali: Determinat ibi Anchar. eccleſiã non teneri renouationẽ facere uſufructuario,nec hæredi extraneo, nec agnato, ſeu propinquo tranſuerſali, quia nullibi legitur,quòd ius petendi renouationem in hoc caſu competat uſufructuario, neque legatario, cui uſuſfructus rei emphyteoticæ relictus eſſet: item cum finita ſit emphyteoſis,& ſic finitũ ſit utile dominium,uſuſfructus quoq; dicitur finitus,quia reſoluto iure emphyteotæ, & ſic datoris,reſoluitur etiam ius uſufructuarij,& ſic acceptoris,argumento l.lex uectigalis ff.de pigno.c. nuper de donat. inter uir.& uxo.l.neceſſario ff. de pericu. & commo. rei uendi. Determinat etiam,eccleſiam non teneri facere renouationem ipſis hæredibus, ſeu propinquis ultimi emphyteotæ,

poteſt

poteſt quippe,ſi uelit,ſed de iure nō tenetur,quoniam hoc ius petendi renouationem, & conſequenter appellandi, ſi non fieret,competit ſolum filijs,& deſcendentibus, & non extraneis,neque proximioribus, ſeu agnatis tranſuerſalibus,etiam ſi ſint hæredes ultimi emphyteotæ, ut ibi per Ancharanum, qui ita determinat: Quæ omnia ad caſum noſtrum melius facere non poſſent, nam in caſu noſtro emphyteoſis eccleſiæ fuit finita propter lineam deſcendentium finitam ſecundum unam opinionem,quam ſupra retuli, & ſupereſt uſufructuaria, item ſuperſunt hæredes extranei, qui ſunt de agnatione ultimi emphyteotæ, ſed trāſuerſales,& hi omnes petunt renouationem ſibi fieri.Quare concludendum eſt ſecundum determinationem Petri de Anchara.in d.conſilio, quòd eccleſia de iure non tenetur inueſtire,aut renouare uſufructuariam,nec hæredes extraneos,ſeu propinquos tranſuerſales ultimi emphyteotæ,ſed illos,quos magis uoluerit: immò dicendum eſt, ipſam teneri inueſtire dictam Lucretiam, eiuſque filios, nam ex quo emphyteoſis in caſu,de quo agitur, ſolum intelligitur conceſſa pro hæredibus ſanguinis,& deſcendentibus, ueluti ſupra in primo dubio latè dictum fuit,& dixi aliàs in quæſtionibus familiaribus q.17. nec attenditur illa qualitas, quòd ſint hæredes, in renouatione emphyteoſis ob lineam deficientem finitæ ſi ſuperſint alij deſcendentes primis conductoris, illi ſunt omnino præferendi collateralibus, ſi uerò non extent deſcendentes,ſed collaterales tantum,tunc proximiores præferendi erunt,quamuis non ſint hæredes,cum talis emphyteoſis non ſit hæreditaria, ſed intelligatur conceſſa deſcendentibus ſimpliciter,ut ſupra,& ſic ſit ex prouidentia domini argumento l.cum acutiſsimi C.de fideicommiſs.& l.cum auus ff.de conditio. & demonſtrat. quoniam in huiuſmodi renouatione ſeruanda eſt qualitas, & natura primæ conceſsionis,ut eſt de mente Bartoli in d.l.ſi mihi,& Titio in ultima colum. cuius dictum ibi cum ſimilibus hoc modo debet intelligi, ueluti aliàs conſulendo concordando opiniones in hoc caſu dicebam.Et conſequenter Lucretia,uel tanquam filia Leonardi priori emphyteotæ,uel tanquam proximior ultimi eſt cæteris omnibus præferenda.

¶ Et ex his remanent reſoluta omnia ſupra in contrarium allegata,& maximè illa,quæ uoluit Alexan.in d.l.ſi mihi, & Titio columna penultima in d.§.permittitur, & Moder.in d.c.bonæ,dicentes,proximiores eſſe renouandos, ſi ſint hæredes ultimi emphyteotæ,ſecus ſi non ſint hæredes,quia ul

35 tra proximè dicta ad fauorem dictæ Lucretiæ † prædicta ſecundum plures non procedunt in emphyteoſi eccleſiæ, ut expreſſè uoluit Anchara.in d.conſi.ubi hæres pupillæ ultimi emphyteotæ, qui hæres erat ex ſubſtitutione, non dicitur habere ius petendi renouationem, tum quia erat extraneus hæres,tum quia non erat de deſcendentibus: ergo idem in caſu noſtro dicendum eſt de illis de Caſtello, qui ſunt hæredes ultimi emphyteotæ ex pupillari ſubſtitutione,& ſunt ei extranei,non autem de illius deſcendentibus. Dictum itaque Alexan. & aliorum haberet locum in emphyteoſi priuati, quæ ſui natura eſt ad hæredes extraneos, & tranſuerſales tranſitoria: & ita etiam debet intelligi id, quod uoluit Alexan.in conſi.161.lib.7.quod ſatis clarè demonſtratur,nam ſi emphyteoſis eccleſiæ nondum finita ſui natura non tranſit ad hæredes extraneos,ſed ſolum ad deſcendentes,& filios,ut ſupra,& conſequenter ſi extranei,& tranſuerſales non poſſunt in ea ſuccedere, nec renouationem petere, ueluti ſupra in primo dubio concluſum fuit,& habetur per Ancharanum in d.conſi.133. multo minus poterunt,emphyteoſi finita, & ipſo iure reuerſa ad eccleſiam, quæ domina pleno iure per conſolidationem utilis dominij cum directo eſſet effecta, ut ſupra dixi: & tanto magis cum emphyteoſis fuerit ex delicto, & dolo etiam finita, ueluti ſupra dixi,& ideò eccleſia liberam habet poteſtatem diſponendi de dicta re, & illam, cui uelit, concedendi, ſeu pro ſe retinendi,neque ob hoc alicui iniuriam infert l.iniuriam §.1.ff.de iniur.nam in re ſua quilibet eſt moderator,& arbiter l.in re mandata C.manda. & ad textum in d.§. permittitur reſpondetur eſſe legem ciuilem,cuius diſpoſitio ad damnum, & contra fauorem eccleſiæ allegari non poteſt, ut ſupra dictum eſt.Præterea tex.ibi præſupponit illam eſſe iniuriam largè, & impropriè,non autem ſtrictè ita,quòd ratione talis iniuriæ poſsit appellari,quia hoc ibi non dicitur, ut dixit Ioan.de Imol.in d.l. quod dicitur, ac etiam in d.c. bonæ memoriæ: & hæc quoad tertiū dubiū dicta ſufficiāt.

¶ Venio ad ultimum, quis in iudicio poſſeſſorio intentato obtinere debeat: & præſuppoſito ſecundum ea, quæ mihi in facto proponuntur, intentatum eſſe remedium poſſeſſo

36 rij retinendæ,uidelicet interdictum uti poſſideris, † quod dicitur eſſe iudicium duplex,quia in eo quilibet dicitur eſſe actor, & reus, & uterque dicit ſe poſſidere, ut in §.tertia verſicu.duplicia Inſtit. de interdic. & habetur in l. in tribus cum ſimilib.ff.de iudi. & datur etiam poſſeſſori contra illum,qui ipſum inquietat, & turbat in ſua poſſeſſione,ut in l. ſi duo §.ſi uicinus ff.vti poſſide.glo.in l.1.§.inter litigatores in uer.affirmat eodem tit.gl.in c.licet cauſam in uer.poſſidetis extra de probatio.quæ declarat, in quibus caſibus, & pro quibus rebus competat, & qualiter in eo ſit ferenda ſententia, & quis debeat obtinere, ut habetur etiam in l.ſi

37 duo in princi.ff.uti poſſid. † Quòd in caſu noſtro huic interdicto uti poſſidetis de iure locus eſſe poſſit inter dominam Lucretiam, eiuſque filios,qui habent iura ceſſa ab eccleſia ex una,& inter ipſam uſufructuariam,& hæredes extraneos ultimi emphyteotæ ex altera,colligitur ex ijs, quæ voluit Bartol. in l.1.§. quod ait prætor columna penultima ff.uti poſſidetis,qui inquit,quòd quādo emphyteoſis eſt finita,ſi emphyteota, uel hæres eius, uel alius tanquam emphyteota uelit in naturali poſſeſſione inſiſtere, & permanere, dominus hoc modo in ſua poſſeſſione turbari, & inquietari dicitur, & habet locum interdictum uti poſſidetis, ut is,qui uult in naturali poſſeſſione ſtare, illam reſtituat,& hoc modo ab ea moleſtatione, & turbatione deſiſtat: Fa

38 cit id, quod habetur in l.non ab re C.unde ui. † Et hoc in caſu interdictum iſtud habet etiam effectum reſtitutorium, ut dixit glo.nota.in l.clam §.qui ad nundinas in gloſa magna ff. de acquirenda poſſeſſione, cui ſimilis eſt glo.in l. naturaliter §.nihil commune ff.eodem titulo, & ſequitur Bartolus in l.1. §. interdictum ff.uti poſſidetis, & habetur per Alex.in d.§. qui ad nundinas colum.9.quæ omnia procedunt, præſuppoſito, quòd ciuilis poſſeſſio remanſerit, & ſteterit penes dominum, prout præſupponendum eſt, quia de ciuili poſſeſſione in caſu noſtro non ſit controuerſia, ſed

39 ſolum de naturali: Nam † ſi dominus fuiſſet ſua ciuili poſſeſſione priuatus, & ſpoliatus, ut quia uolens ingredi non fuiſſet admiſſus, & ſuſpicatus eſſet ſe poſſe repelli argumento l.aut qui aliter §.ſi quis ff.quod ui,aut clam, tunc interdictum uti poſſidetis non competeret,ſed daretur interdictum unde ui ad recuperandam ciuilem poſſeſſionem, qua recuperata poſtea poſſet interdicto uti poſſidetis agi ad recuperandam naturalem poſſeſſionem,per quam poſſidens ciuiliter dicebatur turbari, & inquietari in ſua ciuili poſſeſſione,ut uoluit gloſ.nota.ibique doctores, maximè Alexan.in 8.& 9.colum.in d.§.qui ad nundinas: & ita pertranſeunt Anto.de But.& canoniſtæ in c.item cum quis de reſtitutio. ſpoliato. vnde cum in caſu noſtro eccleſia domina,penes quam ciuilis poſſeſſio remanſit,poſt mortem vltimi emphyteotæ non crediderit ſibi ſuper ciuili controuerſiam moueri, nec fuerit rem ingredi prohibita, quia nullus fuit,qui eam non admiſerit,nec ſe poſſe repelli fuerit ſuſpi

cata,

cata, ſequitur, quòd ſemper ſuam ciuilem poſſeſſionem retinuit,& in ea permanſit,quoniam hæredes ultimi emphyteotæ,& uſufructuaria ſolum naturalem adipiſci, & retinere uellent: ex quo ſequitur, quòd non potuit competere, nec intentari interdictum unde ui, & poſſeſſorium reſtituẽdæ,ſed ſolum interdictum uti poſsidetis per ea, quæ uolũt Alexan. & alij docto.communiter in d.§. qui ad nundinas poſt glo.in 8.& 9.col.& faciunt not. per Bar.in d.§.interdictum in uerſi.plus dico. ¶His ſtantibus, modo ſuper principali dubio propoſito uidetur concludendum, quòd ipſa domina uſufructuaria,cui à Pauloantonio iuniore uſuſfructus omnium bonorum fuit relictus, & hæredes ipſius ultimi emphyteotæ debeant in hoc iudicio uti poſſidetis cõtra

40 illos de Gandulphis obtinere, † quia cum ipſa uſufructuaria fuerit poſſeſſionẽ naturalem adepta per ingreſſum rei iuxta l.naturaliter in prin.cum ibi not.ff.de acquir.poſſ.itẽ cum naturalis poſſeſſio per mortem Pauliantonij iunioris emphyteotæ uacauerit, & ipſa uſufructuaria ratiõe ſui uſuſfructus rem iſtam emphyteoticam fuerit ingreſſa animo illam naturalem poſſeſſionem uacantẽ acquirendi, item colonus rem illam retinuerit,eaque uſus fuerit nomine uſufructuariæ,ab ea conducendo,ſequitur, quòd ipſi dominæ uſufructuariæ fuit acquiſita illa poſſeſſio naturalis, quæ per mortem dicti emphyteotæ uacans erat argumento l. qui uniuerſas §.quod per colonũ cum ibi not.per Bart. & alios, & in l.quamuis §.1. de aquir.poſſ. & facit l.cum hæredes in princ.ff.eod.tit. Ex quibus infertur,quòd ratione ſuæ naturalis poſſeſſionis,in qua contingit uſufructuariam turbari, & moleſtari,ibique controuerſiam fieri,competit ipſi uſufructuariæ interdictum uti poſſidetis contra quemlibet turbantem, & moleſtantem,etiam ſi eſſet dominus,qui rem ciuiliter poſſideret,ut eſt tex.in l.fin.ibique glo.& docto ff.uti poſſid.traditur per Bart.in d.l.1.in princ.in 2.col.poſt gloſ. eodem tit.& eſt glo.not.in d.c.licet cauſam in uer. poſſide-

41 tis. ¶Secundo † ex quo uſufructuaria poſt mortem emphyteotæ ſoluit ipſi eccleſiæ pẽſiones per emphteotã debitas,quas eccleſia ſimpliciter recepit,uidetur ipſa uſufructuaria ab eccleſia in tali poſſeſſione confirmata,& approbata,& ideò cum fuerit in naturali poſſeſſione ſciente,&cõſentiente eccleſia argumẽto eorũ, quæ habentur per Alex. in conſi.14.col.penul.lib.2.& tex.cum glo.in uer.menſem, ibique Bal.in c.1.in tit.quo tempo. mil.in uſu feud.& faciũt not.per glo.& docto.in l.2.C.de iure emphyt.ubi ſi dominus poſt negligentiam emphyteotæ ab eo canonem debitum pro tẽpore ſequuto poſt moram ſimpliciter, & ſcienter recipiat,uidetur caducitatem remiſiſſe, & emphyteotã in ſua naturali poſſeſſiõe cõfirmaſſe,ſequitur ex hoc, quòd uſufructuaria non poteſt in ſua naturali poſſeſſione ab eccleſia,nec ab alio eius nomine turbari,neq; moleſtari, alioquin poterit contra moleſtantem, & turbantem interdicto uti poſſidetis agere,& in eo remedio obtinere debebit iuxta not.per glo.in d.c.licet cauſam, ibique canoniſtæ com-

42 muniter,& in d.l.fin.ff.uti poſſid. ¶Tertio † hæredes proprietarij emphyteotæ poſt illius mortem naturalem poſſeſſionem uacantem ſunt ingreſſi,per quem ingreſſum dicuntur illã poſſeſſionem naturalẽ acquiſiuiſſe argumento d.l.cum hæredes in prin.d.l.clam §.qui ad nundinas, d.l.qui uniuerſas §.quod per colonum, & glo.not.in l.fin.C. unde ui in uer.quod non ſuum,ubi ſiquis poſſeſſionẽ uacantem fuerit abſque dolo ingreſſus,non tenetur illa conſtitutione, & conſequenter ſibi eam poſſeſſionem acquirit abſque uitio: & ꝓpterea hæredes proprietarij non poſſunt in illa moleſtari, neq; turbari, alioquin ipſis interdictũ uti poſſidetis cõpeteret,ut in l.1.&per totũ ff.uti poſſid.cũ aliis ſ allleg. ¶His tamen omnibus minimè obſtantibus, contrarium eſſe uerius dico,quòd in hoc remedio interdicti uti poſſidetis in caſu noſtro intentato debet ipſa eccleſia obtinere,& conſequenter domina Lucretia,eiuſque filij de Gandulphis,qui ab eccleſia procuratores in rem ſuam conſtituti fuerũt iuxta l.1.§.qui ſuperficiem,ibique Bartol.in fin.uerb. ff.de ſu-

43 perficie. Ad quod dicendum moueor in primis, † quoniam ex quo emphyteoſis per mortem Pauliantonij, ſeu eius filij infantis finita eſt,ut ſupra dictum fuit in ſecundo dubio, ipſa uſufructuaria,uel hæredes proprietarij naturalem poſſeſſionem uacantem apprehendere,& ingredi,ac in illa inſiſtere non potuerunt,alioquin clam ab ipſa eccleſia poſſidere dicuntur, & ſic contingit eccleſiam in ſua ciuili poſſeſſione turbari per retentionem naturalis poſſeſſionis; Vnde eccleſia,& ab ea cauſam habentes debent in interdicto uti poſſidetis contra uſufructuariam, & hæredes proprietarios obtinere,ut illam naturalem poſſeſſionem reſtituant,& ſic ab ea moleſtatione deſiſtant,ut in terminis uoluit Barto. in d.l.1.§.quod ait prætor colum.penult.in uerſi. & eodem modo ff.uti poſſide. faciunt etiam ea,quæ habentur per gloſam,ibique docto.maximè Alex. in d.§. qui ad nundinas in

44 8.& 9.colum.cum aliis iam ſæpius allegatis, † ubi ingreſſus naturalem poſſeſſionem uacantem abſentis dicitur clam poſſidere naturaliter ab ipſo abſente, & illum abſentem in ſua ciuili poſſeſſione turbare:ratione cuius turbationis poteſt contra eum interdicto uti poſſidetis agi,ut ab illis turbationibus deſiſtat, & naturalem poſſeſſionem habenti ciuilem reſtituat, & aliter à turbationibus, & moleſtationibus deſiſtere non diceretur,ueluti eſt etiam de mente gloſ. in l. naturaliter §.nihil commune ff.de acquir.poſſeſſio. Prædi-

45 cta † confirmantur per textum in l.non ab re C.unde ui,& per ea,quæ habentur in l.penul.ubi bonus tex. C.locat.ubi ſi finito locationis tempore,uel aliter locatione finita,conductor,uel eius hæredes rem reſtituere denegauerint, poſſunt iuris remediis compelli,& maximè remedio dictorum iurium ad rem reſtituendam,& ulterius erunt puniendi, ut

46 ibi dicitur. Facit etiam id, † quod habetur in d.l.fin. C.unde ui, ubi ingrediens poſſeſſionem uacantem, quam ad ſe non pertinere ſciat,uel ſcire debeat, tenetur illam reſtituere,& relaxare,ac ulterius etiam punitur: dicitque ibi Bart. diſpoſitionem illius tex.procedere etiam, quãdo ſola naturalis poſſeſſio uacaret,ut quia animo quis rem ciuiliter poſſideret,ſed naturaliter nullo modo, & alius poſſeſſionem illam naturalem uacantem fuiſſet ingreſſus,nam poterit agi, & puniri,prout in d.l.fin.tenendo illam opinionem ueriorem,quòd plures ſint poſſeſſiones ſpecie differentes, uidelicet ciuilis,& naturalis: & ſufficit, quòd ingrediens crediderit illam poſſeſſionem ad ſe ſpectare non motus iuſtis, nec rationabilibus cauſis, quia lex dolum in ipſo præſumit, ut ibi ſubdit Bart. in d.l. fin. † quòd ſiquis rem ad ſe ſpecta-

47 re crediderit, motus iuſtis rationibus,cum uerè, & de iure ad eum non ſpectaret, et illius poſſeſſionem uacantem fuerit ingreſſus,quamuis diſpoſitione d.l.fin.non teneatur,neque puniatur,tamen ad reſtitutionem rei,&poſſeſſionis occupatæ relaxationem tenebitur per remedium l.inuaſor in fin.C.unde ui: quæ omnia in terminis noſtris ſunt benè notanda. ¶Secundo principaliter prædicta corroboro,nam præſuppoſito pro uero,prout uerum eſt, quòd in caſu noſtro eccleſia in ſua ciuili poſſeſſione turbari dicatur per apprehenſionem naturalis poſſeſſionis uacantis, quam uſufructuaria,& hæredes proprietarij fecerunt,finita emphyteoſi

48 per mortem emphyteotæ,dico, † quòd ipſi eccleſiæ,& habentibus cauſam,ac iura ceſſa ab ea non ſolum per remedium iuris agendo interdicto uti poſſidetis, ut ſupra,ſuccurritur,ſed etiã remedio facti, & ſic uia extraiudiciali, ac extraordinaria,quia licitum eſt ipſis propria auctoritate poſſeſſionem nanciſci, & illum, qui naturalem poſſeſſionem fuit ingreſſus,ſi expellere,atque eiicere,ut uult glo. quam

ſic

ſic Bart. declarat in l.1.§.interdictum in fin.1. colum. ff. uti poſſide.ubi Barto.hoc confirmat, & ſequitur, & idem uoluit Alexan.in l.quemadmodum ff. de acquirenda poſſeſſione, nam unicuique iniuriam propulſare licitum eſt l. ut uim ff.de iuſtitia,& iure,& l.1.C.unde ui: & non eſt dubium,quòd per retentionem illius naturalis poſſeſſionis dominus in ſua ciuili poſſeſſione turbatur, & ſic fit ei iniuria, quam merito poteſt in continenti propulſare: & in continenti ſemper fieri dicitur, ex quo dominus turbatur, & ingreſſus naturalem poſſeſſionem,dum illam retinet, in actu turbandi eſſe dicitur: ergo dominus ſemper illum propria auctoritate deiicere poteſt. Præterea illud, quod fit in re mea à me poſſeſſa,per quod mea poſſeſſio inquietatur, poteſt mea auctoritate tolli l. ſi in rem §. qui ad iniuriam ff. quod ui, aut clam, l.quemadmodum §.1.ff.ad l.aquil.ergo cum uſufructuaria, & hæredes proprietarii prædicti, finita emphyteoſi,dominum, hoc eſt eccleſiam turbent in re ſua à ſe ſaltem ciuiliter poſſeſſa, dominus, ſiue eccleſia poterit illam turbationem propria auctoritate expellere: dicitque Bartolus in locis præallegatis ſe per has rationes putare, hoc eſſe uerißimum,& ita ſequitur Alexã.dicens hanc eſſe cõem opinionẽ in d.l. quemadmodũ, & facit id,quod not. Bar.in l.1.§.nunciatio ff. de no.ope. nun.Sed in caſu noſtro dicti de Gandulphis propter iura ſibi ab eccleſia ceſſa, imò eccleſia propria auctoritate,itẽ etiã auctoritate iudicis fuerũt naturalẽ dictæ rei poſſeſſionẽ ingreſſi, ergo illa naturalis poſſeſſio ipſi acquiſita dicitur, quoniam de iure ipſis licitum fuit propria auctoritate ab illa naturali poſſeſſione dictam uſufructuariam, hæredesque proprietarios exclu-
49 dere,& eam retinere † abſque eo, quod uſufructuaria,& hæredes prædicti poſſint illã per aliquod iuris remedium recuperare,ut per Bartol. in d.l.1.§.interdictum: pro quo facit id,quod not.uoluit Alexan.in d.§. qui ad nundinas in 2. & 3.colum.dicens, quòd ſi in terminis d.§.qui ad nundinas quis fuit ingreſſus naturalem poſſeſſionem uacantem etiã iudicis auctoritate,nihilominus dominum in ſua ciuili poſſeſſione turbare dicitur,& ideò contra eũ poteſt agi uia iuris,uidelicet interdicto uti poſſidetis,uel uia facti, uidelicet quia ciuiliter poſſidens poteſt propria auctoritate naturalem poſſeſſionem adipiſci,& ingreſſum impunè expellere: ita dixit,& uoluit Alexan.ibi,quicquid Ang. in contrarium uoluerit,& idem ſequitur Ioan. de Imo. in l. à diuo pio §.ſi poſt aditum ff.de re iudica.qui benè adductis per Angelum reſpondet: & hanc opinionem dicens illam eſſe communem tenet idem Alexan.in d.l.quemadmodum.

¶ Nec obſtat, quòd licitum non ſit propria auctoritate illum expellere,qui etiam clam, ſeu ui poſſeſſionem fuit ingreſſus,ut in l.ſequitur §.ſi occupaueris ff. de uſucap. & l.ſi quis in tantam C.unde ui, cum prædo etiam ſit in ſua poſſeſſione tuendus c.in literis cum ibi nota.de reſtitu. ſpoliat. & ita in terminis noſtris tenet Dyn. in d.l.1.§. interdictum, & in d.l.1.C.unde ui,& facit,quod uoluit gloſ. ferè in terminis in c.licet epiſcopus de præben. in 6. quia reſponde-
50 tur, † quòd non eſt licitum expellere illum,qui clam fuit ingreſſus poſſeſſionem rei omnino uacantem, quam nullus alius aliquo modo nec ciuiliter, nec naturaliter poſſidebat,& ita intelligatur id,quod uoluit Dyn. cum aliis proximè allegatis: Sed ſi quis clam fuiſſet ingreſſus poſſeſſionem non omnino uacantem, ut quia alter ciuiliter poſſideret, & is naturalem poſſeſſionem uacantem fuiſſet ingreſſus, tunc poſſidens ciuiliter poſſet propria auctoritate illum expellere, qui naturalem fuerat ingreſſus, & ſic eum dicta naturali poſſeſſione priuare,& non ècontra per prædicta:& ita declarat Barto.in d.§.interdictum in uerſic.contra &c.Confirmantur hæc ex illis, quæ uoluit idem Barto. in d.l.1.§.quod ait prætor colum.2.in uerſ. & ex hoc dico, & in 2.colum.uerſi.uideamus ff.uti poſſidetis.

¶ Nec obſtat, quòd finito uſufructu dominus propria auctoritate non debet uſufructuarium à ſua naturali poſſeſſione eiicere,ſed per uiam iuris, & citatione præmiſſa, ut uoluit gl.in c.licet epiſcopus de præb.in 6. quia rñdetur pri-
51 mo,† quòd illa glo.loquitur non de poſſeſſione naturali ipſius rei, de qua nos loquimur, ſed de quaſi poſſeſſione iuris uſusfructus,qua uſusfructuarius non põt abſque citatione, ſed uia iuris præmiſſa priuari,non autem propria auctoritate,& de facto,ut ibi,& ratio diuerſitatis inter poſſeſſionem naturalem rei, & quaſi poſſeſſionem iuris uſusfructus aſſignari poſſet,ſed pro nunc omitto.Vel ſecundo poſſet reſponderi,quòd illa gloſa loquitur in uſufructuario,qui ante finitum uſumfructum naturaliter,& ſic iuſtè poſſidebat, nos autem in hærede uſufructuarij,qui finito uſufructu clã naturalem poſſeſſionem fuit ingreſſus:Prima reſponſio magis placet. ¶ Animaduertendum eſt etiam in terminis
52 noſtris, † ex quo eccleſia tempore,quo inueſtiuit, & renouauit dominam Lucretiam,eiusque filios, ipſa rem emphyteoticam non poſſidebat, niſi ciuiliter, quoniam naturalis poſſeſſio iam,ut aſſeritur, fuerat per uſufructuariam, hæredesque præfatos occupata,quòd eccleſia conſtituendo ſe in inſtrumento inueſtituræ, & renouationis poſſidere nomine dictæ dominæ Lucretiæ,& filiorum, per quod conſtitutum ſolum illa poſſeſſio transfertur, quæ tempore conſtituti penes conſtituentem reperitur,ut habetur in l.quamuis §.1.& in l. interdum ff.de acquirenda poſſeſſione, non dicitur in ipſam dominam Lucretiam, eiusque filios tranſtuliſſe poſſeſſionem naturalem,quæ penes eccleſiam non erat,ſed apud uſufructuariam,& hæredes prædictos: Secus ſi poſſeſſio naturalis fuiſſet uacans, quia illam per conſtitutum prædictum tranſtuliſſe diceretur, quamuis eam penes ſe non habuiſſet tempore conſtituti,ut colligitur ex iis,quæ uoluit Alexan.in d.l.interdum in fin.& ita debent declarari uerba Barto. in d.l. interdum in fin. & in l. quod meo in princi.ff.eodem titu. de acquiren.poſſeſſio. Illo tamen caſu, quo dominus ſolum ciuiliter rem poſſidebat tempore conceſſionis,& alius naturaliter, ſi dominus in inſtrumento conceſſionis conſtituat ſe nomine emphyteotæ poſſidere,quamuis,ut ſupra dictum eſt,poſſeſſionem naturalem in emphyteotam non transferat, nec ciuilem etiam,quia non habuit intentionem illam transferendi,ſed penes ſe retinendi per Bartolum in locis præallegatis,maximè in d.l.interdum in fin.tamen per huiuſmodi conſtitutum uidetur dediſſe emphyteotæ poteſtatem, ac licentiam illam naturalem poſſeſſionem apprehendendi, & à quocunque eam habente acquirendi, & conſequenter remedio tàm iuris, quàm facti, prout ipſa eccleſia facere poterat, ut dictum fuit, & uoluit Alexan.in d.l. interdum in fin. quæ in terminis noſtris ſunt benè notanda. ¶ Ex quibus omnibus infertur, quòd domina Lucretia, eiusque filij in naturali dictæ rei poſſeſſione potiores eſſe dicuntur, & debent in interdicto uti poſſidetis obtinere contra uſufructuariam, hæredesque prædictos, dato, ſed non conceſſo, quòd etiam prius fuerint in dicta naturali poſſeſſione, illamque apprehenderint, cum per huiuſmodi apprehenſionem dicantur eccleſiam in ſua ciuili poſſeſſione turbaſſe per ea, quæ pleniſſimè dicta fuerunt. ¶ Non obſtant modo adducta ſupra primo loco pro contraria opinione, quæ licet ex præmiſſis ſatis ſublata dicantur,tamen ſpecialiter reſpondendo dico primo loco adductum non obſtare, uidelicet quòd uſufructuaria,quæ naturalem poſſeſſionem fuit adepta, & quæ naturaliter tantum poteſt poſſidere iuxta d.l. naturaliter in princi.non potuit,neque poteſt in dicta ſua poſſeſſione turbari, alioquin etiam contra dominum, & habentem ciuilem poſſeſſionem poteſt interdicto uti poſſide-

tis agere, & obtinere, ut ſupra dictum eſt, quia reſpondeo
53 in primis † hoc uerum eſſe, quando uſufructuarius naturaliter iuſtè poſſideret, non autem ui, nec clam, nec precario ab ipſo domino ciuiliter poſſidēte: ita procedat d. l. fin. ff. uti poſſid. & gloſ. in dicto c. licet cauſam in uer. poſſidetis, & hæc eſt regula uera, & infallibilis in materia poſſeſſorij retinendæ, quòd etiam ille, qui iniuſtè poſſidet, debet obtinere, dummodo non poſſideat clam, ui, uel precario ab aduerſario, nam ſi clam, ui, uel precario poſſideret, non poteſt in hoc remedio obtinere, ut eſt tex. in l. 1. in princ. & in fin. cum ſequen. ff. uti poſſid. & in d. c. licet cauſam cum ibi not. Sed in caſu noſtro uſufructuaria poſſidet rem naturaliter, & hæredes proprietarij ſimiliter poſito, quòd naturaliter ante illos de Gandulphis poſſederint, clam ab ipſa eccleſia, quæ ſua iura illis de Gandulphis ceſſit, eos procuratores in rem ſuam conſtituendo, eiſque dando licentiam apprehendendi, & à quocunque acquirē di naturalem poſſeſſionem, ut ſupra dixi, ergo uſufructuaria, & hæredes prædicti non poſſunt aduerſus illos de Gandulphis in hoc interdicto uti poſſidetis obtinere: Quòd autem dicantur ui, clam, uel precario poſſidere ab eccleſia, & conſequenter à dictis de Gandulphis propter iura ceſſa, colligitur clariſsimè ex iis, quæ uoluit Bart. in d. l. 1. §. quòd ait prætor col. pen. dicēs, quòd ſi emphyteoſi finita, emphyteota, uel eius hæredes in naturali poſſeſsione inſiſtāt, ab ipſo dño ui, clam, uel precario poſsidere dicuntur, & per hoc illum in ſua ciuili poſſeſsione turbare, & interdicto uti poſſidetis tenentur, ut illam naturalem poſſeſsionem reſtituant, & ſic ab illa moleſtatione deſiſtant, ad quod facit d. l. nō abre, & d. l. penul. C. locati cum ſimilibus. Secundo reſpōdeo,
54 † quòd ex quo per mortē Paulìantonij, & eius filij infantis finita fuit emphyteoſis propter lineam deſcendentium finitam, reſpectu huius rei emphyteoticæ etiam ius uſusfructus dicitur extinctum, & finitum, quia uſusfructus adhærebat utili dominio, & naturali poſſeſsioni ipſius emphyteotæ, qui uſumfructum reliquit: Vnde reſoluto iure emphyteotæ reſoluitur ius uſusfructus, & uſufructuarij, quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris l. lex uectigali ff. de pigno. c. nuper de donat. inter uir. & uxo. cum ſimilibus allegatis per Petr. de Anch. in ſæpe allegato conſi. 133. plenè, & ſubtiliter &c. qui hoc in terminis uoluit: quare ſi finita emphyteoſi, & conſequēter illius uſufructu, uſufructuarius uelit in ſua naturali poſſeſsione ſtare, dominum, hoc eſt eccleſiam in ſua ciuili turbare, & ab ea clam, uel ui naturaliter poſsidere dicitur, & ideò non poteſt in interdicto uti poſſidetis obtinere, ſed tenetur illam poſſeſsionē naturalem reſtituere, & ſic ab illa turbatione, & moleſtatione deſiſtere: ita in terminis uoluit Bar. in d. §. quod ait prætor col. pen. in uer. eodē modo, dū inquit, eodē modo dico ī cōductore ad nō modicū tēpus, uel emphyteota, uel ſimil. uolens ſub illo uerbo ſimilibus comprehendere etiā uſufructuariū, qui in hoc eſt ſimilis, ut colligitur ex iis, quæ ſupra dixerat exēplificando ſemper de emphyteota, de conductore ad non modicum tempus, & de uſufructuario, qui ſunt ſimiles, & colligitur etiam ex iis, quæ ponit glo. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſ. & in l. ſicut certo §. ſi duobus uehiculum ff. com
55 modati. Præterea & tertio † Paulusantonius ultimus emphyteota ſimpliciter relinquendo uxorem ſuam uſufructuariam omnium bonorum, ut in eius teſtamento, non dicitur reliquiſſe, nec uoluiſſe relinquere uſumfructum huius rei emphyteoticæ, argumento eorum, quæ habentur per Bar. & docto. per illum tex. in l. ſi domus in fin. ff. de lega. 1. & melius ex quo uſufructus incipere debebat poſt mortem Ioannis Franciſci infantis filij dicti Pauliantonij teſtatoris, ueluti in eius teſtamento continetur, & ſic eo tempore, quo extingui debebat, quia tunc ius emphyteoticum erat extin guendum, ut dictum eſt poſt Pet. de Ancha. ſequitur, quòd reſpectu dictæ rei non poteſt dici relictus uſusfructus ipſi uxori uſufructuariæ, quia non poteſt ille uſusfructus dici relictus, qui debet eo tempore incipere, quo finiri, & reſolui debet l. titio ff. de uſufruc. & l. uſumfructum cum ibi not. ff. de uſufru. lega. ¶ Secundo principaliter non obſtat, quòd poſt mortem emphyteotæ eccleſia ab uſufructuaria penſiones debitas ſimpliciter receperit abſq; reſeruatione iurium, & ſine proteſtatione, ex quibus ipſa uſufructuaria uidetur ab eccleſia in ſua naturali poſſeſsione recognita, & confirmata per ea, quæ ſupra allegaui: quia reſpondetur
56 primo, † quòd dicta ſolutio, & receptio penſionis ſimpliciter facta operatur recognitionem, & confirmationem, ſeu nouam tacitam cōceſsionem, quando eccleſia recepiſſet ſolutionem penſionum temporis futuri, ſeu ſequentis poſt mortem emphyteotæ, ſecus ſi præteriti tēporis, prout in caſu noſtro, nam tūc talis receptio ſoluenti non prodeſt, nec quiquam operatur ſecundum Pet. & Bart. in l. 2. C. de iure emphyt. & Anto. de But. in d. c. potuit de loca. ibiq; alij doct. & facit l. pen. ubi caſus ff. loca. & ita eſt de mēte Alex. in d. conſi. 14. lib. 2. Secūdo reſpondeo, quòd prædicta poſſent procedere, quando is, qui poſt mortem emphyteotæ penſionem recepiſſet, ſciuiſset emphyteoſim eſſe finitam, & rem ipſo iure ad eccleſiam deuolutam, aliàs minimè, argumento tex. ibiq: Bal. cum glo. in d. c. 1. quo tempo. mil. & faciunt in ſimili not. per Dyn. Bal. & Ioan. de Imol. in l. maius §. duobus ff. de lega. 2. per Specul. in d. tit. de loca. in §. nunc uero aliqua uerſi. 24. & per Alex. in d. conſi. 14. ſed non apparet in caſu noſtro, quòd is, qui penſiones præteritas recepit, ſciuerit emphyteoſim eſſe finitam, & in dubio præſumitur ignorantia l. uerius ff. de probatio. l. ſi. ff. pro ſuo, ergo &c. Hæc reſponſio colligitur ex iis, quæ uoluit Alex. in conſi. 106. in 5. col. lib. 3. Sed prior, ac ſequēs ſolutio ma
57 gis placent. Tertio reſpondeo, † quòd ex quo ſumus in emphyteoſi ab eccleſia regulari conceſſa, ſyndicus, & prælatus eccleſiæ ſimpliciter, ac etiam ſcienter recipiendo non potuit eccleſiæ, & iuri ipſi acquiſito præiudicare, ut uoluit glo. in d. c. potuit, quæ maximè ſecundum Ioan. de Imo. & alios in prælato, ſeu adminiſtratore eccleſiæ collegiatæ eſt communiter approbata, prout ita etiám not. uoluit Alex. in d. conſi. 106. col. 5. ¶ Tertio principaliter non obſtat, quòd hæredes proprietarij poſt mortem ultimi emphyteotæ fuerint naturalem rei poſſeſsionem ingreſsi, quia ex prædictis reſpōſū apparet, prout dixi in perſona uſufructuariæ, & ex ibi dictis plenè colligi poteſt. Præterea non apparet, quòd dicti hæredes naturalem poſſeſsionem prius fuerint ingreſſi, quam eccleſia, & quam domina Lucretia, eiuſque filij: immò apparet, eccleſiam, & dominam Lucretiam, eiuſque filios ratione inueſtituræ eis factæ, & licentiæ datæ in inſtrumento cōceſsionis prius fuiſſe naturalem poſſeſsionem ingreſſos: & poſito, quòd appareret de priori poſſeſsione prædictorum hæredum, ea ipſis non opitulatur, maximè in hoc remedio intentato, ut ex præmiſsis conſtat. ¶ Supereſt alia difficultas in caſu, quo appareat de alienatiōe partis rei emphyteoticæ per emphyteotā facta taquam de re propria, & allodiali, non autem tanquam de re emphyteotica, & ſic non reſeruato iure eccleſiæ, nec de licentia, & ſcientia eccleſiæ, an emphyteota dicatur ab emphyteoſi ipſo iure cecidiſſe, & in totum, an pro parte: & non diſputatiuè, ſed con
58 cluſiuè procedendo, dico, † quòd propter alienationem partis rei emphyteoticæ factam ab emphyteota, irrequiſita eccleſia, & abſque reſeruatione iurium ipſius, emphyteota ipſo iure ab emphyteoſi cadit, etiam ſi rem, uel eius partem alienaſſet tanquam emphyteoticam, ſequuta tamen domini declaratione, ut habetur in d. c. potuit, & in l. fin. C. de iure emphyt. immò Alexan. in conſi. 43. lib. 3. ipſo

iure

iure cadit à iure ſuo abſque eo, quòd aliter citetur, uel requiratur, & ſic abſque alia declaratione, ut declarat Bal. in c. quæ in eccleſiarum colum. 11. de conſtitutio. & ita uoluit gloſ. communiter approbata in d. l. fina. ut per Antonium de Butr. in conſi. 22.
59 † Multo magis ergo hoc eſt dicendum, quando emphyteota non ut emphyteota, ſed ut plenus dominus rem, ſeu partem rei emphyteoticæ uendidit, & ſic animo ipſi eccleſiæ totaliter præiudicandi, ut uidetur probare tex. in d. l. fin. & Alexan. in l. ſi domus in fi. in penultima columna dicit Baldum in l. uſusfructus ff. ſoluto matrimonio, & in c. 1. §. donare quali. ol. feu. alien. pot. uoluiſſe, quòd emphyteota alienando rem ſimpliciter, ut ſuam, & ſic animo præiudicandi in totum domino, ſiue eccleſiæ propter delictum iure ſuo priuatur: pro quo facit, quia ſic alienando dicitur tunc re locata malè uti, & tribuit emptori cauſam cõtra eccleſiam præſcribendi, & ideò merito debet à iure ſuo expelli authen. qui rem C. de ſacroſanct. eccle. & faciunt not. per Matheſil. & Bald. in l. ædem
60 col. 1. C. loca. & per eundem Bal. in d. l. ſi domus. Et † in dubio rem ſimpliciter uendendo cenſetur rem emphyteoticã in totum, & pleno iure uendidiſſe animo in totum ipſi domino, & eccleſiæ præiudicandi, non autem cenſetur uoluiſſe ſolum uendere ius, quod is in re habet, ut tenent communiter doctores, ueluti refert Alexan. in d. l. ſi domus in fi. in prin. 2. colum. & Salice. in d. l. fina. colum. 3. C. de iure emphyteo. & in l. 1. in fin. C. de contrahen. emptio. niſi dixiſſet ſe, ut emphyteotam uendere, ut per Salicetum ibi.
61 ¶ An † autem rem pro parte tantum alienando cadat ſolum ab illa parte, an uerò à tota emphyteoſi, Alexan. in cõſi. 99. lib. 5. in fin. uidetur uelle, quòd ſolum pro illa parte cadat, ut uoluit Raph. Cuma. in l. quidam in iure §. donationem ff. de donatio. per plura, quæ Alexan. & Cuma. ibi allegant: quod ſaltem uerum eſſet in cõceſſione facta ab eccleſia, ut not. Bal. in c. 1. in §. ſi uerò qualit. feu. olim alien. pot. & benè facit id, quod habetur in c. tuam de pœnis, & probatur ex not. per Baldum in d. l. ædem columna ultima in uerſi. ſed quid, & faciunt not. per ipſum Baldum in c. 1. §. callidis, ibiq́ue glo. de prohib. feu. alien. per Federicum: ſed aduertas, quòd Alexan. Cuma. Bal. & glo. in locis proximè allegatis loquuntur, quando quis partem rei emphyteoticæ, ſeu feudalis, ut emphyteota, ſeu ut uaſallus uendidit, nõ ſeruata forma iuris, & ſic irrequiſito domino, ſeu eccleſia, iuxta d. l. fi. & d. c. potuit: At caſus noſter eſt, quando emphyteota rem, ſeu rei partem uendidit non ut emphyteoticam, ſed ut ſuam propriam pleno iure, & ſic animo ipſi eccleſiæ, & domino in totum præiudicandi, & tunc uidetur, quòd in totum ipſo iure à tota re cadat, ut uidetur uelle Alexan. in d. l. ſi domus in fin. in penultima columna, cuius rationes optimè faciunt, & hoc inferunt, & ita uidetur uoluiſſe Bald. in d. §. callidis, limitando ea, quæ prius attenta diſpoſitione, & opinione canoniſtarum dixerat: & quòd emphyteota alienando partem rei ut ſuam, & ſic animo in totum eccleſiæ præiudicandi, re ipſa totaliter priuetur, uoluit Bal. in c. 1. §. aut libellario colum. 1. quibus modis feud. amitt. in c. 1. colum. 2. de uaſal. qui contra conſtit. Loth. per Ioannem Andream in c. 2. extra de feu. & in d. §. callidis, & in c. 1. in 2. colum. de alien. feu. per Ioannem Fabrum Inſtit. de lega. §. ſi uerò quis partem, & eſt bonus textus in d. l. quidam in iure §. donationem, ubi Bar. notat: & quamuis Ioan. And. in d. c. 2. & Bal. in locis præallegatis, maximè in d. §. callidis uideantur uelle, quòd de æquitate canonica ſolum ab illa parte cadat, tamen loquuntur in caſu, quando ut emphyteota uendidiſſet, ut ſupra dixi: Ergo ſtabit concluſio, quòd uendendo etiam partem rei tantum ut ſuam, & ſic cum totali eccleſiæ præiudicio, in totum emphyteoſi priuatur.
62 ¶ Addo ultimo loco unum, quòd † ex quo finita fuit emphyteoſis propter lineam deſcendentium finitam, & ſic res ipſo iure ad eccleſiam fuit reuerſa, ut ſupra ſæpius dictum eſt, emphyteota, uel hæredes ſui propter melioramenta in ipſa re facta non poſſunt rei retentione uti, ſed debent ab ipſo domino, & ab eccleſia melioramenta petere, ut uoluit Alexan. poſt Barto. in l. colonus ff. unde ui. Nec obſtat id, quod habetur in c. 1. ibiq́ue Abb. & alij extra de reſtitutione in integrum, & in l. penultima ff. locati, quia ibi dicta procedunt in ſimplici colono, & non in emphyteota. Et hæc quoad præſentem conſultationem dicta ſufficiant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſi finita ob lineam deficientem, eccleſia domina deſcendentes tantum primi conductoris renouare tenetur, ſecundum aliquos.*
2 *Et ſecundum alios agnatos quoque collaterales proximiores,*
3 *Et ſecundum aliquos agnatos proximiores, ſiue collaterales ſint, ſiue deſcendentes, ita demum, ſi hæredes ultimi emphyteotæ fuerint, adeò quòd ſi extranei eſſent hæredes inſtituti, agnati præferrentur.*
4 *Concordantur opiniones prædictæ, & nume 8. ubi plenè.*
Et an in hoc differentia ſit inter emphyteoſim priuati, & emphyteoſim eccleſiæ num. 6.
5 *In renouatione emphyteoſis agnatis proximioribus facienda ob lineam finitam ſemper eſt conſideranda natura, & qualitas primæ inueſtituræ.*
7 *Iura ciuilia generaliter loquentia, & in æquitate fundata etiam in eccleſiis locum habent.*
8 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus, ſeu pro ſe, & deſcendentibus uſque in tertiam generationem, finita ob lineam deficientem, ſi ſuperſint alij deſcendentes primi conductoris, illi, quamuis non ſint hæredes, collateralibus ſunt præferendi, his uerò non extantibus proximiores collaterales ſimiliter etiam non hæredes admittuntur, & extranei etiam hæredes hoc in caſu renouari non debent.*
9 *Secus, ſi conceſſa ſit pro filiis, & deſcendentibus hæredibus, quia tunc non admittuntur, niſi illi, qui ſint hæredes.*
10 *Et hoc in caſu etiam hæredes extranei non admittuntur.*
11 *Emphyteoſis priuati eſt ad extraneos hæredes tranſitoria, & finita ob lineam deficientem ij, qui ſint ultimi emphyteotæ hæredes etiam extranei, agnatis etiam proximioribus non hæredibus præferuntur.*
12 *Proximitas reſpectu cuius ſit attendenda, an primi uocati, an uerò ultimi decedentis, quando proximiores ad aliquam diſpoſitionem ſunt admittendi.*
13 *In conceſſione emphyteoſis eccleſiaſticæ ſi adiectum ſit pactum his uerbis, quòd ſi finita fuerit eius tertia generatio, tunc liceat Abbati concedenti pro Abbatia retinere, uel pro libito ſuæ uoluntatis alteri concedere, pactũ iſtud quomodo ſit intelligendum.*
14 *Conceſſionem eſſe fruſtratoriam magis eſt tollerandum, quam quòd alteri præiudicium iniuſtè inferatur.*
15 *Verba aliàs liberam uoluntatem importantia arbitrium boni uiri ſignificant, quando illis uerba arbitrium boni uiri denotantia iunguntur.*
16 *Verbum licet eſt ſignificatiuum arbitrij boni uiri, & uoluntatis a iure regulatæ, & ad æquitatem refertur.*
17 *Verbum licentia debet intelligi de uoluntate non nuda, ſed à iure regulata.*
18 *Pactum factum in terminis, in quibus ius diſponit, debet ſemper in terminis iuris communis intelligi.*
19 *Pactum inter eccleſiam, & emphyteotam, quòd emphyteota poſſit rem, cui uoluerit, uendere, debet intelligi de conſenſu eccleſiæ dominæ, & cum eius licentia.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus, finita ob defectum generationis, debet agnato proximiori renouari, etiam ſi ultimi decedentis hæres non fuerit:*

Et ſtante pacto, quòd ſi finita fuerit tertia generatio, tunc liceat Abbati concedenti pro Abbatia retinere, uel pro libito uoluntatis ſuæ alteri concedere, non intelligitur, quòd poſſit, cui uelit, concedere, ſed, quòd pro libito uoluntatis ſuæ pro Abbatia retineat,

retineat, uel concedat alteri, uidelicet cui de iure emphyteoſis, finita linea, eſſet concedenda.

CONSILIVM CIII.

VVLGARIS eſt quæſtio inter antiquos, & moder nos in cõſiliis, & lecturis ſæpiſſimè uario modo agi tata, an finita emphyteoſi ob deficientem lineam, eccleſia domina deſcendentes primi conductoris tantum renouare, ac refirmare teneatur, an etiam illius collaterales proximiores, an uerò eos, qui ultimi defuncti, ſeu primi con
1 ductoris hæredes fuerint† Bar. in l. 1. §. permittitur poſt glo. ibi ff. de aqua quoti. & æſti. deſcẽdentes tantũ primi cõducto ris refirmãdos ac renouandos eſſe putauit, ne illis iniuria fie ri diceretur, ob quã ſaltẽ de iure canonico, quo licitũ eſt ẽt ab extraiudicialibus appellare c. concertationi de appella. in 6. & c. cum ſit extra de appell. poſſet appellari, ſeu prouocari: & in hanc ſententiam incidit idem Bar. in l. 1. in fin. uer. ff. de priuil. credi. dum ſe remiſit ad dicta per eum in d. §. permittitur: & licet ibi de cognatis loquatur, tamen non infertur, ueluti quidam fortè putauere, quòd de collatera libus per fœminam coniunctis intellexerit, ſed dici poteſt ibi etiam intellexiſſe de deſcendẽtibus, ex quo remiſit ſe ad dicta per ipſum in d. §. permittitur, ubi loquitur de deſcendentibus, cum deſcendentes, & aſcendẽtes quoque per maſculum cognati propriè ſint, nam eſt nomen generale, ut legitur in l. 1. l. non facilè, & l. iureconſultus in princ. & in §. 1. ff. de gradibus: Nec ualet inductio Decij maximè in cõſ. 131. de tex. in d. §. permittitur, quia Bar. id, quod ibi de emphyteoſi loquitur, non aſſumpſit ex illo tex. ſed ex eo, quod inquit glo. in ſimili de feudo, quòd mortuo uaſallo facilè poteſt feudum à domino hæres maſculus impetrare, ut in c. 1. §. omnes filij ſi de feu. fuer. conten. inter dominum, & agna. & in c. 1. quo tempo. mil. nam Bar. putat idem eſſe dicendum in emphyteoſi finita, ut deſcendentes illam petere poſſint: & quamuis glo. loquens de feudo dicat hæredem maſculum, non tamen uoluit de quolibet hærede intelligere, ſiue ſit ſanguine quomodocunq; coniunctus, ſiue ſit extraneus, ſed de hærede maſculo, cuius appellatione in materia feudali filius, & deſcendens maſculus continetur c. 1. §. ſed diuerſum de alien. feu. c. 1. §. profectò de lege Corradi, glo. in l. ex facto §. fin. ff. ad trebell. & de filiis, & ſic de deſcendentibus intellexit etiam Bar. in l. ſi mihi, & titio col. ulti. ff. de uerborum obliga. & facit ratio, quia huiuſmodi re nouatio, ſeu refirmatio fieri dicitur ex quadam præſumpta mente primi conductoris, & regulatur, ac interpretatur ſecundum naturam primæ conceſſionis, ut inquit Bar. in d. l. ſi mihi, & titio in ulti. col. & ideò à mente primi conductoris regulari debet, qui ueriſimiliter cenſetur potius ſuis poſteris, & deſcendentibus, quam extraneis prouidere uoluiſſe argumento l. cum auus ff. de condit. & demon. l. cum acutiſſimi C. de fideicom. & l. generaliter §. cum autẽ C. de inſtit. & ſubſtitu. ſub cond. fac. & hæc Bart. ſententia crebro recepta eſt, ueluti atteſtantur docto. quos Deci. allegat in conſ. 131. & ipſe idem ibi, & in conſi. 78. affirmauit.
2 ¶ Sed † quòd etiam collaterales hoc beneficio gaudeãt, ſequuti fuere Ioan. de Imol. in ſuo conſi. incip. Thomas, ſeu Petrus de Pannolini, aliàs quidam Tonius, & Alex. in d. l. ſi mihi, & titio col. penul. qui cum Ioan. de Imol. pertranſire uidetur, & in conſi. 10. col. ulti. lib. 3. in conſi. 80. lib. 1. & in cõſi. 93. lib. 2. neq; ab hoc receſſiſſe uidetur Pet. de Ancha. in conſi. 133. qui in ſecundo dubio contrarium ſentiens poſtea admittit agnatos fore admittendos, ſi hæredes fuerint: eandem opinionem ſequitur Præpoſi. Mediola. in c. unico col. antepen. & penul. quemad. feud. ad fil. pertin. & optimè probat ille tex. exceptis duobus caſibus, in quibus dominus poteſt filiæ defuncti gratiam facere: & Roma. in conſi. 22. in fin. uoluit proximiores agnatos eſſe renouandos, & non remotiores, nam ex quo agnati ad hoc uocati cenſentur, & ſic ſub nomine plurium perſonarum, & graduum collectiuo, intelliguntur uocati ſucceſſiuè, & ſecundum gradus prærogatiuam argumento l. cum ita §. in fideicommiſſo, & l. peto §. fratre ff. de lega. 2. l. fin. C. de uerborum ſignifi. ueluti etiam refert, ac ſequitur, do. Præpoſ. in d. c. 1. in 3. & in pen. colu. hoc idem uoluit Roma. in l. prætor §. fin. ff. de noui. ope. nuncia. & in l. 2. in prin. ff. ſolu. mat. Bal. in c. in præſentia col. 4. extra de probat. in fin. Franciſ. de Curte in conſi. 47. ſuper contiouerſia: & hanc ſententiam, quòd agnati etiam admittãtur, doct. magis communiter ſunt ſequuti, ueluti atteſtatur do. Præpoſ. multos allegãs in d. c. unico in 3. col. cũ ſequen. & longũ eſſet eã tenẽtes referre: neq; illam negauit Bart. in locis allegatis, quamuis exemplificando de deſcendentibus loquutus fuerit in d. §. permittitur, nam in d. l. 1. ff. de priuil. credit. generaliter loquitur. ¶ Quidam
3 etiam uoluerunt, † quòd ita demum agnati proximiores, ſiue deſcendentes, ſiue collaterales hoc ius petendi refirmationem, & renouationem habeant, ſi hæredes ultimi defuncti fuerint, adeò quòd ſi extranei eſſent hæredes inſtituti, deberent agnatis præferri, ut uoluit Ioan. de Imol. in d. conſ. Thomas de Pannolini, quem refert, ac ſequitur Alex. in d. l. ſi mihi, & titio col. pen. Deci. in d. conſi. 131. & Moder. in c. bonæ de poſtula. præla. ſed contrarium uoluit ipſe Deci. in conſi. 78. & Moder. in d. c. unico col. penul. quemadmo.
4 feu. ad fil. pertin. ſequuti ſunt. Hæ † tamen duæ opiniones poſſent concordari, ut aliàs dicebam, quòd aut emphyteoſis fuit hæreditaria, & procedat prima opinio, ut non poſſit niſi ad hæredes tranſire, aut fuit emphyteoſis ex prouidentia conceſſa filiis, & deſcendentibus uſque ad tertiam generationem, prout declaratur ex mente Bal. in authen. ſi quas col. 1. C. de ſacroſan. eccle. & tunc procedat ſecunda opinio, quòd proximiores agnati, etiam ſi non ſint hæredes, cæteris etiam hæredibus præferantur: & ratio eſt ea, quæ col-
5 ligitur ex uerbis Bar. in d. l. ſi mihi, & titio col. ulti. † quòd in hac renouatione, & refirmatione ſemper conſideranda ſit natura, & qualitas primæ inueſtituræ: quo fit, ut ſi prima fuerit hæreditaria, debeat agnatis hæredibus concedi, ſi uerò non ſit hæreditaria, ſed ex prouidẽtia, debeat proximioribus etiam non hæredibus concedi, & faciunt ea, quæ habentur per Bar. in l. ut iuriſiurãdi §. ſi liberi ff. de oper. liber.
6 ¶ Quam plures † etiam, inter quos fuit Alex. in d. l. ſi mihi, & titio col. pen. dixerunt doctrinam Bar. in d. §. permittitur & in d. l. 1. locũ habere ſolum in emphyteoſi priuati, & nõ eccleſiæ, quoniam Bar. & alij allegant tantum iura ciuilia, quibus eccleſia non ligatur c. eccleſia S. Mariæ, & c. quæ in eccleſiarum extra de conſtitut. & docto. in c. fin. extra de ſolutio. quam opinionem docto. communiter damnant, nam et ſi iura ciuilia expreſsè de eccleſiis loquentia non ſint recepta tanquam contra libertatem eccleſiæ emanata, d. c. ec
7 cleſia S. Mariæ, c. benè quidẽ 96. diſt. tñ † iura ciuilia generaliter loquentia, & in æquitate fundata etiam in eccleſiis locum ſibi uendicant, ut plenè dicunt canoniſtæ in c. 1. & in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. Item quia dicta opinio Bar. in d. §. permittitur, & in d. l. 1. corroboratur per iura, & gloſas iuris canonici, ut in c. bonæ il 2. in fin. ibiq; glo. fin. in ultim. uer. extra de poſtula. præla. ubi Abb. et alij, et habetur in glo. per illum tex. in c. fin. 100. diſtin. Rurſus Alex. in d. l. ſi mihi, et titio quamuis dixerit in eccleſia, et rebus ſuis emphyteoticis hoc iure non eſſe utendum, tamen fatetur Bar. ſententiam in eccleſia quoque ſeruanda eſſe, et illum in practica ſeruari inquit, ueluti uidentur tenere ſcriben. uariis in locis, ut atteſtatur Deci. plures allegans in d. conſi. 78. et 131. ¶ Sed fortè dicta ſcribentium, qui in hoc

hoc articulo ſibi inuicem aduerſari uidentur, poſſent ita ad
8 concordiam reduci, † quòd aut loquimur in emphyteoſi
eccleſiaſtica, qualis eſt illa, de qua agitur, et tunc ſi ea fuerit
cōceſſa pro ſe, filiis, et nepotibus, ſeu pro ſe, et deſcendēti-
bus uſq; in tertiā generationem, quod in effectu idē eſt, ut
ex uerbis Bal. in d. auth. ſi quas col. 1. colligitur, illa finita ob
lineam deficientem, ſi ſuperſint alij deſcendentes primi cō
ductoris, illi collateralibus omnino ſunt præferendi, etiam
ſi non ſint hæredes, cum talis emphyteoſis non ſit hæredita
ria, ſed ex prouidentia argumento d. l. cum acutiſſimi, & d.
l. cum auus, & hoc modo intelligatur id, quod uoluit Barto.
in d. §. permittitur, & in d. l. ſi mihi, & Titio columna vltima
cum alijs ſupra allegatis: Si uerò non extent deſcendentes,
ſed collaterales tantū, tunc proximiores præferendi erunt,
quamuis non ſint hæredes, quia hæc qualitas hæreditaria
non eſt conſideranda, quando emphyteoſis fuit ex proui-
dentia conceſſa pro ſe, & filijs, & nepotibus, vel deſcenden
tibus ſimpliciter, quoniam qualitas, & natura primæ con-
ceſſionis etiā obſeruāda eſt in huiuſmodi refirmatione, ſeu
renouatione, ut ſupra dixi ex mente Bar. in d. l. ſi mihi, & Ti
tio columna ultima: & nunquam hoc in caſu extranei etiā
hæredes refirmari, ſeu renouari poterunt, neque debebunt:
9 & hic eſt caſus noſter: † Aut emphyteoſis eccleſiæ fuit
hæreditaria, quia pro filiis, & deſcendentibus hæredibus cō
ceſſa ad not. per Alexandrum in l. ſi patroni ff. ad trebellia-
num, & in l. quod dicitur ff. de uerborum obligati. poſt Imo.
ac in l. etiam ff. ſoluto matrimonio cum ijs, quæ dixi in repe
tit. c. in præſentia de probat. & tunc quia ad illam non ad-
mittuntur, niſi deſcendentes, qui ſint hæredes, præferentur
deſcendentes hæredes quibuſcunque alijs d. l. cum acutiſſi
mi, & ſi non extent deſcendētes, præferētur agnati collate
rales ita demum, ſi ſint hæredes, quamuis ſint remotiores,
quoniam cum emphyteoſis ſit hæreditaria, non debet tran
ſire, niſi ad illos, qui ſint hæredes, quia in renouando, ſeu re
firmando ſeruanda eſt natura primæ conceſſionis argumē
to eorum, quæ uoluit Barto. in d. l. ſi mihi columna ultima
cum ijs, quæ ſcriben. communiter dicunt de emphyteoſi
hæreditaria uarijs in locis, maximè in proximè deductis:
10 & † ſi ab ultimo decedente eſſent hæredes penitus ex-
tranei inſtituti, illi nullo modo renouandi, aut refirmandi
eſſent, quia emphyteoſis eccleſiæ ſecundum crebriorem, &
ueriorem opinionem, quam ego defendi in d. c. in præſen-
tia, nunquam regulariter loquendo eſt ad extraneos hære-
des tranſitoria §. emphyteoſim in authen. de non alien. aut
11 permut. rebus: † At ſi loquamur de emphyteoſi priuati,
quæ ſui natura eſt ad hæredes extraneos tranſitoria, ut in l.
1. ff. ſi ager uectig. uel em phy. pet. §. adeò Inſtitu. de loca. &
conduct. ſi ultimus emphyteota deceſſerit condito teſta-
mento, uel ab inteſtato, renouandi erunt illi, qui hæredes
fuerint uel ex teſtamento, uel ab inteſtato, adeò quòd ex-
traneus hæres inſtitutus præferendus erit etiam proximio-
ribus agnatis, qui hæredes non eſſent: & hoc modo intelli-
gatur opinio Ioan. de Imo. in d. conſi. Thomas de panno li
ni relata ab Alexan. in d. l. ſi mihi, & Titio columna penulti-
ma per ea, quæ uoluit Barto. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi
ff. de oper. liberto. & in l. ex facto in fin. ff. ad trebellianum,
& ſecundum diſtinctionem, & concordiam prædictam poſ
ſunt intelligi, & declarari illa, quæ ſupra in variis conſiliis
ſecundum factorum contingentiam dixi, & inferius for-
taſſe dicam. ¶ Ex prædictis infero, quòd cum in caſu oc-
currenti emphyteoſis ſit eccleſiaſtica, & non fuerit hæredi
taria, ſed conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus, & ſic uſque in
tertiam generationem, ut declarat Bal. in d. authen. ſi quas,
illa ob defectum generationis finita non debuit refirmari,
ſeu renouari illis, qui ſunt ultimi decedentis hæredes, ſed
attenta proximitate proximiori agnato, quamuis ultimi de
cedentis hæres non fuerit, quoniam qualitas hæreditaria
ad excluſionem proximioris cenſetur impertinens, & dun-
taxat eſt conſideranda qualitas agnationis, ut proximior
agnatus ſit præferendus, ſicuti in ſimili dicunt Bal. & Paul.
Caſtr. in l. 1. C. de legit. hæred. ¶ Nec diſputandum eſt, an
in perſona Raphaelis adſit qualitas hæreditaria, propterea
quia ſaltem mediatè etiam ipſæ hæres primi conductoris
fuerit, cum huiuſmodi qualitas quoad caſum noſtrum di-
catur impertinens, ac etiam ne in illam maiorem difficulta-
tem incidamus, utrum ſufficiat, quòd quis hæres primi con
ductoris dicatur, uel neceſſe ſit, quòd ad hoc, ut admitti poſ
12 ſit, debeat eſſe hæres ultimi decedentis, † quod ultimū non
nulli quoad effectum ſuccedendi in emphyteoſi eccleſiæ
uoluere, allegando doctrinam Bartoli in l. re coniuncti co-
lumna penultima uerſicu. iuxta hoc quæro ff. de lega. 3. &
Paul. de Caſtr. in conſi. 133. lib. 2. & plura alia: Ex oppoſi-
tò tamen faciunt illa, quæ ad propoſitum ponit do. Bartho
lo. Sozin. inſignis præceptor meus in l. ſi cognatis columna
ultima in 6. & ultima concluſione ff. de rebus dub. qui de-
monſtrat crebriorem eſſe illam opinionē, quòd proximitas
reſpectu ultimi decedentis, & non reſpectu primi cōducto
ris, ſeu primi uocati ſit inſpicienda, qn̄ ſumus in diſpoſi-
tione, ad quam proximiores ſunt admittendi, & inter cæte-
ra allegata not. per Bartolum in d. l. re coniuncti columna
penultima uerſi. tertio quæro, & plura alia: Sed non expe-
dit in præſentia ſuper hoc inſiſtere, an ultimi decedentis, an
uerò primi conductoris hæres fuerit, cum non ſimus in em
phyteoſi eccleſiæ, quæ iure hæreditario deferatur, & refir-
manda ſit, ſed quæ iure proximitatis debetur, cū ſit ex pro
uidentia, ut ſupra: quo caſu proximitas debet attendi non
reſpectu primi conductoris, ſed ultimi decedentis, ut in l. cū
ita §. in fideicommiſſo ff. de lega. 2. Sozin. in d. l. ſi cognatis
columna ultima, & in conſil. 249. lib. 2. & in emphyteoſi
hoc uoluit Roma. in conſi. 22. in ultimo dubio: Sed in caſu
noſtro Raphael dicitur proximior reſpectu ultimi deceden
tis, item reſpectu primi conductoris, quam ſit Cechinus ad
uerſarius, ut ex arbore colligitur, ergo Raphael, & non Ce
chinus eſt renouandus, ſeu refirmandus, quamuis Cechi-
nus dicatur hæres Franciſci ultimi decedentis, quoniam, ut
ſæpe dictum fuit, in noſtris terminis qualitas hæreditaria
eſt impertinens, & præſertim cum in huiuſmodi renouatio
ne, ſeu refirmatione debeat attendi qualitas primæ conceſ
ſionis, & ſecundum illam interpretatio ſit facienda, ut uo-
luit Bartolus in d. l. ſi mihi, & Titio columna ultima.
¶ Sed maior contra ipſum Raphaelem, & ad fauorem præ-
fati Cechini ſupereſt hæſitatio, quæ reſultat ex pacto in in-
ſtrumento conceſſionis adiecto, quo conuentum fuit, quòd
ſi Thomas primus conductor rem uendiderit, ſeu alienaue
rit ſine licentia domini, aut per biennium in ſolutione pen-
ſionum ceſſauerit, aut finita fuerit eius tertia generatio, tūc
res cum omni ſuo melioramento liberè in dictis caſibus, &
in quolibet dictorum caſuum liceat domino Abbati ſine li
centia alicuius iudicis dictæ rei tenutam intrare, & corpo-
ralem poſſeſſionem apprehendere, & pro dicta Abbatia re
tinere, uel pro libito ſuæ uoluntatis non obſtantibus aliqui
bus iuribus ciuilibus, canonicis, uel municipalibus in con-
trarium diſponentibus, quibus &c. nam ad hoc, ut huiuſ-
modi pactum in caſu finitæ lineæ aliquid ultra id, quod eſt
dè iure, operetur, debet intelligi, quòd ipſi domino Abbati
licuerit rem pro eccleſia retinere, aut, cui uoluerit conce-
dere, prout dicto Cechino conceſſit, alioquin hoc pactum
fruſtratorium fuiſſet, quod minimè dicendum eſt, ut colli-
gitur ex uerbis Salice. in l. licet certis in final. uer. C. locati,
Bal. in c. 1. §. præterea colum. 2. de capitu. Corra. l. ſed & ſi
quis §. quæſitum cum glo. in fin. uerb. ff. ſi quis cautio Iaſ. in
l. filiusfamilias §. diui in ſecūda lectura colum. 6. ff. de leg. 1.

l.ſi quando eodem titu.l.ſi quando in princ.C.de inofficio.
teſtamen.& l.cum eſſent in fin.ff.de ſeruit.ruſtic. præd.cum
aliis: Huic difficultati licet alij clariſſimi aduocati reſpon-
ſum optimè accommodauerint,tamen, ut petenti ſatisfa-
13 ciam,nonnulla & ego dicam, † & primo uidetur dici poſ-
ſe,quòd & ſi eccleſia in caſu lineæ finitæ ſibi ius tenutã in-
grediendi,& rem pro libito uoluntatis pro eccleſia retinē-
di reſeruauerit,tamen ex uerbis pacti non colligitur,neque
expreſſum fuit,quòd Abbati rem illam,cui uoluerit,conce
dere licuerit,uerba enim pacti mihi exhibita iſtud non con
tinēt,ideò in præiudicium agnatorum non eſt ſubintelligen
dum,cum non ſit uerisimile,quòd eccleſia,quæ eſt auctrix,
& cultrix iuſtitiæ,hoc uoluerit,ſeu ita conuenerit c.1.§.ſed
diuerſum de aliena.feudi,& dicere poſſumus id, quod ha-
betur in c.ad audientiam, & ibi glo.extra de decimis, & in
l.unica §.ſin autem ad deficientis C.de caduc.tollen.l.ſi ſer
uum §.non dixit prætor ff.de acquiren.hæredit.& argumen
to l.ueteribus cum ibi not.ff.de pactis cum alijs, quòd ſi pa-
ciſcentes hoc uoluiſſent, dixiſſent. ¶ Secundo et ſi in dicto
pacto uerba illa uel pro libito uoluntatis ſuæ alteri conce-
derē,expreſſa eſſent, quæ regerentur à uerbo liceat ſupra
poſito,tamen adhuc reſponderi poteſt, quòd hæc uerba pa
cti taliter debent intelligi, ut tertio nō comprehenſo in in-
ſtrumento præiudicium non inferant argumento l.2.§. ſi
quis à principe,& in §.merito ff.ne quid in loco publi.d.l.1.
§.permittitur,cap.dilecti, cap.ſuggeſtum extra de decimis,
14 & c.quid per nouale de uerborum ſignificat. † magis enim
eſt tollerandum,ut conceſſio ſit fruſtratoria, quam quòd al
teri iniuſtè præiudicium,ſeu iniuria inferatur c.dilecti, & c.
dudum extra de priuileg. Item priuilegium, ſeu conceſſio,
quod,aut quæ ex poſtfacto graue alterius præiudicium cō
tinere incipit,annullatur,ut in d.c.ſuggeſtum, ibique Abb.
& ideò inferendum eſt,quòd in caſu occurrēti pactum hu
iuſmodi etiam uerba impropriando ſit intelligendum, atq;
interpretandum ſecundum terminos iuris communis, uide
licet,quòd poſſit pro libito uoluntatis concedere illi, cui res
emphyteotica de iure finita linea concedenda erat, & ſic
proximiori agnato,ut ſupra, & illa uerba pro libito uolun-
tatis dicentur poſita reſpectiuè ad præcedentia, aut ad fa-
cultatem, qua abbas uti poterat rem pro eccleſia retinen-
do,quaſi uoluerint dicere, ultra quod ſibi liceat pro eccle-
ſia retinere,licebit etiam ſibi pro libito ſuæ uoluntatis alte-
ri concedere, ſed illi, cui aliàs de iure in caſu lineæ finitæ
res concedenda erat,& conſequenter, quòd in conceden-
do abbas uti debuerit arbitrio,& uoluntate à iure commu-
15 ni regulato, ſeu regulata: † quoniam quando uerbis aliàs
liberam uoluntatem denotantibus coniunguntur,ſeu adii-
ciuntur uerba importantia arbitrium boni uiri, & ſic à iure
regulatum,quo iudex quilibet uti debet iuxta l. continuus
§. cum ita ff. de uerborum obligatio. tunc uerba aliàs ſolita
liberam uoluntatem importare ſignificant ratione adiun-
cti arbitrium boni uiri, & è contra, ut colligitur ex uerbis
Bartoli in l.ſi ſic ff. de legat. 1. & in l. fideicommiſſa §. ſi ſic
ff.de legat. 3. Præterea ſi uerba dicti pacti diligenter ani-
maduertantur, omnia regulantur ab illis uerbis liceat ab-
16 bati, † quod uerbum liceat eſt ſignificatiuum arbitrij boni
uiri,& uoluntatis à iure regulatæ,ut ſignanter uoluit Barto.
in l.alio colum. 3. ff. de alimen. & cibar. legat. & ait Abbas
in capitu. magnæ extra de uoto in tertio notabili, quòd
uerbum licere ad æquitatem refertur, æquitas uerò eſt
17 iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata: † & idem Ab-
bas in capit. cum ad monaſterium in fin. de ſtatu mona. ex
mente Barto. in d.l.alio,& in extrauagan.ad reprimendum
dicit, quòd cum uerbum licentia proueniat à uerbo licet,
debet intelligi non de nuda uoluntate,ſed de regulata à ra
tione: At de æquitate,& iuſtitia dulcore miſericordiæ tem
perata quando finita fuit linea, & tertia generatio, agna-
ti ſunt refirmandi,& renouandi ſecundum naturam primæ
conceſſionis,ut fatētur ſcribentes omnes poſt Barto. in d.§.
permittitur,& in d.l.1.de priuil. credit. & in d.l. ſi mihi, &
titio, igitur hoc pactum factum inter eccleſiam,& emphy-
teotam debet intelligi ſecundum iſtam æquitatem,& iuſti-
tiam dulcore miſericordiæ temperatam propter illud uer
bum liceat,ac etiam quia eccleſia ſemper debet uti miſeri-
cordia,& æquitate d.c.1.§.ſed diuerſum de alien.feud.c.nu
per extra de dona.inter uirum, & uxo.& c.ex tenore §.nos
igitur de foro competen. Rurſus pondero illa uerba uel
pro libito uoluntatis ſuæ,nã inferunt,quòd nō pro uolũtate
libera, ſed arbitrio boni uiri, & de æquitate, ac exponenda
ſunt pro uolũtate ſua licita,& æquã,nã uerbũ libet exponi-
tur pro licitum eſt l.libertas ff. de ſtatu homi.l. nō diſtingue
mus §.ex officio ff.de arbit.illa autem licitũ eſt talem uolun
tatem important, igitur nō obſtante hui uſmodi pacto,im-
mo ex uerbis illius eccleſia, finita linea, ſeu tertia generatio
ne primi conductoris; debuit alteri rem concedere, prout
de iure æquitas, & iuſtitia ſuadent, non autem prout ſuæ
liberæ uoluntati placuerit: Et quamuis eccleſia uirtute di-
cti pacti rem illam pro ſe retinere potuerit, tamen debet
intelligi,ſecundum quod declarat Abb.in d.c.bonæ il 2. de
poſtula. prælat. & refert Decius in d. conſil. 131. uidelicet
quando eccleſia indigeret,& in neceſſitate eſſet conſtituta.
Secundo dico,quòd eccleſia re integra hoc facere potuit,
ſed cum ab hac uia receſſerit, ſuaque facultate fuerit abu-
ſa,alteri, hoc eſt Cecchino rem concedendo, amplius ad
uiam,quam neglexit, & qua uti potuit,redire ſibi non eſt
permiſſum argumento eorum,quæ uoluit Barto.in l.credi-
tores C.de pignor.& not.per Bald.in authen.qui rem C.de
18 ſacroſanc.eccle.cum aliis: Præterea † pactum factum in ter
minis,in quibus ius diſponit,licet aliquid debeat operari, ut
ſupra,tamen debet ſemper intelligi in terminis iuris com-
munis, ne inconueniens ſequatur,& ne contingat naturam
cōceſſionis cum alterius præiudicio alterari l.quæro §.inter
locatorem ff.locati, l.qui inſulam in fin.eo. tit.l.ſi ſtipulatus
ff.de uſuris,& not.habetur plenè per Alexan.in conſil. 106.
lib.4.qui omnino inſpiciatur,cum multa caſui noſtro inſer-
uientia referat,quæ aliter non refero, & Specul.in titul.de
19 locato §.nunc uerò aliqua uerſi.94. † ubi ſi factum ſit pa-
ctum inter eccleſiam,& emphyteotam, quòd emphyteo-
ta poſſit rem uendere,cui uoluerit, debet hoc pactum intel
ligi,ut poſſit illud facere de conſenſu, & cum licentia eccle
ſiæ dominæ: quod dictum refert etiam,ac ſequitur Alex.in
conſi.91.lib.3.uerſi.& licet,idem uoluit Ioan. de Imol.in c.
potuit de loca.& Sali.in l.fin.C.locati,& facit tex. not. in l.
penul.§.uxor in fin.uerb.ff.ſoluto matrimonio, ibi quoniam
prioris dotis cauſa in ſequentem dotis obligationem eſſet
tranſlata: ergo ſtante etiam pacto prædicto, finita linea,erit
agnatis proximis refirmatio, ſeu renouatio facienda, ut eſt
de mente Bart.in d.l.ſi mihi,& titio colum.ulti.& argumē-
to c.1.de ſucceſſ.frat.& de gradibus, & in cap.1. de duobus
fratribus: Vlterius non eſſe inſiſtendum putaui, cum tàm
ex dictis per alios clariſſimos conſulentes, quàm ex dictis
ſupra omnia,quæ dicto Raphaeli refragari uidebantur, re-
ſoluta appareant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus tantum fœminas etiam deſcendentes non comprehendit, & minus matrem ultimi emphyteotæ.*

2 *In contractibus maximè emphyteoticis maſculinum non comprehendit fœmininum.*

3 *Eccleſia emphyteoſim lineа finita ad ſe deuolutam non tenetur agnatis reinueſtire,ſed ſi uelit,poteſt pro ſe retinere: Declaratur tamē nu.10.*

4 *Pactum, ſiue concordia inter prælatos, ſeu clericos ex una, & ciues alicu-*
ius loci ex altera, quòd prælati, linea finita, teneantur emphyteoſim con
cedere hæredibus, & illis, quibus ab emphyteotis conceſſa fuiſſet, an
prælatos, & clericos ſucceſſores liget.
Et an in ciuibus ex priuilegio communitatis ſecularis illius loci locum ha-
beat nu.6.
5 *Succeſſores contractui prædeceſſorum ſtare non tenentur in ijs, quæ contra*
utilitatem eccleſiæ ſunt facta.
6 *Ciuem eſſe, & haberi pro ciue differunt.*
7 *Vxor an efficiatur ciuis illius loci, cuius eſt maritus, & eius priuilegiis*
gaudeat, remiſſiuè.
8 *Ciuilitas alicui conceſſa per communitatem laicorum ad bona eccleſiaſti-*
ca non extenditur.
9 *Legitimatus ab Imperatore, uel ab habente ab eo legitimandi poteſtatē*
non poteſt ad bona eccleſiæ laicis concedi ſolita admitti.
10 *Vxor niſi expreſſè nominata in inueſtitura non cenſetur aliquo modo ad*
bona emphyteotica uocata.
11 *Emphyteoſi finita ob deficientem lineam, ſi dominus, & eccleſia alios*
uelint inueſtire, agnatos, & deſcendentes primi emphyteotæ, ſi ſint
hæredes, magis, quàm alios inueſtire tenetur.

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiæ conceſſa pro ſe filiis, & nepotibus tantum, ſi finita ſit ob mortem ultimi emphyteotæ, qui deceſſit, ſuperſtitibus ſorore, & matre illius, eccleſia domina ſorori potius, quàm alteri de nouo concedere, & inueſtire tenetur.*

Concordia inter prælatos, & clericos ex una, & ciues alicuius loci ex altera inita, quòd linea finita prælati, & clerici teneantur emphyteoſim concedere hæredibus, & illis, quibus ea ab emphyteotis conceſſa fuiſſet, tanquam eccleſiis præiudicialis ſucceſſores non ligat, & in ciuibus ex priuilegio communitatis illius loci locum non habet.

CONSILIVM CIIII.

REQVISITVS in hac cauſa de ſimplici ueritate
iuri conſona, prætermiſſo longo argumētorum or-
dine, & ſolum uerbis inueſtituræ, & iis, quæ in qua-
dam concordia continentur, inhærendo, illiſque diligenter
conſideratis, videtur in primis de iure concludēdum eſſe,
quòd ſoror, & mater ultimi emphyteotæ, qui illis ſuperſti-
tibus deceſſit, ex tenore inueſtituræ ad bona emphyteotica,
1 de quibus agitur, admitti non poſſint: † quoniam inueſtitu-
ra facta fuit pro ſe filiis, & nepotibus tātum, quæ uerba fœ-
minas etiam deſcendentes non comprehendunt, & minus
matrem immò illas excludunt per ea, quæ in fortioribus ter
minis uoluit Alex. in conſil. 61. lib. 1. ubi ſi conceſſio facta
fuerit pro ſe filiis, & nepotibus ſimpliciter, filia, ſeu alia de-
2 ſcendens fœmina non dicitur comprehenſa, nam † in con-
tractibus maximè emphyteoticis maſculinum non concipit
fœmininū, ut fuit originalis doctrina Guid. de Suza. in l. qui
cunque C. de ſeruis fugit. quā ferè totus mundus ſequitur,
& præcipuè Archid. in c. ſi quis ſuadente 17. q. 4. Bal. in l. ſed
ſi hac §. liberos, & ibi Alex. qui infinitos allegat, ff. de in ius
uocan. Specul. in tit. de locato §. nunc uerò aliqua uer. 146.
ergo multo magis hoc uerum eſſe dicendum eſt, ſi facta eſ-
ſet conceſſio pro ſe, filiis, & nepotibus tantum, cum hæc di-
ctio tantum ſtet excluſiuè, & ſic omnes alios ultra nomina-
tos, & expreſſos excludat Barto. in l. 1. in princ. ff. ſi quis ius
dicen. non obtemp. l. niſi ff. de pactis cum ſimilibus, & con-
ſequenter quoad filiam primi emphyteotæ ſororem ultimi
decedentis emphyteoſis finita cenſetur: Quoad matrem
etiam non poteſt dici durare, cum ea non ſit de compre-
henſis in inueſtitura. Quare propter lineam finitam ue-
rum eſt dicere, quòd bona emphyteotica ſint ad eccleſiam
deuoluta: & in hoc minimè eſt hæſitandum.
¶ Sed magis dubitari poſſet, an eccleſia teneatur de nouo
ipſam ſororem, ſeu matrem inueſtire, quia ultimi deceden-
tes fortè ſint hæredes iuxta vulgatam opinionem Barto. in
l. 1. §. permittitur cum glo. ff. de aqua quotid. & æſtiua cum
aliis ſimilibus, qui uoluit eccleſiam teneri alios deſcenden-
tes inueſtire, alioquin ipſis iniuriam faceret, & propter hoc
3 appellare poſſent: Contrarium † tamen fortaſſe dici poſ-
ſet, quia, ut declarat Alex. in l. ſi mihi, & titio col. penul. ff.
de uerb. ob. illa theorica Barto. debet intelligi, ut procedat
in emphyteoſi priuati, nō autem eccleſiæ: Vel poſito quòd
in re eccleſiaſtica quoque locum haberet, limitatur id non
procedere quoties eccleſia uellet rem pro ſe retinere, illam
in rebus ſuis incorporādo, ut not. uoluit, & declarauit Abb.
in c. bone il 2. in glo. fin. in penul. colū. ff. de poſtula. præla.
cuius dictum quam plures ſequuntur, quamuis Deci. in cōſ.
131. illud non admittat: Quinimmo poſt incorporationem
eccleſia abſque ſolemnitate à iure in alienationibus rei ec-
cleſiæ requiſita rem alteri concedere non poſſet capitulo
ut ſuper, ubi Abb. & alij extra de rebus eccle. non alienā.
c. 1. cum ibi not. extra de feudis. ¶ Pro ſorore tamen, & ma-
tre allegatur quædam concordia iam diu facta inter præla
tos, & clericos ex una, & ciues ciuitatis Rauennæ ex altera
parte, qua uidetur conuentum fuiſſe, quòd linea finita præ
lati teneantur bona emphyteotica concedere hæredibus,
& illis, quibus ab emphyteotis bona conceſſa fuiſſent: Sed
4 animaduertendum eſt, † quòd hæc concordia, quæ iam diu
fuit celebrata, tanquam eccleſiis multum præiudicialis non
potuit ſucceſſores dictarum eccleſiarum ligare, tum quia
res inter alios acta aliis nocere non debet, ut in rubro, & ni-
gro C. res inter alios acta, & c. quamuis extra de re iudica.
5 tum quia † in iis, quæ ſunt damnoſa, & cōtra utilitatem ec-
cleſiæ facta, ſucceſſores contractui prædeceſſorum ſtare
non tenentur, ut eſt optimus tex. ubi plene per canoniſtas
omnes habetur, in c. fin. extra ne prælati uices ſuas, & in ter-
minis illius concordiæ hoc expreſsè uoluit Alexan. in conſi.
44. lib. 1. colum. penul. Vel dato, ſed nō conceſſo, quòd hæc
concordia adhuc eccleſias, & modernos prælatos ligaret,
& ſic eſſet in uiridi obſeruantia, uideretur tamē de iure di-
6 cendum illam in caſu occurrenti locum nō habere, † quo-
niam ſolum facta fuit cum ciuibus dictæ ciuitatis Rauen-
næ, & ut illis contra regulas iuris communis huiuſmodi fa-
uor concederetur, & conſequenter ut dictorum ciuium tan
tum fauorem contineret, ergo ad illos extendi non debet,
qui ueri, & originarij ciues non eſſent, quales ſunt illi, qui-
bus priuilegium ciuilitatis datum fuiſſet, aliud enim eſt eſſe
ciuem, & aliud haberi pro ciue Barto. in l. ſi maritus §. legis
iuliæ ff. de adult. & in l. ſi quis pro emptore ff. de uſucapio.
Rurſus conceſſo abſque ueritatis præiudicio, quòd hic em-
phyteota, & deſcendentes ſui, uxorque ipſius beneficio ciui
litatis gauderent, & ciues ueri dicerentur ex priuilegio ut
ſupra conceſſo quoad alia, quæ ad communitatem dictæ ci
7 uitatis concedere ſpectant, omittendo, † an uxor efficiatur
ciuis illius ciuitatis, cuius maritus eſt ciuis, & illius priuile-
giis gaudeat iuxta ea, quæ habentur in l. filij §. uidua, & in l.
imperatores §. item reſcripſerunt ff. ad municipa. & in l. cū
8 quædam ff. de iuriſd. omn. iudi. tamen adhuc dico, † quòd
hæc ciuilitas à ciuibus, & communitate Rauennæ conceſſa
non poteſt uires ſuas extendere, nec effectum habere quo-
ad bona eccleſiaſtica ſolita ciuibus ſolis concedi, & quæ
ad illos, vt ciues Rauennæ concedi poſſunt, quia com-
munitas, & ciues prædicti, qui dicuntur ſeculares, &
nullam habent poteſtatem ſuper eccleſiis, eorumque bo-
nis etiam feudalibus, ſeu emphyteoticis cap. fin. de re-
bus eccleſiis non alienan. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & cap.
quæ in eccleſiarum de conſtit. non poſſunt creare forenſes
ciues dictæ ciuitatis ad hunc effectū, ut commodo dictæ con
9 cordiæ gaudere poſſint, † quoniā uidemus, quòd ſi impera-
tor,

tor, uel habēs ab eo legitimādi poteſtatē aliquem inhabilē legitimauerit, taliter legitimatus ad bona eccleſiæ, quæ legitimis concedi ſolent, admitti non poteſt, ex defectu poteſtatis legitimantis, qui ſe circa bona eccleſiaſtica intromittere non poteſt, facit tex. in c. 1. §. naturales cum ibi not. ſi de feudo fuerit contentio inter dominum, & agna. & ponunt docto. maximè moder. in c. per uenerabilem qui filij ſint legitimi: Et hæc eſt concludens ratio, ſuper qua tanquā iuris literariis nota non inſiſto. ¶ Sed ad concluſionem caſus noſtri deueniendo dico, † quòd dominus Abbas circa hāc rem ad eccleſiam, & abbatiam propter lineam finitam deuolutam, ſi uellet eam pro eccleſia, & abbatia retinere, & illam in eius bonis incorporare, certè poteſt, quibuſcunq; extraneis, & non deſcendentibus primi emphyteotæ excluſis, qualis eſt uxor, quæ ad bona emphyteotica nunquam aliquo modo cenſetur uocata, niſi hoc in inueſtitura expreſsè dictum eſſet, ut in §. emphyteoſim in authen. de non alienan. aut permutan. rebus: Quo uerò ad ſororem prædictam ultimi decedentis, ſi intentionis dicti Abbatis eſſet, illa bona in aliquem transferre, dictam ſororem, quæ de deſcendentibus primi emphyteotæ dicitur, ſaltem de æquitate à iure approbata renouare tenetur, alioquin illi iniuriā faceret, & ipſa iuſtam querelandi, & fortè appellandi cauſam haberet, ut uidentur uelle doctores magis communiter in locis allegatis poſt Bartolum in d. §. permittitur, & Alexand. & alios in d. l. ſi mihi, & titio, & habetur per Ioannem de Imola in ſuo conſilio incipien. Petrus de Pannoſini, quem ſequitur Alexan. in d. l. ſi mihi, & titio colum. penult. & in conſil. 61. colum. 2. lib. 7. qui uolunt, quòd, finita linea, ſi dominus, hoc eſt eccleſia uelit alios inueſtire, teneatur magis inueſtire agnatos, & deſcendentes primi emphyteotæ, ſi ſint hæredes, quàm alios; & hoc etiam eſt de mente Petri de Anchara. in conſil. 133. & Fulgoſ. in conſi. 217. poſt gloſam in dicto §. permittitur: & hoc ego in iudicando ſemper ſequerer, quicquid ſenſerit Deci. in conſilio 131. declarando, & diſtinguendo tamen, ut aliàs proximè conſulendo dixi; quare ſecurius procedendo melius erit, ut præfatus dominus Abbas de nouo dictam rem præfatæ ſorori concedat. Et hæc eſt ſententia mea. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina in emphyteoſi eccleſiaſtica, ad quam fœmina admitteretur, filiis, ſeu maſculis non extantibus, ſemel à maſculo excluſa ſemper durat excluſa, & moriente ultimo emphyteota ſine filiis ſuperſtite filia prioris emphyteotæ ſemel excluſa, emphyteoſis dicitur ad eccleſiam deuoluta, & filia ad eam ex ui inueſtituræ non admittitur.*

Et tanto magis, ſi ſtatum loci quoad ſucceſsionem hæreditatis diſponeret, quòd fœminæ, & per eam deſcendentes propter maſculos excluderentur taliter, quòd amplius admitti non poſſent num. 3.

Idem in nepotibus ex filia fœmina num. 4.

2 *Niſi filia fœmina eſſet excluſa per hæc uerba donec, ſeu quouſque maſculus extiterit.*

4 *Filia fœmina ſemel à maſculo perpetuo excluſa, nepotes quoque ex illa dicuntur perpetuo excluſi, nec mors maſculorum illis prodeſt.*

5 *Emphyteoſi finita, propter lineam deficientem, in illius renouatione proximiores ultimi decedentis præferendi ſunt proximioribus primi conducentis,*

6 *Et eos eccleſia inueſtire tenetur,*

7 *Maximè, ſi ipſius ultimi decedentis eſſent hæredes.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIM *eccleſiaſticam pro ſe, filiis, & nepotibus conceſſam, quæ ex decreto, & ſtatuto loci filiis, ſeu maſculis nō extantibus ad fœminas tranſire poteſt, & ad quam nepos maſculus primi conductoris, excluſa eius filia, ſemel fuit admiſſus, ſi hic nepos deceſſerit abſque filiis, ſuperſtite dicta filia, & nepotibus ex ea, emphyteoſim eſſe finitam, & ad eccleſiam deuolutam, & de ea proximiores ultimi decedentis, & non prioris emphyteotæ, ſicq; fratrem uterinum dicti nepotis ultimi defuncti, excluſis filia, & nepotibus prædictis, renouandos eſſe, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CV.

IN hac cauſa renouationis ab eccleſia faciendæ, an per mortem Camilli emphyteoſis dicatur finita, & ad eccleſiam deuoluta, concluſiuè loquendo dico illam eſſe finitam, & ad eccleſiam deuolutam, nam & ſi ſupereſt domina Iulia filia primi emphyteotæ, quæ poſſit dici in conceſſione comprehenſa, cum emphyteoſis uideatur comprehenſa non ſolum pro filiis, & nepotibus maſculis, ut ex uerbis conceſſionis infertur, iunctis iis, quæ uoluit Bartolus in l. liberorum ff. de uerborum ſignificatio. ſed etiam pro fœminis, non extantibus maſculis, ut colligitur ex decreto apoſto
1 lico, & ex ſtatutis ciuitatis Ceſenæ, † tamen ex quo ipſa domina Iulia fuit à Camillo nepote primi emphyteotæ excluſa, ea penitus dicitur excluſa adeò, quòd etiam deficiente Camillo ſine liberis, prout deſecit, nullus potuit eſſe locus dictæ dominæ Iuliæ, ſeu deſcendentibus ab ea; uel ab alia filia primi conductoris, quoniam cum ſimpliciter fœminæ uocentur, ſeu admittantur, filiis, ſeu maſculis non extantibus, & ipſa domina Iulia ſemel fuerit excluſa, ſemper & perpetuo debet dici excluſa, etiam ſi contingeret; Camillum, qui eam excluſit, poſtea ſine liberis deficere, ut de hoc eſt textus clarus, qui loquitur in feudis, & conſequenter etiam in bonis emphyteoticis eccleſiæ locum habebit, ueluti doctores communiter in uariis locis arguunt, in c. 1. §. quin etiam epiſco. uel abb. ubi Andr. de Iſernia per illum textum inquit, quòd ſi facta ſit mihi inueſtitura pro me, & filiis, & deſcendentibus maſculis, & fœminis, & ſuperextiterint filius maſculus, ac filia fœmina, maſculus ſolus, excluſa fœmina, admittitur; & ſi poſtea filius mortuus ſit, filia fœmina non ſuccedit, ex quo ſemel fuit excluſa: quod ſecundum aliquos procedit etiā, ſi ipſe filius maſculus poſt mortem patris ſui ilico fuiſſet mortuus, ut expreſsè uoluit ibi Andr. de Iſernia ſummus feudiſta reprehendendo gloſ. ibi, quæ contrarium dixit; & poſito gloſam illam uerum dicere, tamen hic nōn eſt caſus noſter, quia Camillus nepos primi conductoris, diu poſt illius mortem uixit, & ideò ſumus in caſu, in quo Iulia etiam poſt mortem Camilli remanet ab emphyteoſi excluſa, nec ex prouidentia ſui patris, nec ex tenore, ſeu uirtute inueſtituræ uenire poteſt, ut infra dicetur; idem uoluit Bal. in d. §. quin etiam, dicens, nota, quòd filia ſemel excluſa propter maſculum remanet in perpetuum excluſa, ita quòd mors maſculi deinceps illi non patrocinatur; quod eſt notatu dignum ad ſtatuta dicentia, quòd moriente patre cum filiis, & deſcendentibus maſculis fœminæ non ſuccedant, quia ſi maſculus ſuperſtes ſucceſſit, deinde ſine liberis mortuus ſit, locus fœminis ad ſucceſſionem patris patere non dicitur, ſed ipſi filio ſuccedent proximiores ab inteſtatò ſiue maſculi, ſiue fœminæ, & conſequenter ſi illius ſoror, quæ ab eo fuerat à ſucceſſione patris excluſa, reperiatur ipſi fratri decedenti proximior, ea potuit illi tanquam in bonis, & hæreditate fratris ſucce-
2 dere, † Niſi ſtatutum diceret, quòd filiæ fœminæ non ſuccedant, donec, ſeu quouſque maſculus extiterit, ut ibi per Baldum; & faciunt ad prædicta ea, quæ habentur per Bartolum in l. fin. & in l. 2. §. uidendum ff. ad tertullia. & in pluribus aliis locis poſt Bald. in d. c. 1. epiſco. uel abb. faciunt not. per Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titu. de

ſucceſſ.ab inteſta.colum.2. Petr.de Anchara.in conſil.24. & conſi.213.& conſil.199.Bald.in l.gallus §.& quid ſi tantum ff.de liberis, & poſthum. & in l.ſi quis poſthumus §.filius eodem titu.Sed in terminis noſtris tàm decretum apoſtolicum,quàm ſtatutum non loquuntur per hæc uerba donec,uel quamdiu, aut quouſque, ſed ſimpliciter,quòd extante maſculo fœminæ non ſuccedant, nec ad emphyteoſim admittantur,ergo Iulia à dicta emphyteoſi totaliter, & perpetuo debet dici excluſa,ex quo poſt mortem ſui patris
3 Camillus nepos ex filio in illa ſucceſſit: † Et maximè, quia ſtatutum ciuitatis Ceſenæ quoad ſucceſſionem hæreditatis diſponit, quòd filia fœmina, uel deſcendentes per fœminam propter maſculos deſcendentes excludantur taliter,quòd de cætero amplius admitti non poſſint,& ſic etiã in caſu,quo deficeret maſculus,qui fœminas,& illarum deſcendentes excluſit:à quo ſtatuto poteſt argumentum ſumi ad ipſam emphyteoſim argumento nota.per Bartolum in l.ut iuriſiurandi §.ſi liberi ff. de operis libertorum.

¶ Et hanc ſententiam ſequutus fuit Calde.in conſi.4.in tit. de feudis,& eſt optimus tex. in c.1.de capit.qui cur.uendidit,& facit etiam id,quod conſuluit Paul. de Caſtro in conſil.225.ſecundum ueterem impreſſionem incipien.in Chriſti nomine,uiſa ſupraſcripta per Barto. in conſi.incipien.Iacobus, & in alio incip. in nomine domini proponitur quòd pater,Petr.de Anchara.in conſi.221.incipien.hæc quæſtio uulgaris, Bald.in c.1.de fil.nat.ex matrim.ad morganat.contrac. Andr.de Iſer.in c.1.impera.Lothar. Eugenio papæ in 2.colum.Odofred.in ſumma in titu.qui poſſ.ſucced. in feu. Et quamuis aliqui oppoſitum tenere conati fuerint, quos refert do.Præpoſi.Mediolanē.in d.c.j.§.quin etiam,tamen primam ſententiam do.Andr.de Iſer. Bal.& magis communiter doctores ſequuti fuerunt, & do.Præpoſit.in d.§.quin etiam in final. uerb. optimè adductis in contrarium reſpondet,prout uideri poteſt,quia aliter non refero:Et hæc opinio in iudicando,& conſulendo eſt ſequenda: qua ſtante, ſequitur,quòd emphyteoſis in caſu noſtro per obitum dicti Camilli dicitur finita,& conſequenter ad eccleſiam deuoluta,quia emphyteoſis fuit conceſſa ſolum pro filiis, & nepotibus primi cõductoris, qui gradus nepotum fuit finitus in perſona Camilli ultimi nepotis, qui in ipſa emphyteoſi ſuccedere potuerit: † Et quamuis ſuperſint nepotes nati
4 ex quadam filia domini Angeli primi conductoris, tamen non ſunt tales,qui ſuccedere, & ad ipſam emphyteoſim admitti ualeant, nam cum filiæ fœminæ primi conductoris à Camillo fuerint perpetuo excluſæ,ut ſupra cõcluſum fuit, & conſequenter etiam mater illorum nepotum per prædicta,ſequitur,quòd etiam nepotes nati ex filia domini Angeli prædicti perpetuo ab ipſo Camillo excluſi dici debent, quia ſi uinco uincentem te, multo magis uinco te l.de acceſſionibus ff.de diuer.& tempo. præſcript. Item quia ſi tales nepotes ſuccederent, dicerentur uenire mediante perſona matris ſuæ, quæ cum fuerit perpetuo excluſa,ipſi quoque nepotes debent dici perpetuo excluſi, ex quo ex radice infecta ueniunt argumento l. ſi uiua matre C. de bonis mater.per quem textum dicunt doctores ibi Salicet. Bald. & Paul. Caſtren. quòd ſi per ſtatutum filiæ fœminæ à ſucceſſione propter maſculos excluduntur, nepotes quoque nati ex filia præmortua excludentur; & hoc uoluit Barto. in l.liberorum ff.de uerborum ſignificatio. uerſicu. pone, quòd aliquis, ibique Alexand.& in l.2.§.final. ff.ad tertullianum,ſequitur Bald.in l.final. C.de eden. Angel.in §.neque filio in authen.de trien. & ſemiſs. Bald. in l. maximum uitium in 2.colum.C.de liberis præteritis, & inter conſilia Alexandri in conſil.47.colum. 2.libr.4.Paul.Caſtrenſ.in l. qui ſuperſtitis in fin.ff.de acquirend. hæredita. ibique moderni,& in pluribus,ac uariis ſuis conſiliis, quæ referre longum eſſet. Nec aduerſatur id,quod uoluit Paul.Caſtren. in l.j.C.de conditio. inſert. quia ibi loquitur in terminis iuris communis, non extante ſtatuto prædicto. ¶ Præterea ſi ipſi nepotes ex filia præmortua, uel ipſa domina Iulia adhuc ſuperſtes,quæ fuit amita ipſius Camilli,uelint ab eccleſia,ad quam emphyteoſis fuit, ut ſupra,deuoluta, de nouo inueſtiri tanquam comprehenſi in inueſtitura, & tanquam etiam proximiores domino Angelo primo conductori, certè obtinere non poſſunt,primo quia ipſi,ut dictum fuit,nullo modo ex prouidentia domini Angeli,nec ex prima inueſtitura uenire poſſunt,cum ſemel,& ſic perpetuo à iure dictæ inueſtituræ fuerint à Camillo excluſi, per ſupra plenè
5 dicta: † Nec tanquam proximiores primi emphyteotæ uenire poſſunt, quoniam cum ſuperſit alius, qui eſt dicti Camilli proximior, uidelicet Franciſcus Dulcinus dicti Camilli frater uterinus, ſequitur, quòd nepotes ex amita, ac etiam domina Iulia alia amita tanquam proximiores primi emphyteotæ non ſunt admittendi,ſed dictus Franciſcus ipſius Camilli proximior,quia ſemper proximior ultimi decedentis,& non primi impetrantis,ſeu diſponentis eſt præferendus argumento tex.not.in l.cum ita §.in fideicommiſſo ff.de legat.2.& ibi Paul.Caſtren.qui loquitur in terminis emphyteoſis,& habetur per eundem Caſtren. in l.hæredes mei §.cum ita poſt Gulielmum de Cun.ibi ff. ad trebellian. & eſt optimus text.in c.1.de natu.ſucceſſ.feu. ibique And. Iſern.Calder.in conſil.13.in titu.de feudis, & ponitur plenè per dominum meum Sozinum in l.ſi cognatis in ulti.colum.ff.de rebus dubiis,& plenius per eundem in conſi.86.
6 lib.3. ¶ Præterea † cum emphyteoſis ſit ad eccleſiam deuoluta propter lineam finitam in perſona Camilli, ut ſupra oſtenſum eſt,ſequitur, quòd ſumus in caſu, in quo eccleſia tenetur proximiores Camilli inueſtire ex illa æquitate,quã doctores conſiderant,hoc eſt Barto.in l. j. §. permittitur ff. de aqua quotidia.& æſti.& in l.ſi mihi, & titio ff.de uerborum obligatio. ibique latè Alexand. qui infinitos allegat, & habetur in capitu.bonæ il 2.extra de poſtul.prælatorum, ubi ſi emphyteoſis ſit ad eccleſiam deuoluta propter lineam finitam,ſi ſuperſint aliqui proximiores, qui inueſtiri uelint,eccleſia illos inueſtire ex æquitate tenetur, alioquin ipſi proximiores poſſent appellare: ergo eccleſia tenebitur inueſtire proximiores Camilli, & non domini Angeli primi conductoris,ut ex prædictis infertur, & expreſsè uoluit Roman.in conſil. 22. qui inter alia mouetur per l. peto §. fratre, & l.cum ita §. in fideicommiſſo ff.de legar. 2. & per textum notabilem in c.j. §. titius ſi de feudo fuerit contro-
7 uerſia inter dominum, & agnat. † Et præſertim quando tales proximiores eſſent hæredes ipſius ultimi decedentis, ut uoluit Ioan.de Imol.in conſiliis ſuis,quæ refert,ac ſequitur Alexan.in dicta l.ſi mihi,& titio colum.penultim. & in conſil. 161.lib. 7. hoc etiam expreſsè cautum reperitur per ſtatuta ciuitatis Ceſenæ,quibus cautum eſt, quòd nullus debeat,nec poſſit in caſu,quo defeciſſet linea, uel aliter eſſet finita emphyteoſis, aliquo ex deſcendentibus maſculis ſuperſtite, uel alio hærede ipſius ultimi deficientis, inueſtituram petere; Sed dictus Franciſcus frater uterinus dicti Camilli fuit ipſi Camillo proximior,quàm ſit domina Iulia eius amita, quia Franciſco in primo gradu, & domina Iulia in tertio gradu eſt ſibi coniuncta, & quam ſint fratres ſui amitini nati ex eius amita, qui ſibi ſunt in quarto gradu coniuncti, ut probatur inſtitu.de gradibus, & in l.iureconſultus ff.eodem titu.Item ipſe Franciſcus ab inteſtato eſt hæres dicti Camilli ſaltem in bonis emphyteoticis, ut in ſtatutis dictæ ciuitatis cautum uidetur, ergo ſequitur,quòd Franciſcus eſt ab eccleſia inueſtiendus cum pactis, modis, honoribus, & oneribus, de quibus in primis inueſtituris, excluſis dicta domina Iulia,& nepotibus di

cti

cti domini Angeli natis ex illius filia: Et ita concludo, & ſequor. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura, ſeu conceſſio emphyteoſis eccleſiæ facta pro ſe, & hærede ſemel nominando de iure ualet;*
Et nominato ius acquiritur,
Nec à nominatione ſemel facta recedi poteſt num. 5.
Et tanto magis ſi nominatio fuit ab eccleſia confirmata num. 6.
Et quomodo illa uerba pro hærede ſemel nominãdo intelligantur nu. 23. uſque ad num. 29.
2 *Emphyteota primo adhuc uiuente, & prima conceſſione durante, dominus poteſt alium inueſtire, & illa inueſtitura, finita prima conceſſione, effectum ſortietur, & num. 35. ubi an, & quando hoc uerum ſit, declaratur.*
3 *Poteſt etiam dominus etiam eccleſiaſticus alteri rem ſub conditione, uel in diem incertam concedere, adhuc prima conceſſione durante:*
Et an, & quando hoc uerum ſit, num. 35.
4 *Et transferendo in illum poſſeſſionem ſi primus emphyteota ſine ſucceſſore in emphyteoſi decedat, conceſſio ualet, ac effectum ſortitur.*
6 *Et ſi à ſucceſſore fuit confirmata, illa ex confirmatione robur, & ualiditatem accipit:*
Quid, ſi durante adhuc prima conceſſione, & conditione nondum impleta, prælatus deſiit eſſe prælatus, uel inueſtitor mortuus fuit num. 19.
Et quid ſi confirmatio facta fuit alteri, quam illi, cui prima conceſſio facta fuiſſet num. 20.
7 *Emphyteoſi ad eccleſiam ob mortem ultimi emphyteotæ deuoluta, eccleſia de illa diſponere, & cui uelit, concedere poteſt:*
8 *Et de honeſtate agnatos inueſtire tenetur, re tamen integra, & nemini adhuc conceſſione facta, qui ante agnatos inueſtituram petierit, & obtinuerit:*
Et an, & quando hoc uerum ſit num. 40.
9 *Et huic inueſtituræ factæ alteri, qui prius petiit, eccleſia ſtare tenetur, ſi agnati infra decem dies, poſtquam inueſtituram alteri factam eſſe ſciuerunt, non appellauerint:*
Contra num. 44. ubi hoc declaratur.
10 *Appellatio etiam à grauamine extraiudicialiter illato debet infra decem dies appellari, poſtquam grauatus illud ſciuerit.*
11 *Appellatio actum ualidum præſupponit, quamuis per appellationem reſcindi, & reuocari poſſit.*
12 *Agnatus, qui finita emphyteoſi, & ad eccleſiam reuerſa, per annum, & diem, ſeu menſem fuit negligens in petendo inueſtituram, priuatus eſt omni iure illam petendi ſibi aliàs competenti:*
Limitatur, niſi penitus extraneus fuiſſet inſtitutus num. 41.
Et niſi agnatus fuiſſet iuſtè impeditus num. 43.
Declaratur, & aliter num. 47.
13 *Emphyteota ſolum ius, quod ipſe habet in re emphyteotica, in alium poteſt transferre, & reſoluto iure emphyteotæ datoris, reſoluitur & ius acceptoris, in quem tranſtulit.*
14 *In emphyteoſi locus eſt iuri accreſcendi, quando expreſſè actum, & à domino conceſſum fuit.*
15 *Gratia ſubreptitia eſt ipſo iure nulla, & ex ea nullum ius acquiri poteſt.*
16 *Literis epiſcopi ut credatur, quid requiritur.*
17 *Mandatum quando per literas probatur.*
18 *Literæ incertæ reſpectu bonorum, & perſonarum etiam ſi referant ſe ad id, quod per Titium refertur, tamen niſi de mandato facto Titio conſtet, nullius ſunt momenti, nec ius aliquod tribuere poſſunt.*
19 *Succeſſor in prælatura non poteſt à prædeceſſore obligari.*
21 *Emphyteoſi finita, & ad eccleſiam reuerſa, ſi agnati extent, qui ultimi emphyteotæ ſint hæredes, eccleſia non poteſt alium, quam agnatos hæredes inueſtire.*
22 *Emphyteoſis eccleſiæ de iure communi, & ſui natura ſolum ad hæredes ſanguinis per lineam deſcendentium tranſit.*
23 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hærede ſemel declarando, & eligendo intelligitur de hærede ſanguinis per lineam deſcendentium, et non de quocunque, & ſic extraneo etiam hærede, uſque ad num. 29.*
24 *Verba in dubio ſecundum ſubiectam materiam, & ut naturæ actus celebrati conueniant, ſunt intelligenda.*
25 *Emphyteoſis ſimpliciter à prælato conceſſa, intelligitur ſecundum formam conſuetam conceſſa, & perſonæ conſuetæ duntaxat comprehenduntur.*
26 *Et conceſſa non ſeruata forma ſolita, & perſonæ non conſuetæ, conceſſio nulla eſſet.*
27 *Emphyteoſis ad eccleſiam deuoluta agnatis, & conſanguineis ultimi emphyteotæ ſecundum formam conſuetam concedi debet.*
28 *Feudi, uel emphyteoſis conceſſio facta alicui pro ſe, & pro eo, quem uoluerit, ſeu cui dederit, uel per ſimilia uerba, intelligitur facta ſecũdum puram, & ueram naturam feudi, & emphyteoſis.*
29 *Eligendi, ſeu declarandi ius habens etiam in caſu, in quo ſemel tantum poteſt eligere, & declarare, ſi nulliter, & inualidè elegit, et declarauit, poteſt iterum eligere, & declarare.*
30 *Emphyteoſis ſi conceſſa ſit pro ſe, & hærede ſemel eligendo, & ſub his uerbis, quòd poſſit in dictis bonis ſemel eligere hæredem, qui hæres adueniente caſu ſucceſſionis prædictæ teneatur capere nouam inueſtituram, de quo hærede, & de qua ſucceſſione ſit intelligendum, & nume. 33.*
31 *Et ſi hæres electus, adhuc uiuente emphyteota, qui elegit, inueſtituram, & confirmationem petat, & obtineat, an talis inueſtitura, & confirmatio ualeat.*
32 *Teſtamentum primum etiam habens clauſulam derogatoriam ad teſtamenta futura poteſt per ſecundum reuocari, quando de primo ſaltem ſpecialis, & expreſſa mentio facta fuit.*
34 *Conuentio ſuper ſucceſſione alterius non conſentientis facta non ualet.*
35 *L. ne cui C. loca. declaratur uſque ad num. 39.*
36 *Nec habet locum in locatione, ſeu conceſſione, per quam dominiũ utile, et naturalis poſſeſſio in conductorem transfertur.*
37 *Locatio, ſeu conceſſio facta ſimpliciter, & purè, durante tempore primæ locationis, abſque conſenſu primi conductoris, ipſo iure non ualet, quando ex locatione, ſeu conceſſione dominium utile, & naturalis poſſeſſio in conductorem transfertur:*
38 *Idem, quando ſecunda locatio, & conceſſio etiam facta ſub conditione eſſet alteri præiudicialis.*
39 *L. ne cui C. locati non habet locum in emphyteoſi, ſeu feudo eccleſiæ.*
40 *Agnatus, qui poſt mortem ultimi emphyteotæ, ſeu uaſalli erat inueſtiendus, conceſſionem, & inueſtituram alteri in eius præiudicium factam reuocare poteſt:*
41 *Et infra quantum tempus.*
42 *Emphyteoſi finita, & ad dominum reuerſa, pendente anno agnatis ad renouationem petendam dato, nihil à domino in præiudicium agnatorum fieri poteſt.*
45 *Appellatur quandoq; ab actu nullo, ut nullus declaretur, & illa dicitur potius appellatio facti, quàm iuris.*
46 *Agnato petenti inueſtituram emphyteoſis finitæ quando ius appellandi, & quando ius contraueniendi inueſtituræ alteri factæ infra annum, & quando etiam infra triginta annos competat.*
48 *Dominus accipiendo ab aliquo tanquam emphyteota canonem pro bonis emphyteoticis, & illum inueſtiendo, ei omnem culpam, & negligentiam remiſiſſe uidetur.*
49 *Agnatus proximior non iure ſucceſſionis, & ut hæres, ſed iure agnationis renouari debet de emphyteoſi finita, & ad dominum reuerſa.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiæ ſi conceſſa ſit alicui unà cum matre pro ſe, filiis, & nepotibus, & matri quoad ipſius uitam tantum, Et mater uiuente filio prioris emphyteotæ, qui in emphyteoſi ſucceſſit, obtinuerit inueſtituram, ut hæc bona emphyteotica ſibi in totum accreſcerent in caſu, quo dictus filius moreretur ſine filiis, item quòd ipſa poſſit ſemel in dictis bonis hæredem eligere, qui hæres adueniente caſu ſucceſſionis prædictæ teneatur nouam inueſtituram capere, Et poſtea uiuente adhuc dicto filio emphyteota, & pendente conditione in ſecunda inueſtitura appoſita prælatus, qui ſecundam inueſtituram conceſſit, deſierit eſſe prælatus, & eodem tempore per dictam matrem Titius ſibi penitus extraneus fuerit nominatus hæres, qui ſtatim mortuo filio præfato confirmationem, & nouam inueſtituram à prælato ſucceſſore, adhuc uiuente dicta matre, impetrauerit, Materq; ipſa deinde teſtamentum, in quo Titium hæredem nominauerat, reuocauerit, & iura huius emphyteoſis patri dicti filii emphyteotæ donauerit, Mortuis demum filio, & matre prædictis, ſuperſtite patre di-*

 cti

cti filii, qui ab eccleſia domina recipiendo canonem poſt mortem filii fuit ut emphyteota recognitus, & tanquam agnatus ultimi emphyteotæ, & donatarius de dictis bonis inueſtitus, patrem hunc potiora iura in emphyteoſi prædicta habere, & Titio præferendum eſſe, ac ipſum Titium nec ex inueſtitura facta dictæ matri, nec ex inueſtitura facta ſibi, nec tanquam hæredem, aut agnatum ius aliquod in ea habere plenè, hic oſtenditur.

CONSILIVM CVI.

VISO proceſſu facto coram excellentiſſimis arbitris, & puncto mihi exhibito, prima quidem conſideratione ad fauorem magnifici equitis domini Hectoris concludendum, & laudum ferendum eſſe uidetur, & contra Antonium patrem, & hæredem Hannibalis ultimi emphyteotæ: Et quòd ita concludendum ſit, multa poſſunt perſuadere, & in primis, quia domina Eliſia, quæ prius de bonis emphyteoticis, de quibus agitur, fuerat inueſtita ad eius uitam tantum unà cum domina Catherina eius filia, quæ fuit inueſtita pro ſe, filiis, & nepotibus, & cui poſtea Hannibal eius filius ſucceſſit, ab agentibus Reuerendiſſimi domini Epiſcopi de gratia ſpeciali uirtute literarum ipſius domini epiſcopi, adhuc Hannibale prædicto forte impubere uiuente, impetrauit inueſtituram de dictis bonis, ut ea ipſi dominæ Eliſiæ in totum accreſcerent in caſu, quo dictus Hannibal moreretur ſine filiis legitimis, & naturalibus, item quòd dicta domina Eliſia poſſit in prædictis bonis ſemel eligere hæredem, qui hæres, adueniente caſu ſucceſſionis prædictæ, teneatur capere nouam inueſtituram, ſolutis quinq; pro quolibet centenario iuxta ualorem omnium dictorum
1 bonorum &c. † Quæ inueſtitura, ſeu conceſſio ab epiſcopo facta dominæ Eliſiæ pro ſe, & hærede ſemel nominando de iure ualuit, tum quia emphyteoſis eccleſiæ etiam pro hærede extraneo concedi poteſt, quandò expreſsè hoc actum fuit, ut uoluit Baldus in l. 1. C. de iure emphyteot. & in l. etiam ff. ſoluto matrimo. & habetur per doctores maximè moder. in cap. in præſentia de probationib. tum etiam quia ualet conceſſio de re emphyteotica, ſeu de feudo facta pro ſe, & pro eo, quem nominauerit, ſeu cui dederit, iuxta ea, quæ habentur per Decium in conſi. 171. & eſt bonus tex. ibique Bald. & alij in capitu. 1. in fin. ſi de feud. contentio ſit inter dominum, & agna. & in cap. 1. de feud. non
2 haben. propriam naturam cum ſimilibus, tum † quia, uiuente adhuc primo emphyteota, dominus poteſt alium inueſtire: quæ inueſtitura, & cōceſſio effectum ſortitur ita demum finita prima conceſſione, ut eſt tex. & ibi Bald. in l. ne cui C. locati, cap. 2. de feud. dato inuicem legis commiſſo.
3 ¶ Præterea & ſecundo † licitum eſt domino etiam eccleſiaſtico, durante prima conceſſione, & emphyteoſi, rem alteri concedere ſub conditione, uel in diem incertam, puta poſt mortem primi, uel ſub conditione, ſi ſine filiis deceſſerit, ut eſt text. cum ibi notatis per gloſam in cap. 2. quo tempo. mil. & facit capit. 1. qui ſucceſs. feu. dare tenean. cap. 1. qui ſucceſſ. tenean. & cap. 1. §. moribus ſi de feudo conten
4 tio fuerit inter dominum, & agnat. † Et hæc maximè procedunt, quando dominus rem alteri conceſſiſſet, & in illum poſſeſſionem tranſtuliſſet, quia, decedente primo emphyteota ſine ſucceſſore, qui poſſit in re emphyteotica ſuccedere, conceſſio ualeret, & effectum ſortiretur, ut eſt gloſ. in dicto cap. 1. qui ſucceſſo. tenean. per textum in dicto cap. 1. qui ſucceſſo. tenean. dare feudum: Sed dominæ Eliſiæ per epiſcopum, uiuente Hannibale primo emphyteota, fuit facta conceſſio ſub conditione, & in ipſam poſſeſſio rei per dominum, qui illam inueſtiuit, fuit tranſlata, ergo &c. Et
5 ideò ex prædictis infertur, † quòd ſtante ualiditate conceſſionis factæ dominæ Eliſiæ, ipſa potuit dictum dominum Hectorem nominare, & ex huiuſmodi nominatione ius ipſi fuit acquiſitum ad tradita per Baldum in cap. 1. de feudo non haben. propriam naturam, & argumento text. cum ibi not. in l. ſecundum C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. Et ab illa nominatione prius facta de dicto domino Hectore ipſa domina Eliſia recedere non potuit, nec uariare, cum ſemel tantum hæredem eligere ſibi permiſſum fuerit argumento eorum, quæ habentur in c. continebatur de his, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capitu. per Ioannem Andr. & argumento tex. cum ibi not. in cap. cum autem, & in c. paſtoralis de iure patrona. & in l. ſi quis ſtipulatus ſit ff. de uerborum obligatio. & in c. quod ſemel de reg. iur. in 6.
6 ¶ Tertio † ad fauorem domini Hectoris facit confirmatio electionis, ſeu nominationis, uel noua conceſſio per ipſum dominum Hectorem impetrata ab epiſcopo poſt mortem Hannibalis immediatè, & quaſi nullo temporis interuallo interueniente: nam ex quo dicta electio, & nominatio fuit ab epiſcopo ex certa ſcientia confirmata, ea ius tribuit iuxta textum cum ibi not. per gloſam, & doctores in c. 1. & 2. de confirmatio. utili, uel inutili, & argumento eorum, quæ habentur in d. cap. 1. qui ſucceſſo. tenean. & in d. capitu. 1. qui ſucceſſo. feu. dare tenean. ubi conceſſio feudi facta alteri à perſona eccleſiaſtica, adhuc primo uaſallo uiuente ſub conditione, ſi fuerit à ſucceſſore confirmata, ex illa confirmatione robur, & ualiditatem recipit. Præterea & ſi
7 confirmatio prædicta non prodeſſet, † tamen, ex quo facta fuit ut noua conceſſio tanquam de re ad eccleſiam deuoluta ob mortem dicti Hannibalis ultimi emphyteotæ, qui ſine filiis, & deſcendentibus deceſſit, licitum, ac liberum fuit ipſi eccleſiæ de re emphyteotica diſponere, & eam concedere, cui uoluerit, tenendo eam opinionem, de qua per Alexandrum in l. ſi mihi, & titio colum. penult. ff. de uerborum obligatio. allegando not. in clement. dudum de ſepultur. & in cap. 1. de ſupplen. negligen. præla. in 6. cum ſimilibus.
8 Rurſus † cum hæc bona emphyteotica fuerint ad eccleſiam per obitum dicti Hannibalis deuoluta, atque reuerſa, & ipſe dominus Hector præuenerit agnatum, hoc eſt patrem Hannibalis in petendo ab epiſcopo inueſtituram, illamque impetrauerit ante, quàm agnatus ſe inueſtiri peteret, debet dominus Hector eſſe in dictis bonis potior, & præferendus eſt agnato, qui poſtea inueſtituram petiit cum proteſtatione, de qua in proceſſu: tunc enim res deſiit eſſe integra per ea, quæ uoluit Roman. in conſil. 70. argumento c. 1. de natu. feudi, & c. quamuis de reſcriptis in 6. & per nota. per Bartolum in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liberis, & poſthum. & per Ioannem Andr. in d. c. continebatur: & ſequuntur moderniſſimi in c. 1. colum. penult. quemadmod. feu. ad fil. pertin. Alexan. in conſil. 10. lib. 3. dominus meus Sozin. in conſil. 167. non inutilis colum. penult. lib. 2. quibus in locis omnes concludunt, quòd in feudo, ſiue emphyteoſi eccleſiæ ſi agnati inueſtituram, ſeu renouationem ab eccleſia petere tanto tempore tardaſſent, quòd eccleſia alteri conceſſiſſet, & ſic res integra eſſe deſiiſſet, agnati amplius ſe inueſtiri petere non poſſunt, quoniam ipſis eſt imputandum, & prælatus eccleſiæ cogitur ſtare inueſtituræ, quam alteri fecit: ad quod facit etiam id, quod uoluit Bald. in authen. qui rem C. de ſacroſanct. eccleſ. & hoc modo limitatur illud dictum Bartoli, & commune poſt gloſam in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſti. ibique Angel. & per glo. & docto. in c. bonæ il 2. de poſtula. prælatorum, & per Barto. ac alios in d. l. ſi mihi, & titio cum ſimil. allegatis per moderniſs. in d. c. 1. quemadmo. ad feu. fil. perti. colum. penult. ubi concludunt, quòd finita emphyteoſi eccleſiæ propter finitā generationē eccleſia de honeſtate tenetur agnatos ultimi emphyteotæ inueſtire, alioquin eis iniuria infertur, & appellare poſſunt,

ſunt, ſi prælatus illos inueſtire denegauerit, ut ibi per eos.
9 ¶Quarto † ad fauorem do. Hectoris multum uidetur facere, quia etiam poſito, quòd inueſtitura facta domino Hectori fuerit reuocabilis, quia uideatur facta contra honeſtatem, & in iniuriam patris dicti Hannibalis per proximè allegata, tamen in caſu noſtro ſtandum eſt huiuſmodi inueſtituræ, quæ de iure cenſetur ualida, & ideò ad fauorem domini Hectoris eſt ſeruanda, nam dicitur quodammodo in rem iudicatam tranſiuiſſe, & uirtute illius quoddam ius irreuocabile ipſi domino Hectori acquiſitum dicitur, ex quo agnatus, hoc eſt pater Hannibalis ab illa infra decem dies non appellauit, prout de iure appellari debuit, & ita præſupponunt docto. omnes, quòd appellari poſſit, non autem de nullitate dici, ut per Bar. in d. §. permittitur, ibique Ang. & in d. l. ſi mihi & titio, & in aliis locis præallegatis, iuncto
10 c. concertationi de appella. in 6. † ubi à grauamine extraiudicialiter illato illis caſibus, quibus appellari poteſt, debet appellatio fieri infra decem dies, poſtquam grauatus ſciuerit, poſt decendium uerò eidem aditus ad appellandum nõ patet, ut ibi per illum tex. & per glo. Sed in caſu noſtro aduerſus huiuſmodi grauamen illatum patri Hannibali per inueſtituram factam domino Hectori ſuccurſum erat ſolũ per remedium appellationis, Barto. Ang. & omnes in d. §. permittitur cum aliis, ergo inueſtitura facta do. Hectori de
11 iure in ſe ualuit, quia † remedium appellationis regulariter, & ſimpliciter actum in ſe ualidum, & de iure tenere præſupponit, quamuis per appellationem reſcindi, & reuocari poſſit, ut habetur in l. ſi expreſſim ff. de appellat. & not. in l. 1. ff. de feriis, & in c. 1. ibique glo. & docto. & in c. inter cæteras de re iudica. & cõſequenter infra decem dies à die ſcientiæ debuit, & potuit appellare, quod cum non fecerit, ſibi ipſi eſt imputandum. ¶Quinto præmiſſa ad fauorem do. Hectoris corroborantur, quia poſito, quòd Antonius pater Hannibalis debuiſſet ut agnatus renouari, & inueſtiri iuxta not. per Bartolum in d. §. permittitur, cuius opinio, ut dicit Alexan. in d. l. ſi mihi, & titio colum. penult. in practica ſeruatur etiam in bonis eccleſiaſticis, & in conſi. 93. lib. 2. in fin. & Petrus de Ancharano in conſil. 159. ex themate priuilegij, & in conſil. 173. dominus Lazarus, in conſil. 133. & in conſi. 421. quidam ſer Antonius, & cæteris extraneis etiam hæredibus præferri deberet, per Roma. in conſil. 22. quicquid dixerit Ioan. de Imol. in conſil. ſuo incipien. Petrus de Pannolini, ut uoluit Bal. quem moderniſſimi ſequuntur in d. c. 1. quemadmo. feu. ad fil. pertin. in fin.
12 penul. col. † tamen ex quo ipſe Antonius fuit negligens nedum per annum, & diem, ſeu menſem, ſed etiam per plures annos in conſequendo ab epiſcopo dictam inueſtituram, debet ipſo iure cenſeri priuatus omni iure petendi inueſtituram, quod ſibi forte competebat per tex. in d. c. 1. quo tempo. mil. & in c. 1. §. præterea ſi quis de prohib. feu. alien. per Feder. cum ibi not. & ideò remanet firma, & ualida renouatio, ſeu inueſtitura facta ipſi domino Hectori, quã ipſe Antonius per annum, & ultra patiendo, atque tacendo uidetur illi conſenſiſſe, ſibiq; præiudicaſſe argumẽto eorum, quæ uolunt glo. & docto. maximè moder. in c. 1. §. titius ſi de feud. conten. fuer. inter dominum & agnatum.

¶Sed tamen his omnibus minimè obſtantibus, contrariam opinionem de iure ueriorem eſſe arbitror, quòd domino Hectori præfato nullum ius in dictis bonis cõpetat, & ideò Antonius prædictus à petitis per ipſum do. Hectorem ſit abſoluendus: in quam ſententiam plura me adducunt, & primo conſidero, quòd præfata domina Eliſia nullum aliud ius in dictis bonis emphyteoticis habuit, niſi ad uitã ipſius ex inueſtitura facta de anno 1508. do. Catherinæ filiæ Bertolini pro ſe, & filiis, & nepotibus ſuis uſque in eorum tertiam generationem completam, & dictæ dominæ Eliſiæ eius matri præſenti, & acceptanti ad uitam ſuam tan-
13 tum: † Vnde præſuppoſito, quòd per electionem, ſeu nominationem à domina Eliſia factam de domino Hectore aliquod ius fuerit in eum tranſlatum, tamen non dicetur tranſlatum, niſi illud ius, quod penes ipſam dominam Eliſiam erat, & reperiebatur, ut in regula nemo poteſt de reg. iur. in 6. l. nemo plus ff. de regu. iur. & habetur in l. ſi domus in fin. ff. de leg. 1. Sed ius dominæ Eliſiæ morte ipſius finiebatur, ac reſoluebatur, cum ſolum in eius uita ſibi conceſſum eſſet argumento tex. cum ibi not. in clemen. 1. cum glo. in uer. eius de rebus eccle. non alien. & ibi Cardin. in 3. notabili, ergo ſimiliter dicẽdum eſt, quòd ius do. Hectoris proueniens, atque dependens ab inueſtitura ipſius do. Eliſiæ per mortẽ eiuſdem dicatur extinctum, & reſolutum, quoniam reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris l. lex uectigali ff. de pigno. l. peto §. prædium ff. de leg. 2. l. neceſſario ff. de pericu. & commo. rei uendit. in fin. not. in l. ſi ex duobus ff. de aſſigna. liber. cum ſimil. & eſt bonus tex. in c. 1. §. 1. de ſucceſſio. feu. c. 1. §. fin. de controuer. inueſti. aliàs ſi de inueſtit. feu. contro. & in c. 1. §. rurſus quibus modis feu. amitta. ¶Et ſi diceretur, quòd domina Eliſia habuit ius pinguius, quam ſupra dictum fuerit, quoniam per inueſtiturã ſibi factam de anno 1513. poſt mortẽ dominæ Catherinæ huiuſmodi bona emphyteotica fuerunt ſibi conceſſa pro ſe, & hærede per ipſam ſemel eligendo, ac etiam fuit ſibi conceſſum, quòd eueniente caſu, quo Hannibal filius dictæ dominæ Catherinæ, qui tanquam inueſtitura matris comprehenſus in dictis bonis ſucceſſit, decederet ſine filiis, & nepotibus, tunc huiuſmodi bona dictæ dominæ Eliſiæ accreſcerent, & quòd ipſa poſſet in illis ſemel hæredem eligere: Vnde quamuis ex prima inueſtitura ius acquiſitum do. Eliſiæ vltra eius uitam non extenderetur, & illius morte finiretur, & reſolueretur, ut ſupra, tamen per conceſſionẽ proximè dictam factam ſibi ex gratia ſpeciali de iure accreſcẽdi cum facultate ſemel hæredem eligendi dicitur ipſi do. Eliſiæ ius tale acquiſitum, quod ultra mortem ſuam ad aliũ
14 quoque, hoc eſt ad hæredem extendebatur: quoniam † & ſi ex natura emphyteoſis, & maximè in terminis noſtris reſpectu iuris, quod domina Eliſia ex prima inueſtitura habebat, non haberet locum ius accreſcendi argumento eorũ, quæ habentur in l. ſi mihi, & titio ff. de uerb. ob. & per Bald. in auth. ſi quas C. de ſacroſanc. eccle. col. pen. tamen quando expreſsè actum, & conceſſum fuit à domino, quòd eſſet locus iuri accreſcendi, tunc alter alteri ſuccedit, & portio unius alteri accreſcit, ut habetur in d. l. ſi mihi & titio, & clarius in c. 1. in fin. de feud. marchiæ, & in c. 1. in fin. ibiq; Bald. & doctores de feudi ſucceſſ. & facit tex. in c. 1. §. cum uero corradus qui feu. dare poſſunt cum ſimil. Reſpõdetur ad hæc, quòd huiuſmodi conceſſio facta de iure accreſcendi cum facultate ſemel declarandi, & eligendi hæredẽ uirtute quarundam literarum ab epiſcopo impetratarum fuit
15 ipſo iure nulla, † quia fuit ſubreptitia, & obreptitia, cum non fuerit dictum, qualiter ipſa domina Eliſia ius in dictis bonis ad uitam ſuam tantum haberet, quinimmo, ut ex tenore literarum gratioſarum apparet, narratum, & expoſitum fuit pro parte dominæ Eliſiæ, qualiter quædam mulier (intelligendo de domina Eliſia) fuit renouata pro ſe filia, & nepotibus: ergo ſequitur, quòd gratia uirtute illarum literarum facta tanquam ſubreptitia fuit ipſo iure nulla, nullumque ius ex illa acquiri potuit capitulo ſuper literis, ubi pleniſsimè per ſcriben. habetur extra de reſcrip. Præterea literis, de quibus in dicto inſtrumento facto de anno 1513. ſub aſſerto nomine dicti epiſcopi habetur mentio, non eſt fides adhibenda de huiuſmodi gratia, ſeu conceſsione dominæ Eliſiæ, ut ſupra, facta, cum non appareat, neque dicatur, quòd illæ literæ epiſcopi

16 fuerint ſigillo eccleſiæ ſigillatæ, † quoniam literis epiſcopi, ſeu quæ dicuntur eſſe epiſcopi, non creditur, & conſequenter nullum ius ex eis acquiritur, niſi fuerint ſigillatæ ſigillo eccleſiæ ipſius epiſcopi, ſeu ſigillo, quo epiſcopus uti ſolebat, ut eſt text. cum gloſ. in c. poſt ceſſionem de probationibus, ubi Abbas, & doctores magis communiter ita tenent, ibique latius habetur per Decium: Quinimmò doctores magis communiter etiam ultra ſigillum requirunt, quòd teſtes in literis epiſcopi fuerint deſcripti, alioquin fidem non faciunt, nec illis eſt credendum per plura, quæ allegant, & maximè per textum in cap. 2. de fide inſtrumentorum: Et ſic ex prædictis infertur, quòd ex illis literis probatum non fuit, neque eis ſtãdum erat de relatione per dominum Anſelmum facienda, nec de mandato ſuper hoc
17 ab ipſo epiſcopo facto dicto domino Anſelmo, † nam & ſi mandatum per literas, & per epiſtolam probetur. l. ſi quis alicui, & l. fin. cum ſimilibus ff. mandati, & l. 1. ff. de procurator. tamen hoc debet intelligi de literis legitimo modo factis iuxta ea, quæ habentur in dicto c. poſt ceſſionem, & hoc maximè dicendum eſt in literis epiſcopi, ut ibi per Abbatem, & doctores communiter, qui omnes concludunt literis epiſcopi non eſſe credendum etiam in leuibus, niſi ſaltem ſigillo authentico ſint ſigillatæ argumento c. ſi canonici de offic. ordinan. in 6. & in dicto c. 2. Sed in caſu noſtro non apparet literas epiſcopi fuiſſe modo, quo ſupra,
18 ſigillatas, ergo &c. Rurſus † illæ literæ, de quibus in dicto inſtrumento mentio habetur, tanquam incertæ omni reſpectu non ualent; nec ex illis ius aliquod acquiri potuit, nam dicitur in illis, quòd dominus Anſelmus referet, ſeu denunciabit unam gratiam factam de comprehendendo in una inueſtitura de certis bonis emphyteoticis unam mulierem &c. nec dicitur, ſeu non apparet, de qua inueſtitura, de quibus bonis, & de qua muliere uoluerit intelligere; & ſic literæ illæ ſunt incertæ reſpectu inueſtituræ, reſpectu bonorum, ac etiam reſpectu perſonæ mulieris, cui gratia facta dicebatur, ergo ſequitur, quòd tales literæ non ualent, & modici ſunt momenti argumento l. duo ſunt titij ff. de teſtamen. tute. l. ita ſtipulatus la grande, & ibi latè per Bartolum, & alios ff. de uerborum obligatio. & c. in præſentia de probatio. Et quamuis in illis literis habeatur relatio ad id, quod per dominum Anſelmum fuerit relatum, quo caſu incertitudo non uitiat argumento l. hæc uenditio §. huiuſmodi ff. de contrahen. emptio. l. hæc ſententia in fin. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. prof. tamen ex quo per huiuſmodi literas relatas, ut in dicto inſtrumento, non probatur mandatum factum domino Anſelmo, ut ſupra, ſequitur, quòd inueſtitura facta dominæ Eliſiæ, quæ ſolum ſuper dictis literis fuit fundata, non ualuit, nec per eam ius aliquod dominæ Eliſiæ acquiri potuit ultra illud, quod prius ha-
19 bebat. ¶ Secundo principaliter conſidero, † quòd per agentes dicti domini epiſcopi, &, ut aſſeritur, de mandato eiuſdem fuit facta inueſtitura ipſi dominæ Eliſiæ, dando illi nouum ius in bonis emphyteoticis, uiuente Hannibale uero, & legitimo emphyteotã, ipſoque non citato, & ignorante, nulloque modo conſentiente, ergo talis conceſſio, & inueſtitura non ualuit, neque in uita Hannibalis effectum ſortita fuit, ex quo illo adhuc uiuente, & nondum conditione, ſub qua conceſſio fuerat facta, adimpleta, epiſcopus, & prælatus, qui eam fecerat, deſiit eſſe epiſcopus, & prælatus, & alius in prælatura; & epiſcopatu ſucceſſit, ueluti ſatis clarè patet ex inſtrumentis inueſtiturarum, & conceſſionum in proceſſu productis: nam conceſſio, & inueſtitura facta dominæ Eliſiæ de anno 1513. fuit facta per Reueren. dominũ Thomam Celeonem, qui in uita Hannibalis emphyteotæ deſiit eſſe epiſcopus: quod conſtat, nam ſtatim mortuo dicto Hannibale do. Hector cõfirmationem electionis de ſua perſona factæ, ſeu nouam conceſſionem impetrauit tempore R. D. Petri de Fliſco electi epiſcopi ab agentibus dicti domini Petri, ac etiam Reuerendiſſimi Cardinalis de Fliſco: quia ubicunque per eccleſiaſticam perſonam res in feudum, ſeu in emphyteoſim alteri conceditur, uiuente adhuc illo, cui prius fuerat conceſſa, eo inſcio, & non conſentiente, etiam ſub conditione, uel in diem incertum, uidelicet poſt mortem primi, & ſi ipſe deceſſerit ſine filiis, ut factum fuit in caſu noſtro: & uiuente adhuc primo inueſtito, prælatus ipſe inueſtitor deſierit eſſe prælatus per mortem, uel ceſſionem, ſeu aliter, tunc talis conceſſio non ualet, nec effectum ſortitur, niſi ſucceſſor in dignitate illam inueſtituram confirmauerit, & renouauerit, & tunc ea dicitur noua conceſſio, & inueſtitura, quia prima deſiit uires habere, & effectum ſortiri non potuit, cum prædeceſſor non potuerit ſucceſſorem in prælatura obligare, ut eſt tex. in cap. 1. qui ſucceſſo. feu. dare tenean. & in cap. 1. qui ſucceſſo. tenean. c. 1. §. moribus ſi de feudo contentio fuerit inter dominum, & agna. & ibi gloſ. Bald. & doctores feudiſtæ: Ex conceſſione ergo; & inueſtitura facta tempore Reuerendiſſimi domini Thomæ epiſcopi nullum ius potuit ipſi dominæ Eliſiæ, & conſequenter nec domino Hectori acquiri per ſupradicta.
20 † Neque ex confirmatione, & conceſſione facta poſt mortem Hannibalis primi emphyteotæ per dictum Reuerendiſſimum dominum Thomam epiſcopum ſimiliter potuit ualidari, aut ius aliquod acquiri ipſi dominæ Eliſiæ, quia nõ fuit facta ſibi confirmatio, neq; conceſſio, prout de iure fieri potuiſſet, ſed facta fuit domino Hectori, & ſic non perſonæ, cui prima conceſſio fuerat facta, ſed illi, cui de iure fieri non poterat, quoniam in his terminis, quando facta fuit inueſtitura, uiuente primo emphyteota, uel uaſallo, ſub conditione, & moriatur inueſtitor, uiuente adhuc illo, cui prius conceſſio facta fuerat, ad hoc, ut illa inueſtitura ſub conditione facta ualeat, & effectum ſortiatur, ſeu ius ex ea poſſit acquiri, requiritur, quòd per ſucceſſorem prælatum fuerit confirmata, ſeu de nouo conceſſa illi, cui prælatus prædeceſſor conceſſerat, ut in dictis iuribus: alioquin ſi alteri perſonæ in priori conceſſione non nominatæ confirmaretur, ſeu concederetur, non ualeret, quia haberet locum illud, quod dicitur in capitu. cum ſuper abbatia de officio deleg. & in l. multum intereſt C. ſi quis alter. uel ſibi, quod potuit, noluit, quod uoluit, adimplere nequiuit. ¶ Et ſi diceretur, quòd confirmatio, & conceſſio facta domino Hectori poſt mortem Hannibalis ultimi emphyteotæ, ſi non ualuit, ut confirmatio primæ conceſſionis per prædicta, ualuit tamen, ut noua conceſſio, & inueſtitura per ſe ſtans, & à prima non dependens, ex quo enim per mortem dicti Hannibalis, qui ſine filiis, & nepotibus deceſſit, bona emphyteotica ad eccleſiam propter lineam, & generationem finitam liberè erant deuoluta, atque reuerſa, epiſcopus, & prælatus eccleſiæ de illis potuit dictum dominum Hectorem inueſtire, qui quemlibet alium in petendo inueſtituram præuenit, quia uigilantibus iura ſubueniunt, ut in l. pupillus in fine ff. de priuileg. credit. iunctis iis, quæ ſupra dixi, &
21 infra repetentur, reſpondetur, † quòd ex quo poſt mortem dicti Hannibalis ſuperſtes remanſit eius pater, qui illi ſucceſſit, & ſic extitit agnatus, qui emphyteotæ hæres erat, eccleſia, ſeu epiſcopus non potuit alium de dictis bonis de nouo inueſtire, ſed ipſum agnatum hæredem per notata per gloſam, & Bartolum in l. 1. §. permittitur, & ibi Angel. ff. de aqua quotidia. & æſtiua, per Bartolum, & alios in l. ſi mihi, & titio ff. de uerborum obligatio. & per ſcribentes in capit. bonæ il ſecundo de poſtulatio. prælatorum, & ponunt feudiſtæ maximè moderniſſ. in capitu. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertin. & in capit. 1. §. titius ſi de feudo conten. fuerit inter dominum, & agnat. in 3. colum. per moder-

modernissſ.quem tex. allegat etiam Roma,in d. conſi.70. &
faciunt ea, quæ pleniſſimè habentur per Decium in conſi.
78.& in conſi.131.& per Bart.in l.1.ff.de priuil.credit. cũ
multis ſimilibus, ubi doct.magis communiter tenent,quòd
finita linea,ſeu generatione ultimi emphyteotæ ius petendi
renouationem ad agnatos etiam collaterales ſpectet, maxi
mè ſi ſint hæredes, ergo ſequitur in caſu noſtro, quòd hoc
ius pariter,& magis ad patrem hæredem filij ultimi emphy
teotæ ſpectabit,tum quia agnatus,tum quia non collatera
lis,ſed aſcendes,qui potior eſt ij ſuccedendo,quam ſint alij
agnati collaterales,ut in authen.defuncto C.ad tertullia.&
in authen.ceſſante C.de legit.hæred.tum quia pater, & fi-
lius una,eademque perſona cenſentur,l.fin.in fin.C.de im-
pub.& aliis ſubſtit.& argumento l. placet cum ibi not, ff. de
acquiren.hæred. & infra quoque in reſponſione obiecto-
rum tangetur. ¶ Tertio principaliter nullum ius compe-
tere dicto domino Hectori ex inueſtitura facta dominæ Eli
ſiæ,& ex declaratione,ac electione per eam facta de dicto
domino Hectore, etiam præſuppoſito, quod gratia,ſeu cõ
ceſſio dominæ Eliſiæ facta de anno 1513.fuerit de iure ua
lida,& firma,ſatis probabiliter,& concludenter oſtenditur,
nam dicta inueſtitura,& conceſſio,prout inſtrumenti illius
uerba cantant,fuit facta dominæ Eliſiæ præſenti, recipien-
ti,& ſtipulanti pro ſe,& hærede per ipſam ſemel declaran-
do,& eligendo,& cum ſimus in emphyteoſi eccleſiæ, quæ
ſolita eſt concedi ſolum pro filiis,& deſcendentibus, ut con
22 ſtat ex pluribus inueſtituris, & renouationibus, † & quæ
de iure communi, & ſui natura ſolũ ad hæredes ſanguinis,
hoc eſt ad deſcendentes tranſit,ut concludunt docto.magis
communiter in d.c. in præſentia de proba.ubi moder.dicũt
hanc eſſe communem opinionem,& habetur per Alexã.in
l.ſi patroni ff.ad trebellia.in l.etiam ff. ſolu.matri. & latè per
eundem,& per Imol.in l.quod dicitur ff. de uerbo. obliga.
23 ſequitur, † quòd appellatione hæredis ſimpliciter in no-
ſtris terminis debet intelligi de hærede ſanguinis per lineã
deſcendentium,ut in c.1.§.ſed diuerſum de alien.feu. ibiq;
Bal.& doct.omnes feudiſtæ,& facit tex.cum ibi not.in l.ex
24 facto in fin.ff.ad trebel. † uerba enim in dubio ſecundum
ſubiectam materiam,& ut naturæ actus,qui celebratur,con
ueniant,ſunt intelligenda l.ſi ſtipulatus ff.de uſuris, l. ſi uno
in prin.ibiq; glo.ff.locati,l.damni,& ibi Bar.ff.de dam.infec.
& faciunt not.per Bal.in c.1.in fin.ſi de feu.conten.fuer.in-
ter dominum, & agna.& propterea illa alia uerba inueſtitu
ræ prædictæ,& quòd domina Eliſia poſſit,& ualeat in præ-
dictis bonis ſemel eligere hæredem, qui hæres &c. debent
intelligi de hærede,ut ſupra,qui poteſt in emphyteoſi ec-
cleſiaſtica ſuccedere,de cuius natura eſt, ut ad deſcenden-
25 tes tranſeat: & † ad propoſitum facit id,quod not.uoluit
Bal.in authen.ſi quas col.1.C.de ſacroſ.eccle.dicens, quòd
conceſſio in emphyteoſim facta à prælato ſucceſſore ſimpli
citer ſemper intelligitur facta ſecundum formam conſue-
tam,& perſonæ conſuetæ tãtum comprehenſæ intelligun-
26 tur: quinimmò † ſi concederetur emphyteoſis non ſer-
uata forma conſueta, & perſonis non conſuetis, conceſſio
ipſo iure nulla eſſet,uti per Bal.poſt Bart.in autehn. qui rẽ
eodem tit.&.expreſsè per Alex.in conſi.5.in fi.5.col. lib. 5.
27 & † idem Bal.in authen.quibuſcunq; C.de ſacroſ. eccleſ.
inquit,quòd prælatus,ad quem, & ad eccleſiam bona em-
phyteotica in emphyteoſim dari conſueta fuerunt deuolu
ta,poteſt illa ſuis conſanguineis concedere,dummodo ſuo-
rum prædeceſſorum conſuetudinem, formamq; cõſuetam
ſeruet argumento l.mela.§.1.ff.de alim. & ciba. lega.unde
debet attendi illa forma,quæ tempore ingreſſus prælati ui-
gebat,per glo.in c.1.de his,qui feu.dare poſſ.in uer.feudũ
28 dare,ibiq; Bal.& alij: † & ad propoſitũ accedant ea, quæ
pulcherrimè ponit Bal.in l.liberti col.ulti.C.de oper. liber.
qui inquit,quòd ſi feudum,uel emphyteoſis cõcedatur ali-
cui pro ſe,& pro eo,quem uoluerit,ſeu cui dederit, uel per
ſimilia uerba,conceſſio debet intelligi facta ſecundum pu-
ram,& meram feudi naturam: Sed de natura,& conſuedi-
ne emphyteoſis eccleſiaſticæ eſt tàm attento iure commu-
ni,quàm attẽta conſuetudine huius emphyteoſis, quòd cõ
cedatur pro deſcendentibus,uidelicet filiis,& nepotibus,er
go illa uerba pro hærede eligẽdo, ſeu cũ poteſtate eligẽdi
ſemel hæredẽ,ſecundũ hanc purã,& merã nãm,ac conſue-
tudinem emphyteoſis debent intelligi,ut intelligatur con-
ceſſa pro hærede ſanguinis,ut ſupra. Nec obſtat, quòd di
cendo pro hærede ſemel eligẽdo, debeat intelligi de quo-
cunque hærede,& ſic etiam de extraneo, quia contrarium
ex prædictis infertur, item quia poteſt intelligi de hærede
ſanguinis eligendo: quod utile eſſe potuiſſet,quia in caſu,
quo emphyteoſis potuiſſet ad plures deſcendentes ex do-
mina Eliſia tranſire,ſtante huiuſmodi poteſtate ſibi conceſ
ſa,potuiſſet unum tãtum ex illis eligere, cum de iure com-
muni ſatis magnum dubium ſit,an ita facere poſſet; ut ha-
betur per Bar.& alios in l.ut iuriſiurandi §. ſi liberi in uerſi.
ſecundum dubium ff.de oper.liber.& per Specul.in titu.de
locato §.nũc uero aliqua in uerſ.78. quare cùm in terminis
noſtris electio facta per dominam Eliſiam de domino He-
ctore,qui eſſet hæres extrâneus,de iure fieri non potuerit,
& ſic nulla fuerit,perinde eſt,ac ſi facta nõ eſſet,& ideò nul
lum præſtare debet impedimentum,quia non præſtat impe
dimentum, quod de iure non ſortitur effectum,regula non
præſtat cum ſimilibus ibi nota.per glo. de regu. iur. in 6. &
propterea ſequitur, quòd electio poſtea facta de Hanniba
le nepote,fuit ualida,& firma,ac facta ſecundum formam,
29 & naturam emphyteoſis, † quia ubicunque quis eligen-
di,& declarandi ius habet etiam in caſu, quo de iure ſemel
poſſet eligere,uel declarare,ſi nulliter & inualidè eligat,po
terit iterum eligere,quoniam de electione ualida debet in-
telligi,ad tradita per Innocen.& alios in c.1. de re iudica.
cum multis aliis,quæ allegare poſſem. ¶ Quarto principa
liter poſito,ſed nullo modo conceſſo,quòd illa uerba etiam
de hærede extraneo intelligerentur,& maximè tenendo il-
lam opinionem,quam Felin.in d.c.in præſentia ſequi uide
tur,quòd emphyteoſis eccleſiæ etiã ad hæredes extraneos
ſit tranſitoria,quæ tamen communiter eſt reprobata, ut ibi
per Decium, & quæ etiam in caſu noſtro proximè dictis
non obeſſet,ex quo conſuetudo huius emphyteoſis fuit, &
eſt,quòd ſolum pro ſe,filiis, & nepotibus concederetur, ut
dictum eſt, adhuc dicendum eſt, quòd ex huiuſmodi inue-
ſtitura,& declaratiõe facta per ipſam dominam Eliſiam,uo.
etiam ex confirmatione,& conceſſione facta dicto domino
Hectori nullum ius ipſi ad præiudicium Antonij patris ac-
quiſitum dicatur, quia totale fundamentum ipſius domini
Hectoris eſt dicta conceſſio facta ab epiſcopo dominæ Eli-
ſiæ de anno 1513.& declaratio,ſeu electio per eandem do
minam Eliſiam in ſuo primo teſtamento de domino Hecto
re facta: quæ tñ iudicio meo parum,uel nihil ad illius fauo
30 rem faciunt,primo † quia illa uerba & pro hærede ſemel
eligendo, & illa uerba poſſit & ualeat in prædictis bonis ſe
mel eligere hæredem,qui hæres adueniente caſu ſucceſſio-
nis prædictæ teneatur capere nouam inueſtituram &c. de-
bent intelligi de illo hærede, qui hæres dici poteſt,& de il-
la ſucceſſiõne,quæ dici poteſt ſucceſſio, & conſequẽter poſt
mortem dominæ Eliſiæ,& non in eius uita,quoniam nõn di
citur quis hæres alicuius,nec hæreditas, neq; ſucceſſio iux-
ta l.hæreditas ff.de regu. iur.& l.nihil aliud ff.de uerb. ſign.
niſi poſt mortem illius,& non in uita,quia uiuentis nullus di
ci poteſt hæres,niſi filius,& is,qui eſt de ſuis l.in ſuis ff.de li-
ber.& poſthum. iuncta l. qui ſuperſtitis, l. neminem, l. ſi
quis mihi bona §. iuſſum, & l.hæres ff. de acquirenda hæ-
redi-

reditate, & l.1.ff. de hæred. uel actio. uenditio. dum ergo in inueſtitura fit mentio de hærede eligendo, & de ſucceſſione, effectus illius inueſtituræ debet intelligi habere locum ſolum poſt mortem dominæ Eliſiæ, non autem ipſa ad
31 huc uiuente: Ex quo infertur, † quòd uirtute electionis factæ de ipſo domino Hectore, ut de hærede dictæ dominæ Eliſiæ, do. Hector, uiuente adhuc domina Eliſia, non potuit petere, & impetrare inueſtituram, & confirmationem de dictis bonis emphyteoticis, quià ut hæres illius nondum potuit quicquam facere, ut in iuribus ſupra allegatis, ac etiam quia in caſu ſucceſſionis poterat inueſtituram petere ex forma inſtrumenti, & inueſtituræ, ergo cum prius, & in uita dominæ Eliſiæ confirmationem, & inueſtituram impetrauerit, confirmatio, & inueſtitura non ualuit, quoniam non fuit ſeruata forma data in inſtrumento inueſtituræ factæ dominæ Eliſiæ, nec adimpleta conditio adiecta in petendo inueſtituram, ut colligitur ex illis uerbis, qui hæres adueniente caſu ſucceſſionis prædictæ, quæ uerba ſunt ablatiui abſoluti, & ſic conditionem, & formam important, l. à teſtatore cum uulgaribus ff. de conditio. & demonſtratio. l. qui hæredi, & l. mœuius ff. de conditio. & demonſtratio. & not. per doctores in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de libe. & poſthu. Præterea ex quo domina Eliſia teſtamentum, in quo dominus Hector fuerat hæres factus, & electus, ſpecialiter, & expreſsè reuocauit per aliud teſtamentum poſtea factum, ſequitur, quòd dominus Hector non potuit, neque poteſt dici hæres dominæ Eliſiæ, nec ut hæres potuit confirmationem, & inueſtituram de dictis bonis ab epiſcopo im-
32 petrare, quia † primum teſtamentum habens etiam clauſulam derogatoriam ad teſtamenta futura, ut non poſſit reuocari, niſi expreſſis talibus, & talibus uerbis, poteſt per ſecundum reuocari, quando de primo facta ſaltem fuit ſpecialis, & expreſſa mentio, ut uolunt doctores magis communiter in l. ſi quis in principio in prin. ff. de lega. 3. & in l. 2. ubi Bal. Alex. & Imo. ff. de libe. & poſthu. & per Alexandrum, Paulum Caſtrenſem, & Imolam in l. ſi mihi, & tibi §. in legatis, ibique glo. ff. de lega. 1. & hoc iudicio meo difficultatem non habet. ¶ Et poſito etiam, quòd do. Eliſiæ de iure non fuiſſet licitum uariare ſuper electione hæredis, ex quo ſemel ſibi fuit conceſſum hæredem eligere, & conſequenter electio de alia perſona facta non ualuiſſet, quod tamen negatur per ſupra adducta, nihilominus dico, propter hoc non ſequi, quòd dominus Hector potuerit ut hæres admitti, tum quia eſt extraneus, tum quia non fuit, nec potuit dici hæres: & ideò ſi ex declaratione ultimo loco facta per dominam Eliſiam nõ potuit alius admitti, nec ex declaratione prima potuit admitti dominus Hector, qui nec eſt, nec poteſt dici hæres, nec ad eum ſucceſſio dici poteſt deuoluta per prædicta: nec etiam ex eo poteſt admitti, quòd de dictis bonis ad eccleſiam deuolutis fuerit inueſtitus tanquam nouus emphyteota, ut uerba ſuæ inueſtituræ cantare uidentur, nam ex quo ſupererat agnatus, hoc eſt pater Hannibalis ultimi emphyteotæ, qui etiam erat ſuus hæres, extraneus ad ipſius patris hæredis præiudicium inueſtiri non potuit, ad not. per Bartolum in l. 1. ff. de priui leg. cred. & in d. l. 1. §. permittitur cum multis ſimilibus ſupra allegatis, quæ adducit etiam Decius in d. conſi. 131. affirmans hanc eſſe communem opinionem. ¶ Et ſi dice-
33 retur, † quòd illa uerba, qui hæres adueniente caſu ſucceſſionis &c. debeant intelligi non de ſucceſſione dominæ Eliſiæ, ſed ipſius ultimi emphyteotæ in dictis bonis, & ideò cum dominus Hector poſt mortem Hannibalis ultimi emphyteotæ confirmationem, & inueſtituram impetrauerit, & ſic eo tempore, quo ſucceſſio, & hæreditas dici potuit, ſequitur, quòd prædicta non obſtant, & omnia benè conueniunt, Reſpondetur etiam ad hoc, quòd illa uerba ita intelligi non poſſunt, primo quia dominus Hector nullo modo dici potuit hæres, ſeu ſucceſſor Hannibalis, cum ſupereſſet Antonius eius pater, qui ſucceſſit: Secundo, ſi intellige-
34 rentur de ſucceſſione Hannibalis, † talis conuentio tanquam facta ſuper ſucceſſione alterius, qui non conſenſiſſet, non ualuiſſet, ut in l. fina. C. de pactis cum alijs ibi allegatis, l. ex eo C. de inutil. ſtipula. & in c. 2. cum gloſ. de conceſſio. præben. Ex prædictis itaque apparet, quòd dictus dominus Hector agendo contra Antonium patrem Hannibalis non potuit ſe fundare in inueſtitura facta dominæ Eliſiæ de anno 1513. nec ſuper confirmatione, & inueſtitura ſibi conceſſa de anno 1514. quo fit, ut dictus Antonius ſit à petitis per dominum Hectorem abſoluendus.

¶ Supereſt modo reſpondere adductis ſupra in contrariũ, quæ prima fronte ſatis urgere uidebantur, nam ex illorum reſponſione clarius etiam de bono iure dicti Antonij conſtabit: Non obſtat in primis, quòd per illa uerba appoſita in inſtrumento inueſtituræ factæ dominæ Eliſiæ pro ſe, & hærede ſemel eligendo, & per illa uerba, & quòd domina Eliſia poſſit, & ualeat ſemel eligere hæredẽ, uideatur actũ, & conuentum, quòd etiam hæres extraneus ſuccedere poſſit, & ille, qui à domina Eliſia electus, & nominatus erit per ea, quæ ſupra plenius ſunt dicta, quia huic primo fundamẽto reſponſio colligi poteſt ex ijs, quæ plenè dicta fuerunt in tertio, & quarto fundamento ad fauorem Antonij facto, quæ aliter non repeto. ¶ Non obſtat text. in l. ne cui cum ibi not. per Baldum C. locati, & in cap. 1. qui ſucceſſo. tenean. & in cap. 1. qui ſucceſſo. feud. dare tenean. ac etiam in cap. 1. §. titius ſi de feud. conten. fuer. inter dominum, & uaſallum cum ſimilib. quæ iura feudalia etiam in bonis eccleſiaſticis locum habent, & à iure canonico approbata dicuntur, ut uoluit Bal. in c. cæterum in primo notabili de iudi. ibique hoc ſequuntur Cardin. & Abb. & Alexan. in conſi. 10. lib. 5. colum. 2. Petr. de Ancha. in conſi. 173. colu. 1. & Decius in conſi. 131. in fin. 3. colum. Quia dictis iurib.
35 poteſt reſponderi, & † primo textui in d. l. ne cui multipliciter, Primo, ut colligitur ex ijs, quæ dixit Alexan. in conſil. 122. lib. 5. in 2. colum. quòd ille tex. non probat, quòd ſecundus conductor, ſeu emphyteota, finita locatione primi, poſſit uigore ſecundæ ſuæ locationis contra primum conductorem, uel eius hæredes agere, ut rem ſibi locatam conſequatur, ſed uult, quòd ſi primus conductor litem inferat ſecundo conductori, finita locatione primi, tunc primus pœnam, de qua ibi, incurrat. Secundo reſponderi poteſt illi textui, quòd loquatur in ſimplici locatione alteri facta, durante adhuc locatione primi conductoris, quia talis ſecunda locatio etiam ſimpliciter facta ualet, ac effectum habet,
36 finita prima, ut ibi: † Secus eſt in locatione, ſeu conceſſione, per quam dominium utile, & naturalis poſſeſſio in conductorem transfertur, ut eſt locatio ad longum tempus, & emphyteoſis, ac feudi contractus iuxta ea, quæ habentur per doctores in l. codicillis §. inſtituto ff. de lega. 2. & in l. ſi domus in fin. ff. de leg. 1. per gloſam in l. 3. §. ex contrario ff. de acquiren. poſſeſſio. & in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commoda. & per Baldum in l. 1. C. de iure emphyt.
37 † Si enim talis locatio, ſeu conceſſio fiat ſimpliciter, & purè abſque conſenſu primi conductoris, durante tempore primæ, ipſo iure non ualet, ut eſt tex. in d. c. 1. qui ſucceſſo. feu. dare tenean. in d. c. 1. qui ſucceſſo. tenean. & in d. §. Titius, & not. per gloſam in c. 2. quo tempo. mil. per quæ iura limitatur, & declaratur text. in d. l. ne cui in caſu, quo ſecunda locatio fieret, pendente prima, ſimpliciter, & purè abſq; conſenſu primi: & ratio diuerſitatis eſſe poteſt, quia per locationem ad longum tempus, ſeu conceſſionem in emphyteoſim, uel in feudum maius præiudicium primo conductori inferretur, quam per ſimplicem locationem, ut in iuribus proxi-

proximè allegatis. Præterea cum emphyteotæ, uel feudatario, ſeu conductori ad longum tempus ius in re ſit acquiſitum, uidelicet utile dominium, & naturalis poſſeſſio, ſi per dominum purè, & ſimpliciter locatio, & conceſſio alteri fieri poſſet, durante tempore, & iure primi conductoris, diceretur paſciſci, & conueniri de hæreditate uiuentis, quod eſt reprobatum à iure d. l. fi. C. de pactis cum aliis ſupra allegatis: quæ ratio ceſſat in ſimplici locatione ad modicũ tempus, ex qua conductori nullum ius in re acquiritur, ut in l. non ſolet. ff. locati, iunctis not. in d. l. 3. §. ex contrario cum ſimilibus. Tertio reſpondetur † textum in d. l. ne cui procedere, quando ſecunda locatio fieret durante prima, & ex ea nulli præiudicium inferretur, ſi finita prima effectum haberet, ut ibi, etiam ſi ſecũda fieret ſub conditione, ſeu ſub die, hoc eſt ut inciperet poſt finitam primam: Secus ſi eſſet præiudicialis alteri, puta hæredi, uel filio, ſeu agnato, cui poſt finitam primam conceſſionem, ſeu poſt mortem primi eſſet ius aliquod acquiſitum, nam tunc ſecunda conceſſio nõ ualeret ad præiudicium illius iuris alteri acquiſiti, ut uidetur caſus in c. 1. qui ſucceſſo. tenean. in fin. uer. ibi & hoc intelligendum eſt in uaſallis, qui feudi ſucceſſorem non habent, & eſt glo. in c. 2. quo tempo. mil. in uer. pro non facto, & in c. 1. §. moribus ſi de feu. conten. ſit inter dominum & agna. ibi quod poſt mortem eius ad dominum reuerti ſperatur: Sed in caſu noſtro poſt mortem Hannibalis, & ſic poſt finitam conceſſionẽ ſupererat aliquis, cui ius ſucceſſionis in his bonis emphyteoticis erat acquiſitum, & ſic bona poſt mortem Hannibalis ultimi emphyteotæ ad dominum, hoc eſt ad eccleſiam reuerti non ſperabantur, quoniã aderat agnatus, hoc eſt pater, & hæres dicti Hannibalis, qui ante alios erat inueſtiendus, & cui ius erat acquiſitum, quòd eccleſia illum inueſtire tenebatur, nec pro ſe retinere poterat, per Bar. glo. & Ange. in d. l. 1. §. permittitur, & in d. l. 1. ff. de priuil. credit. & latè habetur per Deciũ in conſ. 78. & in cõſ. 131. Roma. in conſi. 22. Sozi. in conſi. 249. & per docto. in d. l. ſi mihi & titio cũ ſimilibus ſ allegatis; ergo inueſtitura facta do. Eliſiæ de anno 1513. durãte inueſtitura dicti Hannibalis, & ipſo uiuente nõ ualuit, poſito ẽt quòd facta fuerit ſub conditione, ſi Hannibal deceſſerit ſine liberis, & poſt eius mortem. Vltimo reſponderi poteſt, † quòd dicta. l. ne cui in eccleſia, ſeu in prælato eccleſiæ locum non habet, nam in emphyteoſi, uel in feudo in hoc aliud ius ſeruatur in laicis, & in priuatis, & aliud in eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, ut clariſſimè colligitur ex iuribus ſupra allegatis, ut in d. c. 1. qui ſucceſſo. feud. dare tenean. & in dicto c. 1. §. moribus: quæ iura etiam in eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis, prout loquuntur, locum habent, quia iura, & conſuetudines feudorum ſunt à iure canonico approbata, ut dicit Bal. in d. c. cæterum in primo notabili, & ſupra dixi: Nam in laicis hoc cautum eſt, quòd durante prima locatiõe poteſt alteri fieri locatio ſimpliciter, quæ prima finita habet effectum, ut in d. l. ne cui: Si uero alteri fiat conceſſio in emphyteoſim, uel in feudum, durante prima conceſſione, ſub conditione, uel in diem incertam, puta poſt mortem primi, ſecunda ualet ſimpliciter, & dominus, eiuſque hæres illam ſeruare tenetur, ſi primus emphyteota deceſſit ſine ſucceſſore, cui ius in re emphyteotica, ſeu feudali acquiſitum non dicatur: Sed in eccleſiis, ac perſonis eccleſiaſticis aliud ſeruatur, quoniam ſi ab eccleſia, ſiue eius prælato fiat purè, & ſimpliciter ſecunda conceſſio, durante prima, non ualet, ſin uerò fiat ſub conditione, uel poſt mortem primi, & dominus, hoc eſt prælatus inueſtitor, uiuente primo emphyteota, deceſſerit, ſecunda cõceſſio non ualet, nec effectum ſortitur, ut etiam ſupra dixi, & habetur in d. c. 1. & in d. §. moribus: Ex quibus conſtat, quòd d. l. ne cui non aduerſatur, nec ſimiliter obſtant iura proximè allegata in d. c. 1. & in d. §. moribus, prout plenius declaraui, & illa induxi ſupra in ſecundo argumento ad fauorem Antonij facto. ¶ Non obſtant adducta ſupra in tertio fundamento pro parte aduerſa facto in confirmatione obtenta per dominum Hectorem, & in noua inueſtitura facta ſibi ab epiſcopo poſt obitum Hannibalis, quia reſpõſio colligitur ex plenè dictis in ſecundo fundamento pro Antonio facto.

¶ Sed fortius ſtringit illud, quod in fine dicti tertij fundamenti ſubiungebatur, quòd ex quo Antonius fuit à domino Hectore præuentus in petẽdo inueſtituram de bonis ad eccleſiã deuolutis, ex hoc dicitur ipſi Antonio patri, ſeu agnato præiudicatum, ut amplius inueſtituram nec cõſequi, nec petere poſſit, ex quo res deſiit eſſe integra, ut per plura uoluit Roma. in cõſi. 70. & ſequũtur Moderniſſ. in c. 1. quemadmodum ad fil. feu. pertin. & Alexan. in conſi. 10. lib. 3. & Sozi. in conſi. 167. col. penul. lib. 2. Verũ & huic ultimo pluribus modis reſponderi poteſt, † quòd in hoc opinio contraria uidetur uerior: & Alexan. in d. l. ſi mihi, & titio in fin. penul. col. dicit hoc non eſſe uerum ſimpliciter, quia uidetur contra tex. in d. c. 1. §. titius cum ibi not. & inquit idem Alex. ibi non obſtare c. 1. de natu. feu. quia loquitur, quando quis deceſſiſſet, & poſt eum nullus agnatus remanſiſſet, qui eſſet renouandus: ergo infertur, quòd ſi ſupereſſet aliquis agnatus, qui renouari deberet, ſecus eſſet. Præterea & ſecundo reſpondeo, † prædicta poſſe eſſe uera, quando dominus aliquem de agnatis ipſius ultimi emphyteotæ inueſtiuiſſet, quamuis ille agnatus inueſtitus de proximioribus non eſſet, & quem de iure non debebat inueſtire, ſed proximiorem, ut uoluit Roma. in d. conſi. 22. per l. cum ita §. in fideicommiſſo, & l. peto §. fratre ff. de lega. 2. ſecus uero ſi alium penitus extraneum, & non agnatum ultimi emphyteotæ inueſtiuiſſet, quia tunc proximior agnatus, cui de iure ius renouationis cõpetebat, poteſt nedũ infra annum, ſed etiam infra triginta annos inueſtituram petere, & factã alteri non agnato renouare, ut eſt glo. notabilis, quam doctores ibi multum commendant in d. c. 1. §. titius in uer. per annum: Sed in caſu noſtro dominus Hector non erat agnatus Hannibalis, ergo &c. & ad propoſitum facit id, quod habetur in c. 1. quemadmodum feu. ad fil. pertin. cũ ibi not. per docto. maximè Moderniſſ. in 2. col. ubi dicunt, quòd qñ ius renouationis propter obitum ultimi uaſalli eſt agnatis acquiſitum iuxta ea, quæ habentur in d. l. 1. §. permittitur cum glo. dominus filiam ultimi uaſalli nõ poteſt niſi in duobus caſibus inueſtire, & renouare, alioquin ipſis agnatis ius reuocandi inueſtituram filiæ factam competit, quia per eã non potuit ipſis, & eorum iuribus præiudicari. Tertio reſpondeo, † quòd ex quo finita emphyteoſi, & ad eccleſiam deuoluta, agnato proximiori à iure datur annus, & dies ad petendam renouationem, ut uoluit Roma. in dicto conſi. 70. & tacendo per tantum tempus, ſi alteri inueſtitura facta fuiſſet, uidetur agnatus iuri ſuo renunciaſſe, et à iure petendi renouationem dicitur excluſus, ut amplius, ſi reuocationem inueſtituræ alteri factæ petere uellet, audiri non poſſit, ſed ante lapſum anni à die mortis ultimi uaſalli, & emphyteotæ, & ſcientiæ ipſius agnati ad reuocandum admittitur, ut eſt tex. in c. 1. §. titius iunctis not. per dominum Præpoſitum, & alios ſi de feud. conten. fuer. inter dominum, & agnatos colum. 2. ſequitur ex his, quòd pẽdente illo tempore anni dominus non poteſt quicquam innouare ad præiudicium ipſius agnati, cui aliqua culpa, & negligentia imputari non potuit, ſi nondum fuerit elapſum tempus anni ſibi à iure dati ad petendam renouationem, tum quia pendente dilatione à iure, ſeu ab homine data nihil eſt innouandum l. ſiue pars C. de dilat. c. non ſolum de appella. in 6. & c. quia diuerſitatem de conceſſio. præben. & ſaciunt ea, quæ habentur per gloſam, & moderniſs. in d. §. titius

tiuſ,ubi ſi uaſſallus feudum,uel eius partem alicui remotio-
ri agnato in caſu permiſſo alienauerit,tūc proximiori agna
to competit ius reuocandi infra annum, & diem, illoque
elapſo uidetur iuri ſuo renunciare,& conſentire,quòd alie
natio ſit firma: Sed ſi extraneo fuiſſet facta alienatio, tunc
agnato tempus triginta annorum ad reuocandum datur,&
interim durante tempore anni culpa, et negligentia ipſi
agnato imputari non poteſt,at illo elapſo in culpa,et negli
gentia conſtitutus dicetur, et tunc dominus alium poſſet
inueſtire: & hoc modo intelligatur id,quod uoluit Alexan
der in d.conſi.10.volumi.3.& ita declarat, atque intelligit
43 Franciſcus Curtius in conſi.48.in fin. † quinimmò etiam
ſi annus lapſus fuiſſet,& agnatus fuiſſet iuſtè impeditus, re
nouationis iure non priuaretur,ut in c.1.§.quoniam de pro
hib.feu.alien.per Lotha.c.1.quo tempo.mil. cum ibi plenè
not.Ergo infertur,quòd durante tempore anni, & ante il-
lud finitum,etiam ſi agnatus iuſto aliquo non fuerit impedi
mento impeditus,non poteſt ſibi aliqua negligentia impu-
tari, quoniam beneficium à iure conceſſum non eſt alicui
auferendum clemen.1.& ibi Cardina. de rerum permuta.
Specula.in titu.de iudi.delega.§.ſequitur uidere uerſic.ſed
nunquid cum ſimilibus. ¶ Non obſtat quartum funda-
mentum,dum dicebatur, quòd ex quo agnato datur ius ap
pellandi,infertur ex hoc, quòd inueſtitura alteri facta in ſe
ualet,quamuis per appellationem reuocari poſſit,ut habe-
tur per Bartolum in d.§.permittitur, quæ appellatio debet
infra decem dies fieri, alioquin actus in rem iudicatam trā
ſit,& irreuocabiliter tenet, ut ſupra dictum fuit, Quia re-
44 ſponderi poteſt, † verum eſſe quoad modum reuocandi
per uiam appellationis, quòd in extraiudicialibus ipſi gra-
uato ſolum decem dies dantur,tamen quoad modum reuo
candi per aliud remedium ordinarium, & per aliam uiam
datur maius tempus, hoc eſt illud, quod de iure communi
conceditur,ut eſt tex.in terminis,ibique glo.& docto.in d.c.
concertationi de appellatio.in 6. ſed in terminis noſtris ipſi
agnato ad petendam inueſtituram, & ad reuocandum con
ceſſionem alteri factam datur annus, & dies, ut colligitur
ex d.§.titius cum alijs ſupra allegatis, ergo &c.Quinimmò
ſi conceſſio ad præiudicium agnati facta fuiſſet non agna-
to,ſed extraneo reſpectu ultimi emphyteotæ, daretur ipſi
agnato tempus triginta annorum ad reuocandum, ut eſt
glo.communiter approbata in d.§.titius, ibique doctores
omnes,& dominus Hector, cui infra annum poſt mortem
Hannibalis ultimi emphyteotæ facta fuerat inueſtitura,nō
erat agnatus dicti Hannibalis,ſed extraneus, ergo patri, &
ſic agnato proximiori nondum dicitur lapſum tempus pe-
tendi inueſtituram,& inueſtituræ factæ domino Hectori cō
45 traueniendi. Secundo reſpondeo † quandoque etiam
appellari ab actu nullo, ut nullus declaretur, & illa po-
tius dicitur appellatio facti,quam iuris,ut eſt text.cum glo.
in l.1.ff.de ferijs, & in c.accedens il 1.ibique glo.& doct.ut
lite non conteſta.& habetur in l. ſi expreſſim ff.de appella-
46 tio.cum ſimilibus.Tertio reſponderi poteſt, † quòd agna
to datur ius appellandi à grauamine illato per dominum
in denegando inueſtituram,ut quando dominus, ſeu eccle
ſia uellet pro ſe retinere,ut in d.§.permittitur,& in d.l.ſi mi
hi, & Titio cum alijs: At quando,inſcio agnato,dominus
alium extraneum inueſtiuiſſet, & renouaſſet, tunc agnato
infra annum, uel infra triginta annos ſecundum diſtinctio
nem ſupra relatam,& d.§.Titius cum ibi not.daretur,& cō
peteret ius contraueniendi, & opponendi, ut in d.§.Titius
cum ſim. ¶ Vltimo non aduerſatur unum aliud, quod in
contrarium adducebatur, uidelicet, quòd Antonius pater,
& agnatus, qui de iure debebat renouari, fuit in petendo
inueſtituram negligens, nam poſt mortem Hannibalis, ſeu
ſaltem poſt inueſtituram factam domino Hectori debebat
infra annum,& diem petere ab epiſcopo renouationem,&
inueſtituræ domini Hectoris contrauenire: unde cum non
ſolum annus,ſed etiam plures anni lapſi fuerint, cenſeri de
bet omni iure ſuo ipſo iure priuatus,ut in d.c.1.quo temp.
mil.& in c.1.§.præterea de prohib.alien.feud. per Federi-
cum cum ſimilibus: Quia reſpondetur primo, ueluti etiam
aliqualiter ſupra tactum fuit,quòd quoties ad præiudicium
agnati, qui de iure debebat renouari, fuit inueſtitus ille,
qui non erat agnatus ultimi emphyteotæ, ſed extraneus,
tunc ipſi agnato dantur anni triginta ad opponendum, ut
habetur per gloſam,& doctores in d.§.Titius.Secundo re-
47 ſpondeo, † quòd agnatus anno excluditur, quando ipſe
tacuiſſet,& in petendo renouationem infra annum,& diem
negligens fuiſſet, & ita iura præallegata intelligantur: At
quando non fuiſſet negligens in petendo renouationem
infra annum, tunc ſpatio vnius anni nō excluditur;ut quia
infra annum, ſeu in principio anni diligentia ſua uſus fuiſ-
ſet in petendo renouationem, in perquirendo dominum,
in proteſtando,quòd per ipſum non ſtabat,& in offerendo,
ac deponendo capoſoldum pro renouatione ſoluendum,
nam tunc agnatus dicitur uſus diligentia ſua, neque curſu
unius anni,& unius diei,ſed ſpatio triginta annorum exclu
ditur iuxta l.ſicut C.de præſcriptio.triginta annorum,iun-
ctis not.in d.§.Titius: ita uolunt docto.ut referunt, ac ſe-
quuntur Moderniſs.uidelicet Præpoſi.Mediol.in d.c.1.quo
tempo.mil.in 3.colum.& in 6.in uerſicu. reſtat, ut uidea-
mus,& in c.1.§.nulla per quos fiat inueſtitu. & omnino ui-
dendus eſt idem Præpoſi. poſt Iaco. Ardi. in c.1.colum.2.
quæ fuit prima cauſa benefi.amitten. in uerſi.quæro, ſi va-
ſallus, ſed in caſu noſtro Antonius ſtatim mortuo Hanniba
le eius filio infra quindecim dies iuit ad perquirendum do
minum,quem non inuenit,& proteſtatus fuit, & capoſol-
dum pro renouatione obtulit, atque depoſuit, ergo cum
per ipſum non ſteterit, ſed potius per dominum, annus ad
eius præiudicium lapſus cenſeri non debet, ut ibi, & argu-
mento c.fina.cum ſimilibus ibi allegatis de appella. & eo-
rum, quæ uolunt doctores in c.ex ratione eodem titu. ubi
uolunt,tempus decem dierum datum ad appellandum, itē
tempus anni, ſeu biennij datum ad appellationem proſe-
quendam ipſi appellanti non currere,neque nocere,quan
do per ipſum non ſtetit, ſed per iudicem,facit tex.in c.1.§.
quoniā de prohib.feu.alien.per Lotha.& in d.c.1.quo tem
po.mil.ibique Moderniſs.in uerſi.reſtat, ut uideamus,& in
6.& 7.colum.in uerſi. in hoc articulo:& ideò præfati doct.
Modern.in d.c.1.quemadmodum ad fil.feu.pertin. in uer-
ſi.item tertio dicunt id, quod habetur in d.§.permittitur,
non procedere,quando eſſemus in emphyteoſi eccleſiæ,&
agnati tantum tardaſſent renouationem petere, quòd iam
prælatus inueſtiuiſſet alium: noto,quòd ipſi dicunt,tantum
tardaſſent,& ſic innuunt,quòd fuiſſent negligentes,& lap-
ſus eſſet annus,& dies,alioquin negligentes,& tardaſſe di-
ci non poſſent per ſuperius allegata. Secundo dici poteſt,
48 † quòd ex quo epiſcopus dominus directus dictorum bo-
norum ſemper à die mortis dicti Hannibalis etiam poſt an
num accepit canonem à dicto Antonio patre, & agnato
Hannibalis ultimi emphyteotæ, & ipſum tanquam agna-
tum, ac etiam donatarium dictorum bonorum de illis inue
ſtiuit,uidetur omnem ei culpam remiſiſſe, ſi in aliqua cul-
pa, & negligentia fuit conſtitutus non petendo infra an-
num,& diem renouationem,vt voluit gloſ.not.quam om-
nes ſequuntur in d.c.1.quo tempo.mil.& habetur per Bal-
dum, & alios maximè Modern.in c.1.quæ fuit prima cau-
ſa benefi.amitten.colum.3.verſicu. quæro, quid ſi elapſo
anno,et faciunt not.per gloſam,et doctores in c. potuit de
locato, et per Bartolum in l.commiſſoriæ C.de pactis inter
empt.et uendi. ¶ Vltimo conſidero, quòd quamuis di-

ctus Antonius pater Hannibalis, ut proximior agnatus admitti non deberet, quia eſſet excluſus, & ius petendi renouationem poſt obitum filij ſui ſibi non competeret per tex. cum ibi not. per Baldum, & doct. omnes in c. 1. de natu. ſuc ceſſ. feu. & expreſsè per Bald. & Paul. de Caſtr. in authen. defuncto C. ad tertullia. tamen ex quo dictus dominus Hector nullo modo eſt ad huiuſmodi bona admittendus, quoniam nullum ius in illis ſibi cōpetit tàm ex inueſtitura facta do. Eliſiæ de anno 1513. quàm ex inueſtitura facta ſibi de anno 1514. poſt mortem dicti Hannibalis, ueluti ſupra clariſſimè demonſtratum fuit, & Antonius ipſe ſemper à die mortis eius filij ultimi emphyteotæ fuit ut emphyteota ab epiſcopo recognitus recipiendo ſingulis annis conſuetum canonem, fuitq́;, & eſt in poſſeſſione dictorum bonorum, & donationem à domina Eliſia de illis, & de omnibus iuribus, quæ ipſa habebat, habuit, cuius uigore, & cuiuslibet alterius iuris epiſcopus ipſum Antonium de dictis bonis inueſtiuit, ſequitur ex his, quòd Antonius eſt omnino praſerēdus dicto domino Hectori nullum ius in eis habēti, cui propterea Antonius dicere poteſt, quoad te liberas ædes habeo iuxta l. loci corpus §. cōpetit in fin. uer. ff. ſi ſerui uendi. & l. res alienas C. de rei uendica. cum ſimilibus. Vel dici poſ
49 ſet † pro reſponſione eorum, quæ habentur in d. c. 1. & in d. authen. defuncto, quæ multum facere uidentur contra Antonium patrem, qui poſt mortem filij non poteſt in feudo, ſeu emphyteoſi eccleſiæ ſuccedere, & hoc uerum eſt, & procedit, quando iure ſucceſſionis, ut hæres admitti uellet, & ita prædicta procedant, & loquantur per tex. in d. c. 1. ſecus ſi non ut hæres, nec ut ſucceſſor, ſed ut agnatus, & iure agnationis ad not. in d. §. permittitur, & per Deciū in d. cōſ. 131. cum ſimilibus ſupra allegatis: & hæc ſuadentur ex iis, quæ doct. cōmuniter uolunt in d. l. ſi mihi, & titio, & Deci. in d. conſi. dicentes, quòd agnatus proximior debet renouari, etiam ſi non ſit hæres, & ſic iure agnationis, & non ſucceſſionis inueſtiri debet; ſed tex. in d. c. 1. & Bald. & alij ibi, & in d. authen. defuncto loquuntur, quando pater iure ſucceſſionis, & ſic ut hæres, & conſequenter ex alio capite uellet admitti. Ex quibus omnibus ad fauorem dicti Antonij laudandum eſſe, & ipſum à petitis pro parte præfati domini Hectoris abſolui debere concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & filiis, & liberis ſuis, & ſucceſſore, & cum pacto, quòd conductor non poſſit illam alicui pio loco relinquere, non poteſt de iure, niſi ad deſcendentes ipſius conductoris, & non ad extraneos heredes tranſire.*

2 *Et quando propter illud uerbum ſucceſſore ſit ad extraneos quoque hæredes tranſitoria, & num. 4*

3 *Ad emphyteoſim eccleſiæ conceſſam pro ſe, filiis, & hæredibus non admittuntur filij, & deſcendentes, niſi etiam ſint hæredes.*

4 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus, & quibuſcunque ſucceſſoribus comprehendit etiam legatarios, & ſingulares ſucceſſores extraneos.*

5 *Emphyteota non ſeruans pacta, & promiſſa cadit ab omni iure ſuo.*

6 *Emphyteota generaliter diſponens de omnibus bonis ſuis non cenſetur uoluiſſe comprehendere bona emphyteotica, niſi de illis expreſsè meminerit.*

7 *Concordia, & compoſitio inter commune Rauennæ, & Clerum ſuper bonis emphyteoticis facta non nocet illis eccleſiis, quæ illi concordiæ non interuenerunt, neque conſenſerunt.*

8 *Non nocet etiam, quando eccleſia ſibi per pactum aliter prouidiſſet:*
Ea eſt ſtrictè interpretanda num. 14.
Nec comprehendit bona ſita in ciuitate Rauennæ num. 15.

9 *Super bonis eccleſiæ nec contrahi, nec paciſci poteſt, neque illa poſſint alienari etiam interueniente alia ſolemnitate requiſita, niſi præſentia quoque, & conſenſus rectoris, ſeu prælati eccleſiæ interueniat.*

10 *Statutum per laicos ſuper bonis eccleſiæ factum eſt nullum.*

11 *Confirmatio in forma communi ſolum id, quod erat, & quale erat, confirmat, nihilq́; addit.*

12 *Confirmatio Papæ nunquam cenſetur ualidare ſtatuta nulla, & quæ fiunt contra libertatem eccleſiæ, & per quæ iuri alteri quæſito præiudicaretur.*

13 *Emphyteota alienans abſque licentia, & requiſitione domini directi cadit ab omni iure ſuo.*

15 *Appellatione diœceſis, ſeu bonorum poſitorum in diœceſi, territorio, & diſtrictu, in materia ſtricta non comprehenditur ciuitas, nec bona in ea poſita.*

16 *Beneficium, ſeu priuilegium damnum aliquod alteriꝰ continens conceſſum reſpectu bonorum diœceſis ad bona poſita in ciuitate non extenditur.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiæ ſi ſtipulata ſit pro ſe, & filiis, & liberis ſuis, & uno ſucceſſore, cum pacto, quòd conductor nō poſſit illam alicui pio loco relinquere, ad hæredes extraneos tranſire non poteſt, & ſi conductor ſine liberis decedens tria loca pia, & duos laicos hæredes inſtituerit, emphyteoſis ad eccleſiam eſt reuerſa, & deuoluta, nec dicti hæredes ad eam admittuntur, non obſtante concordia inter commune, & clerum Rauennæ ſuper bonis emphyteoticis facta.*

CONSILIVM CVII.

VISO inſtrumento inueſtituræ per eccleſiam, ſeu abbatiam ſancti Ioannis Euangeliſtæ de Rauenna de quadam domo factæ do. Petroantonio de Confidatis, uiſoq́; teſtamento dicti domini Petriantonij, in quo hæredes inſtituit fratres ſancti Appollinaris, Moniales Corporis Chriſti, Montem Pietatis, Nicolaum de Nebolettis, & Iacobum de Auarano, quibus domum prædictam reliquit, dubitatio eſt, an ea domus ad eccleſiam reuerſa, ſeu deuoluta dicatur: & omiſſis hinc inde allegationibus, uidetur de iure concludendum eſſe, domum hanc ad eccleſiam eſſe re-
1 uerſam, & deuolutam, & primo † quoniam cum hæc emphyteoſis eccleſiaſtica fuerit ſtipulata, & conceſſa pro ſe, & filiis, & liberis ſuis, & uno ſucceſſore, & cum pacto, quòd conductor illam non poſſit alicui pio loco relinquere, de iure non potuit tranſire, niſi ad deſcendentes ipſius domini Petriantonij, & non ad extraneos hæredes, quia hæc eſt natura emphyteoſis eccleſiaſticæ ad tradita per Alexādrum, & alios doctores in l. etiam ff. ſolu. matr. & in l. quod dicitur, ibiq́; Ioan. de Imol. ff. de uerborum obliga. per Bartolum in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. liber. Abb. & alij in c. in præſentia de probat. ubi Deci. hanc eſſe communem opinionem dicit, & habetur per Alex. poſt Bar. in l. ſi patroni ff. ad trebell. cum ergo dominus Petruſantonius abſque filiis, & liberis deceſſerit, domus prædicta ad eccleſiam dicitur reuerſa, & deuoluta. Et quamuis fuerit conceſſa etiam pro uno ſucceſſore, & conſequenter etiam pro perſona extranea, ut extraneo relinqui poſſit, quia appellatione ſucceſſoris in hac materia etiam hæres extraneus cōprehenditur, ut uoluit Salice. in l. 2. col. 20. C. de iure emphyt. tamen ex quo fuit pro uno ſucceſſore conceſſa, non potuit pluribus extraneis relinqui, nec ad eam ex diſpoſitione dicti emphyteotæ plures ſucceſſores admitti potuerūt, prout ipſe dominus Petruſantonius admitti debere uoluit, atque
2 diſpoſuit. ¶ Præterea † in emphyteoſi eccleſiaſtica, quæ ſui natura ad hæredes extraneos non eſt tranſitoria, ut ſupra, ad hoc, ut hæres extraneus etiam propter illud uerbum ſucceſſore admittatur, requiritur, quòd fuerit conceſſa pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, quoniam ut illud verbum ſucceſſoribus aliquid vltra verbū hæredibus operetur, emphyteoſis intelligitur conceſſa etiam pro hæredibus extraneis, & ita loquitur Salice. in loco præallegato, & habetur per Alexandrum, & Imolam in d. l. quod dicitur in columna antepenultima, ſed in caſu noſtro emphyteoſis fuit

fuit conceſſa ſimpliciter pro ſucceſſore, ergo debet intelligi de illo ſucceſſore, qui ſecundum naturam emphyteoſis admitti poteſt, & ſic de ſucceſſore, qui ſit de liberis, & deſcendentibus, quoniam uerba ſemper debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam l. ſi ſtipulatus ff. de uſuris, & argumento tex. cum ibi not. per Abbatem in c. ad extirpandas de fil. presbyt. item ex quo fuit conceſſa pro ſe, filiis, & liberis, & ſucceſſore, debet intelligi conceſſa pro illo ſuc-
3 ceſſore, qui ſit de liberis, † quoniam quando emphyteoſis ab eccleſia conceditur pro ſe, filiis, & hæredibus, non admittuntur filij, & deſcendentes, niſi etiam ſint hæredes, ad ea, quæ habentur per Bartolum in d. l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi, per Imolam, & Alexandrum in d. l. quod dicitur, & in d. l. etiam, & per Alexandrum in conſi. 9. colum. 4. lib. 2.
4 ¶ Rurſus † ad hoc, ut emphyteoſis eccleſiaſtica ad extraneos, uel ad legatarios extraneos propter uerbum ſucceſſo res tranſeat, requiritur, quòd fuerit conceſſa pro ſe, & quibuſcunque ſucceſſoribus, nam dicendo pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſolum comprehenduntur illi, qui eſſent hæredes vniuerſales etiam extranei, ſed ad hoc, ut ſingularis quoque ſucceſſor, ueluti legatarius, aut alius comprehendatur, requiritur, quòd fuerit conceſſa pro ſe, & hæredibus, & quibuſcunque ſucceſſoribus, ut uoluit not. Alexan. in d. l. quod dicitur columna penultima: At in caſu noſtro emphyteoſis fuit conceſſa ſimpliciter pro ſe, filijs, & liberis, & uno ſucceſſore, ergo non poteſt dici ita conceſſa, ut ad extraneos hæredes, & minus ad legatarios, & ſingu-
5 lares ſucceſſores tranſire poſſit. ¶ Adde, † quòd ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Bal. in l. domum ff. de rei uendica. quando emphyteota pacta, & promiſſa in contractu non ſeruat, cadit ab omni iure ſuo: ſed hic dominus Petruſantonius promiſſa nõ obſeruauit, tum quia domum prædictam pijs locis reliquit, tum quia quoad ipſam domum plures etiam extraneos ſucceſſores fecit, ergo &c. Præterea aut uolumus dicere, quòd per inſtitutionem hæredum generaliter factam per hæc uerba, in omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus tàm præſentibus, quàm futuris, & tàm proprijs, quàm liuellariis, & emphyteoticis ad ipſum teſtatorem quomodolibet ſpectantibus ſibi hæredes uniuerſales inſtituit pleno iure &c. dicuntur dicti hæredes etiam ad dictã domũ uocati, & quòd teſtator de illa uoluerit diſponere, ut ad hæredes ſuos trãſiret, & tunc ex hoc ipſe do. Petruſantonius, eiuſq; hæredes à iure ſuo cecidiſſe dicuntur, quia promiſſis, & pactis, de quibus in inſtrumento, contrauenerunt, per prædi-
6 cta: Aut uolumus dicere, † quòd ſub illa hæredum inſtitutione, & generali diſpoſitione, ut ſupra, facta, domus prædicta non ſit comprehenſa, cum de ea non fuerit ſpecialis mentio facta, nec ſub illis uerbis generalibus dicta domus prohibita, ut ſupra, relinqui piis locis, & pluribus ſucceſſoribus extraneis comprehendatur, ne dominus Petruſantonius cenſeatur in commiſſum, & delictum cecidiſſe, prout in dubio debet fieri interpretatio argumento l. merito ff. pro ſocio, item quia in dubio quis non cenſetur uelle diſponere niſi de rebus, & iuribus, de quibus poteſt de iure diſponere, ne in commiſſum cadat, ut uolunt doctores per illum textum in l. ſi domus in fin. cum ſimilibus ibi allegatis ff. de leg. 1. & tunc ſequetur, quòd domus illa, de qua teſtator in dubio non cenſetur uelle diſponere, quia non poterat, ſtantibus per eum promiſſis, & conuentis, dicatur ad ipſam eccleſiam dominam deuoluta, non autem tranſiuiſſe ad hæredes inſtitutos, ad quos teſtator noluit illam tranſire.

¶ Et prædictis non obſtat quædam concordia, quæ in uolumine ſtatutorũ Rauennæ regiſtrata reperitur, & quæ inter commune Rauennæ ex unà, & clerum Rauennæ ex alia facta fuit ſuper bonis, & rebus emphyteoticis, quæ, & quas laici ab eccleſiis, & locis eccleſiaſticis dictæ ciuitatis in emphyteoſim tenent: Ex qua concordia multa ad fauorem præfatorũ hæredum dicti domini Petriantonij inferuntur: Nam in primis de hac concordia mentionem facit Alexan.
7 in conſi. 44. lib. 1. † qui concludit, quòd per illam non potuit fieri præiudicium perſonis particularibus, quæ dictæ concordiæ non interfuerunt, neque conſenſerunt: & ideò cùm nec Abbas eccleſiæ ſancti Ioannis Euangeliſtæ, nec aliquis mandatum habens eius eccleſiæ nomine illi concordiæ interfuerit, neque conſenſerit, ea facta ab alijs non potuit dictæ eccleſiæ præiudicare, nec illud ius tollere, quod ei poſtea fuit acquiſitum ex inſtrumento conceſſionis, & locationis in emphyteoſim factæ de dicta domo dicto domino Petroantonio, tum quia res inter alios acta, & conuenta aliis præiudicare non debet, ut C. res inter alios acta, & per Barto. in l. ſi unus §. ante ff. de pactis, & in l. ex conuentione, ibique Bar. C. de pactis, Specula. in titu. de tregua, & pace in fin. Tum quia contractus legem ex conuentione partium accipiunt etiam contra accidentalia ipſius contractus l. cõtractus ff. de regulis iuris: Vnde poſito, ſed non conceſſo, quòd huiuſmodi concordia etiam quoad bona dictæ eccle
8 ſiæ ſancti Ioannis Euangeliſtæ locum haberet, † hoc eſſet uerum, niſi eccleſia concedendo rem ſuam aliter conueniſſet, & per pactum ſibi aliter expreſsè prouidiſſet, prout fecit præfata eccleſia, quando domum, de qua agitur, dicto
9 domino Petroantonio conceſſit: tum etiam † quia ſuper bonis eccleſiæ nec contrahi, nec paciſci poteſt, nec ea poſſunt quoquo modo alienari, etiam interueniente, & ſeruata ſolemnitate alia in alienatione rei eccleſiæ requiſita, niſi etiam præſentia, & conſenſus rectoris, ſeu prælati ipſius eccleſiæ interueniat, ut in cap. 1. & ibi gloſ. in vet. defenſore de rebus eccle. non alien. & habetur plenè per Ioan. de Imo. in c. 1. de ijs, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capitu. & ibi cæteri ſcriben. qui uolunt, quòd in alienatione rei eccleſiæ collegiatæ omnino requiratur præſentia, & cõſenſus prælati eccleſiæ, ac etiam conſenſus ſui capituli, alioquin alienatio non ualet: Sed in caſu noſtro in dicta concordia, & conuentione, ſeu tranſactione facta ſuper rebus eccleſiarum Rauennæ non interuenit præſentia, nec conſenſus Abbatis, neque capituli dictæ eccleſiæ, ergo ea ad res dictæ eccleſiæ ſancti Ioannis Euangeliſtæ ſe extendere, & quoad illas locum habere non poteſt. Et quamuis illa ab ijs clericis, qui interfuerunt, etiam nomine eccleſiæ ſancti Ioannis Euangeliſtæ facta fuiſſet, tamen ex quo Abbas, & Capitulum dictæ eccleſiæ dictam alienationem, ſeu concordiam ualdè eccleſijs Rauennæ præiudicialem ratam non habuit, ea in bonis, & quoad bona illius locum habere non dicetur argumento eorum, quæ plenè uolunt doctores, & ibi latè per Imolam, ubi etiam eſt tex. & glo. in c. cum uos de ijs, quæ fiunt à prælato, & c. ſi qua de rebus 12. q. 2.

¶ Et ſi diceretur, quòd huiuſmodi concordia debet ut ſtatutum, & ut lex ualere, cum in uolumine ſtatutorum Rauennæ, & inter alia ſtatuta dictæ ciuitatis reperiatur, Reſponde-
10 tur, † quòd etiam ut ſtatutum ualere non poteſt, nam ex quo tale ſtatutum diceretur factum per commune Rauennæ, & ſic per laicos ſuper bonis eccleſiarum, illud tanquam contra libertatem eccleſiæ factum eſt nullum c. quæ in eccleſiarum, & c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtit. c. benè quidem 96. diſtinctio. c. fina. ubi caſus not. de rebus eccle. non alien. c. nouerit de ſenten. excommuni. c. cumana, & ibi docto. de electio. & habetur per Alex. in conſi. 108. cum ſeq. lib. 2. Et poſito, quòd illa compoſitio, & cõcordia, ſeu ſtatutum diceretur à Papa confirmata, ſeu confirmatum, & conſequenter papalis, ſeu papale cenſeretur argumento c. ſi apoſtolicæ de præben. in 6. l. 2. §. omnia noſtra C. de uete. iure enuclean. cum ſimilibus, tamen non dicetur comprehendere

hendere niſi perſonas,& eccleſias,quæ dictæ cōcordiæ in-
teruenerunt,ſeu conſenſerunt: ſed Abbas, & Capitulum
dictæ eccleſiæ illi nō interfuit,nec intereſſe potuit, quia tūc
temporis dictum monaſterium non erat in ciuitate Rauen
næ,& bona dictæ eccleſiæ ad dictum Abbatem, & conuen
tum non pertinebāt,ut probatum eſt in proceſſu, ergo &c.
Præterea negatur,quòd hæc concordia, & compoſitio fue
rit à Papa confirmata ſiue in forma communi,ſiue in ſpecia
li: & licet reperiatur quædam confirmatio per quoddam
breue apoſtolicum, tamen illa ad huiuſmodi concordiam
nec ex uerbis generalibus, nec ex ſpecialibus extenditur.
11 Rurſus † huiuſmodi cōfirmatio eſt in forma communi,&
non facta ex certa ſcientia de uerbo ad uerbum,quia in ta-
li confirmatione non fit de ea ſpecialis,& de uerbo ad uer-
bum mentio,prout fieri debebat ad hoc,ut ex certa ſcientia
facta diceretur: ergo per huiuſmodi confirmationem nihil
dicitur additum, ſed ſolum id, quod erat, & quale erat,
& in terminis, in quibus reperiebatur, cenſebitur confir
matum, nam qui ſic confirmat, nihil addit, ſed ſolum id,
quòd eſt, approbat argumento l. hæredes palam §. ſi quid
poſt ff. de teſtam.& eorum, quæ habentur in rub.& in c. 1.
& per totum extra de confir. utili,uel inutili, & per Alexan
drum in conſi 39. lib. 4.& in conſi. 18. lib. 6. qui inter alia di
12 cit, † quòd Papa per ſuā confirmationē nunquā cēſetur
uoluiſſe ualidare ſtatuta nulla,& illa,quæ ſunt cōtra liberta
tem eccleſiæ,& per quæ iuri alteri quæſito præiudicium fie
ret, & facit id,quod uoluit Bal. in c. ueniens col. penult. de
iureiuran.& Abb. in conſi. 192. ex prædictis ergo infertur,
quòd per illud breue apoſtolicum non dicitur aliquod ius
acquiſitum dicto communi, & hominibus Rauennæ ultra
id,quod in inſtrumēto concordiæ continebatur: Sed, ut ſu
pra fuit probatum,ſub dicta concordia bona dictæ eccleſiæ
ſancti Ioannis Euangeliſtæ non ſunt cōprehenſa, ergo &c.
Præterea ſub uerbis dicti breuis,& capituli per Papam con
ceſſi communi Rauennæ caſus noſter non comprehendi-
tur,nam,prout in capitulo,& breui continetur,fuit conceſ-
ſū,quòd illi qui à iure emphyteotico,uel liuellario eccleſia
ſtico ceciderunt, propterea quia canones temporibus debi
tis non ſoluerunt,uel inueſtitutas ſecundum formam con-
ceſſionum non petierunt,grauari non poſſint niſi ad ſoluen
dum ſimplices penſiones debitas, & quòd in ſua poſſeſſione
conſeruentur: Sed in caſu noſtro dominus Petrusantonius
propter aliud à iure ſuo cecidit,uidelicet,quia fecit contra
pacta & conuenta,de quibus in inſtrumento conceſſionis ſi
bi factæ, relinquendo domum perſonis prohibitis,ut ſupra,
uel ſaltem dicta domus dicitur ad eccleſiam deuoluta, atq;
reuerſa propter lineam finitam, ut ex prædictis colligitur:
quo fit, ut hic caſus tāquam à dicto capitulo, ſeu breui apo
ſtolico omiſſus dicatur in diſpoſitione iuris communis re-
māſiſſe argumento l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthu. nā
ſub dicto capitulo,& breui ſolum illa dicuntur comprehen
ſa,quæ per uerba expreſſa comprehenduntur, & non alia
argumento l. quicquid aſtringendæ ff. de uerborum obliga.
Adde,quòd conceſſio facta per Papam ſuper dictis bonis
emphyteoticis, & liuellariis eccleſiaſticis ex pluribus fuit
ſubreptitia ſaltem reſpectu domus conceſſæ dicto domino
Petroantonio,dato,quòd illa etiam ſub dicta principis con
ceſſione comprehendi poſſet, ut ex deductis latè in proceſ-
ſu apparet, ergo quoad illam domum nulla,& nullius mo-
menti dici debet,per textum cum ibi not. in c. ſuper literis
de reſcriptis. ¶ Conſiderandū eſt ēt,quòd & ſi dicta con-
cordia, & compoſitio locum haberet etiam quoad bona di
ctæ eccleſiæ ſancti Ioannis Euangeliſtæ,tamen ex quo hæ-
redes,& ſucceſſores præfati domini Petriantonij inueſtitu-
ram,& renouationem nō petierunt infra annum à die, quo
dicta bona fuerunt eis delata, ipſo iure dicuntur omni iure
ſuo priuati ex forma conceſſionis, & ex pacto, ſeu capitulo
comprehenſo in inſtrumēto conceſſionis factæ per dictam
eccleſiam dicto domino Petroantonio. Præterea, ut aſſe-
13 ritur,ut † præfati hæredes domini Petriantonij, qui dictā
domum tenere non poterant, niſi iure emphyteotico à di-
cta eccleſia, illam abſq; licentia,& requiſitione domini di-
recti,hoc eſt eccleſiæ alienauerunt, ergo ex hoc dicūtur ab
omni iure ſuo cecidiſſe,ut in c. potuit extra de loca. l. fin. C.
de iure emphy.& ubiq; per glo.& doct.& per Paul. Caſt. in
cōſ. 133. ¶ Vltimo ad fauorem eccleſiæ S. Ioannis Euange
liſtæ conſiderandum eſt,quòd præfata cōcordia, quæ ad be
neficium ciuium,& laicorum ciuitatis Rauennæ,& comita-
tinorum,& diſtrictualium eiuſdem facta fuit,continere dici
tur præiudicium eccleſiarum, & prælatorum, à quibus lai-
ci res eccleſiaſticas in emphyteoſim conducūt,reſpectu eo
rū,quæ eccleſiæ res ſuas in emphyteoſim concedentes à iu-
re communi habent,ut clarè ex pluribus in ipſa concordia
contentis colligi poteſt,& unicuique patere poteſt: & ideò
14 ex hoc infero, † quòd quoad ea,quæ ad damnum eccle-
ſiarum tendunt, & ius ipſarum reſpiciunt, facienda eſt ſtri-
cta interpretatio,tum quia ſumus in contractibus ſtricti iu-
ris argumento d. l. quicquid aſtringendæ ff. de uerborum
obliga. tum quia ſumus in exorbitantibus argumento c. quæ
à iure de regu. iur. in 6.& l. ſi uero §. de uiro, ibique Imol. ff.
ſolu. matri. tum quia poſito,quòd hæc concordia beneficiū
ſecūlarium contineat,tamen ex quo illud cum aliquali præ
iudicio eccleſiarum continet,facienda eſt in ea ſtricta inter
pretatio argumento c. ſuper eo cum ibi not. de offi. delega.
Sciendum eſt etiam,quòd præfata concordia dicitur facta,
& locum habere quoad bona conſtituta in territorio,& di-
ſtrictu Rauennæ,ut in d. inſtumento concordiæ in uerſi. itē
quòd beneficio dictæ concordiæ, &c. continetur: quibus
15 ſtantibus infero ad caſum noſtrum, † quòd cum dicta con
cordia locum habeat,& dicatur facta quoad bona conſtitu
ta in territorio,& diſtrictu Rauennæ,ea non habebit locum
quoad bona ſita,& conſtituta in ipſa ciuitate Rauennæ,quia
in materia ſtricta appellatione dioceſis, ſeu bonorum poſi-
torum in dioceſi,territorio,& diſtrictu, non comprehendi-
tur ciuitas,nec bona poſita in ciuitate,argumento c. rodul-
16 phus de reſcrip. ubi Ioan. de Imol. dicit, † quòd beneficiū,
ſeu priuilegium conceſſum reſpectu bonorum dioceſis nō
extenditur ad bona in ciuitate poſita, quando tale priuile-
gium contineret odium,ſeu damnum aliquod alterius: ſed
domus,de qua agitur,ſita eſt in ciuitate Rauennæ,e[illegible] ſub
dicta concordia comprehendi non dicetur: Appellatione
enim diſtrictus,ſeu territorij ſicut appellatione dioceſis, in
materia ſtricta non continetur ciuitas ad tradita per Felin.
in d. c. rodulphus in uer. diſtrictus in fin. uer. ac etiam in uer.
territorio. Et hæc ad uictoriam dictæ eccleſiæ ſancti Ioan-
nis euangeliſtæ ſufficiant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ad emphyteoſim, ſeu feudum pro ſe, & filiis maſculis, & maſculis non extantibus, pro fœminis conceſſum, fœminæ, quouſque aliquis ex maſculis in inueſtitura comprehenſis ſupereſt, admitti non debent:*
Et quando, & quomodo hoc uerum ſit num. 4.
2 *Idem, quouſque aliquis de nominatis in inueſtitura nomine proprio ſupereſſet.*
3 *Collectiuo nomine comprehenſi non poſſunt, niſi extinctis omnibus nomine proprio nominatis, uenire:*
Et quando, & quomodo hoc procedat num. 11.
5 *Feudum ſi fuerit à duobus collateralibus acceptum pro ſe, & filiis maſculis, et maſculis non extantibus, pro fœminis, decedente uno ex illis ſuperſtite eius filia fœmina, ac extantibus aliis collateralibus, maſculis inueſtitura comprehenſis, filia fœmina ad partem eius, qui deceſſit, admittitur, excluſis aliis maſculis collateralibus.*
6 *Idem in emphyteoſi eccleſiaſtica.*
7 *Feudum ſui natura ad fœminas non pertinet.*

8 Emphy-

Emphyteoſis eccleſiaſtica ſui natura, & regulariter ita ad fœminas, ſicut ad maſculos eſt tranſitoria.

9 *Emphyteoſim ſiquis ab eccleſia acquirat pro ſe, & nomine Titij abſentis, qui poſtea non reperitur illam acceptaſſe, emphyteoſis tota ipſi ſtipulanti acquiritur.*

10 *Et acceptatio, ſeu ratificatio poſt mortem ſtipulatoris facta Titio non prodeſt.*

12 *Renunciatio quando ad ius de futuro, & ad illud, propter quod is, qui renunciauit, poterat dici totaliter excluſus, extendatur.*

13 *Quid etiam ſi fuit in latiſsima forma iuratum non contrauenire.*

14 *Emphyteotica bona eccleſiaſtica inter ſe communia habentes ſi ea diuidant, & in forma latiſsima renuncient, nunquam cenſentur uoluiſſe renunciare iuri, quod ex inueſtitura habent, in caſu, quo alter ex eis ſine filiis decederet, & ſic pars illius deficeret.*

15 *Ex renunciatione etiam generaliſsima, et prægnanti facta ab uno emphyteota alteri coemphyteotæ poſt mortem renunciantis nullum ius domino acquiri poteſt;*

16 *Nec hæredibus extraneis illius, cui fuit renunciatũ, ſi ad eos emphyteoſis ſui natura ex inueſtitura tranſire non poſſet.*

17 *Verbum nullum in inſtrumento poſitum debet dici ſuperfluum.*

18 *Renunciatio generalis facta in diuiſione bonorum emphyteoticorum non nocet renuncianti in caſu, quo is, cui fuit renunciatum, decederet ſine filiis in inueſtitura comprehenſis.*

19 *Quid ſi eſſet appoſita clauſula ad habendum, tenẽdum, et alienandũ &c. & quando, & quem effectum hæc clauſula operetur.*

20 *Quid ſi eſſet adiecta claſula, & promiſsio de euictione.*

21 *Iuramentum generale de non contrauenIendo recipit omnes qualitates, conditiones, & exceptiones in inſtrumento appoſitas.*

22 *Si duo habentes bona emphyteotica, & allodialia inter ſe communia diuidant, & alteri in partem obueniant bona emphyteotica, quæ poſtea ob eius obitum ſine filiis ex ui inueſtituræ ad alium reuertantur, non tenetur is tantundem de bonis allodialibus reſtituere.*

23 *Aequalitatis ratio inter habentes bona communia conſideratur ab initio tempore diuiſionis, & inæqualitas poſtea contingens non attenditur.*

EPITOME.

EMPHYTEOSI *eccleſiaſtica à duobus collateralibus accepta, & ſtipulata pro ſe, & filiis maſculis, & maſculis non extantibus pro fœminis, decedente uno cum filia fœmina, ſuperſtite alio collaterali, ſiue eius filio maſculo, filia fœmina ad partem patris prædefuncti admitti debet, aliis maſculis collateralibus excluſis.*

Renunciatio in ampliſsima forma facta etiam cum iuramento in diuiſione bonorum ab emphyteota alteri coemphyteotæ, cui bona emphyteotica in partem obuenerunt, non excludit renunciantem in totum, quin adueniente caſu, quo is, cui fuit renunciatũ, decederet ſine filiis, et hæredibus ad illa bona emphyteotica ex ui inueſtituræ, eiuſq; natura uocatis, admitti poſſit, et dicta bona conſequi, aliis hæredibus defuncti excluſis:

Neque in caſu, quo dicta bona emphyteotica conſequatur, & illa ad eum reuertantur, tenetur is tantundem de bonis allodialibus, quæ ſibi in diuiſione in partem obuenerunt, hæredibus illius, cui bona emphyteotica obuenerunt, reſtituere, nec relaxare.

CONSILIVM CVIII.

DILIGENTER inſpectis iis, quæ in inſtrumento diuiſionis factæ inter Malateſtam ex una, & dominam Camillam ex altera continẽtur, nec non contentis in inſtrumento inueſtituræ factæ olim Cæſari de Malateſtis, & præſuppoſito in facto, quòd dictus Cæſar nullis liberis, ſeu deſcendentibus maſculis ſuis extantibus, ſed ſolum ſuperſtite domina Camilla eius unica filia deceſſerit, dubitari contingit Primo, an ipſa domina Camilla poſt mortem Cæſaris ſui patris de iure ad bona emphyteotica ſit in totum admittenda, uel ſaltem pro illa parte, quæ Cæſari obuenit, aut conceſſa fuit: Secundo, an ex renunciatione, & pluribus aliis, quæ in dicto diuiſionis inſtrumento continẽtur, domina Camilla, quæ ipſi Malateſtæ bona quidam emphyteotica in ſolidum aſſignauit, dicatur à dictis bonis penitus excluſa, & in illis extranei hæredes, uidelicet mater, & ſoror Malateſtæ præferantur. Tertio in caſu, quo præfata domina Camilla in dictis bonis emphyteoticis de iure hæredibus Malateſtæ præferenda eſſet, num ipſa ſaltem teneatur tantum de bonis allodialibus, quæ illi in diuiſione obuenerunt, hæredibus prædictis reſtituere, & relaxare, quantũ de bonis emphyteoticis Malateſtæ obuenit. ¶Quoad pri-
1 mum uidetur de iure dicendum, † quòd ex quo poſt mortẽ Cæſaris ſupereſt Malateſta maſculus, qui erat de cõprehenſis in inueſtitura, ipſa do. Camilla admitti nõ debuit, donec maſculus extaret, ut in c. 1. §. ſimiliter de capit. qui cur. uend. cũ iis, quæ ibi uolũt gl. & ſcrib. c. 1. §. quin ẽt epſco. uel Abb. c. 1. §. filia de feudi ſucceſ. c. 1. ubi caſus not. de eo, qui ſi-
2 bi, & hæredibus: † & hoc magis dicẽdum uidetur, cũ ipſe Malateſta fuerit nomine proprio inueſtitus, domina uero Camilla dicatur in inueſtitura comprehenſa ſub nomine collectiuo fœminis, quod dicitur eſſe collectiuum plurium perſonarum, pluriumq; graduum: quouſque ergo aliquis ex nominatis nomine proprio ſuperſit, non potuit domina
3 Camilla admitti, quia † de natura nominis collectiui eſt, ut ſub eo cõprehenſi nõ poſſint uenire, niſi omnibus nominatis proprio nomine extinctis l. fi. C. de uerb. ſign. l. cum ita §. in fideicommiſſo ff. de lega. 2. & tradunt ſcriben. & præcipuè inſignis præceptor meus Barthol. Sozi. in l. gallus §. quidam rectè ff. de libe. & poſthu. ¶His tamen non refragantibus contrarium eſſe uerius exiſtimo, primo per textum in c. 1. de duobus fratribus de nouo benefi. inueſti. iuncto c. 1. de eo, qui ſibi, & hæredi. cum aliis præallegatis:
4 Refert enim, † an unus, & idem ſit, qui acquirat pro ſe, & filijs maſculis, & maſculis non extantibus, pro fœminis, & tunc quouſque ex uno, & eodem, uel ex pluribus, qui in feudo ſucceſſerunt, ſupereſt aliquis deſcendens maſculus, fœmina nunquam admitti poteſt, ſed omnibus maſculis deficientibus poteſt ad feudum uenire d. c. 1. de eo, qui ſibi, &
5 hæredi. cum alijs concordantibus; † an uerò fuerint duo collaterales, qui feudum acceperint pro ſe, & filiis maſculis, & maſculis non extantibus, pro fœminis, & tunc ſi unus ex illis deceſſerit, filia fœmina ſuperſtite, ac etiam fratre ſuo, uel illius filio maſculo extantibus, ad partem illius, qui deceſſit, eius filia admittitur, excluſis aliis maſculis collateralibus, quoniam in dubio unuſquiſque ſemper cenſetur uoluiſſe prius acquirere ſuis hæredibus ſiue maſculis, ſiue fœminis, quamuis collateralibus, ut in d. c. 1. de duobus fratribus, ibique ſcriben. & hic eſt caſus noſter, ſi rectè animaduertatur. ¶Secundo licet in materia feudali quando feudum receptum eſt pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, intelligatur conceſſum prius maſculis, deinde fœminis,
6 ut ſupra, tamen † ſecus dicendum erit in emphyteoſi eccleſiaſtica, ut decedente aliquo de una linea, ſola fœmina ſuperſtite, illa admittatur, excluſis maſculis alterius lineæ argumento d. c. 1. de duobus fratribus, ibique ſcriben. & ra-
7 tio diuerſitatis eſt, quia † feudum ſui natura ad fœminas non pertinet, c. 1. de feu. ſucceſ. & not. per gloſam in d. c. 1.
8 §. ſimiliter, & c. 1. de ſucceſſio. fratr. ſed † emphyteoſis eccleſiaſtica ſui natura, & regulariter etiam ad fœminas, ſicut ad maſculos eſt tranſitoria, ut in §. emphyteoſim in authen. de non alien. aut permut. rebus: & hanc eſſe communem opinionem atteſtor, ſi doctores pondere, numero, & menſura connumerentur, ut pleniſsimè demonſtraui in repetitione c. in præſentia extra de probatio. & habetur per Alexandrum in apoſtil. & in lectura in d. l. gallus §. quidam rectè

9 recte.¶Præterea † eſt animaduertendum, quòd conceſſio facta Cæſari pro ſe,& nomine Malateſtæ abſentis ſui ex fratre nepotis fuit noua conceſſio, cũ ratione caducitatis pro qua fuit iudicatum, prima, ſi qua fuerat, finita diceretur: & ideò ſumus in caſu quæſtionis, quã mouet Bart. in l. ſi mihi, & titio ff. de uerb. obli. ſecundum cuius diſtinctionem debet intelligi id, quod ipſe uoluit in l. qui uſumfructũ ff. de uſufr. leg. & in l. fundum mihi ff. de act. emp. ubi ſi quis emphyteoſim ab eccleſia acquiſiuit pro ſe, & nomine Titij abſentis, qui illã acceptaſſe non reperitur, emphyteoſis tunc ipſi ſtipulanti tota integraliter acquiri cẽſetur, in quo finietur eo modo, quo pro parte ĩ perſona adiecti finiri deberet, ut ibi: Sed non apparet Malateſtam acceptaſſe dictã emphyteoſim nomine ſuo acquiſitam ante mortem dicti Cæſaris ſti-
10 pulatoris, ergo tota fuit Cæſari acquiſita: & † quamuis poſt mortẽ Cæſaris ex aliquo actu poſſet dici tacitè à dicto Malateſta ratificata arg. l. paulus ff. rem rat. hab. tamẽ ex quo diceretur ratificata poſt mortẽ Cæſaris, cenſeretur ratificata re non integra, cũ amplius Malateſtæ acquiri nõ poſſet, arg. l. bonorum ff. rem ra. hab. Ex quibus infertur, quòd tota emphyteoſis, quæ in totũ fuit Cæſari acquiſita, debeatur, & acquiſita cenſeatur in totum ipſi do. Camillæ in inueſtitura cõprehenſæ. ¶ Non obſtat motiuũ de uocatis ſub nomine col-
11 lectiuo, quia † illud procedit, quãdo plures partim nomine proprio, & partim nomine collectiuo eſſent ad eandẽ rem, ſeu portionẽ uocati, ut in d. l. fi. in d. §. in fideicõmiſ. & l. peto §. fratre ff. de leg. 2. Secus ſi duo eſſẽt uocati nomine proprio ad diuerſas portiones, & ad eaſdẽ illorũ filij, ſeu filiæ, quoniã altero ex nominatis nõie proprio decedente, alius nõie proprio nominatus ad illius partẽ non admittitur, ſed admittuntur filij, ſeu filiæ decedẽtis, nã quilibet nõiatus reſpectu ſuæ partis potius cenſetur uoluiſſe filiis, ſeu filiabus ſuis prouidere, quàm alteri nomine proprio nominato arg. tex. not. in d. c. 1. de duo. frat. à capi. inueſti. ubi caſus, & faciunt ea, quæ habentur per Alex. in d. l. gallus §. etiã ſi à parente col. ult. ¶ Quoad ſecundã difficultatem, quæ magna dubitatione non caret ob diuerſas ſcribentiũ ſententias, de quibus per Bar. Alexan. & alios in l. qui romæ §. duo fratres maximè in 8. & 10. q. ff. de uerb. obl. primo aſpectu uidetur, quòd do. Camilla, cui bona allodialia fuerunt aſſignata, & quæ in diuiſione domũ emphyteoticam, & bona alia ſimilia aſſignauit, renũciando omnibus iuribus, quæ in dictis bonis emphyteoticis habebat, & habere ſperabat, & poterat tàm de præſenti, quàm in futurũ quomodocunq; cum ceſſione iurium in latiſſima forma, & cum clauſula ad habendum, tenendum, poſſidendum, alienãdum &c. & cum ſpeciali promiſſione de euictione facta Malateſtæ, & illius hæredibus in quocunq; caſu, quo aliqua ratione, uel cauſa etiam occaſione iuris accreſcẽdi, quod ſpecialiter dicta do. Camilla in dictis bonis emphyteoticis habebat, & in futurum habere poterat, & cum aliis uerbis multũ prægnantibus, ut in inſtrumento diuiſionis apparet, ipſa totaliter dicatur excluſa ab omni iure ſuo, quod in dictis bonis emphyteoticis habebat, & habere poterat, adeò quòd ſequuta morte dicti Malateſtæ ipſa nullũ ad dicta bona acceſſum, ſeu regreſſum habeat rõne alicuius iuris accreſcendi, aut pacti, ſeu prouiſionis, uel ſucceſſionis, aut capionis cauſa mortis iuxta ea, quæ habentur per Bart. & latius per Alex. & alios in d. l. ſi mihi, & titio ff. de uerb. obl. omnibus. n. his iuribus do. Camilla ſufficiẽter renunciauit: quia & ſi per diuiſionẽ, & renunciationẽ factã inter illos, qui habent bona cõia alicui reſtitutioni conditionali ſubiecta etiã cum uerbis generalibus iuri, ſeu reſtitutioni de futuro non dicatur renunciatum, per Bart. in d. §. duo
12 fratres q. 1. cum ſequentibus: tamen † qñ renunciatio ipſa facta eſſet per clauſulas, & uerba multũ prægnantes, & prægnãtia, quæ extendi poſſent ad iura etiã de futuro, & ad cogitata, & nõ cogitata, & ſpecialiter etiã ad ius illud, propter quod ille, qui renunciauit, poterat dici totaliter excluſus, tunc per huiuſmodi diuiſionẽ, & renunciationẽ ſic prægnãter factam debet dici penitus in quocunq; caſu excluſus, & priuatus, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de teſta. §. in primis in uerſi. quid ſi duobus, & ſequitur, ſicq; declarat Alex. in d. §. duo fratres col. 15. uer. aduerte tñ: Sed in caſu occurrenti domina Camilla aſſignãdo dicta bona emphyteotica renunciauit, & de non contraueniendo promiſit per clauſulas, & per uerba pinguiſſima, & prægnãtiſſima adeò, quòd ultra illa uerba nihil addi potuiſſet ad effectum ipſam do. Camillam excludendi, ergo &c.

13 ¶ Secundo conſiderandum eſt, † quòd præfata do. Camilla ultra uerba generalia, ſpecialia, & indiuidua, quibus renunciauit, & non contrauenire promiſit, iurauit etiã ſingulariter, & diuiſim nulla uia, nulloq; modo pro aliquo iure &c. in latiſſima forma ſtare diuiſioni, & nullo modo cõtrauenire, nec moleſtare dictũ Malateſtã, nec hæredes ſuos; quod iuramentũ operatur, ut dicatur iuri de futuro renũciatum, etiã ſi aliàs per uerba generalia, & clauſulas multũ prægnãtes nõ diceretur renunciatũ, quia facit actum ualere omni meliori modo, quo de iure fieri poſſet, ut in l. cum pater §. filius matrẽ ff. de leg. 2. Bar. in l. ſi quis pro eo in 7. memb. ff. de fideiuſ. quia iurãdo non cõtrauenire, & maximè ſub forma, de qua in dicto inſtrumẽto diuiſionis, & poſt promiſſionẽ de nõ contraueniẽdo, & renunciationẽ factã per uerba prægnãtiſſima, uidetur cogitaſſe nõ ſolũ in genere, ſed etiã in ſpecie de oĩ remedio, per quod quocunq; modo, & quacũq; ratione cõtrauenire poſſet, ut not. & latiſſimè declarat Alex. auctoritate, & iuribus cõfirmando in d. §. duo fratres col. 40. uer. adde, quòd Bal. non obſtãtibus iis, quæ ibi uoluit in 18. col. quia loquitur ibi, qñ renunciatio, ſeu promiſſio de nõ cõtraueniendo facta eſſet per uerba ſimplicia, & generalia, non aũt prægnãtia, atq; ſpecifica. ¶ His tñ, & aliis, quæ in occurrẽti caſu adduci poſſent, nõ refragãtibus, cõtrariũ eſſe uerius cenſeo, quòd ipſa do. Camilla ad domũ, & alia bona emphyteotica, quæ in partẽ dicto Malateſtæ obuenerũt, uirtute cõceſſionis, & inueſtituræ, ſub qua dicitur comprehenſa, ſit poſt mortem dicti Malateſtæ admittẽda, excluſis penitus hæredibus extraneis, hoc eſt matre, & ſorore ip-
14 ſius Malateſtæ, in primis † quia regulariter habentes bona emphyteotica eccleſiaſtica inter ſe cõia, illa diuidẽdo, & renunciãdo in forma latiſſima, nunquã cenſentur uoluiſſe renũciare iuri, quod ex inueſtitura habẽt in caſu, quo alter ex eis ſine filiis decederet, & cõſequenter pars alterius deficeret, ut uoluit Fede. de Sen. in conſ. 77. factum ſic ſe habet, & in conſ. 228. factũ tale eſt, Bar. in conſi. 58. ex themate prædicto tria, & in d. §. duo fratres in x. q. & ibi Alex. ſequitur, & rñdet aliquibus, quæ Paul. de Caſ. & alij in contrariũ adducebant, & Rom. in l. unica. 12. q. C. quan. nõ pet. par. Præ-
15 terea † ex promiſſione, & renũciatione etiã generaliſſima, & prægnãti nõ potuit poſt mortẽ renũciãtis ipſi eccleſiæ dñæ aliquid acquiri in parte, uel in tota re emphyteotica, quia res inter alios acta aliis nõ prodeſt, ſicuti etiã non nocet, in rubro, & nigro C. res int. al. act. l. ſi unus §. ante oĩa ff. de pac. ac etiã quia exceptio, ſeu ius acquiſitũ ipſi Malateſtæ ex renũciatione ſibi facta nõ debet ſuo auctori prodeſſe l. ſi à te
16 §. fi. ff. de excep. rei iu. † Nec hæredibus Malateſtæ potuit ius aliquod in dictis rebus emphyteoticis acquiri, etiã quod de illis ĩ inſtrumẽto diuiſionis expreſſa mẽtio facta fuerit: quoniã cum cõceſſio, ſeu inueſtitura de dictis rebus facta fui natura ad hæredes extraneos trãſire nõ poſſit, propterea quia facta fuit ſolum pro ipſo Cæſare, & Maleſtata, eorũq; filiis, & filiabus, nulla de hæredibus mẽtione facta, ſequitur, quòd ad hæredes extraneos, hoc eſt ad matrem, & ſororẽ Malateſtæ nullo modo tranſire potuit, quamuis partes ipſæ con-

trahentes uoluiſſent, nam ſic alienare dicerentur, ut in §. emphyteoſim in authen. de non alien. aut permut. rebus, & eſt communis omnium ſententia ad tradita per Alex. in l. etiam ff. ſolu. matr. in l. quod dicitur, ibique Imol. ff. de uerb. obligatio. & in l. patroni ff. ad trebellia. & per ſcriben. omnes in c. in præſentia, ubi ego latè diſcuſſi extra de probatio. Alexan. & alij in l. gallus §. quidam rectè, & in §. etiam ſi à parente ff. de liber. & poſthu. ex quibus infertur, quòd ſi per renunciationem à dicta domina Camilla, ut ſupra, factam nec eccleſiæ, nec hæredibus dominæ Camillæ ius aliquod fuit acquiſitum, ergo omne, & quodcunque ius in dictis bonis poſt mortem Malateſtæ penes dominam Camillam renunciantem remanſit, ut inquit Bart. in d. §. duo fratres in 10. q. & in conſi. 58. per tex. in l. nec utilem ff. ex quibus cau. maio. ¶ Poſtremo pro domina Camilla facit, quia & ſi per renunciationem, & promiſſionem de non contraueniendo in ampliſſima, & prægnãti forma factam, alio nõ ſubſequuto, poſſet dici do. Camillæ præiudicatũ, ut nullum amplius regreſſum ad bona emphyteotica Malateſtæ aſſignata habere poſſit per prædicta, poſt Bar. & alios ĩ d. §. duo fratres cum ſimil. tamen ex quo à dicta generali renunciatione ipſa excepit caſum, in quo contingeret, quòd ex defectu ſucceſſorũ, & lineæ dicti Malateſtæ, & promiſſionis non factæ dicta bona emphyteotica ad eccleſiam reuerterentur, tunc dicta renunciatio non deberet ipſi dominæ Camillæ nocere, immò pro non facta, & nulla haberetur, & per mortem Malateſtæ ſine filiis, & deſcendentibus defuncti in caſu, quo Camilla penitus per ſuã renunciationem diceretur excluſa, dicta bona ad eccleſiam reuerti deberent, ideò ſequitur, quòd per huiuſmodi renunciationem iuri accreſcendi, uel melius iuri ſuccedendi dictæ do. Camillæ ex inſtrumento competenti non dicitur præiudicatum, neq; derogatum: Quòd autem per mortem Malateſtæ ſine filiis, & deſcendentibus defuncti caſus dictæ exceptionis euenerit, clarè oſtenditur: nam ſi ex hac generali renunciatione diceretur Camillæ præiudicatum, ſequuta morte dicti Malateſtæ ſine linea deſcẽdentiũ, certè dicta bona ad hæredes extraneos ipſius peruenire non poſſent, quia illorũ ſunt incapaces, nec ad eius filios, ſeu filias, qui, & quæ capaces fuiſſent per Bart. & alios in d. l. gallus §. quidam rectè, propter eorum defectũ: ergo ad ipſam eccleſiam reuerſa dicerentur, & propterea ſumus in caſu, quo dicta exceptio locũ habet: alioquin ſequeretur, quòd omnia illa uerba poſita in dicta exceptione eſſent fruſtratoria, & nullius effectus, cum
17 in nullo alio caſu uerificari poſſint: † quod minimè dicendum eſt arg. l. ſi quando in princ. C. de inoffic. teſta. & in l. ſi quando ff. de leg. 1. cum nullũ uerbum in inſtrumento poſitum debeat dici ſuperfluum, per Bal. in rub. C. de contrahẽ. emp. in 9. q. ¶ Non obſtant ea, quæ ſupra in contrariũ conſiderata fuerunt, & in primis, quòd per illam clauſulam generalem factam per uerba multum prægnantia do. Camilla debet dici totaliter excluſa, quia ex proximè dictis reſpõſio colligitur, tum quia ab illa generali renunciatione dicitur in fauorem do. Camillæ facta exceptio in caſu, qui euenit, tum quia dicta generalis renunciatio nocere ſolet in iis caſibus, in quibus poteſt aliquem effectum ſortiri, ut in fidei cõmiſſis, aliiſq; rebus ſimilibus, quæ ſui natura ad omnes hæredes etiã extraneos trãſire poſſunt: & ita propriè loquitur Ioã. And. in d. additione, & Alex. & alij, de quibus ſupra: Sed
18 † in rebus emphyteoticis eccleſiæ, quæ ad extraneos trãſire nequeũt, dicta generalis renunciatio in diuiſione facta non põt effectũ ſortiri eueniente caſu, quo ille, cui fuit renũciatum, ſine filiis uocatis decederet, cũ huiuſmodi bona ad eccleſiam reuerti non poſſint, ut ſupra dictũ eſt, nec ad hæredes extraneos Malateſtæ, cui fuit renunciatum, tranſire ualeant, quia natura dictæ emphyteoſis repugnat, ut ſupra, ergo talis renũciatio generalis etiã prægnanter facta non poteſt effectũ operari, niſi uiuente illo, cui fuit renunciatũ, & in caſu noſtro ipſi Malateſtæ, ut eſt de mente Bart. in d. 10. q. & aliorũ, qui ipſum ſequuntur, uolentes ſimpliciter, quòd renunciatio facta in diuiſione bonorũ emphyteoticorũ re-
19 nuncianti nõ noceat: Præterea † illa clauſula ad habendũ, tenendũ, & alienandum, per quam ſolet renuncianti præiudicari, nullũ operatur effectũ, niſi in caſu, quo facta diuiſione bona diuiſa alienata alicui extraneo fuiſſent, & non aliàs per Bar. in d. §. duo fratres in 8. q. ibiq; Alex. & alij: Sed hic nulla fuit alienatio ſequuta, ergo &c. Rurſus illa clauſula ad habendum &c. in rebus emphyteoticis, & illarum diuiſione non poteſt effectum aliquem operari, nec habere, nam cum ſolum in his diuiſionibus effectũ operetur, in quibus alienatio extraneis facta eſſet, ſequitur, quòd in diuiſione bonorũ emphyteoticorum non operabitur effectum, ut ad hæredes extraneos tranſire poſſint, quia hoc eſſet contra naturã em
20 phyteoſis eccleſiaſticæ per ſupradicta. ¶ Eodem modo † reſpondere poteſt clauſulæ de euictione in dicto diuiſionis inſtrumento appoſitæ, primo, quòd per exceptionẽ factam ab illa renunciatione generali caſus noſter, qui contigit, cẽſeatur exceptus, ut ſupra; Secundo, quòd per promiſſionem de euictione do. Camilla nõ dicitur excluſa ab illo iure, quod ſibi obuenire poterat ſub cõditione, uidelicet poſt mortem Malateſtæ in caſu, quo ſine filiis, & filiabus decederet per ea, quæ uolunt doc. communiter in d. §. duo fratres, & maximè Alex. ibi in 23. col. uer. aduerte in hoc, ac etiã in præcedẽti col. ¶ Non aduerſatur id, quod de iuramẽto dictũ fuit,
21 quia † iuramentũ generale de nõ cõtraueniẽdo recipit oẽs qualitates, cõditiones, & exceptiones, quæ fuerunt in inſtrumento appoſitæ arg. l. fi. C. de non num. pecu. Imol. in c. cum contingat de iureiur. Bart. in l. ubi lex, & in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & in materia diuiſionis hoc uoluit Bal. in conſi. incip. nomine Vannes, quod conſilium refert Alexd. in d. §. duo fratres colu. 18. uer. habeo etiam in hoc articulo: Præterea cum ab illa generali renunciatione facta per do. Camillã caſus noſter occurrens fuerit exceptus, ut ſupra, ſequitur, quòd iuramẽtum poſtea generaliter præſtitum quoad omnia, & ſingula in dicto diuiſionis inſtrumento contenta debet præciſe ſeruari etiã quoad caſum exceptum, quia ille caſus exceptus dicitur ſub iuramento cõprehenſus arg. eorum, quæ habentur per ſcriben. in auth. ſacramenta puberum C. ſi aduer. uenditio. ¶ Quo uerò ad tertium, & ultimũ dubium uidebatur dicendum, ipſam do. Camillam teneri tantundẽ de bonis allodialibus ſibi in partem obuentis hæredibus Malateſtæ reſtituere, & hoc ex iis, quæ inter ipſos cõtrahentes expreſsè conuenta fuerunt, ut in dicto diuiſionis inſtrumẽto habetur in uer. hoc acto inter dictas partes &c. & ait prætor, pacta ſeruabo, iuribus uulgarib. Secundo hoc idẽ ſuadet ratio æqualitatis conſeruandæ inter habẽtes bona communia, l. fi. C. cõmunia utriuſq; iudi. & Bal. in auth.
22 ex teſtamento col. 1. C. de collatio. ¶ Sed † in his terminis cõtrariũ eſt uerius, primo per doctrinã Bal. in l. ſi familiæ C. famil. herc. ubi huius dubij deciſionẽ ponit, quòd ſi duo habentes bona cõia emphyteotica, & allodialia, illa inter ſe diuiſerint, & uni oĩa bona emphyteotica, alteri uerò ſolũ bona allodialia fuerint aſſignata, atq; contigerit, quòd is, cui bona emphyteotica data fuerũt, deceſſit ſine filiis, quo caſu bona illa ad eccleſiam reuerſa uidebantur, ſed uerius ad ſuperſtitem, qui erat de comprehenſis in inueſtitura per ſupra dicta, utrum hæredes extranei ipſius morientis ſine filiis poſſint petere partem de bonis allodialibus, quæ ad ſuperuiuentem peruenerunt, Bal. ibi in fin. uer. determinat, quòd non, quia ille, cui fuerunt aſſignata, iure optimò ex diuiſione dicta bona poſſidet, & ideò nec uendicari, nec peti poſſunt. Secundo hoc expreſſè fuit inter ipſas partes

tes conuentum,quæ poſtquam conuenerunt in d.uerſi.hoc acto,quòd ſi aliquo caſu contingeret do. Camillã, aut eius filios uelle petere partem bonorum emphyteoticorum ab ipſo Malateſta,tunc Malateſta, uel eius hæredes poſſint, & debeant partem allodialium habere,in continenti excepe-runt caſum,quando eueniret caſus, in quo per mortẽ Malateſtæ bona ad eccleſiã peruenire deberent,ut quia ille ſine filiis decederet:Fruſtra igitur dubitatur,cũ caſus ab ipſis cõtrahẽtibus deciſus fuerit.Nec refragatur,quòd caſus exceptus cenſeatur alius,& diuerſus à caſu,qui euenit,nã fuit exceptus caſus,qñ bona emphyteotica ad eccleſiã propter defectũ lineæ peruenirẽt,& reuerterẽtur,ut ibi in quem in dictis bonis eccleſia ſuccederet &c.in caſu aũt noſtro bona nõ dicũtur ad eccleſiã reuerſa,ſed ex natura inueſtituræ ad do. Camillã ſpectare debẽt,ut dictũ fuit,& eſt de mẽte Bal. in d.l.ſi familiæ, ergo prima diſpoſitio remanere uidetur: quia reſpõdetur,quòd dũ in dicto uerſ.excepto eo caſu&c. dicitur,in quẽ eccleſia in dictis bonis ſuccederet,illa uerba debẽt hoc modo intelligi,uidelicet,in quẽ eccleſia propter defectũ lineæ uideretur ſuccedere, quoniã cum exceptio illa loquatur in caſu,quo etiã do. Camilla ſupereſſe poſſet, certè eccleſia propter defectũ lineæ ipſius Malateſtæ in dictis bonis ſuccedere non poterat,cum ea iure accreſcendi, uel ex pacto,aut prouiſione præfati Cæſaris ad do.Camillã peruenire deberẽt,ut ſ dictũ fuit: & in his terminis propriè ſimili modo loquendi utitur Bal.in d.l.ſi familiæ in uer.ſed iuxta prædicta quæritur ibi,& ſic res eſt reuerſa ad dominũ, & tamen Bal.ibi uoluit,quòd portio decedentis cum filia, quæ ab emphyteoſi erat excluſa, ad aliũ coemphyteotã ſuperuiuentẽ ex iure accreſcẽdi,uel pacto ſpectaret abſq; eo, quod partẽ aliquã de allodialibus filiæ præmortui aſſignare deberet,ut ibi,& in fin.uerb. Nec obſtat ratio æqualitatis
23 conſeruandæ,quia rñdeo, † quòd ſufficit ab initio æqualitatem fuiſſe ſeruatã, ſeu partes diuidendo dixiſſe, ſe æquales partes habuiſſe,nam ſi ex caſu de nouo contingenti inæqualitas accideret,certè illa non debet eſſe in cõſideratione, ut colligitur ex uerbis Bald.in caſu quæſtionis noſtræ in d.l.ſi familiæ.Et hæc pro ueritate dubiorum in præſenti conſultatione propoſitorum ſufficiant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis ſi propter canonem non ſolutum,& pacta non ſeruata ad eccleſiam, & dominum deuoluatur, & eidem,uel filiis, aut alteri concedatur, emphyteoſis dicitur noua, & non antiqua:*
Idem eſt in feudo, quo quis fuit ipſo iure priuatus num. 3.quod declaratur num.27.uſq; ad num.29.
2 *Emphyteoſis in perſona unius finita dicitur in perſona alterius de nouo conceſſa.*
4 *Emphyteoſis ſi de nouo duobus fratribus pro ſe, & filiis concedatur, & contingat alterum,uel illius filios ſine filiis,& liberis decedere, pars illius alteri fratri, uel aliquibus ex eius linea non acquiritur, ſed ad eccleſiam dominam reuertitur,quæ de illa liberè diſponere,& eam,cui uult, dare poteſt.*
5 *Inueſtitura, & emphyteoſis noua dicitur, quando noua forma, nouæque clauſulæ fuerunt in ea appoſitæ, & ab alio, ac diuerſo domino conceſſa fuit.*
6 *Emphyteota, ſeu uaſallus accipiens de eiſdem bonis inueſtituram ab alio diuerſo domino,tacitè renunciat omnibus iuribus ſibi ex priori inueſtitura competentibus;*
7 *Omneque ius ſuum amittit, & ſi iterum de eiſdem bonis ſe inueſtiri patiatur,maximè à diuerſo domino, emphyteoſis, ſeu feudum dicuntur noua, & de illis, ut de nouis iudicatur: Maximè ſi ſecundo, à quo fuerunt inueſtiti, canonẽ annuum continuè ſoluerunt nu.9.& limitatur nu.30.*
8 *Inter plures collaterales ſimul de eadẽ re inueſtitos ceſſat ius accreſcẽdi,ſeu ſucceſſionis ex prouidentia, quando emphyteoſis, ſeu feudum ſunt noua:*
Et in dubio quoad hunc effectum noua iudicantur.
10 *Dominus directus permittens, & conſentiens emphyteotam ſuum ab alio domino inueſtiri ſibi quoad iura emphyteotica etiam quoad illorum quaſi poſſeſſionem præiudicaſſe,illiſque renunciaſſe cenſetur.*
11 *Ius emphyteoticum,contra dominum,& eccleſiam alius dominus,& eccleſia etiam abſque titulo præſcribit, quando ſcientibus,patientibus,et non contradicentibus domino,uel eccleſia,& emphyteota per annos triginta, quadraginta, quinquaginta,& ultra continuè fuit in poſſeſſione,uel quaſi iurium emphyteoticorum, & iuris exigendi canonem ab ipſis emphyteotis.*
12 *Titulus ad præſcribendum in iuribus incorporalibus non requiritur,ſed ſola bona fides ſufficit: Secus eſt in rebus corporalibus:*
13 *Et bona fides in dubio præſumitur, præſertim quando poſſeſſio fuit diuturna.*
14 *Emphyteoſis quando ad utilitatem ſucceſſorum fuit renouata, attenditur generatio ſucceſſorum generatorum,non autem priorum, et antiquorũ.*
15 *Emphyteoſis conceſſa pro ſe,filiis,& nepotibus, & uſque in tertiam ipſius ſtipulatoris generationem finitam pronepotes quoque comprehendit, & num.18.*
16 *Dictio uſque quando ſtet incluſiuè,& num.19.*
17 *Nepotis appellatio quandoque pronepotem comprehendit.*
20 *Inter deſcendentes à primo ſtipite,qui ſolus fuit in emphyteoſi, uel feudo inueſtitus,ſi & ipſi inueſtitura comprehenſi ſint, locus eſt iuri accreſcendi,ut ad portiones decedentium ſine liberis admittantur:*
21 *Multo magis,ſi pacto in inueſtitura expreſſo conuentum eſſet, quòd deficiente uno,uel pluribus ex deſcendentibus à dicto primo ſtipite portio illorum cæteris ſuperuiuentibus accreſceret.*
22 *In emphyteoſi,ſeu feudo ex cauſa oneroſa conceſſis, & dato certo pretio pro inueſtitura habenda,inter plures inueſtitos locus eſt iuri accreſcẽdi:*
23 *Idem,ſi inueſtitura,ſeu conceſſio pluribus in ſolidum facta eſſet.*
24 *Emphyteoſis paterna ex aliqua cauſa finita, & reuerſa ad dominum,qui illico poſtea eam duobus de linea paterna de nouo conceſſit,etiam quoad ius accreſcendi tanquam antiqua, & paterna eſt regulanda, & illius naturam retinet:*
Et quando hoc uerum ſit num.25.
26 *Feudum antiquum,et emphyteoſis antiqua non deſinunt eſſe antiqua, nec antiquorum naturam habere propter felloniam, aut aliud contra dominum commiſſum,niſi domini declaratione ſequuta,*
27 *Et quando etiam declaratione ſequuta adhuc antiqua, uel antiquorum naturam retinere dicerentur.*
28 *Mandatum nunquam ex diuturnitate longiſſimi temporis præſumitur.*
29 *Nec ex uerbis notarij ad præiudicium abſentium probatur.*
30 *In emphyteoſi ſi quis ultra primum recipientem de comprehenſis in inueſtitura aliquid faciat,propter quod iuri emphyteoſis præiudicetur, ſibi ſoli,& non aliis in inueſtitura comprehenſis præiudicat.*
31 *Prælatus eccleſiæ in iam quæſitis non præiudicat.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *ab una eccleſia conceſſa Titio pro ſe, filiis,& nepotibus,& uſque in ipſius Titii tertiã generationem finitam,cum pacto expreſſo,quòd deficiente uno, uel pluribus ex liberis,& deſcendentibus Titii,portio illorum cæteris ſuperuiuentibus accreſcat, pronepotes quoque comprehendit;*

Et ſi filii deſcendentes ipſius Titii finita emphyteoſi ob pacta non ſeruata ab eadem eccleſia ſponte, & illico nulla eccleſiæ ſequuta ſuper commiſſis declaratione,nec incorporatione fuerint de nouo de eadem emphyteoſi etiam cum eodem pacto prædicto iuris accreſcendi inueſtiti,& deinde conſentiente, & permittente dicta eccleſia fecerint ſe ab alia eccleſia de eadem re abſque prædicto pacto inueſtiri,& his peractis alter ipſorum ſine filiis deceſſerit, pronepotes dicti Titii,& alterius ſecundo loco à priori eccleſia inueſtiti ſuperſtites ad emphyteoſim prædefuncti ſine filiis ex iure accreſcendi,non obſtante ultima inueſtitura prædicta, admittendos eſſe,neque alium ab eccleſia in ipſorum præiudicium inueſtiri potuiſſe,hic demonſtratur.

CONSILIVM CIX.

VISIS inueſtituris ab Abbate ſancti Laurentij, & ſucceſſiuè à R.Commendatario ſanctæ Crucis comitibus Caſtri veteris diuerſis temporibus factis, viſoque doctiſſimo conſilio clariſſimi Aduocati domini Fabii, qui nihil in præſenti cauſa intactum reliquit, ac ſtantibus ijs, quæ ipſe in facto præſupponit, videtur de iure dicendum, Illuſtriſſimam dominam Vrbini Duciſſam ipſis comitibus

mitibus quoad bona, de quibus agitur, eſſe præferendam,
ſiue primas inueſtituras ab Abbate ſancti Laurentij, ſiue
alias à præfato Reuerendiſſimo Commendatario comitib.
conceſſas attendamus: Nam, omiſſa inueſtitura primo loco
de anno 1429. comiti Guidoni facta, ex quo poſt illam,
& dicti comitis Guidonis obitum omnia bona emphyteo-
tica aliàs ipſi conceſſa propter canonem ſolutum, & pacta
non obſeruata ad monaſterium S. Laurentij deuoluta fue-
runt, hac de cauſa, dicta emphyteoſi finita, comites Aloy-
ſius, & Robertus ab Abbate S. Laurentij de dictis bonis in-
ueſtiti fuerunt pro ſe, & cuiuſlibet eorum filiis, & nepoti-
bus legitimis uſque in eorum, & cuiuſlibet ipſorum tertiam
1 generationem: † Quæ inueſtitura, ſeu emphyteoſis fuit no
ua, & non antiqua, quia propter aſſertam caducitatem em
phyteoſis in perſonis ipſorum fratrum comitum Aloyſij,
& Roberti initium habere cœpit, & ideò de illa, ut de noua
emphyteoſi duobus fratribus facta eſt iudicandum, ex quo
prima propter canonem non ſolutum, & pacta non ſerua-
ta fuit extincta, & finita c. potuit de loca. & l. 2. C. de iure
2 emphyteo. & † dicit Barto. in l. ſi mihi, & titio colum. ult. ff.
de verborum obliga. quòd quando emphyteoſis in perſo-
na vnius eſt finita, in perſona alterius dicitur de nouo con-
3 ceſſa: & † Bal. in c. 1. §. inſuper de prohib. feudi alien. per Fe
dericum inquit, quòd quando quis feudo fuit ipſo iure pri-
uatus, ſi eidem etiam, uel filiis concedatur, dicitur nouum
feudum: Ergo ſimiliter dicendum erit de emphyteoſi, qua
quis fuiſſet ipſo iure priuatus, ut quando in ſolutione cano
nis ceſſatum fuiſſet iuxta d. c. potuit, quòd ſi alteri, aut eidē,
uel eius filiis concedatur, noua emphyteoſis dicatur. Sed
4 † quando emphyteoſis de nouo conceditur duobus fratri-
bus pro ſe, & filiis &c. ſi contingat alterum, vel illius filios ſi
ne filiis, & liberis decedere pars illius alteri fratri, vel aliqui
bus ex eius linea non accreſcit, neque acquiritur, ſed ad ec-
cleſiam reuertitur, quæ de ea liberè diſponere, & illam, cui
vult, dare poteſt, vt expreſsè colligitur ex uerbis Bar. quem
doct. communiter ſequuntur, ut ibi per Alexandrum in d. l.
ſi mihi, & titio, c. 1. §. cum corradus de his, qui feud. da. poſ.
c. 1. de fratribus de nouo benefi. inueſt. glo. in c. 1. de duob.
fratr. à capit. inueſt. & vbiq; ponunt domini feudiſtæ, & Bal.
in auth. ſi quas ruinas C. de ſacroſanct. eccl. ergo in caſu oc
currenti per mortem comitis Octauiani, qui ſine liberis de
ceſſit, pars eius emphyteoſis finita, & ad eccleſiam reuerſa
fuit, & conſequenter eccleſia de illa potuit alios etiam ex-
traneos inueſtire. ¶ Secundo ſi conſideremus etiam aliā
inueſtituram factam eidem comiti Roberto, & nepotibus
ex ſuo fratre comite Aloyſio à Reuerendiſſimo Commen-
datario ſanctæ Crucis, & ſic his duab. lineis de anno 1465.
5 idem eſt dicendum, † quoniam hæc inueſtitura dicitur di-
uerſa ab illa, quæ iam diu comiti Guidoni facta fuerat, tum
ratione nouæ formæ, & nouæ clauſulæ in ultima appoſitæ,
tum etiam quia ab alio, & diuerſo domino conceſſa, & re-
cognita fuit: Quo fit, ut & noua inueſtitura, & nouam em-
phyteoſim continere dicatur per ea, quæ in indiuiduo uo-
luit Bal. in c. 1. §. inſuper de prohib. feu. alien. per Federicū,
& in c. 1. an agna. uel fil. cum ſim. allegatis per Alexandrum
in d. l. ſi mihi, & titio columna antepenultima, & habetur
per Moder. in prælud. feudorum in ſexta diuiſione per l. ius
ciuile ff. de iuſtitia, & iure. Cum ergo illa inueſtitura facta
fuerit collateralibus, uidelicet comiti Roberto, & ſuis nepo
tibus ex fratre, ſequitur, quòd deficiente linea Roberti, eius
pars dicitur finita, & ad monaſterium ſanctæ Crucis, illiuſq;
Commēdatarium reuerſa, qui de illa potuit quemlibet ex-
traneum, & ſic illuſtriſſimam Duciſſam inueſtire, cum in ea
parte nepotes Roberti nati ex fratre ſuo per ius accreſcen
di, aut ui inueſtituræ ſuccedere nequeant per prædicta, &
in d. c. 1. de frat. de nouo benefi. inueſti. & d. c. 1. de duobus
frat. à cap. inueſt. & ubiq; not. Quòd autē nouæ clauſulæ, &
formæ fuerint in his inueſtituris appoſitæ, & à diuerſis domi
nis, cōſtat, quia in inueſtitura comiti Guidoni facta dictum
fuit pro ſe, & filijs, & nepotibus uſque in tertiam genera-
tionem ipſius Guidonis tantum, illa uerò de anno 1455. fa
cta fuit pro ſe, filiis, & nepotibus uſque in tertiam genera-
tionem eorum, & cuiuſlibet ipſorum, cum pacto expreſsè
facto, quòd deficiente portione unius, ea aliis deberet ac-
creſcere, quod pactum multum in hoc operatur, ut in iuri-
bus ſupra allegatis, & per Bartolum, Alexandrum, & alios
in d. l. ſi mihi, & titio, ac etiam cum aliis clauſulis in prima
non appoſitis, ut uideri poteſt, & huiuſmodi inueſtituræ fue
runt ab Abbate S. Laurentii factæ: Inueſtitura verò ultima
facta fuit à Reuerendiſſimo Commendatario ſanctæ Cru-
cis, & ſic à diuerſo domino, ergo noua, & à primis eſt ſepa-
rata: item in ultima fuit conuentum, quòd bona dicerentur
conceſſa comiti Roberto pro ſe, filiis, & nepotibus ſuis, uſq;
in eius tertiam generationem, & pro nepotibus ex fratre,
& illorum filiis, & nepotibus ſimpliciter abſque eo, quod di
ctum fuerit, uſque in tertiam generationem, ex quibus con
ſtat diuerſas clauſulas, & formas fuiſſe in dictis inueſtituras
appoſitas, igitur apparet ſimiliter eas nouas fuiſſe. ¶ Tertio
6 † comes Robertus, eiuſq; nepotes ex comite Aloyſio fratre,
mediante eorū procuratore de dictis bonis emphyteoticis
à Reuerendiſſimo domino Commendatario S. Crucis ac-
ceperunt, & propterea ſaltem tacitè omnibus iuribus ex
inueſtituris ab Abbate ſancti Laurentij factis ipſis compe-
tentibus renunciaſſe uidentur, quia repugnat, quòd quis
eadem bona à duobus dominis directis in ſolidum condu-
cat in emphyteoſim, nam ſic contingeret, plures eodem re
ſpectu eorundem bonorum in ſolidum eſſe dominos con-
tra l. ſi ut certo §. ſi duobus, ibique glo. ff. commoda. Bal. in
7 l. 1. C. uti poſſide. ſed † quādo emphyteota, vel vaſallus feu
do, uel emphyteoſi etiam tacitè renunciat, omne ius ſuum
amittit, & ſi poſtea patiatur iterum ſe de re illa inueſtiri, ea
dicitur noua emphyteoſi, ſeu nouum feudum, & de illis, ut
de nouis iudicatur, & tanto magis, quando ab alio diuerſo à
primo domino fuiſſet inueſtitus, ita quòd illi, qui ex prima
inueſtitura facta à primo domino admitti ex iure accreſcen
di, vel ſucceſſionis poterant, ſtante dicto nouo feudo, ſeu
noua emphyteoſi amplius admitti nequeant c. 1. an agna.
uel fil. defun. cum gl. pen. & fin. & facit tex. in c. 1. de eo, qui
fin. fecit agna. ergo verum erit dicere in caſu occurrenti,
quòd filij, & deſcendentes comitis Aloyſij, qui ſimul cū co
mite Roberto à R. do. Commendatario inueſtiti fuerūt, di-
cātur de noua emphyteoſi inueſtiti, & cum inter ſe fuerint
collaterales, ſequitur, quòd per mortem unius, qui fuit de
una linea, prout erat Octauianus filius dicti comitis Rober
ti, alij de alia linea, uidelicet comitis Aloyſij ad partem alte
rius lineæ admitti nullo iure potuerunt, niſi expreſsè con-
8 uentum fuiſſet: † quoniam quando plures collaterales de ea
dem re ſimul ſunt inueſtiti, tunc inter illos ceſſat ius accre-
ſcendi, ſeu ſucceſſionis ex prouidentia, per Bar. & omnes in
d. l. ſi mihi, & titio cum aliis iuribus ſupra allegatis, & c. 1. de
natu. ſucceſs. feu. ubi ſimul ad feudum antiquum, & pater-
num admittuntur, ergo ſecus, ſi eſſet nouum, ut eſt text. cla-
rus in c. 1. de ſucceſs. frat. uel de grad. ſucceden. & in dubio
quoad hunc effectum nouum cenſetur c. 1. de frat. de nouo
9 benefi. inueſti. ¶ Quarto † ab illo tempore, quo dictis comi
tibus per præfatum Reuerendiſs. Commendatarium fuit fa
cta inueſtitura, uſq; ad mortem comitū Octauiani, & Rober
ti iunioris filiorū comitis Roberti antiquioris primi condu-
ctoris dicti monaſterij S. Crucis, ſemper & continuè dicti
comites cēſum, ſeu canonem præfatæ eccleſiæ S. Crucis an
nuatim ſoluerunt: quo fit, ut primæ inueſtituræ habitæ ab
eccleſia ſancti Laurentij renunciaſſe dicantur: Conſtat etiā
dictam

dictam inueſtituram ſanctæ Crucis nouam,& tanquam no
uam receptam fuiſſe,cum ante annum 1466. nunquam ap
pareat aliam dictis comitibus fuiſſe factam: & ideò uera
10 ſunt illa,quæ ſupra dicta fuerunt: & præſertim † quia eo
tempore, quo præfati comites Robertus, ſuique ex fratre
nepotes inueſtituram à nouo domino, hoc eſt à monaſterio
ſanctæ Crucis receperunt,hoc fecerunt de conſenſu,& li-
centia expreſſa abbatis ſancti Laurentij primi domini, ut
ex publico inſtrumento apparet: ergo ipſe abbas iuribus
ſuis renunciaſſe uidetur,& ideò quoad iura emphyteotica,
ſi quæ ſibi fortè competebant, etiam quoad ſuam illorum
iurium quaſi poſſeſſionem ſibi præiudicaſſe cenſetur, ut in
dictis iuribus,& argumento l.ſi quis ui §.differentia cum ibi
not.ff.de acquiren.poſſeſſio.Bal.in l.2.C.de ſeruit.& aqua,
& habetur per canoniſtas in c.querelam de electio. Immò,
ut ex inſtrumento dictæ licentiæ conſtat, ipſe abbas ſancti
Laurentij iuſtè, & iudicialiter à Reuerendiſſimo Commen
datario ſanctæ Crucis poſſe repelli ſuſpicatus eſt:quo fit,ut
poſſeſſionem,uel quaſi,quam habebat,amiſiſſe tunc cēſea-
tur,quia ſolo animo amittitur d.§.differentia,l.clam in prin
11 cip.& l.quod ſi nolit ff.de acquiren.poſſeſſ.¶Quinto † cum
eccleſia ſanctæ Crucis bona fide,& de conſenſu abbatis ſan
cti Laurentij,ac etiam filiorum comitis Aloyſij, & comitis
Roberti antiqui,illiſque ſcientibus,patientibus,& non con-
tradicentibus,fuerit in poſſeſſione, uel quaſi dictorum bo-
norum emphyteoticorum,& iuris exigendi canonem à di-
ctis comitibus per annos xxx.xl.&.l.continuos,& ultra, ſe-
quitur primo, quòd illa quaſi poſſeſſio iuris exigendi fuit
eccleſiæ ſanctæ Crucis acquiſita, ad tradita per Bal. in l.2.
C.de ſeruit.& aqua,& in d.c.querelam cum ibi not. l.quo-
ties in fin.la 1.& la 2.ibiq; Bar.idemq; in l.ſeruitutes la 4.in
fin.uer.ff.de ſeruit.& l.1.in fin.ff.de aqua plu. arc. Secundo
ſequitur,quòd ipſa eccleſia ſanctæ Crucis fuit in hac quaſi
poſſeſſione cum bona fide,quia conſentientibus dicta eccle
ſia ſancti Laurentij, dictiſq; comitibus antiquis emphyteo
tis per ea,quæ habētur in c.ſi diligenti poſt gl. extra de præ
ſcrip. Tertio infertur, quòd cum tam longo tempore quaſi
poſſederit ius iſtud exigendi canonē,cenſetur illud ius em-
phyteoticum in dictis bonis ab ea in emphyteoſim conceſ-
ſis aduerſus dictos comites,& eccleſiā ſancti Laurētij abſq;
alio titulo præſcripſiſſe, ut in c. 1. §. ſi quis per xxx. annos,
ibiq; Bal.& moder.ſi de feu.fuer.conten.inter do.& agn.&
habetur in d.c.querelam,& latè per Bal.in d.l.2. glo.in l.3.
in fin.C.de epiſcop.aud.quam allegat Bal.in c.1.§.& quia,
ibique Moder.de his,qui feu.dare poſſ.& in c. fin. circa fin.
de feudo dato inuicem legis commiſ.& Bart.in d.l.ſeruitu-
12 tes la 4.inquit,quòd † licet in rebus corporalibus titulus,&
bona fides ad præſcribendum requirantur, tamen ſecus eſt
quoad præſcribendum iura incorporalia, quia non requiri
13 tur titulus,ſed ſola ſufficit bona fides, † quæ etiam in dubio
præſumitur c.cum eccleſia ſutrina extra de cau. poſſ. & pro
prie.& præſertim quando quaſi poſſeſſio fuit diuturna, ut
per Abb.in d.c.ſi diligenti:Ex quibus infertur,quòd omnes
dicti comites nullum alium in directum dominum recogno
ſcere debent,niſi eccleſiam ſanctæ Crucis,à qua bonorum,
de quibus agitur,inueſtituram habuerunt:Et ideò cum pro
parte bonorum dicti olim comitis Roberti antiquioris per
mortem Octauiani,& Roberti iunioris ſuorū filiorum, qui
ſine liberis deceſſerūt,emphyteoſis fuerit finita, eccleſia de
illis Illuſtriſſimam dominam Vrbini Duciſſam inueſtire po
tuit. Nec dicatur,quòd filij, & deſcendentes olim comitis
Aloyſij ius in dictis bonis habeant ex inueſtituris olim con-
ceſſis comiti Guidoni, & comitibus Roberto, & Aloyſio;
quia dicendum eſt illud ius fuiſſe totaliter finitum,atq; ex-
tinctum per præſcriptionem,& alia prædicta. Similiter nec
poſſunt dicti filij, & deſcendentes comitis Aloyſij ad par-
tem bonorum dicti olim comitis Roberti uenire ex iure ac-
creſcendi, nec ex ui inueſtituræ à Reuerendiſſimo Com-
mendatario ſanctæ Crucis conceſſæ, quoniam ipſi cum
dicto olim comite Roberto antiquo tanquam collaterales
nati ex comite Aloyſio fratre dicti comitis Roberti ſimul
inueſtiti fuerunt per textum in d.c.1.de fratr.de nouo bene
fic.inueſti.in c.1.de ſucceſ.fratr.& in d.c.1. de duobus fra-
tri.à capit.inueſti.Bar.& alij in d.l.ſi mihi, & titio cum ſimil.
14 ¶ Sexto † quando de emphyteoſi fuit facta renouatio ad
utilitatem ſucceſſorum,tunc deinceps poſt huiuſmodi reno
uationem attenditur generatio horum ſucceſſorum renoua
torum,& non priorum,& antiquorum, quia ex perſona re-
nouatorum generatio aſſumit initium Bal.in authen.ſi quas
colum.2.in uerſic.tertio fiet renouatio C. de ſacroſ.eccleſ.
Sed renouatio à monaſterio ſanctæ Crucis ad utilitatē om
nium dictorum comitum facta fuit,quoniam ipſis expedie
bat,ne euictis bonis iudicialiter per monaſteriū ſanctæ Cru
cis à monaſterio ſancti Laurentij dicti comites ab illis bonis
excluderentur,ac etiam ut ipſi excommunicationem con-
tra eos comminatam non incurrerent,ſeu melius euitarēt,
prout in dicto inſtrumento licentiæ apparet: ergo finita an
tiqua generatione comitis Guidonis,& Aloyſij per nouam
inueſtituram factam ab eccleſia ſanctæ Crucis, debet ſola
generatio comitis Roberti,& nepotum ex fratre eſſe in con
ſideratione, & cum huiuſmodi generatio nouiter inueſtita
ſit de perſonis collateralibus, ſequitur, quòd inter illas ius
accreſcendi,ſeu ſucceſſio de iure locum habere non debet
per prædicta. ¶Quibus tamen omnibus non obſtantibus,
prout rectè conſideranti nōn obſtant, deſcendentes olim
comitis Aloyſij,quorum aliqui adhuc ſunt intra tertiam ge
nerationem olim comitis Guidonis, & aliqui intra tertiam
generationem dicti comitis Aloyſij,ad partem bonorū em-
phyteoticorum dicti olim comitis Roberti antiquioris de
iure admittendos eſſe concludo: Ad quod dicendum mo-
ueor,præſupponendo,quòd olim comes Guido de dictis,&
aliis bonis ab eccleſia ſancti Laurentij pro ſe,filiis,& nepo-
tibus,& uſque in eius tertiam generationem finitam fuit in
ueſtitus,ſimiliter ipſi comites Roberti,& Aloyſius expoſtfa
15 cto ab eadem eccleſia inueſtiti fuerunt; † quæ uerba non
ſolum comprehendunt filios,& nepotes, ſed etiam prone-
potes omnium ipſorum inueſtitorum, quoniam cum quis
ſe ipſum generare nō poſſit, prima cuiuſlibet generatio eſt
filiorum,ſecunda nepotum, tertia ergo dicetur eſſe prone
potum,ut uoluit Barto.in quodam ſuo conſilio, quod refe-
runt Bald.in dicta authen. quas actiones colum. 1. Alexan.
& alij in d.l.ſi mihi,& titio:& probatur etiam, quia in inue-
ſtituris dicitur uſque in tertiam generationem finitam, per
16 quæ † uerba apparet,dictionem uſque ſtare incluſiuè,alio-
quin uerum non eſſet dicere,quòd tertia generatio dicere
tur finita,ut colligitur etiam ex uerbis Baldi in authen. hoc
amplius in fina lib.uerbis C.de fideicommiſ. & idem ex uer
bis Barto. in l. patronus §.1.in ult. colum.ff.de legat.3.quan
do dictio uſque ponitur ad terminationem plurium gra-
duum,ut eſt in caſu noſtro. Præterea dicendo pro nepoti-
17 bus comprehendentur etiam pronepotes,quia † nepotum
appellatione magis propriè pronepotes continentur,quàm
nepotes filiorum appellatione Bart.in l.liberorū ff.de uerb.
ſign.& in l.gallus §.inſtituens ff.de lib.& poſth.ubi hoc doct.
communiter tenēt: Sed appellatione filij ſimpliciter, quan
do de nepotibus non eſſet dictum, continerentur nepotes,
c.1.cum glo.in uer.ſolus de natu.ſucceſ.feu.ibique ſcriben.
maximè Præpoſi.quamuis Salic.in l.2. C. de iure emphyt.
in 21.q.col.8.contrarium in hoc ſenſerit,ergo etiam nepo
18 tis appellatione pronepos comprehendetur.Rurſus † cum
de filiis,& nepotibus fuerit expreſſa mētio facta,ut illa uer-
ba & uſque in tertiam generationē,quæ ueniunt argumen-

tatiuè, l.ea tamen adiectio ff.de lega.3. non ſint ſuperflua contra l.ſi quando ff.de lega.1.& l.quoties ff.de rebus dubiis, & ſic ut aliquid ultra uerba filiis, & nepotibus operentur, neceſſe eſt dicere, quòd pronepotes quoque comprehendantur: Neque ex hoc uerba dicerentur extendi, ut per illa prohibitio rerum eccleſiæ extenderetur, quoniam non extenſio, ſed comprehenſio diceretur per prædicta: Præterea cum iam facta fuerit alienatio rei, concedēdo illam in emphyteoſim, cap. nulli de rebus eccle. non alien. emphyteoſis per dictionem uſq; non diceretur extēdi quo
19 ad rem, ſed quoad tempus: & † dictio uſque, quando ponitur ad determinationem temporum, ſtat incluſiuè Barto.in d.l.patronus §.1. in fin. 2. colum. ex quibus infertur, quòd Comites deſcendētes à Comitē Aloyſio, qui nunc uiuunt, dicuntur de comprehenſis ſub dictis inueſtituris ab eccle-
20 ſia ſancti Laurentij conceſſis, & † ideò poſſunt, & debent admitti tanquam deſcendentes Comitis Guidonis ex inueſtitura ſibi facta à monaſterio ſanctæ Crucis ad partem uacantem per mortem Octauiani, & Roberti iunioris ſine liberis defunctorum, qui omnes ab eodem ſtipite prouenerunt, & de eadem linea comitis Guidonis fuerunt d.c.1. de natu.ſucceſ.feud.Barto. Alex.& alij in d.l.ſi mihi & titio colum.5.uerſi.ſucceſſiuè,c.1.de ſucceſs. frat. & de gradibus cum ſimilibus, Bal.in l.unica col. penul. C. quando non
21 pet.par.¶ Secundo † per pactum expreſſum in prima inueſtitura comiti Guidoni conceſſa conuētum fuit, quòd deficiente uno, uel pluribus ex liberis, & deſcendentibus dicti comitis Guidonis ſine liberis, portio illorū cæteris ſuperuiuentibus accreſceret, quod pactum operatur, ut illis caſiqus, quibus portio deficiens non deberet accreſcere, ſed ſui natura ad eccleſiam ſpectaret, locus ſit iuri accreſcendi, ad tradita per doct.in d.l.ſi mihi, & titio, d.c.1.de fratri.de nouo benefic.inueſti.d.c.1.de duobus fratri.à capit.inueſti.& ubique ſcrib.forma enim inueſtituræ in hoc ſeruanda eſt, ut in d.c.1.de duo.fratri.in fin.uer.ex pacto igitur ius accreſcēdi inter deſcendentes à primo ſtipite, qui ab initio ſolus fuit inueſtitus, ut in caſu, de quo agitur, multo magis locum ha-
22 bebit. ¶ Tertio † quando feudum, ſeu emphyteoſis fuit conceſſa ex cauſa oneroſa, hoc eſt dato domino certo precio pro habenda inueſtitura, etiam ſi tunc eſſemus in caſu, quo aliàs regulariter iuri accreſcendi locus non eſſet, tamē illi locus eſt, ut eſt de mente Bart.in d.l.ſi mihi, & titio, ibiq; Alex.expreſsè in 4.col.uerſi.fallit tamen deciſio Bar. per l. fundus ille ff.de cōtrahen.emp.c.1.de benef.frat.Præpoſi. in c.1.§.& quia in 8.col.de his, qui feu.dare poſ. & d.c.1.§. ſi duo de fra.de nouo benef.inueſ. Sed comiti Guidoni prima conceſſio facta fuit ſolutis ducatis quingentis aureis, ſecunda facta Comitibus Roberto, & Aloyſio ab eccleſia ſancti Laurentij ſolutis trecentis ducatis aureis, & tertia facta à monaſterio ſanctæ Crucis comiti Roberto pro ſe, & nepotibus ex comite Aloyſio fratre, ſolutis ducatis quingentis aureis, igitur inter dictos inueſtitos locus iuri accreſcendi in portione olim dicti comitis Roberti antiquioris etiā reſpectu inueſtituræ ab eccleſia ſanctæ Crucis conceſſæ eſ-
23 ſe debuit. ¶ Quarto † conceſſio ab eccleſia ſanctæ Crucis comiti Roberto pro ſe, & nepotibus ex fratre Aloyſio facta fuit inſolidum, ergo inter ipſos omnes dicitur ius accreſcendi reſeruatum propter illam dictionem inſolidum ad ea, quæ habentur per Bal.in l.unica col.antepenul. C.quando non peten.par.in d.authen.ſi quas col.2. & in c.1.§. filia in fin.de ſucceſ.feu.Petrus de Anch.in conſi.233.in Chriſti nomine, duo prima dubia, & Alexan.in d.l.ſi mihi, & titio
24 colum.6.uer.quid ſi dicatur. ¶ Quinto † emphyteoſis paterna, ſi ex aliqua cauſa finita ad dominum reuerſa fuerit, qui poſtea illam duobus de linea paterna conceſſerit, regulanda eſt etiam quoad ius accreſcendi tanquam antiqua, & paterna, & illius naturam retinet Bar.& Alex. in d.l.ſi mihi, & titio colum. 6.uerſi.& tene menti, ibique cæteri ſcriben. glo.& ibi Bartol.in l.quod dicitur la 1.ff.de impen. in rebus dotal.fac.emphyteotæ enim uidentur illam tanquam antiquam, & paternam acceptare; facit tex.in c.1.ubi Iſern. & alij de uaſal.decrep.ætā. Bal.in d.l.unica colum. antepenult. C.quando non pet. par. & in l.1.q.15.ff. de rerum diuiſ.& in cap.1.colum.antepenul. & ibi alij an agna. uel fil. Ioan.de Imol.in c.2.& ibi eſt tex.extra de feudis, & Roma.
25 in conſi. 215.in caſu propoſitæ quæſtionis: & † prædicta ſunt uera, ſi dominus, ad quem reuerſa fuit, ilico reinueſtiuit, & nullo tempore penes ſe rem retinuit, ut in d.c.2. Abb.in cap.ut ſuper de rebus eccleſiæ non alienan. nam ſi res ad eccleſiam reuerſa non ſit in bonis eccleſiæ incorporata, ut quia illam ſaltem per annum non retinuerit, nec ea pro ſe fuerit uſa, tunc non cenſetur reuerſa, neque incorporata argumento l.plerique ff. de ritu nuptia. & habetur per Abb.& alios in d.c. ut ſuper colum. 2. in tantum, quòd ſi prælatus etiam iuraſſet de nouo non infeudare, nec alienare, tamen illa bona ſic reuerſa, & nondum incorporata, non obſtante iuramento, poſſet concedere, & infeudare, quia tunc non diceretur de nouo cōcedere d.c.2.quāuis iuramentum ſit præciſè adimplendum c. ad noſtram
26 il 1.extra de iureiurand. Præterea † ſi quis à feudo antiquo cadat etiam propter felloniam, aut aliud contra dominum commiſſum, illud nec antiquum eſſe, nec antiqui feudi naturam habere deſinit, licet ipſo iure feudū in commiſſum caderet, niſi declaratio à domino facta eſſet, ueluti dicitur de emphyteoſi d.cap.potuit, ibique Ioan.de Imol. Abb.& alij communiter, & hoc expreſsè uoluit Ioan. de Imol.in d.c.2. de feudis circa 7.colum. priuatio enim non cauſatur, niſi declaratione à domino facta l.2. cum ibi not. C.de iure emphyt.& faciunt not.per Bal.in d.c.1.§.& quia
27 de his, qui feud. dare poſs. colum.3. Immò † dico, quòd ſi domini declaratio ſequuta fuiſſet, & ante, quàm facta eſſet incorporatio, infra breue tempus dominus uaſallum, ſeu emphyteotam renouaſſet, & inueſtiuiſſet, adhuc nouū non diceretur, ſed antiquum, uel ſaltem antiqui feudi naturam retinere per prædicta, & maximè per tex.in d.c.2.de feudis, & per not.per Abb.& And. Barba. in d.c. ut ſuper, optima eſt glo.in d.l.quod dicitur in fin.ff. de impen. in rebus dot.fac.glo.& doct.in c.1.quo temp.mil.And.Iſer.in c. 1.de feud.ſine culpa non amitt.cum infinitis ſimilibus, quæ ad propoſitum allegat do.Præpoſi.in prælud. feudo. in 6. differentia col. 13.qui latè prædicta ponit: & ſecundum ſupra relata debet declarari illud, quod uoluit Bald. in d.c. 1.§.inſuper de prohib.feu.alien.per Feder. ſed per inueſtituram factam à monaſterio ſanctæ Crucis emphyteoſis comiti Guidoni antiquitus conceſſa non fuit inter bona ipſius monaſterij incorporata, quia ſtatim conceſſa fuit dicto comiti Roberto, & nepotibus ex fratre Aloyſio abſq; eo, quod dictum monaſterium illa retinuerit, ſeu ex eis fructus perceperit, ergo antiqua eſſe, uel ſaltem effectum antiquæ habere non deſijt, & ideò etiam poſt inueſtiturā prædictam eccleſiæ ſanctæ Crucis inter deſcendentes comitis Guidonis poſt mortē filiorū Comitis Roberti iuri accreſcēdi, ſeu ſuccedendi locus eſſe potuit. Nec refragari uidetur, quòd prædicta nō procedunt, qñ in renouatione, ſeu noua conceſſione eſſet appoſita aliqua noua forma, ſeu clauſula, quæ primam, & antiquam conceſſionem alteraret, ad tradita per Bald.in cap.imperialem §.inſuper circa 4.colum.de prohib. feud. alien. per Feder.in d. cap. 1. an agna. uel fil. & in l.1. circa 2. uel 3. column. ff. de rerum diuiſione, & conſuluit Paul. Caſtr. ut refert, ac ſequitur Alexan.in d.l.ſi mihi, & titio colum.6. uerſi. limita tamen: quia reſpondetur, quòd renouationes, & inueſtituræ nouæ

nouæ factæ poſt primam alteratæ non fuerunt, nec in illis clauſulæ inconſuetæ ſunt appoſitæ, ſed in effectu eadem fuit omniũ forma, ſi rectè inſpiciatur, & ſi quid in una, quod non in alia, uideatur appoſitum, uirtualiter tamen, & cum effectu omnes idem continent uerbis ſaltem generalibus, quod expreſſum cenſetur, ut per Bar. in l. 1. ff. de uulg. & pupil. & in l. centurio, ibique ſcriben. eo. tit. Imo. in c. raynutius in materia compendioſæ extra de teſtamentis.

¶ Similiter non aduerſantur ea, quæ uoluit Alexan. in d. l. ſi mihi, & titio in fi. 7. col. uerſi. & ſimiliter dico, quòd dictum Bart. ibi, quòd finita emphyteoſi dominus teneatur deſcendentes primi emphyteotæ inueſtire per ea, quæ uoluit glo. in l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid. & æſti. cum ſimil. non procedat, quando emphyteoſis propter culpam emphyteotæ contra dominum commiſſam eſſet finita per tex. in c. 1. in fin. quæ fuit pri. cauſa benefi. amit. cum aliis ibi per Alex. allegatis, quia reſpondetur primo, illa procedere, quoad excludendum hæredes, & deſcendentes, finita emphyteoſi, ab illo beneficio, de quo per gloſ. in d. §. permittitur, ad quod dominus de æquitate, & ex quadam gratia tenetur, ut ſucceſſores inueſtiat, non autem quando emphyteoſis antiqua eſſet finita, & dominus ſponte illam renouaſſet, nam quoad effectum, ut emphyteoſis renouata dicatur naturã, & uim primæ inueſtituræ continere, prout nos loquimur, prædicta non conſiderantur. Præterea noua inueſtitura a monaſterio ſanctæ Crucis non fuit facta ob culpam, & commiſſum dictorum comitis Roberti, & ſuorum nepotum, ſed ex alia cauſa, uidelicet quia bonorum conceſſorũ ius ad eccleſiam ſanctæ Crucis pertinere aſſerebatur: & ideò cũ per mortem filiorum comitis Roberti antiquioris à dicto monaſterio ſanctæ Crucis prætenderetur, emphyteoſim ob lineã deficientem eſſe finitam, ſequitur, quòd ſumus in caſu Bart. in d. l. ſi mihi, & titio, & glo. in d. §. permittitur, ut potius illi, qui ſunt de nomine, & familia antiqua dicti comitis Roberti, & filiorum à dicta eccleſia inueſtiri, & renouari debeant, quàm Illuſtriſſima Vrbini Duciſſa, quæ eſt extranea, per ea, quæ uoluit Bar. in d. l. ſi mihi, & titio col. ult. ac etiam ſ. dixi.

¶ Et ex prædictis plura, quæ ſupra ad fauorẽ Illuſtriſſ. Duciſſæ allegata fuerunt, reſoluta apparent, & præcipuè primum, & ſecundum, ſuper quibus ulterius non inſiſto.

¶ Tertium quoque motiuum non uidetur dictis comitibus obeſſe, quia tempore, quo comes Robertus ſuo, & ſuorum ex fratre nepotum nomine fuit ab eccleſia ſanctæ Crucis inueſtitus, dicti nepotes iuribus ſuis non renunciarunt, immò illa integra penes ſe retinuerunt, quia ſolum eccleſiam ſancti Laurentij ſemper in dominam recognouerunt, illi tantum canonem annuatim ſoluẽdo pro omnibus bonis, & pro iis etiam, de quibus comes Robertus fuit ab eccleſia ſanctæ Crucis inueſtitus, ueluti in facto mihi præſupponitur; quo fit, ut ipſis ex comite Aloyſio natis ex inueſtitura eccleſiæ ſanctæ Crucis nullum quoad ius emphyteoticum præiudicium irrogetur, cum ipſi dictæ inueſtituræ eccleſiæ ſanctæ Crucis nec tacitè, nec expreſsè conſenſerint, neq; illam ratificauerint: Comes igitur Robertus conducendo à dicta eccleſia ſanctæ Crucis illis præiudicare non potuit, quia res inter alios acta aliis nõ nocet, iuribus uulgarib. ¶ Nec dictis nepotibus obeſt, quòd etiam mediante eorum procuratore inueſtitura ab eccleſia ſanctæ Crucis facta fuerit comiti Roberto ſuo nomine, ac etiam ipſorum nepotum nomine, qui mediante eorum procuratore conſenſiſſe cenſentur l. 1. ff. de procu. l. 1. §. deieciſſe ff. de ui, & ui arm. & c. cum ad ſedẽ extra de reſtit. ſpol. quia primo dicendum eſt, nullum fuiſſe tunc procuratorem conſtitutum ab ipſis filiis dicti olim comitis Aloyſij tunc uiuentibus ad accipiẽdam inueſtituram à præfato Reuerendiſſimo Commendatario ſanctæ Crucis,
28 † nec, ſi ueritatem amamus, dicere debemus ex diuturnitate temporis longiſſimi mandatum ſuum præſumi tũ ad obligandum, tum ad faciendum eos incurrere in pœnam, tum etiam ad cõfitendum bona emphyteotica, quæ ab eccleſia ſancti Laurentij conducebantur, fuiſſe, & eſſe de bonis eccleſiæ ſanctæ Crucis, & ſic ad ipſis, & eccleſiæ ſuæ præiudicandum, ut uoluit Bal. in l. 1. col. 2. uerſi. ſed pone C. de rebus alien. non alie. & ibi Sali. Bal. in l. 2. ibi uſque ad mille annos C. ſi ex fal. inſtrum. Alex. in l. ſciendum col. 5. ff. de uerbo. obli. & in l. qui in aliena col. 5. ff. de acquir. hære. in conſil. 1. col. 2. & in conſi. 6. col. penul. lib. 4. & Ang. in d. l. ſcien-
29 dum: Et † uerba notarij referentis in inſtrumento de mandato alicuius ad præiudicium abſentium fidem de mandato non faciunt Alex. in d. conſi. 6. & in conſi. 35. lib. 7. Præterea ſi nepotes nati ex comite Aloyſio conſtituiſſent procuratorem ad accipiendum inueſtituram ab eccleſia ſanctæ Crucis, & ad faciendum illa, de quibus in inſtrumento inueſtituræ habetur, quæ ſpeciale mandatum requirunt, equidẽ uerisimile non eſt, quòd ipſi expoſtfacto ſemper contradixiſſent in non recognoſcendo bona conceſſa ab illa eccleſia, nec illi canonem ſoluendo, ſed eccleſiæ ſancti Laurentij, eam ſolam in dominã directam recognoſcendo, & quod non eſt uerisimile, eſt falſitatis imago l. ob carmen in fin. ff. de teſtibus, & Bal. in l. 1. C. de ſeruis fugit. Secundo princi-
30 paliter reſpondetur, quòd † et ſi uerum eſſet (quod negatur) quòd filij comites Aloyſij nepotes comitis Roberti cõſtituiſſent procuratorem ſimul cum dicto comite Roberto ad accipiendum dictam inueſtituram, & ſic illi conſenſiſſent, tamen ex quo non ſolum ipſis, ſed eorũ filiis, & deſcendentibus etiam fuit ius acquiſitum ex inueſtituris factis comiti Guidoni, qui ſtipulatus fuit, pro ſe, filiis, & nepotibus, & uſque in tertiam generationem, ſub quibus uerbis pronepotes quoque, de quibus in præſentia agitur, comprehenſi dicuntur, ut dictum fuit, & ipſis pronepotibus non ut hæredibus, ſed ut nepotibus, & pronepotibus dicitur ius in dictis bonis acquiſitum ex inueſtitura facta ab eccleſia ſancti Laurentij, ut ipſi poſſint quandocunque ad portiones uacantes admitti, ſequitur, quòd eorum parentes acceptando inueſtituram ab eccleſia ſanctæ Crucis ipſis quoad illud ius eis acquiſitum, ut poſſint in bonis aſſignatis in diuiſione comiti Roberto ſuccedere, non potuerunt præiudicare, Bald. in d. auth. ſi quas ruinas in 2. col. & concludit Salic. poſt Cyn. in l. 2. in q. 22. C. de iure emphyt. quòd quando emphyteoſis eccleſiæ eſt ſtipulata pro ſe, filiis, & nepotibus, ſi primus recipiens in ſolutione canonis ceſſauit, ſibi, & omnibus præiudicat, quia illis facto ſuo eſt acquiſita, ſi uerò alius, puta filius in ſolutione canonis ceſſauerit, tunc ſibi ſolum, & non aliis inferioribus, nec nepotes pronepotibus præiudicare poſſunt: Ita igitur in caſu noſtro ex quo filij comitis Aloyſij fuerunt illi, qui procuratorem conſtituerunt ad accipiendum inueſtituram ab eccleſia ſanctæ Crucis, ipſis ſolis præiudicarunt, & non ſequentibus, quibus per inueſtituram factam comiti Guidoni iam erat ius acquiſitum. Et ex prædictis etiam pro parte colligitur reſponſio ad quartum fundamentum in cõtrarium factum. ¶ Nec repugnat licentia data ab abbate ſancti Laurentij, de qua in inſtrumento publi-
31 co, quia † in primis ea non potuit ſuæ eccleſiæ ſancti Laurẽtij præiudicare, cum ſimus in iam quæſitis, in quibus prælatus eccleſiæ non præiudicat, ut habetur per gloſ. Abb. Imo. & communiter alios in d. c. potuit de loca. cum ſimil. arguẽdo de prælato ad ſeruum iuxta l. fin. ibiq; doct. C. de acqui. poſſ. Secundo conceſſo, quòd abbas ſibi, & aliis, qui dictam licentiam petierunt, & ſic illis, qui inueſtituram ab eccleſia ſanctæ Crucis acceperunt, præiudicaſſe dicatur, non tamen aliis deſcendentibus abſentibus, & fortè tunc non natis, quales ſunt hi, qui nunc contra Illuſtriſsimam dominam Duciſſam agunt, præiudicare potuit. Præterea ipſe comes Rober-

Robertus ſolus requiſiuit à dicto domino abbate præfatam licentiam ad effectum, de quo in inſtrumento illius licentiæ, ergo ea debuit ſibi ſoli, & non aliis bona prædicta ab eccleſiis ſancti Laurentij conducentibus præiudicare, quia factum ſuum unicuique debet eſſe nociuum, & non alteri iuribus uulgatiſſimis. ¶ Non obſtat quartum motiuum cum omnibus illationibus ſuis, quoniam illa omnia concernunt perſonam comitis Roberti, & aliorum, qui inueſtituræ eccleſiæ ſanctæ Crucis conſenſerunt, & non perſonam prone potum olim comitis Guidonis, nec filios, & nepotes dicti comitis Aloyſij, de quibus in præſentia agitur, ex quo ipſi non conſenſerunt, nec paſſi fuerunt, ut iam ſæpius dictũ eſt. ¶ Sexto, & ultimo argumento ex prædictis reſponſio colligitur, quoniam renouatio adhuc primordium, & uim antiquarum inueſtiturarum retinet adeò, quòd non obſtante renouatione emphyteoſis adhuc dicitur antiqua, ſeu qualitates antiquæ habere, ut latius dictum eſt, falſum enim nõ uidetur, quod primordio ueritatis adiuuatur l. cum filius §. hæres ff. de legat. 2. & c. 2. extra de feudis. ¶ Inter has autem duas eccleſias ſancti Laurẽtij uidelicet, & ſanctæ Crucis, quænam illarum quoad bona, de quibus agitur, meliora habeat, & potiora iura, cũ alius clariſſimus dominus aduocatus hoc pulcherrimè, & latiſſimè declarauerit, non eſſe mihi ſuper hoc inſiſtendum, ſed cum eius ſententia pertranſeundum, prout pertranſeo, ſicq́ue finem huic conſultationi impono. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota primus, qui pro ſe, filiis, & nepotibus, aut pro aliis fuit emphyteoſim ſtipulatus, poteſt filiis, & aliis inueſtitura comprehenſis præiudicare:*

Et quando hoc ſit uerum num. 6.

2 *Secus in deſcendentibus primi emphyteotæ, & in aliis poſt ipſum inueſtitura comprehenſis.*

3 *Deſcendentes, & illi, pro quibus primus emphyteota, & conductor fuit ſtipulatus, quoad actum inquiſitionis pares eſſe dicuntur, quãuis quoad ordinem ſuccedendi propter gradus prærogatiuam differant.*

4 *Clauſula abſque præiudicio aliorum, ſeu tertij facit actum, & diſpoſitionem conditionalem,*

5 *Et in dubio, quòd quis noluerit alteri præiudicare, eſt interpretanda.*

7 *Inueſtitura ſecunda conceſſa pro filiis, & nepotibus maſculis excludit fœminas, illiſq́ue præiudicat, quando tempore illius nullum ius fœminis iã eſſet acquiſitum;*

8 *Quid ſi inueſtitura ſecunda facta eſſet pro filiis, & nepotibus maſculis ex legitimo matrimonio natis tantum:*

Et quid illa dictio tantum operetur num. 11.

9 *Taxatiua uerba reſtrictionem de habilitate ab aliis recipiunt.*

10 *Ea potius ſuperfluè ſtare debent, quàm quòd ex illis damnum tertio indebitè inferatur.*

12 *Hæres factum defuncti ratum habere non tenetur, quando defunctus clauſulam abſque præiudicio aliorum, ſeu tertij appoſuit, & factum illud ipſi hæredi præiudicaret:*

13 *Et quando illud ratum habere teneatur, nec contrauenire poſſit.*

14 *Emphyteotica bona ſi fuerint cum aliis permutata, quæ ſint in eorum locum ſubrogata, ſubrogatio debet dici facta cum omni ſuo onere, et omni reſpectu cum primordiali natura prioris emphyteoſis.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *ita conceſſa, ut maſculis non extantibus ad fœminas quoque tranſire poſſit, ſi filius, & deſcendens primi emphyteotæ, bona prius emphyteotica cum aliis permutando, inueſtituram de illis acceperit pro ſe, filiis, & nepotibus maſculis ex legitimo matrimonio natis tantum, adiiciendo clauſulam abſq; præiudicio aliorum, ſeu tertii, filiæ fœminæ, quo minus ea, maſculis non extantibus, ad emphyteoſim ex prima inueſtitura admitti poſſit, non dicitur præiudicatum.*

CONSILIVM CX.

DILIGENTER perſpectis iis, quæ in præſenti
conſultatione excellentiſſimus dominus aduocatus
adduxit, uenio in eius ſentẽtiam, quòd domina Pru
dentia tanquam neptis primi conductoris ad bona emphy-
teotica propter lineam maſculinam finitam uirtute primæ
1 inueſtituræ ſit admittenda, † quoniam licet doctores ma-
gis communiter, ut inquit Alexand. in l. apud Iulianum §. ſi
quis, & ibi Paul. Imol. & reliqui uelle uideantur, quòd pater
in emphyteoſi ſtipulata pro ſe, filiis, & nepotibus poſſit filio,
ſeu filiæ in inueſtitura comprehenſis præiudicare, ueluti ex
preſsè tenuit etiam Ioan. de Imol. in c. potuit de loca. in ult.
charta colum. penult. & ulti. & Bart. in l. ut iuriſiurandi §. ſi
liberi ff. de oper. liber. tamen omnes ipſi loquuntur, quan-
do primus emphyteota, qui pro filiis fuit ſtipulatus, illiſq́ue
acquiſiuit, fuit ille, qui uoluit præiudicare, nam ex quo filij
facto patris uocati fuerunt, pater eis donaſſe cenſetur: &
ideò ante, quàm ius fuerit filiis acquiſitum, potuit illud re-
uocare, aliiſq́ue etiam rationibus ſcribentes prædicti mo-
uentur, quæ ſolum in illo, qui primo rem emphyteoticam
2 conduxit, locum ſibi uendicant: † Secus, ſi aliquis ex deſcẽ
dentibus primi conductoris uellet cæteris ab ipſo deſcen-
dentibus præiudicare, hoc enim facere non poſſet, cum ab
eo ius emphyteoticum non habeant, & in eo ceſſent ratio-
nes omnes, quibus doctores uolunt primum conductorem
poſſe filiis, & deſcendentibus præiudicare: Sed Vincentius
pater Prudentiæ non fuit is, qui ipſi Prudentiæ medianre
eius ſtipulatione acquiſiuit, ſed Ioannes eius auus, qui pri-
3 mo emphyteoſim conduxit, ergo &c. Præterea † omnes
deſcendentes, pro quibus primus conductor fuit ſtipulatus,
pares quoad actum acquiſitionis eſſe cenſentur, quamuis
quoad ordinem ſuccedendi in emphyteoſi propter gradus
prærogatiuam differre dicantur, ut habetur per Angelum,
Alexand. & alios in l. gallus §. quidam rectè ff. de liberis, &
poſthum. l. cum ita §. in fideicommiſſo, l. peto §. fratre ff. de
legat. 2. ergo infertur, quòd iſti deſcendentes, qui à primo
conductore cauſam habuerunt, non potuerunt, nec poſ-
ſunt ſibi inuicem præiudicare argumento l. ille à quo §. tem
peſtiuum ff. ad trebell. ¶ Tertio dico, quòd Vincentius, qui
cum abbatia permutauit, & poſtea res permutatas condu-
xit, noluit illis, quibus iam ex prima inueſtitura ius erat ac-
quiſitum, præiudicare, quoniam conduxit pro ſe, & filiis, &
nepotibus maſculis abſque præiudicio aliorum, ſeu tertij,
4 † quæ uerba faciunt, quòd illa ſtipulatio, ſeu conductio di-
catur conditionaliter facta, uidelicet ſi non ſit aliis præiudi
cialis, & in caſu, quo ſit præiudicialis, quatenus reperiatur
præiudicialis, non ualeat, neque noceat, ut not. uoluit Bald.
in l. fin. q. 4. C. de edic. diui adr. tollen. iuncta l. ſtichum, qui
meus erit ff. de leg. 1. Sed nulli dubiũ, quòd ex prima inue-
ſtitura facta Ioanni fuit acquiſitũ ius ipſi do. Prudentiæ, quæ
fuit eius neptis ex filio, maſculis non extantibus, ut oẽs ſcri
ben. uolunt, ergo ex inueſtitura poſtea Vincentio facta nul
lum ei præiudicium factũ dici potuit. ¶ Ruſus negari non
5 poteſt, † quin ex dictis uerbis abſque præiudicio tertij ſal-
tem dubium eſſe dicatur, an pater uoluerit Prudentiæ filiæ
præiudicare per prædicta, ergo in hoc dubio fieri debet in-
terpretatio, quòd præiudicare noluerit argumento l. 2. §.
merito, & §. ſi quis à principe ff. ne quid in loco pub. cũ aliis
ibidem allega. & præſertim quia Vincentius tunc non habe
bat filios, ſeu deſcendentes maſculos: quo fit, ut ueriſimile
non ſit, ipſum uoluiſſe præiudicare filiæ propriæ, cui iam ex
inueſtitura ius erat quæſitum arg. l. cum acutiſſimi C. de fi-
deicom. l. liberorum ff. de uerb. ſign. & habetur per Barto. &
Alex. in d. l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi cum ſimilibus: Docto-
6 res uerò, † qui communiter uolunt, quòd pater, qui primo
condu

conduxit, poſſit filiis in emphyteoſi præiudicare, loquuntur, quando conſtaret, ipſum patrem uoluiſſe præiudicare, puta uendendo, uel uni tantum ex linea rem relinquendo, ut habetur per Imol. in d. c. potuit, & per alios, quos allegat Alex. in d. l. apud Iulianum §. ſiquis. ¶ Præterea ſi ſecunda inueſtitura facta Vincentio rectè conſideretur, ex ea non apparet, quòd Vincentius illã acceptauerit animo expreſsè filiæ ſuæ præiudicandi, tum quia de fœminis, ſeu de filia ſua in dicta inueſtitura nulla excluſiuè mentio facta fuit, ergo in dubio non debet dici illi præiudicatum, tum quia hoc non eſt præſumendum argumento d. l. 2. §. merito, tum quia ipſe Vincẽtius uoluit expreſsè, quod ſaluum eſſet ius tertio, cui iam fuiſſet ius acquiſitum, ut ibi, abſque præiudicio tertij per præmiſſa.

7 ¶ Et † quamuis dicta ſecunda inueſtitura facta fuerit pro filiis, & nepotibus maſculis, quo caſu fœminæ cẽſentur excluſæ per ea, quæ uoluit Bar. in l. ſin. in fin. ff. ad tertullia. & in l. 1. §. quod habebat de bono. poſſ. contra tab. tamen illud uerum eſſet, quando tempore, quo facta fuit diſpoſitio de maſculis, nullum ius fœminis iam acquiſitum foret, ut ibi per Bartolum loquentem de ſtatuto uocante filios maſculos ad ſucceſſionem: ſed quando tempore diſpoſitionis factæ ſimpliciter ad fauorem maſculorum ius fœminis iam fuiſſet acquiſitum, non poſſunt fœminæ dici excluſæ à iure ſibi quæſito, quod ſine cauſa auferri non poteſt ad tradita per Bartolum in l. fin. C. ſi contra ius, uel util. pub. & latè per ſcrib. in c. quæ in eccleſiarũ, ubi ego quoq; plenìſsimè dixi extra de conſtitu.

8 ¶ Nec refragatur, † quòd dicta ſecunda inueſtitura facta fuit pro filiis, & nepotibus maſculis ex legitimo matrimonio natis tantum, ex quibus uerbis taxatiuè poſitis fœminæ uidentur excluſæ, nam re-

9 ſpondetur primo, quòd † uerba taxatiua reſtrictionem de habilitate ab aliis iuribus recipiunt l. ob æs, ibique glo. C. de

10 prædiis minorum. Præterea † uerba taxatiua potius ſuperfluè ſtare debent, quam quòd ex illis damnum tertio indebitè inferatur argumento c. in his extra de priuil. bonus eſt tex. in c. ſuggeſtum, & c. dudum, & ibi glo. in uer. nullatenus extra de decimis, quæ gloſ. inquit, nunquam cenſeri præiudicatum iuri alterius, niſi hoc fuerit expreſſum, & eſt optimus tex. in c. quia intentionis extra de priuileg. ubi per renouationem nunquam iuri alteri quæſito debet cenſe-

11 ri præiudicatum. Tertio reſpondeo, quòd † illa taxatiua tantum non eſt ad maſculos referenda ad excluſionem fœminarum propter abſurdum, quod ſequeretur, de quo ſupra, ſed ad proximiora tantum debet referri ad excluſionẽ illegitimorum, & non natorum ex legitimo matrimonio, & hoc modo aliquid operabitur abſque præiudicio iuris alterius argumento eorum, quæ habentur in l. talis ſcriptura in fin. ff. de lega. 1. ¶ Sed contra ipſam Prudentiam, quòd nõ poſſet admitti, fortius facere uidebatur, quoniã cum eſſet hæres ipſius Vincentij, non potuit contra factum ſuum uenire, ſed illud debuit ratum habere l. cum à matre cum ſimilibus C. de rei uendica. Verum huic motiuo ultra reſponſiones à do. Conſultore traditas multipliciter reſpondetur,

12 Primo, † quòd filia factum patris ſui Vincentij ad ſui præiudicium ratum habere non tenetur, quia Vincentius expreſsè noluit factum ſuum eſſe alteri præiudiciale, ergo minus filiæ ſuæ, cui iam ex prima inueſtitura ius quæſitũ erat

13 per ſupradicta. Secundo reſpondeo, † quòd hæres non poteſt contra factum defuncti uenire, immò illud ratum habere tenetur d. l. cum à matre, quando factum defuncti eſt ſuimet obligatoriũ, & tale, per quod contra defunctum actio, ſeu exceptio cõpetere potuiſſet d. l. cum à matre: ſed quando non eſſet huiuſmodi, tunc hæres illud factum ratũ habere non tenetur, immò contra illud uenire poteſt, ut uoluit Bar. per gloſ. ibi in l. lucius, ibiq; doct. communiter ff. ſolu. matrim. & Bal. in d. l. cum à matre col. 2. uerſi. dic ergo: At factum iſtud Vincentij, per quod ipſe à domino inueſtituram accepit pro ſe, & filiis, & nepotibus maſculis, non fuit ipſius Vincentij quoad illud factum obligatoriũ, quia non promiſit, quòd ſolum maſculi, & non fœminæ deberent ad res emphyteoticas uenire, ſed ſimpliciter illud factum acceptauit, & conſequenter ex illo ſimplici facto non poterat aliqua actio, uel exceptio contra Vincentium competere, ergo prudentia eius filia potuit contra illud uenire ex iure ſibi iam quæſito, cui Vincentius noluit præiudicare, ut ſupra: Aliud fuiſſet, ſi Vincentius res emphyteoticas alienaſſet, uel aliter ſe obligando illas in alium tranſtuliſſet, nã tunc Prudentia non potuiſſet contrauenire, quia factum patris ſui fuiſſet obligatorium argumento d. l. cum à matre, & per ſcribẽ. ſupra allegatos. ¶ Non aduerſatur, quòd dato, quòd filiæ non fuerit præiudicatum, ut ſupra, & conſequenter ea ſit admittẽda, certè debet ſolum admitti ad rẽ, in qua ex inueſtitura fuit ſibi ius acquiſitum, & ſic ad domum, de qua habetur in prima inueſtitura, nõ autem ad petias terræ, de quibus Vincentius fuit inueſtitus, quoad quas prudentia nullum ius dicitur habere; quia huic motiuo re-

14 ſpondetur, † quòd cum ex permutatione de domo cum dictis petijs terræ facta dictæ petiæ terræ fuerint in locum domus emphyteoticæ ſubrogatæ, vt in ſimili uoluit Sozi. in conſi. 93. circa fin. lib. 3. ſequitur, quòd debent dici ſubrogatæ cum quolibet ſuo onere, & omni reſpectu cũ ſua primordiali natura l. ſi eum §. qui iniuriarum ff. ſiquis cautio. Bar. in l. certi condictio in prin. 3. col. ff. ſi cer. peta. ſed primordialis natura in caſu noſtro eſt illa, quæ ex prima inueſtitura colligitur, ut emphyteoſis etiam ad fœminas, maſculis non extantibus, tranſire poſſit, ergo &c. ut fuit de mente Ioan. andr. in c. qui ſentit onus de regu. iur. in 6. in mercurialibus, & Sozi. in d. conſi. 93. circa finem. Nec obſtat, quòd emphyteoſis facta de his petiis terræ facta fuerit ſub alia diuerſa forma, uidelicet pro maſculis tantum, nam reſpondetur primo hoc non potuiſſe fieri ad præiudiciũ Prudentiæ, cui ex prima inueſtitura ius quæſitum fuerat, ut ſupra: ſecundo reſpondetur, quòd in ſecunda inueſtitura ſaluum fuit ius illis, quibus ius ex prima erat quæſitũ, quia facta fuit ſub conditione, & proteſtatione citra præiudiciũ tertij, ut latius dictum eſt, & hæc pro nũc ſufficiant ad fauorẽ dominæ prudentiæ; In cœteris ſequor ea, quæ prudentiſſimè cõſiderauit dominus conſultor, in cuius ſententiã tanquam iuridicam uenio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In emphyteoſi noua, in qua eſſent duæ lineæ conſtitutæ, & quæ ad fœminas etiam, maſculis non extantibus, tranſire poteſt, quouſque aliquis ſiue maſculus, ſiue fœmina de una linea ſupereſt, alij de alia linea admitti nequeunt, nec locus eſt iuri accreſcendi:*

2 *Secus in emphyteoſi paterna, in qua fœmina non admittitur, quouſque aliquis ex deſcendentibus maſculis primi acceptoris ſuperſit.*

3 *Et ſi in diuiſione res emphyteotica tota fuit uni aſsignata, qui poſtea deceſsit ſine maſculis, ſola filia fœmina ſuperſtite, et ſuperſtitibus patruo, ac patruelibus ipſius filiæ, ſi emphyteoſis ſit noua, tota ad filiã pertinet, ſi uerò antiqua, patruus, & patrueles ad eam, excluſa filia, admittũtur.*

4 *Accreſcit quid facilius portionem habenti, quam nullam partẽ habenti.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *conceſſa duobus pro ſe, & eorum filiis maſculis, & illis non extantibus, pro filiabus, & deſcendentibus fœminis, ſi in diuiſione datis uni bonis allodialibus tota emphyteoſis fuerit aſsignata alteri, quem poſtea contingat decedere ſine filiis maſculis ſuperſtitibus ſolum filia ipſius fœmina, & ipſius filiæ patruo, ac patruelibus, ad totam ipſa filia, excluſis patruo, & patruelibus, admittitur, ſi emphyteoſis ſit noua, ſecus ſi eſſet antiqua, & paterna.*

CONSILIVM CXI.

QVIA veritas in paucis conſiſtit, pro deciſione præ ſentis difficultatis breuiloquio vtendum eſſe exiſti-
1 maui, diſtinguendo, † quòd aut emphyteoſis, quæ dicitur renouata ſecundum formam, & tenorem, de quo in inſtrumento mihi exhibito, fuit noua, & non paterna, & tunc concludo dominam Margaritam ex tenore inueſtituræ patruum, & alios ſuos patrueles, & ſolam in parte rei emphyteoticæ poſt mortem patris poſſe ex illius pacto, & prouidentia ſuccedere, cum eius pater ſine filiis maſculis deceſſerit, ut eſt textus ubi habetur deciſio in c.1. de duobus fratribus à capit. inueſt. & ibi Andr. Iſer. qui dixit hunc caſum eſſe planum, & rationabilem, cæteriq; feudiſtæ in hoc concordant: nam uidentur in caſu propoſito duæ lineæ conſtitutæ, & quouſque aliqui ſiue maſculi, ſiue fœminæ de una linea ſupererint, alii de alia linea admitti nequeunt etiã uirtute iuris accreſcendi, quod ex ui inueſtituræ locum haberet, ut ibi, & in c.1. §.1. de natu. ſucceſs. feu. & in c.1. in fin.
2 de ſucceſs. feu. † Aut emphyteoſis fuit antiqua, & paterna, & tunc etiam ſi fuerit conceſſa ſub forma, de qua in dicto inſtrumento, patruus, & patrueles in parte Petrigentilis per ius accreſcendi ſuccedere poſſunt excluſa filia fœmina, quoniam in emphyteoſi antiqua conceſſa etiam ſub tenore, & forma prædicta, ſi contingat alterum cum filia decedere, illa propter maſculos deſcendentes primi recipientis debet dici excluſa, nec admitti poteſt, quouſque aliquis ex deſcendentibus maſculis primi acceptoris ſuperſit c.1. de eo, qui ſibi, uel hæred. ſuis maſcu. & fœm. inueſtit. ac-
3 cep. & Dec. in conſi. 263. cum alijs. ¶ Quo † uerò ad partes alias dictæ rei emphyteoticæ, quæ ex ui ſucceſſionis paternæ, & ex natura inueſtituræ ad patruum, & patrueles ſpectare debuiſſent, ſi inter fratres diuiſio facta eſſet, & res emphyteotica uni tantum fuiſſet aſſignata, tunc ſi ſumus in feudo, ſeu emphyteoſi paterna, maſculi præferentur cuilibet fœminæ, quæ & ſi ex natura conceſſionis comprehenſa eſſet, tamen niſi omnibus maſculis deficientibus admitti nõ poterit, argumento d.c.1. de natu. ſucceſs. feud. & eſt glo. in c. ſi quis miles conſtitut. feuda. do. Lotha. imper. c.1. de eo, qui fin. fecit agna. de feu. pater. & c.1. §. ſi Titius cum Sempronio ſi de feu. fue. conten. inter dominum, & agnatos, & hoc modo intelligo id, quod uolunt Barto. Alexan. & alij in l. qui Romæ §. duo fratres in 10. q. ff. de uerborum obligat. & Bal. in l.1. q. 11. ff. de rerum diuiſio. ſi uerò eſſemus in feudo, ſeu emphyteoſi noua conceſſa pro ſe, & eorum filiis maſculis, & illis non extantibus pro filiabus, & deſcendentibus fœminis, quo caſu ſi alter ex dictis fratribus ſine maſculis hæredibus ſuperſtite filia fœmina deceſſerit, filia in ſuccedendo patruum, & patrueles ſuos excludit, ut dictum fuit, ſi inter ipſos fratres facta eſſet diuiſio, & uni ſoli tota res feudalis, ſeu emphyteotica eſſet aſſignata, alteri uerò fratri bona allodialia data eſſent cum generali refutatione, ut fieri ſolet, ſi poſtea contingat alterum ex dictis fratribus ſine maſculis decedere ſuperſtite ſolum filia fœmina, prout in caſu occurrenti euenit, tunc filia fœmina, excluſis patruo, & patruelibus ſuis ad partem, quæ ex conceſſione debuit ad patrem peruenire, admittitur, ut iam dixi: quo verò ad partes aliorum fratrum, quæ in diuiſione ad patrem filiæ peruenerunt, ipſa filia patruo etiam, & patruelibus uidetur præfe-
4 renda, † quoniam ad patruum, & patrueles ex iure accreſcendi nihil ſpectare poteſt, cum nullam portionem rei habuerint, cui accreſcere poſſit, ut uoluit Bal. in l. unica q. 11. uerſi. ſed an diuiſio C. quan. non peten. par. quem ſequitur ibi Roma. ac etiam refert, & ſequitur Decius in conſi. 263. columna vltima quos intelligo in emphyteoſi, ſeu feudo nouo: Cum igitur patruo, & patruelibus aliæ rei partes accreſcere nequeant, & ſuperſit filia fœmina, ad quam ex natura conceſſionis pars paterna peruenit, & ex diuiſione facta reperiatur aliam partem rei habere, & retinere, dicendum eſt, illas alias partes ipſi filiæ, ſeu eius portioni accreſcere debere, quoniam facilius partes deficientes accreſcunt aliam portionem habenti, quam non habenti, ut habetur in d.l. unica: ac etiam quia patruus, & patrueles in recompenſationem partium rei emphyteoticæ habuerunt in diuiſione bona allodialia: Quo fit, ut decepti, ſeu damnificati dici non poſſint, ſi filia fœmina alterius fratris rem totam, ut ſupra, habuerit, & in illa ſucceſſerit: Et propterea filia Petrigentilis, quæ de iure, & ex natura conceſſionis rei emphyteoticæ partem ex ſucceſſione patris, etiam extantibus patruo, & patruelibus ſuis, habere potuit, debebit etiam conſequi alias partes rei, quæ patri ſuo in diuiſione aſſignatæ fuerunt, cum in habentibus ſymbolum facilior ſit tranſitus l. in rem §. item quæcunque ff. de rei uendica. c. quod in dubijs cum gloſ. de conſecratio. eccle. uel alta. ac facilius quid portionem habenti accreſcat, quam nullam partem habenti, cum portio accreſcat portioni, & non illi, qui portionem non habet, per rationes Bal. in d.l. unica q. 11.

¶ Vtrum autem in caſu occurrenti emphyteoſis fuerit paterna, ut capitur paterna in d.c.1. de natu. ſucceſs. feud. an verò noua, niſi aliud ultra inſtrumentum exhibitum mihi oſtendatur, tenerem eſſe nouam emphyteoſim, quo caſu, ut iam dixi, filia Petrigentilis debet obtinere, quod ſecus eſſet, ſi emphyteoſis eſſet paterna, & antiqua, declarando, ut ſupra dictum fuit. Et ita pro nunc reſideo, ſaluo ſemper ſaniori iudicio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis paterna finita linea, vel aliter ad eccleſiam deuoluta ſi ab eccleſia de nouo concedatur duobus fratribus deſcendentibus a primis emphyteotis, naturam paternæ inueſtituræ retinet, & inter emphyteotas de nouo inueſtitos locus eſt iuri accreſcendi:*

2 *Limitatur, ſi in noua conceſsione eſſet adiecta aliqua noua qualitas, clauſula, conuentio, ſeu forma, quæ in prima non adeſſet;*

3 *Item, quando ob culpam, & delictum emphyteotæ eſſet finita, & ad eccleſiam reuerſa.*

4 *Emphyteoſi finita ob culpam, & delictum emphyteotæ nullum ius tàm petendi, & impetrandi renouationem, quàm melioramentorum penes deſcendentes, & agnatos emphyteotæ remanet, ſecus ſi ob lineam deficientem finita eſſet.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *paterna finita, & ad dominum deuoluta maximè ob culpam, & delictum emphyteotæ, ſi de nouo duobus fratribus deſcendentibus à primis emphyteotis cum nouis qualitatibus, conuentionibus, & formis concedatur, ea dicitur noua, nec paternæ naturam retinet, neque inter emphyteotas de nouo inueſtitos locus eſt iuri accreſcendi.*

CONSILIVM CXII.

VISO inſtrumẽto inueſtituræ factæ de anno 1521. domino Hieronymo, & Bartholomæo fratribus, & filiis quondã Dulcini de Dulcinis pro ſe, ſuiſq; filiis legitimis, & naturalib. circa dubiũ, an dicatur noua cõceſſio, ſeu noua emphyteoſis, an verò antiqua, & paterna, quoniã ſi diceretur antiqua, & paterna, per obitũ alterius fratris ſine filiis, & deſcendentib. decedentis, portio deficiens alteri fratri ſuperſtiti diceretur accreſcere, ſeu ex iure antiquæ inueſtituræ deberi, ſecus ſi eſſet noua conceſſio, ad tradita per Bartolum, & alios doctores communiter in l. ſi mihi, & Titio ff. de verborum obligatio. c.1. de ſucceſſio. frat. & c.1.

de frat.de nouo benef.inueſt. in uſu feudo. uidetur primò aſpectu dicendũ,dictos fratres fuiſſe de paterna, & antiqua inueſtitura renouatos, ut eſt de mente Bart.in d.l.ſi mihi,&
1 titio colum. penult.qui dixit, † quòd ſi abbas finita iam linea, uel quando aliter emphyteoſis ad eccleſiam eſſet deuoluta, ipſam emphyteoſim paternam de nouo duobus fratribus conceſſerit, talis noua conceſſio aſſumit naturam primæ inueſtituræ paternæ, & antiquæ, & de illa, ut de antiqua, & paterna iudicatur; & ideò inter illos duos fratres de nouo inueſtitos iuri accreſcendi locus eſſe dicetur: cũ quo dicto Bar.doct.ibi pertrãſire uidetur:& ad propoſitũ facit id,quod uoluit glo.& ibi Bar. in l.quod dicitur ff.de impẽ.in rebus dot.fac. bona eſt gl.in l. peculiũ,§.ſi creditor ff. de pecu. optimuſq; eſt tex. & ibi And.de Iſer.aliiq; feudiſtæ in c.1.de uaſal.decrepi.ætа.& habetur per Bal.in l.1.col. antepen.C.quando non peten.par.in l.1.q.15.ff. de rerum di uiſ.& in c.1.col.antepen.an agn.uel.fil.Imo.in c.ex parte extra de feudis,& Roma.in conſi.225.incip.in caſu propoſitæ quæſtionis: Sed Dulcinus pater fuerat prius ab eccleſia inueſtitus, ergo emphyteoſis dicitur paterna,& antiqua c.1.§.paternum de natu.ſucceſſ.feu. Quare licet dicti duo fratres fuerint de nouo inueſtiti, tamen huiuſmodi noua inueſtitura debet intelligi, & regulari ſecundum naturam primæ paternæ quoad effectum, ut habeat locum ius accreſcendi,de quo nos querimus. ¶Verum, his non obſtantibus,contrarium in caſu noſtro uerius eſſe exiſtimo, quoniã & ſi'qñ finita inueſtitura,& emphyteoſi propter lineam finitã dominus,ſeu Abbas illam duabus fratribus deſcendentibus à primis emphyteotis de nouo conceſſerit,illa dicatur potius emphyteoſis antiqua, & paterna, uel ſaltem naturam primæ etiam quoad effectum iuris accreſcendi aſſumere,ut ſupra,& habetur per Alex.in conſi.2.col.2.
2 lib.5. tamen † hoc ſingulariter limitatur non procedere, quando in noua conceſſione facta dictis duobus fratribus eſſet adiecta aliqua noua qualitas, ſeu noua forma,clauſula,aut conuentio, quæ in prima non continebatur,ut uoluit Bal.in c.imperialem §.inſuper circa 4.colu.de prohib. feu. alien.per Feder.in c.1.an agna.uel. fil. & in d. l. 1. circa 2. col.ff.de rerum diuiſ.& conſuluit Paul.Caſtr.in conſi. 222. ſecundum numerũ antiquum,ac ita refert,&ſequitur Alex. in d.l.ſi mihi,& titio col.6.dicens hoc eſſe ualde ſingulare: Sed in caſu noſtro,emphyteoſi finita,illa fuit his duobus fratribus de nouo conceſſa cum noua qualitate, & forma, ſeu noua conceſſione,ergo penitus noua eſſe, & ius accreſcendi in ea inter ipſos fratres locum non habere dicetur: nam prima conceſſio Dulcino patri facta fuit pro ſe, & deſcendentibus maſculis,& fœminis,cum hoc,quòd primo maſculi, deinde fœminæ non nuptæ ſuccederent, hæc uero, quæ dictis fratribus fuit facta,fuit conceſſa pro ſe, ſuiſque filiis maſculis legitimis,& naturalibus,& quibuſcunque aliis ſucceſſiuè ex prænominatis de Dulcinis per lineam maſculinam etiam legitimè,& naturaliter deſcendentibus, eiſque non extantibus, uel deficientibus pro eorundem de Dulcicinis filiabus etiam legitimis,& naturalibus domicellis exiſtentibus,quæ forma uerborũ diuerſa aliqualiter à prima uidetur,ut ex inſpectione apparet,ergo &c. Præterea præſuppoſita prius caducitate in inſtrumento fuit facta renouatio cum nouo pacto in prima inueſtitura non comprehenſo,uidelicet quòd illis de Dulcinis liceret ædificare unam domum ad uſum habitationis, & religioſi locatores tenerẽtur præſtare,& reſtituere quædã tigna,& lignamina,de quibus habetur in dicto inſtrumento, & quòd dicti de Dulcinis non poſſint in domo ædificanda habere, nec retinere perſonas inhoneſtás,ſed probas, atque laudabiles, aliàs ſint quocunque iure emphyteotico,& melioramentis priuati, nam quamuis de iure communi conductor in domum ſibi locatam non poſſit inducere,nec in ea retinere meretrices, & perſonas inhoneſtas,non tamen,ſi ſecus fecerit,ipſo iure priuatur iure ſuo, & melioramentis, ut habetur per Baldũ, & Salicetum.in l.ædem C.locati: ex huiſmodi igitur pacto non ſolito in inſtumentis emphyteoticis apponi,& quod in prima inueſtitura non erat, infertur nouam fuiſſe conceſſionem, & ideò tanquam ſimus in noua emphyteoſi, non eſt locus iuri accreſcendi,ut uoluit Alex.in d.l.ſi mihi,& titio, & ex prædictis colligitur. ¶Rurſus, quando finita fuit emphyteoſis ob lineam deficientem, & ſic non ob culpam, neque delictum conductoris, tunc ſi duobus fratribus à primo emphyteota deſcendentibus concedatur,ſeu renouetur, non dicitur noua conceſſio, ſed antiqua, habetque locum ius accreſcendi, ut ſupra, & uolunt Bart. & alij in d.l.ſi mihi, & titio, & Alexan. in d. conſi.2. qui
3 propriè hoc in caſu loquuntur: † At quando emphyteoſis finita fuiſſet ob culpam, & delictum emphyteotæ, ut propter ceſſationem ſolutionis canonis, abuſum rei, & pacta non ſeruata, & dominus ob hæc emphyteoſim finitam eſſe declarauerit, tunc ſi de nouo concederetur aliquibus, puta duobus fratribus à primo emphyteota deſcendentibus, diceretur noua conceſſio, & in ea iuri accreſcendi locus non eſſet argumento eorum, quæ habentur in c.2.extra de feudis, & per Imolam, & alios in c.ut ſuper de rebus eccleſ.non alienan. Ratio autem diuerſita-
4 tis eſt, † quoniam quando emphyteoſis fuit finita ob lineam deficientem, res ad dominum penitus non reuertitur, nec dicitur omnino deuoluta, quin aliquod ius remaneat ipſis deſcendentibus, ſeu agnatis primi emphyteotæ, qui aliis extraneis ſunt præferendi, ſi dominus rem illam in emphyteoſim dare uelit, ut eſt gloſ. in l.1.§. permittitur ff.de aqua quotid.& æſti.& habetur per Bartolum Alex. & omnes in d.l.ſi mihi, & titio, & per eundẽ Alexã. in conſi.80.colum.penult.& ultim.& per totum lib. 1. Et ideò facta renouatione non cenſetur noua conceſſio de noua emphyteoſi, ſed de antiqua propter primordiale ius, quod adhuc penes deſcendentes,& agnatos remanſit: Itẽ quando res ad eccleſiam reuertitur ob lineam finitam, nõ dicitur cum melioramentis reuerti, quæ hæredibus emphyteotæ remanent ad tradita per Baldum in l.penul.C.de ſolutio.& in l. ſenatus, §. marcellus, ibique Ange. ff. de lega.1.cum ſimilibus: At quando emphyteoſis fuit ad dominum, & ad eccleſiam deuoluta ob ceſſationem ſolutionis canonis, & culpam emphyteotæ, tunc res omnino, & penitus dicitur reuerſa, nullo iure remanente penes deſcendentes, & agnatos tàm reſpectu impetrandi nouã inueſtituram, quàm melioramentorum, per Bart. & Alex. in d.l.ſi mihi & titio,& traditur per ſcriben. in c. potuit de loca.& in c. ex parte de feudis: Et hic ultimus eſt caſus noſter, pro quo ad corroborationem prædictorum poſſent plura adduci, ſed cum cauſa coram doctiſſimis uiris agitetur, ſolum ex prædictis concludam ad fauorem eccleſiæ, quòd pro parte fratris ſine liberis defuncti res ad eccleſiam ſit reuerſa,non autem alteri fratri accreuerit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ius emphyteoticum, ſeu coloniæ perpetuæ an, quando, & quomodo quis ſoluendo penſionem, ſeu canonem per tempus longiſſimum pro re conducta præſcribat adeo, quòd donec ſoluat, non poſſit à re conducta amoueri uſque ad num. 8.*
2 *Quid de iure feudi.*
3 *Quid ſi apparet ab initio de certa, & uera cauſa detentionis, ſeu poſſeſſionis:*
4 *Quid econtra in dubio.*
5 *Quid ſi infra triginta annos aliquid rei conductæ fuit additum, propter quod penſio quoque aucta fuerit.*
6 *Quid ſi eandem penſionem, ſeu eundem canonem etiam difformiter continuè*

tinuè ſoluerit per tantum tempus, de cuius initio memoria non exiſtat.

7 *Ex curſu tanti temporis, de cuius initio memoria non exiſtit, omne ius, omniſque obligatio acquiritur, & in eo ſolo quis ſuam intentionem fundare poteſt.*

8 *Cenſuale ius cenſetur acquiſitum ex ſolutione penſionis per longiſſimum tempus facta, quando ſumus omnino in dubio, quomodo, & quo iure quis penſiones ſingulis annis ſoluerit.*

Cenſuarius ceſſans ſoluere etiam per centum annos non poteſt expelli, ſed contra eum agitur ſolum ad ſoluendum penſiones, & cenſus præteritos.

9 *Cenſualis contractus effectus remiſſiuè.*

10 *Res minoris, in qua ſolum vtile dominium habet, non poteſt abſque iuſta cauſa, & ſolemnitate in alienatione rerum minoris requiſita alienari.*

11 *Statutum laicorum iuramentum tollere, & ſuper contractu iurato diſponere non poteſt:*

12 *Indirectè tamen poteſt, & quomodo.*

13 *Actus agentium ultra eorum intentionem non operantur: & agentium intentio in dubio eſt illa, quæ eſt iuri conformis.*

14 *Conducens ſimpliciter ad modicum tempus rem, ſuper qua dominium, & poſſeſſionem habebat, ignoranter, & credens rem eſſe alienam, ex hoc ſibi quoad dominium, & poſſeſſionem non præiudicauit, immò conductio, & locatio eſt inefficax, nulliusque momenti.*

15 *Recipiens ab eccleſia in emphyteoſim rem ſuam tanquam rem eccleſiæ ſibi non præiudicat, neque ex hoc contractu ius aliquod, aut dominium in eccleſiam transfert.*

16 *Conductio rei, ſuper qua quis utile dominium habet, cum directum, et ciuilis poſſeſſio ſit penes eccleſiam, ualet reſpectu directi dominij, & ciuilis poſſeſſionis eccleſiæ.*

17 *Iuramentum non extendit uires ſuas vltra contenta in inſtrumento, ſuper quo fuit iuratum.*

EPITOME.

*Q*VI *ſoluit continuè, & uniformiter pro re conducta eandem penſionem per annos triginta, immò per centum, & ultra, & per tantum tempus, de cuius initio memoria non exiſtat, quòd ius coloniæ perpetuæ præſcripſerit, & acquiſiuerit, adeò, quòd donec penſionem ſoluat, non poſſit à re conducta amoueri: & ſi omnino in dubio ſimus, quo iure, & quomodo per tantum tempus penſiones ſoluerit, quòd ius cenſuale acquiſiuerit, hic demonſtratur, & plenè habetur, quando, & quomodo ius emphyteoticum, ius feudi, & ius coloniæ perpetuæ ex huiuſmodi ſolutione præſcribatur, & acquiratur:*

Et ſi quis minor rem eandem ſimpliciter ad modicum tempus pro certa penſione cum iuramento in forma conduxerit, is ſibi quoad dictum ius ſibi, & prædeceſſoribus ſuis ex prædicta ſolutione acquiſitum non præiudicauit.

CONSILIVM CXIII.

IN præſenti cauſa duo principaliter ſunt diſcutienda, Primum, an quis ſoluendo penſionem, ſeu canonem uniformem per tempus longiſſimum triginta, quadraginta, uel quinquaginta annorum pro re conducta ius emphyteoticum, ſeu ius coloniæ, uel inquiliniæ perpetuæ præſcribat, adeò, quòd donec penſionem, ſeu canonem ſoluerit, non poſſit à re conducta amoueri. Secundum eſt, ſtante huiuſmodi ſolutione penſionis uniformiter, & perpetuò facta, per quam ius perpetuæ coloniæ, ſeu inquiliniæ dicatur ipſi conductori acquiſitum, ſi poſt ius iã acquiſitum contingat, quòd quidam minor annis uigintiquinque, immò minor ſextodecimo anno, qui ut hæres ipſi conductori ſucceſſit, rem illam ſimpliciter ad modicum tempus pro certa penſione cum iuramento in forma conduxerit, an minor ille ſibi ex hoc præiudicaſſe dicatur quoad ius perpetuæ coloniæ iam ſibi, & prædeceſſoribus ſuis acquiſitum.

¶ Omiſſa diſputatione, longaque argumentatione, quæ fieri poſſet, maximè ſuper primo dubio, ſuper quo doctores uario modo loqui uidentur, ego nunc ſuper eo concluſiuè
1 loquendo dico, † quòd Barto. in l. comperit C. de præſcriptione triginta annorum per not. per gloſam in l. 2. in ſine magnæ gloſæ C. de iure emphyteo. dicit, quòd ſi is, cui iura emphyteotica ab initio conceſſa non fuerunt, per annos triginta, uel quadraginta canonem ſoluerit, præſcribit ius emphyteoticum, & ſic utile dominium, ſalua canonis præſtatione, ſicut tali temporis ſpatio directum dominium ſalua præſtatione tributi præſcribi permittitur: & Baldus, quem ſequitur Ange. in l. malè agitur C. de præſcriptione triginta annorum in 2. colum. dicit, quòd ſi conductio ab initio facta fuit ad modicum tempus, puta ad annum, uel biennium, & deinde poſt annum, uel biennium colonus, ſeu inquilinus per tempus triginta annorum, & ultra ſteterit in poſſeſſione, mercedem uniformiter continuè ſoluendo, probata ſolutione dictæ mercedis uniformis, probatur, quòd ipſe dicitur colonus, ſeu inquilinus perpetuus: & idem Baldus in l. omnes C. eodem titulo in 2. columna uidetur ſe cum ſupradictis conformare, dicens, quòd ſi colonus per annos triginta ſtetit in colonia, & dominus uelit ipſum expellere, colonus autem dixerit, uolo penſionem perpetuo ſoluere, quia ius colonatus præſcripſi, utique præſcriptio obſtabit, dummodo colonus ſemper uniformiter ſub eadem penſione mercedem ſoluerit, ſecus ſi difformiter: & ſic ex prædictis infertur ſecundum Baldum, quòd etiam colonus, ſeu inquilinus ſimplex, & qui ab initio ad modicum tempus conduxit, poteſt ius coloniæ, ſeu inquilinæ perpetuæ præſcribere, etiam ſoluendo ut colonus, ſeu inquilinus per triginta annos, & ultra eandem penſionem vniformem abſque eo, quòd ut emphyteota, ſeu ut colonus perpetuus ſoluerit, nam cum ipſe ſciuerit ſe eſſe colonum ad modicum tempus, puta ad annum, uel biennium, poſt illud tempus ante, quàm tempus triginta annorum completum eſſet, non poteſt dici ipſum ſoluiſſe tanquam colonum, ſeu inquilinum perpetuum, ſed ut ſimplicem colonum, & inquilinum, & tamen uult, quòd ſoluendo per triginta annos continuos eandem penſionem uniformiter dicatur ius coloniæ perpetuæ præſcribere: & hoc idem uoluit, & ſequutus eſt Alexan. in l. item quæritur §. qui impleto in 1. additione ad Bartolum ff. locati.

¶ Salice. in d. l. 2. C. de iure emphyteo. & in d. l. malè agitur in finalibus uerbis, & Alexan. in l. qui in aliena in princip. ff. de acquirenda hæreditate, & in conſi. ſuo 79. in fi. 3. colum. libro primo dicunt, quòd ſi quis ſit emphyteota, uel ut uaſallus rem tenuerit, & ut emphyteota, uel ut uaſallus per annos triginta, & ultra continuè canonem, & penſionem uniformiter ſoluerit, ex hoc præſumitur emphyteota, uel uaſallus, quia per tantum tempus dicitur tale ius præſcripſiſſe: Ex quibus infertur, quòd ad hoc, ut emphyteota, uel uaſallus poſſit præſcribere ius emphyteoticum, uel ius feudi, requiritur, quòd ſoluerit ut emphyteota, ſeu ut uaſallus: hoc idem expreſsè ſentit Bal. in c. 1. §. ſi quis per triginta ſi de feu. fuer. controuer. in uſu feudo. dicens per illum textum, quòd ad hoc, ut quis poſſit ius feudi præſcribere, poſſeſſio debet eſſe formis, id eſt tanqnam feudalis, ſecus ſi eſſet informis, hoc eſt ſine cauſa, & ſic innuit, quòd quis ius feudi præſcribere nequeat, niſi poſſeſſio ſit feudalis, hoc eſt, quòd poſſederit ut uaſallus: in dubio autem non præſumitur poſſediſſe, & conſequenter nec præſcripſiſſe ut uaſallus: Idem uidetur etiam eſſe de mente Bal. in c. fina. in uerſi. nota, quòd præſcriptione triginta de feudo dato in uicem legis commiſſ. in ultima columna, qui dicit, nota, quòd præſcriptione triginta annorum, quis ſe defendit in feudo, ut ſi quis rem aliquam feudi nomine tanquam infeudatam poſſederit, & ſeruitium pro ea domino exhibuerit, quamuis de

ea

ea inueſtitus non fuerit, tamen ſibi ius feudi defendit per illum textum: ſed tamen Bal. ibi uoluit ſpeciale eſſe in feudo, quòd licet appareat ab initio rem fuiſſe datam ex cauſa pignoris, & ſic de uera cauſa conſtet, nihilominus ſi poſtea is, qui pignus habuit, ſe fuiſſe de re pignorata inueſtitum, ut uaſallum, & appareat dominum rei per annos triginta ſeruitia vaſallitica recepiſſe, dicit Bal. per illum textum, quòd præſumitur ut uaſallus poſſediſſe, & ius feudi in illa re præſcripſiſſe: & ſic ex curſu longiſſimi temporis ius feudi præſumitur, quamuis ab initio alia cauſa appareat, & hoc ſpeciale eſt in feudo propter ſeruitia, quæ dominus à uaſallo per longiſſimum tempus recepit: ergo in aliis ius commune erit in contrarium argumento l. ius ſingulare cum ſimilibus ff. de legibus. Quare uidetur inferendum, quòd ſi ab initio de uera cauſa conſtaret, ut quòd quis cõduxerit tanquam ſimplex colonus, uel ſimplex inquilinus, ex curſu longiſſimi temporis non dicetur quis ius emphyteoticum acquiſiuiſſe, quamuis ut emphyteota per longiſſimũ tempus ſoluerit, nam cum hoc ſit ſpeciale in feudo, ut in d. c. fin. & ibi Bal. ergo in emphyteoſi aliud erit. Contrarium tamen eſt de mente Salic. in d. l. 2. & Alex. ac aliorum in d. l. qui in aliena in princ. & in d. conſi. 79. ac etiam Salice. in d. l. comperit, quòd in terminis noſtris idẽ ſit in emphyteoſi, quod in feudo, & idem in emphyteota, quod in uaſallo. ¶ Ange. uerò in d. l. qui in aliena in prin. uoluit, quòd quando conſtat, quòd quis ab initio rem habuerit, ut feudatarius, ſeu ut emphyteota temporalis, & ſic ad certum tempus, poſtea ex curſu temporis longiſſimi non præſumatur emphyteota, nec feudatarius perpetuus, ut ibi per eum, quem ſequitur Alex. ibi, quoniam perpetuus cenſetur, quando ſumus in dubio, & ſimpliciter ſoluit ut feudatarius, ſeu ut emphyteota: qui ergo rem tenet, ut colonus ſimplex, & temporalis, non poterit coloniam perpetuam ut perpetuus colonus præſcribere: Ac etiam quia colonus ſimplex non poſſidet, ſed detinet, & ſine poſſeſſione præſcriptionem procedit l. ſine poſſeſſione ff. de præſcri. etiam ſiquis uelit præſcribere ius aliquod, uidelicet uſusfructus feudi, uel emphyteoticarij, quoniam tunc ſaltem naturalis poſſeſſio eſt neceſſaria, per Bartolum in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſ. & habetur in c. 1. §. ſiquis per triginta ſi de feud. fuer. controuer. & infra tangam. Dicas tamen, ut eſt de mente Cyn. Salice. & Iaco. de Aren. in d. l. comperit, quòd ſi ſingulis annis uniformiter ſoluat, præſumitur ut emphyteota, uel ut colonus perpetuus poſſediſſe, & ideò præſcribit, quia poſſedit, aut difformiter ſoluit, ut uno anno plus, alio minus, uel uno anno uno modo, & alio diuerſo, & tunc ut ſimplex colonus tenuiſſe præſumitur, & ideò non præſcribit, quia nullo modo poſſedit: quod nota. ¶ Sed, ut dictum fuit, Bald. in d. l. male agitur uoluit, quòd ſi ab initio cõductio fuit facta ad modicum tempus, & ſic ab initio de uera, & certa cauſa cõſtet, deinde poſt illud tempus colonus, ſeu inquilinus mercedem, uel penſionem continuè per triginta annos uniformiter ſoluerit, probata huiuſmodi ſolutione uniformi, probatur, quòd is dicatur colonus, ſeu inquilinus perpetuus, & ſic in aliis, quam in feudo ex ſolutione longiſſimi temporis ius perpetuum utilis dominij acquiruntur, & colonia perpetua præſumitur, quamuis ab initio alia cauſa uera, & certa appareat: ergo ſequitur, quòd non eſt ſpeciale in feudo, ueluti dicebat Bal. in d. c. fi. in fin. ¶ Vnde ego pro declaratione, & ueritate huius notabilis articuli, in quo doctorũ uariare uidentur, conſidero plures caſus ex mente doctorũ, & maximè Saliceti, Iacobi de Aren. & Cyni in d. l. comperit, qui melius, quam cæteri diſtinxerunt. Duos itaque principales caſus conſidero, quorum primus eſt, quando ab initio apparet de certa, & uera cauſa, ex qua rẽ detineret, ſeu poſſideret, ſecundus eſt, quando ab initio de certa, & uera cauſa non appareret, ſed ſolum ſimpliciter cõſtaret, quem pro uſu rei per longiſſimum tẽpus domino penſionem, ſeu
3 mercedem certam ſoluiſſe: † Primo caſu, quando ab initio apparet quem habuiſſe, & detinuiſſe rem ex certa, & uera cauſa, puta pignoris, uel uſusfructus, aut alia ſimili cauſa, tunc alias allegatus titulus ex curſu etiam longiſſimi temporis non probatur, neque præſumitur, quia ex primordio tituli poſterior formatur euentus l. 1. C. de impo. lu. deſcrip. lib. 10. Item cum de certa, & uera cauſa ab initio appareat, præſumptioni non eſt locus, cum in incertis, ſeu dubiis, non autem in certis locus ſit præſumptionibus, & cõiecturis gl. in l. unica §. accedit C. de rei uxo. actio. & l. cõtinuus §. cum ita ff. de uerborum obliga. & hæc probantur etiã ex iis, quæ habentur per gl. & doct. in l. ſi certis annis C. de pactis, & in l. cũ de in rem uerſo. ff. de uſuris, & in terminis noſtris hoc uoluit Bald. in c. fin. de feudo dato in uicem legis commiſſ. Fallit autem hoc primo in feudo, hoc eſt in eo, qui ab initio rem habuiſſet ex certa, & uera cauſa puta pignoris, & poſtea rem iure feudi detinuiſſet, ut uaſallus, præſtando ſeruitia domino ſcienti & recipienti per triginta annos, & ultra, nam tunc præſumitur ipſo facto uerum feudum conſtitutum, ex quo dominus nunquam per tantum tempus mentionem fecit, quòd eſſet pignus, ut eſt tex. not. in d. c. fin. & ibi Bal. expreſsè de feudo da. in uicem legis commiſſ. in uſu feudo. Regulariter uerò ſi ab initio de certa, & uera cauſa appareret, ex tempore etiam longiſſimo alius titulus diſſimilis, & difformis non probaretur, neq; induceretur, ut ibi per Baldum, quia tempus non eſt modus tollendæ, ſeu inducendæ obligationis, & tituli l. obligationum fere §. 1. cum glo. ff. de actio. & obligatio. Secundo fallit, quando ab initio appareret de uera, & certa cauſa ſimili, & uniformi ſecundæ cauſæ, nam tunc quamuis ab initio conſtaret apertè de certa & uera cauſa, tamen ex ſolutione uniformi longiſſimi temporis triginta, uel quadraginta annorum probaretur, & induceretur noua cauſa ſimilis, & quaſi uniformis primæ: Exemplum, & caſum habemus ex not. per Baldum & Ange. in d. l. male agitur, & in d. l. omnes, & habetur per Alex. in d. l. Litẽ quæritur §. qui impleto; qui uolunt, quòd ſi ab initio quis rem ſimpliciter ad modicum tẽpus, puta ad annũ, uel biennium conduxerit, & ſic appareat de certa, & uera cauſa locationis ſimplicis factæ ad modicum tẽpus, ex qua nullum dominium, nullaque poſſeſſio transfertur iuxta ea, quæ habentur in l. 3. §. ex contrario ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commoda. l. ſolet ff. locati, & l. qui rem, & l. nemo C. eodem titu. deinde poſtea appareat ultra tempus locationis ſimplicis, quòd colonus, ſeu inquilinus continuè certam mercedem per triginta annos uel ultra uniformiter ſoluerit, ex hoc non attenta prima uera cauſa locationis ſimplicis probatur, ſeu inducitur, & præſumitur noua cauſa coloniæ, uel inquiliniæ perpetuæ, & is colonus, ſeu inquilinus perpetuus dicitur ita, quòd à re expelli non poteſt, ut ibi per Baldum, & alios: & ratio eſt, quia licet ab initio de uera, & certa cauſa appareat, tamẽ ex tempore longiſſimo, quãdo uniformiter fuit ſolutum, noua cauſa primæ ſimilis, & quaſi uniformis, uidelicet coloniæ, & inquiliniæ perpetuæ præſumitur: nam in habentibus ſimbolum facilior eſt tranſitus c. quod in dubiis de cõſecra. eccle. uel alta. l. in rem §. item quæcunq; ff. de rei uendi. hoc idem uoluit etiam Ange. in d. l. male agitur in ulti. colum. & ideò ſiquis ab initio rem habuit ut colonus, ſeu inquilinus ſimplex, ex curſu logiſſimi tẽporis poteſt præſumi, & effici colonus, ſeu inquilinus perpetuus, quia hæc ſecunda cauſa eſt ſimilis, & quaſi uniformis primæ: Ex quo infertur idem eſſe, et multo magis, quando ab initio conſtaret, quòd rem conduxiſſet ad longum tempus, uidelicet ad annos decem, et ultra, deinde finito illo tempore rem detinuiſſet, atque penſio-

uestituræ recurrere,nec ad illius uerba expreſſa, quibus
probaretur homines Maſſæ ad prædicta teneri, quoniam
ex contraria conſuetudine præſcripta curſu tanti tempo-
ris,cuius initij memoria in contrarium non exiſtit, præſum-
ptione iuris, & de iure præſumitur, quòd expoſtfacto per
pactum,uel priuilegium, aut alium titulum magis conue-
nientem fuerit ipſis hominibus à domino conceſſum,quòd
ad prædicta faciendum,& ſoluendum nõ tenerentur, abſq;
eo,quod aliquis certus titulus ab eis allegetur,& probetur,
ueluti ex prædictis infertur, & præcipuè ex uerbis Alexan.
39 in d.conſi.6.¶Rurſus† talis contractus,ſeu contenta in di-
cto inſtrumento quoad prædicta, hoc eſt quoad petendam
renouationem, & certum quid pro ipſis renouationibus
ſoluendum,item quoad requirendum à domino licentiam
in ueriditionibus rerum conceſſarum,& pro hac licentia ali
quid ſoluendum,certè nũquam obſeruata, nec recepta fue
runt, moribusq́ue utentium minimè approbata, ergo non
merentur allegari,nec aliquid operãtur, ſaluis tamen aliis,
de quibus in dicto inſtrumento, quæ recepta, moribusq́ue
utentium approbata fuere, ut in terminis reſpondet Alex.
in d.conſi.6.colum.2.per ea,quæ uolunt Anto. de Butr.do.
Cardin.& Ioan.de Imol.in c.1.de tregua,& pace.¶Præte-
40 rea† eſt animaduertendum, quòd dicti homines de Maſſa
ultra deſcripta in dicto inſtrumento, domino aliqua alia in
inſtrumento non comprehenſa ſoluere conſueuerunt,uide
licet decimam ceparum,necnon taxam palearum, & aliarũ
rerum:Vnde uerisimiliter eſt præſumendum, quòd ſicut ip
ſi homines ultra contenta in inſtrumento prædicta ſoluere
fuerunt grauati,ita in illorum recompenſationem fuerint
quoad alia prædicta releuati, ut par ſit cauſa utriuſque:
ſufficit enim,quòd hæc ab hominibus allegentur, quoniam
legitimè, & præſumptione iuris, & de iure ſic probari di-
centur ad uictoriam hominum ex conſuetudine præſcri-
pta non ſolum per curſum tanti temporis, de cuius ini-
tio memoria in contrarium non exiſtit, ſed etiam ex cur-
ſu temporis triginta, uel quadraginta annorum, ut habe-
tur in locis allegatis, & per ſcribentes in l. cum de in rem
41 uerſo ff.de uſuris,& in l.ſi certis annis C.de pactis:nam† in
huiuſmodi contractibus licitum eſt contra illorum naturã
paciſci, immò ab ipſis pactis inter partes initis natura em-
phyteoſis,& ſimilium principaliter perpenditur, & ſi pacta
non fuerint facta,tunc ſeruatur natura,quæ ex legis diſpoſi
tione tradita fuit,ut in d.§.adeò Inſtit. de locat. & in l. 1.2.
& 3.C.de iure emphy.Sed cum ex curſu tanti temporis,de
cuius initio memoria in contrarium non exiſtat, præſuma-
tur illud pactum,quod allegatur, & quod magis prodeſſe
poteſt, ut ſupra, ſequitur ergo, quòd in caſu noſtro di-
cendum, & præſumendum eſt, quòd homines de Maſſa
ex pacto fuerint à prædictorum præſtatione, & obſerua-
tione liberati. Et per prædicta apparet opus non eſſe in-
ſiſtere circa uerba contractus, ſeu inſtrumenti facti inter
dictos homines, & communitatem Imolæ ad tradita per
Alexan.in d.conſ.6.qui plura allegat,ac pluribus,quæ poſ-
ſent in contrarium adduci,reſpondet, ut uideri poteſt.
¶Et quamuis ex præmiſſis adducta ſupra in principio ex
aduerſo,ac alia,quæ in contrarium poſſent allegari,uidean
tur ſublata, tamen ſpecialius breuiter poteſt reſponderi, &
in primis non aduerſatur, quòd homines Maſſæ expreſsè
cõuenerũt renouationẽ petere de 29.annis in 29.annos,&
pro renouatione facienda certum quid ſoluere, ergo, hoc
denegando, ipſi homines effecti ſunt indigni omnibus iis,
quæ in dicto inſtrumento habentur d.l.cum proponas, &
d.l.ſi quis maior:Huic enim motiuo multipliciter reſponde
42 tur primo, † quòd ab hac conuentione fuit receſſum uel
per contrariam conceſſionem, uel per pactum contrarium
inter ipſas partes factum:quæ conceſſio,ſeu pactum legiti-
mè ad uictoriam hominum probatur ex curſu temporis ſu
pra ſæpius dicto, infra quod nunquam renouatio aliqua fa
cta,nec petita fuit:quæ probatio dicitur fieri, atque induci
præſumptione iuris,& de iure,quæ dicitur liquidiſſima pro
batio ad tradita per moder.in rub.extra de probatio.glo.in
l.neque tutor C.de pericu.tut. & quæ probationem contra
riam non admittit,c.is qui fidem cum ibi not.de ſponſal.Se
cundo reſpondeo,quòd contractus,& cõuenta inter dictos
homines, & communitatem Imolæ quoad renouationem,
& alia,de quibus ſupra,nunquam recepta,nec moribus utẽ
tium approbata fuere,igitur ſuper contentis in dicto inſtru
mento nullum poteſt fieri fundamentum per ſupradicta.
43 Tertio reſpondeo, † quòd ſuper renouatione facienda
non fuit dictum, quòd renouatio deberet fieri, ſeu peti de
29. annis in 29.annos,quo caſu ſi ſic dictum eſſet,fortè di-
ci poſſet, homines adhuc eſſe obligatos, & fortè iure ſuo
priuatos, ut dicitur de contractu precariæ in c. 1. extra de
precar.& ibi glo. & ſcrib. ubi ego etiam latè dixi, ut uideri
poteſt: Sed ſimpliciter dicti homines promiſerunt tenere
prædictam terram Maſſæ pro communi Imolæ pro ſe, eo-
rumq́ue filiis,& hæredibus,& ſucceſſoribus in 29.annos ad
renouandum, & in fine dicti termini debeat fieri renoua-
tio pro communi Imolæ,neque dicitur ibi in fine cuiuſlibet
termini, ergo hoc debuit, debetq́ue intelligi ſolum de pri-
mo termino 29.annorum, ut dicti homines renouationem
petere tenerentur, & ſic de prima uice, non autem de ſin-
gulis terminis 29.annorum,quoniã uerba ſimpliciter pro-
lata ſemper pro una uice tantum intelligi debent, quando
agitur de onere l.boues §.hoc ſermone, ibiq́ue habetur ff.
de uerborum ſignifica.& Felin.in c.2.extra de fide inſtru-
men.ſed de prima renouatione quòd facta, & obſeruata
fuerit,probatur,& expoſtfacto cucurrit tempus, de quo ſæ
pius dictum eſt, nullaq; alia fuit facta renouatio, igitur &c.
¶Non obſtat ſecundo loco, quòd & ſi in contractu emphy
teotico regulariter non ſit neceſſaria renouatio, nec di-
catur de natura,nec de ſubſtantia illius contractus, neque
feudi,neque homagij,neque manſatæ, ſed ſolum contra-
ctus precariæ,ut in c.1.& ibi glo.& alij extra de precar. ta-
men quando de illa facienda conuentum eſſet, tunc reno-
uatio dicitur effecta de natura contractus, ut ſupra dictum
fuit in princ.poſt Hoſtien.& alios in d.c.1.ibiq; dixi, & ideò
cum de illa in caſu noſtro fuerit expreſsè conuentum, ea
dicetur neceſſaria; Quia reſpondetur,quòd † licet in con- 44
tractu precariæ,qui fit de quinquennio in quinquennium
ad renouandum &c.legatur,& diſpoſitum ſit,quòd fiat re-
nouatio,aliàs à iure ſuo quis cadat,ut in d.c.1.tamen in ca-
ſu,quo in contractu emphyteotico, uel alio ſimili de reno-
uatione conuentum fuit, ſi ea facta, uel petita non fuerit,
propter hoc quis à iure ſuo non cadit, nam de hoc nullibi
legitur, & ideò neque nos hoc dicere debemus argumen-
to l.ſi quis ſeruum §.non dixit prætor ff.de acquiren.hæred.
c.ad audientiam cum glo. extra de decim.l. unica §. ſin au-
45 tem ad deficientis C.de cadu.tollend. Item † pœna priua
tionis nunquam dicitur impoſita, niſi in caſibus, in quibus
hoc fuerit à iure expreſſum glo.communiter recepta in c.
fin.de iure patron.Sed in caſu renouationis non petitæ hoc
non reperitur expreſſum, niſi in contractu precariæ, er-
go &c.Præterea poſſent prædicta procedere regulariter,
quando nullius temporis curſus poſſet in contrarium alle-
46 gari,ſed † ubicunque per tantum tempus, de cuius initio
non exiſtat memoria,renouatio non fuiſſet petita etiam in
caſu,quo aliàs fuiſſet de illa conuentum,tunc teneo, & ue-
riſſimum eſſe exiſtimo,quòd quis ad petendam renouatio-
nem,& ad aliquid pro ea ſoluendum,& ad petendum licen
tiam alienandi,& pro ea aliquid ſoluendum non teneatur,
nec obligatus ſit per iam allegata, quæ non repeto: & ita
ad

poſitionem ſeruitutis,& non alio reſpectu, uidelicet qualiter unum ſub alio contineatur,ſeu ueniat principaliter, ſeu acceſſoriè,ut ibi per eum,& in d.l.quod conclaue circa fin. quamuis Paul.Caſtren.& Roma.ibi dicant illam differentiam communiter reprobari.Ex tex.ergo in d.l.prædiis infertur, quòd in terminis noſtris principaliter ſolum cenſetur locata apotheca,& conclaue, ſeu magazzinum nō eſt in cōſideratione principaliter,ſed uenit acceſſoriè, quia pars apothecæ cenſetur,tum quia aditus ad illud per apothecā habetur,tum quia cauſa apothecæ fuit adiectum, tum quia ſub titulo apothecæ penſiones utriuſque ſunt acceptolatæ, ut ex rationibus utriuſque partis conſtat, quibus in hoc eſt ſtandum d.l.prædiis §.titio,& §.balneas,& in fi. Infertur igitur, quòd cum appareat locationem fuiſſe difformem tàm reſpectu formæ rei,quàm penſionis,præſcriptio dicitur interrupta,& conſequenter ius perpetuæ inquilinîæ, ſeu coloniæ nō dicitur præſcriptum,ut uolunt cōmuniter docto. 6 omnes,quos ſupra retuli. ¶ Sed tamen, † ſi uerum eſt, ut mihi præſupponitur,quod hic conductor, & prædeceſſores ſui continuè eandem penſionem etiam difformiter ſoluerint per tantum tempus,de cuius initio memoria non exiſtit,ex hoc ſequitur,quòd ipſis dicitur ius perpetuum acquiſitum,quoniam poſſeſſio tanti temporis habet ius conſtituti l.hoc iure §.ductus ff.de aqua quotid.& æſti.& præbet cauſam iuſti tituli c.1.in fin.cum ibi not.de præſcrip.in 6. & dicit glo.in c.ſuper in uer.non extat extra de uerborum ſigni. quòd inducit ius,ſeu priuilegium taliter,quòd alium titulum allegare non eſt neceſſe., & pro eo, qui tanto tempore poſſedit,ſemper eſt præſumendum, omniaque rectè, 7 & ritè geſta cenſentur: Et † Bar.quem cæteri ſequūtur in l.cum de in rem uerſo col.3.ff.de uſuris inquit, quòd licet aliàs quis ſuam intentionem ex ſolo curſu temporis fundare nequeat,ut ex eo ius aliquod,ſeu obligatio aliqua dicatur ſibi acquiſitum, uel acquiſita,quia tempus non eſt modus tollendæ, nec inducendæ obligationis l. obligationum ferè §.placet ff.de actio.& oblig.& l.ſi certis annis C. de pactis,tamen quando quis ſuam intentionem fundat ex ſolo curſu temporis, cuius initij memoria in contrarium non exiſtit,tunc ſufficit,& ex tali curſu temporis omne ius,omniſq; obligatio acquiritur per iura præallegata: Et ex his primū dubium remanet expeditum,in quo concludo ad fauorem Hieronymi conductoris,quòd ipſi ius coloniæ,ſeu inquilinîæ perpetuæ dicatur acquiſitum,à quo,donec ſoluerit,expelli non poſſit. ¶Quinimmò ulterius cogitanti uidetur 8 de iure dicendum, † quòd huic Hieronymo, & prædeceſſoribus ſuis fuerit acquiſitum ius cenſuale, quod eſt huius naturæ,ut dicatur acquiſitum ius perpetuum,& irreuocabile ita,quòd etiam ob ceſſationem ſolutionis penſionis cenſuarius expelli nequeat, etiam ſi ceſſaret ſoluere per annos centum: ſed contra eum ſolum agi poteſt ad ſoluendū penſiones,cenſuſque præteritos,ut habetur plenè,& ibi eſt tex.in c.conſtitutus de relig.dom.per Imol.in c.ad audientiam de rebus eccle.non alien.per Abb.in c.1.de reſtitu. in integ.& per moder. in authen. qui rem C.de ſacroſ. eccle. quoniam ubicunque ſumus in dubio,nec aliquo modo apparere poteſt,quis contractus fuerit celebratus, & ſic omnino dubium ſit,quo iure quis penſiones ſingulis annis ſoluerit per ſpatium longiſſimi temporis,uidelicet an ut emphyteota,an ut cēſuarius,an ut colonus,ſeu inquilinus, ſeu alio modo, tunc in dubio debet cenſeri, & iudicari contractus cenſualis,& ut cenſuarius ſoluiſſe,&non contractus emphyteoticus,nec alius,nec ut emphyteota,aut aliter ſoluiſſe, ut ſingulariter uoluit Alberi.in l. 2. col.3. C.de iure emphyt. ac referunt,& ſequuntur moderni,uidelicet Iaſ.in d.auth. qui rem col.3. Nec obſtant ea,quæ, ut ſupra retuli, uoluit Salice.in d.l.comperit,quia eius dicta procederent,quando non eſſemus omnino in dubio,& ſaltem ex coniecturis poſſet præſumi, quo iure ſoluerit:Secus ſi eſſemus omnino in dubio,prout in caſu noſtro,quoniā tunc magis contractus cenſualis,quam alius præſumeretur per prædicta:& ex hoc 9 ſequeretur effectus,de quo ſupra,& † plures alij effectus, qui ſunt de natura contractus cenſualis,de quibus habetur in d.c.conſtitutus,in d.c.ad audientiam, & in d.authen. qui rem: quæ omnia ad fauorem dicti Hieronymi conductoris ſunt benè notanda. ¶ Venio ad ſecundum dubium, in quo abſque multiloquio concludo, quòd ex conductione rei, in qua iam erat ius perpetuum acquiſitum,facta ad modicum tempus Hieronymus minor annis uigintiquinq, immò 16. ſibi quoad ius perpetuum iam acquiſitum præiudicaſſe nō dicatur: quoniam præſuppoſito,prout ueriſſimū eſt, quòd in dicta re prædeceſſoribus Hieronymi, & conſequenter ipſi Hieronymo,qui ut hæres illis ſucceſſit,iam diu fuerit acquiſitum ius perpetuæ inquilinîæ, ſeu coloniæ, aut ius emphyteoticum,& conſequenter utile dominium,& naturalis poſſeſſio iuxta ea,quæ habentur in d.l.3.§.ex contrario, & in d.l.ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum, & per docto. maximè Bald.& moder. in l.1.C.de iure emphyt.uel ius cenſuale,ut ſupra dixi,per quod omne,& totale ius rei trāsfertur, ſecundum quod habetur in d.c.cōſtitutus cum ſimilibus ſupra allegatis,ſequitur, quòd dictus Hieronimus minor tale ius utilis dominij non potuit alienare,nec in alium transferre etiam expreſsè alienando abſque decreto, & ſolemnitate à iure in alienatione rerum minoris requiſita, † quia etiā 10 res,in qua minor ſolum utile dominium habet, non poteſt alienari abſque iuſta cauſa, & ſolemnitate a iure requiſita in alienatione rerum minoris, ut eſt tex.clarus in l.ſed ſi pecunia §.idemq; erit,ibiq; glo.in uer.ſi ius ff.de rebus cor. & facit tex.not.in l.fin.C.de rebus alien.non alien.&in c.nulli extra de rebus eccle.non alien. ¶ Præterea ex forma ſtatutorum Bononiæ in alienationibus rerum,& iurium minoris certa ſolemnitas requiritur, ut habetur in ſtatuto poſito ſub rub. de contractibus cum minoribus &c. quæ ſolemnitas in huiuſmodi contractu locationis factæ ipſi Hieronymo non fuit obſeruata, prout ex tenore inſtrumenti apparet: ergo ex tali contractu conductoris ſibi nec tacitè, nec expreſsè præiudicare potuit. ¶ Et ſi diceretur,quòd licet ſtatutum poſſit annulare contractum, & actum factum cū 11 minore, non ſeruata certa ſolemnitate,tamen † ſtatutum laicorum non poteſt iuramentum tollere,nec ſuper cōtractu iurato diſponere,cum ad laicos non ſpectet ſe intromittere ſuper re ſpirituali, & conſequenter ſuper iuramento argumento c.fin.de foro compet.in 6.iuncto c.fi.de conſti. eodem lib.& latè habetur per Abb.Imol.& alios in c. cum contingat de iureiuran.& per Paul.de Caſtr.in l.ſiquis inquilinus §.ſiquis ſcripſerit ff.de lega.1. Reſpondetur in primis,quòd in huiuſmodi contractu locationis, & cōductionis iuramētum non interuenit, ut ex inſpectione inſtrumenti apparet. Secundo dico,quòd per huiuſmodi inſtrumentum locationis de iure non poteſt probari, quòd Hieronymus minor iurauerit, quoniam ſtatutum prædictum circa fin. prohibet huiuſmodi iuramentum per notarium, qui de inſtrumento rogatus eſſet, redigi in ſcriptis, & ſic prohibet per inſtrumentum poſſe iuramentum probari. Vnde ſequitur,quòd dici non poteſt,quòd per huiusmodi contractum locationis,& conductionis ratione iuramenti poſſit dici factum præiudicium ipſi minori quoad ius,quod in re ha12 bebat. Et † quamuis per ſtatutum laicorum directè nequeat ſuper iuramento diſponi, & illius effectus, ac uirtus tolli per ſupradicta, tamē poteſt per illud introduci, quòd contractus factus abſque ſolemnitate ipſo iure non ualeat, etiam ſi iuramentum interuenerit, item quòd iuramētum non poſſit probari, niſi certo modo, & quòd per inſtrumentum

mentum probari nequeat,item quòd minor non introducatur ad iurandum ſub pœna,quoniam hoc modo per ſtatutum non dicitur diſponi ſuper iuramēto,nec ſuper re ſpirituali,ſed ſuper re prophana,ut colligitur ex iis,quæ habentur per Anto.Abb.& Imol.in d.c.cum contingat col.5 6.cũ
13 ſequenti. Tertio reſpondeo, † quòd actus agentium non operantur ultra eorum intētionem l.non omnis, & l.ſi quis nec cauſam ff.ſi cer. peta. & in dubio intentio agentium eſt illa,quæ eſt iuri conformis arg.c.cauſam,quæ de reſcript.l.ſi duo,& ibi Paul.de Caſt.ff.de acquir.hære.& habetur per Alex.& alios in l.hæredes mei §.cum ita ff. ad trebel. & per Bart.per illum text.in l.ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iur.Sed de iure natura contractus locationis, & conductionis ad modicum tempus non eſt,ut ex eo ius aliquod dominij,ſeu poſſeſſionis transferatur, nec ut ex eo quis iure ſuo priuetur arg.l.ſolet ff.loca.& l.qui rem,& l.nemo C.eo.tit. cum ſimi.ſupra allega.ergo in caſu noſtro non poſſumus dicere, quòd ipſe Hieronymus minor, cuius intentionis fuit cōducendo rem ad triennium ſibi potius acquirere, quàm iuri ſuo præiudicare, uoluerit per huiuſmodi conductionē iuri,& dominio utili iam ſibi acquiſito renūciare. Præterea
14 † ex quo ante contractum locationis ſibi ad triennium factæ erat ipſi Hieronymo ius in re acquiſitum, uidelicet plenum dominium,tenendo,quòd iudicandus ſit quidam contractus cenſualis,ut ſupra dixi, uel ſaltem utile dominium, & naturalis poſſeſſio per dicta ſupra in primo dubio,& hoc ius ſibi,& prædeceſſoribus ſuis fuiſſe acquiſitum ignorabat, tum ratione minoris ætatis arg.l.1.ff.de mino.tum quia hic articulus iuris eſt ſatis difficilis, ſuper quo doctores excellentiſſimi antiqui,& moderni diuerſimodè ſunt loquuti, ut ex dictis in primo dubio patet, & cōſtat etiam ex uerbis inſtrumenti locationis,in quo rem tanquam rem eccleſiæ ſimpliciter conduxit, ex quibus ipſius Hieronymi ignorantia infertur,ſecundum quod declarat Bart.in l.ſi aliquam rem ff.de acquir.poſſ.ſequitur ex his,quòd Hieronymus ſimpliciter ad modicum tempus conducendo rem, ſuper qua dominium,& poſſeſſionem habebat,ignoranter,& credens rē eſſe penitus alienam, ex hoc ſibi quoad dominium, & poſſeſſionem præiudicaſſe non dicitur:immò contractus locationis,& conductionis dicitur inefficax, nulliusque momenti,ut eſt tex.clarus,ibique glo.in d.l.qui rem,l.neque pignus ff.de regul. iuris, & traditur per Bartolum in d.l.ſi aliquam rem in 1.membro circa colum.1.qui poſtea in penult. colum.ad notabilem quæſtionem infert,cuius deciſio optimè
15 nobis inſeruit: † dicit enim,quòd ſi quis rem ſuam ab eccleſia tanquam rem eccleſiæ, & non tanquam rem propriam in emphyteoſim recepit,ſibi non præiudicat, nec ex tali cōtractu aliquod dominium,aut ius in eccleſiam transfertur: ſi ergo ex contractu emphyteotico, de cuius natura dominium,& poſſeſſio aliqua transfertur,hoc in caſu nullum dominium,nullumque ius transfertur, ut ibi per Bartol. ergo à maioritate rationis in terminis noſtris ex contractu ſimplicis conductionis ad modicum tempus nullum ius ipſi eccleſiæ dicetur acquiſitum,nec ius ipſius conductoris erit dimi-
16 nutum. Præterea † cum in dicta re ante locationem ipſi Hieronymo factam directum dominium,& ciuilis poſſeſſio eſſent ipſius eccleſiæ,quoniam ex ſolutione lōgiſſimi tēporis Hieronymo,& prædeceſſoribus ſuis ſolū utile dominiū, & naturalis poſſeſſio fuerūt acquiſita per ſupradicta,ſequitur,quòd ſi Hieronymus poſtea rē ſimpliciter ad modicum tēpus cōducat,cōtractus cōductionis poteſt dici ualidus, & tenere non reſpectu utilis dñij, & naturalis poſſeſſionis ipſius, ſed ſolū reſpectu directi dominij,& ciuilis poſſeſſionis eccleſiæ, nam conductio rei propriæ ualet reſpectu poſſeſſionis,& iuris, quæ ſunt penes locatorem, ut habetur per Bartolum, & doctores communiter in d.l. ſi aliquam rem, ibique eſt text.Ex huiuſmodi ergo contractu locationis ipſi Hieronymino factæ non poteſt dici aliquod præiudicium quoad dominium utile, & naturalem poſſeſſionem Hieronymi irrogatum.Et poſito,quòd ſuper huiuſmodi contractu iuratum fuerit,tamen tale iuramentum ſolum effectum operatur, uireſque ſuas extendit quoad ea, quæ in ipſo inſtrumento continentur,& non vltra,& conſequenter in caſu noſtro ſolum operabitur quoad dominium directum, & ciuilem poſſeſſionem ipſius eccleſiæ,quoad quæ ſolum contractus iſte locationis dicitur validus,& efficax, ut ſupra: &
17 † iuramentum non extendit vires ſuas, niſi ad contenta in inſtrumento,ſuper quo fuit iuratum,& non ultra argum. d.c.cum contingat cum ibi not.l.fina.ff. qui ſatiſda. cogan. l.fin.C.de non nume.pecu. & ibi Bald.c. quemadmodum de iureiuran.cum ibi not. per Innocentium, & Abbatem, Roma.in rubri.de arbitr.colum.7.c.cum inter, & ibi not.de renuncia.& c.ueniens cum materia de iureiuran.iuramentum enim uirtutem ſuam influit in his ſolum, ſuper quibus fuit iuratum, ut colligitur ex iis, quæ habentur per Ioannem Andream in c. fruſtra de regu. iur.in 6. in mercurial. per Bartolum in l.qui ſeruum ff.de verborum obligat. per Aretinum in c.intimauit in fin.2.colum.de teſtibus, & faciunt ea, quæ habentur per Salicetum in l.1.C.commoda. & per Alexandrum in conſi.76.lib.4.cum ſimilibus:& hoc in ſe ſatis eſt clarum,ut apparet ex verbis clauſulæ, in qua iuramentum in inſtrumentis apponitur. Ex quibus omnibus de optimo iure ipſius Hieronymi conſtat, quòd à re conducta expelli non poteſt. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteotæ res non poſſunt per emphyteotam, & conductorem ſpatio longi, ſeu longiſsimi temporis triginta, ſeu quadraginta annorum, & vltra aduerſus dominum præſcribi: & quando hoc verum ſit nume.27.*
2 *Præſcribi res non poſſunt abſque iuſto titulo, & bona fide: & quando hoc ſit verum num.28.*
3 *Bona fides in dubio non præſumitur, niſi probetur per eum, qui ſe in illa fundat: & quando præſumatur, nu.12. & 30. vbi hoc declaratur.*
4 *Præſcriptio rerum eccleſiaſticarum, & aduerſus eccleſiam bonam fidem, & iuſtum titulum requirit, nec bona fides per ſe ſufficit: & an, & quando hoc verum ſit nume.28.*
5 *Præſcriptio per ſuperuenientiam ſcientiæ rei alienæ, & malæ fidei interrumpitur: Quid ſi poſt perfectam præſcriptionem ſuperueniret nume.31.*
6 *Præſcriptio nulla ſaltem de iure canonico cum mala fide fieri poteſt.*
7 *Emphyteota ceſſans à ſolutione canonis, & penſionis per trigita annos, & ultra nunquam rem, ſeu dominium directum, & plenum aduerſus dominum præſcribit, niſi prius domino poſſeſsionem interuertat, ipſum non admittendo, & mercedem ſoluere denegando: & quomodo hoc procedat, & quando ſecus ſit nume.27.*
8 *Emphyteota ſibi naturaliter poſsidens imaginem domini, à quo ius habet, ſemper repræſentat.*
9 *Emphyteota quare rem emphyteoticam aduerſus dominum præſcribere nequeat, ſed benè ius emphyteoticum, & nume.27. vbi hoc declaratur.*
10 *Præſcriptio aduerſus eccleſiam titulum etiam vltra bonam fidem requirit, quando ius eſt contra præſcribentem, & nu.28. vbi declaratur.*
11 *Præſcriptio ſemper eſt contra ius, & præſumptio contra præſcribentem: Contra nume.32. & ibi quando illud ſit verum.*
12 *Bona fides in dubio præſumitur, quando ius commune contra poſsidentem non facit.*
13 *Ignorantia præſumitur, niſi probetur ſcientia.*
14 *Præſcriptio contra priuatum bonam fidem requirit, & quomodo ea in præſcribente præſumatur.*
15 *Bona fides per iuramentum illam allegantis probatur.*
16 *Bona fide quis præſumitur poſsidere, quando antiquior poſſeſſor non appa ret.*
17 *Et quid, ſi antiquior poſſeſſor appareat.*
18 *Malæ fidei præſumptio contra ingredientem poſſeſsionem ſine titulo tollitur per curſum triginta annorum.*
19 *Bona fides in eo præſumitur, qui longo tempore fuit in poſſeſsione, etiam ſi contra ius poſsideret.*

20 *In*

petuum cum pacto renouationis,& hoc caſu per renouatio
nem non dicitur fieri noua conceſſio,an uero fiat conceſſio
ad modicum tempus, hoc eſt ad quinquennium,idem ſi ad
nouennium eadem ratione, quia tunc etiam ad non lon-
gum tempus fieri diceretur, cum pacto renouationis, &
tunc per renouationm factam, finito primo tempore dice-
retur fieri noua cōceſſio, nouusq; contractus,ut eſt de men
te Abb.ibi: Finito ergo primo tempore,ſi renouatio petita
non eſſet,amplius fieri non deberet, & conductor à renoua
tione, nouaque conceſsione excluderetur, ex quo tem-
pus primæ conceſſionis finitum eſſet, & lapſum foret tem-
pus, infra quòd renouatio peti debebat, & poterat.

¶Hoc etiam ſuadetur ex eodem inſtrumento locationis in
pacto de renouatione faciēda, in quo conuentū fuit, quòd
finitis, & reuolutis dictis nouem annis reſpectu poſſeſſionis
trecentarum, & ſeptem tornaturarum, ac etiam finitis ui-
gintinouem annis reſpectu poſſeſſionis duarum millium &
quingentarum tornaturarum, ipſi conductores infra men-
ſem petere tenerentur ſibi fieri facere renouationem præ-
ſentis contractus,& inſtrumenti, quam renouationem,no-
uamq; conceſſione facere teneātur prefatus R.D.Epiſco-
pus,& eius ſucceſſores &c. Noto primo illa uerba præſen-
tis contractus,& inſtrumenti,ex quibus infertur non ſolum
eſſe faciendam renouationem inſtrumenti ad effectum, ut
memoria non pereat,& ſic ex longitudine temporis eccle-
ſiæ præiudiciū generari poſſit,niſi renouatio fieret, ut in c.
longitudine,& c.ſæpe 12.q. 2. cum ſimilibus allegatis per
Abb.& alios in d.c.1.de precar.ſed ēt ex tenore dicti inſtru
18 menti facienda eſt renouatio contractus: † inſtrumentum
enim eſt ſcriptura,in qua contractus eſt deſcriptus,& conſe
quenter contractus,& inſtrumentum inter ſe differunt, tan
quam continens,& contentum argumento l.contractus C.
de fid. inſtrum. & de ſe patet: Finito ergo primo nouen-
nio,uel ſecundo,& ſic tempore,quo renouatio fieri debe-
bat,nouus contractus fieri dicebatur,alioquin ſi adhuc ea-
dem conceſſio, idemque contractus conceſſionis duraret,
& ſolum diceretur fieri renouatio inſtrumenti, & illius te-
noris ad effectum,ne temporis longitudine memoria peri-
ret,ut ſupra,profectò ſatis fuiſſet in inſtrumēto dictum eſſe,
renouationem fieri præſentis inſtrumenti:cum eo caſu,quo
poſt finitum primum quinquennium, uel nouennium pri-
ma locatio finiri non dicitur,per renouationem nouus con
tractus fieri non dicatur, ſed idem remaneat, ut quando eſ
ſet facta conceſſio in perpetuum ad tradita per do. Anto.
in d.c.1.de precar.ubi clarè hoc uoluit. ¶Secundo pon
dero etiam illa uerba dicti inſtrumenti,quam renouationē,
nouamq; conceſſionem,& locationem &c. nam ea uerba
nouamque conceſſionem, & locationem referri nequeunt
ad poſſeſſionem duarum millium ſeptingentarum tornatu-
19 rarum locatam,& conceſſam in perpetuum, quia † quan-
do facta fuit conceſſio in perpetuum, per renouationem
non ſit noua conceſſio, ſeu locatio, aut nouus contractus,
ſed remanet eadem locatio,& conceſſio primo facta,& re-
nouatio fit duntaxat ad effectum, ne ex longitudine tempo
ris poſſet eccleſiæ præiudicari,ut uoluit Anto. & Abb.in d.
c.1.Alex.in d.cōſi.165.& Bal.in d.auth.quas actiones col.
2.uerba ergo illa,nouamq; conceſſionē& locationē ſunt ne
ceſſario referenda ad poſſeſſionem tornaturam trecenta-
rum, & ſeptem factam ad terminum nouem annornm ad
renouandum de nouennio in nouennium, quia cum illa ſit
facta ad nō longum tempus cum pacto renouationis, quot
ſunt nouennia,tot ſunt nouæ locationes, nouiq; contractus
renouandi tamen: & ſic finito uno nouennio dicitur finita
locatio, & conceſſio unius nouennij, & facta renouatione,
incipit noua locatio,& conceſſio, nouuſque contractus, ut
uoluit Bal.in l.uoluntas.C.de fideicom.Abb. & Imol. in d.
c.1.de precar.Bal.in d.l.unica col.antepen.l.item quæritur
§ fin.cum ſequen.& ibi Paul.Caſt.& alij. poſt Bart.Alex.in
d.conſi.165.poſt Ang.in d.conſilio. Verba igitur illa inſtru
menti quam renouationem, nouamq; conceſſionem,& lo-
cationem ſtant reſpectiuè,&, ut dictum fuit, ad præceden
tia ſunt reſpectiuè referenda,alioquin ſtarent ſuperfluè,&
implicare uiderentur. ¶Nec prædictis obſtat, quòd in in-
ſtrumento dicitur ad renouandum &c. ac etiam dicitur,&
dictis nouem annis reuolutis renouādum ſucceſsiuè de no-
uem annis in nonem annos: & ſimiliter dum in inſtrumen
to facta fuit locatio tornaturarum duarum millium,& quin
gentarum in perpetuum ad renouandum perpetuo; & ſic
utroque caſu locatio dicitur facta ad renouandum,ſed re-
ſpectu locationis tornaturarum 2500.intelligitur, ut non
obſtante renouatione dicatur una tantum locatio, & unus
contractus,ergo idem reſpectu locationis tornaturarū tre-
centarum,& ſeptem,ut pariformiter determinentur. Quia
20 reſpondetur primo, † quòd hæ duæ locationes ſub diuer-
ſis diſpoſitionibus determinantur,& ſic diuerſæ diſpoſitio-
nes hæc duo reſpiciunt,non autem una,eademq; diſpoſitio,
ergo non ſumus ſub regula ſumpta ex l.nam hoc iure ff. de
uulga. & pupilla. immò ex quo diuerſæ diſpoſitiones illa
duo reſpiciunt,debent diuerſimodè, & difformiter deter-
minari argumento d.l.nam hoc iure, ubi hoc probatur.
21 Præterea dicó, † quòd renouari non ſolum dicitur illa cō
ceſsio, & locatio,quæ ſemper una eſt, & ſemper durat, ut
per Anto.& alios in d.c.1.de precar.cum ſimilibus,ſed etiā
illa,quæ iam finita eſt,& extincta, iterumq; eidem, aut con
ſorti, ſeu filiis conceditur,ut eſt tex.ibiq; glo.in c.2.de feu-
dis,& ibi Imol.& alij in notabilibus,glo.in c.non ſatis 34.q.
2.in c.per tuas per illum textum de donat.& in c. cum ue-
nerabilis de cenſibus: ergo uerbū renouatio ſe ad utrumq;
habere poteſt: Si tamen de renouatione mentio fieret ad
differentiam nouæ conceſsionis, & locationis, prout facta
fuit in caſu noſtro, ueluti dictum eſt, tunc uerbum re-
nouatio cōprehenderet ſolum caſum, quando fieret ſim-
plex renouatio inſtrumenti, non autem conceſsionis, &
locationis, ne uerba ſtarent ſuperfluè argumento l. ſi
quando ff. de lega. 1. cum ſimilibus.

¶Non obſtant illa uerba dicta locatione durante, quia ex-
poni debent, hoc eſt dicto tempore locationis durante, ut
ſenſus ſit,quòd durante dicto tempore locationis facienda
ſit renouatio, quaſi illo finito, ac etiam elapſo menſe, de
quo poſtea ſubiungitur,ſit facienda renouatio, & non ul-
tra, uolente tamen ipſa eccleſia, ut ſupra declaratum fuit:
et hæc declaratio eſt neceſſaria,ſtantibus præmiſſis.

¶Nec aduerſatur prædictis, quòd per illa uerba uſque ad
tertiam generationem,quæ reſpectu locationis tornatura-
rum trecentarum,et ſeptem prolata fuerunt,illa locatio ad
longum tempus facta cenſeatur, & ſic unica tantum dica-
tur locatio, & conceſſio renouanda tamen de nouennio in
nouennium per prædicta,& maximè ex not. per Abbatem,
Imolam, & Antonium in d.c.1. de precar. quia reſponde-
22 tur, † quòd illa uerba uſque ad tertiam generationem
ſtatim fuerunt reſtricta, & limitata per expreſſionem certi
temporis determinati,uidelicet nouem annorum: per quā
expreſſionem certi temporis ea uerba uſque ad tertiam ge
nerationem dupliciter declarantur, & reſtringuntur, pri-
mo, quòd renouationes non poſſint fieri ultra dictam ter-
tiam generationem, & ſic ne dictæ renouationes in infini-
tum procederent:ex hoc tamen non infertur, unam tātum
dici locationem,& conceſſionem uſque ad illam tertiam ge
nerationem duraturam, ex quo alia uerba magis expreſſa,
& ſpecifica, uidelicet ad terminum nouem annorum, &
alia,ut ſupra,ponderata contrarium inferunt, quòd tot di-
cantur conceſſiones, quot fierent renouationes: ſimulque

dictorum bonorum præiudicare. ¶Tertium eſt,præſuppo-
ſito,quòd bona huiuſmodi ſint emphyteotica, & ſic reſpe-
ctu dominij,& ciuilis poſſeſſionis ad eccleſiam ſpectent, an
propter crimen rebellionis, ruptæ pacis, ſeu propter crimẽ
contra Romanam eccleſiam commiſſum à dicto Hierony-
mo inuadendo, depredando, & occupando cum hoſtibus,
& inimicis Sãctiſſimi domini noſtri Papæ ciuitates,terras,&
loca dictæ Romanæ eccleſiæ,dicta bona emphyteotica ec-
cleſiaſtica ipſo iure ad eccleſiam reuerſa,& deuoluta dican
tur adeò,quòd eccleſia de illis pro ſua uoluntate libere di-
ſponere,& filios domini Pinni inueſtire poſſit, totaliter ex-
cluſis filiis,& deſcendentibus præfati domini Hieronymi.
¶Redeo ad primum,in quo prima facie uidetur dicendũ,
quòd huiuſmodi bona aduerſus eccleſiam præſcribi non
1 potuerint,quia † res emphyteoticæ, & conductæ per em-
phyteotam,& conductorem aduerſus dominum ſpatio lõ-
gi,ſeu longiſſimi temporis triginta uel quadraginta anno-
rum,& ultra præſcribi nequeunt l.male agitur,l.cum notiſ-
ſimi in fin.C. de præſcrip. triginta anno.l.1. C. commu.de
uſucap.& l.1.C.in quibus cau.ceſſ.lon.temp. præſcrip.cum
2 ibi not. Secundo quia † abſque iuſto titulo,& bona fide res
præſcribi non poſſunt, ut in l.unica §. hoc tantummodo C.
de uſucap.transfor.l.diutina C.de præſcri.lon. tempo. & c.
fin.de præſcrip.cum ſimilibus. Sed in caſu noſtro non con-
3 ſtat de aliquo iuſto titulo,nec de bona fide,& † in dubio bo
na fides non præſumitur,niſi probetur per eum,qui ſe in bo
na fide fundat,ut uidetur uoluiſſe Archid.in c.1.de præſcr.
in 6.Gaſpar Calda.in conſi.79.& gl.in c.dilectio 16.q.3.er
4 go &c.¶Tertio† ad hoc,ut contra eccleſiã,aduerſus quã ſo
lum ſpatio quadraginta annorum præſcribitur,ut in authẽ.
quas actiones C.de ſacroſanc.eccl.c.de quarta, c.ad aures,
c.illud,& ibi per totum extra de præſcrip. poſſit præſcribi,
requiritur iuſtus titulus,nec per ſe bona fides ſufficeret, ut
uidetur eſſe tex. not.in c. ſi diligenti de præſcrip. ibi cum in
præſcriptione rerum eccleſiaſticarum bona fides, & iuſtus
titulus exiguntur,& facit c.dudum de decimis, quia ſicut ex
ſolo temporis curſu ius non tollitur l.obligationum §. pla-
cet ff.de actio.& obliga.ita nec conſtituitur, ut ibi: Sed de
aliquo titulo iſtorum de Homaglijs non conſtat, ergo &c.
5 ¶Quarto facit,† nam ex quo poſt mortem do. Luffi do.Hie
ronymus huiuſmodi bona ab eccleſia reconduxit, ſeu de il
lis fuit inueſtitus,ea conducendo in emphyteoſim pro ſe,fi-
liis,& nepotibus maſculis,præſcriptio hoc modo dicitur in-
terrupta per ſuperuenientiam rei alienæ,& malæ fidei c.il-
lud c.uigilanti,& not.in c.fin.extra de præſcri.l. longi tem-
poris, C.de præſc.long.tempor. ex quo infertur quòd cum
ipſe dominus Pinnus ſciuerit rem ſic fuiſſe à domino Hie-
ronymo conductam, & ſic in ipſum mala fides, & ſcientia
rei alienæ ſuperuenerit, etiam ipſe hæc bona præſcribere
6 non potuit,quia † nulla præſcriptio cum mala fide fieri po-
teſt ſaltem de iure canonico, quod in hoc ratione peccati
eſt in utroque foro ſeruandum c. fin. cum ibi not.extra
de præſcrip.cum ſimilibus: quod ius canonicum dicitur re
diiſſe ad ius antiquum,ſecundum quod nulla præſcriptio cũ
mala fide procedere poterat,ut inquit Bald.in l.fi.in fin.C.
7 ne de ſtatu defunctorum.¶Quinto † emphyteota, qui na-
turaliter tantũ poſſidet,domino ciuiliter poſſidente, ad not.
in l.3.§.ex contrario ff.de acquir.poſ.& in l. ſi ut certo §.ſi
duobus uehiculum ff.commoda.ſi à ſolutione canonis per
triginta annos,& ultra ceſſauerit,nunquam rem, ſeu domi
niũ directum,& plenũ præſcribit, niſi prius poſſeſſionẽ do-
mino interuertat,ipſum uenientẽ non admittẽdo, ut in d.l.
malè agitur,ibiq; Bal.& alij,& in d.l.cũ notiſſimi in fin.& ibi
omnes;& niſi denegauerit mercedẽ ſoluere, ut habetur in
apoſtil.ad Bar.in d.l.malè agitur in fin. exceptis his duobus
caſibus emphyteota,qui ut emphyteota rẽ detinet, & quẽ
cõſtat emphyteotã fuiſſe,etiã nõ ſoluendo canonẽ domino
per annos xxx.continuos,& ultra non poteſt rẽ, & dominiũ
rei pleno iure aduerſus dominũ præſcribere d.l.cum notiſſi
8 mi in fin.& in d.l.malè agitur;& probatur ratione,quia† li-
cet emphyteota ſibi naturaliter poſſideat,ad no. ĩ d.§.ſi duo
bus uehiculum cum aliis,tamen imaginẽ domini, à quo ius
habet,ſemper repræſentat d.l.cũ notiſſimi in fin.& ideò ad-
uerſus dominũ rem non præſcribit: Quòd confirmatur ex
9 eo, † quia dominus fundũ ciuiliter poſſidet, dum emphy-
teota naturaliter poſſidet,ut ſupra: Vnde ſi fundus emphy-
teoticus non eſſet ipſius domini ſic ciuiliter poſſidendo, il-
lum eo tempore præſcriberet l.qui fundũ in prin.ff. pro em
pto.l.1.§.per ſeruum ff.de acqui.poſ. ex quo infertur,quòd
emphyteota,ſeu feudatarius ipsã rẽ præſcribere nequeũt,
alioquin duo inſolidum eiuſdem rei, eodemq; reſpectu effi
ceretur domini contra tex.in d.§.ſi duobus: & ita tenet Sali.
in d.l.malè agitur poſt alios doct.cõiter,qui uolunt, quòd li
cet quis ius emphyteoticum poſſit præſcribere, non tamen
rem ipſam emphyteoticam etiam ſpatio xxx. & xl. anno-
rum, & ultra, ut in d.l.malè agitur,in d.l.cum notiſſimi,&
in l.comperit eo.ti.& habetur etiam in l.2. C. de iure em-
phyt.& ita pulcherrimè concludit Spec.in tit.de loca. in §.
10 nunc uerò aliqua in q.44. ¶Præterea & ultimo † ubicunq;
ius eſt contra præſcribentem, & ſic contra eum eſt præſcri-
ptio,tunc aduerſus eccleſiam ultra bonam fidẽ titulus etiã
requiritur,c.1.de præſcr.in 6.glo.in d.c.ſi diligenti,& in c.
11 dilectio.16.q.3. ſed † præſcriptio ſemper eſt contra ius, ut
eſt glo.no.in c.ius generale 1.diſtin.& ſic ſemper præſum-
ptio eſt contra præſcribentem,qui acquirit,& locupletatur
cum aliena iactura arg.not.in l.1.ff.de uſucap.l.nam natura
ff.de cond.indeb.& l.1.in fin.ibiq; gl.ff.de neg. geſt.ergo ul
tra bonam fidem ad hoc,ut contra eccleſiam poſſit præſcri
bi,requiritur,quòd probetur iuſtus titulus.¶Præmiſſis tamẽ
omnibus non obſtantibus,contrariam partem de iure ue-
riorem,& probabiliorem eſſe cenſeo,præſuppoſito ſecun-
dum ea,quæ mihi in facto præſupponuntur, quòd do. Lu-
ffus,& alij dicta bona per annos xl. & ultra continuè cum
bona fide tanquam libera,& propria pleno iure tenuerint,
atq; poſſederint abſq; eo,quod eccleſiam in dominam reco
12 gnouerint:† quæ bona fides in dubio præſumitur,ubi ius cõ
mune contra poſſidentem non facit,ut quia poſſideat rem,
quam ius commune poſſideri non prohibeat,ut uoluit Ioã.
de Fantuciis,quem refert,ac ſequitur Domi. de S.Gemi.in
c.1.de præſcri.in 6.in uer.quis habeat probare bonam fidẽ
13 † ignorantia enim præſumitur,niſi ſcientia probetur,et bo-
na fides præſumitur,niſi contrarium probetur l.uerius ff.de
proba.et c.ignorantia de reg.iur.in 6. et ita tenent Innoc.
in c.2.de reſti.in integ.et gl.in c.præterea de tranſac.et hoc
expreſsè uoluit gl.in uer.bona fides in d.c. ſi diligenti, ibiq;
doc.in c.fi.et in c.ſanctorum extra eo.tit.de præſc. et dice-
bat Lapus Abbas,quem etiam refert, ac ſequitur Domi.in
14 d.c.1.in ult.col.uer.vlterius quærit &c.† quòd quando quis
vult cõtra ius priuatum præſcribere,requiritur bona fides,
quã præſumitur habere,ſiue agat,ſiue excipiat de præſcri-
ptione,quæ ſine hac bona fide non procedit d.c. uigilanti,
15 et d.c.fi.et gl.in d.c.dilectio inquit, † bonã fidẽ probari per
iuramentum allegantis illam,ad quod facit gl.in §. aliæ In-
ſtit.de actio.et in l. penul.C. de euictio. Immò ſecundum
16 Bar.in l.celſus ff.de uſuc.† quis præſumitur bona fide poſſi-
dere,quãdo antiquior poſſeſſor non apparet, & ita ſequi-
tur do.Ant.in d.c.ſi diligenti:et Bart.in l.fi.C. vnde ui uo-
17 luit,† quòd etiã ſi appareret antiquior poſſeſſor,qui tamen
infra xxx.annos proximos nõ poſſediſſet,ille, qui de præſen
ti poſſideret,et ultra annos xxx. poſſediſſet, præſumeretur
18 bona fide poſſidere,nã † præſumptio malæ fidei contra in-
gredientẽ poſſeſſionem ſine titulo tollitur per curſum xxx.
anno.

anno.& tunc præſumitur,illum retro fuiſſe bonæ fidei : Ad
cuius confirmationem facit dictum Innoc.in c.2.de reſtitu.
19 in integ.qui in effectu uoluit, †quòd ex eo,quod quis longo
tempore fuerit in poſſeſſione, in eo bona fides præſumitur,
20 etiã ſi contra ius poſſideat:,& † ſic illud,quod uoluit gloſ.in
d.c.ſi diligenti,& in d.c.1.de præſcr.in 6.ibiq; Domi.& alij,
quod qui poſſidet contra ius, præſumatur in mala fide,uelu
ti etiã uoluit Bar.in d.l.celſus,debet intelligi,& limitari,niſi
ſit poſſeſſio longi temporis,ut per Inno.in d.c.2.pro quo fa
cit tex.in c.cum eccleſia ſutrina de cau.poſ.& prop.& in c.
ad decimas de reſti.ſpol.lib.6.in uer.aliquandiu: Ex quo in
fertur,quòd ſi uerum eſt,quòd poſſidẽs longo tẽpore, iure
reſiſtente præſumitur bonæ fidei, à fortiori præſumi debet
bona fides ex diuturnitate temporis contra antiquiorẽ poſ-
ſeſſorem,cum hoc ultimum conſiſtat in facto, & probabili-
ter ignotari poſſit, præcedens uerò in iure conſiſtat, cuius
ignorantia facile non præſumitur arg. c. ignorantia cum c.
præſumitur de reg.iur.in 6.& hæc ſunt de mente Abb. in d.
c.ſi diligenti in 3.col.de præſcri.Ex quibus infero, quòd cũ
in caſu noſtro non appareat antiquior poſſeſſor, nec de an
tiquiori poſſeſſione alterius,quàm do.Luſſi,& ſimus in caſu,
in quo ius poſſeſſori nõ reſiſtit,quia de iure cõi bona,de qui
bus agitur,potuerunt per do.Luſſum poſſideri,itẽ dicta bo-
na fuerint per ipſum do.Luſſum, & alios de Nomagliis poſ
ſeſſa longo,& diuturno,immò longiſſimo tempore xl.anno.
& ultra,ſequitur omnino,concludendũ eſſe ipſum do.Luſ-
ſum, & alios de Nomagliis præſumitur in bona fide fuiſſe,
& ita præſcriptionem cum bona fide proceſſiſſe per prædi
cta,& hoc à fortiori,quoniã ſi in terminis,in quibus loquun
tur Bar.Inno.& Abb.uidelicet quando antiquior poſſeſſor
appareret,& ius cõe contra poſſidentem faceret, ex diutur
nitate temporis bona fides præſumitur, ergo magis hoc di-
cendum eſt,quando antiquior poſſeſſor non appareret, &
ius cõe non reſiſteret,nec contra poſſidentẽ faceret,& quis
poſſediſſet nõ ſolum longo,ſed etiã longiſſimo tempore xl.
21 anno.& ultra poſſediſſet, quia † facilius præſumitur bona fi
des,quando ius contra poſſidentem nõ præſumit, quã quan
do contra illum præſumit,& facilius contra poſſidentẽ,quã
do appareret antiquior poſſeſſor,quàm quando non appa-
reret, & facilius qñ quis longo tempore poſſediſſet, quàm
quando longiſſimo tempore poſſediſſet,ut uolunt, & præ-
ſupponunt glo.& doct. communiter in d.c.1. de præſcript.
in 6.& in d.c.ſi diligenti cum ſimilib. ¶His ſtantibus,modo
quòd dicti de Nomagliis bona, de quibus agitur, aduerſus
eccleſiã præſcribere potuerint,& præſcripſerint,poteſt mul
22 tipliciter probari,Et primo, † contra eccleſiã quis cum bo-
na fide poteſt præſcribere res,quæ non prohibentur poſſide
ri,ſpatio xl.anno.abſq; aliquo titulo : ſufficit enim ſola præ-
ſcriptio quadragenaria cum bona fide, ex quo ius poſſiden
ti,& præſcribenti non reſiſtit,quia bona temporalia de iure
cõi poſſunt poſſideri,ut eſt tex.clarus,& not.in c.1.de præ-
ſcri.in 6.per quẽ confirmatur opinio glo. in d.c.ſi diligenti,
quæ hoc uoluit,diſtinguendo,an illa, ſuper quibus præſcri-
ptio allegatur,poſſint de iure cõi per præſcribentẽ poſſide-
ri,an non,ut primo caſu ſpatio xl.anno. quis cum bona fide
abſq; titulo contra eccleſiã præſcribere ualeat, ſecundo ue
rò caſu non,niſi cum titulo,& bona fide,& ita glo. illa con-
cordat oĩa iura,quæ diuerſimodè loqui uidentur,quæ con-
cordia,& opinio,ut dixi,expreſsè approbatur in d.c.1.& ita
ſequitur Io.And.ibi in glo.& in lectura dicens hanc eſſe ue
riorem,& cõem opin.quam ſequuntur Imol.do.Ant.& do
cto.magis cõiter in d.c.ſi diligenti,ueluti etiam dicit glo. in
d.c.1.de præſcri.in 6.Sed nos ſumus in iis bonis, quæ de iu
re cõmuni regulariter poſſunt poſſideri,uidelicet in bonis,
& rebus corporalibus immobilibus, ergo contra eccleſiam
ſpatio xl.annorũ præſcribi potuerunt d.c.ad aures,& d.c.il-

23 lud.¶Secundo,præſuppoſito, † quòd illi de Nomagliis ali
quo tẽpore dicta bona ab eccleſia in emphyteoſim habuiſ-
ſent,ac tenuiſſent,tamen ex quo per xxx. annos illa bona te
nuerunt,& poſſederunt,nõ ſoluendo canonẽ ſuis terminis,
& tẽporibus,tunc cœperunt ipſi dño,ſeu eccleſiæ præiudi-
care in proprietate,& poſſeſſione per tex.ĩ d.l.malè agitur
in fi.qui dicit,quòd nõ ſunt poſſeſſores,qui ſolitã debẽt præ
ſtare penſionẽ,& mercedẽ:ſed illi, qui non ſoluunt merce-
dem per ſpatiũ xxx.anno.eã amplius præſtare nõ tenentur,
quia ſic huic iuri nõ ſoluẽdi præſcripſiſſe dicũtur, ut per do
cto.cõiter,ibiq; Bar.Bal.& alij in d.l.malè agitur,in d.l.com
perit,& in d.l.cũ notiſſimi in fi.& habetur in d.l.2.C.de iure
emphyt.ergo infertur à contrario ſenſu per illũ text. in d.l.
malè,quòd poſt xxx.annos incipiunt poſſidere,ut rẽ præſcri
bere ualeãt:& ſic ex tunc dño in proprietate rei præiudica
re incipiunt:facit tex.in l.litibus C.de agri.& cẽſi. lib.11.ibi
longi tẽporis præſcriptione &c.A contrario itaq; infertur,
24 quòd † emphyteota contra dñm poſſet quæſtionẽ dominij
mouere ex præſcriptione lõgiſſimi tẽporis,ut quia per lon-
giſſimũ tẽpus fuiſſet in ſolutione ceſſatũ:Et ita illum tex.in-
ducit Spec.in tit.de loca.§.nunc uerò aliqua in q.44.& hæc
fuit ratio,& opinio Oldr.quẽ refert,ac ſequitur, multumq;
cõmendat Alberi.de Roſa.in d.l.malè in fin.dicens Oldr.ita
in facto obtinuiſſe:facitq; etiã id,quod uoluit Sali. in d.l.cõ
25 perit poſt alios ſcrib. † quòd ſi emphyteota poſſeſſionẽ dño
interuertiſſet,ut quia dominũ non admiſiſſet,uel ei penſio-
nẽ ſoluere denegaſſet,extunc incipit ſibi poſſidere, & dño
in proprietate rei præſcribẽdo præiudicare, & quòd tunc
xxx.ſeu xl.anni ſufficerent. Sed in caſu noſtro illi de Noma
gliis dicta bona tanquã libera,& propria,nihil eccleſiæ ſol-
uendo,tenuerunt,& poſſederunt per tẽpus longiſſimum,de
cuius initio memoria in contrarium nõ exiſtit, & ſic per lx.
26 & lxx.annos,& ultra,ergo †infertur, quòd cœperunt illa ta
liter tenere,& poſſidere,quòd potuerunt ea præſcribere,&
eccleſiæ in proprietate præiudicare,ex tali ſpatio temporis,
quod defectũ tituli ſupplet, immò facit titulũ præſumi, ut
eſt tex.in c.fi.in fi.uer.de præſcri.& uim priuilegij,ac cõſti-
tuti habet l.hoc iure §.ductus ff.de aqua quotid.& æſti.cum
ſimil.alleg.per glo.in d.c.1.in fi.ubi glo.ponit etiã,qualiter
præſcriptio tanti tẽporis probari poſſit. Et ſic ex prædictis
oĩbus uerior uidetur opinio illa,quòd hi de Nomagliis, qui
longiſſimo tẽpore dicta bona tenuerũt,& poſſederũt cũ bo
na fide tanquã propria,& libera,& non ut emphyteotica,il
la aduerſus eccleſiã præſcripſerunt,& maximè,quia non cõ
ſtat ipſos ea in emphyteoſim ab eccleſia tenuiſſe,quãuis for
tè cõſtare poſſet illa aliquo tẽpore ipſius eccleſiæ fuiſſe per
ea,quæ ſupra fuerunt adducta. ¶ Et ſequendo hanc opin.
ſupereſt,ut adductis in contrariũ reſpondeatur:& in primis
nõ obſtant primũ,& penultimũ fundamentũ,quòd emphy
teota nullo tẽpore aduerſus dominũ præſcribat d.l.malè,&
d.l.cum notiſſimi,etiã ſi per xxx.annos,& ultra canonẽ do-
mino non ſoluiſſet per adducta in penultimo argumento,
27 quia reſpondetur primo, ut ex prædictis colligitur, † hoc
uerum eſſe,quando appareret quẽ ut emphyteotã rem te-
nuiſſe,ut quia aliquo tempore tãquam emphyteota ſoluiſ-
ſet,quamuis.n.poſtea per ſpatiũ xxx.anno.ſoluere deſiiſſet,
tamen propter hoc rem præſcripſiſſe non diceretur, & ita
propriè loquitur tex.in d.l.cum notiſſimi in fin.& quod ibi
per doct.habetur,& in d.l.malè cum ſimil.ſupra allegatis :
Secus ſi quis rem tenuiſſet,ac poſſediſſet,non ut emphyteo
ta,ſed ut directus dominus,& ſic rem titulo pro ſuo, & ut li
beram,& propriam poſſediſſet,quia tunc illã ſpatio longiſ-
ſimi temporis,uidelicet annorum triginta cõtra priuatum,
& quadraginta contra eccleſiam præſcribere poſſet, ut in
iuribus ſupra allegatis, & in terminis uoluit, & declarat
Specula. in titu. de loca. in §. nunc uerò aliqua in quæ-

ſtio.44.in fin.Secũdo reſpondetur,quòd etiã ille,qui ut em
phyteota rem aliquo tẽpore tenuit,ſi poſtea per xxx.annos
continuos ſteterit,quibus mercedein,& canonem dño non
ſoluerit,ex tunc incipit poſſidere,& aduerſus dominũ præ-
ſcribere,cui poteſt in proprietate præiudicare,perfecta præ
ſcriptione,ut uoluit Old.quẽ refert,ac ſequitur Albe. in d.
l.malè agitur in fi. uer.cũ aliis,quæ ſupra deduxi. ¶ Non ob
ſtant ſecũdum,& tertiũ argumentum,quòd abſq; titulo,&
bona fide præſcribi nõ poteſt,l.unica C.de uſuca.transfor.
l.diutina C.de præſcr.lon.tem.& maximè cõtra eccleſiã,cõ
tra quam nõ præſcribitur minori ſpatio xl.anno. cum bona
fide,& titulo d.c.ad aures,d.c.illud,iuncto d. c.ſi diligẽti de
28 præſcri.cum aliis,quia primo rñdetur,quòd † in præſcriptio
ne longi tẽporis x.uel xx.anno.ultra bonã fidem requiritur
titulus,& ita loquitur d.l.unica, & d.l.diutina cum ſim. ſed
non in præſcriptione longiſſimi tẽporis xxx.ſeu xl.annorũ,in
qua etiã contra eccleſiam bona fides abſq; titulo ſufficit,qñ
ius poſſidenti non reſiſteret,ut uoluit glo.quam doct.ibi cõ
muniter ſequuntur,in d.c.ſi diligenti,& eſt tex.ibiq; glo.&
ſcrib.cõiter.in d.c.1.de præſcr.in 6. & facit id, quod uoluit
Bal.in d.l.malè agitur col.1.& gloſ. in d.c.dilectio 16. q.3.
29 Secundo reſponderi poteſt, † quòd in præſcriptione tanti
temporis,de cuius initio memoria hominũ non exiſtit,non
requiritur titulus,nec illius allegatio,& probatio,quia cur
ſus tanti tẽporis defectũ tituli ſupplet,ſeu loco tituli ſucce-
dit,ut in d.c.1.in fin.uer.ibique glo.l.hoc iure §.ductus ff.de
30 aqua quoti.& æſti. Nec obſtat, quòd † bona fides in dubio
non præſumatur,quia contrarium eſt uerius, ut dictũ fuit,
diſtinguendo,an ius cõe,ſeu præſumptio iuris ſit cõtra poſſi
dentem,necne,ueluti diſtinguit,& declarat glo.in d.c.ſi dili
genti,& in d.c.1.& vbiq; ſcrib.ſecundum quam diſtinctionẽ
debet intelligi id,quod uoluit Gaſpar Cald. in d.conſil.79.
¶ Non obſtat quartũ fundamentum,quòd ex ſuperuenien
tia malæ fidei ex eo, quia do. Hieronymus fecit ſe de dictis
bonis renouari, & inueſtiri, debet dici interrupta præſcri-
ptio,& abſq; peccato dicta bona retineri non poſſunt d.c.il
lud,d.c.uigilanti,& d.c.fin.de præſcri.cum ſimil.quia primo
dici poteſt,quòd per huiuſmodi renouationẽ,& inueſtitu-
rã in perſona do.Hieronymi factã inſcio,& irrequiſito do.
Pinno,ipſe do.Hieronymus ſolus,& non do.Pinnus,qui ni-
hil de huiuſmodi renouatione ſciuit,debet dici in mala fide
conſtitutus: Et propterea factũ,ſeu mala fides do.Hierony
mi non debet alteri,hoc eſt do. Pinno præiudicare argu.c.
quãuis cum ibi not.de re iudi. item quia res inter alios acta
non debet alteri nocere C.res int.alios act.&c.& c.non de-
bet de reg.iur.in 6.cum ſim. Secundo rñdeo,quòd hæc re-
nouatio,& inueſtitura facta do.Hieronymo fuit facta,poſt
31 quam præſcriptio contra eccleſiã fuit perfecta, † & ſic ma
la fides poſt perfectã præſcriptionem ſuperuenit, quo caſu
præſcribenti nocere non debet,quin ſibi rẽ abſq; metu pec
cati retinere liceat,ut uoluit not. glo. in d.c.uigilanti de præ
ſcrip.& habetur in d.c.fin.eod.tit.& ubiq; ſcrib.& facit tex.
ibiq; Abb.in c.auditis in ult.not.de præſcr.qui colligit,quòd
interruptio poſt completam præſcriptionẽ ius ex præſcri-
ptione iam quaſitum non tollit,& ideò præſcriptio iam cõ
pleta non tollitur,licet ſemel,uel bis actus in cõtrariũ fiat,
ut tenuit Spec.in tit.de præſcri.§.1.uerſi.quid ſi poſt com-
pletam. ¶ Non obſtat ultimum argumentum, quod fuit gl.
32 in d.c.1.de præſcrip.cui glo.etiam ibi rñdet dicens, † quòd
obiectio non eſt uera,alioquin ſequeretur,quòd omnis præ
ſcriptio contra ius eſſet, & ſic ius ſemper eſſet contra præ-
ſcribentem,cuius contrariũ eſt uerius, quoniã alia præſcri-
ptio eſt ſecundum ius,& alia contra ius,ut in d.c.1.& habe
tur per glo.in d.c.ſi diligenti,& in d.c.dilectio cũ ſim. aliud
enim eſt dicere,quòd præſcriptio ſit cõtra ius partis, & ſic
contra ius priuatũ, aliud,quòd ſit contra ius cõe, primum
namq; uerum eſt ſemper,quòd omnis præſcriptio ſit cõtra
ius partis,ut not.in c.ius generale 1.diſt.& in l.1. ff.de neg.
geſt.ſed hoc non operatur,nec facit titulum requiri: Secun
dũ autem non eſt ſemper uerũ,quòd oĩs præſcriptio ſit cõ-
tra ius cõe,nã alia dicitur eſſe contra, & illa titulũ requirit:
& alia ſecundũ ius cõe,& illa non titulũ, ſed ſolã bonã fidẽ
requirit,ſecundum quod ponit tex.in d.c.1.& glo.& docto.
ibi,& in d.c.ſi diligenti exẽplificant,ac clare loquuntur.
¶ Capio ſecũdũ dubiũ,an do.Hieronymus,petendo ab ec-
cleſia dictorũ bonorũ inueſtiturã,& renouationẽ,præiudi-
cauerit do.Pinno,quoad eius partẽ:& non diſputando ali-
ter hunc articulũ concludo,nullũ ipſi do.Pinno præiudiciũ
factũ fuiſſe,quia res inter alios acta alteri non præiudicat c.
quãuis de re iud.& in rubro, & nigro C.res int.al.acta, & l.
33 ſi unus §.ante omnia cum ibi not.ff.de pact.Præterea † cum
huiuſmodi bona eſſent cõia inter ipſum do. Hieronymum,
& do.Pinnum,& ad eos pleno iure ſpectarent,libereq; ipſis
acquiſita dicerentur, ut ex præmiſſis colligitur, ſequitur,
quòd do.Hieronymus,qui illa bona ab eccleſia in emphy-
teoſim conducendo cenſetur alienaſſe,& titulo donationis
præſumptæ in eccleſiã trãſtuliſſe,arg.l.cẽſualis cũ l. ſeq.C.
de dona.& habetur per Spec. in tit.de loca.§.nunc uerò ali
qua in uer.52.nõ potuit fratri in parte ſua præiudicare,ſed
34 ſolum ſibi:Et † talis alienatio ſolum ad partẽ ipſius do.Hie
ronymi extendi debet arg.l.ſi domus in fin.& ibi Bar.Alex.
& Imo.poſt alios ff.de leg.1.& eſt bonus text.in l.1.& 2.ac
per totũ C.de cõmu.rer.alien. ¶ Tertio hoc uidetur ferè in
terminis noſtris decidi ex iis,quæ uoluit Spec.in tit.de loca.
35 in d.§.nũc uerò aliqua uerſ.57.qui dicit,quòd † ſi in antiqua
chartula,ſeu inſtrumẽto dicatur, quòd eccleſia Petro rem
in emphyteoſim conceſſit,hoc Titio non nocet, qui rem te
net,ſeu ius in re habet, & ad præiudicandũ ipſi Titio inſtru
mentum illud non probat,quia res inter alios acta &c.ut in
iuribus præalleg.& facit id,quod uoluit Spec.in d.§.in uer
ſic.58. ¶ Præterea ex quo in inſtrumento renouationis, ſeu
rectius loquendo conceſſionis,& inueſtituræ factæ do.Hie-
ronymo fuit appoſita clauſula,quatenus iuſtè,& rationabi-
liter per dictũ Hieronymũ fuerit petitũ,illa clauſula opera
tur,quòd per talẽ inueſtiturã non dicatur do. Pinno præiu
dicatum quoniã reſpectu iuris,& partis ipſius do.Pinni non
dicitur fuiſſe iuſtè,& rationabiliter petitum per prædicta:&
ideò talis conceſſio,ſeu inueſtitura nõ potuit do.Pinno præ
36 iudicare quoad eius partem: † nã per hæc uerba quatenus
iuſtè,& rationabiliter ſit petitũ,uidetur diſpoſitio facta ſub
conditione arg.l.ſtichũ,qui meus erit ff.de leg.1.Bar.in l.1.
ff.de condi.& demon. & hæc dicitur eſſe conditio de præ-
ſenti,ſeu de præterito,quæ nõ ſuſpẽdit, quia nõ eſt propriè
conditio l.inſtitutio talis in fi.ff.de condi.inſti. ſed ſi uera ſit,
diſpoſitio tenet,ſi aũt ſit falſa,diſpoſitio non tenet,& nulla
eſt §.conditiones inſtit.de uerb. obl.l.cum ad præſens cũ ibi
not.cum l.ſeq.& ſequen.ff. ſi cer.pet. l.conditio in præteri-
tum,& l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam ff.de uerb.ob-
blig.Nec refert,an contrahentes ſciuerint ueritatem rei,&
conditionis,necne d.l.cum ad præſens, & d.l.ſi ita ſtipula-
37 tus fuero hãc ſummam.Ex quibus infertur, quòd † per hãc
clauſulã,quæ,ut dixi, conditionem de præterito importat,
& eſt falſa, tàm reſpectu domini Pinni, eiuſque partis,quã
etiam reſpectu domini Hieronymi,& ſuæ partis, quoniam
illa bona pleno iure,& liberè ad ipſos titulo pro ſuo ſpecta
bant,conceſſio, ſeu inueſtitura facta ipſi domino Hierony-
mo non tenet,& eſt nulla,& cõſequenter ex ea nullum po
tuit præiudicium fieri domino Pinno, nec etiam domino
Hieronymo contrahenti,tum quia,ut dictum eſt,fuit nulla,
ex quo conditio de præterito illi adiecta uera non fuit,tum
etiam quia dominus Hieronymus dictam inueſtituram, nõ
ſimpliciter acceptauit, ſed cum proteſtatione prædicta,

quæ operatur, quòd in caſu, quo non eſſet iuſtè, & rationabiliter petitum, non conſentiebat, nec intendebat iuribus ſuis præiudicare arg. eorum, quæ uoluit Bar. in l. ſi quis aliã colum. 1. ff. de ſolutio. & in l. eleganter in prin. ff. de pignor. actio. Ange. in l. libera C. de ſenten. & habetur in l. 4. §. 1. ff. quibus mod. pig. uel hypot. ſoluitur, per Bar. in l. fin. ff. de eo, quod certo loco, & per Specu. in tit. de arbit. §. fin. uerſi. ſed pone cum iis, quæ habentur per Bart. in l. non ſolum §. morte ff. de noui oper. nuncia. & per Abb. & do. Anton. in c. cum M. ferrarienſis extra de conſtitution. Et quamuis dominus Hieronymus per aliquos annos canonẽ, ſeu mercedem eccleſiæ ſoluerit, tamen hoc non debet ipſi præiudicare quoad ius ſui dominij, & proprietatis, nec quoad penſiones futuri temporis, ex quo ante conceſſionem, & inueſtituram liquebat de iure, & de proprietate illorum de Nomagliis, & ſic etiam ipſius domini Hieronymi, ut notabiliter uoluit Bal. in additio. ad Specu. in tit. de loca. colum. 5. uerſicu. an quis ſoluendo iunctis iis, quæ uoluit idem Spec. in d. §. nunc uerò aliqua in uerſic. 52. qui determinat ad fauorem illius, qui ab eccleſia rem propriam in emphyteoſim conduxit, & in qua eccleſia ius non habebat, & pluribus rationibus, ac iuribus determinat contra eccleſiam, dicens ferè omnes ſic tenere adeò, quòd communis opinio contra eccleſiam eſſe uidetur, ut ibi latius per Specul. Ita enim eccleſia dominium, & rei proprietatem acquirere non poteſt, quia non eſt de iis modis, quibus dominium acquiritur, ut ibi per eũ, qui hinc inde arguit, facit tex. in c. inter dilectos in fin. de fide inſtrumen. & habetur per Bart. & optimè per Alexandr. in l. ſi rem aliquam colum. 11. ff. de acquiren. poſſeſ. Si igitur huiuſmodi conceſſio, & inueſtitura ipſi domino Hieronymo non præiudicauit per prædicta, indubitanter minus, & nullo modo potuit ipſi domino Pinno eius fratri abſenti, & ignoranti præiudicare per prædicta: Et quia hæc in ſe uera ſunt, ulterius me non extendo, cum ex prædictis facile, & optimè reſpõſio colligi poſſit omnibus, quæ in contrarium poſſunt adduci, & adducuntur per Specul. in locis præallegatis. ¶ Venio ad ultimum dubium, quod maiorem in ſe difficultatem continet, præſuppoſito bona, de quibus ſupra, fuiſſe, & eſſe emphyteotica, an propter crimina dicti domini Hieronymi dicantur publicata, an uerò ad eccleſiam reuerſa, & deuoluta adeò, quòd eccleſia de illis poſſit liberè diſponere, & Ioannem filium dicti domini Pinni inueſtire, excluſis penitus filiis domini Hieronymi: in quo uidetur de iure concludendum fore, quòd bona prædicta ab eccleſia in emphyteoſim domino Hieronymo conceſſa pro ſe, filiis, & nepotibus ſuis maſculis ob crimina ab eo commiſſa reſeruanda ſint filiis, & deſcendentibus ſuis, non autem publicanda: quia ſi in primis attendamus crimen homicidij per eum commiſſi tempore pacis, uiolando, & rumpẽ-
38 do pacem iuratam, † quod eſt crimen grauiſſimum, ut habetur in c. 1. de pace tenen. & eius uiola. & in c. 1. §. 1. de pace tenen. inter ſubdi. in uſu feud. & in c. 1. extra de tregua, & pace, bona ipſius immobilia fiſco applicari non debuerunt,
39 ſed ſuis filiis, & deſcendentibus conſeruari, † ut in d. c. 1. de pace tenen. in §. ſi quis hominem, ubi ſi is, qui hominem ſub uinculo pacis interfecit, captus fuerit, capitali pœna eſt afficiendus, ſi uerò aufugerit, bona quidem mobilia publicantur, immobilia uerò, & iura filiis conſeruantur.
40 ¶ Præterea † ubi ratione delicti bona ſunt publicanda, tunc bona feudalia, & emphyteotica, quæ ad filios, ut filios, & nõ ut hæredes tranſitura erant, ut quia conceſſa fuerant pro ſe, & filiis ſuis iuxta ea, quæ habentur per Bartolum in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. liber. & per Baldum in l. 2. C. de bonis liber. per Imolam, & Alexand. in l. quod dicitur ff. de uerborum obligãt. & in l. etiam ff. ſolut. matrimon. non ſunt publicanda, ſed filiis aſſignanda, ut uoluit Barto. per illum textum in l. eum, qui ff. de interdic. & releg. ac etiam in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus, & ibi latè per Alex. poſt Imolam colum. 14. ff. de dam. infe. Sed in caſu noſtro bona fuerunt ab eccleſia in emphyteoſim cõceſſa pro ſe, & filiis ſuis, & ſic ad filios, ut filios tranſire debebant, ergo in publicatione bonorum non ueniunt, nec ad eccleſiam reuerti de-
41 bent, ſed filiis conſeruari. ¶ Rurſus † crimen homicidij, & uiolatæ pacis non eſt de illis criminibus, in quibus poſt mortem delinquentis procedi poſſit, ut eius memoria damnetur ad effectum publicationis bonorum, ad quem effectum ſolum memoria alicuius damnatur in iis caſibus, in quibus damnari ſolet, ut uoluit glo. in ſumma 24. quæſt. 2. & habetur in §. publica, ibique glo. Inſtitu. de publi. iudic. & in l. penult. & fin. C. ad legem iuliam maieſta. & not. in l. eorum ff. eodem titu. Et quòd crimen homicidij, ac pacis uiolatæ nõ ſit de iis, in quibus poſt mortem delinquentis procedi poſſit, colligitur ex iis, quæ uoluit glo. in d. ſumma, & in l. unica C. ex delic. defun. in l. 2. C. ſi reus, uel accuſa. in l. ex iudiciorum ff. de accuſa. & in l. defuncto ff. de publi. iudi. & ubique ſcriben. qui ponunt caſus, in quibus poſt mortem memoria damnari poteſt, inter quos hic caſus non reperitur: Ergo cum in caſu noſtro dominus Hieronymus mortuus fuerit ante inchoatum iudicium, & ante damnationem criminis, ſequitur, quòd eius memoria damnari non poteſt, quia crimen eius morte finitum, & extinctum fuit d. l. 2. d. l. defuncto, & d. l. ex iudiciorum, & conſequenter nec eius bona, quæ aliàs ratione criminis publicanda fuiſſent, publicari poſſunt, nec alteri acquiri, ſed ad filios eius tranſire debent argumento d. l. eorum cum ibi not. iuncto d. c. j. §. j. de pace tenen. & eius uiola. Et dicit glo. in c. in quibuſdam extra de pœnis, & in c. ſi quis 6. quæſtio. 1. quòd ſpeciale eſt in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, uel quando quis clericum, ſeu prælatum alicuius eccleſiæ interfecit, quòd bona publicentur, & applicentur fiſco, ſeu eccleſiæ, à qua bona habuerunt, in aliis uerò criminibus bona ad filios, & hæredes tranſeunt. ¶ Si uerò conſideremus crimen læſæ maieſtatis aduerſus ſedem apoſtolicam, & ſanctam Romanam eccleſiam commiſſum, inuadendo, deprædando, & occupando ciuitates, terras, & loca ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, idem uidetur dicendum, quòd eius bona non ſint publicanda, & res emphyteoticæ ad ſuum dominum reuerti non
42 debeãt, ſed ad eius filios trãſeant, quoniam † bona damnati in crimine læſæ maieſtatis fiſco uendicantur ita demum, ſi nemo damnati liberorum exiſtat, ſed liberis extantibus, conſeruantur ipſis l. eorum, ubi caſus ff. ad leg. iul. maieſt. Præte-
43 rea † ob crimen læſæ maieſtatis memoria defuncti damnari poteſt ad effectum publicationis bonorũ, quoties crimen huiuſmodi committitur in primo capite legis iuliæ maieſtatis, ut quando in principem, uel aduerſus rempublicam Romanorum committitur, & non aliter l. fin. ff. ad leg. iul. maieſta. & ibi Bar. glo. in d. l. eorum, & in l. penul. & fin. C. eod. tit. & habetur in d. §. publica, & in §. per contrarium Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. & per Salic. in d. l. unica C. ex delic. defun. & per eundem, & alios in l. quiſquis C. ad legem iuliam maieſt. Sed dominus Hieronymus poſito, quòd crimen læſæ maieſtatis commiſerit, tamen non commiſit illud in primo capite, uidelicet immediatè cõtra principem, ſeu rempublicam Romanorum, ſed in aliis capitibus, uidelicet adhærendo hoſtibus, & inimicis principis, & reipublicæ; item turbando, inuadendo, & occupando ciuitates inferiores, & loca Romanæ eccleſiæ ſubiecta ad ea, quæ habentur in l. 2. & 3. ff. ad legem iuliam maieſta. ergo poſt eius mortem memoria illius damnari non poteſt, & conſequenter nec eius bona ſunt publicanda, ſed liberis ſuis relinquenda, ut in dicta l. eorum cum ibi notat. & cum ſimilibus ſupra allegatis: Hinc dixit Barto. in extrauagan. qui ſint re-

ctis in §.quoniam uerſi.xl.formando quæſtionem in eo, qui
crimen læſæ maieſtatis in principem commiſit, uel aliter fa
ctus eſt proditor,& rebellis patriæ, propter quod bona ip-
ſius ſunt publicanda,an bona feudalia,& emphyteotica pu
blicentur,& fiſco applicentur,an uerò ad dominum reuer-
tantur,& concludit ibi,quòd ſecundum aliquos tranſeunt
in fiſcum quoad utile dominium, & naturalem poſſeſſionẽ
ſaltem,donec ille delinquens naturaliter uixerit,uel quãdiu
ille tenere debebat:Sed ſecundum Spec. emphyteoſis per
petuo trãſit in fiſcum quoad utile dominium, & naturalem
poſſeſſionem abſque præiudicio domini, uidelicet cũ one-
re ſoluendi domino mercedem: Nam hæc procedunt, lo-
cumq; habẽt in emphyteoſi,ſeu feudo priuati, ut colligitur
ex uerbis Spec.ibi,& ex uerbis Alex.in d.§.ſi de uectigali-
bus col.17.At in emphyteoſi eccleſiæ aliud eſt,quia publi
catis bonis emphyteotæ,illa ad eccleſiam reuertitur,ſecun
dum quod dicit tex.in d.c.fœlicis in fin.prin.& Io.de Imol.
in d.c.fin.col.14.ſicuti refert Alex. in d.col.17. dicit,quòd
publicatis bonis emphyteotæ, ſi filius etiam emphyteoſim
eccleſiæ apprehẽdat,in electione eſt eccleſiæ, an uelit rem
à fiſco recuperare,an uerò illam penes fiſcum dimittere re
cipiendo ab eo ſolitam penſionem,ut in §.1.in auth.de alie.
& emphyt.& ita eſt de mente Bar.in d.§.ſi de uectigalibus,
ſi autẽ erat emphyteoſis à priuato conceſſa,tunc dicit Imo.
diſtinguendum eſſe, prout facit Bart. in d.§.ſi de uectigali-
bus,& ita pertranſit Alex.ibi in col. 17. maximè in emphy-
teoſi eccleſiæ,ut in fiſcum non tranſeat,nec penes filios, &
hæredes remaneat, ſed ad eccleſiam reuertatur, ut in d.c.
fœlicis,ac ibi Alex. reſpondet pluribus, quæ contra huiuſ-
modi diſtinctionem facere uidebantur,ut ibi per eum,& in
conſi.23.col.2.& 3.uol.1.¶ Confirmatur concluſio prædi-
55 cta,ſic arguendo, † à pari procedunt crimen hæreſis,& cri
men læſæ maieſtatis l.manicheos cum ibi not.C.de hæreti.
& colligitur ex iis, quæ gloſæ ponunt in uariis locis, uideli-
cet in l.ex iudiciorum ff.de accuſa.in l.defuncto ff.de publi.
iudi.in l.2.C.ſi reus,uel accuſa.in l.unica C. ex delic. defun.
in §.publica Inſtit.de publi.iudi.in §.per contrarium Inſtit.
de hæred.quæ ab inteſtat.& eſt text. not. in c. uergentis de
56 hæreti. Sed † quamuis bona hæretici propter eius crimen
publicentur,fiſcoq; applicentur,ut eſt tex.in d.c.uergentis,
& in d.l.manicheos,tamẽ non publicatur emphyteoſis ec-
cleſiæ,ſed applicatur eccleſiis,à quibus fuit cõceſſa,ut uide
tur tex.in c.excõicamus in §.1. de hæret.& ita per illũ tex.
dixit Domini. in d.c.fœlicis in ultimo notab. ergo idem di-
cendum eſt in caſu,quo quis crimen læſæ maieſtatis commi
ſiſſet,prout in caſu noſtro commiſſum fuit:& ita tenet Do-
minic.in d.ulti.notabili in d.c.fœlicis,ubi eſt text.clarus hoc
decidens expreſsè maximè in terris eccleſiæ, & inter ſubdi
tos ſuos ſecundum doctores in dicto §.ſi de uectigalibus.
57 ¶ Tertio dicta concluſio corroboratur hac ratione, † ubi-
cunque delictum committitur,per quod iniuria, & offenſa
contra Romanam, & ſic uniuerſalem eccleſiam infertur,
delinquens,maximè ſi ſit eccleſiæ ſubditus,dicitur commit
tere crimen læſæ maieſtatis in primo capite legis iuliæ d.l.
quiſquis,d.l.1.ff.ad legem.iuliam maieſta. iuncto d.c.fœli-
cis cum aliis ſupra allegatis, & cenſetur offendere omnes
eccleſias particulares, & conſequenter etiam illam, à qua
emphyteoſim habet,ut colligitur ex not.in c. cum apoſto-
lica extra de his,quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capitu.&
habetur per Ioannem de Imol.in d.c.fin.colum.14. de feu
dis,c.ſi quis deinceps 17.q.4.& c.ſi quis rapuerit 27.quæ-
ſtio.1.ergo infertur,quòd debet priuari emphyteoſi,quam
ab eccleſia particulari habet,quæ ad illam eccleſiam, quæ
fuit offenſa,reuerti debet,ut dicit text.in d. c.fœlicis, & in
58 clemen.1.de pœnis, quia † ubi quis delictum aduerſus do
minum,à quo feudum,ſeu emphyteoſim habet,committit,
priuatur feudo, & emphyteoſi, quæ ad dominum reuer
tuntur,non autem fiſco applicantur, ut latè ponit Ioan. de
Imol.in d.c.fin.& Alexan.in d.§.ſi de uectigalibus,& in con
ſil.23.& in conſil.30.uolum.1. Sed dominus Hieronymus
deliquit contra Romanam,& ſic contra uniuerſalem eccle
ſiam, & conſequenter etiam contra eccleſiam, à qua em-
phyteoſim habuit,ergo priuandus eſt emphyteoſi,quæ ec-
cleſiæ,à qua habuit,debet applicari per prædicta, & eſt de
mente Bart.in d.l.eum,qui:& hæc eſt ratio d.c.fœlicis, & d.
clemen. 1. ubi emphyteoſis ad eccleſiam reuertitur, quia
offendendo Cardinalem, & Epiſcopum dicitur offendi Ro
mana, & ſic uniuerſalis eccleſia, & conſequenter eccleſia
particularis, quæ emphyteoſim conceſſit.
59 ¶ Ex quibus omnibus infertur, † quòd eccleſia, ad quam
bona emphyteotica fuerunt taliter reuerſa, quòd prælatus
poteſt de illis liberè pro ſua uoluntate diſponere,non tene
tur ea filiis delinquentis relinquere, ſeu dimittere, quia ip-
ſi filij ob delictum paternũ cenſentur illis bonis priuati,
quomodocunque conceſſa dicantur, ſiue ſimpliciter pro
ſe,& hæredibus,ſiue pro ſe,& filiis, & ſiue fuerit emphyteo
ſis antiqua,ſiue paterna per textum in d.c.fœlicis,& ita ex-
preſsè uolunt Ioan.de Imol.poſt multos, quos allegat, in d.
c.fin.extra de feudis, & Alexand.in d. §.ſi de uectigalibus:
60 Item infertur, † quòd eccleſia poteſt alios agnatos dicti do
mini Hieronymi,& conſequenter Ioannem filium domini
Pinni inueſtire, & magis, quàm filios domini Hieronymi,
quia propter delictum cõmiſſum in eccleſiam Romanam,
quod dicitur eſſe crimen læſæ maieſtatis, per quod etiam
eccleſia, à qua dominus Hieronymus emphyteoſim ha-
buit,dicitur offenſa,filij ipſius domini Hieronymi delinquẽ
tis magis priuantur,& fiunt à dicta emphyteoſi alieni,quàm
collaterales,ut probatur in d.l.quiſquis, & ibi Salice. & alij
doctores communiter,& colligitur ex iis, quæ uoluit Ioan.
de Imol.in d.c.fin.& Alexan.in d.§.ſi de uectigalibus, & eſt
text.apertus in d.clemen. 1.de pœnis,ubi docto.poſt glo.di
cunt,quòd pœna ibi impoſita filiis, & deſcendentibus non
extenditur ultra perſonas ibi expreſſas,nec ad collaterales.
¶ Non obſtant adducta in contrarium,quia ex prædictis col
ligitur reſponſio omnibus,& aliis,quæ in contrarium face-
re uiderentur, & præſertim adductis in primo, & ſecundo
61 argumento, † quæ procedunt in iis delictis, in quibus bona
non publicantur,ſeu in quibus memoria defuncti damnari
non poteſt, nec ex quibus filij, & deſcendentes priuantur
bonis feudalibus, ſeu emphyteoticis pro ipſis filiis acqui-
ſitis. ¶ Non obſtat tertia conſideratio,quòd ad hoc,ut fi-
lij,& deſcendentes ob crimen læſæ maieſtatis priuentur bo
nis paternis, requiritur, quòd fuerit commiſſum in primo,
ſeu ſecundo capite legis iuliæ iuxta l.1.& 2.iuncta l.eorum
cum ibi not.& in l.fin.ff.ad legem iuliam maieſta.cum aliis:
quia reſpondetur, quòd in caſu noſtro crimen dicitur com
miſſum in primo,& ſecundo capite legis iuliæ maieſtatis,ue
luti colligitur ex iis,quæ ſupra dixi in præſuppoſitis.Præte-
62 rea † ex quo crimen contra Romanam eccleſiam fuit com
miſſum, & conſequenter dicitur offẽnſa eccleſia uniuerſa-
lis,& ſic quælibet eccleſia particularis,ſequitur,quòd delin
quens debuit priuari omnibus bonis, quæ ab eccleſia ha-
buit, & illa in præiudicium filiorum delinquentis reuerſa
dicuntur, ut in d.c.fœlicis, in d.clemen.1. c. in quibuſdam
cum glo.extra de pœnis,iunctis iis,quæ uoluit Alexan.in d.
§.ſi de uectigalibus,& Imol.in d.c.fin.de feudis. Ad reliqua
ex ſupra plenè deductis reſponſio patet, circa quæ, cum
eadem iam dicta eſſent repetenda, aliter non inſiſto, Sed
concludendo ea, quæ ſupra in dubitationibus ex præſen-
tis facti ſpecie propoſitis, atque elicitis dixi, magis de iu-
re eſſe, mihique uideri, finem huic conſultationi impo-
no. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conuenta in dubio interpretationem à iure communi de eadem materia loquente interpretationem recipiunt.*

2 *Renouatio inueſtituræ in contractu emphyteoſis non eſt neceſſaria, niſi partium pacto fuerit de ea conuentum, & tunc ob illam non petitam emphyteota cadit à iure ſuo: Et an hoc uerum ſit num. 44.*

Et quid, ſi uſus temporis immemorialis poſſet in contrarium allegari nume. 46.

3 *Compoſitum, ſeu mixtum quandoq; aliquid reperitur ex diuerſis ſpeciebus certam per ſe naturam, ſeu determinationem non habens, & recipiens quandoque unius, & quandoque alterius ex dictis ſpeciebus naturam, tamen de illarum aliqua eſſe non dicitur:*

4 *Et quomodo denominabitur.*

5 *Inueſtitura propriè contractui feudi conuenit.*

6 *Feudi natura eſt, ut uaſalli dominum in exercitu ſequi, illumque defendere teneantur.*

7 *Feudi dominus iuriſdictionem habet in uaſallos ratione feudi.*

8 *Iuramentum fidelitatis eſt de natura feudi.*

9 *Pro feudo ſeruitium perſonale præſtatur, non autem reale, ut aliquid annuatim ſoluatur.*

10 *Contractus potius locationis, & conductionis ſeu emphyteoticus, uel innominatus cenſeretur, quàm feudalis, quando aſſictus, ſeu certum quid annuatim ſolueretur.*

11 *Feudum dicitur contractus nominatus, in quo pœnitentiæ non eſt locus.*

12 *Locationis ſimplicis contractus non eſt, quando non eſt conuentum de certa mercede, ſeu penſione ſingulis annis in pecunia ſoluenda.*

13 *Emphyteoticus contractus à pactis contrahentium ſuam naturam recipit, & regulatur, & pro illo penſio annua tàm in ſpecie certa, quàm in pecunia ſoluitur.*

14 *Emphyteota iuriſdictioni domini non dicitur ſubiectus.*

15 *Contractus innominatus do, ut facias, ſeu facio, ut des, uel facio, ut facias, quando eſſe dicatur:*

16 *Et quomodo ſit regulandus.*

17 *Homagij contractus quis ſit, eiuſque natura.*

18 *Homagium differt à feudo.*

19 *Et eſt contractus nominatus à conſuetudine inuentus:*

20 *Ex contractu homagij ad quid quis teneatur.*

21 *Homagium eſt ad hæredes, & alios domini ſucceſſores etiam particulares cum iuſto titulo tranſmiſſibile.*

23 *Manſatæ contractus quis ſit, & quando dicatur.*

22 *Manſatæ contractus ſimilis eſt contractui homagij, et quando ab eo differat.*

24 *Immunitatis, & priuilegij titulus ex curſu temporis immemorialis legitimè probari dicitur.*

25 *Præſcriptio, ſeu conſuetudo temporis immemorialis per ſe ſine alio titulo ſufficit ad acquirendam libertatem, & immunitatem aduerſus dominum, illiuſque iuriſdictionem, & imperium:*

26 *Idem in præſcriptione curſus triginta, uel quadraginta annorum.*

27 *Præſcriptio temporis immemorialis fortior eſt præſcriptione triginta, uel quadraginta annorum.*

28 *Ad præſcribendum ſpatio triginta, uel quadraginta annorum contra ius commune, uel illius præſumptionem qualis titulus ſufficiat.*

29 *Præſcriptio, ſeu conſuetudo temporis immemorialis contra ius commune, uel illius præſumptionem ſine aliquo titulo procedit,*

30 *Bona eſſe feudalia, ſiue homines eſſe oneri, ac ſeruituti homagij, & manſatæ ſubiectos in dubio non præſumitur, ſed ſecundum ius commune homines cum bonis ſuis ab oneribus, & ſeruitute liberi, atque immunes præſumuntur.*

31 *Præſumptio, ac probatio ex curſu temporis immemorialis fortior, & potentior eſt illa, quæ ex inſtrumento publico inducitur,*

Neque tunc eſt ad inſtrumentum recurrendum num. 38.

32 *Ex curſu longiſſimi temporis, & præſertim immemorialis præſumitur quis in bona fide fuiſſe,*

33 *Et maximè, quando ſucceſſorum uariatio interuenit.*

34 *Vſus temporis immemorialis præſumitur iuſtus, atque legitimus.*

35 *Præſcriptio, ſiue cõſuetudo temporis immemorialis contra dominum etiã abſque illius ſcientia, & patientia procedit.*

36 *Libertas uniuerſalis, & obedientia contra principem, & ſuperiorem nullo tempore præſcribitur, ſed iura illius poſſunt quidem pro aliqua parte præſcribi, & quomodo.*

37 *Ex curſu temporis quando præſcriptio, & quando conſuetudo inducatur, & in quo præſcriptio, & conſuetudo inter ſe differant.*

39 *Inſtrumentum, ſiue contractus, & conuenta in eo nihil operantur, ſi obſeruata, & recepta nunquam fuerunt,*

40 *Maximè, ſi aliter fuiſſe obſeruatum appareat, quàm contentum fuerit in inſtrumento.*

41 *In contractibus emphyteoticis, & ſimilibus contra illorum naturam paciſci licitum eſt:*

Immò à pactis eorum natura perpenditur.

42 *Renouationis petendæ pactum in contractibus emphyteoticis, & ſimilibus tollitur per pactum contrarium, quod ſatis probari dicitur ex curſu temporis immemorialis, infra quod nulla fuit petita renouatio.*

43 *Renouatio quando ſemel tantum in fine primi termini, & quando ſæpius in fine cuiuſlibet termini ſit petenda, & facienda.*

45 *Pœna priuationis nunquam dicitur impoſita, niſi ſit expreſſa.*

EPITOME.

AD renouationem petendam, & inueſtituram recipiendam cum qualitatibus, & oneribus, de quibus in inſtrumento per longiſſimum tempus antea celebrato, & ad licentiam res alienandi, & in alium transferendi à domino petendam quis non tenetur, neque ius ſuum amittit, non petendo, quamuis de his omnibus ex inſtrumento publico pacto conuentum fuerit, quando ex curſu temporis immemorialis præſcriptio, ſeu conſuetudo contraria fuit contra dominum acquiſita, ſeu inducta:

Et latè de effectu, & uirtute curſus temporis immemorialis, hic habetur.

Et qualis contractus fuerit, ſi facta fuit conceſſio, & inueſtitura alicui uniuerſitati, & illius hominibus de certis rebus ad meliorandum cum pacto renouationis, & certú quid annuatim præſtandi, & ipſi homines promiſerunt cum dicto concedente eſſe, & cum illo, quando opus eſſet, caualcatam, & exercitum facere, ipſiuſq; iuriſdictioni, & imperio cum pactis quibuſdam uiciſſitudinarus ſe ſubiecerunt.

CONSILIVM CXV.

VISO quodam inſtrumento inueſtituræ factæ, ut aſſeritur, per communitatem Imolæ ſyndico, & hominibus de Maſſa, & conſideratis ijs, quæ mihi in facto proponuntur: videtur prima facie dicendum, quòd illuſtriſſimus dominus Franciſcus Eſtenſis, qui in effectu in ius communitatis Imolæ ſucceſſit, habeat intentionem ſuam fundatam ex dicto inſtrumento, quod probationem probatam facere dicitur l. cum precibus C. de probat. cum ijs, quæ ibi habentur, ut homines Maſſæ teneantur ab eo, ſeu illius agentibus inueſtituram recipere cum omnibus qualitatibus, & oneribus tàm in ſoluendo decimam ſingulis annis de fructibus, & rebus, de quibus in dicto inſtrumento, quàm in petendo licentiam ab ipſo illuſtriſſimo domino Franciſco domino dictæ terræ de uendendo res, & bona cõducta in caſibus, quibus homines præfati bona ab eis poſſeſſa, & conducta uendere, alienare, & in alios transferre uellent, cum ſolutione unius bononeni pro qualibet libra pretij dictorum bonorum uenditorum, & prout in d. inſtrumẽto continetur, atque conuentum fuit, quia inquit prætor, pacta ſeruabo l. iuriſgentium §. prætor ait ff. de pactis, aliàs ſi à dictis hominibus fuerit contrafactum, res, & bona ad ipſum illuſtriſsimum dominum deuoluentur, prout etiam iure cautum eſt in l. fin. C. de iure emphyt. c. potuit extra de lo
1 ca. & † in dubio conuenta recipiunt interpretationem à iure communi de eadem materia loquente, ut colligitur ex verbis Barto. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de oper. libert. ibique Alexan. & latè per eundem Alexandrum, & alios poſt Bartolum in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad trebellianum, & fortè pro parte d. illuſtriſ. do. poteſt attentari, dictos homines terræ Maſſæ ab omni iure ſuo, & ab omnibus meliorationibus in rebus factis cecidiſſe ex eo, quòd debitis temporibus retroactis renouationem inueſtituræ non petierunt, nec in multis uenditionibus iam factis, & quæ quo-

quotidiè fiunt, licentiam domini adhibuerunt, immò illas ſæpe eo irrequiſito fecerunt, & laudemium,hoc eſt unum bononenum pro libra pretij ipſi domino minimè ſoluerunt, ut in dictis iuribus, & præſertim in d.l.fina.habetur.

2 ¶Rurſus † & ſi renouatio inueſtituræ in contractu emphytheoſis, qualis eſt ille,de quo ſermo habetur,de iure non ſit neceſſaria,quia non eſt de natura contractus,ſed potius cõtra,uel præter contractum,ut in §.neque illud in authen.de non alien.aut permut.rebus colla.1. cum glo. tamen pacto partium licet de renouatione conuenire, ut colligitur ex glo.ibi in uer.tradere,& Ioan.de Imol.in c.1.extra de precar.ſicut in contractu precariarum, ſeu precariæ dicitur de natura contractus per glo.in c.precariæ 10.q. 2. & ibi dixi in col.3.extra de precar. At in caſu occurrenti conceſſio fuit perpetua,hoc eſt facta in annos uigintinouem cum pacto de renouando,ergo huiſmodi pactum eſt obſeruãdum, ut homines Maſſæ teneantur renouationem petere,& ſoluere id, quod pro renouatione faciẽda fuit promiſſum ſoluere,alioquin ipſi ab emolumento cadent argumento l. cum proponas la 2.C.de pactis,l.ſiquis maior C.de tranſact.glo. in c.1.ibiq;do.Anto.Abb.& Barba.extra de precar. ubi ſi renouatio in contractu precariæ non petatur,rem conducens à iure ſuo cadit. ¶Sed tamen his minimè refragantibus, quæ in facti ſpecie propoſita re uera non refragantur,contrariam ſententiam ueriorem eſſe exiſtimo,quod homines de Maſſa ad petendã renouationem non teneantur, & conſequẽter pro renouatione facienda aliquid ſoluere nõ ſint obligati,minusq; dico illos teneri ad requirendum dominum de licentia in alienationibus rerum, neque eos teneri ad præſtandum aliquid domino, quando contingeret aliquem, ſeu aliquos ex dictis hominibus uendere, ſeu aliter alienare res,quas habent,& poſſident: & ad hoc dicendum moueor ex iis, quæ infra dicentur: præſupponendo prius, quòd contractus,ſuper quo ſermo habetur,iam diu inter dictam communitatem Imolæ ex una,& homines Maſſæ ex altera initus de natura diuerſorum contractuum nominatorum participat,modo in uno naturam unius recipiẽs,modo in alio naturam alterius,non tamẽ eſſentialiter de ſpecie illorum contractuum eſſe uidetur, ſed quædam ſpecies de perſe ab aliis ſeparata argumento l.ſtipulationum la 1.& la

3 2.in prin.ff.de uerborũ obliga. † nam quandoque aliquid reperitur ex diuerſis ſpeciebus compoſitum certam per ſe naturam,ſeu determinationẽ non habens, quod aliquando unius,quandoq; alterius ex ſpeciebus, ex quibus componitur, naturam recipit, non tamen de aliqua illarum ſpecie dicitur iuribus proximè allegatis; c. ſuper quæſtionum §.quem uerò, & ibi Abb.in ulti.notab. extra de offic.

4 de lega. & l.1.in prin.ff.de actio.& obligat. † Denominabitur autẽ quandoq;, uel ab illa ſpecie,in qua magis incaleſcet,ſeu quæ præualet l.quæritur ff.de ſtatu hom.uel ab illa,prout officio illius magis cõueniet l.cum pater la 1.ff. de iure dot.iuncto §.1. Inſtit.de fiducia.tut.& argumento eorum,quæ inquit Alexan.in l.1.in prin.col.1.ff.de uerborum obliga.& Sozi.in l.1.in prin.colum.5.ff.de acquir.poſſ.habere enim uidetur hic contractus de natura contractus feudi, inquantum homines de Maſſa fuerunt à cõmunitate Imo-

5 læ inueſtiti, † cum inueſtitura propriè conueniat contractui feudi,ut in tit.de inueſtit.de re alien.fac.& in tit.de inueſtit.in maritum,& in tit.de inueſtit.quam titius, in titu. ſi de inueſtitura inter domin.in tit.ſi de inueſti. feudi, in titu. per quos fiat inueſtit.& in titu.quid ſit inueſtit.cũ aliis plu-

6 ribus: Adaptatur † etiam hic contractus ad naturam feudi,inquantum homines Maſſæ promiſerunt eſſe cum communi Imolæ,& non contra illam, & cum communi Imolæ caualcatam,& exercitum facere,quando commune Imolæ exercitum,ſeu caualcatam faceret, & ſic dicti homines cum perſonis tenentur commune Imolæ defendere, prout uaſalli tenentur dominum in exercitu ſequi, illumq; defendere, ut in c.1.§.item qui dominum quæ fuit prim.cau.beneſi.amit.in c.1.in prin.& in §.1.hic finitur lex,& in c. 1.§. licet ſi de feu.controuer.ſit inter dom. Aſſimilatur etiã hic cõtractus contractui feudi, inquantũ homines Maſſæ iuriſdictioni,& imperio cõmunitatis Imolæ ſe ſubiiciunt,quoniã

7 † dñs feudi ratione feudi habet in uaſallos iuriſdictionẽ, ut in c.cæterum extra de iudi. in c.ex tranſmiſſa,& c uerũ extra de foro competen. Sed quamuis hic contractus in pluribus cum contractu feudi conueniat, ut ſupra, non tamen propriè dicitur eſſe contractus feudi, ſed alius & diuerſus, in primis quia eo tempore, quo factus fuit,ac etiam poſtea non fuit dictis hominibus Maſſæ præſtitum iuramentum fidelitatis,nec illi communi Imolæ fidelitatem præſtare pro-

8 miſerunt, † quod iuramentum eſt de natura feudi, cum à fide,ſeu fidelitate ſit dictum,de cuius forma habetur in c. 1. in fi.per quos fiat inueſti.& probatur in c.1.quid præcedere deb.& in c.1.qualit.iura.deb.uaſal.& ubique nor.per gloſ.& ſcriben.ac etiam per Specul.in tit.de feu.c.de forma 21.q.

9 ultim. Item † pro feudo ſeruitium perſonale præſtatur, non autem reale,ut aliquid annuatim ſoluatur, ut in c.1.in fin.in quibus cau.feu.amitt. Bal.in l.liberti, libertæq; C.de oper.liber.Bald.in l.1.44.q.ff.de rerum diui.Cyn.in auth. ingreſſi C.de ſacroſ. eccle. in uerſi. circa præmiſſa adhuc quæro,& Specul.in titu.de loca.§.nunc uero aliqua in fin. & Alexan. in conſi.136.colum.1.lib.1.& feudiſtæ maximè do.Præpoſi.in prælud.feud.in diffinitione feudi col.5.circa

10 fin. † quando enim affictus,ſeu aliquid certum annuatim ſolueretur,tunc contractus cenſeretur potius locationis, & conductionis, ſeu emphyteoticus,uel innominatus, quam feudalis Bal.in d.l.liberti, libertæque,& in tit.de pace conſtan.in uer.libellarium in fin.poſt.Cardi.in c.potuit de loca. Ioan.de Imol.in c.1.extra de feudis, Specul.in titu.de loca.

11 ſub rub.de feud. † & ait Bal.in rub.C.de rerum permut. quòd feudum dicitur contractus nominatus, in quo pœnitentiæ locus non eſt: & his aſtipulantur ea,quæ domini feudiſtæ in prælud.feud.communiter dicunt: At in caſu propoſito eo tẽpore,quo præfata conceſſio cõmunitati, & hominibus Maſſæ facta fuit,conuentum fuit, quòd ipſi homines decimam omnium redditnũ, & de omnibus fructibus, exceptis quibuſdam, præſtare tenerentur, nec non annuatim in feſto diui Caſſiani de mẽſe auguſti unum pallium de ſirico pretij ſolidorum centum,aut ſolidos centum dare deberent,& ſic certum quid, ergo non poteſt inter hos con-

12 trahentes dici celebratus contractus feudi, † nec etiam contractus ſimplicis locationis, cum non fuerit ſimpliciter conuentum de certa mercede, ſeu penſione ſingulis annis in pecunia ſoluenda,ſed potius de certa ſpecie, & quibuſdam certis redditibus ſoluendis,per textum in l. 2.cum glo. ff.locati,gl.in l.1.§.ſiquis ſeruum ff.depoſi.& Inſti.de locat. in prin.uidetur ergo huiuſmodi contractus potius nomina-

13 tus emphyteoticus, † qui diuerſam ab aliis contractibus nominatis naturam habet,& à pactis cõtrahentium, a quibus principaliter ſuã natuã recipit,regulatur, atq; pro illo pẽſio annuatim tam in ſpecie certa, quàm in pecunia ſoluitur §.ad eo,& ibi glo.Inſtit.de locat.l.1.& 2.ubi habetur C.de iure emphyt. Quod etiam non placet, quia nullibi

14 legitur, † quòd emphyteoticarius dicatur eſſe iuriſdictioni domini concedentis ſubiectus,cum contractus ille plerumq; ſoleat fieri inter priuatos, inter quos eorum pacto iuriſdictio transferri non poteſt l.priuatorum C.de iuriſdi.

15 om.iud. Quare † uidetur hic contractus eſſe quidam contractus innominatus,do,ut facias; ſeu facio,ut des ſiue facio,ut facias, attentis uariis, diuerſiſq; pactis uiciſſitudinariis hinc inde factis, de quibus in inſtrumento inueſtituræ, hoc

contra ius cõe,uel illius præſumptionem titulus requiratur,
tñ non requiritur titulus iuſtus,nec talis,qui dñium tribuat,
ſed ſufficit qualis qualis titulus ſalem præſumptus gl.in uer.
29 cauſam de præſtip.in 6. Nil mirum ergo,† ſi ſine aliquo ti
tulo ſufficit præſcriptio, ſeu conſuetudo tanti temporis,
de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit, cum ex
illa titulus,& cauſa iuſta præſcribendi,præſumptione iuris,
& de iure præſumatur, quoniam uериſimilè non eſt, quem
tanto tempore fuiſſe uſum,niſi cauſa libertatis,ſeu priuile-
gij titulus adeſſet,ut etiam inquit Specul. in d. §. quoniam
in fin. 3.q.in qua ratione fundatur id,quod habetur in d. c.
1.de præſcrip.in 6. & ſi prædicta uera ſunt, quando quis
contra ius commune,uel illius præſumptionem præſcribe-
ret,d.c.1.multo magis uera erunt in caſu noſtro, in quo nõ
dicitur hæc conſuetudo, neque preſcriptio contra ius com
mune,uel eius præſumptionem inducta d.c.1.ibiq; ſcriben.
30 † nam quòd bona ſint feudalia,ſiue homines ſint homagio,
& oneri, ac ſeruituti homagij,& manſatæ ſubiecti,in dubio
non præſumitur,immò ſecũdum ius commune ſemper eſt
præſumendum, quòd homines cum bonis ſuis ſint ab oneri
bus liberi,atque immunes,cum liberi hominis nullum ſit cõ
mertium l.ſed celſus in prin.l.ſi in emptione §.liberum, l. li
beri hominis ff.de contrahen.emptio.& l. ea, quæ C. de li-
ber.cau.& maximè hoc uerum eſt, quando homo eſſet in
quaſi poſſeſſione libertatis,ac immunitatis in totũ, ſiue pro
parte,arguendo de toto ad partem argumento l. quæ de to
ta ff.de rei uendica.nam tunc in dubio pro illo præſumen-
dum,& iudicandum erit,niſi cõtrarium fuerit probatum d.
l.ea, quæ; ac etiam quia res,& homines in dubio liberi præ
ſumuntur, nõ autem alicui ſeruituti ſubiecti,ut in l.1,& l.al
tius cum l. ſequen. C. de ſeruit. & aqua,c.1.§.1.ſi de feu.
fuer.conten.inter dominum, & agnatos, ibiq; ſcriben. Nec
ſatis erit in caſu noſtro probare per exhibitionem inſtrumẽ
ti,per quod hominum,& rerum Maſſæ ſubiectio probari ui
detur, uidelicet ipſos teneri ad renouationem, & alia, de
quibus ſupra, faciendum, cum inſtrumẽtum publicum ple
nam faciat fidem, & pro illo in dubio præſumatur d.l. cum
31 precibus, & in princ. dictum fuit: quoniam dico, † quòd
probatio,fideſque inſtrumenti,ac præſumptio,quæ pro illo
erat,dicuntur offuſcatæ,atque ſublatæ per contrariam con
ſuatudinem tanti temporis, de cuius initio nõ exiſtit memo
ria in contrarium,quæ præſumptionem iuris, & de iure fa-
cit,quòd contra illa,quæ in dicto inſtrumento contineban-
tur,fuerit quoad prædicta factum pactum, uel conceſſum
priuilegium d.c.1.de præſcrip.in 6.cum aliis ſupra allega-
tis: & hæc præſumptio, quæ inducitur ex curſu tanti tem-
poris, de cuius initio memoria in contrarium non exiſtit,
fortior eſt,atque potentior,quam ſit illa, quæ ex inſtrumen
to publico inducitur,quia prima eſt iuris, & de iure, ut ſu-
pra,& in indiuiduo uoluit Felin.in c.cum nobis col.3.num.
6.de præſcriptio.poſt do.Anto.in c. peruenit in 10. charta
uerſi.ad tertiam,qualis ſit iſta præſumptio &c. de cenſibus,
alia uerò eſt iuris tantum d.l. cum precibus cum glo.c.cum
Ioannes de fid.inſtrum. cum ſimil. una autem præſumptio
fortior tollit aliam debiliorem,c.tuam,ibiq; glo.& c.tua no
bis extra de ſponſal.Bar.in l.diuus ff. de in integ.reſtit. cum
32 ſimilibus. Quòdque † ex curſu longiſſimi temporis, &
præſertim de cuius initio memoria in contrarium non exi-
ſtit,præſumatur quem in bona fide fuiſſe, colligitur ex iis,
quæ latè habentur per glo.& ſcriben.in c. ſi diligenti extra
de præſcriptio.ubi Abb.inquit, quòd in iuribus incorporali
bus,ut in caſu noſtro in præſcriptione longiſſimi temporis,
bona fides præſumitur,maximè contra priuatos,hoc eſt cõ
tra illos,qui ius eccleſiæ non habent,quod multo magis ue
rum eſt in præſcriptione tanti temporis, de cuius initio me
moria in contrarium non exiſtit,ut uoluit Antò.de Butr. in

33 d.c.peruenit col.16.& hoc indubitanter procedit, † quan
do ſucceſſoum uariatio interueniſſet, quia inducta obliuio
ne primi ſtatus propter tanti tẽporis longinquitatẽ, abſque
dubio inditium, & præſumptio bonæ fidei oritur, ut dixit
Felin.in d.c. ſi diligenti col.4.in fin.argumento l. qui in al-
34 terius ff.de regu.iur.nam † uſus tanti tẽporis iuſtus,atque
legitimus præſumitur, ut infertur ex uerbis Innocen.in c.2.
de in integ.reſtit.facit tex.in d.c.ſuper quibuſdam,& in d.c.
1.de præſcri.in 6.Felin.in d.c.cum nobis col.1.cum ſequẽ.
in fin.nu.3.nã in tali præſcriptione,ſeu conſuetudine aliud
non requiritur,quam tempus,de cuius initio memoria non
35 exiſtat, ut ibi per Felin. ¶ Et † procedit huiuſmodi præ-
ſcriptio,ſiue conſuetudo tanti temporis contra dominum
etiam abſq; illius ſcientia,& patientia,cum per ſe talis præ-
ſcriptio ſufficiat, Ange.in d.l.hoc iure §.ductus,& eſt de mẽ
te Bal.in tit.quæ ſint regalia in c.1.& do.Anto. de But. in d.
c.peruenit col.20.uer. ex his apparet, & col.24. uerſi. per
hoc apparet,quid de pedagiis,Ioan.de Imol.in l. ſi publica
nus §.in uectigalibus ff.de publica.& plenè declarat Felin.
in d.c.cum nobis col.2.cum ſequen.num.3.per totum.
36 ¶ Et quamuis † ex curſu etiam tanti temporis, cuius initij
memoria in contrarium non extat, ſecundum aliquos quis
libertatem uniuerſalem præſcribere nequeat, ut non tenea
tur alicui ſaltem principi obedientiam præſtare, quia obe-
dientia aliquo tempore præſcribi non poteſt d.c.cũ nobis
cũ aliis ibi not. tamẽ iura ſuperioris,ac ẽt principis poſſunt
pro aliqua parte præſcribi,ut fuit de mente Angeli in l.hæc
autem in fi.uerſi. reſtat uidere ff.de ſeruitut.urban. prædio.
ſecundum quod illum declarat Felin.in c. cum non liceat
col.8.num.11.in fin.illius col,& facit ille tex. iuncto. c. cum
olim,& c.auditis,ibiq; Felin.in 6.col.nu.10.ferè cũ duabus
col. ſequentibus de præſc.& Alex.in conſi.124.col.2.lib.4.
plura aliqualiter nobis inſeruientia refert, & inter alia in-
37 quit, † quòd quando agitur de iure acquirendo homini-
bus, & uniuerſitati per curſum tẽporis,tunc dicitur conſue
tudo, qñ uero de iure quærẽdo priuatæ pſonæ dicitur præ
ſcriptio: & conſuetudo dicitur fauorabilis, præſcriptio ue-
rò odioſa,Felin.in d.c.auditis col.12.num.11, & ideò con-
ſuetudo procedit ſine titulo,præſcriptio uero non, item cõ
ſuetudo eſt extenſibilis,quod ſecus eſt in præſcriptione: &
nota,quia ipſi loquuntur de illa,quæ eſſet longi, ſeu longiſ
ſimi temporis,ergo hoc magis dicendum erit de conſuetu
dine,ſeu præſcriptione tanti temporis,de cuius initio me-
moria in contrarium non exiſtit, quia hæc nihil aliud, ut di
xi,quam ſolum curſum temporis expoſcit: ſed in caſu, de
quo agitur, tractatur de acquirendo hominibus Maſſæ, &
ſic uniuerſitati,ergo hæc dicitur propriè conſuetudo tanti
temporis, de cuius initio nõ exiſtit memoria in cõtrarium,
& conſequenter fauorabilis cenſetur,& abſque titulo,ſcien
tia,ac patientia domini procedere potuit, cum in illa ſuffi-
ciat ſolum curſus tanti temporis,qui facit præſumi titulum
iuſtum pacti, ſiue priuilegij taliter;quòd alia tituli allega-
tio nõ eſt neceſſaria,quia præſumitur ille titulus, qui pro-
deſſe,ac interuenire poſſet, & qui rei,de qua agitur, magis
conuenire poteſt d.l.hoc iure §.ductus,d.c.ſuper quibuſdã
§.præterea,& d.c.1.de præſcript.in 6.quæ præſumptio, ut
dixi,dicitur eſſe iuris,& de iure,contra quam probatio non
admittitur,c.is qui fidem extra de ſpõſal.item talis conſue
tudo præſcripta curſu tanti temporis facit bonam fidẽ præ
ſumi,cuius allegatio non eſt neceſſaria,nec aduerſatij ſcien
tia in illa requiritur, ut ſæpe dictũ eſt, & habetur per Anto.
de But.in c.fin. extra de conſuetud. dum ponit differentias
inter conſuetudinem, & præſcriptionem, & Alex. omnino
in conſi.6.lib.1.col.2.qui multa cumulat. ¶ Stante † itaq;
38 hoc in caſu curſu tanti temporis, de cuius initio non exiſtit
memoria in contrarium, non eſt opus ad inſtrumentum in-
ueſti-

ad fauorem hominum Maſſæ de iure concludendum eſſe ſum arbitratus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis, & precaria pari paſſu ambulant, & in omnibus ac per omnia æquiparantur.*

2 *In contractu precariæ ſi conductor tempore conuento renouationem non petat, uolente eccleſia abſque ſpe renouationis à iure ſuo cadit.*

3 *Idem in contractu emphyteotico eccleſiæ.*

Nec refert, in utroque contractu, an conceſſio facta fuerit ad uitam, uel ad certum tempus renouandum, uel in perpetuum cum pacto renouationis num. 6.

4 *Renouatio, ſtante loci conſuetudine, ſeu conuentione de renouando in contractu emphyteotico eſt neceſſaria.*

5 *Et de hac conſuetudine cui ſit ſtandum.*

7 *Renouatio in contractu tàm emphyteotico, quàm precariæ non dicitur tacitè, & ex perſeuerantia, finito tempore, facta, ſed ſcripturam pro ſolemnitate requirit:*

8 *Et illi non dicitur ſatisfactum, nec caducitas ex ea proueniens uidetur remiſſa, ſi prælatus eccleſiæ penſiones poſtea ſimpliciter reciperet, & de illarum ſolutione per ſcripturam appareret.*

9 *Canonem recipiendo quis prælatus, & quando in iure caducitatis eccleſiæ quæſito præiudicet.*

10 *Quid in ſimplici negotiorum geſtore, & procuratore etiam habente mandatum exigendi, & recipiendi ſimpliciter canonem à conductoribus, et emphyteotis.*

11 *Procurator non habens ſpeciale mandatum, uel cum libera ius domini remittere non poteſt.*

12 *Caducitatis ius quando ex patientia, & tollerantia domini cenſeatur remiſſum, & quando non.*

13 *Caducitatem dominus remiſiſſe non dicitur, quando illius ſcientiam non habuit.*

14 *Caducitatem ob non petitam renouationem, & alia in inſtrumento conceſſionis contenta fuiſſe commiſſam, an epiſcopus, & prælatus ex eo ſciuiſſe præſumatur, quòd ab initio inuentarium de omnibus rebus eccleſiæ facere debuerit.*

15 *Renouationis petendæ tempore elapſo, emphyteota illam non petens, dicitur iure ſuo ipſo iure priuatus.*

16 *Renouatione infra tempus conuentum non petita, quando conceſſio eſt facta non in perpetuum, ſed ad tempus, ut ad nouennium ad renouandum, ſi dominus declarauerit emphyteotam à iure ſuo cecidiſſe, ea amplius peti, & concedi non poteſt.*

17 *Per renouationem quando dicatur fieri noua conceſſio, & nouus contractus:*

Et quando ſecus, & num. 19.

18 *Inſtrumentum, & contractus inter ſe differunt tanquam continens, & contentum.*

20 *Determinari pariformiter non debent ea, quæ à diuerſis diſpoſitionibus recipiuntur.*

21 *Renouari quid dici poſſit, & ad quid hoc uerbum referri queat.*

22 *Locatio facta uſque ad tertiam generationem ad terminum nouem annorum renouandorum, an dicatur una, quouſque durat tertia generatio, an uero plures de nouennio in nouennium, & quid illa uerba uſque ad tertiam generationem importent, & quomodò intelligantur.*

EPITOME.

EMPHYTEOTAM *ob renouationem tempore conuento non petitam, eccleſia, & domino declarante, abſque ſpe recuperationis à iure ſuo cecidiſſe, & tot fuiſſe cõceſſiones, et locationes nouas, quot fuerant tempora locationum, & renouationum, ac renouationes faciendæ, non autem unicam durare locationem, & conceſſionem, non obſtantibus renouationibus, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CXVI.

IN cauſa caducitatis, quæ inter Epiſcopatum Bononiæ ex una, & illos de Bologninis ex alia uertitur, licet ante, quam de illa notitiam habuerim, quam plures clariſſimi iuriſconſulti, & præcipuè eximius Alciatus ſuper diuerſis articulis, & maximè an ob non petitam renouationẽ cõductor à iure ſuo ceciderit, doctiſſimè conſuluerint, adeò quòd nullus dicẽdi locus mihi amplius ſupereſſe uideatur, tamen ut amicorum, quorum honeſtæ petitioni par eſt ob tempore, deſiderio ſatisfaciam, ſuper ultimo quæſito proximè relato aliqua pauca allegabo. Et quòd ob non petitã infra tempus conuentum renouationem emphyteota à iure ſuo cecidiſſe dicatur, ſtante declaratione, & uoluntate eccleſiæ, quæ ob hanc cauſam declarauit illum iure ſuo fuiſſe priuatum, prout in actis continetur, oſtendo, nam in primis

1 † certũ eſt in iure, quòd emphyteoſis, & precaria pari paſſu ambulant, & quod in uno reperitur, in alio dicitur: & ideò glo. in c. precariæ. 10. q. 2. inquit, quòd affines ſunt: & Bar. in l. ſi finita §. ſi de uectigalibus ff. de damno infec. dicit illas dici ſimiles in omnibus, & per omnia, & Præpoſi. medio. l. in prælud. feudo. circa finem aſſerit in nihilo differre, ac in omnibus, & per omnia æquiparari, Alex. in conſi. 165. col.

2 2. lib. 2. Sed. † in contractu precariæ ſi conductor omiſerit tempore conuento renouationem petere, uolente eccleſia abſq; ſpe recuperationis à iure ſuo cadit, ut uolũt doct. omnes poſt glo. fin. in c. 1. extra de precar. ut per Hoſt. Ioan.

3 de Imol. Abb. & Andr. Barba. ibi, ergo † idem in contractu emphyteotico eccleſiæ eſt dicendum, quòd uolente, & declarante eccleſia, prout in caſu occurrenti uoluit, & declarauit, emphyteota à iure ſuo cecidiſſe dicatur: & quamuis de iure in contractu emphyteotico renouationi non ſit

4 locus, quia hoc iure cautum non reperitur, tamen † ſtante loci conſuetudine, ſeu conuentione de renouando, renouatio eſt neceſſaria, ſicut in contractu precariæ, in quo renouatio ortum habuit à conſuetudine d. c. 1. de precar. & ibi Anto. Imol. Abb. & antiqui omnes, & probantur hæc ex tex. cum glo. in §. neque illud in authen. de non alien. aut permut. rebus, per Bal. in authen. ſiquas ruinas col. 2. C. de ſa-

5 croſ. eccl. & optimè per Imol. in d. c. 1. col. 1. Et † de hac cõſuetudine, quòd renouatio in contractu emphyteotico fieri debeat, ſtãdum eſt doctoribus ſic aſſerentibus ad tradita per Bartolum in l. de quibus ff. de legibus, & not. in cap. fin.

6 de cõſuetud. & † quoad hunc effectum non refert, an conceſſio facta fuerit ad uitam, uel ad certum tempus renouãdum, uel in perpetuum cum pacto renouationis, quoniam in precaria idem contingit, quæ ad longum certum tempus, uel ad uitam, uel in perpetuum ad renouandũ de quinquennio in quinquennium fieri poteſt, & tamẽ quomodocunque facta fuerit, ſi renouatio tempore conuento, uel cõſueto non fuit petita, conducens ipſo iure, uolente eccleſia, hoc eſt in illius prælato, cadit à iure ſuo, ut paſſim doct. in d. c. 1. & in locis de hac materia loquentibus atteſtantur: ergo idem in contractu emphyteotico per prædicta dicen-

7 dum eſt. Neque † finito uno quinquennio poteſt dici tacitè, & ex perſeuerantia facta renouatio, quia illa ſcripturã pro ſolemnitate requirit, ut in l. 1. C. de iure emphyt. iuncta l. item quæritur §. qui impleto ff. loca. ueluti in terminis declarat Bal in l. unina col. antepen. C. quãdo non peten. par.

8 ¶ Ex quibus infertur, † quòd etiam ſi prælatus eccleſiæ penſiones poſtea ſimpliciter reciperet, & de illorũ ſolutione per ſcripturam appareret, propter hoc tamen non diceretur renouationi fiendæ ſatisfactum, neque ius caducitatis ex non petita renouatione proueniens uideretur remiſſum cum ſolemnitas ſcripturæ ad renouationem faciendam eſſet neceſſaria, ut ſupra quòd ſecus contingeret in caducitate ex non ſolutione canonis proueniente, quæ tacitè ex receptione futuri canonis poſtea facta cenſeretur remiſſa, ut habetur per gloſam, & doctores communiter in c. potuit extra de locato.

¶ Præterea diligenter eſt animaduertendum, quis fuerit il-

9 le, qui ſimpliciter futuras penſiones receperit, † quoniam ad hoc, ut recipiendo pótuerit eccleſiæ præiudicare, neceſſe

petuum cum pacto renouationis, & hoc caſu per renouatio nem non dicitur fieri noua conceſſio, an uero fiat conceſſio ad modicum tempus, hoc eſt ad quinquennium, idem ſi ad nouennium eadem ratione, quia tunc etiam ad non longum tempus fieri diceretur, cum pacto renouationis, & tunc per renouationm factam, finito primo tempore diceretur fieri noua cõceſſio, nouuſq; contractus, ut eſt de mente Abb. ibi: Finito ergo primo tempore, ſi renouatio petita non eſſet, amplius fieri non deberet, & conductor à renouatione, nouaque conceſsione excluderetur, ex quo tempus primæ conceſſionis finitum eſſet, & lapſum foret tempus, infra quòd renouatio peti debebat, & poterat.

¶Hoc etiam ſuadetur ex eodem inſtrumento locationis in pacto de renouatione faciẽda, in quo conuentũ fuit, quòd finitis, & reuolutis dictis nouem annis reſpectu poſſeſſionis trecentarum, & ſeptem tornaturarum, ac etiam finitis uigintinouem annis reſpectu poſſeſſionis duarum millium & quingentarum tornaturarum, ipſi conductores infra menſem petere tenerentur ſibi fieri facere renouationem præſentis contractus, & inſtrumenti, quam renouationem, nouamq; conceſſione facere teneãtur prefatus R.D. Epiſcopus, & eius ſuceſſores &c. Noto primo illa uerba præſentis contractus, & inſtrumenti, ex quibus infertur non ſolum eſſe faciendam renouationem inſtrumenti ad effectum, ut memoria non pereat, & ſic ex longitudine temporis eccleſiæ præiudiciũ generari poſſit, niſi renouatio fieret, ut in c. longitudine, & c. ſæpe 12.q. 2. cum ſimilibus allegatis per Abb. & alios in d.c.1. de precar. ſed ẽt ex tenore dicti inſtru-

18 menti facienda eſt renouatio contractus: † inſtrumentum enim eſt ſcriptura, inqua contractus eſt deſcriptus, & conſequenter contractus, & inſtrumentum inter ſe differunt, tanquam continens, & contentum argumento l. contractus C. de fid. inſtrum. & de ſe patet: Finito ergo primo nonennio, uel ſecundo, & ſic tempore, quo renouatio fieri debebat, nouus contractus fieri dicebatur, alioquin ſi adhuc eadem conceſſio, idemque contractus conceſſionis duraret, & ſolum diceretur fieri renouatio inſtrumenti, & illius tenoris ad effectum, ne temporis longitudine memoria periret, ut ſupra, profectò ſatis fuiſſet in inſtrumẽto dictum eſſe, renouationem fieri præſentis inſtrumenti: cum eo caſu, quo poſt finitum primum quinquennium, uel nouennium prima locatio finiri non dicitur, per renouationem nouus contractus fieri non dicatur, ſed idem remaneat, ut quando eſſet facta conceſſio in perpetuum ad tradita per do. Anto. in d.c.1. de precar. ubi clarè hoc uoluit. ¶Secundo pondero etiam illa uerba dicti inſtrumenti, quam renouationẽ, nouamq; conceſſionem, & locationem &c. nam ea uerba nouamque conceſſionem, & locationem referri nequeunt ad poſſeſſionem duarum millium ſeptingentarum tornatu-

19 rarum locatam, & conceſſam in perpetuum, quia † quando facta fuit conceſſio in perpetuum, per renouationem non fit noua conceſſio, ſeu locatio, aut nouus contractus, ſed remanet eadem locatio, & conceſſio primo facta, & renouatio fit duntaxat ad effectum, ne ex longitudine temporis poſſet eccleſiæ præiudicari, ut uoluit Anto. & Abb. in d. c.1. Alex. in d. cõſi. 165. & Bal. in d. auth. quas actiones col. 2. uerba ergo illa, nouamq; conceſſionẽ & locationẽ ſunt neceſſario referenda ad poſſeſſionem tornaturam trecentarum, & ſeptem factam ad terminum nouem annornm ad renouandum de nouennio in nouennium, quia cum illa ſit facta ad nõ longum tempus cum pacto renouationis, quot ſunt nouennia, tot ſunt nouæ locationes, nouiq; contractus renouandi tamen: & ſic finito uno nouennio dicitur finita locatio, & conceſſio unius nouennij, & facta renouatione, incipit noua locatio, & conceſſio, nouuſque contractus, ut uoluit Bal. in l. uoluntas. C. de fideicom. Abb. & Imol. in d. c.1. de precar. Bal. in d.l. unica col. antepen. l. item quæritur § fin. cum ſequen. & ibi Paul. Caſt. & alij. poſt Bart. Alex. in d. conſi. 165. poſt Ang. in d. conſilio. Verba igitur illa inſtrumenti quam renouationem, nouamq; conceſſionem, & locationem ſtant reſpectiuè, &, ut dictum fuit, ad præcedentia ſunt reſpectiuè referenda, alioquin ſtarent ſuperfluè, & implicare uiderentur. ¶Nec prædictis obſtat, quòd in inſtrumento dicitur ad renouandum &c. ac etiam dicitur, & dictis nouem annis reuolutis renouãdum ſucceſsiuè de nouem annis in nonem annos: & ſimiliter dum in inſtrumento facta fuit locatio tornaturarum duarum millium, & quingentarum in perpetuum ad renouandum perpetuo; & ſic utroque caſu locatio dicitur facta ad renouandum, ſed reſpectu locationis tornaturarum 2500. intelligitur, ut non obſtante renouatione dicatur una tantum locatio, & unus contractus, ergo idem reſpectu locationis tornaturarũ trecentarum, & ſeptem, ut pariformiter determinentur. Quia

20 reſpondetur primo, † quòd hæ duæ locationes ſub diuerſis diſpoſitionibus determinantur, & ſic diuerſæ diſpoſitiones hæc duo reſpiciunt, non autem una, eademq; diſpoſitio, ergo non ſumus ſub regula ſumpta ex l. nam hoc iure ff. de uulga. & pupilla. immò ex quo diuerſæ diſpoſitiones illa duo reſpiciunt, debent diuerſimodè, & difformiter determinari argumento d.l. nam hoc iure, ubi hoc probatur.

21 Præterea dicó, † quòd renouari non ſolum dicitur illa cõceſſio, & locatio, quæ ſemper una eſt, & ſemper durat, ut per Anto. & alios in d.c.1. de precar. cum ſimilibus, ſed etiã illa, quæ iam finita eſt, & extincta, iterumq; eidem, aut conſorti, ſeu filiis conceditur, ut eſt tex. ibiq; glo. in c. 2. de feudis, & ibi Imol. & alij in notabilibus, glo. in c. non ſatis 34.q. 2. in c. per tuas per illum textum de donat. & in c. cum uenerabilis de cenſibus: ergo uerbũ renouatio ſe ad utrumq; habere poteſt: Si tamen de renouatione mentio fieret ad differentiam nouæ conceſsionis, & locationis, prout facta fuit in caſu noſtro, ueluti dictum eſt, tunc uerbum renouatio cõprehenderet ſolum caſum, quando fieret ſimplex renouatio inſtrumenti, non autem conceſsionis, & locationis, ne uerba ſtarent ſuperfluè argumento l. ſi quando ff. de lega. 1. cum ſimilibus.

¶Non obſtant illa uerba dicta locatione durante, quia exponi debent, hoc eſt dicto tempore locationis durante, ut ſenſus ſit, quòd durante dicto tempore locationis facienda ſit renouatio, quaſi illo finito, ac etiam elapſo menſe, de quo poſtea ſubiungitur, ſit facienda renouatio, & non ultra, uolente tamen ipſa eccleſia, ut ſupra declaratum fuit: et hæc declaratio eſt neceſſaria, ſtantibus præmiſſis.

¶Nec aduerſatur prædictis, quòd per illa uerba uſque ad tertiam generationem, quæ reſpectu locationis tornaturarum trecentarum, et ſeptem prolata fuerunt, illa locatio ad longum tempus facta cenſeatur, & ſic unica tantum dicatur locatio, & conceſſio renouanda tamen de nouennio in nouennium per prædicta, & maximè ex not. per Abbatem, Imolam, & Antonium in d.c.1. de precar. quia reſponde-

22 tur, † quòd illa uerba uſque ad tertiam generationem ſtatim fuerunt reſtricta, & limitata per expreſſionem certi temporis determinati, uidelicet nouem annorum: per quã expreſſionem certi temporis ea uerba uſque ad tertiam generationem dupliciter declarantur, & reſtringuntur, primo, quòd renouationes non poſſint fieri ultra dictam tertiam generationem, & ſic ne dictæ renouationes in infinitum procederent: ex hoc tamen non infertur, unam tãtum dici locationem, & conceſſionem uſque ad illam tertiam generationem duraturam, ex quo alia uerba magis expreſſa, & ſpecifica, uidelicet ad terminum nouem annorum, & alia, ut ſupra, ponderata contrarium inferunt, quòd tot dicantur conceſſiones, quot fierent renouationes: ſimulque

ſtare

ſtare poteſt, quòd renouationes in infinitum etiam ſint faciendæ, & tamen per renouationes ſemper nouæ conceſſiones fiant, ut ſupra dictum eſt. Secundo præſuppoſito, pro ut uerum eſſe arbitror, quòd conceſſio dictæ poſſeſſionis tornaturarum trecentarum, & ſeptem fuerit facta ad terminum nouem annorum renouandorum &c. & conſequenter in quolibet nouennio noua dicatur facta conceſſio, & locatio per prædicta, tamen reſpondeo, quòd ex quo euenire poterat, quòd durante etiam primo nouennio, & ſic conceſſione illius nouennij tertia generatio ceſſaret per mortem nominatorum expreſsè in conceſſione, qui ſine filijs infra illud nouennium, & ante eius finem deceſſiſſent, ideò conuentum fuit, quòd locatio ipſa tunc non eſſet duratura ultra dictam tertiam generationem, quæ fortè ante illud nouennium per mortem, aut alium caſum ipſorum conductorum finita eſſet: & quoniam hic caſus potuit euenire, ideò contrahentes illum in conſideratione habere potuerunt, prout habuerunt, non autem quòd ipſi per ea uerba uſq; ad tertiam generationem uoluerint intelligere, quòd una tantum eſſet locatio duratura, quouſque ipſa tertia generatio durauerit, hoc enim fortè poſſet procedere, quando ſimpliciter locatio vſque ad tertiam generationem facta fuiſſet, ut in authen. ſi quas cum ibi not. per Baldum in 1. colum. C. de ſacroſanct. eccle. & in corpore, unde ſumitur, iunctis ijs, quæ habentur per Antonium in d. c. 1. & per Alexandrum in d. conſi. ſecus eſt in caſu occurrenti, in quo non ſimpliciter facta fuit uſque ad tertiam generationem, ſed cum expreſſa adiectione certi temporis non longi, uidelicet ad terminum nouem annorum. Et ex prædictis, iudicio meo, plura dubia, quæ contra eccleſiam conſiderari poſſent, reſoluta remanent. In reliquis ad elegãter dicta ab aliis excellentiſſimis aduocatis me remitto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota res à domino ciuiliter, & ab emphyteota naturaliter poſſidetur.*

2 *Emphyteota reſpectu ſuæ naturalis poſſeſsionis aduerſus dominum locatorem in poſſeſſorio retinendæ vti poſsidetis obtinere debet, & è contra dominus, & locator reſpectu ſuæ ciuilis poſſeſsionis aduerſus emphyteotam, pronunciarique debet, vti poſsidetis, ita poſsideatis.*

3 *Emphyteota, & fructuarius ſi in eorum naturali poſſeſsione turbentur à domino ciuilem habente poſſunt contra eum interdicto uti poſsidetis agere, & obtinebunt.*

4 *In interdicto vti poſsidetis exceptio dominij, ſeu proprietatis non admittitur.*

5 *Hæres emphyteotæ, & in emphyteoſi ſuccedens à non petita renouatione excuſatur, & à iure ſuo non cadit, quamuis ſciret ſe eſſe emphyteotam.*

6 *Renouationem petere emphyteota regulariter non tenetur, niſi ex pacto.*

7 *Emphyteota poſtquam rem emphyteoticam acquiſiuit, & diu poſſedit, ad præſtationem alicuius laudemij non tenetur, etiam ſi poſtea renouationem petijſſet.*

Laudemium quando, & à quo domino debeatur.

8 *Locatio in emphyteoſim perpetuam ad tempus decem annorum, non obſtantibus renouationibus, quæ fierent, vnà durat locatio: ſecus ſi ſimpliciter facta fuiſſet ad nouem, vel decem annos, & illis finitis ad alios nouem, vel decem annos.*

9 *Dominus, & rector eccleſiæ non collegiatæ recipiendo ab emphyteota, & hæredibus ſuis ſingulis annis canones debitos ſimpliciter, & abſque proteſtatione, ac reſeruatione iurium omnem caducitatem remiſiſſe uidetur.*

10 *Locatione facta ad nouem annos, & illis finitis ad alios nouem annos, tot ſunt locationes, quot ſunt nouennia.*

11 *Locatio ad nouem annos, & ad breue tempus facta non dicitur alienatio.*

12 *Emphyteota ob locationem ad nouem annos factam à iure ſuo cecidiſſe non dicitur.*

13 *Locatio in emphyteoſim ſimpliciter facta alicui cenſetur etiam pro filijs, & hæredibus facta.*

14 *In feudis, & in emphyteoſi eccleſiæ quis filijs, & hæredibus acquirere dicitur.*

EPITOME.

EMPHYTEOTAM *ob non petitam renouationem, nec non propter locationem factam ad nouem annos, & illis finitis ad alios nouem annos à iure ſuo non cecidiſſe in caſu huius conſilii probatur.*

CONSILIVM CXVII.

QVAMVIS de ſimplici fuerim ſubſcriptione re-
quiſitus, tamen non omittam breuiter quidem non
nulla addere. Et quoad poſſeſſorium concernentia
1 dico, quòd cum iuris certiſſimi ſit, † quòd dominus rem
emphyteoticam ciuiliter, emphyteota verò naturaliter
poſſidet ad not. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquirenda poſ-
ſeſſione, & in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commo
2 da. verum erit dicere, † quòd emphyteota reſpectu ſuæ
naturalis poſſeſſionis aduerſus dominum locatorem in poſ
ſeſſorio retinendæ, quod uti poſſidetis uocatur, obtinere de
beat, & ècontra dominus, & locator reſpectu ſuæ ciuilis
poſſeſſionis aduerſus emphyteotam, ut eſt textus cum ibi
not. per Bartolum expreſsè in l. fina. ff. uti poſſidetis, & ideò
ad officium iudicis pertinebit pronunciare, uti poſſidetis,
ita poſſideatis iuxta ea, quæ tradidit Barto. in l. 1. §. quod ait
prætor in 2. colum. uerſic. quandoque contingit, quòd uter
que poſſidet ff. eodem titu. ſtant enim ſimul, quòd unus iu-
ſtè poſſideat ciuiliter, & alius naturaliter, & iuſtè, ut ſunt do
3 minus, & fructuarius, item dominus, & emphyteota: † &
tunc ſi habens naturalem poſſeſſionem turbetur in ſua poſ
ſeſſione à domino habente ciuilem, poteſt is agere contra
dominum interdicto uti poſſidetis, & debet obtinere, ut per
4 Bartolum in dictis iuribus: † & in hoc iudicio, ſeu reme-
dio non poteſt opponi exceptio dominij, ſeu proprietatis,
ut fatentur omnes, maximè Barto. in l. naturaliter §. nihil
commune ff. de acquirenda poſſeſſione, & traditur per ca-
noniſtas in c. licet cauſam de probat. fieri enim poteſt, ut
alter poſſideat, & dominus non ſit, alter uerò dominus qui
dem ſit, ſed non poſſeſſor, ut in l. 1. §. fieri ff. uti poſſide.
¶ Quo uerò ad articulum merita cauſæ concernentem,
utrum emphyteota dicatur à poſſeſſione, & iure ſuo ceci-
diſſe ob non petitam renouationem, necnon propter loca-
tionem factam ad nouennium cum pacto de renouando,
vel ſaltem emphyteoſis ſit finita; quamuis plurima ultra
dicta per dominum Conſultorem dici poſſent, tamen bre-
uibus agam, & quòd ob non petitam renouationem non
dicatur cecidiſſe, conſidero, quòd ſi caducitas conſidere-
tur reſpectu domini Antonij, is cecidiſſe dici non poteſt,
5 quia † & ſi ipſe ſciuit ſe ut hæredem domini Ioannis eſſe
emphyteotam, quoniam uidit eius genitorem tanquam em
phyteotam ſoluere eccleſiæ, uel quia ſibi denunciatum fuiſ
ſet, uel aliter de hoc notitiam habuiſſet, tamen non ſequi-
tur, quòd ipſe de renouatione facienda notitiam habuerit,
& quòd virtute conceſſionis inſtrumenti ad illam peten-
dam, & ad laudemium ſoluendum teneretur, nam qui in
ius alterius ſuccedit, iuſtam ignorantiæ cauſam dicitur ha-
bere l. qui in alterius ff. de regul. iuris: Nec ſequitur, ſciuit
ſe teneri tanquam emphyteotam, ergo ſciuit ſe teneri ad
petendam renouationem, ſeu ad ſoluendum laudemium,
6 quia † de iure communi, & regulariter, niſi ex pacto, em-
phyteota ad petendam renouationem non tenetur, ut di-
cunt docto. in c. 1. de precar. & in l. 1. C. de iure emphyt.
neque

neque hoc iure cautum reperitur per Baldum in authen. ſi
quas C. de ſacroſanct. eccleſ. & cum pactum fuerit factum
inter dominum, & dominum Ioannem, illud Antonius ueri
ſimiliter ignorare potuit, prout ignorauit, ut ſupra. Simili-
7 ter † de iure communi emphyteota poſtquam rem emphy
teoticam habuit, & acquiſiuit, illamque diu tenuit, & poſ-
ſedir, non tenetur ad præſtationem alicuius laudemij, etiam
ſi expoſtfacto renouationem petiiſſet, quoniam laudemiũ
debetur, quando emphyteota ius ſuum emphyteoticum,
& melioramenta alicui de conſenſu domini uendidiſſet: &
debetur non ab emphyteota, ſed ab emptore pro habendo
inueſtituram, ut in l. 2. C. de iure emphyt. Vel quando eue-
niſſet caſus, quòd emphyteota à ſuo iure ob aliquam cau-
ſam cecidiſſet, & à domino de nouo inueſtiri impetraſſet,
tunc enim emphyteota laudemium domino præſtare cau-
ſatiuè teneretur, ut habetur in d. l. fin. Vel quando expreſsè
conuentum eſſet de laudemio, quod pactum in caſu reno-
uationis eſſet iniquum, non extante aliqua caducitate, ut in
caſu occurrenti: & hoc pactum, ut dixi, dominus Antonius
ueriſimiliter ignorare potuit. ¶ Reſpectu etiam domini
Ioannis primi emphyteotæ, non poteſt dici ipſum ob non
8 petitam renouationem à iure ſuo cecidiſſe, † quia in inſtru
mento conceſſionis factæ domino Ioanni continetur, quòd
facta fuit cõceſſio in emphyteoſim perpetuam ad tempus
decem annorum, quo caſu & ſi mille poſtea renouationes
factæ forent, & terq;, quaterq; decem anni fluxiſſent, ta-
men una tantum duraſſet locatio, & non diceretur finita,
ex quo in emphyteoſim perpetuam facta fuit: Secus ſi ſim
pliciter facta fuiſſet locatio ad nouem, uel decem annos, &
illis finitis ad alios nouem, uel decem annos, proſequendo
continuè, & perpetuo, ut eſt de mente Abb. in d. c. 1. de pre
car. ibique Anton. & alij: & ita diebus præteritis per Alcia-
tum, & per me fuit in quadam alia cauſa concluſum: quo
ſtante infero, quòd cum in terminis noſtris pactum de re-
nouando, ſeu de petendo renouationem, & de ſoluendo
laudemium fuerit factum adueniẽte fine locationis, ut ibi
cum pacto, quòd adueniente tempore locationis &c. & tẽ
pore domini Ioannis locatio nũquam fuerit finita, ſed uſq;
ad eius mortem durauerit, quia facta fuit in emphyteoſim
perpetuam, ut ſupra, ac dominus Ioannes ſemper canonem
ſoluerit, & ſic à iure emphyteotico non ceciderit, & conſe
quenter locatio uſque ad illius obitum durauerit, ſequitur,
quòd is nunquam fuit obligatus renouationem petere, quã
ſolũ in fine locationis petere tenebatur: quæ locatio tamẽ
in eius uita finiti poterat ſaltem per permutationem, quam
ex pacto in inſtrumento appoſito facere poterat: nam fa-
cta permutatione de re emphyteotica cum alia re, locatio
prima quoad rem conceſſam in emphyteoſim finita dice-
retur, & tanto magis, quando nouus fuiſſet datus condu-
ctor, ſeu emphyteota, ut fieri ſolet, & in hoc caſu debuiſſet
peti renouatio, & laudemium ſolui, prout de iure ſoluen-
dum eſt, ut in d. l. fin. & ſic pactum illud de renouando in
9 hoc caſu uerificatur. ¶ Præterea † cum ipſe dominus re-
ctor eccleſiæ ſecularis, ſeu capellaniæ, non autem eccleſiæ
collegiatæ ab ipſo domino Ioanne, & ab hæredibus ſuis ſem
per ſingulis annis canones debitos receperit ſimpliciter, &
abſque alia proteſtatione, ac iurium reſeruatione, omnem
caducitatẽ remiſiſſe uidetur, ſi qua caducitas fuiſſet, quod
ex prædictis negatur, per ea, quæ uolunt glo. & ſcriben. in
c. potuit de loca. & glo. fin. in c. 1. in tit. quo tempore miles
in uſibus feudo. ¶ Quòd autem dominus Antonius nec à
iure ſuo ceciderit propter locationem factam ad nouem
annos, & illis finitis ad alios nouem annos in perpetuum,
10 demonſtratur, nam † hoc in caſu non una dicitur locatio,
ſed plures ſunt, & tot, quot ſunt nouennia, ut per doctores
Anton. Abbatem, & alios in d. c. 1. de precariis, per Ange-
lum in conſil. 183. ex forma, & ſerie, & per Alexan. in con-
11 ſil. 167. lib. 2. Sed † locatio ad nouem annos, & ad breue
tempus facta non dicitur alienatio, ut notum eſt, & habetur
in l. codicillis §. inſtituto, & ibi Bartol. & Imol. poſt gloſam
ff. de legat. 2. clemen. 1. in fin. & ibi habetur de rebus eccle.
12 non alien. ergo † ob huiuſmodi locationem à iure ſuo ceci-
diſſe dici non poteſt, quoniam quis ſolum ob alienationem
de re emphyteotica factam cadit à iure ſuo d. c. potuit, & d.
l. fin. C. de iure emphyteot. ſed non ob ſimplicem locatio-
nem ad tradita per Imolam in dicto §. inſtituto.
¶ Item quòd ob lineam finitam locatio domini Ioannis
13 non fuerit finita, conſtat, quia † et ſi ſimpliciter domino Ioã
ni ſit facta, tamen cenſetur facta etiam pro filiis hæredibus,
tum quia ſemper quis cenſetur hæredi paciſci l. pactum de
probationib. & not. in l. ſi tibi §. pactus ff. de pactis, tum quia
14 † in feudis, & in emphyteoſi eccleſiæ quis dicitur filiis, &
& hæredibus acquirere, per Imolam, & alios in l. quod di-
citur ff. de uerborum obligatio. & in l. patroni ff. ad trebel-
lianum, & eſt text. in cap. 1. de duobus fratribus à capi. in-
ueſtit. Et ita in prædictis breuiter concludendum eſſe exi-
ſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio conuentionalis contra defunctum inchoata poteſt finiri cõtra minorem etiam pupillum abſque ſpe reſtitutionis in integrum ratione minoris ætatis, ſed non ratione ignorantiæ, & ex clauſula illa, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur.*

2 *Caducitatem omnem dominus remittere cenſetur, canonem ſcienter, & ſimpliciter recipiendo.*

3 *Renouationem, quæ ex forma inſtrumenti in fine quorumlibet uigintinouem annorum peti debet, quis non tenetur petere, niſi finitis ſingulis uigintinouem annis.*

4 *Emphyteoſis conceſſa in perpetuum durat, donec penſio ſoluatur; Et quando, & quomodo finiri poſſit.*

5 *Periurij pœna ſolum iurantem comprehendit, & non hæredes.*

EPITOME.

PER *lapſum temporis, quo renouatio emphyteoſis ex conuentione peti debebat, minor, & pupillus, qui conducentium emphyteoſim hæres in illa ſucceſſit, temporeq́ conuento renouationem non petiit, à iure ſuo cecidiſſe non dicitur;*

Vel ſaltem ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur, & ex capite ignorantiæ dicti pacti de renouãdo aduerſus lapſum dicti temporis eſt in integrum reſtituendus.

CONSILIVM CXVIII.

CONCLVDENDVM uidetur eſſe, quòd per
lapſum tẽporis xxix. annorũ, infra quod per ipſum
pupillũ conducentium in emphyteoſim hæredẽ re-
nouatio peti debebat, non dicatur pupillus à iure ſuo em-
phyteotico cecidiſſe: & in caſu, quo illi tempus conuentum
cucurrerit, quòd omninò ſit in integrũ reſtituẽdus, ſi nõ ex
capite minoris ætatis, ſaltẽ ex clauſula illa, ſi qua mihi iuſta
cauſa eſſe uidebitur, uidelicet ex capite ignorantiæ ex eo,
quòd is ignorauit pactũ renouationis cũ defuncto factum
fuiſſe, cuius ignorantia eſt tollerabilis iuxta l. qui in ius alte
1 rius ff. de reg. iur. nam † cũ hæc dicatur præſcriptio cõuẽtio
nalis, & cõtra defunctũ cœperit, ea finiri poteſt cõtra mino
rẽ etiã pupillum abſq; ſpe reſtitutionis in integrum ratio-
ne minoris ætatis, ſed non abſq; ſpe reſtitutionis, quæ cõce-
ditur ex illa clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur, & ra
tione ignorantiæ, ueluti declarat Bar. in l. æmilius ff. de mi-
norib. & refert in l. etiam eod. tit. & traditur per doct. com
muniter in l. fi. C. in quib. cau. reſti. in integ. non eſt neceſ. &
per Abb. in c. 1. de reſtit. in integ. cum ſimil. Reſtituendus
ergo eſt iſte pupillus aduerſus huiuſmodi curſum tẽporis

conuenti ſaltem ex capite ignorantiæ, & ſic ex illa clauſu-
la, ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur, prout pro ipſius parte
petitum fuit: Præterea ex quo emphyteoſis diceretur cum
ipſo pupillo finita, & ſic is per curſum temporis à iure ſuo
cecidiſſe diceretur, cum eo diceretur aliquid geſtum, quo-
niam iure ſuo priuaretur: ergo ex hoc debet in integrum
reſtitui etiam ex capite minoris ætatis, præſuppoſito etiam,
quòd tempus cum defuncto maiore diceretur inchoatum,
ut latè declarant Bar. & omnes in d.l. fin. ac etiã in d.l.æmi-
2 lius. ¶ Adde, quòd † dominus ſcienter recipiendo ſimplici
ter canonem non modo ſemel, ſed ſæpius, cenſetur remitte
re omnem caducitatẽ ex quacunq; cauſa etiam graui pro-
uenientem, ut eſt gl. magiſtralis, ibiq; omnes canoniſtæ in c.
potuit de loca. glo. in c.1. quo tempo. mil. in uſi. feu. gl. & ibi
Bar. in l. commiſſoriæ C. de pactis inter emp. & uendi. Sed
poſt lapſum uigintinouẽ annorum ipſi locatores ſimplici-
ter per plures annos ſolutionem canonis tàm ab ipſo pupil
lo, quam à ſuis prædeceſſoribus receperunt, ergo &c.
3 ¶ Præterea † cũ ipſi cõductores, eorumq; hæredes teneãtur
renouationẽ inſtrumenti petere nõ infra 29. annos nec in
29. annos, ſed in fine quorũlibet 29. annorũ, ſequitur, quòd
niſi finitis ſingulis 29. annis renouationem petere nõ tenen
tur, hæc enim uerba in fine 29. annorum hoc importãt, hoc
eſt ſolum illis finitis, & non ante, per ea, quæ habentur in l.
qui ante kalendas, & in l. qui hoc anno ff. de uerbo. ob. & ibi
Moder. ex quibus infertur, quòd tempus currere non inci-
piet, nec ad renouandum agi poteſt, niſi finitis ſingulis 29.
annis, eſt enim expectandum, ut totum tempus adiectum
ſtipulationi ſit elapſum ante, quàm agi poſſit ad tradita per
Moder. poſt Bar. in iuribus proximè deductis: Quare cum
pupillus hic teneret rem, quando tempus 29. annorum fuit
finitum, infertur, quòd tempus dicitur cucurriſſe non præ-
deceſſoribus ſuis, ſed ſolum ipſi pupillo, cum quo ſic dicitur
aliquid geſtum: & ideò ex omni capite tàm minoris ætatis,
quam iuſtæ ignorantiæ, & ſic ex illa clauſula, ſi qua mihi iu-
ſta cauſa uidebitur, aduerſus talem curſum temporis, & ad
petendam renouationem eſt in integrum reſtituendus per
ea, quæ habentur per Bar. in d.l. fi. & in d.l. æmilius cũ ſimili.
4 ¶ Conſiderandum eſt etiam, quòd † emphyteoſis in perpe
tuum conceſſa durat, donec penſio ſoluatur §. adeò Inſtit.
de locat. & conduc. §. perpetua 10. q. 2. & non finitur, niſi in
ſolutione affictus, & canonis ceſſatum fuerit, & propter alie
nationem factam irrequiſito domino, itẽ propter abuſum
rei, uolente, & declarante domino, & non aliter, ut habetur
in d.c. potuit de loca. in l.2. & 3. C. de iure emphyt. & Bald.
in auth. qui rem C. de ſacroſ. eccle. finitur etiam ob pacta
non ſeruata, ut quando conuentum eſſet, quòd diceretur
finita, ſi pactum aliquod non ſeruaretur, quoniam contra-
ctus legem ex conuentione partium accipiunt l. cõtractus
ff. de reg. iur. cum ſimilibus, & habetur in d.c. potuit, ut quia
conuẽtum eſſet, quòd renouatio peti, aut aliud per emphy-
teotam fieri deberet, & ſi per eum id factum non eſſet, em-
phyteoſis cenſeretur ipſo iure finita, & ad dominum reuer-
ſa; & hic non eſt caſus noſter: quandoq; etiam finitur em-
phyteoſis, quando non eſt actum expreſsè, ut dicatur finita,
ſi promiſſa non ſeruentur, ſed quando aliquid per condu-
ctorem ſimpliciter cum iuramento promiſſum fuit, & po-
ſtea iuramento contrauentum fuiſſet, nam ratione periurij
in odium peierantis ipſo iure finitur, ut in c. querelam, ubi
Bald. de iureiuran. & in l. ſi quis maior, ibiq; Alex. C. de trã-
ſact. & hic propriè eſt caſus noſter, in quo concludendum
5 eſt, quòd † hæc pœna periurij ad aliam perſonam non ex-
tenditur, ſed ſolum iurantem, & non hæredes concernit,
atque comprehendit, quoniam iuramentum, & periurium
eſt merè perſonale cap. ueritatis de iureiurand. Bald. in l.
generaliter C. de rebus credi. & docto. omnes in d.l. ſi quis
maior: quare cum in terminis factum fuerit ſimpliciter pa
ctum de petendo renouationem, & de priuatione non
fuerit expreſsè conuentum, ob hoc, quòd renouatio per
hæredem pupillum non fuerit petita, emphyteoſis non po
teſt dici finita ratione periurij, cuius pœna ad hæredes, &
maximè pupillos non extenditur per Bald. in d.l. generali-
ter: ex quo enim emphyteoſis fuit in perpetuum conceſ-
ſa, ſui natura debet perpetuo durare, donec penſio ſolua-
tur d. §. adeò, niſi in caſibus, de quibus ſupra proximè di-
ctum eſt: ex prædictis itaque arbitror omnino concluden-
dum eſſe, emphyteoſim in caſu noſtro non fuiſſe finitam
propter non petitam renouationem, uel ſaltem ipſum pu-
pillum hæredem eſſe reſtituendum ſi non ex capite mino-
ris ætatis, ſaltem ex capite iuſtæ ignorantiæ ex illa clauſula,
ſi qua mihi iuſta cauſa uidebitur per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis dicitur finita per curſum temporis 29. annorum, quando factum fuit pactum de renouando finito tempore uigintinouem annorum.*
2 *Renouatur id, quod eſt finitum, prorogatur uerò, quod adhuc durat.*
3 *Emphyteoſis finita ex continuatione, & perſeueratione non cenſetur renouata, & relocata.*
4 *Emphyteoſis finito tempore, infra quod, uel poſt quod renouatio peti debet, non poteſt à domino alteri concedi, & renouari, ſed illi, cui promiſſio facta eſt de renouando, ſolum eſt concedenda, & renouanda;*
5 *Dummodo poſt finitum tempus, & infra annum renouationem petierit, aliàs dominus illam renouare non tenetur:*
6 *Niſi ex iuſtis cauſis renouationem petere fuiſſet legitimè impeditus.*
7 *Coemphyteota, et ſocius an pro ſocio, et coemphyteota renouationẽ petere cenſeatur.*
8 *Renouatio non dicitur, quando quis cum nouis pactis, & qualitatibus fuit inueſtitus.*
9 *Caducitas ob canonem non ſolutum, & caducitas ob non petitam renouationem proueniens an, & quando declarationem domini præcedentem requirat, & nu. ſequen. & an ex eo, quod dominus alteri de nouo, & ſub alia forma rem conceſſit, declaraſſe cenſeatur, nu. 12.*
10 *Renouationis petendæ actio, & obligatio quando etiam lapſo tempore conuento uſque ad triginta annos detur, & competat, & quando ſtatim finito tempore conuento renouationis petendæ abſque alia domini declaratione ipſo iure extinguatur adeo, quòd emphyteota à iure ſuo cadat.*
Decius in conſi. 329. lib. 3. declaratur.
11 *Iuramentum operatur, ut emphyteota promiſſis, & pactis contraueniens ipſo iure cadat à iure ſuo, nec moram purgare ualeat.*

EPITOME.

EMPHYTEOSI *conceſſa ad renouandũ de uigintinouẽ annis in uigintinouem annos perpetuo cum pacto expreſsè, quòd emphyteota elapſis uigintinouem annis teneatur à domino renouationem petere, ſi ita iuratum fuerit, emphyteota ob non petitam renouationem elapſis dictis uigintinouem annis ſtatim, & ipſo iure abſque alia domini declaratione à iure ſuo cadit, & dominus rectè emphyteoſim alteri concedere poteſt.*

CONSILIVM CXIX.

1 IN præſenti cauſa uidetur eſſe dicendum, quòd † quan
do factum fuit pactum de renouando finito tempore
uigintinouem annorum, per curſum illius temporis lo-
catio, & emphyteoſis dicitur finita, quia pactum de reno-
2 uando hoc infert, cum † renouetur id, quod finitum eſt, id
uerò, quod adhuc durat, nõ renouari, ſed prorogari, & pro
telari dicatur l. dies, ibiq; glo. & omnes docto. in princ. ff. de
3 dam. infe. l. ſed ſi manente ff. de precar. & † ex eo, quod quis
poſt illud tempus perſeuerauit, non cenſetur facta renoua-
tio l. ne cui C. locati, & maximè quia emphyteoſis finita ex
continuatione, & perſeueratione non cẽſetur renouata, ne
que relocata, Bal. in l. unica quæſtio. 11. C. quando non pe
tentium

tentium part.& in l.item quæritur §.qui impleto ff.locati:
4 Finito † tamen tempore, infra quod, uel poſt quod renoua-
tio peti debet, dominus non poteſt rem alteri concedere,
nec alium renouare, ſed illum renouare tenetur, cui pro-
miſſio de renouando facta fuit, ut inquit Bald.in d.l.ne cui:
5 Et † ut infinitas euitetur, quia poſſet quis nunquam reno
uationem ſibi fieri petere, hoc quòd renouatio debeat fieri
illi, cui fuit factum pactum de renouando, & non alteri, de-
bet intelligi, dummodo poſt finitum tempus renouationẽ,
prout tenebatur, & infra annum petierit, alioquin illo ela-
pſo, dominus eum renouare non tenetur argumento text.
cum glo.in c.longinquitate 12.quæſtio.2.& c.1.§.præterea
de prohib.feud.alien.per Federicum, ubi à iure ſuo penitus
excluſus dicitur, qui per incuriam, & negligentiam renoua
tionem infra annum, & diem non petierit, ut ibi, & per Ale
xandrum poſt Bartolum in l.ſi mihi, & titio ff.de uerborum
obligatio.c.j.quo tempo.mil.& c.j.in princip. quæ fuer.pri
6 mia cauſa benefic. amitt. † niſi renouationem petere de-
bens fuiſſet legitimè impeditus ex iuſtis cauſis, de quibus in
d.c.1.cum ibi not.ubi enumerãtur iuſtæ cauſæ, quibus quis
7 excuſatur, quæ in caſu noſtro non militant. † Nec debuit
Florianus aduerſarius credere, quòd ser Iacobus etiam pro
ipſo renouationem petiiſſet ratione communionis, & cu-
iuſdam ſocietatis, quæ inter eos erat, nam hæc ſua creduli-
tas potius fuit quædam incuria, & negligentia, quàm iuſta
cauſa: & cum finito tempore uigintinouem annorum, ac
etiam anni ad petendam renouationem omne ipſorum ius
finitum eſſet, adeò quòd dominus de re ipſa liberè diſpo-
nere, & eam, cui uellet, concedere poterat, argumento eo-
rum, quæ habentur per Alexandr.in d.l.ſi mihi, & titio, illa
etiam communio, & ſocietas debet dici finita, & ceſſante
cauſa finitur, & ceſſat effectus c. cum ceſſante de appellat.
cum ſimilibus: Imputandum eſt ergo incuriæ, & negligen-
tiæ ipſius Floriani, quia uigilantibus, & non dormientibus
8 iura ſubueniunt, iuribus uulgaribus. Præterea † dictus ſer Ia
cobus fuit ex poſt facto de dicta re inueſtitus cum nouis pa-
ctis, & qualitatibus, ergo nõ dicitur renouatio, nec conceſ-
ſio facta ex cauſa renouationis, ſed noua conceſſio, nouaq;
inueſtitura, per Baldum in c.imperialem §.inſuper de pro-
hib.feud.alien.per Federicum, & Alexan. in d.l.ſi mihi, &
titio in 6.colum. & ex quo, ut dictum eſt, prima conceſſio
iam erat finita, licitũ fuit rectori rem, cui uoluit, concedere.
9 ¶ Non obſtat id, quod † uoluit Abbas in conſil.67.lib.2.di-
cens, quòd renouatio emphyteoſis ob prætenſam caduci-
tatem ex non ſolutione canonis contingentem non ualuit,
propterea quod declaratio domini ſuper caducitate non
præceſſerat, & ipſe dominus poſt renouationem alteri fa-
ctam canonem pro præterito, & futuro tempore à primo
emphyteota receperat, ut ibi latius per eum: Idem ergo di-
cendum eſt in caſu noſtro, quòd renouatio facta ſer Iaco-
bo non ualeat, non facta prius declaratione ſuper caducita
te contingente ex renouatione debito, & conuento tempo
re non petita, ad præiudicium aliorum, qui poſtea reinue-
ſtiti, & ad ſolutionem canonis pro tempore præterito, ac
etiam futuro admiſſi fuerunt: quia reſpondetur, Abbatem
loqui in caſu diuerſo, & deciſionem, ac rationem diuerſam
habente, & ideò de uno caſu ad alium non eſt arguendum
l.inter ſtipulantem §.ſacram uerſi.& hæc diſſimilia ff.de uer
borum obliga.l.papinianus exuli ff.de minorib.c.per uene-
rabilem qui fil.ſint legitimi: Nam in caducitate, quæ ob ca-
nonem non ſolutum contingit, eſt deciſum, quòd declara-
tio domini præcedere debeat, ut per Abbatem, Antonium,
& Imolam in c.potuit de loca.& per Abbatem in d.conſil.
Sed in caducitate contingente ex non petita renouatione,
quando renouatio eſt de iure petenda, non reperitur, quòd
declaratio debeat præcedere ad hoc, ut quis à iure ſuo ceci
diſſe dicatur, & alius poſſit inueſtiri, quinimmò ſtatim quo
quis tempus, infra quod peti debebat, labi permiſit, dicitur
priuatus, ut eſt de mente glo.in d.c.longinquitate per illum
textum 12.quæſtio.2.& probatur in c.j.ibique Abb.in ulti.
uerbis de precar.poſt Hoſtien.& facit tex.in d.c.j. quo tem
po.mil.in c.j.quæ fuit prima cauſ.benefic.amitten.& in c.j.
§.inſuper, ibique Bal.de prohib. feud.alien. per Federicum,
vel dicendum eſt, ut ſtatim infra dicetur. ¶ Nec obſtat id,
10 quod uoluit Decius in conſi.329.lib.3.in nouis, † ubi uelle
uidetur, quòd ob renouationem non petitam quis à iure
ſuo non cadat, niſi facta declaratione à domino, quoniam
cum ipſi emphyteotæ ad petendum renouationem, & ad co
gendum dominum, ut illam faciat, detur actio ex conducto,
ſeu condictio ex lege oriens ex contractu emphyteotico,
quæ eſt perſonalis, illa durat ſpatio triginta annorum, &
ideò finito tempore uigintinouem annorum emphyteotæ
eſt permiſſum infra triginta annos renouationem petere ar
gumento l.ſicut C.de præſcriptio.triginta annorum, niſi do
minus emphyteotam cecidiſſe declarauerit, quoniam ad
hoc, ut ob non petitam renouationem dicatur cadere, do-
mini declaratio requiritur, ut uidetur eſſe de mente glo. ſi.
ibique Imol.in d.c.j.de precar.& ſic non uidetur differentia
inter caducitatem ex non ſolutione canonis cõtingentem,
& illam, quæ ex non petita renouatione contingit: quia re-
ſponderi poteſt, quòd aut ſimpliciter facta fuit conceſſio de
re emphyteotica ad renouandum de uigintinouem annis
in uigintinouem annos perpetuo, & ſic ad effectum, ut do-
minus de uigintinouem annis in uigintinouem annos reno
uare teneatur, & tunc procedat id, quod uoluit Decius in
dicto conſilio, qui propriè hoc in caſu loquitur, quoniã hæc
obligatio ipſum dominum reſpicit, ut is renouare teneatur,
& ideò per triginta annos durat, donec dominus declaraue
rit ſe uelle emphyteotam cecidiſſe, & ita loquitur tex. in d.
c.j.quamuis Abb.ibi in fin.uerb. hoc ſentiat etiam nulla fa-
cta declaratione, & uidetur communis opinio, quòd à iure
ſuo cadat ipſo iure abſque alia declaratione, ſi renouatio-
nem finito tempore non petierit, ut ex prædictis proba-
tur: Sed quia hic non eſt caſus noſter, ideò alium caſum con
ſidero, uidelicet quando ultra quòd facta fuerit conceſſio
de uigintinouem annis in uigintinouem annos, quod per-
ſonam domini, ut dictum eſt, reſpicit, factum fuit etiam in-
ter contrahentes pactum expreſſum, quòd ipſe emphyteo-
ta elapſis uigintinouem annis renouationem à domino pe-
tere teneatur: quod pactum, & quæ obligatio ipſum emphy
teotam afficit, ac reſpicit: & hic eſt caſus noſter, in quo di-
co, quòd ſi emphyteota elapſis uigintinouem annis renoua
tionem fieri non petierit, abſque alia domini declaratione
ſtatim, & ipſo iure, uel ſaltem elapſo anno, & die argumen-
to d.c.j. §. inſuper, à iure ſuo cecidiſſe dicetur adeò, quòd
dominus de re liberè diſponere, & illam, cui uolet, concede
re poterit, tum quia ultra quòd res eſſet conceſſa ad reno-
uandum de uigintinouẽ annis in uigintinouem annos per-
petuo, factum etiam fuit pactum, quòd emphyteota finitis
triginta annis renouationem petere teneretur, quod pactũ
debet hoc operari, alioquin fuiſſet ſuperfluum, ideò, ut ali-
quid operetur, dicendum eſt illud operari, ut ſi renouatio
non fuerit petita, emphyteota abſque alia domini declara-
tione à iure ſuo cadat, quia ſi pactum illud ſpecialiter fa-
ctum non fuiſſet, emphyteota ob non petitam renouatio-
nem à iure ſuo cecidiſſet, facta per dominum declaratione,
quia eſſemus in primo caſu, ut in dicto c.j. cum glo. ibique
Imol.in fina.lib.uerb.& per Decium in d. conſil. At quando
factum eſſet pactum prædictum, illud operabitur, ut decla-
ratio domini non requiratur, alioquin eſſet ſuperfluum,
& fruſtratorium argumento l.ſi quando ff.de lega.1. & eo-
rum, quæ uoluit Salice.in l.licet in final.uerb. C.loca.cum

 ſimil-

11 ſimilibus:tum quia tale pactum fuit iuratum, † quod iura-
mentum operatur, ut ipſo iure quis contraueniendo dica-
tur à iure ſuo cadere, nec moram purgare poſſit, ut in l. ſi
quis maior cum materia C. de tranſactio. & habetur per
docto. Alex. & alios in l. ſi inſulam ff. de verbo. obliga. c. ad
noſtram de iureiuran. & Bald. in c. querelam eod. tit. cum
12 ſimilibus, quæ allegari poſſent. Præterea † ex eo, quod do-
minus alteri de nouo rem conceſſit, & ſub alia forma, cen-
ſetur declaraſſe, & conſequenter cum res integra eſſe de-
ſierit, & ius alteri fuerit quæſitum, dominus non potuit pri-
mum conductorem confirmare, & formam primæ conceſ-
ſionis ſequi, per ea, quæ habentur per Bal. in authen. ſi quas
C. de ſacroſ. eccle. iunctis iis, quæ traduntur in d. l. ſi mihi, &
titio. Ex quibus clarè conſtat, in terminis noſtris dictum ſer
Iacobum potuiſſe de re inueſtiri, & eam illi, nō obſtantibus
præmiſſis, de nouo concedi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota ipſo iure, ſequuta domini declaratione cadit à iure ſuo ob alienationem rei factam irrequiſito domino, ob non ſolutionem canonis, & ob rei deteriorationem:*

2 *Et emphyteota ignorante, & irrequiſito, dominus his caſibus poteſt alteri emphyteoſim concedere.*

3 *Ex emphyteotis pluribus principalibus ſi alter partem rei irrequiſito domino alienauit, is in totum à parte ſua cadit.*

4 *Emphyteota alienans ſaluo iure domini, & quatenus domini conſenſus acceſſerit, & non aliter, quando ob hanc proteſtationem à iure ſuo propter alienationem non cadat, & quando ſecus, & num. 6.*

5 *Emphyteota, qui ex pacto rem poteſt, irrequiſito domino, alienare, non poteſt, illo irrequiſito, rem tradere, ſeu in poſſeſſionem inducere.*

7 *Emphyteota ſi rem emphyteoticam unà cum aliis bonis ſuis alienet, quando alienatio rei emphyteoticæ dicatur principaliter facta, ut ob eam emphyteota cadat à iure ſuo.*

8 *Ius patronatus poteſt cum uniuerſitate acceſſoriè uendi, Secus ſi de eo ſpecialiter mentio fieret.*

9 *Emphyteotæ plures eiuſdem rei pro indiuiſo ubicunque ad ſolutionem canonis ſe obligarunt, ſi unus in totum, uel pro parte ſoluere ceſſet, omnes à iure ſuo cadunt:*
Etiam de iure canonico num. 11.
Et ibi quid de pluribus hæredibus emphyteotæ, num. 14. & 16.

10 *In duobus reis debendi, & ſociis mora, & culpa unius alteri nocet.*

12 *Statutum, quòd ſi emphyteota priuati ceſſauit ſoluere, etiam per triginta annos non cadat à iure ſuo, locum non habet, quando emphyteota ſoluere iuraſſet.*

13 *Eccleſia ſuccedens priuato, qui emphyteoſim dedit, ſi emphyteota non ſoluit canonem, an iure priuati, an uerò iure eccleſiæ utatur.*

14 *Emphyteota ſi decedat, pluribus hæredibus relictis, quorum aliqui canonem ſoluant, & aliqui non, an omnes à iure ſuo cecidiſſe dicantur, & num. 16.*

15 *Paupertas quomodo capiatur.*

17 *Emphyteota etiam minimam partem canonis ſoluere per biennium ceſſans in totum cadit à iure ſuo, quamuis pro maiori parte ſoluiſſet.*

18 *Bartol. in l. fraudati in finalib. uerbis ff. de publica. reprobatur, ac etiam declaratur.*

19 *Prælatus eccleſiæ collegiatæ ſimpliciter recipiendo canonem ab emphyteotis non præiudicat eccleſiæ, cui ius ex non ſolutione canonis erat acquiſitum.*

20 *Emphyteota, qui canonem ſoluere ceſſauit, an, & quando poſtea ſoluendo moram purgare poſſit.*

21 *Mora duplex, ſeu triplex quando interuenit, illius purgatio etiam de iure canonico non admittitur etiam in illis caſibus, in quibus aliàs de iure purgari poſſet.*

22 *Emphyteota, qui ob non ſolutionem canonis à iure ſuo cecidit, an, & quando prætextu ignorantiæ, & ruſticitatis ſit in integrum reſtituendus uſq; ad nume. 29.*

23 *Reſtitutio prætextu ignorantiæ, & ruſticitatis aduerſus eccleſiam non datur,*

24 *Emphyteotæ plures ſi facto unius à iure ſuo omnes ceciderunt, poſſunt contra illum unum ad totale damnum, & intereſſe agere:*

25 *Non autem ſunt aduerſus eccleſiam, & dominum in integrum reſtituendi.*

26 *Inſtantia ſi ſit minori perempta culpa tutoris, ſeu curatoris, minor aduerſus tutorem, uel curatorem ad intereſſe, & damnum agit, & non reſtituitur in integrum, niſi in ſubſidium.*

27 *Ruſticitati aduerſus iuris ignorantiam quando ſuccurratur: & quando non, & num. 29.*

28 *Emphyteota, quòd ceſſando ſoluere canonem per biennium cadat à iure ſuo, dicitur ad rigorem iuris conſeruandum inductum.*

29 *Emphyteotam eccleſiæ ceſſare in ſolutione canonis eſt delictum.*

30 *Emphyteota ob rei deteriorationem cadit à iure ſuo, & quid ad hoc concurrere debeat.*

31 *Emphyteota arbores fructiferas magna cum rei deterioratione incidere non poteſt.*

32 *Emphyteota à rei deterioratione non excuſatur propter meliorationem in alia parte factam.*

33 *Dolus, ſeu lata culpa arguitur, ubicunq; lite pendente, & contra præceptum ſuperioris aliquid fiat.*

34 *Emphyteota, qui cum iuramento promiſit uti re arbitrio boni uiri, incidendo arbores fructiferas etiam duas tantum, & abſque notabili rei deterioratione promiſſis contrauenit, & à iure ſuo cadit:*
Et intelligitur obligatus re uti ſecundum quod ſtatuta, & iura expoſcunt num. 36.

35 *Ruſticus cum iuramento promittens laborare arbitrio boni uiri, non laborando, ut ſtatuta, & iura expoſcunt, periurium incidit, & expelli poteſt.*

EPITOME.

EMPHYTEOTAS *eccleſiæ ob alienationem rei emphyteoticæ irrequiſito domino factam, ob non ſolutum canonem per biennium, etiam per unum tantum ex emphyteotis pluribus ſimul in ſolidum obligatis, & ob rei deteriorationem, à re emphyteotica, & ob omni iure ſuo, ſequuta domini declaratione, cecidiſſe, & domino rem ingredi, & alteri locare licuiſſe, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CXX.

CONCLVDO in præſenti cauſa † emphyteotas
à re emphyteotica, & ab omni iure ſuo cecidiſſe, ex
quo domini declaratio ſequuta fuit, iuxta ea, quæ
habentur in c. potuit de loca. & per Alex. in conſi. 44. lib. 3.
in conſi. 113. lib. 4. in authen. qui rem C. de ſacroſ. eccle. &
in l. 2. C. de iure emphyt. & hoc ex triplici capite, uidelicet
ex capite alienationis irrequiſito domino factæ, ex capite
non ſoluti canonis per biennium, & ex capite deteriorratio-
nis rei, qui omnes caſus quoad hoc, ut emphyteota ipſo iu-
re dicatur à ſuo iure cadere, ſequuta domini declaratione,
æquiparantur, ut in d. c. potuit, & in d. authen. qui rem: &
2 † ideò utroq; caſu domino licitum eſt, etiam ignorante, &
irrequiſito emphyteota, qui cecidit, alium inueſtire, ſeu al-
teri in emphyteoſim concedere, ut uoluit Bald. in c. quæ in
eccleſiarum in q. 11. de conſtit. & Alexā. in d. conſi. 44. ¶ Et
quòd ex capite alienationis ſaltem pro parte alienata à iu-
3 re ſuo ceciderint, probatur, † nam quando ſunt plures prin
cipales emphyteotæ, & alter eorum partem rei irrequiſito
domino alienauit, is in totum à parte ſua cadit, ad tradita
per Ioan. And. in c. 2. de feudis, per Bal. in l. unica §. 1. C. de
cadu. toll. & per Iaſ. in l. fi. col. 159. C. de iure emphyt. ſed
in caſu noſtro alter ex principalibus, qui in emphyteoſim
conduxerant, & qui maiorem partem habebat, partem ſuā
alienauit, irrequiſito domino, ſeu irrequiſita eccleſia, er-
go &c. ¶ Et ſi diceres, quòd proteſtatio facta in inſtrumen-
to per illa uerba, ſaluo iure domini, ſeu quatenus conſenſus
domini acceſſerit, & non aliter, nec alio modo, operatur,
quòd cecidiſſe non dicatur iuxta ea, quæ habentur per Bal.
in c. 1. quæ fuit prima cau. benefi. amitt. in fin. in uſu feudo.
4 & per Iaſ. in d. l. fin. colum. penul. Reſponderi poteſt † illud
eſſe uerum, quando alienatio facta cum dicta proteſta-
tione non fuit clandeſtina, nec fraudulenta, ut quia poſt
alienationem non fuerit peruentum ad factum, hoc eſt
ad rei traditionem, ſed remanſum fuerit in meris finibus
uerbi

uerbi puta uenditionis, & actus precarij, & de alienatione
ipſi domino fuiſſet denunciatum,atque notificatum ad effe
ctum,ut emptori renouatio fieret: Secus ſi alienatio fuiſſet
fraudulenta,& clandeſtina,ut quia ultra alienationem pro
ceſſum fuiſſet ad actum facti,hoc eſt ad actualem rei tradi
tionem, & ſic non fuiſſet remanſum in meris finibus uerbi,
ut ſupra,neque domino alienatio fuiſſet denunciata, nam
tunc proteſtatio tanquam fraudulenta,clandeſtina,& ſimu
lata non ualeret,quia ex bona fide res geri non diceretur,
ut not.in l.ſi ita quis §.ea lege ff.de uerbo.obligat. & ita ex-
preſsè declarat Bal.in c.cumana col.2.de elect. iuncto c.1.
in prin.quæ fuit prima cau.benefi.amitt.& habetur per De
5 cium in conſi.160. Ad propoſitum etiam facit id, † quod
inquit Io.de Imol.in d.c.potuit colum. 28. quòd licet em-
phyteota poſſit non requiſito domino alienare ratione pa-
cti facti,quòd emphyteota poſſit rem uendere, tamen rem
tradere,ſeu emptorem in poſſeſſionem inducere irrequiſi
to domino non poterit,nam dominus erit requirendus, ſe-
cundum quod habetur in l.3.C.de iure emphyteot.Præte-
6 rea † hæc proteſtatio in terminis noſtris non releuat, quo-
niam licet facta fuerit uenditio, ſaluo conſenſu domini, &
non aliter,tamen quia ante factum, uel in ipſo facto licen-
tia domini requiritur, & traditio eſt facti, & ſic factum eſt
contrarium proteſtationi,ideò cum de facto ſit cogitatum,
hoc eſt de traditione in alienatione rei emphyteoticæ pro-
teſtatio prædicta non excuſat:ita dicit Bald.in l.unica in ul-
tim.colum.quæſt.16.C.de his,quæ pœn.nom. quem refert,
ac ſequitur etiam Iaſ.ad propoſitum in d.l.3.colum. penul.
ſiue igitur attendamus illam proteſtationem ſaluo iure do
mini,ſiue illam,ſaluo,& reſeruato conſenſu domini, & non
aliter,emphyteota alienando dicetur à iure ſuo cecidiſſe,
quia prima non prodeſt,ut per Baldum in d.c.1.in fin.quæ
fuit prima cauſa benefi.amitt.nec etiam ſecunda, per eun-
dem Baldum in d.l.unica colum.ulti.& in d.c.cumana.
7 ¶ Nec obſtat, † quòd ex quo hæc alienatio partis dictæ rei
emphyteoticæ facta fuit ſimul cum alienatione aliorum bo
norum dicti alienantis, ea non dicitur principaliter facta,
ſed in conſequentiam arg.l.1.ff.de fundo dot. l.quædam ff.
de rerum diuiſ.& c.ex literis de iure patro.& ideò non alie
natio partis rei emphyteoticæ,ſed aliorum bonorum, quæ
fuit principalis,attendi debet argu.l.ſi quis nec cauſam ff. ſi
cert.peta.ergo alienatio rei emphyteoticæ non poteſt dici
clandeſtinè,& fraudulenter facta: quia reſpondetur,quòd
ex quo cum alienatione aliorum bonorum fuit expreſsè fa
cta alienatio rei emphyteoticæ,illam exprimendo,ea dice-
tur principaliter facta, arg. eius, quod dicitur in c. eccleſia
ſanctæ Mariæ de conſtit.quòd ſtatuta laicorum fauorabilia
poſſunt in cauſis eccleſiæ ſeruari,quãdo de eccleſia, ſeu de
bonis illius expreſſam non faciunt mentionem, ſecus ſi ex-
preſsè de eccleſia,uel de eius bonis mentionem facerent,
quia tunc principaliter ſuper illis ſtatuere dicerentur: Simi
8 liter facit facit id, † quod dicitur de iure patronatus, quod
cum uniuerſitate poteſt acceſſoriè uendi, puta non expri-
mendo de iure patronatus, ſecus ſi de eo ſpecialis mentio
fieret,ut in c.de iure extra de iure patron.cum ſimilib. quot
enim ſunt res expreſſæ,tot dicuntur eſſe alienationes prin-
cipales l.ſcire debemus ff.de uerbo.obliga. Cum itaq; in ca
ſu noſtro principaliter facta fuerit uenditio,& alienatio rei
emphyteoticæ,irrequiſito domino, cum illa proteſtatione,
& ad traditionem fuerit deuentum, utiq; illa uerba non re
leuant,quoniã cum non fuerit domino denunciatum,clam
fieri,& conſequenter dominus contemni dicitur d.l.fin.C.
de iure emphy.ergo ſequuta domini declaratione,emphy
teota dicetur ipſo iure priuatus d.l.fin. d.c.potuit, & tradi-
tur per Alexan.in conſi.6.& in conſil.106.lib.3.
¶ Quod etiam ex ſecundo capite,uidelicet ob ceſſationem
ſolutionis canonis omnes à re emphyteotica in totum ceci
9 diſſe dicantur,multis modis oſtenditur, & primo, † nam
ubicunque plures emphyteotæ eiuſdem rei pro indiuiſo
ad ſolutionem canonis in ſolidum ſe obligarunt, quo caſu
duo rei debendi,& ſocij conſtituuntur, quia in ſolidum te-
nentur ratione eiuſdẽ rei, cuius commoditas eſt inter eos
communis,iuxta ea,quæ habentur per Barto.in l.ex duobus
col.4.ff.de duobus reis,in l.fi.eo.tit.& in authen. hoc ita C.
eod.tunc ſi unus pro parte,uel in totum ſoluere ceſſet, om
nes à iure ſuo cadunt,ut expreſsè dicit Iaſ.in d.l.2. in 2.limi
tatione col.47.per not.per Bar.in l.fraudati ff.de public.qui
10 in fin.uerb.hoc ſentit: † ex quo enim ſunt duo rei ſocij,mo-
ra,& culpa unius alteri nocet per Barto. in d.l.ex duobus q.
11.& 12.& in d.authen.hoc ita,& facit l.ſi diuiſa C. locati.
¶ Nec obſtat,quòd prædicta procedant de iure ciuili, non
autem de iure canonico per ea,quæ uoluit Ioan.de Imol.in
d.c.potuit col.39.& refert Iaſ.in d.l.2. col.47.in 3.limitatio
11 ne arg.c.ſuã de pœnis: Quia reſponderi poteſt † illud pro-
cedere inter plures hæredes,quorum unus à ſolutione par-
tis ſuæ per biennium ceſſaſſet,quia,ut infra dicetur,omnes
de iure ciuili dicuntur ex natura indiuidui ipſo iure cadere
iuxta l.5.in fin.& l.in execquutione in fin.ff.de uerb.obliga.
& per Bar.in l.4.§. cato ff. eodem titul. quam differentiam
diuidui,& indiuidui ius canonicum non ſeruat,neque con-
ſiderat d.c.ſuam,& per Imolam in d.c.potuit,& Iaſ.in d.3.
limitatione,qui hac ratione ad ita dicendum in pluribus hæ
redibus mouentur:Secus inter plures principales emphy-
teotas,qui eſſent plures rei debendi,quorum unus per bien
nium,ut ſupra,ſoluere ceſſauerit,nam etiam de iure canoni
co omnes alij emphyteotæ, & hæredes aliorum emphyteo
tarum culpa,& mora illius,qui in ſolidum tenebatur,cade-
rẽ dicerentur, quia in hoc caſu ceſſat ratio, quare de iure
canonico omnes cadere non debeant, non enim dicerẽtur
priuari ratione indiuidui,hoc eſt ratione pœnæ,quæ in ſoli-
dum contra omnes committitur ex cõtrauentione alterius
tantum, ſed ratione obligationis, & conuentionis,qua ex-
preſsè conuentum fuit, ut eſſent plures rei debendi ex eo,
quia actum eſſet,ut omnes in ſolidum tenerẽtur: quod per
ius canonicum non reperitur immutatum,nec alteratum,ſi
cut mutatum eſt id,quod iura ciuilia diſponũt ratione indi
uidui quoad pœnæ commiſſionẽ iuxta d.c.ſuam: & ideò de
iure canoico,quoties plures ſe obligarunt,ut plures rei de-
bendi,hoc eſt expreſsè in ſolidum, hæc obligatio ſuam natu
ram,uidelicet duorum reorum debendi ſeruabit arg.c.j.cũ
ibi not.de noui oper.nunc.Item quia de iure canonico ma
gis,quàm de iure ciuili pacta,& cõuentiones, prout partes
cõuenerunt,ſeruari debent,arg.c.j.cũ ibi not.extra de pact.
¶ Nõ obſtat,quòd ex quo in caſu noſtro eccleſia in iure pri
uati ſucceſſit,quia hæc res fuerat prius emphyteoſis priua-
ti,& poſtea ex titulo permutationis fuit effecta eccleſiæ,de
bet eccleſia uti iure priuati arg.l.ſi eum §.qui iniuriatũ ff. ſi
quis cau.ubi doc.ferè in noſtris terminis notant , ſed in em
phyteoſi priuati requiritur,quòd quis per trienniũ à ſolutio
ne canonis ceſſauerit d.l.2.C.de iur.emphy.item ex forma
ſtatutorum Bononiæ ſi emphyteota priuati ceſſauerit etiã
per xxx.annos,à iure ſuo non cadit,niſi facta proteſtatione,
ergo &c.quia ad hæc facilis eſt reſponſio, & primo poſito,
ſed non conceſſo,quòd eccleſia deberet iure priuati uti, ta
12 men † ex quo in caſu noſtro alter ex emphyteotis, quinim
mò omnes per biennium,uel ſaltẽ per unum annũ à ſolutio
ne canonis ceſſarunt,oẽs cecidiſſe dicuntur, ſtante iuramen
to,quo iuratum fuit ſingulis annis ſoluere certo tempore,&
cum pœna,quod iuramentum operatur, ut cecidiſſe dican
tur,cum ſoluere inſolidum promiſerint, atque iurauerint
argumento l.ſi quis maior,& ibi Iaſ.in 3.col.C.de tranſact.
& in d.l.2.in 9.q.per doctrinam Bal.in c. querelam de iu-

reiuran.& per Alexã.in conſi.85.lib.1.& ita tenent doct.
communiter,ut per Iaſ.in locis præallegatis,& in d.authen.
qui rem C.de ſacroſ.eccle. ſtatutum autem prædictum non
habet locum, quando iuratum fuiſſet ſoluere, & in ſo-
lidum. Secundo reſpondetur, prædicta poſſe eſſe uera,
13 † quando eccleſia in iure priuati ſucceſſiſſet, & ſimpliciter
in illo iure continuaſſet, aliter non prouidendo, ut in d.l.ſi
cum §.qui iniuriarum: Secus, ſi poſtquam res de iure ec-
cleſiæ facta fuit, eccleſia illam eiſdem emphyteotis renouã
do locauit tanquam rem eccleſiaſticam, & ut de bonis ec-
cleſiæ,tunc enim iure eccleſiæ uteretur,quia in incertis, &
non certis locus eſt coniecturis l.continuus §.1.ff.de uerbo.
oblig. Quinimmo dico,quòd ſtatim quo emphyteoſis pri-
uati facta fuit de iure eccleſiæ,abſq; alia renouatione de ea
iudicatur,ut de eccleſiaſtica,& in illa eccleſia utitur iure ec
cleſiæ,ut in terminis noſtris expreſsè uoluit Salice. in d.l.2.
in penul.q.quaſi circa finem C. de iure emphyt. & facit id,
quod uoluit Bar.quem alij ſequuntur, in auth.quas actio-
nes C.de ſacroſ.eccle.in ultimis uerbis, qui uoluit eccleſiã,
quæ in iure priuati ſuccedit,uti iure eccleſiæ,& non priua-
ti,quando aliud tempus de iure ſeruatur quoad eccleſiam
fauore eccleſiæ,& aliud quoad priuatum: Vnde cum ad-
uerſus priuatum currat præſcriptio decem, uel xx.annorũ,
& aduerſus eccleſiam præſcriptio xl.annorum, & antequã
eccleſia priuato ſucceſſerit,elapſi fuerint decem anni, quo
caſu quoad priuatum præſcriptio pro dimidia completa cẽ
ſetur,ſi poſtea eccleſia priuato ſucceſſit, ad complẽdã præ-
ſcriptionem totaliter alij triginta anni requirentur, & ſic
pro tempore futuro eccleſia utitur iure eccleſiæ, pro tem-
pore autem præterito iure priuati: & ita in terminis etiam
uoluit Iaſ.in d.l.2.q.13.in colũ. 45. & ad propoſitum facit
id,quod not.uolunt Ioan. And.Anto.Innoc. Abb. & alij in
c.ut ſuper de rebus eccle.non alien.quòd ſtatim quo res eſt
effecta eccleſiæ,& de iure ipſius, de illa iudicatur, ut de re
eccleſiæ adeò,quòd non dicitur ſimpliciter eſſe res eccle-
ſiæ,ſed de menſa eccleſiæ: ergo cum res,& emphyteoſis,de
qua agitur,ex titulo permutationis effecta fuerit de iure ec-
cleſiæ arg.c.1.cum ibi not.de rerum permut.regulari debet
ſecundum emphyteoſim eccleſiaſticam, ut ceſſatio per biẽ
nium attendatur ad hoc, ut emphyteota dicatur cecidiſſe
abſq; alia proteſtatione,& notificatione,ut in d.c.potuit: &
conſequenter ſtatutum,de quo ſupra, locum in caſu noſtro
habere non poterit arg.c.quæ in eccleſiarum, & c.eccleſia
S.Mariæ de conſti.& c.bone quidem 96.diſtinc.¶ Præterea
14 † dictum Imolæ in d.c.potuit eſt dubiũ, dum vult, quòd de
iure canonico omnes hæredes culpa unius cadere non di-
cantur,quia uerbis dubitatiuis utitur, ut ibi in fin.23.col.di
cens,quòd de iure canonico poteſt eſſe dubium: & contra-
riũ tenuit Spec.in tit.de locato §. nunc uerò aliqua in uerſ.
71.qui in contrariũ allegat iura canonica, illiſq; non obſtã
tibus,tenet omnes dici priuari, neq; ex hoc cæteri damniſi
cari cenſebuntur ex facto, & mora alterius non ſoluentis,
quoniã contra illũ agere poterunt, ſuumq; intereſſe per iu-
dicium familiæ herciſcundæ conſequi: & Spec. ibi in verſi.
29.idẽ etiã uidetur tenere in emphyteota, ſeu in pluribus,
qui partẽ canonis per bienniũ ſoluere ceſſarunt, ut in totũ
cecidiſſe etiã de iure canonico dicantur nõ obſtante diſpo
ſitione d.c.ſuam cũ ſimil.niſi propter paupertatẽ à ſolutio-
ne partis ceſſatũ fuiſſet: Sed de paupertate in caſu, de quo
15 agitur,non apparet,ergo &c. † Paupertas autem capitur,
attenta qualitate perſonæ,quia nobilis etiam habens in bo-
nis quinq; millia diceretur pauper, ruſticus uerò habens in
bonis centũ,uel circa diues cenſeretur,ut no.declarat Abb.
quẽ cæteri ſequũtur,i c.1.de accuſa. ¶ Rurſus quòd ex hoc
capite canonis nõ ſoluti omnes cecidiſſe dicãtur, facit,quo
niã principales cõductores,& emphyteotæ,qui ſuperuiuũt,
per bienniũ,& ultra nõ ſoluerunt,ergo quoad eos non po-
16 teſt dici,qui nececiderint d.c.potuit:† hæredes uerò præmor
tuorum ſi non omnes,ſaltem aliqui ex eis à ſolutione partis
ſuæ per biennium ceſſarunt, ut in proceſſu conſtat, ergo
& ipſi,& oẽs alij hæredes etiã, qui pro parte ſua ſoluiſſent,
dicerentur facto,& culpa cohæredũ cecidiſſe, ut eſt gl.in l.
communi diuidundo ff.commun.diuidun. Bar.in l.fraudati
ff.de publica.& Hoſtien.in ſumma de loca.§. fin. conditio
enim obligationis ex perſonis hæredum non mutatur l.2.
§.ex his ff.de uerbo.oblig.Item quoad euitandam pœnam
non ſufficit, quòd alter ex hæredibus pro parte ſua adim-
pleat,immò uno non adimplente, pœna contra omnes com
mittitur d.l.5.in fin.d.l.in exequutione in fin.ff.de uerb.obli
ga.& Iaſ.in d.l.2.col.47. quod quidem habet locum etiam
attenta æquitate canonica,ut uoluit Specu.in d.§.nunc ue
rò aliqua uerſi.70.& 81.ueluti ſupra etiam tetigi.Præterea
ut ex proceſſu conſtare poteſt,omnes per biennium ſolue-
re ceſſarunt,quod ſi ita eſt,res eſt expedita,d.c.potuit,& d.
authen.qui rem:nam principales emphyteotæ ſuperuiuen
tes in totum,& integraliter ſoluere per biennium ceſſarũt,
hæredes uerò præmortuorum pro anno præterito minimã
partem canonis ſoluere ceſſarunt, uidelicet capones, pro
anno autem præſenti totam penſionem,totumque canonẽ,
& ſequuta fuit domini declaratio ante, quàm poſtea ſolu-
tio fieret: ergo ſequitur, quòd omnes cecidiſſe dicentur,
17 quia † ceſſando ſoluere per biennium etiam minimam par
tem canonis à iure ſuo cadunt,ut uoluit glo. in d.authent.
qui rem,quæ magis communiter approbatur, ut per Iaſo.
ibi,& in d.l.2.col.46.idem tenet Paul.de Caſt.in d.l.in exe-
quutione §.qui ita;& hoc procedit etiam de iure canonico,
ut ſentit.Specul.in d.§.nunc uerò aliqua in uerſic. 29. cum
ſequenti. ¶ Nec obſtat id,quod uoluit Barto.in d.l.frauda
ti fin.uerb:quòd ſi alter ex hæredibus ſoluere ceſſauerit,om
nes non dicuntur priuari,quando ex ſolutione alterius hæ-
redis,qui partem ſuam per biennium ſoluiſſet,unus integer
18 canon unius anni ſolutus diceretur, † quoniam hoc dictum
communiter reprobatur per id,quod uoluit Ioan. And. in
additio.ad Specul.in d.§.nunc uerò aliqua in uerſic.71. &
latè habetur per Iaſonem in d.l.2.colum.47. Præterea di-
ctum illud Bart.poſſet procedere,quando alter ſimpliciter
per biennium partem ſuam ſoluiſſet, ſecus ſi expreſsè pro
parte ſua ſoluiſſet,prout factum fuit in caſu,de quo agitur,
quia in incertis, & non certis locus eſt coniecturis l. conti-
nuus §.1.ff.de uerb.obli.& ita declarat Imol.in d.l.fraudati;
Sed tamen hoc in caſu, ut ſupra dixi, nullus pro parte ſua
ſoluit,immò omnes per biennium ceſſarunt, ergo &c.
¶ Nec prædictis aduerſatur, quòd ex quo dominus Archi-
presbyter à quibuſdam partem canonis recipiẽdo ſcripſit,
& hoc pro parte ſua,tacitè uideatur inter ipſos emphyteo-
tas diuiſiſſe obligationem,quæ inſolidum facta erat,& con-
ſequenter ſolum illi,qui pro parte ſua ceſſarunt, cecidiſſe
dicantur,nam dominus ſimpliciter recipiendo abſque pro-
teſtatione ſaluo iure meo ſibi tacitè præiudicat,ut emphy-
teota non dicatur cecidiſſe,quamuis per biennium ceſſaue
rit,uel alienauerit,uel malè in rẽ uerſatus fuerit, ut plenè
habetur in d.c.potuit,& in d.l.2.cum ſimil. quia reſponderi
poteſt primo,quòd omnes in ſolutione canonis ceſſarunt,
19 ueluti ſupra dixi, ergo &c. Secundo dico † prædicta poſſe
eſſe uera in domino,& prælato eccleſiæ non collegiatæ, ſe-
cus eſt in prælato eccleſiæ collegiatæ, qualis eſt in caſu no-
ſtro,quia ſimpliciter recipiendo non præiudicat eccleſiæ,
cui ius ex non ſolutione canonis erat acquiſitum,ut eſt glo.
communiter approbata in dicto capit.potuit, ibique Imol.
& alij,& Specula.in d.§.nunc aliqua uerſicu. 26.
20 ¶ Non obſtat etiam eccleſiæ,quòd † emphyteotæ,ſeu illo-
rũ hæredes,qui ceſſarunt,poſtea ſoluerũt,ſicq; morã ſuam
purga

purgarunt,prout licitum eſt, ſaltem attento iure canonico
d.c.potuit:item quia de æquitate canonica etiam illis caſi-
bus,quibus regulariter de iure ciuili mora purgari non po
teſt,illius purgatio admittitur, quia moræ purgatio eſt ſu-
per æquitate fundata,ut l. ſi ſeruum §.uideamus ff. de uer-
borum obligat.ſuper qua æquitate eſt fundatum ius cano-
nicum Bal.in l.fin.in princip.C.de iure deliberan.ut dicunt
doctores in l. ſi inſulam ff.de uerborum obligat. & Alexan.
in l.ita ſtipulatus la grande ff.eod. titu.quia reſponderi po-
teſt, uerum eſſe, quòd in caſu noſtro mora purgari poteſt
ante,quàm dominus declaret,& iudicialiter emphyteotam
conueniat,nam re integra poteſt moram purgare, ut in d.
c.potuit,ibique Anto.& Ioan.de Imol.in 12.colum. & do.
Cardin.per ea,quæ ibi uoluit Innoc.quod uerum eſt etiam
de æquitate canonica, ut mora niſi re integra non debeat
poſſe purgari,ut ſupra. Vel in caſu noſtro nullo modo de-
21 bet poſſe purgari, quoniam † non ſolum unica mora, ſed
duplex, immò triplex interuenit, quo caſu purgatio moræ
non admittitur etiam illis caſibus,quibus alias de iure pur-
gari poſſet,ut eſt text.not.in l.traiectitiæ §.de illo ff. de act.
& obligat.& ibi Ang.quem ſequitur Roma. in conſil.352.
incipi.quæritur primo, & Alexan.in d. l. ſi inſulam col.17.
primo enim interuenit mora dici, quia non fuit ſolutum tẽ
pore debito, & conuento cum adiectione pœnæ, quo caſu
etiam moræ purgatio non admittitur l.magnam C.de con-
trahen.& committen.ſtipula.& habetur in d.l.ſi inſulam, &
maximè interueniente iuramento,l.ſi quis maior C.de trã-
ſactio.cum materia. Secundo interuenit alia extraiudicia-
lis mora inducta ex declaratione per dominum facta, & ip
ſi parti notificata argumento l. ſi ex legati ff. de uerborum
obligat. Tertio interuenit mora iudicialis,quia ante,quàm
ſoluerent,elapſo tempore fuerunt uocati, & ad iudiciũ con
uenti,& ſic iudicialiter interpellati, quæ mora magis no-
cet,quàm extraiudicialis,ut habetur in l.uinum ff. ſi certum
peta.& per Innocentium in d.c.potuit:Stante igitur huiuſ-
modi triplici mora, ea nullo modo in caſu noſtro purgari
potuit, etiam attenta æquitate canonica, ſecundum quam
purgatur omnis ſimplex mora, non autem duplex, ſeu tri-
plex per prædicta, alioquin fruſtratoria eſſet diſpoſitio d.c.
potuit,& d.authen.qui rem, & d. l. 2. quod non eſt dicen-
dum argumento l.ſi quando ff.de legat.1.in princip.& l.ti-
tia §.lucius ff. de legat. 2. ¶ Prædictis etiam non aduerſa-
tur,quòd poſito,emphyteotas poſſe dici ex rationibus præ-
22 miſſis de iure à re emphyteotica cecidiſſe, † tamen ipſi ſunt
aduerſus caducitatem in integrũ reſtituendi prætextu igno
rantiæ,& ſic ex illa clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cau-
ſa uidebitur argumento l.1.ff.ex quibus cau.maio. & ita fe
rè in terminis noſtris tenuit glo.in dicta l.2. C. de iure em-
phyteot. quòd iuſta, & probabilis ignorantia dicatur iuſta
cauſa reſtituendi,quam gloſ. Barto. & alij ibi communiter
approbant,& traditur per Alexandr.in conſi.72.lib.1.& in
conſi.14.in fin.lib.2.Prætextu etiam ruſticitatis ſunt in in-
tegrum reſtituendi,quia ubi de damno euitando tractatur,
ſuccurritur ruſticis,& mulieribus etiam aduerſus iuris igno
rantiam,ut habetur in l.1.per Bartolum, & Cynum C. de
iuris,& fact.ignoran.l.regula §.ſed iuris ff. eodem tit.in ca-
ſu enim noſtro ſaltem illi,qui ut hæredes in ius alterius ſuc-
ceſſerunt,iuſtam ignorantiæ cauſam habuerunt,an teneren
tur ſoluere,ut emphyteotæ,an ut cenſuarij, an ut liuellarij
argumen.l.qui in alterius ff. de regu.iur.item ſunt ruſtici,&
de eorum damno euitando tractatur, ergo &c. Quia mul-
tipliciter poteſt reſponderi, primo ipſis non eſſe ſuccurren
dum prætextu ignorantiæ, quoniam talis ignorantia non
fuit iuſta,neque probabilis,prout requiritur, Alexand.in d.
conſil.& habetur per gloſam,& doctores in d.l.2.tum quia
omnes diu per plures,ac plures annos canonem,& partem
ſuam canonis ſoluerunt, quo caſu ut emphyteotæ ſoluiſſe
cenſentur,ut habetur per Specu.in dicto tit.de loca.§.nunc
uerò aliqua verſic.142.in l.ſi certis annis C.de pactis, in l.
cum de in rem uerſo ff.de uſuris,not.in l.penul.C.commu-
diuid. & per dominum Anton. in c. peruenit de cenſibus:
tum quia illi,qui ut hæredes ſucceſſerunt,potuerunt infor-
mari, & inſtrui ab aliis, qui principaliter ut emphyteotæ cõ
duxerunt,& unà cum illis annuatim debitum canonem ſol
uerunt,ergo ipſis eſt imputandũ arg.eorum,quæ habentur
23 in l.penult.C.qui admitti. Præterea & ſecundo† prætextu
ignorantiæ, & ruſticitatis per uiã reſtitutionis nõ eſt aduer
ſus eccleſiam ſuccurrendũ, quia priuilegiatus contra priui
legiatũ priuilegio non utitur l.uerũ §.item quæritur,ibique
habetur ff.de minorib.Sed eccleſia eſt priuilegiata in hoc,
ut in integrum reſtituatur, c. 1.& per totum de reſtitutio.
in integrum, ergo &c. Tertio ex quo omnes cecidiſſe di-
cuntur mora, & culpa alterius, qui principaliter conduxe-
rat,& in ſolidum canonem ſoluere promiſerat, ut dictum
fuit,qui non potuit iuſtam ignorantiæ cauſam habere,quia
in facto proprio ignorantia non eſt tollerabilis l. final. cum
24 gloſ.ff.pro ſuo, † & ipſis aduerſus illum uia ordinaria,ac re
medio ordinario eſt ſuccurſum,quia de indemnitate, & ad
totale intereſſe contra eum, cuius culpa, & mora cecide-
runt,agere poſſunt argumento l.ſi diuiſa C.locati,& in ter-
minis habetur per Specul.in d.§. nunc uerò aliqua uerſic.
25 71.& in d.l.2. C. de iure emphyteot.† ergo ceſſare debet
remedium reſtitutionis in integrum, quod eſt extraordina
rium l.in cauſæ in princip. ff. de minor. præſertim cum pa-
riter ſaltem, & æquè per remedium ordinarium ſit prouiſ-
ſum, ut ibi, & per Bartolum in l. in prouinciali ff. de noui
operis nunciatio. æquè enim dicitur prouiſum per reme-
dium ordinarium,ex quo ſuccurſum eſt, ut ad totale inte-
reſſe,& damnum agere poſſint,per Specul.in d.uerſic.71.
circa finem,& ideò reſtitutioni in integrum locus eſſe non
debet,ut ferè in terminis probatur in l. properandum in fi.
26 & ibi Bart.Paul.de Caſ.& alij C.de iudi.ubi uolunt,†quòd
ſi inſtantia ſit ipſi minori perempta culpa tutoris, ſeu cura-
toris,minor non debet in integrum reſtitui, ex quo poteſt
aduerſus tutorem,uel curatorem de indemnitate, & ad in-
tereſſe agere:in ſubſidium uerò debet reſtitui, ut ibi, & eſt
communis opinio:ex hoc igitur,quòd poſſit agere ad inte-
reſſe,& damnum,dicitur ei pinguius,uel ſaltem æquè ſuc-
curſum,& ideò reſtitutio ceſſat,quæ non ceſſaret, ſi ex hoc
non diceretur æquè,uel pinguius ſuccurſum, ut in d.l.pro-
perandum per Bartolum,& per Anton.de Butr.in c.quali-
27 ter il 2.de accuſatio.¶ Dico etiam, † quòd prætextu ruſtici
tatis, & iuris ignorantiæ non eſt illis ſuccurrendum, quo-
niam peritiores conſulere potuerunt,cum quotidie Bono-
niam,& ad nundinas uenirent argumento eorum, quæ ha-
bentur in d.l.penul.C.qui admitti,& per gloſam in c.fin.de
celebra.miſſa.Secundo ruſticitati ſuccurritur ſolum in caſi
bus à iure expreſſis aduerſus iuris ignorantiam l.fin. C. de
iuris,& facti ignoran.& dicit glo.in §.ultimo 2.q.4. Tertio
aduerſus iuris ignorantiam non ſuccurritur ruſticis ſagaci-
bus,quales ſunt ruſtici Bononienſes,arg.glo.in l.atlethæ in
fin.ff.de excuſa.tut. Quarto non ſuccurritur ipſis in iis,quæ
ſunt ad rigorem iuris conſeruandum inducta,ut dicit Bart.
in l.1.§.nunciatio,& ibi docto.ff.de noui oper.nunc.in ulti.
colum.& idem Bartol.in l.fin. C.de iuris, & fact.ignorant.
28 Sed † hoc,quòd emphyteota ſoluere per biennium ceſſan
do à iure ſuo cadat dicitur de iis, quæ ſunt ad rigorem iu-
ris conſeruandum inducta, ut eſt gloſ. in terminis in l. iuris
la 2.ff.de iuris,& fact.ignorañ. neque hoc reprobatum re-
29 perio,ergo &c. Præterea † quando iuris ignorantia ha-
bet admixtum delictum, tunc ruſticitati etiam quoad eui-
tandum damnum non ſuccurritur,ut eſt text.clarus in l.re-

gula in prin.ff.de iuris,& fact.ignoran.& not. per glo.in d.
l.iuris la 2.in finalibus uerbis:Sed ceſſare in ſolutione cano
nis,quando eſt emphyteota eccleſiæ,eſt delictum,ut habe-
tur in d.c.potuit,in d.authen.qui rem,& in d.l.2.ergo ruſti-
citati contra eccleſiam non eſt ſuccurrendum.
30 ¶ Vltimo † quòd ex capite deteriorationis rei iuxta textum
in d.authen. qui rem in caſu noſtro à iure ſuo cecidiſſe di-
cantur,patet ex iis,quæ in proceſſu apparent, nam proba-
tum fuit,dictos emphyteotas euulſiſſe, ſeu incidiſſe plures
arbores uirides,& fructiferas,ex quarum inciſione,& euul-
ſione res eſt notabiliter deteriorata,fuitque hæc inciſio, &
euulſio facta lite pẽdente,& poſt præceptum ipſis factum,
ne aliquid innouare deberent:Ex quibus ſequitur,nos eſſe
in caſu, in quo ob rei deteriorationem emphyteota poteſt
expelli,quoniam,ut dicit Bald.in d.authen. qui rem in 2.no
tabili,ille,qui malè utitur,debet expelli, tribus concurrenti
bus,primo,quòd deterioratio ſit notabilis quantitatis, nam
pro modico non fieret contractus reſciſſio l.ſcio ff.de in in-
tegrum reſtitutio,Secundo,quòd deterioratio ſit perpetua,
& ſic circa rem, & non ſimpliciter circa perceptionem fru
31 ctuum:Vnde † emphyteota non poteſt arbores fructiferas
incidere cum magna rei deterioratione l.diuortio §.ſi fun-
dum cum ibi not.ff.ſolut.matrim.l.ſed ſi grandes,& l.æquiſ-
ſimum §.1.ff.de uſufruct. Tertio,quòd deterioratio proce-
dat dolo,& lata culpa,uel ſaltem leui,ut per gloſam in au-
then.de non alien.in §.ſcire:idem ſequitur Alexan.in con-
ſil.118.colum.3.lib.5. per not. per Bartolum in d.authent.
32 qui rem,& in l.ædem C.locati: † Nec prodeſt, quòd res in
parte fuiſſet deteriorata,& in parte meliorata,nam hæc cõ
penſatio fieri non poteſt,ut uoluit Iaſ. in d.authen. qui rem
in 3.colum.per illum textum:Sed in caſu noſtro res emphy
teotica fuit deteriorata, concurrentibus dictis tribus, nam
de notabili deterioratione conſtat ex numero arborũ euul
ſarum,& inciſarum,quæ fuerunt uiginti, & ultra,ut proba-
tum eſſe intelligo:de deterioratione etiam circa rem con-
ſtat,quia nõ fuit ſimpliciter circa fructuum perceptionem,
33 d.l.æquiſſimum §.1.& d.l.ſed ſi grãdes:† De dolo autem,ſeu
lata culpa,uel ſaltem leui apparet, ex quo deterioratio fa-
cta fuit,neglecto præcepto ſuperioris iuxta ea,quæ haben-
tur in l.iuſtè poſſidet ff.de acquiren.poſſ.& l.ſi fundum cum
ibi not.C.de rei uendica.item lite pendente,& ſcienter, &
ſic circa rem litigioſam,quod quidem arguit dolum, ſeu la
tam culpam,uel ſaltem leuem argumẽto l.fin. C.de litigio.
& per totum extra ut lite penden.& in 6.eod.tit. Vel fortè
dici poſſet,de iure communi quidem notabilem deteriora-
tionem requiri ad hoc, ut emphyteota à iure ſuo cadat per
34 ſupra adducta: † Sed ſtante promiſſione emphyteotæ iura-
ta,qua promiſit re uti arbitrio boni uiri,incidendo, & euel-
lendo arbores fructiferas abſque notabili deterioratione
promiſſis,& iuratis contraueniſſe dicetur,& ex hoc dicetur
priuatus l.ſi quis maior C.de tranſactio.nam aliquas etiam
duas arbores fructiferas incidendo non dicitur arbitrio bo-
ni uiri uſus per textum in dicta l. æquiſſimum §. 1. cum ſe-
quen.iuncta l. 1.cum glo.C.de uſufruc.uſufructuarius enim
de iure arbitrio boni uiri re uti tenetur, ut in dicta l. 1. &
ideò aliquas,puta etiam duas arbores fructiferas,& non cæ
duas non poteſt incidere d. l. æquiſſimum, & incidendo
etiam duas arbores arbitrio boni uiri uti non dicitur: & ad
35 propoſitum facit id, † quod uoluit Alexand.in conſil.129.
lib.2.dicens,quòd ſi ruſticus promiſit laborare arbitrio bo-
ni uiri,non laborando,ut ſtatuta, & iura expoſcunt, dicitur
periurium incurrere,& ex hoc poteſt expelli;ita dicamus in
36 caſu noſtro, † quòd ex quo emphyteotæ re arbitrio boni ui
ri uti promiſerunt,dicuntur ſe obligaſſe ad illa utendum, ut
expoſcũt ſtatuta huius ciuitatis,& iura communia; Sed per
ſtatuta prohibitum eſt colonis,& conductoribus arbores ui
rides incidere, ut habetur in ſtatuto poſito ſub rubrica de
pœna non laboran.poſſ.ut debent, item & de iure commu
ni,ut habetur in d.l.diuortio §. ſi fundum, & in d.l.æquiſſi-
mum §.1.cum ſequen. ergo &c. ¶ Et ita ex prædictis dico
partes R.do.iudicis eſſe in declarando omnes dictos ruſti-
cos,& emphyteotas à iure ſuo cecidiſſe, & domino Archi-
presbytero prædicto licuiſſe rem emphyteoticam, de qua
agitur,ingredi,illamq; alteri concedere, & præſertim quia
ſic declarando,fieret declaratio ad fauorem eccleſiæ, & re
ligionis,pro qua ſemper in dubio eſt iudicandum l.ſunt per
ſonæ ff.de relig.& ſumpt.fun. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio in emphyteoſim perpetuam ſemper durat, donec penſio ipſi domino,prout conuentum fuit, præſtetur.*
2 *Relatione facta ad aliud præcedens inſtrumentum, ſemper omnia poſita in primo inſtrumento,cenſentur in vltimo,in quo fit relatio,appoſita, & repetita.*
3 *Renouatio,quæ fit de re emphyteotica etiam ob finitam emphyteoſim,debet intelligi ſecundum naturam primi contractus, primæque conceſſionis adeo,quòd omnia in præcedenti contractu,& conceſſione contenta cenſeantur in contractu renouationis repetita.*
4 *Et multo magis ſi in renouatione eſſent adiecta hæc, vel ſimilia verba, ſequendo formam,& modum aliarum locationum.*
5 *In alternatiuis electio eſt dare debentis.*
6 *Solitum,& conſuetum quando quid dicatur.*

EPITOME.

EMPHYTEOTAM *renouatum ſequendo formam, & modum aliarum locationum,ſi ſoluit canonem eo modo, quo per emphyteotas prædeceſſores ſolui conſueuit, non potuiſſe à domino declarari,ipſum ob non ſolutionem canonis incidiſſe in cõmiſſum, & à re emphyteotica cecidiſſe,hic probatur.*

CONSILIVM CXXI.

VISIS, ac diligenter conſideratis quibuſdam inſtru
mentis renouationum per dominum Neſtorem de
Rubeis rectorem hoſpitalis ſancti Nicolai ſer Do-
minico de Vizano de quadam petia terræ in emphyteoſim
perpetuam factarum,abſque longa diſcuſſione concluden
dum eſſe puto,illos de Vizano in commiſſum non incidiſſe,
neque à re emphyteotica cecidiſſe ob non ſolutionem ca-
nonis,& moderno rectori non licuiſſe declarare dictã rem
fuiſſe ad dictum hoſpitale deuolutam, neque poſſeſſionem
naturalem eiuſdem apprehendere, ſtante ſolutione cano-
num,ſeu penſionum integraliter facta per dictum ſer Do-
minicum, & ſucceſſiuè per ſuos hæredes præfato domino
Neſtori,ſuisq; ſucceſſoribus, prout in dictis renouationum
1 inſtrumentis conuentum,& promiſſum fuit,quoniam † con
ceſſio in emphyteoſim perpetuam eſt huius naturæ, ut ſem
per duret,nec reuocari poſſit, quamdiu penſio, ſiue reddi-
tus ipſi domino pro re præſtetur,ut conuentum fuit, prout
eſt tex.not.in §.adeò Inſtit.de loca.& conduc. & facit gloſ.
in §.perpetua 10.q.2.& in authen.ſi quas ruinas C.de ſacro
ſanct.eccle.ſed ſemper facta fuit ſolutio,& præſtatio cano-
nis iuxta modum ſolitum,& conuentũ inter ipſos contrahẽ
tes,ut pro parte emphyteotæ eſt probatum,ergo rector nõ
potuit declarare, emphyteotam ob non ſolutionem cano-
nis cecidiſſe c.potuit de locat.& l.2. C.de iure emphyteo.
¶ Et ſi diceretur,quòd non conſtat de aliqua ſolutione, &
proteſtatione canonis facta ipſi rectori ſingulis annis,pro-
ut ex tenore inſtrumenti facti de anno 1505. emphyteota
tenebatur,pro reſponſione ſciendũ eſt, quòd præfati de Vi
zano emphyteotæ ex forma antiquarũ inueſtiturarũ, & cõ
ceſſionũ iamdiu factarum pro canone, & redditu dictæ rei
emphy-

emphyteoticæ tenebantur præſtare patrocinium, conſiliũ
& operam ſuam tàm in cauſis dicti hoſpitalis, quàm in con
ficiendis inſtrumentis eiuſdem gratis,& abſque aliqua mer
cedis ſolutione ad omnem dicti do.rectoris requiſitionem,
& quoties eſſet neceſſarium: item ad ſoluendum domino re
ctori, uel cui ipſe uoluerit,ſeu cui ſolui debuerint, ſextam
partem collectarum pro tempore imponendarum per cle
rum non exemptum dicto hoſpitali, ad conferendum, &
contribuendum dictam ſextam partem collectarum cum
dicto hoſpitali,ſeu eius rectore, quotieſcunq; fuerit oppor-
tunum, alioquin elapſis octo diebus poſt terminum aſsigna
tum ad ſoluendum dictas collectas ſi dicti emphyteotæ nõ
ſoluerent,dictam ſextam partem,ut ſupra,promiſerunt præ
ſentare dicto rectori tot pignora,& ut latius in inſtrumento
renouationis factæ de anno 1477. cõtinetur: de anno dein
de 1506.facta fuit per dictũ do. rectorẽ renouatio emphy
teoſis dictis de Vizano,ſequendo modũ,& formã aliarum lo
cationum,& maximè locationis,& renouationis de dicta re
factæ de anno 1477.& conſequenter hæc ultima renoua-
tio cenſetur facta cum iiſdem capitulis,modis,qualitatibus,
& conditionibus in dicto inſtrumento de anno 1477. facto
2 appoſitis, † ad quod cum inſtrumentum ultimum factum
de anno 1505. ſe referat, omnia in dicto primo inſtrumen
to poſita dicuntur in ultimo appoſita, & repetita authen.
ſiquis in aliquo,& ibi Bar.& docto.omnes. C.de eden. l. om
nes C.de quadrien.præſcrip.faciunt ea, quæ habentur per
Bartolum in l.prætor §.erit in fin.uer.ff.ui bon.rap.& eſt bo
nus tex.in l. 2.ff.de coniungen.cum emancip. libe. & in au-
3 then.de filiis ante dot.inſtru.natis in §.1. † et ad propoſi-
tum bene inſeruit id,quod uoluit Bar.quem alij communi-
ter ſequũtur, in l.ſi mihi, et titio ff. de uerborum obliga. in
ultimis uerbis,quòd renouatio, quæ fit de re emphyteoti-
ca etiam finita emphyteoſi,debet intelligi ſecundum natu-
ram primi contractus adeò, quòd omnia, quæ in præce-
denti contractu, et conceſsione continebantur, uideantur
in ſequenti contractu renouationis repetita argumento l.
item quæritur §.qui impleto ff.locati,l.pen.§. uxor ff. ſolu.
matri.& eſt caſus expreſſus in c.1.de gradi ſucce.in feud.&
in c.1.de duobus fratribus,ubi hoc procedit in dubio,quan
do uerba in inſtrumento renouationis appoſita non eſſent
4 clara, neque hoc importarent: † Ergo magis hoc dicen-
dum eſt in caſu, quo ex verbis renouationis hoc inferre-
tur,ut quia in eo,prout in caſu noſtro, apponerentur hæc,
vel ſimilia verba,ſequendo formam, & modum aliarũ lo-
cationum, quia in incertis, & non certis locus eſt coniectu
ris l.continuus.§.illud ff.de verb.obliga. Sed attenta natura
primæ conceſſionis, ſeu renouationis factæ de anno 1477.
licitum erat illis de Vizano pro penſione,& canone debito,
atque conuento ſoluere dictam ſextam partem collectarũ
imponendarum dicto hoſpitali, quotieſcunque fuerit op-
portunum,ipſi rectori,vel cui uoluerit, ſeu cui dictæ colle-
ctæ ſolui debuerint,ergo dicti de Vizano ſoluẽdo illam ſex
tam partem collectarum tempore, quo fuerunt impoſitæ,
illi tantum, cui collectæ ſolui debebant,rectè ſoluiſſe,& cõ
uenta reſpectu ſolutionis canonis adimpleuiſſe dicuntur,
cum enim in eorum electione eſſet ſoluere uel rectori, uel
illi,cui collectæ ſolui debebant,alteri ſoluẽdo dicitur ſatisfa
5 ctum,quia † in alternatiuis electio eſt dare debentis c. in
alternatiuis de regu.iur.in 6.l.plerunque ff.de iure dotium:
& alterum facere, ſeu adimplere ſufficit d. c. in alternatiuis,
l.ſi is,qui ducenta §.utrum ff.de rebus dub. & l. ſiquis ita in
fin.ff.de uerborum obliga. ¶Præterea tàm in primo in-
ſtrumento facto de anno 1477.quã in facto de anno 1505.
illi de Vizano conductores ſe obligauerunt ad ſoluendum
dictam ſextam parem collectarum,ſecundum, & prout ſo-
liti fuerũt,ſeu prout ſolitus fuit ſer Dominicus de Vizano,
& prout ſemper dictus ſer Dominicus ſoluit, & contulit:
At ſer Dominicus ſolitus fuit dictam ſextã partem collecta
rum ſoluere exactori,& ad exactionem,& receptionem col
lectarũ deputato,ut ex ſcriptis, & apochis penes dictos de
Vizano exiſtentibus conſtat,& ſic canon, ſeu id,quod loco
canonis ſolui debebat, fuit ſecundum ſolitum, & conſuetũ
modum ſolutum,ergo ſequitur,quòd ſecundum ſolitum,&
conſuetum modum, ſeu ſecundum quod ſer Dominicus
ſemper ſoluit,& ſoluere ſolitus fuit, dicitur fuiſſe ſolutum,
6 † quoniam hæc uerba ſecundum quod ſolitum, & conſue
tum fuit,ad plus binum actum requirũt, cum ſolitum id di
catur,quod ſemel factum fuit,conſuetum uero, quod ſaltẽ
bis fuit factum,ut eſt tex.ibiq; Bar.in l.mela.§. ſed ſi alimẽta
ff.de alim.& ciba.lega.& per Bal.in l.binos ad fin. C.de ad
uoca.diuer.iudi.cum ſimilibus: & ad hãc ſolutionem ſoli-
tam, & conſuetam cõtrahentes in ultimo renouationis in-
ſtrumento ſe remiſiſſe, illamq; reſeruare, & locum habere
uoluiſſe uidentur, ut ibi in illis uerbis,prout ſemper contu-
lit, & ſolitus fuit facere dictus ſer Dominicus, ergo huiuſ-
modi ſolutio inter ipſos ſeruanda fuit, & eſt, nam etiam ſi
de ſolita,et conſueta ſolutione non fuiſſet conuentum, ta-
citè tamen diceretur conuentum eo modo, quo inter ipſos
ſolui conſuetum,et ſolitum fuerat l.quod ſi nolit §.qui aſſi-
dua ff. de ædil.edic.et faciunt ea, quæ habentur per Moder.
in c.cum m.col. 3.de conſtitut. Ex quibus clarè conſtat,præ
fatum dominum Rectorem non potuiſſe declarare, prout
declarauit, nec poſſeſſionem apprehendere ob non ſolu-
tionem canonis. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Pactum expreſſum, quòd non liceat emphyteotis in totum, vel in partem rem vendere, & alienare, niſi eccleſiæ, quæ in emphyteoſim conceſſit, ſub pœna, & quòd ipſo iure cadant &c. operatur, ut nec cum conſenſu prælati, nec ex iuſta cauſa res alienari poſſit, & num. 4.*
2 *Pactum ſemper intelligendum, ut aliquid operetur.*
3 *Pactum, quòd liceat rem emphyteoticam vendere, ſeu alienare, operatur, ut etiam ſine conſenſu domini res poſſit alienari.*
4 *Probibitio de alienando expreſſa ab homine concurrens cum probibitione iuris communis operatur, ut res nullo modo poſſit alienari.*
5 *Emphyteota ſi res emphyteoticas, vel earum partem alienet, ſtante pacto, quòd non liceat emphyteotæ rem vendere, & alienare ſub pœna, & quòd ipſo iure cadat, &c. pœnam incurriſſe dicitur, & res in totũ fuit ad eccleſiam deuoluta, ac prælato licet propria auctoritate rem ingredi, & apprehendere, alterique locare, abſque eo, quod prius ſuper hoc iudicis ſententia declaratoria lata fuerit.*
6 *Emphyteota ob alienationem partis rei emphyteoticæ à tota re cadit.*
7 *Stante pacto, quòd nõ liceat emphyteotis rem uendere, & alienare ſub pœna &c. epiſcopus, & prælatus non poteſt caducitatem remittere, nec licentiã alienandi dare, nec alienationes factas confirmare.*
8 *Conſenſus confirmatorius ex poſtfacto interueniens retrotrahitur, & quædam ratificatio eſſe dicitur.*
9 *Prælatus poteſt quidem in quærendis, ſed nõ in iam acquiſitis eccleſiæ præiudicare.*
10 *Caducitas quando ipſo domino uolente, & declarante, tantum contingat, & quando ipſo iure abſque alia domini declaratione, & conſequenter quando caducitas à domino remitti poſſit, & quando non.*
11 *Prælatus ſi poſt alienationem ab emphyteota factam confiteatur ſe licentiam alienandi dediſſe, illa confeſſio eccleſiæ quoad ius ſibi ex alienatione quæſitum non præiudicat.*
12 *Confeſſio continens id, quod ipſi confitenti erat impoſſibile, non ualet.*
13 *Confirmatio, & conceſſio rerum eccleſiæ à prælato facta ſemper in dubio ſecundum formam eccleſiæ conſuetam facta intelligitur, & comprehendit perſonas conſuetas, & non ultra.*
14 *Res eccleſiæ, & præſertim Rauennæ in perpetuum concedi non poſſunt, ſed ſolum uſque ad tertiam generationem:*
15 *Et ſi in perpetuum fiat conceſſio, an in totum uitietur adeò, ut nec uſque ad tertiam generationem ualeat num. 18.*
16 *Feudatarius concedẽs alteri feudum aliter, quam ipſe habeat, et ultra feudi naturam, feudum amittit, illudq; ad dominum deuoluitur.*
17 *Emphyteota ſi rem habeat iuxta conſuetudinem eccleſiæ, illa conſuetudo eſt ſeruanda, nec extendi poteſt.*

Prælatus

19 *Prælatus bona eccleſiæ conſanguineis ſuis in emphyteoſim perpetuam concedere, ſeu illis aliter alienare non poteſt. & quomodo hoc procedat nume. 20.*

21 *Emphyteotæ licentia alienandi data intelligitur ſecundum naturam, & conſuetudinem rei:*

22 *Emphyteota quomodo licentiam alienandi ſibi in inſtrumento emphyteotico à domino datam habere dicatur.*

23 *Prælatus eccleſiæ capitulum habentis ſolus caducitatem remittere non poteſt.*

EPITOME.

PACTO *expreſſè conuento, quòd non liceat emphyteotis in totum, uel in partem rem uendere, & alienare, niſi eccleſiæ, quæ in emphyteoſim conceſſit, ſub pœna &c. & quòd ipſo iure cadant &c. ob alienationem rerum, uel earum partis emphyteotæ pœnam conuentam incurrerunt, & ipſo iure abſque alia iudicis declaratione à tota re emphyteotica ceciderunt, quam in totum fuiſſe ipſo iure ad eccleſiam deuolutam, & prælato licuiſſe propria auctoritate illam ingredi, et apprehendere, alteriq; concededere abſque eo, quòd ſuper hoc iudicis ſententia declaratoria lata fuerit, nec prælatum ipſum caducitatem remittere, nec licentiam alienandi emphyteotis dare, neque alienationes iam factas confirmare potuiſſe, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CXXII.

TEMPORE inueſtituræ factæ per eccleſiam emphyteotis conuentum fuit per pactum expreſſum, quòd non liceret ipſis emphyteotis in totum, uel in partem rem uendere, & alienare, niſi ipſi eccleſiæ, quæ in emphyteoſim conceſsit, ſub pœna, & quòd ipſo iure cadant &c. licitūq; ſit in caſu alienationis agētibus pro eccleſia propria auctoritate conductores expellere, & rem ap-
1 prehendere: † per quod pactum uidetur inferri poſſe, quòd res non poſsit alienari etiam cum conſenſu prælati, alioquin pactum fuiſſet fruſtratorium, nihilq; operaretur, quia abſque pacto cum conſenſu prælati alienari potuiſſet l.fina.C.de iure emphyteotico, & c.potuit extra de locato,
2 & † ſemper intelligendum eſt, quòd pactum huiuſmodi aliquid operetur argumento c.ſi Papa de priuileg.in 6.l.ſi quando ff.de lega.1.l.ſi quando in princi.C.de inofficio.teſtamen. & l.1.in fin.ff. ad munipa. & facit in ſimili id,
3 † quod dicitur de pacto, quòd liceat rem emphyteoticam, ſiue feudum alienare, quia ut aliquid operetur, intelligitur etiam ſine conſenſu domini c.1.de feudo non hab.nat.feu. & ibi Andr.de Iſer.& Præpoſi.& ita tenet Bal.in l.fina. colum.1.C.de iure emphyteo.Imo.in d.c. potuit colum.29. Alexan.in conſi.173.colum.3.lib.1. idemque voluit Angelus, & plures alij ſequuntur, quos refert Præpoſit.Mediola. in d.c.1.quicquid dixerit Specu.in tit.de locato in §. nunc uerò aliqua verſicu.94. quem ſequitur Alexan. in conſilio
4 106.lib.4.& in conſi.128.lib.5. Præterea † ex quo ultra prohibitionem iuris communis de non alienando iuxta d.l. fina.& d.c.potuit, concurrit etiam prohibitio expreſſa hominis, & contrahentium, huiuſmodi prohibitio debet aliquid ultra prohibitionem iuris communis addere, & conſequenter quòd res nullo modo etiam ex cauſa iuſta, & cū conſenſu domini, & prælati poſsit alienari per textum cum ibi nota.per gloſam, & doctores in c.uerum de conditio.appoſi.& in §.ſanctiſsimas in authen. de alien. & emphyt. per Alexandrum, & alios communiter in l.filiusfamilias §.diui ff.de lega.1.glo. in authen. hoc ius porrectum C. de ſacroſanct.eccle.ibique Bal.columna penultima.Rurſus à prohibitione generali exceptus eſt unus caſus, niſi fieret alienatio ipſi eccleſiæ Rauennati, quæ in emphyteoſim conceſsit, quo in caſu excepto intelligitur, ſi prælato, aut epiſcopo placuerit, & ſic conſenſus epiſcopi, & prælati interueniat, quia aliter res dictæ eccleſiæ alienari non poſſet, argumento c.1.de rebus eccle.non alien.in 6. & conſtat, quia conceſsio in emphyteoſim, uenditio, & huiuſmodi alienationes à conſenſu duorum, & contrahentium dependent l.1.ff.de pactis cum ſimilibus: Cum ergo unus caſus tantum ſit exceptus, qui intelligitur, uolente, et conſentiente epiſcopo, et prælato, et non aliter, in aliis caſibus, et generaliter alienatio dicetur prohibita etiam interueniente conſenſu epiſcopi, quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis l.nam quod liquidè in fin.ff.de penu lega.l.fina.in fin.de iureiuran. et l.qui neque in fin.ff.de rebus eorum.
5 ¶Et ex prædictis infero, quòd † ſi facta fuerit alienatio de aliquibus rebus, ſeu de parte rerum eccleſiæ abſque cōſenſu prælati, prout in caſu noſtro plures factæ reperiuntur, emphyteota dicitur pœnam pecuniariam, de qua in inſtrumento, incurriſſe, & res in totum etiam ipſo iure fuit ad eccleſiā deuoluta, & ſic prælato ſucceſſori licuit res emphyteoticas omnes propria auctoritate ingredi, & apprehendere, ac alteri concedere, & locare abſque eo, quòd prius ſuper hoc iudicis ſententia declaratoria lata fuerit, ex quo per pactum huiuſmodi poteſtas, & auctoritas fuit conceſſa per ea, quæ in ſimili uolunt Barto. & omnes in l. 3.C.de pigno.& optimè traditur per Salicetum in l. ſi in poſſeſſionem C.ad l.iuliam de ui publica cum ſimilibus. Et
6 † quòd ratione alienationis partis rei emphyteota in totum à re cadere dicatur, tenent doctores in l.fina.C.de iure emphyteo.& probatur in d.c.potuit, arguendo de illo, qui non ſoluit, ad eum, qui alienat, prout uidetur eſſe de mente illius textus, qui utrunque æquiparat: ſed qui canonem pro parte ceſſat ſoluere, à tota re cadit, ut ibi habetur, ergo &c. & argumento l.quidam in iure ff.de donatio. & hoc uoluit Bal.in §.callidis infra allegando.Præterea quamuis de iure communi concedi poſſet, quòd in totum non caderet, tamen ex quo in hoc caſu fuit expreſsè conuentum, quod etiam per alienationem partis cadat, pactum erit ſeruandum, quia contractus legem ex conuentione partium accipiunt l.contractus ff.de regulis iuris. Item quòd non requiratur ſententia iudicis, eſt de mente Baldi in c.1.§. callidis de prohib.feu.alien.per Federicum in uer.quæritur glo.
7 ¶Ex præmiſſis itaque infero, † quòd epiſcopus, & prælatus in caſu noſtro caducitatem remittere non potuit, nec licentiam alienandi emphyteotis dare, neque potuit alienationes factas confirmare contra formam inueſtituræ, & pacti, quoniam ſi emphyteota etiam cum conſenſu epiſcopi, & prælati alienare non potuit, ut ſupra, ergo ſicut prælatus, & epiſcopus non potuit conſentire, neque facere, quòd res alienaretur, ita per ſuum conſenſum alienationes factas cōfirmare non ualeret, ſicut enim conſenſus ſuus ab initio alienationis ualiditatem operari non potuit, ita illam expoſtfacto non debet poſſe confirmare argumento l.pluribus cum
8 ibi not.in fi.ff.de uerborum obligatio.Item quia † ille conſenſus confirmatorius, qui expoſtfacto interueniret, retrotrahitur, & dicitur eſſe quædam ratificatio per ea, quæ uolunt doctores in l.fina.C.ad macedonianum, & in l.ſi quis mihi bona §.iuſſum ff. de acquirenda hæreditate, in c.1.de rebus eccle.non alien.in 6.& in c.conſuetudinis de conſuetud. Præterea per pactum expreſsum fuit hoc ius eccleſiæ acquiſitum, quòd res emphyteoticæ alienari nequeant etiam cum conſenſu archiepiſcopi, item quòd in caſu, quo fuerint alienatæ, ipſo iure ad eccleſiam deuolutæ dican-
9 tur, † ergo hoc ius iam acquiſitum archiepiſcopus, & prælatus non potuit, neque poteſt remittere, & ſic in iure quæſito eccleſiæ præiudicare, quia & ſi in quærendis poſſit præiudicare, non tamen in acquiſitis per gloſam in c. delictum

ctum de regulis iuris in 6.not. in l. ſeruus C. de pactis, & Imo.in c.tuam poſt Federicum de Senis, de his quæ fiunt à præla. & conſequenter archiepiſcopus ſucceſſor non potuit in præiudicium primæ inueſtituræ, & ſic iuris ex ea eccleſiæ acquiſiti concedere, quòd emphyteota de cætero poſſit alienare, item nec illud ius remittere, quod iam ex alienatione facta fuit acquiſitum. ¶Nec obſtat, quòd caducitas contingit ita demum, ſi prælatus, & epiſcopus uoluerit, & declarauerit ſe uelle, ut habetur in d.c.potuit, & in
10 d.l.fina.cum ſimilibus, quia † hoc eſt uerum, quando eſſemus in terminis iuris communis, & ſic in caſu, quo alienatio cum conſenſu prælati, & domini fieri potuiſſet, nam ſi aliter facta eſſet, caducitas remitti poteſt, cum ſatis ſit, quòd conſenſus quandocũque, & quomodocunque etiã expoſtfacto interueniat, ex quo de iure communi requiritur, ueluti ſimplex conſenſus confirmatorius, ut habetur in d.c.1. de rebus eccle.non alien. in 6.c. cum uos, & ibi doctores de ijs, quæ fiunt à præla. ſine conſenſu capituli, c.cura de iure patrona. & faciunt, quæ habentur in l. ſi quis mihi bona §. iuſſum ff. de acquirenda hæreditate cum ſimilibus: Sed in caſu noſtro emphyteota ipſo iure cecidit à iure ſuo propter pactum de non alienando, & maximè cum in caſu noſtro pactum dicatur operari, quòd non poſſit etiam cum conſenſu domini alienare, ut ſupra, ergo conſenſus domini nec ab initio, nec expoſtfacto potuit alienationis ualiditatem operari in præiudicium eccleſiæ, quia propter huiuſmodi pactum ipſo iure eccleſiæ fuit ius acquiſitum, & res ad eam abſque alia uoluntate, & declaratione domini, & epiſcopi deuoluta: pactum enim de non alienando appoſitum, ut ſupra, hoc in terminis noſtris ultra ius commune operatur. ¶Præterea non obſtat, quòd archiepiſcopus in quodam inſtrumento publico confeſſus fuit ſe dediſſe licentiam alienandi, & concedendi, prout res conceſſæ fuerunt, illaſque conceſſiones confirmauit, omnem caducitatem remiſit, & ulterius licentiam alienandi, & in emphyteoſim concedendi dedit, ex quibus uidetur dicendum conductores non cecidiſſe per not.in d.c.potuit, & in d.l.fin.C.de
11 iure emphyteo. quia primo reſpondetur, quòd † illa cõfeſſio ex interuallo poſt alienationem facta non ualuit ad præiudicium eccleſiæ per gloſam in c.præſentium de teſtibus in 6.& Bal.in l.in contractibus §.ſed quoniam C.de nõ nume.pecu.ſic enim ſemper prælatus etiam in iure quæſito poſſet eccleſiæ præiudicare: quod non eſt dicendum, ut
12 ſupra. Adde, quòd † huiuſmodi confeſſio continet id, quod ipſi confitenti erat impoſſibile, ergo non ualuit argumento eorum, quæ not.in c.nos in quenquam 2.q.1. & in l.1.C.de confeſsis, & in c.1.eodem titu. nam archiepiſcopus ipſe non poterat in emphyteoſim perpetuam locare, ſeu concedere, & ſic erat ei de iure impoſſibile iuxta naturam rei emphyteoticæ, quæ eſt attendenda, ut habetur in authen.ſi quas C.de ſacroſanct.eccle. necnon attenta extrauagãti Pauli Veneti, qui huiuſmodi conceſsiones prohibuit: Secundo reſpondeo, quòd confirmatio ſpecialiter facta de quibuſdam non ualuit duplici reſpectu, primo quia ipſi archiepiſcopo confirmare uolenti non fuit expoſitum conceſsiones eſſe in perpetuum factas, quod ſi fuiſſet expreſſum, utique archiepiſcopus conceſsiones illas ita non confirmaſſet, nec eas ut de nouo ab eo datas ualere uoluiſſet, & ideò nec confirmatio, nec illa conceſsio ut de nouo facta ualere debent argumento eorum, quæ habentur in c.ſuper literis cum ibi nota.de reſcript. cum aliis ſimilibus:
13 &†in dubio ipſe cenſetur uoluiſſe confirmare, & ſic ut de nouo concedere ſecundum formam eccleſiæ conſuetam, & ſolum perſonæ conſuetæ, & non ultra comprehenſæ cenſentur argumento l.licet C.locati, Bal.in d.authen. ſi quas colum.1.in uerſicu.dico etiam, quòd ſi fiat.Secundo quia & ſi archiepiſcopus hoc ſciuiſſet, nihilominus confirmatio,
14 & conceſsio ſua fuiſſet ipſo iure nulla, quia † res huiuſmodi in perpetuum concedi non poſſunt, tum quia eſt contra generalem, & regularem naturam bonorum eccleſiæ, quæ ſolum uſque ad tertiam generationem etiam ab ipſo prælato conceduntur, & non in perpetuum, ut in d.authen. ſi quas, tum quia eſt contra conſuetudinem particularem eccleſiæ Rauennatis circa hæc bona, quæ conſuetudo maximè eſt attendenda, ut in d.authen.ſi quas per Baldum, & alios, & per Bartolum in authen.qui rem C.de ſacroſanct. eccl. tum quia eſt contra pactum expreſſum in inueſtitura, uidelicet quòd ipſi emphyteotæ non poſsint aliquo modo alicui perſonæ alienare, niſi ipſi eccleſiæ. ¶Et ſi diceretur,
15 † quòd confirmatio, & conceſsio de nouo facta per archiepiſcopum tanquam in perpetuum non debet in totum annullari, nec uitiari, ſed ualere debet ſaltem, ſecundum quod eſt in dicta eccleſia conſuetum, ſeu ſecundum quod dicta bona concedi conſueta fuerunt, & ſic uſque ad tertiam generationem, quia utile per inutile uitiari non debet c.utile de regulis iuris in 6.& ita tenet Bal.in d.authen. ſi quas colu.1.Reſpondetur ad hoc, quòd Barto. in hoc contrarium tenuit in d.auth.qui rem, uidelicet quòd ſi prælatus ultra conſuetudinem eccleſiæ, & ſic ultra tertiam generationem, uel in perpetuum rem concedat, conceſſio in totum uitietur per textum in c.1.in fin.de lege corra.in uer-
16 ſi.in quibuſdam cum ſeq. † ubi quamuis feudatarius poſſit alteri in feudum dare, tamen intelligitur, ſecundum quod ipſe habuit, aliter uerò feudum perdit, & ad dominum deuoluitur, ut ſi uaſallus habeat uſque ad ſuam tertiam generationem, & is dederit uſq; ad quartam, uel in perpetuum, nam ſic concedendo ultra naturam feudi amittit feudum: & ille tex.profectò ad caſum noſtrum multum bene facit,
17 cui non reſpondet Bald.in d.auth.ſi quas. Præterea † ſecundum Bartolnm in d.authen.qui rem, ex quo emphyteota habet rem iuxta conſuetudinem eccleſiæ, conſuetudo illa eſt ſeruanda, nec extendi poteſt l.1.§.3.ff.de itin.actuque priua.& tex.in §.neque illud in authen. de non alien. ſuper quo Bald. in d.authen. ſi quas ſe fundat, intentionem ipſius Baldi non probat, ſed potius contrarium, quòd nullo modo ualeat, ut ibi in prin.& quamuis poſtea dicat talem conceſſionem non poſſe tertiam generationem tranſcendere, non tamen admittit, quòd ſi pro maiori tempore ſit facta, ea quoad tempus legitimum ualeat. Ruſus dici poſſet, & hæc
18 eſt optima reſponſio iudicio meo, † quòd aut prælatus cõcedit ultra tertiam generationem, & ultra conſuetudinem eccleſiæ, & non ualet, ut ſit, ſed ut ualere poteſt, ſecundum quod uoluit Bal. quamuis etiam hæc ſua opinio benè iure non probetur, & contrarium uoluerit Bar.in d.auth.qui rẽ, aut uaſallus, ſeu emphyteota, qui rem uſque ad certam generationem, & certum tempus habet, alteri ultra illud tempus, & in perpetuum concedit, & tunc in totum priuatur, & conceſſio in totum uitiatur, ac res ad dominum deuoluitur, d.c.1.de lege corradi, & hic eſt caſus noſter.
19 ¶Adde, † quòd ex quo dominus Archiepiſcopus, qui ita confeſſus fuit, & confirmauit, ac licentiam dedit, & remiſit, prout in dicto inſtrumento continetur, erat conſanguineus illorum, quibus iſta conceſſit, & eorum, quibus remiſit, illis etiam de nouo concedendo, huiuſmodi confirmatio, remiſſio, licentia, atque conceſſio tanquam factæ in fraudẽ eccleſiæ ſunt ipſo iure nullæ, & non ualent, quia prælatus bona eccleſiæ conſanguineis ſuis non poteſt in emphyteoſim perpetuã cõcedere, ſeu illis aliter alienare, ut uoluit Bal.in auth.quibuſcunq; C.de ſacroſ.eccl.c.quiſquis 12.q.2.& c.in canonibus 16.q.1.& hoc propter præſumptã fraudẽ, quæ præſumitur ex eo, quia faciliores ſunt hoĩes in perſonis cõiunctorũ ad fraudandum eccleſiã, uel alios, quã in perſonis ex-

ex-

extraneorum l.nihil.§.facilior ff.de bonis liber. & hoc etiã uidetur eſſe de mente Iacobi de Beluiſ.& Archid.in c. epi-
20 ſcopus 10.q.2.qui dicunt, † quòd prælatus poteſt bona ecclesiæ conſanguineis concedere, quando ſub pactis æqualibus, & conſuetis concedit, nam tunc prohibitionis ratio ceſſat, ergo quando concederet ſub pactis inſolitis, & non conſuetis, ac inæqualibus, ipſi expreſsè ſentiunt conceſſionem non ualere, & ita eſt de mente Abb. etiam in c. ut ſuper in fin, uer. de rebus eccle. nõ alien. ſed in caſu noſtro archiepiſcopus, ſub pactis inſolitis, inæqualibus, & non conſuetis, ac eccleſiæ præiudicialibus, uidelicet in perpetuum confirmauit, conceſſit, & licentiam dedit, ergo &c.
21 ¶ Conſiderandum eſt etiam, † quòd quoties à prælato licentia alienandi in inſtrumento emphyteotico fuit emphyteotæ ſimpliciter data, ſemper in dubio debet intelligi conceſſa facultas ſecundum naturam, & conſuetudinem rei, &
22 non aliter, per Bal, in d. authen. ſi quas col. 1. † item quòd emphyteota dicatur habere licentiam alienandi ita demũ, ſi tempore alienationis petita fuerit licentia, ſeu conſenſus domini interuenerit, alioquin alienatio eſſet ipſo iure nulla, ut uoluit Specul. in tit. de loca. §. nunc uero aliqua uerſi. 94. & Bal. ibi in addit. uerſi. pactum quod &c. ac ſequitur, & defendit Alex. in conſi. 128. lib. 5. & optimè in cõſi. 106. lib. 4. ubi contrariis reſpondet: Sed in caſu noſtro poſt licẽtiam huiuſmodi datam emphyteota tempore alienationis, & conceſſionis licentiam non petiit, neque cõſenſus domini archiepiſcopi etiam ex poſtfactò interuenit, ergo cõceſſio ipſo iure non ualuit, ut in d. l. fin. C. de iure emphyt. d. c. potuit, c. 1. §. 1. de prohib. feud. alien. per Lotha. & c. 1. §. 1. de prohib. feud. alien. per Fede. ¶ Vltimo conſideran-
23 dum eſt, † quòd ex quo eccleſia in caſu noſtro capitulum habet, ſolus prælatus, ſeu Archiepiſcopus non potuit caducitatem remittere, ut eſt gloſ. & communis opinio docto. in d. c. potuit, et ibi Imol. dicit in practica non poſſe cõtrarium obtineri, & habetur per Iaſ. in l. 2. col. 53. C. de iure emphyt. & hæc pro aliquali informatione excellentiſſimorum dominorum arbitrorum adducere uolui: Reliqua ipſi ſuppleant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad longum tempus, vt ad decem, vel 11. annos dicitur alienatio, præſertim ſi in ea pactum de franchando rem præciſe fuit appoſitum.*

2 *Glo. in l. codicillis. §. inſtituto ff. de lega. 2. volens locationem ad longum tempus non eſſe alienationem quo in caſu procedat.*

3 *Emphyteota ob locationem factam ad vndecim annos abſque licentia, et requiſitione domini à iure ſuo cadit.*

4 *Emphyteota quare irrequiſito domino alienare non poſſit: & quòd eadẽ ratio in locatione ad longum tempus militet.*

5 *Venditione rei ſimpliciter prohibita, cenſetur etiam prohibita locatio ad longum tempus, ex qua dominium vtile, & naturalis poſſeſſio transfertur.*

6 *Emphyteota licentiam locandi ad nouennium habens non poteſt vltra illud tempus locare.*

7 *Emphyteotæ ſi data fuerit à domino licentia rem ad nouennium locandi cum pacto franchandi, & liberandi, ſeu emendi, petita prius licentia talis venditionis, & liberationis fiendæ, an per locationem ſic faciendam ius, ſeu dominium aliquod in conductorem transferatur, tàm prætextu dictæ licentiæ, quàm virtute dicti pacti de franchando.*

8 *Quid ſi vltra dictum pactum de franchando in locatione appoſitum traditio rei ſequuta, vel precium oblatum eſſet.*

9 *Emphyteota licentiam habens à domino rem alienandi infra menſem, vel in certam perſonam, ſi poſt menſem, vel in alium alienet, cadit à iure ſuo.*

10 *Ex locatione ad undecim annos per emphyteotam facta cum pacto de frãchando præciſe dicitur in conductorem translatum dominium vtile cum naturali poſſeſſione, quando emphyteota dedit, & conceſſit omne ius ſuum, & conſtitutum de poſſidendo appoſuit.*

11 *Emphyteota alienando, ſeu locando ad longum tempus in conductorem ius, quod ipſe habebat, transfert, & nihil penes ſe remanet, maximè ſi conſtitutum de poſſidendo adiecit.*

12 *Ex pacto conſtituti de poſſidendo in locatione ad longum tempus per emphyteotam facta appoſito etiam dominium utile in conductorem translatum dici poteſt.*

13 *Pactum de franchando in contractu locationis promiſſionem de uendendo in ſe continet.*

14 *Et quid in locatione ad longum tempus ultra illam operetur.*

15 *Emphyteota ſi habeat à domino licentiam locandi rem emphyteoticam certæ perſonæ ad nouenniũ cum pacto franchandi, quoad quid licentia data debeat intelligi, & ſi eidem locauerit ad undecim annis cum pacto franchandi præciſe, an prætextu dictæ licentiæ excuſetur, ut à iure ſuo cecidiſſe non dicatur.*

16 *Emphyteota eccleſiæ, qui de rigore iuris aliqua ex cauſa à iure ſuo cecidit, ſi aliter domini non interſit, nec illius conditio ſit facta deterior, non cecidiſſe eſt interpretandum.*

17 *Licentia data emphyteotæ de aliquid faciendo etiam ex maioritate rationis ad aliud diuerſum non debet extendi.*

18 *Emphyteota ob ſimplex pactum de franchando locationi adiectum, & ob promiſſionem de uendendo non cadit à iure ſuo, niſi ad actum alienationis, & uenditionis, reique traditionem proceſſerit.*

19 *Emphyteota habens licentiam locandi rem cum pacto franchandi ſimpliciter non poteſt locare cum pacto franchandi præciſe.*

20 *Per pactum de franchando ſimpliciter locationi adiectum conductor non cogitur franchare, niſi quatenus ſibi placuerit, ſecus per pactum de frãchando præciſe.*

21 *Emphyteotam non poſſe ad longum tempus locare irrequiſito domino, eſt communis opinio, & ſequenda.*

EPITOME.

DATA *licentia à domino emphyteotæ eccleſiæ locandi rem emphyteoticam ad nouem annos certæ perſonæ, puta tuo, cum pacto franchandi, & liberandi, ſeu emendi petita prius licentia talis uenditionis, & liberationis fiendæ, & ſtatuto loci diſponẽte, quòd locatio ad nouem annos abſque licentia domini fieri nequeat, ſi emphyteota aliter non requiſita domini licentia ad annos undecim rem eidem tuo locauerit, et cum pacto conſtituti omne ius ſuũ dando, & concedendo, & cum pacto de franchando præciſe, ipſum à iuribus ſuis, non obſtante licentia prædicta cecidiſſe, & rem emphyteoticam ad eccleſiam dominam reuerſam fuiſſe, hic oſtenditur.*

CONSILIVM CXXIII.

VERIOREM eſſe illam opinionem arbitramur, qua concluditur Antonium à iuribus ſuis cecidiſſe, & res ad eccleſiam fuiſſe reuerſas ob locationem ad undecim annos cum pacto de franchando præciſe, ut in facto proponitur, factã: & multis omiſſis, hanc concluſionẽ
1 confirmamus in primis, quia † locatio ad longum tempus, ut ad decem, uel undecim annos dicitur alienatio, & præſertim ſi in ea pactum de franchando, & appropriando rẽ præciſe fuit appoſitũ, ut uoluit Alex. in conſi. 17. lib. 4. & eſt tex. in c. 2. cum ibi not. de locato, in c. ad audientiam, & ibi Imol. de rebus eccle. non alien. glo in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum ff. commoda. l. 1. cum ibi not. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. per Alex. in l. ſi filio in fin. ff. ſolu. matri. & eſt glo. ibiq; docto. Cardin. in clemen. 1. de rebus eccleſ. non alien. l. fin. & ibi not. C. de rebus alien. non alien. & hæc eſt communis ſententia, quicquid dixerit gloſ. in l. codicillis
2 §. inſtituto ff. de lega 2. † cuius opinio ſaluatur, quando eſſet facta locatio ad longum tempus cum expreſſa reſeruatione utilis dominij, & naturalis poſſeſſionis, ut ibi per Ioan. de Imol. & alios, & per docto. communiter in l. ſi domus in fin. ff. de lega. 1. & per Bald. ibiq; Moder. in c. quæ in eccleſiarum de conſtit. ſed per alienationem rei emphyteoticæ irrequiſito domino, & abſque eius licentia factam emphyteota cadit à iure ſuo c. potuit de loca. & l. fin. C. de iu-
3 re emphyt. ergo † & in caſu noſtro per locationem fa-

ctam

etiam ad annos undecim emphyteota à iure ſuo cecidiſſe diceretur, cum illã abſque licẽtia, & requiſitione domini fecerit: & hanc opinionem in terminis ſequitur Alex. eam eſſe cõmunem affirmans in conſi. 105. lib. 3. & in d. conſ. 16. & fuit de mente Bart. in l. 1. in §. penul. ff. de ſuperfic. & Alex. in d. conſi. 105. refert Ioannem de Imol. hoc uoluiſſe in d. c. potuit, & idem Alex. in conſi. 165. lib. 2. ¶ Secundo accedat ratio, quare emphyteota rem irrequiſito domino non
4 poteſt alienare, † quæ eſt, quia domini intereſt ipſum requiri, ut cæteris poſſit præferri, ſi is rem emere, uel conducere eodem pretio uoluerit dicto c. potuit, & d. l. fin. item quia ſi irrequiſito domino alienatio fieri poſſet, extraneus, in quem fuiſſet alienatum, eccleſiam in dominam non recognoſceret: & ideò quando eccleſia uellet agere, & rem uendicare, eſſet ei neceſſarium probare dominium, quod eſſet difficile, ut declarat Bart. in l. in cõuentionibus ff. de uerborum ſignifi. & in l. qui romæ §. duo fratres in penul. col. ff. de uerborum oblig. & ſcriben. communiter in d. l. fin. ſed hæ rationes pariter militant in locatione ad longum tempus, & ſic in alienatione, quæ ex dicta locatione reſultat, quoniam ſi eccleſia interpellaretur, poſſet uelle pro eadem mercede conducere, item ſi abſque requiſitione eccleſiæ fieret, poſſet ipſi eccleſiæ præiudiciũ inferri, quando uellet agere, & rem uendicare aduerſus extraneum, in quem res abſque eius licentia eſſet tranſlata, quoniam neceſſe ei foret dominiũ probare ad tradita per Bartolum in d. l. in conuentionalibus, ergo idem in locatione ad longum tempus eſt concludendum, quod in alia alie-
5 natione dicitur: & † quamuis tex. in d. c. potuit ſolum in uenditione loqui uideatur, tamen idem eſt in qualibet alia alienatione, ex qua etiam ſolum dominium utile, & naturalis poſſeſſio transfertur, ut in d. l. fin. ibi alienare, uel ius emphyteoticum in alium tranferre: & appellatione alienationis, & tranſlationis iuris emphyteotici etiam locatio ad longum tempus comprehenditur d. l. 1. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. peta cum ſimilibus ibi. not. & in d. clemen. 1. cum alijs præallegatis: & ut dicit Alex. in conſi. 1. lib. 4. in fin. 4. col. qui plures allegat, quando uenditio rei ſimpliciter prohibetur, cenſetur etiam prohibita locatio ad longum tempus, ex qua utile dominium, & naturalis poſſeſſio transfertur: Sed tex. in d. c. potuit prohibet emphyteotam poſſe rem emphyteoticam uendere, irrequiſita eccleſia, ergo etiam locatio ad longum tempus ipſi prohibita dicetur. ¶ Tertio prædicta concluſio comfirmatur, ſtante licentia data à Reuerendiſſimo domino Cardinali primicerio S. Andreæ, per quam fuit ipſi Antonio emphyteotæ conceſſa facultas locandi rem ad nouennium cum pacto francandi, & liberandi iura ipſorum de uicaria, petita prius li-
6 centia talis uenditionis, & liberationis fiendæ, † nam ex quo Antonius emphyteota locauit ad annos undecim, conſtat ipſum feciſſe nedum contra ius commune, quod prohibet emphyteotam facere talem locationem, ut ſupra, ſed etiam contra mentem, & uoluntatem domini, qui licentiã dedit, nam dando licentiam uſque ad nouennium uidetur poſt illud prohibuiſſe argumẽto eorum, quæ habentur in c.
7 non ne de præſum. & l. cum prætor ff. de iudi. Præterea † ex uerbis licentiæ apparet dominum noluiſſe quoquo modo per locationem faciendã prætextu licentiæ præſtitæ ius, ſeu dominium aliquod in ſer Hieronymum conductorem transferri, tum ratione locationis ad nouem annos, ex qua nullũ ius, ſeu dominiũ transfertur per Ioan. de Imol. in d. c. potuit col. 9. & per Specula. in tit. de locato §. nunc uero aliqua in uerſi. 123. cum ſimilibus ſupra allegatis, tum ratione licentiæ datæ de fanchando, ſeu emendo, quia illa data fuit ſub conditione, ſi & quatenus licentia prius petita eſſet argumento l. à testatore, ibiq; Bar. cum ſimilibus ff. de condit. & demon. Bart. in l. ab emptione ff. de pactis: ergo ante petitam licentiam ſer Hieronymus conductor nullatenus potuit emere, nec Antonius emphyteota alienare: Neq; etiã ex ſimplici pacto de francãdo in licentia appoſito potuit ius aliquod, ſeu dominium in ſer Hieronymum conductorem transferri, quia pactum de francando dicitur quædam promiſſio de uendendo, & non uenditio, ex qua dominium, uel quaſi non traſfertur, ſed ex ea perſonalis actio ſolum acqui-
8 ritur, ut infra dicetur: Nec dicatur, † quòd uigore talis pacti ſequuta rei traditione, uel oblato pretio dominiũ, uel quaſi transferatur argumẽto l. 2. C. de pactis inter empto. & uendi. & not. per Bal. in l. contractus C. de fide inſtrumen. & per moder. Senenſes in l. ſi ante nuptias in fi. ff. ſolu. matr. Quia illud eſt uerum, quando ſolutum eſſet pretium certum, item quando eſſet facta traditio ad implementum, & exequutionem pacti de uendẽdo, ut ibi: ſed in caſu, de quo agitur, nec pretium certum fuit ſolutum, aut oblatum, nec pro exequutione pacti fuit facta rei traditio, ſed ſolum pro exequutione locationis ad longum tẽpus, ut in inſtrumento locationis habetur: Item pro exequutione pacti de franchando res tradi, & aſſignari non poterat, niſi prius petita licentia, ergo dici non potuit, quòd ex licentia data etiam cum pacto de franchando ius, ſeu dominium aliquod trãſ-
9 ferri ualuerit. ¶ Vltimo † ad propoſitum accedat dictũ Ioan. andr. in addit. ad Specul. in tit. de loca. in §. nunc uero aliqua uerſi. 98. in uer. poſſit, qui dicit, quòd ſi dominus dedit emphyteotæ licentiam alienandi rem infra menſem, uel in certam perſonam, ſi poſt illud tempus uendat, uel alteri, à iure ſuo caderet, & ratio eſt, de qua infra tangetur.
¶ Et ſequendo hanc ſententiam difficultas tota conſiſtit in tollendo aliqua, quæ multum obſtare prima facie uidentur:
10 & præſuppoſito, † quòd in caſu iſto ex locatione ad annos undecim facta cum pacto de franchando præciſe fuerit translatum dominium utile, & naturalis poſſeſſio, prout regulariter eſt de natura locationis ad longum tempus, ut ſupra, & prout etiam in caſu noſtro conſtat expreſsè ex uerbis inſtrumenti locationis, ibi dedit, conceſſit, & locauit quantum eſt pro utili dominio, & melioramentis, quod & quæ ipſi fratres in eis habebant, & ſeu omne ius ſuum, quod & ipſi fratres habebant in infraſcriptis rebus &c. ſi dedit, & conceſſit omne ius ſuum, prout in dubio etiam de iure quis ſolum uidetur dare, & concedere argumento dictæ l. ſi domus in fin. cum ibi not. & ibi docto. ff. de lega. 1. ergo ex præmiſſis uerbis cõſtat fuiſſe trãſlatum dominium utile, & naturalem poſſeſſionem, quæ penes dictum Antonium emphyteotam erant adeò, quòd penes ipſum nec aliquod dominium utile, nec naturalis poſſeſſio remanſit:
11 quoniam † emphyteota alienando, ſeu ad longum tempus locando ius, quod ipſe habebat, in conductorem transfert, & nihil penes ſe remanet, ut uoluit gloſ. in d. l. ſi ut certo §. ſi duobus uehiculum, Bart. in l. interdum in fin. ff. de acquiren. poſſ. & late docto. maximè Alexan. in l. ex aſſe ff. ad trebel. & præcipue hoc procedit, quando in contractu locationis ad longum tempus apponeretur conſtitutum de poſſidendo, nam tunc ex tali conſtituto naturalis poſſeſſio in conductorem transfertur, ut notum eſt, & habetur per
12 omnes in d. l. interdum in fin. † quinimmò etiam dominium utile ex eo dici poteſt translatum, ut expreſsè, & in his terminis uoluit Antonius de Butr. in conſi. ſuo 35. incipien. de iure, & abſque longa, &c.
¶ Hoc præſuppoſito primo concluſioni traditæ aduerſari uidetur pactum de franchando in inſtrumento locationis
13 appoſitum, † cuius natura eſt, ut ex eo quis uendere teneatur, continet enim in ſe promiſſionem de vendendo, ut per Alexandrum in d. conſi. 28. lib. 4. cum ſimilibus: & de natura contractus uenditionis eſt, ut uendens ſi ſit dominus,

nus,dominium transferat, uel uſucapiendi conditionem l. 1.& l. iulianus ff. de actio.empti: unde ſi ex ſola locatione ad longum tempus in caſu noſtro diceretur tranſlatum omne ius,quod locator habebat, ergo pactum de franchando nihil operaretur, & eſſet fruſtratorium, quod minimè dicendum eſt iuribus uulgaribus: quare emphyteota in caſu noſtro ex tali locatione noluit alienare, ſeu ius aliquod trāſ

14 ferre. Sed huic conſiderationi reſpondetur, † quòd pactum de franchando ultra locationem ad longum tempus in caſu noſtro operaretur acquiſitionem dominij utilis, & naturalis poſſeſſionis perpetuò,& irreuocabiliter, cum per ſolam locationem ad longum tempus ſolum ad tempus, & ſic reuocabiliter tranſlatum eſſet: ita in terminis noſtris uoluit expreſsè Alexan.in conſi.17.lib.4.in 2.col. uerſi. confirmantur: Nec eſt inconueniens, quòd id, quod meum eſt reuocabiliter, poſſit mihi irreuocabiliter, & perpetuo acquiri, ut per plura demonſtrat Alex.in l.qui romæ §.duo fratres col.28.in fin.ff.de uerborum obliga.

15 ¶Secundo unum aliud non parū uidetur ſtringere,† nam in terminis noſtris reperitur data licentia res emphyteoticas locandi dicto ſer Hieronymo ad nouē annos cum pacto franchandi, & ſic perſona ſer Hieronymi, cui res fuit locata, uidetur per dominum approbata adeò, quòd dominus non poteſt allegare ſua intereſſe, illum ſer Hieronymum non eſſe conductorem argumento d.l.fin. C. de iure emphyt.& habetur per Alex.in d.conſi.1.lib.4.& in conſi. 9.lib.3.Item huiuſmodi licentia prodeſſe debet, ut Antonius locator à iure ſuo cecidiſſe non dicatur, quoniam debet intelligi data quoad id,in quo licentia domini requirebatur, & non quoad aliud: ea autem quoad locationē ad nouennium non requirebatur,nam emphyteota poteſt liberè domino irrequiſito ad modicum tempus locare,ut uoluit Specula.in titu.de loca.§. nunc uerò aliqua uerſi. 123. Ioan.de Imo.in d.c.potuit, & omnes fatentur, ergo debet intelligi data reſpectu pacti de franchando,& appropriādo res conductas,quoniam ex tali pacto poteſt eccleſiæ præiudicium perpetuum,& irreuocabile generari, ut per Alexandrum in d.conſi.17. Nō debet igitur Antonius emphyteota iure ſuo priuari ex eo,quòd ad undecim annos locauerit, tum quia habuit licentiam locandi ad nouem annos, & locando ad undecim in modico exceſſit, tum quia ſi dominus præſtitit licentiam alienandi perpetuò,& alienando perpetuò emphyteota à iure ſuo non cecidiſſet, ergo non debet etiam dici cecidiſſe ex eo, quod ad annos undecim locauerit, & reuocabiliter: & æquitas hanc interpretatio-

16 nem ſuadet, † quia, ut concludit Anto. in d.conſi.25.licet iuris rigor dictet emphyteotam à iure ſuo cecidiſſe aliqua ex cauſa legitima, tamen quando ſumus in emphyteoſi eccleſiaſtica,ſi aliter domini non intereſt, quia eius conditio nō ſit deterior facta,non debemus dicere,nec interpretari, ut emphyteota à iure ſuo cecidiſſe, & ſic pœnam incurriſſe dicatur,nam clerici in pœnis imponendis,ſeu exigendis tenaces eſſe non debent c.ſuam de pœnis,c.fraternitas cum ibi not.12.q.2.& not.in c.dilecti de arbit. ¶Sed his rationibus multipliciter poteſt reſponderi,Primo quòd in terminis noſtris duo concurrebant, locatio ad longum tempus,& pactum de franchando:& poſito, ſed non conceſſo,quòd utrunque licētiam domini expoſceret, & quòd licentia fuerit data etiam reſpectu pacti de franchando,

17 † tñ non reperitur data licentia locādi ad longū tēpus,cū ſolū data fuerit licentia locandi ad nouem annos,& conſequenter ad faciedam aliam, & diuerſam in ſubſtantia locationem, ut de ſe patet, ergo licentia data de locando ad nouem annos, ac etiam de faciendo pactum de franchando ad locationem factam ad annos undecim,& ſic ad aliud penitus diuerſum etiam ex maioritate rationis. extendi nō debet ex not. per Alexandrum in conſi.9. lib.3. qui uoluit, quòd per licentiam datam à iure de concedēdo in emphyteoſim abſque alia ſolemnitate rem eccleſiæ aliàs ita concedi ſolitam non poſſet res talis in feudum dari, quamuis æquiparentur, & per dationem in feudum res eccleſiæ melior efficeretur,& hoc ſolum ex eo, quia in ſubſtantia differunt,argumento l.ſi pupillorum §.prætor ait ff. de rebus eorum,& facit etiam id,quod uoluit Aretin.in l.ſi quis extraneus in fin.in 2.colum.ff.de acquir.hær. per Rom.in ſuo ſingu.217.& per Curtium in conſi.73.col.17.qui dicūt,quòd etiam ex maioritate rationis in his licentijs,& decretis extē

18 ſionem facere non licet.Secundo reſponderi poteſt,†quòd reſpectu pacti de franchando dominus non erat requirendus,nec illius licentia erat neceſſaria, quoniam, ut dictum fuit, & eſt ueriſſimum, pactum de franchando, ſeu appropriando rem ipſi conductori factum non continet emptionem,neque dominij tranſlationem,ſed ſimplicem de uendendo promiſſionem, per Alexandrum in d.conſi.28. cum ſim. At iuris certi eſt, quòd licet uenditio, ſeu alienatio de re emphyteotica irrequiſito domino fieri nequeat,d.c.potuit,& d.l.fin. tamen promiſſio de uendendo benè fieri poteſt,& ob eam emphyteota à iure ſuo non cadit,niſi poſtea ad actum alienationis,& uenditionis,immò etiam ad rei traditionem proceſſerit:ita unanimiter tenent Bal.Sal.& doctores communiter in d.l.fi.& Imo.& alij in d.c.potuit,& facit id,quod voluit Anto.in d. conſi. 25.non poteſt igitur in caſu noſtro dici data licentia ob faciendum pactum de frāchando,ſed potius propter locationē ad nouem annos,quæ & ſi de iure cōi abſque licentia domini fieri poterat,de iure tamen municipali Mantuæ fieri non pōt, ut ſtatuto Mātuæ

19 cauetur.¶Tertio reſpondetur, † quòd ex quo Antonius à domino obtinuit licentiam locandi ſer Hieronymo ad nouem annos cum pacto ſimpliciter de franchando,ut in licētia continetur, per illud pactum conductor franchare præciſè non cogebatur, niſi quatenus ſibi placuerit,ut not.declarat Alexander in conſi.28. colum.2.lib.4. unde locando poſtea ad annos undecim cum pacto de franchādo præciſè, conductor franchare tenebatur, & obligatus erat, ac cogi poterat ſaltem cauſatiuè, ut declarat ibi Alex.item cū dictus Antonius habuerit licentiam locandi ad nouem annos cum pacto de franchando, petita tamen prius licentia franchationis, & liberationis fiendæ, non potuit ad annos undecim locare cum pacto de franchando ſimpliciter, prout fecit,ſed debuit locare cum pacto de franchādo hoc expreſſo,petita prius licētia: ex quibus apparet,quòd nedum reſpectu locationis, ſed etiam reſpectu pacti de franchando formam,& modum, ſeu terminos licentiæ datæ exceſſit: ergo talis licentia nullo modo in conſideratione eſſe debet per ea, quæ pulchrè etiam uoluit Alexan.in conſil.1.lib.4. & facit etiam id,quod ipſe uoluit in d.conſi.9.& Ioan.Andr.in d.addit.in uer.poſſit.Præterea non ſolum reſpectu locationis ad annos undecim factæ maius præiudicium eccleſiæ generari poteſt,quam ex locatione ad nouem annos,de qua in licentia, ſed etiam reſpectu pacti de franchando in inſtrumento locationis appoſiti maius eccleſiæ, & domino potuiſſet præiudicium irrogari,quam per pactum de fran-

20 chando in licentia appoſitum, † quoniam per pactum de franchando in inſtrumento appoſitum conductor per emphyteotam cogi poterat ad rem emendum, & acquirēdum irreuocabiliter, & ſic ex eo omnino alienatio perpetua ſequi debebat,per Alexandrum in d.conſi.28.& in d.cōſi.17.ſed ex pacto de franchando in licentia appoſito non debebat neceſſario ſequi alienatio perpetua,ſed ſolum eatenus,quatenus conductori placeret, ut ſupra per not. per Alex.in d. conſi.28. & ideò cum omni reſpectu ex huiuſmodi locatione facta ad undecim annos maius eccleſiæ præ-

præiudicium inferri potuerit, licentia data nullo modo
ultra caſum ſuum extendi debuit: & propterea concludi
poteſt ipſum emphyteotam ex tali locatione à iure ſuo ce-
cidiſſe non modo ſecundum iuris rigorem, ſed etiam at-
tenta iuris canonici æquitate, quam in caſu noſtro Anto.
in dicto conſi. 25. multum conſiderat.
21 ¶Et † quamuis Ioan. de Imol. in d. c. potuit col. 9. & Bal.
in authen. niſi col. 3. C. ad trebell. uelle uideātur, quòd em-
phyteota poſſit ad longum tempus, domino irrequiſito, lo
care, dummodo locatio triginta annos non excedat, tamen,
ut dictum fuit in principio, communis opinio eſt in contra-
rium, à qua in conſulendo non eſt recedendum, ad tradita
per Ioan. Andr. in c. 1. de conſtitut. Ex quibus omnibus
concludendum putamus, quòd hic Antonius emphyteota,
qui rem emphyteoticam ad annos undecim locauit cum
pacto de franchando rem præciſe, à iure ſuo cecidiſſe dica
tur, & ita per reuerendiſſimum dominum Primicerium de
clarari potuerit, cum negari non poſſit, quin locatio hoc in
caſu abſque licentia domini facta dicatur, illam eo modo,
quo facta reperitur, conſiderando, ueluti ſupra fuit plenè
demonſtratum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius, & emphyteota circa abuſum rei æquiparantur.*
2 *Formam rei mutare, & illi ſeruitutem imponere non poſſunt, alioquin tanquam re abutentes ſunt iure ſuo priuandi.*
3 *Emphyteota meliorando poteſt formam rei mutare, & in hoc differt ab vſufructuario.*
4 *Emphyteota, qui cum iuramento promiſit vti re arbitrio boni viri, rem conſeruare, iura, & terminos manutenere, nec ſine re illa deuaſtari, mutando formam rei, vaſtando cœnacula, partem domus ad aream reducendo, & in vſus proprios tigna, ferramenta, & ſimilia conuertendo, in periurium incidit, ac omni iure, & commodo rei priuatur.*
5 *Iuramentum ſpecificè, & in forma ſeruari debet, ac num. ſequen.*
6 *Emphyteota iuram ſoluere ſingulis annis ceſſando per vnum annum iure ſuo priuatus cenſetur, quamuis aliàs ceſſatio per bieunium, ſeu triennium requiratur.*
7 *Emphyteota, & vſufructuarius non vtentes re arbitrio boni viri priuantur iure ſuo, quando arbitrio boni viri re uti cum iuramento promiſiſſent, aliàs ad damna ſolum, & intereſſe poſſunt conueniri.*
8 *Emphyteota non poteſt ſeruitutem rei emphyteuticæ imponere, & imponendo cadit à iure ſuo.*
9 *Vſumfructum in fundo vectigali, & ſuperficiario poſſe conſtitui quomodo intelligatur.*
10 *Prædium tributarium poteſt irrequiſito fiſco vendi, & alienari.*
11 *Emphiteota diuidendo rem cum alio communem alienat, & à iure ſuo cadit.*
Et quomodo hoc verum ſit num. 13.
12 *Probibitus alienare dicitur etiam probibitus rem communem alienare, & diuidere.*
13 *Emphyteota quando, & quomodo poſſit rem cum alio communem irrequiſito domino diuidere, & quando non.*
14 *Res eccleſiæ, quando inter canonicos, ſeu clericos poſſint abſq; ſolemnitate in alienatione rerum eccleſiæ requiſita diuidi, & alienari, & quando ſolemnitas debeat interuenire.*
15 *Emphyteota licet ex pacto poſſit irrequiſito domino rem alienare, non tamen, eo irrequiſito, poterit rem tradere, & in poſſeſſionem inducere, alioquin à iure ſuo cadet.*
16 *Probibitus alienare quando, & quomodo in euidentem utilitatem poſſit alienare.*
Emphyteota etiam in euidentem utilitatem non poteſt ſine conſenſu domini alienere.
17 *Locatio in emphyteoſim de re minoris decretum iudicis pro forma requirit, aliàs eſt nulla.*
18 *Tutoris auctoritas in alienatione rei minoris pro forma requiritur, et illius defectus actum, ſeu contractum ipſo iure nullum redderet.*
19 *Verba narratiua inſtrumenti inter quos probent, & inter quos non.*
20 *Solemnitas quæ extrinſeca ex uerbis narratiuis inſtrumenti non præſumitur, neque probatur.*
21 *Decreti uerba, & forma debent ad unguem, & ſpecificè obſeruari.*
22 *In decreto licet data fuerit poteſtas alienandi rem minoris, intelligitur tamen cum alia iuris ſolemnitate requiſita.*
23 *Auctoritas tutoris in alienatione, ſeu obligatione rerum minoris debet in ipſo actu, & non ante, uel poſt actum interuenire, nec licentia, iuſſuſque tutoris ſufficiunt.*
24 *Teſtis extra capitula, & de aliis in capitulis non contentis deponens non probat, & ſuſpectus redditur.*
25 *Auctoritas, & licentia differunt.*
26 *Tutorem dediſſe licentiā, ſeu ſuam interpoſuiſſe auctoritatem, per alios, quam per ipſum tutorem probari debet.*
27 *Teſtis tractans de ſuo intereſſe, & ad ſe releuandum non eſt idoneus.*
28 *Locator, & uenditor non poſſunt eſſe teſtes inter emptores, & conductores de iis, quæ tempore contractus facta fuerunt.*
29 *Emphyteota ſi rem, uel eius partem alienet, irrequiſito domino, alienatio non tenet, & dominus poteſt rem uendicare.*

EPITOME.

EMPHYTEOTA, *qui cum iuramento promiſit re arbitrio boni uiri uti, rem conſeruare, iura, & terminos manutenere, nec ſinere illa deuaſtari, mutando formam rei adeò, ut rei deterior efficiatur, ſeruitutem illi imponendo, & rem communem cum alio extraneo diuidendo abſque conſenſu domini à iure ſuo cadit.*

Locatio in emphyteoſim de re minoris facta abſque decreto, & auctoritate tutoris, aliaque iuris ſolemnitate in alienatione rerum minoris requiſita non ualet, & eſt ipſo iure nulla.

CONSILIVM CXXIIII.

CONCLVDENDVM eſſe de iure exiſtimo, do
minum Franciſcum de manutenutis emphyteotam
à iure ſuo cecidiſſe, & manſionem, de qua in proceſ
ſu, ad Rodaldum, & Hieronymum dominos directos ſpecta
re, & pertinere: & ad ita concludendum plura me moueāt,
1 in primis, quia † id, quod non licet uſufructuario in abu-
tēdo re, nec licet etiam emphyteotæ, cum circa rei abuſum
à iure æquiparentur, per Bart. Alexan. & alios in l. diuor-
2 tio §. ſi fundum ff. ſolu. matri. Sed † uſufructuarius non po
teſt formam rei mutare, nec per cœnacula, nec meritoria di
uidere, nec dietas transformare, coniungere, uel diuidere,
nec ſeruitutes rei per ſe imponere, quia ſic re abuti dicere-
tur, ut eſt tex. in l. æquiſſimum §. ſed ſi ædium, & in fin. l. uſu-
fructuarius nouum la 1. & la 2. l. hactenus in fin. & l. quam-
uis ff. de uſufruc. ergo nec emphyteota hæc facere poterit,
alioquin re abutendo eſt uſu ipſius rei priuandus argumen
to §. finitur Inſtit. de uſufru. ibi non utēdo per modum, hoc
eſt, ut bonus paterfamilias: ſed in caſu noſtro do. Franci-
ſcus formam domus mutauit, ergo &c. ¶Nec obſtat id,
quod uoluit Bald. in l. 1. C. de iure emphyt. dicens, quòd ſi
quis aream in emphyteoſim conducat, & in ea ædificiū fece
rit, ob hoc emphyteoſis nō finitur, ſed durat, quod ſecus eſt
in uſufructuario, ut eſt tex. not. in l. repeti §. rei ff. quibus
3 mod. uſusfruc. amittatur, quia reſpondetur † hoc contin-
gere, quoniam emphyteota re utitur ad meliorandum, ut
nomen ipſum demonſtrat, ut dicit tex. in l. 1. C. de iure em-
phyt. nam de natura emphyteoſis eſt, ut melioretur, & ideò
ſi aream ad ædificium reduxit, emphyteoſis non extingue-
tur, ſed uſufructuarius rem habet ſimpliciter ad utendum,
& in ſuis terminis conſeruādum d. l. uſufructuarius nouum,
& uſufructus rei mutatione extinguitur d. §. rei: unde ceſ-
ſante rei emphyteoticæ melioratione ex mutatione rei, per
quā res deterior efficiatur, emphyteoſis quoque ſimiliter di
cetur extingui, quia ad meliorandum, & non ad deterio-
4 randum datur. ¶Secundo † dominus Franciſcus cum
iuramento promiſit uti re arbitrio boni uiri, & rem, eiuſq;
partem conſeruare, & iura, & terminos manutenere, nec
permittere illa ad aliquem peruenire, nec deuaſtari, &
prout in inſtrumento emphyteoſis continetur: quod iura-
mentum eſt præciſè, & formaliter obſeruandum, alioquin
non obſeruans ratione periurij omni iure, & commodo,
quod ipſi vigore illius inſtrumenti poſſet acquiri, priuatur
l. ſi

l.ſi quis maior cum materia C. de tranſactio. c. querelam, & ibi Bald.& c. ad noſtram il 2.de iureiuran. ſed dominus Franciſcus re arbitrio boni viri uſus non fuit, mutando formam rei,& uaſtando dietas, ac cœnacula, partemque domus ad aream reducendo,& bona mobilia, uidelicet tigna, ferramenta,& huiuſmodi alia in uſus proprios conuertendo,quia uſufructuarius,qui re arbitrio boni uiri uti tenetur ad d.§.finitur,& melius in l.1.& per totum ff. uſufr. quẽad mo.cau.non poteſt prædicta facere,ut in iuribus præallegatis:ergo dominus Franciſcus ratione ſui iuramenti, cui contraueniſſe dicitur, omni iure, & commodo rei priuatus dici debet, poſito etiam, quòd regulariter de iure prædicta fa-
5 cere potuiſſet, quod tamen negatur, † quoniam ex quo præmiſſa obſeruare,& facere iurauit, debuit iuramentum ſuum in forma,& ſpecificè obſeruare argumento d.c.querelam cum ibi not.per Baldum,& habetur per Alexand.in pluribus ſuis conſilijs,& maximè in conſi.126.lib.1.& in cõ
6 ſi.91.lib.2. † Nam quamuis conductor, ſeu emphyteota iure ſuo non priuetur,niſi ceſſando per biennium,uel triennium in ſolutione canonis in l.2.C.de iure emphyteo.& in c.potuit de locato,tñ ſi is ſingulis ãnis ſoluere iurauerit,ceſſando per unum annum,priuatus cenſetur, quia iuramentum debuit ſeruari, non ſecundum quod regulariter eſt à iure communi emphyteotæ conceſſum, ſed præciſè, & in forma,ut ibi;& facit gl.ſingularis in l.ſi pecuniam ff.de condict.ob cau.Bal.in l.1.C.de ſenten.quæ pro eo,quod inter. Roma.in rub.ff.de arbit.colum.25.& docto.in l.ſtipulationes non diuiduntur ff.de uerborum obligatio. Nec obſtat,
7 † quòd uſufructuarius, emphyteota, & ſimiles non utendo arbitrio boni uiri, prout de iure tenentur, non ſunt iure ſuo priuandi,ſed actione legis acquiliæ, uel ex ſtipulatu ad damna,& intereſſe tenentur,ut per totum ff. vſufru.quemadmodum caue.& per Angelum Aretinum in d.§.finitur, quia & ſi hoc regulariter ſit uerum,tamen non habebit locum,quando ipſi re arbitrio boni uiri uti iuraſſent, & iuramento contraueniſſent, tunc enim iure ſuo priuati eſſent d.l.ſi quis maior cum ibi not. & d.c. querelam cum ſimili-
8 bus ſupra allegatis. ¶ Tertio principaliter facit, † nam emphyteota non poteſt alienare,& alienando iure ſuo priuatur l.fina.C.de iure emphyteo.& d.c.potuit: & ſeruitutem rei imponere eſt alienare l.fina. C.de rebus alien.non alienan.& argumento c.non liceat 12.q.2.item rem communem cum alio diuidere eſt alienare,quia diuiſio dicitur uenditio,ſeu permutatio,ut eſt textus in l.1.C.commu. utriuſque iudi.l.penul.C.de prædiis minor. Sed dominus Franciſcus rei, ſeu domui per eum conductæ ſeruitutem impoſuit,quia conuenit,& permiſit,quòd Baldaſſar,ſeu eius pater de Lettis tigna imponeret, & ſuper muro dictæ domus ædificaret,quæ ſeruitutẽ continere dicuntur, ut ff.de tigno iniunc.& per totum ff.de ſeruit.urba.præd. ergo alienaſſe, & conſequenter ius ſuũ amiſiſſe dicitur: & hac rõne Rom. in ſingula.640.incip. ſcis,quòd emphyteota, uoluit quòd emphiteota ſeruitutẽ rei emphyteoticæ ĩpõnere nequeat, quia nõ põt alienare. Nec obſtat l.1.§.1.ff.quib.modis uſuf. amitt. ubi in fundo uectigali, & ſuperficiario uſusfructus
9 conſtitui poteſt, † quoniam debet intelligi, quando fuiſſet iure conſtitutus,ut ibi dicit ille tex.& conſequenter uel ab ipſo proprietario, uel à ſuperficiario de conſenſu proprietarij,iuxta d.l.fina.& d.c.potuit,ſic enim iure conſtitutus diceretur,alioquin ſuperficiarius,uel fundum uectigalem conducens alienare diceretur d.l.fin.C.de rebus alien.non alien. Non obſtat etiam l.3.C. de ſeruitu. quia loquitur in
10 prædio tributario, † quod irrequiſito fiſco uendi,& alienari poteſt,ut ibi per Paulum de Caſt.ſed prædium emphyteoticum non poteſt irrequiſito domino alienari,ut ſupra.
11 ¶ Item † dominus Franciſcus irrequiſito domino, uiculum,ſeu locum communem cum alio extraneo diuiſit, quæ diuiſio dicitur alienatio, & ſimilis eſt uenditioni d.l.1.C. commun.utriuſque iudi. ergo à iure ſuo cecidiſſe dicitur, d.l.fina. C.de iure emphyteo. ¶ Nec obſtat, ut nonnulli dicebant, & ex deductis in proceſſu apparet, quod hic uiculus erat communis inter domum domini Franciſci,& domum illorum de Lettis,& quamuis prohibitus alienare nõ poſſit rem præcipuam, & propriam alienare, tamen rem communem poteſt alienare,quia emphyteotæ, ſeu alteri à iure prohibito alienare non reperitur alienatio rei communis prohibita:item quamuis emphyteota non poſſit irrequiſito domino alienare,poteſt tamen diuidere,per Bartolum in l.qui romæ §.duo fratres ff.de uerborum obligatio.& in l.ſi domus in fin. ibique docto.quamuis Bal. ibi contrarium teneat,& per Bartolum,Baldum,Angelum, & Paulum de Caſt.in l.cum hi §.ſi uni ff.de tranſact. & per Speculatorem in titulo de loca.§. nunc uerò aliqua uerſi.21.ibique Ioan. And. & præterea licet quis ſit prohibitus alienare, non tamen dicitur prohibitus, quando hoc in euidentem ſuam utilitatem faceret,ut in l.fin.ff.de iure dotium,ex quibus uideretur dicendum, quòd dominus Franciſcus irrequiſitis dominis ſuis potuerit dictum locum communem diuidere, & maximè quia conſtat hoc in euidentem rei utilitatem factum fuiſſe,Quia (tenendo, prout uerius eſt,quòd ob huiuſmodi diuiſionem factam is à iure ſuo per prædicta ceciderit) adductis proximè facillimè reſpondetur,& in primis di-
co, † quòd prohibitus alienare dicitur etiam prohibitus 12
rem communem alienare, & diuidere, quæ diuiſio dicitur alienatio,ut eſt textus clarus,& not.qui ſic infert,in l.penultima C.de prædijs mino.l. ſi pupillorum §.1. & l. qui neque in fin.ff.de rebus eorum: immò magis dicitur prohibitus rem communem alienare, quam propriam, ut colligitur ex iis,quæ habentur per Barto.Alexan. & alios in d. l. ſi domus in fin.& in l.ſerui electione in fin.ff.de lega. 1. Se-
cundo dico, † quòd quamuis emphyteotæ, qui unam,& 13
eandem rem conducunt, poſſint illam inter ſe diuidere irrequiſito domino,ut per Barto.& alios ſupra allegatos, tamen emphyteota conducens rem,quæ eſt cum alio extraneo communis,non poterit eam cum illo extraneo diuidere irrequiſito domino,quia talis diuiſio dicitur alienatio d. l.1.C.commun.utriuſque iudi. Et docto.uolentes emphyteotas poſſe inter ſe diuidere, loquuntur,quando unam, & eandem rem conducerent,quam inter ſe uellent diuidere, quia poſſunt,ut per Barto.in d.§. duo fratres: Et ratio eſt, quia talis diuiſio non cenſetur alienatio, neque translatio argumento eorum, quæ habentur in c. cum apoſtolica, & ibi glo.de ijs,quæ fiunt à præla.& eſt bonus tex.in l. uoluntas cum ibi not. C. de fideicom. At quando emphyteota rem conduceret à domino, qui eam communem cum extraneo haberet,tunc emphyteota non poſſet illam irrequiſito domino diuidere, quia talis diuiſio diceretur eſſe alienatio,hoc eſt quædam uenditio, ſeu permutatio per ſupradicta. Et ad propoſitum optimè facit id, quod habetur in
c.1.de rebus eccle.non alien.† nam quamuis perſonæ eiuſ- 14
dem eccleſiæ, ut ſunt canonici, abſque ſolemnitate in alienatione rei eccleſiæ requiſita poſſunt inter ſe res eiuſdem eccleſiæ permutare,& diuidere,ut per Innocen.in c. quæſitum de rerum permut.& not.per Abb.in d.c.1.tamen perſonæ diuerſarum eccleſiarum abſque ſolemnitate non poſſunt propter prohibitionem alienationis, quam canon facit,ut eſt tex. clarus in d.c. 1. Ita in caſu noſtro de pluribus emphyteotis eandem rem ſimul ab eodem domino conducentibus,ut poſſint illam inter ſe diuidere,& permutare irrequiſito domino,& ſecus ſit in uno emphyteota, qui rem unam communem cum alio extraneo conduceret, ut ſupra declaratum eſt.Præterea quamuis docto.communi-

ter uelint, plures emphyteotas eiuſdem rei poſſe irrequiſi-
to domino rem diuidere, ſeu permutare etiam cum extra-
neo, tamen facta diuiſione, ſeu permutatione conſenſus do
mini in continenti requiri debebit, ut inueſtiat, ſeu traditio-
ni rei, uel inductioni in poſſeſſionem conſentiat, alioquin à
iure ſuo caderent, quia conſenſus domini nedum in aliena
tione eſt requirendus, ſed etiam in traditione rei, ut in l. fin.
15 C. de iure emphyt. ubi Iaſ. col. 51. & facit id, quod † nor.
uoluit Ioan. de Imol. in d. c. potuit colum. 28. dicens, quòd
quando factum fuit pactum inter dominum, & emphyteo-
tam, quòd ei licitum ſit rem alienare, quamuis ſecundũ ali-
quos emphyteota poſſit rem irrequiſito domino alienare,
non tamen rem tradere, nec in poſſeſſionem inducere, eo ir
requiſito, poterit, alioquin à iure ſuo caderet per textum in
d. l. fi. ubi uidetur caſus. ¶ Non obſtat etiam d. l. fin. ff. de iur.
dot. primo, quia ex diuerſis nõ infertur l. papinianus exuli ff.
de minoribus, & l. inter ſtipulantem §. ſacram uerſic. ſed &
hæc diſſimilia ff. de uerborum obligatio. cum ſimilibus: Se-
16 cundo reſpondeo, † quòd ibi mulier fundum minus utilem
pro conſeruatione utilioris uendidit cum conſenſu mariti,
& ſic cum conſenſu domini ſui iuxta l. doce ancillam C. de
rei uendic. & ſi uxor, quæ eſt domina utiliter ad ea, quæ ha
bentur in l. in rebus C. de iure dotium, pro euidẽti utilitate
rem dotalem uendit cum conſenſu directi domini, hoc eſt
mariti, ergo ex illo textu arguendo idem erit etiam dicen-
dum in caſu noſtro, quòd etiam ſtante euidenti utilitate
emphyteota nequeat rem alienare, niſi cum uoluntate, &
conſenſu domini. Præterea illud ibi contingit, quia ceſſat ra
tio prohibitionis alienationis, quæ fuit, ut res dotalis non
poſſet propter publicam utilitatem, & mulierum alienari
argumento l. 1. ff. ſolu. matrimo. & l. 1. & per totum ff. de fun
do dot. Vnde ſi alienando conſtet de euidenti utilitate, pote
rit alienatio fieri, ut in d. l. fin. ff. de iure dot. At emphyteota
non prohibetur alienare ſolum propter utilitatem domini,
ſeu emphyteotæ, ſed etiam ex alia cauſa, uidelicet ne domi
nus inuitus habeat recognoſcere alium, quam emphyteo-
tam, & ne amittat ſuam actionem perſonalem, ut habetur
per doctores in d. l. fin. & in d. c. potuit, ergo quamuis em-
phyteota cum euidenti utilitate alienauerit, tamen hoc ir-
requiſito domino facere non poterit per ſupradicta.
17 ¶ Quarto principaliter uidetur dicendum, † quòd huiuſ-
modi locatio in emphyteoſim facta domino Franciſco fue
rit nulla, & conſequenter ipſis de Rodaldis ius dictam do-
mum uendicandi competierit, quoniam ex deductis in pro
ceſſu non reperitur probatum, quòd huiuſmodi locatio in
emphyteoſim fuerit facta cum decreto iudicis, quod pro
forma requiritur, ut per totum C. de præd. mino. & in l. ſed
ſi §. idemque ff. de rebus eorum, iuncta l. etiam, & l. ſi præ-
18 dium C. de præd. mino. Præterea † huiuſmodi diuiſio lo
ci communis, item uenditio, ſeu tranſlatio manſionis facta
per Laurentium dicto domino Franciſco non reperitur fa
cta cum auctoritate tutoris, cuius auctoritatis defectus in
alienatione rei minoris reddit actum, ſeu contractum ip-
ſo iure nullum, quoniam illa pro forma requiritur l. obliga
ri §. tutor ff. de auctorita. tutorum, §. neque Inſtitu. eodem,
l. cum, qui C. de auctorita. præſtan. ibique gloſ. & doctores.
Nec obſtat, quòd de decreto appareat ex inſtrumento lo-
cationis, in quo decretum dominorum antianorum regi-
ſtratum reperitur, cui inſtrumento in dubio eſt ſtandum,
niſi contrarium probetur cap. cum Ioannes de fide inſtru-
mentorum, & l. cum precibus C. de probationib. quia re-
ſpondetur, quòd de decreto ſit mentio in inſtrumento aſ-
ſertiuè, & narratiuè referendo ſe ad decretum domino-
rum antianorum, ueluti ex uerbis inſtrumenti colligi-
19 tur: Et † quamuis aliàs uerbis narratiuis inſtrumenti ſte-
tur, & illis de narratis in inſtrumento fides adhibea-
tur inter ipſos contrahentes, tamen inter alias perſonas,
quæ inſtrumento non interfuerunt, huiuſmodi uerba non
probant, nec aliquam faciunt fidem, ut declarant Bart. &
alij per illum textum in authen. ſi quis in aliquo C. de eden.
& in l. ſciendum ff. de uerbo. obligatio. ſed Hieronymus, &
Rodaldus inſtrumento non interfuerunt, ergo &c. Præ-
20 terea † ſolemnitas extrinſeca, qualis eſt ſolemnitas decre-
ti, & auctoritatis tutoris, non præſumitur, nec de ea ſta-
tur relationi, ſeu uerbis narratiuis illius, quando eſt talis,
quæ à poteſtate contrahentium non dependeat, uel quæ
non poſſit tempore actus celebrati interuenire, ita Bart. &
alij in d. authen. ſi quis in aliquo, & in d. l. ſciendum, & habe
tur latè per Felin. & alios in c. ſicut de re iudica. ſed ſolem-
nitas decreti à poteſtate aliorum, quam partium dependet,
item non poteſt tempore alienationis, ſeu contractus inter-
uenire, quia debet alienationem præcedere, ut per totum
ff. de rebus eorum, & C. de præd. mino. & not. in c. 1. de re-
bus eccle. non alien. in 6. ergo de ea non ſtabitur ſimplici
aſſertioni, nec uerbis narratiuis inſtrumenti ſcripti manu
alterius notarij per ea, quæ habentur in d. authen. ſi quis in
aliquo. ¶ Non obſtat, quòd in decreto dominorum Antia-
norum data fuit licentia Blaſio, & tutori locandi in emphy
teoſim Laurentio, & do. Franciſco; itẽ diuidendi inter ſe do
mos locatas, ergo poſtea do. Franciſcus, & Laurẽtius diui-
dẽdo fecerunt ſecundũ licentiã ipſis in decreto datã, quia
reſpondetur dupliciter, primo quòd data fuit licentia diui-
dendi dictas domos unam ab alia, non autẽ partẽ, quæ erat
unius domus, aſſignãdi alteri, & alteri domui cõiungẽdi, ut
21 ex uerbis decreti colligitur, † & uerba decreti, eiuſque for-
ma debent ad unguem, & ſpecificè obſeruari l. ſi pupillo-
22 rum §. ſi prætor ff. de rebus eorum: Secundo † quamuis da-
ta fuerit poteſtas locandi, & diuidendi dictas domos unã
ab alia, non tamen ob hoc dicitur data licentia, quòd hoc
potuerit fieri abſque alia ſolemnitate requiſita, uidelicet
abſque auctoritate tutoris, quæ ultra decretum requiritur,
alioquin alienatio, & contractus ipſo iure non ualerent
d. l. cum, qui cum ſimilibus ſupra allegatis; & hoc in ſe du-
bium non habet: Sed do. Franciſcus, & Laurentius domos
inter ſe abſq; auctoritate tutoris diuiſerunt, item Laurẽtius
manſionem, de qua in proceſſu, abſq; auctoritate tutoris, &
decreto in do. Franciſcũ trãſtulit, & do. Franciſcus ſimiliter
abſq; auctoritate tutoris, & decreto cũ illis de Lectis locum
cõem diuiſit, & ſeruitutes impoſuit domui per eum condu
ctæ, ergo ex his diuiſio, & tranſlatio ipſo iure nullæ fue-
runt. ¶ Nec prædictis obſtat, quòd immò probatum fuit
interueniſſe auctoritatem tutoris in aſſignatione manſio-
nis domino Franciſco per Laurentium facta, ac etiam in di
uiſione facta cum illis de lectis, cum per ipſum tutorem, &
Blaſium fratrem dictorum de Rodaldis, & per Baldaſſa-
rem de Lectis teſtes productos, & examinatos fuerit ple-
nè probatum de licentia tutoris data, & interpoſita in hu-
iuſmodi alienationibus, aſſignationibus, & diuiſionibus, ut in
eorum depoſitionibus habetur, quibus plena eſt fides adhi-
benda de his, quæ tempore contractuum facta fuerunt arg.
tex. cum ibi not. per glo. in l. penul. in ci p. eos ff. fin. regun. &
quãuis de auctoritate, & licentia tutoris in inſtrumentis nõ
appareat, nec de illis ſcriptura facta fuerit, tamen fides de
eis per teſtes fieri poteſt, cum dici queat plus fuiſſe dictum,
& factum, quàm fuerit ſcriptum, ut probatur in c. cum Ioã
nes cum ibi not. de fide inſtrumento. Quia pro reſponſio-
23 ne conſiderandum eſt, † quòd ad hoc, ut res minorum, &
pupillorum poſſint alienari, & obligari, pro forma, & ſo-
lemnitate requiritur auctoritas tutoris, quæ debet in ipſo
actu, & non ante, nec poſt actum interuenire, neque ſuf-
ficerent licentia, aut iuſſus tutoris, quæ actum præcede-
re dicuntur, ut in d. l. obligari §. tutor, & ibi Bartol. &

in d.§.neq; , & clarè Barto. in l. ſi autem plures ff. de aqua pluuia arcenda, & in l. ſi quis mihi bona §.iuſſum ff. de acq. hæred. glo. in c. 1. de rebus eccle. non alienan. in 6. & Innocen. in c. cum conſuetudinis de conſue. Sed do. Franciſcus capitulauit nõ de auctoritate, ſed de licentia tutoris, & ita de licentia teſtes depoſuerunt, ergo &c. & ſi de auctoritate quoque depoſuiſſent, nihil tamen probarent, cum de licen
24 tia dumtaxat fuerit capitulatum, † quoniã teſtis extra capitula, & de aliis in capitulis nõ contentis deponẽs nõ probat, & redditur ſuſpectus, per Spec. in tit. de prob. §. 2. uer. 22. & per Alex. ĩ l. 2. col. 1. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. 1. ff. ſi cer. pet.
25 & nulli dubiũ quòd † aliud eſt auctoritas, aliud, & diuerſum eſt licentia, ut per Bart. in d. l. ſi aũt plures cũ aliis ſupra allegatis. Præterea huiuſmodi teſtes ſunt tales, quibus nulla eſt fides adhibenda, & qui ad faciendam fidẽ de iure examinari non potuerunt: Nam ſer Albertus aſſertus tutor non poteſt de ſua auctoritate, ſeu de licentia à ſe data eſſe teſtis, neque deponere, quia ſic eſſet de proprio facto, & in cauſa
26 propria teſtis, † hoc enim, quòd tutor dederit licentiam, ſeu ſuam interpoſuerit auctoritatem, debet per alios, quam per ipſum tutorem probari, ut per totum ff. de aucto. tuto. puta per inſtrumentum, uel per teſtes argumento l. in exercen-
27 dis ff. de fid. inſtrum. Nec † Baldaſſar de Lettis alius teſtis eſt idoneus, quia tractatur de eius intereſſe, & is deponit, ut ſe releuet, quoniam in caſu, quo do. Franciſcus ſuccumberet, ipſe partem loci, quẽ occupauit, reſtituere teneretur; item tigna, quæ ſuper ædibus do. Franciſci impoſuit, teneretur remouere, & ædificia facta ſuper parietibus dictæ domus tollere, atque deſtruere, ergo teſtis idoneus eſſe non dicitur l. omnibus cum gl. & ibi doc. C. de teſtis. Blaſius quoque alius teſtis non eſt idoneus, quia ipſe fuit ille, qui dictas domos in emphyteoſim do. Franciſco, & Laurẽtio locauit, vnde teſtis quodãmodo in cauſa propria eſſe diceretur d. l.
28 omnibus: Præterea † uenditor, ſeu locator de his, quæ tẽpore cõtractus facta fuerunt, nõ poteſt inter ipſos emptores eſſe teſtis, ſed per alios teſtes probatio fieri debet, ut uoluit Bar. quicquid dixerit gl. quæ communiter reprobatur in d. l. penul. incip. eos ff. fin. regũ. ¶Quinto principaliter uidetur, ueluti etiam ſupra tactũ fuit, quòd do. Franciſcus teneatur ad reſtitutionem manſionis, de qua in proceſſu, & quã Laurẽtius inſciis, & irrequiſitis dominis in eũ alienauit, ſeu trãſtulit, prout de alienatione, & tranſlatione huiuſmodi publicum inſtrumentũ apparet, in quo etiam nõ conſtat illas
29 cũ decreto, & auctoritate tutoris factas fuiſſe, † quoniã ubi cunq; emphyteota rem, uel eius partem alienat, irrequiſito domino, alienatio nõ tenet in præiudiciũ domini, & dominus illã poteſt uendicare, ut eſt tex. in d. l. fin. in fin. uer. C. de iure emphy. Nec obſtat, quòd immò hæc tranſlatio manſionis facta fuerit de licentia tutoris, & cũ decreto, quia ex præmiſſis ſatis clara reſponſio colligitur. Non aduerſatur, quòd Laurentius nõ fuit ille, qui dictã mãſionem in do. Frãciſcũ tranſtulit, ſed ea in locatione facta do. Franciſco comprehenſa fuit, ut colligitur ex confinibus in inſtrumento locationis appoſitis, & maximè dũ in eo dicitur, iuxta uiã publicã uocatã la uia di bel carro, ad hoc enim, ut dictus confinis uerificetur, neceſſariũ eſt dicere, quòd illa manſio in locatione facta do. Franciſco ſit comprehenſa, quia ita ſolum confinis dictæ uiæ publicæ uerificari poteſt, arg. l. ædes in fin. ff. de contrahen. emp. & per Bal. in rub. C. eo. tit. Quia huic obiectioni poteſt multipliciter reſponderi, primo, quòd expreſsè contrarium probatur ex inſtrumento, & contractu, ſeu conuentione facta inter dictum Laurentium, & do. Frãciſcum, qui de nouo contrahendo non per modum declarationis, ſed nouæ obligationis, & contractus uoluerunt, quòd manſio, quæ aliàs ad domum Laurentij ſpectabat, ad domũ do. Franciſci pertineret, & in incertis, & non in certis locus eſt coniecturis l. continuus §. 1. ff. de uerbo. ob. Secundo reſpondeo, quòd domus do. Franciſci dicitur eſſe iuxta dictã uiam publicam reſpectu uiculi, ſeu aditus, per quem in domum do. Franciſci ingreſſus habebatur, qui uiculus cũ domo do. Franciſci communis erat, & quod cõmune eſt, meũ eſt ſaltem reſpectu partis l. ſerui electione in fin. ff. de leg. 1. & hoc clarè probatur ex uerbis dicti inſtrumenti, in quo dicitur iuxta uiam publicã uocatam bel carro cum iure aditus, de quo ſupra, & ſic dictus confinis uiæ publicæ datur reſpectu aditus dicti uiculi: Conſtat etiam hoc ex aliis in proceſſu deductis, & maximè ex pluribus inſtrumentis locationum aliàs de dicta domo do. Franciſci factarum, in quibus dicitur iuxta dictam uiam uocatam bel carro, & tamen tempore illarum locationum manſio prædicta non erat pars domus do. Franciſci, ſed Laurentij: Poſſunt igitur uerba illa iuxta dictam uiam aliter uerificari, quam reſpectu ſupradictæ manſionis. Adde, quòd in inſtrumento locationis in emphyteoſim do. Franciſco factæ dicitur, quòd ipſe do. Frãciſcus per ſex menſes ante confectionem dicti inſtrumenti, uidelicet in feſto Sancti Michaelis elapſo habuit uſum, & patientiam, ac poſſeſſionem dictæ domus ſibi locatæ, & tamen tunc temporis non habuit patientiam, & poſſeſſionem dictæ manſionis, ſed de menſe Aprilis poſt factum inſtrumentum dictæ locationis, ut apparet ex inſtrumento compoſitionis, ac concordiæ inter dominum Franciſcum, & Laurentium factæ: Infertur ergo clarẽ, quòd dicta manſio in locatione facta domino Franciſco non fuit comprehenſa, nec illa uerba iuxta uiam publicam uocatam bel carro poſſunt reſpectu huius manſionis uerificari: Vltimo reſpondeo illa uerba iuxta uiam publicam &c. uerificari poſſe reſpectu manſionis ſuperioris, quæ erat pars domus domini Franciſci, quamuis non potuerit uerificari reſpectu manſionis inferioris, quoniam quando ad unum manſio ſuperior, & ad alium inferior pertinet, uerum eſt dicere utrũque habere domum, ſeu manſionem iuxta uiam publicam, quia ita ſuperior, ſicut inferior poteſt dici eſſe iuxta uiam publicam, ut eſt tex. in l. penul. ff. de damno infecto, & l. ſi duo §. ſed ſi ſupra uerſi. planè ff. uti poſſidetis cum ibi not. & ſic ex præmiſſis ad fauorem dictorum Hieronymi, & Rodaldi contra dictum dominum Franciſcum concludendũ eſſe uidetur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Solutiones canonis, ſiue penſionis ab emphyteota, uel conductore factæ quãdo caducitatem remoueant, & quando non.*
2 *Conductor, qui certo tempore ſoluere iurauit, ſoluendo ex poſt facto moram non purgat.*
3 *Tenuta nulla ex deductis eſt confirmanda, quando eam confirmari petitum eſt.*
4 *Emphyteota ob deteriorationem, & ob non ſolutionem canonis à domino propria auctoritate, nulla facta probatione ſuper deterioratione, & non ſolutione, expelli poteſt, & nu. 9. & 10.*
Caducitas ex non ſolutione canonis contingens, & caducitas ob deteriorationem proueniens æquiparantur, & de una ad aliam rectè arguitur.
5 *Priuatio iuris non admittenda, niſi expreſsè iure caueatur.*
6 *Emphyteota, ſiue conductor, qui cum iuramento promiſit re uti arbitrio boni uiri, deteriorando efficitur in dignus, & expelli poteſt.*
7 *Caducitas contingens ob pacta non ſeruata non dicitur pœna, ſed natura contractus, & in ea extenſio de uno caſu ad alium fieri poteſt.*
8 *Emphyteoſis ratio finalis quæ ſit, et quòd ea ceſſante emphyteoſis quoque, & inueſtitura ceſſare debeat.*
11 *Emphyteota magis delinquit rem deteriorando, quam non ſoluendo canonem.*
12 *In negatiua ſe fundans, & contra eum, qui iuris præſumptionem pro ſe habet, agens illam probare tenetur.*
13 *Dominus an, & quando deteriorationem, & non ſolutionem contra emphyteotam probare debeat, & quando abſque hac probatione poſſit propria auctoritate rem ingrediendo emphyteotam, & conductorem turbare, illumq; expellere.*

EPITOME.

EMPHYTEOTAM *ob rei deteriorationẽ,& ob non ſolutionem canonis poſſe à domino, nulla facta ſuper deterioratione, & non ſolutione probatione, propria auctoritate expelli, uel in ſua naturali poſſeſſione turbari, rem propria auctoritate ingrediendo, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CXXV.

IN cauſa canonicorũ S.Ioannis in mõte, poſt uiſum proceſſum, duæ per excell.do.iudicem ſuper tenuta, & immiſſione facta motæ ſunt difficultates, prima, quia repertum eſt affictus fuiſſe ſolutos, ergo ex hoc capite tenuta cenſetur nulla ad conſi. Cepollæ 25. Secunda, quia neceſſarium fuit prius deteriorationem, ſiue arborum inciſionem probari debere ad not. per Bar. in l. in illa ſtipulatione ff. de
1 uerbo.oblig. Quoad primam, † conſilium Cepollæ procedit, quãdo ſolutiones debitis tẽporibus factæ fuiſſent, uel ſi poſt tempora ſimpliciter receptæ fuiſſent, quia locator ſibi præiudicaſſet ad not. in c. potuit de loca. ſed eo caſu, quo ſolutiones poſt tẽpus elapſum factæ fuiſſent, & à domino cũ proteſtatione de non præiudicando ſibi receptæ eſſent, huiuſmodi ſolutiones caducitatem remouere non dicerẽtur, quo minus conductor, ſeu emphyteota repelli poſſet, quo-
2 niam † cõductor ſoluẽdo expoſtfacto morã non purgat, qñ certo tẽpore ſoluere iurauit Bal. in c. querelam de iureiur. per illum tex. Alex. & Iaſ. in l. ſi quis maior C. de tranſactio. ¶ Quo uerò ad ſecundã difficultatẽ, ſiue ſequamur ſententiã Bar. in l. 2. C. de iur. emphy. quòd ipſi dño propter ſuam ciuilem poſſeſſionem licitum ſit emphyteotã in ſua naturali propria auctoritate turbare, ſiue teneamus opi. cõem gl. & aliorum cõiter in auth. qui rẽ per illum tex. C. de ſacroſ. eccl. quòd ob rei deteriorationẽ cõductor, ſiue emphyteota propria auctoritate à dño expelli poſſit, nec ſñia requiratur, ipſa tenuta erit in tuto. An autem in hoc uera ſit opinio cõis, ſtatim dicetur. Sed præſuppoſito, non tñ cõceſſo, quòd
3 dicta tenuta in aliquo deficeret, ſeu nulla dici poſſet, † tamẽ ex quo petitũ eſt ipſam confirmari debere, ex deductis, & probatis in proceſſu illa eſt confirmãda, non autẽ nulla declaranda ad not. per Sali. in l. fin. C. de edic. di. adr. toll. cum
4 ſimil. Redeundo ad ſñiam cõem, † quòd dominus propria auctoritate, & nulla alia facta probatione ſuper deterioratione poſſit emphyteotam expellere, conſtat primo arguẽdo de caducitate, quæ ex non ſolutione canonis contingit, ad illam, quæ ex abuſu, & rei deterioratione prouenit, præſuppõnẽdo, quòd talis ſit, in qua concurrant illa tria neceſſaria, de quibus habetur per Bal. & alios in d. auth. qui rem: quod argumẽtum procedit, ex quo à iure quoad effectum caducitatis æquiparantur: Sed propter nõ ſolutionẽ canonis dominus propria auctoritate abſq; alia probatione põt emphyteotã expellere, nec requiritur ſñia, nec proceſſus, ut latè examinat Iaſ. in l. 2. in 5. not. C. de iur. emphy. ubi allegat ea, quæ hinc inde allegari poſſunt, ergo idẽ dicendum eſt, quando caducitas ex rei deterioratione contingeret: & hoc argumento utitur Iaſ. in d. auth. qui rẽ, nec non in d. l. 2. in articulo deteriorationis: & hanc opi. ſequitur Alex. in cõſil. 118. lib. 5. qui aſſerit eam eſſe cõem, & Bartho. Veron. in tract. de ſeruit. in c. de monte, & Bal b. in conſi. 36. lib. 2. qui
5 pleniſſimè diſcutit. Accedat etiã, quòd licet † priuatio iuris non ſit admittenda, niſi iure expreſſè caueatur, ut per Alex. in l. etiam ff. ſol. matr. & c. fin. de iure patro. tamẽ cum nihil magis homini conueniat, quàm pacta ſeruare, & contra facien s de perfidia, & iniquitate redargui, ac imputari poſſit,
6 † ſi emphyteota, ſeu conductor conuenerit re uti arbitrio boni uiri, & contraueniat, quia rem deteriorauerit, dignum eſt, ut ipſe indignus efficiatur, & expelli poſſit, & præcipuè quando iurauit arg. l. ſi quis maior, & ibi oẽs C. de tranſact. & in c. ad noſtram il 1. de iureiur. Nec aduerſatur, quòd expellere conductorem propter canonem non ſolutũ ſit pœna, ergo non extendenda, iuribus uulgaribus, quia reſpõde
7 tur, quòd † caducitas ob pacta non ſeruata contingens non dicitur eſſe pœna, ſed potius natura cõtractus, ut dicit Bal. in l. placet C. de ſacroſ. eccl. & in d. auth. qui rẽ, ergo extenſio de uno caſu ad alium fieri poterit, cũ à iure hi caſus ſint æquiparati, ut in d. auth. qui rem, & in corpore. Suadentur
8 præmiſſa, † nam ratio finalis emphyteoſis eſt, ut melioretur, ut in l. 1. C. de iur. emphy. ergo illa ceſſante per rei deteriorationẽ, ceſſare etiã debet inueſtitura ſecundum Guliel. de Cun. & Pau. de Caſ. in d. auth. qui rẽ: & ideò non obſeruans cauſam finalẽ conuentionis nõ poteſt ſe ex ea iuuare Spec. in tit. de loca. §. nunc uerò aliqua uerſi. 66. immò contraueniens, & pacta iurata in inueſtitura appoſita non adimplẽs à iure emphyteotico cadit, & expelli poteſt, Io. de Imol. in c. propter ſterilitatem col. 18. extra de loca. Sed in caſu occurrenti ultra quòd conductor dicatur ad meliorandũ conduxiſſe, iurauit etiã re uti arbitrio boni uiri, ſub quo melioratio, non autẽ deterioratio cadit, ergo &c. Ad quod facit, nã ſi contrafaciens naturæ contractus expellitur, ut ſupra, multo magis expelletur faciens contra expreſſam conuẽtionem iuratam, ut habetur in d. l. ſi quis maior. Et † quòd ob
9 rei deteriorationẽ emphyteota propria auctoritate poſſit expelli, tenuit Alber. in l. 1. C. de iure emphy. & ſequuntur Ang. in l. ſi colonus ff. arbor. furt. cæſa. & Bal. in addit. ad Spec. in tit. de loca. col. 2. qui allegat tex. in l. elegãter §. nõ
10 ſolũ ff. de dol. ¶ Suadentur præmiſſa, † nã certi, clariq; iuris eſt, quòd emphyteota eccleſiæ ob canonẽ non ſolutũ põt à dño propria auctoritate expelli ſecundũ doct. magis cõiter, uel ſaltẽ ſecundum Bar. à dño, qui ciuiliter poſſidet, propria auctoritate rẽ ingrediendo in ſua naturali turbari põt, abſq; eo, quod aliquid probet, cũ ex obligatione, & promiſſione ſibi facta intentionẽ habeat fundatam, ut uoluit gl. in d. l. 2. C. de iur. emphy. quã doct. cõiter ſequuntur, ergo fortius hoc dicendum eſt, qñ emphyteota deliquit in faciẽdo, hoc eſt ĩ incidẽdo arbores, & notabiliter deteriorãdo, quia
11 † maior eſt culpa in faciendo deteriorationem, quàm in negligendo ſoluere l. qui autem in prin. ff. de his, quæ in frau. credi. glo. & Roma. in l. ſi mora ff. ſol. matri. & ſic fortior eſt ratio, & uirtus in ſubſtantia rationis in caſu deteriorationis, quàm in caſu non ſolutionis: facit etiam id, quod not. Bal. in c. 1. col. 5. extra de conſtit. Et hæc eſt cõis practica, quã ſemper uidi in hac ciuitate obſeruari, ut ita propter deteriorationẽ, ſicut ob nõ ſolutionem emphyteota propria auctoritate à dño poſſit expelli, nulla præcedẽte probatione ſuper deterioratione, uel non ſolutione, maximè qñ emphyteota in inſtrumẽto re uti arbitrio boni uiri promiſit, quia tunc ipſe dñs, facta deterioratione, fundat ſe in negatiua, quòd arbitrio boni uiri uſus non fuerit, ergo qua ratione ob non ſolutionem poteſt propria auctoritate expellere, nulla facta probatione, eadem, qñ emphyteota deteriorauit, & ſic non uſus fuit arbitrio boni uiri, & hoc maximè, quia, ut dictũ eſt, deteriorando peccauit in faciendo, quod maius delictũ eſſe
12 cenſetur. ¶ Nec refragatur, † quòd ubicunq; fundans ſe in negatiua ageret contra eum, qui pro ſe iuris præſumptionẽ habet, illam probare tenetur, ut quando fundans ſe in negatiua præſupponit aduerſarium deliquiſſe, & ſic pœnam incurriſſe, cum in dubio quis non præſumatur delinquere l. merito ff. pro ſocio, ut uidetur inferri ex uerbis Bartoli in d. l. in illa ſtipulatione: Quoniam reſpondetur, quòd caducitas, quæ ob pacta non ſeruata contingit, ut propter canonem non ſolutum, uel rei deteriorationem, non dicitur eſſe pœna, ſed natura contractus, & conſequenter non cẽſetur

delictum,ſed ſimplex inobſeruãtia,ut per Bal. in d.l.placet. Præterea Bart. in d.l.in illa ſtipulatione approbat ſenten-
13 tiam Cyni,qui expreſsè uoluit, †quòd dominus fundans ſe in negatiua, quòd conductor non ſoluerit, ex quo id, quod ſolui debebat, neganti debebatur, dicatur intentionem habere fundatam abſque eo, quod aliter negatiuam probet, ut per eum in d.auth.qui rem,& in d.l.2.Accedat his,quòd Bar.in d.l.2.expreſsè uoluit,dominum poſſe propria auctoritate emphyteotam in ſua naturali poſſeſſione turbare, & ſi conſtet turbationem eſſe iuſtam,quia conductor conuenta non obſeruauerit, expellendus eſt, & in caſu occurrenti eccleſia non expulit, ſed ſimpliciter fuit rem ingreſſa, & ideò ſumus in caſu Bar. in d.l.2.per cuius dictum limitari,& declarari poteſt id,quod ipſemet innuit in d.l.in illa ſtipulatione,quòd aut dominus fundans ſe in negatiua ſimpliciter rem ingreditur,ut turbet,quod conſtat, aliter non expellendo,& tunc ipſe dominus negatiuam,ſeu inciſionem arborum,& conſequenter deteriorationem probare non debuit, immò potuit propria auctoritate hoc facere, ut per Bar.in d.l.2.& hic eſt caſus noſter,aut dominus ob non ſolutionem,uel rei abuſum uult realiter emphyteotam expellere,& hoc tunc non poterit,niſi facta probatione deteriorationis,& ita procedat id,quod uoluit Bar.in d.l.in illa ſtipulatione,quãuis etiam quoad hunc ſecundum caſum docto.communiter in d.authen.qui rem,& in aliis locis ſupra deductis contrarium tenuerint. Et hæc pro aliquali informatione ſint dicta. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum debet intelligi ſecundum naturam contractus,ſuper quo fuit interpoſitum:Declaratur, & limitatur num.14.*

2 *Iuramentum aſſumit omnes conditiones,reſtrictiones, & ampliationes ſecundum naturam materiæ,in qua interponitur, & debet intelligi ſecundum naturam materiæ iuratæ: Declaratur, & limitatur num.15.*

3 *Emphyteotæ infra duos menſes poſt lapſum diei ſolutionis faciendæ moram purgare licet:Declaratur, & limitatur num.16.*

4 *Mora etiam poſt tempus, quo quis ſoluere iurauit, poteſt quandocunque de æquitate canonica purgari:*
Et quomodo hoc procedat num.18.

5 *Debitor,qui certo tempore ſoluere tenetur, excuſatur à mora,ſi debitum creditori offerat, & creditor abſque iuſta cauſa nolit accipere:*
Idem in emphyteota,qui ſic canonem debitum offerat, & dominus abſq; cauſa nolit accipere, & num.20.ubi declaratur.

6 *Emphyteota,qui certa pœna adiecta cum iuramēto promiſit penſionem, ſeu canonem certo tempore ſoluere,ſi,prout iurauit,non ſoluit, dicitur omni iure ſuo ipſo iure priuatus..*

7 *Et ſi iuraſſet ſoluere ſingulis annis certo tempore,non ſoluendo illo tempore etiam per unum annum à iure ſuo caderet, quamuis aliàs ceſſatio per biennium,ſeu triennium requireretur.*

8 *Statutum Bononienſe ſub rubrica de contractibus emphyt.diſponens,quòd emphyteota priuari ob non ſolutionem canonis à iure ſuo non cadat, etiam ſi ſtaret per annos triginta,in quibus non ſolueret,caſum iuratum non comprehendit:*

9 *Et ſi expreſſum eſſet,non obſtante iuramento,ſtatutum quoad hoc non ualuiſſet,etiam ſi ſtatutum à ſede apoſtolica confirmatum eſſet.*

10 *Statutorum concluſio diſponens,quòd omnia ſtatuta in omnibus ſint obſeruanda, & quòd illis tacitè, uel expreſsè renunciari non poſſit, etiam cum iuramento,quomodo intelligatur.*

11 *Statuto pœnali, & prohibitorio de iure communi renunciari non poteſt.*

12 *Confirmatio apoſtolica ſtatutorum in forma communi, & quæ non fuit in uſu recepta, immò eius contrarium fuit obſeruatum, non debet attendi.*

13 *Conſtitutio, & diſpoſitio ad futuros, & non ad præteritos caſus extenditur.*

15 *Iuramentum de iure canonico potius declarat ſubiectam materiam,quàm è contra.*

16 *Emphyteota, & conductor quando moram purgare poſſit, & quando non.*

17 *Mora quando purgari non poſſit.*

18 *Moram de æquitate canonica poſſe purgari etiam quando iuratum eſſet, procedit in foro pœnitentiali, & animæ,non autem in foro contentioſo etiam eccleſiaſtico.*

19 *Solutio,ubi requiritur,non ſufficit ſimplex oblatio, ſed debet fieri depoſitio, & quomodo:*
Et an oblatio facta de marſupio, in qua pecunia eſſe dicatur, ſufficiat num.21.

20 *Debitor,qui eſt eiuſdem fori cum creditore, debet ire domum creditoris, & ibi offerre ſe paratum ſoluere, & pecuniam oſtendere.*
Idem in emphyteota quoad ſolutionem canonis,ne à iure ſuo cadat.

22 *Teſtes ſingulares,ſuſpecti, & qui dicta ſua reuocarunt, & deponunt non ueriſimilia, & uaria,non probant.*

EPITOME.

EMPHYTEOTA, *qui cum iuramento, & certa pœna adiecta promiſit canonem, & penſionem certo tempore ſoluere,ſi, prout iurauit, & promiſit,non ſoluat, à iure ſuo cadit,non obſtante ſtatuto, quòd emphyteota priuati ob non ſolutionem canonis nō cadat à iure ſuo,etiam ſi ſtaret per xxx.annos, quibus non ſolueret:quod ſtatutū caſum iuratū non cōprehēdere demonſtratur:*

Nec uolens poſtea ſoluere moram purgare poteſt, maximè poſtquam fuit iudicialiter conuentus.

CONSILIVM CXXVI.

VIDETVR prima facie Hieronymum de Arengheria à iure ſuo non cecidiſſe,uel ſaltem morã purgare ſibi licitum fuiſſe,in primis per id, quod cautũ eſt per ſtatuta huius ciuitatis ſub rubrica de contractibus emphyteoticis in §.item dicimus, ubi emphyteota priuati ob non ſolutionem canonis à iure ſuo nō cadit, etiam ſi per xxx.annos ſtaret,in quibus non ſolueret, quod ſtatutum uidetur comprehendere etiam caſum, quando iuratum fuiſſet,ut ibi in §.& ne in fraudem. ¶Secundo quamuis Hieronymus iurauerit ſoluere ſingulis annis libras decē & octo pro penſione in feſto Sancti Michaelis de menſe ſeptēbris, & per unũ menſem poſt dictum feſtũ ſteterit, quo non ſol-
1 uerit,tamen nō debet dici à iure ſuo cecidiſſe,quoniã † hoc iuramentum debet intelligi ſecundum naturam cōtractus, ſuper quo fuit appoſitum iuxta l.fi.C.de cond. indeb.l.ult. ff.qui ſatiſd.cog.l.fi.C.de nō nu.pecu. Bar.in l.ſi ſocietatē §. arbitrorũ ff.pro ſocio, c.per tuas de arbit. & c.quēadmodũ
2 de iureiur.& † Abb.in c.intellecto in fin.uerb. de iureiurã. inquit,quòd iuramentũ aſſumit omnes tacitas cõditiones, reſtitutiones,& ampliationes ſecundũ naturam materiæ, in qua interponitur,ac debet intelligi ſecundũ qualitates materiæ iuratæ, & in terminis noſtris ita tenuit Iaſ. in l.2. col.
3 17.C.de iure emphy.¶Tertio † licitũ fuit ipſi Hieronymo purgare moram infra duos menſes poſt lapſum diei ſolutionis faciendæ arg.c.potuit cũ ibi not.extra de loca. & per
4 Iaſ.qui plura allegat in d.l.2.col.25.uerſi.30.quæro:& † ſecundum gl.in c.apud miſericordē 32.q.1.quam refert,& ſequi uidetur Alex.in l.ſi inſulã in 12.fallentia ff. de uerb.ob. & Roma.in ſuo ſingul. 448. & Bald.in l. qui crimen q. 11. C.qui accuſa. non poſs.mora quandocunque de æquitate canonica purgari poteſt ſoluendo etiam poſt tempus, quo
5 quis ſoluere iurauit.¶Quarto † quia dictus Hieronymus ante lapſum temporis obtulit ſe uellē penſionem ſoluere, & dominus, ſeu locator accipere uoluit, unde ipſe dominus, ſeu locator dicitur in mora conſtitutus in recipiendo penſionem, quæ mora illi nocet, ut conductor non dicatur in mora ſoluendi conſtitui, donec poſtea non fuerit interpellatus,ut ſoluat arg.tex. cum ibi not. per Bart. & alios in l.ſi ſeruum §.ſequitur ff.de uerb.oblig. & faciunt not.per Bar.in l.item illa ff.de conſtit.pecu.in 2.col. ubi inquit,quòd debitor,qui certo tempore ſoluere tenetur, excuſatur à mora, ſi ipſe offerat id, quod creditori debet, & creditor abſq; aliqua iuſta cauſa nolit accipere, & faciunt etiam

etiam not.per Bal.in l.acceptam in 12.quæſt.C.de uſuris.
¶ Quibus tamen non obſtantibus, contrarium eſſe uerius
puto, quòd Hieronymus dicatur à iure ſuo cecidiſſe, & Mel
chiori licitum fuerit declarare ipſum cecidiſſe, & proteſta-
6 ri, prout in proceſſu: † nam ex quo Hieronymus promiſit
ſoluere canonem, & penſionem certo tempore, certa pœ-
na adiecta, & cum iuramento, quo ſoluere illo certo tem-
pore iurauit, ſi non ſoluit, ut iurauit, tanquam periurus di-
citur ipſo iure priuatus omni iure, quod ex inſtrumento lo
cationis ſibi factæ acquiſiuerat per l. ſi quis maior, & ibi
7 omnes docto.C.de tranſactio. ¶ Secundo † quamuis con-
ductor, ſiue emphyteota priuati non cadat à iure ſuo, niſi
canonem ſoluere per triennium ceſſauerit l. 2. C. de iure
emphyt.& habetur per Bal.in auth.qui rem C.de ſacroſan.
eccle. tamen ubicunque ipſe ſingulis annis certo tempore
ſoluere iurauit, non ſoluendo illo tempore ratione periurij
per ceſſationem unius anni, & unius penſionis, uel eius par-
tis cadit à iure ſuo, ut uoluit Bal.quem alij docto. commu-
niter ſequuntur in c.querelam de iureiurand. Et ita ſemper
in conſulendo ſequutus fuit Alexan.doctor ueritatis in con
ſil.85.& 126.lib.1.in conſi.76.lib.5. & in conſil. 37.lib. 2.
& in d.conſi.126.dicit hanc eſſe ueritatem, & ita ſequi cō-
muniter doctores: faciunt not.per eundem in conſi.91.co-
lum.3.lib.2.nam iuramentum eſt ſeruandum præciſè, nec
per æquipollens adimpleri ſufficit c.ad noſtram il 2. cum
ibi not.per Abb.de iureiuran.& ita in terminis noſtris in cō
tractu emphyteotico tenuit Iaſ.in d.l.ſi quis maior col.3.&
Roma.in conſi.252.circa finem: & Iaſ.in d. l. ſi quis maior
inquit, hāc eſſe ueriorem opinionem, & ita ſequendum eſ-
ſe, quicquid ipſe dixerit in d.l.2. C. de iure emphyt. à eu-
ius ibi dictis recedit: & ideò cum pro ipſo Melchiore contra
dictum Hieronymum communem habeamus opinionem,
in iudicando non eſt ab illa recedendum, fatuusque eſſet iu
dex, qui aliter iudicaret, quia cauſam ſuam faceret, ad tra-
dita per docto.in c.ne innitaris de conſtit. ¶ Non obſtant in
contrarium adducta, & in primis dictum ſtatutum ſub rubr.
8 de contractibus emphyt.in §.item dicimus, quia † illud ſta
tutum ſimpliciter loquens de contractu emphyteotico lo-
cum non habet in contractu iurato, quoniam intētionis ſta-
tuentium non fuit uelle actum iuratum comprehendere,
quando ſimpliciter de illo actu loquuntur, ut concludunt
Io.de Imol.& alij communiter in c.cum contingat de iure
iuran. Alex.in conſi.27.col.3.lib.1.qui dicit hanc eſſe com-
munem opinionem, ibique infinitos ita tenentes allegat, &
idem Alex.plenè in conſi.125.col.pen.lib.1. in conſi.102.
lib.4.& in conſi.37.col.7.lib.2.ibi, & tanto fortius, quicquid
9 dixerit Bar.in l.ſi quis pro eo ff.de fideiuſ. Quinimmò † etiā
ſi in ſtatuto eſſet expreſſum, & cautum, quòd, non obſtante
iuramento, emphyteota non dicatur cecidiſſe ob non ſolu
tionem canonis, ſtatutum quantū ad hoc non ualeret, quia
ſtatuentes non poſſunt ſuper iuramento diſponere, nec il-
lud tollere, etiam ſi ſtatutum à ſede apoſtolica cōfirmatum
eſſet, ut per plura uoluit, & conſuluit Alex.in conſi.59.lib.j.
in conſi.39.lib.4.in conſi.53.col.5.lib.3. in conſ.125.col.6.
lib.1.in conſi.18.lib.1.in d.conſi.102.lib.4.& optimè in cō
ſi.38.lib.4. Et dum ſtatutum illud in §.& ne in fraudem lo-
quitur de iuramento, loquitur in alio caſu penitus à caſu no
ſtro diuerſo, ut clarè ex uerbis ſtatuti colligitur, nam quan-
do loquitur de non ſolutione canonis, quòd emphyteota
non ſoluendo à iure ſuo cadere non dicatur, loquitur in ca
ſu ſimplici, quando non fuiſſet iuratum ſoluere: Vnde non
debet illud ſtatutum tanquam à iure communi exorbitans
extendi ad caſum, quando fuiſſet iuratum per ea, quæ ha-
bentur in l.ſi uerò §.de uiro ff.ſolu.matrimo.& in c.ea, quæ
contra, de reg.iur.in 6.item quia, ut dictum eſt, ſtatuta ſim-
pliciter loquentia de aliquo actu non habent locum, quan
do actus ille fuiſſet iuratus. ¶ Non obſtat concluſio ſtatuto
rum in §.ne autem, ubi ſtatuitur, quòd omnia ſtatuta in om
nibus ſint obſeruanda, & quòd illis tacitè, uel expreſsè re-
nunciari non poſſit etiam cum iuramento, quia primo po-
10 teſt reſponderi † hoc uerum eſſe, & intelligi debere, quan-
do renunciatio tacita, uel expreſſa principaliter facta eſſet,
& iuramentum ad illam acceſſoriè ueniret, ut ex uerbis ſta
tuti colligitur: Secus ergo, quando iuramētum ueniret prin
cipaliter, & non acceſſoriè, quia tunc illud ſeruandum eſ-
ſet d.c.querelam cum ſimil. Secundo intelligo dictam con-
cluſionem, quādo ſtatutum eſſet pœnale, & prohibitorium,
11 † quoniam huiuſmodi ſtatutis de iure communi renunciari
nō poteſt, ut not.glo.in l.2.& ibi Bar.C.ne fideiuſ. dot.den.
glo.in l.libertorum, & ibi Bal.C.de teſti. Bar. in d.l.de his ff.
de tranſac.& Alex.in conſ.41.col.penul.lib.5. Debet ergo
illa concluſio intelligi in hoc caſu, & ſic in terminis iuris cō
munis, ut iuri communi etiam interueniente iuramento mi
nus præiudicet argu.c.cum dilectus, ibiq; Anto. & Abb. de
conſuetud.per Alex.& alios in l.fi. §.in computatione C.de
iure delib.l.ſerui ueſtri, & ibi docto.C.de noxa.actio. Alex.
in conſi.229.col.3.lib.5.& in conſi.154.& 201.lib.7. Item
concluſio illa ſtatutorum debet intelligi, quando ex tali re-
nunciatione etiam iurata poſſet tertio præiudicium inferri,
quia tunc tali ſtatuto non poſſet renunciari, uel quando eſ-
ſet ſtatutum, quod publicam contineret utilitatem, uel for-
mam, ſeu ſolemnitatem imponeret arg.l.1.§.ſi quis à princi
pe ff.ne quid in loco pub.c.in cauſis cum ibi not.de offi.de-
lega.& Alexan.in conſi.6.& in conſi.142.col.2.lib.5. Sed ſi
ſtatutum merum fauorem renunciantis contineret, non ui-
deo, quare illi renunciari non poſſit præſertim cum iura-
mento c.quamuis de pactis in 6.cum ibi not.l.ſi quis in con
ſcribendo C.de pactis, & faciunt not.per Alex.in conſi.96.
col.2.lib.6.& in conſi.117.eod.tit. Præterea uerba poſita in
dicta concluſione, de quibus ſupra, interpretationem legis,
& iuris communis recipiunt, ut ſupra, & habetur per Barto.
in l.omnes populi ff.de iuſti.& iur.ibique Bal.col.14.& per
Alexan.in conſil.202.lib.6.circa finem. ¶ Non aduerſatur,
quòd ſtatuta fuerint à ſede apoſtolica confirmata, & fuerit
12 diſpoſitum, ea ſeruanda eſſe, etiam ſi eſſet iuratum, † quo-
niam illa confirmatio, & diſpoſitio apoſtolica fuit facta in
forma communi, nec fuit recepta, neque eſt in uſu, immò
contrarium fuit obſeruatum, ut patet ex ſtylo manu omniū
ferè doctorum, & procuratorum huius ciuitatis ſubſcripto:
Ex quibus ſequitur, quòd dicta confirmatio, & diſpoſitio
apoſtolica non debet attendi per ea, quæ not. uoluit Felin.
poſt glo.in c.1.de tregua, & pace, per Alexā.in conſil.132.
lib.1.& in conſi.6.eod.lib.in conſi.18.col.2.lib.2. in conſil.
13 18.lib.6.& in præallegato conſi.39. Vel & melius † dico il-
lam diſpoſitionem Iulij Papæ non habere locū in caſu no-
ſtro, quia contractus, & inſtrumentum, de quo agitur, & in
quo iuratum fuit, ante illam Iulij prouiſionem fuit confe-
ctum, & illa prouiſio non reſpicit retro, nec ad caſus præte
ritos extenditur, ſed ſolum ad futuros, quia talis eſt uirtus le
gis, niſi fuerit expreſſum, ut ad præteritos quoq; extēdatur,
ut habetur per tex.& ibi plenè in c.fin.de conſtitut.ubi do-
cto.maximè Moder.& Abb.latè ponunt. ¶ Non obſtat ſecū
dum, quòd iuramentū debeat intelligi ſecūdum naturā cō
14 tractus, quia † illud eſt uerum in dubio, ſecus ubi contrariū
de iure eſſet expreſsè cautū, prout eſt in caſu noſtro, in quo
de iure eſt cautū, quòd cōductor, ſiue emphyteota, qui iura
uit canonem certo tēpore ſoluere, nō ſoluendo illo tēpore
ipſo iure cadit à iure ſuo d.c.querelam, & ibi Bald. & habe
tur in d.l.ſi quis maior cum ſimilibus ſupra allegatis. Præte
15 rea † hoc, quod dicitur, iuramentum recipere interpreta-
tionem à ſubiecta materia, ut ſupra, & probatur ex iis, quæ
uolunt docto.maximè Paul.de Caſtro in l.quæro §.inter lo

catorem ff.loca.habet locum,& procedit attento iure ciui li,ſed nõn habet locum de iure canonico, quod eſt in hoc obſeruandum,ex quo ſumus in ſpiritualibus, & in concernentibus animam iuxta c. fin. de præſcript. & c. 1. cum ibi not.per gloſam,& doct.de noui operis nuncia.nam de iure canonico potius ſubiecta materia declarationem,& determinationem à iuramento recipit,quàm ècontra, ut not.declarat Roma.in l.hæreditatem ff.de donatio.& eſt tex. in c. cum contingat de iureiuran.in c.licet mulieres eodem tit. in 6.& c. quamuis de pactis in 6. & in authen. ſacramenta puberum C.ſi aduerſ.uendit. quæ eſt diſpoſitio procedens ſecundum ius canonicum,ut colligitur ex corpore,unde ſu mitur,cum iis,quæ not.per Abbatem,& Ioan.de Imo.in d. c.cum contingat. ¶ Non obſtat tertium,quòd Hieronymo
16 moram purgare licuerit, quia reſpondeo primo † hoc uerum eſſe,donec conductor, ſeu emphyteota non fuerit iudicialiter conuentus, poſtquam enim fuit conuentus, non poteſt amplius moram purgare, nec celeriter ſatiſfacere, prout requirit tex.in d.c.potuit,ubi docto.poſt gloſam com muniter ita uolunt:Et Bal.in authen. qui rem C. de ſacroſanct.eccle. dicit re integra licitum eſſe emphyteotæ, ſiue conductori moram purgare,ergo re non integra, prout in caſu noſtro, in quo Hieronymus non ſolum fuit iudicialiter conuentus,ſed etiam lis fuit conteſtata, & proceſſum ſe rè uſque ad finem ante, quàm offerret ſe uelle per depoſitionem pecuniæ ſoluere, moram purgare licitum non erit,
17 ut ibi per Bald.Præterea licitum eſt moram purgare, † ſed non quando eſt appoſita dies,& pœna, prout eſt in caſu noſtro, per Alexan.& omnes in d.l.ſi inſulam ff. de uerb.obli. Nec licitum eſt moram purgare,quando iuratum fuit,quoniam ſi quis eo tempore,quo iuratum fuit,non ſoluerit,ipſo iure dicitur omni ſuo iure priuatus, & amplius etiam in continenti morã purgare nõ poteſt, propterea quia periurium incurrit d.l.ſi quis maior,ibique Bald.Alex.& omnes. Non obſtat,quòd de æquitate canonica etiam quando iuratum eſſet,purgatio moræ admittitur, per Baldum in d.l. qui crimen quæſt.11.& per gloſam in d.c. apud miſericor-
18 dem,quia † dictum illius glo.& Bal.procedit, locumque habet in foro pœnitentiali,& animæ, non autem in foro contentioſo etiam eccleſiaſtico,ut not.uoluit Roma.in ſuo ſingul.448.& idem uoluit Alexand.in d.l.ſi inſulam in 12.fallentia:ergo in caſu noſtro,in quo agitur in foro contentioſo,& ſeculari propter iuramentum appoſitum, cui Hieronymus contrauenit,mora purgari non poterit.

¶ Non obſtat ultimum, quòd Hieronymus obtulerit ſe uelle Melchiori penſionem ſoluere ante lapſum tempus,& ſic ipſum Melchiorem in mora conſtituerit,ut ſupra, quia re-
19 ſpondetur, quòd † ubi ſolutio requiritur, ſimplex oblatio non ſufficit,niſi fiat depoſitio,prout de iure fieri debet,puta apud ædem ſacram,uel alium bonum depoſitarium l.Iulianus §.offerri,& ibi Bar.& alij ff.de actio.empt. & in l.acceptam,ubi plenè habetur C.de uſuris,& in terminis noſtris, quòd non ſufficiat pecuniam offerre in marſupio, niſi per teſtes etiam probatum fuerit de certa quantitate in marſupio exiſtente,uolunt Barto.Ioan.de Imol. & Paul.de Caſt. in l.cum ſeruus ff.de condit.& demon. Præterea non ſuffi-
20 cit ſimpliciter offerre, † ſed debitor, qui eſt eiuſdem fori, domum creditoris ire,ibique offerre ſe paratum ſoluere,& pecuniam oſtendere tenetur,ut declarat Bart.in l.item illa ff.de conſtitu.pecun.in 2.colum.& in 3.colum. ibidem exẽplificat in emphyteota,qui ne à iure ſuo cadat, domum domini,qui eſſet eiuſdem fori,ire,& ibi canonem ſoluendum offerre debet,alioquin à iure ſuo caderet, & habetur not. per Abbatem in c.ſignificãte de pignor. Sed non apparet ipſum Hieronymum depoſuiſſe pecuniam,nec domum domini iuiſſe,& obtuliſſe,ut ſupra, ergo &c. Vltimo quamuis per dictum Hieronymum fuerit capitulatum de oblatione quadam facta de uno marſupio,& de pecunia, tamen per teſtes non fuit probatum ipſos ſciuiſſe pecuniam in dicto marſupio extare,ſed ſolum deponunt de quadam oblatione facta de uno marſupio, in quo crediderunt iudicio ſuo eſſe pecuniam,tamen,ut ipſi dicũt, poſſet eſſe contrarium, & ſic cum talis probatio fuerit,& ſit dubia,debet contra ipſum producentem interpretari c.in præſentia,ibique glo.&
21 docto.de probat. Et † oblatio hoc modo facta non dicitur ſufficiens, neque legitima ad hoc, ut à mora excuſet, ut in terminis uolunt Barto.Imol.& alij in d.l.cum ſeruus. Item
22 † dicti teſtes ſunt ſingulares,ſuſpecti, dictaque ſua reuocarunt,& non ueriſimilia,ac uaria deponunt, ergo non probant arg.not.in l.teſtium C.de teſti.& l. ob carmen cum ibi not.ff.eod.tit.Et quanta fides ſit illis adhibenda, ipſe dominus iudex melius cognoſcere, & percipere poteſt arg.l.3. ff.de teſtibus.Ex quibus omnibus concludo dictum Hieronymum à iure ſuo cecidiſſe,& ita declarari potuiſſe, ut ſupra,ac omninò à dicta re emphyteotica expelli debere.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota poteſt,domino etiam irrequiſito, rem ab eo conductam pignorare,& hypothecare,& nu.9.*
Et an idem ſit in emphyteoſi eccleſiæ,& nu.11.
2 *Et an ad præiudicium filiorum,& liberorũ, quibus ut filiis, ſeu ut liberis eſſet ius quæſitum.*
3 *Pater quando uendendo,aut aliter alienando, ſeu pignorando emphyteoſim,uel feudum,uiuente filio, poteſt ipſi filio in emphyteoſi, aut feudo præiudicare,& nu.5.& .8.*
4 *Pater pignorando rem emphyteoticam in nullo eccleſiæ præiudicat, & quid ſub hac pignoratione ueniat.*
6 *Emphyteotica bona poſſunt hypothecari,& ſub generali hypotheca comprehenduntur:*
Et quando hoc uerum ſit nu.12.uſque in finem conſilij.
7 *Et an ſpecialiter obligari,& hypothecari ualeant, & nu.11.*
10 *Res iudicata facit ius,& rem haberi pro ueritate,& ut exceptio incapacitatis,& illegitimitatis illius,qui ſententiam pro ſe habuit, amplius obijci nequeat.*
11 *Emphyteoſis eccleſiaſtica tàm de iure communi,quàm de iure municipali ciuitatis Rauennæ poteſt ſpecialiter,& generaliter obligari.*
12 *Et quando ſub generali obligatione,et hypotheca omnium bonorum ſimpliciter ab emphyteota facta comprehendatur, & quando non.*
13 *Omiſſa cenſentur ea,quæ ſunt ſpeciali prærogatiua digna, ſi non exprimantur.*
14 *Argumentum de feudo ad emphyteoſim eccleſiæ regulariter procedit,*
15 *Niſi inter illa expreſſa, & ſpecialis ratio diuerſitatis aſsignari poſſet.*
16 *Naturalis legitimatus non admittitur ad feudum, & emphyteoſim eccleſiæ, niſi ad illa quoque fuerit expreſſè, & ſpecialiter legitimatus.*
17 *Multa ſub generali mandato non ueniunt, niſi expreſſa, & ſpecialiter conceſſa fuerint.*
18 *Feudum,& emphyteoſis ſub generali bonorum uenditione non comprehenduntur,niſi de illis mentio expreſſè fiat.*
19 *Sub generali obligatione facta de bonis ſuis ſimpliciter in dubio res prohibita alienari non comprehenditur.*
20 *Res feudalis, & res emphyteotica eccleſiæ alienari prohibentur.*
21 *L. lex uectigalis ff. de pignoribus, L.autor §.ſi quis alicui ff.de pignoratitia actio.* } *declarantur.*
22 *Emphyteoſis priuati,& reipublicæ poteſt ſine conſenſu domini alienari, et ſui natura ad extraneos tranſit.*
23 *Doctores uolentes bona emphyteotica etiam eccleſiæ poſſe pignorari, et hypotheocari,ita quòd generali obligatione comprehendantur, quomodo ſint intelligendi.*
24 *Emphyteotica bona eccleſiaſtica poſſe ex concordia, quæ eſt in ciuitate Rauennæ uendi,donari,& obligari, ſeu hypothecari,quomodo intelligatur.*
25 *Rubrica,& tex.in §.ſi autem creditor in authen.de non alienan.aut permut.dum loquuntur de generali obligatione emphyteotis, declarantur.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *eccleſiaſtica poteſt tàm ſpecialiter, quàm generaliter obligari:*

1 *Et ad hoc, ut ſub generali obligatione, & hypotheca omnium bonorum comprehendatur, requiritur, quòd de ea uel ſpecialiter, uel generaliter exprimēdo bona emphyteotica mētio facta fuerit:*

2 *Et ita concordia, quæ eſt in ciuitate Rauennæ, inter clerum, & laicos, quòd bona emphyteotica eccleſiæ non ſubiaceant reſtitutioni, ita quòd uendi, donari, & obligari, ſeu hypothecari poſſint, debet intelligi.*

CONSILIVM CXXVII.

DIVINO implorato ſuffragio, ſine quo nihil perfectum apud homines eſſe poteſt, Ad ueritatem eliciendam in præſenti cauſa, ſuper qua plures clariſſimi legum doctores hinc inde conſuluerunt, deuenio. Viſis itaque literis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi domini mei colendiſſimi Cardinalis ſancti Georgij prouinciæ Romandiolæ Legati meritiſſimi, ac diligenter conſideratis conſiliis utriuſque partis, & præcipuè conſilio deciſiuo, ſecundum quod ultimo loco Reuerendiſſimus dominus Suffraganeus Reuerendiſſimi domini Archiepiſcopi Rauennæ ad fauorem Guarnerij, & contra abbatem Claſſenſem tulit ſententiam, à qua pro parte dicti Abbatis fuit appellatum, & appellationis cauſa de conſenſu utriuſque partis concorditer præfato Illuſtriſſimo, ac Reuerend. dom. Legato decidenda commiſſa fuit, viſiſque, ac conſideratis diligenter ſcripturis omnibus ambarum partium ad me trāſmiſſis, ac aliis omnibus, quæ debuerunt conſiderari, quamuis in hac re multum anceps ob iurium, opinionumq; diuerſitatem ſententiam ſæpe mutauerim, & animus modo huc, modo illhuc impelleretur, tamen reſtringendo me ad punctum difficultatis, in qua lepus iacet, multis aliis prætermiſſis, ſuper quibus alij conſultores ſatis, & fortè impertinenter laborauerunt, conſiderandum eſſe exiſtimaui, an ſub bonorum obligatione, & hypotheca generali facta per ſer Franciſcum de Guarneriis patrem Guarnerij nunc agentis in quodam inſtrumento, & contractu cum quodam Georgio de anno 1506. celebrato fundus nuncupatus la guarneria tornaturarū quadragintaduarū, uel circa aliàs per dictum ſer Franciſcum ab eccleſia, ſeu abbate Claſſenſi ciuitatis Rauennæ in emphyteoſim conductus comprehenſus fuerit, ſeu de iure comprehendi potuerit ad præiudicium Guarnerij nunc agentis, pro quo, ut de liberis ſer Franciſci huiuſmodi emphyteoſis fuerat conceſſa. Super quo articulo multa ab aduocatis partium hinc inde allegata fuerunt, & plura alia adhuc adduci poſſunt: Nam quòd dictus fundus obligari po-
1 tuerit, & obligatus cenſeatur, † in primis ſuadetur ex gloſ. in l. fin. in uerbo aliis C. de iure emphyteoti. quæ uoluit emphyteotam poſſe, domino etiam irrequiſito, rem ab eo cōductam pignorare, & ibi Salicet. colum. 2. uerſi. quæro &c. idem tenuit, quamuis, ut ipſe refert, nonnulli canoniſtæ in emphyteoſi eccleſiæ contrarium dixerint, quos tamen ibi reprobat, quia iura per eos allegata non probant: Et hanc opinionem, quòd emphyteoſis pignorari, & hypothecari poſſit, etiam inſcio domino, ſeu eccleſia, communem eſſe inquit Iaſon in dicta l. fin. in dicta glo. num. 71. & ſequitur Ioannes de Imola in cap. potuit colum. 7. de loca. per textum in l. tutor §. fin. ff. de pignorat. actio. & ibi Barto. Bald. & Paul. Caſtren. & in l. lex uectigalis ff. de pignorib. ubi prædium uectigale, & ſuperficiarium poteſt pro pignore obligari, quamuis Barto. in dicta l. tutor in fin. dicat, tale præ-
2 dium poſſe dari pignori, ſaluo iure domini. † Quod procedere uidetur etiam ad præiudicium filiorum, & liberorum, quibus ut filiis, ſeu ut liberis fuerat ius quæſitum,
3 nam ſi hoc caſu † pater poteſt illis præiudicare, rem uendendo, ut expreſsè, quando feudum, ſeu emphyteoſis incœpit à patre, uoluit Alexand. in conſil. 28. in cauſa, & lite colum. 1. lib. 5. & Ioannes de Imola in conſil. incipien. in nomine domini, plura ſunt uidenda, motus hac ratione, quoniam quando pater emphyteoſim eccleſiæ acquirit filio, ut filio, cenſetur illi mortis cauſa donare argumento l. filiæ C. familiæ herciſcund. & Bald. in authen. ſi quas ruinas colum. penultima C. de ſacroſanctis eccleſ. quo in caſu res filio ſucceſſiuè poſt mortem patris acquireretur, ut aiunt crebro ſcribentes in l. gallus §. quidam rectè ff. de liberis, & poſthumis cum aliis per Alexandrum allegatis in dicto conſilio, ergo uiuente filio pater poteſt uendendo, aut aliter alienando, uel pignorando illi præiudicare argumento l. ſecundæ C. de inofficio. donation. & l. qui mortis ff. de donation. cauſa mortis: & ſi pater uendendo poteſt filio præiudicare, multo magis ergo pignori obligando, & hypothecando, cum plus ſit rem emphyteoticam uendere, & alienare, quàm pignorare, ut in dicta l. fin. cum ibi not. & ibi ferè omnes ſcribentes C. de iure emphyteot. d. c. potuit cum gloſ. & Imol. in dicto conſilio inquit, non refragari id, quod dixit Bald. in l. apud Iulianum §. ſi quis alicui ff. de legatis primo quia illud ponit non decidendo, ſed arguendo, ueluti etiam eſt de mente Alexandri in dicto §. ſi quis
4 alicui. ¶ Præterea † pater pignorando rem emphyteoticam, quæ filio, ut filio fuit acquiſita, nullum eccleſiæ præiudicium irrogat, quoniam cenſetur pignorare ſaluo iure eccleſiæ, Bartolus in dicta l. tutor in fine, & ſolum dicitur obligare ius ſuum, hoc eſt utile dominium, & melioramenta, ut ait Petrus de Anchara. in conſil. 434. Salicet. in dicta l. final. colum. 2. uerſi. quæro, & plenè traditur per Imolam, & Alexand. in l. ſi domus in fine ff. de legat. 1. ubi Imola di-
5 cit, † quòd pater poteſt filiis præiudicare, quibus in emphyteoſi ius quæſitum eſſet, & idem uoluit in dicto c. potuit, ueluti etiam refert Alexand. in dicta l. ſi domus in fine: & in hanc ſententiam, quòd pater, qui rem ab eccleſia in emphyteoſim conduxit pro ſe, & filiis in uita ſua, & ſic ante ius filiis in re quæſitum poſſit illis præiudicare, quamplures ultra nominatos tenuerunt, quos refert Alexand. in dicto conſil. 28. & in dicta l. ſi domus, & latius in dicta l. apud iulianum §. ſi quis, & Barba. in conſilio 66. lib. 3. & licet hæc opinio fortè communis dici poſſet, ut atteſtatur Alexand. in dicto § ſi quis, quamuis ipſe ibi illam pro uera affirmare ob huius articuli ambiguitatem auſus non fuerit, & in dicta l. ſi domus in fine præſupponat maximum dubium extare, an poſſit præiudicare, necne, tamen quoad caſum noſtrum res clara, & iuris notiſſimi eſſe uidetur: Et quòd pater in rebus emphyteoticis eccleſiaſticis, & propriè in rebus eccleſiæ Claſſenſis ciuitatis Rauennæ poſſit filiis, quibus eſt ius quæſitum, præiudicare, etiam uendendo, & ſpecialiter, uel generaliter obligando, & hypothecando huiuſmodi bona, ſaluo nihilominus iure eccleſiæ, probatur ex quadam concordia facta inter omnes prælatos, & clericos eccleſiarum Rauennæ ex una, & communitatem Rauennæ ex altera mediantibus ſuis ſyndicis ſpecialiter ad hoc deputatis, & cum auctoritate Archiepiſcopi tunc dictæ ciuitatis, adeò quòd dicta concordia, quæ poſtea ſæpius fuit confirmata auctoritate apoſtolica, concurrente eius communi obſeruantia ab anno 1434. uſque ad hæc tempora tranſiuit in uim legis municipalis, uel ſaltem conſuetudinis, quam multi ſummi Pontifices Romani ſciuerunt, & tollerauerunt. Quapropter quicquid in hoc fuerit iure communi ſtatutum, pro deciſione cauſarum huic

ii 4 con-

concordiæ, ſeu in ea diſpoſitis eſt ſtandum argumento eorum, quæ habentur in cap. præſenti, & ibi not. de offi. ordin. lib. 6. & Innocen. in c. 1. colum. 1. extra de conſuetud.
¶ Præterea Bart. Alexan. & alij in l. ſi conſtante ff. ſolu. ma-
6 trimo. dicunt, † bona emphyteotica eſſe pro dote obligata, ſeu hypothecata ex eo, quod poſſunt hypothecari d. l. tutor in fin. & in d. l. lex uectigalis, & ſub generali hypotheca comprehenduntur, ut ibi per Bartolum, & Alex. in d. & Angel. in authen. de reſtitutio. & ea, quæ par. collatio. 4. Prædicta confirmantur ex textu in rubro, & nigro in §. ſi autem creditor in authen. de non alienan. aut permutan. re-
7 bus collatio. 2 † ubi bona eccleſiæ quamuis ab emphyteota pignori dari, & obligari ſpecialiter non poſſint, tamen poſſunt generaliter hypothecari: ergo in caſu, de quo agitur, ſub generali bonorum hypotheca facta domino Georgio per ſer Franciſcum emphyteotam comprehenſa fuerunt bona illa emphyteotica, quæ ipſe ab eccleſia Claſſenſi tenebat, & pro exequutione ſententiæ latæ in iudicio hypothecariæ ad fauorem dicti Georgij, & hæredum ſuorum potuerunt aſſignari, & adiudicari, ut hoc in indiuiduo etiam uoluit Alexan. in conſi. 173. uiſo themate lib. 2.
¶ Nec obſtat, quòd Angelus hæres, & filius legitimatus dicti Georgij, ad quem occaſione exequutionis commiſſæ in curia aduerſus dictum ſer Franciſcum dicta bona peruenerunt, illorum incapax fuerit ad not. per Imolam, & Alexan. in l. ex facto §. ſi quis rogatus ff. ad trebellia. & plenè dixi in c. in præſentia num. 334. cum ſequen. extra de probatio. & ideò in illis Guarnerius ius, quod ex conceſſione patri ſuo facta acquiſiuerat, adhuc retinet, & eius uigore debet ab abbate prædicto ſecundum formam ſuæ inueſtituræ innouari, quoniam pater eius ſer Franciſcus obligando bona ſua Georgio non potuit dicto Guarnerio præiudicare alienando, ſeu, ut ſupra, dicta bona hypothecando, ueluti doctores communiter uelle uidentur, Bart. in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis libertorum, Bald. in l. liberti, libertæque C. eodem titu. Alexan. poſt Imolam in l. quod dicitur ff. de uerborum obliga. & in l. etiam ff. ſolu. matrim. cum aliis allegatis per Alexan. in d. l. apud Iulianum §. ſi quis alicui: & quamuis ipſe ibi ſe non ſi. met, tamen hoc tenent ibi Bal. & Angel. & in hanc ſententiam inclinant Moder. Mediolan. in c. 1. in princip. colum. 7. de prohib. feu. alien. per Federi. ubi multa allegant, atque dictam opinionem corroborant.
8 Quia prædictis poſſet reſponderi, † quòd ex quo de iure cõmuni, ac etiam uirtute dictæ concordiæ permiſſum eſt patri præiudicare filiis, quibus ut filiis ius in re emphyteotica erat acquiſitum, uendendo, & alienando, ac etiam rem pignorando, ſeu hypothecando, ut etiam uoluit Alexan. in d. conſi. 177. lib. 2. ſequitur, quòd Guarnerius non poteſt de facto patris ſui conqueri, nec illi contrauenire, quia res ad filium erat tranſitura, ſeu melius ipſi Guarnerio acquirenda cum hoc onere, ſeu cum hac qualitate, quòd ſi patri rem uendere, uel hypothecare uiſum fuerit, alienatio, & hypotheca ualeat, ad tradita per Alexan. in dicto conſilio: & cum ex huiuſmodi hypotheca res ſaltem mediatè ad eccleſiam peruenerit, ut præſupponitur, ius emphyteoticũ per quandam conſolidationem uidetur extinctum, ut colligitur ex uerbis Alexan. in dicto conſilio ibi in uerſi. & licet dictus colum. 3. ¶ Præterea quamuis res emphyteotica, ſeu ius emphyteoticum uendi, aut alienari nequeat, irrequiſito domi-
9 no d. c. potuit, d. l. fin. C. de iure emphyteot. tamen † poteſt inſcio, ſeu non conſentiente domino, uel eccleſia pignorari, & hypothecari Alexan. in d. conſil. 177, glo. in d. l. fi. ib. q; doctores communiter cum aliis ſupra deductis: & præſertim in caſu noſtro hoc procedit in ciuitate Rauennæ pro-
10 pter concordiam ſupradictam. ¶ Rurſus † cum dominus Georgius cõtra dictum ſer Frãciſcum egerit, & poſt Georgij mortem Angelus filius legitimatus ſententiam obtinuerit, ac pro illius exequutione fuerit immiſſus in poſſeſſionem certorum bonorum, ac etiam dicti fundi nuncupati la guarneria, non obſtante exceptione contra ipſum Angelum facta, quòd eſſet illegitimè natus, & legitimatus, & ſic de iure incapax rei emphyteoticæ eccleſiæ, ſequitur, quòd amplius in hoc iudicio per Guarnerium contra abbatiam Claſſenſem moto non debet in dubium refricari incapacitas, & illegitimitas dicti Angeli, qui in iudicio exequutionis ſuper eadem re ſententiam pro ſe habuit, quæ in rem iudicatam tranſiuit, quæ res iudicata facit ius, & rem pro ueritate haberi, ut in l. 1. C. de re iudicata, l. res iudicata cum ibi notat. ff. de regulis iuris cum aliis ad hoc per excellentiſſimum dominum Paulum abbatiæ aduocatum in ſuo doctiſſimo conſilio allegatis, in quo multum ſe extendit, declarando etiã, quòd opponere de incapacitate Angeli ad abbatiam, non autem ad Guarnerium pertinet. Præterea ſi dictus fundus ad manus Angeli peruenit, non ex ſucceſſione, uel donatione, ſeu contractu dicti Georgij ſui patris ad eum peruenit, ſed ex legato, quod dicto Angelo fecit Gabriel eius patruus in ſuo teſtamento, quod de iure tenuit, per Bartolum, & alios in l. is, qui ff. de uulgar. & pupillar.
¶ Quam plura alia poſſent ad fauorem dictæ Abbatiæ conſiderari ad excluſionem præfati Guarnerij, quæ copioſè dictus do. Paulus in ſuo conſilio conſiderauit: & quia negari non poteſt, quin hic caſus magnam in ſe difficultatem habeat, præcipuè ſi ea etiam, quæ ab aliis hinc inde aduocatis dicta fuerunt, conſideraretur, ideò ipſi ueritati tantum inhærendo, pro illius enucleatione, præſentem conſultationem (aliis prætermiſſis) ad duo principaliter reſtringo: Primũ eſt, an emphyteoſis eccleſiaſtica poſſit pro debito emphyteotæ pignorari, & hypothecari: Secundum, poſito, quod poſſit, utrum res emphyteotica eccleſiæ comprehendatur ſub obligatione, & hypotheca generali omnium bonorum ſimpliciter ab emphyteota facta, & in his duobus iudicio meo tota præſentis conſultationis reſolutio conſiſtit.
11 ¶ Quoad primum concludo, † quòd ſiue loquamur de iure cõmuni, ſiue de iure municipali ciuitatis Rauennæ, dicẽdum eſt, rem emphyteoticam poſſe ſpecialiter, & generaliter obligari, ut de iure communi tenent ſcriben. communiter poſt glo. in d. l. fin. C. de iure emphyt. Imol. & Alex. in d. l. ſi domus in fin. ff. de lega. 1. Alex. in d. l. tutor in fin. & in d. conſi. 177. cum aliis ſupra allegatis: & ſecundum iura municipalia ciuitatis Rauennæ nullum in ſe dubium habere uidetur, ut ordinatum fuit per dictam concordiam factam inter omnes prælatos, & clericos, ac ciues dictæ ciuitatis auctoritate archiepiſcopi illius, quæ concordia, ut mihi præſupponitur, fuit à diuerſis ſummis pontificibus confirmata, ut ſupra retuli. ¶ Quoad ſecundum dubium, an res emphyteotica eccleſiæ ſub generali obligatione, & hypotheca omnium bonorum ſimpliciter ab emphyteota facta compre-
12 hendatur, in hac ſpecie eſt animaduertendum, † quod ad hoc, ut res huiuſmodi poſſit obligari, & hypothecari, requiritur, quòd appareat emphyteotam hoc facere uoluiſſe, non enim ſufficit, quòd poſſit, niſi expreſsè hoc ipſum uoluiſſe conſtet, ut quia ſub obligatione de re emphyteotica expreſſerit, uel ſpecialiter, quando uult illam ſpecialiter pignorare, uel generaliter, dicendo obligo omnia bona mea tam patrimonialia, quàm emphyteotica eccleſiæ, adeò quòd nõ ſufficeret obligare ſimpliciter omnia bona ſua, ut uidetur tex. optimus, & notabilis in c. 1. §. in generali ſi de feud. fuer. conten. inter do. & agna. & arg. c. 1. in princip. in finalibus uerb. de capit. qui curiam uend. & quamuis hæc iura loquantur de feudo ob illius dignitatem, quia feudum hominem nobilitat, per Iſer. & Modernos in iuribus allegatis, tamen idem in emphyteoſi eccleſiæ ob

illius

illius dignitatem eſt dicendum argumento eorum, quæ inquiunt Ioan. de Imol. & Alex. in l. ex facto §. ſiquis rogatus
13 ff. ad trebell. dum loquuntur de filio legitimato: † illa enim, quæ ſpeciali prærogatiua ſunt digna, ſi non exprimantur, habentur pro omiſſis l. obligatione generali ff. de pignor. l. 1. C. quæ res pig. oblig. poſſ. & c. quod translationem, ibiq;
14 gloſ. extra de offi. legati. Præterea † argumentum de feudo ad emphyteoſim eccleſiæ regulariter procedit, Præpoſi. Mediol. in prælud. feu. circa finem, glo. & Bal. in c. 1. an filius, uel uaſal. Specul. in tit. de feudis §. quoniam uerſ. 40. Imol. in d. c. potuit col. antepe. Iaco. Aluaro. in c. 1. qualiter feu.
15 conſtit. poteſt, & Alex. in conſi. 87. lib. 4. † niſi inter illa expreſſa, & ſpecialis ratio diuerſitatis aſſignari poſſet, ad tradita per Præpoſi. in prælud. feud. in fin. & hoc modo poteſt intelligi id, quod uoluit Bart. in d. l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi, & faciunt ea, quæ habētur per Alexandrum poſt alios in l. ſi patroni ff. ad trebell. at in caſu, de quo nos loquimur, & in caſu d. c. 1. §. in generali non diuerſa, ſed eadem militat ratio in feudo, & in emphyteoſi eccleſiæ, ergo &c. Hinc uide-
16 mus, quòd † ſicut naturalis legitimatus ad feudum non admittitur, niſi expreſſè, & ſpecialiter etiam ad feuda fuerit legitimatus, ut in c. 1. §. naturales ſi de feu. fuer. conten. inter dominum, & agnatos cum ibi not. per gloſ. & docto. ita nec ad emphyteoſim eccleſiæ, niſi ad illam fuerit expreſſè legitimatus per Imol. & Alex. in d. §. ſiquis rogatus, & dixi
17 plenè in d. c. in præſentia extra de probatio. Item † multa ſunt, quæ ſub generali cō miſſione, & mandato non ueniunt, niſi illa expreſſa, & ſpecialiter conceſſa fuerint, ut in c. quod translationem, ubi eſt gloſ. magiſtralis extra de offi. lega. &
18 d. l. obligatione generali. ¶ Præterea † ſi feudum, ſeu emphyteoſis ſub generali bonorum uenditione non comprehenditur, niſi de illis expreſſè mentio fiat, argumento d. §. in generali, & d. c. 1. in princ. de capit. qui. cur. uend. ergo ſimiliter ſub generali bonorum obligatione nō continebitur, niſi de illis mentio habeatur argumento l. 1. §. eam tem, & in §. ſequen. ff. quæ res pigno. oblig. poſſ. ſpecialiter ergo debet res emphyteotica obligari ad hoc, ut dicatur ſpecialiter obligata, puta dicendo, obligo talem fundum emphyteoticum, ſeu feudalem: ſimiliter debet generaliter obligari ad hoc, ut generaliter obligata dicatur, puta dicendo obligo omnia bona mea tàm emphyteotica, ſiue feudalia, quàm patrimonialia, ſiue allodialia argumento d. c. 1. §. in generali: nam, ut iam dixi, quæ ſpeciali nota digna ſunt, ſi omittantur, dicuntur neglecta, argumēto d. c. quod tralationē, & not. per glo. in d. c. 1. in prin. de capit. qui cur. uend.
19 ¶ Præmiſſis accedat id, † quod ſignanter uoluit Bar. & ſequitur Ioan. de Imol. in l. codicillis §. inſtituto ff. de lega. 2. quòd ſub generali obligatiōe factā ſimpliciter de bonis ſuis in dubio res prohibita alienari non comprehenditur: Sed
20 † res feudalis, & res emphyteotica eccleſiæ alienari prohibentur, ut in c. 1. §. 1. de prohib. feu. alien. per Federicum, d. c. potuit, ergo in dubio quando in generali bonorum obligatione de re feudali, uel emphyteotica mentio facta non eſt, huiuſmodi res ſub tali generali obligatione non continebitur, & hæc fuit ibi mens Bar. & Imolæ dicentiū, quòd in dubio res prohibita alienari ſub generali obligatione nō comprehenditur: Quando ergo de re illa expreſſè mentio facta eſſet, ea in generali obligatione contineretur, & non aliter, ut in ſimili dicitur in dicto c. 1. §. in generali: Intereſt enim eccleſiæ uaſallū, & emphyteotam, ipſa inſcia, non mutare, ſicut econtra, ut inquit Bal. in d. §. in generali poſt Innocen. in c. audītis extra de præſcrip. & in c. in noſtra extra
21 de iniur. & dam. datis. Et † ſecundum prædicta debet intelligi tex. in d. l. lex. uectigalis, & d. l. tutor §. ſiquis aliem, quoniam fateor, rem emphyteoticam poſſe obligari, & pignorari, quando conſtat emphyteotam uelle illam obligare, quia hoc expreſſerit, at in dubio ſub generali omniū bonorum obligatione ſimpliciter facta comprehendi non diceretur. Præterea illa iura loquuntur de re emphyteotica
22 priuati, uel reipublicæ, † quæ ſine conſenſu domini poteſt alienari, d. l. ſi domus §. fin. l. 1. C. de fundis patrim. lib. 11. & quæ ſui natura ad extraneos tranſit, ſicut emphyteoſis priuati, ut in l. 1. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. pet. cum §. adeò
23 Inſtit. de locat. & † in hoc optimè uidentur loqui docto. communiter in d. l. fin. C. de iure emphyt. & Alex. in d. conſi. 177. & in aliis locis, de quibus ſupra, dum dicunt, quòd bona emphyteotica etiam eccleſiæ poſſunt pignorari, & hypothecari taliter, quòd ſub generali obligatione contineri ualeant, quia hoc debet intelligi, ut ſua uerba inferunt, quando quis expreſſè bona emphyteotica ſpecialiter pignori dediſſet, aut generaliter bona etiam emphyteotica obligaſſet, dicendo obligo omnia bona mea etiam emphyteotica: alioquin ſecus per prædicta: & ita debent intelligi uerba ſi... i
24 bentiū. Similiter † & hoc modo debent declarari uerba cō cordiæ ciuitatis Rauennæ, quibus dicitur, item quòd bona prædicta uidelicet emphyteotica eccleſiæ non ſubiaceant reſtitutioni, ita quòd uendi, donari, & obligari, ſeu hypothecari poſſint &c. nam expreſſè ibi permittitur bona eccleſiæ emphyteotica poſſe obligari, & hypothecari, & conſequenter loquitur dicta concordia, quando illa bona, ut emphyteotica generaliter, uel ſpecialiter obligarentur, & hypothecarentur, ut ſupra, non autem dicitur ibi, quòd ſub generali obligatione omnium bonorum ſimpliciter facta etiā bona emphyteotica contineantur argumento d. §. in generali, & d. c. 1. de capit. quia cur. uendi. quod ſuadetur, nam id, quod ibi dicitur de obligatione, & hypotheca, dicitur & de uenditione: Sed permittendo illa uendi, debet intelligi, quando expreſſè uenderentur, non autem quando generaliter omnium bonorum uenditio fieret d. §. in generali, & d. c. 1. & unuſquiſque rectè conſiderando ita dictam concordiam intelligeret: ergo dicendum eſt, dum loquitur etiam de obligatione, & hypotheca, cum omnia ibi ſub determinatione unius uerbi, & ſub eodem uerborum contextu ponantur argumento l. nam hoc iure ff. de uulg. & pupill. cum aliis ſimilibus. ¶ Præmiſſis etiam non refragatur tex. in rubro, & nigro in d. §. ſi autem il 2. in authen. de non alien. aut permut. ubi bona eccleſiæ, quæ uendi, alienari, & pignorari prohibentur, generaliter hypothecari permittuntur,
25 † quia, ut ibi glo. expreſſè inquit, exponuntur uerba illa ad generalem hypotecam, ſic dicendo, omnia bona eccleſiæ tibi obligo, & ſic gloſ. ibi uoluit id, quod ſupra dictū eſt; adeò quòd non ſufficeret, ſi diceretur ſimpliciter obligo omnia bona mea: Idem ergo dicendū eſt & in caſu dictæ concordiæ. Aliter etiam reſponderi poteſt textui in d. §. ſi autem, quòd loquatur, quando pro utilitate, & neceſſitate eccleſiæ prælatus, cui permiſſum eſt etiam alienare, & uendere c. ſine exceptione 12. q. 2. & ibi glo. ſummæ, hypothecaret bona omnia non ſimpliciter, ſed dicendo, obligo omnia bona eccleſiæ, ut ibi per glo. non autem loquitur, quando emphyteota eccleſiæ pro utilitate ſua bona omnia ſimpliciter obligaret. Præterea ſi quando prælatus pro utilitate eccleſiæ uult generaliter bona eccleſiæ hypothecare, debet exprimere bona eccleſiæ, alioquin eccleſiæ bona non comprehenderentur, ut ibi, ergo à fortiori hoc dicendum eſt, quando emphyteota eccleſiæ uult bōa emphyteotica eccleſiæ pignorare, ſeu hypothecare, nam de illis expreſſè mentionē facere debet: ſed in caſu, de quo agitur, ſer Frāciſcus Guarnerius domino Giorgio omnia bona ſua ſimpliciter obligauit, nulla de emphyteoticis mentione facta, ergo ſub illa generali hypotheca bona emphyteotica eccleſiæ non debēt intelligi comprehenſa, ſed ſolum propria ipſius ſer Franciſci: quo fit, ut omnia, quæ poſtea cōtra ſer Franciſcum, ſeu

melius cõtra ipſum Guarneriũ uirtute dictæ hypothecæ generalis factæ do. Georgio in exequendo ſñiam ſuper dicto fundo nuncupato la Guarneria, qui eſt iuris emphyteotici eccleſiæ Claſſenſis, non potuerunt ſaltem Guarnerio ſuper dicto fundo obeſſe, ex quo is non potuit ſub dicta generali hypotheca omnium bonorum dici comprehenſus per prædicta: & tanto magis, cum ſuper dicto fundo iã eſſet ius quæſitum Guarnerio filio, ut filio, & ſic iure ſuo, quia res inter alios acta alteri nocere non debet, ut C. res inter alios acta, & l. ſæpe ff. de re iudi. ¶ Plura, quæ hæc materia expoſceret, poſſem etiam hic cumulare tàm ad corroborationem prædictorum, quàm pro reſpõſione multorũ, quæ ex àduerſo in iure, & in facto cõtra Guarnerium ſunt oppoſita: verum quia ea ex prædictis optimè eradicata, & reſoluta uidentur, ac ſi omnia uellem reaſſumere, & præcipue eleganter dicta per dominum Paulũ Abbatiæ Claſſenſis aduocatum, illud poetæ dicere poſſem, ante diem clauſo componet veſper olympo, & ſanè ſic faciendo non eſſet conſulere, uel uerius iudicare, ſed in hac difficili materia longam repetitionem facere, idcirco breuitati ſtudendo, ueluti decet optimum iudicem, concludo partes illuſtriſſimi, & reuerendiſſimi domini mei eſſe in iudicando ad fauorem Guarnerij, uidelicet benè iudicatum fuiſſe ad illius fauorem, & malè pro parte Abbatis, & monaſterij Claſſenſis fuiſſe appellatum, ipſumque Abbatem teneri ad renouandum dictum Guarnerium de dicto fundo nuncupato la Guarneria, ſecundum quod ſer Franciſcus eius pater aliàs fuit de illo renouatus: & propter maximas præſentis materiæ difficultates, nec non ob conſilia tot excellentiſſimorũ doctorũ, qui pro præfata Abbatia conſuluerunt, idem illuſtriſſimus, & reuerendiſſimus dominus, ſi ſibi uidebitur, ipſam Abbatiam ab expenſis abſoluat. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota eccleſiæ regulariter abſque licentia eccleſiæ, & illa irrequiſita poteſt ſua melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum donare; ſaluo tamen iure eccleſiæ, & num. 8.*

2 *Secus, ſi non ſaluo iure eccleſiæ.*

3 *Item ſecus, ſi inter eccleſiam, & emphyteotam factum fuiſſet pactum, quòd non liceat emphyteotæ melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum vendere, ſeu aliter alienare ſine licentia, & requiſitione eccleſiæ.*

4 *Et magis, ſi pactum huiuſmodi eſſet iuratum.*

5 *Emphyteota volens melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum vendere quo tempore dominum directum requirere debeat.*

6 *Quid ſi vellet donare ſaluo iure eccleſiæ.*

7 *Et quomodo in contractu donationis dominus directus ſit requirendus, quãdo ex pacto, aut aliter requiri debet.*

9 *Et an ante contractum donationis, vel poſt requiratur, non refert, & numero 11.*

10 *Donatarius emphyteoſis ſtatim poſt factam donationem ſine mora tenetur à domino inueſtituram petere, & illi quinquageſimam offerre, et quomodo illud ſine mora intelligatur.*

11 *Pactum inter emphyteotam, & eccleſiam, quòd non liceat emphyteotæ melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum vendere, ſeu aliter alienare ſine licentia, & requiſitione eccleſiæ, quomodo in contractu donationis circa requiſitionem ſeruari debeat.*

12 *Emphyteota ob donationem factam irrequiſito domino de iure nullam in pœnam incidit: etiam ſi pactum eſſet de requirendo dominum, quãdo contrauentioni huiuſmodi pacti nulla eſſet adiecta pœna.*

EPITOME.

STANTE *pacto inter emphyteotam, & eccleſiam, quòd emphyteota non ſinat res locatas ad alium, ſeu alios deuenire ſuis dolo, culpa, negligentia, uel defectu ſine licentia, & requiſitione eccleſiæ, emphyteota uolens donare eccleſiam, & dominum requirere tenetur: Et huiuſmodi requiſitio quando, quomodo, & ad quid ſit facienda, ſeu fieri poſſit.*

CONSILIVM CXXVIII.

VISO inſtrumento emphyteotico, in quo fuerunt hæc uerba appoſita, quia ex aduerſo ipſe dominus conductor promiſit ipſi locatori dictis rebus, ut ſupra, locatis uti, & frui diligenter, illaſque benè, & diligenter manutenere, & iuxta ſuum poſſe meliorare, & ad aliũ, ſeu alios non ſinere deuenire ſuis dolo, culpa, negligentia, uel defectu abſque licentia, & requiſitione præfati locatoris, uel eius ſucceſſoris, ſuper dubio, quo quæritur, utrum liceat emphyteotæ eccleſiæ donare perſonæ non prohibitæ ſua melioramenta, & omne ius ſuum emphyteoticum, & præſuppoſito, quòd eccleſia debeat requiri, ad quid, & quãdo ſit requirenda: procedendo determinatè abſque longa diſcuſſione, mihi de iure concludendum eſſe uidetur,
1 quòd † licet regulariter emphyteota eccleſiæ abſque licentia eccleſiæ, & illa irrequiſita donare poſſit, ut concludunt magis communiter doctores canoniſtæ in c. potuit de loca. ut ibi per Imolam, & domini legiſtæ in l. fin. C. de iure emphyteo. ut ad longum refert ibi Iaſ. poſt Alberic. Salice. & infinitos, quos allegat, quicquid dixerit glo. ibi, & glo. in d. c. potuit, quas ſequitur Barto. in d. l. fin. & in conſilijs, præſertim per textum in l. uniuerſas C. ne rei dom. uel templo.
2 † nam ſecundum Baldum in d. l. fina. ille textus loquitur, quando emphyteota uenderet, uel alio titulo rem emphyteoticam ſimpliciter alienaret, nulla facta mentione, quòd eſſet emphyteotica, & non ſaluo iure eccleſiæ, quo caſu iure proprio alienaſſe cenſeretur, & non ualeret iuxta ea, quæ habentur per Bartolum, Alexandrum, & alios in l. ſi domus in fin. ff. de lega. 1. ſecus, ſi quis, ut emphyteota melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum alienaſſet, ſaluo iure eccleſiæ ſecundum Baldum ibi, & in pluribus alijs locis: Præterea ille tex. in d. l. uniuerſas eſt lex ciuilis, quæ ſuper rem emphyteotica eccleſiæ etiam ad eccleſiæ fauorem expreſsè diſponere, ſeu ſtatuere non potuit, ut eſt textus, ibique doctores communiter in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & in c. quæ in eccleſiarum extra de conſtitution. & c. fina. de rebus eccle. non alien. cum ſimilibus: & ideò diſpoſitio illius textus ad
3 hoc allegari non uidetur: Tamen † quando pactum inter eccleſiam, & emphyteotam factum fuiſſet, quòd non liceat ipſi conductori melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum uendere, ſeu aliter alienare ſine licentia, & requiſitione eccleſiæ, tunc pactum eſt omnino ſeruandum d. l. fi. in prin. ubi caſus, & doctores omnes ibi inquiunt, quòd attendi debet qualitas pacti facti circa modum, & facultatem alienandi, & eo modo, quo factum reperitur, ſeruandum eſt, alioquin emphyteota aliter alienans pœnam caducitatis, ſeu aliam in inſtrumento appoſitam incideret, ut not. uoluit Ange. in l. cum hi §. ſi cui in fin. uer. ff. de tranſactio. & in d. l. fin. dicẽs, quòd ad remouendum omne dubium domini, quando rem in emphyteoſim concedunt, apponunt pactum, quòd res, ſeu ius emphyteoticum non poſſit alienari, nec donari, domino irrequiſito, nam tunc pactum eſt omnino ſeruandum, & hoc idem uoluit Alexan. in conſi. 9. lib. 2. & plenè habetur per Iaſonem in d. l. fin. colum. 134. in uerſi. ſubdit tamen
4 Ange. & † tanto magis hoc procederet, quando in inſtrumento, in quo pactum huiuſmodi eſſet appoſitum, fuiſſet iuratum omnia, & ſingula uera eſſe, per ea, quæ habentur in l. ſi quis maior C. de tranſactio. cum ſimilibus. ¶ Ad quid autem, & quando eccleſia ſit requirenda, ſi emphyteota uelit ſua emponemata, omneque ius ſuum emphyteoticum alteri donare, concludendum videtur, quòd licet † in contractu uenditionis dominus directus debeat ab emphyteo-

teota requiri ante contractum, hoc eſt ante tempus celebratæ uenditionis per duos menſes, ut ipſe cæteris in adipiſcendo pro eodem pretio dicta melioramenta, & ius emphyteoticum præfęratur, aut uenditioni cõſentiat, & lapſis his duobus menſibus emphyteota ualeat alteri uendere, &
6 alienare, ut in d.l.fin.& in d.c.potuit, † tamen quando emphyteota uellet donare ſaluo iure eccleſiæ, prout ſibi à iure conceſſum uidetur, ut ſupra, tunc non tenetur huiuſmodi requiſitionẽ facere, an dominus ſibi donari uelit, quoniam fatua, & quodam modo fruſtratoria eſſet talis interpellatio, cum ſemper dominus, ut ueriſimile eſt, talem oblationem acceptaret, & conſequenter emphyteota ſua liberalitate fraudaretur, & is, quem donans noluiſſet, re donata frueretur, ueluti affirmant docto. fere omnes in locis ſupra allegatis; ad hunc enim caſum nõ adaptatur id, quod habetur in
7 d.l.fin. de requirendo dominum, an pro ſe uelit: & ideò † in contractu donationis dominus eſt ſub hac forma requirendus, uidelicet quòd emphyteota denuntiet domino, qualiter ob merita, & alia ſeruitia, quæ recepit, ipſe ſaluo iure, & honore, ac conſenſu eccleſiæ, & in quãtum de iure poteſt, uult donare tali puta titio ſua melioramenta, & ius emphyteoticum, quæ in tali re ab eo cõducta habet: & quòd ipſe dominus velit donatarium in emphyteotam recipere ſub eodem canone, eiſdemque pactis, quibus ipſe emphyteota donans conducebat, donatariumque ipſum in poſſeſſionem ſuſcipere, & inducere, ac illum inueſtire recepta ab eo quinquageſima de iure ſolui ſolita: demum donatarius facta donatione tenetur ſine mora dominum interpellare, ut illum inueſtiat, eique laudemium pro inueſtitura offerre, vt infra dicetur. Et ad hæc facienda domino à iure datur tempus duorum menſium à die requiſitionis inchoandum, prout colligitur ex tex. in d.l.fi. adaptando ibi poſita, quæ ad hunc caſum donationis poſſunt adaptari, vt videtur eſſe de men
8 te ſcribentium ibi, qui dicunt, quòd † in contractu donationis dominus non eſt requirendus, ſed res emphyteotica eccleſiæ ſine conſenſu eccleſiæ donari poteſt, dummodo ſaluo iure eccleſiæ donetur, ut voluit Bal. in d.l. fin. & in c.1.§.donare qualiter olim feu. alien. pot. & in tit. de pace conſtan. in ver. libellariæ, in d.l.ſi domus.§.fin.ff.de leg.1.in l.ſi uxor patrui C.de legatis, in l.ſi vſusfructus ff.ſolu. matri. in d.l.vniuerſas, & in authen. quas actiones C. de ſacroſan. eccle. quem docto. communiter ſequuti fuerunt, ut atteſtatur Iaſ. in d.l.fin. cuius dicta ibi in penul.& vlti. colum. benè faciunt, quicquid Barto. ibi dixerit, qui licet plures ſequaces habeat, tamen in conſulendo, & iudicando non eſſet ab hac communi opinione recedẽdum, ut in locis uulgaribus.
9 ¶Et ex prædictis infero, † quòd ſatis erit ipſi emphyteotæ ad hoc, vt pœnam caducitatis non incurrat, quòd hanc requiſitionem vel ante, vel poſt contractum donationis factum faciat, dummodo ſine mora illam notificationem faciat, ueluti expreſsè declarat Salice. in d.l.fin. colu. 2. in fine illius articuli, utrum emphyteota poſſit donare, ponendo hæc uerba, ſed nihilominus gloſa poteſt tollerari, vt ſi donet irrequiſito domino, nõ propterea incidat in pœnam huius legis, dummodo uadat ad notificandum domino, & quinquageſimam offerat, & donatarius petat ſibi inueſtituram fieri, & hoc faciat abſque mora. Ex cuius uerbis clarè infertur primo, quòd ſi donatio rei emphyteoticæ ſaluo iure domini, & eccleſiæ facta fuerit ſine requiſitione domini, emphyteota pœnam caducitatis non incurrit: Secundo, quòd facta donatione, ut ſupra, ex poſtfacto emphyteota requiſi-
10 tionem modo, quo dictum fuit, facere poterit: Tertio, † quòd donatarius ſtatim, & abſque mora, poſtquam donatio facta fuerit, tenetur inueſtituram à domino petere, & illi quinquageſimam offerre, & tunc dominus intra duos menſes debet illum inueſtire, ut in d.l. fin. & argumento c.1.in fin. uer. de noua for. fidel. quomodo autem, & quando ſine mora peti dicatur, dici poteſt, quam primum ipſe donatarius potuerit, argumento eorum, quæ habentur in l. ſi mora ff.ſolu. matri. in l.inſulam ff. de uerbo. obligat. & in l. ratum, ubi tex.ff.de ſolutio. uel dici poteſt, infra annum à die donationis factæ, ueluti in ſimili dicitur de uaſallo, ſeu de eo, qui in feudo ſuccedit, ut in c.imperialem §.præterea il 1. de prohib. feu. alien. per Fed. in c.1. de capitul. Corra. & 1 c.1. quo tempo. mil. cum ſimil. ¶Non obſtat, ſi diceretur, in terminis noſtris expreſsè fuiſſe conuentum, quòd eccleſia, ſeu dominus requiri deberet, ergo pactum eſt ſeruandũ d.l.fi. in
prin. iunctis prædictis: quia reſpondeo primo, quòd † conuẽtio facta circa hmõi requiſitionẽ eſt ſeruãda eo modo, quo facta fuit, & non ultra d.l.fin. ibiq; docto. omnes, & facit l.2. ibiq; Salice. in 3. notabili poſt Bal. C.de iure emphyt. ſed in caſu noſtro, ut ex tenore inſtrumenti apparet, conuẽtio de requirendo dominum non reſpicit tempus contractus, & quo fit donatio, ſed quo res tradi debet, & quo res ipſa ad alium deueniret, ergo reſpectu temporis, quo donatio, & cõtractus fieret, dicitur ſub diſpoſitione iuris communis reſeruatum, tanquam ſit caſus à contrahentibus omiſſus argumento l. commodiſſimè ff. de lib. & poſthu. l. ſi cum dotem in princ. ibiq; docto. ff. ſolu. matrimo. quare non obſtante conuentione prædicta potuit fieri donatio irrequiſita eccleſia abſque metu pœnæ, quia regulariter, & de iure communi hoc eſt permiſſum, ut ſupra: & ſatis erit, ſi eo tempore, quo res ad donatarium deueniret, ſeu deuenire deberet, dominus fuerit, ut ſupra, requiſitus. Præterea & ſecundo, dato ſed non conceſſo, dominum ex conuentione debuiſſe requiri tempore, quo donatio fieret, † tamen ſi nõn fuerit requiſitus, propter hoc conductor nullam pœnam, & præſertim caducitatis incurret, quoniam licet facta fuerit conuentio de requirendo dominum, tamen illi conuẽtioni, nec in toto dicto inſtrumento emphyteotico in caſu cõtrauentionis fuit adiecta aliqua pœna, nec etiam iuramẽtum, & ideò contrauenìẽs non dicetur pœnam non appoſitam incurriſſe, nec etiam pœnam à iure communi impoſitam, quia ob donationem factam irrequiſito domino emphyteota de iure nullam in pœnam incidit, ut uolunt docto. communiter, & ſupra dictum fuit, & eſt de mente Ange. in l. cum hi. §. ſi cui ff.de tranſactio. & in multis aliis locis, ubi dixit, quòd contrahentes pœnam adiiciunt in caſu, quo cõductor donaret, pœna ergo non adiecta, nulla poterit iniungi in caſu, quo dominus in contractu donationis non fuerit requiſitus: Nõ debet etiam haberi in conſideratione iuramentum ad effectum, ut emphyteota pœnam caducitatis incurrat, ſi conuentioni de requirendo contraueniret, quia iuramentum non fuit in dicto inſtrumento, & maximè in dicta conuentione appoſitum, ergo non poteſt ſubintelligi, quia eſt perſonale iuribus uulgaribus. ¶Si ergo præſupponamus factã fuiſſe donationem, & demum ante, quam res emphyteotica actualiter donatario traderetur, ad notitiam eccleſiæ ex proteſtatione, ut ſupra, facta perueniſſe, res uidetur in tuto, & ideò ad hoc, ut emphyteota, qui donauit, ſalua habeat ſua melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum, eſt pro parte ſua domino proteſtandum, qualiter ipſe ſua melioramenta, & ius ſuum emphyteoticum donauit titio bene merito, ſaluo iure, & honore eccleſiæ, & in quantum de iure potuit: & propterea requirit ipſum dominum, ut uelit donatarium recipere, illumque inueſtire, & in poſſeſſionem rei inducere, prout de iure tenetur, alioquin &cæt. Et hæc ſeruanda ſunt, quando iam donatio irrequiſita eccleſia facta fuiſſet. Cautius tñ foret proteſtationem hmõi, & requiſitionem, ut ſupra, ante cõtractũ donationis facere, et poſtea ante rei traditionem donatarius deberet dominũ requirere, & rogare, ut ipſum inueſtiat cum pactis ſolitis, & conſuetis, prout de

de iure tenetur,& in poſſeſſionē inducat,& propterea lau-
demium,ſiue quinquageſimam ſoluere ſibi offert, ſecundū
quod habetur in d.l.fin. Vtroque tamen modo puto dona-
tionem tenere,ſiue proteſtatio,& requiſitio contractum do
nationis præcedat,ſiue ſubſequatur, dummodo ante rei tra
ditionem, & inductionem in poſſeſſionem iuxta modum
præmiſſum fiat. Hæc pro quadam informatione ſcribere
uolui,offerens me,ſi opus fuerit,plenius dicturum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis eccleſiæ conceſſa alicui pro ſe,filijs, & deſcendentibus ſuis an in perſona filiorum dicatur noua emphyteoſis, an vero antiqua, & paterna.*
2 *De vſufructu ad emphyteoſim rectè non arguitur.*
3 *Emphyteoſis ſui natura cum perſona non finitur, ſed eſt ad hæredes, ſeu ad filios ſecundum diuerſitatem emphyteoſis tranſitoria.*
4 *Emphyteoſis alia antiqua, & alia noua.*
5 *Feudum magis,quam emphyteoſis æquiparatur vſufructui.*
6 *Emphyteoſis conceſſa alicui pro ſe, filijs, & deſcendentibus ipſo iure acquiritur filiis non tantum ex facto patris primi acceptoris,ſed etiam ex prouidentia domini concedentis.*
7 *Et deficiente primo acceptore ius vendicandi rem emphyteoticam aduerſus tertium illam tenentem, & poſsidentem domino non competit,niſi conſtiterit apertè emphyteotam ſine filiis,vel ſine liberis deceſsiſſe,et num.ſequenti.*
9 *Emphyteotam deceſsiſſe ſine filiis,vel cum filiis, quando dominus contra poſſeſſorem emphyteoſis ad illam vendicandam agit,ad quem ſpectet:*
Et an ex eo,quòd probetur mortuū eſſe,præſumatur ſine filiis deceſsiſſe.
Et quid ſi filium habuiſſe,vel ſibi natum eſſe probatum fuerit.
10 *Mortem, & vitam alicuius probare ad quem ſpectet.*
11 *Filium ſemper patri ſuperuixiſſe maximè in contractibus in dubio præſumitur, & contrarium dicens probare tenetur.*
Idem, quando ſumus in diſpoſitione, in qua illa conditio, ſeu qualitas, ſi quis deceſſerit ſine filiis,non fuit expreſſa, ſed ſubintelligitur numero 13.
12 *Neque contrarium infertur ex eo,quòd pater alium in teſtamento ſuo hæredem inſtituat.*
14 *Deceſsiſſe quem ſine filiis,etiam ſi conſtiterit illum ſemel filium habuiſſe, quando præſumatur.*
15 *Viuere quis adhuc in dubio præſumitur, ſi probatum fuerit illum natum fuiſſe: Et quando illum viuere verè etiam probari debeat.*
16 *Teſtes etiam poſt concluſum in cauſa, & publicatis atteſtationibus in termino reprobatorio poſſunt examinari.*

EPITOME.

EMPHYTEOSIS *quando ab eccleſia conceſſa fuit alicui pro ſe, & filiis, & deſcendentibus ſuis,ſi mortuo primo emphyteota eccleſia uelit emphyteoſim tanquam finitam ob lineam deficientem uendicare contra tertium rem emphyteoticam detinentem, & poſsidentem, debet probare emphyteotam deceſsiſſe ſine filiis, & deſcendentibus,nec ſufficit probare illum deceſsiſſe,maximè ſi conſtaret emphyteotam ſemel filium habuiſſe: Alioquin eccleſia tanquam male agens ſuccumberet.*

CONSILIVM CXXIX:

PRO reſolutione dubiorum in cauſa manſionis ſancti
Ioannis dominæ contra Iacobum de Piſtorio ſuper
quibuſdam bonis,ut dicitur,emphyteoticis per ipſum
Iacobum tentis,omiſſis his,quæ proceſſum concernunt,vi-
1 detur ſuper meritis cauſæ dicendum,quòd † licet quando
emphyteoſis eccleſiæ reperitur conceſſa alicui pro ſe, & fi
liis, & deſcendentibus ſuis, poſſit in perſona filiorum dici
noua emphyteoſis,ueluti etiam de uſufructu dicitur in l.ſti
pulatio iſta §.ſi quis ita ff.de uerborum obligatio.& per Ale
xādrum in l.apud iulianum §.ſi quis ff.de lega.1.cum alijs,
quamuis hoc dictum ſit valdè ambiguum,ut inquit ibi Ale
2 xan. † nec ſit arguendum de uſufructu.ad emphyteoſim,
quia uſufructus eſt quoddam ius perſonale,quod cum per
ſona extinguitur §.finitur Inſtitut.de uſufru.iuncta l.1.ff. de
ſeruitut.& ideò ſi fuerit pro ſe,& hæredibus,vel filijs ſtipu
latus,cum fuerit in perſona ſtipulatoris extinctus,ſequitur,
quòd in perſona hæredis, ſeu filij dicatur nouus, & nun-
quam reſpectu hæredum, & deſcendentium antiquus dica
3 tur d.l.ſtipulatio iſta: At † emphyteoſis ſui natura cum
perſona non finitur,ſed ad hæredes, ſeu filios ſecundum di
uerſitatem emphyteoſis eſt tranſitoria,ut in l.1.ff.ſi ager ve
ctig.uel emphyteo.cum §.emphyteoſim in authen. de non
alien.aut permut.rebus: & ideò noua emphyteoſis in per-
4 ſona hæredis, ſeu filij dici non poteſt: † Hinc ſcribentes
crebro admittunt aliam eſſe nouam,& aliam antiquam em
phyteoſim, primā, quæ eſt adhuc in primo acceptore, ſecū
dam,quæ à patre,uel auo prouenit,ut dicitur de feudo,ue-
luti præſupponunt ſcribentes in uarijs locis,ut in l.ſi mihi,&
titio ff.de uerborum obligatio. & Bald. in prælud.feudorū,
quod tamen in uſufructu non conceditur: ergo ſicut feu-
dum ex perſonis hæredum,uel filiorum non mutatur, quin
idem dicatur,& paternum,ſeu antiquum uocetur,licet pri
ma perſona deficiat,ita eadem ratione dicendum eſt in em
phyteoſi,quòd non dicatur eſſe,neque tanquam noua inci
pere in perſona filij primi impetrantis,ſed paterna,ſeu an-
tiqua:& tanto magis hoc uerum eſſe oſtenditur,quia ut di-
ctum eſt, in perſona filij, ſeu nepotis non dicitur nouum
5 feudum, † cum tamen feudum magis æquiparetur uſu-
fructui,ut in c.1.circa finem in quibus cau.feu.amitt.quam
emphiteoſis iuxta §.adeo Inſtit.de loca.& l.1.C.de iure em
phyteo. Emphyteoſis igitur in qualibet perſona noui ſuc-
ceſſoris non dicitur noua,ſed antiqua,ſeu paterna,& ſic il-
lamet,quæ fuerat in perſona primi,cum morte regulariter
nō finiatur, prout finitur uſusfructus:tñ præſuppoſito etiā,
6 ſed nō conceſſio,quòd noua diceretur,† filijs,& deſcenden
tib. ipſo iure acquiritur,non ſolum ex facto ſui patris acce
ptoris,ſed etiam ex prouidentia domini concedentis ad tra
dita per Bartolum,Alexandrum,& alios in d.l.ſi mihi,& ti-
7 tio.Quo fit, † ut deficiente primo acceptore ius uendicā
di rem aduerſus colonum emphyteotæ, ſeu alium rem em
phyteoticam tenentem,& poſſidentem domino non com-
petat,niſi quando conſtiterit emphyteotam ſine filijs, ſeu li
beris deceſſiſſe,nam cum res nō ſit ad dominum reuerſura,
niſi ipſo emphyteota ſine liberis decedente,non poteſt dici
ius uendicandi ipſi contra quemlibet poſſeſſorem compe-
tere, niſi poſtquam verum erit, atque conſtabit emphyteo
tam ſine liberis deceſſiſſe,ueluti in ſimili dicitur de re ſubie
cta fideicommiſſo per hæredem alienata,pendente illa con
ditione,ſi deceſſerit ſine liberis,quæ cōtra poſſeſſorem, ſeu
emptorem uēdicari non pōt,niſi poſtquam conſtiterit gra
uatum ſine liberis deceſſiſſe,ut in l.fina.§.ſin autem ſub con
ditione C.communia de legatis: Potuit enim res emphy-
teotica perueniſſe ad tertium, qui uel ex titulo emphyteo-
ticario, uel ex locatione ad modicum, uel ad longum tem-
pus rem ab ipſo emphyteota,uel ab eius filio,qui in ea ſuc-
ceſſerat, habuerit, ad tradita plenè per Ioannem de Imola
in c.potuit extra de loca. & per legiſtas in l.fina.C. de iure
8 emphyteo. & † ideò ſtatim quo dominus uidet tertium,ad
quem res non poteſt peruenire, emphyteoſim poſſidere,
non poteſt contra poſſeſſorem, & rem detinentem agere,
niſi apertè conſtet emphyteotam, aut eius filium ſine libe-
ris deceſſiſſe, alioquin emphyteotam, uel eius filium in ſua
poſſeſſione moleſtare diceretur argumento l.ſi.ff. uti poſſi
de.per Bartolum in l.1.§.quod ait prætor columna penulti
ma ff.eodem titu.ex quibus infertur,quòd manſio, quæ cō
tra Iacobum rem emphyteoticam poſſidentem rei uendi-
catione egit ante, quàm cōſtaret Antonium, & eius filium
abſque deſcendentibus mortuum eſſe,male egit, quia do-
minus

minus ad rem ob finitam emphyteoſim agere non potuit,
niſi in caſu,quo emphyteota,uel eius filius ſine liberis de-
9 ceſſerit.¶ Vtrum † autem ex parte domini agentis conſta
re dicatur emphyteotá ſine liberis deceſſiſſe eo ipſo, quòd
is mortuus fuerit,an uerò ſit neceſſe probare, quòd ſine li-
beris ſit mortuus; in hoc enim tota uis præſentis conſulta-
tionis iudicio meo uidetur conſiſtere, ad quem pertineat
probare,Antonium emphyteotam ſine filiis,ſeu liberis,uel
ècontra cum filiis deceſſiſſe: in dubiis quippe præſupponi-
tur,mãſionem ſuam habere intẽtionem fundatam eo ipſo,
quòd dixit,& probauit Antonium deceſſiſſe, quia præſumi
tur mortuus ſine filiis,quamuis ex aduerſo probatum fue-
rit,ipſum habuiſſe filium,qui fuit ex ſua uxore natus, & ba-
ptizatus,non enim ſufficit filium habuiſſe, niſi etiam filius
ille ſuperuixerit argumento l. ex facto §. penultimo ff.ad
trebell.c.raynutius extra de teſta.glo.magna in c.in præſen
tia de probatio.Alex.in conſi.29.col.1.& 2.lib.1.nam in du
bio quis præſumitur ſine filiis deceſſiſſe, quamuis probatũ
fuerit,filium habuiſſe, uel ſibi filium natum fuiſſe; & qui
vult dicere filium natum patri ſuperuixiſſe, illud probare
tenetur d.§.penult.per quem tex. illa præſumptio tollitur,
quòd unuſquiſq; ſpacio centum annorum uiuere præſu-
matur,de qua in l.fin.C.de ſacroſ. eccl.& in l. ſi uſuſfructus
10 ff. de uſufru.lega. ¶ Sed † animaduertendum eſt in caſu
propoſito,quia doctores dubitantes, ad quẽ uitam, & mor
tem alicuius probare pertineat, dicunt,quòd quando quis
intentionem ſuam in morte alicuius fundat, tũc non ſtatur
præſumptioni,ſed illa eſt ab eo legitimè probanda,quando
uero in uita alicuius ſuam intẽtionem fundat, uitã ſimiliter
illius probare tenetur,neque præſumitur,ut uoluit Bar. in l.
ſiquidem C.ſolu.matri.quem ſequitur Alex.in l.2.§. ſi du-
bitetur ff.quemadmodum teſta.aper.& eſt de mẽte Alcia.
in ſuo tractatu præſumptionum in regula 1. præſump. 44.
quare cũ in caſu noſtro appareat Antonium emphyteotam
habuiſſe filium,& ad hoc,ut dominus directus rem tanquã
deuolutam ex defectu lineæ uendicare poſſit, debeat con-
ſtare non ſolum ipſum Antonium,ſed etiam eius filium de-
ceſſiſſe,quia altero eorum ſuperſtite ſibi ius agendi non cõ
peteret,ſicq; mors Antonij,& filii ſui ſit fundamentum in-
tentionis domini agere uolentis,utiq; debuit hoc probare,
aliàs ipſo non probante reus debuit abſolui l. qui accuſare
C.de eden. c.unico ut eccleſia.benefi. Si autem dominus
hoc probaſſet, tunc ſi reus contrariũ diceret,uidelicet An-
tonium, uel eius filium ſuperuiuere, quia ſuam exceptionẽ
in uita fundaret,illam probare teneretur,nã reus in ſua ex-
ceptione reſpectu oneris probandi actor cenſetur l. 1. ff.de
excep. ¶ Prætera inquit Bar.in d.l.2.§.ſi dubitetur, cum
quo alij pertranſeunt, quòd fundans ſe in morte alicuius,
ſeu illam allegans tenetur eam probare,ſed is,qui vitam ali
cuius allegat, habet præſcriptionem pro ſe,quòd adhuc vi
uat,& ideò vita allegata debet intentari,ſed non probari: at
manſio Agens contra Iacobum neceſſario debuit ſuam in-
tentionẽ in morte emphyteotæ,& filiorum,ſi quos habuit,
fundare,ergo illam probare debuit,& non reus eorum ui-
tam,quam allegare,ſeu intentare ſatis ſibi fuit.
¶ Tertio induco tex.in l.cũ qui ff.ad trebel.ubi pater graua
uit eum, qui nouiſſimus morietur, reſtituere Titio hæredita
tem, ſi fratres ſimul perierint, puta in eodem incendio,
Titius ſubſtitutus non poterit agere, nec obtinere,niſi pro-
bauerit, quis nouiſſimus mortuus fuerit.
11 ¶ Præterea † in dubio præſumitur, filium ſemper ſuperui
xiſſe patri,& non econtra, maximè in contractibus, & qui
uult contrarium dicere, probare tenetur l. qui duos §. qui
in bello,& in fin.l.quod de pariter, & l.cum pubere ff. de re
bus dubiis: Cum itaq; Antonius filiũ habuerit, ut probatũ
eſt, ergo præſumi debet illum Antonio ſuperuixiſſe, & con
ſequenter dicendum eſt Mãſionem male egiſſe, ex quo nõ
probauit Antonium emphyteotam ſine liberis deceſſiſſe,
immò cum conſtiterit eum habuiſſe filium, præſumendum
eſt filium ſuum ſuperuixiſſe, cũ ſic ordo naturalis expoſcat
l.nam & ſi parentibus in prin. ff. de inoffi. teſta. & præſum-
ptio potius ab ordine naturæ,quam ab illo, quod eſt contra
ordinem,ſumi debet argumento l.adoptio ff.de adoptio. &
12 l. qui habet ff.de tutel. Nec † allegatio teſtamenti Anto
nij, in quo Iacobum,qui nunc rem poſſidet,hæredem inſti-
tuit, concludit,aut infert Antonium tunc filio caruiſſe,quia
non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe l.non
hoc C.unde legit.ſæpe enim parentes malæ, & non ſanæ
mentis filios ſuos exhæredant,ſeu prætereunt l. 2. cum aliis
13 C.de inoffi.teſta. Suadentur præmiſſa ex eo, † quod uo-
luit inſignis præceptor meus do. Barhol.Sozi. in l.ſed, & in
illo ff.de reb. dub. quòd quando ſumus in diſpoſitione, in
qua hæc conditio, ſeu qualitas,ſi deceſſerit ſine liberis,non
fuit expreſſa,ſed tacitè ſubintelligitur, in dubio præſumẽdũ
eſt patrem prædeceſſiſſe, & filium ſuperuixiſſe,& hoc mo-
do intelligit tex.in d.l.cum pubere: Sed in caſu noſtro do-
minus directus ob lineam finitã poteſt rem uendicare, eue-
niente caſu,quo ultimus emphyteota ſine filiis deceſſerit,
ueluti etiam pars aduerſa præſupponit, & hoc ſi deceſſerit
ſine filiis,non reperitur expreſſum, ſed tacitè ſubintelligi-
tur,ex quo emphyteoſis fuit pro ſe, & filiis ſtipulata, er-
go ſumus in caſu quo præſumitur filium Antonij illi ſu-
peruixiſſe: Quare manſio domina directa male egit, niſi
probauerit etiã filium Antonij deceſſiſſe, quia in huius mor
te ſua intentio fundata uidetur per ea,quæ uoluit Bart.in l.
14 ſiquidem C.ſolu.matr. ¶ Nec † aduerſatur l. ex facto §.
penul.ff.ad trebell.ubi præſumitur,quem ſine liberis deceſ
ſiſſe,etiam quòd conſtiterit ſemel filium habuiſſe: nam re-
ſpondẽdo dico illud procedere, quãdo pater grauatus per
fideicommiſſum ſimul eodem caſu cum filiis periiſſet; ſed
in caſu noſtro non præſupponitur illos ſimul periiſſe, ideò
Manſio agendo mortem etiam filij dicti Antonij probare
debuit,cum intentio ſua ab illius quoque morte depende-
15 ret, per Bar.in d.l.ſiquidem,& † in dubio præſumatur quis
adhuc uiuere,ſi probatum fuerit illum ſemel natum fuiſſe,
per Bart.in d.l.2.§.ſi dubitetur per illum textum iuncta glo.
quã Bar.& alij approbant, quæ innuit hoc uerũ eſſe, niſi ex
oppoſito per unum teſtem, uel aliàs ſemiplenè de morte il
lius probatum fuiſſet,quoniam ob hanc ſemiplenam proba
tionẽ in cõtrarium quis uerè aliquem adhuc uiuere pro-
bare tenetur per illum tex. Ceſſante ergo ſemiplena pro-
batione de morte,præſumetur quis adhuc uiuere, niſi con-
trarium probatum fuerit: Sed in caſu,de quo agitur,conſti
tit filium Antonij natũ,& in rerum natura ſemel fuiſſe,neq;
probatũ etiam ſemiplenè reperitur, quòd fuerit mortuus,
ergo adhuc uiuere præſumetur per tex.in d.l. uſuſfructus,
& d.l.fin. C de ſacroſ.eccleſ. Nec dicatur probatum fuiſſe
Antonium habuiſſe filium,illumq; natum,& babtizatum fuiſ
ſe,poſtquam in cauſa concluſum fuit, ergo probatio nõ ua
luit c.cum dilectus de fid.inſturm.c.quoniã contra de pro-
16 bat.per glo. quoniam † dici poteſt, ueluti etiam deductũ
eſt in proceſſu,quòd huiuſmodi probatio facta fuit legiti-
mo,& congruo tempore,hoc eſt tempore ex forma conſti-
tutionum dato ad reprobandũ teſtes,quo in caſu teſtes etiã
publicatis atteſtationibus examinari poſſunt c. ex tenore
extrà de teſtibus. Et ex præmiſſis remanent reſoluta om-
nia, quæ contra Iacobum reum ſtringere uidebantur: Reli
qua Reuerendiſſimus, & Excellentiſſimus dominus iudex
ſuppleat. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteotici contractus natura eſt, ut damnum etiam intollerabile caſu fortuito circa fructus, ſeu rei ſubſtantiam contingens ad emphyteotam, & non ad dominum ſpectet, niſi res totaliter pereat, nec dominus ad aliquam mercedis remiſsionem teneatur:*
Fallit nu. 8. 10. 11. & 12. cum ſequen.
2 *Emphyteota quoad remiſsionem faciendam ob ſterilitatem, & damnum differt à conductore ſimplici, & quare num. 3.*
Et quando etiam quoad hoc illi ſit ſimilis num. 8. 10. & 14.
3 *Penſio in emphyteoſi propter quid præſtetur, & nume. 8.*
4 *Emphyteota, etiam ſi domus emphyteotica fuerit totaliter deſtructa, tamen ad integram penſionem tenetur, & num. 11. ubi declaratur.*
5 *Emphyteota nunquam liberatur, donec aliqua pars rei emphyteoticæ ſupereſt.*
6 *Eccleſia quare locando, ſeu in emphyteoſim concedendo ſextam ſolitæ mercedis partem remittat.*
7 *Bellum inter caſus fortuitos connumeratur.*
8 *Emphyteoſis uerè, & propriè quæ ſit, & quæ ſit potius locatio, & ſecundum illius naturam reguletur.*
9 *Locator domum, ſeu villam, & ſtabulum reficere conductori tenetur, alioquin conductor contra illum ad damnum, & intereſſe ex conducto agere poteſt.*
10 *Et non reficiendo ad ſolutionem mercedis contra conductorem non poteſt agere.*
11 *Emphyteota ad hoc, ut ad integram penſionem teneatur, non obſtante rei peremptione, ſeu ſterilitate, uel alio caſu fortuito, quid requiratur.*
12 *Et in quibus caſibus emphyteotæ propter ſterilitatem fiat remiſsio.*
13 *Conductori ſimplici propter ſterilitatem, & damnum ex caſu fortuito contingens remiſsio mercedis pro rata fieri debet.*
14 *Emphyteota ſoluens magnam penſionem quoad effectum remiſsionis mercedis æquiparatur conductori ad longum tempus, & non dicitur uerè, & propriè emphyteota.*
15 *Conductori ſimplici ad longum tempus ob rei ſterilitatem, & caſus fortuitos eſt facienda remiſsio.*
16 *Emphyteoſis uerè, & propriè quoad remiſsionem faciendam differt ab emphyteoſi largè, & impropriè.*
L. 1. C. de iure emphyteo. quoad remiſsionem faciendam declaratur.

EPITOME.

EMPHYTEOTA *ſi magnam penſionem in recompenſationem potius fructuum, quam in recognitionem directi dominii ſoluat, damnum omne propter bellum, ſimilesq́; caſus fortuitos tàm circa rem, quàm circa fructus contingens ad dominum ſpectat, qui ad illius, & rei deſtructæ refectionem, & remiſsionem mercedis emphyteotæ pro rata faciendam tenetur, alioquin emphyteota ad mercedem integram ei præſtandam cogi non poteſt.*

CONSILIVM CXXX.

IN præſenti quæſtione uidetur de iure concludendum
eſſe, quòd dominus non teneatur ad refectionem uillæ,
nec ſtabuli ab exercitu Hiſpanorum, & Germanorum
prætereunte exuſti, nec ad mercedis remiſſionem ob incom
modum intollerabile, quo conductor in fructibus rei loca-
1 tæ affectus eſt, & in dies afficitur: quoniam † cum ſimus in
contractu emphyteotico, de eius natura eſt, ut damnum
etiam intollerabile, quod caſu fortuito circa fructus, ſeu rei
ſubſtantiam contingit, dummodo res totaliter non pereat,
ad ipſum emphyteotam ſpectet, & non ad dominum, qui
de iure ad reparationem, & refectionem rei particularem,
& ad aliquam mercedis remiſſionem teneri non debet, ut
eſt textus clarus, qui propriè loquitur in emphyteoſi pri-
uati, de qua nos agimus, in l. 1. C. de iure emphyteotico, &
2 † in hoc emphyteota differt à conductore ſimplici, cui de
iure mercedis remiſſio fieri debet ob ſterilitatem, & dam-
num, quod in fructibus caſu fortuito paſſus fuit, & cui uilla,
ſeu ſtabulum exuſtum à locatore, & domino refici debet,
alioquin conductor contra eum ex conducto agere poteſt,
ut in l. ex conducto, ibique glo. in princi. & in §. 1. & l. ſi uno
in prin. ff. locati, l. licet, & l. excepto cum ſimilib. C. eodem
3 titulo, & c. propter ſterilitatem extra de loca. & † ratio di
uerſitatis eſt ſecundum Baldum in d. l. 1. quia emphyteo-
ſis conceditur ſub præſtatione modicæ penſionis, quæ pen
ſio potius in recognitionem directi dominij, quam in re-
compenſationem fructuum præſtatur: unde quamuis res
pro parte pereat, & non in totum, ſemper tamen tot fru-
ctus ſuperſunt, ex quibus penſio debita ſolui poteſt, & ideò
non fit remiſſio, quæ ratio in ſimplici locatione ceſſat: & hãc
rationem docto. alij maximè Moderni ſequuntur in d. l. 1.
itaque tenet Alberi. ibi colum. 3. ¶ Secundo hæc conclu
4 ſio confirmatur ex eo, quod docto. dicunt, † quòd quan
do domus eſſet conceſſa in emphyteoſim, quæ calamitate, &
ruina totaliter fuiſſet deſtructa, atque perempta, ipſe con-
ductor, & emphyteota ad integram penſionem tenetur, &
ad eum periculum peremptionis, & ruinæ domus ſpectat,
quamuis enim ædificium corruerit, tamen ſupereſt area, &
ſolum, quæ, ſeu quod eſt pars potiſſima domus, l. qui res §.
5 aream ff. locati: † & donec aliqua pars rei emphyteo-
ticæ ſupereſt, nunquam emphyteota liberatur, ut in d. l. 1. &
hoc in terminis voluit Ange. in authenti. de non alien. in §.
itaque, & eſt de mente Ioan. de Imo. in c. potuit colu. 6.
de loca. Nec obſtat d. l. ſi uno in princi. in uer. uectigali cum
glo. & in l. forma in prin. ff. de cenſibus, ibi illam enim æqui
tatem debet admittere cenſitor, ut officio eius congruat re
leuari eum, qui in publicis tabulis delato modo frui certis
ex cauſis non poſſet &c. Quia primo reſpondetur illud pro
cedere in fundo uectigali, hoc eſt reipublicæ, non autem in
emphyteoticario ſecundum Baldum in d. l. 1. colum. 5. uel
ſecundo d. l. ſi uno loquitur non in fundo uectigali, ut uo-
luit glo. ibi, ſed in eo, qui uectigal à republica conducit, cui
fit remiſſio, ſecundum quod habetur in l. eotem §. qui maxi
mos per gloſam, & doctores ff. de publica. tertio d. l. forma
loquitur in fundis tributarijs, pro quibus cenſus fiſco debe-
tur, ut ibi, nos autem in rebus emphyteoticis conductis, &
conceſſis à priuatis, & ſpeciale hoc eſſe uidetur in dictis fun
dis tributarijs, ut in l. 2. C. de alluuio. & palud. ergo regula-
riter ſecus erit: Rationem autem diuerſitatis ponit Alberi.
in d. l. 1. columna ultima, qui uideri poteſt.
¶ Tertio hæc opinio, quòd mercedis remiſſio non ſit facien
da, probatur argumento l. quicunque C. de fundis patrim.
lib. 11. ubi Barto. ponderat, quòd ob rei ſterilitatem penſio
pro aliqua parte emphyteotæ non remittitur. ¶ Quar-
to comprobatur per textum in §. lex itaque in authẽ. de nõ
6 alien. aut permut. ubi † caſus fortuiti, qui circa rem, ſeu
fructus euenire poſſunt, mero iure ad emphyteotam perti-
nent, & propterea eccleſia locãdo, ſeu in emphyteoſim cõ
cedendo ſextam ſolitæ mercedis partem remittit, & priua-
tus, quantum uult, ad tradita per Bartolum, & alios in au-
then. perpetua, ibique Pau. de Caſt. C. de ſacroſanct. eccle.
7 Sed † guerra, ſeu bellum inter caſus fortuitos connume-
ratur l. in rebus in prin. ff. commoda. §. item is cui Inſtit. qui
bus modis re contrahi obligat. & l. ex conducto §. ſi uis, &
in §. ſequen. ff. loca. ergo damnum, & incommodum etiam
maximum, quod cauſa belli, & ab exercitu prætereunte cõ
tingit, ad emphyteotam, & nõ ad dominum ſpectare debet.
¶ Quibus tñ non obſtantib. contrariam opinionem in caſu
noſtro arbitror eſſe ueriorẽ: & pro ueritate inuenienda præ
8 ſuppono, quòd † emphyteoſis uerè, & propriè dicitur illa,
pro qua ſoluitur quid minimũ, quod fructib. rei nõ æquiua

let,nec pẽſioni, quæ ſolueretur pro uſu rei ſimpliciter loca tæ:quod dicitur ſolui potius in recognitionem directi dñij, quam in recompenſationem fructuũ : & hæc ſecundum na turam propriam regulatur,& non ſecundum naturam cõ- tractus locationis, nec uenditionis, ut in §. adeò Inſtit. de locat.& in d.l.1.C.de iure emphyt. illa uerò emphyteoſis, pro qua ſoluitur illud idem, quod ſolueretur, ſi res ſimpliciter locata fuiſſet,& penſio æquiualet ferè fructibus, qui ex re percipiuntur,non dicitur propriè, & uerè emphyteo ſis,ſed magis locatio,quia id, quod ſoluitur, potius dicitur ſolui in recompenſationem fructuum, quam in recognitio nem directi dominij,ut expreſsè fuit de mente Bar.in d.l.1. C.de iure emphyt.in 2.oppoſit.&melius in glo.penul.& hodie in hac ciuitate Bononiæ eſt declaratum per ſtatutũ poſitum ſub rub.de contractibus emphyt.in §. cæterum quia ſæpius,ubi ſtatuitur,& declaratur,quòd quando pro re emphyteotica ſoluitur penſio in pecunia,uel in alia re ad rationem maioris ualoris, & ſummæ librarum quatuor pro centenario in anno,tunc quoad remiſſionem faciendam ratione caſus fortuiti locatio ſimplex cẽſeatur, & iudicetur, & id, quod ſoluitur,cenſeatur ſolui in recompenſationem fructuum,& non in recognitionem directi dominij: & quòd in dubio,alio non apparente, cenſeatur facta conceſſio pro penſione ad rationem maioris ualoris librarũ quatuor pro centenario ualoris,ſeu pretij ipſius rei ſecundum communem æſtimationem rei locatæ à principio temporis factæ locationis: & ſic in dubio conceſſio,ſeu locatio in emphyteoſim,& in perpetuum quoad remiſſionem mercedis faciendam ſimplex locatio cenſetur: Sed quando conſtaret conceſſionem,& locationem in emphyteoſim factam fuiſſe pro penſione ad rationem minoris ſummæ, & ualoris librarũ quatuor pro centenario, tunc quoad remiſſionẽ faciendam uerè, & propriè emphyteoſis cenſeri, & iudicari debet,ut in tali uerificentur iura loquẽtia de remiſſione in contractu emphyteotico facienda, uel non facienda, ut in d.l.1.& in d.§.lex itaq; cum ſimilibus. ¶Stantibus præmiſſis concludo,quòd in caſu noſtro domus,& uilla combuſta, & ſtabulum dirutum debent ſumptibus, & expenſis domini,non autem ipſius conductoris refici,& quòd dominus ad remiſſionem mercedis faciendam tenetur propter damnũ, & incomodum intollerabile, quod conductor ob uillam ſolo æquatam,& dirutam paſſus fuit, ac patitur, & propter damna,quæ milites circa uites,alioſque fructus intulerunt: Ad quod dicendum moueor in primis ex tex. in l. ex con-
9 ducto in prin.ff.locati, † ubi dominus,qui locauit, tenetur domum,ſeu uillam, & ſtabulum, ubi greges cõductoris ſtare opoteat, reficere,alioquin non dicitur pati conductorem uti, frui,& ideò conductor poteſt actionẽ ex conducto contra locatorem agere,ut reficiat d.l.ex conducto in prin. item &ad intereſſe,damnumq; ipſius,ut in l.ſi fundus,in l.in lege §.colonus,& d.l.ſi uno §.ubicunque ff.locati. Ex quibus infertur,quòd locator, qui pati debet conductorem uti frui ex natura cõtractus d.l.ex conducto,& d. l. ſi fundus in prin.& melius in §.ſed & ſi labes in fin.uer.non reparando, neque reficiendo uillam deſtructam,ſeu ſtabulum exuſtum non dicitur pro parte ſua contractum adimplere, ut in d.l.
10 ex conducto:& ideò ſequitur, † quòd is non poteſt ad ſolutionem mercedis agere contra conductorem, qui totaliter illam uelle ſoluere poteſt denegare, ex quo ipſi contractus pro parte locatoris nõ obſeruatur argumẽto l. iulianus §.offerri ff. de actio.empt.l.ſi de fundo cum glo.fin. C. locati,& l.cum proponas la 2.C.de pactis,& eſt tex. melior de iure in d.l.in lege §. colonus, & in d.l. ſi fundus cum ibi not.& quamuis d.l. ex conducto loquatur in conductore ſimplici,tamen habet locum etiam in caſu noſtro, & ſic in emphyteota,qui rem conducit pro penſione, quæ ſoluitur non ſimpliciter in recognitionem directi dominij, ſed etiã in recompenſationem fructuum,qui de iure quoad periculum interitus, & quoad remiſſionem faciendam ſimplex colonus,& conductor cenſetur, non autem emphyteota, ut per Bartolum in d.l.1.& eſt hic per ſtatuta cautum, ut ſupradictum eſt.¶Secundo hanc concluſionem confirmo
11 † per doctrinam Barto.in d.l.1.in 2.oppoſ. ac etiam in glo. penul.quem ſolus Salic.conatur impugnare, quamuis ſatis leuiter,ut dicunt etiam ibi moderni in ultimo notabili, & in d.glo.penul.in fin.& ſic communis opinio eſt cum Bar. qui dicit,quòd ad hoc,ut emphyteota integram penſionem ſoluere teneatur non obſtante perẽptione rei particulari, ſeu non obſtãte ſterilitate, uel alio caſu fortuito circa rem, ſeu fructus contingente,requiritur, quòd aliquid remaneat,& tãtũ,quòd ad ſolutionẽ integræ pẽſionis ſufficiat, alioquin nõ dicitur aliquid de re emphyteotica ſupereſſe, & remiſſio de iure eſſet emphyteotæ facięda: ita Bar.declarat tex. in d.l.1. quẽ doct.ibi cõter ſequuntur, ueluti referunt Mo-
12 der.in glo.penul.& hanc opinionem † quòd remiſſio emphyteotæ fieri debeat propter ſterilitatem, tenent Martin. de Fano in tractatu huius materiæ, & Hoſtien.in ſumma de locato, dicentes ita obſeruari in practica per tex. in d.l.ſi uno cum ſimilibus: Quod intelligas in duobus caſibus,primo,quando conceſſio in emphyteoſim potius cenſeretur ſimplex locatio,& ſecundum naturam ſimplicis locationis regulari deberet,ut quia penſio ſolueretur potius in recompenſationem fructuum,quam in recognitionem directi dominij,ut ſupra declaraui: Secundo quando propter ſterilitatem,ſeu caſum fortuitum aliquid non remaneret, ſeu tantum,quod ad integram penſionis ſolutionẽ ſufficeret,prout ſupra proximè dictum eſt. ¶Tertio hæc concluſio expreſsè probatur per diſpoſitionem ſtatuti prædicti ſuper hoc expreſsè diſponentis,ubi quando pẽſio maioris ſummæ, & ualoris librarum quatuor pro centenario ſolueretur, emphyteotam ſimplici conductori æquiparat quoad remiſſionem mercedis ipſi emphyteotæ faciendam, & quoad pe-
13 riculum interitus, & caſus fortuiti: ſed † nulli dubium, quòd conductori ſimplici remiſſio mercedis pro rata fieri debet propter ſterilitatem, caſumq; fortuitum magno incommodo conductorem afficientem, ut in d.c.propter ſterilitatem,in d.l.ex conducto,& in d.l.ſi uno, ergo idem dicendum eſt in eo,qui emphyteoſim modo, quo dictum eſt, conduxit: At in caſu noſtro conductor emphyteoſis ſoluit annuatim magnam pẽſionem, quæ magis ſimplici locationi,& conductioni conuenit,quam emphyteoſi,& ſic illam ſoluit magis in recompenſationem fructuum, quam in recognitionẽ directi dominij,quoniã attento ualore rei conductæ,qui erat tempore celebrati contractus, ſoluit penſionem ad rationem maoris ſummæ, quam librarum quatuor pro centenario,quo caſu potius conductor ſimplex quoad effectum remiſſionis,quam emphyteota cenſetur,ergo &c.
14 ¶Et † quòd emphyteota, qui magnam penſionem potius in recompenſationem fructuum, quam in recognitionem directi dominij ſoluit,quoad effectũ remiſſionis æquiparetur conductori ad longum tempus, uolunt docto. poſt Bar.in d.l.1.& Ange.Areti.in d.§.adeò Inſti.de locat. Alex. not.in conſi.112.lib.1.& eſt de mẽte eiuſdẽ Alex. poſt Bar. in l.interdum §.quod ex naufragio ff.de acquiren.poſſeſ.& faciunt ea, quæ habentur per Bart. Alexan.& alios in l. ſi mihi, & titio ff.de uerborum obligatio.& per Paul. Caſt. in l.penul.in prin.ff.locati: & ideò cum † conductori ſim-
15 plici ad longum tempus ob rei ſterilitatem ,caſuſque fortuitos ſit remiſſio facienda, ut uolunt Cyn.in d.l.1. & Pet. de Anchar. in d. c. potuit,ibiq; Ioan.de Imol.& fatetur omnes in d.l.1. ita ſimiliter dicendum eſt in emphyteota huiuſmodi, qui ſub magna penſione conducit, ut in terminis uoluit

uoluit Alexan. in d. conſi. & alij ſupra allegati : & eſt uera
cõcluſio quæ optimè probatur per tex.in d.l.ſi uno in prin.
ſi rectè intelligitur, quicquid dicant contrarium tenentes,
dum reſpondere conatur. Sed ita ad propoſitum noſtrum
induci poteſt, quòd ibi tex. quoad effectũ remiſſionis faciẽ
dæ æquiparat hos duos caſus, uidelicet ſiue quis conduxe-
rit ſimpliciter fundum priuati, ſiue conduxerit fundum ue
ctigalem, hoc eſt in emphyteoſim perpetuam, idem enim
important, ut in rubrica, & ibi gloſa, & in l.1.& per totum
ff. ſi ager uectig. uel emphyt. pet.l. lex uectigali ff.de pign.
& l.ſi finita §.ſi de uectigalibus ff.de damno infecto, & ſimi
liter in utroque caſu debet intelligi, quando ſub eadem pẽ
ſione, hoc eſt, quando res conduceretur ſub penſione ma-
gna, quæ datur in recompenſationem fructuum, ex quo tex
tus ibi illa duo parificat, argumento l. nam hoc iure ff. de
uulgari, & pupillari, ſed conductori ſimplici fit remiſſio in
caſu ſterilitatis, & caſus fortuiti, ut ibi cum ſimilibus, ergo
& cõducenti rem in emphyteoſim fieri debet in caſu, quo
emphyteoſis par eſſet ſimplici locationi, ueluti ſupra decla
ratum fuit : & hanc opinionem in conſulendo, & legendo
ſequi conſueui, ut plenè dixi in d.c.potuit circa finem, & op
timè inſeruit d.l.forma in princi.ff. de cenſibus.

Et quamuis ex præmiſſis ſatis clara reſponſio adductis ſu-
pra in contrarium eliciatur, tamen ſpecialius illis reſpon-
dendo, in primis non obſtat d.l.1.C. de iure emphyteotico
16 cum ſimilibus, quia † loquitur in emphyteoſi uera, & pro-
pria, in qua penſio in recognitionem dominij, & non in
recompenſationem fructuum ſoluitur, ut ibi: Aliud eſt
in emphyteoſi largè, & impropriè, quæ ſimplici locatio-
ni etiam ad longum tempus æquiparatur, & eſt ſimilis, pro
qua ſoluatur penſio potius in recompẽſationem fructuum
per prædicta: & ratio diuerſitatis eſt, quia uerus emphyteo
ta ſoluens penſionem illam ſoluit in recognitionem domi
nij directi, per Bartolum, Alexandrum, & alios in d.l.ſi mi
hi, & titio cum alijs ſupra allegatis: & ideò in caſu ſterilita
tis, & caſuis fortuiti, ſeu peremptionis rei pro parte debet
integra penſio ſolui, quoniam utile dominium, quod eſt
quid intellectuale, integraliter durat, donec rei ſubſtantia
durat, & ſupereſt, quia in parte rei remanente reſidet, & du
rat directum dominium, quod ab emphyteota recognoſci
debet: Sed in contractu ſimplicis locationis, ſeu emphyteo
tico, quando penſio ſoluitur in recompẽſationem fructuũ,
penſio ſoluitur habito reſpectu ad fructus, & ſic ſub condi-
tione, ſi fructus percipientur argumento d.c.propter ſteri-
litatem cum ibi not.per Imolam, & Abbatem, ergo ſi pro-
pter ſterilitatem, uel caſum fortuitum conductor magnum
damnum eſt paſſus, ei pro rata facienda eſt remiſſio d.c.pro
pter ſterilitatem cum ſimilibus: & per hæc patet reſpon-
ſum etiam ſecundo argumento, & notatis per Angelum in
d.§.lex itaque, & per Imolam in d.c.potuit: & reſponſio da
ta textui in d.l.ſi uno in princi.per Baldum, ut ſupra retuli,
illi non conuenit, quia aliter debet intelligi, uidelicet in fun
do emphyteotico, ut ſupra induxi, nec etiam illi textui con
uenit reſponſio per me ſupra in primo loco relata, ſed de-
bet intelligi, ut poſtea dixi. Non obſtat etiam d.l.quicun-
que, & ibi Barto. C.de fundis patrim.lib.11. quia ſimiliter
illi reſpondetur, prout ad d.l.1.C.de iure emphyteo. loqui
tur enim in emphyteoſi uera, & propria, quæ propriam na
turam emphyteoſis retinet. Et eodem modo reſpondetur
textui in d.§.itaque, ubi Ange. contrarium uoluiſſe uidetur,
ut ſupra tetigi. Et ex his concludendum eſſe uidetur, quòd
in caſu noſtro periculum, & damnum, quod circa villam, &
ſtabulum contigit, ſpectat ad dominum, qui de iure ad il-
lorum refectionem tenetur, alioquin conductor ei merce-
dem integram præſtare non tenetur, ſed pro rata damni,
quo afficitur ex ruina, & peremptione domus, & villæ, ac
etiam ex incommodo magno fructuum, quos propter tran
ſitum exercitus percipere non potuit, de iure ipſi condu-
ctori eſt facienda remiſſio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In locatione ſimplici remiſſio mercedis fit ob ſterilitatem: & ſterilitas quando ad hunc effectum dicatur, & num. 12.*
2 *Idem in locatione ad longum tempus.*
3 *Emphyteotæ quare regulariter ob ſterilitatem remiſſio mercedis non fiat:*
4 *Et quando emphyteotæ remiſſio mercedis ſit facienda, & nume. 5. & 10.*
6 *L.1.C.de iure emphyteo.* } *quoad remiſſionẽ mercedis emphyteotæ faciendã, necne declarantur.*
L.quicũq; C.de fũdis patr.lib.11.
7 *Emphyteoſis propriè quæ, & quando ſit.*
8 *Emphyteota eccleſiæ quare propter ſterilitatem remiſſionem petere nequeat:*
9 *Et an idem ſit in emphyteota priuati.*
11 *Contractus qualis ſit, an emphyteoticus, an innominatus, quando ab initio nihil eſt datum pro conceſſione, & inueſtitura, & eſt conuentum, quòd annuatim detur certa quantitas alicuius generis nõ in pecunia numerata, ſed in alio genere conſiſtens, item, quòd pro parte conductoris aliquod factum præſtari deberet.*
12 *Sterilitas magna, propter quã conductori mercedis remiſſio fieri debeat, quando dicatur.*
13 *Conductor molendini promittens ſingulis annis dare locatori certam frumenti quantitatem in molendino de frumento proprio moliturarum eiuſdem molendini aliud frumentum præſtare, & ultra quam fuerit perceptum ex molendino, non tenetur.*
Taxationis gratiã, & non demonſtrationis, quando de re aliqua mentio facta dicatur.
14 *Sterilitas unius anni cum vbertate alterius in locatione compenſari debet.*
15 *Vbertas, ac fertilitas, & ſterilitas quæ ſint, & quomodo iudicentur.*

EPITOME.

EMPHYTEOTÆ *remiſſionem mercedis ob ſterilitatem magnam hic faciendam eſſe demonſtratur.*

CONSILIVM CXXXI.

VISO puncto mihi exhibito, & locationis in emphy
teoſim inſtrumento conſiderato, concludo remiſſio
nem ob ſterilitatem annorum decurſorum hæredi-
1 bus domini Ludouici fieri debere, quia † ſi fuiſſet locatio
ſimplex, abſque dubio eſſemus in caſu remiſſionis, tum quia
annis tribus decurſis ipſi hæredes dimidiam fructuum, &
reddituum, quos communiter ipſi, & alij percipere ſoliti
erant, ex molendino non perceperunt, tum quia ex eo non
perceperunt tot fructus, & redditus, ex quibus integram pẽ
ſionem ſoluere potuerint, quinimmò nec eius dimidiam: er
go ſecundum opinionem omnium doctorum in ſimplici lo
catione remiſſio facienda fuiſſet, quia talis diceretur ma-
gna ſterilitas fuiſſe, ut latè ponunt docto. maximè Ioan. de
Imo. in cap. propter ſterilitatem extra de locato, & habe-
tur per Bartolum, & alios in l. ex conducto §.1. & in l.
ſi merces §.uis maior ff.locati, & in l.licet C.eodem titulo.
2 Idem † ſi fuiſſet locatio ad longũ tempus, ut firmant
Cyn. Pet. & Bald. in l.1.C.de iure emphyteo. Pet. de An-
chara. & Ioan. de Imo. in c.potuit in gloſa penultima extra
de locato, Ange. in §. quia uerò Leonis in authen. de non
alienan. ubi Ange. optimam rationem aſſignat, dicẽs, quòd
3 † ideò emphyteotæ regulariter non fit remiſſio mercedis
propter ſterilitatem, ut in d.l.1. quia emphyteota præſtat
penſionem in recognitionem directi dominij, & propterea
cum dominium, vel ipſius rei ſubſtantia adhuc duret, pen-
ſio quoque durare debet d.l.1. ſimplex autem conductor
etiam ad longum tempus ſoluit penſionem pro uſu rei, &
& in recompenſationem fructuum l.in lege §.colonus, l.ſi

quis domum per totam legem, & l. ex conducto ff. locati:
& idcirco conductori propter ſterilitatem fructuum re-
miſſio fieri debet d.l.ex conducto §.1.l.ſi merces §. uis ma-
ior eodem titu.quæ iura etiam in locatione ad longum tem
pus locum habent,ut ibi per Angelum, & expreſsè per Are
4 tinum in conſil. 55. Sed † quando emphyteota non ſol-
uit quid minimum in recognitionem directi dominij ſim-
pliciter,uerum penſionem magnam in recompenſationem
fructuum, & quaſi tantam, quantam conductor ſimplex,
uel ad longum tempus ſoluiſſet,conductori ſimplici æqui-
paratur,& de eo,ut de colono ſimplici, uel ad longum tem
pus iudicatur,ut colligitur ex iis,quæ uolunt Paulus de Ca
ſtro,& alij poſt gloſam in l.penult.ff.locati, Bartolus in dicta
l.1.in 2.oppoſition.& in glo.penult. C.de iure emphyteoti.
ibique Moder. Angel. Aretin.in §.adeò Inſtit.de loca.& fa-
ciunt not. per Alexandrum poſt Bartolum in l. interdum §.
quod ex naufragio ff.de acquiren.poſſeſſio.& facit id,quod
in ſimili uoluit Alexan.& alij in l.ſi mihi,& titio colum.4.ff.
de uerborum obligatio.qui facit differentiam, an emphy-
teota ſoluat quid minimum annuatim, & tunc non eſt lo-
cus iuri accreſcendi,an uerò magnam penſionem, quæ tūc
in recompenſationem fructuum ſolui dicitur,ut ibi per Ale
xandrum,& clarius per eundem in conſilio 112.lib.1. ſicut
ergo conductori ſimplici, uel ad longum tempus remiſſio
fit propter ſterilitatem, ita & emphyteotæ, qui annuatim
magnam penſionem,& non quid minimum ſoluit.
¶ Præterea quamuis regulariter emphyteotæ remiſſio pro
pter caſum circa rem contingentem fieri non debeat d.l.1.
5 C. de iure emphyteot. tamen † quando propter talem
caſum contingeret,non poſſe ex re percipi tot fructus, qui
ad ſoluendum penſionem ſufficerent, tunc illi remiſſio mer
cedis fieri deberet, nam talis caſus cenſeretur ſimilis totali
rei peremptioni, ut uoluit Bartolus in dicta l. 1. colum. 2.
uerſicu.quæro,dicitur hic, quē Modern.ibi in gloſa penul-
tima, ac in ultimo notabili ſequuntur: Sed in caſu noſtro
tanta fuit ſterilitas,quòd fructus,& redditus percepti ad ſo
lutionem dimidiæ penſionis non ſuffecerunt, ut mihi in fa-
cto præſupponitur, quoniam annuatim nonaginta ſexta-
ria frumenti ſoluebantur,item conductor tenebatur mole-
re omnia blada,& frumenta ipſius domini,& locatoris, &
uix conductor, ſeu emphyteota ſextaria quadraginta fru-
menti ſingulis annis percepit,ergo concludendum eſt,de-
bere ipſi emphyteotæ remiſſionem fieri, cum tot fructus
non fuerint percepti,qui ad dimidiam penſionis ſufficerent
per notata per Bartolum in dicta l. 1.& per ea, quæ ipſe
6 etiam uoluit in dicta l.licet C.locati. ¶ Tertio † text. in
dicta l.1.C.de iure emphyteo.& in l.quicunque C.de fun-
dis patrimon.lib.11.loquuntur in emphyteoſi,quæ quoad
mercedis remiſſionem differt à ſimplici locatione,& ab ea,
quæ ſimpliciter ad longum tempus facta fuit, ut uolunt do-
7 ctores communiter in dicta l.1. nam † emphyteoſis pro-
priè eſt,& præſertim inſpecto communi uſu, quando ali-
quid à principio datur concedenti pro inueſtitura, & con-
ceſſione, & ultra hoc ſingulo anno debetur etiam aliquid
modicum in ſignum recognitionis dominij,ut not.glo.in di
cto capitu. potuit, & Iacob. de Aren. & Cyn. in dicta l.1.
idem tenet Iacob. Butriga.& Barto.ibi, Ioan. Andr. in ad-
ditio ad Specul.in titu.de loca.§.nunc aliqua uerſic.4.dum
ponit differentiam inter contractum locationis, & contra-
ctum emphyteoſis, & pulcherrimè habetur per Alexan-
drum poſt Imolam in dicta l.ſi mihi,& titio colum.4. & de
huiuſmodi emphyteoſi,& non de alia loquitur tex.in d.l.1.
ergo locum non habebit in caſu noſtro, in quo à principio
pro habendo inueſtituram,& cōceſſionem nihil datum fuit,
& ſoluitur annuatim non quid minimum, ſed quid ma-
gnum; quo in caſu de huiuſmodi conceſſione iudicatur,
ut de ſimplici locatione ſaltem ad longum tempus,non au-
tem ut de uera emphyteoſi per prædicta:& hac ratione ad
propoſitum uſus fuit Alexan.in dicto conſi. 112.colum. 2.
lib.1.qui per plures rationes,& auctoritates doctorū, quos
allegat concluſionem ſupra traditam ſequitur, & præſer-
tim motus auctoritate glo.in authen. perpetua C.de ſacro
8 ſanc.eccleſ.quæ uult,quòd † emphyteota eccleſiæ remiſſio
nem propter ſterilitatē petere nequeat ex eo, quòd à prin-
cipio fit diminutio ſextæ partis penſionis,nam ex quo eccle
ſia in hoc grauatur,releuatur in alio, ut remiſſionem face-
re propter ſterilitatem non teneatur:quod ſecus eſt in pri-
9 uato: Et † ſic glo.ibi ſentit,ſecus eſſe in priuato,quando
is rem ſuam in emphyteoſim conceſſit,ex quo rem ſine ali-
qua diminutione conceſſit, ut quia conceſſio eſſet facta pro
penſione ſolita,quæ eſt ad fructus rei correſpectiua,& ideò
in hoc caſu idem in emphyteota priuati dicendum eſt,
quod in conductore ſimplici ad longum tempus: & hoc
modo poteſt intelligi d.l.ſi uno in princip. ff. locati: ſecus ſi
cum diminutione penſionis,& ſic pro re minima conceſ-
ſio facta eſſet,quia tunc dicta l.1.locum haberet.
10 ¶ Quarto † Alex.in dicto conſi.112.ponderat ad hoc text.
in §.quia uerò leonis in authent. de non alien. cum ibi not.
maximè per Iacobum de Belui. quòd quando res eccleſiæ
à principio in emphyteoſim datur cum diminutione ſextæ
partis illius penſionis,quæ communiter quolibet anno per-
cipi poterat,conceſſio ualet,quia talis diminutio compenſa
tur cum ſterilitate fructuum, ad quam eccleſia propter il-
lam penſionis diminutionem non tenetur: & ſic textus ille
apertè innuit, quòd ubi conceſſio in emphyteoſim fieret
abſque ea penſionis diminutione, & ſic pro penſione ma-
gna fructibus correſpondente, ut facta fuit in caſu noſtro,
remiſſio propter ſterilitatem emphyteotæ fieri deberet:
idemque probatur per textum in §.lex ita in fi. aliàs in §. du
dum in authen.de non alien. ¶ Poſſet hæc concluſio ita etiā
11 confirmari: † nam quamuis docto.in d.l.1. C. de iure em-
phyteo.ut Alberi.& alij Moder.ueluti ibi Iaſ.in 5. & 6.co-
lum.refert, ualde dubitent, an dicatur contractus emphy-
teoticus,uel contractus innominatus,quando ab initio nihil
certum pro inueſtitura,& conceſſione datum fuit,& annua
tim de certa penſione in pecunia numerata,uel in certa ſpe
cie conſiſtente conuentum eſſet, ac doctores magis com-
muniter uelle uideantur,eſſe contractum emphyteoticum,
& non innominatum, ut ibi per Iaſonem, & probatur in §.
adeò Inſtitu.de loca.cum ibi not. & per gloſam in d.l. 1. in
uer.alienationis: tamen quando ab initio nihil pro conceſ-
ſione, & inueſtitura datum eſſet, atque conuentum foret,
annuatim dari certam quantitatem alicuius generis non in
pecunia numerata, ſed in alio genere, item annuatim pro
parte conductoris debere aliquod factum præſtari, & ſic
penſio non in pecunia, nec in ſpecie, ſed in alio genere
conſiſteret, prout in caſu noſtro, tunc abſque dubio ui-
detur, quòd talis contractus non diceretur eſſe emphyteoti-
cus,ſed contractus innominatus, facio, ut des, & ut facias
argumento l.naturalis §.at cum do ff. de præſcript. uerbis,
l.& hæc diſtinctio in fin. ff.locati,l.1.§.ſi quis ſeruum ff.de-
poſiti, l. ſi olei cum ibi notatis C. locati, & eſt gloſa no-
tabilis in ſumma 14. quæſtio. 3. cum ſimilibus: E hoc mo-
do poteſt ſaluari opinio eorum, qui tenebant contractum
emphyteoticum eſſe contractum innominatum, quos re-
ferunt Bartolus, Baldus, & Modern. in dicta l.1. & hoc in
caſu iſte contractus erit regulandus ſecundum naturam
contractus nominati,cui magis aſſimilatur, d.l. 1. §. ſi quis
ſeruum, l. naturalis §.ſi facio circa finem,& ibi gloſ.l.ſi rem
tibi inſpiciendam in principio, & l.titius ff. de præſcript.
uerbis: Sed in caſu, de quo agitur, hic contractus aſ-
ſimilatur potius contractui ſimplicis locationis ad mo-
kk dicum

dicum, vel ad longum tempus, quam cōtractui emphyteotico, primo quia pro penſione non ſoluitur quid minimum annuatim, ſed magna frumenti quantitas correſpondens fructibus molendini, nec aliquid ab initio pro inueſtitura datum fuit, ſed ſimpliciter cōceſſio gratis facta fuit ſub certa penſione in quantitate pecuniæ, & in ſpecie non conſiſtēte, ex quibus potius naturæ contractui ſimplicis locationis conuenire, & aſſimilari uidetur, vt docto. magis communiter poſt Barto. in d. l. 1. & in alijs locis ſupra relatis fateri videntur, ergo ſicut in contractu locationis ad modicum, vel ad longum tempus locator propter ſterilitatem remiſſionē facere tenetur, vt dictum fuit, & volunt docto. communiter in d. l. 1. & præcipuè Iaſ. ibi in vlti. notabili, ac etiam in glo. 3. dum quærit, an contractus emphyteoticus à contractu locationis ad longum tempus differat, ita erit in caſu noſtro dicendum, in quo fuit ſterilitas, ex quo non fuerunt percepti fructus ſoliti, ſed minores, & pauciores, quàm eſſet dimidia, quinimmò tot non fuerunt percepti, ex quibus dimi-
12 dia penſionis debitæ ſolui poſſet: † Ex quibus colligitur, magnam fuiſſe ſterilitatem per ea, quæ voluit Bart. in l. licet C. loca. in l. ex conducto. §. 1. & in l. ſi merces. §. uis maior eod. tit. & habetur in d. c. propter ſterilitatē extra de locato.
13 ¶ Vltimo videtur dicendum, † quòd vltra fructus, & redditus ex molendino perceptos hæredes cōductoris aliquid vltra præſtare nō teneantur, ſed duntaxat frumentū, quod ex molendino annis elapſis fuit perceptum, vt colligitur ex verbis inſtrumenti, quibus dicitur, quòd conductor ſingulis annis dare promiſit nonaginta ſextaria frumenti in dicto molendini de frumento proprio moliturarum eiuſdem molendino, & ſic de frumento, ſeu de fructibus molendini facta eſt mentio per modum taxationis, & non demonſtrationis, quod patet, quia in vna, eademque oratione facta eſt mentio de penſione ſoluenda de frumento molendini iuxta not. per Barto. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de verborum obligat. per Paul. de Caſt. in conſil. 327. lib. 1 ſecundum numerum meum, aliàs eſt in conſ. 51. incip. quia exceptiones, per Felin. in c. ad audientiam il 2. colum. 7. de reſcrip. & in c. ſuper literis ibi quarto limita eod. tit. & per dominos de rota in deciſ. 869. incip. pro anniuerſario in antiquis. Ex quo infertur, quòd hæredes conductoris pro annis præteritis, in quibus fuit ſterilitas, non fuerunt obligati præſtare, niſi illud frumentum, quod ex molendino perceptum fuit, & non aliud, & ſi nihil fuiſſet perceptum, nihil præſtare debuiſſent, & ſi modicum, illud modicum ad tradita per Felin. in locis præallegatis per Paul. de Caſt. in d.
14 conſil. & per Barto. in d. §. ſacram. † Compenſari tamen debet ſterilitas cum vbertate aliorum annorum, quia ſi annis prius elapſis, vel ſequentibus fuerit fertilitas, & vbertas, tunc ſuppleri debet illud frumentum, quod minus fuit ſolutum, ex fertilitate, & vbertate aliorum annorum argumento l. ſi vno in prin. ff. locati, & in terminis habetur per Pau. de Caſt. in d. conſilio, & refert, ac ſequitur Felin. in d. c. ad audientiam colum. 7. facit d. §. ſacram, ibique Barto. & eſt bonus tex. in l. firmo. §. hæc verba ff. quando dies lega. ced. & hoc ſequuntur Cyn. & Pet. in l. ſi quis argentum C. de donat. in fin. Non aliter ergo conductor, vel eius hæres penſionem annorum præteritorum ſterilium de redditibus, & frumenti dicti molendini annorum ſequentium ſupplere tenetur, niſi conſtet annos ſequentes fuiſſe, & eſſe vberes, ac fertiles, ſicut dicitur in d. l. ſi vno in prin. cum ibi not. per glo. & docto. in d. l. ſi merces. §. uis maior, in l. licet C. locati, & plenè habetur in d. c. propter ſterilitatem per Imol. Abb.
15 Ant. & alios, † qui magis cōiter velle uidentur, quòd annus fertilis, & uber dicatur, quando ultra ſolitos redditus ipſe conductor in ſequentibus annis ex re conducta tantum perciperet, quantum ſi id ſolum percepiſſet, læſus ultra dimidiam penſionis iuſtæ diceretur: Vel ſecundum alios annus fertilis, & uber dicetur arbitrio boni uiri, & attento communi uſu loquendi, ſicuti etiam dicitur de anno ſterili iuxta ea, quæ habentur in dicto §. uis maior, & melius in dicto capitu. propter ſterilitatem. Vbertas ergo, & fertilitas annorum ſequentium debet expectari ad hoc, ut hæredes conductoris in caſu noſtro integram penſionem annorum præteritorum ſterilium ſupplere teneantur, & non aliter, & cum nondum ubertas, neque fertilitas contigerit, ipſi ad præſtationem integræ penſionis pro annis præteritis obligati non dicuntur. Ex prædictis itaque manifeſtè colligitur, nos eſſe in caſu, in quo remiſſio fieri debuit. ¶ Et iis, quæ in contrarium adduci poſſent, ex omnibus præmiſſis reſponſum patet, & in primis textui in dicta l. 1. & in dicta l. quicunque, & aliis etiam, quibus in ſpecie reſpondet Alexand. in dicto conſil. 112. ubi dicit hanc opinionem eſſe ueriorem, & probabiliorem, tum quia iure probatur, ut uidetur text. in dicta l. ſi uno in princip. ibi uectigali, & in l. forma in princip. ff. de cenſibus, iuncta rubr. & l. 1. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. pet. cum ibi not. tum quia rationibus ſupradictis, & aliis ab Alexandro conſideratis fundatur, necnon auctoritatibus doctorum, quos allegat, corroboratur. Et cum hæc opinio ſit magis æqua, ita concludēdum eſſe arbitror. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio facta de aliquo, ut filio, uel ut fratre, ſi non ſit filius, nec frater, uitiatur, & non ualet:*
Quod declaratur, & limitatur nu. 6. & 8.
2 *Demonſtrationes appoſitæ in perſona honorata, quæ ſunt alicuius conſanguinitatis, uel affinitatis ſignificatiuæ, ſi repertantur falſæ, diſpoſitionem uitiant:*
Quod declaratur, & limitatur nu. 6. & 8.
3 *Diuidentes bona ſibi ab eccleſia ad longum tempus locata abſque licentia, & requiſitione eccleſiæ à iure ſuo cecidiſſe dicuntur.*
4 *Et renunciando ſibi inuicem omni iuri, quod alter in portione alterius habebat, portio defuncti ad eccleſiam dominam reuertitur:*
Et an hoc uerum ſit nu. 12.
5 *Vſumfructum habens in fundo titij ſi illi renunciet, uſusfructus ad dominum ſui natura reuertitur, & cum proprietate ipſo iure conſolidatur.*
6 *Diſpoſitio facta de aliquo, ut filio, ualet, licet non eſſet filius, ſed nepos ex filio.*
7 *Filij appellatione quandoque etiam nepos ex filio continetur.*
9 *In locatione de re eccleſiæ ad longum tempus facta pro ſe, & filiis ſuis, illos nominatim exprimendo, filij poſt mortem patris ordine ſucceſſiuo in iuribus, & non pro hæreditariis portionibus uocati cenſentur.*
10 *Et ſi facta fuerit pro ſe, filiis, & nepotibus, nepotes poſt mortem filiorum in ſtirpes ſuccedunt, & in locum patrum prædefunctorum admittuntur.*
11 *Locatio de re eccleſiæ facta ad uitam aliquorum, ſeu in primam, & ſecundam generationem ſimilis eſt locationi in emphyteoſim, & ea quoque alienationem ſapit.*

EPITOME.

LOCATIONE *ab eccleſia de aliqua re ſua facta Titio ad ipſius Titii, & Franciſci, Philippi, & Gaſparis ſuorū filiorū uitā naturalē, et poſt mortē Titii eadē re à dictis Frāciſco, Philippo, et Gaſpare uti fratribus, et filiis Titii ad eorum uitam naturalem ſimiliter conducta, mortuo Franciſco, alterum ex eis Philippum, ſiue non ſit uere filius Titii, ſed eius nepos ex Franciſco filio, ſiue uerè ſit filius, ad partem Franciſci prædefuncti unà cum Gaſpare tàm ex prima, quàm ex ſecunda locatione admittendum eſſe hic probatur, non obſtante etiam diuiſione inter ipſos de dicta re locata ſine licentia eccleſiæ facta cum renunciatione ſibi inuicem iurium,*

iuris, quæ alter in portióne alterius haberet, ſeu habere potuiſſet.

CONSILIVM CXXXII.

FACTA fuit locatio à monaſterio Venturæ de qui-
buſdam bonis immobilibus ad ipſius, & Franciſci, Phi
lippi, & Gaſparis filiorum ſuorum uitam naturalẽ pro
certo annuo aſſictu, ut in inſtrumento dictæ locationis habe
tur, deinde poſt mortem dicti Venturæ præfati Franciſcus,
Philippus, & Gaſpar uti fratres, & filij dicti Venturæ ad eo
rum uitam naturalẽ renouando à dicto monaſterio cõduxe
runt cũ pacto, quòd portiones prædecedentis, ſeu prædece
dentium ſuperuiuenti, ſeu ſuperuiuentibus accreſcerent:
Poſtea dicta bona æqualiter inter ſe diuiſerunt, qua diui-
ſione facta Franciſcus mortuus eſt; ob cuius mortem nunc
dubitari contingit, an dictus Philippus unà cum Gaſpare
ad portionem dicti Franciſci admittatur: & quia duæ re-
periuntur locationes ad uitam naturalem dictorum nomi-
natorum, ut ſupra, factæ, uidendum eſt, an Philippus ex
utraque poſſit admitti: & unamquamque de per ſe tangen
do, uidetur, quòd Philippus non poſſit dici uocatus ex pri-
ma locatione facta Venturæ pro ſe, Franciſco, Philippo, &
1 Gaſpare eius filiis, † quoniam ex quo Ventura conduxit
pro Philippo uti eius filio, & quem eius filium eſſe crede-
bat, & prout in dubio credidiſſe præſumitur, ex quo ipſum
nominauit filium argumento eorum, quæ uoluit glo. in l.
nemo, & ibi docto. in fin. ff. de hæred. inſtit. & cum re uera
ipſe Philippus non eſſet eius filius, ſequitur, quòd ex diſpo-
ſitione per ipſum Venturam facta pro dicto Phillippo ſub
demonſtratione falſa filiationis, Philippus non poteſt dici
uocatus, & talis diſpoſitio reſpectu ipſius Philippi non ua-
luit per tex. in l. quoties in princi. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi pa
ter C. eodem tit. & dicit Bart. quem alij ſequuntur, in l. 1. ff.
2 de condit. & demonſtra. † quòd demonſtrationes appoſitæ
in perſona honorati, quando ſunt alicuius conſanguinitatis,
uel affinitatis ſignificatiuæ, ſi reperiantur falſæ, uitiant di-
ſpoſitionem, ut quando demonſtratio fit per filiationem,
uel fraternitatem: & ratio eſt, quia hæc adiectio, ſeu de-
monſtratio facta per nomen filij, ſeu fratris quandam cau
ſam finalem inducit, ex qua infertur, quòd ni ſi eſſet filius,
uel frater, diſponens ſic non reliquiſſet, aut illi non proui-
diſſet: & ideò ſi talis demonſtratio ſit falſa, diſpoſitio in to
tum uitiatur, quia ceſſante cauſa finali ceſſat diſpoſitio cap.
cum ceſſante de appellationibus, l. adigere §. quamuis ff. de
iure patrona. Quod ſecus eſſet in aliis adiectionibus, ſeu
demonſtrationibus factis per alia nomina adiectiua, ut ſi di
ceretur, lego Titio albo, uel nigro: nam talis adiectio, & de
monſtratio cauſam finalẽ in ſe nõ cõtinet: & ideò tunc di-
ſpoſitio ualeret, quamuis demonſtratio falſa eſſet: Sed ubi-
cunque appareret teſtatorem, ſeu diſponentem non lega-
turum, ſeu nõ prouiſurum, ſi demonſtrationem falſam eſ-
ſe ſciuiſſet, tunc diſpoſitio ex falſa demonſtratione uitia-
tur l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummam cum glo. ff. de uer
borum obligatio. & Bald. in l. cum proponas in fin. 2. colum.
C. de hæredib. inſtituen. inquit, quòd æſtimata coniunctio
teſtatorem, ueriſimiliter trahit ad inſtituendum, ſeu proui-
dendum illi, cui aliàs non erat prouiſurus argumento l.
l. cum alienam C. de legatis. Nec obſtat l. falſa demonſtra
tio in princip. ff. de conditio. & demonſtratio. & l. nemo in
fin. ff. de hæredib. inſtituend. quia ſecundum gloſam in d. l.
falſa, quam ſequitur Bartolus in dicta l. demonſtratio, ibi
teſtator non errando nominauit filium, ſeu fratrem, quem
non eſſe filium, ſeu fratrem ſciebat, & ſic conſtabat teſtato
rem non erraſſe: ſed in dubio præſumitur erraſſe, & credi
diſſe illum eſſe filium, ſeu fratrem, quem ſic nominauit, &
conſequenter diſponentem ex illa cauſa finali motum fuiſ
ſe, ut eſt gloſ. notabilis in dicta l. nemo: Et per hanc ratio-
nem uidetur dicendum, quòd ipſi Philippo etiam ex ſecun
da locatione per monaſterium facta Philippo uti fratri di-
ctorum Franciſci, & Gaſparis nullum ius ſit acquiſitum,
quoniam cum in demonſtratione per nomen conſanguini
tatis facta erratum fuerit, & demonſtratio illa falſa fuerit,
diſpoſitio quoad ipſum non ualuit per dictam l. quoties in
princip. & per ea, quæ uoluit Barto. in dicta l. demonſtratio
falſa cum ſimilibus. Præterea uidetur etiam, quòd reſpe-
ctu ſecundæ locationis prædictæ, Philippus nihil petere poſ
ſit, & tàm portione ſua, quàm iure aliquid de portione al-
3 terius prædecedentis acquirendi priuatus dicatur, † quo-
niam, ut in facto præſupponitur, illi fratres, quibus locatio,
& conceſſio facta fuit, bona conceſſa abſque licentia, & re
quiſitione eccleſiæ inter ſe diuiſerunt remittendo inuicem
omne ius, quod eorum quilibet habet, uel habere ſperat,
per quam diuiſionem ſic inuicem factam dicta bona ad ec-
cleſiam reuerſa dicuntur, quia diuidendo, irrequiſita ec-
cleſia Philippus, & alij à iure ſuo cecidiſſe dicuntur cum
diuiſio ſit alienatiò l. 1. C. communia utriuſque iudic. ergo
diuidentes à iure ſuo ceciderunt l. fin. C. de iure emphy-
teot. capit. potuit de loca. & not. in l. codicillis §. inſtituto,
4 ibique doctores ff. de lega. 2. Item † quia per dictos fra-
tres conductores diuidentes renunciatum fuit iuri, quod
alter in portione alterius habebat, ratione cuius abdicatio-
nis, & renunciationis portio Franciſci defuncti dicitur ad
eccleſiam reuerſa, poſtquam hi ſuperuiuentes ad inuicem
à ſe abdicarunt ius, quod in portione alterius habebant,
non autem contingit hoc ratione pacti inter eos tempore
diuiſionis facti, ut ex eo actio, ſeu exceptio eccleſiæ acqui-
ratur, quia ſua non intererat eccleſiæ acquiri l. ſtipulatio
iſta §. alteri ff. de uerborum obligatio. & ad not. per Barto-
lum in l. qui romæ §. duo fratres in 10. quæſtio. ff. de uerbo-
5 rum obligatio. Nam † et ſi tu haberes uſumfructum in
fundo Titij, illique renunciares, licet tua non intereſ-
ſet acquiri domino, tamen quia à te uſumfructum abdicas,
is ad dominum ſui natura reuertitur, & cum proprietate ip
ſo iure conſolidatur, ut arg. l. idem neratius §. non ſolum ff.
de uſufruc. accreſcen. & in §. finitur inſtitu. de uſufru. & pro
batur in capitu. 1. de eo, qui fin. fecit agna. de feu. pater. in
uſu feudo. ubi caſus eſſe uidetur, & ita tenet Pau. Caſt. in d.
§. duo fratres. ¶ His tamen omnibus non obſtantibus, con-
trarium eſſe uerius indubitanter arbitror, quòd ipſi Philip-
po ius in dictis bonis fuerit acquiſitum, tàm ex prima, quàm
ex ſecunda locatione, & conceſſione prædicta: Ad quod di-
6 cendum moueor, quia † quando falſa demonſtratio, quæ fit
per nomina conſanguinitatem deſignantia, non eſt omnino
falſa, ut quia certo reſpectu uerificari ualeat, tunc diſpoſi-
tionem non uitiat, ſi de corpore conſtat: ita dicit Ioan. de
Imol. per illum tex. in d. l. nemo in fin. & exemplificari po-
teſt in eo, qui ſciebat aliquem non eſſe fratrem ſuum, quem
tamen fraterne amabat, & illum, ut fratrem, ſeu eum deno
minando fratrem, inſtituit, quia ualet inſtitutio: Sed in ca-
ſu noſtro, poſito, ſed non conceſſo, quòd Philippus non eſ-
ſet filius Venturæ, ſed nepos eius ex filio, ut pars aduerſa aſ
ſerit, tamen ex quo Ventura ipſum ut filium in contractu cõ
ductionis uocauit, ſtipulando pro ipſo Philippo, ut filio, qui
tñ non erat filius, ſed nepos ex filio, ſtipulatio, & diſpoſitio
pro Philippo facta ualere debet, ex quo de corpore conſta
bat, quia hæc falſa filiationis demonſtratio aliquo reſpe-
ctu uerificari poterat, tum quia erat nepos ex filio, qui in
locum filij ſuccedit, & locum filij obtinet, ut in §. & quia
& in §. 1. Inſti. de hære. quæ ab inteſt. & in §. 1. Inſti. de hære.
7 qual. & diffe. tum quia † appellatione filij quandoq; etiam

nepos ex filio continetur, etiam propriè loquendo, uel ſecundum aliquos ſaltem ex impropria ſignificatione, & ex quadam interpretatione extenſiua l.liberorum cum ibi plenè not. per Bartolum ff. de uerborum ſignificat. ex quibus ſequitur, quòd ſtipulatio, & cõceſſio facta etiã reſpectu
8 Philippi ualuit, & ex illa ipſi acquiri potuit. ¶Præterea† ex quo in caſu noſtro Ventura ſciuit Philippum non eſſe filiũ ſuum, ſed nepotem ex filio, & ipſum nominauit filium fortè ob amorem, quo illum proſequebatur, quia filos græcè dicitur amor, ut in d.l.liberorum, ibiq; Bart. ob hoc diſpoſitio reſpectu ipſius Philippi uitiari non debet argumento d.l.nemo in fin. & ita eſt de mente glo. in d.l. falſa demonſtratio, cum qua doctores, & maximè Barto. in d. l. demonſtratio pertranſeunt: & hoc etiam expreſſè uoluit Ioan. de Imol. in d.l. nemo in glo. fin. ubi ſecundum ipſum conſtare, & probari dicitur, quòd ſciuerit illum non eſſe filium, ſeu fratrem ſuum, ſi probetur, quòd erat publica uox, & fama in uicinia, quòd non eſſet eius filius, ſeu frater, nam propter hanc publicam uocem, & famam diſponens præſumitur ſciuiſſe illum non eſſe filium, ſed nepotem argumento eorũ, quæ uoluit glo. in l. ſi tutor C. de pericu. tut. & Bar. in l. is poteſt ff. de acquir. hæred. & per id, quod habetur in c. 1. extra de poſtula. præla. Probatur etiam ipſum ſciuiſſe, illum non fuiſſe filium ſuum, ſed nepotem ex aſſidua conuerſatione, quam Ventura cum dicto Philippo, ſicut cum aliis filiis ſuis habebat per ea, quæ not. dixit Bald. in l. quoties in princ. & ibi refert, ac ſequitur Ioan. de Imol. ff. de hæred. inſtit. per l. tutela C. de reſtit. in integr. & l. octaui ff. unde cogna. cum igitur Ventura ſciuerit Philippum non eſſe filium, ſed nepotem, & pro ipſo ſub demonſtratione filiationis fuerit ſtipulatus, ac de corpore conſtiterit, quia non fuit erratum in corpore, ſed ſolum in demonſtratione, quæ tamen aliquo reſpectu uerificari poteſt, ut dixi, ſequitur, quòd conceſſio, & locatio etiam reſpectu Philippi ualuit.
9 ¶Rurſus † ſi præſupponamus Philippum fuiſſe filium Venturæ, prout in ueritate fuit, & in dubio eſt præſumendum, ex quo ſic in primo, & in ſecundo locationis, ſiue conceſſionis inſtrumento iurato nominatus fuit, pro quo in dubio præſumitur, & cui ſtandum eſt iuxta ea, quæ habentur in l. cum precibus C. de probatio. & in c. cum Ioãnes de fide inſtrum. ex quo Ventura fuit pro ſe, & pro Franciſco, Philippo, & Gaſpare filiis ſuis ſtipulatus, ipſi filij poſt mortem Venturæ ordine ſucceſſiuo in uirilibus, & non pro hæreditariis portionibus uocati cenſentur, cum ſimus in iis rebus, quæ ſui natura non tranſeunt ad hæredes, ut hæredes, ſed ad ipſos, ut ad filios, uidelicet in rebus eccleſiæ ad longum tempus locatis ad ea, quæ habentur in c. in præſentia de probatio. & per Bartolum, quem alij communiter ſequuntur, in l. gallus §. quidam rectè ff. de liberis, & poſthumis, in l. patroni, ibiq; Alexand. ff. ad trebellianum, & in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis libertorum; & tanto magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, ex quo Franciſcus, Philippus, & Gaſpar poſt mortem Venturæ fuerunt dicta bona ſimul, & ſic uiriliter ſtipulati, & conduxerunt, prout à principio ipſis fuerant acquiſita mediante ſtipulatione Vẽturæ eorum patris, per quam acquiſitionem, & ſtipulationem poſt mortem Venturæ per ipſos factam cenſentur ratificaſſe id, quod à Ventura ipſorum nomine factum fuit: & ideò eo modo, quo per Venturam fuerat ipſis prouiſum, dicitur illis poſt eius mortem acquiſitum per ea, quæ uoluit Alexand. poſt Bartolum in l. ſi mihi, & titio ff. de uerborum
10 obligatio. Si uerò † præſupponamus Philippum fuiſſe nepotem Venturæ natum ex Franciſco, ueluti aduerſarij aſſerunt, tunc ipſe Ventura ſtipulando pro ſe, & pro Franciſco, & Gaſpare filiis, ac pro Philippo nepote ex Franciſco, dicitur his huiuſmodi bona acquiſiuiſſe ordine ſucceſſiuo, ut primo dicantur acquiſita Venturæ, deinde filiis Venturæ, & tertio nepoti Philippo, qui in locum Franciſci ſui patris debet admitti, & uocari ad portionem patris ſui, in cuius locum ſucceſſit, ſeu ſuccedere debet, ut uolunt Bartol. Alexand. & communiter alij in dicto §. quidam rectè, qui propriè formant quæſtionem, quando pater ſtipulatus fuit emphyteoſim eccleſiaſticam pro ſe, filiis, & nepotibus ſuis, & concludunt, filios poſt mortem patris, & poſt filios nepotes in ſtirpes admitti, & in locum parentum ſuorum decedentium ſuccedere, ut ibi notabiliter uoluit Angelus, & Ioannes de Imola, & Alexand. Negari igitur in caſu noſtro non poterit, quin Philippus ſaltem admitti debeat ad illam portionem, ad quam pater eius Franciſcus fuerat uocatus, hoc eſt ad dimidiam, cum ſecundum aduerſarios duo tantum eſſent filij Venturæ, & ipſe Philippus fuerit de expreſſè uocatis, qui ſi ut nepos Venturæ, uiuente Franciſco eius patre, non potuit de iure admitti, ſaltem poſt eius mortem admitti debuit per ea, quæ uolunt Bartol. & alij in dicto §. quidam rectè, & eſt de mente ſcribentium, maximè Imol. & Alexand. poſt Bartolum in l.
11 quod dicitur ff. de uerborum obligatio. Et † quamuis doctores in locis præallegatis loquantur de emphyteoſi, tamen idem eſt in locatione ad aliquorum uitam, ſeu in primam, & in ſecundam generationem facta, quia talis eſt ſimilis locationi in emphyteoſim, & ad illius inſtar, unde ita dicitur ſapere alienationem, ſicut emphyteoſis iuxta text. cum ibi notatis, ubi ego plenè dixi, in c. nulli de rebus eccleſ. non alienan. & habetur per Bartolum in authen. quibuſcunque C. de ſacroſanctis eccleſ. gloſ. in clemen. 1. de rebus eccleſ. non alienan. in §. perpetua 10. quæſtio. 2. & in authen. ſi quas C. de ſacroſanct. eccleſ. & per Abbatem in capitu. peruenit in 2. colum. extra de arbitris, & ſcriben. in dicta l. codicillis §. inſtituto ff. de legatis ſecundo.
¶Et ex prædictis colligitur reſponſio ad ea, quæ primo loco in contrarium adducta fuerunt. ¶ Non obſtat id, quod ſecundo loco dicebatur de diuiſione inter ipſos Franci-
12 ſcum, Philippum, & Gaſparem facta, quia † reſponſio colligitur ex iis, quæ uoluit Bartolus, quem doctores communiter ſequuntur in dicto §. duo fratres in 10. quæſtio. nam fratres per diuiſionem ſibi quoad portiones ſuas non præiudicarunt, ut illæ ad eccleſiam reuerſæ dicantur, nec quoad portiones aliorum deficientium, ut ibi latè uolunt doctores communiter poſt Bartolum, quos aliter non refero; Et ita omnino ad fauorem Philippi concludendum eſt, quòd ipſe tanquam frater Gaſparis, prout in ueritate eſt illius frater, uel ſaltem tanquam nepos Venturæ natus ex Franciſco ſit ad dicta bona unà cum Gaſpare admittendus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta uerbo debet ſecundum tempus uerbi intelligi.*
2 *Ex perſona defuncti, uel alterius, cui ſucceſſit, ueniens debet iure illius, cui ſucceſſit, uti.*
3 *Statutum ſuper aliquo diſponens, & aliquam præſupponens qualitatem, illa qualitate non concurrente, locum non habet.*
4 *Priuilegia, & immunitates ſimpliciter alicui conceſſa, & conceſſa ad hæredes non tranſeunt.*
5 *Priuilegium conceſſum à non habente ius ſtatuendi non ualet.*
6 *Nullitas nulla maior eſt illa, quæ ex defectu iuriſdictionis, & incompetentiæ reſultat.*
7 *Contractus, & pactum regulariter ad hæredes tranſeunt, niſi uel tacitè, uel expreſſè ſint perſonalia.*
8 *Conductio, ſiue locatio facta pro ſe, & alio quocunque ab eo nominando, uel ſubrogando, niſi aliquis fuerit nominatus, uel ſubrogatus, cum perſona conducentis finitur.*

Locatio

9 *Locatio ſacta alicui quando dicatur perſonalis, ut ad hæredes non tranſeat, ſed conductoris morte finiatur.*

10 *Statutum loquens de prædiis ruſticis, & urbanis locum non habet in artifice conducente domum, ſeu apothecam ad uſum artis ſuæ.*

11 *Prædiorum urbanorum appellatione non comprehenditur ædificium, quod ad habitationem non ſit deputatum.*

12 *Locatio, in qua uidetur electa induſtria perſonæ conducentis, non tranſit ad hæredes, nec renouata dicitur pro eodem tempore, etiam ſi hæredes per aliquos annos penſionem ſoluendo in conductione perſeueraſſent.*

EPITOME.

STATVTVM *ſocietatis aliquorum artificum diſponens, quòd ſi quis artifex deſcriptus in ea ſocietate, uel illi obediens conduxerit aliquam apothecam ad uſum eius artificii, nullus de ſocietate prædicta poſſit illam incantare, ſeu conducere, locum non habet in locatione facta alicui etiam artificis illius artis, & ad uſum dictæ artis conducenti pro ſe, & alio quocunq; ab eo nominando ſeu ſubrogando, qui tunc nõ erat in ſocietate prædicta deſcriptus, nec illi obediens: & eo mortuo abſq; alicuius nominatione, ſeu ſubrogatione facta, is, qui in eius locum ſuceeſſit, licet ipſe ſit artifex in dicta ſocietate deſcriptus, tamen uirtute dicti ſtatuti non poteſt impedire, quia apotheca defuncto ut ſupra locata poſſit alteri in dicta ſocietate deſcripto locari.*

Locatio domus, ſiue apothecæ facta alicui ut artifici, & ad uſum illius artis non tranſit ad hæredes, nec renouata cenſentur etiam ſi hæredes penſionem ſoluendo in ea perſeuerauerint, neq; comprehenditur ſub ſtatuto diſponente, quòd prædium ruſticum ſiue urbanum cenſeatur finito tempore locationis reconductum, niſi ante finem locationis per tres menſes proteſtatum fuerit.

CONILIVM CXXXIII.

IN cauſa magiſtri Andreæ contra Ioannẽ franciſcum de Puteo profumerium duo inter alia ad fauorẽ magiſtri Andreæ principaliter adducũtur, primũ videlicet ſtatutum artis, & ſocietatis merzariorum, quo cauetur, quòd ſi merzarius, qui ſit in ſocietate merzariorum deſcriptus, uel ipſi ſocietati obediens, conduxerit aliquam apothecam ad uſum merzariæ, nullus de ſocietate prædicta, uel ei obediẽs poſſit illam incantare, ſeu conducere ſub pœna: Secũdum eſt ſtatutum de pœna uendentis rem alienam in §. præterea, quo cauetur, quod prædium ruſticum, ſiue urbanum cẽſeatur finito tempore locationis reconductum pro eodem tempore, & ijsdem pactis, niſi ante finem locationis per tres menſes proteſtatum fuerit etc. Quæ duo contra dictum Ioãnem franciſcum prima facie multum facere uidentur.

¶Sed rectè intuentibus prædicta Ioanni franciſco minimè obſtant, quin ad eius fauorem ſit iudicandũ, ipſi impunè licuiſſe dictam apothecam conducere; & in primis ſtatutum dictæ ſocietatis merzariorum ipſi Ioanni franciſco non aduerſatur, quinimmò pro eo facit, quoniã requirit, quòd apotheca fuerit cõducta per eum, qui in ſocietate merzariorum eſt deſcriptus, uel qui illi ſocietate fuerit obediens: & hæc qualitas, quòd fuerit deſcriptus, uel obediens, requiritur eo
1 tempore, quo locatio, & cõductio facta fuit, quoniam † qualitas uerbo adiecta debet ſecundũ tempus uerbi intelligi l. in delictis. §. ſi extraneus, & ibi Alex. ff. de noxal. & l. titius ff. de milit. teſta. Requirebatur ergo in caſu noſtro, quòd Baptiſta, cui magiſter Andreas ſucceſſit, tẽpore, quo dictã apothecam conduxit, fuerit deſcriptus, uel obediens, ſed ipſe tunc non erat deſcriptus, neque obediens, ut probatum fuit ex productione rogitus notariorum dictæ ſocietatis, & ex teſtibus examinatis; qui optimè concludunt, cum deponant illum nunquam fuiſſe deſcriptum in matricula, nec in libris obedientium iuxta ea, quæ habentur per docto. in c. quoniam contra de probat. ergò &c. Nec obſtat, quòd magiſter Andreas tanquam obediens dictæ artis ſoluerit ratio-
2 ne cuiuſdam alterius apothecæ, quia reſpondetur, † quòd quoad apothecam, ſuper qua lis pendet, magiſter Andreas non dicitur ex perſona ſua, & ex ſua cõductione uenire, ſed tanquã hæres Baptiſtæ eius fratris, & ſic tanquam repreſentãs perſonam Baptiſtæ iuxta tex. in auth. de iureiur. à mor. præſti. & ideò debet uti iure Baptiſtæ, in cuius locum ſucceſſit c. ſanè de offic. delegat. l. pro hæreditariis ff. de hæredi. actio. & l. fin. C. de iure deliberan. cum ſimilibus: quo fit, ut cum dictus Baptiſta nõ potuerit beneficio ſtatuti merzariorum uti per prædicta, nec magiſter Andreas, qui in eius locum ſucceſſit, poſſit illo uti: quod autem Baptiſta non potuerit uti, cõſtat, quia is non erat deſcriptus, neque obediens tempore, quo conduxit, & ſic in eo tunc tẽporis
3 illa qualitas ſtatuti nõ reperiebatur: & † ubi ſtatutum ſuper aliquo diſponit, & aliquam præſupponit qualitatem, non habet locum eius diſpoſitio, niſi etiam qualitas illa concurrat Paul. de Caſtro in l. cogi C. de petitione hæredita. l. prætor §. docere ff. ui bonorum raptorum, l. fulcinius §. 2. ex quibus cauſis in poſſeſſio. eatur, & ibi Bartol. & Paul. de Caſtro in l. ſi per alium §. docere ff. ne quis eum, qui in ius uocaui exi. ¶ Priuilegia etiam, ac immunitates conceſſa, & conceſſæ dicto Baptiſtæ parum, uel nihil ad fauorem magiſtri Andreæ faciunt, tum quia conceſſa fuerunt reſpectu apothecæ iuxta muros palatij, & non generaliter reſpectu apothecarum aliarum ad exercitium merzariæ, ſeu profu-
4 mariæ deputatarum, tum quia † illa priuilegia, & immunitates ſimpliciter dicuntur conceſſa, & conceſſæ dicto Baptiſtæ, & non hæredibus illius, quo in caſu ad hæredes non tranſeunt, ſed cum perſona Baptiſtæ finiri dicuntur, ut eſt text. in l. 1. §. fin. ff. de iure immunita. cum ibi not. Priuilegium quoque conceſſum à dominis Gonfaloneriis, & maſſariis artium minus facit ad fauorem magiſtri Andreæ,
5 † quoniam ipſi domini Gonfalonerij, & maſſarij ius, & poteſtatem ſtatuendi, ſeu faciendi ſtatuta non habent, nec poteſtatem derogandi ſtatutis artium, & ciuitatis Bononiæ habere dicuntur, quoniam hoc ius, & hæc poteſtas penes dominum Gubernatorem unà cum Magnificis dominis Quadraginta uiris reſidet: ergo talis immunitas, & conceſſio facta per dictos Gonfalonerios, & maſſarios non ualet ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis capit. 2. de conſtitutionibus in 6. & l. extra territorium ff. de iuriſdictio. om-
6 nium iudicum, & l. fin. C. eod. tit. † Nulla autem maior eſt nullitas, quàm illa, quæ ex defectu iuriſdictionis, & incompetentiæ reſultat l. fin. C. ſi à non compet. iud. & not. in clemen. 1. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. ¶Non obſtat aliud ſtatutum de pœna uendentis rem alienam in §. præterea, quia
7 reſpondetur, † quòd licet regulariter contractus, puta locationis, & alij ſui natura ad hæredes tranſeant l. ſi pactum cum ſimilibus ff. de probation. tamen hoc fallit, niſi contractus, ſeu pactum ſit perſonale, puta quia expreſsè, uel tacitè actum dicatur, ut perſonam contrahentis non exeat, & ad hæredes non tranſeat, quoniam pactum perſonale cum perſona finitur l. iuriſgentium §. pactorũ, l. idem §. perſonale ff. de pactis: & tacitè apparere dicitur, quando quomodocunque poteſt colligi; mentem contrahentiũ fuiſſe, ut pactum ad hæredes non tranſiret, ut in dictis iuribus cum ibi not. In caſu autem noſtro hoc ſatis colligitur,
8 † quoniam Baptiſta conduxit pro ſe, & alio quocunq; ab eo nominãdo, ſeu ſubrogãdo. Sed quoad ſe locatio dicitur finita, quia mors omnia ſoluit §. deinceps in authen. de nuptiis,

item ex quo alius non fuit nominatus, nec ſubrogatus, etiã quoad alium,qui non fuit nominatus, nec ſubrogatus, loca
9 tio finita eſſe dicetur,& † quòd huiuſmodi locatio in caſu noſtro facta Baptiſtæ ut probo uiro, & merzario Bononienſi dicatur perſonalis,ac morte ipſius finita, nec ad hæredes ſuos tranſeat,taliter quòd in illa locum non habeat ſtatutũ huius ciuitatis loquentis de renouatione, ſeu conductione tacita,demonſtratur ex iis, quæ in terminis uoluit Alexã. in conſi.106.incip.in cauſa ſtrazarolorũ col.7. in uerſi. tertiũ eſt fundamentum,lib.3.aliàs in nouis eſt conſi.105.& incip. Magnificæ prætor,ubi uoluit, quòd quando aliquis artifex domum,uel apothecam ad uſum ſuæ artis conducit, & ipſi ut artifici illius artis fuit locata ſimpliciter ſine expreſſione hæredum,tunc talis locatio dicatur perſonalis,& morte ipſius conductoris finiatur,nec ad hæredes tranſeat,& conſequenter non poſſit dici renouata, ſeu reconducta ex diſpo-
10 ſitione dicti ſtatuti,quoniam† ſtatutum loquens de prædiis ruſticis,& urbanis locum non habet in hoc caſu, uidelicet in artifice cõducente domum, ſeu apothecam ad uſum artis ſuæ,tum quia talis locatio cenſetur facta artifici propter induſtriam ſuæ perſonæ, & ideò morte illius finitur argumento l.inter artifices cum ſimil.allega.per Alex.in d.cõſi.
11 ff.de ſolutio.tũ quia † appellatione prædiorũ urbanorũ nõ comprehenditur ædificium,quod ad habitationem non ſit deputatum,ut uoluit Bar.in terminis in l. ſeruitutes la 3.ff. de ſeruit.& glo.in l.hoc iure §.ſtabula ff. quibus mod. pign. uel hypot.taci.contrah.& do.Barthol. Veronen.in tract.de ſeruit.urban.prædio.in 11.cap. ſub tit. de ſeruit. urban. & ruſti.& not.per glo.in l.urbana prædia.ff. de uerbo. ſignific. Sed huiuſmodi apotheca non eſt ad habitationem apta,
12 nec illi connexa, ergo &c. Item † locatio iſta de apotheca facta fuit ad uſum merzariæ, & ipſi ut merzario, ut in inſtrumento habetur, ergo tanquam fuerit electa induſtria perſonæ ſuæ,locatio debet dici finita, & ad hæredes non dicitur tranſire,ut pro eodem tempore renouata dicatur, quia ſtatutum ciuitatis non dicit aliquid in contrarium, nec diſponit in caſu noſtro, ut dicit Alexan. in d.conſil. col.8. ibi nec etiam obſtat, ſi dicatur, quinimmo Alex.in d. conſi. loquitur etiam in caſu,quo poſt mortem conductoris hæredes ſui per aliquos annos penſionem ſoluiſſent, quoniã tũc etiam illa locatio, quæ ipſi conductori artifici facta fuerat, dicetur eſſe finita,& non ad hæredes tranſiuiſſe, ut ibi, & ſi hæredes penſionem ſoluerunt,& in conductione perſeuerauerunt, dicuntur ſoluiſſe, & perſeueraſſe tanquam ex noua locatione eis tacitè facta, & non ex illa prima argumento l.ſtipulatio iſta §.ſi quis ita ſtipulatus ff.de uerbor. obligatio.& ex his ad fauorem Ioannisfranciſci omnino iudicandum fore exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Stante ſtatuto, quòd tutores, & curatores non poſſint res illorum, quorum negotia gerunt,ultra triennium locare, niſi certa forma ſeruata, negotiorum geſtor rem communem cum minore habens ſi illam non ſeruata dicta forma ad ſeptennium locauerit, locatio quoad partem minoris ipſo iure non ualet: illiq; nec minor, nec eius hæres ſtare tenetur;*

Idem ſi tutor, et curator, qui etiam eſſet pater, talem locationem faceret nu. 3.

2 *Forma non obſeruata, actus eſt ipſo iure nullus.*

4 *Probibitio, quòd res minoris non poſſit alienari, uel locari, uel aliter obligari, locum habet etiam in re, quam minor cum alio communem haberet.*

5 *Ratificatio minoris non conualidat actum, ut cum ſolemnitate requiſita factus dici poſſit.*

6 *In ratificatione eadem ſolemnitas requiritur, quæ in ipſo actu.*

EPITOME. *habetur ſupra in ſummario num. 1.*

CONSILIVM CXXXIIII.

REVERENDE do.Iudex, in cauſa do. Camillæ hæredis Baptiſtæ de Bonaccurſiis eius filij dubitari intelligo,utrum locatio facta ad ſeptenniũ per Dominicum patruum dicti Baptiſtæ, quoad partem ipſius Baptiſtæ ualuerit ad præiudicium ſuum,ſuiq; hæredis, ex quo Dominicus rem cõmunẽ locauit, & ipſe negotia familiæ, & domus gerebat: & breuiter concludendo iuris clariſſimi
1 eſſe cenſeo, † quòd quoad partem Baptiſtæ locatiò ipſo iure non ualuerit,& illi hæres eius do. Camilla ſtare non teneatur,quoniam ex quo Baptiſta tempore factæ locationis erat minor decem, & ſeptem annis, uel ſaltem decem, & octo, locatio de bonis ipſius ab ipſo Baptiſta,ac etiam à curatore ſuo,& ſic à legitimo adminiſtratore fieri non potuit, niſi certa forma ſeruata,cum facta fuerit ultra triennium,& hoc per ſtatutum de contractibus cum minoribus &c. in §. adiungentes etiam in uerſi.nihilominus &c.ubi tutores,uel curatores,qui legitimi adminiſtratores eſſe,& maiorem dicuntur habere adminiſtrationem, quam ſimplices negotiorum geſtores,ut clarum eſt,non poſſunt res illorum, quorũ negotia gerunt,ultra triennium locare, niſi certa forma ſeruata,hoc eſt cum decreto iudicis, & cum præſentia aliarũ perſonarum,de quibus in dicto ſtatuto, alioquin locatio eſt
2 ipſo iure nulla, quia † forma non obſeruata, actus eſt ipſo iure nullus c.cum dilecta de reſcrip.cum materia,& l.iulianus §.ſi quis rem ff.ad exhiben.cum ſimilibus: Sed hæc forma non fuit in caſu noſtro obſeruata, ergo &c. Nec obſtat, quòd locatio facta fuerit à Dominico negotiorũ domus geſtore,item de re communi, quia hæc locationem ab initio
3 nullam conualidare non debent, quoniam † & ſi tutor, uel curator,qui etiam eſſet pater pupilli,uel adulti,qui legitimã dicitur habere adminiſtrationem iuxta l.ſi.C.de bonis,quæ lib.cum ſimil.talem faceret locationem ultra triennium de re illius pupilli,uel adulti,cuius negotia gereret,locatio ſine ſolemnitate, & forma requiſita non ualeret,ut in d.ſtatuto,& argumento tex.ubi caſus,in l.ſi pupillorum §. ſi pater ff.de rebus eorum: ergo idem,& magis dicendum eſt in ſimplici negotiorum geſtore, qualis erat dictus Dominicus patruus,cum maiorem ipſe poteſtatem,& adminiſtrationẽ non habeat,quam alij legitimi adminiſtratores, ut tutores, & curatores,atq; parentes,qui licet haberent duplicem legitimam adminiſtrationem,uidelicet ut parentes, & ut tutores,uel curatores, tamen huiuſmodi locationem facere
4 non poſſunt,ut dictum eſt. Præterea † prohibitio,quæ fit de re minoris,ut non poſſit alienari,uel locari,uel aliter obligari,locum habet etiam in re communi, quã minor cum alio communem haberet,ut in l.qui neque in fin.ff. de reb. eorum.¶ Non obſtat,quòd dictus Baptiſta tacitè uideatur ratificaſſe,faciendo actus,ex quibus tacita inducitur ratificatio, quod uidetur ſufficere l.paulus ff. rem rat. hab. cum ſimili. Quia reſpondetur hoc non ſufficere in iis, quæ pro
5 forma requiruntur, †quoniam & ſi per tacitam ratificationem poſſit dici Baptiſtam dictæ locationi conſenſiſſe, non tamen ex hoc dici poteſt,formam,& ſolemnitatem à ſtatuto requiſitã fuiſſe obſeruatã,quæ debet ſpecificè,& uerè,& non tacitè,nec per æquipollens adimpleri, ut concludunt doct.oẽs,ibiq; Alex.in l.1.ff.de lib.& poſth. qui plura alle-
6 gant. Præterea † quãuis ex tacita ratificatione Baptiſta dicatur cõfirmaſſe,tñ hoc nõ ſufficit,ubicũq; aliquid pro forma requiritur,quia in cõfirmatione,& ratificatione,quæ fit ex poſtfacto,eadẽ forma,& ſolẽnitas requiritur, quæ ab initio requirebatur,ſi actũ feciſſet l.2.in fi.ff.de reb. eor. & habetur in l. fin.C.ad maced. Non obſtat ſtatutũ prædictũ de contractibus cum minoribus &c.in §.de his minoribus, ubi excipiuntur minores,qui pro maiori parte tẽporis in cuſtodia,

dia,& comitatu Bononiæ morantur,ut ſine ſolẽnitate poſſint alienare,quia dico illud uerum eſſe,quando ipſi minores fuiſſent illi,qui contractum feciſſent,& cum iuramẽto, ut in dicto ſtatuto:Sed quia Baptiſta non fuit ille, qui cum iuramẽto locauerit,ſed Dominicus prætenſus negotiorum geſtor, qui ſine decreto , & ſolemnitate ultra triennium locare non potuit,ut ſupra dictum fuit, ideò ſtatutum illud ibi obſtare non dicitur:& ex his breuiter dubitationi propoſitæ ſatisfactum eſſe exiſtimo.Reliqua ſuppleat R.D.iudex, cui me commendo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Tutor ſimpliciter contrahens in re ad pupillum dumtaxat pertinente in dubio tutorio nomine contraxiſſe cenſetur:*
Etiam quamuis dictum eſſet per ſe, & hæredes ſuos, & adiecta eſſet clauſula omni meliori modo, quo potuit num.4.
2 *Et ſi proprio nomine contraheret, induceretur præſumptio doli, & delicti, propter quod ut ſuſpectus remoueri, & pœna infamiæ puniri poſſet.*
3 *Contraxiſſe quem in dubio bona fide, & eo modo præſumitur, quo delictũ aliquod, aut pœnam aliquam non incurriſſe dicatur.*
4 *Clauſula omni meliori modo quid operetur.*
5 *Relinquo uerbum cum clauſula omni meliori modo hæredis inſtitutionem importat.*
6 *Tutor abſque ſolemnitate poteſt bona pupilli ad modicum tempus pro iuſta, & conuenienti penſione locare.*
7 *Conductor, cui locator obligauit bona in genere, et in ſpecie rem locatam, non poteſt ab emptore expelli, & retentione rei uſque ad finem locationis uti poteſt: Et hæc eſt communis opinio:*
8 *Idem, quando locator promittit non alienare, nec uendere rem locatam in præiudicium conductoris, & poſtea adiiciatur clauſula generalis, pro quibus omnibus locator conductori obligat omnia bona ſua, & ſpecialiter rem locatam.*
9 *Satiſdatio de iudicio ſiſti ſimul iuncta cum ſatiſdatione de iudicatum ſoluendo operatur id, quod ſimplex ſatiſdatio de iudicio ſiſti per ſe operari non poteſt.*
10 *Tutor ſpecialiter bona pupilli hypothecare prohibetur, niſi ex cauſa iuſta, & cum decreto:*
Quod limitatur num.11.
11 *Prælatus in contractu, quem ſibi de re eccleſiæ facere permiſſum eſt, poteſt pro obſeruatione conuentorum bona eccleſiæ etiam ſpecialiter obligare:*
Idem in tutore de bonis pupilli.

EPITOME.

LOCATIO *facta ſimpliciter à tutore etiam per ſe, & ſuos hæredes, ſed cum clauſula omni meliori modo, quo potuit, de re ad pupillum dumtaxat pertinente, dicitur tutorio nomine, & ad utilitatem pupilli facta.*

Emptor, & ſingularis ſucceſſor locationi, & colono ſtare tenetur, quando locator promiſit conductori de re locata contractũ non facere, quominus conductor pacificè frui poſſet, ſed ipſum in poſſeſſione rei manutenere, & conſeruare ſub pœna, & obligatione bonorum, et omnia promiſſa, & conuenta firma, rata, & grata habere promiſit, et non contrafacere, uel uenire per ſe, uel per alium, aliquo modo de iure, uel de facto, et generaliter omnia bona ſua, ac etiam ſpecialiter rem locatam obligauit.

CONSILIVM CXXXV.

VISO inſtrumento locationis per dominam Lucretiam de domo,& ſtabulo Ioannino,& dominæ Camillæ eius uxori ad quinquennium factæ,ac inſtrumento uenditionis dictæ domus,& ſtabuli per eandem dominam Lucretiam poſtea Machario factæ, nec non uiſis teſtamento magiſtri Nicolai,& inſtrumento tutelæ,ſeu confirmationis illius,omiſſis allegationibus, quæ hinc inde fieri poſſent, cum & multis negotiis, & quotidianis lectionibus ſim impeditus,circa dubitationes propoſitas breuius,quàm potero,ponam concluſiones,quæ mihi de iure ueriores uidebuntur:Dubitatur enim primo,an locatio per dictam dominam Lucretiam facta cenſeatur ab ea facta tanquam à tutrice filiorum ſuorum,an uerò iure proprio, & ad ſuam propriam utilitatem. Secundo,ſi locatio ab ea tutorio nomine,& ad pupillorum,& filiorum ſuorum utilitatem facta cenſetur,utrum Macharius emptor domus, & ſtabuli inquilino ſtare teneatur,ut non poſſit illum expellere, & licitum ſit Ioannino,& dominæ Camillæ conductoribus retentione rei ſibi locatæ uſque ad quinquennium uti.

¶ Circa primum quamuis plura adduci poſſent,hac ſola tamen concluſione contentus ero, quòd locationis contractus factus per dominam Lucretiam tutricem teſtamentariam,& à iudice confirmatam ipſi Ioannino,& dominæ Camillæ eius uxori debet cenſeri factus potius tutorio nomine,& ad utilitatem ſuorum pupillorum, quàm ſuo proprio nomine,& ad ſui utilitatem. Quam concluſionem probo,
1 † per textum eum ibi not. per Bartolum in l. poſt mortem §.tutor ff.quando ex fac.tuto.ubi ſi ille,qui eſt tutor, ſimpliciter in re ad pupillum dumtaxat pertinente contrahat, in dubio intelligitur tutorio nomine contraxiſſe,& hoc uoluit ibi glo.Sed in caſu noſtro domina Lucretia locauit rẽ dumtaxat ad filios ſuos pupillos,& non ad ſe pertinentem, ergo debet dici tutorio nomine,& ad utilitatem pupillorum con
2 traxiſſe,& non proprio nomine.Præterea † ſi diceretur contraxiſſe,& locaſſe pro ſe,& ad utilitatem propriam, & non tutorio nomine,nec ad pupillorum utilitatem,induceretur præſumptio doli, & delicti, propter quod ipſa ut ſuſpecta remoueri poſſet,& ex dolo ſuo pœna infamiæ eſſet punienda §.ſuſpectus Inſtitu. de ſuſpec.tuto.l.fin.& per totum C. de ſuſpectis tuto.cum ſimilibus ibi not. & latè habetur per Bartolum in l.1.ff.eodem tit.Item ipſa diceretur contraueniſſe iuramento, & promiſſioni ſuæ de faciendo utilia pro ſuis filiis, eorumque bonis, quod in dubio non eſt præſu-
3 mendum: quinimmò † præſumendum eſt ipſam contraxiſſe bona fide,& eo modo,quo nec pœnam aliquam, nec delictum aliquod incurriſſe dicatur argumento l. merito cum ibi not. ff.pro ſocio, & ad propoſitum multa cumulari poſſent,quæ tanquam nota breuitatis gratia omitto. Vt ergo euitetur ſuſpitio criminis,& delicti, ac præſumptio, per quam quis cenſeatur uoluiſſe actum gerere,per quem pœnam incurrere poſſit,dicendum,& præſumendum eſt,quòd ipſa domina tutrix locando cenſeatur magis tutorio nomine,quàm proprio,& ad ipſius utilitatem contraxiſſe.Tertio
4 hoc ſuadetur † ex illis uerbis per ſe, & ſuos hæredes omni meliori modo,quo potuit, nam per huiuſmodi uerba uidetur uoluiſſe actum facere,non prout ſit,ſed eo modo, quo ipſa de iure melius facere potuit, argumentò l. cum pater §.filius matrem cum ibi not.per doctores ff.de lega.2. nam uirtus huius clauſulæ eſt etiam cum uerborum impropriatione hoc importare,& facit id,quod uoluit Bald.in l.quoties in 2.colum. C. de hæred.inſtituend. Alexand. in l.nam quod §.non omnis ff.ad trebellianum cum infinitis ſimilibus: Sed ipſa tutrix de rebus pupillorum potuit contrahere,& illas locare tanquam tutrix,& ad pupillorum utilitatem,ut promiſit, & prout de iure ſibi permittitur, & non proprio nomine, nec ad utilitatem propriam, ut in iuribus præallegatis:ergo per illa uerba omni meliori modo, quo potuit, conſtat, ipſam uoluiſſe locare tutorio nomine, & non ſuo, nec ad ſuam utilitatem,quia hoc non potuit: Et ita propter hæc uerba puto concludendum eſſe, etiam ſi uerba contractus eſſent improprianda argumento not.per
5 Bal. in d.l.quoties,qui uoluit, † quòd uerbũ relinquo,quod ſecũdum propriam ſignificationem hæredis inſtitutionem importare non ſolet, ut habetur in rub. ff.de legat.1. & per

Bart.& alios in l.centurio ff.de uulga.& pupil. & in c.raynu
tius,& in c.raynaldus de teſtamen.propter illa uerba omni
meliori modo hæredis inſtitutionem importat, ut uoluit
etiam Cuman.in l.his uerbis ff.de hæred.inſtituen.& ideò in
terminis noſtris quamuis ex illis uerbis per ſe, & hæredes
ſuos, ſeu pro ſe, & hæredibus ſuis locatio uideretur facta
nomine proprio, & non tutorio, ut uidetur eſſe de mente
Bartoli in d.l.poſt mortem §.tutor ff.quando ex fac.tut.ta-
men propter illam clauſulam omni meliori modo,quo po-
tuit,ea uerba improprientur,ut uerbum hæredes, ſeu hære
dibus ponatur pro filiis ſuis, & maximè cauſa euitandi ab-
ſurdi,ac ſuſpitionem delicti,& pœnam fugiendi argumen-
to l.ex facto in fin.cum glo.& ibi docto.ff.ad trebellia.cum
ſimilibus ſupra allegatis. ¶ Circa ſecundum dubium, præ
ſuppoſito, dominam Lucretiam tutorio nomine, ut ſupra
concluſum eſt,contraxiſſe, & præſuppoſito, prout de iure
6 ueriſſimum eſt, † tutorem abſque alia ſolemnitate poſſe ad
modicum tempus bona pupilli pro iuſta, & conuenienti pẽ
ſione locare,ut uoluit Angel. in authen. de non alienan.§.
neque collatio.2.& eſt bonus text.cum glo.in clemen. 1.in
fin.de rebus eccle.non alien.& argumento l.codicillis §.in-
ſtituto,ibique Imol.& alij ff.de legat.2.an licitum ſit in ca-
ſu noſtro emptori expellere conductorem domus, & ſtabu
li,an uerò inquilino ſtare teneatur,concluſiuè loquendo,ut
7 fui pollicitus, dico † inquilinum poſſe inſiſtere, quouſque
locationis tempus finitum fuerit,primo per doctrinam Bar
toli in l.ſi filiofamilias §.ſi uir ff.ſolu.matrimo.in l.1.§.quod
autem ff.de ſuperficie.in l.qui fundum ff.loca.& in l.empto
rem C.eodem titu.qui uoluit,quòd ſi locator bona in gene
re,& ſpecialiter rem locatam conductori obligauit,condu-
ctor nõ poterit ab emptore expelli,ſed is colono, ſeu inqui
lino ſtare tenebitur, quoniam ex quo inquilinus ius in re
conducta habet,hoc eſt obligationem pignoris, ſeu hypo-
thecæ,quod eſt ius reale,ut in l.eos C.de pignor. & §.item
ſeruiana Inſtitu.de action. non poteſt à ſingulari ſucceſſore
expelli,& ita uoluit Bal.in l.1.C.de fructibus, & lit.expenſ.
in uerſi.ſed pone,& in l.ſi merces §.1. ff. loca. idemque te-
nent Bald.Angel.& Paul.de Caſtro in d.l.emptorem,Abb.
& Anan.in c.fin.ne præla.uices ſuas, & Paul. Caſtrenſ.in d.
l.qui fundum:& eſt magis communis opinio maximè in ca
ſu, quo res locata ſpecialiter fuiſſet conductori obligata,
quamuis Alexand.in d.l.ſi uir contrarium ſentire uideatur,
dicens hoc fuiſſe de mente Ioan.de Imol.Pauli de Caſtro,
& Roma.ibi,& fuit ſententia Iacobi Butriga. in d. l. ſi mer-
ces §.qui innuunt, quòd etiam quando res locata fuit ſpe-
cialiter conductori obligata, emptor non tenetur ſtare co-
lono,ſi ipſe emptor conductori ſoluerit intereſſe ipſius,om
neſque penſiones iam ſolutas: & ideò conductor propter
ſpecialem obligationem uti retentione rei poterit, donec
ſibi intereſſe unà cum penſionibus iam ſolutis fuerit ab em
ptore,uel locatore ſolutum,ita dicit Alexan. in d.§.ſi uir ex
mente ſcribentium prædictorum. Alia tamen opinio,quòd
indiſtinctè conductor expelli nequeat, & is poſſit retentio-
ne rei uſque ad ſpecialem rei obligationem uti ex eo, quòd
ius in re habet,uolunt,& tenent docto.magis communiter,
ueluti etiam ex uerbis ipſius Alexand.in d.§.ſi uir,& in iuri-
bus primo loco allegatis colligitur: vnde in iudicando, &
conſulendo non eſt ab hac opinione recedendum, ut dicũt
canoniſtæ in c.1.& in c.ne innitaris poſt Io. And.de conſtit.
¶ Secundo opinionem,& concluſionem ſupra traditã cor.
roboro ex alia notabili theorica, quæ fuit originalis Io. de
Imol.in his terminis in l.filiusfamilias §.diui il 2.ff.de leg.1.
& in l.qui abſentem §.1.ibique Roma. ff.de acquiren. poſſ.
quòd quamuis ſingularis ſucceſſor inquilino ſtare non te-
neatur,quia illum poteſt expellere, licet conductor ad inte
reſſe contra locatorem agere ualeat etiam in caſu, quo bo
na locatoris eſſent ei generaliter obligata, immò etiam in
caſu,quo res locata fuiſſet ſpecialiter obligata,tenendo opi
nionem illorum,de quibus ſupra,tamẽ cautela eſt pulchra,
8 quòd † ad hoc,ut conductor expelli nequeat, locator in cõ
tractu locationis promittat rem locatam non alienare, nec
uendere in præiudicium conductoris, & poſtea adiiciatur
clauſula generalis,pro quibus omnibus ipſe locator condu
ctori obligat omnia ſua bona, & ſpecialiter rem locatam:
nam uirtute talis conuentionis de non alienando in præiu-
dicium conductoris cum obligatione bonorum, & ſpeciali
ter rei locatæ,nullo modo res locata poterit per locatorem
in præiudicium conductoris alienari l.creditor §.fin. ibi nul
lam eſſe uenditionem ff. de diſtrac. pignor. & ideò in caſu
alienationis factæ conductor poterit rem retinere, illique
inſiſtere,donec locatio fuerit finita:& hoc multum commẽ
dat Alex.in d.§.ſi uir in 3.colum.& firmatur ex iis, quæ uo-
luit Bart.in d.l.qui abſenti §.1.ibique Alexan. & docto.com
muniter, maximè moder. & habetur per Imolam in l. ſi ita
quis §.ea lege ff.de uerbo.obligatio. per Baldum,Salicet.&
alios in l.ea lege C.de condic.ob cauſ.licet Paul. de Caſtr.
in d.§.ea lege dicere auſus fuerit, quòd etiam in hoc caſu
generalis bonorum obligatio ſufficere, & malè ſecundum
Alexand.in d.§.ſi uir,qui putat opinionem Imolæ eſſe ue-
riorem,quòd ſpecialis rei obligatio requiratur, quoniam
tex.in d.l.creditor §.fin.exorbitat à regula d.l.ſi ita quis §.ea
lege,& ideò ad generalem obligationem extendi non de-
bet, cum de ſpeciali ſolum loquatur: Sed in caſu,de quo
agitur, contrahentes huiuſmodi cautela uſi fuerunt, quo-
niam conuentum eſt in contractu locationis de non alie-
nando rem locatam,nec aliquem contractum de ea facien
do in præiudicium conductoris,& poſtea pro obſeruatione
promiſſorum fuerunt ipſi conductori omnia bona generali
ter,& ſpecialiter res ipſa locata obligata,ergo &c.
¶ Corroboro prædicta,nam locator primo conductori pro
miſit de re locata,termino locationis durante, contractum
non facere, quominus conductor pacificè frui poſſet, ſed
ipſum conductorem in poſſeſſione rei manutenere,& con-
ſeruare ſub pœna,& obligatione bonorũ, de quibus infra,
& ſic cum obligatione ſpeciali, item ſecundo loco promi-
ſit locator omnia promiſſa,& conuenta firma, rata, & gra
ta habere,& non contrafacere,uel uenire per ſe, uel alium
aliquo modo,ratione,uel cauſa,uel ingenio,de iure, uel de
facto:item generaliter omnia bona fuerunt obligata,& ſpe
cialiter etiam res locata,ergo ex his pluribus ſimul concur
rentibus dicendum eſt non eſſe licitum emptori conducto-
rem expellere,immò ipſi conductori licitum eſſe rem reti-
nere,illiq; inſiſtere, quouſque locationis tempus fuerit fini
tum,nam ſi aliqui docto.hoc uolunt, quando bona ſimplici
ter fuerunt generaliter obligata,aliqui, quando res locata
in contractu locationis eſt ſpecialiter obligata, & aliqui,
quando promiſſum fuit de non alienando rem, ſeu de non
faciendo contractum in præiudicium conductoris cũ obli-
gatione generali,ſeu melius ſpeciali, abſque dubio hoc idẽ
uerum erit, quando hæc omnia ſimul copulatiuè concur-
runt,ac etiam aliud ultra,uidelicet quando per locatorem
promiſſum fuit,omnia firma,rata, & grata habere, & non
contrafacere,uel uenire,ut ſupra,arg.c.1.de treg.& pace,
& auth.itaq; C.commu.de ſucceſ.& facit id, quod in ſimili
uolunt Paul.de Caſtro,Cuman.Alexand. & alij in l. 1. ff.ſi
quis in ius uoca.non ierit, & Bald.in addition.ad Specul.
9 in titu.de reo colum.1.qui dicunt, † quòd id,quod ſim-
plex ſatiſdatio de iudicio ſiſti per ſe operari non poteſt,ope
ratur ſimul cum ſatiſdatione de iudicatum ſoluendo,quan
do ſimul ſunt coniunctæ,& faciunt etiam ea,quæ habentur
per Moder.in c.ſi cautio de fid.inſtru. ¶ Sed prædictæ con-
cluſioni unum ualde aduerſari uidetur, nam dictum fuit
ſupra

ſupra in primo dubio, quòd domina Lucretia tutrix filiorum ſuorum non ſuo nomine proprio, nec ad eius utilitatem, ſed tutorio nomine & ad ſuorum pupillorum utilitatem contraxiſſe, & locaſſe cenſetur, & quòd ex eo, quid ipſa ſpecialiter rem locatam conductori obligauit, ex quo ius eſt ipſi conductori in re acquiſitum, non poteſt conductor expelli, ſibíque retentione rei uti licitum eſt per prædicta; & ſic infertur, quòd tutori ſimpliciter à iure permiſſum dicatur, poſſe abſque alia ſolemnitate, & decreto rem pupilli ſpecialiter obligare & pignori da-
10 re, quod tamen eſt falſum, quia † ſpecialis hypotheca, & & pignoris datio dicitur expreſsè tutori prohibita, ſicut quælibet alia alienatio, niſi ex cauſa iuſta, & cum decreto, quoniam ſpecialis hypotheca, & pignoris conſtitutio alienationis appellatione comprehẽditur c.nulli de rebus eccle.non alien.l.fin. C.de rebus alien.non alien.& hæc probantur in l.lex, quæ tutores C.de admin. tuto. & facit tex. not.in l.ſi pupillorum §.ſi prætor ff.de rebus eorum, ex quo infertur, tutori non eſſe cõceſſum, ut poſſit ſpecialiter obligare, ſicut non eſt ei permiſſum uendere: quare ſequitur quòd obligatio ſpecialis rei conductæ in inſtrumento locationis appoſita non ualuit, & ipſo iure nulla fuit, quamuis ipſe tutor locare potuerit: ergo ex illa ſpeciali obligatione, quæ nulla fuit, nullus iuris effectus inferri, aut reſultare potuit l.non dubium cum ſimilibus C.de legibus, & l.quemadmodum C.de agrico.& cenſi.lib.11.cuius contrarium fuit ſupra concluſum: Hæc oppoſitio eſt equidem ſatis colora
11 ta, uerum eſt animaduertendum, quòd † licet tutor rem pupilli ſpecialiter obligare non poſſit, iuribus prællegatis, tamen ſi in contractu de iure utili, & ualido ſit pignus abligatum, & facta ſit ſpecialis rei pupilli obligatio, licet obligatio hypothecæ in ſe nõ ualeat, ut ex ea agi poſſit, ualet tamẽ quod effectum excipiendi, ut creditor poſſit retentione dictæ rei obligatæ, uti, ex quo fuit obligata in contractu, qui à tutore ualide de iure fieri poterat, hic eſt caſus ſingularis iuncta glo.in d.l.ſi pupillorum in fin.ff.de rebus eorum: Sed in terminis noſtris contractus principalis locationis à ſolutore abſque ſolemnitate potuit ad modicum tempus fieri, ut ſupra probatum fuit, ergo obligatio rei ſpecialis quamuis quoad ius agendi non ualeat ualebit tamen quoad ius excipiendi, & retinendi: & docto.in d.§.ſi uir & in aliis locis ſpecialem hypothecam, & obligationem rei conductæ conſiderant ſolum ad effectum excipiendi, & retinendi rem conductam, donec tempus locationis finitum fuerit, ergo non refert, an huiuſmodi obligatio rei conductæ in caſu noſtro facta fuerit cum ſolemnitate, & decreto, uel ſine à ſolo
12 tutore: & † ideò docto.in c.nulli de rebus eccle.nõ alien. dicunt, quòd illis caſibus, quibus prælato permiſſum eſt de rebus eccleſiæ contractum facere iuxta not.in d.c.nulli; & in clem.1.in eodem tit.licitum etiã ipſi erit ſimpliciter obligare bona eccleſiæ etiam ſpecialiter pro obſeruatione conuentorum, alioquin non reperirentur, qui uellent cum eccleſia, ſeu eius prælato cõtrahere, quod quidem eſſet eccleſiis præiudiciale, & propterea non admittendum.

¶ Fuit etiam mihi exhibitum quoddã ſtatutum diſponens ſuper alienationibus, & contractibus mulierum, quod ſtatutum potius ad fauorem noſtrum facit, quoniam à diſpoſitione illius expreſsè excipitur caſus, quãdo mulier uellet ad modicũ tempus, ut ad quinquennium locare, quod quidem ſtatutum illi abſque alia ſolemnitate permitti. Præterea quamuis ſtatutum illud obligationem rei ſpecialem prohibeat, tamen poteſt intelligi, niſi illa ſpecialis rei obligatio eſſet in contractu ipſi mulieri permiſſo appoſita, quia & ſi obligatio non ualeat quoad ius agendi, ualet tamen quoad ius excipiendi, & retinendi, de quo nos diſputamus, ut in d.l.ſi pupillorum in fin. tertio dico, illud ſtatutum loqui in mulieribus uolentibus res proprias ſuo nomine, & ad utilitatem ſuam, ac pro ſuo intereſſe alienare, uel obligare: & cum ſit iniquum, & odioſum, ut eſt tex.not.in l. non uſq; ff.ſi quis à paren.fuer.manum.non debet ad caſum noſtrum extendi, quando mulier tutorio, & adminiſtratorio nomine ad utilitatem pupillorum contrahere, & rem obligare uellet argumento c.quæ à iure communi de regu.iur.in 6.& l. cum quidam ff.de lib.& poſthu. cum ſimilibus: & ita ex prædictis concludendum eſſe uidetur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Locator ante finitum temporis locationis rem locatam alienans conductori ad totale intereſſe, & ad damnum tenetur niſi ex pacto ſibi ius alienandi reſeruauerit:
Et quandoque etiam ad intereſſe lucri, quod conductor ex re locata percepturus eſſet num. 4.
2 Prohibitum ad tempus dicitur poſt tempus permiſſum.
3 Venditio proprie in pacto, & ſtipulatione quid contineat.
5 Si locator ex pacto non poteſt rem locatam ante quinquennium uendere, ex hoc non ſequitur, quòd durante locatione, poſt quinquennium poſsit illam uendere:
Et ſi uendat, ad quid conductori teneatur, & num. 7. & 9.
6 Pactum factum contra naturam locationis in dubio ſecundum regulas iuris communis, & ut minus naturæ locationis, & regulis iuris de locatione loquentis, præiudicetur debet intelligi, & interpretari.
8 Interpretatio, quæ alias fieri non deberet, quandoque fit, ne quis damnum indebitè patiatur.
10 Argumentum à contrario, ſeu tacitè ex uerbis ſumi non debet contra id quod uult ius commune,
11 Nec, quando ex eo damnum alicui infertur.
12 Venditionis appellatio quando omnem alienationem comprehendat.

EPITOME.

PACTVM *ſi fiat inter locatorem, & conductorem, quòd non liceat locatori ante quinquennium rem locatam uendere, & caſu, quo uenderet, teneatur conductori præſtare aliam rem ſufficientem, alienando, ſeu uendendo poſt quinquennium, adhuc locatione durante, ad quid locator conductori teneatur, & quomodo illud pactũ circa hoc ſit interpretandum.*

CONSILIVM CXXXVI.

MALE ex ſcriptura mihi tranſmiſſa punctus, ſuper quo eſt conſulendum, percipi poteſt, ſed arbitror dubitari, an lapſo quinquennio locatori libere ſit permiſſum aliquo titulo rem locatã alienare taliter, quòd ipſe non teneatur inquilino ad aliquam domum, ſeu aliud ei præſtandum, & conſequenter, utrum locator poſt quinquẽnium impune poſſit rem locatam alienare etiam in damnum, & præiudicium conductoris: In quo prima facie uidetur dicendum, locatorem poſſe impune alienare, & alienando ad aliquid conductori præſtandum non teneri: quoniã
1 † licet regulariter, & de iure communi locator, qui ante finitum locationis tempus rem locatam alienauit, teneatur ipſi conductori ad intereſſe, ut in l.qui fundum, l. ſi merces §.1.ff.loca.& Alex.in l.ſi filio ff.ſolu.matri.tamen ſi locator ſibi ius alienãdi reſeruauerit, impune poterit alienare, quia contractus legem ex conuentione partium accipiunt l. contractus ff.de regu.iuris: ſed in caſu noſtro hoc ius alienandi uidetur poſt quinquennium eſſe reſeruatum, ut conſtat ex pacto inter ipſas partes facto, quo conuentũ fuit, quòd locator ante quinquennium nõ poſſit res locatas uendere, & caſu, quo infra illud tempus uenderet, is teneatur conductori dare, & aſſignare unam domũ ſufficientem uſq; ad finem locationis ſub pœna conuenta, ergo clarè ex his apparet, locatorem impune poſſe poſt quinquennium res locatas alienare abſque eo, quòd conductori de alia domo prouideat,

2 uideat, quia † prohibitum ad tempus dicitur permiſſum
poſt tempus argumento l.ſi ita quis ff.de uulga. & pupilla.
& l.cum prætor in prin.ff.de iudic. Præterea ex pacto dici-
tur ipſi locatori prohibita venditio, ergo alio titulo aliena-
3 re poterit, quoniam † uerba pacti, & ſtipulationis ſtrictè,
& propriè debent intelligi l. quicquid aſtringendæ ff. de
verborum obligatio. propriè autem, & ſtrictè uenditio dici
tur, quando quis pro certo pretio rem tradidit, ut in l.1.ff.
de contrahen. emptio. l. fina. C. de prædijs curial. & Abb.
in cap. potuit in 6.colum. extra de locato.

¶ Præmiſſis tñ non obſtantibus contrariũ in caſu noſtro ue-
4 rius eſſe arbitror, in quo prius conſiderandum eſt, † quòd
locator, qui rem ad certum tempus locauit, rem quando-
cunque alienando, durante locatione, ſiue in principio, ſi-
ue in medio, ſiue iuxta finem, tenetur conductori non ad
præſtandam ei aliam domum ſufficientem, ſed ad totale ip
ſius conductoris damnum, & intereſſe, & quandoque ad
intereſſe lucri, quod ex locatione percepturus erat, ut in
d.l.ſi fundum, d.l.ſi merces §.1. iuncta l.ſi in legem §. colo-
nus, & l.ſi fundus ff.locati, & per Alexandrum in d.l.ſi filio
§.ſi uir: & quia intereſſe difficulter probari ſolet, idcirco cau
tela adhiberi conſueuit, de qua per Alexandrum, & alios in
d.l.ſi filio in fin.2.colum. item ſolent certæ pœnæ apponi,
5 ut Inſtit. de uerborum oblig. in §.non ſolum. Modo † cum
in terminis noſtris fuerit inter locatorem, & conductorem
pacto conuentum, quòd locator non poſſit rem locatam
ante quinquennium uendere, & caſu, quo illam uenderet,
teneatur conductori aliam domum ſufficientem præſtare,
ex hoc non ſequitur, quòd poſt quinquennium data fuerit
ipſi locatori licentia rem locatam ſimpliciter alienandi, &
uendendi taliter, quòd locator ad aliquid ipſi conducto-
ri præſtandum non teneatur: quinimmò hic caſus dicitur à
contrahentibus omiſſus, & ideò remanet ſub diſpoſitione
juris communis argumẽto l. cõmodiſſimè cum ſimilibus ff.
de libe. & poſthu. ut alienando poſt quinquennium locator
ſit obligatus non ad aſſignandum conductori domum ſuffi
cientem, prout conuentum fuit in caſu, quo ante quinquẽ
nium alienaret, ſed ad intereſſe, & damnum ipſius condu-
ctoris, prout regulariter, & de iure communi locator tene-
tur, rem locatam quandocunque, durante locatione, alie-
nando, ut in iuribus ſupra allegatis: & hoc ſuadetur, quo-
6 niam † pactum factum contra naturam locationis in du-
bio debet intelligi, & interpretari ſecundum regulas iuris
communis, & ſecundum quod eſt de natura locationis, ut
minus illi, & regulis iuris de locatione loquentis præiudice
tur l.quæro §.inter locatorem ff.locati, & l.ita ſtipulatus ff.
de vſuris: Hoc ergo pactum, quòd non liceat locatori rem
locatam ante quinquennium uendere, & caſu quo uende-
ret, teneatur domum ſufficientem præſtare, debet intelligi,
ut iuri communi, & naturæ locationis minus præiudicet,
7 † & conſequenter quòd in caſu, quo poſt quinquennium
venderet, & alienaret, ipſe locator teneatur, prout de iure
communi tenetur, uidelicet ad intereſſe, & quãdoque etiã
ad lucrum iuxta ea, quæ habentur in d.§.colonus cum ſimi
libus ſupra allegatis: & aliter dicendo contingere poſſet,
quòd conductor indebitè ex alienatione poſt quinquenniũ
8 facta damnificaretur: & † ne quis damnum indebitè pa
tiatur, fit interpretatio, quæ aliàs fieri non deberet argumẽ
to not. per Bartolum in l.fin.ff.de ferijs in 2.colum. & c.ſug
geſtum cum c.præcedenti de decimis. ¶ Non obſtant in
contrarium allegata, & in primis, quòd ex pacto uideatur
data licentia alienandi impunè poſt quinquennium, quia
9 in primis reſpondetur, † hoc inferri ex uerbis pacti à con
trario ſenſu, uidelicet quòd ex quo pacto fuit conuentum,
quòd locator non poſſit ante quinquennium uendere, in-
ferri uidetur à contrario, quòd poſt quinquennium ſit con-
10 ceſſum: † quòd argumentum à contrario, ſeu tacitè ex
uerbis ſumptum non debet ſumi contra id, quod uult ius
commune, uidelicet quòd locator ad intereſſe teneatur, ſi
rem locatam durante locatione alienat, argumento eorũ,
quæ uolunt docto. in l.1.§.huius rei ff.de offic. eius, cui mãd.
eſt iuriſd. gl. in clem.1.§.1. & ibi Card. de ſenten. excommu
11 nica. Præterea, & ſecundo † hoc argumentum ita non de
bet ſumi, ex quo damnum, & præiudicium ipſi conductori
inferretur per ea, quæ uoluit Cardina. in clementina pri-
ma de iudæis, & per doctores in d.l.1. Tertio reſpondeo,
quòd ex pacto dicitur actum inter partes, quòd ante quin-
quennium locator alienare non poſſit, & caſu quo aliena-
ret, locator teneatur præſtare conductori domum ſufficiẽ
tem: A contrario ergo ſenſu ex huiuſmodi pacto inferre-
tur, quòd ſi locator poſt quinquennium alienauerit, ipſe nõ
teneatur, nec teneri debeat ad præſtandam domum, prout
in pacto, & hoc modo argumentum ſumptum à contrario
ex dicto pacto procedere poteſt: propter hoc tamen non
infertur, quin locator debeat ad intereſſe, & damnum con
ductoris teneri, prout de iure communi tenetur, ueluti ſu-
pra dixi: & hæc eſt uera dicti pacti intelligentia per ſupra
dicta. ¶ Non obſtat, quòd huiuſmodi pactum debeat in-
telligi de alienatione, quæ ex uenditione fieret, & non de
alia, quæ ex alio titulo fieret: Quia contrarium eſt uerius,
quòd immò ſit intelligendum de omni alienatione, per
quam dominium transferretur, & per quam conductor
poſſet à re conducta expelli, & ſic in quolibet caſu, in quo
ſucceſſor ſingularis colono ſtare non teneretur iuxta l.em-
ptorem cum ibi nota. C.loca. & per Alexandrum, & alios
in l.ſi filio §. ſi uir ff.ſol.matrim. quod confirmo ex uerbis ip
12 ſius pacti, † in quò ſimpliciter fit mentio de uenditione
rei abſq; cõmemoratione pretii, quo caſu appellatione uẽ
ditionis oĩs actus, per quẽ dñium transferri põt, continetur
l.ſicut §.uẽditionis ff.quib.mod. pig. uel hyp. ſoluitur, & ibi
Barto. iuncta l.fina. C. de præd.curia.lib.10. & not. per Ab
batem in d.c.potuit, & maximè cum reſpectu ipſius condu
ctoris, & intereſſe ſui eadem ratio militet in qualibet alie-
natione, per quam conductor à ſingulari ſucceſſore expel-
li poſſit, nam tunc uenditionis appellatione quælibet alie-
natio contineri debet, ut in d.§.uenditionis cum ſimilibus
ibi per gloſam allegatis, & l.ſtatu liberi in fin.ff.de ſtatu lib.
& ita de iure uerum eſſe cenſeo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Locator propter iuramentum præcisè ad rem, & patientiam, ut conductor cum effectu re uti, & frui poſſit, præſtandam tenetur: Contra nume. 5.*

2 *Iuramentum operatur, ut obligatus ad factum teneatur præcisè facere, nec offerendo intereſſe liberetur: & quando hoc verum ſit nume. 8. & 14.*

3 *Argumentum de locatore ad venditorem, & è contra procedit.*

4 *Venditor, & locator habens facultatem rei tradendæ præcisè ad tradendum cogitur, & quando hoc verum ſit, & quando ſoluendo intereſſe liberetur, etiam ſi conuenta obſeruare iuraſſet num. 6.*

5 *Locator præcisè ad præſtationem rei non tenetur, ſed ſoluendo, ſeu offerendo ſoluere damna, & intereſſe liberatur.*

7 *Iuramentum non in plus, ſed efficatius obligat.*

9 *Iuramentum non ſemper obligat præcisè, ſed intelligitur in dubio, ut regulis, & diſpoſitioni iuris conueniat.*

10 *Locator, qui in caſu venditionis rei locatæ conuenit ſe teneri ad damna, & intereſſe, aliàs ad pœnam, & iurauit omnia, & ſingula obſeruare, & adimplere, in caſu alienationis ſoluendo damna, & intereſſe liberatur.*

11 *Iuramentum generaliter in inſtrumento appoſitum reſtringitur, & limitatur, ſecundum quod conuentum fuit etiam ſpecialiter.*

12 *In locatione rei communis, ſi ſocius eam cum eiſdem pactis conducere velit, omnibus alijs extraneis eſt præferendus:*

13 *Poteſt etiam, ſi locationi non interfuit, impedire, ut rei conductori vnà cum patientia vtendi, & fruendi præſtetur.*

14 *Iura-*

14 *Iuramentum debet praeciſè adimpleri, quando commodè poteſt adimpleri.*
15 *Iuramentum ſemper intelligitur, vt ſit ſeruandum omni meliori modo, quo fieri poteſt.*
16 *Dolo feciſſe non dicitur locator rem locatam alienando, quando ex pacto ſoluendo intereſſe rem alienare ſibi permiſſum fuit.*
17 *Promittens factum alienum etiam cum iuramento, vt quòd quis ratificabit, ad quid teneatur, & quid faciendo liberetur.*
18 *Clauſula, quod pœna commutatur, rato manente pacto, quid operetur.*
19 *Promiſſio generalis cum iuramento facta locum non habet in caſu ſpecialiter promiſſo.*

EPITOME.

SI *in locatione fuit expreſſè conuentum, quòd locatores ad praeiudicium locationis factae rem alienare non deberent, & in caſu alienationis tenerentur ad damna, & intereſſe, aliàs ad pœnam conuentam, & omnia, & ſingula obſeruare, ac adimplere cum iuramento promiſerunt ſub pœna, & quòd pœna commitatur, rato manente pacto, alienatione ſequuta, locatores ſoluendo damna, & intereſſe, uel pœnam conuentā liberari, nec ad rem, & patientiam praeſtandam, ut conductor cum effectu re uti, & frui poſſit, praecisè teneri, nec cogi poſſe, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CXXXVII.

IN praeſenti cauſa praeſupponendum eſt, quòd domino Camillo ſolum cōmiſſus fuit articulus, an dominus Antonius, & fratres, qui Raynaldo locauerūt, prout in inſtrumento mihi exhibito habetur, & poſtea ante initium locationis rem locatam uendendo alienauerunt, illamq́; emptori tradiderunt, praeciſe, obligati ſint habere, & praeſtare conductori pacientiam, ut re locata uti, & frui poſſit, & ita facere, ut rem illi ad hunc effectum praeſtent, an uero ſolum ad damna, & intereſſe ipſius conductoris, aliàs ad pœnam conuentionalem teneantur. In quo uideretur primo aſpe
1 ctu dicendum, † quòd praecisè teneantur ad rei, & patien
tiae praeſtationem, ut conductor cum effectu re uti, & frui ualeat: & hoc propter iuramentum, quod dicitur obligationi facti appoſitum, cum locator ad factum ſolum, & non ad ius teneatur l. ex conducto. ff. loca. nec teneatur etiam ad transferendum dominium, nec poſſeſſionem l.non ſolet, &
2 ibi Bar. ff. eodem & Bal. in l.emptorem C. eodem, nam † iu-
ramentū operatur, ut is, qui ad factum tenetur, quamuis regulariter ſoluendo intereſſe liberetur l.ſtipulationes non diuiduntur ff. de uerborum obliga. l.ſiquis ab alio in fin. ff. de re iudica. cum aliis, tamem propter uires iuramenti, quae ſunt, ut quis praecisè, & formiter teneatur, & non per aequipollens c.ad noſtram il 2. extra de iureiuran. obligatus ad factum praecisè teneatur facere, nec offerendo intereſſe liberari dicatur d.c.ad noſtram, & eſt gloſ. ſingularis in l.ſi pe-
3 cuniam ff. de condic. ob cauſam. Praeterea † procedit ar
gumentum de locatore ad uenditorem, & ècontra l.1. ff. de contrahen. emptio. & l.item ſi pretio in fin. ff. locati: Sed
4 † uenditor, quando rei tradendae facultatem habet, praecisè
cogitur tradere, gl. ſingularis crebro recepta in §. item pretium per illum tex. Inſtit. de empt. & uendit. quam ad hoc allegant Bart. Alex. & alij in d. l.ſtipulationes non diuiduntur, ergo idem de ipſo locatore dicendum eſt, & tanto magis hoc eſt in caſu occurrenti concludendum, in quo locatores omnia iurauerunt obſeruare per praedicta.

¶ Sed his omnibus non obſtantibus, contrarium eſſe uerius
5 exiſtimo, † quòd non praecisè rem, & patientiā praeſtare
teneantur, ſed ſoluendo, ſeu offerendo ſe ſoluere damna, & intereſſe liberentur, ut in indiuiduo uoluit Aym. Crauet. in ſuo conſi. 12. Secundo hoc confirmatur ex doctrina Bald. in l.unica col. pen. C. de ſenten. quae pro eo, quod intereſt,
6 qui unà cum glo. in d. §. item pretium conchidit, † quòd
uenditor, qui rei tradendae facultatem habet, praecisè cogitur tradere, ſi commodè poteſt, ergo ſi non poſſet commodè, ut quia tradendo pœnam, ſeu incommodū incurreret, uel rei tradendae facultatem non haberet, tunc praecisè nō cogitur, ſed ſoluendo intereſſe liberaretur: hoc idem ſequitur Bar. Alex. & alij magis communiter in d. l. ſtipulationes in 8. q. etiā ſi uēditor conuēta obſeruare iuraſſet, ut ibi per
7 Alex. quoniam † iuramentum non obligat in plus, ſed ef
ficacius Alex. & Iaſ. in l.ſed & ſiquis §. quaeſitum ff. ſiquis cau
8 tio. & ideò † iuramentum operabitur, quòd in caſu, quo
quis facultatem faciendi haberet, praecisè teneatur, licet in caſu, quo non eſſet iuratum, ſoluendo intereſſe quis eſſet liberandus, quando uero quis non poſſet facere, nec facultatem faciendi haberet, tunc praecisè non cogitur, ſed ſolum ad intereſſe tenetur d. l.ſtipulationes non diuiduntur, & d. l.ſiquis ab alio in fin. & ſi iuratum fuiſſet, quoniam iuramētū ad impoſſibilia non obligat, c.impoſſibiliū de regu. iur. in
9 6. & † non ſemper iuramentum praecisè obligat, ſed intel
ligitur in dubio, ut regulis, & diſpoſitioni iuris conueniat c. ad noſtram il 3. de iureiuran. l.fin. C. de non numera. pecu. c.petitio de iureiur. & facit l.quaero §. inter locatorem, ibiq́;
10 Paul. Caſtren. per illum tex. ff. locati. ¶ Tertio † quòd
locatores in hoc caſu praecisè non teneantur, ſed ſolum ad damna, & intereſſe, conſtat ex conuentis in inſtrumento locationis, quia in caſu uenditionis rei locatae conuenerunt, quòd locatores tenerentur ad damna, & intereſſe, aliàs ad pœnam conuentam: prius ergo patientiam habere, & non alienare tenentur, ſecundo, ſi contingeret alienationem fieri, ad damna, & intereſſe, & tertio, ſi damna, & intereſſe ſoluere nollent, ad pœnā conuentā tenerentur: cumq́; locatores iurauerint oīa, & ſingula obſeruare, & adimplere, dñr ſe cū iuramento obligaſſe in caſu ſpeciali alienationis, quòd poſſit ſolui intereſſe: ex quibus clariſſimè conſtat, locatores praecisè nō teneri, tū quia non poſſunt praecisè facere, tum quia fuit expreſsè conuentum in caſu alienationis, quòd lo
11 catores poſſint ſoluere damna, & intereſſe: & † iuramen-
tum generaliter appoſitum in inſtrumento reſtringitur, ac limitatur, ſecundum quod conuentum fuit etiam ſpecialiter, quia per illud quis in plus non obligatur, quam fuerit conuentum, ut uolunt ſcriben. in d. §. quaeſitum.

¶ Ex alio etiam clariſſimè conſtat, ipſos locatores non poſſe praecisè teneri ad rem, & patientiam conductori praeſtandam, nam res locata erat plurium fratrum pro indiuiſo communis, quorum aliqui illam locauerunt uno ex eis abſente, & ignorante, qui quam primum ſciuit, noluit loca-
12 tionem ratificare, † ſed potius inſtetit, ac petiit, quòd ip-
ſe rem illam cum eiſdem pactis conducere intendebat: quo caſu extraneo praeferendus uidetur per id, quod uoluit Sozi. in conſi. 58. lib. 4. & argumento ſtatuti huius ciuitatis de rerum commun. aliena. arguendo de contractu emptionis ad contractum locationis: quod argumentum uidetur procedere per ſupradicta. Rurſus & ſi ille frater nollet conducere, ſed ſolum contradicere, apparet adhuc alios fratres locatores non poſſe praecisè facere, & conſequenter nec
13 ad hoc cogi poſſe: † quoniam cum ille frater rem com-
munem pro indiuiſo cum alijs habere dicatur, ſequitur, quòd in qualibet minima parte, & in quolibet ceſpite ipſius rei partem ſuam habere cenſetur, & propterea translationem rei in conductorem impedire poterit, cum tranſlatio alicuius partis rei fieri nequeat, quin etiam de parte illius fratris fieri dicatur, & ideò poteſt talem tranſlationem impedire, quia id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro in alium transferri non poteſt l.id, quod noſtrum ff. de regu. iu. & in re ſua quilibet eſt moderator, & arbiter l.in re mandata C. manda.

manda:quo fit,ut ratione incertitudinis rei,& quõttæ,inui-
to illo fratre, rei aſſignatio, & tranſlatio in conductorem
fieri,& patientia præſtari non poſſit arg.l.3.§.incertam, &
l.locus cum ibi not. per Bar.Sozi. & alios ff.de acqui.poſſeſ.
¶ Non obſtat,quòd iuramentum præciſè quem ad factum
obliget,glo.in l.pecuniam ff.de condic.ob cau. quia reſpon
14 detur, † illud uerum eſſe,quando is,qui factum promiſit,
facultatẽ faciendi habuit,& ita loquitur illa glo. ſecus ſi am
plius facere non poſſet, quia iuramentum non obligat ad
impoſſibilia, & tunc præciſè debet adimpleri, quando com
modè poteſt adimpleri, ſicut dicitur de uenditore per do-
ctrinam Bal.in d.l.unica col.pen.ut ſupra dictum eſt. item
15 † iuramentum ſemper intelligitur,ut ſit ſeruãdum omni me
liori modo,quo fieri poteſt,l.cum pater §.filius matrẽ ff.de
lega.2.Alex.& alij in l.1.§. ſiquis ita col.3. ff. de uerborum
obliga. ergo ſi præciſè adimpleri non potuit, ſed ſolum cer
to modo,puta ſoluẽdo intereſſe,ſufficere debet, ueluti etiã
fuit de mente Alex.& doctorum communiter in d.l. ſtipu-
lationes non diuiduntur q.8.& habetur per Pariſiũ in cõſ.
110.lib.1.num.32.& Alex.in conſi.69.col.1.lib.4.¶ Nõ ob
ſtat id,quod ſecundo loco in contrarium dicebatur, arguen
do de uenditore ad locatorem, quia argumentũ retorque
tur, cum ſicut uenditor non habens facultatem traden-
di præciſe non tenetur, etiam ſi iuratum eſſet, ut ſupra,
ita idem dicendum ſit de locatore, ſed in caſu noſtro lo-
locatores facultatem rem aſſignandi, & patientiam præ-
ſtandi non habent per prædicta, ergo &c. & ſi dice-
retur, locatores fuiſſe in dolo, alienando, & ſic dolo de-
ſiiſſe habere facultatem rem aſſignandi,& pacientiam præ-
ſtandi,& ideò dolus ſuus illis patrocinari non debet c. ex li
teris de dolo, & contuma. & l. non fraudantur in fin. ff.de
regu.iur.ergo perinde teneri debent, ac ſi facultatem rem
aſſignandi,& patientiam præſtandi haberent, reſpondetur,
16 † quòd ex quo locatoribus ex contractu,& conuẽtione per
miſſum fuit rem uendere, & alienare,ſi damna,& intereſſe
ſoluerent,ut in inſtrumento locationis habetur,ipſi alienan
do non dicuntur dolo feciſſe, nec fraudem cõmiſiſſe, quia
dolus,& fraus uolenti, & conſentienti non fit, neque com
mittitur l. nemo uidetur ff.de regu. iur.
¶ Nec obſtat, quòd locatores ad pœnam tenentur, ex quo
illum alium fratrem ratificare non fecerunt,quia reſponde
tur primo, iudicem de hoc non poſſe cognoſcere,cum hoc
illi non fuerit commiſſum, & forma commiſſionis ſeruanda
17 eſt c.cum dilecta de reſcrip. Præterea dici poteſt, † quòd
ex quo factum alienum promiſerunt, ſolum fuerunt obliga
ti facere, & curare,etiam non obſtante iuramẽto,alioquin
ratione iurameti quis ad impoſſibile obligari diceretur, &
maximè cum locatores ſæpe, ac ſæpius inſtanter, & inſtan-
tiſſime inſteterint, quòd ille alius frater deberet ratificare,
ut is ſemper denegauerit:Quare dicuntur excuſati ſaltem,
& non teneantur, niſi ad intereſſe, prout ipſi illud ſoluere
offerunt per ea, quæ ſcriben.uolunt in l. ſtipulatio iſta in
prin.ff.de uerborum obligatio.& per Imolam in l.inter ſti-
pulantem in princi.ibique moder.ff.eodem titu. de uerbo-
rum obligatio. ¶ Vltimo non refragatur,quòd locatores
cum iuramento promiſerint ſeruare, & adimplere omnia,
& ſingula in præſenti inſtrumento contenta ſub pœna &c.
ergo conductor, cui ſibi promiſſa non ſunt adimpleta,pote
18 rit contra locatores agere, † cum fuerit adiecta clauſula,
quòd pœna committatur,rato manente pacto,quæ clauſu-
la operatur,ut is,qui contrauenit,teneatur & pœnam ſolue
re,& ab eo promiſſa etiam adimplere ,ut per Imolam in c.
potuit de loca.& argumento l.ſi quis maior C. de tranſact.
cum alijs: Nam his reſpondetur,quòd locatores promiſe-
runt cum iuramento non ſolum omnia generaliter, ſed
etiam ſingula ſeruare,& adimplere, & conſequẽter ſi quid
19 fuit particulariter promiſſum,debet adimpleri: Sed † par-
tes conuenerunt particulariter,quòd locatores nõ debeant
alienare, nec uendere rem ad præiudicium locationis fa-
ctæ,& in caſu, quo alienatio, uel uenditio facta eſſet, nõn
fuit conuẽtum, quòd locatores adhuc patientiam præſtare
teneãtur,ſed quòd ad dãna,& intereſſe, aliàs ad pœnam te
neantur,ergo offerendo ſe uelle ſoluere damna,& intereſſe
contractum adimplere dicuntur, quamuis alienatio fuerit
locationi præiudicialis, nam quòd tenerentur locationem
adimplere,& quòd alienatio teneat,ſunt incompatibilia,&
ideò ſufficit,quòd locatores alterum adimpleant,cum ſpe-
cialiter in caſu alienationis fuerit prouiſum, quòd ipſi ad
intereſſe, & damna teneantur: & conſequenter ex hoc ſe-
quitur,ipſos non teneri præciſè ad factum,& ad implẽdam
locationem argumento d.l. ſtipulationes non diuiduntur,
& d.l.ſi quis ab alio in fin. nam ubicunque facta fuit pro-
miſſio etiam iurata generalis,& alia ſpecialis,tunc genera-
lis in caſu ſpecialiter prouiſo locum ſibi non uendicat, ſed
in aliis, & ſpecialis in caſu ſuo l.doli clauſula ff. de uerbo-
rum obliga. & l.ſanctio legum ff.de pœnis, & quia gene-
ri per ſpeciem derogatur c.generi de regulis iuris in 6. &
c.1.de reſcript.cum materia. Et ita in prædictis concluden
dum eſſe de iure exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Penſiones nondum ſolutæ,ſi in tempore,quo prælatus,uel clericus deceſſit, fructus,pro quibus penſiones ſoluuntur,iam percepti eſſent, an hæredibus prælati,& clerici defuncti, an verò ſucceſſori in dignitate debeãtur,& num.6.vbi hoc determinatur.*

2 *Prælatus cenſetur eſſe vſufructuarius, & quando nu.7. & quando uſuarius num.eod.*

3 *Inſtrumentum exequtiuum ad inſtantiam eius, cuius non intereſt, exequtionem non meretur.*

4 *Debitor ſi promittat ſoluere ſpecialiter Bononiæ,Regij,Ferrariæ,& alibi vbique locorum,quomodo, & de quibus locis illa clauſula, & alibi vbique locorum,intelligatur, & num.10.vſque ad nume.12. ubi hoc deciditur.*

5 *Pactum prorogatiuum iuriſdictionis quorumcunque iudicum non ſuorum poteſt quis reuocare,& illius ſe pœnitere,& an, & quando hoc verum ſit num.13.*

6 *Poſt mortem prælati, ſeu clerici quicquid de bonis, ſiue redditibus eccleſiæ ſupereſt, aut reperitur, ſucceſſori in dignitate debetur, non autem hæredi.*

7 *Prælatus in morte, immò, cum incipit infirmari, comparatur vſuario.*

8 *Canonicus de redditibus ſuæ præbendæ teſtari poteſt, & ſemper vſufructuario æquiparatur.*

9 *Clericum ſimpliciter beneficiatum facere fructus ſuos de quibus fructibus intelligatur.*

11 *Debitor, qui vltra promiſſionem de ſoluendo Bononiæ, Regij, & Ferrariæ,& vbique locorum,pacto expreſſo ſe totaliter ſubiecit iuriſdictioni omnium,& quorumcunque iudicum, & illorum compulſioni,coactioni,condemnationi,& aggrauationi,coram quibus voluit, & conſenſit poſſe conueniri, ac realiter, & perſonaliter capi, & detineri, abſque dubio in quocunque loco etiam diſſimili,& remotiori expreſſit conuenıri, & capi poterit.*

12 *Forum quis ſortitur non ſolum ratione domicilij,contractus, ſeu delicti, ſed etiam ratione rei, de qua agitur.*

14 *Debitor ob timorem fugæ poteſt capi,& arreſtari,& compelli,vt ſaltem caueat, quando forum poſſet declinare,vel ius reuocandi domum haberet.*

15 *Repræſaliæ quando poſſint committi, & exerceri.*

EPITOME.

PENSIONES *pro re eccleſiæ conducta, mortuo prælato locatore ante, quàm dies ſolutionis uenerit,recollectis tamen fructibus,pro quibus ſoluuntur, ſucceſſori in prælatura,et dignitate, non autem hæredibus prælati defuncti ſolui debent.*

Debitor

Debitor, qui cum iuramento promiſit ſoluere Bononiæ, Regii, Ferrariæ, & alibi ubique locorum, & pacto expreſſo ſe totaliter iuriſdictioni, compulſioni, coactioni, condemnationi, & aggrauationi omnium, & quorumcunque iudicum ſubiecit, coram quibus uoluit, & conſenſu poſſe conueniri, ac realiter, & perſonaliter capi, & detineri, poteſt in quocunque loco etiam diſsimili, & remotiori expreſsis conueniri, et capi: Nec pactis huius iuriſdictionis iudicis non ſui prorogatiui poteſt ſe pœnitere.

CONSILIVM CXXXVIII.

SVPER propoſitis dubitationibus videtur primo di-
cendum eſſe, quòd affictus, ſeu penſiones bonorum,
per titium conductorum non debeantur ipſi Reueren
diſſimo domino Commendatario, vt in abbatia ſucceſſori,
ſed hæredibus prædeceſſoris, & conſequenter quòd præfa
to Reuerendiſſimo domino Commendatario inſtrumento,
1 & obligatione, de qua in illo, vti non licuerit: †quoniam ex
quo prædeceſſor defunctus eſt de menſe Septembris, quo
tempore fructus iam fuerant recollecti, atq; percepti, pen-
ſiones per conductorem ſoluendæ debent hæredibus pri-
mi abbatis locatoris ſolui, non autem in abbatia ſucceſſori,
quamuis tempore obitus dicti primi abbatis dies ſolutionis
penſionum prædictarum non dum venerit, vt videtur tex.
not. in l. defuncta in princ. & ibi Bald. ff. de vſufruct. & ha-
betur per Alexan. in conſil. 15. lib. 2. vbi ferè hunc caſum
decidere videtur, arguẽdo de vſufructuario ad prælatum,
2 † qui cenſetur vſufructuarius argumento glo. 1. in c. ex li-
teris de probatio. & habetur per Barto. in l. 1. in fin. ibique
Alex. & alij ff. de noui ope. nun. & facit id, quod uoluit Bar.
in l. fi. in fi. ff. de iure fiſci, reſpõdendo textui in d. l. defuncta:
Vnde cum penſiones non ſint de iure debitæ ipſi Reueren-
diſſimo domino Commendatario, ſed hæredibus Abbatis
defuncti, ſequitur, quòd Reuerendiſſimus dominus Com-
mendatarius non potuit contra titium conductorem age-
re, nec aduerſus illum remedio exequutiuo dicti inſtrumen
ti vti, quoniam ſine actione nemo experitur l. ſi pupilli. §. vi
3 deamus ff. de nego. geſtis: item quia † inſtrumentum exe-
quutiuum ad inſtantiam eius, cuius non intereſt, exequu-
tionem non meretur, & ideò exequutio ex falſa cauſa, fal-
ſiſque allegationibus facta non valet Alexan. Ang. & Ioan.
de Imol. in l. qui romæ. §. duo fratres ff. de verbo. obligat.
¶ Præterea videbatur, quod titius conductor non potuerit
Noulariæ capi, ſeu arreſtari, cum iuriſdictioni iudicis illius
4 fori, ſeu terræ non ſit ſubiectus: † Nam licet titius promi
ſerit ſoluere ſpecialiter Bononiæ, Regii, Ferrariæ, & alibi
vbique locorum, tamen hæc clauſula generalis de locis ſi-
milibus expreſſis intelligitur, ut volunt dom. Anto. & Abb.
in c. 1. de iudi. per tex. in c. ſedes de reſcrip. ibique latè Mo-
dern. Sed caſtrum, ſiue terra Noulariæ non eſt ſimilis lo-
cis expreſſis, quia promiſſum fuit ſoluere expreſsè, & ſpecia
liter in certis ciuitatibus, ergo de caſtris, & villis intellectum
non videtur argumento eorum, quæ habentur in c. rodul-
5 phus de reſcriptis. ¶ Vltimò videtur dicendum, † quòd
quamuis per pactum expreſſum titius conductor iuriſdictio
nem quorumcunque iudicum nõ ſuorum prorogauerit,
& ſe ſubiecerit iuriſdictioni, & curiæ omnium, & quorum-
cunque iudicum, coram quibus contigerit inſtrumentum
locationis præſentari, tamen non obſtante tali pacto potuit
titius illud reuocare, & ſe eius pœnitere, l. ſi conuenerit,
ibique Barto. & omnes maximè Alexan. & Moder. ff. de iu-
riſdict. omn. iud. & habetur per Abb. Anto. & communiter
alios in c. 1. de iudi. & in c. fin. de foro competen.
¶ Sed tamen prædictis minimè obſtantibus, contrarium de
6 iure verius eſſe arbitror, & in primis concludo, † penſio-
nes huiuſmodi, quas titius conductor ſoluere tenetur, debe
ri non hæredibus Abbatis defuncti, ſed ſucceſſori in ipſa ab
batia, ex quo nondum ſunt ſolutæ, & ſic adhuc ſunt in re-
rum natura, neque fuerunt per Abbatem defunctum con-
ſumptæ: quicquid enim de bonis, ſiue redditibus, ſiue aliis
eccleſiæ reperitur, tempore obitus ipſius prælati, ſucceſſori
in dignitate reſeruari debet, nec prælatus de illo teſtari, nec
7 illud hæredi ſuo relinquere poteſt, quoniam † prælatus in
uita cenſetur vſufructuarius, & ideò in vita illi permiſſum,
eſt de fructibus, & redditibus liberè diſponere, illoſque con
ſumere, ſed poſt eius mortem quicquid de bonis eccleſiæ
ſupereſt, ſucceſſori in prælatura debetur, nam in morte, im-
mò quum infirmari incipit, uſuario comparatur, vt eſt tex.
not. ibique glo. ſingularis in c. præſenti de offi. ordi. lib. 6. fa-
cit id, quod voluit etiam glo. in c. duo ſunt in ver. proprieta
tem 12. q. 1. dicens, quòd licet proprietas fructuum ſit cleri
ci beneficiati, tamen illam in morte eius non poteſt alicui
ratione teſtamenti relinquere, ſeu elargiri, & ſic expreſsè
innuit, quòd in huiuſmodi fructibus, et redditibus adhuc
extantibus hæres clerici non ſuccedit, ſed ſucceſſori in be-
8 neficio debentur argumento c. relatum il 2. de teſtam. †
quod ſecus fortè eſſet in canonico reſpectu redditunm ſuæ
præbendæ, vt voluit glo. in d. c. præſenti, quam in hoc Do-
mini. ibi ſequitur, & Paul. de Leaza. in ſua q. incip. lata ſen-
tentia, necnon Innoc. & Specula. veluti refert ibi Domini.
& glo. in d. c. præſenti in fin. ver. inquit, quòd hanc opinio-
nem conſuetudo generalis ferè vbique approbat, de quo
credendum eſt gloſæ per ea, quæ voluit Barto. in l. de qui-
bus ff. de legibus. Nec obſtat, quòd clericus ſimpliciter be-
9 neficiatus fructus ſuos faciat, quia † illud eſt intelligen-
dum de fructibus perceptis, reconditis, atque conſumptis:
Alii verò fructus nõdum percepti, & adhuc extantes ſunt
eccleſiæ, & conſequenter ad ſucceſſorem ſpectant, non au-
tem ad hæredem clerici defuncti: ex quibus infertur, quòd
in caſu noſtro ius agendi contra titium conductorem ad di
ctas penſiones competit moderno abbati, & conſequenter
Reuerendiſſimo domino Commendatario, cui dicto inſtru
mento exequutiuo contra ipſum titium vti licitum fuit, ex
quo per tunc dominum abbatem pro ſe, & ſucceſſoribus
in abbatia factum fuit: & vigore dictæ exequutionis titius
capi, & carcerari potuit ad tradita per Innocen. in c. ex re-
ſcripto de iureiuran. & per Alexan. in l. cum vnus ff. de bo-
nis aucto. iud. poſsid. habet enim vim præcepti ordinarii, ut
per Alexan. ibi, & per Barto. in conſil. incip. Zoilus. Et per
hæc primo fundamento ſupra in contrarium facto reſpon-
ſum apparet. ¶ Non obſtat ſecundum, quòd titius non po
tuerit Noulariæ conueniri, ſeu detineri, quoniam intelligi
tur de locis ſimilibus expreſſis argum. c. ſedes de reſcript.
10 cum aliis ſupra allegatis: quia reſponderi poteſt primo, †
quòd ex quo titius promiſit ſoluere Regij, Ferrariæ, Bono-
niæ, & vbique locorum, is propter illa verba vniuerſalia po
tuit in quocunque loco etiam expreſſis diſſimili conueniri,
& arreſtari, vt voluit Ioan. de Imol. in c. 1. de iudi. & ſequi-
tur Alexan. in d. l. ſi conuenit in 10. limitatione, & Modern.
videlicet Decius in d. c. 1. dicũt, quòd ſub illis verbis genera
libus non comprehenditur locus diſſimilis, hoc eſt incon-
ſuetus, & inſolitus, de quo contrahentes cogitare non po-
tuerunt: ſed in caſu noſtro contrahentes de loco Noula-
riæ veriſimiliter ob propinquitatem cogitare potuerunt,
ergo &c. Secundo docto. qui volunt intelligi de locis ſimi
libus expreſſis, intelligunt hoc reſpectu propinquitatis, ita
quòd non comprehendantur loca remotiora, quam ſint ex
preſſa, ut habetur per Alex. in dicta 10. limitatione, & per
do. Anto. in d. c. 1. ſed Noularia eſt locus propinquus ex-
preſſis, immò propinquior illis, videlicet quam ſit ciuitas
Bononiæ, & Ferrariæ, ergo ibi rectè conueniri, & arreſtari
potuit.

potuit. Prætérea Ioan. de Imo. in d. c. 1. & Alex. in d. l. ſi conuenerit uolunt, quòd facta ſpeciali expreſſione quorundam locorum cum clauſula illa generali, & ubique locorum, debitor etiam in locis diſſimilibus, & remotioribus expreſſis conueniri poſſit: Nec obſtat d. c. ſedes, quia loquitur in diſpoſitione facta per verba indefinita, ſecus ſi facta eſſet per uerba uniuerſalia, & geminata, prout in propoſito notat Ioan. Andr. in c. cum in multis extra de reſcrip. & ita reſpondet Alexan. in dicta decima limitatione. Rurſus prædicta poſſent procedere, quando debitor promiſiſſet ſimpliciter ſoluere Regij, Bononiæ, Ferrariæ, & ubique locorum: Sed
11 † quando ultra dictam promiſſionem promiſiſſet etiam, & per pactum expreſſum ſe ſubiecîſſet iuriſdictioni omnium, & quorumcunque iudicum curiarum eccleſiaſticarum, & ſecularium ubique conſtitutarum, in quibus contingeret illud publicum inſtrumentum locationis exhiberi, atq; produci, & dictas pẽſiones peti, ſe ipſum totaliter ſubiiciẽdo, & ſubmittẽdo cõpulſioni, coactioni, coarctationi, condẽnationi, aggrauationi, & reaggrauationi dictorum iudicũ, coram quibus uoluit, & conſenſit poſſe conueniri, & realiter, ac perſonaliter capi, & detineri, prout in caſu noſtro factum fuit, tunc abſque dubio debitor in quocunque loco etiam diſſimili, & remotiori cõueniri, capi, & retineri poterit, prout ipſe expreſsè, & ſpecialiter per pactum expreſſum, & iuratum promiſit, atque conuenit: hæc enim geminatio pacti, & promiſſionis hoc ſaltem operari debet, argumento eorum, quæ habentur per doctores in c. ſi cautio de fide inſtrumen. in rubrica ff. de uerborum obliga. & in l. cum oſtẽdimus ff. de fideiuſſo. tuto. & faciunt in ſimili in terminis noſtris ea, quæ habẽtur per Baldum in l. cum archimedoram in 2. colum. C. ut in poſſeſs. lega. Prætérea, & ultimo prædicta obiectio poteſt procedere, quando per illam clauſulam generalem, & ubique locorum, debitor conueniretur coram iudice non ſuo, & in loco, in quo aliàs forum non ſortiretur, & ita propriè loquuntur docto. in locis præallegatis: Sed ubicunque conueniretur coram iudice ſuo, & in loco, in quo ſecundum ius commune forum ſortiretur, tunc nullus negat, quin ibi conueniri poſſit, ad tradita per ſcribẽtes omnes in d. c. 1. & in d. l. ſi conuenerit, & probatur in c. dilecti extra de foro competen. At in caſu noſtro Titius de iure communi ſortitur forum Nouelariæ, & ibi abſque alia conuentione, & pacto poteſt conueniri, ergo ſumus in tuto, quia in territorio Nouelariæ abbatia, & bona per ipſum Titium cõducta pro parte ſunt ſita, & poſita, & ideò ratione rei, de qua agitur, ibi forum ſortiri dicitur, ut ibi co
12 gi, & conueniri ualeat, quoniam † non ſolum ratione domicilij, contractus, ſeu delicti quis de iure communi forum ſortiri dicitur, ſed etiam ratione rei, de qua agitur, quæ eſſet poſita in loco, & ſub iuriſdictione iudicis, coram quo debitor conueniretur, ut eſt textus in c. ſanè, & in c. fin. extra de foro competen. cum ſimilibus ubique nota.

¶ Non obſtat ultimum fundamentum, quòd locus fuerit pœnitentiæ per textum in d. l. ſi conuenerit, & per ea, quæ habentur per doctores canoniſtas communiter in d. c. 1. de iud. quia multipliciter reſponderi poteſt, & primo, quòd
13 † illud eſt uerum, niſi conueniretur in loco, in quo alias de iure forum ſortiretur, quia in illo abſque dubio conueniri poterit d. c. dilecti, & ita eſt de mente omnium ſcribentium ubique, quòd locus ſit pœnitẽtiæ reſpectu loci, in quo alias quis conueniri non potuiſſet, niſi pactum fuiſſet factum: & ita propriè loquitur d. l. ſi conuenerit: Sed in caſu noſtro etiam abſque pacto, de quo in inſtrumento, Titius Nouelariæ conueniri poterat, quia ibi de iure forum ſortitur ratione rei, ſeu rerum, de quibus agitur, ut ſupra, ergo &c. Secũdo reſpondeo, locum eſſe pœnitentiæ, quando huiuſmodi promiſſio de conueniendo, ſeu comparendo in alio loco, & coram iudice non ſuo per pactum nudum, & ſimplex facta eſſet: ſecus ſi per ſtipulationem, prout factum fuit in caſu noſtro, quia tunc pœnitentiæ non eſt locus, ut uolunt communiter legiſtæ in d. l. ſi conuenerit, & latius canoniſtæ in in d. c. 1. de iudic. ſaltem quoad effectum conſequendi intereſſe, & pœnas conuentionales, ut uoluit Guliel. de Cun. in l. 1. ff. de iudi. Specu. in titu. de competen. iudi. §. 1. uer. ſicu. quid ſi pactum, ibique Ioan. Andr. in additio. do. Anto. & Abb. in d. c. 1. ubi Dec. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur, & Alexan. in d. l. ſi conuenerit: Sed hic ſtipulatio interuenit, ergo &c. Tertio reſpondeo locum eſſe pœnitentiæ, niſi iuramentum interueniſſet, quia tunc debitor poteſt conueniri, prout promiſit, & conuenit, nec ipſum poteſt pœnitere cauſa euitandi periurium: ita omnes magis communiter tàm legiſtæ, quàm canoniſtæ concludunt in d. l. ſi conuenerit, & in d. c. 1. ſed iuramentum quoque in caſu
14 noſtro interuenit, ergo &c. Prætérea † illis caſibus, quibus quis forum declinare poſſet, ſeu ius reuocandi domum haberet iuxta ea, quæ habentur in c. fin. de foro competen. ſi timor, & ſuſpitio fugæ adeſſet, ut quia debitor immobilia in loco non poſſideret, & timor eſſet, ne diſcederet, tunc poterit capi, arreſtari, & compelli, ut ſaltem caueat, ut eſt glo. ſingularis in l. fin. C. de feriis: & ita dixit not. Ange. in l. 2. §. in omnibus ff. de iudi. & ponit Andr. Barbat. in d. c. fina. in 3. colum. circa finem de foro competen. & in hoc aliquod dubium non video. ¶ Et ex prædictis clariſſimè infertur,
15 † quòd illuſtriſſimus, & excellentiſſimus Dux Ferrariæ ob capturam, & arreſtationem de Titio prædicto factam in terra Nouellariæ non poteſt contra dominum, & homines dictæ terræ repreſalias committere, ex quo iuſtitia non fuit ſubdito ſuo denegata, immò omnia iuſtè proceſſerunt, ut ſatis apertè ex prædictis colligitur: & repreſaliæ ſolum ob neglectam, & denegatam iuſtitiam committuntur, & exercentur, ut latiſſimè explicat Barto. in ſuo tractatu repreſaliarum, & traditur per doctores communiter in rub. ff. ſolu. matrimo. Vlterius ſuper præmiſſis non eſſe inſiſtendum putaui, quia res, cum per ſe ſatis ſit clara, & manifeſta, maiore non indiget declaratione iuxta l. 1. in fin. ff. de dote prælega. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conductor damnificatus ex facto, & contractu, ſeu culpa locatoris poteſt contra locatorem, vel eius hæredes agere ad omne damnum, & intereſſe etiam ratione lucri percipiendi.*

2 *Et damnificatus ex facto tertij iniuſto, cui per locatorem, vel eius hæredes reſiſti non potuit, tenetur tantum ad ſolutionem affictuum proportionabiliter pro rata fructuum perceptorum, & à ſolo ſeparatorum: & quomodo horum affictuum reſpectu fructuum ſit habenda ratio num. 5.*

Pro rata uerò fructuum pendentium, & nondum perceptorum, nec à ſolo ſeparatorum eſt ei facienda remiſſio, & illorum damnum totum ad locatorem ſpectat num. 7.

3 *Damnum omne, & periculum circa fructus iam perceptos, & à ſolo ſeparatos contingens conductoris eſt, non locatoris.*

4 *Caſus fortuitus reputatur in locatione factum tertij iniuſtum, quod prohiberi non poteſt, & propter quod conductor damnificatur.*

5 *De penſionibus pro fructibus naturalibus ſoluendis iudicatur, vt de ipſis fructibus, prout tunc extant.*

6 *Quid de penſionibus pro fructibus ciuilibus, ſiue induſtrialibus ſoluendis.*

8 *Damnum in locatione circa fructus etiam perceptos contingens culpa ipſius locatoris ad illum, & non ad conductorem ſpectare debet.*

9 *Quid ſi ob mortem locatoris id damnum euenerit.*

Locatoris morte ſi quid damni circa fructus conductori eueniat, ad quid locator, uel eius hæredes teneantur.

10 *Locator ad remiſſionem faciendam pro fructibus à ſolo quidem iam ſeparatis, ſed nondum exportatis tenetur.*

11 Idem

11 *Idem ob corruptionem in fructibus perceptis ex vitio terræ ſine culpa coloni contingentem; ſecus ſi ex alia cauſa etiam ſine culpa coloni.*

12 *Locator ſi conductori promittat, quòd ſi turbetur, ne poſsit vti frui, ei pro rata damni remittere, & excomputare teneatur, quid hoc pactum operetur, & quomodo ſit intelligendum.*

Maximè, ſi conductor omne periculum, caſusque fortuitus contingentes, & contingere ſolitos in ſe ſuſceperit num. 16

13 *Pacti, & contrahentium verba quomodo ſint intelligenda, & interpretanda.*

14 *Pactum nihil, vel parum operari potius tolleratur, quam quòd contra naturam contractus intelligatur.*

15 *Pactum primum factum ad fauorem locatoris per ſecundum in fauorem conductoris factum reſtringi debet.*

17 *Conductor vti, & frui dicitur quam primum fructus percepit, & à ſolo ſeparauit, quamuis illos poſtea amiſiſſet.*

18 *Locator, qui tenetur facere, vt conductori liceat vti frui, ſolum vſque ad perceptionem, & à ſolo ſeparationem fructuum incluſiuè tenetur, & non vltra.*

EPITOME.

CONDVCTOR *ſi ob mortem locatoris facto tertii etiam iniuſto, cui per locatorem, ſiue eius hæredes reſiſti non potuit, fructus percepti, & à ſolo iam ſeparati fuerint ablati, & ſic etiam circa illos damnum paſſus fuerit, & rebus locatis amplius uti, frui non potuerit, quoad fructus perceptos, & a ſolo ſeparatos, etiam ſi ablati fuerint, pro eorum rata penſiones, & affictus hæredibus locatoris ſoluere tenetur, quo verò ad alios fructus pendentes, & nondum perceptos remiſſionem conſequi debet, damnumque illud totum ad locatorem, eiuſque hæredes ſpectat.*

CONSILIVM CXXXIX.

ILLVSTRISSIME domine, in cauſa Illuſtris Comitis Guidonis de Rangonibus cauſam à Reuerendiſſimo Cardinale eius fratre, ſeu à ſede Apoſtolica habentis ex vna, & dominum Scipionem de Butrigarijs, & Ser Franciſcum de Toſſignanis cõductores Abbatiæ Sancti Stephani, & epiſcopatus Adriæ, ac epiſcopatus Mutinæ ex alia mihi ab Illuſtriſſima D.V. commiſſa ad referendum, ſalua meliore deliberatione, & præſertim Illuſtriſſimæ dom. Veſtræ, refero primo, quantum eſt reſpectu dictæ abbatiæ nullam ipſis conductoribus faciendam fore remiſſionem, cum in perceptione fructuum, & redditſuum illius eo anno 1527. quo prædictis Reuerendiſſimus dominus Cardinalis deceſſit, nullo modo fuerint impediti: quantum verò eſt reſpectu epiſcopatus Adriæ, ſi verum eſt id, quod mihi in facto præſupponitur, videlicet quòd dictus Reuerẽdiſſimus Cardinalis epiſcopo Bragadino ſuper fructibus dicti epiſcopatus Adriæ penſionem ducatorum ſexcentorum ſingulis annis in & de fructibus prædicti epiſcopatus ſoluendam conſtituerit, necnon ad vtilitatem eiuſdem epiſcopi Bragadini dictum epiſcopatum reſignauerit cum regreſſu, & reſeruatione fructuum, & deinde dictus epiſcopus poſt obitũ prædicti Reuerendiſſimi Cardinalis, qui circa finem menſis Auguſti dicti anni 1527. deceſſit, propria auctoritate ob penſionem dicti anni ſibi debitam, & nondum ſolutam fructus iam perceptos, & à ſolo nomine dictorum conductorum ſeparatos, & fortè reconditos abſtulerit, & retinuerit, ac etiam ratione tituli, quem ex reſignatione, vt ſupra, facta habuit, fructus, redditus, & ĩtroitus tempore mortis dicti Reuerendiſſimi domini Cardinalis pendentes cæperit, & apprehenderit, veris his exiſtentibus, concludo, & refero, præfatos conductores ad ſolutionem alicuius pen-
1 ſionis, ſiue affictus non teneri, † quia ipſis non ſolum remiſſio affictus eſt proportionabiliter faciẽda, verum etiam ipſi conductores cõtra hæredes præfati Reuerendiſſimi domini Cardinalis pro rata fructuum tàm perceptorũ, quàm pendentium, & futurorum dicti epiſcopatus ad lucrum, damnumque omne, & intereſſe ipſorum agere poſſunt, quoniam hoc dicitur eueniſſe facto, contractu, ſeu culpa ipſius Reuerendiſſimi locatoris, & ideò conductores, qui damnificati fuerunt, & quorum fructus fuerunt occupati, & apprehenſi, agere poſſunt etiam ad damnum, & intereſſe, quod oſtenderent ſe paſſos fuiſſe etiam ratione lucri contra locatorem, vel eius hæredes per tex. notabilem, ubi hoc optimè probatur in l. ſi fundus, & in l. ſi vno. §. vbicunque, & in .l. cum in plures. §. culpæ ff. loca. & vbique docto. ponunt, & benè ad hoc propoſitum inſeruit penultimum capitulum inter ipſos contrahentes tempore locationis factum, atque conuentum, quod eſt ab ipſis omninò obſeruandum iuxta l. ſi quis fundum in princ. ff. locati. ¶ Quò verò ad fructus
2 epiſcopatus Mutinæ, † qui violenter, & de facto occupati, & ablati fuerunt, & in quibus conductores fuerunt damnificati facto tertii iniuſto, cui propter illius potentiam reſiſti non potuit, & quem hæredes, ſeu ſucceſſores Reuerendiſſimi domini locatoris prohibere non valuerunt, concludo, & refero, conductores ſolum teneri proportionabiliter ad ſolutionem affictus, & mercedis conuentæ pro rata fructuum tempore mortis Reuerendiſſimi do. locatoris perce-
3 ptorũ, & à ſolo ſeparatorum, quia † cum per fructuum perceptionem, & ſeparationem à ſolo conductorum nomine factam ipſi conductores iam domini illorum fructuum fuerint effecti, ut declarat Paul. de Caſt. in d. l. cum in plures .§. meſſem ff. locati, argumento l. ſi vſufructuarius meſſem ff. quemadmo. vſusfruc. amitt. cum ſimilibus, ſequitur, quòd omne periculum circa tales fructus contingens ad conductores tanquam illorum dominos ſpectare debet, quia regula eſt, quòd periculum rei ad dominum ſpectat, l. quæ fortuitis C. de pigno. actio. & hac ratione in propriis terminis docto. communiter vtuntur, vt per Sozi. in conſil. 100. lib. 1. per not. per Cyn. in l. certum poſt princip. C. de rei ven-
4 dica. cum ſimilibus ibi allegatis. Et † factum tertii iniuſtum, cui reſiſti, ſeu quod prohiberi non poteſt, in caſu noſtro, & ad hunc effectum tanquam caſus fortuitus reputatur, vt eſt tex. in l. ſi fundus in fin. cum l. ſequen. ff. locati, ibi
5 perinde, ac ſi latronũ incurſu id acciderit: Et † non refert, an pẽſiones, ſeu affictus, qui debentur pro fructibus naturalibus, ſeu pro locatione poſſeſſionũ, & rerum, ex quibus fructus naturales percipiuntur, nõdum tempore mortis Reuerendiſſimi locatoris eſſent ſoluti, & illorum tempus nondũ veniſſet, quia ex quo erant ſoluendi pro fructibus naturalibus, de illis iudicatur, vt de ipſis fructibus iam perceptis, & à ſolo ſeparatis adeò, quòd dicti affictus cenſeantur fructus iam percepti, & à ſolo ſeparati, vt eſt tex. in l. ſi defuncta ff. de uſufruct. & habetur per doct. maximè Salice. in l. fructus C. de actio. empt. & per Barto. in l. fin. in fin. ff. de iure fiſci: ſecus ſi fructus nondum eſſent percepti, nec ſeparati, quia tunc de affictibus, qui illorum occaſione ſoluuntur, iudicatur, ut de fructibus pendentibus, & nondum perceptis:
6 Et † idem dico de penſionibus, & perceptionibus, quæ ſoluuntur non pro fructibus naturalibus, ſed merè ex induſtria proueniunt, qui fructus ciuiles nuncupantur, ut ſunt vſuræ, vecturæ, cenſus, liuelli, & penſionẽs domorum, ac ſimilium iuxta l. ſi nauis ff. de rei vendic. quia ſi tales fructus, ſeu redditus nondum ſint exacti, & illorum dies nondum venerit, tunc cenſentur vt fructus pendentes, & nondum percepti, & ideò illorum pro rata, & proportionabiliter eſt conductori facienda remiſſio, ſi is facto tertii iniuſto, cui reſiſti non potuit, fuit percipere impeditus, ut habetur per Sozi. in d. conſil. 100. ubi latè, iunctis præmiſſis. Quo verò
7 † ad fructus naturales, ſeu induſtriales, qui tempore mortis Reuerendiſsimi locatoris nondum fuerant à conductoribus

ribus percepti, nec à ſolo ſeparati, & ſic qui pẽdẽtes erãt, prout etiam ſunt, & cenſentur ad proximè dicta penſiones domorum, mercedes, cenſus, liuelli, & huiuſmodi, qui fructus ciuiles, ſeu induſtriales dicuntur, ut in d.l. ſi nauis, & traditur per Bartolum in l. fructus ff. de rei uendica. per canoniſtas in c. grauis de reſtitutio. ſpoliat. & per Sozinum in d. conſi. c. concludo, & refero, damnum illorum, ut ſupra, cõtingens ad locatorem, ſeu illius hæredes, & ſucceſſores ſpectare debere, quoniam quouſque ſunt pendentes, ipſius domini, & locatoris eſſe dicuntur, ut declarat Paul. Caſtr. in d. §. meſſem: & ideò periculum, & damnum circa illos abſque culpa conductorum contingens ad dominum, & locatorem ſpectare debet, ut ſupra, & per Sozinum in d. conſi. c. pro rata ergo illorum fructuum proportionabiliter ipſis cõductoribus affictuum remiſſio eſt facienda, etiam ſi tale dãnum contingeret facto hominis iniuſto, cui reſiſti non potuit, ſeu quod locator, & ſucceſſores ſui prohibere non potuerunt, quia factum huiuſmodi tertij cenſetur caſus fortuitus, ſeu illi aſſimilatur: hæc probantur per tex. ibique Bart. & omnes in d.l. ſi fundus, & per Sozinum in d. conſi. c. ubi multa allegat, & facit l. damnum, ibique Barto. C. locati.

¶ Et quia nonnulla prædictis, & contra dictum illuſtrem comitem tanquam reuerendiſſimi locatoris ſucceſſorem obſtare, & ad fauorem conductorum facere uidẽtur, quòd ipſi ad ratam penſionis, ſeu affictus pro fructibus etiam iam perceptis, & ſeparatis proportionabiliter nullo modo teneantur, quinimmò poſſint agere ad damnum, & intereſſe, & ad lucrũ ceſſans, quod ipſi fortè potuiſſent facere ex illis ctibus tàm perceptis, quàm percipiendis, iuxta d.l. ſi fundus, ideò aliquibus reſpondeo: Opponi igitur in primis poſſet,
8 prout opponitur, † quòd ex quo culpa reuerendiſſimi locatoris præceſſit, & eius culpa fructus omnes fuerunt occupati etiam facto tertij, cui reſiſti non potuit, damnum hoc debet eſſe ipſius locatoris, & ſucceſſorum, non autem conductorum, immò conductores ratione culpæ locatoris poſſunt agere, ut ſupra dictum eſt per d.l. ſi fundus, l. ſi uno §. item cum quidam, & ibi Bar. & in §. ubicunque, l. ſi quis domum ff. loc. & l. ſi merces §. culpæ, ibique Pau. Caſt. eodem titulo, & culpa in caſu noſtro locatori imputatur, quia mortuus eſt, nam illius mortis cauſa hæc euenerunt, iuxta text. cum ib not. per Paulum de Caſt. in l. ſed addes §. fina. cum l. ſequen. ff. loca. & per Bartolum, & alios in l. diem functo
9 ff. de offi. aſſeſſo. ſed ad hoc reſpondetur, † quòd caſus in perſona locatoris ſuperueniens, ut eſt caſus mortis uſufructuarij, qui ad quinquennium locauit, & infra tempus quinquennij mortuus fuit, debet operari, ut hæredes, & ſucceſſores ſui ſolum teneantur ad remiſſionem mercedis pro rata illius temporis, quo conductor fructus, & redditus percipere non potuit, & non ultra: & ideò quatenus conductor fructus percepit, & pro rata temporis, quo fundo locato uſus fuit, ipſe, uel ſui hæredes ad præſtationem mercedis, ſeu affictus tenentur l. ſi quis domum §. penultimo, ibique Barto. & in d.l. ſi uno §. item cum quidam maximè in 3. colum. & in l. qui inſulam §. 1. & l. habitatores in fin. ff. locati: & faciunt etiam ea, quæ habentur per Bartolum in l. 1. §. diuus ff. de uarijs, & extraordi. cognitio. nec uerum eſſe uidetur, quòd mors locatoris eius culpæ imputetur ad effectum, ut is ad remiſſionem mercedis teneatur reſpectu fructuum, ſeu reddituum iam per conductorem perceptorum, cum omne periculum circa illos contingens de iure ad conductorem ſpectet, ut ſupra dictum fuit: Solum enim impedimentum mortis locatoris facit, ut ſit facienda remiſſio pro futuro tempore, quo re ſibi locata propter mortem uti nõ potuit, ut in d.l. ſi quis domum §. penultimo cum ſim. Nam ſi mors locatoris culpæ ipſius imputaretur, locator, uel eius hæredes non ſolum ad remiſſionem mercedis pro futuro tẽpore, ſed etiam ad omne damnum, & intereſſe, ac ad lucrum, quod conductor facere potuiſſet, teneri deberent, ad tradita per Bartolum in d. §. item cum quidam, in d.l. ſi fundus, & in d.l. ſi vno §. ubicunque. quod quidem eſt falſum, quia non tenentur, niſi ad remiſſionem mercedis pro futuro tempore d.l. ſi quis domum §. penultimo, & ſupra dixi. Ergo mors in culpa eſſe non dicitur. ¶ Secundo etiam principaliter præmiſſis non obſtat doctrina Pau. Caſtr. in l.
10 ex conducto §. ſi uis tempeſtatis ff. locati, † ubi locator tenetur ad remiſſionem faciendam pro fructibus iam à ſolo ſeparatis, ſed ad domũ conductoris nondum exportatis, ut quando eſſent ſegetes à ſolo ſeparatæ, quæ adhuc in paleis eſſent, & nondum excuſſæ, ſeu trituratæ forent, & igne fuiſſent conſumptæ, uel alio caſu fortuito deperditæ, ut ibi per eum: Quia reſponderi poteſt, quòd in caſu noſtro blada, & ſegetes non erant in paleis, ſed etiam excuſſa, & triturata, immò fortè à conductoribus exportata, & in horreis recondita: quo in caſu Pau. Caſtr. & omnes fatentur, periculum, & damnum in illis contingens ad conductores tanquam dominos ſpectare debere, ut dictum fuit. ¶ Non obſtat tertio id, quod uoluit Hoſtien. in ſumma de locato. in §. quæ actiones, quem etiam refert, ac ſequitur Ioan. de Imol. in c. quia propter ſterilitatem extra de loca. in 13. colum. in uer
11 ſicu. in glo. 2. quia reſpondeo, † quòd corruptio in fructibus perceptis contingens ex uitio terræ ſine culpa coloni facit quidem dominum, & locatorem ad remiſſionẽ mercedis teneri, & damnum ad ipſum locatorem ſpectare: Secus ſi ex alia cauſa etiam ſine culpa coloni corrupti, ſeu aliter deperditi fuiſſent, quoniam tunc damnum eſſet conductoris, & non locatoris, ut expreſsè ſentit Hoſtien. in loco præallegato, & clarius Ioan. de Imo. in d. 13. colum. At in caſu noſtro fructus à ſolo ſeparati, & iam percepti uitio terræ corrupti non fuerunt, ſed fuerunt ablati à tertio, qui uſus fuit facto iniuſto, cui reſiſti propter eius potentiam nõ potuit, ergo hoc periculum, & damnum ad ipſos conductores ſpectare debet d.l. ſi fundus, & per Sozinum in d. conſil. omneſque hoc fatentur. ¶ Non obſtat penultimum capitulum inter ipſas partes conuentum, & contractum, quia illud ſolum verificatur in fructibus epiſcopatus Adriæ, qui ab epiſcopo Bragadino ex facto, contractu, & culpa reuerendiſſimi domini locatoris ablati, & exportati fuerunt, & ideò conductores non ſolum remiſſionem affictuum ſibi fieri petere poſſunt, ſed etiam agere ad intereſſe, & ad lucrũ, quod ſuper fructibus perceptis ablatis, & exportatis facere potuiſſent, ut ſupra dictum fuit. ¶ Non obſtat ultimum capitulum factum ad fauorem conductorum, in quo dicitur, che'l Reuerendiſſimo locatore promette alli conduttori, che ſe alcuna di dette entrate fuſſero turbate, che non le poteſſero uſufruttuare, ſua ſignoria Reuerendiſſima ſia tenuta fargli buono per quella parte fuſſero dannificati: Ex quo capitulo inferri uidetur, quòd licet locator aliàs nõ teneatur de periculo, & damno circa fructus perceptos, & à ſolo ſeparatos contingente, vt ſupra, tamen ex hoc pacto in dicto capitulo conuento teneatur argumento l. ſi quis fundum in princi. ff. locati: contractus enim legem ex conuentione partium accipiunt l. contractus cum ſimilibus ff. de regulis iur. vt ego iſtud pactum aliquid operetur, debet intelligi, quòd reuerendiſſimus locator uoluerit ſe ad hũc caſum, & ad hoc damnum etiam circa fructus præteritos, & iam perceptos contingens obligare argumento eorum, quæ uoluit Salice. in l. licet in finalibus uerbis C. locati: & profectò hoc capitulum ultimum in terminis noſtris ad fauorem conductorum multum facere uidetur. Sed tamen
12 rectè conſiderando † puto hoc ultimum argumentum ſolum habere effectum quoad fructus, & redditus pẽdentes, & nondum perceptos, non autem in fructibus iam perceptis,

tis, & à ſolo ſeparatis, in quibus damnum, & periculum
abſque culpa locatoris contingens de iure ad conductores
13 ſpectare debet, ut dictum fuit: † & ſemper uerba pa-
cti, & contrahentium debent intelligi, ac interpretari etiam
contra propriam uocabuli ſignificationem, ut ſecundum
legalem diſpoſitionem reſtringantur ita, quòd adapten-
tur, & conueniant naturæ ipſius contractus, ſuper quo uer-
ba fuerunt expreſſa l. ſi ſtipulatus in principio, & ibi docto-
res ff. de uſuris, l. ſi inſulam ff. de præſcript. uerbis, l. quæro
§. inter locatorem, & ibi Salicet. ff. locati: Sed de natura con
tractus locationis eſt, ut damnum in fructibus iam perce-
ptis abſque culpa locatoris contingens ſit conductoris, & in
fructibus pendentibus, & nondum perceptis, ut quando eſ-
ſent ablati, & exportati à tertio, cui reſiſti non potuit, ſit lo-
catoris d. l. ſi fundus cum ſimilibus ſupra allegatis, ergo præ
dictum capitulum ita debet intelligi, atque reſtringi. Nec
aduerſatur, quòd illud ſic intellectum fruſtratorium eſſet,
& parum, uel nihil ad fauorem conductorum operaretur,
quod non eſt dicendum iuribus uulgaribus: quia reſponde
14 tur, † tollerari potius, quòd parum, uel nihil operetur,
quàm quòd contra naturam contractus intelligatur d. l. ſi
15 ſtipulatus. Præterea † primum pactum factum ad fauo-
rem locatoris reſtringitur, ſeu reſtringi debet per ſecũdum
in fauorem conductoris factum argumento text. cum ibi
not. & ibi Salicet. in l. fin. in fin. ff. de reſcinden. uenditio. Rur
16 ſus dico, † quòd intelligendo hoc pactum, ut ſolum quo-
ad fructus pendentes, & nondum perceptos operetur, mul-
tum ad fauorem conductorum operatur, quia ſi illud fa-
ctum non fuiſſet, conductores obligati fuiſſent ad inte-
gram affictus ſolutionem, etiam ſi damnum in fructibus pẽ
dentibus ex aliquo periculo, & caſu fortuito paſſi fuiſſent,
quoniam conductores omne periculum, & caſus fortuitos
contingentes, & contingere ſolitos in ſe ſuſceperant, ut ex
ſeptimo capitulo apparet: Vel ſaltem ex illo capitulo ma
ximum poterat dubium oriri, utrum conductores dam-
num, & periculum, de quo in dicto ultimo capitulo, in
ſe ſuſcepiſſe dicerentur, ſine quo ultimo capitulo, unuſ-
quiſque profectò dixiſſet, illos etiam ad hunc caſum, &
ad hoc damnum fuiſſe obligatos propter generalitatem di
cti capituli ſeptimi ad fauorem locatoris facti per ea, quæ
habentur in dicta l. ſi quis fundum in principio, & per Sa-
licetum, & alios in dicta l. licet: Operabitur ergo hoc ul-
timum capitulum ad fauorem conductorum, quòd licet
ipſi debuiſſent teneri generaliter de omnibus caſibus for-
tuitis, ut in dicto ſeptimo capitulo habetur, tamen non
tenentur in caſu, de quo in ultimo capitulo, quia illo eue-
niente, uidelicet quòd ipſi fuerint turbati, quo minus po-
tuerint uſufructuare, hoc eſt uti frui rebus locatis, tunc
Reuerendiſſimus locator obligauit ſe ipſis conductoribus
pro illa parte, qua fuiſſent damnificati, remiſſionem fa-
cere. Et ita hoc ultimum capitulum intelligendo, profe-
ctò eius uerba benè conueniunt, & adaptantur, nam in
eo dicitur, ſe fuſſero turbati, che non poteſſero uſufrut-
tuare, & vſufructuare nihil aliud importat, niſi latinè lo-
17 quendo illud idem, quod uti frui, ut de ſe patet; † Sed
conductor, cui debet eſſe permiſſum de iure uti frui l. ex
conducto in principio, & per totam legem, & in l. ſi fun-
dus cum ſimilibus ff. locati, dicitur uti frui, quam primum
fructus percepit, illoſque à ſolo ſeparauit, quamuis tales
fructus poſtea amiſiſſet, uel illi fuiſſent ab aliquo etiam
iniuſtè exportati, & ablati, quod patet, quia locator,
qui debet, & tenetur facere, ut licitum ſit conductori uti,
& frui, ut in dicta l. ex conducto, non tenetur de caſu for-
tuito, nec de damno circa fructus iam perceptos contin-
gente, ut dictum fuit, & eſt uerum, ergo per ſolam per-
ceptionem fructuum, & illorum ſeparationem à ſolo con-
18 ductor dicitur uti frui, & ſic uſufructuare, † Et conſe-
quenter locator, qui tenetur facere, quòd conducto-
ri licitum ſit uti frui, ſolum tenetur uſque ad perceptio-
nem, & à ſolo ſeparationem fructuum incluſiuè, & non
ultra: alioquin locator de iure diceretur teneri de caſu,
& damno etiam circa fructus perceptos cõtingente, quod
tamen eſt falſum, ut ſupra ſæpius dictum eſt: Condu-
ctor igitur, cui fructus à ſolo ſeparare, & percipere
fuit permiſſum, non dicitur turbatus, quominus potue-
rit uti, & frui, & ſic uſufructuare, quamuis poſt perce-
ptionem, & à ſolo ſeparationem illi poſtea fuerint ablati,
& ui exportati à tertio, qui facto iniuſto, cui propter il-
lius potentiam reſiſti non potuit, fuit uſus. Conſtat itaq;
ex his illud ultimum capitulum non obſtare, quominus
conductores ad ſolutionem affictus, & mercedis conuen-
tæ proportionabiliter ſolum pro rata fructuum iam perce-
ptorum, & à ſolo ſeparatorum, non autem ad ualorem,
nec æſtimationem eorundem teneantur, quia damnum
contingens, ut ſupra, circa illos ex aliquo caſu fortuito,
ſeu ex facto iniuſto tertij, quem locator, eiuſque ſucceſ-
ſores non potuerunt, nec poſſent prohibere, ad ipſos con-
ductores ſpectare debet, & ſic in caſu noſtro ad domi-
num Scipionem, & ſer Franciſcum, qui de iure tenen-
tur ipſi illuſtri comiti ad ſolutionem affictus conuenti pro-
portionabiliter, & pro rata dictorum fructuum percepto-
rum, & à ſolo ſeparatorum, quia hoc eſt iuris indubita-
ti, quod damnum, & periculum circa fructus rei locatæ
perceptos, & à ſolo ſeparatos ad conductorem ſpectet, &
ſpectare debeat, quando culpa ipſi locatori imputari non
poteſt. Omnes ergo conductores bonorum dicti epiſco-
patus Mutinæ, hoc damnum, & periculum pati debent
per ea, quæ dicta ſunt, & per alia plura, quæ potuiſſent ad-
duci, quæ breuitatis cauſa omiſi. Et ita in præmiſſis dicen-
dum, & Illuſtriſſimæ dominationis ueſtræ referendum eſſe
cenſui, ſaluo ſemper integerrimo iudicio eiuſdem, cui me
plurimum commendo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ſi facto tertij iniuſto ſit impeditus, cui dominus reſiſtere non potuit, locator ad aliud plus non tenetur, quàm ad remiſſionem mercedis ſolutæ, uel ſoluendæ:*
Et ſolum pro rata temporis, quo fuit impeditus num. 9.
Et quando hoc uerum ſit num. 30. & 39.
Et quid illa uerba ad aliud plus excludant num. 29.
2 *Locator, ſi conductori ob uim maiorem uti frui impedito, & propter hoc damnum paſſo, aliam rem æquè commodam obtulit, liberatur, ut conductor & à contractu recedere, & aliquid aliud contra ipſum petere nequeat.*
3 *Vbertas præcedens, uel ſubſequens in locatione cum ſterilitate compenſatur, ut conductor ad ſoluendam integram penſionem anni ſterilis, et ad perſeuerandum in contractu teneatur:*
Et quando hoc uerum ſit num. 32. 33. & 34.
4 *Conductor, excepto tempore ſterilitatis, ſeu impedimenti, quo re uti, & frui non potuit, pro reliquo tempore etiam futuro ad integram penſionum præſtationem tenetur:*
Et quando hoc procedat num. 35.
5 *Locationis, & emptionis contractus æquiparantur, ac fraternizant:*
Differunt tamen quandoque, & in aliquibus num. 36.
6 *Emptionis contractus, ſi ante rem traditam expoſtfacto res pro parte perierit, quoad aliam partem remanet, nec ab eo, alia parte inuita, recedi poteſt:*
Idem, ſi emptor propter aliquod impedimentum re uti non potuerit:
Et ad quid in his caſibus uenditor teneatur:
Et an idem ſit in locationis contractu, & nu. 36.
7 *Conductoris modica incommoditas non eſt in conſideratione, & ſi per modicum tempus etiam facto locatoris uti, & frui fuit impeditus, ad aliquam remiſſionem faciendam agere non poteſt.*

ll Modicum

8 *Modicum tempus arbitrio iudicis dicitur ſecundum temporis qualitatem.*

10 *Cauſa, & impedimento, propter quod à contractu puta locationis recedere licitum eſſet, ceſſante, effectus quoque illius, ut à contractu amplius recedi nequeat, ceſſare debet:*

Et quando hoc uerum ſit num. 40.

11 *Conductori uſu rei pro parte temporis tantum, & non pro toto tempore impedito ſit remiſſio mercedis pro rata temporis:*

Et quando hoc procedat num. 39.

12 *Locator conductori de damno ab alio illato teneri non debet.*

13 *Conductor ſtatu rei locatæ etiam ab alio, quàm à domino alterato, et mutato, poſtquam ei aliquo tempore fuit re uſus, poteſt etiam ante tempus locationis finitum à contractu recedere, & ſolum pro rata temporis, quo pacificè uſus fuit, ad ſoluendam penſionem tenetur:*

14 *Idem, quando uſus rei locatæ incommodatur, niſi modica eſſet incommoditas, uel conductor perſeueraſſet.*

15 *Conductor ſi facto alterius ſit re uti impeditus, an illi dominus reſiſtere potuerit, an non, refert, & ad quid utroque caſu dominus teneatur, & à quibus, & an à contractu pro toto tempore conductor liberetur.*

16 *Locator quando, & quomodo offerendo patientiam conductori, qui re uti impeditus eſſet, moram purgare poſſit ad hoc, ut conductor in contractu perſeuerare teneatur.*

17 *De conductore, qui rem conductam ad præiudicium locatoris uellet deſerere, ad locatorem, cuius defectu conductor re uti impediretur, argumentum ualet.*

18 *Conductor ſi ante tempus à re conducta receſſit, ad omnem penſionem totius temporis tenetur, & locatori à contractu recedere, & rem alteri locare licet.*

19 *Conductor re conducta uti impeditus poteſt à contractu recedere, & penſiones futuri temporis ſolutas repetere.*

20 *Contrahentes in dubio ſecundum ſolitum, & conſuetum inter ipſos ſeruari conueniſſe cenſentur.*

21 *Locatio ſequens facta eiſdem conductoribus, uel hæredibus tacitè in dubio ſecundum naturam primæ facta intelligitur.*

22 *Conductor non uſus re conducta eo modo, quo ex contractu tenebatur, propter metum pœnæ à ſuperiore comminatæ excuſatur, & non tenetur ad ſoluendum penſiones conuentas, immò ſolutas repetit.*

23 *Præceptum pœnale ſuperioris excuſat eum, qui tenetur facere, ſi non faciat.*

24 *Conductores ad longum tempus, ut ad annos uiginti, emphyteotis æquiparantur.*

25 *Emphyteota, ſtatu rei emphyteoticæ, illiusque uſu abſque ſua culpa mutato, & alterato, à totali penſionum præſtatione liberatur.*

26 *Idem & magis in conductore ad longum tempus.*

27 *Conductor, ſi res perierit, ad quid contra locatorem agat.*

28 *Conductor ſine iuſta cauſa à contractu, & re locata recedere non poteſt: ſecus ex iuſta cauſa.*

30 *Conductor poſt impedimentum in re conducta remanens, & illa ſimpliciter utens cenſetur in contractu locationis perſeuerare, & ſolum ad mercedis remiſſionem agit;*

31 *Quid, ſi proteſtetur, ſe rei conductæ inſiſtere, quouſque de penſionibus iam ſolutis ſibi fuerit ſatisfactum.*

34 *Vbertas ſuppletiua, ſeu compenſatiua ſterilitatis in contractu locationis quæ ſit, & quando conſiderari poſſit.*

36 *Emptionis, & locationis contractus quoad periculum, impedimentum, et damnum poſt perfectum contractum contingens, & quoad illud, an ex his à contractu recedi liceat, differunt.*

37 *In contractibus innominatis perfecto contractu poteſt ex cauſa ab eo recedi.*

38 *Conductori impedito non uti re eo modo, quo debebat, ex quo damnum intollerabile fuit paſſus, non ſolum mercedis, ſed etiam temporis, pro quo res fuit conducta, remiſſio eſt facienda.*

41 *Cauſa finalis contractus ex præfatione illius colligitur.*

42 *Cauſa finali contractus ceſſante, contractus quoque ceſſare debet.*

43 *Conductor, qui ſoluit penſiones totius temporis, ſi propter impedimentum ſibi illatum, aut ex alia iuſta cauſa poſſit, & uelit à contractu recedere, poteſt rei conductæ inſiſtere, quouſque de penſionibus ſolutis fuerit ſibi ſatisfactum.*

44 *Conductor impeditus uti, frui culpa, & facto locatoris non ſolum ad penſionum iam ſolutarum ſatisfactionem, ſed etiam ad intereſſe lucri ceſſantis, & ad alia damna contra locatorem agere poteſt:*

45 *Idem, ſi fuiſſet impeditus facto tertij, quem locator prohibere potuiſſet:*

46 *Quid ſi locator ei ob illius potentiam, ec eum reſiſtere non potuiſſet.*

47 *Quid ſi locator id conductori non intimauerit.*

EPITOME.

CONDVCTORES, *ſtatu, & uſu rei conductæ alterato, & mutato, & in illo impeditos, ac eius quaſi poſſeſſione cum eorũ enormi damno ſpoliatos ex facto ſuperioris, poſſe à contractu locationis pro toto reliquo tempore recedere, & rei conductæ inſiſtere, quouſque ſibi de anticipatis ſolutionibus, & damnis paſſis integrè ſatisfiat; Nec locatores ex oblatione reintegrationis uſus pro toto tẽpore impedimenti per eos conductoribus facta liberari à damnorum ſatisfactione, & conductores in contractu perſeuerare debere: Et quatenus conductores uellent in cõtractu perſeuerare, eos poſſe ad damna, & intereſſe etiam lucri ceſſantis contra locatores agere, Nec ubertatis temporis præteriti, uel futuri cum ſterilitate, et damno compenſandæ rationem haberi poſſe in caſu huius conſilij, plenè demonſtratur.*

CONSILIVM CXL.

IN cauſa conductorum datij ſalis cum camera Bononiæ plura ſunt diſcutienda, primum, an conductores, qui ſua quaſi poſſeſſione, ac uſu ipſius datij ſpoliati fuerunt, & qui ſtatu eiuſdem mutato, & alterato per annum, & ultra decreto ſanctiſſimi domini Papæ in uſu, & patientia dicti datij cum enormi, & graui ipſorum damno impediti fuerunt, teneantur toto tempore conuento in ipſo locationis contractu cum iiſdem modis, & pactis perſiſtere, & continuare: Secundum, dato, quòd de cætero contractui ſtare non teneantur, utrum ipſis conductoribus rei conductæ inſiſtere, illamque, quouſque de anticipatis ſolutionibus dictæ cameræ factis, ac de damnis per eos paſſis fuerit ipſis integraliter ſatisfactum, retinere liceat. Tertium, præſuppoſito abſque ueri præiudicio, quòd in dicto locationis contractu perſeuerare teneantur, an ipſi contra cameram agere poſſint ad damna, quæ ex tali impedimento, & uiolentia interim paſſi fuerunt, & ad quæ damna, & an ad intereſſe lucri ceſſantis. Quartum eſt in caſu, quo camera ad reſarctionem damnorum, & intereſſe, ut ſupra, teneretur, utrum ſit habenda ratio ubertatis, & lucrorum annorum præteritorum, & futurorum. Quintum eſt, utrum camera conductoribus impeditis, ut ſupra, reintegrationem, ac uſum, & patientiam liberam dicti datij in tantundem tempus, quantum impediti fuerunt, offerre poſſit ad effectum, ut camera à damnorum ſatisfactione liberetur, & conductores contractui uſque ad finem ſtare debeant. ¶ Quoad primum, in quo tota uis conſiſtit, concludendum eſſe uidetur, quòd conductores impedimento prædicto non obſtante, contractui ſtare, ac in illo perſeuerare teneantur, quoniam † quando conductor

1 impeditur facto tertij iniuſto, cui dominus reſiſtere non potuit, dominus non tenetur ad aliud plus, quàm ad remiſſionem mercedis ſolutæ, uel ſoluendæ l. ſi fundus, quem, & l. ſi in lege §. colonus ff. locati, ergo conductor à contractu recedere non poterit, etiam ſi remiſſio ſibi offeratur.

2 ¶ Secundo † licet uis maior conductori damno eſſe non debeat l. ſi merces §. uis maior, l. ex conducto §. ſi uis ff. locati, & l. licet C. eodem: ſi tamen locator aliam rem æquè commodam obtulerit, liberatur, nec conductor ad aliquid ulterius contra eum agere poterit d. l. ex conducto in principio à contrario cum textu in l. ſi quis domum in principio, & l. cum in plures in princ. ff. locati: Hæc igitur oblatio duos effectus operatur, primum, ut locator à iudicio etiam per conductorem inchoato liberetur; ſecundum,

dum,ut conductor à contractu recedere nõ poſſit d.l.cum
3 in plures in prin.in fin.uerb.¶ Tertio† ſi poſtquã cõductor
ſterilitatem propter impedimentum paſſus fuit, ſuperue-
nerit ubertas, uel ante prædictum impedimentum præceſ-
ſerit, tunc conductor ad integram penſionem illius anni lo
catori ſoluẽdam tenetur,quia ubertas præcedens, uel ſub-
ſequens cum ſterilitate compenſatur, l. ſi uno in princip.ff.
locati, l.licet C.eod.& c.propter ſterilitatem extra eod. tit.
ergo in caſu occurrenti impedimentum temporale nõ de-
bet operari, ut conductores à contractu recedere ualeant,
ſed ſolum,ut cognoſcatur,an remiſſio fieri debeat, attenta
ubertate præterita,& quæ ſubſequi poſſet,quia ubertas ne-
ceſſario perſeuerantiam locationis uſque ad ultimum loca
tionis diem,ſeu annum arguit d.l.ſi uno in princ.& d.l.licet.
4 Quarto hæc opinio poteſt ſuaderi † ex tex. in l.excepto C.
locati,ubi excepto,hoc eſt dempto tempore ſterilitatis, ſeu
impedimenti,quo conductor re uti non potuit,pro reliquo
tempore etiam futuro,quo uſus fuit, ad integram penſionũ
præſtationem tenetur: & ſic caſus clarus ibi de hoc eſſe ui-
5 detur,quòd perſeuerare teneantur. ¶ Quinto † contractus
locationis,& emptionis æquiparantur, ac fraternizant.l.2.
l.ſicut, l. ſi fundus, & l. item ſi pretio in fin.cum ſequen.ff.
6 locati: Sed † ſi in contractu emptionis unius rei expoſtfa-
cto ante rem traditam res pro parte perierit, quoad aliam
rei partem remanet contractus,à quo una pars non poteſt,
altera inuita,recedere,ut in l.domum ff. de contrahẽ. emp.
& l.ſicut C.de actio. & obliga. item ſi empta expoſtfacto
ante rei traditionem factã propter aliquod impedimentum
re uti non potuerit, propter hoc à contractu recedi non po
teſt,ſed remanet contractus, & uenditor ſolum tenetur ad
reſtitutionem pretij,ſeu ad illius liberationem: Idem ergo
in contractu locationis dicendum eſt,ſtante impedimento,
propter quod conductor re uti non potuit, ut eſt tex.clarus
in d.l.ſi fundus, qui in hoc contractum emptionis, & loca-
tionis,conuentionem æquiparat: & hæc fuerunt motiua Ro
mani in conſi. 432. incip. omnipotentis dei &c. Quoad
primum &c.quibus uoluit contractum locationis in hoc ca
ſu durare,quãuis ipſe non ita urgenter argumẽtatus fuerit.
¶ Sexto hæc pars corroborari poteſt etiam ex tex.in l.ſed ſi
addes §.cum quidam ff.locati,ubi ſi conductor propter ca-
ſum re conducta uti non potuit,ad integram totius tempo
7 ris mercedem tenetur. ¶ Septimo † quando conductor per
modicum tempus re uti fuit impeditus etiam facto locato-
ris,ſeu alterius,quem prohibere potuit, nõ poteſt agere,ut
aliqua ſibi remiſſio fiat l.habitatores in princ.ff.locati: Mi-
nus ergo à contractu recedere ſibi licitum erit, quia modi-
ca conductoris incommoditas non eſt in conſideratione l.
ſi merces §.uis maior, l. ſi in lege §.colonus, ubi caſus cla-
rus,& l.ex conducto §.idemque ff.loca. Sed in caſu occur-
renti conductores per modicum tempus re uti impediti
fuerunt,habito reſpectu ad tempus,quo ipſi conduxerunt,
8 quod fuit,& eſt annorum uiginti argumento eorum,† quæ
uoluit Bal.in l.inſulam in 2.oppoſitione ff.de uerbo.obliga.
per l.continuus ff.eod.tit. & per glo. in clemen.1. de rebus
eccle.non alien.ubi modicum tempus dicitur arbitrio iu-
dicis ſecundum temporis qualitatem, ergo &c. ¶ Octauo
9 poteſt induci † tex.in d.l. ſi uno §. ubicunque iuncta d.l. ex
conducto §. ſi ius,ubi ſi conductor ad tempus facto homi-
nis iniuſto,cui dominus reſiſtere non potuit, re locata uti
fuit impeditus,conductor contra locatorem ad intereſſe,
& ad remiſſionem totius temporis agere non poteſt, ſed ſo
lum pro rata temporis,quo fuit impeditus, ut ibi,& argu-
mento l.ſi quis domum §.1.ff.locati: Pro reliquo ergo tem
pore contractui ſtare, & penſionem ſoluere tenebitur.
10 ¶ Nono † ceſſante cauſa, & impedimento, propter quod
conductori à contractu recedere licuiſſet, debet effectus
impedimenti ceſſare,quia ceſſante cauſa debet ceſſare ef-
fectus l.adigere §.quamuis ff.de iure patron.c. cum ceſſan-
te de appellat.Bal.in l.generaliter col.4.verſi. reuoco, &
in col.5.verſi.ex prædictis C.de epiſco.& cleri.Barto.in l.
in omni ff.de adoptio.& Abb.in c.& ſi Chriſtus de iureiur.
Sed in caſu occurrenti conductores ab initio, & per annos
decem & ultra re pacificè uſi fuerunt, deinde per breue tẽ
pus impediti fuerunt, & demum ceſſauit impedimentum,
ergo contractui ſtare,& in illo pro tempore ſequenti uſq;
11 ad finem perſeuerare tenẽtur, † nam quando conductori
uſus rei non pro toto tempore, ſed pro parte fuit impedi-
tus,mercedis remiſſio fit pro rata temporis,ut in l.ex condu
cto §.item cum quidam, & ibi Pau. de Caſt.ff. locati, l. qui
inſulam §.qui ædilis eo.tit. Bar.in d.l.ſi uno §.cum quidam,
Bal.in conſi.318.in 3.lib.& idem Bal.& alij in d.l.ſi fundus.
12 ¶ Vltimo † locator non debet conductori teneri de dam-
no ab alio illato l.ſed, & de damno d.l. ſi fundus in fin.
ff.locati: ergo in caſu noſtro domini locantes teneri non
debent de facto, & damno illato à Papa,uel eius auctori-
tate, & mandato, cui reſiſti non potuit.
¶ His tamen omnibus præmiſſis, & multis aliis, quæ fortè
pro hac prima opinione poſſent adduci, non obſtantibus,
contrarium in caſu occurrenti uerius de iure eſſe uidetur,
quòd ipſis conductoribus,rei ſtatu alterato, atque mutato,
à contractu recedere licitum fuerit ex infra dicendis; &
13 primo † per tex.notabilem in l.ſi merces §.ſi uicino ff.loca
ti,ubi ſi poſt locationem factam, & poſtquam conductor
per aliquod tempus re uſus fuit, ſtatus rei ab alio, quam à
domino fuerit alteratus,atque mutatus, ut conductor dein
ceps ita commode re uti nequeat, licitum eſt conductori
etiam ante tempus locationis finitum à contractu recede-
re,& pro rata temporis, quo pacificè uſus fuit, ſolum ad
ſoluendum penſionem tenetur: Profectò ille tex.eſt clauis
14 in hac materia: & Pau.de Caſt.ibi dicit,† quòd quãdo uſus
rei locatæ incommodatur,licitum eſt conductori à contra-
ctu recedere,& pro rata temporis tantum ad penſionem
tenetur,niſi modica eſſet incõmoditas l.habitatores ĩ prin.
ff.eo.uel ſi eſſet magna,cõductor perſeueraſſet,nec receſſiſ
ſet, quia tunc ad integram penſionẽ teneretur l. quòd ſi do
mus in prin.eod.tit.ſit ergo cautus conductor, ut ſtatim re-
cedat,uel proteſtetur argumento l.item quæritur §. exerci
tu ff.locati: Sed in caſu noſtro magna fuit incommoditas,
& læſio,ac ab initio impedimenti conductores à contractu
receſſerunt,ueluti ex eorum proteſtationibus apparet,igi-
15 tur &c. ¶ Secundo † multum refert, an conductor re uti
fuerit impeditus facto alterius, cui dominus reſiſtere po-
tuit,an uerò facto eius,cui reſiſtere non potuit, primo caſu
conductor ab onere ſoluendi penſiones etiam pro futuro
tempore,& ſic à contractu liberatur,& dominus illi ad dã-
num,& intereſſe etiam lucri ceſſantis tenetur l.ſi in lege §.
colonus verſi.item utiliter, & l.ſi fundus in uerſi. nam & ſi
colonus tuus ff.locati: Secundo caſu dominus ad intereſ-
ſe non tenetur,ſed conductor ab onere ſoluendi penſiones
pro toto tempore futuro,& conſequenter etiam ab ipſo cõ
tractu liberatur d.§. colonus in 1. reſpon. ibi colunus ſi ei
frui nõ liceat,totius quinquẽnij nomine ſtatim rectè aget,
& ſi reliquis annis dominus eum frui patiatur: hoc idem
probatur in d.l.ſi fundus circa finem, ibi ſin uerò ab eo
interpellabatur, quem tu prohibere propter uim ma-
iorem, aut potentiam eius non potueris, nihil ei am-
plius,hoc eſt intereſſe,quam mercedẽ remittere,uel redde
re,ſolutã uidelicet,debebis,nõ aliter,quã ſi cõductor latro
num incurſu fuiſſet à re locata expulſus,ut ibi in l. ſequẽti,
& argumento d.l. ex conducto §.ſi uis,& d.l.ſi merces §. uis
maior: oportet enim præſtari rem conductori, ut illa frui
utique poſſit,alioquin omne damnum ad dominum perti-

nebit d.l.ex conducto §.ſed ſi labes cum uerſi. idemque dicendum eſt:Sed in caſu occurrenti conductores re uti pro hibiti fuerunt facto Papæ,cui locatores non potuerunt reſi ſtere,ergo licet ipſi ad intereſſe, & damnum lucri ceſſantis non teneantur,tamen conductores ſaltem à præſtatione pē ſionum etiam futuri temporis liberati dicentur.

16 ¶Et ſi †locatores moram purgare uellent,quia patientiam conductoribus præſtare offerrent,ac curare,&facere,quòd in futurum rebus locatis liberè uti poſſent iuxta l.ſi quis do muin in principio,& d.l.ſi in lege §.colonus ff.locati, dico hoc ipſis locatoribus non prodeſſe, quia debuiſſent hoc facere incontinenti, & re integra poſt illatum impedimentum à ſuperiore,non autem expoſtfacto,& re non exiſtente integra,ut in d.§.colonus,ibique Paul.de Caſt.in uerſicu.ſi autem dominus offerat ſe uelle deſiſtere ab impedimento, tunc diſtinguendum eſt,aut res non eſt integra,& non auditur,aut eſt integra,& ſi tranſiuit modicum tempus,uel magnum, & tunc etiam non auditur, aut non tranſiuit modicum,nec magnum tempus,& auditur re integra:Sed in caſu noſtro nulla facta fuit oblatio, uel ſaltem res deſiit eſſe integra,item lapſum non fuit modicum tempus, immò tēpus unius anni, ergo poſtquam ceſſauit impedimentum, conductores nec in locatione perſeuerare, nec oblationi, ſeu purgationi moræ ipſorum locatorum ſtare tenentur. Res autem integra eſſe in caſu noſtro dicitur deſiiſſe, quia conductores graui damno fuerunt affecti,quo durante res non dicitur eſſe integra:Ad hoc ergo,ut per oblationem locatorum mora purgaretur, & res integra eſſe definer et,requirebatur,quòd locatores ultra oblationem conductoribus factam de patientia, & libero uſu rei obtuliſſent etiam ſatisfactionem damnorum,& penſionum, ſeu pecuniarum ſolutarum pro rata temporis impedimenti, alioquin res integra eſſe non deſiiſſet, ut habetur per Paulum de Caſt.in d.§.colonus circa fin.uerſ.dicitur autem res &c. Diceretur etiam res non eſſe integra, poſtquam iudicium ſuper tali re inchoatum fuiſſet, ad tradita per eundem Paulum in d.§.colonus uerſ. hoc uerum per ea, quæ habentur in l.ſi inſulam ff.de uerborum obligatio. At in caſu, de quo agitur,à locatoribus dicta oblatio facta non fuit,& maximè in continenti,ac ante quàm res ad iudicium deduceretur,& ipſi conductores illis proteſtati fuerunt, argumēto d.l.item

17 quæritur §.exercitus,ergo &c.¶Præterea & tertio †arguo de conductore,qui rem conductam ad præiudicium locatoris deſerere uellet,ad locatorem, cuius defectu conductor uti impediretur,quod argumentum uidetur procedere, attenta eadem ratione,& æquitate, ut per gloſam in d.l.ſi in lege §.ſi domus, ac etiam quia correlatiuorum eadem debet eſſe diſpoſitio,& natura l.1.& ibi Bartol. C.de cupreſſis lib.1 c.Bald.in l.3.in fine C.de ſacroſanct.eccleſ.& in authen.ex cauſa uerſicu.concludo ergo C.de liberis præterit. in rub.C.de rebus credit.& l.ſi quis ſeruo cum gloſa.C.de

18 furtis: Sed † conductor,qui ante tempus à re migrauit, & receſſit,ad omnem totius temporis penſionem tenetur, & propter hoc licitum eſt locatori in totum à contractu recedere,& rem alteri locare,d.l.ſi in lege §.ſi domus, l.domi-

19 nus in fine ff.locati,& ubique ſcribentes, ergo † ſimiliter dicendum eſt in caſu,quo conductor re uti non potuit, ut ſibi à contractu recedere liceat, & penſiones futuri temporis ſolutas repetere:quo argumento utitur gl.in d.§.ſi domus, & Paul.de Caſt.in d.§.colonus, & facit id,quod not.gloſ.in d.l.ſi merces §.uis maior. ¶Conſiderādum eſt etiam,quòd iidem conductores tempore primæ conductionis eiuſdem datij, cum idem impedimentum eis ſuperueniſſet, quia de mandato Papæ ſua quaſi poſſeſſione ſpoliati fuerunt, & ob hoc cum alteratione,& mutatione ſtatus,& uſus ipſius rei,à contractu receſſerunt, & in illo perſeuerare uelle denegauerunt,& ab agentibus cameræ tollerati fuerunt, quinimmò ipſis tunc pro damnis,& reſtauro eorundem decem millia ſoluta fuerunt:Et cum nunc par, immò maior pro con-

20 ductoribus ratio adſit,quare idem non dicamus? quia † ſecundum id, quod inter ipſos contrahentes ſeruari eſt ſolitum,& conſuetum, in dubio cenſetur conuentum, attento maximè, quòd de dicto receſſu, & reſtauro in hoc ultimo nouæ conductionis inſtrumento mentio facta fuit, argum. l.quod ſi nolit §.qui aſſidua ff.de ædil.edic. l.licet cū ibi not.

21 per Bal.in fin.uerb.C.loca.& optimè † colligitur ex uerbis Bar.in l.ſi mihi,& titio circa fin.ibique Alex.in antepen.colum.uerſi.& tene menti ff.de uerb.obl.ubi in dubio ſequens locatio facta eiſdem conductoribus, uel eorum hæredibus intelligitur tacitè facta, & conceſſa ſecundum naturam primæ:ad quod facit tex.in c.1.de uaſal.decrepi.ætat. ubi text. not.& feudiſtæ,Bal.in l.1.in q.15.ff.de rerum diuiſ.in l.unica colum.antepenult.C.quando non peten.part. & in c.1. an agna.uel fil.in colum.antepenult. Imol.in c.fin.extra de feudis,d.l.licet,l.ſemper in ſtipulationibus,ibique Bar. ff.de regu.iur.Bal.in l.fin.colum.3.C.de ſucceſſio.edic. & in l.1. in 2.q.C.pro ſocio,& Bartol.in l.nemo eſt, qui neſciat ff. de

22 duobus reis cum ſimil. ¶Præterea † conductor,qui re conducta non fuit uſus eo modo, quo ex contractu tenebatur, propter metum pœnæ à ſuperiore comminatæ excuſatur, & ad ſoluendum mercedes,ac pēſiones cōuentas non tenetur,immò ſolutas repetit,ut uoluit Bald.in conſi.485.lib.4.

23 uiſo inſtrumento &c.quia † præceptum pœnale ſuperioris excuſat eum,qui tenetur facere,ſi non facit l.2. §.ſimili modo ff.ſi quis cautio.& ibi ſcriben. Alexand.in l.iuſtè poſſidet ff.de acquiren. poſſeſ.& Imol.in c.ad noſtram de iureiuran. Sed conductores hi à contractu,& ab uſu rei ceſſarunt propter præceptum pœnale eis factum,de quo in proceſſu,igi

24 tur &c. ¶Rurſus † conductores ad longum tempus,ut ad annos uiginti, æquiparantur emphyteotis, ut habetur per Imolam in l.codicillis §.inſtituto ff.de legat.2. & in clem.1. de rebus eccle.non alienan.& not.in l.3. §.ex contrario ff. de acquiren.poſſeſ.& in l.ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum

25 ff.commoda.Sed † quando totus rei emphyteoticæ ſtatus, & uſus fuit mutatus, & alteratus abſque culpa emphyteotæ,ipſe emphyteota à tali pēſionum præſtatione liberatur, ut quando propter inundationem, uel propter guerram uſus rei totaliter fuiſſet impeditus,ut uolunt doct. communiter in l.1.C.de iure emphyteo.uelut refert Imol. in c.potuit colum.21.ibi & prædicta extra de loca. & argumento l.qui uniuerſas §.1.ff.de acquiren. poſſeſſio. cum ſimilibus,

26 ergo † idem & fortius dicendum eſt in contractu locationis ad longum tempus,per ea,quæ ponit Imol.in d.c.potuit colum.xx.in fin.aſſignando,ac præſupponendo maiorem in hoc extare rationem in locatione ad longum tempus, quā in emphyteoſi,& faciunt ea, quæ traduntur per Baldum in conſil.448.ſi propter guerras lib.1.¶Sexto hæc opinio cor

27 roboratur † ex text.in l.ſed ſi addes §. ſi quis cum ff. locati, ubi ſi quis habitationem in annum,uel in duos annos conduxerit,& interim inſula corruerit,uel incendio conſumpta fuerit,& ſic cōductor re uti non potuerit, is cōtra locatorē agere poteſt, ut ſibi mercedes totius tēporis ſequētis iā ſolutas reſtituat:ſi uerò conductor penſiones totius temporis antea non ſoluiſſet,poſſet agere,ut locator ipſum à contra-

28 ctu,eiuſq; obligatione liberaret. ¶Vltimo induco † tex.in l. dominus horreorum in fin.ff.loca.ubi ſi conductor ſine iuſta cauſa à contractu,& re locata recedere uellet,nō poteſt, aliàs ad mercedes totius temporis, & ad intereſſe locatoris tenetur, ergo & è contra ſi ex iuſta cauſa uelit recedere, erit totum cōtrarium, quia contrariorum eadem eſt ratio, & diſpoſitio iuribus uulgaribus: Cauſa autem iuſta fuit in caſu noſtro,uelutiex prædictis,ac ſequentibus infertur.

¶Supereſt

¶Supereſt modo, ut in contrarium allegatis reſpondeatur: & in primis dum dicebatur, quòd ſi conductor uti, fruique impediatur facto tertij, cui dominus reſiſtere non potuit, tunc dominus ad nihil aliud plus, quàm ad remiſſionem
29 mercedis tenetur, reſpondetur, † quòd illa uerba, quibus Roman. in dicto conſilio utitur, uidelicet ad nihil aliud plus dicuntur excludere intereſſe lucri ceſſantis, ut in dicta l. ſi fundus, & per Bartolum in dicta l. ſi uno §. item cum quidam, non autem receſſum à contractu in caſu, quo conductor fuiſſet ſpoliatus, & re uti impeditus propter ſtatum rei totaliter mutatum per prædicta. Secundo reſpondeo,
30 quòd † quando conductor in re poſt impedimentum remanſit, & illa ſimpliciter uſus fuit, tūc præſumitur perſeueraſſe, & quòd re uſus fuerit ex contractu locationis, & ſolum ad remiſſionem penſionum ſolutarum agere poteſt, ut in dictis iuribus; At quando contrarium expreſsè appare-
31 ret, † quia conductor incontinenti proteſtatus fuiſſet ſe nolle amplius ſtare contractui, & quòd intendit rei conductæ inſiſtere, quouſque ſibi de anticipatis pecuniarum ſolutionibus fuerit ſatisfactum, & ad hunc effectum ſolum, & non animo perſeuerandi, ueluti etiam infra dicetur, certè aliud eſt dicendum per prædicta, uidelicet quòd is perſeuerare non teneatur: Niſi locator in continenti obtuliſſet ſe paratum impedimenta remouere, ſicque moram purgaſſet iuxta ea, quæ habentur in dicta l. ſi in lege §. colonus, & argumento l. ſi quis domum in fine princip. ff. locati, & ſupradictum fuit: nam hæc proteſtatio, & denunciatio facta per conductorem ſibi prodeſt, ſicut & è contra facta à locatore, ut in dicto §. colonus, ibique Paul. de Caſtro. l. item quæritur §. exercitu ff. locati, & latè traditur per eundem Paulum in l. cum in plures §. locator horrei eodem tit. Vnde cum in caſu noſtro camera remiſſionem ab initio non obtulerit, inmò illam denegauerit, conductoribus à contractu recedere licitum fuit. ¶ Non obſtat ſecundum principale motiuum Romani in dicto ſuo conſilio, arguendo de ubertate, quæ cum ſterilitate compēſatur, quæ infert, quòd locator à contractu recedere nequeat, cum remiſſio fit à fertilitate præcedentis, & futuri temporis regulanda d. l. licet C. locati, d. l. ſi uno in principio cum ſimilibus, quia re-
32 ſpondetur primo, † prædicta eſſe uera, quando conductor poſt impedimentum ſimpliciter, & ſic animo in contractu perſeuerandi in re conducta perſeueraſſet, alioquin ſecus, ut ſupra. Secundo reſpondetur, quòd in caſu huius conductionis datij ſalis non potuit dari fertilitas, nec ubertas, attenta natura huius locationis propter pacta inter ipſas partes facta, quæ magis ſeruanda ſunt, quàm natura contractus d. l. ſi in lege. §. colonus in fin. uer. l. habitatores, & ibi Pau. & l. ſi merces §. uis ff. loc. & l. contractus ff. de reg. iur. quibus pactis conuentum fuit, quòd conductores ſal certo pretio, & non maiori uendere tenerentur, prout uenditum fuit, & ſic reſpectu pretij, quod maius conuento eſſe non potuit, ubertas conſiderari non poteſt, ſed potius ſterilitas, ſi eueniſſet caſus, quòd ſal non fuiſſet uenditum: Conuentum etiam fuit de certa ſalis quantitate ſingulis annis ipſis conductoribus præſtanda, & ab eis uendenda: quo fit, ut nec reſpectu abundantiæ ſalis ubertas conſiderari poſſit, argumento not. per gloſam, & doctores in dicta l. licet. Quare ex his motiuum Romani in caſu noſtro ceſſare dicitur, quia ipſe loquitur in caſu, in quo ubertas, & fertilitas dari, & conſiderari poteſt, & ſic in terminis d. l. licet, d. l. ſi uno, & c. propter ſterilitatē extra de locat. non autem in caſu noſtro per prædicta. Dantur etiam alij caſus, in quibus ſterilitas, & ubertas in contractu locationis non contingit, ut traditur per Baldum in dicta l. licet in 3. quæſt. ¶Non obſtat tertium principale fundamentum, de quo ſupra in principio, quod inter alia, quæ pro parte contraria poſſunt allegari, efficacius eſſe uidetur, quòd compenſatio impedimenti, & ſterilitatis temporalis allegatæ cum ubertate præcedentis, uel ſubſequentis temporis arguit, atque demonſtrat conductores teneri ad perſeuerandum in contractu uſque ad finem d. l. ſi uno, d. l. licet, & dict. c.
33 propter ſterilitatem cum ſimilibus: quia reſpondetur † hoc fundamentum in ſe uerum eſſe, ſed non inſeruire cameræ in propoſito, & in terminis, de quibus agitur: Si enim eſſemus in caſu, in quo ubertas compenſatiua, ſeu ſuppletiua dari poſſet, fortè uerum eſſet id, quod præſupponitur; At in præſenti contractu datij ſalis talis ubertas conſiderari, & præſupponi non poteſt, ut proximè dictum fuit, & ſtatim dicetur; igitur motiuum ceſſat, quia argumentum, data diuerſitate, ſeu inſtantia, corruit capitu. ſicut urgeri 1. quæſtio. 1. l. inter ſtipulantem §. ſacram uerſicu. ſed hæc diſſimilia ff. de uerborum obligatio. & capitu. inter corporalia de tranſlatio. epiſcop. Quod autem in caſu occurrenti ubertas dari, & conſiderari non poſſit, ſatis clarè pro-
34 batur, † nam ubertas eſt, quando ultra conſuetum, & communem curſum redditus rei conductæ multum augentur, propter quod augumentum exceſſiuum quandoque penſiones, & ſolutiones annuæ augentur iuxta not. per gloſam, & Bartolum in dicta l. ſi merces §. uis maior, & per Imolam in dicto c. propter ſterilitatem colum. 9. uerſic. ulterius quandoque fit remiſſio mercedis anni ſterilis, & quandoq; non fit conductori remiſſio mercedis propter ſterilitatem: & hoc caſu ubertas appellatur ſuppletiua ſecundum Bald. in dicta l. licet colum. 9. de qua etiā pleniſſimè tractat Imo. in dicto cap. propter ſterilitatem colum. 10. cum tribus ſequentibus: & ubertas augumentatiua, hoc eſt, ob quam pēſio augetur, non dicitur, niſi fuerit perceptum ultra id, quod conſuetum eſt, tantum, quòd excedat dimidiam eius, quod percipi conſueuit: Vbertas uerò ſuppletiua, quæ etiam compenſatiua dicitur, per quam compenſatio fit cum ſterilitate, eſt illa, de qua loquitur text. in dicto c. propter ſterilitatem, in d. l. licet, & in d. l. ſi uno in principio, ut quando ultra ſolitos, & conſuetos redditus fuerit perceptum aliquid magnum ſaltem uſque ad dimidiam, uel parum minus dimidia eius, quod percipi conſuetum erat, ut latius declarat Imola in dicto c. propter ſterilitatem: Glo. uerò in dicta l. licet, & in dicta l. ſi uno, & Azo in ſumma C. locati dicunt, ubertatem eſſe, quādo ultra communem curſum duplum, uel paulò minus duplo eius, quod percipi conſuetum erat, percipitur: & ſic ubique docto. & gloſæ utriuſque cenſuræ uoluerunt, ubertatem tunc eſſe, quando conductor ultra conſuetos redditus ex re conducta uno anno, uel pluribus longè plures redditus percepit: & hæc ubertas poteſt diuerſimodè contingere, primo, quando redditus longè maioris pretij fuerint, quàm ſint ſoliti, ut uolunt gloſ. Bartolus, & alij in dicta l. ſi merces §. uis maior, & in dicto capitu. propter ſterilitatem: Quæ ubertas hoc modo in caſu noſtro contingere non potuit, quoniam conductores ex pacto iurato ſal pluris uendere non potuerunt, ſed ſemper uno, eodemque pretio: Alio modo ubertas dici poteſt, quando magna fuit ultra conſuetum modum abundantia redditubm, quod quidē poteſt eſſe dupliciter, uel propter maiorem induſtriam, & diligentiam conductoris, uel propter caſum fortuitum, & anni, ſeu cœli bonam temperiē, atque conditionem, ut per glo. magnam in fin. uer. in d. l. licet: Sed ubertas contingens propter diligentiam, & induſtriam conductoris non eſt conſiderabilis, nec aliquid ad fauorem locatoris contra conductorem ad recompenſandum cum ſterilitate operatur, ad tradita per illam gloſam in d. l. licet, quia officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum l. ſi quis ex ſignatoribus ff. quemad. teſtam. aperian. & hoc modo ubertas in caſu noſtro non fuit, nec eſſe

 potuit

potuit,ut ſupra. Non fuit etiam,nec eſſe potuit ubertas ob
caſum fortuitum,prout caſus fortuitus in hac materia ſumi
tur iuxta d.l.ex conducto §.ſi uis, d.l.ſi uno, d.l.ſi merces §.
uis maior,& d.l.licet,in primis quia ſi quod emolumentum
maius conductores annis præteritis habuerunt, ac percepe
runt,illud non ex aliquo caſu fortuito,ſed ex natura contra
ctus,& pactorum habuerunt. Præterea illud eſt emolumen
tum,& commodum,quod ab initio contractus,eoque durã
te fuit inter ipſas partes conſiderabile,cõtingit enim eo mo
do,quo euenire debuit,& conuentum fuit,& ideò ſolũ con
ductoribus,& non locatoribus prodeſſe debuit:nam quan-
do cõtractus præſentis locationis celebratus fuit, inter alia
fuit inter ipſos contrahentes conuentum,ut menſuram ſa-
lis certo pretio deberent uendere,& non maiori,aliàs pœ-
nam incurrerent,& ita ſemper conductores pretio conuen
to,& non maiori ſal uendiderunt: hoc igitur reſpectu uber
tas conſiderari non potuit,item conuentum fuit,quòd con
ductores à camera apoſtolica certam ſalis quantitatem, &
non ultra pro diſtribuendo,& uẽdendo illud ſubditis ciuita
tis Bononiæ ſingulis annis emere deberent,& poſſent,ipſiq́;
locatores tenerẽtur facere,& curare,quòd conductores di
ctã ſalis quãtitatẽ pro pretio ſolito habere poſsẽt,itẽ quòd
cõductores dictã ſalis quãtitatẽ deberẽt emere, & ad ciuita
tẽ Bononiæ conduci facere, & omni tẽpore dictæ cõductio
nis ſal in ciuitate Bononiæ pro neceſſitate totius ciuitatis,co
mitatus,& habitantiũ:Sed conductores præfati ad ciuitatẽ
Bononiæ ſolum quantitatẽ ſalis conuentam conduxerunt,
& illud dũtaxat pretio conuento uendiderunt,ergo ſi quod
lucrum fecerunt,non fuit ultra id,quod conuentum, & ab
initio cõtractus excogitatũ fuit,ſed ſecundũ illud,quod ipſi
conductores,qui animo lucrandi,& non perdendi dictũ da
tium cõduxerunt,lucrari cogitauerunt:Ex quibus luce me
ridiana clarius cõſtat,nos nõ eſſe in caſu ubertatis, propter
quã recompenſatio cum ſterilitate fieri ſolet in terminis d.
l.ſi uno,& d.l.licet.Et ex his quartũ principale dubium re-
ſolutum remanet. ¶ Non obſtat quartũ principale motiuũ
35 de l.excepto C.loca. quia reſpondetur, † illum text.loqui,
quando poſt tẽpus impedimenti,quo conductor uti non po
tuit,uſum continuauit,ut conductor,& tanquam conductor
in contractu perſeuerauit:At in caſu noſtro cõductores nõ
perſeuerauerunt,& animo continuandi in contractu re lo-
cata uſi non fuerunt,ſed ſolum,ut ipſis de anticipatis pecu-
niarum ſolutionibus ſatisfieret,ut ex eorũ proteſtationibus,
ac ex geſtis per eos ſemper expoſtfacto conſtat, ergo ille
tex.nõ aduerſatur,ſed potius retorqueri poſſet. ¶ Nõ aduer
ſatur etiam quintũ principale fundamentum,arguendo de
contractu emptionis,& locationis,qui inter ſe fraternizare,
& æquiparari dicuntur per ſupra allegata,nã argumentum
36 iſtud parum,uel nihil facit, † quoniã in terminis noſtris ap-
paret inter hos contractus differentiã eſſe,quoniã perfecto
contractu uenditionis omne periculum caſu fortuito circa
rem emptam,illiusq́; fructus contingens ad emptorem per
tinet,ut per totum ff.& C.de peri.& commo.rei uend. At in
contractu locationis periculũ huiuſmodi non ad conducto
rem,ſed ad dominum locatorem pertinet d. l. ex conducto
§.ſi uis,& d.l.ſi merces §.uis maior cum ſimil.ob quam dif-
ferentiam inferre debemus eſſe etiam differentiam in hoc,
quòd in contractu emptionis propter magnum rei damnũ,
atque incommodum à contractu recedere non liceat,ſecus
in contractu locationis per prædicta: & ratio differẽtiæ col
ligitur ex iis,quæ ferè omnes doct.dicũt in terminis, ut per
Bar.in l.1.C.de iur.emphy.per eundẽ, & alios in d.l.ſi uno
§.item cum quidã col.pen.Paul.de Caſ.in d. l.ex conducto
§.ſi uis,& in d.§.item cum quidam,& Imol.in d. c.potuit co
37 lũ.20.& in d.c.propter ſterilitatem col.7. Et † quãuis in cõ
contractibus nominatis perfecto contractu nequeat ab eo
recedi,l.ſicut C.de act.& oblig. tamen ex cauſa recedi po-
teſt,ut in d.l.ſi in lege §.ſi domus, & §.colonus in 1. reſpon.
ibi ſi colono frui non liceat, totius quinquennij nomine ſta
tim rectè aget:Ex quibus probatur, conductorem à toto tẽ
pore poſſe recedere,quando ſibi re locata uti,& frui non li
cuit,etiam ſi poſtea locator,& dominus uſum, & patiẽtiam
pro reliquo tempore offerat:idem in caſu l.emptorem, & l.
ædem C.locá.l.inſulam,& l.& hæc diſtinctio ff.eo.cum aliis
ſimilibus. ¶ Non aduerſatur ſextum de l.ſed addes in fin.ff.
locati, quia conductor ibi re non fuit uſus propter caſum
cõtingentem in perſona ſua,& non ob caſum fortuitum in
re conducta,& in fructibus eiuſdem contingente, quia hoc
ultimo caſu à contractu recedi poſſet argumento ſumpto
ex illo textu,& probatur in d.l. §. ſi quis cum aliis iam alle-
gatis. ¶ Septimum quoque motiuum retorqueri poteſt
contra ipſos locatores, quoniam conductores non fuerunt
pro modico tempore impediti,adeò quòd modicum dam-
num paſſi dici poſſint,ut loquitur tex.in l.habitatores in prin
38 cip.ff.locati,Sed † ex impedimento, & non uſu rei eo mo-
do,quo uti debebãt,in modicum, & intollerabile damnum
paſſi fuerunt, ideò ſumus in caſu,quo remiſſio non ſolum
mercedis,ſed etiam totius temporis,quo res fuit conducta,
fieri debuit d. l. ſed addes §. ſi quis cum, d.l. habitatores in
prin.& d.l.ſi merces §.uis maior cum ſimilibus.
¶ Non obſtat octauum motiuum de d.l.ſi uno §. ubicunq;,
iuncta d.l.ex conducto §.ſi uis, ubi conductor ad remiſſionẽ
mercedis,& non ad contractus reſciſſionem agere poteſt,&
ideò ad ſolutionem mercedis totius reliqui temporis tene-
39 ri debebit,quia reſponderi poteſt † hoc uerum eſſe, ſi con-
ductori placuerit ſolum ad remiſſionem agere, at ſi impedi
mento ſuperueniente ipſe ſtatim perſeuerare noluit, pote-
rit dicere, ſe nolle contractui ulterius inſiſtere per iura ſu-
pra allegata,& præcipuè per textum in d.l. ſi fundus in fin.
uerbis ff.locati,ubi ſi conductor re uti fuit prohibitus facto
ſuperioris, cui locator propter uim maiorem reſiſtere non
potuit,dicit ibi text.ſimpliciter, & abſolutè, conductorem
poſſe agere,ut locator ſibi mercedem, & ſic totius tempo-
ris remittat,uel ſi eam ſoluerit,illam reſtituat: & text. in l.
ſequen.quæ incipit & hæc diſtinctio,æquiparat hos duos ca
ſus,uel quòd conductor propter potentiam ſuperioris, cui
reſiſti non potuit,re uti fuerit impeditus, uel quando inſu-
la,& domus uetuſtate corruerit, & ſic re uti non potuerit:
Sed hoc ultimo caſu,impedimento ſuperueniente,condu-
ctor agit,ut ſibi reſtituatur merces totius ſequentis tempo-
ris ſoluta,uel ſi ſoluta non eſſet,ut liberetur, ut in d.l.ſed ad
des §.cum quidam,in d.l.habitatores,& in d.§.colonus, er-
go & in caſu,quo fuit impeditus facto ſuperioris,quem lo-
cator propter illius uim maiorem prohibere non potuit,
erit à ſolutione penſionum reliqui temporis futuri excuſan
dus,& ſi illas ſoluiſſet,repetere poterit,quia,ut uoluit Bald.
in conſil.485.lib.4. conductor à ſolutione penſionum ex-
cuſatur,quando re uti non potuit eo modo,quo ex contra-
ctu ſibi conceſſum fuit, timore pœnæ à ſuperiore commina
tæ, ſi eo modo uteretur. ¶ Nonum quoque argumentum
de cauſa impedimenti ceſſante non aduerſatur,quia illi ſu-
pra reſpondendo ſecundo argumento principali fuit re-
40 ſponſum: Vel dicamus, † prædicta ibi procedere, quan
do conductori ſtatim reintegratio fuiſſet oblata, ſecus ſi
expoſtfacto oblata fuiſſet, & maximè quando conductor
ab initio impedimenti proteſtatus fuiſſet ſe nolle perſeue-
rare, ut uoluit gloſa in dicta l.cum in plures in principio in
uerbo commodum argumento dictæ l.ſi in lege §.colonus,
& d.l.& hæc diſtinctio,illam inducendo,ut ſupra. Præterea
41 hoc argumentum poteſt ita retorqueri, † cauſa finalis con-
ductionis datij ſalis fuit, quæ ex præfatione contractus
colligitur l.1. in princip. ibique Bartol. in 1. notabili ff. ad
mace-

macedon.l.fin.ff.de hæred. inſtitu.l.item quia ff. de pactis, Bar.in l.ſi tibi ff.de actio.emp.l.titia in prin.& in §.reſpondit ff.de uerbo.obli.quòd obtentum fuit à Sanctiſſimo domino N. Papa,ut ſal ſolidis quatuor ad rationem cuiuſlibet
42 quartiroli uendi poſſet,& deberet: ergo † illa ceſſante, contractus quoque ceſſare debuit Oldra.in conſi.223. Bald.in l.generaliter col.4.uerſi.reuoco,& in col.5.uerſi. ex prædictis C.de epiſc.& cleri.& Abb.in c.& ſi Chriſtus de iureiuran. Alijs autem in contrarium facientibus reſponſio ex prædictis patet. ¶ Quoad ſecundam dubitationem, utrum conductoribus liceat rei conductæ inſiſtere,quouſque fuerit ipſis de anticipatis ſolutionibus,& damnis,ut ſupra, paſ
43 ſis integraliter ſatisfactum, præſupponendo, † quòd ipſis cōductoribus in caſu, quo à re fuiſſent remoti,& expulſi,ac re uti non potuiſſent,contra locatores ad id, quod illis ſoluiſſent tempore contractus,agere licitum eſſet, ut ex prædictis patet,& probatur ex iis, quæ habentur in d.l. ſed addes §.ſi quis cum,in d.l.ſi fundus in fin.uer.& in l.ſequen.in d.l.ſi in lege §.colonus,& d.l.dominus horreorum cū ſimili. ſequitur,quòd ipſis etiam licebit retentione rei uti, illiq; inſiſtere,donec eis fuerit de prædictis ſatisfactum, ut in l.penul.ibiq; Pau. ff.loca.in princ.& eſt tex. not.cum gl.in l. colonus eum in fin.uerb.ff.de ui,& ui arma.& glo.ibique doc. in uer.allegatio per illum tex.in l.non ab re C. unde ui, ubi ſi conductor finito tempore,uel ex alia cauſa rem locatori de iure teneretur reſtituere,aliàs eſſet puniendus, ſi aliqua allegatio rem retinendi competat,pœnam illius conſtitutionis non incurrit: Vnde glo.ibi quærit,quæ allegatio poſſit illi competere,& reprobata opinione quorundam exēplificat duobus modis, uel quòd conductor penſiones totius temporis ſoluiſſet,quia rem poterit retinere,donec fuerit ſibi de illis ſatisfactum, uel quòd in re conducta aliquas expenſas utiles,& neceſſarias,& fortè conuentas feciſſet: & ad propoſitum facit etiam illud, quòd cui damus actionem,multo magis exceptionem l.3.cum glo. C. de condic. ob cau.¶ Circa tertiam difficultatem,præſuppoſito, non tamen conceſſo,quòd conductores contractui ſtare teneren tur per ea,quæ ſupra in primo articulo fuerunt in principio allegata,an ipſi contra locatores poſſint ad remiſſionē mercedis,& ad intereſſe,& damnum agere, non inſiſtendo in allegationibus, breuiter concludendum eſſe uidetur,
44 † quòd ſi conductores facto, & culpa locatoris re uti impediti fuerunt,poſſint ad ſatisfactionem mercedum ſolutarum,ac ad intereſſe lucri ceſſantis,& ad alia damna agere l. ſi in lege §.colonus in 2.reſpon.uſque ad finem, & argu.l. dominus horreorum in fin.& eſt optimus tex.in l. ſi fundus,
45 ibique glo.ff.locati: † Idem ſi impeditus fuiſſet facto tertij, quem locator potuiſſet prohibere d.l.ſi fundus, & d.§. colonus in fin.uerb.qui tex.hos duos caſus æquiparat,& ubiq; ſcribentes, qui prædicta admittunt, & l.item quæritur §.
46 exercitu, & d.l.ſi merces §.culpæ ff.locati: † ſi uerò conductores uti re ſint impediti facto tertij, & ſuperioris, cui ob potentiam locator reſiſtere non potuit, & fecit quicquid potuit,ut ille ab impedimento reſiſteret,tunc locator regulariter ad intereſſe lucri ceſſantis non teneretur, ſed ſolum ad mercedis remiſſionem,uel reſtitutionem: Sed in caſu occurrenti culpa locatoribus potuit imputari,igitur &c.Præ-
47 terea † locatores ad damna,& intereſſe teneri debēt, quoniam ipſis conductoribus proteſtari, ac intimare debuerūt ad effectum,ut ſe defendere,ac prouidere poſſent, ne damnum,& impedimentum ſibi inferretur: quod quidem facile à Papa obtinuiſſent, iura illi, magnaque damna ipſorum oſtendendo, & Sanctitatem ſuam approbaſſe, ac confirmaſſe contractus, & ſolutiones anticipatas: Vnde cum locatores hæc non fecerint, ad damna, & intereſſe teneri debenr, argumento d.l.item quæritur §.exercitu, & d.l.ſi in lege §. colonus, iuncto eo, quod uoluit glo.in d.l.§. ſi domus, quam allegat Paul.de Caſt.in d.§.colonus.

¶ Circa quartum, & quintum dubium non inſiſto, quia ex prædictis ſatis ad fauorem conductorum reſoluta eſſe uidentur, quòd ubertas cum ſterilitate, & damno compenſari nō debeat, ueluti ſupra in reſponſione tertij argumenti primi dubij plenius dictum fuit.

¶ Vltimum quoque dubium fuit reſolutum, quòd non ſit locus reintegrationi temporis, in quo conductores re uti impediti fuerunt, ex quo conductores fuerunt ab initio proteſtati locatoribus, & non ècontra, per ea, quæ plene ſupra dixi, quæ non repeto, cum uideri poſſint.

SVMMARIVM.

1 *Conductori de iure mercedis remiſſio non eſt facienda propter caſum circa rem, ſeu fructus contingentem, quando ex re conducta percepit tot fructus, quòd plus perceperit, quam ſit penſio ab eo ſoluenda, uel non minus dimidia illius.*

2 *Remiſſio mercedis de iure fit conductori propter damnum, & incommodum conductoris, non autem propter lucrum ceſſans.*

3 *Lucri ceſſantis conſideratio in conductore quando haberi debeat.*

4 *Conductori non eſt facienda remiſſio etiam in caſu, quo abſque culpa locatoris caſu fortuito ſibi uti frui non licuit, niſi ex hoc damnum, & incommodum magnum, ac intollerabile paſſus fuiſſet.*

5 *In locatione ubertas annorum præteritorum quoad remiſſionem faciendā debet cum ſterilitate, & damno alterius anni compenſari.*

6 *Remiſſio tunc facienda eſt conductori, quando percepit minus dimidia eius, quod ſingulis annis, deductis expenſis, percipi conſuetum erat: Secus ſi plus dicta dimidia percepiſſet.*

7 *Conductor ad hoc, ut mercedis remiſſionem conſequatur, quid probare debeat.*

8 *Locator de caſu fortuito ob eius præcedentem culpam contingente conductori tenetur, & ad quid.*

9 *In locatione ſi fiat pactum, quòd conductor pro reparatione certum quid ſingulo anno expendere teneatur, & ſi quid ultra neceſſe fuerit expendere, locator ipſe ad illud teneatur, quando, et quomodo locator ob non reparationem conductori teneatur.*

10 *Pœnæ conuentionales non debentur, nec peti poſſunt, niſi ratione moræ.*

11 *Inciſio arborum neceſſaria culpæ non aſcribitur, nec damnoſa dici debet.*

12 *Locator læſus ultra dimidiam iuſtæ penſionis non obſtante iuramento ſimpliciter de non contraueniendo aliqua ratione, uel cauſa, poteſt remedio l.2.C.de reſcin.uend.ad reſciſſionem contractus, uel ut iuſta, & uera penſio à conductore ſuppleatur, agere.*

EPITOME.

CONDVCTORI *remiſſio mercedis non eſt facienda, quando tantum ex re conducta percepit, quòd, deducto onere penſionis ſoluendæ, aliquid ſibi remanſit, & damnum, quod circa rem, & fructus contigit, non fuit magnum, & intollerabile, ut minus dimidia uel penſionis ſoluendæ, uel eius, quod ſingulo anno percipi conſuetum erat, perceperit: ſtāte pacto inter partes, quòd remiſſio mercedis ſit facienda in quolibet caſu guerræ, aut tempeſtatis, aut alio fortuito caſu, prout iuris fuerit.*

CONILIVM CXLI.

IN præſenti cauſa paucis me expediam, nam ex quo inter partes pacto conuentum eſt, quòd remiſſio mercedis ſit facienda in quolibet caſu guerræ, aut tempeſtatis, aut alio fortuito caſu, prout iuris fuerit, uidendum eſt, an de iure ſimus in caſu, in quo remiſſio ſit faciēda: & quāuis doctor. multum uarient in declarando, & cognoſcendo caſum, in quo de iure mercedis remiſſio eſt facienda, ut latè habetur per Ioan.de Imol. poſt Abb.in c.propter ſterelitatem extra de loca. & per Paul. de Caſt. poſt Bartó. in

l.ſi merces ff. uis maior, in l. ſi uno, & in l. ex conducto
1 cum ſimil.ff.loca.tamen † omnes ferè ſcriben. in hoc con-
ueniunt, quòd de iure mercedis remiſſio non ſit conducto-
ri facienda propter caſum circa rem, ſeu fructus obuenien
tem,quando tot fructus ex re conducta percepit,quòd de-
ductis expenſis plus perceperit,quàm ſit penſio ab eo ſoluē
da, uel etiam minus, ſed non minus dimidia dictæ penſio-
nis,ad tradita per Bartolum,Paulum de Caſtro, & alios in
d.§.uis maior,in l.licet,ibique Bal.& alij C.locati,Imol.in d.
c.propter ſterilitatem,& Iaſ.in l. 1 .circa principium C.de
iure emphyt.Et quamuis Ioan.Andr.in d.c.propter ſterili-
tatem uideatur eſſe in alia opinione, quā Abb. ibi ſequi ui
detur,uidelicet,quòd remiſſio ſit facienda pro rata,&quot
ta damni,ac incommodi habito reſpectu ad id, quod com-
muniter ex re conducta percipi ſolitum erat, ut in exemplo
per eum poſito,tamen ipſi non præſupponunt,quòd in ca-
ſu,quo conductor eſſet in lucro habito reſpectu ad penſio-
nem ſoluendam, ut quia tot fructus percepiſſet, qui dedu-
ctis expenſis ad ualorem,& ſummam penſionis debitæ aſcē
derent,remiſſio ſit ipſi conductori facienda,nam licet con-
ductor non eſſet in lucro,tamen in damno non eſſet, quod
damnum reſpectu penſionis ſoluēdæ æſtimatur d.§.uis ma-
2 ior,& d.c.propter ſterilitatem:& †propter damnum,& in-
commodum conductoris ſit remiſſio de iure,non autē pro-
pter lucrum ceſſans,iuribus prædictis:& à pari non proce-
dunt damnum pati,& lucrum amittere,ut in l.fin.C.de co-
dicillis:Sed in caſu noſtro conductor propter caſum fortui
tum allegatum magno incommodo,& damno intollerabili
non fuit affectus,ſed potius fuit in lucro,quia ultra penſio-
nem ab eo ſoluendam aliquid lucratus fuit, cum deducto
onere penſionis ſibi aliquid magnum remanſerit, ut ex pro
ceſſu conſtat,ergo in caſu alicuius remiſſionis faciendæ nō
3 ſumus.Præterea † lucri ceſſantis in conductione conſidera
tio haberi debet,quando ipſi re conducta uti,& frui non li-
cuit dolo,uel culpa locatoris ad hoc ordinata,l.ſi fundus,l.
ſi in lege §.colonus ff.loca.& habetur in l.ſi ex fundo C.eo-
dem titu.Sed in caſu noſtro conductor nec dolo,nec culpa
locatoris uti,& frui fuit impeditus, ergo non debet eſſe in
conſideratione lucrum,quod conductor facere potuiſſet,ſi
caſus fortuitus in re locata non eueniſſet. ¶ Accedat ad
hæc,quòd ex quo conductor damnum non fuit paſſus,quā
uis lucrum amiſerit,& ipſi re locata uti licuit, illam colen-
do, & laborando, non ſumus in caſu, in quo mercedis re-
4 miſſio ſibi fieri debeat, †quoniā ēt ſi re uti,& frui ſibi non li
cuiſſet abſque dolo,& culpa locatoris,ſed caſu fortuito,ad
huc conductor non eſſet in caſu remiſſionis,niſi ex hoc dam
num,& incommodum magnum,ac intollerabile paſſus eſ-
ſet,cum non ſimpliciter propter damnum,& incommodū,
ſed propter damnum,& incommodum magnum,ac intol-
lerabile mercedis remiſſio ſit facienda d. c. propter ſterilita
tem,& d.§.uis maior:At in caſu noſtro conductor aliquod
damnum,& maximè magnum,& intollerabile nō fuit paſ-
ſus,ergo &c. ¶ Præterea poſito, quòd talis eueniſſet caſus
fortuitus,propter quem de iure aliàs remiſſio fieri deberet,
5 tamen † ex quo conductor annis elapſis multum fuit ultra
penſionem ſolutam ſuperlucratus, ubertas annorum præte
ritorum debet cum ſterilitate,& damno alterius anni com-
penſari l.ſi uno in prin.ff.loca.& habetur in d.c.propter ſte
rilitatem,& per Bar.in d.§.uis maior.¶ Rurſus docto.com-
muniter,uidelicet Bar.Paul.Caſt.& alij in d.§.uis maior,in
d.l.licet,ac etiam in d.cap.propter ſterilitatem,ubi Imol.&
6 Abb.uidentur tenere, † tunc nos eſſe in caſu remiſſionis fa-
ciendæ,quando conductor tantum de fructibus percepit,
quòd ſit minus dimidia eius,quod ſingulis annis percipi cō
ſuetum erat,deductis impenſis,cum fructus non dicantur,
niſi deductis omnibus expenſis,de quibus habetur in l. fru-
ctus in prin.iuncta l.diuortio §.impendia ff.ſolu.matri. Se-
cus ſi conductor aliquid ex re conducta percepiſſet, quod
dictam dimidiam excederet,ut clarè ponit,refert,ac ſequi-
tur Ioan.de Imol.in d.c.propter ſterilitatem.Sed in caſu no
7 ſtro † conductor,qui agit,& ſibi remiſſionem fieri petit,nō
probauit ſe percepiſſe minus dimidia eius,quod ſingulo an
no percipi conſuetum erat, ergo debet ſuccumbere, quo-
niam non probauit id,quod ſuæ intentionis fundamentum
erat,argumento l.ei,qui ff. de probation. & l.is,qui cum ibi
not.ff.de rei uendica.cum ſimilibus: Fundamentum enim
conductoris uolentis remiſſionem mercedis petere, & con
ſequi eſt,ut ex re conducta plus nō perceperit, quàm ſingu
lo anno percipi conſuetum fuerit, ſed minus ad tradita per
doctores maximè Imo.in d.c.propter ſterilitatem,& in aliis
locis præallegatis: ergo hoc ſuum fundamentum probare
debet,alioquin ſuccumbet argumento l.qui accuſare C.de
eden.& in c.unico ut eccleſia.benefi.cum ſimilibus.
¶ Præterea conductor contra locatorem agit ad damna,&
pœnas conuentionales, quæ damna ipſe taxauit in libris cē
tum, in quibus conductor ſe damnificatum eſſe prætendit
ex corroſitate ripæ,& terreni,quod uis,& impetus fluminis
ex fundo locato extraxit:quæ corroſio, & extractio ui flumi
nis facta dicitur eueniſſe culpa ipſius locatoris, qui ripam
fluminis nō reparauit,prout ex pacto tenebatur, item quia
arbores in ripa fluminis ruinam minante poſitas inciſit, ſeu
8 incidi fecit: Vnde † cum locatoris culpa præceſſerit
hunc caſum,uis fluminis,qui dicitur,& cenſetur quidam ca
ſus fortuitus iuxta l.in rebus in principio ff.commodat.& l.
ex conducto §.uis ff.locati,& §.item is,cui Inſtit. quibus mo
dis re contrah.obliga.locator debet ad damnum, & inter-
eſſe ipſius conductoris teneri, quia culpa, quæ caſum for-
tuitum præceſſit, facit quem de caſu fortuito teneri, ut eſt
text.in l.ſi uideamus §.ſi in hoc,& §.fina. ff.loca. l.ſi ſeruum
in principio,& in §. 1 .ff.de uerborum obligatio. & d.§.item
is, cui: & ſic uidebatur,quòd locator deberet iuxta petita
per conductorem condemnari. Sed rectius conſideran-
do,contrarium concludo,uidelicet ipſum locatorem debe
re abſolui,quia is non fuit in aliqua culpa,& negligentia in
9 non reparando fluminis ripam: † Nam ex pacto inter ip-
ſos contrahentes actum erat,quòd conductor pro repara-
tione fluminis ſingulo anno libras quinque expendere te-
neretur, & ſi ultra expendere neceſſarium fuerit, locator
ſuis ſumptibus talem expenſam facere teneatur: Et ſic con
ductor ipſe prius reparare, & pro reparatione expendere
tenebatur,& in ſubſidium poſtea locator: quare ad hoc,ut
conductor poſſet contra locatorē agere ad damnum,quod
propter non reparationem fluminis euenit,debuit probare
ſe prius flumen reparaſſe, & expendiſſe, prout tenebatur,
deinde notificaſſe locatori, ut ipſe expenderet, & repara-
ret,nam locator non potuit diuinare,an conductor pro re-
paratione expenderit, & fecerit ea, ad quæ prius teneba-
tur, & conſequenter an neceſſarium eſſet maiorem im-
penſam pro reparatione facere argumento l. qui putator
in fine ff.ad legem falcidiam,& in capitu. 1. ut eccleſia. be-
nefi. Et ideò conductor ad hoc, ut contra locatorem age-
re potuiſſet, prout egit, debuit prius probare ſe contra-
ctum pro parte ſua adimpleuiſſe, ac feciſſe ea, ad quæ
prius tenebatur argumento l.iulianus §.offerri, ubi Barto.
& alij ff. de actio. empt. Item cum ſimus in caſu,in quo lo-
cator potuit ignorare neceſſitatem maioris expenſæ pro re
paratione ad hoc,ut is teneretur,& contra eum agi poſſet,
requirebatur hoc ſibi per conductorē notificari, ut ſupra:
item quia locator in ſubſidium tenebatur, arg.eorum, quæ
habentur per docto.in c.cum M.de conſtitu.& in l.prius §.
morte ff.de noui ope.nun.quæ cum per conductorem facta
non fuerint, non debet ipſi locatori culpa aliqua imputari,
nec

nec cõtra eũ conductor modo, quo egit, agere potuit per
prædicta. Præterea, veluti fuit pro parte locatoris capitu-
latum, & arbitror probatum eſſe, locator, abſque aliqua ſibi
notificatione facta, omni diligentia in reparando, ac pro re
paratione fluminis expendendo uſus fuit: quo fit, ut in ali-
qua culpa, ſeu negligentia non fuerit, & contra eum agi nõ
potuerit ad dictas libras centum pro damnis, & intereſſe cõ
10 ductoris petitas, & minus ad pœnas conuentionales, † quæ
non debentur, nec peti poſſunt, niſi ratione moræ, vt in. §.
fin. inſtit. de verborum obligat. & l. ita ſtipulatus ff. eod. tit.
Rurſus inciſio arborum per ipſum locatorem facta in ripa
fluminis fuit neceſſaria neceſſitate ſaltem cauſatiua, videli
cet ne damnum arborum ſequeretur, cum arbores eſſent
plantatæ, & poſitæ in ripa fluminis, quæ quotidie auferceba-
tur à vi, & impetu fluminis, quod etiam exportationem, &
11 euulſionem dictarum arborum minabatur. Et † ideò hæc
arborum inciſio non debuit ipſi locatori nocere, vt ex hoc
dicatur in pœnas conuentionales incidiſſe, & ad reſarctio-
nem alicuius damni teneri debeat, quia inciſio arborum ne
ceſſaria culpæ non aſcribitur, nec damnoſa, ſeu nociua dici
debet, vt eſt tex. clarus in l. forma in princ. in vlti. verbis. ff.
de cenſibus, ibi niſi cauſam excidendi probauerit cenſito-
ri, iuncta glo. ¶ Alia eſſent in præſenti cauſa diſcutienda,
quæ longiori ſermone indigerent, ſed nunc ea prætermiſſa
faciam, videlicet an contractus inter hos litigantes celebra
tus fuerit locatio, & conductio, an emptio, & venditio, an
verò contractus innominatus; cuius dubitationis reſolutio
dependet ab ijs, quæ ponit Barto. in ſua diſputatione inci-
pien. publicanus, & in l. eotem. §. qui maximos, vbi Imol. &
alij ff. de publica. ex quorum dictis colligitur, quòd in caſu
noſtro contractus locationis, & conductionis cenſeatur;
prout ſic contrahentes ipſi nominauerunt, & appellauerũt.
¶ Aliud etiam dubium non minus difficilè eſſet diſcutien-
12 dum, † an in caſu noſtro, ex quo conſtat de magna, & in-
tollerabili læſione locatoris, qui vltra dimidiam iuſtæ pen-
ſionis fuit læſus, poſſit per locatorem agi, non obſtante iura
mento de contraueniendo, remedio l. 2. C. de reſcin. vendi.
& c. cum dilecti de empt. & vendit. ad reſciſſionem contra-
ctus, uel ut à conductore iuſta, & uera penſio ſuppleatur,
quod remedium d. l. 2. in contractu etiam locationis, & cõ
ductionis datur, & competit, ut docto. legiſtæ, & canoniſtæ
in locis præallegatis communiter concludunt. Sed abſque
multiloquio concludo per locatorem, ut ſupra, poſſe agi,
quando ſimpliciter iuratum fuiſſet de non contrauenien-
do aliqua ratione, vel cauſa, vt not. declarat Ioan. de Imol.
in ſua notabili repetitione in materia iuramenti in c. cum
contingat extra de iureiuran. & quia iſtud in hoc iudicio
principaliter diſcutiendum, & decidendum non venit, ſu-
per eo vlterius non inſiſto, ſed quando opus erit, hanc con-
cluſionem plenius confirmabo. Ex prædictis itaque ſatis
clarè apparet de bono iure ipſius locatoris, qui à petitione
facta per conductorem eſt omninò abſoluendus, & condu
ctor tanquam calumnioſè, & malè agens in expenſis con-
demnandus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio mercedis in contractu locationis, & conductionis fit ob ſterilitatem, & quare.*

2 *In contractu innominato, in quo pro penſione certa quantitas frumenti, vel quid ſimile ſoluitur, mercedis remiſsio non fit, & quare, & quid in eo quæratur, & num. 4.*
Et quando in eo etiam dicta remiſsio fiat num. 26.

3 *Locator propter fructuum exiguitatem remiſsionem conductori facere non tenetur, niſi ex pacto caſus fortuitos, & diuina iudicia in ſe ſuſcepiſſet num. 24. & 28. vbi limitatur.*

4 *Locator in contractu emphyteotico remiſsionem propter ſterilitatem, et damnum contingens facere non tenetur, & quare, & num. 29.*

5 *Sterilitas ſi culpa conductoris ob eius malam culturam proueniat, locator remiſsionem ei facere non tenetur.*

6 *Remiſsio ad hoc, vt fiat ob fructuum exiguitatem, ſeu ſterilitatem, loci conſuetudo attendi debet.*
Quod an ſit verum, & quomodo intelligatur, declaratur num. 30.

7 *Caſus ſolitus ad conductorem ſpectare debet:*
Niſi locator ex pacto in ſe periculum fortuitum, & diuinum ſuſcepiſſet num. 32.

8 *Ob ſterilitatem magnam, & generalem in loco remiſsio mercedis eſt conductori facienda, quamuis locator periculum, ſeu caſum in ſe non ſuſceperit.*

9 *Et multo magis, ſi caſum, & periculum caſuum fortuitorum in ſe ſuſceperit.*

10 *Locator de caſu, & diuino iudicio notabili, per quem, ſeu quod fructus ad exiguitatem, licet non ad ſterilitatem reducerentur, tenetur: Secus ſi ad modicum, ſeu nullum damnum fructus reducerentur, quamuis locator ex pacto caſum tempeſtatis, ſeu alterius caſus fortuiti in ſe ſuſcepiſſet.*

11 *Locator, qui ſe ad caſus fortuitos, et diuina iudicia ſimpliciter, & in genere obligauit, an ad ſolitos caſus, an vero ad inſolitos, & an ad omnes indiſtinctè teneatur, & num. 15. vſque ad num. 23.*

12 *Ex pacto quis ſimpliciter de caſu fortuito, de quo ex natura contractus nõ tenebatur, teneri poteſt.*

13 *Obligans ſe ad caſus ſolitos non tenetur de inſolitis, & è contra obligans ſe ad inſolitos non tenetur de ſolitis.*

14 *Conſuetum, & ſolitum differunt, & quando vtrunque dicatur.*

16 *Caſus fortuitos qui in ſe ſimpliciter ſuſcepit, debet generaliter de omni caſu fortuito teneri.*

17 *Bart. in l. ſed et ſi quis. §. quæſitum ff. ſi quis cautio declaratur.*

18 *Caſus ſolitus, & qui eſt ſecundum conſuetudinem, dicitur fortuitus.*

19 *Caſus ſolitus quis dicatur.*

20 *Caſus prouenientes ex diuino iudicio maiores ſunt, quam caſus fortuiti, qui humano iudicio proueniunt.*

21 *Locator, qui promiſit ſeruare caſus fortuitos, & diuina iudicia, illa in ſe ſuſcepiſſe dicitur adeò, vt ob caſum fortuitum, & periculum, cui humana prouidentia prouideri non potuit, conductori ad mercedis remiſsionem faciendam teneatur.*

22 *Opinionibus contrarijs, & quandoque non communibus ad tuendam veritatem in alia difficultate, ſuper qua principaliter agatur, vti licet.*

24 *Locator, qui in ſe caſus fortuitos, & diuina iudicia ſuſcepit, tenetur ad omne damnum, quod ex aliquo caſu fortuito, & diuino contingit, ſi tale damnum ſit magnum, ac tendat non ſolum ad ſterilitatem, ſed etiã exiguitatem fructuum non conſuetam.*

25 *Et non extante tali pacto, uel ſimili, regulariter ob ſterilitatem tantum, & maximum damnum, & non ob exiguitatem fructuum ad remiſsionem mercedis tenetur.*

26 *In contractu innominato, qui ſimilis eſt locationi, quoad remiſsionem faciendam idem dicendum eſt, quod in contractu locationis.*

27 *Contractus innominati regulantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſsimilantur.*

31 *Lex contractus magis, quam conſuetudo ſeruatur.*

EPITOME.

LOCATOREM, *qui etiam in contractu, in quo pro penſione, & mercede certa quantitas alterius generis, quam pecuniæ numeratæ ſolueretur, pacto expreſſo conuenit, & promiſit ſeruare caſus fortuitos, & diuina iudicia, teneri ad remiſsionem mercedis conductori faciendam ob damnum illi diuino iudicio contingẽs, quod non ad ſterilitatem, ſed ad fructuum exiguitatem tenderet, dummodo damnum non eſſet modicum, & quamuis illud ex caſu fortuito inſolito proueniret, hic demonſtratur: Et de locatore obligante ſe ſimpliciter ad caſus fortuitos, an, & quando de ſolitis, & inſolitis, uel de altero tantum teneatur, plenè tractatur.*

CONSILIVM CXLII.

VISO puncto mihi exhibito, & conſideratis verbis inſtrumenti, & conuentionis, videtur prima facie dicendum, quòd magiſter Ioannes Sorianus phyſicus aliquam penſionis, ſeu affictus remiſſionem facere non teneatur ob allegatam præſentis anni ſterilitatem, in primis quia

1 quia † ob ſterilitatem ſit remiſſio in contractu locationis,
et conductionis,et hoc propter bonam fidem,quæ eſt in hu
iuſmodi contractu præſtanda c. propter ſterilitatem extra
de locato,ſi l.uno ff.locati,l.licet,et l.excepto cum ſimilibus
C.locati:Sed nos non ſumus in contractu locationis, ſed in
contractu innominato, uidelicet facio,ut des iuxta ea, quæ
habentur in l.fina.ff.de condict.cau.dat.l.naturalis §.quod ſi
2 faciam ff.de præſcript. uer. † in quibus quæritur, an pro
parte ſit adimpletus contractus, hoc eſt, ſi fecerim ad effe-
ctum, ut quis ſaltem per actionem de dolo pro parte ſua
adimplere,uidelicet dare teneatur, atque cogatur l.iuriſgē
tium §.1.cum ibi not.ff.de pactis, et in d.§.quod ſi faciam:
et ratio eſſe poteſt, quia cum in contractu locationis loca-
tor propter ſterilitatem remiſſionem facere teneatur d.l.li-
cet, ſequitur,quòd in contractu innominato, ut quādo pro
penſione ſoluitur,frumentum,uel aliud,quam pecunia nu-
merata iuxta d.l.naturalis §. at cum do, et l. ſi olei cū ibi no
ta.C.locati, remiſſio facienda non erit,quia contractus in-
nominatus præter quam in duobus caſibus non eſt bonæ fi
dei,ſed ſtricti iuris §.actionum,ubi dicitur Inſtit.de actio.
3 Secundo † quamuis locator propter ſterilitatem tenea-
tur remiſſionem facere, non tamen propter fructuum exi-
guitatem l.ſi uno §.cum quidam ff.loca. Barto. in l.cum in
plures eodem titulo in principio, & glo.in l.excepto C.eo
dem: Sed non probatur extitiſſe ſterilitatem, ſecundum
quod habetur in d.l.licet, in d.l.ſi uno in princi. & in d.c.
propter ſterilitatem cum ſim.ubi per glo.& docto.plenè ha
betur, ergo in caſu noſtro locator non tenebitur remiſſio-
nem facere, quamuis fortè conſtaret, conductorem exi-
guos fructus percepiſſe. ¶Tertio probatur per textum
4 in l.1.in fin.C.de iure emphyteo. † ubi locator in contra
ctu emphyteotico propter ſterilitatem,& damnum contin
gens remiſſionem facere non tenetur, quia contractus eſt
ſtricti iuris,glo.in c.uenerabilis de exceptio.& d.§.actionū,
ac eſt medius inter emptionem,& locationem §.adeò Inſti.
de loca.Bal.in d.l.1.& not.in c.potuit de locato,& uidetur
eſſe contractus innominatus,ut colligi poteſt ex ijs,quæ uo
luit Barto.in l.2.ff. ſi certum peta.in l. ſi ſeruus §. locauit ff.
de furtis, & in d.l.iuriſgentium §.quinimmò ff.de pactis, &
Bal.in rubr.C.de rerum permutat. ergo ſimiliter in hoc cō
tractu innominato,in quo certa quantitas frumenti pro pē
ſione ſoluitur,remiſſio non eſt facienda argumento l.ſi mer
ces §.uis maior in fin.ff.locati. ¶Quarto in caſu noſtro
5 † ſterilitas in poſſeſſionibus conductis prouenit culpa con
ductoris,hoc eſt ob malam culturam, ergo locator ad re-
miſſionem faciendam teneri non debet l. ex conducto in
fin.ff.locati,l.ſi merces §.conductor,l.ſi uno §.cum quidam
in fin.ibique gloſ. in uer. remiſſio eodem titu. ¶Quinto
6 † ex conſuetudine loci ob talem fructuum exiguitatem,ſi
ue ſterilitatem non ſolet remiſſio fieri,ergo attenta conſue
dine,quæ in hoc eſt attendenda,ut in l.excepto C.locati,re
7 miſſio non eſt facienda. Præterea † iſte caſus,qui contingit,
non fuit extra conſuetudinem, ſed ſolitus, ergo ad condu-
ctorem ſpectare debet d.l.ex conducto §. & ſi labes. Acce-
dat ad hæc,quòd locator ex pacto hunc caſum in ſe non ſu
ſcepit, ergò non debet teneri, niſi in caſu ſterilitatis maxi-
mæ,& inſolitæ argumento l.fiſtulas §. frumenta ff. de con-
trahen.empt.& faciunt not. per Bartolum in d.l.cum in plu
res ff.locati. ¶Quibus tamen omnibus non obſtantibus,
contrariam opinionem in caſu noſtro ueriorem eſſe arbi-
8 tror, † quoniam ſi conſtiterit,& probatum fuerit,magnā,
& generalem in loco ſterilitatem fuiſſe, ſecundum quod
habetur in d.l.licet per gloſam,& doctores, & in d.c.pro-
pter ſterilitatem,in d.l.ſi merces §.uis maior,& in d.l.ſi uno,
& per Alexandrum in conſi.108.lib.3.colum.pen.& ulti.
tunc etiam ſi locator periculum, ſeu caſum in ſe non ſuſce
perit, tamen ad remiſſionē mercedis faciendam teneri de-
9 bet,ut in dictis iurib.et in d.l.licet,ibiq; Sali.in ult.uerb.† Si
uerò locator in ſe ſuſceperit caſum, et periculum caſuum
fortuitorum,inter quos cōnumeratur ſterilitas proueniens
diuino iudicio,cui reſiſti non poteſt, vti in d.§.uis maior cū
d.l.ſi uno, abſq; dubio locator ad remiſsionem mercedis te
neri debet,ſi ſterilitas fuit magna,nam teneri etiā deberet,
ſi caſus fortuitos,& pericula in ſe nō ſuſcepiſſet, vt dictum
eſt,ad hoc,vt pactum aliquid operetur, prout operari de-
bet, quando quis in ſe caſus fortuitos ſuſcepit argumento
l.ſi quando.ff.de lega.1. & eſt de mente Bar. in.l.ſed & ſi.§.
quæſitum.ff.ſi quis cautio & Salic.in.l.1.C. cōmoda.quam
uis quandoque pactum poſsit intelligi,vt nihil operetur,vt
eſt tex. cum glo. in l. qui inſulam in fin. ff. locati:Præterea
10 † locator teneri debet de caſu, & diuino iudicio notabili,
per quem,ſeu quod fructus ad exiguitatem reducūtur,quā
uis non ad ſterilitatem, quia ſi ad ſterilitatem reducerētur,
tanto magis teneretur, cum etiam abſque pacto ex proui-
ſione legis ſterilitatis caſus ad eum ſpectaret d.l.licet, et ibi
Salic.in vlti.verbis, et d.l. excepto: ſi vero fructus nec ad
ſterilitatem,nec ad exiguitatem reducerētur, ſed ad modi-
cum,ſeu nullum damnum,tunc locator non teneretur,quā
uis per pactum in ſe recepiſſet caſum tempeſtatis,ſeu alte
rius caſus fortuiti,quia de tali modico damno partes ſenſiſ
ſe non uidētur,ut per Salice. ibi,& d.§.uis maior. Sed ma-
11 ius dubium eſt, † ex quo locator ſe ad caſus fortuitos, &
diuina iudicia ſimpliciter,& in genere obligauit, an tenea-
tur ad caſus ſolitos, an uerò ad inſolitos:In quo docto. iam
in lecturis,ut in d.§.quæſitū, quàm in cōſilijs multum uariaſ
ſe uidentur. At breuitati ſtudendo, exiſtimo ſic dicendum
12 eſſe,præſupponendo prius, † quòd ex pacto fieri poteſt,
ut quis ſimpliciter de caſu fortuito teneatur, de quo ex na
tura contractus non tenebatur,ut quando conductor ſe ad
caſus fortuitos obligauit,ut eſt text.clarus, ibiq; omnes in l.
ſi quis fundum in prin.ff.loca. & ibi glo. quæ plura ad pro-
poſitum allegat,item ut locator conductori teneatur, ut ibi
per glo.&Salice.in d.l.licet:item ut debitor creditori tenea
tur circa rem pignoratā.l. quæ fortuitis.C. de pigno.actio.
item ut uenditor poſt perfectam uenditionem teneatur em
ptori,ut in l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de contrahen.emp.quā-
uis ille tex.uarijs modis poſſit intelligi, ut per Bar.ibi.& tan
gunt ſcriben.in d.§.quæſitum,& aliqualiter Corne.in conſ.
12.uolu.4.in 3.colum. & infra fortè dicetur. Præſuppono
13 etiam,quòd † is,qui ſe ad caſus ſolitos obligauit, non te-
netur de inſolitis, & è contra qui ſe ad inſolitos obligauit,
non tenetur de ſolitis, glo. eſt ſingularis in d. §. frumenta.
14 Vltimo præſuppono,†quòd aliud eſt dicere conſuetum, &
aliud ſolitum, conſuetum enim ad minus in bino actu, & in
bina uice uerificatur, ſolitum uerò in uno actu, & in una
uice,ut not.dixit Bar.per illum tex.in l.mela.§. ſed ſi alimen
ta.ff.de alim.& ciba. lega.cum ſimil.ibi: per Alex. in apoſtil.
15 allegatis.Quibus præſuppoſitis,modo † an obligans ſe ſim
pliciter ad caſus fortuitos teneatur de ſolitis, an uerò etiā
de inſolitis, communiter allegatur Bar.in d.§.quæſitum,&
in l.ſcio.§.medico.ff. de annuis lega. quòd non teneatur de
inſolitis,ſed de ſolitis per tex.in d.§.frumenta, quem plures
ſequuntur,ut habetur per Alex. in conſi. 108.lib.3. Corn.
in conſi.12.& 282.lib.4.Alex.in conſi.31.lib.2.quod eſt re
petitum in conſi.28.lib.1. ſed opinionem contrariam plu-
res,& fortè magis communiter docto.ſequuti fuerūt,quòd
etiam de caſibus inſolitis,& non conſuetis teneatur, ut fuit
Bal.in d.§.quæſitum,quem ibi ſequitur Alex.& Ang.& Ful
go.& Ioan.de Imol.in c.1.de commoda.colu.11. & mouen
tur per tex.clarum in d.§.frumenta,ubi uenditor, qui uim,
& caſum tempeſtatis in ſe ſuſcepit, tenetur, ſi frumenta ex
niuibus immoderatis,& quæ fuerant contra conſuetudinē,
cor-

16 corrupta fuerint: pro qua opinione facit, quia † quando quis in ſe caſus fortuitos ſimpliciter ſuſcepit, debet generaliter de omni caſu fortuito teneri Bar. in d. §. quæſitum per d. l. quæ fortuitis C. de pigno. actio. & Salice. in l. 1. C. commoda. ergo non eſt habenda diſtinctio inter caſus ſolitos, & inſolitos: & ita eſt de mente Cornei in d. conſilio 228. libro 2. qui poſtquam retulit illam Bart. theoricam in d. §. medico, & in d. §. quæſitum, reſidere uidetur in parte contraria, pro qua conſuluit, quòd obligando ſe in genere ad caſus fortuitos dicatur etiam ad inſolitos ſe obligare, vt voluit Bald. in d. §. quæſitum. Et quamuis pro alia opinione allegetur Barto. in d. §. quæſitum, tamen ſecũdum aliquos, veluti etiam tangit Corn. in d. conſil. & quidã
17 Moder. Peruſini in d. §. quæſitum, † Barto. ibi contrarium voluit, quòd etiam de inſolitis, & non veriſimilibus teneatur, quia verba Barto. ibi ſecundum aliquos habentur hoc modo, intellige de ſolito, & de caſibus inconſuetis, & non veriſimilibus, vt in d. §. frumenta: vel poſito, illius verba ſtare, prout communiter habetur in libris impreſſis, videlicet intellige de ſolito, non de caſibus inconſuetis, & non veriſimilibus, intelligo illa verba referendo ad proxima, & ad caſum quæſtionis principaliter tactæ per Barto. in qua diſtinguit, aliquibus caſibus quem de caſibus fortuitis teneri, & aliquibus non teneri, videlicet quando quis in ſe periculum rei ſuſcepiſſet, nulla de caſibus fortuitis mẽtione facta, nam illis caſibus, quibus teneretur de caſibus fortuitis, teneretur de ſolitis d. §. frumenta, qui text. non loquitur, quando venditor in ſe caſus fortuitos ſimpliciter, & in genere ſuſcepiſſet, ſed alia pericula, videlicet vim, & tempeſtatem: quod ſuadetur ex verbis Barto. in d. §. quæſitum, qui ponendo caſum, quando quis in ſe caſus fortuitos ſimpliciter ſuſcepit, dicit indiſtinctè, & ſimpliciter, nõ faciendo differentiã inter caſus ſolitos, & inſolitos, quòd ad omnes caſus fortuitos tenetur: deinde ad aliũ caſum tranſit, videlicet quando quis periculum in ſe ſuſcepit, quia aliquibus caſibus de caſu fortuito tenetur, & tunc ſecundum Barto. debet intelligi de ſolito, & non de inſolito. Præterea tenendo, quòd Barto. voluerit inter caſus ſolitos, & non ſolitos differentiam facere, tex. ſuper quo ſe fundat, illius opinionẽ nõ probat, quoniam tex. in d. § frumenta vult venditorem teneri propter niues immoderatas, & extra conſuetudinem, quia
18 tunc dicitur eſſe caſus fortuitus, † niues enim moderatæ, & ſecundum conſuetudinem, & ſic caſus, qui eſt ſolitus, & ſecundum conſuetudinem, non dicitur fortuitus d. §. frumẽta, ibique Barto. & habetur per Bald. Alexan. & Ange. in d. §. quæſitum, & per Imol. in d. c. 1. de commoda. & facit text. qui ſic debet intelligi in l. ex conducto. §. ſed & ſi ff. locati, vbi ſi fructus ex ſolis feruore non aſſueto fuerunt damnificati, damnum eſt locatoris, & non coloni, ſecus ſi nihil extra conſuetudinem acciderit, quia primo caſu dicitur caſus fortuitus, ſecundo verò caſu non, cum caſus fuerit ſolitus, & conſuetus, ut per docto. præallegatos, & per Barba. in d. c. 1. ¶ Modo ad propoſitum noſtrum, ſi teneamus opinionem Barto. in d. §. medico, quam ſecundum aliquos tenuit etiam in d. §. quæſitum, quòd obligans ſe ad caſus fortuitos teneatur ſolum de ſolitis, & non de inſolitis, & veriſimilibus, dico, quòd in caſu noſtro caſus, propter quem conductor in fructibus fuit damnificatus, eſt ſolitus, quia temporibus noſtris ſaltem ſemel euenit, ut notorium eſt, & ita mihi in facto præſupponitur, atque probabitur: ergo locator de hoc caſu ſolito fortuito tenebitur ſecundum Barto. & alios
19 ſequaces, nam † caſus ſolitus dicitur, qui ſemel tantum euenit, & ſolitum in vno actu, ſeu in vna vice tantum verificatur, vt ſupra præſuppoſui per tex. cum ibi not. per Bart. in d. l. mela. §. ſi cum alimenta cum ſimilibus ibi per Alex. allegatis. Si verò teneamus opinionem Bal. Ang. Fulgo. Ioan. de Imol. & Alexan. de qua ſupra, quòd obligans ſe ad caſus fortuitos in genere, non ſolum de ſolitis, ſed etiam de inſolitis, & ſic de omnibus teneatur, prout voluit Bald. quem præallegati docto. ſunt ſequuti, in d. §. quæſitum, vbi dicit, quòd ſi quis vellet tenere, quòd uenirent caſus ſoliti, & inſoliti, facilè eſſet reſpondere ad tex. in d. §. frumenta, ex quibus verbis manifeſtè conſtat Bald. voluiſſe ipſum teneri nõ ſolum de inſolitis, ſed etiam de ſolitis, & ita etiam eſt de mẽte Cornei in d. conſilio 128. in parte deciſiua: tenendo, in quam, hanc opinionem, etiam ſumus in tuto, quòd locator teneatur remiſſionem facere, ex quo in ſe caſus fortuitos, & diuina iudicia ſuſcepit, ſiue enim dicamus hunc caſum contingentem fuiſſe ſolitum, prout eſt in veritate, & locator tenebitur, ſiue fuiſſe inſolitum, & non conſuetum, & eodem modo tenebitur. Præterea animaduertendum eſt, caſum noſtrum eſſe extra caſum Barto. & aliorum in d. §. quæſitum, & in alijs locis allegatis, ipſi enim loquuntur, quando quis ſimpliciter in ſe caſus fortuitos ſuſcepiſſet, quia ſecundum Bartolum, & ſequaces ſolum de ſolitis tenetur, & non de inſolitis, at ſecundum Baldum, & ſequaces etiam de inſolitis: verum nos loquimur, quando locator in ſe ſuſcepit non ſolum caſus fortuitos, ſed etiam diuina iudicia: vnde quamuis ex ſuſceptione caſuum fortuitorum ad caſus inſolitos non teneretur, tamen ex quo ultra caſus fortuitos ſe etiam ad diuina iudicia obligauit, & ſic ad aliquid plus ultra caſus fortuitos, debebit teneri ad caſus etiam inſolitos, & non cõſuetos, qui ſub illis verbis, & diuina iudicia cõprehẽdũtur, ut ea verba diuina iudicia aliquid ultra illa uerba caſus fortuitos operẽtur, & ne ſint ſuperflua, cum caſus ſoliti ſecundũ Bartolum ſub caſibus fortuitis, comprehenderentur. Sub illis uerbis itaque, & diuina iudicia, comprehendentur caſus inſoliti, & non conſueti, cum uerè dicantur iudicia diuina illa, quæ rariſſimè, immoderatè, & extra conſue-
20 dinem proueniunt: † nam caſus ex diuino iudicio, & diuina prouidentia prouenientes maiores ſunt, quam caſus fortuiti, qui humano iudicio proueniunt, cenſentur enim tales caſus inſoliti, ut in l. ex conducto, & ibi Pau. de Caſt. in §. ſi uis ff. loca. c. aliorũ 9. q. 3. c. ſi omnia 6. q. 1. Poſito ergo hunc caſum dici inſolitum, is dicetur de comprehenſis in inſtrumento, ad quæ ſe locator aſtrinxit, cum non ſolum caſus fortuitos, ſed etiã diuina iudicia in ſe aſſumpſerit. Quòd autem locator caſus fortuitos, & diuina iudicia in ſe ſuſceperit ex illis uerbis, quibus dixit, quòd quoad poſſeſſiones uolebat ſeruare caſus fortuitos, & diuina iudicia, probatur primo, quia reſpectu molendinorum nolebat ad aliquod reſtaurum faciendum teneri, & ſic nullo modo de caſu fortuito, poſtea aduerſando dixit, quòd quoad poſſeſſiones uolebat ſeruare caſus fortuitos, & diuina iudicia, ex quibus apparet, ipſum uoluiſſe ſe obligare ad caſus fortuitos, & diuina iudicia, tum quia unius excluſio eſt alterius incluſio, l. cum prætor cum ibi not. ff. de iudi. tum quia locator uoluit quoad poſſeſſiones in plus teneri, quam reſpectu molendini: ſed reſpectu molendini noluit ad reſtaurum teneri propter aliquos caſus, ergo reſpectu poſſeſſionum ſecus dicẽdum eſt.
21 ¶ Præterea † ex quo ſe obligauit uelle ſeruare caſus fortuitos, & diuina iudicia, is dicitur illa in ſe ſuſcepiſſe, quia de iure communi locator illa conductori ſeruare tenetur, nam ob periculum, & caſum fortuitum, cui humana prouidentia prouideri non potuit, ad remiſſionem mercedis ipſi cõductori faciendã tenetur l. ſi fundus ff. locati, d. l. ex cõducto, d. l. licet, ibiq; doct. maximè Sali. & d. c. propter ſterilitatem cum ſimilibus: Per illa uerba igitur ſeruare caſus fortuitos dicitur illos expreſsè ſuſcepiſſe, ultra quod tacitè de iure communi teneretur, nec aliud ea uerba in caſu noſtro poſſunt importare. ¶ Nec fieri debet fundamentum in ijs, quæ Alexand. uoluit in dictis ſuis conſilijs, qui uidetur uoluiſſe,

luiſſe, quòd ſuſceptio caſus fortuiti debeat intelligi de ſolitis, & nō de inſolitis, quia ipſemet Alex. pro ueritate indagāda, & nō aliqua ſpe lucri ductus inter diuerſas doct. opi. nos in lect. ſua contrariam ſententiam tenuit, vt ſupra dixi, & illa, quæ in dictis ſuis conſilijs poſuit, incidenter poſuit ad cōfirmandam eius concluſionem, non autem ſuper hoc dubio
22 principaliter conſulendo; † prout ipſe & alij in conſulendo faciunt, qui ad confirmandam aliquam concluſionem contrarijs opinionibus, & quandoque non communibus utuntur: quod quidem licet ad tuendam ueritatem in alia difficultate argumento eorum, quæ habentur in c. dominus 23. q. 2. Poſſet etiam fortè pro concordia dictarum opinio
23 num dici, quòd † aut quis in ſe caſus fortuitos ſolitos ſuſcepit, & tunc de inſolitis non tenetur, aut è contra ſuſcepit ſe inſolitos, & tunc non tenetur de ſolitis, aut uerò ſuſcepit ſolitos, & inſolitos, & tunc ſtandum eſt pacto glo. in d. §. frumenta cum ijs, quæ ſupra in præſuppoſitis allegaui, & argumento l. 1. C. commoda. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & l. ſi quis fundum in prin. cum ſimil. ibi allegatis. ff. locati. At quis in ſe ſuſcepit caſus fortuitos ſimpliciter, & in genere, & tunc aut eſt talis, qui alias de caſu fortuito non tenebatur, ut eſt uenditor, & conductor, & ſolum de ſolitis, & non de inſolitis tenetur, ut probatur in d. §. frumenta ſecundum intellectum Bar. in d. §. quæſitum, & ita intelligatur id, quod ipſe uoluit ibi, & in d. §. medico, ac id, quod uoluit Corn. in d. conſi. 12. & Alex. in d. conſi. 108. cum alijs locis ſupra allegatis: aut aliàs de ſolitis regulariter tenebatur, & tunc, ut pactum aliquid operetur, prout debet operari, ſicuti ſupra dictum fuit, ipſe etiam de inſolitis tenebitur, & ita procedat opinio Bal. Ange. Imol. Fulgo. & Alex. in d. §. quæſitum, & Cornei in d. conſi. 128. Aut quis in ſe ſuſcepit caſus fortuitos, & diuina iudicia ſimul, & hunc tenebitur nō ſolum de ſolitis, ſed etiam de inſolitis, ut illa uerba diuina iudicia aliquid ultra uerba caſus fortuitos operentur, de quorum natura eſt, caſus ſolitos importare, ut ſupra dictum fuit per Bartolum, & alios.

¶ Et ex prædictis optimè ad caſum noſtrum inferri poteſt,
24 † quòd dictus locator teneatur mercedis remiſſionem cōductori facere, etiam ſi damnum contigens ad ſterilitatem non tenderet, dummodo damnum non ſit modicum, vt ſupra dixi, etiam ſi tale damnum ex caſu fortuito inſolito contigerit, & tanto magis, ſi ex ſolito, quamuis talis caſus fortuitus ſolitus ex caſibus inſolitis, & non aſſuetis prouenerit, alioquin ſi ex aſſuetis, & ſolitis proueniret, nō diceretur caſus fortuitus, ut ſupra dixi poſt Bal. & docto. communiter fateri uidentur, & ita intelligitur tex. in d. l. ex conducto. §. ſed, & ſi labes, dum conſiderat feruorem ſolis non aſſuetū ex quo caſus fortuitus ſimpliciter cauſatur, ut per Bald. & alios in locis præallegatis, & per Barbat. in d. c. 1. de cōmoda. Quia ex quo locator in ſe ſuſcepit caſus fortuitos, & cōuenit ſe uelle ſeruare caſus fortuitos, & diuina iudicia, dicēdum eſt ipſum teneri etiam ad omne damnum, quod ex aliquo caſu fortuito, & diuino iudicio contigit, ſi tale damnū ſit magnum, licet ad ſterilitatem fructuum non tendat, ſed potius ad exiguitatem non conſuetam, ita not. uoluit Salice. in d. l. licet in fin. ver. quem approbat, & extollit Alex. in d. §. quæſitum colum. 4. & in l. titius. ff. de lib. & poſthu. Cu
25 ius opinio, & dictum ita probatur, nam † quando non eſt factum pactum inter locatorem, & cōductorem ſuper mercedis remiſſione, tunc locator ob exiguitatem fructuum nō tenetur, ſed ſolum ad damnum propter ſterilitatem contingens d. l. licet, d. l. ſi uno in prin. iuncto. §. cum quidam, & cōſequenter tenetur ſolum, quando conductor maximum, & enorme damnum pateretur, ergo quando factum fuit pactum, quòd de caſibus fortuitis, & ad damna diuino iudicio contingentia teneatur, debet teneri ad penſionis remiſſionem faciendam etiam quando propter caſum fortuitū, ſeu diuinum iudicium ipſe conductor fuiſſet ſimpliciter in fructibus damnificatus, & ſic propter fructuum exiguitatē, alioquin pactum huiuſmodi fruſtratorium eſſet, nihilq; operaretur, ſi ſtante pacto ſolum in caſu magnæ ſterilitatis, & enormis damni teneretur, cum alias abſque tali pacto teneretur. Nec eſt dicendum, pactum dici fruſtratorium, nihilq; operari, vt ſupra, imputandum eſt enim ipſi locatori, qui cùm de iure communi ſolum ad damnum conductoris enorme, & ad mercedis remiſſionem propter ſterilitatem teneretur, ex pacto ſe ad caſus fortuitos, & ad diuina iudicia obligauerit, quoniam ſic tenebitur ad quodlibet damnum contingens propter caſum fortuitum, ac diuinum iudicium, etiam ſi damnum ad ſterilitatem non tendat, dummodo non ſit modicum, vt per Salice. in d. l. licet, in finalibus uer. per cuius doctrinam in ſimilibus caſibus ſemper cōſulere conſueui. ¶ Non obſtant allegata in contrarium, & primo, quòd nos ſumus in contractu innominato, in quo aliter eſt dicendum, quam in contractu locationis, Quia re
26 ſpondetur, † quòd etiam in contractu innominato, qui ſimilis eſt contractui locationis, ut quando pro penſione ſoluitur certa quantitas alterius generis, quàm pecuniæ numeratæ, idem quoad remiſſionem faciendā dicēdum eſt, quod in contractu locationis, ut in terminis uoluit Salice. in l. excepto per illum tex. qui ſic debet intelligi, C. locati, & facit in ſimili. l. ſi olei eod. tit. ubi in contractu innominato, qui impropriè eſt contractus, ut quando pro mercede, & penſione certum genus ueluti olei, uel frumenti ſoluitur, non eſt locus pænitentiæ, ſicuti illi non eſt locus in contractu lo
27 cationis, quoniam † contractus innominati ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilātur, regulantur. l. 1. §. ſi quis ſeruum, & ibi Bar. ff. depoſi. l. fin. cum ibi not. ff. de condic. cau. dat. Bar. in l. quod nerua in 14. q. ff. de poſi. l. 2. & ibi Bar. ff. de rerum permut. & l. naturalis. §. ſed ſi facio in 2. not. ff. de præſcrip. uer. In contractu ergo, de quo agitur, poſito, qūòd reſpectu poſſeſſionum ſit contractus innominatus, idem quoad remiſſionem faciendam dicēdum eſt, quod dicitur in contractu locationis. ¶ Non obſtat ſecundum quòd propter fructuum exiguitatem non ſit remiſſio facienda d. l. ſi uno. §. cum cuidam cum ſimilibus, niſi exiguitas ad ſterilitatem tenderet, ut ibi per glo. cum *alijs:* Quia primo reſpondetur, quòd in caſu noſtro conductor reſpectu poſſeſſionum conductorum, quarum reſpectu dicitur locatio reſpectiua iuxta. l. ſcire debemus, & l. quod dicitur. ff. de uerbo. obliga. cum ibi not. ipſe conductor ſterilitatem paſſus fuit, ſecundum quod docto. & glo. ſterilitatem capiunt in d. c. propter ſterilitatem, in d. l. ſi uno, & in d. l. licet, & Alex. in d. conſi. 108. lib. 3. & ideò ſibi remiſſio eſt fa
28 cienda. Secundo † ex quo locator in ſe ex pacto expreſſo caſus fortuitos, & iudicia diuina ſuſcepit, ipſe ad remiſſionem faciendam tenetur, etiam ob ſimplex damnū, quod ad ſterilitatem non tenderet, & hoc propter dictum pactū, ut aliquid operetur ultra id, ad quod locator regulariter tenebatur, ut uoluit Salice. in d. l. licet, & ſupra dixi, dummodo damnum non eſſet modicum, quia tunc locator non teneretur, glo. in d. l. ex conducto. §. ſed, & ſi labes in uer. aliquid: Modicum autem diceretur, quando ſummā duorum ducatorum non excederet, ut in l. ſi oleum in fin. cum l. ſequen. ff. de dolo. ¶ Non obſtat tertium fundamentum
29 de contractu emphyteotico, quia † in illo contractu hoc contingit, ut periculum ſit ipſius conductoris ex eo, quia dominus eſt ſaltem utilis ad tradita per glo. in l. 3. §. ex contrario. ff. de acqui. poſſ. & in l. 1. ff. ſi ager uectig. uel emphy. peta. & regulariter periculum ad dominum ſpectat. l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. Secus eſt in contractu locationis etiam impropriè, ut quia ſit contractus innominatus, ut dictum

ctum fuit,& hanc differentiã inter cõtractum locationis,&
emphyteoticum uolunt docto. omnes, ubi Bald. & Salice.
poſt glo. in d.l.licet ,& Salice. in l.1. in 2.q. C.de iure em-
phyt. ¶. Non obſtat,quòd ſterilitas poſſeſſionum conti-
gerit culpa conductoris, qui illas bene non coluit, quia hoc
eſt falſum,cum ſterilitas contigerit diuino iudicio, cui reſi-
ſti,& prouideri non potuit,fuit enim generalis ſterilitas per
totam Italiam,ut eſt notorium,& ideò periculum debet eſ-
ſe locatoris d.l.licet, & d.l. ſi uno. ¶. Non aduerſatur
etiam,quòd ex conſuetudine loci mercedis remiſſio non ſit
propter ſterilitatem,ut ſupra, quia primo non creditur,hãc
conſuetudinem in loco extare,& cum ſit facti c.1.de con-
ſtitut.in 6.probari debet l.in bello.§.factæ.ff.de capt.& poſt
30 lim.reuer.Bar.in l.de quibus.ff.de legibus ; † & quatenus
extaret,eſſet conſuetudo ualde iniqua,& ideò non ſeruan-
da c.conſuetudo.1.diſtinctio. iuncto.cap. erit autem lex.4.
diſtinctione. Secundo & ſi uerum eſſet,quòd propter lo-
ci conſuetudinem remiſſio fieri non deberet, tamen illud
procederet,quãdo eſſemus in puris terminis cõſuetudinis:
ſed quando eſſet factum pactum, quòd locator de caſibus
fortuitis,& de damno ob diuinum iudicium contingente te
neretur,tunc ſecus eſſet,quia pactum debet aliquid opera-
ri, per Salicetum in d.l.licet, & ſeruanda eſt lex in contra-
31 ctu locationis appoſita l.legem C.locati:Quinimmò † ma
gis ſeruatur lex contractus, quam conſuetudo gl.in l.ex-
cepto,ibique Salice. C.locati,& de hoc eſt tex.in l.circa C.
32 eodem titu. ¶ Non obſtat ultimum, quia † ex verbis
contractus, & inſtrumenti contrarium apparet, videlicet
quòd locator in ſe periculum fortuitum, & diuinum ſuſce-
perit, & ideò ſeruandum eſt pactum d.l.legem, & in d.l.cir
ca,& in incertis,& non in certis locus eſt coniecturis l.con
tinuus §.cum ita ff.de verborum obligatio. Non aduerſatur
etiam doctrina Bar.in d.l.cum in plures, quia illa procedit
in terminis iuris communis,uidelicet quando non eſſet fa-
ctum aliquod pactum, ſecus ergo quando eſſet appoſitum
pactum in contractu locationis, quòd locator caſus fortui-
tos ſeruare teneretur,per prædicta. Præterea illa doctrina
Bar.præſupponit,quòd quando damnum conductoris con
tingit ex parte rei locatæ, uel diuino iudicio, tunc locator
ad remiſſionem faciendam teneatur : In caſu autem noſtro
damnum ex parte rei locatæ,& diuino iudicio contingit, ut
ſupra;ergo ad fauorem conductoris eſt concludendum: &
ita,ut ſupra dictum eſt, in prædictis omnibus iuris eſſe cen-
ſui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Conductori,qui re locata eo modo uti,& frui non potuit,quo ſibi fuit locata, eſt pro rata temporis, quo ſic uti, & frui non potuit, mercedis remiſſio facienda:etiam ſi nulla poſſet culpa locatori imputari:Quod declaratur,& limitatur nume.23.

2 Et ſi culpa, ſiue negligentia locatoris adeſſet, conductor etiam ad intereſſe lucri quoque ceſſantis agere poſſet.

3 Locator quando in culpa,& negligentia eſſe dicatur.

4 Damnum intollerabile,quod conductor caſu fortuito circa fructus patitur,ad dominum ſpectat, vt is mercedis remiſſionem conductori facere teneatur, ſiue diuino iudicio, ſiue potentia humana caſus fortuitus euenerit.

5 Fructus dicuntur non ſolum,qui ex re, ſed etiam qui propter rem, & occaſione rei percipiuntur.

6 Caſus quidam fortuitus cenſetur id, quod à voluntate, & nutu principis emanauit.

7 Gabellariis, ſiue publicanis ob culpam communitatis graue damnum paſſis eſt remiſſio mercedis, uel penſionis facienda, immò communitas ipſis ad damnum, & intereſſe etiam lucri ceſſantis tenetur.

8 Conductori, qui re conducta ad vſum,propter quem principaliter illam conduxit, vti non potuit, mercedis, ſeu penſionis remiſſio eſt facienda, etiam ſi locator non fuerit in aliqua culpa, & conductor ea ad alium vſum vti potuiſſet.

9 Ex eo verò, quòd ad alium uſum, quam ad illum,propter quem principaliter conduxit,re uti non potuerit,remiſſio illi non eſt facienda.

10 Locatione,& conductione datij facta,nihil etiam à principe ad præiudicium conductorum ſine eorum conſenſu de nouo fieri poteſt.

11 Locationis, & conductionis contractum eſſe in materia datiorum, & gabellarum quomodo cognoſcatur, remiſſiuè.

12 Damnum in re locata aut contingit circa fructus, aut prouenit ex impedimento vſus rei,aut contingit vitio rei,uel caſmate, & de his omnibus remiſſiuè.

13 Damnum circa rem, & fructus rei contingens quale, & quantum eſſe debeat ad hoc, ut remiſſio conductori ſit facienda.

14 Damnum, & incommodum magnum, & intollerabile conductoris in re conducta, & eius fructibus quot modis capiatur.

15 Conductor, qui patientiam re conducta utendi, & fruendi habuit, licet aliqualiter fuerit in uſu impeditus, & propterea exiguitatem aliquam fructuum paſſus fuerit, aliquam tamen remiſſionem petere, & conſequi non poteſt.

16 Conductores gabellæ,ſeu datij ſterilitatem unius anni cum ubertate aliorum annorum compenſare tenentur.

17 Conductoris omne periculum, & damnum quouis modo contingens eſſe debet, nec is remiſſionem aliquam conſequitur, quando locator pacto expreſſo noluit aliquo modo, & caſu ad aliquam mercedis remiſſionem faciendam teneri.

18 Negatiuè uniuerſaliter concepta dicitur oratio,quando ſignum particulare,ut eſt aliquis, ſimul cum negatiua ponitur.

19 Vniuerſalium uerborum negatiuè prolatorum natura eſt omnia etiam ſui natura,& regulariter non comprehenſibilia continere, nihilque excipere.

20 Geminatio vniuerſalis negatiuæ maiorem,& potentiorem excluſionem, ac negationem infert.

21 Ex facto principis emptori,uel conductori circa rem uenditam, ſeu locatam damnoſo,& præiudiciali quando uenditor,uel locator ad aliquid emptori, ſeu conductori præſtandum teneatur, & quando non.

22 Argumentum de contractu emptionis, & uenditionis ad contractum locationis, & conductionionis procedit.

24 Conductori ob damnum proueniens ex facto principis iuſto, cui locator reſiſtere non potuit, non debet locator ad aliquod intereſſe damni, nec lucri ceſſantis teneri.

25 Moneta,prout promiſſa fuit,in materia, & forma ſolui debet, ſi tempore ſolutionis facilè ſit debitori eam reperire, & ſoluere, non obſtante augumento, uel diminutione illius:

Et ſi in alia moneta debitor uellet ſoluere, ualorque monetæ promiſſæ eſſet mutatus,quis ualor, & quæ æſtimatio debeat attendi, an temporis promiſſionis, an uerò ſolutionis.

Quid ſi moneta in eadem materia, & forma, prout promiſſa fuit, difficulter,uel nullo mõ ſolutionis tempore poteſt reperiri,& ſolui nu.27.

26 Solui unum pro alio quando inuito creditore non poſſit.

28 In contractibus attenditur æſtimatio, & ualor pecuniæ, ſeu monetæ promiſſæ ſecundum tempus contractus, & non ſecundum tempus ſolutionis.

EPITOME.

*R*EMISSIO *mercedis, ſiue penſionis conductoribus datii ſalis non eſt facienda per locatorem ex eo, quòd poſt eorum conductionem ſalis ualor per principem auctus fuerit, & propterea conductores minorem ſalis ſummam, quam conſueuerit, uendi poſſe prætendant, niſi damnum magnum, & intollerabile ex hoc augmento paterentur: & quomodo damnum magnum, & intollerabile hoc in caſu aſſumatur: & ſi locator pacto expreſſo conuenit, ſe nolle in aliquo caſu, & modo ad remiſſionem mercedis conductori faciendam teneri, nulla tunc in aliquo caſu eſt remiſſio facienda.*

Obligatus ſoluere ex conuentione, & pacto certam monetam, ſi poſtea decreto principis eius ualor mutatus fuit, ſecundum ualorem, qui erat tempore contractus, & obligationis factæ, & non qui eſt tempore ſolutionis, eſt ſolutio facienda, quando illa moneta in materia, & forma, prout promiſſa fuit, difficulter, uel nullo modo reperiri, & ſolui poteſt.

CON-

CONSILIVM CXLIII:

IN cauſa, quæ coram arbitris inter magnificam com-
munitatem ciuitatis Fauentiæ ex una, & Datiarios da-
tium, ſeu canipas ſalis conducentes ex altera verti præ
ſupponitur, de ſola veritate requiſitus, atque conſultus, ſu-
per duobus infra proponendis pro ingenij mei tenuitate
ſententiam meam iuri quidem, ut arbitror, conſonam di-
cam, & quæ partes dominorum arbitrorum in laudando, &
iudicando eſſe debeant, pro uiribus demonſtrare conabor:
Stante itaque inſtrumento locationis factæ de dicto datio
ſalis cum capitulis ad me tranſmiſſis, & facti narratione mi
hi propoſita, & præſuppoſito augmento ſalis per ſedem a-
poſtolicam facto, eiuſdemque decreto, quo cautum fuit,
quòd valor ducati de camera intelligatur eſſe librarũ qua-
tuor, & ſolidorum duorum pro quolibet ducato, Prius du-
bitari contingit, vtrum ſit locus remiſſioni mercedis, & ha-
benda ſit ratio damni, & lucri ceſſantis, quod dicti datiarij
pati prætendunt ex augmento poſt eorum conductionem
per.S.D.N.Papam impoſito, cum aſſerant propter huiuſ-
modi augmenti impoſitionem longe minorem ſalis ſummã
nunc uendi poſſe, quam antea conſueuerit. Secundo, vtrũ
moderni datiarij ſalis, qui ſingulis annis ducatos octingen-
tos de camera ex conuentione, & forma contractus condu
ctoris pro dicta cõmunitate cameræ apoſtolice ſoluere te-
nentur, obligati ſint illos ſoluere iuxta æſtimationem, & va
lorem ducatorum de camera, qui, & quæ erat tempore ce
lebrati contractus, ſeu obligationis, an verò ſecundum ua-
lorem nunc à S.D.N. vt ſupra, decretum. ¶ Quoad pri-
mum dubium, uidetur quidem prima faciè concludendum
eſſe, quòd ipſis datiarijs per dictam communitatem ſaltem
remiſſio mercedis pro rata tẽporis, quo ſal cum dicto aug-
mento fuit venditum, ſit facienda, quoniã datiarij poſt aug
mentum ſalis impoſitum re ſibi locata vti non potuerunt
eo modo, & liberè, quemadmodum ante impoſitionẽ aug-
menti utebantur, cum longè minor ſalis quantitas poſt di-
ctum augmentum fuerit uendita, ac vendatur, quam antea
1 vendi ſoleret: & † ideò propter damnum paſſum ipſis cõ
ductoribus mercedis remiſſio eſt facienda pro rata huius tẽ
pòris poſt dictum augmentum decurſi argumento. l. ſiquis
fundum, §. imperator, ibique Paul. Caſt. ff. locati: Et prædi-
cta procedunt etiam, ſi nulla culpa ipſi communitati loca-
trici imputari poſſet, vt in l. ſi quis domum. §. in exuſtis, &
ibi docto. maximè Paul. Caſt. eod. tit. & in terminis proba-
2 tur in l. ſi fundus, vbi caſus, eod. tit. ¶ Secundo † vbicũque
conductor non poteſt uti re locata eo modo, quo fuit loca
ta, & culpa, & negligentia locatoris, tunc conductori nõ ſo
lum eſt mercedis remiſſio facienda, ſed etiam is contra loca
torem ad intereſſe quoque lucri ceſſantis agere poteſt, ut
in l. ex cõducto in prin. ibique not. per glo. & Pau. de Caſt.
& in §. vbicunque, & clarius in l. ſi quis domum in fin. & ibi
3 Bar. ff. locati, & optimè probatur in d. l. ſi fundus: Et † lo-
cator in culpa, & negligentia eſſe dicitur, quãdo potuit pro
uidere, & non prouidit, ut in d. l. ex conducto, uel quando
damnum conductoris euitare potuit, & neglexit, ſeu aliter
ſua culpa, vel cauſa cõtigit, ut in l. ſi merces. §. culpæ. ff. eo.
tit. & ibi Paul. Caſt. & in d. l. ſi fundus: vel ex eo, quòd cõdu
ctori non denunciauerit, qui potuiſſet prouidere, ſi ſibi fuiſ
ſet denuntiatum argumento l. item quæritur. §. exercitu, &
§. fullo. ff. locati, l. ſi in lege. §. colonus in fin. ver. & ibi per
glo. Paul. de Caſt. Bar. & alios eod. tit. & d. l. ſi fundus in ver
ſi. nam & ſi colonus: Sed communitas in caſu noſtro diligẽ
tiam ſuam non adhibuit in prouidendo cũ. S.D.N. ne aug-
mentum ſalis imponeretur, ergo in culpa fuiſſe dicitur, &
propterea ad intereſſe etiam lucri ceſſantis dictis cõducto
4 ribus teneri debet. ¶ Præterea & tertio † damnum in-
tollerabile, quod colonus circa fructus caſu fortuito pati-
tur, ſpectat ad dominum, ut is remiſſionem mercedis condu
ctori facere teneatur, nec eſt differentia, an diuino iudicio,
an potentia humana caſus fortuitus euenerit d. l. ex condu
cto. §. 1. cum ſequẽ. l. ſi merces. §. uis maior, & ibi Bar. ff. loca
ti, l. 1. C. eod. & c. propter ſterilitatem extra eod. tit. & in ter
minis noſtris in conductore alicuius datij, ſeu uectigalis hoc
voluit Bar. in l. cotem. §. qui maximos. ff. de publica. & in q.
5 ſua incipien. publicanus: Et † fructus dicuntur non ſo
lum, qui ex re, & corpore percipiuntur, ſed etiam qui pro-
pter rem, & rei occaſione, vt ſunt pẽſiones domorum, mer
cedes nauium, redditus vectigalium, & ſimilia l. item ſi fun-
di. §. aucupationum cum ſimilibus. ff. de uſufruc. Bar. in l. cũ
in plures in prin. ff. locati: Sed in caſu occurenti condu-
ctores datij ſalis paſſi ſunt damnum ex impoſitione dicti
augmenti ab ipſo Papa facta poſt locationem iam factã di-
ctis datiarijs, propterea quia longe minor ſalis quantitas po
6 ſtea uendita fuit: † quæ impoſitio facta à S.D.N. quidam
caſus fortuitus eſſe cenſetur, cum à voluntate, & nutu prin
cipis emanauerit argumẽto. l. apud iulianum, alias eſt. l. idẽ
iulianus in fin. ff. de lega. 1. & do. meus Sozi. in l. quidam re
legatus colum. 1. ff. de rebus dubijs: Ergo communitas, quæ
locauit, propter huiuſmodi damnum remiſſionem merce-
7 dis conductoribus facerè tenebitur. ¶ Quarto † Paul.
Caſt. in d. l. ſi merces. §. culpæ dicit, quòd ſi communitas ali-
quibus gabellam vendidit, ſeu locauit, & propter ipſius cul
pam, & cauſam publicani, ſeu emptores gabelle graue dã-
num paſſi fuerunt, communitas tenetur illis remiſſionẽ mer
cedis, vel penſionis facere, quinimmò ex quo damnum cul
pa communitatis obueniſſe dicitur, ipſa communitas ad dã
num, & intereſſe lucri ceſſantis tenetur, ſi argumento eorũ,
quæ habentur in d. l. ſi fundus, & ibi Paul. de Caſt. cũ alijs
ſupra allegatis, & expreſsè per eundem Paul. in l. ſeruum. §.
item cum quidam. ff. locati. ¶ Corroborantur prædicta
8 ex ijs, † quæ voluit Bart. & latius Paul. Caſt. in l. cum in
plures. ff. locati, qui exemplificat in eo, qui domum condu-
xit ad hoſpitandum, ſeu ſcholas ad legendum, & propter
guerram, vel peſtem, aut aliam nouitatem hoſpitari, habita
re, ſeu legere non potuit: volunt enim ipſum locatorem ad
mercedis remiſſionem teneri, quamuis ipſe in aliqua culpa
non fuerit: Et licet contrarium uideretur dicendum, quia
omnes ferè leges de remiſſione mercedis, ſeu penſionis lo-
quentes loquuntur, quando conductor facto locatoris uti
eſſet impeditus, uel ex aliquo caſu in re conducta contingẽ
te, ut in d. l. cum in plures, in l. hæc diſtinctio, & in l. ſed & ad
des. §. ſi quis. ff. locati, & ideò cum in caſu noſtro cõductor
non fuerit impeditus percipere fructus, ſeu commoditatẽ
rei conductæ facto locatoris, nec eius culpa, nec caſu in re
conductæ contingente, uideretur, locatorem nõ teneri, quæ
rationes ſimiliter uidentur prima facie inferre, quòd in ca
ſu occurrenti communitas non teneatur, tamen his non ob
ſtantibus Bar. & Paul. Caſt. in d. l. cum in plures contrariũ
volunt, quoniam ex quo conductor non potuit uti re cõdu
cta ad uſum, propter quem rem principaliter cõduxit, nec
commoditatem illam percepit, propter quam ipſe condu-
xit, tanquam damnum in fructu rei conductæ contigerit,
mercedis, ſeu penſionis remiſſio eſt ipſi conductori facien-
da: ſicut ſi in prædio miſtico ſterilitatis, & damnum intolle-
rabile in fructibus contigiſſet abſque facto, & culpa locato
ris, cum caſus contigerit non in re, ſed in fructibus, ut in d.
l. ex conducto. §. 1. Et hæc fuit intentio Bart. in d. l. cum in
plures, ubi Paul. Caſt. ſubdit ſimilem quæſtionem moueri
per docto. in qua idem, quod ſupra, concluditur: Ex cuius
9 uerbis etiam infertur, † quòd ſi quis principaliter condu
xit domum ad habitãdum, uel rem aliam ad certum uſum,
& ipſe potuit habitare, uel re ad illum uſum uti, non eſt ei
facienda

facienda remiſſio à domino, quamuis ad alium vſum cõdu ctor re locata uti non potuerit:ſufficit enim, quòd potuerit vti ad vſum, propter quem principaliter rem conduxit, licet caſu aliquo fortuito, ſeu abſque culpa locatoris dãnum aliquod paſſus fuerit:Secus ſi re vti ad uſum deſtinatũ non potuiſſet, uel damnum intollerabile paſſus fuiſſet, ut ibi per Bar. & l.habitatores cum l.ſequenti ff.locati:Cum igitur in caſu occurrenti datiarij datium ſalis gratia vendendi ſal conduxerint, & propter nouam impoſitionem, ſeu augmẽtum fuerint in uendendo ſal impediti, quia lõgè minorem ſalis quantitatem vendiderunt, & vendunt, quam prius, ſequitur, quòd in fructu rei conductæ, qui fructus in vendendo ſal conſiſtit iuxta not. per Bar.in d.l.cum in plures, impediti fuerunt, & damnum paſſi dicuntur, & propterea ipſis

10 per cõmunitatem eſt remiſſio facienda. ¶ Vltimo † poſtquam hi ſalinarij datiũ ſalis conduxerunt, nõ poteſt quicquam etiam à principe de nouo ad præiudicium conductorum ſine illorum conſenſu fieri, nec introduci, l.ſi quis C. de uectiga. & commiſſ. vbi caſus. ¶ Prædictis tamen omnibus non obſtantibus, prout rectè intueri obſtare non debent, contrarium in puncto iuris verius eſſe arbitror, videlicet quòd communitas remiſſionem mercedis ipſis gabellarijs facere non teneatur, & minus ad aliquod intereſſe, vel damni emergentis, vel etiam lucri ceſſantis, & duobus

11 præſuppoſitis, primo † nos eſſe in contractu locationis, & conductionis, ut innũnt verba contractus, necnon diſtributio ſolutionum menſtruatim, ſiue annuatim faciendarum, vt colligitur ex ijs, quæ plenè poſuit Barto.in d.l. cotem.§. qui maximos, & in d.ſua q. incipien. publicanus cum ſimil.

12 ſecundo, † nos eſſe in caſu, in quo agitur de damno, quod circa fructus rei conductæ contingit, iuxta ea, quæ voluit Barto. quem cæteri ſequuntur, in d.l.cum in plures, de quo damno loquitur Barto.in d.l.ſi merces.§. uis maior ff. loca. & tex.in c.propter ſterilitatem, & ibi docto.extra eod.tit. & Barto.in l.ſi uno.§.vbicunque ff.eod.non autem de damno proueniente ex non uſu rei, ſeu ex impedimento uſus rei, cum datiarii ſalinis, & uſu vendẽdi ſal vſi fuerint, & adhuc vtantur: de quo damno loquitur Barto.in d.l.ſi vno.§.item cum quidam, nec etiam de damno vitio rei, aut calmate contingente, de quo loquitur tex.in d.l. ſed addes.§.1.& d. l. ſi uno.§.item cum quidam, ibique Barto.& Pau.de Caſt. ff.eo d.tit.locati, his præſuppoſitis ſtantibus, concluſio prædicta ad fauorem communitatis multipliciter poteſt confir-

13 mari, & corroborari, & primo ſic, † ad hoc, ut locator teneatur mercedis remiſſionẽ facere, requiritur, quòd damnum intollerabile, ſeu enorme circa fructus rei conductæ contingerit, nam propter damnum exiguum non ſit remiſſio d.l.ſi vno in prin.iuncto.§.cum quidam, d. l. ex cõducto §.ſed, & ſi labes, & dicit text. in d.l. ſi merces.§. vis maior non debet conductori damnoſa eſſe, ſi plus, quam tollerabile eſt, læſi fuerunt fructus, alioquin modicum damnũ æquo animo colonus ferre debet: & tex.in d.c. propter ſterilitatem inquit, quòd eccleſia, quæ prædia, ſeu alias res locauit, ex quibus fructus, & redditus percipiuntur, propter ſterilitatem magno incommodo conductores afficientem, ſi talis ſterilitas abſque culpa conductorum rei vitio, aut caſu fortuito contigerit, pro rata penſionis remiſſionem facere tenetur: & glo.ibi colligit, quòd quando cõductor magno damno, & incommodo afficitur, remiſſio penſionis ei fieri debet, niſi aliud in locatione ſit actum l.licet C.locati: alioquin ſi tale magnum incõmodum, ſeu graue damnum non interuenerit, mercedis remiſſio non eſt facienda d.§.uis maior, modicum enim damnum in conſideratione eſſe non debet, & illud conductor patienter ferre debet l. habitatores ff.locati: & propter damnum enorme contingens tàm circa rem, quàm circa fructus locator duntaxat ad mercedis remiſſionem faciendam, non autem ad aliud ipſius conductoris intereſſe tenetur, niſi damnum culpa locatoris contigiſſet d.l.ſi vno.§.ubicunque, & ibi Barto.& d.l.ſi fundus cũ aliis ſimilibus ſupra allegatis: ſed in caſu occurrenti non cõſtat, ipſos conductores datii ſalis, ſeu ſalinarum ex augmento prædicto damnum intollerabile, ſeu graue incommodũ circa redditus percipiendos paſſos fuiſſe, igitur communitas Fauentiæ illis ad aliquam mercedis remiſſionem facien

14 dam, ſeu ad aliquod intereſſe teneri non debet: † damnum autem intollerabile, & magnum incommodum in terminis noſtris diuerſimodè aſſumitur, primo, ut in diuerſis locis declarat Bar. quando conductor, vltra impenſas, quæ gratia colligendi fructus, & redditus fiunt, nihil percepit, nec penes eum aliquid de fructibus remanſit, quo caſu nullos fructus percipere cenſetur, cum fructus dicantur, deductis impenſis, ut in l.fructus in princ.& l.diuortio.§.impendia cum ubique not.ff. ſolut. matrimo. ita inquit Barto.in d.l.ſi merces.§.uis maior: Sed in d.l.licet referendo Iaco. de Are.ut recitat etiam Cyn.C. loca. & in d.l. ſi uno.§. vbicunque, dixit, damnum intollerabile, ſeu magnum incõmodum dici, quando poſt deductionem expenſarum, & ſolutionem penſionis conductor vltra dimidiam penſionis debitæ deceptus remaneret, ſicuti in cõtractu emptionis quis enormiter læſus cenſetur, quando re ipſa ultra dimidiã iuſti pretij fuit deceptus, ut in l.2 C.de reſcin. vẽdi. aliqui autem uolunt damnum dici intollerabile, quando conductor ſemen in re conducta impoſitum colligere non potuiſſet, argumento d.l. ex conducto. §.ſed & ſi labes, vbi glo. hoc ponit: & attenta hac opinione in caſu occurrenti ſemẽ deperditum cenſeretur, quando conductores ſalis vltra expẽſas in fructibus, ſeu redditibus percipiendis nihil percepiſſent, & hic caſus ſecundum Paul.de Caſt.in d.l.ex cõducto §.ſi uis difficultatem in ſe non habet. Alij, ut fuit glo.in d.l. ſi uno in prin.uoluerunt, damnum magnum eſſe, quando conductor non percepit dimidiam fructuũ, ſeu reddituum, qui communiter percipi conſueti erant, quam opinionem refert, & impugnat.Ioan.de Imol.in d.c. propter ſterilitatẽ in glo. 1. eſt & alia opinio, quòd ſit attendenda uulgi opinio, quæ non conuenit caſui noſtro, quoniam pro hoc tempore, quo mercedis remiſſio à dictis datiarijs ſalis petitur, ultra ipſos nulli alij conductores extant, quorum opinioni ſtãdum eſſet. Præterea hæc opinio communiter non fuit recepta, vt colligitur ex uerbis Bar.Pauli de Caſt.& aliorum in locis allegatis. Doctores tamen magis communiter uelle uidentur, quòd quando conductori, deductis impenſis factis in recolligendis, & percipiendis fructibus, ſeu redditibus, tantum de fructibus non remanet, quòd ad dimidiam mercedis, ſeu penſionis debitæ aſcendat, tunc conductor dicatur damnum intollerabile, magnumque incommodũ pati, & conſequenter remiſſioni ſit locus, vt per Bar. in d.l.licet, & in d.l.ſi uno.§. vbicunque, per Paul.de Caſt.in d.§.ſi uis, & Cyn.in d.l. licet poſt glo.in d. l. ſi vno in prin. quãdo verò vltra dimidiam penſionis debitæ conductor aliquos fructus, ſeu redditus deductis impenſis percepiſſet, remiſſio illi facienda non eſſet, cum propter fructuum exiguitatem ea non ſit facienda d.l.ſi uno.§.cum quidam, & Bart. quem in hoc docto.ſequuti fuerunt, in d.§.uis maior: & in hoc caſu exiguitas, non autem ſterilitas diceretur, ut præſupponunt Barto.Paul. de Caſt. & alij in locis allegatis.

15 ¶ Præterea † quando conductor patientiam re ſibi locata vtendi, & fruendi habuit, quamuis aliqualiter in vſu fuerit impeditus, ſeu exiguiores redditus perceperit, quam cõſueuerit, tamen ob huiuſmodi exiguitatem nullam poteſt remiſſionẽ petere, nec conſequi, ut ſupra, per not.per Pau. de Caſt.& Barto.in d.l.cum in plures: Sed in caſu occurrẽti non conſtat nos eſſe in aliquo caſu, & maximè in caſu ma

gis

gis communiter approbato, in quo dici poſſet ſterilitatem fuiſſe, vel damnum intollerabile, ſeu magnum incommodũ contigiſſe, cum datiarij quamuis tantos redditus non perceperit, quantos percipere ſoliti erant, tamen multos perceperint adeò, quòd uerè damnum intollerabile prætendere nõ poſſunt, cum potius ſint in aliquo lucro, quam in damno, & ſi aliquod damnum ab eis probaretur, illud enorme, & intollerabile eſſe debet, iuxta prædicta. ¶Rurſus, & ſi con-
16 ſtaret de ipſorum damno intollerabili, † tamen ex quo annis præteritis redditus vberes collegerũt, ex quibus multum lucrati fuerunt ſecũdum ea, quæ in facto proponũtur profectò ipſis remiſſio mercedis huius anni non eſt faciẽda, quia etiam conductores gabellæ, ſeu datij tenentur ſterilitatem unius anni cum vbertate aliorum annorum compenſare, ut uoluit Bar. in d.l. cotem. §. qui maximos, argumento d.c. propter ſterilitatem, & d.l. ſi uno in prin. per Bart. in d. §. ubicunque, & in d. §. uis maior, & per Paul. de Caſt. in d. §. ſi uis, & ſcribẽ. communiter in d.l. licet, & in d.c. propter ſterilitatem. ¶Quarto etiam in caſu, quo appareret conductores ſalis damnum intollerabile ſubſtinuiſſe, ac ſubſtinere, tamen adhuc ipſis à dicta communitate damnum ali-
17 quod non eſt reſarciendum, † quia conductores ex pacto ſic conuenerunt, periculum iſtud in ſe ſuſcipiendo, ut apparet in capitulis factis inter ipſam communitatem, & conductores, dum in 8. capitulo fuit per hæc verba conuentum, item la predetta communità, & ſuoi agenti non ſiano tenuti, ne obligati per modo alcuno fare in alcun' caſo remiſſione alcuna alli detti conduttori, o, ad alcuno conduttore: quæ verba iudicio meo non poſſent clarius demõſtrare, quòd ex pacto conuentum fuit, periculum damni & ſterilitatis debere ad conductorem ſpectare, vel communitatem in aliquo caſu, in quo aliàs debuiſſet teneri, non debere teneri: Ergo periculum damni ad conductorem, ſeu conductores ſpectare debet, ut in d.l. ſi quis fundum, Bart. in d. §. vbicunque, & in d. §. uis maior, & alij in d.l. licet, ubi eſt caſus, & in locis proximè allegatis; Imol. in d.c. propter ſterilitatem, & facit l. ſi de fundo, & l. legem. C. locati, & argumento l. quæ fortuitis. C. de pignor. actio. l. 1. C. commoda. & l. ſi ut certo. §. interdum ff. commoda. c. 1. de depoſi. & c. unico de commoda. Preterea illa verba dicti capituli 8. dicuntur vniuerſalia negatiua, quamuis videantur particularia propter illud nomen aliquis, ut ibi per modo alcuno in al-
18 cun caſo, & remiſſione alcuna &c. Nam † vbicunque ſignum particulare, ut eſt aliquis, ſimul cum negatiũa ponitur, talis oratio æquipollet uniuerſali, & perìde eſt, ac ſi oratio fuiſſet negatiuè uniũerſaliter concepta. l. ſi is, qui ducenta §. utrum, & ibi glo. & Bar. ff. de rebus dub. l. ſi uerò plures §. ait prætor ff. de his, qui deiece. uel effude. Verba ergo huius 8. capituli dicuntur importare, quòd agentes pro communitate, & ipſa communitas in nullo caſu, & nullo modo remiſſionem conductoribus facere teneantur, & ſic uniuerſaliter, & negatiuè prolata penitus omnem caſum, & omnẽ
19 modum, nullo excepto, excludunt, quia † de natura uerborum uniuerſalium negatiuè prolatorum eſt omnia etiã ſui natura, & regulariter non comprehenſibilia continere, nihilque excipere l. iulianus ff. de lega. 1. cum ſecundũ Bal. in c. 1. in prin. de prohib. feu. alien. per Fed. uniuerſalis negatiua magis neget, quam uniuerſalis affirmatiua affirmet, & facit id, quod uoluit do. Anto. in c. dilectus in fin. 9. colu. de conſuetud. Barthol. Veronen. in tractatu ſeruitutum ſub rubri. de ſeruitut. lum. & glo. in l. idemque. ff. locati: Ex quibus infertur, quòd etiam in caſibus, in quibus communitas locatrix aliàs de iure ipſis conductoribus remiſſionem facere debuiſſet, uirtute huius pacti uniuerſaliter negantis illam facere non teneatur. Conſidero etiam, quòd contrahẽtes per uerba uniuerſalia negatiua geminata iſtud conuene-
runt, uidelicet quòd nullo modo, & in nullo caſu communitas aliquam remiſſionem conductoribus facere teneretur:
20 Ergo † propter hanc geminationem uniuerſalis negatiuæ, ex qua maior, & potentior excluſio, atque negatio infertur argumento l. cum oſtendimus. ff. de fideiuſ. tuto. glo. penul. & ibi Felin. in c. ſi cautio extra de fid. inſtrum. l. ſi liber. §. titius ff. de hæred. inſtit. & Alex. in l. ex hac ff. de donat. infertur, quòd ipſa communitas in nullo caſu, hoc eſt in nullo euentu iuxta l. neque leges ff. de legibus, clem. cauſam in fin. de electio. & §. eſt autem Inſtit. de hæred. inſtit. debet ad remiſſionem aliquam faciendam teneri, quamuis aliàs regulariter ad aliquem caſum etiam fortuitum teneri de-
21 buiſſet. ¶Vltimo accedat ad hæc, † quòd ubicunque princeps non ex aliqua cauſa à uenditore prouueniente, ſed ex mera ſua uoluntate, ex cauſa tamen publicam utilitatem concernente aliquid circa rem uenditam ad præiudicium emptoris fecerit, ſeu diſpoſuerit, tunc uenditor ad aliquid ipſi emptori præſtãdum non tenetur, l. lucius ff. de euictio. & l. item ſi verberatum ff. de rei uendica. ſecus ſi ex cauſa ab ipſo venditore prouueniente princeps id fecerit, ut eſt caſus in l. ſi fundus, & ibi glo. in uer. teneris in ultima ſolutione
22 cũ qua docto. communiter pertranſeunt. ff. loca. Sed † de contractu emptionis, & uenditionis in hoc procedit argumentum ad contractum locationis, ut in d.l. ſi fundus, & not. in rub. ff. locati, per Bar. in d.l. ſi merces §. uis maior, & in d. ſua. q. incip. publicanus, & in d.l. cotem §. qui maximos, ergo idem in contractu locationis dicendum eſt, quòd ſi princeps non ex aliqua culpa, ſeu cauſa locatoris, ſed ex ſua mera uoluntate propter ſuam publicam utilitatem principaliter aliquid ad præiudicium conductoris fecerit, locator non debeat ad aliquid ipſi conductori præſtandum teneri: At in caſu noſtro princeps augmentum ſalis impoſuit non ex cauſa, nec ex culpa, aut delicto communitatis locatricis, ſed ex ſua mera uoluntate propter utilitatem Cameræ apoſtolicæ, ergo communitas ex hoc facto principis, quod illa non prohibere, nec ei reſiſtere potuit, ad aliquod damnum, ſeu intereſſe conductoribus præſtandum teneri non debet. ¶Stante itaque prædicta concluſione ad fauorem communitatis contra datiarios conductores, ſupereſt, ut iis, quæ in contrarium ſupra fuerũt adducta, reſpondeatur: & in primis non aduerſatur, quòd propter augmenti impoſitionem conductores ſalis à tempore dictæ impoſitionis citra non potuerunt re conducta uti eo modo, quo prius uſi fuerunt, & ideò ipſis pro rata illius temporis eſt fa-
23 cienda remiſſio, quia reſpondetur primo, † quòd ex quo re conducta continuè uſi fuerunt, nulla eſt eis remiſſio facienda, quamuis non eo modo uſi fuerint, quo uti conſueuerunt: ſatis enim eſt, quòd uſi fuerint, licet non ita commodè, uel cum aliquo impedimento, ut in d.l. habitatores, & in l. quod ſi domus ff. locati: Et eſt de mente Paul. de Caſt. poſt Bar. in l. cum in plures in prin. ff. eod. tit. Secundo reſpondeo, conductori non eſſe remiſſionem faciendam, quando non fuit paſſus magnum damnum, ſed modicum d.l. habitatores cum ſimilibus iam allegatis: Ergo in caſu noſtro cum conductores damnum intollerabile paſſi non fuerint, capiendo damnum intollerabile, & magnum, prout in hac materia capi debere fuit ſupra declaratum, non erit remiſſio facienda. Tertio reſpondeo non eſſe conductoribus remiſſionem faciendam, quia conuentum fuit, quòd in nullo caſu aliqua eſſet facienda remiſſio, & ideò cum ipſi patientiam à communitate in re utendo habuerint, ad integram penſionem tenentur, ut ex prædictis conſtat. Præterea hi cõductores annis proximè elapſis redditus multum pingues perceperunt, ergo tenentur compenſationem facere cum damno, & incommodo, quod hoc anno contigit, ut ſupra dictum fuit. ¶Non obſtat ſecundum principale,

pale,quia negatur,ipſam communitatẽ fuiſſe in aliqua cul-
24 pa,& negligentia, † & ſi quid damni conductores paſſi fue-
runt,hoc proueniſſe dicitur quodam caſu fortuito,cum ex
facto principis mero,& iuſto prouenerit arg.d.l.apud iulia-
num in fin.ff.de leg.1. cui principis facto ipſa communitas
reſiſtere non potuit,ergo ad aliquod intereſſe damni emer
gentis, aut lucri ceſſantis teneri non debet, ut in d.l.ſi fun-
dus cum multis aliis præallegatis:& quamuis ille tex.uidea
tur inferre,quòd conductor in hoc caſu ſaltem ad merce-
dis remiſſionem faciendam teneri debeat, tamen, ut ſupra
proximè dictum fuit,cõcludendum eſt nec ad remiſſionem
aliquam faciendam teneri per ſupra ſæpius dicta.

¶Tertio motiuo in contrarium facto reſponſum apparet,
tum quia non conſtat ipſos cõductores fuiſſe damnum in-
tollerabile,& magnum paſſos,ſecundum quod damnũ intol
lerabile in hac materia capitur, tum ex aliis rationibus ſu-
pra ad fauorem communitatis factis, & adductis.

¶Quarto argumento reſpondetur,nullam poſſe ipſi com-
munitati culpam imputari,ut dictum fuit:& ſic dictum Pau.
Caſt.in d.l.ſi merces §.culpæ non aduerſatur.Parum etiam
contra communitatem faciunt ea,quæ habentur per Bar.&
Pau.de Caſt.in d.l.cum in plures in prin. quia ex quo caſu
fortuito, & facto ſuperioris, cui communitas reſiſtere non
potuit,datiarij damnum paſſi fuerunt,non debet communi
tas ad aliquod intereſſe, nec ad aliquam remiſſionem tene-
ri,tũ quia de damno intollerabili non conſtat,tũ quia uber-
tas præteriti tẽporis debet cum damno præſentis anni, ſeu
temporis,quo ſal cum dicto augmento uenditum fuit,com
penſari,tum etiã quia ex conuentione remiſſioni in aliquo
caſu non eſt locus,ut ſupra plenè fuit demonſtratum.

¶Nõ obſtat ultimum fundamentũ,de tex.l.ſi quis C. de ue
ctig.& commiſ.quia reſpondetur,quòd licet Papa,ſeu prin
ceps non debuiſſet in præiudiciũ conductorũ ſalis aliquid
facere,uel innouare,ut ibi,tamen propter hoc nõ infertur,
quòd ſi id fecerit,communitas,quæ in nullo peccauit, nec
conuẽtis contrauenit,ex facto Papæ, ſeu principis dãnum,
& intereſſe conductoribus reſarcire teneatur per d. l.ſi fun
dus cum ſimil.nec quòd debeat teneri ad aliquã mercedis
remiſſionem ipſis faciendam per prædicta,quæ amplius nõ
repeto.Et ex his omnibus Mag.do.arbitri ad fauorem com
munitatis,& contra ipſos conductores,& datiarios laudare,
& pronunciare debent, abſoluendo cõitatem à petitis per
conductores,& declarando ipſam communitatẽ non tene-
ri ad aliquã mercedis remiſſionem faciendam,& minus ad
aliquod ipſorum cõductorũ prætenſum dãnũ, & intereſſe.
Et hæc quoad primum dubiũ ſufficiant. ¶Quoad ſecundã
hæſitationem ſupra propoſitã,omiſſis hinc inde argumẽtis,
25 concludo, † quòd ſi reperiantur ducati aurei de camera,&
facile ſit ipſis conductoribus illos reperire,& ſoluere,ipſi te
neantur dictos ducatos aureos de camera in materia,& for-
ma antiqua ſoluere,cum teneantur,& obligati ſint cameræ
apoſtolicæ noĩe cõitatis Fauentinæ tot ducatos de camera
ſoluere,& damnũ,& commodum,quod inter tempus pro-
miſſionis,& tẽpus ſolutionis eueniſſet ex augmento,uel di-
minutione ualoris,ad creditorẽ ſpectaret, & conſequenter
etiã ad debitorẽ,niſi debitor in mora fuiſſet,quia tunc dam
num eſſet ſolius debitoris arg.l.uinum, & l.quod te cum ibi
not.ff.ſi cer.pet.Ita determinat Bar.ad quem totus mundus
recurrit,in l.paulus reſpondet ff.de ſolu.& idem uoluit ipſe
Bar.in l.cum quid ff.ſi cer.pet.quem doct.communiter ſe-
quuntur,ut atteſtatur Alex.in d.l.quod te: & fuit opinio Io.
And. Hoſti.& Io.de Imol.in c.quanto de iureiur.Pet.de An
cha.& Imol.poſt alios in cle.ſi beneficiorum de deci.vnum
26 † enim pro alio,quando ex hoc damnum pati debet, inuito
creditore ſolui non poteſt,ut in l.2.§.1.& l.eum à quo ff. ſi
cer.pet.& declarat Bar.in d.l.paulus in 1.col.& hoc dictum
expreſsè ſequitur Imol.in d. c. quanto col.5. Et ſecundum
prædicta debet intelligi id, quod uoluit Bar.in l.cũ certũ ff.
de auro, & argen.lega.dicens, quòd ſi, iam duo ſunt anni,
promiſi tibi ſoluere centum ducatos, modo ſoluere ſecun-
dum æſtimationem,quæ erat tempore promiſſionis, & non
ſecundum illam,quæ eſt tempore ſolutionis,dicit Bar.quòd
debeo ſoluere ſecundum illam æſtimationem,quæ eſt tem-
pore ſolutionis,niſi fuero in mora:& ſic Barto.præſupponit
debitorẽ teneri ſoluere ducatos promiſſos, quãuis creditor
ex hoc damnũ etiã paſſurus eſſet:quod eſt ex eo,quia debi-
tor,qui ducatos ſoluere promiſit,poteſt, & tenetur illos ſol
uere,quamuis eorum ualor eſſet auctus,uel diminutus,quo
niam ſolutione eius,quod debetur,omnis obligatio tollitur
Inſtit.quibus modis toll.obliga. in princ. Hoc modo etiam
intelligatur id,quod uoluit Bald. in l.acceptam in 17.q. C.
27 de uſuris. ¶ Si uerò † ducati promiſſi difficulter,uel nullo
modo poſſunt in eadẽ materia,& forma reperiri,prout nũc
non reperiuntur ducati de camera, quia in uſu eſſe deſie-
runt,& conflata ſunt ſcuta aurea,quæ ſunt in uſu, ualorque
ducati de camera ſit mutatus, quia tempore contractus,&
obligationis ducatus ualebat ſolidos ſeptuagintaquinq; nũc
autem ex decreto pontificis ualet ſolidos octuaginta duos,
concludendum eſt,ipſos datiarios teneri ſoluere de mone-
ta currẽti ad rationẽ ualoris, & æſtimationis antiquæ,quo-
niam maior moneta æſtimatur per minorẽ, ut habetur per
Bar.in d.l.paulus,per Alex. in l.cũ quid.ff. ſi cer.pet. & per
doct.in d.clem.ſi beneficiorum,ac etiam per ſcriben.in d.c.
quanto,& per Bar.in d.l.cum certum: & cum hac opinio-
ne doct.communiter,& ferè omnes,nullo diſcrepãte, per-
tranſeunt,quòd ubicunque non reperitur illud genus mo-
netæ,quæ fuit debita non ex eo,quòd fuerit reprobata, ſed
quia in uſu eſſe deficit,tunc ſuccedit obligatio ad æſtima-
tionem illius monetæ antiquæ, quæ æſtimatio de pecunia
currenti ſolui debet,ut in locis proximè allegatis: Sed du-
bium conſiſtit,utrum ſolutio ſit facienda iuxta æſtimationẽ
illius monetæ, quæ erat tempore obligationis, & contra-
ctus,an uerò ſecundum æſtimationem,quæ eſt tempore ſo-
lutionis: In quo docto.communiter uidentur tenere,quòd
ſolutio fieri debeat de moneta currenti, ſoluendo æſtima-
tionem monetæ promiſſæ iuxta ualorem, qui erat tempore
contractus,& obligationis factæ,ut eſt tex.ibiq́; Abb.in pen.
28 not.in c.olim,& in c.cum canonicis de cenſi.Nam † in con-
tractibus attenditur æſtimatio,& ualor pecuniæ,ſeu mone-
tæ promiſſæ,iuxta tempus contractus, & non iuxta tempus
ſolutionis,ut uoluit Specu.in tit.de oblig.& ſolut. in §.2. in
fin.uerbis,& idem uoluit Bar.in d.l.cum quid, & in d.l.pau-
lus colum.1.& ſequitur Paulus de Caſt.in d.l.cum quid, &
in d.l.quod te,ibique Alex.in 3.& 4.col.Imol.in d.c.quan-
to,& in d.clem.ſi beneficiorum,ibiq́; Pet.de Anch.Et quòd
debeat attendi tempus contractus,uoluit etiam Bald.in ad-
dit.ad Specu.in d.tit.de oblig.& ſolut.uerſi.obligatio lega-
lis: Et in hanc partem Oldrad. quoque uidetur inclinare
in conſil.250. nec ab ea Roma. diſcrepare uidetur in con-
ſil.123.idemque in terminis noſtris expreſsè uoluit Bald.in
l.illud in ulti.colum.C.de ſacroſanct.eccleſ.Datiarij igitur,
qui in caſu noſtro ducatos octingentos de camera ſoluere
tenentur,liberabuntur, ſi ſoluant illorum ualorem ad ra-
tionem æſtimationis,& ualoris,quo ducati de camera tem-
pore contractus ualebant,ex quo ſolutionis tempore duca
ti de camera non reperiuntur. Quæ opinio in caſu noſtro
ferè in indiuiduo confirmatur ex iis,quæ uoluit Ioan.Andr.
in additio.ad Specu.in d.tit.de obliga.& ſolutio.in §.2.in fi
nalibus uerb.in additio. incipien. olim, qui ponit quæſtio-
nem,quòd monaſterium decem annua eccleſiæ debebat,&
tempore obligationis factæ pecunia promiſſa erat uilis, &
de illa pecunia ſecundum eum ualorem uilem facta fuit ſo

lutio: demum ex decreto principis fuit ordinatum, quòd obligati ad ſoluendos annuos redditus tempore uilis monetæ tenerentur illos ſoluere in bona moneta de nouo iuſſu principis fabricata: dubitatum fuit, an monaſterium illa decem annua teneretur ſoluere de moneta uili, & antiqua ſecundum ualorem antiquum, an uerò de noua, & ſecundum nouum ualorem: dicit ibi Io. And. quòd monaſterium poſt decretum principis abſque dubio de antiqua, & ſecundum ualorem antiquum, qui tempore contractus erat, ſoluere potuiſſet, quia ualor, qui erat tempore contractus, debet attendi, ut ibi latius per eum, qui plura ad propoſitum conſiderat, & plura etiam refert Oldra. in d. conſil. 250. cuius dicta approbat Abb. in d. c. olim, & Roman. in d. conſi. 123. Ex quibus ad fauorem datiariorum eſt concludendum, ut iam dixi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu ultro, citroque obligatorio, ueluti ex contractu locationis, ad hoc, ut quis agere poſsit, quid requiratur.*
2 *Debitor retentione pecuniæ ſolui certo tempore promiſſæ uti, & illam non ſoluere poteſt, quando creditor non obſeruauit id, quod obſeruare debitori tenebatur,*
3 *Etiam ſi promiſiſſet ſoluere non obſtante quacunque exceptione;*
4 *Immò etiam ſi cum iuramento ſoluere promiſiſſet.*
5 *Promittens factum alienum cum iuramento, uel cum pœna adiecta obligatur.*
6 *Lata culpa eſt non facere ea, quæ quilibet homo feciſſet.*
7 *De caſibus fortuitis, & improuiſis etiam maximis quis ex pacto, quo ſe ad eos obligauit, etiam contra naturam contractus tenetur:*
8 *Niſi ex facto, & culpa locatoris, aut alterius contrahentis euenirent, & num. 12.*
9 *Culpa, & mora, quæ caſum fortuitum præcedit, facit quem teneri de caſu fortuito, & damno ex illo contingenti, & excuſat eum, qui aliàs ex pacto de eo tenebatur.*
10 *Pactum, quòd conductor teneatur, & cogi poſsit ad ſoluendum mercedē conuentam non obſtantibus aliquibus periculis, damnis, & caſibus fortuitis, quæ is contra locatorem poſſet allegare, ſi aliqua damna, & pericula poſtea fuerint ſpecificata, an de omnibus generaliter, an uerò de expreſsis tantum ſit intelligendum.*
11 *Conductor ex pacto proximè dicto cogi non poteſt ad ſoluendum, ſi locator ei pro parte ſua adimplenda, & obſeruanda non adimpleuit, nec obſeruauit;*
12 *Idem, ſi damna, & pericula, caſusque fortuiti facto, & culpa ipſius locatoris non ſolum lata, ſed etiam leui eueniſſent.*
13 *Dolus de futuro uerus, uel præſumptus per pactum etiam cum iuramento remitti non poteſt.*
14 *Iuramentum, quod eſſet contra bonos mores canonicos, & peccati nutritiuum, contractum ualidare non poteſt.*
15 *Pactum, quòd quis ſoluere debeat etiam non obſtante, quòd hoc ex parte creditoris onus conſcientiæ contineret, non ualet, & tanquam iniquum non eſt obſeruandum.*
16 *Lucrari contra conſcientiam, & cum aliena iactura non licet.*

EPITOME.

CONDVCTOR *pro damnis, & intereſſe paſsis mercedē, & penſionem conuentam retinere poteſt, nec ad ſoluendum cogi ualet, quamuis is cum iuramento promiſerit, pactoq́; expreſſo cōuenerit, ſe uelle teneri, & cogi poſſe ad ſoluendum certo tempore, non obſtantibus aliquibus damnis, periculis, & caſibus fortuitis in ampliſsima forma, ac etiam abſq; eo, quòd iſtud ex parte locatoris onus conſcientiæ contineret, quando locator ei pro parte ſua adimplenda, & obſeruanda non adimpleuit, nec obſeruauit, & culpa ipſius præcedente damna incurſa, caſusq́; fortuiti euenerunt.*

CONSILIVM CXLIIII.

VISO inſtrumento unà cū capitulis locationis factæ de datio gabellæ groſſæ per magnificam cōitatem ciuitatis Imolæ mediāte illius ſyndico do. Thuræ cōductori, ac uiſis proteſtationibus per do. Thuram dictæ cōitati ſæpius factis, aliiſq; mihi pro parte ipſius do. Thuræ exhibitis conſideratis, omiſſis ſuperfluis, ac ueritati adhærendo, de iure ad fauorem do. Thuræ concludendum eſſe magis cenſeo, quòd occaſione damnorum paſſorum, ac aliorū, de quibus in prædictis proteſtationibus, nec non in mādatis, & præceptis eidem do. Thuræ factis, ipſi de iure licitum fuerit, & ſit uti retētione ſolutionū mēſtruarum, quas is ex forma capitulorum dictæ cōitati facere tenebatur, non obſtantibus capitulis in dicto inſtrumento locationis cōuentis: Et ad ſic concludendum moueor in primis ex regula, & generali do-
1 ctrina ſcriben. † quòd ad hoc, ut quis ex contractu ultro, citroq; obligatorio, qualis eſt cōtractus locationis iuxta l. ſi ut certo §. nunc uidendū ff. commo. cū ſimil. requiritur, quòd prius conſtet, atq; probetur, ipſum uolentē agere pro parte ſua totū contractum cū effectu adimpleuiſſe, ut eſt text. in l. iulianus §. offerri, ibiq; Bar. ff. de act. emp. qui enim nō facit, quod debet, licet non adimpleā, quod ſibi debeo, contra illum obtineo, ut not. in l. ſi non fuerit per glo. ff. de iureiur. l. ſi in emptione §. item ſi emptor ff. de contrah. emp. & fruſtra is debitū petit, qui, quod debet, non impendit l. ædiles in fi.
2 ff. de ædil. edic. c. fruſtra de regu. iur. in 6. † Et hæc eſt iuſta cauſa retinēdi, & nō ſoluendi pecuniā, quam quis ex pacto certo tēpore ſoluere tenebatur, uidelicet qn̄ ipſi per creditorē non fuit obſeruatū, nec adimpletū id, quod creditor illi obſeruare, & adimplere tenebatur, ut eſt text. not. in d. §. offerri, ubi ponitur hic caſus, in quo debitori licitum eſt retētione uti, ultra alios caſus, de quibus habetur per Barto. & alios in l. ſi non fortē §. ſi centum ff. de condic. indebi. & per
3 Bar. in l. ſi inducta C. in qui. cau. pig. taci. contrah. Et † prædicta adeò ſunt uera, quòd ſi quis ſoluere teneretur, nō obſtante quacunque exceptione, nihilominus retentione uti poſſet in caſu, quo ſibi non fuiſſent obſeruata illa, quæ ſibi ex cōtractu debebantur, ut colligitur ex iis, quæ not. uoluit Bal. poſt glo. in l. ſi traditio C. de ac. emp. Sed cōitas Imolæ, quæ ex contractu locationis capitula do. Thuræ conductori ſeruare tenebatur, illa non obſeruauit, & in mora illa non obſeruandi fuit per interpellationes ſæpius ipſi cōitati factas iuxta l. ſi ex legati cauſa ff. de uerb. obli. ergo do. Thura poſtea ſolutiones debitas retinendo nō debet dici in mora aliqua conſtitutus, nec ad ſoluendū cogi poteſt, ex quo non fuit ipſi prius obſeruatum id, quod ex cōtractu ſibi pro parte cōitatis debebatur: & ad propoſitum benè facit id, quod uoluit Alex. in apoſtil. ad Bar. in d. §. offerri per tex. in l. ſi ſeruum §. ſequitur ff. de uer. obl. & in auth. dos data C. de dona. ante nup. l. nā uterq; ff. ne quis eum, & c. peruenit de iu-
4 reiur. † per quē tex. probatur prædicta etiā procedere, qn̄ quis cum iuramento promiſiſſet ſoluere, & ipſi prius cōuenta nō fuiſſent obſeruata, quoniā abſq; metu periurij poteſt denegare uelle ſoluere, ad quod facit l. cū proponas C. de pact. cum ſimil. alleg. ibi, & in d. c. peruenit. Quòd autē cōitas prius non obſeruauerit ea, quæ in capitulis promiſerat, & ſic fuerit in mora, cōſtat, nā cū pœna, & iuramēto promiſit ſeruare cōtēta in capitulis, ī quibus ſe obligauerat, quòd oēs tranſeuntes portātes, ſeu cōducentes, uel extrahentes merces, res, & bona ex territorio, & per territoriū ciuitatis Imolæ exceptis rebus, & bonis Sanctiſs. D. N. & Mag. do. Iacobi de Saluiatis, ſoluerēt, ac ſoluere deberent datiū, & gabellā do. Thuræ prædicto conductori, ut in quarto capitulo
5 dicti cōtractus continetur: † per quā promiſſionē, & conuētionē præfata cōitas ſaltē poſtquā fuit interpellata, debuit facere, & curare, quòd omnes perſonæ tranſeuntes, cuiuſcunque conditionis, & ſtatus eſſent, dictū datium ſoluerent arg. eorum, quæ habentur per Alex. & doct. cōiter in l. ſtipulatio iſta in prin. ff. de uerb. obli. per plura, quæ ipſi allegant, quæ breuitatis cauſa nō refero, ubi uolunt, quòd licet promittens

mittens factum alienum ſimpliciter non obligetur, tamen
hoc non procedit, quando iuratum eſſet, uel pœna fo-
ret adiecta: At in caſu noſtro fuit adiecta pœna, item fuit
iuratum, & communitati ſæpius fuit notificatum, & pro-
teſtatum, quòd dicta capitula obſeruari faceret, & cura-
ret, quod extra hentes fenum, frumenta, & alia extra ter-
ritorium, nec non conducentes res, & bona per territo-
rium, ac ciuitatem Imolæ, & per tranſitum ſoluere debe-
rent, quæ dicta communitas minime fecit, quinimmò ne-
glexit litem in ſe ſuſcipere, ſeu ſaltem iudices, & ſuperio-
res adire pro adimplemento dictorum capitulorum, ex
quibus conſtat de mora, & negligentia, immò de lata culpa
ipſius communitatis, quia neglexit facere ea, ad quæ ex for
ma contractus, & quæ quilibet homo etiam negligens fe-
ciſſet, & maximè cum ad inſtantiam do. Thuræ ſæpiſſimè
6 fuerit ſuper præmiſſis interpellata, quia † lata culpa eſt non
facere ea, quæ quilibet homo feciſſet l. latæ culpæ ff. de uer-
bo. ſignifi. Bar. per illum tex. in l. quod nerua ff. depoſi. ergo
infertur ex prædictis, licitum fuiſſe do. Thuræ contraueni-
re, & retentione uti, donec ſibi fuerit ſatisfactum de pœna
conuentionali, uel ſaltem de ſuis damnis, & intereſſe, quæ
ex prædictis paſſus fuit, quamuis iurauerit in inſtrumento
ſoluere certis temporibus, & menſibus abſque exceptione
aliqua, ac etiam in caſu, & caſibus, quibus ipſe non potuiſſet
ex aliquo, uel ex aliquibus caſibus fortuitis, uel propter
guerram, uel ratione alicuius impedimenti percipere da-
tium, ſeu dictam gabellam non exercere, nec illius patien-
tiam habere, prout latius in primo capitulo dicti inſtrumen
ti, & contractus continetur. ¶ Præterea dicta communitas
tenetur do. Thuræ reſarcire damna, & intereſſe, quæ is paſ
ſus fuit pro illo tempore, quo communitas portas dictæ ci-
uitatis Imolæ claudere fecit, ac etiam quæ paſſus fuit ex cō
fectione cuiuſdam uiæ publicæ nouæ, de qua in dictis pro-
teſtationibus: propter quam uiæ confectionem multa com
miſſa, ſeu contrabanna facta, & perpetrata in damnum ip-
ſius do. Thuræ datiarij fuerunt: nam & ſi dicta damna for-
tè caſu fortuito, ſeu improuiſo eueniſſe dici poſſent, & cō
ſequenter in primo capitulo dicti contractus cōtineri, adeò
quòd illis non obſtantibus do. Thura omnino ſingulis mē-
ſibus ratas promiſſas, abſque aliqua exceptione ſoluere te-
7 neretur, † quoniam ad hoc ipſe do. Thura pacto ſe obliga
uit, quod pactum operatur, quòd etiam contra naturā cō-
tractus is de caſibus fortuitis, & improuiſis etiā maximis te-
neatur, ut in l. cōtractus, & ibi gl. l. ſi ut certo §. nunc uidēdū
ff. cōmoda. & habetur in l. quæ fortuitis C. de pign. actio. in
l. ſed & ſi §. quæſitū ff. ſi quis cautio. l. iuriſgentium §. item ſi
quis pactus ff. de pact. & in c. 1. de cōmoda. cū infinitis ſimi-
8 libus ubique allegatis, † tamē ex quo hæc dāna contigerūt
ex facto, & culpa ipſius cōitatis, quæ portas ciuitatis clau-
ſit, & dictā uiam fieri permiſit, atque conuenit, ex quibus
poſtea dicta dāna ſequuta fuerunt, ipſe do. Thura nō dici-
tur hmōi damna in ſe ſuſcepiſſe, ſed ad illa communitas te-
neri debet, quoniam licet quis de caſu fortuito non tenea-
9 tur, † tamen qn̄ culpa caſum præceſſit, facit illū teneri de
caſu, & de dāno ex illo caſu ratione culpæ contingente, &
excuſat eum, qui aliàs de caſu fortuito tenebatur, ut eſt tex.
clarus, ibique gl. & omnes canoniſtæ in d. c. 1. de commod.
ubi ſicut pactum facit quem teneri de caſu fortuito, ita cul-
pa, & mora, nam culpa præcedens caſum facit quē teneri
de caſu, ut ibi, & in l. 1. §. is quoque ff. de actio. & obli. l. in re
bus ff. cōmoda. c. 2. extra de depoſi. legiſtæ cōiter in d. l. quæ
fortuitis, & eſt tex. in §. item is, cui Inſti. quibus mod. re cō-
tra. oblig. Quòd autem communitas præfata fuerit non ſo-
lum in mora, & culpa, hoc eſt in negligētia, quæ per ſe ſuf-
ficerēt, ſed etiā in lata culpa, cōſtat ex prædictis, & lata cul
pa in contractibus dolo æquiparatur, ut in d. l. quod nerua:

ex quibus infertur, quòd dicta cōitas oīno teneri debet ad
huiuſmodi dāna, quæ poſt morā, ac etiam ratione culpæ ip-
ſius fortè etiam latæ ſequuta fuerunt per ſupra dicta. ¶ Nō
obſtant modo illa, quæ ad fauorē communitatis contra do.
Thurā fortè adduci poſſent, & maximè contenta in primo
capitulo dictæ locatiōis, quæ prima facie aduerſus do. Thu
ram multū ſtringere uidentur, ut is ad ſoluendum mēſtrua
tim ratas conuentas teneatur, & cogi poſſit, non obſtātibus
aliquibus prætenſis periculis, & caſibus fortuitis, ac damnis,
quæ contra communitatem poſſet allegare, quoniam pri
10 mo dici poteſt, † quòd ex quo poſtea aliqua dāna cū aliqui
bus caſibus fuerunt ſpecificata, ſub illa uerborū generalita-
te non dicuntur comprehenſi caſus noſtri, qui non fuerunt
expreſſi arg. l. ſed & ſi §. quæſitum ff. ſi quis cautio. cum ſimil.
ibi allegatis, & l. fi. in fin. ff. de uino, oleo, triticoq; leg. vel ſe
11 cundo, & melius dicendum eſt, † quòd licet do. Thura de ca
ſibus fortuitis, & improuiſis teneri deberet, ut illis non ob-
ſtantibus ratas conuentas ſoluere teneatur, prout in dicto
primo capitulo, tamen hoc eſt uerum, qn̄ pro parte cōmu-
nitatis conuenta, & promiſſa ipſi do. Thuræ fuiſſent obſer-
uata, & hoc communitas prius debuit probare, alioquin ſuc
cumbere debet, licitumq; eſt do. Thuræ uti retentione, non
obſtantibus per eum promiſſis, & iuratis: Sed communitas
non obſeruauit, nec probauit ſe obſeruaſſe, & re uera non
obſeruauit, ueluti ſupra in primo fundamēto dictum, & de-
12 monſtratum fuit, ergo &c. Tertio dico, † dictum do. Thurā
de caſibus fortuitis, & ad ſoluēdum, ut ſupra, teneri debuiſ-
ſe, niſi culpa ipſius communitatis dictos caſus fortuitos, &
damna incurſa præceſſiſſet; & tāto magis, ſi lata culpa com
munitatis præceſſit, quoniam etiam ſimplex culpa leuis ex-
cuſat illum, contra quem commiſſa fuit, & facit eum, qui
culpam commiſit, de caſibus fortuitis, & damnis teneri, ut ſu
pra dictum fuit in ſecundo fundamento, & præſuppoſito,
interueniſſe latam culpam communitatis, quæ dolo, & frau
di eſt ſimilis d. l. quod nerua cum ſimilibus, ſequitur, quòd
do. Thura nullo modo de caſibus fortuitis, & de damnis, ac
periculis ratione latæ culpæ, & ſic doli, & fraudis ipſius com
munitatis contingentibus teneri debet, quamuis ad dictos
caſus, dictaque damna per pactum, & iuramentum ſe obli-
13 gauerit, nam † per pactum dolus de futuro uerus, uel præ-
ſumptus etiam cum iuramento remitti non poteſt, ne mate
ria, & occaſio peccandi detur d. l. contractus cum glo. ff. de
reg. iur. d. l. iuriſgentium §. & generaliter ff. de pact. l. con-
14 uenire ff. de pact. dot. & l. ſi unus §. illud ff. de pact. † Et iu-
ramentum huiuſmodi contractum etiam de iure canonico
ualidare non poteſt, quia eſſet contra bonos mores canoni
cos, cum eſſet iniquitatis uinculum, & peccati nutritiuum,
& ideò non ſeruandum, ut in c. cum contingat, & c. ſi uerò
de iureiuran. c. licet mulieres eod. tit. in 6. & authen. ſacra-
menta puberum C. ſi aduer. uendit. ¶ Et ex proximè dictis
15 infero, † quòd dum ipſe dominus Thura ſe obligauit ad ſol
uendum dictæ communitati ratas quolibet menſe non ob-
ſtante aliquo damno contingente ex quocunque caſu for-
tuito in ampliſſima forma, & abſq; eo, quòd ex parte dictæ
communitatis iſtud contineret onus conſcientiæ, & conſe-
quenter non obſtante exceptione peccati iuxta tex. in c. fi.
de præſcrip. cum ibi not. hæc promiſſio à domino Thura ſic
facta non ualuit, neque illius occaſione aſtringi potuit, quo
niam talis promiſſio, & obligatio dicitur eſſe contra bonos
mores canonicos, & eſt nutritiua peccati per prædicta: Et
in hac materia in quocunque foro etiam ciuili ſtandum eſt
diſpoſitioni non iuris ciuilis, ſed iuris canonici, ut in dicto
cap. fin. ibique omnes de præſcript. & in capitu. 1. de noui
operis nunciatio. & habetur etiam in cap. 1. & in cap. quæ
in eccleſiarum de conſtitutio. Et profectò dicta conuentio
in ſe continet, ſapitq; iniquitatem maximam, & nullo mo

do eſt obſeruanda,cum ſit cõtra æquitatem naturalẽ,quòd
dicta communitas contra conſcientiam debeat cum aliena
16 iactura lucrari, † quod non licet, nec fas eſt, ut habetur in
d.c.fin.l.nam hoc natura ff.de condic.indeb.& docto.com-
muniter in l.ſequitur §.ſi uiam ff.de uſucapio. quicquid ibi
uoluerit Bar.qui communiter reprobatur, ut ibi per Rom.
& alios. Quare ex præmiſſis,& aliis,quæ potuiſſem in præ-
ſenti cauſa adducere,ſed ea,ne longior eſſem,omiſi,de iure
magis concludendum eſſe ſum arbitratus ad fauorem do-
mini Thuræ contra ipſam communitatem,quòd ei reten-
tione uti licuerit, donec ſibi fuerit ſatisfactum de damnis,
& intereſſe ob cauſas prædictas paſſis,non obſtantibus capi
tulis etiam iuratis in dicto inſtrumento locationis poſitis,
ac etiam non obſtantibus aliis ſupra ad fauorem dictæ com
munitatis allegatis,& cæteris, quæ in eius fauorem poſſent
conſiderari, quibus ex prædictis reſponſum facile accom-
modari poteſt. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Locationis contractus à contractu emptionis quomodo dignoſcatur.

2 Pactum in contractu locationis in continenti adiectum, quod conductor certum quid in fine locationis tradere, & dimittere teneatur, cohærentia contractus ueſtitur, & ex eo contractus quidam innominatus reſultat, etiam ſi aliàs contentum in pacto per ſe eſſet contractus nominatus, duplexque actio ad id, quod in pacto continetur, competit, & quæ, & nume. 5.

3 Pactum locationis à conductore exequendum, & ad fauorem locantis tendens tanquam pars pretij, & mercedis conuentæ in contractu principali locationis merè ad ipſius locantis fauorem adiectum cenſeri debet.

4 Et conductor pactum illud omnino adimplere tenetur.

6 Venditor læſus ultra dimidiam iuſti pretij non poteſt remedio l. 2. C. de reſcinden. uendit. uti, quando contractus emptionis uenit acceſſoriè ad aliũ contractum nominatum, & in pacto adiecto contractui nominato tanquam pars pretij, & mercedis principalis contractus continetur, ſed ſolum in caſu, in quo contractus uenditionis principaliter, & ſimpliciter fuit celebratus, & num. 8.

7 Extenſio in exorbitantibus fieri non poteſt.

8 Ex pacto in locatione adiecto in fauorem locantis, quod aliàs per ſe eſſet contractus emptionis, conductor ultra dimidiam iuſti pretij læſus dici non poteſt, neque ei datur remedium l. 2. C. de reſcind. uendit.

9 Læſus ultra dimidiam iuſti pretij quid petere, & quomodo agere debeat.

10 Contractus principalis ſi ualeat, nec reſcindi poſſit, contractus etiam ad illum acceſſoriè ex pacto appoſito ueniens ualebit, nec reſcindi poterit.

11 Venditor ad hoc, ut dicatur læſus ultra dimidiam iuſti pretij, ſecundum tempus, quo fit contractus, pretium debet attendi.

12 Venditione perfecta tàm periculum, et incommodum, quàm commodum, & utilitas etiam circa rei pretium intrinſecè, & extrinſecè eſt emptoris, licet etiam uenditio ſub conditione facta eſſet.

13 Remiſſio non fit propter læſionem re ipſa interuenientem in tranſactione, ac etiam in pacto circa contractum principalem appoſito.

14 Remiſſio, quæ aliàs de iure conductori fieri deberet, non eſt ei facienda, ſtante pacto, quòd in nullo caſu, & nullo modo ipſi conductori aliqua fieri debeat remiſſio.

EPITOME.

CONDVCTOR datii ſalis, qui in contractu locationis pacto expreſſo conuenit, & promiſit tradere, & dimittere locatori in fine locationis certam ſalis quantitatem pro certo pretio, ſi ante finem locationis ſalis pretium fuerit auctum, non poteſt ſibi etiam dictum pretium augeri petere, ſed omnino ſalis quantitatem promiſſam pro pretio conuento in fine locationis tradere, & dimittere tenetur; neque ex hoc ſe læſum dicere poteſt.

CONSILIVM CXLV.

VISO puncto exhibito, diligenterq; conſideratis pe-
titione pro parte Magnificæ cõitatis Fauentinæ fa-
cta,& exceptionibus partis aduerſæ,omiſſa lõga hinc
inde diſputatione,ut rem quoad breuius poſſim abſoluam,
Puto partes domini iudicantis debere eſſe in condẽnando
filios,& hæredes Ludouici reos conuentos ad tradendum,
dimittendum,& relaxandũ præfatæ cõitati ſacchos cẽtum
ſalis ad rationem dimidij unius ducati pro ſingulo ſaccho,
prout conuentũ fuit,& in petitione cõtinetur.Et præſuppo
1 no in primis, † quòd inter cõitatem prædictã, dictumq; Lu
douicum locationis, & conductionis contractus fuit cele-
bratus,prout infertur tàm ex uerbis illis conceſſerunt,& lo
cauerunt,& ibi pro ſe,& ſuis hæredibus conducenti datiũ,
quàm etiam ex annua præſtatione facienda,quia conuentũ
fuit pretiũ annuatim,& ſingulo anno debere ſolui,nec non
ex pacto facto ſuper remiſſione nõ facienda,quod propriè,
& magis contractui locationis,quàm uenditionis conuenit
iuxta l.ex conducto in princip.l.ſi merces §.uis maior,& l.ſi
quis fundum in prin.ff.loca.ac etiã ex pluribus alijs,de qui-
bus omnibus habetur per Bar.in q.ſua incip. publicanus, &
aliqualiter in l.cotem §.qui maximos ff.de publica.ubi po-
nit, quo modo cõtractus locationis in terminis noſtris à cõ
tractu emptionis cognoſcatur:Huic tamen contractui loca
tionis incontinenti, ſeu in ipſo cõtractu adiectũ fuit hoc pa
ctum ad fauorem cõmunitatis locantis ab ipſo conductore
exequendum, quòd Ludouicus cõductor teneretur in fine
locationis tradere,dimittere, & relaxare in fundico canipa
rũ dictæ cõitatis ſacchos centum ſalis ad rationem, ſeu pro
pretio dimidij unius ducati pro quolibet ſaccho. Ex quo in
2 fertur, † quòd huiuſmodi pactũ cohærentia contractus ue
ſtitur,& habita relatione ipſius ad contractum reſultat con
tractus innominatus facio,ut des,ſeu ut facias,ex quo pacto
ad id,quod in pacto uenit,& cõtinetur,duplex poteſt actio
competere,uidelicet actio præſcriptis uerbis,& actio ex ip
ſo contractu per pactum informata, ut in l. in bonæ fidei,
& in l.petens,ubi plenè doct.ſcribunt C.de pact. & l.2.C.
3 de pac.inter empt.& uend.cum ſimil.Item infertur,† quòd
cũ id,quod uenit in pacto,ad fauorem locantis tendat,ſitq;
expediendum,& exequendum à conductore,qui ex natura
contractus principalis ad mercedem tenetur,illud merè ad
fauorem locantis cenſeri debet adiectum tanquã pars pre
tij,& mercedis conuentæ in principali cõtractu locationis,
ut eſt tex.cum glo.in l.fundi partem ff.de contrahen.empt.
quia præſumitur, quòd locator cum hac pacti adiectione
uiliori pretio,& mercede locauerit,ut conditio illa ſibi præ
ſtaretur,ueluti probat tex.ille iuncta glo. in uer.uendidiſti:
4 & † ideò conductor,ſeu illius hæredes ad id, quod in pacto
continetur,adimplendum tenentur tàm actione ex contra-
ctu informata, quàm actione præſcriptis uerbis ex illo pa-
cto oriente,ex quo habita relatione ipſius ad contractum
reſultat contractus innominatus:& per illum textum nota-
5 biliter infertur, † quòd etiam ſi id, quod in pacto contine-
tur,per ſe contractus nominatus eſſe dicatur,tamen ex illo
pacto habita eius relatione ad contractum principalem no
minatum reſultat quidam contractus innominatus, ex quo
oritur actio præſcriptis uerbis, ſeu informatur actio, quæ
ex contractu principali oritur, ut eſt ibi textus, iunctis iis,
quæ habentur in dicta l.in bonæ fidei: Nam in dicta l.fun-
di partem contractui emptionis, qui principaliter age-
batur, acceſſit pactum,quòd reliquam rei dimidiam em-
ptor pro certa mercede conductam haberet, & ſic id,
quod in pacto continebatur, per ſe erat contractus no-
minatus locationis iuxta l. 2. ff. locati, & tamen habita
relatione illius pacti ad contractum uenditionis principa-
liter actum reſultat contractus innominatus, ut ex illo pa-
cto informetur actio ex ipſo contractu principali, uide-
licet actio ex uendito, ut illa agi poſſit ad id, quod in pacto
adiecto continetur,& hoc non ex alio, niſi quia id, quod
in pacto uenit, & continetur, dicitur eſſe pars pretij
princi-

principalis contractus,quia præſumitur uiliori pretio uendidiſſe,quod pretium uilius ſuppletur per id,quod in pacto continetur. Cum itaque in terminis noſtris principaliter fuerit celebratus contractus nominatus locationis, & illi fuerit incontinenti, uel in ipſo contractu adiectum pactum de dando, ſeu tradendo, & dimittendo ſacchos centum ſalis pro pretio dimidij unius ducati,licet hoc pactum per ſe contractum nominatum emptionis, & uenditionis contineat,tamen habita relatione illius,& conſequenter contractus uenditionis ad contractum principalem locationis, dicetur reſultare quidam contractus innominatus, ex quo actio præſcriptis uerbis orietur, & ex eo actio contractus principalis informari dicetur, ſicut ècontra habita relatione pacti locationem in ſe continentis ad contractum uenditionis principalem dicitur talis contractus innominatus reſultare,ut in d.l.fundi partem;contrariorum enim eadem eſt ratio argumento l.inter ſtipulantem §. ſacram, ibique Bart.ff.de uerborum obligatio.nec inter hos caſus diuerſitatis ratio dari poteſt,ergo &c.l.à titio ff.de uerbo. obligat. ¶His præſuppoſitis,& ita ſe habentibus,infertur,quòd pro illis centum ſacchis ſalis, quos hæredes præfati Ludouici communitati Fauentinæ tradere tenentur, ipſi petere nequeunt,ut eis pretium augeatur, ſed illos ſacchos centum ſalis dictæ communitati in fundico caniparum ſalis abſque aliquo pretij, & ualoris ſalis augmento, ſeu ſupplemento tradere,& relaxare tenentur;& hoc pluribus rationibus,&
6 fundamentis: Primo, † quia licet quando uenditor in contractu ſimplici uenditionis læſus ultra dimidiam iuſti pretij reperitur,poſſit petere, ut ſibi iuſtum pretium ſuppleatur, uel contractus uenditionis reſcindatur,ut in l.2.ibique docto.poſt gloſam C.de reſcinden.uendit.& in c.cum dilecti, ubi plenè habetur, extra de empt.& uendit.tamen quando contractus emptionis ad alium contractum nominatum acceſſoriè ueniret, ut quia in pacto adiecto iuxta contractum nominatum contineretur, & ſic contractus uenditionis eſſet tanquam pars pretij,& mercedis principalis contractus, tunc non reperitur,quòd uenditor poſſit petere,uel quòd ſibi iuſtum pretium ſuppleatur,uel quòd à contractu recedatur,tum quia illa diſpoſitio d. l. 2. dicitur eſſe exorbitans à regulis iuris,quæ uolunt non poſſe expoſtfacto à contractu emptionis celebrato recedi,ut in l.ab emptione ff.de pac.& l.ſicut C.de act.& obli.ergo cum loquatur in caſu, quo ſimpliciter,& principaliter contractus uenditionis fuit celebratus,ut in d.l.2.& in d.c.cum dilecti,nō debet ad aliū caſum, & maximè mixtum trahi per ea,quæ habentur per doct.ma-
7 ximè Alex.in l.2.in prin.ff.de uerb.obli.tum quia † in exorbitantibus extenſio fieri non poteſt c.quæ à iure de reg.iur. in 6.l.ſi uerò §.de uiro ff.ſolu.matri.per Alex.& alios in l.ſi conſtante in prin.eo.tit.nam non reperitur,quòd ob læſionem ultra dimidiam iuſti pretij poſſit reſcindi cōtractus ille uenditionis,qui continetur in pacto appoſito iuxta contractum,ex quo pacto habita relatione illius ad contractum reſultat contractus innominatus,quoniam huiuſmodi contractus uenditionis non dicitur principaliter factus,nec per ſe principaliter conſideratur,ſed cōſideratur, ut pars alterius contractus,uidelicet locationis, cum quo mixturam habet, cuiusq; pars pretij,& mercedis dicitur, ut ſupra dixi, per d. l.fundi partem:diſpoſitio ergo d.l.2.& d.c.cum dilecti locū
8 in caſu noſtro non habebit. ¶Præterea † cum huiuſmodi pactum,quod in ſe uenditionis contractum continet,dicatur eſſe pars pretij,ſeu mercedis principalis contractus locationis,quia præſumitur à lege, quòd principalis contractus locationis fuerit pro uiliori mercede factus,& ad eam ſupplendam pactum illud in fauorem locatoris fuerit adiectum,ut eſt tex.cum glo.in d.l.fundi partem,ſequitur,quòd læſio ultra dimidiam iuſti pretij ſimpliciter dici,& conſiderari non poteſt reſpectu dictorum centum ſalis ſacchorum ad rationem dimidij unius ducati pro quolibet ſaccho,quoniam in caſu noſtro contractus emptionis,& uēditionis nec per ſe,nec principaliter conſideratur,ſed tanquam quid acceſſorium,& pars alterius contractus, uidelicet locationis, quæ cenſetur,& præſumitur facta pro uiliori mercede, ad cuius ſupplementum fuit appoſitum illud pactum uenditionem in ſe pro certo pretio continens,cuius pretij læſio nō poteſt dici ſimpliciter eſſe ultra dimidiā iuſti pretij, ex quo hic contractus uenditionis ſimpliciter de per ſe non conſideratur,ſed ut quid acceſſorium, & tanquā pars mercedis alterius contractus locationis pro uiliori pretio, & mercede iuris præſumptione factæ:Vnde ſi iuſtum pretium ſalis, prout de præſenti uenditur,ſuppleretur, & ſic in hoc prætenſæ læſioni hæredum Ludouici ſuccurreretur, inferretur damnum ipſi communitati, ad cuius fauorem illud pactum pro ſupplemento ueri pretij,iuſtæque mercedis datij locati fuit adiectum,nam ipſi communitati detraheretur,& minueretur id,quod ſibi pro ſupplemento iuſtæ mercedis promiſſum fuerat. Et propterea quomodo dicti hæredes poſſunt prætendere Ludouicum eorum patrem fuiſſe ultra dimidiam iuſti pretij dictæ quātitatis ſalis læſum, ſi eam quantitatem pro illo pretio ipſi communitati uendere, ſeu tradere promiſit in recompenſationem læſionis dictæ communitatis,quæ pro uiliori pretio,&mercede locaſſe præſumitur, ut in d.l.fundi partem? Non poſſunt ergo dicti hæredes ſimpliciter prætendere Ludouicum eorum patrem ſimpliciter fuiſſe læſum ultra dimidiam iuſti pretij,quia hæc ſalis uēditio per ſe ſeparatim,& ſimpliciter non conſideratur, ſed tanquam ſupplemētum iuſti pretij, & mercedis contractus
9 locationis principaliter factæ. ¶Accedat ad hæc, † quòd eo caſu,quo læſio ultra dimidiam iuſti pretij contingit, peti debet uel ſuppleri iuſtum pretium, uel contractum reſcindi,alioquin is,qui alterum præciſè petit, non auditur d.l.2. & d.c.cum dilecti,ibique doct.omnes: Sed in caſu noſtro hi hæredes petierunt præciſè iuſtum pretium ſuppleri debere,ergo &c.Et quamuis petiiſſent uel reſcindi contractum, uel iuſtum pretium ſuppleri,adhuc eorum petitio non eſſet admittenda,primo quia ſupplementum pretij abſque læſione,& damno communitatis fieri non poſſet,ut dictum fuit,
10 Secundo,quia † contractus etiam non poſſet reſcindi, niſi reſcinderetur etiam principalis contractus locationis,cuius pars,& acceſſorium eſt contractus uenditionis comprehenſus in pacto appoſito iuxta contractum locationis,& conſequenter reſcinderetur principale propter reſciſſionem acceſſorij, quod non eſt dicendum, quia acceſſorium in hoc debet ſequi principale,& non è contra,& ideò cum contractus principalis ualeat,nec reſcindatur, idem eſt de acceſſorio dicendum argumen.c.acceſſorium cum materia de regul.iur.in 6.l.1.& 2.ff.de pecul.lega. ¶Alia quoq; ratione concludo non poſſe in caſu noſtro propter læſionem ultra
11 dimidiam iuſti pretij peti ſupplementum iuſti pretij, † quia ad hoc,ut uēditor in pretio læſus dicatur, debet inſpici tempus,quo fit contractus,& conuentio celebratur, nō autem tempus poſtea,ut concludunt omnes doc.poſt glo. in d.l.2. & in d.c.cum dilecti,& faciunt ea, quæ habentur per ſcrib. per illū tex.in c.in ciuitate,&in c.nauigāti de uſur.ubi an cōtractus dicatur licitus,nec ne,quando quis rē ad tēpus uendit,pretiū,quod erat tēpore contractus,conſiderari debet; At in caſu noſtro hæredes Ludouici prætendunt læſionem interueniſſe alio tempore, & poſt contractum celebratum, poſt quē aſſerunt pretiū ſalis fuiſſe auctū,ergo non poſſunt allegare interueniſſe læſionē, ex quo tēpore cōtractus læſio
12 re uera non interuenit. Præterea † perfecta uēditione,quæ ſolo cōſenſu perficitur,ut in l.ab emptione cum ibi no.ff.de pac.cum ſim. ſicuti oē periculū deteriorationis intrinſecè,

& extrinſecè eſt ipſius emptoris l.1.in princ.& l.neceſſario §.1.ff.de peric.& commo.rei uendi, ita omne commodum, & utilitas extrinſecè,& intrinſecè debet ad ipſum ſpectare, quia regula eſt, quòd cuius eſt incommodum, illius etiam debet eſſe commodum,& è contra l.1. & per totum C. de pericu.& commo.rei uendi. & Salice. & alij in d.l.j. col.j. exemplificant de commodo, & incommodo conſiſtente etiam circa pretium,& æſtimationem rei,ut quia poſt contractum celebratum pretium rei auctum, ſeu diminutum fuiſſet,hoc enim commodum,& incommodum ad emptorem pertinet,& non ad eum,qui uendidit, ſiue purè,ſiue in diem,ſiue ſub conditione, nam quoad pertinentiam commodi,& incõmodi contractus dicitur perfectus,ſtatim quo celebratus fuit,conſenſu utriuſque partis interueniente, licet etiam ſub conditione factus fuiſſet, ut in d.l.neceſſario §.1.& ibi docto.& Salic. Bal. & alij in d.l.1. ¶ Adde,quòd
13 † ex quo prætenditur læſio re ipſa non circa contractum principalem,ſed circa pactum iuxta cõtractum appoſitum, alicui remiſſioni locus eſſe non debet, quia ſicut in transactione propter læſionem re ipſa non fit remiſſio, ita nec in pacto,ut inquit Bal.in l.1.in 2.col.uerſic.unum tamen ſcias
14 C.de pact.¶ Conſiderandũ eſt etiam, † nos eſſe in caſu, in quo nullo modo aliqua remiſſio, ſeu pretij ſupplementum fieri debet, quia & ſi aliàs de iure in caſu noſtro fieri deberet,quod negatur,tamen ſtante conuentione inter ipſos contrahentes,quòd in nullo caſu,& nullo modo Ludouico conductori, & qui etiam dictos centum ſacchos ſalis pro dimidio unius ducati pro ſingulo ſaccho tradere, & relaxare promiſit,aliqua deberet fieri remiſſio, ratione damni,quod dicti hæredes ob augmentum pretij, & ualoris ſalis prætendunt, quamuis damnum etiam ſit enorme, nulla eſt ipſis hæredibus facienda remiſſio, ex quo ita pacto expreſſo conuentum extitit argum.l.ſi quis fundum in princ. ff.loca.& l.1.§.1.ff.de pericu.& commo.rei uend.cũ ibi not. ¶ Præterea & ultimo cum pro parte communitatis omnia promiſſa,& conuenta eius nomine fuerint ab eius agentibus dicto Ludouico,& conſequenter eius hæredibus obſeruata,ac adimpleta,& præſertim cum Ludouicus uigore breuis apoſtolici tantam ſalis quantitatem pro pretio conuento habuerit,& cum effectu conſequutus fuerit, quæ neceſſitati dictæ communitatis,eiusque ſubditorum pro toto tempore ſuæ conductionis ſufficiens erat,ſequitur,quòd etiam ipſe Ludouicus, & conſequenter hæredes ſui omnia, quæ promiſit Ludouicus obſeruare, & adimplere tenentur, & imputandum eſt ipſi Ludouico,ſi ſal, quod debuit reſeruare,pro ſatisfaciendo communitati,ſicut promiſerat,aliis uẽdiderit,& de eo uelle ſuum fecerit argumento l.iulianus §. offerri,ibique Bar.Paul.de Caſt.& alij ff.de act.emp. Et ex his, aliiſque multis ad fauorem dictæ magnificæ communitatis adductis dico omnino pronunciandum eſſe ad fauorẽ ipſius communitatis cõtra,& aduerſus dictos hæredes, qui condemnandi ſunt ad tradendum,dimittendum, & relaxãdum dictos centum ſacchos ſalis pro pretio dimidij unius ducati pro quolibet ſaccho,nõ obſtantibus exceptis,& allegatis per dictos hæredes,quibus omnibus ex ſupra deductis reſponſio colligi poteſt. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ad decem annos dicitur conductor ad longum tempus.*
2 *De emphyteota ad conductorem ad longum tempus argui poteſt,*
Et an uerum ſit num.19.
3 *Emphyteota tenetur ad onus collectæ, & ad alia onera circa rem, & propter rem conductam contingentia abſque ſpe remiſſionis mercedis.*
4 *De uſufructuario ad conductorem ad longum tempus arguitur:*
Et an hoc ſit uerum num.20.
5 *Vſufructuarius tenetur ad omnia onera tàm realia, quàm ad illa, quæ ratione rerum perſonæ imponuntur, & ad illa etiam, quæ extraordinariè pro reparatione uiarum, & ſimilium imponerentur, & numero 16. & 20.*
6 *Maritus ad collectas,tributa, & alia onera rebus dotalibus impoſita,uel etiam perſonæ ratione rerum tenetur, nec ſoluta repetere poteſt, & quare num.21.*
7 *Collectas,tributa, & ſimilia ſoluere ſpectat ad poſſeſſorem,qui omnes rei fructus habet, & num.20.*
8 *Tributa, & alia onera realia ſoluit ille, qui prædia poſſidet, & fructus percipit:*
Et quomodo hoc procedat num.22.
9 *Conductores ad longum tempus continentur ſub diſpoſitione loquente de tenentibus, & conducentibus ad affictum.*
Affictuum appellatione continentur etiam penſiones,quæ pro locatoribus ad longum tempus factis ſoluuntur.
10 *Penſionum appellatione continetur etiam id, quod pro locatione ad longum tempus ſoluitur.*
11 *Diſpoſitio conuenit illis,quibus uerba conueniunt.*
12 *Conductor ad longum tempus non debet teneri de periculo,ſeu damno circa rem contingente abſque ſpe remiſſionis mercedis, & num.14. Secus in emphyteota, & quare.*
13 *Emphyteota quando non teneatur de damno, & periculo circa rem contingente abſque ſpe remiſſionis mercedis.*
15 *Conductor ad longum tempus non tenetur ad ſolutionem oneris, & collectæ abſque ſpe remiſſionis mercedis.*
17 *Conductor etiam ad longum tempus ad quæ onera teneatur, & ad quæ nõ, & an ad collectam.*
17 *Onus,quod imponitur rebus, & onus,quod perſonis pro ipſis rebus imponitur,differunt, & quomodo:*
Et quod ad conductorem, & quod ad locatorem pertineat.
18 *Ad onus impoſitum rebus omnes etiam eccleſiæ, & clerici tenentur,*
Ad illud uerò, quod perſonis pro rebus eſt impoſitum,eccleſiæ, & clerici non tenentur.
22 *L.i.C.de anno. & tribu.lib.10.declaratur.*

EPITOME.

CONDVCTOREM *etiam ad longum tempus non teneri ad collectam conducentibus, & tenentibus ad affictum pro rebus conductis impoſitam,ſed eam ad dominum, & locatorem ſpectare,hic demonſtratur.*

CASVS CONSILII.

PRO *refectione, ac reparatione cluſæ fluminis Rheni fuit pluribus, & diuerſis perſonis, ac præſertim fornicariis impoſita collecta pro rebus, & fornacibus commoditatem, & utilitatem ex aqua dicti fluminis habentibus, prout de impoſitione collectæ dictis fornicariis facta conſtat ex mandato Reuerendiſſimi domini Gubernatoris Bononiæ, quo mandabatur omnibus fornicariis,qui aqua fluminis Rheni utuntur, quòd centum millia laterum, ſeu lapidum inter ipſos fornicarios pro rata diuidenda dare deberent: Et ſi aliqui ex dictis fornicariis fornaces ab aliquibus ad affictum tenerent, & conducerent, ipſi ratas ſuas ſoluere deberent,illaſq; in affictibus, & penſionibus ab eis ſoluendis computare, excepta fornace fratrum, ſeu monachorum, & religioſorum Ciſtercienſium,quæ huic oneri ſoluendi,ut ſupra,non fuit ſubiecta: Stante mandato prædicto, quidam fornicarius,qui fornacem pro certo annuo affictu ad tempus, & terminum decem annorum conducebat,pro rata ſua compulſus fuit ſoluere libras quadragintaquatuor,animo tamen illas computandi in affictibus, & penſionibus,quas ex conuentione domino locatori ſoluere tenebatur,ſeu iam ſoluerat. Dubitatur, an hoc onus collectæ ad conductorem, & affictuarium ſpectet,an uerò ad dominum locatorem, Et an conductor,qui iam affictus locatori ſoluerat,poſſit ab eo dictas libras quadragintaquatuor repetere.*

CON-

CONSILIVM CXLVI:

QVOAD hæſitationem,quæ ex facti ſpecie prænar-
rata oritur,uideretur prima quidem facie dicendū,
1 quòd conductor ad decem annos, † & ſic ad longū
tempus iuxta not.per glo.in clemen.1. de rebus eccle. non
alien.& per docto.in l.1.C. de iure emphy. & in l. fin. ff.ſi
ager uectig.uel emphyt. pet.ad hoc onus collectæ tenea-
2 tur,& primo† arguitur de emphyteota,qui ſolum dominiū
utile,& poſſeſſionem naturalem dicitur habere, ad condu-
ctorem ad longum tempus, qui ſimiliter dominium utile,
& naturalem poſſeſſionem habere dicitur, ut de utro-
que habetur per glo. in l. ſi ut certo §. ſi duobus uehicu-
lum ff. commoda. per Bald. in rubr. C. de iure emphyt.
per Bartolum in l. 2. C. eodem titulo, & not. per Cardi.
in d.clemen. 1.per Bartolum in l.1.§. quod autem ff.de ſu-
perficie.& not.in l.quæro §. inter locatorem ff. locati cum
3 ſimilibus: Sed † emphyteota tenetur ad onus collectæ, &
ad alia onera,& incommoda circa rem,& propter rem cō-
ductam contingentia abſque ſpe remiſſionis mercedis, ut
eſt tex.in l.1.C.de iure emphyt. & in l.1. C. de indictio. lib.
10.l.2.C.de anno.& tribut. eod.lib. ergo & conductor ad
longum tempus ad illa tenebitur, cum emphyteotæ & re-
ſpectu dominij, & reſpectu poſſeſſionis æquiparetur, & ſit
4 ſimilis,ut ſupra.¶ Secundo hoc idem confirmatur † arguē-
do de uſufructuario ad conductorem ad longum tempus,
qui etiam ſimiles uidentur,quia uterque naturaliter tantū
poſſidet l.naturaliter in princ.ff.de acquir.poſſ.& de utroq;
habetur per glo.quæ ipſos æquiparat, in d.l. ſi ut certo §. ſi
5 duobus uehiculum: Sed † uſufructuarius tenetur ad omnia
onera tàm realia,quàm ad illa,quæ perſonæ ratione rerum
imponūtur,& ſic ad collectas,ad tributa, & ad ea, quæ etiā
extraordinariè pro reparatione uiarum, aquæductus publi
ci,& aliorum ſimilium imponerentur, ut eſt tex.in l.hacte-
nus,& in l.ſi pendentes §. cloacarij ff.de uſufruc. & l. quæ-
ro,ibique Bar.ff.de uſufr.lega.ergo & ipſe conductor ad il-
la eadem tenebitur,& onus in caſu noſtro impoſitum dici-
tur onus impoſitum perſonis ratione rerum, & ſic onus col
lectæ,ut ex mandato R. D.colligitur,& infra etiam dicetur.
6 ¶ Tertio † hoc demonſtratur ex tex. in l.neque ſtipendium
ff.de impen.in rebus dota.fac. ubi ſi maritus pro re dotali
ſoluit tributum,ſtipendium,uel aliud onus impoſitum re-
bus,uel perſonis ratione rerum,non poteſt id, quod ſoluit,
repetere ab uxore,uel eius hæredibus, quia dicit tex. onus
7 fructuum hæc impendia ſunt: & † Alexā. in l.his uerbis in
prin.ff.de leg.3.in addit.ad Bar.inquit,quòd poſſeſſor, qui
omnes fructus rei habet, tenetur ſoluere collectas, tributa,
& ſimilia: ex quibus infertur, quòd habens dominium utile
ex cauſa oneroſa,qualis eſt maritus in re dotali, ut eſt tex.&
ibi Bald.poſt glo.in l.in rebus, iuncta l. pro oneribus C.de
iure dot.tenetur ad collectas,tributa, & ſimilia, ſed condu-
ctor ad longum tempus quamuis habeat rem ex cauſa one-
roſa,tamen etiam naturaliter poſſidet, omneſque rei fru-
ctus habet,ergo ad collectas,1.& ſimilia teneri debet.
¶ Vltimo hoc uidetur decidi per tex. in l.1. C. de anno. &
8 tribu.lib.10.iuncta gl.†ubi traditur regula, quòd qui poſ-
ſeſſiones tenet,& fructus percipit,tenetur præſtare,& ſolue
re annonas, hoc eſt tributa,& alia onera realia, nam anno-
narum appellatione ibi continentur tributa, & onera rea-
lia,ut uolunt ibi Bal.& Ang.poſt Bar.Sed qui penſiones re-
cipit,hoc eſt locator ad ea nō tenetur, ergo clarè infertur,
quòd conductor,& non locator ad tributa, aliaque onera
realia tenetur.¶ Quibus tamen omnibus non obſtantibus,
contrariam opinionem in caſu præmiſſo ueriorem eſſe pu
to,quòd affictuarij, & cōductores etiam ad lōgum tempus
ad onus,de quo agitur,abſque remiſſione mercedis non te
neātur,ſed illud in effectu ad dominos,& locatores ſpectet,
& ſi affictuarij,ſeu conductores ſoluere teneantur,prout ex
uerbis mādati uidetur inferri,id,quod ſoluūt,poſſunt in affi
ctibus,& penſionibus debitis locatoribus cōputare, & ſi pē
ſiones,ſeu affictus iā ſoluiſſent, poſſunt ſolutū ratione one-
ris impoſiti ab ipſis locatoribus repetere: & in primis pon-
dero uerba mādati prædicti R.D. Gubernatoris, quæ ſunt
apta cōprehendere cōductores tàm ad longū,quàm ad mo
dicū tempus: dicitur enim in mādato, quòd fornicarij, qui
tenent fornaces ad affictū,debeant ſoluere ratas ſuas one-
ris impoſiti,& illas ponere,ſeu cōputare in affictibus debi-
9 tis dominis,& locatoribus, † appellatione aūt tenentiū, ſeu
conducentium ad affictū cōprehenduntur etiā conducto-
res ad longum tempus,& appellatione affictuum continē-
tur etiā penſiones,quæ pro locationibus ad longum tēpus
factis ſoluuntur,quia affictus,& pēſiones idē important,ut
10 eſt tex.ibique Ant.de But.& alij in c.ſi.de reſti.ſpoli.& †ap
pellatione pēſionum cōtinetur etiā id, quod pro locatione
ad lōgum tēpus ſoluitur,ut eſt tex.cum gl.in l. quæro §.in-
ter locatorem in gl.in uer.biēnij ff.loca.& ad propoſitū fa-
ciūt not.per Bar.in l.ſi fur ff.de uſufruc.ex cuius uerbis etiā
colligitur,quòd appellatione affictus continetur cōtractus
conductionis,ex quo conductori naturalis poſſeſſio acqui-
ritur,ſeu quòd ille,qui ad affictum cōducit, naturalē poſſeſ
ſionem habere dicitur,& cōſequenter qui ad longum tem
pus conducit,dicitur ad affictum conducere,alioquin con-
ducenti ad affictum naturalis poſſeſſio acquiri non dicere-
tur,niſi ad longum tempus conduceret ad not. per glo. in
d.l.ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum cum aliis ſupra allega
tis. Cū itaq; in mandato prædicto ſub eius uerbis cōtinean
tur etiam illi,qui fornaces ad longū tempus conduxerunt,
& quibus naturalis poſſeſſio fuit acquiſita,ergo & hi ratas,
quas ſoluerunt,dicuntur ſoluiſſe,ut illas in affictibus pone-
rent,& cōputarent iuxta dicti mandati diſpoſitionem,nam
11 † quibus uerba conueniunt,conuenit etiam diſpoſitio arg.
l.4.§.toties ff.de dam.infec.l.1.ad fin.ff.de aleato.l.in fraudē
in fin.ff.de milit.teſt.¶ Secundo ad propoſitū facit id,quod
uolunt Pet.Cyn. Bar.Bald. & cæteri communiter in l.1.C.
12 de iure emphy.dicentes, † quòd licet emphyteota, qui uti-
le dominium,& naturalem poſſeſſionem habet,teneatur de
periculo,& de omni damno,& incommodo circa rem cō-
tingēte abſq; ſpe remiſſionis mercedis,quia penes eū perpe
tuo eſt duraturū dominiū utile,& naturalis poſſeſsio, tamē
cōductor ad longū tēpus,penes quem dominium utile non
eſt perpetuo duraturum,non debet teneri de periculo, ſeu
damno,& incōmodo circa rē cōtingēte abſq; ſpe remiſsio
13 nis mercedis: Præterea † etiā emphyteota, penes quē do-
miniū utile eſt perpetuo duraturū,ſi pro pēſione rei ſolue-
ret aliquid nō in recognitionē directi dñij, ſed in recōpen
ſationem fructuū,ut quia ſolueret penſionem ferè ipſis fru
ctibus rei æquiualentem,tunc ipſe non tenetur de pericu-
lo,ſeu damno circa rem contingente abſque ſpe remiſſio-
nis mercedis, quæ ipſi fieri debet,quatenus damnum,& pe-
14 riculum ſe extendit: & † ideò cōductor etiam ad longum
tempus, qui penſionem ſoluit in recompenſationem fru-
ctuum, & non in recognitionem directi dominij, non te-
netur de periculo,nec de incommodo circa rem contingen
te abſque remiſsione mercedis, quæ de iure eſt illi facien-
da,quia periculum, & damnum propter rem, & circa
rem proueniens debet ad dominum locatorem, & non ad
conductorē ſpectare,ut uoluit Bar.quem communiter alij,
& præcipuè moder. ſequuntur in d.l.1. de iure emphyt.
15 ex quibus clarè infertur, † quòd in caſu noſtro ille, qui
fornacē ad affictū pro decē annis cōduxit, nō debet teneri
ad ſolutionē prædicti oneris collectæ abſq; ſpe remiſſionis
mercedis, etſi aliquid eius ratione ſoluit, debet illud in affi
ctibus,ſeu penſionibus ab eo ſoluendis computare,& ſi iam

penſiones,& affictus locatori ſoluiſſet,poterit id, quod ſol-
uit pro onere,& collecta prædictis, à domino locatore repe
tere,ut eſt tex.in l.ædiles.§.quicunque ff.de uia pub.qui tex.
loquitur uniuerſaliter de quocunque,qui habitat mercede,
quæ verba quicunque omnes, & quoſcunque conductores
comprehendit argumento l. baliſta cum ibi not. per Bart.ff.
ad Trebell.& ita in terminis uoluit Bal.in d.l.1.verſi. ſexto
in munere C.de iure emphyt. in hoc faciens differentiã in-
ter emphyteotam,& aliũ conductorem : Et ita etiam eſt de
mente ſpecul.in tit.de cenſi.§.nunc dicendum verſi.itẽ po-
16 ne. ¶ Vltimo pro concluſione prædicta facit id, † quod
volunt doct.communiter,videlicet Bar.Bal.& Ange. poſt
glo.in l.1.C.de anno & tribu.lib.10. qui dicunt, quòd licet
conductor,qui rem poſſidet,& fructus percipit, & ſic con-
ductor etiam ad longum tempus,& non dominus,qui pen-
ſiones recipit,teneatur ad onera, quæ merè ipſis rebus im-
ponuntur,quales ſunt collectæ,& alia huiuſmodi, quæ me-
rè ipſis rebus imponuntur,ut eſt tex.in d.l.1.& 2.C. de an-
no.& tribu.tamen ipſe non debet teneri ad onera, quæ per
ſonis ratione rerum imponuntur, cuiusmodi ſunt collectæ,
& alia ſimilia,quæ perſonis ratione rerum à republica, & ſu
periore imponuntur uel pro reparatione uiarum,vel aquæ
ductus,ſed hæc onera ad locatores,qui pẽſiones habẽt, ſpe
ctant, & ideò pertinent ad uſufructuarios, qui quo ad hoc
ſunt loco domini,& ita intelligatur d.l.ſi pendentes, d.l.ha-
ctenus,& d.l.quæro:Et ita expreſsè dicit Bal.in d.l.1.uolens
quòd onus collectæ non pertinet ad conductorem, ſed ad
locatorem,quia ipſe eſt dominus rei argumento l.neque ſti
pendium ff.de impen. in rebus dot. fac. Et † in hoc eſt
17 differentia inter onus,quod imponitur rebus,& onus, quod
imponitur perſonis pro ipſis rebus, quod appellatur colle-
cta,vt declarat Bar.poſt glo. in ver. incolis in l. reſcripto in
fin.ff.de muner.& honor.& in l.honorem,& in l.fin.§. patri
moniorum.ff.eod.tit. quia primum pertinet etiam ad cõdu
ctorem,ex quo poſſidet,& tenet,ac fructus percipit, ſecun-
dum uerò non pertinet ad ipſum,ſed ad locatorem,quia do
minus eſt,ut ibi per eos,qui dicunt etiam benè inſpiciẽdum
eſſe,qualiter, & quibus perſonis onus collectæ pro ipſis re-
bus fuerit impoſitum:Sed onus ſoluẽdi ipſis fornicarijs pro
reparatione, & conſtructione cluſæ Rheni impoſitum dici-
tur eſſe onus, ſeu munus ipſis fornicarijs ratione rerum , &
fornacum impoſitum,& cõſequenter dicitur eſſe onus col-
lectæ iuxta ea,quæ uoluit Bar.in d.l.reſcripto in fin. cum ſi-
mil. quod apparet primo ex uerbis mandati R. Domini,
quibus mandatur fornicarijs,ut pro fornacibus ſoluere de-
beant per ea,quæ uoluit Ange.in l.omnes.C. de anno.& tri
bu.lib.10.ſecundo conſtat etiam,quoniam ab hoc onere ſol
uendi ratione fornacum excipitur eccleſia Ciſtercienſium,
ſeu fornax dictæ eccleſiæ,ut in dicto mandato R.Domini cõ
tinetur,ergo ex hoc conſtat hoc eſſe onus impoſitum perſo
nis pro rebus,non autem ipſis rebus, † nam ad onus, ſeu
18 munus ipſis rebus impoſitum omnes etiam eccleſiæ,& cleri
ci tenentur,ſed ad illud,quod eſt perſonis pro rebus impoſi
tum,non tenentur clerici,nec eccleſiæ,ut eſt tex.in d.l.fin.§.
patrimoniorum,ibique Bart.iunctis not. per eum in d.l. re-
ſcripto in fin. & eſt bona glo.in rub. C. de muner. patrim.
lib.10.& glo.in d.l.2.C.de anno.& tribu.eod.lib. & Bar.in
l.1.C.de mulier.& in quo loco eod.lib. illud itaque onus ad
locatores,qui penſiones habent,ſpectare debet, quia domi
ni ſunt,& non ad conductores, & præſertim in terminis no-
ſtris hoc eſt concludendum , cum hoc onus dicatur fornica
rijs impoſitum cum hoc,quòd illi,qui tenent fornaces ad af
fictum,debeant ratas ſuas ſoluere, & illas in affictibus ſol-
uendis ponere,& computare,ut habetur in dicto mandato:
Sed fornicarius, qui dictas libras quadragintaquatuor pro
rata ſuæ fornacis ſoluit, dictam fornacem ad affictum tene
bat,ergo id,quod ſoluit,debet, & poteſt in affictibus ſoluen
dis computare,& ſi illos iam locatori ſoluiſſet, poteſt ab eo
dictas libras quadragintaquatuor repetere, cum de iure cõ
ductor ad hoc onus abſque ſpe remiſſionis mercedis non te
neretur per tex.in l.ædiles §.quicunque ff.de uia pub.& per
ea,quæ ſupra latius adducta fuerunt. ¶ Et ex prædictis ap
paret etiam reſponſum omnibus in contrarium ſupra alle-
19 gatis,quia † aliud eſt in emphyteota,& aliud in conducto
re etiam ad longum tempus, quia hic ſoluit penſionem in
recompenſationem fructuum, ille uerò in recognitionẽ do
minij,item quia penes conductorem ad longum tempus do
minium,ſeu poſſeſſio naturalis perpetuo eſſe non debet,ſe-
cus penes emphyteotam, ut ex dictis ſcribentium colligitur
in d.l.1.C. de iure emphyt.cum alijs præallegatis: Eodem
20 † modo apparet reſponſum ei, quod de uſufructuario di-
ctum fuit,& præſertim ex ijs,quæ in terminis uoluit Bart.in
d.l.1.C.de anno.lib.10.dicens,quòd ad conductorem, qui
tenet poſſeſſiones,& fructus percipit, non ſpectat onus ſol-
uendi collectam,ſeu munus ipſis perſonis pro rebus impoſi
tum,ſed pertinet ad locatorem, qui penſiones recipit, quia
ipſe dominus eſt,& ideò hoc onus etiam ad uſufructuarium
pertinet,quia quãtum ad hoc loco domini eſt,ut in d.l.quæ
ro cum ſimilibus. Similiter nõ aduerſatur id, quod dictum
21 fuit de marito,ut in d.l.neque ſtipendium, † quoniam ma
ritus dicitur eſſe dominus, & habere directum dominium,
& utile,ut in l.doce ancillam, ibique plenè habetur. C. de
rei uendica.Item ipſe poſſidet naturaliter, & ciuiliter d.l.in
rebus,ibique not. C. de iure dot.l. 1.§.ſi uir cum ibi not. ff.
de acquir.poſſ. Nec obſtat etiam d.l.1.C. de anno. & tribu.
22 lib.10. quia † loquitur de munere, ſeu onere merè reali,
quod ipſis rebus imponitur,non autem locum habet in mu-
nere,quod ipſis perſonis pro rebus imponitur, nam hoc ad
conductorem non pertinet,ſed ad locatorem, qui pẽſiones
recipit,& præſertim hoc habet locum in terminis noſtris,ſtã
te mandato R. Domini ſupradicto,& ut dictum fuit,ponde-
rato.Et ita iuris eſſe cenſeo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verba conductoris promittentis rebus locatis vti,& frui diligenter arbitrio boni uiri tanquam generalia, & ambigua ſunt contra locatorem interpretanda.*

2 *Inter contrahentes omiſſum debet haberi promiſſo, nec ſub verbis generalibus inſtrumenti comprehendi debet.*

3 *In locatione vltra pacta expreſſa nil ſeruari debet.*

4 *Mos regionis in aliquo contractu quomodo probari poſſit.*

5 *Conductor in fine locationis de ſuo ſeminare, nõ tenetur, niſi hoc fuerit expreſsè conuentum.*

6 *Conductor in fine locationis tenetur ſolum ad reſtituendam rem non deterioratam, & incorruptam, & quicquid eſſet ipſius conductoris in re locata, debet id ipſi à domino reſtitui.*

7 *Conductor, ut in vtilitatem locatoris opus aliquod in re locata faciat, debet expreſsè conueniri.*

8 *Conductor ad quid in vltimo anno conductionis teneatur.*

9 *L. ſi merces §. coductor ff. locati, dum uult conductorẽ teneri omnia ſecundum legem conductionis facere, item dum mandat conductori opera ruſtica ſuo quoque tempore facere, quomodo, de qua lege, & de quibus operibus intelligatur, & num. ſeq.*

11 *Conductor licet vltimo conductionis anno poſſet dici teneri bona locata ſeminare, non tamen intelligitur de ſuo ſemine.*

EPITOME.

1 CONDVCTOR, *etiam ſi promiſerit bonis locatis diligenter, & arbitrio boni uiri uti, & frui, tamen in fine, & ultimo anno locationis illa de ſuo ſeminare non tenetur, niſi hoc fuerit expreſsè conuentum.*

CON-

CONSILIVM CXLVII.

VISO inſtrumento locationis, & proceſſu cauſæ coram R. D. Auditore inter monachos S. Hieronymi locatores ex vna, & Vincentium de Flubis conductorem ex altera agitatæ ſuper quadam proteſtatione ſeminis ī, & ſuper poſſeſſionibus per dictos monachos præfato Vincentio locatis ſeminandi, de iure videtur eſſe ad fauorem Vincentij concludendum, quòd ſibi ius proteſtandi modo, & forma in dicta proteſtatione cōtentis competierit, cum is non teneatur, nec obligatus ſit hoc ultimo anno conductionis bona conducta de ſuo ſemine, ſuiſq; expenſis quantum eſt reſpectu ſeminis ſeminare ad utilitatem, & commodum monachorum, ad quos fructus annorum ſequentium ſpectare debent, & in primis, quia Vincentius cōductor promiſit, & ſe obligauit ipſis monachis rebus, & bonis locatis uti, & frui diligenter, & arbitrio boni uiri, nulla expreſſa mētione facta de ſemine ultimo conductionis anno ſeminan-
1 do: Vnde † uerba illa uti, & frui diligenter, & arbitrio boni viri, cum ſint uerba generalia, & ambigua, debent cōtra ipſos locatores, in quorum fauorem fuerunt appoſita, intelligi, ac interpretari, quia ipſis eſt imputandum, qui legē clarius, & apertius exprimere potuerunt l. ueteribus, qui tex. propriè ī locatore loquitur ff. de pactis, l. ſi in emptione
2 in prin. & l. labeo ff. de cōtrah. emp. Præterea † cū inter ipſos cōtrahētes de ſemine nō fuerit actū, id, quod fuit omiſſum, debet pro omiſſo haberi, nec ſub verbis generalib. in d. inſtrumento appoſitis cōprehendi debet, & interpretatio faciēda eſt ad fauorem promiſſoris, & ſic Vincentii, qui ſimpliciter, & generaliter promiſit vti, & frui diligenter, & arbitrio boni viri nihil de ſemine exprimendo, argumento l. quicquid aſtringendæ in princ. & ibi Barto. Alexān. & alii ff. de verborum obligat. l. ſi extraneus ff. de condict. ob cau.
3 & c. mandatum de reſcript. Rurſus † lex, ſeu pactio, quæ locationi adiecta reperitur, ſeruari debet, & nihil ultra, & ideò conductor vltra penſionem conuentam nihil aliud locatori præſtare tenetur, ut eſt tex. in l. legem in 1. reſponſo C. locati, quia imputandum eſt locatori, ſi ſibi per pacta, & verba expreſſa non prouidit argumento d. l. ueteribus, & eſt bonus tex. in l. circa C. locati. ¶ Accedat ad hæc, quòd mos regionis exiſtit, quòd inter cōtrahentes conueniatur, vt in fine, & ultimo anno locationis conductor teneatur de
4 ſuo ſemine, ſuiſque ſumptibus, & expenſis ſeminare, † qui mos per duo, uel tria inſtrumenta probari poteſt, in quibus ab aliis ita eſſet inter eos conuentum iuxta ea, quæ habentur per Barto. in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. iuris:
5 Et ideò † cum in caſu noſtro de hoc inter ipſos contrahētes non fuerit conuentum, conductor ad hoc teneri non debet argumento l. licet certis C. locati, & ideò dicit text. in l. colonus ff. locati, quòd ſi in lege conductionis comprehēſum non ſit, ut conductor uineas poneret, nihilominus ſi uineas poſuerit, dominus conductori tenetur ſatisfacere de eo, quod expendit, uel id in fine locationis in penſiones de-
6 bitas compenſare, quia † conductor in fine locationis ad aliud non tenetur, niſi ad reſtituendum rem non deteriora tam, & incorruptam: & ſi quid ipſius conductoris in fundo fuerit, hoc ipſi à locatore reſtitui debet l. ſi cōductionis C.
7 loca. & l. penul. C. vnde ui: & † ad hoc, vt conductor aliquod opus in fundo ad vtilitatem locatoris facere teneatur, debet hoc inter eos expreſſè agi, ut eſt bonus text. in l. ſi in lege. §. ſi domus ibi ſed de ijs, quæ &c. iuncta gl. ff. locati.
8 ¶ Adde, quòd † conductor, qui vltimo conductionis anno tenetur rē ī corruptā, & arbitrio boni uiri locatori reſtituere iuxta l. qui inſulam in fin. cum gl. ff. locati, tenebitur ipſi locatori ad intereſſe, ſi, cum annus exiturus eſſet, conſulto fructus ſequentis anni corrupit, puta immittēdo pecus, uel aliud doloſè faciendo l. & hæc diſtinctio. §. cum fundum ff. locati, & l. ſi conuenerit ff. famil. hercisc. ex quo infertur, ipſum conductorem ſolum de eo teneri, quòd fructus anni ſequentis corruperit, non autem de eo, quòd is non fecerit fructus naſci, vt quòd non ſeminauerit, nec cauſam fructibus, ſeu eorum natiuitati dederit, tenetur enim conductor proſpicere, ne in aliquo vel ius, uel corpus rei conductæ deterius faciat, vel fieri patiatur, ut inquit text. in l. uideamus. §. item proſpicere ff. locati, non autem tenetur aliquid de ſuo in re conducta apponere, ſeu expendere, ut id finita locatione ad dominum pertineat: Siquid autem colonus in re conducta fecerit, aut expenderit, quod ad commodū, & vtilitatem locatoris tendat, illud conſequi, & repetere ab eo poterit d. l. colonus, & eſt text. melior in iure in l. dominus. §. 1. ff. locati, nam conductor aliquid in re conducta facere, ſeu expendere non tenetur, quod finita locatione commodum, & vtilitatem domini contineat, niſi expreſsè conuentum eſſet, ut in iuribus ſupra proximè allegatis: Ex quibus omnibus ſequitur, quòd dictus Vincentius conductor poſſeſſiones conductas de ſuo ſemine, & proprijs ſumptibus ad utilitatem locatorum ſeminare non tenetur.

¶ Supereſt modo, ut textui in l. ſi merces. §. conductor ff. locati, qui aliqualiter in oppoſitum facere uidetur, reſponſio accommodetur, ibi enim conductor omnia ſecundum legem conductionis facere debet, & ante omnia curare debet, ut opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat, ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum faceret, ergo ex hoc uidetur inferri, quòd conductor, durante conductionis tempore, ſeminare ſecundum legem conductionis teneatur.
9 Sed huic textui reſpondetur primo, quòd † dum in 2. reſponſo dicitur conductorem teneri omnia ſecundum legē conductionis facerē, debet intelligi, hoc eſt ſecundum pactum, & conuentionem inter contrahentes initam, ergo de eo, quod non eſt ſecundum legem, & pactum conductionis initum, conductor non tenebitur, ut ſupra latius dictū fuit.
10 Secundo dum † ille tex. mandat conductori opera ruſtica ſuo quoque tēpore facere, debet intelligi de operibus, quæ conſiſtunt in mero facto, uidelicet in arando, cædendo, putando, & in huiuſmodi alijs meris factis, ut patet ex uerbis illius text. ibi facere debet, & ibi opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat, & ibi ne intempeſtiua cultura deteriorem fundum faceret, hoc idem etiam colligitur ex illo tex. dum uult conductorem teneri ad intereſſe, ſi illa facere prætermiſerit, quæ obligatio ad intereſſe habet locū in obligationib. meri facti, ī quibus dicta obligatio ad intereſſe ſuccedit, ſi nō fiat l. ſtipulationes nō diuiduntur uerſ. celſus ff. de uerb. oblig. & l. ſi quis ab alio in fi. ff. de re iudi. nō aūt debet intelligi de operibus ruſticis, quæ cauſam dandi continent, prout ſi conductor de ſemine proprio ad utilitatem, & commodum locatorum ſeminaret, cauſam dandi contineret, quia illius ſeminis dominium in locatores transferri diceretur, cum quicquid ſeritur, & ſeminatur, ſolo cedat, & domino ſoli acquiratur. §. qua ratione inſtitu. de rerum
11 diuiſ. Præterea † quamuis conductor ad hoc opus ruſticum, hoc eſt ad ſeminandum teneatur, ut in d. §. conductor, non tamen tex. ille innuit, quòd hoc de ſuo ſemine facere teneatur: immò, ut ex prædictis colligitur, de ſuo non tenetur, & ſi de ſuo ad utilitatem domini ſeminaſſet, ſeu ſeminaret, poſſet ad ſeminis æſtimationem agere argumento d. l. colonus, & d. l. dominus. §. 1. ff. locati cum alijs ſimilibus prææallegatis, quia & ſi ad opera ruſtica, quæ in mero facto conſiſtunt, teneatur, ut in d. §. conductor, non tamen ad illa, quæ in ſe etiam cauſam dandi habent, & continent, quale eſt factum ſeminandi pēr prædicta. Reliqua ſuppleat R. do. Auditor. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Conductor, non obſtante iure ei ſuperueniente in re conducta, canonem, & penſionem ſoluere debet, quando abſque aliqua exceptione ſoluere iurauit.*
2 *Indebitum ratione iuramenti, quo quis ſoluere promiſit, debet ſolui, & ſolutum poſtea repeti.*
3 *Iuramento ut quis poſſit contrauenire, debet abſolutionem ab eo impetrare, quando iuramentum abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari poterat.*
4 *Abſolutionem à iuramento is amplius petere non poteſt, qui iam contra iuramentum feciſſet.*
5 *Iuramentum habet in ſe tacitam conditionem, ut intelligatur, rebus ſic ſtantibus: Quod declaratur num. 9.*
6 *Iuramentum ſemper eſt interpretandum ſecundum naturam actus, in quo interponitur, & an, & quomodo ſit verum num. 13.*
7 *Iuramentum interpretatur, ampliatur, & reſtringitur ſecundum ius commune.*
8 *Conductor à ſolutione canonis, & penſionis propter ius illi in re conducta ſuperueniens liberatur: Quod declaratur, & limitatur ſupra num. 1. & infra num. 20.*
9 *Iuramento quando ex cauſa ſuperuenienti poſſit contrauenir i, & quando non.*
10 *Iurans ſoluere certam monetam, ſi poſtea illa moneta mandato ſuperioris in aliam formam conflata fuit, æſtimationem illius ſoluere tenetur, nec ex eo, quod fuerit in aliam formam conflata, poteſt iuramento ſuo contrauenire, & ſolutionem denegare.*
11 *Ducere aliquam in uxorem qui iurauit, quando ob adulterium ab ea commiſſum poſſit illam dimittere, & iuramento ſuo contrauenire, & quando non.*
12 *Vxor dimitti, & de adulterio accuſari non poteſt, quando mediante lenocinio viri ſui adulterium commiſit.*
14 *Locatio rei alienæ, ſuper qua quis ius aliquod habet, valet reſpectu iuris, quod habet, etiam ſi ab eo, tanquam domino, & proprietario facta eſſet, & conductor pro rata temporis, quo tenuit, & fruitus eſt, ad ſolutionem canonis, & penſionis cogi poteſt.*
15 *Locatio rei alienæ valet, & conductor pro rata temporis, quo fruitus eſt, canonem ſoluere cogitur.*
16 *Conductor ex iure in eum ſuperuenienti à ſolutione canonis liberatus non dicitur à reſtitutione poſſeſſionis rei ſibi locatæ liberatus.*
17 *Geminata promiſſio erroris præſumptionem tollit,*
18 *Et multo magis ſi fuit cum iuramento facta.*
19 *Conductor rei alienæ ignoranter, & credens rem conductam eſſe locatoris, cogitur pro rata temporis, quo fruitus eſt, canonem, & penſionem ſoluere.*
21 *In locationibus factis alicui cum pacto de retrouendendo, donec pretium rei conductæ ſoluat, penſio pro rata temporis, & non ratione fructuum debetur.*

EPITOME.

CONDVCTOREM, *qui ſine exceptione aliqua canonem, & penſionem ſoluere cum iuramento promiſit, non obſtante iure in ipſum in re conducta ſuperueniente, ad ſolutionem canonis, & penſionis, prout promiſit, & iurauit, teneri, ac cogi poſſe hic demonſtratur.*

CONILIVM CXLVIII.

SVPER dubio propoſito uidetur de iure concludendum eſſe, quòd ſer Ioannes Andreas, non obſtante iure, quòd in eum in re per ipſum cõducta ſuperuenit, penſionem, ſeu canonem Matthæo ſoluere debuerit, & ex eo, quòd tempore conuento non ſoluit, ut promiſit, & iurauit, licuerit ipſi Matthæo reuocare precarium in bonis dicti ſer Ioannis Andreæ, & maximè in re illi locata, omnemque ad ſe poſſeſſionem aduocare, & conſequenter fructus ſequeſtrati hac de cauſa, ut aliàs dicebam, præfato Matthæo relaxari debeant: & abſque lõga diſputatione, & hinc inde argumentatione ad ita dicendum in primis me mouet, quia ſer Ioannes Andreas prius Antonio Merzario, deinde dicto Matthæo per pactum iuramento uallatum promiſit ſoluere penſionem ſingulis annis in feſto ſancti Mi-

1 chaelis de menſe Septembris: † vnde poſito, quòd aliâ de iure ob ius ipſi ſer Ioanni Andreæ in re à ſe conducta ſuperueniens canonem ſoluere non debuiſſet, iuxta l. ſi quis fundum in fin. cum ſequen. ff. locati, & l. quoties §. penultimo ff. de vſufruct. tamen ex quo iurauit ſoluere abſque aliqua exceptione, pro adimplemento iuramenti, & propter periurij periculum uitandum debuit ſoluere, ut iurauit,
2 † & ſi indebitè ſoluiſſe diceret, debuit poſtea repetere, ſecundum quod habetur in c. debitores de iureiuran. cum ibi not. ubi id, quod aliàs eſt indebitum, ratione iuramenti propter periculum periurij ſolui debet, & ſolutum poſtea re-
3 peti: † Nec licuit ſer Ioanni Andreæ propria auctoritate abſque licentia, & abſolutione ſuperioris contrauenite, ſed prius abſolutionem, ſeu relaxationem à uinculo iuramenti impetrare debebat, cum iuramentum tale eſſet, quod abſq; interitu ſalutis æternæ ſeruati poterat c. 1. c. cum contingat, & c. ſi uerò, ibique Abb. Anto. & Imo. cum ſim. de iureiur.
4 & † ex quo ſemel iuramento contrauenit, & contrafecit, quia debito tempore non ſoluit, amplius abſolutionem petere non poteſt, ut dicit Abb. in c. 1. colum. 3. de iureiuran. & latè Felin. in c. præterea columna penultima de ſponſal.
5 & Feder. in conſi. 191. ¶Et ſi diceretur, quòd † iuramentum habet in ſe hanc tacitam conditionem, ut intelligatur rebus ſic ſtantibus, quoniam ex cauſa iuſta, & legitima poſtea ſuperuenienti iurans abſque alia licentia ſuperioris poteſt contrauenire, ut per Baldum in l. & ſi ſeuerior C. ex quibus cau. infam. irroge. & melius in l. fin. C. de non numera. pecu. per gloſam, & Innocentium in c. quemadmodum de iureiur. & c. ne quis in fi. cum gl. 22. q. 2. cum ſim. & ideò ſi quis ſuum conductorem non expellere iurauit, intelligitur, ſi conductor ex parte ſua promiſſa ſeruauerit, & canonem ſoluerit, alioquin eo non ſeruante, nec ſoluente, licitum eſt conductorem expellere, non obſtante iuramẽto,
6 nam † iuramentũ ſemper eſt interpretandũ ſecundũ naturã actus, in quo interponitur, ut in d. c. queadmodũ, ibiq; Abb.
7 in nota. & in d. l. fin. C. de non num. pec. Item † iuramentum interpretatur, ampliatur, & reſtringitur ſecundum ius commune c. ueniẽs per Ioan. And. in nouel. & in c. ad noſtram il 3. de iureiuran. l. qui iurato. ff. qui ſatiſda. cogan. & per Bald.
8 in d. l. fin. in fin. Sed † de natura locationis, & ſecũdum ius commune eſt, ut conductor ipſo iure a ſolutione canonis liberetur propter ius in ipſum conductorem ſuperueniens d. l. ſi quis fundum in fin. & d. l. quoties §. penul. ergo licuit ſer Ioanni Andreæ propter ius in ipſum poſtea ſuperueniens ſolutionem canonis denegare, & ſic iuramẽto ſuo contraueni-
9 re: Poteſt his omnibus prædictis reſponderi, † ea eſſe vera, quando talis cauſa, & ius ſuperueniens ex defectu, facto, ſeu culpa recipientis iuramentum, uel aliũde prouenit, quã ex facto ipſius iurantis: & ita procedant omnia ſupra allegata, ut patet in exemplis traditis, & colligitur ex not. per glo. in uer. oculos in d. c. quemadmodum, ubi eſt tex. clarus, & per Abb. Hoſti. & alios in c. peruenit il 2. de iureiuran. & facit l. cum quis in prin. ff. de ſolutio. quem tex. allegat Bald. in d. l. fin. nam ſi doctor per annum ſub certo ſalario legere iurauit, intelligitur, ſi ei illud ſalarium ſoluatur, nam eo non ſoluto poteſt iuramento ſuo contrauenire: ſecus ſi cauſa poſtea ex facto, & defectu iurantis ſuperueniat, nam propter talem cauſam iurans non poteſt contrauenire, alioquin in poteſtate iurantis eſſet propria auctoritate iuramento ſuo contrauenire, curando facto ſuo cauſam de nouo oriri: Et
10 † ideò dicit Bal. in d. l. fin. quòd ſi quis certam monetam ſoluere iurauit, quæ poſtea mandato ſuperioris propter eius utilitatem fuit in aliam formam conflata, iurans tenetur ſoluere illius æſtimationem, aliàs eſſet periurus, nec ex eo quòd fuerit in aliam formam conflata, poterit iuramento contrauenire, & ſolutionem denegare: facit etiam id, quod

11 clarè infertur ex text. in d.c. quemadmodũ,† ubi ſponſus, qui iurauit aliquam in vxorem ducere, non tenetur eam du cere,ſi illa fornicationem,ſeu adulterium commiſerit,quia etiam ductam illam dimitteret:ex quo tex.infertur, quòd ſi ſponſa fornicationem commiſiſſet facto, & culpa uiri,ſeu ſponſi,puta mediante illius lenocinio,is non poſſet iuramen
12 to ſuo contrauenire,& illam ducere cogeretur, † quoniã hoc in caſu uxorem ductam nec dimittere,nec de adulterio accuſare poſſet l.uiro,l.cum mulier.ff.ſolu. matri. & not.in l.ita nobis.C.de adult.& per Hoſti.in ſumma in tit. de adul. in §.qualiter,& facit in ſimili id,quod uult glo.in l.fin.in fin. de iis, quæ in frau. credit.uolens debitorem nõ gaudere be neficio ceſſionis bonorum,ſed inſolidum uſque ad ſacculũ, & peram poſſe conueniri, quando dolo, & fraude ſua non ſoluendo effectus fuerit. Sed in ſer Ioannem Andream ius ſuperuenit ex facto,& contractu ſuo, quia is procurauit tale ius ab illis de Luparis conſequi, ergo ex hac cauſa iura
13 mento ſuo contrauenire ſibi non licuit. Præterea † non eſt verum ſimpliciter, quòd iuramentum ſecundum natu ram contractus,ſuper quo interponitur,reguletur,ut conſtat ex tex.in c.cum contingat de iureiuran.ſecundum glo. in c. cum non deceat de electio. in 6. & facit text.in c. licet mulieres de iureiuran.in 6. vbi enim cauſa contractum, & obligationem principalem annullans non concurrir in iuramento acceſſorio,quamuis contractus, & obligatio ceſſet, uinculum tamen iuramenti non ceſſat, neque tollitur c.debitores,ibique Hoſtien.Abb.& alij de iureiuran. Vnde poſito,quòd ius in ipſum Ser Ioannem andream ſuperueniens obligationem,ut ad penſionem non teneretur, ceſſare fecerit,d.l.ſiquis fundum in fin.cum ſimilibus,vinculum tamen iuramẽti,& eius obligationem,quæ deo acquiritur, & in Deum dirigitur,in quem nullum ius ſuperuenit, ceſſare facere non debet: iſta ſunt expreſsè de mente Hoſtien. quem ſequitur Abb.in d.c.debitores: & ita conſuluit Alex. in conſil.38.volum.3.in 3.colu.verſi. ſecundo reſpondeo. ¶Tertio ad fauorem dicti Matthæi benè cõſideretur, quia rei veritas aliter ſe habet,quam pars aduerſa aſſerat,& præ ſupponat: Nam Antonius auctor ipſius Matthæi in poſſeſſione,de qua lis vertitur, vltra partem venditam domino Iacobo mariæ de Lino pro pretio librarum ſeptingentarũ, quæ pars poſtea peruenit ad illos de Luparis, & de his ad manus dicti Ser Ioannis andreæ, item vltra aliam partem per ipſum Antonium venditam illis de Peregrino pro libris quadringentis,quæ pars ſimiliter ad manus dicti Ser Io annis andreæ peruenit,Antonius habuit tantam dictæ poſſeſſionis partem,quæ valebat libras ducentas,& vltra:quod conſtat verum eſſe,quoniam tota illa poſſeſſio de communi concordia non ſolum Antonij,& illorum de Peregrino, verum etiam Ser Ioannis andreæ non modo ſemel, ſed bis fuit æſtimata,& pro æſtimatione librarum mille quingenta rum recepta,vt apparet ex inſtrumẽtis tàm illorum de Pe regrino, quàm etiam ex inſtrumentis factis cum dicto Ser Ioanne Andrea: Ex quibus clarè colligitur, quòd Antonius vltra partes dictæ poſſeſſionis vẽditas,vt ſupra, habuit etiàm in ea tantam partem, quæ libras ducentas valeret, abſque eo, quòd rem alienam vendidiſſe dicatur, & ius in ipſum ſuperueniẽs ab illis de Luparis præiudicet Matthæo, ac Ser Ioanni andreæ proſit,ne ad canonis ſolutionem teneatur,ex quo fundamento iudicio meo omnia, quæ ex ad uerſo deduci poſſent, ceſſanr. ¶Tertio accedat etiam ad fauorem Matthæi,nam ſtante venditione facta dicto domi no Iacobo mariæ de parte dictæ poſſeſſionis pro pretio librarum ſeptingentarum, Antonius etiam poſt venditionẽ factam ius aliquod hàbuit in illa parte vẽdita,habuit enim ius illam pro eodem pretio franchandi,& acquirendi,item ius utilis dominij, vt in inſtrumento per dictum dominum Iacobum mariam facto illis de Luparis continetur,nam cõ ducebat ad decem annos,& ſic ad longum tempus,quo ca ſu conductori vtile dominium acquiri dicitur, vt habetur in l.1.in fin.ibique nor.ff.ſi ager.uectig.uel emphyt.& Bar. in l.qui fundum ff. locati: quo fit,ut de iure,ac etiam ex for ma ſtatutorum ipſi illam partẽ alteri locare licuerit, ut habetur in ſtatuto noſtro ſub rub.de pœna uenden.rẽ alienã.
14 Ex quo ſequitur,quòd † poſito, ipſum Antonium etiam tanquam dominum, & proprietarium eam partem illis de Peregrino, & ſucceſſiuè ſer Ioanni Andreæ locauiſſe, tamen locatio ualuit quoad hoc ſaltem,ut conductor pro rata illius temporis,quo tenuit, & fruitus eſt, ad ſolutionem canonis cogi poſſit, nam Antonius locator dicitur rem, ſeu partem illam locaſſe reſpectu iuris, & dominij utilis, quod in ea habebat, ut argumento l.ſi domus in fin.ff. de lega.1. & l.qui tabernas ff.de contrahen.empt. & per Abbatem in c.quod autem de iure patrona.& ad propoſitum ferè in ter minis facit id,quod uoluit Paul.Caſt.in l. ſi quis domum §. 1.ff.locati de uſufructuario etiam tanquam proprietario rẽ locãte,quòd locatio ualet,& conductor pro rata temporis, quo fruitus eſt, canonem ſoluere cogitur, ſed uſufructuarius ad eius intereſſe tenetur,quoniam ualet locatio reſpe-
15 ctu iuris,quod locator in re habebat. Præterea † certi iuris eſt,quòd quis rem alienam poteſt locare, & locatio ualet, ac conductor canonem pro rata temporis, quo fruitus eſt,ſoluere cogitur l.ſi tibi rem alienam, & l.ſi quis domum in prin.ff.locati cum ſimilibus: Ex quibus pàtet,ſer Ioãnem Andream non potuiſſe denegare ſolutionem canonis, quẽ ſoluere cum iuramento promiſit. Nec aduerſatur ſtatutum de pœna uenden. rem alienam, quia loquitur in ſimplici conductore,et non in eo,qui dominium utile habet: Poſſet et alijs modis reſponderi,ſed quia,ſi rectè conſideretur,mi nimè obſtar,non curo. ¶Vltimo quòd Matthæus precarium in bonis ſer Ioannis Andreæ, et præſertim in re per ip ſum à dicto Matthæo conducta potuerit reuocare,oſtendi-
16 tur, nam † quamuis aliàs quando res aliena fuit locata, conductor ex iure in ipſum ſuperuenienti à ſolutione cano nis ipſo iure liberetur, ut uoluit Barto. per illum textum in d.l. ſi quis fundum in fin. tamen à reſtitutione poſſeſſionis rei locatæ,ad quam tenetur, non liberatur argumento l.ſi quis conductionis C.locati, et in terminis hoc uoluit gloſ. quam ſequitur ibi Barto.in d.l.ſi quis fundum in fin. Reſpe ctu igitur poſſeſſionis,ad cuius reſtitutionem tenebatur, locator precarium reuocare potuit.Sed in hoc magnam uim non facio. ¶Sequendo itaque concluſionem ſupra traditam,ſupereſt,ut quibuſdam, quæ in contrarium adducuntur,reſpondeatur.Et in primis non obſtat,quòd ſer Ioannes Andreas errore ductus canonem reſpectu partis ceſſæ dicto Matthæo ſoluere promiſerit, quia ignorauit partem illam prius domino Iacobo mariæ fuiſſe uẽditam, et ideò pro pter errorem à ſolutione canonis debet excuſari, quia reſpondetur primo,contrarium conſtare ex uerbis inſtrumenti,in quo dicitur,quòd ſponte, et non per errorem:Secundo ex quo ſer Ioannes Andreas prius dicto Antonio,et deinde ſimiliter dicto Matthæo canonem ſoluere cum iura-
17 mento promiſerat, † ex hac geminata promiſſione præſumitur non per errorem, ſed deliberatè, et ſcienter promiſiſſe argumento tex.in authen.ſiue à me, et ibi Bal.et Salic. C.ad uelleianum,et melius habetur per Alex.in rubri.ff. de
18 uerb.obl.col.3. Præterea † ex quo bis promittendo utroq; caſu iurauit, talis promiſſio propter iuramentum appoſitũ non poteſt dici erronea, ſed deliberata, ut optimè uoluit Alex.in d.rub.in fin.3.col. Tertio error in caſu noſtro allegatus non eſt talis, neq; ſufficiens,ut ex eo conductor à ſolutione canonis promiſſi poſſit excuſari, maximè ex quo
19 iurauit ſoluere per prædicta,ac etiam quia † is,qui rẽ alie- nam

nam ignoranter conducit credens eam eſſe locatoris, canonem locatori pro rata temporis, quo fruitus eſt, ſoluere tenetur, ac cogitur. d.l.ſi tibi, & d.l.ſi quis domum in prin. cum ibi not. per ſcribentes. Quarto reſpondetur, quòd non promiſit per errorem, quia, ut ſupra dictum fuit, ultra partes dictæ poſſeſſionis alienatas per Antonium do. Iacobomariæ de Lino, & dictis de Peregrino, Antonius in dicta poſſeſſione ius pro libris ducentis, & ultra habebat, & quoad partem dicto do. Iacobomariæ alienatam habebat ius acquirendi, fruendi, atque utendi: ergo reſpectu harum librarum ducentarum, & dicti iuris potuit iura ſua dicto Matthæo cedere.

¶Nõ obſtat ſecundo aliud, quod opponitur, quòd poſt promiſſionem factam dicto Matthæo de ſoluendo canonem, ius ipſi ſer Ioanni Andreæ in re conducta ſuperuenit ex ceſſione iurium ei facta per illos de Luparis, ex quo dicitur ipſo iure à ſolutione canonis liberatus, ut ſupra ſæpe dictum eſt, & hoc eſt potiſſimum partis aduerſæ fundamentum, quia multipliciter poteſt reſponderi, prout etiam ex prædictis colligitur, & primo, non eſſe uerum, quòd in eum ſuperuenerit ius reſpectu partis dictæ poſſeſſionis, cuius occaſione canonem Matthæo ſoluere tenebatur, quia, ut dictum fuit, ultra partẽ uenditam dò. Iacobomariæ, quæ poſtea ad illos de Luparis, & ab his deinde ad ſer Ioannem Andream peruenit, & ultra partem uenditam illis de Peregrino tantum de illa poſſeſſione ſupererat, quod libras ducentas, & ultra ualebat, ut

20 latius ſupra dictum fuit. Secundo reſpondetur, † quòd ius conductori ſuperueniens in re conducta illi prodeſt, quãdo ſimpliciter abſque iuramento de ſoluendo penſionẽ conducebat, & ita loquitur d.l.ſi quis fundum in fin. cum ſimilibus: ſecus ſi conductor canonem ſoluere iuraſſet, & facto ſuo ius in eum ſuperueniſſet, quoniam tunc cogetur ſoluere, & iuramentum ſeruare argumẽto d.c. quemadmodum, & ſupra plenè dixi: & ex quo tale iuramentum poteſt abſq; interitu ſalutis æternæ ſeruari, ſeruandum eſt, quamuis ſi iuramentum non interueniſſet, promiſſio alias ſeruari non debuiſſet d.c. debitores, & c. eum contingat cum ſimilibus de iureiuran. Tertio ius conductori ſuperueniens in re conducta liberat eum à ſolutione canonis reſpectu temporis futuri, non autem præteriti, quo fruitus fuit, d.l.ſi quis fundum in fin. & l.ſicut in fin. cum ſequen. ff. loca. ſed dictus ſer Ioannes Andreas tempore, quo ius in eum ſuperueniſſe dicit, erat debitor prius dicti Matthæi reſpectu penſionis præteriti temporis, ergo ratione illius Matthæus rectè potuit in bonis ſer Ioannis Andreæ precarium reuocare. Et quòd eſſet debitor reſpectu temporis præteriti, patet, nam penſio erat ſoluenda Matthæo de anno 1513. & de menſe Septembris: acquiſitio uerò iurium fuit per eum facta de anno 1515. & de menſe Octobris: Ergo clarè oſtenditur, quòd ſaltem pro rata temporis præteriti uſque ad tempus, quo ius in eum ſuperuenit, ſer Ioannes Andreas erat dicti Matthæi debitor,

21 quoniam † in locationibus, quæ fiunt alicui cum pacto de retrouendendo, & donec pretium rei cõductæ ſoluat, illãq; fruatur, & acquirat, penſio pro rata temporis, & non ratione fructuum debetur, ut eſt tex. clarus in l. ſicut in fin. & ibi Paul. de Caſt. & Salicet. ff. locati, & faciunt ad propoſitũ ea, quæ Alex. & docto. magis communiter uolunt in l. qui romæ in prin. ff. de uerbo. obliga. locatio autem in caſu noſtro fuit talis, ergo ſequitur, quòd Matthæo de iure licuit precarium in bonis ſer Ioannis Andreæ reuocare ex eo, quod pẽſionem non ſoluit, & conſequenter fructus ſequeſtrati ex forma iuris, & ſtatutorum peti debuerunt, & ipſi Matthæo relaxari, ut aliàs dicebam, non obſtantibus in contrariũ deductis, quæ uerè non obſtant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Contractu ultro, citroq; obligatorio uti uolens debet probare ſe prius conuenta, & promiſſa à ſe adimpleuiſſe: & quando hoc uerum ſit, & an contra tertium ſingularem ſucceſſorem cauſam quoque à contrahente habentem hoc procedat num. 4.*

2 *Conductoris in obſeruantia, & contrauentio in non ſoluendo canonem commiſſa duplicem effectum parit.*

3 *Caducitatis effectu reſultante ex contrauentione non ſolutionis canonis ſuſpenſo, an cenſeatur etiam ſuſpenſus effectus, quòd conductor contraueniens non audiatur.*

4 *Iuramento in contractu appoſito contrauenientem omni commodo contractus priuari quomodo procedat, & an contra tertium, & ſingularem ſucceſſorem cauſam quoque à contrahente habentem locum habeat.*

5 *Promiſſiones, & iuramenta perſonam non excedunt, & ad ſingularem ſucceſſorem non tranſeunt, niſi ſucceſſoribus quoque fuiſſet promiſſum, & iuratum.*

6 *Conductor promittens ſoluere canonem certa die cum hoc, quòd per locatorem non poſſit contra ipſum conductorem fieri exactio, niſi poſt certum tempus, per lapſum utriuſque temporis non ſoluendo non dicitur in mora conſtitutus, niſi poſtquam fuerit à locatore interpellatus, & nume. 8. uſque ad nume. 11.*

7 *Debitor promittem ſoluere in paſchate, & deinde ad uoluntatem, ſeu petitionem creditoris, per lapſum paſchatis non ſoluendo in mora conſtituitur, perinde ac ſi ſimpliciter in paſchate ſoluere promiſiſſet.*

8 *Debitor per lapſum temporis appoſiti petitioni, ſeu exactioni creditoris an, & quando abſque alia interpellatione in mora conſtituatur, & quando non uſque ad nume. 11.*

9 *Alexandri auctoritas maximè in conſulendo, & iudicando maior eſt auctoritate Iaſonis.*

10 *Durius cum lege, quam cum homine agitur, quamuis mitius cum lege, quam cum eius miniſtro agatur.*

11 *Baldus in l. ſi ex legati cauſa ff. de uerborum obligation. declaratur.*

12 *Conductorem propter non ſolutionem canonis etiam, quando ſoluere iurauit, non cecidiſſe à iure ſuo, eſt in dubio interpretandum.*

13 *A pœna etiam caducitatis qualibet iuſta cauſa excuſat.*

EPITOME.

CONDVCTOR *ſi contra emptorem rei locatæ, & ſic tertium, ac ſingularem ſucceſſorem agat, & inſtrumento locationis, & contentis in eo contra illum uti uelit, non poteſt emptor, & ſingularis ſucceſſor eum expellere exceptione, quòd is contractum pro parte ſua non adimpleuerit.*

Conductor, qui promiſit ſoluere canonem, & penſionem in feſto ſancti Michaelis, ita tamen, quòd per locatorem non poſſit contra ipſum conductorem fieri exactio niſi poſt paſcha, per ſolum utriuſque temporis lapſum non ſoluendo non poteſt dici in mora conſtitutus: Et ibi de die appoſita petitioni, ſeu exactioni creditoris an, & quando per lapſum illius debitor abſque alia interpellatione in mora conſtituatur, & quando non.

CONSILIVM CXLIX.

IN cauſa Ioannisbaptiſtæ Bouij, in qua cauſa caducitatis fuit ſuſpenſa, remanente cauſa principali, an emptor teneatur ſtare colono, & an dictus Ioannesbaptiſta conductor poſſit opponere de hypotheca, & obligatione bonorum ſibi in inſtrumento locationis facta, cuius uigore uult rei locatæ inſiſtere, illamque retinere, opponitur per emptorem, quòd Ioannesbaptiſta non poteſt ſe in hypotheca appoſita in inſtrumento locationis fundare, quia conuenta, & iurata per eum in dicto inſtrumento non adimpleuit, nec probauit ſe pro parte ſua adimpleuiſſe illa, ad quæ ex tenore dicti inſtrumenti tenebatur, & ideò non eſt audiendus, ſed expellendus, tum quia contra ſuum iuramentum uenit,

1 l.ſi quis maior cum materia. C. de tranſactio. tum quia † uolens uti contractu ultro, citroque obligatorio, & uiciſſitudinario ad ſui fauorem debet probare ſe prius conuenta, & à ſe promiſſa adimpleſſe. l. iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. & l. quæro §. inter locatorem ff. locati cum ſimilibus: Sed Ioan-

Ioannesbaptiſta canonem, prout iurauit, non ſoluit, uel ſe
ſoluiſſe non probauit, ergo dicto inſtrumento ad ſui fauorẽ
uti,& in hypotheca in dicto inſtrumento appoſita ſe funda
re non poteſt. Nec obſtat, quòd ſuſpenſus fuerit articulus
caducitatis,qui à ceſſatione ſolutionis canonis depẽdet, iux
ta ea,quæ habentur in authen. qui rem.C. de ſacroſ. eccle.
per Iaco.Butrig.& Bal.& Paul.de Caſt.in d.§.inter locato-
2 rem poſt Bal.ibi,quia reſpondetur, † quòd ex inobſeruan
tia,& contrauentione conductoris in non ſoluendo cano-
nem commiſſa duplex oritur effectus, primus eſt caducita-
tis,& hic fuit ſuſpenſus, & ideò ſuper illo procedi non po-
teſt argumento clemen. quamdiu de appellat. cum ſimili-
3 bus:Secundus effectus eſt, † quòd contraueniens, & non
obſeruans non audiatur, nec poſſit ſe fundare in inſtrumen
to,neque contentis in illo ad ſui fauorem uti, niſi prius pro
bauerit ſe pro parte ſua conuenta, & promiſſa adimple-
uiſſe, ut in d. §. inter locatorem, & in d.§.offerri, ibique
omnes:& hic effectus non fuit ſuſpenſus,& propterea Ioan
nesbaptiſta non poteſt dicta hypotheca ad ſui fauorem con
tra emptorem uti, quia non probauit ſe ſoluiſſe canonem,
& pro parte ſua adimpleuiſſe:Hæc ſunt,quæ prima facie,&
ſatis coloratè rem dubiam contra dictum Ioannembapti-
ſtam facere uidentur. ¶Quibus non obſtantibus, prout
uerè non obſtant,contrariam ſententiam de iure ueriorem
eſſe exiſtimo: & cum difficultas tota conſiſtat in reſponden
do prædictis, & declarando, qualiter præmiſſa ſint de iure
4 intelligẽda,ideò pro ſolutione,& declaratione dico,†quòd
licet ille,qui iuramentum ſuum in contractu appoſitum nõ
obſeruauit, omni commodo contractus indignus efficiatur
d.l.ſi quis maior, & is, qui uult contentis in inſtrumento ad
ſui fauorem uti, debeat probare, & allegare, ſe pro par-
te ſua prius adimpleuiſſe, ut ſupra, tamen hæc ſunt ue-
ra, quando contractu, & contentis in eo ad ſuum fauo-
rem uti uellet contra illum, cum quo contraxit, ſeu cui
promiſit, & iurauit, & ita propriè loquitur d.l. ſi quis
maior, d. l. iulianus §.offerri, & d.l. quæro §. inter loca-
torem, ſecus ſi inſtrumento, & contentis in eo ad ſui fa-
uorem vti vellet contra tertium, & ſingularem ſucceſſo-
rem cauſam etiam à contrahente habentem, quia au-
dictur,nec contra eum poterit opponi,quòd pro parte ſua
non adimpleuerit, ſeu adimpleuiſſe non probauerit, tum
quia hoc iure cautum non reperitur,niſi quando quis uti in
ſtrumento contra ſecum contrahentem vellet, ut in dictis
iuribus, & propterea hoc ad alium caſum, aliamq; perſonã
extendi non debet,cum ſapiat pœnam,& odium d. l. ſi quis
maior,& d.§. inter locatorem cum ibi not. iunctis ijs, quæ
habentur in c.cum inter de excep.& c.in pœnis de reg.iur.
in 6.tum quia iſtud ius,quod ex d.l.ſi quis maior, d.§. inter
locatorem,& d.§.offerri reſultat ad excludendum uolentẽ
agere,qui non obſeruauit,nec pro parte ſua adimpleuit, di
citur eſſe ius perſonale,quod ſolum contrahentibus,& con
tra contrahentes,&non tertio,nec ſingulari ſucceſſori etiã
à contrahente ſimpliciter abſque iurium, & actionum ceſ-
ſione cauſam habenti competit,vt voluit Alexan.in conſil.
92.in fin.2.colum.volum.1.vbi determinat remedium d.l.
ſi quis maior, & aliud ſimile ad excludendum volentem
agere,vel excipere ex contractu ad ſingularem ſucceſſorẽ
non tranſire,quia cũ illud ſit perſonale,non põt ad,nec con
tra ſingulare ſucceſſorem tranſire l.fin.ff.de contrah.empt.
l.1.§.ſi hæres cum alijs,quæ Alexan. ibi allegat: cum enim
hoc ius reſultet ex iuramento, & ex conuentis mediante le
gis diſpoſitione,non debet, nec poteſt competere tertio,
ſeu ſingulari ſucceſſori,cui non fuit iuratum,neque aliquid
5 promiſſum,nam † promiſſiones ſunt perſonales, & iura-
mentum quoque eſt perſonale, nec perſonam excedit, ſeu
ad ſingularem ſucceſſorem actiuè, & paſſiuè non tranſit c.
venientes,c.clericus,& c. veritatis cum ibi not.de iureiurã.
& c.imperialem.§.præterea de prohib.feu.alien.in uſu feu
do.niſi etiam ſucceſſoribus eſſet iuratum,& promiſſum, ut
habetur in d.c.ueritatis, effectus igitur iſte, quòd quis uo-
lens uti contentis in contractu non audiatur, niſi pro parte
ſua adimpleuerit,ſeu ſe adimpleuiſſe probauerit, reſultans
ex iuramento,ſeu ex conuentis,& promiſſis ad tertium, ſeu
ad ſingularem ſucceſſorem tranſire non poteſt, nec debet,
cui non fuit iuratum, neque promiſſum: & conſequenter
Ioannes baptiſta,qui vult contra emptorem rei locatæ hy-
pothecæ in inſtrumento appoſitæ inniti,non poteſt excludi
ab emptore opponente ipſum non adimpleuiſſe contractũ
pro parte ſua, nec iuramentum. Et prædicta procedunt,
præſuppoſito,ipſum Ioannem baptiſtam fuiſſe periurum,
ſeu in mora,non ſoluendo canonem, nec obſeruando con
uenta, nam eius mora hunc effectum operatur d.l. ſi quis
maior,& eſt tex.clarus in d.l.quæro.§.inter locatorem: ſed
ſi is non fuiſſet in mora ſoluendi, prout in caſu noſtro Ioan
nesbaptiſta non fuit in aliqua mora, ueluti ſtatim demon-
ſtrabo,ceſſaret difficultas,ipſique de inobſeruantia opponi
non poſſet,& hoc nulli eſt dubium. ¶Quòd autem Ioan-
nesbaptiſta non fuerit in mora ſoluendi, ſatis clarè iudicio
6 meo oſtendo, † Nam ipſe promiſit ſingulis annis ſoluere
canonem in feſto ſancti Michaelis,ita tamen, quòd per lo-
catorem non poſſit exequutio fieri contra ipſum conducto
rem,niſi poſt feſta natiuitatis domini noſtri cuiuſlibet anni:
& licet aliàs dies ſolutioni debitoris appoſita ex eius euen-
tu debitorem in mora conſtituat, quia dies pro homine in-
terpellat,l.magnam C.de contrahen. & committ. ſtipul. c.
potuit de loca.Alex.in l.quoties.ff.de verbo.obliga.cum ſi
mil.tamen per lapſum temporis, poſt quod creditor agere
non potuit,debitor in mora nõ conſtituitur, quia ubi nulla
eſt petitio,ibi nulla eſt mora.l.nulla intelligitur.ff. de regul.
iuris Bar.& alij in l.ita ſtipulatus ff. de uerbo. obliga. quare
dico,quòd in terminis noſtris is,qui promiſit ſoluere cano-
nem in feſto ſancti Michaelis cuiuſlibet anni, non poteſt di
ci per lapſum illius tẽporis certi appoſiti in mora conſtitu-
tus, quoniam locator illo certo tempòre elapſo non pote-
rat ſtatim petere, ſed poſt feſta natiuitatis, & ubi nulla eſt
petitio,nulla eſt mora: Similiter non poteſt dici in mora nõ
ſoluendo poſt feſta natiuitatis, quia illud tempus non erat
ſibi præfixum ad ſoluendum, & ſic non erat præfixum ſolu
tioni debitoris,ſed petitioni,ſeu exactioni creditoris,& lo-
catoris, quo caſu lapſus talis temporis debitorem in morã
non conſtituit,ut in terminis probatur ex ijs,quæ habentur
per Alex.in l.ſi unus in prin.in ulti.colu.ff.de pactis, & fuit
originale dictũ Bal.in c.1.§.1.an ille,qui interfe. fra. dom.
ſui in uſu feudo.per glo.in d.l. ſi unus in prin. ubi dixerunt,
quòd ſi quis promiſit decem cum hoc, quòd creditor non
poſſit petere,nec exigere, niſi poſt feſtum paſchatis, debi-
tor per lapſum illius temporis in mora non conſtituitur, &
ratio eſt,quia illud tempus non ſolutioni debitoris, ſed pe-
titioni,& exactioni creditoris fuit appoſitum, & ideò debi-
tor in mora non conſtituitur,niſi fuerit interpellatus à cre-
ditore,cum tale tempus non dicatur pro homine interpel-
lare. In caſu igitur noſtro Ioannesbaptiſta non potuit dici
in mora ex lapſu primi temporis, quia tunc peti non pote-
rat,item nec ex lapſu ſecundi, quia fuit appoſitum petitio-
ni,& exactioni creditoris:ad quod faciunt etiam ea,quæ ha
bentur per docto.Areti.& alios in l.ita ſtipulatus la grande
ff.de uerbo.obliga.& d.l.magnam cum ſimilibus, ubi lapſus
diei, & temporis appoſiti ſolutioni debitoris conſtituit de-
bitorem in mora,non autem appoſiti petitioni,& exactioni
creditoris:Cum itaque Ioannesbaptiſta nec ex lapſu primi
temporis,nec ex lapſu ſecundi poſſit dici in mora conſtitu-
tus,conſequens eſt, ut ab hypotheca in contractu locatio-

nis

nis appoſita repelli nequeat ex eo, quod fuerit periurus, &
in mora ſoluendi, & ſic contractum pro parte ſua nō adim
pleuerit per prædicta. ¶ Sed his multum aduerſari uide-
7 tur id, † quod ponit Alex. poſt Barto. in l. quoties in 1. co
lum. & in l. cum ſtipulatus ſim in fin. 1. colum. ff. de uerbo-
rum obligatio. vbi ſi promitto tibi ſoluere decem in paſcha
te, & ab inde antea ad tui uoluntatem, & arbitrium, ſeu
ad tui petitionem, tunc dies certus paſchatis appoſi-
tus me promiſſorem interpellat, perinde ac ſi ſimpliciter
in paſchate ſoluere promiſiſſem: ita uoluit glo. ſingularis in
d. l. cum ſtipulatus ſecundum Ang. ibi, Alexand. & alios,
idemque ponit Bal. in d. c. 1. §. fina. an ille, qui interfe. fratr.
dom. & plura ad propoſitum Sozin. cumulat in conſil. 288.
uol. 2. colum. 14. ergo in caſu noſtro per lapſum certi tem
poris adiecti ſolutioni ipſi Ioannibaptiſtæ, qui in feſto ſancti
Michaelis ſoluere promiſit, is dicetur in mora conſtitutus,
perinde ac ſi ſimpliciter in feſto ſancti Michaelis ſoluere
promiſiſſet abſque illa alia adiectione temporis petitioni,
& exactioni locatoris, & creditoris appoſiti. Verum ſaluan-
do iam dicta, quæ ſunt ueriſſima, reſpondetur dictæ doctri-
næ glo. Barto. Alexan. & aliorum in d. l. quoties, & in d. l. cū
ſtipulatus, quòd ideò ex lapſu certi temporis paſchatis de-
bitor ibi in mora conſtituitur, quoniam illud tempus fuit
ſolutioni debitoris appoſitum, item illo tempore, ſeu eo fi-
nito creditor ſtatim petere, & contra debitorem agere po
terat, cum ex illa adiectione, & ab inde antea ad tui uolunta
tem, ſeu ad tui petitionem creditor non impediebatur age
re etiam in termino certo expreſſo, hoc eſt in paſchate, ſeu
ſtatim poſt, & propterea debitor aliter petitione, & inter-
pellatione creditoris non expectata per lapſum illius tem-
poris in mora conſtituitur: & ita procedit id, quod uolunt
Barto. Alexan. Ange. & alij in d. l. quoties, & in d. l. cum ſti-
pulatus, & Ange. in repetitio. l. ſi inſulam colum. 6. ff. de uer
borum obligatio. At in caſu noſtro locator, & ſic creditor
in feſto ſancti Michaelis, uel ſtatim poſt canonem à con-
ductore petere, & exigere non poterat, ut ex verbis con-
tractus apparet, ergo ex lapſu illius temporis Ioannesbapti
ſta conductor non poteſt dici in mora conſtitutus, nec talis
dies pro hoīe interpellat, quia ubi nulla eſt petitio, ibi nul-
la mora l. ſi pupilli ff. de uerborum obligatio. & d. l. nulla.
¶ Sed adhuc non parua circa hoc ultimum remanet diffi-
cultas ex ijs, quæ poſtea excellentiſſimus dominus Auditor
8 conſiderauit, † quòd quando tempus certum eſt appoſi-
tum petitioni, ſeu exactioni creditoris, non autem ſolutioni
debitoris, tunc per lapſum illius temporis debitor abſque
alia interpellatione in mora conſtituitur, quia illud tem-
pus dicitur interpellare, ut uoluit Bal. ſibimet contrarius in
l. ſi ex legati cauſa, uel in l. ſed ſi ex ſtipulatu ff. de uerborum
obligatio. per not. per gloſam in l. ſi duo in fin. ff. de conſtit.
pecu. & ita tenet Bar. in l. promiſſor §. 1. in fin. eodem titu.
& hanc partem tanquam veriorem ſequitur Iaſon in d. l. ſi
ex legati cauſa in ſeptima limitatione, dicens Cynum ita vo
luiſſe. De Alex. autem, & gloſ. in d. l. ſi vnus §. 1. nullam fa-
cit mentionem: Et ultra Bal. in d. l. ſi ex legati cauſa adduco
eundem Baldum tenentem idem in l. 1. C. quando dies le-
ga. ced. in ultima columna, qui dicit, quòd ſi teſtator legauit
mihi decem, qui me ante annum capere vetuit, tunc lapſus
anni hæredem interpellare, & in mora conſtituere dicitur
per not. per gloſam in d. l. ſi duo in fin. & in d. l. cum ſtipula-
tus ſim cum ſimilibus ibi per eum allegatis: & idem Bal. in l.
fin. C. de iure dotium in uerſi. pone dicit ſtatutum, inquit,
quòd ſi ſtatuto loci cautum ſit, quòd debitores frumenti
propter pecuniam non poſſint intra annum exigi, ſed poſt
annum ad petitionem creditoris ſoluere teneantur, an hic
annus interpellet, an uerò noua creditoris interpellatio ex-
pectabitur: Ex prædictis patet, aliam non expectandam eſ-
ſe interpellationem. Ex quibus infertur, quòd dictum Bal.
in d. c. 1. §. fin. & Alex. poſt glo. in d. l. ſi unus §. 1. redditur
dubitabile, & conſequenter in caſu noſtro dicendum eſt po
tius ipſum conductorem fuiſſe in mora ſoluendi, & à loca-
tione cecidiſſe per ea, quæ habentur in d. l. ſi quis maior, &
per Bald. in cap. querelam de iureiuran.
¶ Verumtamen his non obſtantibus, contrarium in caſu
noſtro uerius eſſe puto tàm ex ſupra dictis, quàm ex infra
dicendis in remouendo prædicta, quæ prima quidem facie
multum uidentur aduerſari, cum tamen multipliciter illis
reſponderi poſſit, & in primis dici poteſt, quòd aut eodem
tempore, quo debitor ſoluere promiſit, dictum fuit, quòd
creditor non poſſit exigere, niſi poſt paſcha, & tunc proce-
dat dictum Bald. in d. c. 1. in fin. & Alex. in d. l. ſi unus §. 1. &
idem uoluit ipſe Bal. ſi rectè eius uerba conſiderentur, in l.
fin. C. de iure dot. in fin. in 2. colu. in fin. cum ſequen. ibi ſed
pone &c. Et ratio eſt, quia tunc ex quo tempus, infra quòd
creditor petere non poteſt, in eodem inſtrumento, & con-
tractu ſtatim ponitur, uidetur obligationi, & actioni ineſſe
argumento l. contractus cum ibi not. per Paul. de Caſt. C.
de fid. inſtrum. & l. lecta. ff. ſi cer. peta. & propterea lapſus
illius temporis debitorem non interpellat, nec in mora cō
ſtituit per ea, quæ uoluit Bar. in l. ita ſtipulatus la grande in
2. q. principa. ff. de uerbo. obliga. & in hoc caſu nos ſumus,
ut ex inſtrumento conſtat: Aut poſt obligationem contra-
ctam expoſtfacto, & ex interuallo fit pactum de non peten
do per creditorem debitori infra certum tempus, ſed quòd
ſolum poſt certum tempus poſſit petere, & exigere, & tunc
procedat id, quod uoluit Bal. in d. l. ſi ex legati cauſa: Et ita
propriè uidetur loqui Iaſ. ibi exemplificando, ut ipſe facit:
Et ratio eſt, quia tunc tale tempus non dicitur ineſſe obliga
tioni, & actioni, quæ iam ortæ erant: & propterea talis dies
interpellat, quia non contingit, quòd eodem tempore oria
tur obligatio, & actio, & quòd debitor in mora cōſtituatur,
ſecundum quod habetur per Bart. in d. l. ita ſtipulatus in 2.
quæſt. princip. Secundo dici poteſt Baldum non fuiſſe ſibi
contrarium, quia in locis, in quibus ex ſe, & ſecundum eius
ſpiritum loquitur, is ſemper tenere uidetur, quòd tempus
appoſitum petitioni, & exactioni non interpellet, ut per eū
in d. l. ſi unus §. 1. & ibi Alex. hoc tenet, idemque uoluit ipſe
Bald. in d. l. fin. in fin. C. de iure dotium: Sed in d. l. ex legati
cauſa Bal. non loquitur ſecundum eius ſpiritum, nec ex ſuo
capite, ſed referendo opinionem aliorum, uidelicet Cyni,
& quorundam, qui uoluerunt, tale tempus abſque alia ho-
minis, & creditoris interpellatione interpellare, ut clarè
colligitur ex uerbis Bal. ibi quidam dicunt, quòd aut dies
interpoſita &c. & ſi benè illius uerba inſpiciantur, ipſe ibi
illud non approbat, ſed ſimpliciter pertranſit: Quare non
eſt dicendum, quòd propter hoc Bal. receſſerit à ſua opinio
ne, quam ut plurimum, & ferè ſemper fuit ſequutus, &
quam approbat, & cum qua pertranſit doctor ueritatis Ale
9 xan. in d. l. ſi unus §. 1. poſt gloſ. ibi, † cuius auctoritas eſt
maior, quam fuerit, & ſit auctoritas Iaſonis, maximè in iudi
cando, & conſulendo, & mihi ſemper illius opinionem tan-
quam Apollinis oraculum in conſulendo ſequi placuit: Et
ad rationem Iaſ. in d. ſeptima limitatione, quæ fuit ex men
te Barto. in d. l. ſi duo in fin. per gloſam ibi, & clarius in d. l.
promiſſor §. 1. in fin. ff. de conſtit. pecu. poteſt reſponderi
primo, quòd Barto. loquatur, quando tempus ſtatim, & in
continenti non fuit à partibus appoſitum in eodem inſtru-
mento, in quo debitor ſe ſimpliciter obligauit: Secundo di-
ci poteſt, quòd glo. in d. l. ſi duo in fin. & Barto. & [illegible] in d. l.
promiſſor §. 1. & alii, qui cum d. glo. pertranſeunt, loquun-
tur, quando dies eſt adiectus exactioni, & petitioni ex legis
diſpoſitione, ut in caſu d. l. promiſſor §. 1. cum ſimilib. nos
uerò, ac etiam Bal. & Alexan. loquimur, quando dies certa
fuit

fuit adiecta petitioni, & exactioni ex diſpoſitione hominis, hoc eſt ipſorum contrahentium, & in eodem obligationis inſtrumento, nam primo caſu dies interpellat pro homine, & debitorem in mora conſtituit d.l.fin. C. de iure dotium, ubi caſus, ſecundo autem caſu nequaquam, ut per Baldum in d.c.1.in fin. & in d.l.fin.in fin. & per Alexandrum, & Baldum poſt gloſam in d.l.ſi unus §.1. Cuius diuerſitatis ra-
10 tio eſt, quia † durius cum lege, quam cum homine agitur l.ſi libertus ff.de iure patrona. quamuis mitius agatur cum lege, quam cum eius miniſtro l.celſus cum ſimilib. ff. de arbi. & ita in indiuiduo declarat Cyn.in l.magnam C. de contrahen. & commit.ſtipul. ¶ Tertio principaliter pro reſponſione eorum, quæ dicit Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa poſt Bal.ibi, ſaluando ea, quæ ſupra ſequutus fui ex mente eiuſdem Bald.in d.c.1.in fin. & Alex.in d.l.ſi unus, conſidero, quòd poſito, doctrinam Bal. & Iaſ.in d.l.ſi ex legati cauſa eſſe ueram, tamen ea caſui noſtro non contradicit, ſed illi
11 potius inſeruit, & iudicio meo poteſt retorqueri: † Dicit enim ibi Bal. quòd quando dies certa eſt appoſita non ſolutioni, ſed petitioni, aut illa dies eſt interpoſita creditori, ut quia dictum fuerit, quòd creditor ante paſcha non poſſit petere, uel exigere, & tunc dies pro homine interpellat, ut per gloſam in d.l.ſi duo in fin. & in hoc caſu loquitur etiam Iaſ.ut clarè ex eius uerbis colligitur, ac etiam ex uerbis Bal. qui ita loquitur, in l.1.in ultima columna C.quando dies lega.ced. aut eſt interpoſita debitori, & tunc ſecus, uidelicet quòd non interpellat, ut probatur in d.l. promiſſor §.1. & hoc idem dixit Bal. in d.l.fina.in fin. in penultima columna circa princip. C.de iure dotium per textum in d.l.promiſſor inductum, ut ibi per eum. Nec dicatur, quòd dum Bal. in d.l.ſi ex legati diſtinguendo dicit, aliàs ſecus ſi debitori fuit interpoſita, uoluerit intelligere, quando dies certa fuit interpoſita ſolutioni debitoris, & ſic ipſi debitori, non autem quando fuit interpoſita petitioni, ſeu exactioni, quoniam tunc dies non poteſt dici adiecta debitori, ſed creditori, quia hæc intelligentia ſtare non poteſt, & uerba Bal. ibi ſic intelligi nequeunt duplici reſpectu, primo quia Bal. ponit dubium, & quæſtionem, quando dies fuit adiecta non ſolutioni, ſed petitioni, & exactioni, & ſuper hoc caſu Bal. diſtinguit, an dies illa ſit interpoſita creditori, an uerò debitori, ut ſupra. Secundo reſpectu verba Bal. non poſſunt eo modo intelligi, nec declarari, nam qñ dicit, quòd ſi dies ſit interpoſita debitori, ſi uoluiſſet dicere hoc eſt ſolutioni debitoris, falſum omnino eſſet, quòd talis dies non interpellaret, prout ipſe non interpellare affirmat, cũ nullus neget, immò omnes fateantur, quòd dies interpoſita ſolutioni debitoris interpellat pro homine, ut per omnes in d.l.ſi ex legati, & eſt tex.ad literam in d.l. magnam C. de contrahen. & committ.ſtipul. & l.traiectitiæ ff.de actio. & obligat. cum ſimilibus: ſed Bal.in d.l.ſi ex legati negat diem interpellare, quando eſt interpoſita debitori, ergo non loquitur, quando dies eſt appoſita ſolutioni, ſed quando eſt appoſita petitioni, ſeu exactioni, & dies fuit interpoſita debitori, & ad eum relata, prout clarè loquitur, neque hoc negari poteſt. Dicitur autem dies, quæ eſt exactioni, ſeu petitioni appoſita, eſſe creditori interpoſita, quando uerba expreſsè fuerunt ad creditorem relata, ut in terminis exemplificat Iaſ. poſt Bal. in d.l.ſi ex legati, & de ſe patet, dicendo quando dies apponitur ipſi creditori, puta, debes mihi decem, & promitto nõ petere uſque ad paſcha: Ecce quomodo dies dicitur creditori interpoſita, hoc eſt, quando uerba expreſsè ſunt ad illũ relata: Interpoſita autem debitori dicetur, quando uerba expreſsè ad debitorem erunt relata, non facta expreſſa mentione creditoris, puta dicendo, quod non poſſit fieri exactio contra debitorem, ſeu quòd non poſſit peti, nec exigi à debitore, & quãuis ſubintelligatur per creditorem, tamen hoc quoad effectum, de quo quærimus, non debet eſſe in conſideratione, ſicut quando uerba ſunt interpoſita creditori expreſsè, quòd ipſe non poſſit petere, uel exigere, non eſt in conſideratione, quòd tacitè, & neceſſario ſubintelligatur, hoc eſt à debitore, quoniam ſolum uerba expreſſa debent conſiderari, ad quem fuerint relata, ut colligitur ex exẽplo Iaſ. ac etiam Bald. in d.l.ſi ex legati, & in d.l.fin.in fin. ſed in terminis noſtris tempus, quod fuit appoſitũ exactioni, fuit interpoſitum debitori, hoc eſt conductori, quia verba expreſsè fuerunt ad conductorem relata, ut conſtat ex inſpectione inſtrumenti ibi, ita tamen quod non poſſit fieri exactio contra ipſum conductorem, niſi poſt feſtum natiuitatis, ergo tale tempus non dicetur interpellaſſe, nec conductorem in mora conſtituiſſe. Et hoc modo declarando, apparet doctrinam Bal. in d.l. ſi ex legati cauſa non facere in oppoſitum, ſed potius ad fauorem conductoris, diſtinctionem illius contra aduerſarios retorquendo, ut dictum eſt. Præterea Bal.in d.c.1.in fin. & Alex. in d.l. ſi unus §.1. indiſtinctè uolunt, diem petitioni, & exactioni adiectam non interpellare, etiam ſi creditori ſit interpoſita. Et poſito, diſtinctionem Baldi in d.l.ſi ex legati cauſa eſſe ueram, illa in caſu noſtro potius pro conductore, quam contra ipſum facit: Et ideò concludendum eſt ipſum non fuiſſe in mora, nec fuiſſe interpellatum per diem appoſitam, neque etiam per hominis interpellationem: Et propterea nõ ſequitur, quòd
12 is à iure ſuo cecidiſſe dicatur: Et † in dubio ſemper facienda eſt interpretatio, ut conductor propter non ſolutionem non dicatur cecidiſſe etiam, quando ſoluere iurauit, tũ quia ſemper in dubio facienda eſt interpretatio, ne quis periurium incurriſſe dicatur, c. quemadmodum de iureiuran. l. fin. ff. qui ſatiſda.cogan. & l.fin. C.de non numer.pecu. & facit id, quod habetur per moder. in d.l. ſi quis maior. C.de
13 tranſac. tum quia † quælibet iuſta cauſa à pœna etiam caducitatis excuſat, ut habetur per glo. & docto.ibique Alex. in apoſtil.ad Bar.in l.ſi conſtat. C.de compenſat. & Bar.in l. gerit colu.8.ff.de acquir. hæredit. & ita iuris eſſe magis uiſum eſt. Laus deo.

SVMMARIVM.

1 *Conductor etiam per vnicam ceſſationem ſolutionis penſionis, & canonis ſuo tempore non factæ poteſt propria auctoritate ab uſu rei conductæ expelli, quando certo tempore ſoluere iurauit, & quare hoc fuit inductum num.7. & quomodo intelligatur num.25.*

2 *Moræ purgatio non admittitur, ubicunque quis eſt ipſo iure priuatus: & vbi iuramentum interuenit num.4. & quare num.8. Quod limitatur nume.33. & 34.*

3 *Conductor iurans ſoluere canonem, ſeu affictum certo tempore, ſi eo tempore etiam ſemel tantum non ſoluat, ipſo iure priuatur re locata, & omni contractus locationis commodo. Et quomodo, & quando hoc procedat, declaratur num.11. & 32.*

4 *Nec moram purgare poteſt, ut ius ſuũ amiſſum recuperet: Quod tamen declaratur, & limitatur nu.10.32.33. & 34.*

5 *Conductor ſimplex ad modicum tempus per unicam ceſſationem ſolutionis penſionis poteſt à locatore expelli, & quomodo nu.35.*

6 *Pactum de ingrediendo bona conductoris propria auctoritate, ſi promiſſum fuerit contrahentium, an, quando, & quomodo etiam contra hæredem minorem poſſit ex facto præterito defuncti exerceri, & nu.36. ubi plenius declaratur.*

9 *Iuramentum reſpectu reatus periurij eſt perſonale, nec ad hæredes tranſit.*

11 *Conductor vt ob ceſſationem ſolutionis canonis cadat etiam ipſo iure à iure ſuo & à locatione, requiritur declaratio locatoris.*

12 *Et ſecundum aliquos quandoque etiam ſententia.*

13 *Statutum Bononienſe ſub rub. de pœna uenden. rem alien in §. liceat etc. loquens de locationibus locum non habet in locationibus factis ad affictum franchandum, nec in mixtis ſapientibus naturam contractus innominati, ſed in meris, & ſimplicibus locationibus: Nec locum habet etiam, quando de tranſlatione, ſeu acquiſitione dominij ageretur nume.22.*

14 *Locatio facta ad affictum franchandum non eſt mera, & pura locatio, ſed mixta, & eſt potius contractus conſuetudinarius, & innominatus: &*

& an contractui meræ locationis aſſimiletur, illique aſſimiletur, an verò ei diſſimilis ſit num. 16.

15 *Contractus conſuetudinarius, & à conſuetudine inuentus cenſetur contractus innominatus, niſi à conſuetudine, uel à iure forma et cum nomine data eſſet.*

17 *Statutum loquens de contractu venditionis non extenditur ad contractum permutationis.*

18 *Argumentum de contractu permutationis ad contractum uenditionis, & è contra non procedit, & quare.*

19 *Caſus ſimiles in materia ſtatutorum qui dicantur.*

20 *Locatio mera, & locatio ad affictum franchandum quoad expulſionem conductoris ob non ſolutionem canonis differunt, & quomodo.*

21 *Locationis tempore finito, quòd res cenſeatur reconducta, ſi conductor in conductione perſeuerauerit, intelligitur de mera locatione, non autem quando de acquiſitione, ſeu tranſlatione dominij ageretur.*

23 *Statuta in dubio ſemper ſunt intelligenda, ut ius commune minus, quàm fieri poſſit, lædant, & ſemper ſecundum ius commune ſunt interpretanda, & ad ius commune reducenda:*

24 *Maximè quando ſtatuta ferè idem ponunt, quod ius commune.*

25 *Conductor ad modicum tempus licet ob unicam ſolutionis penſionis ceſſationem poſſit à iure ſuo expelli, poteſt tamen ſoluendo, & purgando moram uſum rei recuperare.*

26 *Statutum aliquid noui etiam leue, & minimum vltra ius commune inducere ſufficit.*

27 *Statutum ſatis dicitur aliquid addere iuri communi, quando confirmat illud idem, quod fuit à iure communi inductum.*

28 *Statutum, quòd victus victori debeat in expenſis condemnari, intelligitur, niſi victus iuſtam litigandi cauſam habuerit.*

29 *Statutum ſatis dicitur iuri communi addere, ne ſit ſuperfluum, quando diſpoſitum per ius cõmune generaliter, ſeu verbis generalibus ſtatuitur per ſtatutum ſpecialiter, & uerbis magis claris, atque ſpecificis.*

30 *Statutum vltra ius commune nil diſponere tolleratur, quando iure ligendo illud, vt aliquid ultra ius commune induceret, abſurdum, & contrarietas, ſeu iuris correctio reſultaret.*

31 *Statutum, & lex ſemper debet intelligi, ne reſultet correctio, niſi ea ex verbis claris colligeretur.*

33 *Mora de iure canonico, & eius æquitate quandocunque ſemper purgari poteſt, citra tamen præiudicium, & intereſſe aduerſarij etiam in caſibus, in quibus alias moræ purgatio non admitteretur.*

34 *Difficultas ſolutionis, & præſtationis licet non excuſet ab obligatione, & commiſſione moræ, excuſat tamen à pœna periurij.*

36 *Pactum ſimpliciter factum cenſetur etiam pro hæredibus factum actiuè, & paſſiuè.*

EPITOME.

LOCATIONE *rei facta ad affictum franchandum ſub certo annuo affictu, quem conductor certo tempore ſoluere cum iuramento promiſit, & cum pacto de ingrediendo bona conductoris propria auctoritate ſine licentia iudicis, ſi conuentis contrauentum fuiſſet, ſi conductor unicum affictum ſoluere ceſſauit, & ipſi uiuenti locator nihil oppoſuit, nec declarauit, ſe nolle amplius in locatione perſeuerare, immò ipſum eodem modo re locata uti, & frui permiſit, conductore poſtea mortuo, non poteſt locator ob dictam unicam ſolutionis affictus ceſſationem propria auctoritate rem locatam ingredi, & ab illius uſu filios, & hæredes conductoris minores expellere, etiam ſtante loci ſtatuto, prout Bonomæ, quòd liceat locatori propria auctoritate expellere colonum, uel inquilinum, uel alium quęcunque habentem cauſam à prædictis qui ceſſauerit penſionem debitam, ſeu affictum in termino ſoluere: quod ſtatutum in locatione ad affictum franchandum facta locum non habere, & quomodo debeat intelligi, hic demonſtratur.*

CASVS CONSILII.

QVIDAM *magiſter Petrusmaria de Saſſuno quandam eius poſſeſſionem cuidam Alberto de Bolognettis longè minoris uendidit, quàm ualeret, quam poſſeſſionem poſtea idem magiſter Petrusmaria à dicto Alberto conduxit ad affictum franchandum ad tempus, & terminum nouem annorum ſub certo annuo affictu, ſoluendo in feſto ſancti Michaelis cum iuramento &c. ut ex inſtrumentis ſuperinde confectis conſtat: Quibus peractis magiſter Petrusmaria affictum primi anni in feſto ſancti Michaelis ſoluere omiſit: De qua ſolutionis ceſſatione dum magiſter Petrusmaria uixit, Albertus præfatus nihil oppoſuit, nec declarauit, ſe nolle amplius in dicta locatione perſeuerare, quinimmò ipſum, donec uixit, eodem modo re illa uti, & frui permiſit, eidemq́ utendi, & fruendi patientiam præſtitit: cumq́ poſtea dictus magiſter Petrusmaria de menſe Ianuarii mortuus fuerit, relictis tribus filiis infantibus, quibus nondum de tutore prouiſum fuit, quo mediante ipſi paternam hæreditatem adire, ſeu illi ſe immiſcere uel ſimpliciter, uel cum beneficio legis, & inuentarii poſſent, Albertus antedictus prætendens dictum magiſtrum Petrummariam, & ſucceſſiuè eius filios, & hæredes ob ceſſationem prædictam ſolutionis affictus primi anni à iure ſuo, & à re locata cecidiſſe, atque conuentis contrauèniſſe, dictam poſſeſſionem, ut ſupra locatam, propria auctoritate ingreſſus fuit. Quo factum eſt, ut nunc dubitetur, an poſt mortem dicti magiſtri Petrimariæ, qui unicum affictum debito tẽpore ſoluere omiſit, licitum fuerit prædicto Alberto propria auctoritate, uel etiã cum licentia iudicis rem locatam ingredi, & filios infantes dicti magiſtri Petrimariæ ob ceſſationem prædictam ab illius perpetuo uſu expellere, atque eicere.*

CONSILIVM CL.

VISO dubio ſupra in prænarrato themate propoſito, uidetur prima fronte dicendum, licitum ipſi Alberto fuiſſe propria auctoritate rem locatam ingredi, & ab illius uſu filios dicti magiſtri Petrimariæ expellere atque eijcere; Et hoc in primis ex diſpoſitione ſtatuti poſiti ſub rubrica de pœna uendentis rem alienam in. §. liceat etiam, ubi huius dubitationis deciſio poni uidetur.

¶ Secundo hoc idem uidetur illi permiſſum fuiſſe ex diſpo-
1 ſitione iuris communis, quo cauetur, † quòd quamuis cõductor propter ceſſationem ſolutionis unius penſionis tantum non poſſit à perpetuo uſu rei conductæ expelli, quoniã requiritur ceſſatio per biennium ad tradita per Bald. in authen. qui rem. C. de ſacroſanc. eccle. & in l. ædem. C. locati, & ubiq; Paul. de Caſt. & Salice. poſt Iacob. Butrig. & per Anto. de Butr. & alios in c. potuit de loca. & eſt communis opinio, tamen ſecus eſt, quando fuiſſet certo tempore ſolui iuratum, & non fuiſſet ſolutum, quia etiam per unicam ceſſationem ſolutionis ſuo tempore non factæ locator poteſt propria auctoritate conductorem etiam à perpetuo uſu rei expellere, & hoc in pœnam, & odium conductoris periurantis, qui ratione ſui periurij ab omni iure ſuo excluditur, & non auditur, vt de hoc eſt text. in terminis, ubi Bald. hoc dicit in c. querelam de iureiuran. quod dictum ſcriben. communiter ſequuntur, & maximè Alex. in cõſ. 85. & 126. uolum. 1. & ſecũdum ipſum bonus eſt tex. in l. ſi quis maior, & ibi Bart. & omnes ſcribentes. C. de tranſactio.
2 ¶ Tertio † ubicunque quis eſt ipſo iure priuatus, purgatio moræ non admittitur, ut in c. literas de ſupplen. neglig. præla. cum ibi not. in c. licet canon de electio. in 6. & not. in c. mora de regu. iur. in 6. & per ſcriben. in l. ſi inſulam. ff. de
3 uerbo. obliga. ſed † quando conductor canonem, ſeu affictum certo tempore ſoluere iurauit, propter unicam ceſſationem tantum ipſo iure priuatur re locata, & omni commodo,

modo,quod ex contractu locationis habere,& conſequi po
terat,ex eo,quia uenit cõtra iuramentũ ſuum,ut eſt text.in
d.l.ſi quis maior,& ibi Alex.& in dd.cõſi.& in d. c.querelã,
4 ergo † purgatio moræ nõ admittetur, ut ſoluendo canonẽ
tẽpore debito non ſolutum ius prius amiſſum recuperet:&
hoc modo limitãtur text.in c. potuit de loca. ubi purgatio
moræ admittitur,& alia iura allegata per Bal.Sal.&Pau.de
Ca.in d.auth.qui rem,& in d.l.ædẽ,quæ debẽt intelligi, niſi
per conductorẽ de ſoluendo penſionẽ certo tẽpore fuiſſet
iuratũ.Conductor.n.qui iure ſuo priuatur,& ob ceſſationẽ
unius penſionis tantũ poteſt expelli iuxta not.per Bar.in l.
quæro §.inter locatorẽ ff.loc.& in l.uectigalia §.j.ibiq; Imo.
ff.de publica.ius ſuũ recuperat,morã purgando,hoc eſt ca-
nonẽ decurſum ſoluendo,quia per unicã ceſſationẽ à præ-
ſenti uſu repellitur,donec mora purgetur, ut uolunt oẽs in
d.auth.qui rem,& in d.l.ædem,& in d.c.potuit,ſed q̃n iura
tum fuit de ſoluẽdo certo tempore,illo elapſo nunquã pur
gatio moræ admittitur in pœnã, & odium periurãtis ad tra
dita per Bar.& oẽs in d.l.ſi inſulã,& plenè per Alex.&alios
5 in d.l.ſi quis maior. ¶ Quarto hoc uidetur decidi † ex not.
per Bar.in l.quæro §.inter locatorẽ ff.loca.& in d.l.uectiga
lia §.j.ibiq; Imol. ubi dixit,quòd ſimplex colonus, & is, qui
rẽ ad modicũ tempus conducit,ſi ſemel, & per unũ annum
tantum ſoluere canonẽ ceſſet,poteſt à conductore expelli,
quãuis in emphyteota bienniũ,uel trienniũ requiratur per
tex.in d.l.ædẽ,& in l.pe.ff.eo.& idẽ ponit in d.auth. qui rẽ.
¶ Sexto,& ultimo pro hac cõcluſione multum facit, nã pa
6 ctum † de ingrediendo propria auctoritate, de quo in l.cre
ditores C.de pign.exercetur non ſolũ contra defunctũ paci
ſcentẽ,ut ibi,ſed etiã contra hæredẽ,& ſucceſſorẽ uniuerſa
lem priuilegiatũ indefenſum,ut cõtra pupillum hæredem,
ſeu eccleſiã,maximè ex facto præterito defuncti,ut colligi-
tur ex not.per Bar.Sal.& alios in d.l.creditores, & per Bar.
& Sal.in l.ſi quis curialis C.de ſacroſ.eccle.Locatori igitur
licitũ erit ob ceſſationem ſolutionis non modo aduerſus cõ
ductorẽ,ſed etiam contra ipſius hæredes etiã pupillos rem
locatã propria auctoritate ingredi, attento maximè, quòd
inter ipſum Albertum,& præfatũ magiſtrum Petrummariã
factum fuit pactum de ingrediendo bona magiſtri Petrima
riæ propria auctoritate abſq; licentia iudicis, ſi cõuentis cõ
trauentum fuiſſet,ut ex inſtrumento apparet: & propterea
uigore huiuſmodi conuentionis hoc ipſi Alberto licitũ fuit
etiam aduerſus filios hæredes,& pupillos dicti magiſtri Pe-
trimariæ l.pro hæreditariis C.de hære.act. cum ſimil.ſupra
allega.¶ Quibus tamen non obſtantibus,opinionem cõtra-
riã de iure ueriorem eſſe exiſtimo:&pro clariori dicendorũ
7 intelligẽtia præmitto, † quòd id,quod ſ̃ dictũ fuit,uidelicet
quòd ſi cõductor canonẽ,ſeu pẽſionẽ certo tẽpore ſoluere
iurauit,& unicã pẽſionẽ tantum ſoluere ceſſauit,cadit ipſo
facto à iure ſuo,& à perpetuo uſu põt per locatorẽ expelli,
inductũ fuit in pœnã,& odium ipſius conductoris periuran
tis,cum aliàs ceſſatio per bienniũ requiratur, ut uoluit Bal.
per illum tex.in d.c.querelã,& in d.l.ſi quis maior,ubi oẽs,
8 & Alex.in conſiliis præalleg.† Idẽ dicendũ eſt fuiſſe in odiũ,
& pœnam periurantis inductũ, quòd ubicunq; iuramẽtum
interuenit, mora purgari non põt, ut uolunt oẽs per illum
tex.in d.l.ſi quis maior,Bar.& alij in d.l.ſi inſulã,& Alex. in
9 præalleg.conſiliis.¶ Secundo præmitto,quòd † pœna periu
rantis eſt perſonalis,ſeu iuramentũ reſpectu reatus periurij
eſt perſonale,nec ad hæredes tranſit, cum perſonã iurantis
nõ excedat,ut uoluit Bar.in l.cũ quis §.codicillis ff.de leg.3.
c.ueritatis,ibiq; canoniſtæ de iureiur.& latè Bart.in c.j.eo.
tit.in 6.& faciunt not.in l.ex contractibus,& in l.conſtitutio
nibus cum ſim.ff.de ac.& obli.¶ Tertio præſuppono,quòd
licet prædictis duobus caſibus, uel q̃n quis ceſſat per bien-
nium,uel quãdo iuratũ fuit per annum, cadat à iure ſuo,&
ipſo facto perpetuo uſu priuetur,ut per ſcrib.in locis præal
10 lega. † non tamen priuatur ex toto ipſo iure propter ſpem
reuiuiſcentiæ contractus,conductore ſoluente, & locatore
acceptante,& perſeuerante in ipſa locatione,& ideò purga
tio moræ etiam poſt ceſſationẽ biennij,uel unius anni,quã-
do iuratum fuit,admittitur,ut in terminis dixit Ant. de But.
11 in d.c.potuit in fin.4.col. † Vnde Paul.de Caſ.in d.authen.
qui rem inquit, quòd ille, qui per biennium à ſolutione
canonis ceſſauit,ipſo iure cadit à locatione,& iure ſuo,ſi lo
cator declarauerit,nam declaratione facta locator poterit
à re locata conductorem propria auctoritate expellere;
Quod ſuadetur etiam,nam ſcribentes communiter conclu
dunt,quòd conductor non ſoluendo canonem per bienniũ
cadit à iure ſuo,& expelli poteſt,ſi eccleſia,uel priuatus lo-
cator uoluerit per tex.in d.auth.qui rem,& ibi Bar. & Pau.
de Ca.& not.in l.2.maximè per Moder. C.de iure empby.
& Specula.in titu.de loca.§.nunc aliqua uerſic.13.& 163.
ibique Bal.in addit.uerſi. emphyteota cadit &c. & illa uer-
ba,ſi uolet,ſeu ſi uoluerit,interpretantur,hoc eſt ſi declara-
uerit ſe uelle,ut eſt text.clarus,ubi Paul.de Caſtro, & ſcri-
ben.in l.ſi ita §.illi ſi uolet ff.de legat.j.& Paul.de Caſt.poſt
Bart.in l.j.ff.de lega.2.ibique Alexan. plenè,dum reprobat
dictum Angeli,& Alexan.Paul.& alij in l.centeſimis in fin.
ff.de uerbo.obliga.& facit text. in l.fideicommiſſa §. quan-
quam ff.de legat.3.ubi uerba niſi uoluerit, important, hoc
eſt,niſi declarauerit ſe uelle,ut ibi per doct. Requiritur er-
go declaratio locatoris ad hoc, ut conductor ob ceſſatio-
nem ſolutionis canonis cadat à iure ſuo,& expelli poſſit, &
ideò per ceſſationem non cadit à iure ſuo ex toto, cum in-
terim mora poſſit purgari,ut per Anto.in d. c. potuit in fin.
12 4.colum. † quinimmò quamplures ſolemnes docto.uideli-
cet Innocen.à quo non uidetur diſcedere Anto.de Butr.&
Paul.de Caſt.qui multos hoc tenere refert in d.authen.qui
rem, dicũt conductorem non ſoluendo canonem ipſo iure
non cadere à iure ſuo,ſed per ſententiam per tex. in d.c.po
tuit,ubi etiam poſt ceſſationem mora poteſt purgari, quod
fieri non poſſet, ſi conductor eſſet ipſo iure priuatus, cum
tunc purgatio moræ non admittatur c. literas de ſupplen.
negligen.præla.cum aliis ſupra ad hoc propoſitum allegat.
¶ His præmiſſis ita ſe habentibus, clarè ad deciſionem dubi
bitationis propoſitæ inferri poteſt, quòd licet ipſe magi-
ſter Petrusmaria principalis conductor ob unicam unius
anni tantum canonis ſolutionis ceſſationẽ potuerit ab ip-
ſo Alberto locatore propria auctoritate expelli, & con-
ſequenter in odium, & pœnam ipſius periurantis, & iu-
ramento ſuo contrauenientis moram purgare non potuiſ-
ſet per ſupradicta, tamen ſecus dicendum eſt in hæredi-
bus,& filiis infantibus ipſius magiſtri Petrimariæ,qui igno-
rauerunt, & adhuc ignorant patrem ſuum in ſolutione ca-
nonis ceſſaſſe, & conſequenter à iure ſuo cecidiſſe argu-
mento l.ſi pupillus ff.de acquiren.hæredita.quoniam pœ-
na periurij eſt perſonalis, nec perſonam excedit, nec ad
hæredes tranſit, ut ſupra concluſum fuit.
¶ Secundo quòd hæredes,& filij præfati magiſtri Petrima-
riæ ab ipſo Alberto non poſſint ex cauſa prædicta expelli,
demonſtratur, nam aut Albertus hoc uult facere ex di-
ſpoſitione ſtatuti prædicti in §. liceat autem, & hoc non
13 placet, neque ſubſtineri poteſt, in primis, quia † illud
ſtatutum loquitur in meris,& ſimplicibus locationibus,non
autem in mixtis, quæ naturam contractus innominati ſa-
piunt, qualis eſt locatio facta ad affictum franchandum,
& cum promiſſione de uendendo, & faciendo contra-
ctum, ſeu inſtrumentum uenditionis pro certo pretio,
14 quæ † locatio non dicitur mera,& pura locatio, ſed mixta,
& potius cõtractus cõſuetudinarius,& innominatus, quàm
nominatus: & propterea ſtatutum loquens ſimpliciter de

locatione ad locationem factam ad affictum franchandum
non extendetur,ut expreſsè, & in terminis quoad hoc ſta-
tutum poſitum ſub dicta rubrica de pœna uenden.rem alie
nam uoluit Alexan.in conſi.76.uolum.5. quia ſtatutum lo
quens in caſu ſimplici, ut in contractu ſimplicis locationis,
caſum mixtum,hoc eſt locationem factam ad affictum fran
chandum non comprehendit argumento not. per do. Ant.
in prohœm.decretal. per not,in l.2.in prin.ff.de uerb.obli,
& in l.uim paſſam §.præſcriptione ff.de adulter.vnde dixit
Bal.not,in l.hac conſultiſſima C.qui teſtam.face.poſſ.quòd
ſtatutum loquens de ultima uoluntate non extenditur ad
donationem cauſa mortis,quæ non eſt mera uoluntas ulti-
ma,ſed de ea participat iuxta not.in l.fin.C.de donat.cauſa
mor,in §.1,Inſtit.de donatio,& in l.2.ff.de legat.1. cum ſi-
milibus: Et quòd huiuſmodi contractus non ſit, nec dica-
tur contractus meræ locationis,neque nominatus, ſed po-
tius contractus conſuetudinarius à conſuetudine introdu-
ctus,& conſequenter innominatus,facit id,quod in termi-
nis uoluit Bal.in authen.eo decurſum C. de donation. ante
nupt.& in rubri.C.de rerum permuta.per Bar.in l.iuriſgen
tium §.quinimmò in ult.colum.ff.de pactis,& Bald.in l.fin.
in 1.q.C.quando liceat ab emp. diſce. ubi habetur, quòd
15 † contractus conſuetudinarius à conſuetudine inuentus cẽ
ſetur contractus innominatus,niſi conſuetudo, uel lex ciui
lis illi formam,& nomen dediſſet, ut per Bart.in d. §. quin-
immò; quod non contigit in terminis noſtris, & Bartolus
propriè in contractibus ad affictum exemplificat,&hoc ex-
preſſius dixit Bal.in dicta authen.eo decurſum.

16 ¶ Nec dicatur, † quòd talis contractus, licet ſit innomina-
tus, tamen habeat ſimilitudinem cum contractu locationis
meræ,illique æquiparetur,ut colligitur ex promiſſione pa-
tientiæ,& ex aliis conuentionibus in tali inſtrumento deſcri
ptis:quæ omnia pariter in inſtrumento meræ locationis po-
nuntur:ergo talis contractus ſecundum naturã contractus,
cui aſſimilatur, regi debet, & de eo debet idem iudicari,
quod de contractu locationis iudicatur argumento l.1.§. ſi
quis ſeruum,ibique Bar.ff.depoſi.l.cum,qui §.1.ff.commo.
& l.naturalis §.fin.ff.de præſcript.uerbis;quoniam immò ta
lis contractus eſt à natura contractus meræ locationis lon-
gè diſſimilis,quia in hoc contractu agitur de magno præiu
dicio,& de acquiſitione directi dominij,uel quaſi,quod nõ
eſt in contractu meræ locationis,ex quo non modo non ac-
quiritur dominium,ſed nec poſſeſſio l. non ſolet ff. locati, l.
qui rem,& l.ad probationem cum ibi not.C.eodem titu.&
l.1,cum ibi not.C,communia de uſucapio,& ideò ſtatutum
prædictum loquens de locatione debet intelligi de mera,
& propria locatione,& non de impropria,& nõ mera,quæ
tranſit in contractum conſuetudinarium, & innominatum
argumento not.per Baldum in l.1. C. de rerum permutat.
17 ubi † ſtatutum loquens de contractu uenditionis non extẽ
ditur ad contractum permutationis, qui eſt contractus in-
nominatus,ut in l.cum precibus C. de rerum permuta. d.l.
naturalis §.j.ff.de præſcript.uerb.l.j.ubi caſus ff. de rer.per-
muta.& tamen contractus permutationis eſt ſimilis contra
ctui uenditionis,ut in l.2.ff.& C.de rerum permut.Sed hoc
ideò eſt ſecundum Bal.quia ſtatuta ſunt oneroſa,& ſtricti iu
ris,& hoc idem ſequitur Ioan.And.in addit.ad Spec.in tit.
de empt.& uendi.§.nunc dicendum il 2.in addit.incipiẽ. eſt
18 ſciendum. Præterea † quamuis contractus permutationis,
& contractus uenditionis in aliquibus conueniant, & ſint ſi
miles,in multis tamen differunt,ut in l.j.ff.de rer.permutat.
in d.l.naturalis §.j.& in d.l.j.C.de rer.permut.& ideò iuriſ-
conſul.in d.l.j.non uult argumentum de uno ad aliud pro-
cedere:Nil mirum ergo,ſi ſtatutum loquens de uno non ex
tenditur ad aliud arg.etiam not,per do.meum Sozi.in l.2,in
prin.ff.de uerb.obl.Ita etiam in caſu noſtro poſito, quòd cõ
tractus franchationis in aliquibus cum contractu meræ lo-
cationis conueniat,tamen in multis differunt,& in ſubſtan-
tia,quoniam in uno agitur de magno præiudicio,& de ma-
gna acquiſitione,in altero uerò de leui præiudicio, & de le
ui acquiſitione,ergo ſtatutum loquens de uno non extendi
tur ad aliud arg.d.l.j.ff.de rer.permu.iunctis not. per Bal.in
19 d.l.j.C.eo.Item † in materia ſtatutorum illi dicuntur caſus
ſimiles,in quibus eſt eadem,uel maior ratio,& illi dicuntur
diſſimiles,in quibus non eſt eadem ratio Bal.& Pau.de Caſ.
20 in l.illud C.de ſacroſ.eccle.Sed † alia,& diuerſa ratio eſt in-
ter contractum meræ locationis, & contractum locationis
ad affictum franchandum in terminis noſtris,quoniã in me
ra locatione conductor per expulſionem non priuatur ali-
quo iure,nec graui præiudicio afficitur,& conſequenter do
minus nullum ius ultra,quam haberet, acquirit,in locatio-
ne uerò ad affictum franchãdum conductor aliquo iure pri
uatur,grauiq́; præiudicio afficitur,ut ſupra dictum eſt,& cõ
ſequenter dominus per expulſionẽ ius aliquod acquirit: &
ad propoſitum uideas not,per Pau.de Caſ.in d.auth.qui rẽ
uerſi.non obſtat l.pen.C.de ſacroſ.eccl. qui ad oſtendendũ
rationem diuerſitatis huiuſmodi iſta conſiderat,ergo ſtatu-
tum loquens de locatione ſimpliciter pura ad locationẽ ad
affictũ franchandum non extendetur,cum ſit inter illas di-
uerſa ratio,iuribus uulgaribus. ¶ Rurſus Bal.in lectura anti
qua,ueluti refert,& ſequitur Alex.in conſi.17.uol.4.in pe-
nul.col.in l.item quæritur §.qui impleto ff.loca.multum ele
21 ganter dicit, † quòd diſpoſitio illius tex.quæ uult,quòd fini
ta locatione,ſeu finito tẽpore,quo res fuit locata, res cẽſea
tur reconducta,ſi conductor in cõductione perſeuerauerit,
locum non habet,quando eſſemus in caſu,in quo ageretur
de acquiſitione,ſeu tranſlatione utilis dominij, & ſic de ma
gno præiudicio,nam tex.in d.§.qui impleto loquitur, quan
do agitur de modico præiudicio, & ſic in mera locatione:
ergo minus locũ haberet,quãdo de acquiſitione, ſeu trãſla
tione dominij directi ageretur,cum ſic de maiori præiudi-
22 cio tractari diceretur: Sed † prædictũ ſtatutum in d.§.liceat
etiã loquitur ſimpliciter de locatione, & ferè idẽ diſponit,
quod ius cõmune,ut ex ſupra dictis conſtat, nihil enim per
illud iuri cõi addi uidetur,ut ex eius uerbis colligitur, ergo
ſecundum ius cõe intelligi,& regulari debet c.j.cũ ibi not.
per ſcrib.de conſti.in 6.& ſtatim dicetur.Sequitur itaq́; ex
prædictis,quòd ſtatutum illud non habebit locum,quando
de acquiſitione,& trãſlatione dominij,& ſic de magno præ
iudicio tractatur, prout in terminis noſtris contingit per ſu
pradicta,ſed ſolũ habebit locum in contractu meræ locatio
nis,& ſic qñ de leui,& modico præiudicio agitur,& hoc be
nè nota,quoniã caſus noſter,tanquam nõ deciſus à ſtatuto
remanebit in diſpoſitione iuris communis l.commodiſſimè,
ibiq́;ſcrib.ff.de lib. & poſth. ¶ Præterea quòd hoc fieri non
23 poſſit uirtute prædicti ſtatuti,ſatis apertè oſtendo,nam † ſta
tuta ſemper in dubio ita ſunt intelligenda,ut minus,quã fie
ri poſſit,ius cõe lædant, & ſemper ſecundum ius commune
ſunt interpretanda, & intelligenda,& ad ius commune re-
ducenda c.cum dilectus,& ibi Ant.de But.de conſuet. & c.
cauſam,quæ,ubi bonus tex.de reſcrip.ubi reſcriptum ad li-
tes,quod eſt ſtricti iuris,prout eſt ſtatutum c.ſedes de reſcr.
c.cũ olim dilecti de off.deleg.& in c.cum P.& G.eo.tit. not.
in c.edoceri per glo.& in c.rodulphus de reſcrip.& c.j.iun
cta gl.j.de rer.permu.in 6.ſemper intelligitur,ac interpre-
tatur etiã peruertẽdo ordinẽ in reſcripto poſitũ ſecundum
24 ius cõe,& ad ius cõe reducitur:& † maximè cũ tale ſtatutũ
idẽ ferè penitus ponat,quod fuit à iure cõi inductum,uideli
cet ut cõductor non ſoluendo canonẽ poſſit propria aucto
ritate expelli,& cadat à iure ſuo,quod idem dicitur eſſe de
iure communi d.l.ædem,d.§.inter locatorem, per Bar.in d.
l.uectigalia,& not.in d.cap. potuit cum aliis iam allegatis:
Quare

Quare erit hoc ſtatutum intelligendum,atque interpretan dum ſecundum ius commune,& de eo iudicādum, ſicut de iure communi argumento tex.cum ibi not.in c.1.de cōſtit. in 6.& per Alex.in l.4.§.prætor ff.de damno infect.& in l.1.
25 in princ.ff.ad legem falcid. ſed † ius commune, quod vult conductorem ad modicum tempus poſſe expelli, & à iure ſuo cadere ob unicam etiam ceſſationem integram,uel par tis penſionis iuxta d.l.ædem cum aliis præallegatis, intelligi tur,ac interpretatur,ut per locatorem poſſit expelli à re locata,uel is cadat à iure ſuo quoad uſum præſentem, & non quoad uſum perpetuum,& ideò poſtea ſoluendo,& purgā do morā reſtituitur,& ipſo iure uſum rei recuperat, ut not. dixit Bal.& Paul.de Caſt.& Sali. poſt Iaco. Butiig.in d.authen.qui rem,& idem Bal.Sali.ac alij in d.l.ædem,Anto.& alij in d.c.potuit, ergo & eodem modo ſtatutum ſupradictum hāc recipiet declarationem, & interpretationē,quòd per unicam ceſſationem ſolutionis canonis conductor cadat à iure ſuo,& poſſit propria auctoritate locatoris expelli à præſenti uſu,& non à perpetuo: quod quidem morā poſſe purgari ſignificat,ut in locis præallegatis per Bal. & plura ad propoſitum uideas tradita per Alex.in l.fin.§.in computatione C.de iure deliber.¶Et ſi diceretur, quòd ita intelligēdo,ſtatutum eſſet ſuperfluum, nihilq́ue ultra ius cōmune diſponeret contra l.1. in fin.ff.ad municip.l. ſi quando C.de inoffi.teſt.c.ſi papa de priuileg.in 6.& not. in c.1. de reſcrip.nec non contra not.per Bar.in d.l.4.§. prætor ait
26 ff.de damno infec. reſpondeas, † ſatis eſſe, quòd per ſtatutum aliquid noui ultra ius commune inducatur, etiam ſi illud leue eſſet,& minimum,ut colligitur ex not. per Bart.in l.1.in princ.ff.ad legem falcidiam, qui dixit, ſatis dici per ſtatutum addi iuri communi, ex quo per illud additur, ſeu oritur nouum remedium agendi ex ſtatuto, uidelicet conditio ex lege argumento l.1.ff. de condic. ex lege: quā reſponſionem ſequitur etiam Ioan.de Imol.in c.1.de teſtam. & Anto.de But.in c.ex parte l'ultimo de uerbo. ſignificat. additur etiam per huiuſmodi ſtatutum tempus, infra quod affictus,& penſiones ſolui debent,ut ex eo colligitur: vel ſe
27 cundo † ſatis dicitur per ſtatutum addi iuri communi,quan do per ſtatutum confirmatur illud idem,quod à iure commune fuit inductum,prout probatur Inſtit. de bono. poſſ. poſt prin.uerſi.aliquando,& in l.3.§. ex hoc edicto cum ſequen.ff.naut.caupo.ſtabul.& hoc etiam ſenſit Bart. per illū tex.in d.l.1.in princip.ad legem falcid. iuncta glo. ibi dedit, hoc eſt datam confirmauit, & ad hoc optimè facit dictum
28 Bal.in l.terminato C.de fructi.& lit.expen.quòd † licet ſtatutum dicat,quòd uictus uictori debeat in expenſis condēnari,tamen debet intelligi, niſi uictus iuſtam litigandi cauſam habuerit: & ſic penitus ſecundum ius commune intelligetur,& hoc ſequitur etiam Alex.in d.l.fin.§.incomputa-
29 tione:Vel tertio † per ſtatutum ſatis dicitur addi iuri communi quoad hoc,ut ſtatutum nō dicatur ſuperfluum, quādo id,quod per ius commune generaliter,ſeu uerbis generalibus eſt diſpoſitum,per ſtatutū ſpecialiter, & uerbis magis claris, atque ſpecificis ſtatuitur, ueluti optimè probat tex.in l.item apud §.hoc edicto ff.de iniur.& in l. ſi ſeruus §. inquit ff.ad legem acquil.& eſt glo.not.in c. licet canon de electio.in 6. & Gemini.in c.cupientes §. hac generali eo. tit.in 6.per not.in c.1.de ſumma trinit.& fide cathol. in c. mandatum de reſcrip.& in c.cum tu de uſuris: Ita ad propoſitum dici, & exemplificari poteſt in caſu noſtro, quòd per ſtatutum confirmetur, uel ſpecialiter diſponatur illud idem,quod aliàs erat de iure cōmuni generaliter, ſeu uer-
30 bis generalibus inductum: Præterea † tolleratur etiā, quòd ſtatutum ultra ius commune nihil diſponat, quando intelligendo ſtatutum aliquid ultra ius commune diſponere, abſurdum,& contrarietas iuris, ſeu correctio reſultaret, ut colligitur ex not.per Barto.in l.1.§. nunciatio in 4.col.ff.de noui oper.nunc.per l.1.C.de ſacro. ſanc. eccl. iuncta l.fin. C.de teſta.milit. & optimè conuenit id, quod dixit Bald.in
31 d.l.terminato, & Alex.in d.§.in computatione: & † lex,ſeu ſtatutum ſemper debet intelligi, ne correctio reſultet, niſi uerba tam clara eſſent, quòd correctio clarè colligeretur, c.cum expediat de electio.in 6.l.1.C.de inofficio. donat. & Abb.in c.1.in 4.col.de reſcrip.& facit tex.not.in c.dudū de decimis,c.cum dilectus,& c.ad audientiam, & ibiq́ue Ant. de But.& Imol.de cleri.non reſiden.& Alex.in d.§. in computatione in fin.uer.ibiq́ue Bart.qui dixit,ſtatutum penitus debere intelligi ſecundum ius commune,& nō ultra,ne reſultet abſurdum,& ne quis damnū indebitè patiatur:Quod benè ad propoſitum noſtrum nota, quia ſi ſtatutum ſupradictum intelligeretur,quòd conductor ob unicam ceſſationē poſſet à perpetuo uſu rei expelli, hoc eſſet contra ius commune,& æquitatem,item pateretur conductor graue damnum,quia à iure franchandi, & acquirendi dominium excluderetur,& ſic abſurdum reſultaret, ut ex not. per Bald. Salicet. & Paulum de Caſtr. colligitur, & ſic ex prædictis omnibus manifeſtè conſtat, Alberto locatori rem locatam propria auctoritate ingredi,& filios ac hæredes dicti magiſtri Petrimariæ conductoris excludere ex diſpoſitione ſtatuti prædicti non licuiſſe. ¶Aut uolumus dicere, hoc fuiſſe ipſi Alberto licitum ratione iuramenti,quo dictus magiſter Petrusmaria certo tempore ſoluere iurauit, & non ſoluit, prout iurauit,& ſic ratione periurij per ſupra adducta: & tunc eodem modo dico hoc aduerſus hæredes,ſeu filios infantes ipſius magiſtri Petrimariæ fieri non potuiſſe, quoniā cum hoc in odium,& pœnam periurantis fuerit inductum d.l.ſi quis maior,d.c.quærelam, & latius ſupra dictum eſt, hæc pœna ad filios,& hæredes non tranſit, ſed ſolum ipſum iurantem reſpicit,quia eſt perſonalis, nec iurantis perſonā excedit,ut ſupra fuit præmiſſum.¶Confirmantur prædicta
32 & alio modo,† nam conductor,qui ceſſauit ſoluere per biēnium,uel per annum,quando iuratum fuit, quæ duo æquiparātur,ut per Bal.in d.c.querelam, ipſo iure non priuatur ex toto propter ſpem reuiuiſcentiæ contractus, & donec locator declarauerit,& uoluerit conductorem à iure ſuo cecidiſſe,ut ſupra dictum eſt: ergo interim ante, quam uoluerit,ſeu declarauerit ſe uelle, poterit mora purgari per ea, quæ iam dixi. Et ſi dicatur, Albertum in caſu noſtro declarauiſſe per proteſtationē ſuam factam filiis,& hæredibus ipſius magiſtri Petrimariæ,reſpondetur,quòd hæc declaratio profuiſſet utiq; Alberto aduerſus magiſtrū Petrūmariā iurantē in pœnā ſui periurij,ſed nō nocet filiis, & hæredibus illius,quoniā cum hoc in pœnā periurantis fuerit introductum,nō debet ad eius hæredes extendi, quin aduerſus unicam ceſſationem ſolutionis penſionis moram purgare poſſint arg. not.per Bal.& alios in d. authen.qui rem,& in d.l. ædē,& ut ex ſupra dictis colligitur. ¶Prædicta quoq; uera
33 eſſe corroborantur, † nā id, quod dicitur, quòd qn̄ quis eſt ipſo iure priuatus,uel qn̄ iuratū fuit, mora purgari nō pōt, ut iam latius dictū fuit, nō habet locum,neque procedit de æquitate canonica, & conſequenter in terris eccleſiæ argumento eorum,quæ habentur in c.1.de noui oper. nunciatio.& not.in c.1.de conſtit.cum ſimilibus: Nam de iure canonico, & eius æquitate ſemper, & quandocunque etiam in caſibus,in quibus purgatio moræ aliàs non admittitur, poteſt mora purgari citra tamen præiudicium, & intereſſe aduerſarij,ad tradita per Bal.in l.qui crimen C.qui accuſ.non poſ.et eſt glo.in c.apud miſericordem 32.q.1.c. ſuam de pœ nis: & per hoc limitatur tex.d.l.ſiquis maior, ſecūndum Alexan.ibi, et in l.ita ſtipulatus la grande ff. de uerb.obli.ex quibus ſequitur, quòd filij, & hæredes præfati magiſtri Petrimariæ moram purgare, et cōſequēter in ipſa

conductione perſiſtere poterunt,nec aduerſus illos exceptio periurij poterit opponi, cum periurium defuncti filios, & hæredes non afficiat per iam ſæpius dicta. ¶Vltimo fa-
34 cit, nam † quamuis difficultas præſtationis, & ſolutionis quem ab obligatione,& commiſſione moræ non excuſet l. 2.§.ex his,& l.continuus §.illud ff.de uerborum obligat.excuſat tamen à pœna periurij,ut eſt tex.in c.breui,ibiq; Imo la de iureiuran.& c.querelam eodem titu.ubi eodem modo quælibet iuſta,& neceſſaria cauſa excuſat, & in d. l. ſi quis maior,& docto. ubique: Sed magiſter Petrusmaria fuit in magna difficultate ſoluendi penſionem, quia non poterat conſequi pecunias ſibi ab aliis debitas,ac faciebat, & fecit, quicquid potuit,ut pecunias à ſuis debitoribus exigeret,ac etiam ſub uſuris illas reciperet,ut notiſſimum eſt,& tunc maximæ belli ſuſpitiones imminebât, nec ius aduerſus aliquos reddebatur,ergo ſequitur,quòd non poteſt dici in periuriũ incidiſſe,& illius pœna teneri, & conſequenter nec à iure ſuo cecidiſſe ex eo,quia unicam penſionem non ſoluit, prout iurauit. ¶ Reſtat modo, ut in contrarium adductis reſpondeatur,quibus & ſi ex prædictis aperta colligatur reſponſio, tamen ſpecialius reſpondendo dicas in primis non aduerſari ſtatutum primo loco allegatum,& ſecundo quòd certo tempore ſoluere iuratum fuit, quia de his ſatis dictum fuit, & oſtenſum ea filiis, & hæredibus prædictis non poſſe obſtare. ¶Non obſtat tertium,quia reſpõdetur,quòd de æquitate canonica mora quandocunque, & omni caſu citra præiudicium,& intereſſe aduerſarij purgari poteſt,ueluti ſupra proximè dictum eſt.Vel aliter dicas,ut ex iam dictis colligi poteſt, Similiter non obſtat, moram non poſſe purgari,quando iuratum eſt, quoniam illud in caſu noſtro eſſet uerum aduerſus ipſum principalem cõductorem, ſed non aduerſus eius filios,& hæredes:item illud non procedit de æquitate canonica,nec habet locum, quando iurans nõ potuiſſet ſoluere ex difficultate præſtationis, uel aliter ex iuſta,& neceſſaria cauſa fuiſſet impeditus, ut hæc omnia ex iã deductis conſtant.¶Non aduerſantur etiam not.per Bartolum in d.l.quæro §.inter locatorẽ,& in d.l.uectigalia, quia
35 † intelliguntur ſecundum,quod declarant Bal.Paul. de Caſtro,& Salice.poſt Iaco.Butriga.in d.authen.qui rem, & in d.l.ædem,ut procedant quoad præſentem uſum,& non quoad perpetuum,& ſic quòd mora purgari poſſit, ut ibi.

¶Vltimo non obſtat ſextum fundamentum, in quo aduocati aduerſariorum potiſſimum faciunt fundamentum, dum dicunt,pactum de ingrediendo propria auctoritate ad hæredes tranſire,& ex facto præterito etiam defuncti poſſe contra ſucceſſores uniuerſales etiam pupillos, & indefenſos exerceri,ſicut poteſt exerceri contra eccleſiam,quæ ſucceſſit argumen. eorum,quæ ſupra ſunt adducta,iunctis not.
36 in c.1.de reſtit.in integ.quoniam † reſpondendo fateor fundamentum ipſorum,quòd pactum de ingrediendo propria auctoritate etiam contra hæredes ex facto præterito defuncti poteſt exerceri,& ratio eſt,quoniam propria natura pacti,& contractus eſt,ut ad hæredes, & ſucceſſores tranſeat; Vnde pactum ſimpliciter factum cenſetur pro hæredibus actiuè,& paſſiuè factũ l.pro hæreditariis C. de hære.ac.l.ex contractibus ff.de act.& obli.& l.1.C.ſi cer.pet. Sed quòd licentia de ingrediẽdo propria auctoritate rem locatã, quã conductor,qui pẽſionẽ certo tẽpore ſoluere iurauit, ſemel tãtum ſoluere ceſſauit, ex facto præterito defuncti trãſeat, & exerceri poſſit immediatè cõtra hæredes cõductoris maximè pupillos,& indefenſos,hoc negatur,neque de iure aliquo modo fieri poteſt per ſuperius adducta: & ratio eſt, quoniam aduerſus defunctum principalẽ ſoluere,ut ſupra, ceſſantem huiuſmodi licentia poteſt exerceri in pœnam,& odium ipſius defuncti periurantis,cum aliàs ceſſatio per biẽniũ requireretur,ut ſupra dixi: quæ ratio in hæredibus defuncti non militat,quia pœna periurij eſt perſonalis, & ad hæredes non tranſit,ut ſupra ſæpius dictum eſt. Argumentum itaque ſumptum ex pacto contrahentium facto ſuper licentia de ingrediendo propria auctoritate, quod ſui natura ad omnes hæredes tranſit, ad licentiam de ingrediendo propria auctoritate rem locatam ex unica ſolutionis canonis ceſſatione propter periurium ceſſantis ſoluere non eſt bonum,quia hæc in odium, & pœnam periurantis ex diſpoſitione iuris communis conceditur,quæ pœna,ut ſupra, ad hæredes regulariter non tranſit. Nec obſtat, dum ex aduerſo dicunt,quòd in inſtrumento inter ipſum Albertum,& magiſtrum Petrummariam confecto reperitur pactum expreſſum inter contrahentes initum de ingrediendo propria auctoritate, ergo Alberto licuit ex huiuſmodi pacto ingredi, illoque uti etiam aduerſus hæredes magiſtri Petrimariæ ex facto ipſius per ſupradicta, quia reſpondendum eſt ad hoc,quòd pactum de ingrediendo &c. ſolitum in huiuſmodi contractibus, & inſtrumentis apponi reſpicit ſolum bona ipſius debitoris pignorata, & hypothecata, & ſic ad obligationem acceſſoriam pignoris,& hypothecæ, non autem ad obligationem principalem extenditur,ut ex tenore ipſius pacti,& inſtrumenti colligitur. Quis enim dicet, quòd per huiuſmodi pactum de ingrediendo,ſi contrauentum fuerit,data ſit licentia ipſi Alberto creditori de ingrediendo rem ipſius Alberti ratione cõtrauentionis,& quòd per tale pactum præfatus magiſter Petrusmaria conſtituerit ſe poſſidere nomine Alberti rem,quæ erat ipſius Alberti,& cuius ille ciuilem,& naturalem poſſeſſionem habebat? certè nullus. Dico igitur per tale pactum de ingrediendo fuiſſe ipſi Alberto prouiſum reſpectu bonorum,quæ erant magiſtri Petrimariæ, & quæ magiſter Petrusmaria poſſidebat,eo caſu,quo is contraueniſſet, & non reſpectu poſſeſſionis,ac rei conductæ,quæ erat Alberti, & quam ante contractum locationis ipſe Albertus poſſidebat, ueluti clarè ex ſerie pacti,& inſtrumenti conſtare poteſt. Quare uirtute pacti prædicti dici non poteſt, licitum fuiſſe Alberto propria auctoritate rem, & poſſeſſionem locatam ingredi ob ceſſationem ſolutionis etiam aduerſus hæredes ipſius magiſtri Petrimariæ. Et ita iuris eſſe in prædictis omnibus ſum arbitratus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, qua pronunciatum eſt inſtrumenta debere ſeruari, infert neceſſario, ut etiam dicatur pronunciatum, quem à iure illorũ inſtrumentorum non cecidiſſe.*

2 *Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina per contrarium.*

3 *Sententia tacita reſultat ex ſententia prolata ſuper uno ex contrariis, quæ ſimul ſtare nequeunt, ut ſuper illo altero contrario cenſeatur pronunciatum in contrarium;*

Et illa ſententia tacita in rem iudicatam tranſit, obſtatque exceptio rei iudicatæ, niſi ab ea fuerit appellatum.

4 *Conductorem cecidiſſe à iure ſuo, & ipſi conuenta, & promiſſa in inſtrumento conductionis ſeruanda eſſe, repugnant, & ſimul ſtare nequeunt.*

5 *Appellationi aduerſarij adhærem perinde eſt, ac ſi ipſe appellaſſet, quando infra tempus datum ad appellandum adhæſit.*

6 *Commodo, & fauori ſuo quis renunciare poteſt.*

7 *De ſubrogato iudicatur idem, quod de eo, in cuius locum fit ſubrogatio.*

8 *Cauſa qualibet iuſta etiam leuis, & quaſi fatua excuſat à pœna l. ſi quis maior C.de tranſac. & caducitate iurium, dolumq; excludit, licet non maximam negligentiam, & num. 10.*

9 *Pœnam l. ſi quis maior C.de tranſac. ut quis incurrat, requiritur doloſa, et fraudulenta contrauentio.*

10 *Credulitas omnis maximè habens aliquam iuſtam cauſam, excuſat à dolo.*

11 *Periurium expoſcit dolum.*

12 *A periurio excuſatur non ſoluens tempore conuento, ſi ſibi tempus ad ſoluendum fuit prorogatum.*

13 Caducitas ſine mora imputari non poteſt.

14 Debitor an, & quomodo in mora conſtituatur per lapſum diei, quando conuentum fuit ſolutionem certa die fieri debere Florentiæ, aut in alio certo loco.

15 Debitor quando ad domum creditoris accedere teneatur ad hoc, ut in mora non conſtituatur, & quando non.

16 Onera, damna, & intereſſe extraordinaria dicuntur eſſe incerta, & non liquida.

17 Debitor quantitatis, ſeu ſummæ incertæ quomodo in mora conſtitui dicatur.

18 Procurator reſtitutionem in integrum petere, & ad caducitatem agere non poteſt, niſi ad hæc ſpeciale mandatum habuerit.

19 Mandatum ſpeciale requiritur ad agendum contra illum, qui ex eo infamaretur.

20 Inſtrumentum uniuerſitatis nomine factum ualet, etiam ſi omnes de uniuerſitate non fuerint in eo ſingulariter nominati, ſed dictum ſit, maſſarius, Titius, Caius, & quam plures alij homines dictæ uniuerſitatis excedentes duas partes ex tribus, & totum corpus dictæ uniuerſitatis repræſentantes.

21 Inſtrumento publico in dubio ſtandum eſt.

EPITOME.

CONDVCTOR *obligatus ad manutenendum unum molendinum pro commodo certarum perſonarum, & ad ſoluendum certum quid locatori in certo loco, item ad ſoluendum quædam onera extraordinaria, quæ eſſent incerta, & non liquida, ſi aliud molendinum in locum alterius ſubrogando de conſenſu, & conuentione illorum, ad quorum commodum illud primum manutenere debebat, manutenuit, & ſi tàm illud quid certum, quàm dicta onera extraordinaria obtulit ſe paratum ſoluere, ſatis eſt, ut in mora conſtitutus, & à iuribus ſuis propter inobſeruantiam prædictorum cecidiſſe dici non poſſit, Et maximè ſi per ſententiam fuiſſet pronunciatum omnia inſtrumenta, omnesq́ conuentiones hinc inde ſeruari debere.*

CONSILIVM CLI.

AD fauorem illorum de Tanariis cõtra homines Beluederij, inquantum fuit iudicatum, Tanarios à iure contractuum cecidiſſe, quia conuenta, & iurata non obſeruauerunt argumento l. ſi quis maior cum ibi not. C. de tranſactio. dico malè fuiſſe iudicatum, & ſententiam tanquam iniquam per iudicem ad quem eſſe reuocandã, quoniam nullo modo apparet ita per Tanarios fuiſſe conuentis contrauentum, ut debuerint à iuribus ſuis cadere: dicunt enim aduerſarij poſſe dici, illos cõtraueniſſe uno ex tribus modis, uel primo quia non tenuerunt molendina ad molendum parata, uel ſecundo quia ſal hominibus debitum non ſoluerunt, uel tertio, quia Tanarij non ſoluerunt onera extraordinaria, nec ab illis dictos homines indemnes conſeruauerunt, prout promiſerunt: propter quas inobſeruantias Tanatij ad reſtituendum bona ipſis hominibus condemnati fuerunt, & illos ab omni iure ſuo cecidiſſe fuit declaratũ. Sed his non obſtantibus adhuc conductionem, ſeu emptionem fructuum, & reddituum communis prædicti Beluederij durare, & conſequenter inſtrumenta, & conuentiones facta, & factas inter dictos Tanarios ex una, & dictos homi-
1 nes ex altera ſeruari debere, primò † quoniam per ſententiam, quæ aduerſus homines prædictos in rem iudicatam tranſiuit, cum nec ipſi, nec alius eorum nomine ab ea appellauerint, pronunciatum fuit omnia inſtrumenta, & conuentiones debere ſeruari, prout conuentũ inter dictas partes reperitur: quo fit, ut pronunciatum fuerit, dictam conductionem, ſeu emptionem debere dubare per totum tempus uiginti annorum, quia ſic conuentum fuit in dictis inſtrumentis, & ex eo, quod fuit pronunciatum, dictis inſtrumentis ſtandum eſſe, utiq; dicitur etiam eſſe pronunciatum, Tanarios non cecidiſſe, nec poſſe dici cecidiſſe à iuribus dicto-
2 rum inſtrumentorum, nam † contrariorum eadem debet eſſe diſciplina per contrarium l. ſed & ſi §. penult. ff. de inſtito. §. neque autem in authen. de manda. princip. collatio. 3. l. pomponius §. ſed is ff. de procuratoribus: Ex hac enim pronunciatione, quòd inſtrumenta ſeruentur, reſultat neceſſario tacita ſententia, quòd Tanarij non dicantur à iuribus illorum inſtrumentorum cecidiſſe, alioquin hæc implicarent
3 contraria, quia † in his, quæ contraria ſunt, ſi ſuper uno pronuncietur, cenſetur contrarium ſuper altero pronunciatũ, & ſuper eo illa tacita ſententia in rem iudicatam tranſi, niſi ab ea fuerit appellatum, reiq́ue iudicatæ exceptio obſtaret
4 Paul. de Caſtro in dicta l. pomponius §. ſed & ſi. † Verum hæc repugnant, & aduerſantur, quòd quis ſit priuatus, & cecidiſſe dicatur ab omnibus iuribus inſtrumenti, & quòd inſtrumentum, & contenta in eo ſint ipſi ſeruanda, ut in terminis colligitur ex textu cum ibi not. per doctores maximè per Alexandrum, & Iaſonem in dicta l. ſi quis maior, & facit etiam text. ibi, qui diſponit contrauenientem, & non ſeruantem conuenta, & iurata priuari omni cõuentionis commodo, & conſequenter ab omni actione, omnibusq́ue iuribus contractus dici cecidiſſe, & ſic ipſi nõ eſſe ſeruanda promiſſa in dicto inſtrumento: Ex quibus Alexander, Iaſon, & alij ibi inferunt ad conductorem, ſeu emphyteotam, qui in ſolutione canonis conuenti, & promiſſi ceſſauit, quòd is ab omni commodo contractus, & ſic à locatione cecidiſſe dicatur, & quòd ipſi à domino non ſint ſeruanda promiſſa, & conuenta: ergo ſi de iure conductroi ſeruanda ſunt promiſſa, & conuenta in inſtrumento, ſequitur neceſſario, quòd is à conuentis, & contentis in inſtrumento non dicatur cecidiſſe, ſed uſque ad finem debeat perſeuerare, cum hoc dicatur de conuentis, ſibiq́ue promiſſis: & hæc ad fauorem illorum de Tanariis eſt uiua ratio, cui impoſſibile eſt rectè reſponderi: Poſſentq́ue prædicta ſuaderi ex iis, quæ habentur in l. ſi maritus in fine C. de procuratoribus, in l. quæſitum §. idem reſpondit ff. de fundo inſtruc. & in l. fin. C. de pactis conuen. ac etiam ex iis, quæ habentur pulchrè per canoniſtas poſt gloſam in c. ſuborta de re iudica. & in c. cum Ioannes circa finem de fide inſtrumen. & plenè per Bartolum in l. 1. C. de ordi. iudi. Nec obſtat, ſi diceretur, quòd ſententia illa, in qua fuit pronunciatum inſtrumenta omnia hinc inde ſeruanda eſſe, non tranſiuit in rem iudicatam, cum ſuſpẽſa fuerit per appellationem à Tanariis interpoſitam, cui ho-
5 mines cõmunis Beluederij adhæſerunt, † quæ adhæſio operatur idem, ac ſi ipſi à dicta ſententia appellauiſſent, ut in c. ut circa circa medium, & ibi glo. in uer. adhærentes de elec. in 6. quoniam reſpondetur, quòd ad hoc, ut adhæſio appellationi adhærentem releuet, illiq́ue proſit, requiritur, quòd fiat infra tempus datum ad appellandum, hoc eſt infra decem dies à die notitiæ, ſeu intimationis: alioquin ſentẽtia in rem iudicatam tranſit, ut in c. non ſolent cum ibi not. 2. q. 6. Specul. in tit. de appellatio. in §. j. uerſicu. porrò.

¶ Et quamuis prædicta ad uictoriam Tanariorum ſufficerent, quòd non dicantur à iuribus inſtrumentorum, & conuentionum cecidiſſe, tamen clarius etiam hoc demonſtratur, conſiderando ſingula, quæ eis, ut ſupra, obiiciuntur: & in primis, ut dictum eſt, ipſis opponitur, quòd promiſſa non ſeruauerint, propterea quod non manutenuerunt, nec habuerunt paratum molendinum nũcupatum della gualchiera ad molendum, ad effectum, ut homines de Lizano liberè poſſent moli facere frumenta, aliaq́ue eorum blada. Sed ad hoc motiuum reſpondetur, quòd hoc pactũ fuit factum ad cõmodum, & utilitatẽ dictorũ hominum de Lizano, ueluti ex inſtrumentis de hoc loquentibus cõſtat, & ideò cum hi hoĩes huic pacto renũciauerint, & cõuenerint, quòd in locũ dicti molendini della gualchiera eſſet ſubrogatũ molẽdi-

num

num nuncupatum di Toniazzo,quod ſemper fuit ad molen
dum paratum,& à Tanariis manutentum, ſequitur, quòd
6 Tanarij à iuribus ſuis cecidiſſe non dicuntur, primo † quia
licitum fuit hominibus de Lizano commodo, & fauori ſuo
renunciare l.ſi quis in conſcribendo C.de pactis,l.ſi conue
nerit,& ibi doctores ff.de iuriſdictio. omnium iudicum, &
doctores in c.1. ubi ego plenè dixi de iudic. cum ſimilibus:
7 Secundo quia † ſubrogatum ſapit naturam eius,in cuius lo
cum ſubrogatur,& de ſubrogato iudicandum eſt,ut de eo,
in cuius locum fit ſubrogatio l.ſi eum §.qui iniuriarum ff.ſi
quis cautio. Tertio quia hæc renunciatio facta ab homini-
bus de Lizano, & ſubrogatio dicti molendini ſaltem præ-
buerunt cauſam credendi ſe non teneri ad manutenendum
8 molendinum della gualchiera: & † quælibet iuſta cau-
ſa etiam leuis,& quaſi fatua excuſat à pœna d.l.ſi quis ma-
ior,& à caducitate iurium, quoniam talis cauſa ſaltem ex-
cludit dolum, quamuis maximam negligentiam non exclu
dat argumento eorum,quæ habentur in c.ſicut dignum de
9 homicid.& in l.quod nerua ff.depoſi.& † ad hoc,ut quis pœ
nam d.l.ſi quis maior incurrat, requiritur, quòd doloſè, &
fraudulenter contrauenerit,ut in dicta l.ſi quis maior,Bald.
in l.obſeruare §.proficiſci colum.3.ff.de offi.proco nſu.& ſe
quitur Alexan.in l.fin.circa finem ff.qui ſatiſdare cogan.&
10 in conſil.92.in penult.colum. uolum.1. & quia † quælibet
cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo,ac etiam omnis creduli-
tas,& maximè quæ aliquam iuſtam cauſam habet Ange.in
l.1.in principio circa finem ff.de eo, per quem fac.erit, in
l.plagij C.ad legem flauiam de plagiar.& in l.prætor §.hæc
11 actio ff.ui bonorum rapto. Sed † periurium expoſcit do-
lum Paul.de Caſtro, & do.Alexan. in l.qui iuraſſe in princ.
ff.de iureiuran.docto.in c.1.de delic.puerorum, & glo.in c.
breui de iureiuran.ergo dicendum eſt, Tanarios, qui cau-
ſam credendi habuerunt,quòd ſatis eis fuiſſet manutenere
molendinum nuncupatum di Toniazzo,ex quo fuit in lo-
cum alterius ſubrogatum, item quia homines de Lizano,
de quorum commodo,& utilitate agebatur,conſenſerunt,
quòd molendinum di Toniazzo manuteneretur,& ad illud
ad molendum accederent, à iuribus ſuis dictorum inſtru-
12 mentorum nõ cecidiſſe. Præterea † à periurio excuſatur il-
le, qui tempore conuento non ſoluit, ſi tempus ſibi ad ſol-
uendum prorogatum fuit,ad tradita per doctores in cap.in
cauſis de offic.delega.& conſequenter cauſa ſupradicta Ta
narios quoque à caducitate ſuorum iurium excuſaſſe dici-
tur: Et quamuis Iaſon in dicta l.ſi quis maior in 1.colum.
teneat contrarium eius,quod uolunt Bald.& Alexan.in lo-
cis alleg.tamen ipſemet dicit,quòd durum eſſet in practica
ab opinione Baldi,& Alexandri recedere: & licet Iaſon ibi
aliqua fundamenta in contrarium faciat, quibus facile eſ-
ſet reſpondere,tamen quia hic non eſt punctus noſter, ſatis
erit pro nunc dicto ipſius ſtare, quòd durum eſſet à deciſio
ne Baldi recedere,à qua nec ego recedo, nec bonus iudex
recedere debet, cum ſit communis opinio argumento eo-
rum,quæ habentur per Ioannem And.& alios in c.1.in fin.
de conſtitutionib. ¶ Aliud, quod Tanariis opponitur, eſt,
quòd ſal debitum annuatim ipſis hominibus non ſoluerunt,
ergo à iuribus prædictis cecidiſſe dicuntur: Sed ad hoc ſa-
tis clarè reſpondetur,Tanarios ob hoc non poſſe dici ceci-
diſſe, quia non fuerunt in mora ſoluendi ſal,prout promiſ-
13 ſum fuit,& † ſine mora caducitas imputari non poteſt, ut
per Alexan.& Iaſonem in d.l.ſi quis maior,& Bal.in c.que-
relam de iureiuran.Quòd autem Tanarij non fuerint in mo
ra,immò potius hominibus Beluederij ſit imputandum, ſi
ipſis ſal non fuit integrè ſolutum,patet ſatis clarè,nam Ta-
narij promiſerũt, & ita parati ſunt,& ſe offerunt ſoluere in
ciuitate Bononiæ ad locum ſalarij communis Bononiæ, ut
in inſtrumentis conuentionum apparet: ergo Tanarij in
mora ſoluendi conſtitui non potuerunt, niſi appareat ipſos
homines Bononiam ad locum dicti ſalarij, & ſic ad locum
deſtinatæ ſolutionis ueniſſe,& obtuliſſe ſe paratos ſal eis pro
14 miſſum accipere, † ut colligitur ex ijs,quæ in terminis uo
luit Barto.in l.item illa ff.de conſtitu.pecun. in 3.colum. ibi
quæro pone &c.ubi dixit, quòd quando conuentum fuit,
ſolutionem debere fieri Florentiæ, uel Bononiæ certa die,
quo caſu per lapſum diei debitor in mora conſtitui dicere-
tur,ut in l.acceptam C.de uſuris,ſi debitor,& creditor ſunt
diuerſi fori,ut quia unus eſt de ciuitate, alius de comitatu,
tunc ſi non conſtabit,creditorem ueniſſe ad locum deſtina-
tum,& tempore conuento ibi non fuerit repertus, debitor
non dicitur in mora conſtitutus, nam ex quo creditor non
fuit in loco repertus, & ad accipiendam ſolutionem non ue
nit,cenſetur interpellationem dici, ac inſtantiam petendi
remiſiſſe l.mora circa principium ff.de uſuris: Et prædicta
maximè procedunt,quando aliquid in genere fuit promiſ-
ſum,ut per Bartolum ibi in 4.colum. Non obſtat id, quod
dicit gloſ.quam Bartol.& alij in d.l.item illa in 4.colum. ſe-
quuntur,quòd debitor debet domum creditoris accedere,
15 alioquin in mora conſtitueretur, quia reſpondetur, † il-
lud eſſe uerum,quando non conſtaret,in quo loco promiſ-
ſum eſſet ſoluere, ſed quando promiſſum eſſet ſoluere in
certo loco,ut factum fuit in caſu noſtro,tunc ſi creditor, &
debitor ſunt eiuſdem fori,& loci, ut eiuſdem ciuitatis, ſeu
uillæ, debitor debet domum creditoris accedere, ſi uerò
ſint diuerſorum locorum,uel fororum, ut quia debitor eſ-
ſet de ciuitate, & creditor de comitatu, quales ſunt in caſu
noſtro, ſi fuit promiſſum ſoluere in ciuitate,creditor debet
ad ciuitatem accedere,& ſic ad locum debitoris,in quo ſol-
uere promiſſum fuit: ita colligitnr ex uerbis Bartoli in di-
cta l.item illa maximè in 4. colum. & tanto magis prædicta
uera eſſent,& procederent,ſi debitor denunciaſſet, & ob-
tuliſſet ſe paratum eſſe ſoluere id, quod in genere promi-
ſerat. ¶ Tertium, quod opponitur contra Tanarios ad
oſtendendum illos à iuribus ſuis cecidiſſe,eſt, quòd Tana-
rij non ſoluerunt onera extraordinaria, & expenſas com-
munis,quæ fuerunt extraordinariè impoſitæ,propter quod
homines Beluederij grauati, magnaque damna paſſi fue-
runt,& ſic Tanarij promiſſa, & iurata non obſeruauerunt,
ergo &c. Sed tamen in hoc etiam omnino concludendum
eſt,ob id Tanarios non cecidiſſe, quia non fuerunt in mo-
ra ſoluendi dicta onera extraordinaria, damna, atque ex-
16 penſas,quamuis enim onera ordinaria ſint certa, †extraor-
dinaria tamen onera,damna,& intereſſe dicuntur incerta,
dubia,& non liquida, niſi probentur,cum poſſint eſſe impo
ſita,& non impoſita, & quandoque uno anno maiora, &
alio minora,ut de ſe patet,& probatur ex iis, quæ habentur
in l.2.& ibi Alexan.C.de muner.patrimon.Barto.in l.2.ff.
de iure immunita.ibique Alexan.Barto.in l.4. C. de anno.
tribu.lib.10.Salice.in l.fin.C.ſine cenſu,uel reliq. cum ſimi
libus,& argumento eius,quod de intereſſe dicitur in §. cu-
rare cum ibi not.Inſtitu.de actio.& l.fin.ff.de præto.ſtipula-
tio.cum ſimilibus: quo fit, ut Tanarij non dicantur in mora
conſtituti,etiam ſi fuiſſent interpellati uel ab homine, uel
ex curſu dici, ſi iudicialiter ſe paratos ſoluere obtulerint,
17 quoniam † ad hoc, ut debitor, qui ad quantitatem,
ſeu ſummam debitam incertam, & non liquidam tenetur,
moram dicatur incurrere, requiritur liquidatio, & ante
illam debitor non dicitur in mora conſtitutus, niſi is liqui-
dationem fugeret, nec ſe offerret paratum liquidare,& cal
culare,& liquidata ſoluere,ut uolunt notabiliter Bart. Bal.
& Salice.in l.ſi reſiduum C.de diſtrac.pigño. Bal.in l.accep-
tam in 1. & 6.oppoſitione in 2.& 3.columna C. de uſu-
ris, & in l.2. C.de uſu.& fructibus legat. Sed Tanarij ex-
traiudicialiter,& iudicialiter ſemper obtulerunt,&offerunt
ſe

ſe paratos ſoluere dicta onera, damna, & expenſas, & præſtiterunt fideiuſſorem de ſouendo, quamuis ipſi ualdè ſint idonei, & dicta onera non ſunt, neq; fuerunt liquidata, ergo nō poſſunt dici ex hoc capite, neq; ex alio à iuribus ſuis cecidiſſe, & maximè etiā nec ex illo, quòd molendinū de gualcheria nō manutenuerint, quoniā ultra prædicta, ſi illud nō fuit ad molēdū paratū, dānū fuit tanariorū, qui moliturā amiſerunt, & hoc nō eſt ipſis imputandū: nec debet in cōſideratione haberi damnum hominū de Lizano, quia illorum indemnitati fuit per aliud molendinum prouiſum, ut latius ſupra dictum fuit. ¶ Non eſt etiam conſideranda contrauentio reſpectu nonnullorum aliorum molendinorum quorundam particularium perſonarum, quòd Tanarij illa non manutenuerint, quoniam promiſſio de manutenendo ſolum intelligitur facta de molendinis communis, non autem particularium perſonarum, quinimmò de conſenſu, & uoluntate ſaltem tacita hominum dicti communis auctoritate ſuperioris, & iudicis fuit aliis priuatis perſonis molendina in dictis communibus habentibus inhibitum, & mandatum, quòd illa claudere, & ad molendum non exercere deberent. Præterea dicti homines Beluederij, uel alius eorū nomine fuerunt confeſſi, omnia alia molēdina fuiſſe ad molendum parata, & manutenta. ¶ Prædicta omnia debent intelligi de iis, quæ Tanarij debuerunt obſeruare ab anno 1535. citra, nam de iis, quæ ante hunc annum debebant obſeruare, & adimplere, ſermo non eſt habendus, cum hinc inde abſolutio generalis, & generaliſſima facta fuerit, ut in quodam inſtrumento in proceſſu producto continetur, & ſi diceretur, petitam fuiſſe reſtitutionem in integrum aduerſus huiuſmodi abſolutionem, reſpondetur, quòd per ſententiam, qua fuit pronunciatum inſtrumenta omnia hinc inde fore ſeruanda, & adimplenda, cenſetur etiam pronunciatum, reſtitutioni locum non eſſe, alioquin eſſet implicare, ut ſupra ad aliud propoſitum dixi: & cum ea ſententia, ut etiam ſupra dixi, in rem iudicatam tranſiuerit, facit ius inter partes, Innocen. Abb. & omnes in c. quoniam contra circa finem de probationibus: Præterea animaduertendum
18 eſt, † quòd procurator, qui nomine dictorum hominum egit, & agit contra Tanarios, mandatum ſpeciale non habuit ad inſtandum ſuper caducitate, & ad petendum reſtitutionem in integrum, prout de iure requiritur Bar. in l. cotem in princ. ff. de publica. Ioan. And. in c. coram de reſti. in integ. Bald. in l. indebitum ff. de condictio. indebi. & in l. cum procurator, & ibi Alex. ff. de noui ope. nuncia. in princ. Abb. in c. ſuſcitata de in integr. reſti. clem. 2. & ibi Cardi. in 3. notabili de procurato. l. non ſolum in fin. cum ibi not. per glo. & Barto. ff. de procura. iunctis iis, quæ habentur in d. l. ſi quis maior C. de tranſanc. ubi infamis eſt, qui uenit contra
19 promiſſa, & iurata, & † quoties datur mandatum ad agendum contra aliquem, qui infamaretur, ut ad dicendum tutorem ſuſpectum, & ſimilia, tunc requiritur ſpeciale mandatum, ut in d. l. non ſolum cum ibi not. fuit igitur in caſu noſtro neceſſarium ſpeciale mandatum ad agendum contra Tanarios ex eo, quod conuenta, & promiſſa iurata non obſeruauerint, quia ſic infamiam dicerentur incurrere, d. l. ſi quis maior. ¶ Prædictis etiam non obſtat, quòd inſtrumentum abſolutionis factæ à dictis hominibus nō ualuit ad præiudicium hominum, quia factum fuit à maſſario, & à quibuſdam nominatis, qui totum commune repræſentare non dicuntur, argumento l. quod maior ff. ad municipa. c. cum omnes, ubi habetur extra de conſtit. & l. ſicut ff. quod cuiuſque uniuerſi. nom. Quoniam reſpondetur, † quòd ab-
20 ſolutio facta fuit ab ipſis hominibus ut uniuerſis, & ſimul congregatis, qui tot erant, quòd duas partes ex tribus excedebant, ut in inſtrumento dictæ abſolutionis continetur: & quamuis Maſſarius, & aliqui ſpecialiter, & nominatim fuerint expreſſi, & non omnes ſingulariter, ſed his uerbis Maſſarius, Titius, Sempronius, Caius, & quam plures alij homines dicti communis excedentes duas partes ex tribus, & totum corpus dictæ uniuerſitatis repræſentantes, tamen id ſufficit ad hoc, ut actus ualeat tanquam ab ipſa uniuerſitate factus, ut uoluit Spec. in tit. de ſyndico §. 1. col. 3. uerſi. por-
21 rò, & in 4. col. uerſi. quid ſi in aliquo inſtrumento: & † indubio ſtandum eſt publico inſtrumento, quia pro illo præſumitur, ut in l. cum precibus cum ibi not. C. de probatio. & l. optimam C. de contrahend. & commit. ſtipul. & hæc ad fauorem Tanariorum dicta iuris eſſe exiſtimaui.

SVMMARIVM.

1 *Solutio per quem debeat probari, quando opponitur, illam non fuiſſe factam.*
2 *Negatiua ſui natura eſt improbabilis, & transfert onus in affirmantem.*
3 *Solutio affictuū totius temporis præteriti tàm in locatione ſimplici, quàm in emphyteoſi quomodo probetur.*
4 *Relatio ad proxima, & maximè cauſa euitandi abſurdi eſt facienda.*
5 *Temporis futuri, uel præteriti ſimpliciter mētio facta intelligitur de proximiori.*
6 *Conſuetudo teſtatoris, uel contrahentium, uel patrisfamilias ſcripturam dubiam interpretatur.*
7 *Expreſſis eſt ſtandum, & non iis, quæ expreſſa non fuerunt.*
8 *Confeſſio erronea, docto de errore, ne confitenti quidem, nedum tertio præiudicare poteſt.*
9 *Confeſſionis error quomodo, & à quo facilius probetur.*
10 *Confeſſio magis nocet ipſi confitenti, quam tertio.*
11 *Solui quandoque prius id, quod eſt poſterius debitum, & tamen etiam prius debitum eſſe ſoluendum, non eſt inconueniens.*
12 *Relocatio per patientiam ſolum de anno in annum, & non pro iiſdem temporibus facta cenſetur;*
13 *Quid in herede, & ſucceſſore locatoris, qui nondum finito tempore primæ locationis deceſſit.*
14 *Alimenta præſtita quando peti poſſint, & quando non, & contra quem.*

EPITOME.

SOLVTIO *affictuum ſi opponatur non facta, quòd per debentem illos ſoluere probatio ſit facienda, & de modo eam probandi, hic habetur.*

Locationis renouatio pro uno anno tantum, & non pro eodem tempore tacitè facta cenſetur per perſeuerantiam ſciente, & patiente locatore, uel eius herede.

Alimenta præſtita extraneo ſemper indiſtinctè peti poſſunt.

CONSILIVM CLII.

SVPER dubiis propoſitis multum non inſiſtam, & ſuper primo, omiſſis ſuperfluis allegationibus concludo dominum Hieronymum teneri ad reddendam rationem affictuum, & penſionum ſolutarum, tenetur enim probare ſe ſoluiſſe affictus, alioquin præſumetur non ſoluiſ-
1 ſe, & ad ſolutionem compelli poterit, quoniam † qui opponit ſolutionem non fuiſſe factam, ſi habeat ius in re, propter quam ſolutio eſt facienda, non tenetur hanc negatiuā probare, ſibi non fuiſſe ſolutum, ſed ille, qui tenebatur ſoluere, probare debet, ut eſt glo. in l. 2. C. de iure emphyt. ſecus, ſi opponens ſolutum non eſſe nullum ius habeat, quia tunc ipſe probare deberet hanc negatiuam, quæ eſſet fundamentum intentionis ſuæ, ita intelligatur id, quod uoluit Innoc. in c. ſuper his in magna glo. circa medium in uerſi. ſed quid dices extra de accuſatio. ita uolunt, & ſequuntur doctores communiter poſt Cynum, videlicet Bald. Alber. Salic. &

alij in d.l.2.& Ioan. de Imol. poſt Pet. de Anchar. in c.potuit de locato in 44. colum. Sed Reuerendiſſimus dominus epiſcopus,qui opponit affictus non fuiſſe ſolutos, habet ius in re, propter quam ſolutio erat facienda, ergo habet intentionem ſuam fundatã,& conſequenter ipſi do.Hieronymo incumbit onus probandi ſolutionem affictuum. Quod
2 ſuadetur ex regula generali, quæ habet, quòd † negatiua ſui natura eſt improbabilis,& ideò neganti onus illam probandi non incumbit,quia negatiua transfert onus in affirmantem,c.quoniam contra de probatio.l.actor C.eod.titu. c.bonæ,ubi plenè habetur,extra de electio. ergo de iure ad dominum Hieronymum ſpectabit probare ſe affictus temporis præteriti ſoluiſſe,cum Reuerendiſſimus dominus epiſcopus iuris præſumptione habeat fundatam ſuam intentionem,uidelicet affictus non fuiſſe ſolutos, & faciunt not.per Bartolum in l.in illa ff.de uerborum obligatio.& ibi doctores communiter, ubi concludunt, quòd quando ille, cui quis ſoluere tenebatur,negat ſibi fuiſſe ſolutum, alleganti ſolutionem onus probandi ſe ſoluiſſe incumbit.
3 ¶ Sed difficultas conſiſtit in modo probandi,nam† uidetur, quòd probatio fieri debeat legitimè, uidelicet per plures teſtes,uel per inſtrumenta,& ex dictis Salice.in d.l.2.col.x. uidetur colligi, quòd conductor tenetur probare ſolutiones factas uel per inſtrumenta, uel per quinque teſtes per l.teſtium cum authen.rogati C.de teſtibus,idemque ipſe tenet in d.l.teſtium in 6.oppoſitione: Sed in caſu noſtro non probantur omnes ſolutiones per inſtrumenta, uel per quinque teſtes,ergo &c.Verum ego concludo,& de iure ueriſſimum eſſe arbitror,ſatis probari de omnibus ſolutionibus unius temporis præteriti, ſi per ſcripturam, uel per teſtes etiam duos,uel tres probetur ſolutio affictuum trium annorum continuorum diuiſim,& ſeparatim,quia ſic ius præſumit,niſi contrarium probetur,hæc enim eſt præſumptio iuris,quæ transfert onus probandi in illum,qui negaret fuiſſe ſolutum l.quicunque C.de apochis publi. lib. 10.& ibi Bar.& Bal.& eſt de mente glo.magnæ in l.2.C.de iure emphyteo.qui tex.licet loquatur de ſolutione tributorum fienda fiſco,& glo.in d.l.2.loquatur in emphyteota,qui in perpetuum conducit,idem tamen dicendum eſt etiam in conductore ſimplici,& in eo,qui ad modicum tempus conducit,qui nullum ius in re habet tàm reſpectu proprietatis, quàm poſſeſſionis iuxta not. in l.3.§.ex contrario ff.de acquiren.poſſeſſio.& in l.ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum ff. commoda. hic enim probando per teſtes, uel inſtrumenta ſolutiones ſeparatas trium annorum continuorum dicitur probare omnes ſolutiones totius temporis præteriti adeò, quòd de illis nullam tenetur rationem reddere, & dicto neganti incumbit onus probandi illam negatiuam, uidelicet non fuiſſe ſolutum per textum in d.l.quicunque,cuius deciſio uendicat ſibi locum etiam in ſimplici colono,& conductore,ut uoluit Ang.in authen.de non alienan. in §.ſcire autem in fine,idemque uoluit Bald.in c.literæ ad finem extra de dilatio.poſt Ioannem Andr.ibi,& hoc ſentiunt moderni in d.l.2.in glo.magna:Sed in caſu noſtro dominus Hieronymus per plures apochas ſcriptas manu Reuerendiſſimi domini Cardinalis, & Reuerend. domini Epiſcopi oſtendit,& probat ſolutiones ſeparatas trium,& plurium annorũ continuorũ,uidelicet anni 1516.1517. 1518. 1519.& plurium aliorum ſequentium uſque ad, & per totum annũ 1524.ergo ex præmiſſis infertur,ſeu præſumitur, quòd etiam ſoluerit pro toto tempore præterito adeò,quòd non tenetur aliter probare ſolutiones dicti temporis præteriti, nec ante annum 1516.& 1517.ſolutionum temporis præteriti rationem reddere.Non obſtat id,quod dicebat Salic. in d.l.2.& in d.l.teſtium,quia procedit in contractu emphyteotico,pro cuius ſolemnitate requiritur ſcriptura: & ideò ad probandum ſolutionem affictuum,& penſionum requiritur probatio per quinq; teſtes,ut in d.l.teſtium cũ d.authẽ. rogati:nos autem ſumus in contractu ſimplicis locationis, qui ſolo conſenſu perficitur,nec ſcripturã requirit,ut Inſti. de obli. ex conſen.& l.j.cum l.ſeq.ff.loca.Præterea illud dictum Sali.quòd requirantur quinq; teſtes,non eſt ualdè tutum,& contrarium tenẽt moder.in d.l.2. Rurſus in caſu noſtro ſolutiones trium annorum continuorũ probantur non per teſtes, ſed per ſcripturam, & per apochas factas manu ipſius domini,& ſic per inſtrumenta arg.l.1.ff.de fid.inſtru. iuncta l.plures C.eod.tit.& fatentur Sali.& alij,quòd ſolutiones affictuum,& penſionum poſſint per ſcripturã,& per inſtrumẽta probari,ut habetur in d.l.2.& ſi diceretur,quòd quamuis ſolutio illorum trium annorum probetur per inſtrumenta, uel per teſtes, tamen ſolutio pro alio præterito tempore non dicitur per inſtrumenta,nec per teſtes probari,& conſequenter talis probatio non erit ſufficiens ſaltem ad probandum ſolutionem alterius temporis præteriti argumento eorum,quæ uolunt doct.in d.l.2. & in d.l.teſtium cum authen.ibi poſita,dicas pro reſponſione, ut colligitur ex uerbis Bal.in d.l.quicunque,quòd hæc ſolutio licet non probetur immediatè reſpectu temporis præteriti per teſtes, uel per inſtrumenta,colligitur tamen ex inſtrumento,& ſaltem mediatè dicitur probari per inſtrumenta, hoc eſt per apocham,& ſic uiribus inſtrumenti nititur: Vel dicas,quòd ex quo per ſolutionem trium annorum continuorum præſumitur ſolutum pro omnibus annis præteritis d.l.quicunque, talis præſumptio iuris transfert in aduerſarium onus probandi negatiuam illam,uidelicet ſolutum non fuiſſe, ut ibi per Baldum per illum textum, & facit id, quod habetur in l.actor,& in l.ſiue poſſidetis C.de probationibus.

¶ Quoad ſecundum dubium,an ducati trecenti,& quinquaginta,de quibus habetur in apocha,ſeu quitantia ſcripta,& facta manu Reuerendiſſimi domini Cardinalis de anno 1518.ſub die 12. menſis Martij, intelligantur ſoluti pro parte affictus anni 1518.& in affictu illius anni ſint computandi, an uerò alterius temporis præteriti, hoc eſt anni 1516. vtique attentis uerbis ipſius apochæ uidetur dicendum, illos eſſe computandos in ſolutione canonis, ſiue affictus anni 1516. pro ultima ſolutione illius anni, quæ in die Natiuitatis Domini noſtri fieri debebat: Verba enim receptionis, ſeu apochæ ſunt huiuſmodi, confeſſiamo hauer riceuuti ducati ſettecento d'oro in oro larghi, quali ſono per l'intero pagamento dell'anno paſſato 1517. & più confeſſiamo hauer' riceuuti ducati trecento cinquanta d'oro larghi à conto del detto affitto per l'intera ſatisfattione della rata del Natale proſſimo paſſato, Et piu confeſſiamo hauer riceuuti ducati centocinquanta d'oro larghi à conto del termino di Settembre dell'anno 1518. proſſimo à uenire: Ex uerbis enim iſtis clarè colligitur, quòd dicti ducati trecenti, & quinquaginta nõ dicuntur ſoluti pro affictu anni 1517. nec in affictu illius anni ſunt computandi, cum apertè ex uerbis dictæ apochæ colligatur, quòd affictus dicti anni 1517.fuit integraliter ſolutus per dictum dominum Hieronymum ultra ſolutionem factam de dictis ducatis trecentis & quinquaginta,quæ cum non poſſit referri ad affictum anni 1517.proximè elapſi,nec ad ſolutionem affictus, quæ deberet fieri in die Reſurrectionis dominicæ anni 1517.& ſe referat ad integram ſolutionem ratæ, & partis affictus,quæ in feſto Natiuitatis dominicæ proximè elapſæ fieri debebat,ſequitur, quòd relatio erit facienda ad ratam,& partem affictus anni 1516.tempore Natiuitatis dominicæ ſoluendi, quia dicendo à conto del detto affitto per l'intera ſatisfattione della rata di Natale proſſimo paſſato, debent hæc uerba intelligi de Natali proximè præterito,uidelicet ante annum 1517.de quo mentio proximè facta

facta fuerat,& conſequenter de ſolutione ratæ, quæ debe-
bat fieri in feſto natiuitatis anni 1516.argumento l.qui cū
4 calendas cum ibi not.per Bar.ff.de verbo.obliga.nam † ad
proxima & maximè cauſa euitandi abſurdi,& contrarij eſt
facienda relatio arg.not.in l.talis ſcriptura,& l.ſi ſeruus plu
rium in fin.ff. de leg.1. & l.neratius ff. de legat.3. & l. hære
des palam §. quod ſi ff.de teſtamen.ac etiam quia ante an-
num 1517. nulla ſolutio ratæ affictus, quæ debebat fieri in
feſto natiuitatis dominicæ, erat proximior, attento tempo
re factæ apochæ,quam eſſet ſolutio ratæ, quæ in feſto nati
uitatis dominicæ anni 1516.fieri debebat,& ideò debet de
5 illa intelligi,quoniam † quando ſimpliciter fit mentio de
aliquo tempore futuro,ut de futuris calendis, debet intelli
gi de proximioribus, & eodem modo, quando fit mentio
ſimpliciter de aliquo tempore præterito, vt de calēdis præ
teritis,nam debet intelligi de calendis præteritis proximio
ribus argumento l.eum,qui calendis cum ibi not.ff. de ver
bo.obliga.ſed illa uerba del natale proſſimo paſſato, nō poſ
ſunt intelligi de natali anni 1517.quia de ſolutione,& inte
gra ſatisfactione illius anni aliter apparet,ergo debent in-
telligi de natali præterito proximiori, & conſequenter an-
ni 1516.Præterea ex ſequentibus præcedentia declarātur
d.l.ſi ſeruus plurium in fi.cum ibi not.ſed ſolutio de ducatis
centum, & quinquaginta facta fuit pro ſolutione primæ ra
tæ,& partis anni 1518.& conſequenter de proximiori ſo-
lutione ratæ, & partis, quæ debet fieri poſt annum 1517.
propter illa uerba à conto del termino di Settembre del-
l'anno 1518. proſſimo auenire, ergo eodem modo ſolutio
ducatorum trecentorum, & quinquaginta debet intelligi
de illa, quæ erat proximior ante annum 1517. propter illa
verba del natale proſſimo paſſato, uidelicet ante annum
1517. ¶Quibus tamen non obſtantibus,arbitror contra
rium eſſe uerius, & concludo dictam ſolutionem ducatorū
trecentorum, & quinquaginta debere intelligi factam pro
tempore futuro,& non pro præterito,& conſequenter de-
bere computari in affictu annorum ſequentium, & ſic in ſo
lutione ratæ,& partis facienda in natiuitate dominica anni
1518.quod quidem ita demonſtratur, nam non poteſt in-
telligi de ſolutione alicuius ratæ, & partis affictus,quæ fieri
debebat in feſto natiuitatis dominicæ anni 1516. quia de
ſolutione integra totius illius anni aliter, & prius facta con
ſtat,ut ex alijs apochis factis manu dicti Reuerendiſſimi do
mini apparet,quibus oſtenditur, quòd de anno 1516.do.
Hieronymus ſoluit ultra mille ducatos. Similiter nō poteſt
intelligi de ſolutione alicuius ratæ, quæ eſſet faciēda de an
no 1517. & maximè in feſto natiuitatis illius anni, quoniā
de integra ſolutione affictus totius illius anni ultra dictos
ducatos trecentos,& quinquaginta aliter apparet. Cum er
go nō poſſint dici ſoluti pro aliqua rata affictus anni 1516.
& 1517.debebunt intelligi ſoluti pro ultima ſolutione ra-
tæ natiuitatis dominicæ anni 1518. quod etiam demonſtra
tur,nam ex alia ſolutione ducatorum centum, & quinqua-
ginta facta ultra ducatos ſeptingentos, quæ fuit facta pro
tempore futuro, uidelicet pro anno 1518.arguitur, quòd
ſolutio ducatorum trecētorum, & quinquaginta facta fuit
pro affictu illius anni 1518. pro ultima ſolutione, nam ex
ſequentibus præcedētia dubia declarantur d.l. ſi ſeruus plu
rium in fin.& colligitur etiam hoc à conſuetudine dicti Re
uerēdiſſimi domini Cardinalis,qui fecit apocham, qui ſem
per erat debitor domini Hieronymi, & conſuetus recipe-
re,& habere affictus futuri temporis ante, quàm illorū dies
ueniret, vt ex pluribus, & uarijs apochis illius apparet, &
6 † à conſuetudine teſtatoris,& contrahentium, ſiue patriſ-
familias colligitur coniectura,& fit interpretatio ſcripturæ
dubiæ d.l. ſi ſeruus plurium in fin.l. nummis ff. de lega.3.&
l.ſemper in ſtipulationibus ff.de regu.iur.& ſecundum Bar.
ibi conſuetudo alicuius,& patrisfamilias colligitur ex gemi
natione actus,& facit tex. cum ibi not.in l.exceptio, & in l.
actor. C.locati: Nec obſtat, quòd uerba apochæ Reueren-
diſſimi domini repugnant, nam clarè colligitur,quod rece
pit ducatos trecentos, & quinquaginta pro ſolutione ratæ
natalis proximè præteriti, & non pro ſolutione natalis pro
ximè futuri, & ſi de natali proximè futuro uoluiſſet intelli-
gere,facile ſibi fuiſſet hoc exprimere,ſicut expreſſit,quādo
fecit mentionem de ſolutione ducatorum centum,& quin-
7 quaginta,& † ideò cum non expreſſerit, ſtandum erit uer
bis expreſſis argumento l.unicæ.§. ſin autem ad deficientis
C.de cadu. tollen.& ibi Bald.c. inter corporalia de tranſla.
epiſ.& c.ad audientiam de decimis, item quia in incertis,&
non in certis locus eſt coniecturis l.continuus §.cum ita ff.
de uerbo.obliga.quia ad hæc reſpondetur,quòd ex quo nō
poteſt intelligi de natali proximè præt erito, uidelicet anni
1517.nec anni 1516. debebit intelligi de natali proximè
futuro,tum quia alia ſolutio ducatorum cētum,& quinqua
ginta facta fuit pro tempore futuro, tum etiam quia talis
erat conſuetudo ipſius R.Domini,ſemper habere, & reci-
pere ante tempus affictus temporis futuri, & non relinque
re decurſos penes conductorē.Et illa uerba del natale proſ
ſimo paſſato dicūtur deſcripta in apocha ſua per errorem,
8 † quo caſu,docto de errore,non debēt præiudicare etiam
ipſi confitenti,ne dum tertio l.non fatetur, & ibi Bar.ff.de
confeſſis,& in l.error.C.de iuris,& fac.ignor. docetur autē
de errore hoc modo quoniam non poſſunt intelligi de na-
tali proximè præterito anni 1517.& anni 1516.qui erant
illi anni,qui proximè præceſſerunt,quoniam, ut dictū fuit,
ſolutiones illorum affictuum integraliter fuerunt aliter fa-
ctæ,& de illis aliter conſtabat, ergo neceſſario debent intel
ligi de natali proximè futuro,attentis proximis ſequētibus,
& attenta conſuetudine dicti R.Domini,ex quibus hæc am
biguitas declaratur,& conſequenter ex quo apparet rē ali-
ter ſe habere,dicitur de huiuſmodi errore confeſſionis pro-
9 bari atque conſtare, † nam,ut dicunt Bar. & alij in d.l.nō
fatetur,& in d.l.error,& Anto. & alij in d.c.fin.quamuis il
le,qui vult contra confeſſionem ſuam uenire prætextu er-
roris, facilè nō admittatur, nec ſufficiat probare rem aliter
ſe habere,tamen quando tertius, cui confeſſio unius noce-
ret,uult contra confeſſionem illius ratione erroris uenire,
probando ſimpliciter rem aliter ſe habere, dicitur probari
error ad eo,quòd confeſſio illa ſibi non nocet, ut ibi,& ra-
10 tio eſt,quia † confeſſio unius magis nocet confitenti, quā
tertio,ut not.per glo. ibiq; docto.in d.l.non fatetur, & in
d.c.fin.de confeſſ. ¶Non obſtat etiam prædictis,quòd ex
quo pro ſolutione primæ ratæ, quæ fieri debebat de menſe
Aprilis anni 1518.non fuit integraliter ſolutum, ſed dunta
xat fuerunt ſoluti ducati centum, & quinquaginta,non eſt
ueriſimile, quòd intelligatur integraliter ſolutum ſoluēdo
ducatos trecentos, & quinquaginta pro ſolutione ſecūdæ
ratæ,quæ erat facienda in feſto natiuitatis anni 1518.prius
enim debebat integraliter ſolui rata affictus,quæ ſolui debe
bat de menſe Septembris,quia illa erat prima ſolutio, quæ
fieri debebat, quam ſolueretur integraliter rata ſoluenda
in feſto natiuitatis eiuſdem anni, quia illa erat ultima ſolu-
tio,quæ fieri debebat,& hoc attento ordine inſtrumenti, &
promiſſionis iuratæ factæ in inſtrumento locationis,& tamē
attenta declaratione prædicta totum contrarium ſequere-
11 tur, quia reſpondetur, † hoc non debere iudicari incon-
ueniens,quòd ante tēpus ſolutionis prius ſoluatur id,quod
in fine anni ſolui debebat, quam id, quod in medio anni ſol
uendum erat,ut colligitur ex not.per Bal. in d.l.quicūque,
nam ex ſolutione unius anni, uel duorum non præſumitur
ſolutio præteriti temporis,ſed etiam præteri temporis ſolu-
tio fieri debet, & ſic quandoque prius ſoluitur id, quod eſt
poſte-

poſterius debitum,& tardius peti potuit,& facit text. cū ibi not. in l. 1. cum ſequen. ff. de ſolutio. fortè enim magis intererat Reuerendiſſimi do. Cardinalis habere integrum affictum ratæ ſoluēdæ in fine anni, & in feſto natiuitatis dominicæ, quam ratæ ſoluendæ de menſe Septembris eiuſdem anni 1518. quia is poſtea de menſe Septembris debebat habere reſiduum illius ratæ, quod erat ducatorum centum,& quinquaginta, & conſequenter tunc reperietur habuiſſe integrum affictum totius anni, & ſic ante finem anni, & ante natiuitatem dominicam. Et ex his ſatis apparet reſponſum adductis ſupra in contrarium, circa quæ aliter non inſiſto.

¶ Quoad tertium dubium res omni dubio carere mihi uidetur, nam abſque eo, quod conuentum eſſet de remiſſione facienda in caſibus, de quibus in inſtrumento locationis habetur, de iure communi ipſe R. D. Cardinalis, illiusq́; hæredes eſſent ad remiſſionem mercedis faciendam obligati, ſecundū quod plenè habetur in c. propter ſterilitatem, ibiq́; Imol. Anto. Abb. & alij de locato, & per Bar. & alios in l. ex cepto,& l. circa C. locati,& in l. ex conducto. §. uis cum ſimilibus ff. locati: tanto magis igitur ad remiſſionem huiuſmodi erunt obligati ſtante ſuper hoc pacto, & conuentione expreſſa, dummodo probetur damnum, de quo in inſtrumento,& prout conuentum fuit, quia contractus legem ex conuentione partium accipiunt. l. legem,& l. circa C. locati,& l. contractus,& l. ſemper in ſtipulationibus ff. de regul. iur.

¶ Quoad quartum an, ex quo finito ultimo triennio de anno 1522. do. Hieronymus ſciente, & patiente Reuerendiſſimo domino de Graſſis perſeuerauit in cōductione pro toto anno 1523. & pro parte anni 1524. cenſeatur facta relocatio,& pro quoto tempore,& an do. Hieronymus poſſit agere contra R. D. Epiſcopum ſucceſſorem Reuerendiſſimi domini de Graſſis in dicta abbatia, & hæredem eius uniuerſalem, omiſſis ſuperfluis breuiter concludo, quòd
12 † finito triennio bona dictæ abbatiæ cenſentur relocata iiſdem pactis, modis,& conuentionibus, ſed non iiſdem temporibus, at ſolum de anno in annum,& non pro triennio, ut eſt tex. in l. item quæritur §. qui impleto ff. locati, ibiq́; Bart. & omnes uolunt illum tex. habere locum etiam in prælatis eccleſiarum, qui bona eccleſiarum locaſſent, idemq́ue uolunt Bal. & alij in l. legem C. locati: Ex quibus infero, quòd do. Hieronymus ſolum agere poteſt contra Epiſcopū pro reſiduo anni 1524. nam cum iam pro parte huius anni ipſe in conductione perſeuerauerit, uſuſque fuerit rebus locatis, ſciente,& patiente dicto R. D. Epiſcopo, pro illo anno etiam cenſetur facta relocatio adeò, quòd Epiſcopus fuit obligatus patientiam dicto domino Hieronymo præſtare, & ex quo non fuit paſſus uti,& frui, tenetur actione ex locato ad damna,& intereſſe dicti domini Hieronymi argumento d. §. qui impleto, & d. l. legem, iuncta l. ſi de fundo,
13 ibiq́ue Bal. C. locati cum ſimil. Non obſtat, † quòd non debet dici, nec cenſeri tacitè facta relocatio, quoniam Reuerendiſſimus dominus de Graſſis deceſſit nōdum finita locatione ultimi triennij per text. ubi caſus, in l. qui ad certū, & ibi Pau. de Caſt. & alij ff. locati, quia reſpōdetur, id uerū eſſe, qñ quis deceſſiſſet, ſaltē reſpectu illius rei locatæ, abſq; hærede,& ſucceſſore, qui colono ſtare teneatur, qualis eſt prælatus ī prælatura ſuccedens, ſecus ſi cū hærede, ſeu ſucceſſore prædicto deceſſiſſet, qui poſt mortē locatoris, finita locatione, ſciuiſſet,& paſſus fuiſſet cōductorē uti,& frui,& perſeuerare in cōductione, nā tūc cenſeretur relocatio, & renouatio locationis tacitè facta, ut not. declarāt Bar. & Sal. in d. l. item quæritur §. qui impleto in fina. uer. Sed R. dominus Epiſcopus, qui eſt hæres uniuerſalis Reuerendiſſimi domini,& ſucceſſor in abbatia,& conſequenter talis, qui colono ſtare tenetur iuxta d. c. fi. ne præl. uices ſuas cum ibi not. ſucceſſit in abbatia durante triennio, & ſic locatione nondum finita, & illa finita ſciuit dominum Hieronymum uti, & frui, ac perſeuerare in conductione pro toto anno 1523. & pro parte anni 1524. ergo de iure tacitè cenſetur facta relocatio pro illis duobus annis.

¶ Circa quintum dubium ſuper alimentis præſtitis cuidam familiari Reuerendiſſimi domini, an dominus Hieronymus poſſit pro alimentis præſtitis agere,& contra quem, concludo, quòd ſi ultra tempus, de quo fuit conuentum, prout in inſtrumento locationis continetur, dominus Hieronymus præſtitit alimenta dicto familiari, ipſe poterit alimenta præſtita petere, quo-
14 niam † de iure alimenta præſtita extraneo peti poſſunt actione negotiorum geſtorum, nam ſpeciale eſt in quibuſdam perſonis, quæ non poſſunt petere alimenta præſtita, niſi de mente præſtantis appareat, ut quia fecerit librum rationum de dictis alimentis, de quibus habetur in l. neſennius ff. de nego. geſt. & ibi Barto. & alij, aliæ verò perſonæ regulariter,& ſimpliciter abſque eo, quod aliter de mente appareat,& confectæ fuerint rationes de alimentis, illa petere poſſunt, ut ibi habetur,& eſt text. cum ibi nota. per gloſam in l. alimenta,& in l. ſi paterno C. de nego. geſtis; concludo etiam ipſum dominum Hieronymum poſſe agere non contra Reuerēdiſſimum dominum, nec contra illius hæredes, ſed contra eum, cui alimenta præſtitit, actione negotiorum geſtorum, ut in dictis iuribus, utiliter enim illius negotia geſſit, & ideò ad ſatisfactionem alimentorum teneri debet. Et ita in prædictis iuris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta cum pacto franchandi, ſi illius tempore finito conductor in poſſeſſione rei locatæ remaneat, & locator eum frui patiatur, intelligitur cum eodem franchationis pacto renouata, ſtante ſtatuto, quòd ſi finita locatione conductor in poſſeſſione remaneat, & locator eum frui patiatur, locatio intelligatur tacitè facta pro eodem tempore, & cum eiſdem pactis, penſionibus, forma, & modis: Contra num. 18. vſque ad finem conſilij.*

2 *Statuti, & legis diſpoſitio ei conuenit, cui verba quoque conueniunt: Limitatur hoc num. 50.*

3 *Contractus qualis ſit, quando dubitatur, ex tenore uerborum cognoſcitur.*

4 *Contractus principalis, & non pactum in eo appoſitum debet attendi: Cōtra num. 51. & quando illud procedat num. 52.*

5 *Contractus non à pacto in eo appoſito, ſed ab eo, quod principaliter agitur, debet denominari:*

6 *Et quid in dubio.*

7 *Nominatio debet fieri ab eo, quod eſt potentius, & magis principaliter agitur, etiam in materia ſtatutaria.*

8 *Statutum loquens de ſententia diffinitiua locum habet in interlocutoria uim diffinitiuæ habente.*

9 *Statutum, quòd mulier ſine conſenſu propinquorum contrahere non poſſit, locum habet etiam in donatione cauſa mortis: & an, & quomodo hoc ſit uerum num. 63.*

10 *Statutum diſponens, quòd ſi finita locatione conductor in re locata permāſerit, & locator eum frui paſſus fuerit, intelligatur tacitè renouata pro eodem tempore, quo prima locatio facta fuit, debet intelligi de prima vice, & non de ſecunda, & tertia.*

11 *Sermo ſimpliciter prolatus in exorbitantibus, & correctorijs debet de prima uice intelligi.*

12 *Conceſſio in materia reſtringibili, & odioſa debet de prima uice intelligi.*

13 *Locatio de iure communi tacitè dicitur renouata de anno in annum cum eiſdem pactis, ſed non pro eodem tempore, quo prima locatio facta fuit.*

14 *Statuti interpretatio ſemper in dubio eſt facienda, ut per illud minus, quàm poſſit, ius commune lædatur.*

15 *Locatio cum pacto franchandi licet propter illud pactum efficiatur contractus innominatus, tamen de ea, vt de contractu locationis eſt iudicandum: & an verum ſit num. 64.*

16 *Statutum loquens de locatione ſimpliciter locum habet etiam in locatione cum pacto franchandi;*

Con-

contrarium deciditur nume.18. & nume.49. & per totum conſilium.

17 *Statutum loquens in caſu ſimplici quandoque etiam in caſu mixto locum habet: & quando hoc uerum ſit nume.59.*

18 *Statutum, quòd ſi finita locatione conductor in poſſeſſione remaneat, & locator eum frui patiatur, locatio intelligatur tacitè facta pro eodem tempore, & cum eiſdem pactis, locum non habet in locatione facta cum pacto franchandi: & de quibus pactis intelligatur nume.44.*

19 *Communis opinio in iudicando, & conſulendo eſt ſequenda, alioquin iudex ſuam cauſam faceret, & opinioni ſingulari contra communem inhærendo ſecundum imperitiam iudicare diceretur.*

20 *Contractus locationis ad affictum franchandum non dicitur ſimpliciter cõtractus locationis nominatus, ſed potius mixtus: Etiam ſi in quacunque parte inſtrumenti ſtipulatio eſſet apposita num.22.*

21 *Et eſt contractus conſuetudinarius á conſuetudine introductus.*

22 *Stipulatio apposita in contractu ſiue nominato, ſiue innominato retinet naturam contractus, ſuper quo interponitur, & licet ea ſit contractus nominatus, tamen non facit contractum innominatum, ſuper quo eſt interpoſita, dici nominatum, immò illius innominati naturam aſſumit.*

23 *Statutum, & ius commune de locatione ſimpliciter loquens locum non habet in locatione ad affictum franchandum, & num.72.*

24 *Lex loquens de renouatione locationis tacitè facta ex perſeuerantia conductoris, & patientia locatoris locum non habet in contractu emphyteotico, nec in locatione ad longum tempus: Nec in ea, ex qua ius aliquod in re conductori poſſet acquiri, & num.55. & 57.*

25 *Et eſt ſtrictè intelligenda, ut etiam ex ſimilitudine rationis ad alios contractus extendi nequeat.*

26 *Statutum Bononienſe ſub rubrica de pœna uenden. rem alien. in §.ſtatuimus in multis eſt iuris communis correctorium, & quomodo.*

27 *In correctorijs ex identitate rationis etiam ſcriptæ non poteſt de caſu ad caſum extenſio fieri.*

28 *Quod tamen limitatur.*

29 *Statutum loquens de permutatione locum non habet in venditione.*

30 *Venditione contra ius commune prohibita, non intelliguntur prohibiti alij contractus alienationis, licet aliàs regulariter ſit ſecus.*

31 *Statutum loquens de venditione locum non habet in adiudicatione in ſolutum.*

32 *Statutum quando impropriè etiam poſſit intelligi, ut ad caſum impropriè, & latè ſumpto uocabulo comprehenſum extendatur, & quando propriè tantum, & num.38.*

33 *Statutum uolens, quòd de quolibet contractu ſoluatur gabella, non comprehendit contractum donationis.*

34 *Statutum requirens conſenſum propinquorum in contractu mulierum debet intelligi de contractu proprio, & non de quaſi contractu: & an, & quomodo etiam in donatione cauſa mortis locum habeat numero 63.*

35 *Diſpoſitio loquens de caſu ſimplici in materia reſtringibili, odioſa, & correctoria nunquam comprehendit caſum mixtum.*

36 *Statutum loquens de vltima voluntate non trahitur ad donationem cauſa mortis.*

37 *Statutum loquens de locatione, & de tali ſimpliciter locum non habet in locatione, & in tali ſecundum quid.*

38 *Statuto prohibente debitum ultra certam ſummam probari per teſtes, poterit partim per teſtes, & partim per inſtrumenta probari.*

39 *Locatio, illius tempore finito, ex perſeuerantia conductoris, & patientia locatoris tàm de iure communi, quàm ex forma ſtatutorum Bononiæ, & ſimilium tacitè renouata non cenſetur, vbicunque conductor promiſſa, & iurata non ſeruauit.*

40 *De ſtatuto, & conſuetudine idem, quod de conuentione, & contractu iudicatur.*

41 *Expreſſum eſt maioris roboris, quam tacitum.*

42 *Conductor ob ab uſum rei, & non ſolutionem penſionis, ac contraueniendo conuentionibus iuratis à iure conductionis cecidiſſe dicitur.*

43 *Locatio ex perſeuerantia conductoris, & patientia locatoris tacitè cum eiſdem pactis renouata de quibus pactis intelligatur.*

44 *Pactum de franchando, ſeu vendendo conductori non eſt de natura contractus locationis, ſed potius contra.*

45 *Statutum recipit interpretationem à iure communi.*

46 *Caſus mixtus ſub ſtatuto loquente de caſu ſimplici non comprehenſus dicitur omiſſus, & remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*

47 *Locatio ex perſeuerantia, & patientia cum eiſdem pactis tacitè renouata non intelligitur, quando ita ex verbis contrahentium tacitè, vel expreſſè colligitur.*

48 *Et in prædijs urbanis eatenus durat, quatenus conductor locatore patiente in re perſeuerauerit, & non ultra, nec etiã de anno in annũ, & nu.58.*

50 *Contractus verba non attenduntur, quando aliter ex eius qualitate appareret.*

51 *Ex pacto poſito in contractu nominato alia quoque actio ad id, quod uenit in pacto, quàm ex illo contractu competere poteſt.*

53 *Petrus de Ancha. in conſi.185. declaratur, & nume.63.*

54 *Alexan. in conſi.28. uolu.4. & in conſi.76. uolu.5. eſt ſibi contrarius, & in quo uerius dicat.*

56 *Locatio ad affictum franchandum ex perſeuerantia, & patientia non cenſetur tacitè renouata, maximè cum illo pacto franchandi.*

59 *Caſus mixtus quando ſub ſimplici, de cuius natura magis participaret, cõprehendatur, & quando non.*

60 *Eccleſiarum parochialium appellatione quando eccleſiæ parochiales eccleſiaſticæ ueniant, & quando non.*

61 *Clericorum appellatione quando clerici in dignitate conſtituti comprehendantur, & quando non.*

62 *Statutum contra ius commune loquens locum non habet in donatione, nec in ſtipulatione, nec in quaſi contractu.*

63 *Donatio cauſa mortis quomodo contractus inter uiuos, & illorum naturã ſequi dicatur, & comprehendatur ſub ſtatuto requirente in contractu mulierum conſenſum propinquorum.*

64 *Locatio ad affictum franchandum an magis à locatione, quàm à pacto franchandi ſit denominanda, & an magis de uno, quàm de alio participet.*

65 *Pactum franchandi in locatione appoſitum æquè principaliter cum locatione ſtare dicitur.*

66 *Locatio ex perſeuerantia, & patientia tacitè renouata cenſetur cum eadem pignorum obligatione.*

67 *Obligatio pignoris eſt quid acceſſorium omni contractui, & per ſe ſtare non poteſt.*

68 *L. item quæritur §. qui impleto ff. locati loquens de renouatione locationis tacitè facta ex perſeuerantia, & patientia qua ratione locum non habet in uenditione fructuũ ad certum tẽpus pro certo pretio annuatim facta, & in cõtractu emphyteotico, eadẽ nec in locatione ad affictum franchandum.*

69 *Pactum de franchando in contractu locationis appoſitum eſt pars contractus, & pro eo datur etiam actio contractus.*

70 *Pactum, quod ineſt contractui emptionis, dicitur eſſe pars pretij, & pars ſubſtantialis ipſius contractus.*

71 *Pactum, quod ineſt contractui, in tantum eſt de contractu, & pars illius, quòd ſublato contractu pactum quoque extinguatur.*

73 *Deterioratio notabilis, & ſufficiens ad expellendum conductorem probatur ex inciſione plurium arborum fructiferarum.*

74 *Et quomodo deterioratio in conductore capiatur de iure communi, ac etiã quando is cum iuramento promiſiſſet uti re conducta arbitrio boni viri.*

75 *Confeſſio ſocij facta finita ſocietate non præiudicat alteri ſocio.*

76 *Confeſſio cedentis non obſtat ceſſionario, & quando.*

EPITOME.

LOCATIO *facta ad quinquennium cum pacto, quòd conductori liceat rem locatã infra dictum tempus emere, & locare, & quòd elapſo tempore dicti quinquennii res non cenſeatur relocata, ſed finita etiam abſque proteſtatione aliqua per alteram partium facta, ex eo, quod ambæ partes finito primo quinquennio per multos annos pro eadem penſione annua in dicta locatione perſeuerauerunt, non cenſetur tacitè cum eodem pacto franchandi, & emendi renouata, etiam ſtante ſtatuto in loco, prout Bononiæ extat ſub rubrica de pœna uenden. rem alien. in §. præterea ſtatuimus, quòd ſi finita locatione conductor in poſſeſſione remaneat, & locator patiatur eum frui, locatio intelligatur tacitè facta, & renouata pro eodem tempore, quo prima locatio facta fuit, & cum eiſdem pactis, penſionibus, modo, & formis: Quod ſtatutum in locatione ſimplici, & non in locatione ad affictum franchandum locum habere, plenè demonſtratur.*

CONSILIVM CLIII.

AN locatio ad affictum franchandum facta ad quinquennium cum pacto, quòd conductori liceat rem locatam infra dictum tempus emere, & franchare, & quòd

& quòd dicto tempore annorum quinque elapſo res non
cenſeatur relocata, ſed intelligatur finita etiam abſque eo,
quod aliter per alteram partium fuerit poteſtatum, dica-
tur, & cenſeatur cum eiſdem pactis, & conuentionibus, &
præſertim cum pacto franchandi tacitè renouata, ex quo
ambæ partes finito primo quinquennio pro eadem penſio
ne annua per multos annos in dicta locatione perſeuera-
runt, & an domus ſimpliciter locata ſimiliter ad quinquen
nium cum pacto in fine inſtrumenti appoſito, in quo loca-
tor uendere dictam domum ipſi conductori promiſit, intel
ligatur tacitè cum eodem pacto relocata ex hoc, quòd fini
to quinquennio per annos uiginti, & ultra locator, & poſt
eius mortem hæredes ſui conductorem ſimpliciter dictam
domum pro eadem penſione annua habitare paſſi fuerunt,
1 Primo aſpectu videtur dicendum, † quòd dicatur facta
renouatio pro eodem tempore, & cum eodem pacto de
franchando, ſtante ſtatuto ſub rubrica de pœna uendentis
rem alienam in §. præterea ſtatuimus, quo expreſsè cautum
eſt, quòd ſi, finita locatione, conductor in poſſeſſione rema
neat, & locator eum frui patiatur, intelligatur locatio taci-
tè facta pro eodem tempore, quo prima locatio facta fuit,
& cum eiſdem pactis, penſionibus, forma, modis, conuen-
tionibus, & pœnis, & hoc habeat locum tàm in prædijs ur-
banis, quàm in ruſticis; Sed negari non poteſt, quin dictum
pactum de franchando, ſeu promiſſio de uendendo ſit con
uentio, & pactum, & ex eo obligatio oriatur l. 1. ff. de pactis,
l. 2. C. de pactis inter emp. & uendi. l. in bonæ fidei cum ſi-
milibus C. de pactis, ergo locatio cum eodem franchatio-
nis, pacto intelligetur renouata: & ita in terminis conſuluit
Alex. in conſi. 28. uol. 4. quia verba ſtatuti generaliter intel
ligi debent l. de pretio ff. de publicia. l. 1. §. generaliter ff. de
2 lega. præſtandis. ¶ Secundo † cui uerba ſtatuti, & legis
conueniunt, eius quoque diſpoſitio conuenit l. 4. §. toties
ff. de damno infecto, c. ad noſtram il 3. de iureiuran. c. in-
demnitatibus §. penultimo de electio. in 6. ſed caſui noſtro
uerba ſtatuti loquentis de locatione, & conductione ſimpli
3 citer conueniunt, ergo &c. Minor probatur, quia † quan
do dubitatur, qualis ſit contractus, cognoſcitur ex tenore
uerborum l. ad probationem C. de probatio l. ſi quis ſtipu-
latus ſit ſtichum, & pamphilum in prin. ff. de verborum ob
ligatio. & traditur per Bartolum in l. cotem §. qui maximos
ff. de publica. ſed in inſtrumentis locationum dicitur, quòd
illi de Deſiderijs locauerunt, & ſic contrahentes uerbis ſo-
litis in inſtrumentis ſimplicium locationum apponi uſi fue
4 runt, ergo &c. ¶ Tertio † debet attendi principalis con
tractus, & non pactum in eo appoſitum l. fundi partem ff.
de contrahen. emptio. l. ſi ſterilis §. ſi tibi fundum ff. de act.
emptio. vbi ad id, quod in pacto iuxta contractum appoſi-
to venit, actione ex contractu, & non alia agitur.
5 ¶ Præterea, & quarto † cum principaliter contractus lo-
cationis fuerit celebratus, contractus non debet denomi-
nari à pacto in eo appoſito, & ſic ab acceſſorio, ſed ab eo,
quod principaliter agitur argumento l. non omnis, & l. ſi ti
bi, & per Bartolum in l. ſi quis nec cauſam ff. ſi certum peta
tur, & ad propoſitum optimè facit id, quod uoluit Barto. in
l. ariſto ff. de donatio. dicens, quòd ſi quis pro re det rem,
& pretium, erit emptio, ſi inter partes principaliter agatur,
ut ſit emptio, & è contra erit permutatio, ſi hoc principali-
6 ter actum fuerit l. tenetur §. 1. ff. de actio. emptio. † In du
bio verò debet inſpici id, quod plus ualet, ut in c. ad quæ-
ſtiones, & ibi Imol. de rerum permuta. & eſt de mente Bar.
in l. 1. uel ſi. quæro extra gloſſam ff. de rerum permu. & cum
Barto. in d. l. ariſto tranſeunt Imo. Pau. de Caſt. & Rom. ibi.
7 ¶ Quinto † ab eo, quod eſt potentius, & magis principali
ter agitur, nominatio fieri debet, ut eſt glo. ibique docto. in
prin. ff. de verbo. oblig. facit l. & ſi nō fortè §. peruenniamus
ff. de auro, & argen. lega. l. legatum §. ſi unus ff. de lega. 3. l.
quæritur ff. de ſtatu homin. & hoc procedit etiam in mate-
8 ria ſtatutaria: vnde † ſtatutum loquens de ſententia diffi-
nitiua locum habet in interloquutoria, quæ effectum diffi-
nitiuæ habet, & ſic in ſententia mixturam diffinitiuæ, & in-
terloquutoriæ habente, ut eſt glo. in c. fin. in ver. inanes de
electio. in 6. Ioan. And. in c. peruenit il 2. de appella. & latè
Moder. in c. cum ceſſante eod. tit. Bal. in l. conſentaneū. C.
quomodo, & quando iud. Alexan. in l. 5. in prin. ff. de verbo.
9 obliga. & † Pet. de Ancha. in conſi. 185. dicit, quòd ſtatu-
tum diſponens, quòd mulier non poſſit ſine conſenſu pro-
pinquorum contrahere, in donatione cauſa mortis locum
non habebit, quamuis mixturam contractus, & ultimæ uo-
luntatis habeat, & hoc ex eo, quia plus participat de natu-
ra contractus inter uiuos, quam ultimæ uoluntatis, ut uolūt
docto. communiter in l. 2. ff. de lega. 1. ¶ Sexto prædicta
confirmantur, quoniam poſito quòd in caſu noſtro reloca
tio pro eodem tempore, quo prima locatio facta fuit, nō di
ceretur facta, quia poſt primum quinquenium præterijt ſe
10 cundum, & tertium, † & ſtatutum prædictum inducens,
quòd res pro eodem tempore intelligatur relocata, debet
intelligi de prima uice, & non de ſecunda, & tertia argumē
to l. boues §. hoc ſermone ff. de uerbo. obligatio. & facien-
da eſt hæc interpretatio, cum ſimus in correctorijs, & exor
11 bitantibus, † in quibus ſermo ſimpliciter prolatus debet
pro prima uice intelligi, ut optimè declarat Felin. in c. 2. de
tregua, & pace in antepen. colum. & facit text. in c. non po-
teſt. §. 1. de præben. in 6. ubi ſi à Papa contra ius commune
concedatur, ut quis ſimul duo beneficia curata poſſit obti-
nere, intelligitur de primis duobus beneficijs obtentis, &
12 ab eo impetratis: Et facit etiam id, † quod uoluit Alberi.
de Roſa. in 2. parte ſtatutorum verſic. 182. incip. quòd per
dominum in fin. dicens, quòd in materia reſtringili, & odio
ſa conceſſio debet de prima uice intelligi: Et ad propoſitū
pro hac parte in terminis dicti ſtatuti Alex. infinita adducit
in conſi. 16. uolum. 4. quæ interpretatio ſuadetur, quoniam
13 ſic intelligendo, minus præiudicatur iuri communi, † quo
cautum eſt, quòd res in prædijs ruſticis de anno in annū ta-
citè relocata intelligatur, in prædijs uerò urbanis eatenus,
quatenus patiente locatore conductor inhabitauerit l. item
quæritur §. qui impleto ff. locati, & l. legem cum ſimilibus
14 C. eod. & † ſemper in dubio facienda eſt interpretatio, ut
ius commune per ſtatutum minus lædatur, quam fieri poſ-
ſit, ut in c. cum dilectus, ibique Anto. Imol. & alij de conſue
tud. Bart. & Alex. in l. fin. §. in cōputatione C. de iure delib.
Bar. in l. omnes populi in 4. q. 6. q. principalis, & ibi Alex. ff.
de iuſti. & iure, Bal. in l. maximum uitium C. de lib. præter.
& faciunt not. in c. ſtatutum, & in c. omnes de electio. Inno-
cen. in c. cauſam, quæ in 1. glo. de præſcript. & Pet. de An-
cha. in repetit. c. canonum ſtatuta in 14. q. de conſtitut. & l.
2. C. de noxal. cum ſimilibus: Ex his inferetur, quòd ultra
primam reconductionem, ſeu renouationem tacitam, ſi cō
ductor in conductione patiente locatore perſeueret, intel-
ligetur renouatio facta in terminis iuris communis, uideli-
cet de anno in annum etiam cum eiſdem pactis, ut in d. §.
qui impleto, & in d. l. legem, ibique Bald. & conſequenter
etiam cum pacto franchandi. ¶ Septimo dato, ſed non
15 conceſſo, † quòd huiuſmodi contractus propter pactum
de franchando efficeretur etiam contractus innominatus
l. ſicut §. interdum cum l. ſequen. ibique Paul. de Caſt. ff. lo
cati, iuncta l. naturalis ff. de præſcrip. uer. l. ariſto. ff. de do-
nat. Bar. in l. fin. ff. de condic. cau. dat. in l. petēs C. de pactis,
in l. iuriſgentium §. quinimmò ff. eod. tit. & in l. 2. C. de pa-
ctis inter emp. & uendit. etiam non attento ſpeciali nomine
contractus nominati, uidelicet locationis, ſeu uenditionis,
ut in l. ſi uno in prin. ff. loca. l. inſulam de præſcrip. uerb. &
l. ſi

l.ſi olei C.locati cum ſimilibus, tamen ex quo huiuſmodi
contractus innominatus magis contractui locationis aſſimi
latur, quam alteri contractui, prout ex uerbis, rebus, ac con
uentionibus ipſius patet iuxta d.§.qui impleto, de tali con-
tractu debet, ut de contractu locationis iudicari argu-
mento l.1.§.ſi quis ſeruum ff.depoſi.l.cum qui §.1.ff. com-
moda.l.naturalis §.fina.ff.de præſcrip.uerb. & l. ſi ut certo
16 §.nunc uidendum ff. commoda.ergo † ſtatutum, de quo
ſupra, loquens de locatione ſimpliciter habet etiam locum
in hoc contractu nominato, qui ſecundum naturam loca-
tionis debet regulari: Item ex quo huiuſmodi contractus
mixtus magis incaleſcit in contractu nominato locationis,
quam in contractu innominato, ideò diſpoſitio etiam ſtatu
taria loquens de caſu ſimplici, hoc eſt de contractu locatio
nis, etiam hunc caſum mixtum comprehendet, cum magis
principaliter contractus locationis agatur per ea, quæ uo-
luit Alexan.in l.2.in princi.ff. de verborum obligatio. poſt
Petr.de Ancha.in conſi.366. per textum in d.l. quæritur ff.
17 de ſtatu hom.qui innuit, † quòd etiam in exorbitantibus
ſtatutum loquens de caſu ſimplici, ut de contractu, locum
habeat in caſo mixto, vt in donatione cauſa mortis, ex quo
magis contractui, quam ultimæ voluntati æquiparatur, ut
uoluit Bal.in l.2.ff.de lega.1.& ibi doct.poſt gloſ. in l.2.in
prin.ff.de dote prælega. ¶Sed tamen, præmiſſis omni-
bus non obſtantibus, uerius, ac magis de iure præſertim in
18 terminis, de quibus agitur, eſſe exiſtimo, † quòd locatio
non intelligatur renouata cum pacto franchandi, & conſe
quenter ſtatutum prædictum in locatione facta cum pacto
franchandi locum non habeat: & ita in terminis huius ſtatu
ti reperio conſuluiſſe in primis Ioan. de Imo.in conſil.36.
Alexan.in conſi.76.uolumi.5.ac etiam in conſi.17.colum.
penultima uolumi.4. idem etiam conſuluit dominus meus
Bartholom.Sozin.ſiue loquamur de iure communi, ſiue de
iure municipali huius ciuitatis, & prædicto ſtatuto multipli
citer reſpondet, refertque idem conſuluiſſe inſignem do-
ctor.dominum Vincentium Paleottum: & idem quoque re
perii conſuluiſſe eximium iuriſconſultum dominum Ca-
rolum Ruinum in quodam ſuo eleganti conſilio: Quibus
attentis hæc etiam in terminis dicti ſtatuti communis opi-
nio eſſe videtur, cum ſolus Alexan.ſibimet contrarius te-
19 nuerit contrarium in d.conſi.28.† & ideò cum opinio ma
gis communis ſit pro ipſis de Deſideriis, ſequitur, quòd ab
illa in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum, alio-
quin iudex cauſam ſuam faceret per ea, quæ uolunt Ioan.
And.Abb.& alij in c.1.de conſtitu.& Innocen.in c.ne inni-
taris eodem titu.& Bal. in l.præterea per illum textum ff. de
ſenatoribus inquit, quòd is, qui opinioni ſingulari contra
communem inhæret, dicitur ſecundũ imperitiam iudicare,
& traditur per Alex. in conſi.142.colum.7.uolum.2.& eſt
bonus textus in l.cum quidam §.quod dicitur il 2.ff. de ac-
quiren.hæred.in l.inter omnes cum gloſ.ff.qui ſatiſda. co-
gan.& in l.uim ff.de offi.quæſto.in prin.ibi, & ſanè crebrior
apud veteres opinio eſt: Hæc itaque opinio, quæ maiori-
bus auctoritatibus eſt fulcita, ſequenda eſt. ¶Et quòd ea
de iure ſit uerior, demonſtro etiam pluribus rationibus, &
20 argumentis, & in primis præſuppono, † quòd contractus
huiuſmodi locationis ad affictum franchandum non dicitur
ſimpliciter cõtractus locationis nominatus, ſed potius mix-
tus, uidelicet nominatus, & innominatus habita relatione
pacti de franchando, & uendendo ad contractum, ex quo
etiam actione præſcriptis uerbis agi poteſt, ut colligitur ex
iis, que uoluit Barto.in d.l.fin.ff.de condict.cau. dat. in ulti-
ma columna per Baldum in rubrica C.de rerum permuta.
& in authen. eo decurſum C.de dona.ante nup. & proba-
tur in l.in bonæ fidei, & in l.petens, ibique Bart. & alij com
muniter C.de pactis, idem Bartolus in d.l. iuriſgentium §.
quinimmò ff.eodem, & eſt textus in l.2.C. de pactis inter
empt.& uendito. cum ſimilibus allegatis per gloſam ibi in
21 ver. dabit. Præterea † contractus huiuſmodi eſt con-
ſuetudinarius à conſuetudine introductus, ut dicunt do-
ctores, maximè moder.in c.ad noſtram de emptio.& uen-
ditio.& Barthol. Cepol.Veronenſis in tractatu de ſimulat.
contrac.in prin.& ibi per totum, & præſupponit Alex.in d.
conſi.76.ergo dicetur cõtractus innominatus per id, quod
habetur per Bar.in d.§.quinimmò in ulti.colu.& per Bal.in
l.fin.in 1.q.C.quando lice.ab emp.diſced. & prædicta ue-
22 ra ſunt, † etiam ſi in inſtrumento huiuſmodi ſtipulatio in
quacunque parte fuerit appoſita, ut uoluit Alex.in d.conſ.
76.dicens, quòd ſtipulatio appoſita ſuper tali contractu in
qualibet parte dicti inſtrumenti, prout communiter in qui-
buſcunque contractibus apponi ſolet, quæ ſtipulatio dici-
tur contractus nominatus l.1.ff.de pactis, & Bar.in l.1.in fi.
uer.C.de condic.ob cau.non operatur, quòd dicatur ſim-
pliciter contractus nominatus, quoniam ſtipulatio ſuper cõ
tractu ſiue nominato, ſiue innominato appoſita retinet na-
turam cõtractus, ſuper quo apponitur l.ita ſtipulatus ff.de
vſuris, & declarat Bar.in d.l.fin.ff.de condic. ob cau.& in l.
cum mota in fin.2.colum.C.de tranſac.& facit id, quod uo
lunt Ang.& Ioan.de Imol. in l.ſtipulationes nõ diuiduntur
colum.10.ff.de uerbo.obliga.& clarius Alex.in rub.ff.eod.
tit.in fin.ver.& in l.1. ff.de pactis in fin.in l. ſciendum colu.
16.ff.de uerbo.obliga.& do.meus Sozi.in d.rub.colum.15.
23 ¶Stantibus, & præſuppoſitis his, modo infero, quòd † ſta
tutum prædictum, & ius commune, quod de locatione ſim-
pliciter loquitur, locum non habebit in contractu locatio-
nis ad affictum franchandum, quia non eſt ſimpliciter con
tractus locationis, ſed mixtus, quamuis contractui locatio-
nis ſimilis dici poſſit, & hoc per ea, quæ uoluit Bal. in d.l.itẽ
quæritur §.qui impleto ff.locati, dum dixit, quòd diſpoſitio
d.§.loquens de locatione ſimplici, ut tacitè ex patientia cõ
trahentium intelligatur renouata, locum non habet in uen
ditione fructuum ad certum tempus pro certo pretio an-
nuatim, quamuis talis contractus uenditionis fructuũ par,
& ſimilis ſit contractui locationis, ut colligitur ex traditis
per Bar.in l.cotem §.qui maximos ff.de publica.l. nec em-
ptio in prin.ff.de contrahen.emp.& clemen.1.in fin.ibique
24 do. Cardi. in 2.q. de rebus eccl. non alienan.† Præterea
quãuis cõtractus emphyteoticus appelletur locatio, eiusq;
contractui ſimilis ſit §.adeò Inſtit.de loca.l.fin.cum glo.ff.ſi
ager ue ctig.uel emphyt. peta.& c.ad audientiam de rebus
eccle.non alien.tamen diſpoſitio.d.§.qui impleto, & d.l.le-
gem, quæ de tacita locationis renouatione loquitur, locum
non habebit in contractu emphyteotico, ſeu in locatione
ad longum tempus duplici reſpectu, primo quia cõtractus
emphyteoticus ſcripturam requirit, ſecundo etiam ſi ſcri-
pturam non requireret, quoniam in eo de maiori præiudi-
cio tractatur, quam in contractu ſimplicis locationis, uideli
cet de acquiſitione, & tranſlatione utilis dominij, ut in d.l.
1.ff.ſi ager uectiga.uel emphyt.peta.cum not.per glo.& do
cto.in l.ſi ut certo §.ſi duobus uehiculum ff.commoda. Per
quam rationem clarè ex uerbis Bal.infertur, idem eſſe in lo
catione ad longum tempus, uidelicet ad tempus decem an
norum, & ultra, quia ex ea ſimiliter dominium utile tranſ-
fertur, ut in d.l.1.cum glo.& in d.clemen.1.de rebus eccle.
non alien.& per glo.in d.§. ſi duobus uehiculum: Et ideò
cum in ea quoque de præiudicio maiori, quam in ſimplici
locatione tractetur, diſpoſitio d.§.qui impleto, & d.l.legem
C.locati locum non habebit, & ita affirmat, & tenet Alex.
in conſi.17.colum.3.ibi. præterea dixit uolum.4. Ex cuius
25 uerbis etiam apertè colligitur, † quòd diſpoſitio dictorũ
iurium, quamuis ſit iuris communis, tamen ſtrictè eſt intel-
ligenda in caſibus tantum expreſſis, nec ad caſum, qui ſub
lata

lata uocabuli ſignificatione comprehenderetur, extendi
debet,& ideò nec in uenditione fructuum, nec in contra-
ctu emphyteotico, nec in locatione ad longum tempus lo
cum habet,quamuis hæc ſint contractui locationis ſimilia,
& largè loquendo locationis appellatione ueniant, quia
durum eſt à uerbis illius legis etiam ex ſimilitudine rationis
recedere,ut dicit glo.fin.in d.§.qui impleto. A fortiori igi-
26 tur hoc erit dicendum in terminis ſtatuti prædicti, † cum
illud ſit exorbitans,ut per glo.in d.§.qui impleto,item ſit in
pluribus iuris communis correctorium, primo quia de iure
communi in prædijs ruſticis cenſetur facta relocatio finito
primo tempore de anno in annum,ut in d.§.qui impleto,ex
diſpoſitione uerò ſtatuti intelligitur pro eodem tempore:
Secundo quia in prædijs urbanis de iure communi intelli-
gitur facta renouatio locationis eatenus, quatenus fuerit
habitatum d.§.qui impleto,ſed de iure ſtatutario intelligi-
tur pro eodem tempore, quo prima locatio facta fuit: Et
quòd ſit correctorium iuris communis, tenet, ac declarat
etiam Alex.in d.conſi.76.& ſequitur do. Barthol. Sozin.in
27 ſuo conſi. præallegato: Et † in correctorijs ex identitate
rationis,etiam ſi ratio ſit ſcripta,extenſio fieri non poteſt de
caſu ad caſum:ita not.concludit Alex. affirmans eſſe ueriſſi
mum,& magis communiter aprobari in l.peregrè §.quibus
colum.2.ff.de acquir.poſſ. allegando glo.in clemen. audi-
tor in uer.in romana de reſcrip.iuncto tex. in clemen.1. de
electio.in uer.prælatum,& hoc idem ſentit Bart.in extraua
gan.ad reprimen.in uer.nec ex earum,Imol.etiam in l.2.§.
fin.& in l.ædibus §.1.ff.de dona.& ita expreſsè uoluit etiam
ipſe Alexã.in l.illam colum.1.C.de collat. Nec obſtant
28 gloſæ,quæ in contrarium ſolent allegari, quia † Alex. in
d.§.quibus reſpondet illas procedere, quando eadem mili
taret ratio,& eſſet ratio in lege correctoria expreſſa,& ca-
ſus,ad quem extẽſio fieret, ſub lata uocabuli ſignificatione
comprehenderetur:Sed in ſtatuto,de quo diſputatur,nulla
eſt ratio expreſſa,item inter contractum ſimplicis locatio-
nis, & locationis ad affictum franchandum non eſt eadẽ ra
tio,immò diuerſa,quia in uno tractatur de modico præiu-
dicio,& in alio de maiori,ut ſupra dictũ fuit,ergo &c. Non
aduerſatur etiam prædictis tex.in l.in rebus §.fin.ff.de pre-
car.ubi idem in precario eſt diſpoſitum,quod habetur in d.
§.qui impleto,quia reſpondetur,hoc non contigere ex ſimi
litudine rationis,nec ex eo, quod precarium ſit ſimile con-
tractui locationis,ſed quia ita placuit iureconſulto idem in
precario quoque diſponere, quod erat in cõtractu locatio
nis diſpoſitum:Et propterea,ut dicit Alex.in d.conſi.76.cũ
hoc ſolum reperiatur expreſsè cautum in duobus contra-
ctibus, uidelicet locationis ſimplicis, & precarij, in quibus
de modico præiudicio tractatur,ut in l.non ſolet cum ſimil.
ff.locati,& not.in d.§.ſi duobus uehiculum,iuncta l.1.& 2.
ff.de precar.non debet ad alios contractus etiam ſimilitudi
nem habentes trahi, ut dictum eſt. ¶Et ad prædicta fa-
29 ciunt plura,nam † ſtatutum loquens de permutatione uẽ
ditionem non comprehendit, quia unus eſt contractus no-
minatus,quamuis ſint ſimiles,ut eſt tex.in l.1.ff.de rerũ per
mut.cum l.fin.& l.2.C.eod.& l.1.ff. de contrahen. emp. &
ita uoluit Bal.in rub.de rerum permut.& Ioan.And.in ad-
dit.ad Specu.in tit.de emp.& uendit.§. nunc uidẽdum il 2.
30 in addit.incipien. ſciendum.Præterea † de iure commu-
ni quamuis prohibita uenditione dicantur prohibiti alij cõ
tractus alienationis l.ſtatuliberi à cæteris ff.de ſtatul ib.l. ſi-
cut §.uenditionis,ibique Bar.ff.de pigno. actio. tamen quã
do prohibita eſſet uenditio contra ius commune, non intel
ligerẽtur prohibiti alij contractus,ex quibus dominiũ tranſ
ferretur,ueluti eſt donatio,permutatio,& huiuſmodi,ut eſt
tex.cum glo.in l.fin.C.de præd. decurio.lib.10.quãuis ue-
niant ſub lata uerbi uẽditionis ſignificatione,ut in d.l.ſicut,
ibique Bar.& hoc ſequitur Bal.in authen. ei qui in ulti.char
31 ta C.de bonis aucto.iudi.poſſid.& † ſpecul.in d.tit.de em
ptio.& uendit.§.nunc uidendum reſtat uerſi. ſed pone ſtatu
tum, dicit, quòd ſtatutum loquens de uenditione locum
non habet in adiudicatione in ſolutum, quamuis illa ſit
ſimilis uenditioni, quinimmò largè loquendo uenditio di-
catur l. litis cum ſimilb. ff.pro emptore, & l.ſi ubi prædium
C.de euictio.ibi uicem uenditionis obtinet.
¶Secundo ſtatutum prædictum, quod de contractu loca-
tionis ſimpliciter loquitur, debet intelligi de contractu lo-
cationis propriè ſumpto, & non impropriè, cum ſimus in
in ſtatuto contra ius commune,ut ſupra præſuppoſui,quo-
32 niam † ſtatutum, quod debet ſtrictè intelligi l.quicquid
aſtringendæ,& ibi Barto.ff.de uerborum obligatio.c. in no-
ſtra de iniur. & dam.dat. quamuis in ijs, quæ ſunt ſecun-
dum,uel præter ius commune,poſſit impropriè intelligi, &
extendi ad caſum, qui impropriè,& latè ſumpto uocabulo
comprehenderetur,tamen in ijs,quæ ſunt contra ius com-
mune,& in odioſis non debet impropriè intelligi, nec tra-
hi ad id, quod etiam ſub lata uocabuli ſignificatione ueni-
ret, ut per Alexandrum poſt Bartolum in l.3.§. hæc uerba
ff.de nego.geſtis:Sed contractus locationis ad affictum fran
chandum eſt contractui ſimplicis locationis multum diſſimi
lis tum ratione maioris præiudicij, quod ex contractu loca
tionis ad affictum franchandum ſequi poteſt, tũ quia unus
eſt merè contractus nominatus,& alius eſt innominatus,&
ſic ĩpropriè,& largè cõtractus locationis dicitur, ergo &c.
33 & propterea † ſtatutum uolens, quòd de quolibet con-
tractu ſoluatur gabella, non comprehendet contractum
donationis, qui impropriè dicitur contractus ſecundum
Baldum in l.contractus.C.de fide inſtrumen.per Bartolum
in l.labeo la 2.ff.de uerborum ſignifica.& dicit Barto. in l.
apud iulianum §.fina.ff.ex quibus cauſ. in poſſeſſio. eatur,
34 † quòd ſtatutum requirens in contractu mulierum con-
ſenſum propinquorum debet intelligi de contractu pro-
prio,& non de quaſi contractu,& ideò in aditione hæredi-
tatis,quæ dicitur quaſi contractus,ut ibi, locum non habe-
bit. ¶Tertio accedat, nam negari non poteſt, quin con-
tractus locationis ad affictum franchandum ſit contractus
innominatus,uel ſaltem mixtus, uidelicet locationis, & pa-
cti de franchando,& conſequenter nominatus, & innomi-
natus ſimul,non autem ſimplex contractus locationis iuxta
not.per Bartolum in d.l.fina.ff.de condic.ob cau. & in l.ari
35 ſto ff.de donat.cum aliis ſupra allegatis: ergo † ſtatutum
prædictum loquens de contractu locationis ſimpliciter nõ
habebit locum in hoc contractu mixto, cum ſimus in exor-
bitantibus,& in correctorijs,ut ſupra dictum fuit,quoniam
in materia reſtringibili, & odioſa,prout ſunt correctoria,
item prout eſt hæc materia renouationis locationis, ueluti
præſupponit glo.fina.in d.§.qui impleto,diſpoſitio loquens
de caſu ſimplici nunquam comprehendit caſum mixtum,
& habentem aliquam qualitatem diuerſam mixtam, ut uo-
luit do.Anto.in prohem. decreta. per nota.in l.1. in prin.ff.
uerborum obligatio.& in l.uim paſſam §. præſcriptione ff.
36 de adulte.& † ideò ſtatutum loquens de ultima uolunta-
te non trahitur ad donationem cauſa mortis, quia non eſt
merè ultima uoluntas, ſed habet etiam mixturam contra-
37 ctus,ut not.in l.2.ff.de lega.1. Præterea † cum ſtatutum
loquatur de locatione ſimpliciter, non habebit locum in lo
catione,quæ non eſt locatio ſimpliciter,ſed ſecũdum quid,
quia quod eſt tale ſecundum quid, non dicitur ſimpliciter
tale l.hoc legatum ff.de lega.3.iunctis præmiſſis, & præſer-
tim not.per Bartolum in l.certi condictio §. quoniam ff. ſi
38 certum peta.ubi uoluit, † quòd ſi per ſtatutum prohibea
tur debitum ultra certam ſummam probari per teſtes,pote
rit probari partim teſtes,& partim per inſtrumenta,nam ea

ſus

ſus mixtus comprehenditur ſub diſpoſitione loquente de caſu ſimplici ex improprietate uerborum,& ex quadam benignitate,& non ex uerborum proprietate,ut eſt text, ibiq; doctores maximè Alexan.in l.ſi ita ff.de libe. & poſthumis, & faciunt nota. per Bartolum in l.omnes populi colum.12. ff.de iuſtitia,& iure: In his ergo,in quibus uerba ſunt propriè intelligenda,caſus mixtus ſub ſimplici non comprehenditur. ¶Quarto facit, quia & ſi ſtatutum poſſet dici locum habere in caſu noſtro in contractu locationis ad affictum franchandum, ut uoluit Alexan.in d.conſi.24.quod
39 uerum eſſe magis puto per prædicta, † tamen adhuc in caſu,de quo agitur,concludendum eſſet, quòd relocatio tacitè facta cum eiſdem pactis non intelligatur, quia ſtatutum prædictum debet intelligi,ſi per ipſum conductorem promiſſa, & conuenta iurata ſeruata fuerint argumento l. quæro §.inter locatorem, ibique Salice.Pau. de Caſt. & alij ff. loca.ubi ſi conuentum fuerit etiam expreſsè, quòd conductor per locatorem à re locata expelli nequeat infra certum tempus,& locator ita iurauerit,nihilominus hoc intelligitur,ſi conductor promiſſa,& conuenta pro parte ſua ſeruauerit, ut quia in ſolutione canonis non ceſſauerit, uel in re malè uerſatus non fuerit, ueluti etiam habetur in c.3. de iureiuran.& l.cum proponas C.de pactis;& ad propoſitum optimè facit l.ſi quis maior C.de tranſac.ubi non obſeruanti promiſſa,& iurata pro parte ſua non debent ab alia parte obſeruari ſibi expreſsè promiſſa,& conuenta:Multo minus ergo debent obſeruari ea,quæ tacitè promiſſa, & conuenta dicuntur:& ſi hoc dicimus de conuentione,idem in termi-
40 nis noſtris dicendum eſt de ſtatuto, quia † de ſtatuto, uel conſuetudine iudicatur,ut de conuentione,et de contractu l.ſed ea,et l.de quibus ff.de legibus,Bal.in d.l.omnes populi in ultima columna,& l.ea demum C.de collat.Præterea ſi hoc dicimus in expreſſa conuentione per locatorem ipſi conductori facta, ut ſupra, ergo à fortiori hoc dicendum erit in conuentione tacita inducta ex tacito partium conſenſu,qualis eſt illa, de qua agitur in caſu noſtro iuxta text, in d.§.qui impleto,iuncta l.qui ad certum ff.loca.et in d.l.legem C.eodem,ne plus tacitum,quam expreſſum operetur,
41 quinimmò † expreſſum eſt maioris roboris, quam tacitum argumento l. cum quid cum ibi not.ff. ſi certum petatur,et l.expreſſa ff.de regu.iur.l.cum filio §.filio ff.de uulg. et pupil.et argumento not. in l.1.et 2.ff.eodem titu.in l.fin. C.de inſtit.et ſubſtit.ſub condit.et fact.et l.eum, qui certarum in fin.ff.de uerborum obligat.ſed,ut mihi relatum fuit, et credo fuiſſe probatum, conductor in caſu noſtro promiſſa,et conuenta,ac iurata per eum non obſeruauit, quia in re malè uerſatus fuit,incidendo arbores non cæduas,uirides, et fructiferas, et conſequenter promiſſis contrauenit, dum is cum iuramento promiſit uti re conducta ad arbitriũ
42 boni uiri: et † ex tali mala uerſatione conductor à iure conductionis cadit,ut uolunt Barto.Alexan.Paul. de Caſt. et omnes in l.diuortio §.ſi fundum ff.ſoluto matrimo.& traditur per Alexandrum in conſil.129.2. uolumi. cum ſimil. ibi allegatis, per Paulum de Caſt. & alios in authen. qui rem C.de ſacroſan eccle.& per Alexandrum in conſi.118. colum.2.uolumi.5. Item ipſe affictus,& penſiones ſuis debitis temporibus, prout promiſit, & iurauit,non ſoluit,ergo tanquam conuentionibus iuratis contrauenerit,à iure conductionis etiam expreſsè cecidiſſe dicitur, ut uoluit Baldus per textum ibi,& glo.in c.querelam de iureiuran.& ita ſemper conſuluit Alexan.ut in conſi 130. cum ſeq. & ſeq.et in conſilio 134.uolumine 4. & in conſilio 136.columna 2.uolumine 1.ac etiam in conſilio 36.uolumine 2.

43 ¶Quinto † illis caſibus,quibus relocatio, & reconductio de iure cum eiſdem pactis, & conuentionibus tacitè facta cenſetur,debet intelligi quoad pacta,& cõuenta, quæ ſunt de natura, ſeu conſuetudine contractus locationis, ſecus quoad pacta,quæ non ſunt de natura, ſed potius cõtra, uel præter naturam contractus locationis,nam quoad hæc pacta relocatio tacitè facta non cenſetur in terminis d.§. qui impleto,& d.l.legem,ſed uerba continentia huiuſmodi pacta intelliguntur pro illa prima uice tantum,ut uoluit Ioan. de Imol.poſt Bal.per illum tex.in l. cum pater §. pater certam ff.de lega.2.& per Imol.in l.penul.§.uxore ff.ſolu.mat. & argumento l.boues §.hoc ſermone ff.de uerbo.ſignifi.in c.non poteſt ibique glo.& Ioan.And.de præbẽ.in 6.& hoc eſt de mente Bar.in l.ſi mihi, & titio in fin.uer.ff. de uerbo.
44 oblig.dum allegat tex. in d.§. qui impleto: At† pactum de franchando,ſeu uendendo ipſi conductori non eſt de natura contractus locationis,ſed potius contra argumento l.nõ ſolet ff.locati,& iuxta ea, quæ habentur in l.ſi aliquam rem ff.de acquir.poſſ.& per Bar.in d.l.fin.ff.de condic.ob cau.ergo &c.Et ita debet intelligi tex.in d.§. qui impleto, & in d. l.legem ſecundum Bal.& Imol.in d.§. pater certam,& con-
45 ſequenter etiam ita debet intelligi ſtatutum, † quod à iure communi interpretationem recipit d.c.cum dilectus,ubi Anto.& Imol. de conſuetud. Alex. in l.nam & poſteriores ff.de legibus,glo.in l.ſciendum in prin.ff. qui ſatiſda.cogan. & in authen.offeratur C.de litis conteſta.& per Bar.in d.l. omnes populi cum ſimilibus ſupra allegatis. Præterea ex quo ſtatutũ loquitur de locatione ſimpliciter, & ſic de ſimplici locatione,locum in locatione ad affictum franchandũ
46 non habebit, quia † hic caſus uidetur à ſtatuto omiſſus, quo caſu ſtandum eſt iuri communi l.ſi uerò §.de uiro ff.ſolu.matr.l.commodiſſimè,& in l.ſi ita ff.de lib. & poſth.& in materia ſtricta, & in qua ſtrictiſſima debet fieri interpretatio,ut eſt in correctorijs,& odioſis,diſpoſitio loquens de caſu ſimplici caſum mixtum non comprehendit, quia caſus mixtus cenſetur omiſſus, & ideò in diſpoſitione iuris cõmunis remanet,ut in d.l.ſi ita,ibique Alexan.& in l.illam C.de collat. item finito tempore primæ locationis res de iure cõmuni non intelligeretur relocata cum hoc pacto de franchando,quia non eſt de natura locationis, item quia ex eo dominium conductori acquiri, & præiudicium locatori fieri poteſt,ut ſupra ſæpius dictum eſt. ¶Vltimo facit, quia
47 † ubicunque ex uerbis contrahentium tacitè, uel expreſsè colligitur,quòd ex perſeuerantia,& patientia locatio nullo modo cum eiſdem pactis tacitè relocata intelligatur, tunc perſeuerando non cenſetur cum ijſdem pactis renouata, hoc colligitur expreſsè ex ijs,quæ habentur in d.§.qui impleto, ubi caſus, & in d.l.legem in tex. cum glo.fin. in fin. Sed in terminis noſtris tempore celebrati contractus fuit expreſsè actum,& conuentum, quòd finito primo tempore non intelligatur quouis modo facta aliqua tacita reconductio, etiam ſi per alteram partem non fuerit ante finem locationis proteſtatum ſe uelle in locatione perſeuerare,ut in inſtrumento locationis prædictæ continetur,ergo finito primo tempore non intelligetur facta reconductio cũ ijſdẽ pactis,& conuentionibus, aduerſante expreſſo cõſenſu ipſi tacito,quoniam ſi ex perſeuerantia, & patientia res non cẽſetur cum eiſdem pactis reconducta, quando tacita mens, tacitusque conſenſus partium contrahentium repugnat,ut in d.§.qui impleto,in d.l.legem, ibique docto. quanto magis hoc dicendum eſt, quando mens expreſſa, & conſenſus uerbis expreſſus aduerſatur,ut in d.§.qui impleto,& not.in d.l.legem in ulti.glo.in fin. & argumento l. cum quid.ff. ſi cert.peta.plus enim expreſſum, quam tacitum operatur iuribus ſupra allegatis. Præterea conſenſus expreſſus facit ceſſare tacitum l.cum filio. §.filio. ff.de uulg. & pupil.ergo tacitus conſenſus,qui ex perſeuerantia, & patientia inducitur,in caſu noſtro propter conſenſum partium contrarium uerbis expreſſum ceſſare debebit:Et ſic ex prædictis,& ma

ximè

ximè ex dicto §.qui impleto, & in d.l.legem cum ibi nota. per gloſam,& Baldum colligitur,quòd ſtant ſimul, quòd ſi nito primæ locationis tempore conductor perſeueret in conductione, & tamen reconductio cum eiſdem pactis facta non intelligatur,ut quando de expreſſa, ſeu tacita mente contrahentium contrarium appareret. ¶Rurſus quo ad locationem factam de domo,videtur,quòd domus cum pacto franchandi non cenſeatur tacitè relocata, quoniam cum ab initio fuerit ad quinquennium locata, quamuis ex ſtatuto poſt primum quinquennium ſemel tantum, & pro eodem tempore,& cum eiſdem pactis relocata dici poſſet,
48 quod etiam negatur per prædicta, † tamen ultra primam relocationem,ſeu conductionem tacitam debet cenſeri relocata,ac recon ducta ſecundum diſpoſitionem iuris communis,uidelicet pro eo tempore,quo fuit habitatum,&quo locator conductorem habitate tollerauit,cum ſimus in prædijs urbanis iuxta text.in d.§.qui impleto, & ita debet intelligi ſtatutum prædictum,ut latè declarat Alexan.in d.conſil.16.& ſupra tetigi. Sequitur ergo ſtante hac opinione, quòd conductori,qui per plura quinquennia in conductione perſeuerauit, dictam domum franchare, & titulo emptionis acquirere licitum fuit,donec in ea, patiente locatore,inhabitauit,& non ultra,d.§. qui impleto:Sed in caſu noſtro ante,quàm conductor offerret ſe uelle dictam domum franchare, & emere, locator declarauit ſe nolle amplius in dicta locatione perſeuerare, & ſic locatio etiam tacita fuit finita ante,quàm conductor ſe uelle franchare offerret, ergo ſequitur, quòd etiam pactum de franchando in dicto inſtrumēto locationis appoſitum finitum fuit, quia acceſſorium ſequitur ſuum principale d.§.qui impleto,ubi uidetur caſus, & c.acceſſorium cum ſimilib. de regu.iur.in 6.& ad propoſitum facit id,quod uoluit Alexan.in conſi.132.in ultima columna ibi non obſtat volumi.4.qui hoc expreſsè ſentit, & faciunt nota.per eundem Alexandrum in l.1.§.ſi uir ff.de acquirenda poſſeſſione, & per Paulum de Caſtro in l.non dubium columna penul.C.de legibus: Apparet itaque ex multis capitibus, quòd in caſu noſtro conductor de iure,inuitis, & denegantibus ipſis locatoribus, res aliàs ſibi ad affictum franchandum,ſeu cum pacto de uendendo locatas franchare non poteſt.Et licet ex deductis pro hac parte ſatis dici poſſit reſponſum rationibus,& argumentis ad fauorem conductoris factis, tamen, ut clarior illis reſponſio appareat,vnicuique particulariter reſpondebo. ¶Non obſtat itaque in primis, quòd pactum de franchando, ſeu uendendo dicatur pactum appoſitum in contractu locationis, ergo relocatio cum illo pacto tàm de iure communi, quàm ſecundum ſtatutum prædictum facta intelligi debet,
49 quia pro reſponſione dico,quòd † huiuſmodi pactum nō dicitur eſſe pactum ſecundum naturam contractus locationis,immò contra,ſeu præter naturam illius, & ideò non poteſt intelligi locatio cum illo pacto renouata per nota. per Bartolum in d.l.ſi mihi, & titio, & per Imolam in d.l. cum pater §.pater certam cum ſimilibus ſupra allegatis:Secundo dico,quòd in caſu noſtro non fuit contractus ſimplicis,& meræ locationis,ut loquitur ſtatutum, ſed fuit contractus diſſimilis,habenſque communionem, & mixturam nominati, & innominati propter pactum de franchando, & uendendo in eo appoſitum per not. per Bartolum in d.l. fina.ff.de condi.ob cau.cum ſimilibus ad hoc ſupra in primo fundamento allegatis. Tertio ſtatutum debet intelligi de locatione, per quam modicum poteſt inferri præiudicium,& ſic de contractu ſimplicis locationis,& de pactis in eo appoſitis,per quæ locatori non multum præiudicari poteſt argumento d.l.non ſolet ff.locati, non autem de contractu locationis,ex quo magnum locatori præiudiciū circa rem locatam inferri pôt, ut quia ſit talis locatio, ex qua dominium directum,ſiue utile acquiri,& trāsferri poſſit, ut colligitur ex not.per Baldum in d.§.qui impleto poſt Alex. in d.cōſi.76.& ſupra dixi in dicto primo fundamēto.Quarto nos ſumus in correctoriis, & contra ius cōe, in quibus non fit extenſio etiam ex identitate rationis de caſu ad caſum ſimilem,quando ratio non eſt in lege expreſſa, ſed locatio ad affictum franchandum eſt diſſimilis,& non per omnia ſimilis ſimplici locationi, ut præſuppoſui ante primum fundamentum, nec ratio eſt expreſſa in ſtatuto loquenre de tacita reconductione,ergo &c.per ea, quæ uoluit Alex. in l.peregrè.§.quibus ff.de acquir.poſſ.& quia,ut dicit glo. in d.§.qui impleto,durum eſt recedere a uerbis d.§.qui impleto,dum loquitur de reconductione tacita cum iiſdē pactis,ergo & magis hoc dicendum eſt de ſtatuto loquenre ſimiliter de tacita reconductione cum iiſdem pactis,ut durū ſit ab illius uerbis recedere,cum ſit correctorium.Præterea ſi locatio, per quam poteſt locatori quoad; dominium utile præiudicium inferri,ut eſt locatio ad longum tempus, non intelligitur renouata per tex.in d.§.qui impleto,ut colligitur ex iis,quæ uoluit ibi Bal. & in terminis habetur per Alexan.in d.conſi.17. ergo minus dicetur renouatam pactum de franchando,per quod poteſt præiudicium quoad dominium directum,uel quaſi inferri. ¶Secundo principaliter nō obſtat,quòd uerba ſtatuti prædicti in §. præterea ſtatuimus caſui noſtro conueniant, quia hoc negatur, ut ex prædictis apparet,nam ſtatutum loquitur de locatione ſimpliciter,& de ea,quæ modicum poteſt ipſi locatori præiudicium afferre,ut per Bal.in d.§.qui impleto: Sed locatio ad affictum franchandum non eſt ſimpliciter locatio, ſed locatio ad affictum franchandum, ut ex uerbis inſtrumenti conſtat,habetque mixturam contractus innominati, ergo uerba ſtatuti huic locationi, quæ eſt locatio ſecundum quid,
50 non conueniunt.Præterea † uerba contractus non debēt eſſe in conſideratione, quando ex qualitate contractus aliter appareat, nam uerba ex qualitate contractus etiam cōtra propriam illorum ſignificationem debent accipi,& intelligi d.l.ſi uno in prin.ff.locati,& l.ſi inſulā ff.de præſcrip. uer.& tex.in contrarium allegatus in l. ad probationem.C. de probat. & in l.ſi quis ſtipulatus procedit, quando ex qualitate contractus,& conuentionis aliter non apparet, & ſic eſſemus in dubio,quia tunc à verbis contractus, eorumque proprietate non eſſet recedendum, ut ibi, & argumento l. non aliter ff.de lega.3. ¶Tertio principaliter non aduerſatur, quòd debeat attendi principalis contractus, & non
51 pactum in eo appoſitum, quia † hoc arbitror falſum eſſe, & iura allegata faciunt in contrarium, nam licet ibi dicatur,quòd ad id,quod uenit in pacto iuxta contractum appoſito,agitur actione contractus principalis, tamen non negatur,quin etiam agi poſſit alia actione, uidelicet præſcriptis uerbis, quæ otitur ex quodam contractu innominato reſultante ex contractu habita relatione ad pactum,ut eſt text. clarus in d.l.2.C. de pactis inter empto. & uendit. in d.l. in bonæ fidei,in d.l.petēs,ibique latè Bar.Bal.Alex.& ſcriben. communiter C.de pactis,& Bar. in d.l.iuriſgentium §.qui-
52 nimmò. Secundo reſponderi poteſt, quòd † illa iura, uidelicet d.l.fundi partem ff.de contrahen.emp. & d.l.ſi ſterilis §.ſi tibi fundum ff.de actio.empti,loquuntur, quando pactum iuxta contractum appoſſitum eſſet pars contractus principalis,videlicet pars pretij rei emptæ,ut in caſu illorū iurium, tunc enim ſolum agetur actione ex contractu, & non alia,& ſic attenditur principalis contractus, & non pactum,ut ibi:Secus ſi pactum non eſſet pars contractus principalis,nec pars pretij, quia cum pactum ſit correſpectiuū ad contractum,& oriatur quidam contractus innominatus habita relatione pacti ad contractum,ut declatat Bar.in d. l.fin.ff.de condic.ob cau.tunc ad id, quod in pacto continetur,

tur,agi poteſt non ſolum actione ueteri informata,ſed etiã
noua præſcriptis uerbis,quæ ex pacto in cõtinenti appoſito
oritur,ut per Bar.in d.§.quinimmò,in d.l.petens, & in d.l.in
bonæ fidei,ac probatur in d.l.2.C.de pac.inter emp.& uẽ.
Sed prima ſolutio magis placet.¶Nõ obſtat quartũ,&quin
tũ fundamentũ,quoniã poſito,contractũ non eſſe denomi-
nãdum à pacto in eo appoſito,ſed ab eo quod principaliter
agitur,& eſt potentius iuxta l.quæritur ff.de ſtat.ho.cũ ſim.
ſ alleg.& ideò licet in terminis noſtris cõtractus poſſit,&de
beat à locatione,& cõductione noĩari, tñ propter hoc non
ſequitur,quòd ſtatutũ,ſeu diſpoſitio exorbitãs, & correcto
ria loquẽs de uno habeat locum in oĩ eo,quod ſub tali de-
noĩatione,& uocabulo etiã impropriè, & latè cõprehendi
põt per ea,quæ ſ plenius fuerũt allega. & præſertim qñ di
ſpoſitio,ſeu ſtatutum exorbitans,& correctoriũ loquitur in
caſu ſimplici,ut de locatione ſimpliciter, quia non habebit
locũ in caſu mixto,&ſic in locatione,quæ nõ eſt ſimpliciter
locatio,nec ſimpliciter cõtractus noĩatus,ſed habet mixtu-
rã contractus noĩati,& innoĩati per not.per Ant. de But.in
53 prohœ.decret.cũ ſim.ſ alleg.Ex quibus † uidetur reddi du
bium id,quod conſuluit Pet.de Anch.in d.conſi.185.dũ uo
luit,quòd ſtatutũ loquẽs de contractu,ut quòd mulier ſine
conſenſu propinquorum contrahere nequeat,habeat locũ
in donatione cauſa mortis,quæ mixturã contractus,& ulti
mæ uolũtatis habet:Niſi ſaluãdo diceres,illud habere locũ,
qñ in ſtatuto eſſet expreſſa ratio,quia tunc ad caſum mixtũ
extẽdi poſſet per ea,quæ uoluit Alex.in d.l.peregrè §.illud,
& quæ uolunt doc.in l.2.in prin.ff.de uer.obl. Similiter poſ
ſet rñderi iis,quæ uolunt glo.in c.fi.de elec.in 6.& Io.and.
in c.peruenit il 2.de appel.cum ſimil.ſ allega. Vel illa ſunt
intelligenda,qñ eſſemus in iis,quæ ſunt ſecundum, uel præ
ter ius cõe,nec in materia reſtringibili: Secus ſi eſſemus in
iis,quæ ſunt contra ius cõe,& in materia reſtringibili,prout
eſt caſus noſter,quoniã tunc in diſpoſitione loquente de ca
ſu ſimplici nõ cõtinebitur caſus mixtus prædicta: & ex his
fundamẽta cuiuſdã in contrariũ cõſulẽtis ſoluta remanẽt.
¶Non obſtat d.conſi.Alex.28.qui de directo uoluit ſtatutũ
prædictum habere locum in contractu locationis ad affictũ
franchandum,quinimmò quòd etiã de iure cõi locatio fa-
cta cum pacto franchandi cenſeretur cum tali pacto reno-
54 uata,ut ibi in fin.uer.quia † contrarium ipſemet Alex.con-
ſuluit in conſ.76.prælleg. & aliqualiter tangit in cõſi.17.
in 4.uol.Et quoniã in d.conſ.76.mouetur melioribus ratio
nibus,& auctoritatibus,quàm in d.conſi.28.ut ex inſpectio
ne conſtare põt,quia in d.conſi.76.reſpondet oĩbus, ſuper
quibus ſe fundauit in d.conſi.28. ideò tenenda eſt opinio,
quã poſuit in d.conſi.76.tanquam melioribus rationibus,ac
iuribus fulcita arg.eorum,quæ in ſimili dixit Abb. in c.1.de
conſtir.dum loquitur de cõi opinione. Et falſitas,ſeu error
d.conſi. 28. ultra alios clarè oſtenditur, nam de directo eſt
contra unum,quod doct. cõiter uolunt per not. per Bal. in
55 d.l.itẽ quæritur §.qui impleto,quòd † diſpoſitio d.§.loquẽs
de tacita relocatione nõ habeat locum,in relocatione, per
quam poſſet ipſi conductori aliquod ius uidelicet dominij
directi,uel utilis in re acquiri,ut per Alexã. in terminis in d.
conſi.17.maximè in penult.col.& conſequenter in locatio
ne,per quã maius præiudicium locatori poſſet inferri,quã
per ſimplicẽ,& meram locationẽ:& tamen Alex.in d.con-
ſil.28.uoluit,quòd in terminis dicti ſtatuti de tacita recõdu
ctione loquentis ſtatutum habeat locum in locatione etiã
ad longum tempus ad affictum franchandum,per quam nõ
ſolum dominium utile,ſed etiam directum ex pacto de frã-
chando,ſeu de uendendo conductori poteſt acquiri, quod
eſt expreſsè contra intentionem Bal.communiter approba
tam in d.§.qui impleto,& quã etiam Alex.ibi in additio.ad
Bar.ſequitur.Et ſi diſpoſitio d.§.qui impleto, & ſic iuris cõ
munis locum non haber in locatione,per quam dominium
tantum utile conductori poteſt acquiri,multo minus diſpo
ſitio ſtatuti ſuper eodẽ diſponentis,& correctoria iuris cõis
locum habebit in locatione ad longum tẽpus ad affictum
franchandum, per quam conductori dominium non mo-
do utile propter longum tempus, ſed etiam directum, uel
quaſi ex pacto de franchando,ſeu uendendo poſſet acqui-
ri iuxta d.l.2.C.de pact.inter empt.& uendit.& in l.ex em-
pto ff.de actio.empt.in princi.& hoc modo arguendi etiam
utitur in terminis Alexan.in dicto conſil.17. in 3. colum. in
uerſicu.præterea dixit ſingulariter Baldus. Præterea ſta-
tutum prædictum expreſsè loquitur ſolum in locatione ad
modicum tempus, & non ad longum tempus, ut patet ibi
in §. præcedenti, ubi uult, quòd in locationibus ad lon-
gum tempus ſeruari debeat ius commune:Sed de iure cõ-
muni in locationibus ad longum tempus non intelligitur
facta renouatio, ſeu reconductio ex perſeuerantia finito
tempore locationis cum eiſdem pactis, ut per Bald. in locò
præallegato: ergo ſiue loquamur de iure municipali, ſiue
de iure cõi nõ intelligetur facta tacita recõductio in loca-
tionibus ad longũ tẽpus, cuius contrarium uoluit Alex.in d.
56 conſi.28.& malè per prædicta,& per ea,† quæ adducit ipſe
Alex.in d.cõſ.76.& in d.conſ.17.col. pen.in uerſi.præterea
dixit ſignãter,& idẽ tenẽt alij,de quibus ſupra memini, per
doctrinã Bal.in d.§.qui impleto, de qua nõ facit mentionẽ
Alex.in d.cõſ.28.¶Nõ obſtat ſextũ argumentũ, quoniã ex
57 prædictis reſpõſio facile colligitur, † quia ſiue loquamur
de iure cõi uidelicet in terminis d.§.qui impleto,ſiue ſecun
dũ ius ſtatuti prædicti,locatio nõ debet cenſeri tacitè reno-
uata,qñ ex ea cõductori dominiũ ſiue directum, ſiue utile
poſſet acquiri,& per quã maius poſſet locatori præiudiciũ
fieri,quã per cõtractũ ſimplicis locationis, ut per Bal.in d.
§.qui ĩpleto,cũ quo doct.pertrãſeũt,nec aliquis illi cõtra di
cit,& idẽ,quod uoluit Bal.ſequitur Alex.in d.§. qui imple-
to in 2.addit.ad Bar.& allegat Bal.ita tenere etiã in l.unica
in 11.q.C.qñ nõ petẽ. par. uerſi. ſed nũquid emphyteoſis:
& ideò in caſu noſtro locatio facta ad affictũ franchandũ,&
cũ pacto de uendẽdo nõ debet intelligi de anno in annũ cũ
58 iiſdẽ pactis renouata per ſupra latius dicta. Præterea † in
prædiis urbanis de iure cõi nõ intelligitur tacitè facta recõ
ductio de anno in annũ cũ eiſdẽ pactis,ſed quatenus fuit ha
bitatũ,patiẽte,&tollerãte locatore,ut in d.§.qui impleto,&
in d.l.egẽ: ergo ſumus in caſu,in quo domus per conducto
rẽ franchari nõ põt,ex quo ante, quã cõductor offerret ſe
uelle franchare,locatio etiã tacita fuerat finita per proteſta
tionẽ à locatore factã,quòd is nõ intendebat amplius in cõ
tractu locationis perſeuerare, ut latius dixi ſupra in ultimo
fundamento,& colligitur ex iis, quæ uoluit Alex. in conſil.
132.in ult.col.ibi nõ obſtat col.4. ¶Vltimo nõ aduerſatur,
quòd hmõi contractus locationis magis incaleſcat in con-
tractu nominato ſimplicis locationis,& magis de eius natu-
ra participet, & ideò de illo debeat iudicari, ut de ſimplici
locatione,item quòd ſtatutũ loquens de ſimplici locatione
debeat habere locũ in huiuſmodi contractu locationis mix
to per d.l.quæritur ff. de ſtatu homi.ut uoluit Alex. in d.l.2.
in prin.ff.de uerb.ob.quia ultra prædicta poteſt etiam mul-
59 tipliciter reſponderi, & primo, † quòd regulariter ſta-
tutum loquens de uno caſu ſimplici, immò de utroque ca
ſu ſimplici ſeparatim non comprehendit caſum mixtum,
quando ſumus in correctoriis, & odioſis, & in iis,in qui-
bus ſtrictiſſima facienda eſt interpretatio, ut uolunt docto.
communiter in d.l.2.in prin.& Alexan.ibi inquit,hanc eſſe
magis communem opinionem per text. in l. uim paſſam §.
præſcriptione ff.de adul.cum ſimilibus,& dum Alex. & alij
in d.l.2.dicunt, quòd quando mixtum magis participat de
uno ſimplici, quam de alio, mixtum comprehenditur ſub

illo ſimplici, de quo magis participat per d. l. quæritur cum ſimilibus, loquũtur in iis, quæ ſunt præter ius commune, & non contra ius commune, nec in odioſis, ſecus in correctoriis, & in iis, quæ ſunt contra ius commune, ſeu in odioſis, in quibus ſtrictiſſima debet fieri interpretatio, quoniam in his diſpoſitio loquens de uno ſimplici non comprehendit mixtum, quod etiam magis de illo ſimplici participaret, per ea, quæ ſupra adduxi poſt Alex. in d. conſi. 76. At nos ſumus in correctoriis, & in iis, in quibus de præiudicio alterius tractari poteſt, ergo &c. & ad hoc facit tex. in c. ſtatutum de electio. in 6. iunctis not. per Io. And. ibi, † ubi appellatione ecclesiarum parochialium non ueniunt eccleſiæ parochiales eccleſiaſticæ in materia ſtricta, & correctoria, ſecus in materia fauorabili, & per illum tex. Abb. in rubr. de maio. & obedien. dicit, † quòd appellatione clericorum in materia reſtringibili, & odioſa non comprehenduntur clerici in dignitate conſtituti, & idem tenet in c. bonæ il j. col. j. de poſtulat. præla. ſecus in fauorabilibus, & in quibus non fit ſtricta, ſeu ſtrictiſſima interpretatio ad tradita per Abb. poſt Io. de Ana. in c. fin. de ſimon. Ex quibus colligitur, quòd in materia reſtringibili, & odioſa ſub ſimplici non comprehẽditur caſus mixtus, qui magis de illo ſimplici participaret: faciunt etiã not. per Bar. in l. labeo ff. de uerb. ſign. qui uoluit, † quòd ſtatutum contra ius commune loquens de contractu locũ nõ habeat in donatione, nec in ſtipulatione, quia ſunt impropriè contractus, & habetur per Bal. in l. contractus C. de fide inſtru. & per Iaſ. in l. 5. in prin. ff. de uerb. obl. Nec tale ſtatutum habebit locum in quaſi contractu, ut uoluit Bar. in l. apud Iulianum §. fin. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & per doct. cõmuniter in l. mutum, & in l. more ff. de acqui. hære. & tamen quaſi contractus participat de contractu, & eſt illi multum ſimilis, ut Inſti. de obli. quæ ex quaſi contra. ¶ Nec obſtat id, quod uoluit Pet. de Anch. in d. conſil. 185. quem ſequitur Alex. in d. l. 2. in prin. quòd ſtatutum requirens in contractu mulierum cõſenſum propinquorum habet locum etiam in contractu donationis cauſa mortis, quia poteſt reſponderi, † ideò illud eſſe, quia ſtatutum loquitur de cõtractibus quoad ordinationem, & quoad ordinationem, & celebrationẽ, prout loquitur ſtatutum, donatio cauſa mortis dicitur contractus, & naturã contractuum inter uiuos ſequitur, ut not. in l. 2. in fin. ff. de dot. præleg. cum ſimil. allega. per Alex. in d. l. 2. ex cuius dictis ibi infertur, quòd ſi ſtatutum ſuper ſimplici caſu diſponeret non quoad ordinationem, ſed quoad alios effectus, in quibus donatio cauſa mortis, & contractus differunt, ſub ſtatuto loquente de contractu non comprehẽderetur donatio cauſa mortis, & ſic caſus mixtus: Sed locatio ſimplex, & locatio ad affictum franchandum quoad effectum differunt, licet non differant quoad ordinationem, & celebrationem, ut ex prædictis colligitur, & habetur per Alex. in d. conſi. 76. clarumq́; eſt in ſe, ergo ſtatutũ loquens de locatione non quoad modum ineundi, ſed de illius effectu locationem ad affictum nõ comprehendet, quæ quoad id, de quo quærimus, & de quo loquitur ſtatutum, à locatione ſimplici differt, & hoc ex not. per Alex. in d. l. 2. in princ. qui uult, quòd ſub ſimplici comprehendatur caſus mixtus, quando caſus mixtus magis participat de caſu ſimplici quoad effectum, de quo quæritur: ergo ſi quoad illum effectum differant caſus ſimplex, & caſus mixtus, tũc ſub ſimplici nõ comprehenditur caſus mixtus: & hæc poſſunt comprobari ex ſupra deductis poſt Alex. in d. conſi. 76. Vel poteſt intelligi dictum Pet. de Anch. in d. conſi. quando ſtatutum non erat correctorium per ſupradicta: Vel quando ratio eſſet in ſtatuto expreſſa per ea, quæ not. uoluit Alex. in d. l. peregrè §. quibus cum aliis ſimil. s̃ alleg. ¶ Præterea dicto ultimo fundamento reſponderi poteſt, † uerũ nõ eſſe, quòd locatio ad affictum franchandum ſolum à locatione ſimplici, & non à pacto de franchando denominetur, magisq́; de ſimplici locatione participet, & illi magis aſſimiletur quoad caſum, de quo quærimus, quã de contractu innominato, ſeu de pacto de franchando: Quinimmò dico, quòd æquè ab utroq; denominatur, uidelicet locario ad affictum franchandum, & æquè de utroq; participat, cum in tali contractu ita principaliter agatur pactum, & conuentio de frãchando, ſicut ipſa locatio, quia pactum de franchando, quod æquè principaliter agitur, dicitur eſſe quoddam extrinſecum, & ab ipſa locatione ſeparatum, & per ſe ſtare poteſt æquè principaliter: ergo uerum non eſt, quòd ſub ſtatuto loquente ſimpliciter de locatione comprehendi debeat per prædicta, & arg. not. per Bar. in d. l. fin. ff. de cond. ob cau. Adde, quòd † cum locatio, & pactum de franchando reſpiciant diuerſa, pactũ non poteſt dici cum ipſa locatione unitum, ſed ambo dicuntur æquè principaliter ſtare, ſicut in ſimili dicit Aret. in l. qui patri col. 4. ff. de acq. hære. de iure accreſcendi, & de ſubſtitutione, quæ reſpiciunt diuerſa. ¶ Nec obſtat, ſi diceretur, quòd ſicut de iure communi locatio cẽſetur renouata cum eadem pignorum obligatione, ut in d. §. qui impleto, & in d. l. legem, ita & cum pacto de franchando, quia facillimè poteſt reſponderi primo, † quòd obligatio pignoris eſt de natura locationis, & cuiuſlibet cõtractus §. item ſeruiana Inſti. de act. & per totum ff. & C. de pigno. pactum uerò de franchando eſt contra naturam contractus locationis. Secundo † obligatio pignoris eſt quid acceſſorium, accedit enim contractui locationis, & cuilibet alij contractui, & per ſe ſtare non poteſt, ut not. in rub. ff. de pign. & per doct. maximè Salicc. in l. & ſi is C. de præd. min. l. 2. C. per quas perſo. nobis acquir. cum ibi not. & contractus principalis locationis ab ea nomen non recipit, ſed in ſuo mero, & puro locationis nomine remanet, ut in d. §. qui impleto, & in d. l. legem: Sed pactum de franchando, ſeu emendo per ſe ſtare poteſt, nec eſt ut quoddam acceſſorium, ut in l. fin. C. de contrah. emp. cum ſimil. ibi not. & per Bar. in l. fin. ff. de condi. ob cau. & cõtractus locationis nomẽ ab eo recipit, quia à conſuetudine appellatur contractus locationis ad affictum franchãdum, ut conſtat ex uerbis inſtrumentis, & ex notoria conſuetudine, ueluti ſupra etiam tetigi, ergo &c. Et ita in prædictis de iure concludendum eſſe magis exiſtimaui.

ADDITIO.

VLTRA deducta ſupra aliqua etiam pauca dicenda ſunt ob nonnulla, quæ prima facie rem dubiam reddere uidentur: & primo intelligo quoſdam aduocatos partis aduerſæ dicere, quòd doctrina Bald. in d. §. qui impleto ad caſum noſtrum non facit, quoniam Bal. loquitur, quando ex ipſo contractu principali, non autem ex pacto in contractu appoſito magnum fieri poſſet præiudicium puta quoad dominium utile, uel quaſi, ut quando eſſet contractus emphyteoticus, ſeu locatio ad longum tempus, ex quibus dominium utile in conductorem transfertur, illiq́; acquiritur, nam huiuſmodi contractus non cenſeretur tacitè cum eiſdem pactis renouari per tex. in d. §. qui impleto, & hic non eſt caſus noſter, quoniam præiudicium, quod circa dominiũ contingeret, reſultaret non ex cõtractu locationis, ſed ex pacto de retrouendendo, ſeu franchando, ut latius per eos. Verum quicquid dicti aduocati uelint, ergo arbitror doctri. Bal. in d. §. qui impleto optimè ad caſum quæſt. noſtræ facere, quoniã ſi rectè uerba illius ibi conſiderentur, ipſe ponit duo dicta, primũ, quòd † diſpoſitio d. §. qui impleto nõ uẽdicat ſibi locũ in uenditione fructuũ nõ illa ratione, quia per eam fiat maius præiudicium, quàm per ſimplicẽ locationem, nã re uera non fit maius præiudicium, ut habetur in clem. 1. in fin. de rebus eccle. non alienan. ſed quia licet fructuum uenditio æquiparetur locationi ſimplici, ut in l. in uenditione §. 1. ff. de bon. aucto. iud. poſſid. & in clemen. 1. cum ſimilib. ſupra

ſupra in conſilio allegatis,tamen ex quo in aliquibus à loca
tione differt,diſpoſitio illius §.locum non habebit, quia ille
tex.non comprehendit hunc caſum,& ut inquit gl.ibi, durũ
eſt à uerbis illius legis recedere , ita dicit Bal.ibi: Quæ uer-
ba optimè ad caſum noſtrum faciunt , quoniã cum ratione
pacti de franchando locatio nõ cenſeatur ſimplex locatio,
habeatq́; , ſeu recipiat aliã naturam, immò poſſit dici con-
tractus innominatus,ſeu in illã ſpeciem tranſire,ut fatentur
omnes,ergo ſequitur,quòd diſpoſitio d.§.qui impleto locũ
in caſu noſtro nõ habebit,& ſic doctrina Bal. optimè inter-
uit,quia durũ eſt à uerbis illius legis recedere.¶ Secundum
dictum ponit ibi Bal.quòd illa diſpoſitio locũ non habet in
contractu emphyteotico,ſeu locationis ad longũ tempus,
ut declarat Alex.in conſi.17.uolu.4.col.3. ibi præterea Bal.
illa ratione,quia ex contractu emphyteotico magnũ præiu
dicium,& maius,quam per ſimplicẽ locationẽ fieri poteſt:
quod dictum Bal.in ratione ſui optimè facit ad caſum no-
ſtrum,& ratio dicti magis eſt attendenda iuxta ea, quæ ha-
bentur in l.cum pater §.dulciſſimis ff.de leg.2. ſi enim con-
tractus locationis cenſeretur renouatus cum illo pacto frã
chandi, ex renouatione fieri poſſet locatori præiudicium
quoad directum dominiũ,uel quaſi,& maius,quam ex ſim-
plici locatione abſque illo pacto franchandi renouata.Præ
terea præiudicium,quod ex pacto de franchãdo quoad do
minium ſequi poſſet,caſu, quo locatio cum illo pacto reno
uata cenſeretur,diceretur prouenire non ex ſimplici pacto
de franchando,prout ex aliquo ab ipſo contractu principa
li locationis ſeparato,ſed immediatè ex contractu locatio-
nis ad affictum franchandum , ſicut præiudicium dominij,
quod ex contractu emphyteotico contingit, dicitur ex ipſo
69 contractu reſultare: quoniam † pactum de franchando in
contractu locationis appoſitum , & quod ineſt ipſi contra-
ctui, dicitur eſſe pars contractus,& non quid ſeparatum: &
ideò ita pro eo,quod in pacto continetur, datur actio con-
tractus,ſicut pro eo,quod in contractu continetur,ut in l.2.
C.de pact.inter emp.& uend.l.in bonæfidei, & l. petens cũ
materia C.de pact.& facit l. fundi partem ff. de contrahen.
emp.& l.ſi ſterilis §.ſi tibi ff.de act.emp. ubi probatur, quòd
70 † pactum,quod ineſt contractui emptionis,dicitur eſſe pars
pretij,& conſequenter pars ſubſtantialis contractus iuxta l.
in uenditionibus ff.de contrah.emp.& §.pretium Inſti.eod.
71 dicitq́; Bar.in l.iuriſgentiũ §.quinimmò ff. de pact. † pactũ,
quod ineſt contractui,in tantum eſſe de ipſo contractu, ſeu
partem illius, quòd ſublato contractu pactum quoq́; tolli-
tur,& extinguitur per tex.in d.l.fundi partẽ: quamuis, ut ſu
pra in cõſilio declaraui,& iſtud pactum, de quo agitur,per
ſe principaliter ſtare,& conſiderari poſſit , & alia actio etiã
uidelicet præſcriptis uerbis ad id,quod in ipſo pacto conti-
netur, cõpetere,& dari ualeat: Sed tñ cum illud ſit in con-
tractu locationis appoſitum,præiudiciũ dominij, uel quaſi,
quod ex eo,ſequuta renouatione,inferretur,cenſeretur,ac
diceretur ſequi immediatè ex ipſo contractu locationis: &
conſequenter uerba Bal.in d.§.qui impleto rectè,& diligẽ
ter conſiderata optimè pro deciſione caſus noſtri faciunt,
nec alia eſt mens illius , & unio facta de locatione cum pa-
cto franchandi non debet operari renouationem locatio-
nis cum illo pacto arg.l.qui patri ff.de acq. hæred. cũ ſimil.
ſed potius debet operari contrariũ,tum quia ex tali unione
cõtractus locationis alteratur , nec amplius ſimplex locatio
dicitur,ſed in aliam ſpeciem penitus diuerſam,& innomina
tam tranſit,tum quia talis unio operatur , quòd contractus
locationis, qui alias ſolet eſſe modici præiudicij, efficiatur
magni præiudicij reſpectu directi dominij , uel quaſi, tum
quia locatio renouatur cum pactis, quæ ſunt de natura con
tractus,& non cum iis,quæ ſunt contra naturam contractus
locationis,quale eſt iſtud pactum de franchãdo, ueluti hæc
omnia ſupra latius in conſilio dicta fuerunt: ¶ Et ex prædi-
72 ctis ad deciſionem primi dubij inferri poteſt , † quòd etiam
de iure cõi in caſu noſtro renouatio locationis non põt in-
telligi facta cum illo pacto franchandi,ſeu emẽdi per pro-
ximè adducta poſt Bal.in d.§.qui impleto,& prout colligi-
tur etiã ex iis,quæ plenè in conſilio poſui pro reſponſione
ſexti fundamenti: Nec fieri debet fundamentum in uerbis
Alex.in conſi.28.uolu.4. quoniã illis ſatis eſſe reſponſum
apparet tum ex dictis ſupra per me,tum ex iis, quæ ipſemet
poſuit in conſi.76.lib.5. qui ſe principaliter fundat in do-
ctrina Bal.in d.§.qui impleto, item in eo, quod talis locatio
non dicitur ſimplex locatio,ſed mixta, de qua non loquitur
dictum ſtatutũ:& alias rationes poſui ſupra in cõſilio,quas,
ne eadem ſæpius repetantur,hic omitto. ¶ Ad ſecundũ du-
bium per aduocatos partis aduerſæ factum reſpondetur,
quòd ſtante conuentione,& proteſtatione per partes facta
in inſtrumento,quòd finito tempore non intelligatur facta
relocatio ,quamuis aliter non fuerit proteſtatũ,locatio pri-
ma non debet dici renouata,uel ſaltẽ nõ debet dici renoua
ta,cum illo pacto franchandi,repugnante cõſenſu expreſſo
locatoris,ut habetur in d.§.qui impleto,ubi caſus, & gl.fin.
in l.legem C.locati,& per ea , quæ plenè dixi in conſilio in
ultimo fundamento facto ad fauorem illorũ de deſideriis,
quæ uideantur.¶ Ad tertium reſpondeo,& primo, quòd ſa
tis dicitur de notabili deterioratione cõſtare ex numero , &
73 qualitate arborum inciſarũ,† nam ex quo de inciſione plu-
rium arborũ fructiferarũ probatum fuit,ſequitur, quòd no
tabilis deterioratio,ac ſufficiens ad expellendũ conductorẽ
dicitur probata,ut colligitur ex tex.in l.æquiſſimum §.1.iun
cto §.ſequen.ff.de uſufruc.cum not.per doc.in auth. qui rẽ
74 C.de ſacroſanc.eccle.Secundo reſpondeo, † quòd dũ doc.
in l.diuortio ff.ſol.mat.& in d.auth.qui rẽ,& Alex.in conſil.
118.uolu.5.requirunt notabilẽ deteriorationẽ, loquuũtur
in terminis iuris communis, & qñ incidendo contra promiſ
ſa,& iurata fieri non diceretur, ſed qñ conductor ſimplex,
uel emphyteota cum iuramento promiſiſſet uti re cõducta
arbitrio boni uiri, tunc re abutendo , illamq́; deteriorando
ſiue in notabili,ſiue in modica quantitate contrauenire di-
ceretur,& periuriũ incurrere arg.eorũ,quæ uoluit Ioan.de
Imol.in c.potuit de loca. quòd propter ceſſationẽ ſolutio-
nis canonis quis cadit à iure ſuo , ſiue in ſolutione totius ca
nonis,ſiue alicuius partis ceſſauerit,ut habetur per Bal. in l.
ædem C. loca.& ĩ d.auth.qui rẽ,& faciunt ea, quæ habẽtur
per Alex.in conſi.132.uol.4.in ult.col.ibi ſucceſſiuè,& quæ
habentur in l.ſi quis maior per Moder.per illum tex.ibi non
implendo promiſſa C.de tranſac.& per Alex.in conſi.126.
uolu.1.& in conſ.129.uolu.1.ubi uoluit,quòd ruſticus,qui
arbitrio boni uiri laborare promiſit,non laborando, ut ſta-
tuta,& iura requirunt,periurium incurrat,& poſſit expelli:
ita dicamus,quòd conductor,qui promiſit,& iurauit uti ar-
bitrio boni uiri,uti teneatur,ueluti expoſcunt ſtatuta, & iu-
ra communia: Sed per ſtatuta prohibitum eſt colonis, &
conductoribus incidere arbores uirides,ut habetur in ſtatu
to poſito ſub rub.de pœna non laboran. poſſ.ut debent, itẽ
& de iure communi, ut in l. æquiſſimum §.1. cum ſequenti
ff.de uſufruct. ergo in caſu noſtro conductor promiſſis , &
iuratis contraueniſſe dicetur etiam incidendo unam tan-
tum , uel duas arbores uirides, & maximè fructiferas : ex
hoc itaque dicetur à iure conductionis cecidiſſe , ut in d.l.
ſi quis maior , in d.l. ædem , & in d.authen. qui rem , &
per Alexan.in conſiliis ſupra allegatis : Non obſtant not.
per ipſum Alexan.in conſi.118.uolum.5.ubi per plura ab
ipſo allegata uoluit,quòd ad hoc,ut propter arborũ inciſio
nẽ conductor poſſit expelli,neceſſe ſit probare notabilẽ, &
perpetuã fructuũ deteriorationẽ,quoniã dico, quòd ĩ caſu
noſtro perpetua fructuum deterioratio dicitur probata , ex

poteſt,ut habetur in ſtatuto poſito ſub rubr.de contractibus cum minore, et filiofamilias &c. quod prohibet uenditionem, & alienationem rei minoris abſq; certa ſolemnitate
2 fieri:& † qui non poteſt alienare,non poteſt promittere l.fi. cum iis,quæ ibi not.Bal.in prin.C.de falſis, & facit l.oratio cum ſimil.ff.de ſponſal.& Alex.in conſi.17.uolu.4.in 2.col. ibi confirmatur,nam per pactum,& promiſſionem de uendendo adiectam in contractu locationis ſimplicis ad modicum tempus pro eodem precio afferri poteſt præiudicium minori non ſolum temporale,ſed perpetuũ,ut ibi per Alex.
3 ergo † per ſtatutum non ſolum alienatio rei immobilis minoris,ſed etiam promiſſio de alienando, ſeu uendendo dicitur prohibita, ueluti etiam habetur clarè in dicto ſtatuto, quod prohibet promiſſionẽ, & obligationẽ à minore abſq; ſolemnitate ſtatuti factam. ¶ Nec obſtat, quòd huiuſmodi pactum de retrouẽdendo fuerit iuramento uallatum, ergo ſeruandum eſt, cum poſſit abſq; interitu ſalutis æternæ ſeruari auth.ſacramenta puberum C.ſi aduer.uendi.& c.cum contingat cum materia de iureiur.Quia reſpõdetur,quòd
4 †ex quo iuramẽtum iſtud fuit ſuper pacto nullo,inualido,& à ſtatuto reprobato appoſitum,iuramentum non eſt ſeruandum,nec obligat l.non dubium C.de legi.nam ſtatutum in uenditione,& alienatione bonorum,& in obligatione minoris quaſdam requirit ſolẽnitates, ac aufert omne robur ſcripturæ,in qua alienatio, ſeu obligatio huiuſmodi facta fuiſſet,& iuramentum reprobat,ac prohibet ſub pœna iuramẽtum minori præſtari,& tali iuramento aduerſus minorẽ uti; ergo non ſeruata forma,nec ſeruatis ſolẽnitatibus dicti ſtatuti,nulla ſcripturæ,& inſtrumento,in quo iuramentum eſt appoſitum,fides adhibetur,nec illa cõtra minorem ſub pœna produci poteſt,& conſequenter tale iuramentum nõ poteſt cum effectu contractum,ſeu pactum ualidare, cum effectualiter per dictam ſcripturã probari nequeat, ut habetur
5 in fine dicti ſtatuti;& † ſtatutũ,ſicut lex poteſt uim iuramenti reprobare d.l.non dubium,ibiq; Bal.& in l.ſi quis inquilino §.fin.ff.de leg.1.nam quantum ad abſolutionẽ,& remiſſionem iuramenti attinet,habet uim apoſtolici l. adigere §. fin.cum glo.ff.de iure patr.& ita uidetur ſequi Bal.in pluribus locis,maximè in l.nec patronus C.de oper.liber.in l.fi. ff.qui ſatiſd.cog.in l.fin.C.de non nume.pec. & in d.authẽ. ſacramenta puberum,ibiq; Sal.qui dicit,cum non dici periurum,qui ex iuſta cauſa iuramentum deſerit l.ſi libertus iu
6 rauerit de oper.liber. & † ſicut iuramentum remitti poteſt per pactum,& per eum,in cuius fauorem præſtitũ fuit,c.2. cum ibi not.de ſponſal.c.conſuluit de uſur.& l.fin.ff.qui,& à quib.ita & per ſtatutum,quia panificari uidentur per not.in rub.C.de decre.decur.lib.10.& per Imol. in c.cum contingat in 3.memb.de iureiur.Pet.de Anch. in regu. ea,quæ de regu.iur.in 6.& in repet. c.canonum ſtatuta de conſtitutio.
7 ¶ Præterea poſito,quòd iuramentum ligaret, † tamen quãdo ſtatutum improbat iuramentum, ſaltem uidetur poſſe à tali iuramento abſolutio concedi, & impetrari, ut uidetur uelle Fred.de Sen.in conſi.272.incip.in nomine domini,factum tale eſt,ſtatutum &c.ubi uoluit,quòd ſi ſtatutũ diſponat,promiſſionem factam à minore, uel filiofamilias ſine conſenſu patris etiam cum iuramento non ualere,is nihilominus obligetur per text.in d.c.cum contingat, & in c. quãuis de pact.in 6.tamen ex quo accipiens iuramentũ, cõtra prohibitionem ſtatuti ciuitatis fecit,poterit ad relaxationem iuramenti compelli, uel iurans ab illo abſolui per ea, quæ habentur in c.1.cum ibi not.de iureiur. ¶ Præmiſſis tñ non obſtãtibus,contrariã ſnĩam eſſe ueriorẽ exiſtimo,quoniã dictus Vincentius contra præfatum Antoniummariam
8 intentionem de iure communi fundatam habet,nam † etiã minor cum iuramento nõ modo poteſt locare,ſeu promiſſionem de uendendo facere,ſed etiam,quod plus eſt,poteſt uendere, & donare, ac ratione ſui iuramenti alienationem obſeruare tenetur d.auth.ſacramen.pube.C.ſi aduer.uẽdi
9 †cuius diſpoſitio locũ habet non ſolum in cõtractibus propriè,ſed etiã in contractibus impropriè, immò impropriiſſimè ſumptis,ut uoluit Bar.ibi in ult.col.quia illa auth. eſt fauorabilis,ut uolunt doct.cõiter poſt Bar. & ideò extenditur non ſolum ad omnes contractus,ſed etiã ad diſtractus,ut latè habetur ibi per Moder.& Iaſ.in col.19.ac etiam ad quaſi contractus:quia iuramentum ſemper eſt ſeruandum,dummodo ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poſſit d.c.cum contingat,& c.ſi uerò de iureiur.d.c.quamuis,& c.licet de iure
10 iur.in 6.Et † in tantum minor iuramentum huiuſmodi ſeruare inuiolabiliter tenetur,ut dicit tex.in d.auth.ſacramen. pub.quòd non poteſt à iuramento huiuſmodi abſolutionẽ, ſeu relaxationem petere,niſi ipſe aliter eſſet ex alienatione enormiter læſus,ut concludunt doct.per illũ tex.in d.auth. ſacramenta,ut ibi per Iaſ.col.12.qui infinitos allegat, ibiq; Moderniſ.& Abb.& Imol.in d.c.cũ contingat, Abb.in conſil.72.uol.j.& in conſi.8.uol.2.Archi.Imol. & Gemin.in d. c.quãuis per illum tex.in uer.omnino, Imol.in c.quintaualis de iureiur.& in l.cum uir col.15.ff.de uſucap. Roman.in conſi.437.in caſu propoſito in ult.col. & in l.qui ſuperſtitis ff.de acquir.hære.& Pau.de Caſ.in d.auth.ſacramẽta col.3.
11 cum ſequen. †Minus ergo poteſt cõcedi habilitatio à iuramento ad effectũ agendi,& contraueniendi,quæ datur etiã parte non citata, quia datur tanquam præparatorium abſolutionis,& relaxationis, tum quia dubium eſt magnum, an huiuſmodi habilitatio,quæ dicitur eſſe quoddam præparatoriũ,poſſit abſq; cauſæ cognitione ex abrupto, & parte nõ citata concedi,quia quòd non poſſint concedi,tenent doct. cõiter,Abb.& Moder.& uidetur uerius, in d.c.j. & Imol. in c.debitores col.6.de iureiu.ex quo parti præiudicium afferre poteſt,tum quia illa eſt præparatorium abſolutionis,& relaxationis:& ideò ſi abſolutio, & relaxatio peti non poteſt, ut ſupra,minus habilitatio huiuſmodi arg. eorum, quæ habentur in c. j. de iudi. ubi idem de præparatorio iudicatur, quod de eo,cuius cauſa fit præparatio arg.l.oratio ff.de ſpõſalib. ¶ Præterea quamuis Bar.in d.auth.ſacramenta uelit, quòd quando contractus minoris eſt nullus,& inualidus nõ ſolum ratione minoris ætatis,ſed etiam alia ratione,ut quia forma tradita à lege,uel ſtatuto non eſſet ſeruata,iuramentum non confirmet contractum,nec minor ad illius obſer-
12 uantiam teneatur, † tamen quando minor iurauit non contrauenire ratione minoris ætatis, uel alia quauis ratione, prout in caſu noſtro iuratum fuit, tunc per iuramentũ contractus dicitur confirmari,& minor ſuum iuramẽtum obſeruare tenetur,ut in terminis uolunt Bar. & omnes cõiter in d.auth.ſacramenta pub. poſt glo. ibi: & in hoc non uidetur uera differentia poſita a Bar.in d.auth.ſacramenta, & in l.ſi quis pro eo in prin.in 3.memb.ff.de fideiuſ. ubi diſtinguit, an ſtatutum prohibeat contractum, an uerò prohibeat perſonam minoris, & ſic an loquatur in rem, an in perſonam, quia utroq; caſu iuramentum ualidat cõtractum, & minor ad ipſius obſeruantiam tenetur,quicquid dixerit Bar. cuius diſtinctio communiter damnatur, ut habetur per Sali.in d. auth.ſacramenta in ult.col.& ibi Fulgoſ.& Paul.de Ca.ibi, & in d.l.ſi quis pro eo in prin.& tradũt canoniſtæ, uidelicet Anto.Io.de Lign.Io.de Imo.& Abb.in d.c.cum contingat & hæc eſt uerior, magiſque communis opinio legiſtarum & canoniſtarum contra Bart.ut refert, ac ſequitur Iaſ.in d. authen. ſacramenta in 14. colum. ibi quid tenendum &c. ubi pleniſſimè examinat,& infinitos ita tenentes allegat: & hoc idem ſequitur Alex.in conſ.102.col.11.uol.1.in conſi. 27.col.antepe.eo.uol.& in conſ.102.uol.4.& Areti.in cõſi. 54.in cauſa magiſtri &c.idem ſequitur affirmans cõmunem
13 opinio.eſſe contra diſtinctionẽ Bar.¶ Tertio † quandocũq;

quis in mora faciendi illud, quod iurauerat fuit conſtitutus, ut quia fuerit interpellatus, uel aliter periurium inciderit, tunc habilitationem, ſeu relaxationem, uel abſolutionem à iuramento petere non poteſt, & ſi illam petierit, non eſt ipſi concedenda, & conceſſa eſt nulla, ut uoluit Freder. de Sen. in cõſi. 301. qui allegat Io. And. in c. debitores, ubi hoc etiã tenet Io. de Imol. de iureiur. & facit tex. in ſui ratione in c. quia fruſtra de uſur. & ita conſuluit Pet. de Anch. in conſil. 194. prædictis ſubtiliter &c. & in conſi. 327. in præſenti conſultatione, & Abb. in d. c. j. ibique Feli. maximè in j. & latius in 12. col. quicquid dixerit Anto. de Butr. in d. c. debitores, cui Imol. ibi, & Felin. in d. c. j. reſpondet: At in terminis noſtris Antoniusmaria habilitationem à iuramento impetrauit, poſtquam fuit in mora, & ſuper retrouenditione interpellatus per Vincentium, qui ad hunc effectum pretium rei depoſuit, per quod emptor dicitur in mora conſtitutus, ut eſt text. in l. 2. in fin. cum gloſ. C. de pactis inter emptor. & uendit. ergo huiuſmodi habilitatio ſibi conceſſa nullius fuit momenti, ſibique ad effectum agendi, & contra pactum ſuum iuratum ueniendi prodeſſe non potuit: & ideò tanquam periurus non eſt audiendus, ſed à limine iudicij repellendus l. ſi quis maior cum ibi not. C. de tranſact. & per
14 docto. in d. c. j. & in d. c. debitores. ¶ Quarto † dictus Antoniusmaria, poſtquam Vincentio cum pacto de retrouẽdendo, & iuramẽto, ut ſupra, locauit, ſæpius tacitè, & expreſsè huiuſmodi contractum locationis ratificauit, & confirmauit, modo affictus ſimpliciter recipiendo, & interpellando conductorem ſuper illorum ſolutione, iuxta l. commiſſoriè, ibique Bar. C. de pact. inter emp. & uendit. & glo. ult. in c. j. quo temp. mil. in uſu feud. cum ſimil. ibi alleg. & modo per inſtrumentum publicum abſoluendo cum iuramento conductorem ab affictibus præteritis, & renunciando liti per eũ motæ ſuper caducitate: per quos actus, & iuramentum geminatum uidetur nõ eſſe licitum dicto Antoniomariæ locatori contra locationis contractum uenire, & denegarè ſe uelle pactum iuratum adimplere per ea, quæ habentur la-
15 tè per moder. in c. ſi cautio de fide inſtrument. † ubi actus, & conſenſus geminatio eſt fortior, quàm ſimplex, & reddit actum aliàs reuocabilem irreuocabilem, ut ibi per Feli. colum. 11. maximè per not. à Bal. in tract. ſeiſina. col. 18. quem fecit ſuper rub. C. ſi quis ali. teſta. prohib. & facit tex. in c. j. de tregua, & pac. & in authen. itaque C. commu. de ſucceſ.
16 ¶ Præterea † uidetur non poſſe ſuper reſciſſione, & inualiditate contractus iurati pronunciari, niſi prius impetrata fuerit relaxatio, ſeu abſolutio à iuramẽto, nec habilitatio abſq; cauſæ cognitione, & parte non citata conceſſa per ſe non ſufficit: quoniam ſi huiuſmodi habilitatio ſola per ſe ſufficeret, & ulterius relaxatio, ſeu abſolutio neceſſaria non eſſet, utique iura abſolutionem, ſeu relaxationem non requirerent, prout requirunt, cum ſolum ad hoc, ut minor, uel alius ex iuſta cauſa, puta ratione ætatis, uel læſionis poſſit iuramẽto ſuo, uel pacto iurato contrauenire, & obtinere, iura expoſcant prius relaxationem, uel abſolutionem impetrari, & de huiuſmodi habilitatione nihil dicant, ut in c. 1. & 2. de iureiuran. c. nouit de iud. & ita eſt de mente omnium in d. c. j. & in d. c. debitores, & latius per Imolam in d. c. cum contingat, & in c. quintauallis de iureiurand. nam habilitatio, quæ fieri poteſt etiam parte non citata, fit ad habilitandum perſonam, ut abſque metu periurij poſſit relaxationem, ſeu abſolutionem à iuramento petere, & ſic dicitur eſſe tanquam præparatorium relaxationis, ſeu abſolutionis, ut per Imol. in d. c. debitores col. 6. per Oldrad. in conſi. 120. & Felin. in d. c. j. poſt Abbatem: alioquin ſi uerum eſſet, quòd ad hoc, ut ſententia ſuper reſciſſione contractus ferri poſſet, ſufficeret ſola habilitatio, quæ parte non citata concedi ſolet, ſequeretur, quòd ſuperflua eſſet relaxatio, & abſolutio, quã tamen iura requirunt, quod minimè dicendum eſt: Sequeretur adhæc, quod poſſet concedi habilitatio à iuramento ad præiudicium partis abſque cognitione cauſæ, partiſque citatione, quod tamen doct. omnes in locis præallegatis negant: Vnde cum in terminis noſtris Antoniomariæ fuerit habilitatio conceſſa ex abrupto, & abſque partis citatione, ſequitur, quòd non potuit ad ſentẽtiam ſuper declaratione, ſeu reſciſſione pacti de retrouendendo, ſeu contractus locationis deueniri abſque alia relaxatione, & abſolutione à iuramento, quia ſic per ſimplicem habilitationem à iuramento abſque cauſæ cognitione, & citatione partis conceſſam maximum inferri præiudicium diceretur, quod non eſt di-
17 cendum, † quoniam doct. eo caſu, quo illam practicam impetrandi habilitationem ex abrupto, parteque non citata admittunt, loquuntur, quando ex ea præiudicium alteri nõ inferretur, alioquin ſecus, ut latè per Abb. Imol. & Felin. in locis præallegatis. Quare ex prædictis Antoniusmaria nullo modo poteſt contra dictum Vincentium obtinere ſuper reuocatione, & reſciſſione contractus locationis, ac pacti de retrouendendo, quinimmò ipſe illud pactum, prout iurauit, obſeruare tenetur, & ad retrouendendum dicto Vincẽ-
18 tio pro eodem pretio cogi poteſt: & † ſatis eſt ipſi Vincentio ad hoc, ut in futurum ad ſolutionem affictuum nõ teneatur, & dictum Antoniummariam retrãsferre dominium cogere poſſit, quòd pretium unà cum affictibus debito tempore legitimè depoſuerit, ut eſt tex. clarus, & in terminis, ibiq; docto. communiter in d. l. 2. C. de pactis inter empt. & uendi. iuncta l. ſi à te eo. tit. cum iis, quæ per illa iura uoluit Bar. in l. acceptam C. de uſur. & propterea cum factum fuerit depoſitum de pretio, & per dictum Vincentium petitum ſit declarari locum eſſe, ac fuiſſe oblationi, & conſignationi dicti pretij, dictumq; Antoniummariam teneri, & obligatum eſſe ad retrouendendum, ac faciendum inſtrumentum retrouenditionis pro eodem pretio, & iuris remediis ad ſic faciendum compelli debere, ſequitur, quòd partes domini iudicis ſunt declarare dictum depoſitum fuiſſe, & eſſe ualidũ, & pro parte dicti Vincentij fieri potuiſſe, & Antoniummariam teneri, ut ſupra: & cõſequenter illum condemnare ad faciendum inſtrumẽtum retrouenditionis dicto Vincentio, ipſumque Vincentium à petitis per Antoniummariam abſoluere, uictum uictori in expenſis condemnando.

¶ Supereſt modo in contrarium adductis breuiter reſpondere, & in primis non obſtat d. l. j. in fin. ff. de rebus eorum,
19 quia primo reſpondetur, † illũ tex. loqui regulariter, quando minor poſt dominium acquiſitum rem emptam pignori uenditori dediſſet abſque iuramento, nam cum res iam ſua eſſet effecta, non potuit illam alienare, nec obligare, ſeu pignori dare abſque decreto, & ſolemnitate à iure requiſita, ut ibi, ſed quando minor rem emptam cum iuramento obligaſſet, ſeu pignori dediſſet, ſecus eſſet, quia tunc iuramentum ſuum obſeruare teneretur per tex. in d. auth. ſacramenta puberum, ut latius ſupra dictum fuit poſt Bartolum, & docto. omnes: & hoc modo intelligi, ac declarari poteſt
20 d. l. j. in fin. Secundo poteſt reſponderi, † quòd ille textus locum habet, quando poſt acquiſitam rem ex titulo emptionis minor ex interuallo eam obligaſſet, ſeu pignori dediſſet, ut ex illo textu infertur, quem ita intelligit Baldus ibi: Secus autem, ſi ſimul, & in continenti res per minorem empta fuiſſet ipſi uenditori ex conuentione obligata, quia tunc conuentio ualeret, ita dicit Baldus in dicta l. j. in fin. tres caſus conſiderando, an dominium procedat conuentionem, an conuentio præcedat dominium, & an unum ſine alio non reperiatur, & hoc ultimo caſu ualet conuentio: Sed in caſu noſtro conuentio ſimul, uel ſaltem in continenti dicitur facta, quia uno, eodemque die facta fuit, quo caſu dicitur facta in continenti, unoque contextu,

nullo alio actu extraneo interueniente l. 1. §. qui præſens,
& l. continuus in prin. ff. de uerbo. obl. & in l. duos in fin. ff. de
duobus reis cum ſimil. ibi allegatis: nam quæ in continenti
fiunt, dicuntur ineſſe l. lecta ff. ſi cer. peta. & incontinenti,
& ſic uno contextu fieri dicuntur, dũmodo eodem die fiãt,
nec probetur aliquem actum extraneum interueniſſe, ut in
dictis iuribus, iuncta l. ſi ex duobus in prin. ff. de duobus reis
cum ibi not. ſed quãuis hæc ſolutio ſatis defendi poſſet, præ
cedens tamen magis placet. ¶ Non obſtat ſecundum fun-
damentum de ſtatuto prohibente minorem poſſe alienare,
ſeu ſe obligare abſque ſolemnitate, de qua in ſtatuto, etiam
ſi minor cum iuramento promiſiſſet, & ſe obligauiſſet, quia
21 † reſponſio colligitur ex iis, quæ in pluribus conſiliis dixit
Alex. & maximè in conſi. 125. uolu. 1. quòd dictum ſtatutũ
non potuit uim iuramenti tollere per ea, quæ notat Bart. in
l. omnes populi ff. de iuſti. & iure, nam diſponere de iuramẽ
to pertinet ad eccleſiam c. fin. de foro competen. in 6. & c.
uenerabilem de electio. & conſequenter ſtatutum laicorũ
nullo modo ſuper illo poteſt diſponere c. eccleſia S. Mariæ
de conſtitut. & c. 1. cum ibi not. de ordin. cognit. Præterea
22 † ſtatutum illud in caſu, quo iuratum fuit, non eſt ſeruandũ,
alioquin eſſet peccati nutritiuum, & ideò non ſeruandum
argumento l. pactum C. de collat. l. 1. §. & cum lex C. de rei
uxo. actio. l. non dubium C. de legibus, iuncto d. c. quamuis,
& d. c. cum contingat: & Rayn. de Forliuio in d. l. omnes po
puli dicit ſtatutum huiuſmodi non eſſe ſeruandum in caſu,
23 quo iuratum fuiſſet: † quinimmò uoluit ſtatutum non uale
re, etiam ſi in eo diceretur, quòd iuramentum præſumere-
tur extortum metu, uel dolo: idem uoluit Anto. de Butr. in
d. c. cum contingat, ibiq; Io. de Imol. poſt Hoſti. in c. quem-
admodum eo. tit. qui dicunt, quòd diſponere ſuper iuramẽ
24 to ad leges ciuiles, & ſeculares non ſpectat: † & ibi Anto.
inquit idem eſſe, ſi ſtatutum imponeret pœnã uenientibus
ad huiuſmodi contractus, & talia iuramenta recipientibus,
ne illud, quod directa uia per ſtatutum fieri nõ poteſt, fieret
per indirectum c. quanto de priuileg. & c. cum quid una de
regu. iur. in 6. Nec eſt differentia, an ſtatutum loquatur in
rem, prohibendo contractum, an uerò in perſonam dirigen
do uerba ad minorem, ut ſupra dixi, quicquid dixerit Bar. in
25 d. l. ſi quis pro eo: Præterea † ſi benè ſtatutum prædictum
circa finem conſideretur, nihil directè, uel indirectè diſpo-
nit, prohibendo iuramentum, nec permittendo contra iura
mentum fieri, uel ueniri, nam ſi ſtatutum tale quid tẽtaſſet,
non ualeret, ſed illud ſolum ſtatuit, atque diſponit, quòd mi
nor non admittatur ad iurandum, & ſi quod iuramentum
fecerit, illud nullo modo in ſcriptis redigatur, alioquin ad-
mittens ad iurandum, uel in ſcriptis redigens in libris cen-
tum puniatur: Vnde quamuis ad pœnam centum in caſu no
ſtro fortè ex ſtatuti diſpoſitione agi potuerit, non tamen per
ſtatutum dicitur prohibitum, neque inductum, quin minor,
qui iurauit, & cuius iuramentũ fuit admiſſum, & in ſcriptis
redactum, teneatur iuramentũ obſeruare, prout de iure ad
illius obſeruantiã tenetur, ac cogi poteſt, neque contrarium
per ſtatutum introduci potuit, ueluti ſupra latius dictũ fuit:
Sed in caſu noſtro per dictum Antoniũmariã non fuit actũ
ad pœnã, ſed ſolum ad reſciſsionẽ contractus, & pacti, ideò
ipſe non poteſt obtinere, & iudex ad pœnã nõ petitam con
demnare non poteſt c. licet heli de ſimon. c. qualiter, & qũ
in fin. de accuſat. & l. ut fundus ff. commun. diuidun. & ita iu
ris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Infinitas quando tolleretur, & admittatur, & nu. 23.*
2 *Oblatio uerbalis cum ſatiſdatione quando ſufficiat, & operetur idẽ, quod oblatio, ſeu depoſitio realis, & nu. 26.*
3 *Et quando etiam ſola uerbalis oblatio ſine fideiuſſore.*
4 *Soluere qui cum iuramento promiſit, compenſando, ſeu de compenſatione opponendo periurium euitat:*
Contra nu. 27.
5 *Idem, ſi ex iuſta cauſa impeditus ſoluere nequeat.*
6 *Retrouendere ſi tibi infra certum tempus promiſi, quicquid obligando, alienando, aut aliter te inſcio, & ſine conſenſu tuo eſt factum, depoſito per te pretio, reſoluitur, & res ad te ſine aliqua obligatione reuertitur: & quomodo hoc procedat nu. 33.*
Quid ſi interim uendidi alteri, & tradidi nu. 34.
7 *Franchandi, ſeu emendi ius, & facultatem habens offerendo pretium dominus utiliter rei illius efficitur, utilemq́ue rei uendicationem habet contra quemcunque poſſeſſorem:*
Et an hoc uerum ſit nu. 35. & quomodo procedere poſſit nu. 36.
8 *Vendere alicui ſi quis ſimpliciter ſit damnatus, intelligitur pro iuſto pretio, adeò quòd iuſto precio oblato, ipſo iure, & abſque traditione uenditio dicitur perfecta, & tranſlatum dominium, licet damnatus uendere nollet.*
Quod declaratur nu. 37.
9 *Pactum de franchando, ſeu uendendo factum alicui infra certum tempus, & quandocunque illi placuerit, uſque ad quod tempus ſe extendat:*
10 *Quid ſi eſſet factum pactum etiam iuratum, ut quandocunque, & omni, & quocunque tempore, nulla præſcriptione obſtante, quis poſſet rem franchare, & emere.*
11 *Iuramentum intelligitur ſecundum naturam pacti, & obligationis perſonalis.*
12 *Pactum de franchando his uerbis factum, ut liceat Titio conductori infra decennium, & quandocunque eidem conductori placuerit, franchare, & rem emere, dicitur perſonale, nec ad hæredes, & ſucceſſores tranſit.*
13 *Maximè ſi expreſsè conuentum eſſet, quòd non poſſit franchare, niſi per ſe ipſum.*
14 *Franchandi, & emendi rem conductam pro certo pretio ius, & facultatem habens, ad hoc, ut franchare, & emere poſſit, contractum prius pro parte ſua integraliter adimplere, & pretium integraliter cum omnibus affictibus decurſis, non autem pro parte deponere debet, quando pretium eſt certum, & ita expreſsè conditionaliter conuentum fuit, nec oblatio uerbalis cum fideiuſſore ſufficit:*
Et præſertim ſi omnia adimplere, & obſeruare iurauit nu. 25.
15 *Conditio uoluntaria, & poteſtatiua debet uerè, ſpecificè, et propriè adimpleri, non autem ſictè, largè, nec impropriè.*
16 *Dictio duntaxat excludit omnem alium modum, præter expreſſum.*
17 *Pactum de franchando dicitur promiſſo, & pactum de uendendo.*
18 *Obligatus ad uendendum, ſeu faciendum uenditionis inſtrumentum dicitur obligatus ad factum, & ſoluendo intereſſe liberatur.*
19 *Maximè ſi facultatem rei tradendæ non habeat.*
20 *Actio perſonalis competens habenti ius franchandi, ſeu emendi aduerſus illum, qui uendere promiſit, ad rem tradendam, aliàs ad intereſſe, contra ſingularem ſucceſſorem non datur.*
21 *Vendita re uni, qui pretium integrum ſoluit, ſed non tradita, deinde uendita alteri, & tradita, ſecundus emptor præfertur, et primus non contra ſecundum agere, & rem uendicare poteſt, ſed contra uenditorem actione perſonali ad intereſſe agere debet.*
22 *Infinitatem non important illa uerba quandocunque placuerit Titio, ſed ſolum uſque ad eius uitam extenduntur.*
23 *Verba quandocunque, et quotieſcunque aliàs in dubio ad infinitatem apta ad certum tempus, certamq́ue ætatem ratione ſubiectæ materiæ reſtringuntur.*
24 *Dictio perpetuo propter ſubiectam materiam ad certum tempus, & præſertim ad tempus uitæ alicuius reſtringitur.*
27 *Bar. in l. amplius non peti ff. rem rat. hab. uolens, quòd iurans ſoluere compenſando periurium euitet, communiter reprobatur.*
28 *Compenſando quando is, qui ſoluere iurauit, non dicatur ſoluere.*
29 *Mora propter appoſitionem diei, pœnæ, & iuramenti etiam de æquitate canonica purgari non poteſt.*
20 *Moram ut quis incurrat, quando dies certa non eſt appoſita, neceſſaria eſt interpellatio.*
31 *In mora conſtitutus non poteſt legis auxilium inuocare, nec ab aduerſario compenſationem, aut relaxationem à iuramento petere, ſed omnibus, quæ ſibi acquiri, et competere ex contractu poterant, effectus eſt indignus.*
32 *Contraueniens contractui iurato priuatur actione illius contractus, ſuper quo deliquit, & non actione alterius contractus.*
36 *Paul. de Caſt. in l. ſi cum uenderet ff. de pigno. actio. declaratur.*
37 *Obligatus ad factum ex ultima uolũtate præciſè tenetur facere, ex cõtractu uerò ſoluendo intereſſe liberatur: & quæ ſit ratio differentiæ nume. 39.*
38 *Venditio ſub conditione contracta dicitur perfecta perinde, ac ſi conditio*

 eſſet

eſſet adimpleta, ſi ſtet per eum, in cuius perſona debet adimpleri, ut nō adimpleatur: ſecus eſt in promiſſione de uendendo ſub conditione.

39 *Dominium abſque traditione ex ultima uoluntate transfertur, ſecus ex contractu.*

40 *Sententia ſuper re litigioſa lata contra principalem poteſt exequi contra eum, qui illam emit.*

41 *Contractus de re litigioſa factus eſt ipſo iure nullus, & emens ſcienter rem litigioſam punitur.*

42 *Litigioſa res ut dicatur, & uitio litigioſi afficiatur, quid requiritur.*

43 *Conductor ad longum tempus, ſeu emphyteota, qui certo tempore canonem ſoluere iurauit, non ſoluendo tempore debito, omni commodo, & iure conductionis, & emphyteoſis indignus factus, & priuatus dicitur, maximè domino tacitè, uel expreſſè uolente.*

44 *Conductor ad longum tempus, ſiue emphyteota uolens, finita locatione, uel emphyteoſi in naturali poſſeſſione continuare, dicitur à domino, & locatore ui, uel clam poſſidere:*

45 *Et à domino, ſeu locatore poteſt propria auctoritate expelli, & naturali poſſeſſione priuari:*

46 *Nec illi ob hanc expulſionem aduerſus dominum, uel locatorem remediū poſſeſſorium reintegrandæ competit.*

47 *Remedium recuperandæ, ſeu reintegrandæ nō competit illi, qui facto, defectu, & culpa ſua fuit ſua poſſeſſione ſiue ciuili, ſiue naturali priuatus.*

EPITOME.

LOCATIONE *ad affictum franchandum facta alicui per decennium pro certa penſione certo tempore quot annis ſoluenda, cum pacto, quo conductor promiſit per ſe ipſum rem locatam infra dictum tempus, & quandocunque ei placuerit franchare, & titulo emptionis acquirere pro certo pretio per eum in una uice dūtaxat ſoluendo, & facta integra ſolutione totius pretii unà cum omnibus affictibus decurſis locator promiſit conductori liberè uendere, quòd ius iſtud franchandi ad hæredes conductoris poſt decennium non tranſeat, & nec ipſi conductori ius franchandi competat, niſi toto pretio conuento cum omnibus affictibus decurſis ſoluto, uel depoſito, nec ſufficere oblationem, ſeu depoſitionem partis cum proteſtatione, ſeu oblatione calculandi ſuper debitis, & dandis hinc inde, & facto ſaldo, & calculo reſiduum ſoluendi, etiam præſtando fideiuſſores, hic plenè probatur.*

CASVS CONSILII.

FACTVM *ita ſe habet: Titius de anno 1483. fundum locauit ad affictum franchandum Sempronio ad tempus decem annorum, & pro annua penſione ſoluenda in feſto ſancti Michaelis menſis Septembris cuiuslibet anni: & Sempronius rem ſibi locatam franchare, & titulo emptionis ſibi acquirere, & appropriare promiſit infra dictum tempus, & quandocunque eidem conductori placuerit pro pretio librarum ducentarū monetæ currentis ſoluendarum per dictum conductorem in una uice dumtaxat, & facta integra ſolutione totius pretii prædicti librarum ducentarum unà cum omnibus affictibus decurſis dictus Titius locator teneatur, & obligatus ſit, & ita promiſit, eidē conductori inſtrumentum liberæ uenditionis in forma facere: Cum pacto, quòd dictus conductor nō poſſit dictas res locatas niſi per ſe ipſum franchare, & cum aliis pactis poſitis in inſtrumento locationis: & ſucceſſiuè eadem die, præſentibus eiſdem teſtibus Sempronius conductor dictum fundum Titio præfato præſenti, & conducenti ad medietatem fructuum percipiendorum dedit, cōceſſit, atq; locauit, eum pacto, quòd ipſe Titius colonus partiarius teneatur colere, & laborare, aliaq; facere ſecundum formam ſtatutorum Bononiæ, & dare, ac aſſignare medietatem omnium fructuum dicto Sempronio, uel alteri legitimum mandatum ab eo habēti, & cum aliis pactis in inſtrumento dictæ locationis contentis. His peractis præfatus Sempronius unà cum eius familia à territorio, & comitatu Bononiæ diſceſſit, & ad quædam loca ualdè remota commigrauit: & per decem annos continuos, quibus abſens ſtetit, nullos affictus dicto Titio primo locatori ſoluit, ſed in fine dicti decennii de anno 1493. iam mortuo Titio locatore, ex ſe relicto Iuſtino filio pupillo, dictus Sempronius ad ciuitatem Bononiæ acceſſit, & dicto Iuſtino, ſeu eius matri prætenſæ tutrici notificauit ſe paratum eſſe uelle dictam rem locatam franchare, & depoſuit ſolidos quinque, ac pro reſiduo obtulit ſe paratum cum dicto Iuſtino calculum facere ſuper fructibus, & redditibus dicti fundi per ipſum Titium perceptis, & poſt eius mortem per dictum Iuſtinum, & ſuper affictibus decurſis per ipſum Sempronium debitis, & facto ſaldo, & computo reſiduum pretii dictæ rei, ſi quod extabit, ſoluere, cum præſtatione fideiuſſoris, & prout latius in cedula notificationis, & proteſtationis per dictum Sempronium factæ cōtinetur. Deinde etiam de anno 1504. dictus Sempronius denuo cum proteſtatione franchandi dictum fundum obtulit, ac depoſuit libras ducentas pro pretio franchationis nulla facta depoſitione, ſeu ſolutione affictuum decurſorum, fortè præſupponendo ſe ad illorum ſolutionem, ſeu actualem depoſitionem non teneri ex eo, quia locus eſſet compenſationi fructuum ex dicto fundo perceptorum pro parte ipſius Sempronii cum dictis affictibus decurſis ab ipſo debitis: Stantibus his, & mortuo nunc dicto Sempronio, dubitatur modo, an nunc hæredibus, ſeu filiis præfati Sempronii licitum ſit franchare, & emere dictum fundum pro dicto pretio librarum ducētarum, ſeu eo modo, quo in proteſtatione prædicta continetur.*

CONSILIVM CLV.

CIRCA id, de quo in themate propoſito dubitatur, uidetur dicendum licitum eſſe filiis, & hæredibus dicti Sempronij franchare, quoniam ex pacto licitum fuit Sempronio infra tempus decem annorum, & quandocunque dictam rem franchare, & conſequenter non ſolum infra primum decennium, ſed etiam poſt, & conſequenter poſt annos uiginti, triginta, & in infinitū, ſeu perpetuo, quia
1 † & ſi infinitas eſt euitanda, ut in c. cum in multis de reſcri. in 6. l. j. ff. de uſucapio. cum ſimilibus, tamen quando uerba ſunt ad infinitatem apta, infinitas tolleratur, ut quando expreſſa fuerunt illa uerba quandocunque, quotieſcunque, & huiuſmodi, nam tunc de mente diſponentis fuiſſe dicitur, ut admittatur infinitas: ita notabiliter declarat Ioannes de Imola per illum textum in l. ſi ita ff. de fideiuſſoribus, & traditur per Alexandrum in conſilio 145. uolum. 2. ac faciunt nota. per Bartolum in l. qui bona in fine ff. de damno infect. Et ideò poſito, quòd Sempronius temporibus elapſis nullam etiam pretij oblationem, & depoſitionem feciſſet, tamen de præſenti licitum eſt eius hæredibus propter illa uerba quandocunque uelle dictam rem franchare, & cogere hæredes dicti Titij ad faciendum ipſis inſtrumen-
2 tum uenditionis. ¶ Secundo † quamuis aliàs ſatis non ſit uerbaliter ſe paratum offerre ſoluere, & ſatiſdare, ut habetur in l. acceptam C. de uſur. & in l. obſignationem C. de ſolut. tamen quando quantitas non eſſet certa, & liquida, ſufficit ſe offerre paratum ſoluere, & realiter partem liquidam offerre, ac ſe offerre uelle calculum facere, & pro reſiduo idoneum offerre fideiuſſorem: quæ oblatio idem operatur, quod oblatio, & cōſignatio, ſeu depoſitio realis, ut eſt text.

tex.in l.ſtatuliber rationem cum glo.& in l.ſeruus ſi hæredi in fin.ff.de ſtatulib. & ita per illa iura fuit de mente Bartoli,ibique Ioannes de Imo.in terminis in l.prætor ait §.ſi quis paratus ff.de noui ope.nuncia.l.ſi reſiduum cum gloſ.C.de diſtract.pigno.& idem uolunt Ange. & Imo.in l. ſi mora ff.
3 ſoluto matrimonio: † Quinimmò Alexan.ibi uoluit, & veriſſimum eſſe dicit, quòd ſatis ſit, quando debitum non eſt liquidum,& clarum, ſed intricatum, quòd debitor offerat ſe paratum uelle calculum facere, & reſiduum ſoluere abſque fideiuſſore,niſi debitor eſſet pauper, uel ſuſpectus: & ita tenuit dominus meus Sozi.in conſil.80.lib.3. uolens ſatis eſſe deponere aliquam certã pecuniam cum datione fideiuſſoris pro reliquo,quinimmò dicit Ioan.And.in addi. ad Specul.in rub. de emptio. & uenditio.quòd ille,qui rem pro certo pretio franchare,& acquirere poteſt, offerendo pretium ſimpliciter ſine alia depoſitione dicitur pro parte ſua adimpleuiſſe: Sed in caſu noſtro quantitas debita propter fructus, & affictus hinc inde debitos non eſt liquida, nec clara,ergo &c. ¶ Tertio accedat doctrina Bart.in l. amplius non peti ff.rem rat.hab.circa finem dicentis,quòd
4 † ſi quis cum iuramento promiſit ſoluere pecuniam,compenſando, ſeu de compenſatione opponendo, periurium euitat,quoniam qui compenſat,ſoluere dicitur,ut in l.ſi pe-
5 culium ff.de ſtatulib. Prætèrea † ille, qui cum iuramento ſoluere promiſit,ſi ex iuſta cauſa ſit impeditus,ut ſoluere nequeat,nec periurus,nec in mora dicitur,l.vlt.ff.qui ſatiſda. cogan.ſed ſi ego, qui tibi ſoluere cum iuramento promiſi, cum tu mihi tantundem debeas,quod non ſoluis,dicor facto tuo impediri,ut non ſoluam tibi,quia mihi non ſoluis,& ideò à periurio,& mora ſum excuſatus argumento l.3.circa princi.ff. de ſtatulib. idem ergo dicendum eſt in terminis noſtris,quòd Sempronius non fuerit in mora ſoluendi,nec periurium,non ſoluendo affictus,inciderit, cum Titius tantumdem,& plus ipſi Sempronio deberet,uidelicet fructus, & redditus ex dicto fundo perceptos,& conſequenter Sempronius ſi uiueret,uel eius filij,& hæredes non obſtante exceptione periurij, nec allegatione moræ, dictum fundum
6 franchare poſſunt. ¶ Quarto facit id, † quod not. uoluit Bar.in l.in diem ff.de aqua plu.arcen.dicẽs,quòd ſi ego promiſi tibi rem infra certum tempus retrouendere, non poſſum rem illam alteri ſine tuo conſenſu uendere,uel obligare,adeò quòd ſi tu pretium offeras, atque deponas, res ad te abſque illo onere,& obligatione reuerti dicitur, quicquid enim ego te inſcio circa rem illam feci,reſoluitur: & ita illam doctrinam allegat Sozi.in d.conſi.80.uerſic. præterea,ergo in caſu noſtro res in præiudicium Semponij non
7 potuit ſer Thomæ uendi,ſeu obligari. ¶ Quinto † ubicunque licitum eſt alicui rem franchare, ſeu titulo emptionis acquirere,offerendo pretium,efficitur dominus utiliter, ipſique utilis rei uendicatio datur l.ſi cum uenderet iunctis ibi nota. per Paulum de Caſtro ff. de pigno. actio. qui dicit hoc eſſe utile, quoniam oblato pretio dominium dicitur tranſlatum in deponentem, cui franchare licebat, adeò quòd rem à quocunque poſſeſſore uendicare poterit, & hoc de facto ſe habuiſſe dicit in quodam,qui tenebatur retrouendere illi, qui ſibi uendiderat, & cum is alteri uendidiſſet,dubitabat ille,cui ex pacto licitum erat franchare,ſeu titulo emptionis acquirere, an offerendo pretium poſſet rem illam recuperare:& multi non poſſe dicebant,quia ex tali pacto oritur actio perſonalis l.2.C.de pactis inter emp. uendit.& l.ſi ſterilis §. ſi fundus ff.de act. empti. quæ actio perſonalis illum ſequitur,qui retrouendere tenebatur,ut in iuribus præallegatis,& §.1.Inſtit.de act. Nihilominus Pau. de Caſt.ibi contrarium uoluit,illumq́ue ſequitur Sozi.in d. conſi.80.quod quidem optimè caſui noſtro inſeruit.
8 ¶ Vltimo facit † notabilis theorica Bar. in l.ſi fideiuſſor §. meminiſſe ff.de lega.1. quòd ſi quis uendere alicui ſimpliciter ſit damnatus, quo caſu pro iuſto pretio uendere damnatus cenſetur,ſi is,cui debet uẽdi,offerat iuſtum pretium, & ille nolit uendere,uenditio ipſo iure, & abſque alia traditione dicitur perfecta,& dominium trãſlatũ l.uxorẽ §.agri plagam ff.de leg.3.ibiq; Barto.hoc tenet clarius loquendo. ¶ Sed tamen,præmiſſis omnibus non obſtantibus, contrarium in caſu noſtro uerius de iure eſſe arbitror,& ex multi concludo hæredes,& filios dicti Sempronij non poſſe fundum prædictum franchare, nec ſibi titulo emptionis acqui-
9 rere, & in primis, quia † ubicunque factum fuit pactum de uendendo,ſeu franchando,ut quòd licitum ſit alicui frãchare,ſeu titulo emptionis ſibi acquirere infra certum tempus,& quandocunque ſibi placuerit,tunc uires huius pacti ſecundum aliquos ultra tempus decem annorum ſe nõ extendunt,ut uoluit Pet. de Anchar. in conſi.332. incip. uiſis diligenter actis in 2.colum.& ſequitur Iaſ.in l.petens colu. 4.C.de pactis,nam hæc uerba quandocunque,& quomodocunque placuerit lex interpretatur, quam primum poterit franchare poſt decem annos,ſicut quando eſſet promiſſio ſub conditione poteſtatiua l.rogo ff.quando dies lega.ced.iuncta l.hæc conditio ff.de condit.& demon. curſus enim tanti temporis negligentiam arguit iuxta not.in ſimili in c. plerunque de reſcrip. & in l.ſi de eo §. ſi fortè cum ibi not.per glo.& docto.ff.de acquir.poſſ. Secundum alios autem huiuſmodi pactum non extenditur ultra tempus 30.annorum, quoniam cum ex eo actio perſonalis ex empto oriatur d.l.2.C.de pactis inter emp.& uendit.l.qui fundum,l.fundi partem ff.de contrahen.emp.l.ſi ſterilis §.ſi tibi fundum ff.de act.emp. & Bar.in l.iuriſgentium.§. quinimmò ff.de pactis, meta, & uita actionum perſonalium tẽpus triginta annorum non excedit l.ſicut in rem C.de præſcrip.30.uel 40.anno.& Inſtitu.de perpet. & tempo.actio. alioquin ſequeretur, quòd ſi uirtus huius pacti perpetuò, & in infinitum duraret,ſemper quis ſtaret in ſuſpenſo,& dominia rerum in incerto,ac in ſuſpenſo eſſent contra text.in l.1.ff.de uſucap. & in §.1. Inſtit. eod. & hac ratione utitur etiam Pet.de Anchar.in d.conſi.& hanc opinionem in ſpecie ſequitur, etiam ſi ex pacto licitum ſit alicui quandocun
10 que rem franchare,& emere: Quinimmò † & in fortioribus terminis ſi eſſet factum pactum, ut quandocunque,& omni,ac quocunque tempore,& nulla præſcriptione obſtãte quis rem franchare, & emere poſſit, quòd uirtute huius pacti etiam iurati quis non poſſit cogi uendere ultra 30.annos,uoluit Ang. in conſi. 53.incip. Gulielmus, & refert,ac
11 ſequitur Felin.in rub.de præſcrip.colu.antepen.& † iuramentum intelligitur ſecundum naturam pacti, & obligationis perſonalis,ut ibi per Ange.& Feli. & argumento tex.in l.fin.C.de non num.pecu.& per Abb. in c. intellecto circa
12 finem de iureiuran. ¶ Secundo conſidero, † quòd in caſu noſtro pactum iſtud de franchando eſt perſonale,quia dictum eſt,quòd licitum ſit ipſi Sempronio franchare infra decem annos, & quandocunque eidem conductori placuerit,& nõ dicitur,& hæredibus,ut in c.ſi gratioſè de reſcrip. in 6.Et ideò ad ſucceſſores ipſius nõ tranſibit, ex quo enim dictum fuit ſimpliciter,& quandocunque eidem conductori placuerit,debet intelligi ad ipſius uitam,quia placitus alicuius finitur eius morte,nec ad hæredes,& ſucceſſores tranſit.d.c.ſi gratioſè,ubi not.Nec obſtat,quòd pactum de uendendo,ut quòd liceat ſibi uendere, non dicitur perſonale, quia intelligitur etiam pro hærede ſuo factum,l.neceſſarias §.de uendendo ff.de pignor.actio.ibiq́ue Bart.Quia reſpondetur,quòd ex quo factum,quod promittitur,perſonam ſtipulantis concernit,quoniam promiſſum eſt franchare,quãdocunque conductori placuerit,quod factum perſonã conductoris,& non hæredis concernit, quia placitus cum perſona

ſona

ſona finitur, & ad hæredes non tranſit,ut ſupra, ſequitur,
quòd hæc facultas etiam franchandi,quandocunque con-
ductori placuerit,non tranſibit ad hæredes,& perſonalis eſ
ſe dicetur per ea,quæ not.uoluit Bart.in l.ſi ſic ſtipulatus ff.
13 de uerbo.obliga.qui hanc theoricam poſuit.Præterea † ex
uerbis in pacto appoſitis uidetur actum,quòd hæc facultas
franchandi ſit perſonalis,propter illa uerba, quòd non poſ
ſit franchare,niſi per ſe ipſum, quæ uerba uidentur taxati-
ua,& aliarum perſonarũ excluſiua, ſicut in ſimili dicit Bar.
in locis proximè allegatis: Si ergo licitum fuit Sempronio
franchare,non tamen dicetur licitum hæredibus, quia pa-
ctum perſonale ad hæredes non tranſit l.qui in futurum §.
14 1.ff.de pactis cum ſimil. ¶Tertio facit,quia † ad hoc,ut cō
ductori franchare, & emere ſit licitum, requiritur,quòd
pro parte ſua contractum integraliter adimpleuerit, l.iu-
lianus §.offerri ff.de actio. empti,l.fiſtulas §.qui fundum,&
ibi Paul.Caſt.ff.de contrahen.emp.ubi non ſufficit pretium
pro parte offerre,ſeu ſoluere,niſi integraliter fuerit ſolutũ,
& hoc uidetur expreſsè inter ipſas partes in caſu noſtro cō
uentum,dum conuenerunt,quòd licitum ſit franchare pro
pretio librarum ducentarum ſoluendarum in una uice dun
taxat:quæ uerba arguunt integraliter, & non pro parte ſol
ui debere:Et ex quo pretium eſt liquidum, & clarum,non
ſufficit illud pro parte realiter deponere,& pro reſiduo uer
baliter cum datione fideiuſſoris, & oblatione faciendi cal-
culum,quia illud procederet, quando pretium fuiſſet intri
catum,& non liquidum,ut habetur in l.ſi mora ff. ſolu.mat.
cum alijs ſupra allegatis,& infra dicetur:Et non ſolum pre
tium conuentum debuit integraliter deponi, & ſolui, ſed
etiam omnes affictus decurſi, qui pariter clari erant, ac li-
quidi:nam cum fuerit factum pactum,quòd conductor poſ
ſit franchare pro pretio librarum ducentarum,cum pacto,
& conditione, quòd integraliter ſoluatur totum pretium
unà cum affictibus omnibus decurſis,profectò non dicetur
facta ſolutio,& depoſitio totius pretij,niſi etiam omnes affi
ctus decurſi ſoluantur, ſeu deponantur, quia hæc conuen-
tio,& conditio de ſoluendis affictibus dicitur eſſe pars pre-
tij,argumento l.qui fundum, & l.fundi partem ff.de con-
trahen.empt.& d.l.ſi ſterilis §.ſi tibi fundum ff.de actio. em
pti: & ita propriè in terminis noſtris dixit Pet. de Ancha.
in d.conſi.332.& ideò toto pretio cum omnibus affictibus
decurſis integraliter non oblato,ſeu non ſoluto,non potuit
per Sempronium,uel eius hæredes agi ad franchandum,&
cogendum Titium, ſeu eius hæredes ad faciendum uendi-
tionis inſtrumentum per textum in d.§. offerri cum ſimil.
Subdit etiam Ancha.in d.conſi.quòd ex quo in caſu ſuo ul-
tra pretium expenſæ quoque ſolui debebãt, & hoc fuit ex-
preſſum perverba ablatiui abſoluti,quæ conditionē faciũt,
l.à teſtatore ff.de conditio. & demonſtra.l.euictis ff. de uſu-
ris,prius debuit hæc conditio adimpleri,quam agi poſſet ad
franchandum,argumento l.hoc iure ff. de uerborum oblig.
& §.ex conditionali Inſtit.eodem titu.Sed in caſu noſtro ul
tra quòd conductor promiſerit franchare pro pretio li-
bratum ducentarnm in una uice dũtaxat ſoluendarum, fue
runt quoque adiecta illa uerba ablatiui abſoluti, & facta in
tegraliter ſolutione totius dicti pretij unà cũ affictibus om-
nibus decurſis,ergo ſequitur, quòd ante, quàm conductor
poterit ad franchandum agere, debuit hanc conditionem
15 adimplere per prædicta, † quæ conditio cum ſit uolunta-
ria,& poteſtatiua,debuit impleri uerè,ſpecificè,& propriè,
non autem fictè,largè,& impropriè ſecundum docto.com
muniter in l.gallus §.& quid ſi tantum ff.de lib. & poſthum.
l.mæuius,& l.qui hæredi ff.de conditio.& demonſtra.Ap-
paret igitur, quòd non potuit per æquipollens adimpleri,
uidelicet deponendo aliquam minimam partem,& offeren
do ſe ad calculandum cum datione fideiuſſoris de ſoluen-
do reſiduum,hoc enim modo non propriè,& uerè,ſeu ſpe-
cificè,ſed per æquipollens adimpleri diceretur, ut habetur
in d.l.ſi mora per Alexandrum in tertia limitatione, & per
docto.in d.l.ait prætor §. ſi paratus,& in ſe eſt clarum. Pon
16 dero etiam, † dum conuentum fuit,quòd ſoluatur totum
pretium in una uice dnntaxat,nam per hoc uerbum dunta-
xat uidetur actum,quòd non aliter,nec alio modo,argumē
to not.per Bartolum in d.l.ſi ſic ff. de uerborum oblig.& in
17 l.in qui futurum ff.de pactis. ¶Quarto conſidero, † quòd
hoc pactum de franchando,& uendendo non dicitur uen-
ditio,ſed potius promiſſio,& pactum de uendendo,ut eſt de
mente Alex.in conſi.10.uolu.1.& in cōſ.119.120.& 121.
uolu.4.& in conſi 76.colum.4.volum.5.qui propriè ita cō
cludit de pacto de franchando,& facto propriè iiſdem uer
bis,quibus factum eſt in caſu noſtro,& idem eſt de illius mē
te in conſi.72.uolu.3.& in l.iuriſgentium in prin.in 3. colu.
ff.de pactis,& Bar.in l.ſi pupillus ff.ad l.Falcid.& in l.ſi.verſ.
18 alij dicunt ff.de condic.ob.cauſ. Sed † quòd quis ſit obli-
gatus ad uendendum, ſeu ad faciendum uenditionis inſtru
mentum, dicitur obligatus ad merũ factũ, quia uendere eſt
quid facti l. conſilio ff. de cura. furio. ergo ſequitur, quòd
dictus Titius, ſeu Iuſtinus eius filius non tenetur præciſè
uendere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur, l.ſtipulationes
non diuiduntur verſic. celſus ff. de verbo. obligatio.& l.
19 ſi quis ab alio ff.de re iudic.cum ſimil.Et præſertim † hoc
dicendum eſt in caſu noſtro, ex quo Iuſtinus hæres di-
cti Titij rei tradendæ facultatem non habet, quia prius
rem illam uendidit, et tradidit alteri, uidelicet ſer Tho-
mæ, in quem poſſeſſio dictæ rei tranſlata fuit, quo-
niam licet ille, qui rem uendidit, & actione ex empto ad
tradendum tenetur,præciſè tradere teneatur,ſi facultatem
tradendi habeat, tamen quando tradendi facultatem non
habet,quia alius rem poſſideat, præciſè non cogitur trade-
re,ſed ſoluendo intereſſe liberatur,quia illa obligatio mix-
turam dandi,& faciendi habet,ut declarat Bar.in d.l.ſtipu-
lationes non diuiduntur,& habetur in l.1.ibique Bar.Pa[illegible]
de Caſt.& alij ff.de actio.emp.& propterea emptori [illegible]
actio perſonalis ex empto contra uenditorem ad intereſſ[illegible]
ut ibi:Hoc igitur magis dicendum eſt in caſu noſtro,in qu[illegible]
uenditio non dicitur facta,neque perfecta, ſed ſolum quis
tenetur ad uendendum, & uenditionis inſtrumentum faciē
dum,& ſic ad merum factum, ut conductor poſſit actione
perſonali contra Titium locatorem, ſeu eius hæredem ad
intereſſe tantum agere, ex quo is facultatem rei tradendæ
20 non habet: † Quæ actio perſonalis non datur contra ſin-
gularem ſucceſſorem,hoc eſt contra ſer Thomam, ſed con
tra perſonam obligatam,ſeu eius hæredes,ut in terminis no
ſtris uidetur concludere Alex.in conſ.10.uolum.1. qui hũc
articulum examinat,& facit id, quod uoluit Corneus in cō
ſi.256.uolum.4.qui aliquibus in contrarium facientibus,&
præſertim oppoſitioni de iuramento optimè reſpondet.
21 ¶Confirmãtur prædicta, † nam ſi tibi rem uendidi, & nō
tradidi,& deinde alteri uendam, & tradam, ſecundus em-
ptor præfertur,nec primus, qui etiam pretium integrũ ſol
uit,poteſt contra ſecundum agere, & rem uendicare, ſed
actione perſonali contra uenditorem ad intereſſe agere de
bet.l.quoties C.de rei uendica. Si hoc itaque dicimus,quã
do uenditionis contractus fuit perfectus cum primo em-
ptore,qui pretium ſoluit,& cui ius in re empta eſt acquiſi-
tum,quanto magis hoc idem erit dicendum in caſu noſtro,
in quo ex pacto de franchando uenditio non dicitur perfe
cta, nec ius aliquod circa rem acquiſitum,ſed ſolum actio
perſonalis ad merum factum. ¶Et quoniam ueritas hu-
ius concluſionis clarius quoque patebit ex reſponſionibus
dandis adductis ſupra in contrarium, ideò ad obiectorum
ſolutionem uenio.Et in primis non aduerſantur illa uerba,
quòd

quòd quandocunque placuerit dicto conductori, licitum
22 ſibi ſit franchare, † quoniam poſito, quòd illa uerba quãdocunque, & quotieſcunque apta ſint ad infinitatem, ut ſupra, tamen hoc non procedit, ubicunque aliud de mente appareat, puta ex alijs verbis admixtis, atque coniunctis, vt colligitur ex dictis ſcribentium in dicto primo fundaméto: Sed in caſu noſtro adiectum fuit illud verbum placuerit, quod vltra uitam non extenditur, & cuius effectus morte finitur d.c.ſi gratioſè, & unum uerbum per aliud declaratur l.ſi ſeruus plurium in fin.cum ibi not.ff.de lega.1. ergo &c.
23 Præterea † hæc uerba quandocunque, & quotieſcunque, quæ in dubio ad infinitatem ſunt apta, ad certum tempus, certamq́ue ætatem ratione ſubiectæ materiæ reſtringũtur, vt voluit glo.in l. neminem C. de decurio. libr.10. & facit id, quod uolunt Bal.& alij, & maximè do.Bapt. de Caccialupis in repetit.l.precibus C.de impub.in tertia concluſione, quòd compendioſa facta per uerba directa filio impuberi per uerbum quandocunque ſimpliciter ualet ut directa in pupillari ætate, & poſt pupillarem ætatem extinguitur, nec ultra pupillarem ætatem extenditur, ut ualeat ut fideicommiſſaria, quamuis dictio quandocunque ſit dictio temporum multiplicatiua, & ad infinitatem apta. Facit
24 etiam in ſimili id, † quod dicitur de dictione perpetuò, quæ propter ſubiectam materiam reſtringitur ad certum tempus, & præſertim ad tempus uitæ alicuius l.1.ff. pro ſocio, l. nulla cum ibi not.ff.eodem titulo, & eſt glo.in d.c.ſi gratioſè, & in c.ſi. de reſcrip.in 6.bonus textus in l.caio §.imperator ff.de alimen.& ciba.lega. cum infinitis ſimilibus: & de dictione quandocunque in terminis noſtris hoc uoluit Petr. de Ancha.in d.conſil.332. qui uult illam reſtringi ad tempus decem annorum, & Ange.in d.conſi.53. ad tempus triginta annorum, ut ſupra dixi: Præterea, poſito, quòd etiam quandocunque, & ultra triginta annos franchare licitum
25 fuiſſet, † tamen hoc debet intelligi, ſi conductor, qui franchare quandocunque poterat, prius pro parte ſua contractum obſeruaſſet, argumento l.cum proponas C.de pactis: & præſertim ſtante iuramento, quo omnia obſeruare iurauit, quia non adimplendo conuenta, & iurata pro parte ſua indignus eſt, ut ſibi promiſſa ſeruentur l.ſi quis maior C.de tranſac.& c.querelam de iureiuran. At Sempronius conductor pro parte ſua non adimpleuit, quia affictus ſingulis annis non ſoluit, prout iurauit, item non obtulit, nec depoſuit totum integrum pretium cum omnibus affictibus, ut ſupra dictum fuit, ergo &c. ¶ Non obſtat ſecundum, quòd deponendo quinque ſolidos cum oblatione, & fideiuſſione ſupradicta, debet haberi, perinde ac ſi integraliter, & realiter
26 depoſuiſſet, ut ibi, quia † illud procedit, quando id, quod erat debitum, ſeu promiſſum, non erat liquidum, ſed intricatum, ut clarè omnes uolunt in locis præallegatis, ſecus ſi erat clarum, & liquidum, nam tunc non ſufficit offerre, ut ſupra, niſi totum integrè, & realiter offeratur, ut eſt bonus textus in l.tutor §.lucius ff.de vſuris, & expreſſè dicunt doctores in d.l.ait prætor §.ſi quis paratus, & Alexan.in d.l.ait prætor in apoſtil. remittendo ad nota.in l. acceptam C.de vſuris: Sed in caſu noſtro pretium eſt clarum, & liquidum, uidelicet librarum ducentarum, item affictus decurſi ſimiliter ſunt clari, & liquidi, quia tredecim quolibet anno ſoluenda erant, quod pretium unà cum omnibus affictibus prius ſoluendum, & deponendum erat, quam conductor franchare poſſet, & hoc per modum conditionis uoluntariæ, & poteſtatiuæ erat adiectum, ergo uerè debuit adimpleri, uidelicet actualiter ſolui, ſeu deponi, ueluti ſupra dictum eſt, non autem per æquipollens, prout factum fuit.
¶ Non obſtat doctrina Bartoli in l.amplius non peti ff.rem rat. hab. quòd Sempronius conductor compenſando fru-
27 ctus ſibi debitos dicitur ſoluere, & periurium euitat, † quia hæc doctrina Bart. communiter reprobatur per canoniſtas in c.ad noſtram il 1.de iureiuran.per illum textum, ubi concludunt, quòd quis compenſando debitum etiam liquidum non dicitur ſoluere, quando iurauit ſoluere, & ita dicũt Innocen. Anto. Hoſti. Abb.& alij ibi, & Alex. in conſi. 91.uolu.2.dicit communem opinionem eſſe contra Bar. &
28 traditur per Alex.in l.1.C.de pigno.actio. Vel ſaltem † ille tex.in d.c.ad noſtram procedit, quando fructus, quos debitor uolebat compenſare, non erãt liquidi, nec certum erat, quantum eſſet per creditorem perceptum de fructibus, ut ibi, quicquid ultra ſortem percepiſſe conſtiterit, & ideò nõ fit compenſatio de pecunia certa debita cum fructibus non liquidis iuxta not. in c. bona fides extra depoſi. & ibi Abb. not.per Bar.in l.compenſationem in fin.ff. de compenſa.& in l.fin.C.de compenſa.& ita Innocen.dicit, atque intelligit tex.in d.c.ad noſtram: Et hic eſt propriè caſus noſter. Præterea diligenter eſt animaduertendum, quòd Sempronius cõductor promiſit certo die cũ iuramento, & pœna tredecim annuatim pro affictibus ſoluere, & nunquam aliquos affictus ſoluit, ex quo ſequitur, quòd in mora dicitur eſſe con
29 ſtitutus, † quæ propter appoſitionem diei, pœnæ, & iuramenti etiam de æquitate canonica purgari non poteſt, ut uolunt doct.communiter maximè Alex. & moder.in d.l.ſi quis maior. C.de tranſac.& habetur in d.c. querelam, ibiq; Bal.de iureiuran.& ſemper Alex. hanc opinionem ſequutus fuit in conſilijs ſuis, quæ allegare, & cumulare potius laborioſum eſſet, quam ſubtile, ut dicit glo.in l.1.ff.ſolu.mat. & habetur per Moder.in l.1.C.de iure emphy.& per Alc. in conſi.12.colum.2.uolu.2.& in conſi.26.uolum.1. Titius verò, qui ad medietatem fructuum à dicto Sempronio conduxit, promiſit dare Sempronio, uel eius hæredibus, uel habenti mãdatum ab eo medietatem fructuum, nec dies fuit appoſita, qua dictã fructuum medietatem dare deberet, ergo non poſſumus dicere, quòd ipſe Titius, ſeu Iuſtinus eius filius fuerit in mora ſoluendi, ex quo dies certa non fuit ap
30 poſita: † Et ideò ad hoc, ut in mora conſtitueretur, neceſſe fuit illum interpellare iuxta l.ſi ex legati ff.de uerbo.obliga.iunctis ijs, quæ habentur in d.l. acceptam C. de uſur. & in d.l.ſi quis maior. Præterea Sempronius ſemper ſaltem in primo decennio fuit abſens à territorio Bononiæ, ergo Titius, ſeu Iuſtinus filius non debuerunt ire ad quærendum illum pro euitanda mora ad tradita per Bart.in l.item illa ff. de conſtit.pecu. & in c. ſignificante de pigno. Non poteſt itaque dici, Titium, ſeu Iuſtinum fuiſſe periurum, cum non fuerit in mora aliqua, ergo Sempronius ipſe, qui promiſſa non obſeruauit, & in mora fuit, dicitur eſſe ille, qui fuit periurus, & conſequẽter pœnas d.l.ſi quis maior incurrit: Quo
31 fit, † ut non potuerit velle compenſare fructus ſibi debitos cum affictibus, in quibus ipſe debitor erat, ex quo factus eſt periurus, argumento d.l.ſi quis maior, ſed factus ſit indignus omnibus, quæ ſibi ex inſtrumento locationis cum pacto franchandi, acquiſita fuerant, & acquiri poterant d.l.ſi quis maior: Et ad propoſitum facit id, quod uoluit Freder. de Sen.in conſ.161.aliàs 261.per ea, quæ uoluit Ioan.And. in c.debitores de iureiuran. quòd poſtquam quis contrauenien do cõtractui iurato periurium incurrit, & ſic fuit in mora conſtitutus, non poteſt auxilium legis inuocare, & ideò ab aduerſario petere non poteſt, ut ſibi iuramentum etiam illicitum relaxetur: Et poſito, ſed non conceſſo, quòd etiam Titius colonus partiarius diceretur factus periurus nõ dando medietatem fructuum ipſi Sempronio, & conſequenter
32 pœnas d.l.ſi quis maior pati deberet, † tamen hoc deberet intelligi reſpectu locationis factæ ad ſoccidam, & medietatem fructuum, non autem reſpectu contentorum in inſtrumento locationis factæ ad affictum franchandum, cui nullo modo contrauenit, quia, ut inquit Roma.in ſingulari

ſuo

ſuo 501.incipien. tu ſai, quando quis contractui iurato cō
trauenit,priuatur actione illius contractus, ſuper quo deli
quit,non autem actione alterius contractus, & ad hoc alle
gat Innocen.in c.dilecto de præben.& in c.intelleximus de
iudi. ¶ Non obſtant quarto loco allegata per Bar.in l.in
diem ff.de aqua plu.arcen. quia ſatis ex uerbis ipſius Bar-
to.colligitur reſponſio,nec ibi Bart.uoluit id , ad quod per
dominum meum Sozinum allegatur in d.conſi.80.in uerſi-
33 cu. præterea, † uult enim Barto.ibi quòd quando factum
eſt mihi pactum de retrouendendo infra certum tempus,ſi
interim alteri rem illam obligaueris , & deinde mihi eam
reuendas ex neceſſitate , prout inter nos conuentum erat,
res ad me abſque illo obligationis onere tranſit,non autem
loquitur,quando tu interim rem alteri uendidiſſes,& tradi
34 diſſes, prout eſt caſus noſter ,†quoniam hoc caſu alienatio
valeret,nec per oblationem, ſeu depoſitionem pretij factā
ab eo,cui ex pacto res erat retrouendenda,reuocaretur,ſed
is contra te obligatum ad retrouendendum actione perſo-
nali ad intereſſe agere poſſet,& non contra ſingularē ſuc-
ceſſorem,cui res uendita,& tradita fuit, ut not. determinat
Alex.in d.cōſi.10.& ſupra corroborando dixi . Cum igitur
Barto.in d.l.in diem loquatur in caſu diuerſo , ex diuerſis
non eſt bona illatio l.inter ſtipulantem §. ſactam verſi. ſed
& hæc diſſimilia ff. de verborum obligatio. cum multis ſimi
libus.Præterea doctrina Bar.ibi procedit,quando obligatus
reuendere ex cauſa neceſſaria retrouendidit, ſecus ſi ex uo
luntaria , ut quia præcisè ad hoc non tenereretur , ſed ſol-
uendo intereſſe liberaretur , ut eſt textus cum ibi nota. per
Bartolum in l.ſi res ff.quibus modis pign.uel hyp.ſoluitur.
¶ Non obſtant quinto loco adducta per Paulum de Caſt.
in d.l.ſi cum uenderet ff.de pigno.actio.quia primo dici po
35 teſt, † illam doctrinam Pauli veram non videri , & con-
trarium conſuluiſſe Alexan. in d.conſil.10. uidelicet quòd
per depoſitionem , & oblationem pretij conuenti dominiū
utile non transferatur,quicquid dixerit Paulus , & hoc ſu-
prà confirmaui in fundamentis factis pro parte,quam fui ſe
quutus.Nec obſtat id,quod dicitur de pacto legis commiſ-
ſoriæ , & adiectionis in diem , per quæ pacta dominium
ipſo iure acquiritur,& transfertur l.commiſſoriæ C.de pa-
ctis inter emp.& uendit.& l.fin.ff.de lege commiſs. cum ſi-
milibus, quia & ſi hoc habeat locum in dictis pactis prop-
pter eorum frequentiam , & ſpecialitatem,non tamen ha-
bet locum in alijs pactis reſolutiuis contractus factis etiam
per uerba directa,ut per plura demonſtrat Alexan.in d.con
36 ſi.10. Præterea † Paulus de Caſtro loquitur, quando is,
qui pactum de retrouendendo feciſſet,non erat factus do-
minus,ſed creditor,& uſurarius,qui emere ſimulauit,& fin
xit, cum uerè pignus contraheret , & conſequenter dñium
in eum nō erat tranſlatum, ſed penes debitorem, cui fuerat
factum pactum de retrouendendo , remanſerat,ut eſt text.
cum ibi not.in c.illo uos,ibique Abb.de pignor. & ideò nil
mirum, ſi oblato pretio ipſe rei uendicatione etiam con-
tra tertium poſſeſſorem agere poteſt,cum etiam ante obla
tionem pretij adhuc dominus eſſet:& hæc reſponſio eſt de
mente Fulgo.in l.1.in fin.ff.de donat.veluti refert,ac ſequi
tur Alex.in d.conſi.10.in fin. & hic propriè eſt caſus Pauli
de Caſtro , qui in eo ſubſtineri poteſt . Sed poſito etiam,
quòd doctrina Pauli uera eſſet , & loqueretur in terminis
noſtris,tamen dico eam debere intelligi,quando is,cui pa-
ctum de franchando factum eſſet , pro parte ſua promiſſa ,
& iurata obſeruaſſet,ut ſupra,item quando totum pretium
integraliter una cum omnibus affictibus decurſis depoſuiſ-
ſet per ea,quæ ſupra plenè poſui:& ita ſentit ibi Pau.de Ca
ſtro,dum dicit,quòd oblato pretio &c.quod quidem debet
intelligi de reali,& actuali oblatione,& nō de uerbali, quia
ubi opus eſt facto,uerba non ſufficiunt , ut dicit Alexan.in
d.l.ſi mora,& Barto.in d.l.ait prætor §.ſi quis paratus .
¶ Vltimo non obſtat id,quod uoluit Barto.in d.l. ſi fideiuſ-
ſor §.meminiſſe ff. de lega.1.& in l.uxorem §. agri plagam
ff.de legatis 3. ubi per oblationem pretij dominium tranſ-
37 fertur , & acquiritur , quia reſpondeo † illud proce-
dere , quando hæres ex diſpoſitione teſtatoris uendere
teneretur , ſecus ſi ex contractu , & ratio poteſt eſſe,quia
obligatus ad factum ex ultima uoluntate tenetur præci-
sè facere , l.fideicommiſſa §.fin.ff.de lega.3. & Ange. in d.
l.ſtipulationes nō diuiduntur in ver.celſus ff. de verb. obli
ga. ſed obligatus ad factum ex contractu non tenetur præ
cisè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur , ut ſupra . Et
quamuis Bar.in d.l.uxorem alleget tex.in l.labeo. ſcribit.ff.
de contrah. emp. qui loquitur in contractibus , tamen ille
38 tex.nihil facit,quia loquitur, † quando contracta eſſet vē
ditio ſub conditione,& ſtaret per eum, in cuius perſona cō
ditio debet adimpleri,ut non adimpleatur,nam tunc uendi
tio dicitur perfecta, perinde ac ſi conditio eſſet adimpleta,
vt ibi,& ita intelligit Alex.in l.ſi pecuniam in prin. colu.7.
ff.de condic.ob cau. nos uerò loquimur , quando eſſet fa-
ctum pactum de franchando , quod promiſſionem de uen-
dendo,non autem uenditionem in ſe continere dicitur, per
Alex.in d.conſil.76. volu.5. & colligitur ex glo.in d.c.illo
uos,iuncta l.2. C.de pactis inter empto. & uendit. Præte-
rea in d.l. labeo ſcribit non probatur , quòd dominium rei
dicatur tranſlatum,& rei uendicatione agi poſſit,ſed actio-
ne perſonali, uel actione præſcriptis uerbis , uel actione ex
uendito contra obligatum ex contractu,& non contra ſin-
gularem ſucceſſorem,ut eſt ibi caſus potius faciens pro eo
39 quod ſupra diximus, quam contra : Et † ratio differentiæ
inter ultimas uoluntates,& cōtractus conſiderari pōt, quia
quando hæres eſt grauatus alicui, & ſic legatario uendere,
oblato pretio dominium ipſo iure in eum transfertur, nam
de natura ultimæ uoluntatis eſt,vt dominium ipſo iure abſ-
que alia traditione in legatarium transferatur , ut not.in l.
traditionibus C.de pactis cum ſimilibus:At quando ex con
tractu alicui eſt res uendenda, oblato pretio in eum domi-
nium ipſo iure non trasfertur , quia ex ſolo contractu abſq;
traditione rei dominium non transfertur , neque acquiri-
tur d.l. traditionibus cum ibi not. per glo. & docto. & hæc
ratio ex uerbis etiam Bar.in d.l.uxorem §. agri plagam ſa-
tis colligitur . ¶ Non obſtat etiam uitium litigioſi contra
40 ſer Thomam oppoſitum , † quod uitiū de iure operatur,
ut ſententia contra principalem lata poſſit exequi etiam cō
tra eum,qui rem litigioſam emit, ut eſt tex.ſecundum intel
lectum Bar.in l.fin.C.de litigio. & in l.creditores colu.7.ibi
41 ſecundo caſu de pigno.Item † operatur , quòd cōtractus
de re litigioſa factus ſit ipſo iure nullus , & emens rem liti-
gioſam ſcienter puniatur,ut in d.l.fin.quia conſiderandum
42 eſt pro reſponſione,quòd † ad hoc , ut res litigioſa dica-
tur, & uitio ligitioſi afficiatur , inter alia requiruntur duo,
primum, quòd lis fuerit ſuper dominio rei, non autē ſuper
poſſeſſione,ſeu alio iure,authen.litigioſa,ibique Bar.Bal.&
alij C.de litigio.& Bar.in d.l. creditores colu.7. Secūdum
eſt, quòd adhuc lis pendeat tempore cōtractus adeò,quòd
ſi inſtantia eſſet perempta , quamuis uitium litigioſi dura-
ret,tamen uenditio , ſeu contractus ualeret l.1.C.de præ-
ſcrip.long.tem.d.l.fin.ibique Bar. & in d.l.creditores colu.
7.& omnes in hoc concordant: Ex quibus infero, quòd op
ponens uitium litigioſi ad hoc, ut illius prætextu obtineat,
requiritur,quòd hæc duo probet,& doceat, nam cum uitiū
litigioſi ſit fundamentum ſuæ intētionis, tenetur de illo do
cere,alioquin ſuccumbere debebit, argumento l.qui accu-
ſare C.de eden.l.ei qui.ff. de probat.c.ſi.de iureiuran.& fa-
cit id,quod in ſimili ponit Bal.in authen.nunc,quæ eſt fina-
lis C.de litigio.vitium autem litigioſi dici,& probari nō po
teſt,

teſt,niſi illis duobus,de quibus ſupra,concurrentibus: ergo opponens de uitio litigioſi illa duo probare debebit: Quod cum in caſu noſtro per partem aduerſam factum non fuerit,uitium litigioſi oppoſitum nihil ſer Thomæ oberit:Quinimmò,ut mihi relatum fuit,tẽpore, quo ſer Thomas emit, lis non pendebat, ſed eius inſtantia erat perempta: Itẽ tunc non erat quæſtio,ſeu lis ſuper dominico rei, ſed ſuper poſſeſſione, ergo &c. ¶Vltimo ad fauorem ſer Thomæ rei conuenti, contra quem agitur remedio poſſeſſorio reintegrandæ,ſeu recuperandæ, conſiderandum eſt,quòd iſti hæredes Sempronij, qui contra ſer Thomam agũt,ſolum agere poſſunt ratione naturalis poſſeſſionis,quam penes ſe habebant, ex contractu locationis factæ ad longum tempus, quia ciuilis poſſeſſio penes Titium dominum, & locatorem remanſerat iuxta not.in l. ſi ut certo.§. ſi duobus uehiculũ ff.commoda.& habetur in l.1. C. de iure emphyt.cũ ſimil.
43 Item conſiderandum eſt, † quòd conductor ad longum tempus,ſeu emphyteota,qui certo tempore canonem ſoluere iurauit, non ſoluendo tempore debito, ipſo iure dicitur factus indignus omni commodo, omnique iure, quod ex contractu,& inſtrumento acquiſiuerat,& omni conductionis,& emphyteoſis iure dicitur priuatus, maximè hoc uolente domino tacitè,uel expreſsè, ut in d.l.ſi quis maior, ibique Alex.& alij, c.querelam,& ibi Bal.de iureiur. & traditur per Iaſ.in l.2.C.de iure emphyt.iunctis ijs,quæ habentur in authen.qui rem C.de ſacroſ.eccle.& in c.potuit de lo
44 ca.cum ſimil.Conſiderandum eſt etiam, quòd † finita locatione ad longum tempus, ſeu emphyteoſi ſi cõductor uellet in poſſeſſione naturali ſtare,& continuare,dicitur a domino,& locatore ui,vel clam poſſidere, ut in terminis declarat Bar.in l.1.in fin. in penul. colum. ibi videamus ff. uti
45 poſſid. Ex quibus infero, † quòd in hoc caſu domino, ſeu locatori licitum eſt propria auctoritate conductorem expellere, ac ſua naturali poſſeſſione priuare, ut in terminis uoluit Bar.in d.l.1.§.interdictum in fin. 1.colum.ff.vti poſ
46 ſid.ergo ſequitur, † quòd ratione huius expulſionis, & priuationis conductori non competeret remedium poſſeſſorium reintegrandæ, ſeu recuperandæ contra dominum priuantem, & expellentem, tum quia dominus, & locator iuſte, & iuris auctoritate priuauit, ac priuare potuit, ut ſupra,tum quia conductor facto, & culpa ipſius fuit priuatus, & expulſus, uidelicet quia canonem debitum non ſoluit,ut iurauit,& ſic fuit in mora,& periurium incidit, ac quia uolendo in poſſeſſione naturali ſtare, & continuare finito iã, & extincto omni iure ſuo,dicitur domino turbationem, & uiolentiam in ſua ciuili poſſeſſione intuliſſe, quo caſu cõductorem à ſua naturali expellere domino licuit ad not. per
47 Bart.in locis præallegatis:Et † remedium reintegrandæ, ſeu recuperandæ non competit illi,qui facto, defectu,& culpa ſui ipſius fuit ſua poſſeſſione ſiue ciuili,ſiue naturali priuatus,ut in c.reintegranda cum ibi not.3.q.1.c.ſæpe. & ibi Anton.Abb.& alij extra de reſtit.ſpolia. & habetur per dominum Sozi. & alios in l.rem, quæ nobis ff.de acquir. poſſ. Ex quibus omnibus de bono iure dicti Titij, ſeu Iuſtini eius filij, nec non dicti ſer Thomæ liquidiſſimè conſtare exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia in facto proprio non eſt tollerabilis,& præſertim quando factum eſt de propinquo.*
2 *Venditione facta à duobus cum pacto franchandi, ſeu retrouendendi, emptor uni tantum, altero nolente, retrouendere non poteſt: & quid ſi unus totum pretium offerat.*
3 *Diuiſio dicitur contractus oneroſus.*
4 *Tranſlatio,& aſſignatio rei in dubio ſolum cẽſetur facta quoad ius,quod quis in re habet.*
5 *Et quid,ſi res tranſlata,& aſſignata eſſet cum demonſtratione certorum confinium ſimpliciter.*
6 *Pretij quantitas,quid uenditum ſit, demonſtrat.*
7 *Promiſſio generalis de euictione ſimpliciter facta ad quid, & quomodo promittentem obliget.*
8 *Verba pleno iure diue ſimodè ſecundum ſubiectam materiam reſtringuntur.*
9 *Promittat ſi quis dare, & concedere rem liberam, expeditam, & uacuam, quid illa verba liberam, expeditam, & vacuam importent.*
10 *In diuiſione ſi res uni ſit adiudicata,quæ ab eo ob ſui naturã,uel ex qualitate ipſi rei inhærente euincatur, alter,qui etiam de euictione promiſiſſet, non tenetur de euictione.*
11 *In diuiſione ſi fuiſſet uni aſſignata res pignorata, uel alteri uendita, & poſtea conducta cum pacto franchandi, an, & quando communibus expenſis ſit reluenda, vel franchanda.*
12 *Quid ſi alter poſt diuiſionem, & aſſignationem factam affictus pro parte ſua ſoluiſſet.*

EPITOME.

FVNDVS *conductus à duobus fratribus ad affictum franchandum,& cum pacto de retrouendendo ſi in diuiſione totus fuit uni aſſignatus, non communibus pecuniis, ſed illius tantum, cui fuit aſſignatus, ſi franchare uelit,debet franchari, etiam ſi alter illum pleno iure aſſignaſſet, & de euictione generaliter, & ſimpliciter pro omnibus rebus illi aſſignatis, ac rem liberam, & expeditam dare,& concedere promiſiſſet: & ius tantum franchandi quo ad illum fundum fuiſſe aſſignatum,ut is illum totum liberè ad ſui utilitatem tantum franchare poſſit, demonſtratur.*

CONSILIVM CLVI.

IN cauſa illorum de Moneta ad fauorem domini Nicolai,quòd ipſe pro dimidia ad fauorem fratris agẽtis de ſuis pecunijs franchare non teneatur,faciũt plura,quæ per dominos aduocatos ipſius domini Nicolai adducta fuerunt,quorum dictis addendo,cõſidero,quòd tempore,quo hi fratres ad diuiſionem bonorum ſuorũ ueniunt,ipſi ſciebant prædiũ Vincẽtio aſſignatum pro parte fuiſſe hoſpitali alienatũ,& ab ipſis pro illa partẽ conductũ ad affictum fran
1 chandũ pro eodẽ pretio:† Sciẽtia aũt probatur ex eo,quòd ipſimet iſta egerunt, & in facto proprio tollerabilis non eſt ignorantia,& præſertim quando eſt factum de propinquo, ut in l.fina.cum materia ff.pro ſuo,c.ab excommunicato de reſcrip.clemen. ſi unus de ſenten. excommunica. cum ibi nota.& habetur in l.ſi res,& ibi Barto ff.de leg.1. Item præ
2 ſuppono, † quòd ex quo ambo fratres ſimul ad affictum franchandum conducebant, hoſpitale neutri per ſe tenebatur uendere,etiam ſi alter ſolum totum pretium ſoluere,& totam partem illam ad utilitatem ſuam frãchare uoluiſſet, nam quando pluribus factum fuit pactum de franchando rem aliquam in caſu, quo ipſi prius illam alienaſſent, tunc emptor non tenetur,nec cogi põt eã illi uendere, quia aut nulli,aut utriq; tenetur uẽdere,ut uolũt Bar.Pau. de Caſt. & alij in l.ſi quis aliam ff.de ſolutio.Bar.in conſi.195.incip. Angelottus,& in l.qui uſumfructum ff.de uſufruct. lega. & Bal.in l.2.C.de pactis inter emp.& uend.Fulgo.tamen in l. quod ſi nolit §. idem marcellus ff. de ædil. edict. per illum textum,& in l.fiſtulas §.qui fundum ff.de contrahen.empt. dicit, quòd unus tantum offerendo totum pretium poteſt partem ſuam tantum acquirere: & gloſ.in l.uxorem §.agri plagam ff.de leg.3.quam allegat Pau. de Caſt.in d.l. ſi quis aliam,ſentiens,quòd unus tantum offerendo totum pretiũ poſſit franchare, debet intelligi, quando haberet iura ceſſa ab alio, & ſic nomine ſuo, & fratris de eius mandato franchare uellet,& ita declarat Osbertus de Cremona in l.ſi legato

gato §.ſi ſtichus ff.de manum.teſtam. & ad propoſitum facit bonus textus in d.l.quod ſi nolit §.ſed ſi plures, & quod not. Alexan.in l. fraudati ff.de publica. & per Alexandrum in conſi.76.colum.4.uolumi.5.& in conſi.127.colum.1.& 2.in 2.volumi. ¶His ſtantibus,concludo, dictum dominum Nicolaum non teneri de ſuis proprijs pecuniis franchare ad vtilitatem Vincentij ſui fratris, ſed hoc ius franchandi ad ipſum Vincentium de ſuis proprijs pecunijs ſpectare in caſu, quo is uelit dictam partem prædij, ut ſupra, conductam franchare: Nam ex quo ipſi fratres ſciebant dictum prædium pro parte inter eos quoad plenam proprietatem eſſe commune,& pro parte eſſe alienum, & in hac parte etiam ius aliquod habere, uidelicet ius conducendi ad certum tempus,& ius franchandi pro certo pretio,& ſu-
3 mus in diuiſione, † quæ dicitur eſſe contractus oneroſus, uidelicet permutationis, ſiue emptionis, & uenditionis,ut eſt textus,& ibi glo.in l.1.C.commun. utriuſque iudi. & in l.cum pater §.hæreditatem ff.de lega.2.& traditur per Bartolum in l.qui romæ §.duo fratres in 1. & 2.q.ff. de uerborum obligatio. & fuit aſſignatum dictum prædium ſimpliciter ipſi Vincentio ſcienti conditionem,& ius prædij, ſequi-
4 tur, † quòd debet dici,ac intelligi datum, & aſſignatum pro illo iure tantum,quod dominus Nicolaus in eo habet, ſeu habebat, uidelicet quoad plenam proprietatem reſpectu illius partis, quæ erat ipſorum fratrum quoad plenam proprietatem, & reſpectu alterius partis dicti prædij aliàs uẽditi hoſpitali,& ad affictum franchandũ conducti quoad ius conducendi,& franchandi,quod erat inter eos commune,quamuis ſimpliciter dictum prædium in diuiſione fuerit ipſi Vincentio aſſignatum inter certos,& nominatos confines per ea,quæ not.communiter concludunt docto.uidelicet Petr.Bal.Ange.Imo.& Alexan.in l.ſi domus in fin.ff.de lega.1.per textum in l.qui tabernam ff.de contrahen.emp. & ita tenet Pau.de Caſt.in l.1.C. qui teſtamen. facc. poſſ. poſt Bald.et eſt glo.ibique Salice.in l.1.C. ſi pignus pigno-
5 dat.ſit: Et hoc, † quòd in dubio quis ſolum ius, quod in re habet,transferre uoluiſſe uideatur,procedit etiam,ſi res fuerit aſſignata cum demonſtratione certorum confinium ſimpliciter,ut not.uoluit Alexan.in l. ſerui electione §. fina. ff.de lega.1.&Pau.de Caſt.poſt Bal.in d.l.1.quamuis in dubio confinium deſignatio aliàs ſoleat includere omne id, quod infra confines continetur l. ſi fines C. de euict. & ibi Bal.in l.ſi fundum ff.eodem,l.æde ſacra §.1.ff. de cõtrahen. emp.& quamuis Aretin.in d.l.ſerui electione in fin.contrarium teneat,faciendo differentiam,an ſit communis pro diuiſo,an pro indiuiſo,tamen contrarium indiſtinctè eſt verius, & magis,quando eſſet communis pro diuiſo,ueluti expreſsè ibi concludit dominus meus Sozinus, qui docto.ita communiter tenere fatetur, quicquid Aretin.dicat. Et tanto magis prædicta procedunt,attenta inæqualitate diuiſionis, quæ inter ipſos fratres reſultaret,ſi diceretur,quòd Vincentio totum dictum prædium pleno iure, & quoad plenam
6 proprietatem fuiſſet aſſignatum: ſicut † ex quantitate pretij præſumitur, ac dicitur uenditum, & tranſlatum ius, quod uenditor, uel permutans habebat argumẽto eorum, quæ uoluit Pau.de Caſt.in d.l.1.in d.l.ſi domus in fin. & ibi Alexan. & eſt communis opinio ſecundum Alexandrum ibi, & argumento eorum, quæ habentur per Bartolum in l.ſemper in ſtipulationibus ff. de regulis iur. in l.1.§.1.ff. de ſuperficie.& in l.1.C. de iure emphyteo.Imo. in c. quia propter colum.21. extra de loca. Barto. in l. meminiſſe ad fin.ff.de offi.proconſ.& Alexan.in conſi.14. uolumi.1.

¶Nec obſtat, quòd do. Nicolaus promiſerit de euictione generaliter, & in forma pro omnibus rebus dicto Vincẽtio in diuiſione aſſignatis, quæ promiſſio ipſum obligat, quamuis aliàs non fuiſſet obligatus,ſi non promiſiſſet,ex quo Vincentio conditionem, & onus ipſius rei ſcienti aſſignauerat, argumento l.ſi fratres C.commun.utriuſque iudi.& l.ſi familiæ cum materia C.famil.herciſ.quia reſpõdetur primo,
7 † quòd promiſſio generalis de euictione ita demum obligat promittentem,ſi ſequatur euictio.l.1.l.ſuper, & per totum C. de euictio. & in terminis noſtris per docto. maximè Salice.in l.ſi familiæ in ulti.colum.C.famil.herciſ. ſed in caſu noſtro nulla fuit ſequuta euictio,ergo &c.Præterea quis promittẽdo de euictione ſimpliciter tenetur ſolum pro re, quam dedit,ſeu tradidit,& aſſignauit, & non ultra, ut de ſe patet,& probatur per totum ff.& C.de euictio. & de actio. emp.& faciunt not.per Bart. in l.quod dicitur per illũ text. ff.de tutelis,& Paul.de Caſt. in conſi. 9.& Roma. in ſingul. 157. ergo tenebitur de euictione reſpectu plenæ proprietatis,quantum eſt reſpectu unius partis dicti prædij, & reſpectu iuris conducendi,& franchandi,quantum eſt reſpectu alterius partis, prout dictus do. Nicolaus aſſignaſſe dicitur,& cenſetur:Rurſus,vt colligitur ex ijs, quæ ponit Bald. in d.l.ſi familiæ,ad hoc,ut do. Nicolaus ſimpliciter pro tota re,& toto prædio uniformiter etiam reſpectu partis, quæ erat aliena, de euictione teneretur, expreſsè,& ſpecialiter in hoc caſu promiſſio de euictione fieri debebat, & ita intelligatur d.l.ſi fratres, ſed in caſu noſtro promiſſio facta fuit ſimpliciter,& generaliter,ergo &c. ¶Non obſtat, quòd do.Nicolaus dictum prædium aſſignauerit pleno iure, quia
8 reſpondetur † illa uerba reſtringi diuerſimodè ſecundum ſubiectam materiam,nam referuntur ad id, quod fuit aſſignatum, & ad ius conceſſum, per not. per glo. in l.iulianus §. idem iulianus,& ibi Ang.ff. de rei uendica. & facit l.ſi ita ſtipulatus ff.de uſuris. ¶Non obſtat etiam,quòd do. Nicolaus promiſerit dare,& concedere rem liberam, & expedi-
9 tam,quoniam dico, † quòd hæc uerba,ut ipſa ſonant,important,quòd res ſit libera, hoc eſt nulli ſeruituti reali, ſiue perſonali ſubiecta per tex.& ibi Bar. & Salice.in l.cum uenderes ff.de contrahen. emp.& Bart.in l.mæuius §.fundo ff. de lega.2.qui inquit etiam, quòd ſi quis rem uacuam tradere promiſit,hæc uerba ſecundum ſubiectam materiam intelliguntur,quòd ſolum ius, quod in re habet, dicatur uoluiſſe aſſignare, & ius illud dicatur liberũ,& expeditũ: nec aduerſantur not.per Bal.in d.l.ſi familiæ in ulti. colum.ubi
10 per tex.in l.ſi paterfamilias ff.famil.herciſ.inquit, † quòd ubicunque in diuiſione fuit uni adiudicata res, quæ ſui natura,vel ex qualitate ipſi rei inhærente euincitur, non debetur euictio,quia uidetur cum ſua natura,& qualitate adiudicata,ut eſt res emphyteotica, & feudalis, quoniam in hac re liberatio non cadit: ſecus ubi liberatio cadit ſecundum ordinationem actionis à principio, ut in re pignorata, quia tunc res illa eſt expenſis communibus luenda d.l.ſi paterfamilias, & hoc procedit, quando ſumus inter ſcientes, ut ibi per Bal. At in caſu noſtro in re cadit liberatio ſecundum ordinationem actionis à principio,quia debet franchari,& liberari,ergo ſi uni fuerit aſſignata,eſt expenſis cõmunibus luenda l.rem ff.famil.herciſ.Ad hæc enim reſponde-
11 tur primo, † quòd in hac re liberatio non cadit ſecũdum ordinationem actionis à principio, ſicut cadit in re pignorata,quoniam conductores, qui rem cum pacto franchãdi conduxerunt,non tenentur franchare,& liberare, ut habetur in l.2.C.de pactis inter emp. & uendi.in c.ad noſtram, ibique Abb.de emp.& uendit.& in c.illo vos de pignor. ſicut debitores pignus liberare coguntur, ut per totum, & maximè in l.ſi conuenerit ff.de pignor.actio.& per Bar.in l. ſi res ff.de lega.1. & ideò res pignorata eſt communibus expenſis luenda,ut in d.l.ſi paterfamilias ſingulis, in d.l.res,& in l.rem pignori ff.famil.herciſ.& ratio diuerſitatis eſt,nam quando res pignorata fuit aſſignata, pleno iure quoad dominium,& poſſeſſionem fuit aſſignata: Sed quando res aliena,

na, in qua quis ius aliquod habebat, fuit aſſignata, dicitur quoad ius tãtum, quod ille in ea habebat, ſcienti aſſignatũ, ut ſupra. Præterea illa iura loquuntur, quando res non eſſet penes illũ, cui fuit adiudicata, ſed penes alium, ut apud creditorem, uel in caſu noſtro apud emptorem, quia luẽda eſt communibus expenſis, ut illi aſſignari poſſit, cui fuit adiudicata. Rurſus prædicta intelligo, quando ſpecialiter de euictione illius rei fuiſſet promiſſum, & ſpecialiter promiſſum eſſet rem illam liberare, ut colligitur ex dictis Bald. in d. l. ſi fundum in ult. colum. Intelligo etiam id, quod dicit ibi Bal. quando res à creditores per hypothecariam fuiſſet euicta, quia tunc res eſt de communi pecunia luenda, ſecus ſi non fuiſſet euicta, ſed eſſet penes eum, cui fuit adiudicata, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Bart. in l. ſi res ff. de lega. 1.

12 ¶ Non obſtat, † quòd do. Nicolaus affictus pro parte ſua poſt diuiſionem ſoluerit, quia hoc fecit, ne periuriũ, eiusq; pœnam incurreret, non autem ut ex hoc inferatur, quòd ſe ad franchandum obligare uoluerit: Et ideò actione familiæ herciſcundæ id, quod ſoluit, repetere poterit, ſicuti quando unus ex pluribus emphyteotis, vel ex pluribus hæredibus emphyteotæ totam, & integram pẽſionem ſoluit cauſa euitandi caducitatem, ad tradita per Bar. in l. fraudati ff. de publica. per moder. in l. 2. C. de iure emphyt. & per Imol. in c. potuit de loca. & cum negotium fratris dicatur ſoluendo vtiliter geſſiſſe, poterit etiam actione negotiorum geſtorũ id, quod pro fratre ſoluit, conſequi, quia eum inuitum etiã liberare potuit argumento l. ſoluendo cum materia ff. de nego. geſtis, l. ſi pignori per glo. & argumento l. hæredes §. contra, & §. ſi unus ff. famil. herciſ. & in caſu noſtro prodeſt ipſi Vincentio dicere, quòd ſolum ius, quod do. Nicolaus habebat, ſibi dicatur aſſignatum, quoniam modo poteſt liberè ad eius utilitatem tantum franchare, cum prius ſolus nõ poſſet, ut ſupra dictum eſt. Et præterea non eſt uериſimile, quòd do. Nicolaus ſimpliciter rem aſſignando uoluerit ſe ad id obligare, ad quod prius non tenebatur argumento l. arrianus ff. de actio. & obliga. ſed do. Nicolaus prius frãchare non agebatur, quia hoc ſibi licitum erat, ſi uolebat per ſupra dicta, ergo &c. & ita de iure magis cõcludendum fore ſum arbitratus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verbum quandocunque, & quotieſcunque eſt diſtributiuum, & multiplicatiuum temporis adeò, quòd implicitè multa tempora continet, et in pacto de franchando appoſitum quid operetur.*
2 *Pactum de franchando apponitur fauore conductoris, & in dubio contra locatorem interpretatur.*
3 *Interpretatio ſemper facienda, vt actus magis valeat, quam pereat, & ne quis deliquiſſe dicatur.*
4 *Conductorem non poſſe franchare, niſi poſt certum tempus uſurariam ſapit prauitatem, & contractus non valet.*
5 *Locari poteſt res, donec pecunia, & pretium ipſius rei ſoluatur, & quocunque tempore ſoluatur, finitur locatio.*
6 *Vſuræ tantum pro rata temporis, quo pecunia numerata non fuit, debentur.*
7 *Locatione rei venditæ duratura, donec ſolutum fuerit pretium, ſoluto pretio, merces, & penſio pro portione temporis, quo pecunia numerata non fuit, debentur: & quare non pro rata fructuum, & ſecus ſit in locatione cum pacto de retrouendendo num. 21.*
8 *Re mihi locata facta mea, pendente locatione, ſolum pro rata temporis, quo durauit locatio; penſio debetur, & quomodo hoc procedat numero 25.*
9 *Idem, ſi conductor re locata toto locationis tempore vti non potuit: & quomodo hoc ſit verum num. 25.*
10 *Penſio rei dotalis in illo anno, quo matrimoniũ fuit ſolutum, debetur marito, vel eius hæredibus pro rata ultimi anni, quo matrimonium durauit, & non pro rata fructuum, & quare nume. 26.*
11 *Penſiones, & mercedes rei locatæ propter fructus rei locatæ, ſiue conductæ, & eorum reſpectu debentur, & non ſimpliciter contemplatione temporis conductionis, & numero 14. & per totum conſilium.*
12 *Conductor non percipiens fructus ex re locata non tenetur ad mercedem, & penſionem, vel ſolum tenetur pro rata fructuum perceptorum.*
13 *Et cum vbertate aliorum annorum compenſare tenetur, vt, quatenus fuerit vbertas fructuum, teneatur.*
15 *Penſio in conductore ex multiplicatione fructuum multiplicatur.*
16 *Vti, frui nil aliud eſt, quam fructus percipere.*
17 *Conductor prædij vrbani ad penſionem pro rata temporis, quo re locata uti potuit, tenetur.*
18 *Et quotidie, donec habitat, fructus ex eo percipere dicitur.*
19 *Penſio fundi locata iuſta conſideratur habito reſpectu ad fructus.*
20 *Conductor ad unum annum in ſemeſtri fructus omnes percipiens ad integram penſionem totius anni tenetur.*
22 *Venditio, & pactum de vendendo multum inter ſe differunt.*
23 *L. ſicut in fin. cum l. ſequen. ff. locati declaratur.*
24 *In locatione tempus, & annus computatur, & conſideratur ex perceptione fructuum, & culturarum, & non per menſes, & dies.*
25 *Penſio in locatione prædiorum vrbanorum pro rata temporis, quo conductor habitauit, debetur.*
26 *Maritus eatenus fructus rei dotalis lucratur, quatenus matrimonij onera ſubſtinuit.*

EPITOME.

LOCATIONE *ad quinquennium facta Titio cum pacto, ut eidem liceat quandocunque infra quinquennium redimere, & franchare, poteſt Titius omni, et qualibet parte temporis infra quinquennium redimere, & franchare.*

Penſiones, & mercedes fundi locati pro rata, & portione fructuum perceptorum, & non temporis, quo durauit locatio, deberi hic probatur.

CASVS CONSILII.

QVIDAM *emit fundum à Titio, cui ex interuallo de menſe Maii anni 1507. eundem fundum in quinquennium locauit, pro affictu, et penſione annua in feſto ſancti Michealis ſoluenda, cum pacto in continenti appoſito, quòd eidem Titio licitum eſſet, quandocunque uoluerit, dictum fundum pro eodẽ pretio infra quinquennium redimere. Contigit, quòd ipſe Titius pro primo anno die conuenta integram penſionem ſoluit, ſecundo uerò anno de menſe Augusti poſt meſſes recollectas, aliosq; fructus perceptos, excepta uindemia, obtulit ſe paratum dictum fundum franchare, atque redimere iuxta conuenta cum oblatione, ac depoſitione totius pretii, item cum oblatione, ac depoſitione pẽſionis illius anni pro rata, & portione temporis ſolum, & non pro rata, & portione fructuum perceptorum, nec habito reſpectu ad fructus. Quo fit, ut dubitetur, primo, an dictus Titius poſſit, quãdocunque uoluerit, dictum fundum franchare etiam inter meſſes, & uindemias, & ſic poſtquam meſſes, aliosq; fructus, excepta uindemia, perceperit. Secundo, poſito, quòd quandocunque poſſit franchare, utrum Titius teneatur ad penſionem pro portione temporis præteriti tantum, an uerò pro rata fructuum per ipſum perceptorum.*

CONSILIVM CLVII.

QVOAD primum dubiũ in prænarrato themate propoſitum, cum nulla circa illud uertatur quæſtio, & expreſsè partes in eo conueniant, breuibus me expediam, concludendo, dictum Titium quandocunque poſſe franchare, & redimere dictum fundum etiam inter meſſes, & uindemias, quia hoc expreſsè importat pactum inter ipſas

multiplicationis fructuum multiplicantur anni, etiam ſi cō
tingeret illam multiplicationem fieri infra unum annum:
Vnde hoc caſu unus annus in locatione reſpectu penſionis
debitæ conſideratur, ut biennium, quia quot fructus, & cul-
turæ ſunt, tot anni cenſentur, & tot penſiones debentur:
Et ſi contingat in quinquennio unicum tantum fructū per-
cipi, debetur unica penſio tantum, & quinquēnium ut uni-
cus annus conſideratur, ueluti expreſsè colligitur ex d. §.
quod in anno, iunctis ibi not. per Baldum, Paulum de Caſt.
Alexan. & alios, qui multipliciter exemplificant, & per Ale
xand. in conſil. 16. uolum. 4. Accedat etiam id, quod uult
glo. fin. in l. ſi quis fundum §. imperator ff. loc. uolens, quòd
mercedes rei locatæ non debeantur, niſi pro rata tempo-
ris, quo quis eſt fruitus, & ſic pro tempore, quo quis fructus
16 percepit, nam † uti frui nihil aliud eſt, quam fructus per-
cipere l. 1. iunctis legibus ſequentibus ff. de uſufruct. l. ſti-
pulatio iſta §. ſi quis ita ſtipulatus ff. de uerborum obligat.
& facit l. ſi fundus ff. locati, ibi mercedem reſtituas eius tem
poris, quo fruitus non fuerim. Ad propoſitum etiam facit
id, quod ponit glo. in uerbo fructus, in l. excepto C. locati,
exponendo text. in uer. fructus, hoc eſt mercedes, quo-
niam propter fructus debētur, quæ glo. eſt notabilis ad præ
dicta, & communiter approbatur. Adde etiam id, quod tan
git glo. approbata à Bartolo ibi in l. ſi ſeruus §. locaui ff. de
furtis in uer. facere, quam Bal. quoque ad hoc allegat in d.
l. licet, quòd colonus, & conductor non facit fructus ſuos,
niſi ſoluta mercede, uel de ea fide habita: ex quo clarè con-
ſtat mercedem deberi contemplatione fructuum: & de mē
te illius gloſæ etiam uidetur eſſe, allegando §. uenditæ Inſti
tu. de rerum diuiſio. quòd conductor rei pro certa merce-
de dicatur emptor fructuum: Et prædicta ſuadentur etiam
17 ex iis, quæ de prædio urbano conducto dicuntur, † ut con-
ductor teneatur ad penſionem pro rata, & portione tempo
ris, quo re locata uti potuit, ut per Baldum, Salicet. & alios
in l. ædem C. loca. & eſt text. in d. l. ſi quis fundum in ſin. cum
ſequen. in l. qui inſulam in princip. & in §. 1. & in l. ſed ad-
18 des §. ſi quis ff. locati cum ſimilibus: & ratio eſt, quia † con
ductor quotidiè donec habitat, fructus ex prædio urbano di
citur percipere, ut dicit glo. ibique Barto. Salice. & alij in
l. item quæritur §. qui impleto ff. loca. Bald. in d. l. ædem in
2. colum. & in l. qui remaner C. locati: Faciunt etiam ad
propoſitum not. per Moder. Veronen. in tractatu ſimula-
19 tionis cōtractuum in 3. præſumptione, † ubi per multa con
cludunt, illam eſſe iuſtam penſionem fundi locati, quæ eſt
iuſta habito reſpectu ad fructus rei: Vnde text. in l. merce-
des cum ſimilibus ff. de petitio. hæredita. dicit mercedes co-
lonorum, & rei locatæ eſſe loco fructuum, & dominum ex
re locata mercedes loco fructuum capere, ut ibi: & ad idem
facit id, quod not. gloſ. in dicta l. diuortio §. è contrario in
uer. uindemiæ, quæ uno modo exponit uindemiæ, hoc eſt
pecuniæ, & penſiones, quæ loco uindemiæ erant, & debe-
bantur: Suffragatur etiam l. penul. in princip. ff. locat. ibi, &
propter earum fructus denis amplius aureis annuis is ager
locari cœperat. Ex quibus omnibus manifeſtè infertur,
quòd ſi penſiones, & mercedes non ſimpliciter pro tempo
re, ſed propter fructus eorum reſpectu debentur, ueluti ſu
pra concluſum eſt, penſio in terminis noſtris debebitur ha-
bita relatione ad fructus, & non ad tempus ſimpliciter, &
conſequenter penſio pro rata fructuum perceptorum, &
non pro portione temporis ſimpliciter debebitur.

¶ Secundo principaliter prædicta concluſio confirmatur
20 ex iis, † quæ doctores communiter concludunt in d. l. di-
uortio §. quod in anno, ut ibi per Bartolum, Paulum, & la-
tius per Alexandrum, quòd ſi contingat conductorem fun
di pro uno anno in ſemeſtri fructus percipere, tunc condu
ctor ad integram penſionem pro illo tempore tenetur, &
ſi in alio ſemeſtri ex alia cultura fructus ſimiles perceperit,
tenetur ad aliam integram penſionem, ut ibi per eos: ſi er-
go conductor re locata utendo pro portione temporis te-
netur, quia integros fructus primæ culturæ percepit, pari-
ter utendo pro rata temporis debet ad medietatem penſio
nis teneri, ſi medietatem fructuum perceperit, uel ad ter-
tiam penſionis, ſi tertiam tantum fructuum perceperit, ar-
guendo de toto ad partem, quod argumentum procedit l.
quæ de tota ff. de rei uendicatio. l. iuriſgentium §. adeò ff. de
pactis, c. pœnale 14. quæſt. 5. & c. meretrices 32. quæſtio. 4.
Sed in caſu noſtro Titius utendo re locata percepit ultra
dimidiam fructuum, ergo ultra dimidiam penſionis, & ſic
pro rata fructuum, & non pro rata temporis ſimpliciter te-
netur. ¶ Tertio pro hac eadem opinione facit l. 2. C. de pa
ctis inter emptorem, & uenditorem, tenendo fundamen-
tum ſuperius factum, quòd propter fructus, & eorum re-
ſpectu, ac contemplatione penſio, & affictus ex re locata
ſoluatur, nam dicitur in d. l. 2. quòd qui ex pacto fundum re
trouendere quandocunque infra certum tempus tenetur,
poteſt actione ex uendito, uel præſcriptis uerbis conueniri,
prius tamen facta oblatione, ac depoſitione pretij conuen-
ti, & quòd à tempore factæ oblationis, & depoſitionis citra
fructus percepti ex fundo ab eo, qui retrouendere teneba-
tur, debentur aduerſario: ergo infertur, quòd percepti ſiue
in totum, ſiue pro parte ante depoſitionem debent ad eum,
qui retrouendere tenebatur, ſpectare: Sed cum in terminis
noſtris ipſi deberetur penſio, & affictus propter fructus, qui
ad eum ſpectare debebant, ergo pro qua parte fructus an-
te oblationem, & depoſitionem fuerunt ab ipſo Titio per-
cepti, pro ea parte Titius ad penſionem tenebitur: de hoc
tamen uideas per Alex. & melius per Sozi. in l. qui romæ in
prin. ff. de uerb. oblig. ¶ Et quamuis ex prædictis ſatis appa-
reat allegata ſupra in contrarium non obſtare, tamen ut ue
ritas clarius elucescat, ſigillatim unicuique ex obiectis re-
ſpondendo, dico primo non obſtare text. in l. ſicut in fine
cum l. ſequen. ff. locati, quia loquitur in diuerſis terminis, &
ex diuerſis non fit bona illatio l. papinianus exuli ff. de mi-
norib. l. inter ſtipulantem §. ſacram uerſicu. ſed & hæc diſſi
milia ff. de uerborum obligatio. cap. 2. de tranſlatio. prælat.
21 & capitu. per uenerabilem qui filij ſint legitimi: Nam † lo-
quitur ille text. quando is, cui eſſet facta uenditio fundi, ab
emptore conduxiſſet, donec illius pretium ſolueret, quo-
niam tunc ſoluto pretio ad penſionem pro portione tem-
poris tenetur, ut ibi, nos uerò loquimur, quando non eſſet
facta uenditio perfecta, ſed pactum de uendendo infra cer
tum tempus, & interim res eidem fuit certo pretio locata:
22 Et nulli dubium eſt, quòd † aliud eſt uenditio, & aliud pa-
ctum de uendendo, multumque inter ſe differunt l. in bonæ
fidei cum ibi not. ff. de eo, quod certo loco, Alexan. in conſi.
73. uolum. 2. in conſil. 76. colum. 2. uolum. 5. in conſi. 72. in
3. colum. uolum. 3. in conſil. 119. 120. & 121. uolum. 4. Et
ratio diuerſitatis inter unum caſum, & alium eſſe poteſt,
quoniam quando fundus uenditus locatur emptori pro
certa penſione, donec pretium ſoluatur, tunc penſio non
dicitur ſolui reſpectu fructuum perceptorum, nec reſpe-
ctu rei, quæ per contractum emptionis effecta eſt ipſius
emptoris, & rei propriæ non conſiſtit conductio l. ſi rem
alienam ff. de pignoratitia actio. ſed reſpectu intereſſe, &
loco uſurarum, quæ hoc in caſu etiam de iure canonico
ſunt permiſſæ, ut latè habetur in capitu. conqueſtus de uſu-
ris, & traditur per Paulum de Caſtro, qui ita declarat,
in dicta l. ſicut: & ideò qua ratione uſuræ, & intereſ-
ſe debentur, ac ſoluuntur pro portione temporis, men-
ſium, & dierum, quibus pecunia non eſt numerata, l. lecta
cum ibi not. ff. ſi certum peta. & habetur in l. acceptam C.
de uſur. pariter & penſio, quæ loco uſurarū, & intereſſe de-

betur, ut d.l.ſi cum uẽderẽ ff. loca. quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, quoniã res locata eſt ipſius locatoris, nec eſt aliquo modo effecta ipſius cõductoris, & ideò pẽſio ſoluitur, ac ſol ui debet reſpectu rei conductæ, & fructuum ex ea perceptorum, & ſic pro rata fructuum, & non ſimpliciter pro rata temporis: Vel ſecundo poteſt reſponderi textui in dicta l.
23 ſicut in fin. cum ſequen. † quòd inquantum dicit penſionem deberi pro portione temporis, debet intelligi non ſimpliciter pro portione temporis, ſed contemplatione, & reſpectu fructuum, & ſic reſpectu temporis, quo quis fructus percepit per notata per Salicetum in d.l.licet, & per gloſam in d.l.ſi quis fundum §. imperator cum aliis ſupra adductis, quæ non repeto. Vltimo poteſt reſponderi, quòd inquantum dicit, pro portione temporis, debet intelligi, hoc eſt
24 pro portione fructuum, quoniam † in contractu locationis tempus, & annus ex perceptione fructuum, & reſpectu culturarum computatur, ac conſideratur, & non per menſes, neque per dies: Vnde tot ſunt anni, quot ſunt culturæ, & fructuum perceptiones, etiam ſi in uno anno naturali duæ contingant culturæ, & perceptiones fructuum, nam ille annus in contractu locationis conſideratur, & iudicatur ut biennium: Eodem modo ſi in biennio, uel quinquennio unicus tantum fructus percipiatur, illud biennium, uel quinquennium ut unus annus conſideratur, ut ſupra plenius dixi: Et ſic ille tex. in d.l. ſicut inductus pro nobis faciet, non autem contra. ¶ Non obſtat etiam l.ſi quis fundum in fin. cum ſequen. l.qui inſulam in princip. & in §.1. l. ſed addes §.ſi quis ff.loca. & not. per Baldum, & alios in d.l.Aedem cũ
25 ſimilib. quoniam † illa procedunt, & habent locum in prædiis urbanis, ut pro rata temporis, quo conductor habitauit, penſionem ſoluere teneatur, & ratio eſt, quia in illis ſoluendo pro rata temporis, quo habitauit, & durauit locatio, conductor dicitur ſoluere non pro rata temporis ſimpliciter, ſed pro rata fructuum, nam donec habitat, quotidiè, & qualibet hora fructus ex prædio urbano percipere dicitur, ut inquit glo. in d.§.qui impleto, & ibi Bart. & Salicet. cum ſimilibus ſupra allegatis: & ſic illa iura magis pro opinione ſupra tradita faciunt, nec in contrarium allegari merentur. ¶ Vltimo nõ obſtat id, quod habetur in d. l. diuortio in princip. & in §.1. cum ſequen. ubi fructus, & penſiones ultimi anni, quo matrimonium fuit ſolutum, debentur marito pro rata anni, & temporis, quo matrimonium durauit, non habi-
26 to reſpectu ad fructus, quoniam † dico illud & in facto, & in ratione eſſe à caſu noſtro diuerſum, ut de ſe patet, nam ibi non dubitatur, neque deciditur, an conductor teneatur ſoluere totam penſionem, uel partem, præſupponitur enim conductorem ſoluere integram penſionem, ſed dubitatur, an debeat ſoluere ipſi marito integraliter, uel pro rata temporis, & anni, quo matrimonium durauit, et deciditur ibi, quòd pro portione temporis, & ratio eſt, quoniam marito debentur fructus rei dotalis pro oneribus matrimonij l.pro oneribus C.de iure dot. l.dotis fructus ff.eod.tit. in princip. cum ſimilibus: & ideò maritus eatenus fructus rei dotalis lucratur, quatenus onera matrimonij ſubſtinuit, & ita procedat d.l.diuortio, quamdiu enim matrimonium durauit, tam diu maritus onera matrimonij ſubſtinuit, & quotidiè maritus onera matrimonij ſubſtinet. Vnde pro qua parte anni onera ſubſtinuit, pro ea parte lucratur fructus, & penſiones quæ ſunt fructus ciuiles, ut not. in d.l.diuortio, & in l.mercedes ff.de petit.hæred. & hæc ſunt de mente Bar. in d.l.diuortio §.è contrario: Quæ ratio ceſſat in caſu noſtro, quia conductor quotidiè fructus ex fundo locato non percipit, ſed ſuo tempore tantum d.l.diuortio: & ideò non pro portione temporis ſimpliciter, ſed pro rata fructuum perceptorum teneri debet. Et ita iuris eſſe exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutum ſi quam traditionem operatur, & quam poſſeſſionem transferat, & num. 43.*
2 *Venditor ad quam traditionem rei venditæ teneatur.*
3 *Venditor non cogitur neceſſario rem emptoris facere, ſicut is, qui rem ſtipulanti ſpopondit.*
4 *Poſſeſſio in locatorem per rei conductionem dicitur transferri:*
Et quæ num. 43.
5 *Venditor quomodo pro parte ſua id, ad quod ex contractu venditionis tenebatur, adimpleuiſſe dicatur.*
6 *Ad pœnas l.ſi quis maior C.de tranſact. ut agi poſſit, quæ requirantur, & num. 45.*
7 *Dolus requiritur, nec culpa ſufficeret ad incurrendum pœnas d. l. ſi quis maior.*
8 *Periurium ſine dolo committi non poteſt:*
Et an in dubio dolus in maiore iurante, qui poſtea iuramento contrauenit, præſumatur, num. 47.
9 *Vendi etiam res aliena poteſt:*
Et quomodo venditio valeat:
Et ad quid venditor emptori teneatur num. 48.
10 *L.ſi quis maior C.de tranſact. in alijs quoque contractibus bonæ fidei ultra contractum tranſactionis locum habet.*
11 *Locator non reficiens ædificia exuſta, uſum, & patientiam rei non præſtat, & eius temporis tantum, quo ædificia ſteterunt, merces præſtatur.*
12 *Contrauentum tranſactioni, ſeu contractui non dicitur, donec quis fuerit vexatus: Quod limitatur num. 51.*
13 *De euictione contra venditorem agi non poteſt ante, quam res euincatur.*
Et quando hoc ſit verum, & quando ſecus ſit num. 52.
14 *Venditor de natura contractus emptionis, & venditionis ad quæ teneatur.*
15 *Poſſeſſio vacua à venditore emptori tradita non dicitur, ſi alius ſit in poſſeſſione eiuſdem rei etiam cauſa rei ſeruandæ tantum, vel legatorum, vel ventris nomine.*
16 *Venditor quando, & quomodo emptorem faciat dominum, & quando in eum vſucapiendi, ſeu præſcribendi conditionem transferat.*
17 *Venditor tenetur de euictione, etiam ſi non fuerit promiſſum.*
18 *Venditor ut tradat rem, & poſſeſſionem vacuam conueniri poteſt.*
19 *Nec eſt liberatus per ſimplicem rei traditionem, niſi poſſeſſionem quoque vacuam tranſtulerit.*
20 *Dominium poteſt quidem transferri per ſolam rei traditionem abſque tranſlatione poſſeſſionis vacuæ, ſed tamen rem tradens non liberatur, niſi tota poſſeſſio, & vacua ſit ipſius emptoris.*
21 *Poſſeſſio vacua quando dicatur ita, ut venditor ſit liberatus, & quando ſecus.*
22 *Tradita res, & poſſeſſio vacua non cenſetur, quæ vel poſt traditionem fuit aduocata, vel facilè poteſt aduocari.*
23 *Promittens per ſtipulationem rem, eiuſque poſſeſſionem vacuam tradere, quando obligatus ſit, vel dominium, vel ſaltem vſucapiendi, aut præſcribendi conditionem transferre, & per nudam facti traditionem non liberetur, & num. 35.*
24 *Libera res, ſeu poſſeſſio tradita non dicitur, quæ in totum, vel pro parte aliena apparet, & num. 32.*
25 *Promiſſor præcisè tenetur facere, nec ſoluendo intereſſe liberatur, ubicunque promiſſioni rei tradendæ, ſeu promiſſioni facti adiectum eſt iuramentum.*
26 *In mora conſtituitur quis per interpellationem mandato iudicis factam.*
27 *In mora venditor dicitur conſtitutus, niſi pro parte ſua adimpleat, quando ſibi pro parte emptoris fuit contractus adimpletus.*
28 *Contra venditorem, qui rem, ſeu eius partem, illiuſque poſſeſſionem emptori uacuam, liberam, & nullo modo aduocatoriam non tradidit, prout tradere promiſit, & iurauit, poteſt remedio l.ſi quis maior C.de tranſactio. etiam ad reſciſſionem contractus in præiudicium ipſius venditoris agi, & num. 39. & 41.*
29 *Vendens rem totam ſimpliciter intra certos confines, & certæ menſuræ, non faciendo mentionem, quòd pro parte eſſet cum alio communis, uel aliena, totam ut propriam, non autem ius ſolum, quod in re habebat, uendidiſſe cenſetur:*
30 *Et hoc, ſi emptor venditoris ius ignoraſſet, ſecus ſi ſciuiſſet:*
Et ad quid emptori ignoranti venditor teneatur.
31 *Poſſeſſionem uacuam tradidiſſe non dicitur ille, qui rem tradidit in totum, uel pro parte ab alio poſſeſſam, ſiue detentam.*
33 *Rem à nullo aduocatoriam non tradit ille, qui rem in totum, uel pro parte alienam tradit.*
34 *Venditor de euictione tenetur, nec rem, ut tenebatur, tradidiſſe dicitur, ſi res etiam ratione ſolius poſſeſſionis euincatur, uel facilè euinci poſſit.*
36 *Minorum res nec uſucapi, ſeu præſcribi, nec alienari poſſunt.*

Pœna

37 *Pœna adiecta non quantitati, ſed facto, ſeu dationi certæ rei, & ſpeciei etiam de iure canonico, & in foro eccleſiaſtico exigi poteſt:*

38 *Pœna promiſſa principaliter in caſu, quo promiſſa, & conuenta iurata obſeruata non fuerint, et conſequenter in caſu l. ſi quis maior C. de trãſactio. uſque ad quadruplum aſcendere poteſt.*

39 *Emptor in totum à contractu uenditionis recedere, & ad illius reſciſſionem, nec non ad pœnas promiſſas agere poteſt, ubicunque res tota, quæ fuit ei ſimpliciter uendita, non tradatur, ſed pro parte ſit, & appareat aliena, & nu. 41.*

40 *Venditor obligatus ad rem, eiusque poſſeſſionem uacuam, & liberam tradendam, illam pro parte tantum uacuam, & liberam tradendo non liberatur, nec pœnam promiſſam euitat.*

42 *Venditor rem alteri obligatam uendens ſimpliciter, & illam emptori ignoranti tradens, tenetur emptori ad intereſſe.*

44 *Venditor per ſimplex conſtitutum non cenſetur totaliter liberatus, quin ad traditionem facti ita teneatur, quòd in emptorem dominium, uel quaſi, & poſſeſſio uacua, libera, & nullo modo aduocatoria transferatur.*

46 *Vendens rem ſimpliciter ignoranti ius uenditoris dicitur in dolo, ſi res illa ſit in totum, uel pro parte aliena.*

47 *Dolus in dubio præſumitur in maiore 25. annis iurante, qui iuramento ſuo contraueniens promiſſa iurata non adimpleuit.*

49 *Promiſſa, & iurata non obſeruans priuatur ſolum actione oriente ex contractu, ſuper quo deliquit, non autem alia, quæ ex alio contractu, aliisque cauſa ſibi acquireretur.*

50 *Conductor ubicunque non poteſt uti frui re conducta potius facto alterius, & caſu fortuito, quam facto locatoris non ad reſciſſionem contractus, ſed ad mercedis remiſſionem agit.*

51 *Contractui contrauentum dici poteſt etiam ante, quàm quis fuerit uexatus, eo ipſo, quod quis promiſſa, & conuenta non obſeruauit, & in mora faciendi fuit, quando in contractu iuramentum adeſt.*

52 *Contra uenditorem, qui ſcienter rem alienam uendidit, etiam ante, quàm res euincatur, agi poteſt, & quomodo.*

EPITOME.

VENDENS *rem aliquam totam ſimpliciter intra certos confines, & certæ menſuræ, nulla facta mentione, quòd eſſet cum alio communis, & ſic pro parte aliena, & cum iuramento ſolemni ſub pœna dupli promittens ipſius rei uenditæ, & cuiuslibet eius partis, & iuris poſſeſſionem, ac rem ipſam uacuam, liberam, expeditam, nulloque modo aduocatoriam eidem emptori tradere, ſi rem, quæ poſtea appareat pro parte aliena, & ab alio poſſeſſa, tradiderit, non dicitur rem, eiusq́; poſſeſſionem, & cuiuslibet partis ipſius uacuam, liberam, nulloq́; modo aduocatoriam tradidiſſe, nec contractum pro parte ſua adimpleuiſſe, prout promiſit, & iurauit, & ideò contra eum tanquam in mora conſtitutum, & periurum non ſolum ad pœnam dupli conuentam, ſed ad alias quoq́; pœnas l. ſi quis maior C. de tranſac. & ad reſciſſionem contractus in ſui præiudicium rectè per emptorem agi poteſt.*

CONSILIVM CLVIII.

IN præſenti cauſa uidetur dicendum, quòd Titius uenditor contractum uenditionis pro parte ſua adimpleuerit, & conuenta, ac promiſſa in inſtrumẽto uẽditionis Sempronio emptori obſeruauerit, & conſequenter pro parte Sempronij non poſſit contra ipſum Titium agi, intentando remedium l. ſi quis maior C. de tranſactio. ſeu aliud remedium ad reſciſſionem contractus in præiudicium dicti Titij, & ad alias pœnas d. l. ſi quis maior, & prout in libello pro parte Sempronij contra Titium producto latius continetur: Nam Titius uenditor rem uenditam ipſi Sempronio tradidit, illamq́ue ſe nomine Sempronij poſſidere conſti-
1 tuit: † per quod conſtitutum, quod fictam traditionem operatur, l. certe §. 1. ff. de precar. & habetur in l. quædam mulier ff. de rei uendica. poſſeſſio naturalis, & ciuilis rei uenditæ in Sempronium emptorem tranſlata dicitur, ut habetur in l. quod meo, & ibi glo. & in l. interdum in fin. & ubiq́ue Bartol. & doctores omnes ff. de acquir. poſſeſſio. ex quo ſequitur, quòd in ipſum Sempronium rei dominiũ, uel quaſi
2 tranſlatum dicitur: nam † uenditor tenetur dumtaxat ad traditionem rei uenditæ non nudam, ſed ad illam traditionẽ, quæ cauſam bonorum habet, uidelicet ut ſi uenditor ſit dominus, tradendo dominium transferat, ſi uerò non ſit dominus, tradendo transferat uſucapiendi conditionem l. clauibus ff. de contrahen. emp. l. in conuentionalibus cum ibi not. in fin. ff. de uerbo. obliga. & habetur in l. ſi ſtipulatus in
3 princ. ff. de uſuris cum ſimilibus: † qui enim uendidit, neceſſe non habet fundum emptoris facere, ſicut cogitur ille, qui fundum ſtipulanti ſpopondit l. ſi ita in fin. ff. de contrahen. emp. & l. ex empto in princ. ff. de actio. emp. ¶ Præterea Titius uenditor poſt contractũ uenditionis rem ab ipſo Sempronio ad certum tempus conduxit, ut ex inſtrumento locationis apparet, ex quo conſtat poſſeſſionem rei uenditæ fuiſſe in Sempronium emptorem, & locatorem tranſlatam,
4 quia † per conductionem rei poſſeſſio, quæ erat penes conductorem, dicitur in locatorem transferri, l. quædam mulier, & ibi Bar. ff. de rei uendica. habetur in l. ſi quis argẽtum §. penul. C. de donatio. l. ſi quis ante ff. de acqui. poſs. & per
5 Alex. in d. l. quod meo cum ſimilibus: Vnde † cum ipſe Titius rem uenditam tradiderit, & illius poſſeſſionem in emptorem tranſtulerit, & conſequenter dominiũ rei, uel quaſi, hoc eſt uſucapiendi conditionem, apparet Titium pro parte ſua adimpleuiſſe omne id, ad quod ex cõtractu uenditionis tenebatur l. 1. cum ibi not. ff. de actio. emp. & ibi Barr. & alij: & ideò contra eum remedio d. l. ſi quis maior ad pœ-
6 nas ibi contentas agi non poteſt, † ad quas non agitur, niſi quinque concurrentibus ſecundum Paul. de Caſt. & modernos ibi, & primo, quòd contrahens, qui ſuper contractu iurauit, fuerit maior uigintiquinq; annis: Secũdo, quòd trãſactio, ſeu contractus, ſuper quo fuit iuratum, & factus fuerit ſpontè, & nulla coactione interueniente: Tertio quòd contractus fuerit per Deum, uel per principẽ iuratus: Quarto, quòd quis ſuo iuramento, ſeu promiſſioni ſuæ iuratæ cõtrauenerit: Quinto, quòd quis doloſè cõtrauenerit, ſeu pro
7 miſſa, & conuenta non obſeruauerit, † & ſic dolo contrauenerit iuramento, adeò quòd culpa non ſufficeret, ut ſingulariter uoluit Bald. in l. obſeruare §. proficiſci ff. de offi. proconſul. & leg. tum quia d. l. ſi quis maior, eiusq́ue diſpoſitio, & pœna propter periurium, illiusq́ue pœnam emanauit, &
8 † periurium ſine dolo committi non poteſt §. item opponitur 22. quæſt. 2. glo. in c. breui de iureiuran. & notant doctores in c. 1. de delict. puerorum, l. qui iuraſſe, & ibi Paul. de Caſt. & Alexan. ff. de iureiuran. tum etiam quia in d. l. ſi quis maior imponitur pœna infamiæ: ex ſola autem culpa, niſi adſit dolus, quis non infamatur: & ita ſequitur Alexan. in l. finali circa finem ff. qui ſatiſdare cogan. & in conſil. 92. incipien. inſpectis his, quæ in themate narrata ſunt in penult. colum. uolum. 1. Sed ex parte Titij uenditoris dolus aliquis nõ interuenit, quia pro parte ſua adimpleuit omnia, ad quæ occaſione inſtrumenti uenditionis tenebatur, ut ſupra, ergo contra eum remedio d. l. ſi quis maior agi non poteſt, nec is pœnas in d. l. contentas incurriſſe dicitur. ¶ Rurſus dato, quòd res uendita in totum, uel pro parte eſſet aliena, tamen propter hoc nec pœnas d. l. ſi quis maior, nec alias pœnas conuẽtionales incurriſſe dici debet, ſi pro parte ſua contractum adimpleuit, ut quia rem uenditam tradiderit, illiusq́ue poſ-
9 ſeſſionem in emptorem tranſtulerit, quoniam † etiam res aliena uendi poteſt l. rem alienam cum ibi not. ff. de contrahen. empt. & res bona fide uendita propter minimam cauſam inempta fieri non debet l. res bona fide ff. de contrahẽ. empt. ¶ Animaduertatur etiam, quoniam uidetur, quòd dictus Sempronius emptor, qui poſtea rem emptã uenditori locauit, & illã ei ad utendũ, & fruendũ cõceſſit, dicatur promiſſis, & cõuẽtis in inſtrumẽto dictæ locationis cõtrauenisse

& conſequenter in pœnas d.l.ſi quis maior incidiſſe, cum
periurium incurrerit, & ſic tanquam periurus non ſit au-
diendus, ſed totaliter excludendus ab omni eo, quod ſibi ex
inſtrumento locationis, ac etiã ex contractu emptionis ac-
10 quiri potuit, quia † diſpoſitio d.l.ſi quis maior locum ha-
bet non ſolum in contractu tranſactionis, ſed etiam in alijs
contractibus bonæ fidei, vt in contractu emptionis, & uen-
ditionis, locationis, & conductionis, ut uolunt docto. com-
muniter Bar. Pau. de Caſt. Alexan. & alij in d.l.ſi quis ma-
11 jor per illum textum: Nam in caſu noſtro † Sempronius,
qui rem locatam ipſi Titio conductori ad utẽdum, & fruẽ
dum conceſſit, ac iurauit &c. noluit reficere uillam exuſtã,
nec ſtabulum fundi, vbi greges, & boues ipſius coloni ſta-
re oporteat, ergo uſum, & patientiam rei, prout iurauit, &
tenetur, præſtare non dicitur l.ex conducto in princi. l.cum
in plures in prin. & l.ſi uno §. ybicunque ff. locati, & text. in
l.ſi quis domum in fin. ff. eodem titu. dicit, quòd in exuſtis
quoque ædibus eius temporis tantum, quo ædificium ſtetit,
mercedem præſtandam reſcripſerunt l. ſed addes §. ſi quis
cum in annum ff. eodem titu. tanquam periurus igitur non
eſt audiẽdus, ſed puniendus, prout habetur in d.l.ſi quis ma
ior, & argumento d.l.ſi uno §. ubicunque in fin. uer. & d.l.
ex conducto in prin. ibique Barto. & Pau. de Caſt. ¶ Præ-
terea non uidetur poſſe agi remedio d.l.ſi quis maior, quia
12 † non uidetur tranſactioni, ſeu contractui contrauentum,
donec quis non fuerit uexatus, ut eſt glo. ſingularis in cle-
men. 1. in uer. uexare de reſcript. quam do. Cardi. ibi in fin.
multum in hoc commendat; Sed Sempronius emptor ab
aliquo circa rem emptam, ſeu eius poſſeſſionem non uexa-
13 tur, ergo &c. ¶ Vltimo † contra uenditorem non poteſt
de euictione agi ante, quàm res euincatur, quia uenditor te
netur ſolum tradere, & facere, quòd emptori liceat habe-
re l.qui rem, & l.euicta ff. de euictio. l.qui rem C. eodem tit.
& l. 1. C. de rer. permu. ergo emptor in caſu noſtro contra
Titium agere non potuit. ¶ His tñ omnibus nõ obſtãtibus,
contrariam ſnĩam veriorem, ac probabiliorem eſſe puto,
quòd Titius uenditor tanquam periurus ſit cenſendus, pro
pterea quod ab eo promiſſa, conuenta, & iurata in inſtru-
mento uenditionis nõ obſeruauit, & ſic in pœnas d.l.ſi quis
maior incurriſſe dicatur, & ſit condemnandus, prout per
Sempronium in libello per eum porrecto petitum fuit; &
ad ita concludendum moueor ex pluribus, & in primis
14 præſuppono, † quòd de natura contractus emptionis,
& uenditionis eſt, quòd uenditor rem tradere teneatur l.ſi
ſtipulatus ff. de uſuris l.ſi ita in fin. ff. de contrahen. emp. &
l.ex empto in prin. ff. de actio. emp. item quòd rem, eiusq;
poſſeſſionẽ, & cuiuslibet eius partis uacuam, liberam, expe
ditam, & à nemine aduocatoriam tradere teneatur l. ſi in
emptione §. vacua, & §. fina. cum l.ſequen. in prin. & ibi no
ta. ff. de actio. empt. c. cum ioannes cum ibi nota. de fide in-
ſtrumen. l.ſi pater C. de actio. emp. & habetur per Barthol.
Sozin. in conſi. 298. in 3. colum. in prin. uolumi. 2. & eſt tex.
ibique Bal. & alij in l.ex prædijs C. de euictio. ubi Bald. in-
quit, quòd uendens rem ſimpliciter uidetur illam tanquam
liberam, & nemini obligatam uendere, & cum plena domi
nij translatione dari debet; & Hoſtien. in ſumma de empt.
& uendit. in §. & ad quid dicit, quòd uenditor rem tradere
tenetur l. 1. & l.ex empto ff. de actio. emp. & ſic uacuam te-
netur tradere poſſeſſionem, hoc eſt ut emptor ſit potior, ita
quòd ab eo nequeat aduocari, aliàs perinde eſt, ac ſi tradi
15 ta non fuiſſet; † Quid enim, ſi alius ſit in poſſeſſione eiuſ-
dem rei cauſa rei ſeruandæ tantum, uel legatorum, uel mu
lier uentris nomine, & quidem tunc poſſeſſio uacua tradita
non dicitur, prout uacuam tradere uenditor tenetur l. 1. §.
1. l. 2. §. 1. & fin. l. datio in prin. l. uenditor, & l. emptorem §.
16 idem neratius ff. de actio. emp. † Si verò res, & poſſeſſio
uacua tradatur, emptorem facit dominum, quum de pre-
tio uel ſatisfactum, uel fides habita fuerit l. ut res, l.quod
uendidi ff. de contrahen. emp. l.ex empto, ibique glo. & do-
cto. ff. de actio. emp. in prin. l.procuratoris §. ſed ſi dedi ff. de
tributo, & ſi uenditor fuerit dominus, ut ibi, alioquin uendi
tor rem traditam tradendo non facit emptorem dominum,
ſed in eum uſucapiendi, ſeu præſcribẽdi conditionem trã-
17 fert l.clauibus ff. de contrahen. emp. & † uenditor de eui-
ctione tenetur, etiam ſi non fuerit de euictione promiſſum,
quia hoc eſt de natura contractus l.non dubitatur cum ibi
not. C. de euictio. ita dicit Hoſtien. in loco prææallegato. Et
18 † Paul. de Caſt. in l.ſi pater C. de act. emp. dicit, quòd uẽdi-
tor poteſt conueniri, ut rem tradat, & hoc in facto conſiſtit,
item ut tradat rem, & poſſeſſionem uacuam, & hoc cõſiſtit
in iure, quia poſſeſſio eſt iuris l.peregre in prin. ff. de acqui.
poſſ. & quamuis hoc ad dominij tranſlationem non ſit ne-
ceſſarium, quia ſufficit nuda facti traditio, & ex hac nuda
traditione, quæ eſt facti, licet poſſeſſio uacua non transfera
19 tur, l.ſi fundum ff. de fundo dota. cum ibi not. † tamẽ uen
ditor poſt obligationem, qua ad poſſeſſionem uacuam
trãsferendã tenetur, non eſt liberatus per ſimplicẽ facti tra
ditionẽ, ſi poſſeſſionẽ uacuã non tranſtulit, & ſic põt adhuc
conueniri d.l. 2. §. 1. & §. fin. cum l.ſequen. ff. de actio. empt.
junctis iis, quæ habentur in l.cum res per Cynum C. de pro
batio. Et idem Paul. de Caſtro in d.l. 2. §. uacua ff. de actio.
empt. dicit, quòd licet uenditor non obligetur ad dandum,
obligatur tamen ad alia tria ex natura contractus, uidelicet
ad tradendam rem d.l.ex empto in princip. cum alijs præ-
allegatis; Secundo ad transferendam poſſeſſionem; Tertio
quòd res, eiusque poſſeſſio ſit uacua, & hæc duo ultima pro
bantur in d. §. uacua cum ſimilibus ſupra deductis. Nec ob-
20 ſtat id, † quod habetur in d.l.ſi fundum per gloſam, quia
uerum eſt, quòd dominium poteſt transferri abſq; eo, quòd
poſſeſſio transferatur, uel transferatur uacua, ſi tradens erat
dominus, ut ibi, non tamen liberatur rem tradens, niſi fa-
ciat poſſeſſionẽ rei totius ipſius emptoris, & quòd illa poſ-
ſeſſio ſit uacua, ut in d. §. uacua, & habetur per Cynum in d.
l.cum res, & ibi Paul. de Caſtro etiam dicit, quòd uenditor
ad tradendum, & transferendum poſſeſſionem rei uacuam
21 tenetur; & † quòd uacua dicitur poſſeſſio illa, in qua nullus
participat, ſi autem alius participet, non dicitur uacua: &
propterea ſi tu mihi uendidiſti fundum, cuius poſſeſſionem
habeas, ſi alius in tenutã dicti fundi ex primo decreto miſ-
ſus erat, qui non dicitur poſſidere l.ſi duo §. creditores ff. uti
poſſid. l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſ. & tu mihi fundum tradidi-
ſti, & ſic poſſeſſionem rei, quam habebas, in me tranſtuliſti,
certè non es propter hoc liberatus, quia uacuam poſſeſſio-
nem non tradidiſti, ſicuti ex natura cõtractus debuiſti, nam
ille immiſſus poteſt me in poſſeſſione turbare, ut ibi per Pau
22 lum de Caſtro; Item † nec res, nec poſſeſſio uacua cen-
ſetur tradita, quæ poſt traditionem uel fuit aduocata, uel fa
cile poteſt aduocari, ut quia ſit aliena in totum, uel pro par-
te, & tunc uenditor non dicitur promiſſionem, ſeu contra-
ctum pro parte ſua adimpleuiſſe d.l.datio cũ ibi not. in prin.
23 ibique Bar. & alij. Sciendum eſt etiam, † quòd ille, qui rem,
eiusque poſſeſſionem uacuam tradere per ſtipulationẽ pro-
miſit, nõ dicitur ſimpliciter promittere factum, ſed talis pro
miſſio cauſam bonorum in ſe habet, quando ſumus in con-
tractu, de cuius natura ſit, ut tradens dominium transferat,
ſi erat dominus, aliàs uſucapiendi conditionem, ut eſt con-
tractus emptionis, & uenditionis: Nam ſi in tali contractu
quis per ſtipulationem promittat poſſeſſionem uacuam tra
dere, tenetur, & obligatus eſt uel dominium transferre, ſi eſt
dominus, uel ſaltem uſucapiendi conditionem, ſi non ſit do
minus, alioquin promiſſor nõ liberatur l.in cõuentionalibus
in fin. ibiq; Bar. & omnes communiter ff. de uerbo. oblig.

Præſup-

24 ¶Præſuppono etiam, † quòd res, ſeu poſſeſſio non dici-
tur libera tradi, quæ in totum, uel pro parte aliena apparet,
l.ſuper fundo,& ibi gloſ.Salicet.& Alexan. C.de tranſact.
& ibi moder.dicentes etiam, quòd in dubio ille, qui rem ſim
pliciter tradere promiſit cenſetur promiſiſſe illam tradere
liberam. ¶ Præſuppono adhæc, quòd in terminis noſtris
Titius uenditor cum iuramento ſolemni promiſit ipſius rei
uenditæ,& cuiuſlibet eius partis, & iuris poſſeſſionem, ac
rem ipſam uacuam, liberam, & expeditam eſſe,& ſic ua-
cuam, liberam,& expeditam,& nullo modo aduocatoriam
tradere,& prout latius in inſtrumento uenditionis contine
tur;& nihilominus ſi prædicta omnia,& ſingula non faciet,
nec obſeruabit, dictus uenditor dare,& ſoluere ſolemni ſti-
pulatione promiſit per ſe, & ſuos hæredes dicto emptori
ibidem præſenti pro ſe,& ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus
ſtipulanti duplum dicti pretij pœnæ nomine ſolemni ſtipu
latione promiſſæ infra octauam diem immediatè ſequen-
tem poſtquam in ipſam pœnam inciderit: Ex quo infer-
tur, quòd Titius fuit præciſè obligatus rem,& poſſeſſionem
rei uacuam, liberam,& expeditam,& à nullo aduocatoriam
tradere adeò, quòd ſoluendo intereſſe non diceretur libe-
25 ratus, quia † ubicunque promiſſioni rei tradendæ, ſeu pro-
miſſioni facti adiectum eſt iuramentum, promiſſor tunc
præciſè tenetur tradere, ſeu facere, nec ſoluendo intereſſe
liberatur, ut in cap.fin.ne præla. uices ſuas, & ibi Anton. &
[illegible] tenet, pleneque examinat Alexan. in l.ſtipulationes non
diuiduntur in 10.colum.ff.de uerborum obligatio. & habe
tur per Romanum in rubr. de arbitr.colum.25.
¶ Vltimo præſuppono, quòd pro parte Sempronij empto-
ris diebus elapſis fuit Titio uenditori, notificatum, ac prote
ſtatum, quòd infra certum tempus deberet omnia conuen
ta,& promiſſa, ac iurata in inſtrumẽto uenditionis ipſi Sem
pronio adimplere, & obſeruare, alioquin ei proteſtabatur
de pœnis conuentionalibus, iuris,& ſtatutorum,& de dam-
26 nis, ac intereſſe ipſius emptoris, † per quam interpella-
tionem de mandato iudicis factam Titius uenditor fuit in
mora conſtitutus iuxta l.datio §. ſi per uenditorem cum gl.
ff.de actio.empt.& argumen.l.ſi ex legati cauſa cum ibi no
ta.ff.de uerborum obliga.& l.mora in prin.ff. de uſuris: Im-
27 mò † abſque interpellatione aliqua Titius uenditor dicitur
in mora conſtitutus, ex quo ſibi pro parte emptoris contra
ctus fuit adimpletus, ſoluendo totum,& integrum pretium,
ut uoluit Bar.in l.de diuiſione ff.ſolu.matrimo.& in l.uinum
ff.ſi certum peta.l.iulianus §.offerri ff.& in §.ex uendito cũ
ibi not.ff.de act.empt.cum ſimil.¶His ita præſuppoſitis, mo
do ad principale dubium inferendo, uidetur de iure omni-
no concludendum eſſe, quòd Titius uenditor conuentis,&
iuratis contrauenerit, illaque non obſeruauerit,& in mora
fuerit,& ſic pœnas conuentionales,& alias in d.l.ſi quis ma
28 ior contentas incurrerit, nam † ex quo cum iuramento pro
miſit rem,& ipſius rei,& cuiuſlibet eius partis poſſeſſionem
uacuam, liberam, expeditam,& nullo modo aduocatoriam
tradere,& illam rem, ſeu ſaltem eius partem, illiuſque poſ-
ſeſſionem emptori non tradidit uacuam, liberam, & nullo
modo aduocatoriam, prout tradere promiſit,& iurauit,
fuitque in mora tradendi, ut ſupra, ſequitur, quòd dicitur
periurus,& incurrit pœnas conuentionales, & alias, de qui
bus in d.l.ſi quis maior: & conſequenter contra ipſum Ti-
tium remedio d.l.agi potuit etiam ad reſciſſionem contra-
ctus in præiudicium dicti Titij, quia contraueniendo pro-
miſſioni ſuæ iuratæ effectus eſt indignus omni commodo,
omnique iure, quod ſibi ex inſtrumento dictæ uenditionis
acquiri potuit, & acquiſitum fuit per textum in d. l. ſi quis
maior, ibique docto.& ex iis, quæ habentur in c. querelam
de iureiuran.l.cum in plures §.mandaui, ibique Salice.ff.lo
cati: Quod autem Titius uenditor rem,& ipſius rei, ſeu cu-
iuſlibet eius partis poſſeſſionem uacuam non tradiderit,
29 apertè demonſtratur, Nam † Titius uendidit totam rem
ſimpliciter intra certos confines, & certi numeri tornatu-
rarum, non faciendo mentionem, quòd eſſet cum alio com
munis, nec pro parte aliena, ergo dicitur illam totam uendi
diſſe, ut propriam, non autem ius ſolum, quod in ea habe-
bat, ad tradita per Alexandrum,& alios in l.ſi domus in fin.
ff.de legat.1.& in conſil.115.uolum.5.facit tex.in l.ſi fines,
& ibi docto.C.de euictio.& in l.ſi fundum eodem tit.& fa-
ciunt notata per Paulum de Caſtro,& ibi Aretin.in l.ſerui
electione in fine ff.de legat.1.& per Baldum in rubri. C.de
30 contrahen.emptio.ubi concludunt, † quòd ſi quis rem ſim-
pliciter uendat ignoranti ius uenditoris, tunc tota res pleno
iure uendi dicitur, non autem ſolum ius, quod uenditor in
illa habet, & ſi uenditor tantum iuris non habeat, ut quia
poſtea in totum, uel pro parte aliena reperiatur, tunc pro-
pter dolum tenebitur emptori etiam re non euicta, nec lite
aliqua ſuper illa mota, ut eſt textus, ibique Barto. Alexand.
& Salicet.in l.ſeruus §.ſi ſciens ff. de actio. empt. & habetur
per Bartolum in l.at qui §.cum me abſente ff. de neg. geſt.
& per Baldum in l.libera in ulti.colum.C.de ſenten. argu-
mento l.ſi quis domum §.1.ff.locati: Secus ſi emptori ius ip
ſius uenditoris ſcienti uendidiſſet, quia tũc ſolum ius, quod
in re habebat, uendidiſſe dicetur, ut in l.qui tabernas ff. de
contrahen.emptio. Sed Titius rem ſimpliciter uendidit ip
ſi Sempronio emptori, ius uenditoris ignoranti, ergo totam
rem pleno iure uendidiſſe dicitur: Vnde cum poſtea appa-
ruerit, rem uenditam ſolum pro parte fuiſſe uenditoris, &
pro parte alienam, uidelicet filiorum Caij fratris dicti Ti-
tij, qui rem illam pro parte pro indiuiſo tenent, ac poſſi-
dent, ſequitur, quòd Titius uenditor non tradidit rem, nec
eius poſſeſſionem,& cuiuſlibet partis ipſius rei uacuam, li-
beram,& nullo modo aduocatoriam, & conſequenter do-
losè promiſſa,& conuenta, ac iurata per eum non adimple-
31 uit, quoniam † uacuam poſſeſſionẽm tradidiſſe non dicitur,
qui rem in totum, uel pro parte ab alio poſſeſſam, ſiue de-
tentam tradidit, ut per Hoſtienſem in ſumma de emptio.&
uenditio.in §.& ad quid, l.ſi in emptione §. uacua cum ſe-
quen. ff. de actio. empt. l. emptorem §. idem neratius eo-
dem titulo, Paul. de Caſtro in l.ſi pater C.de actio. empt.
& in dicto §. uacua cum aliis ſupra in præſuppoſitis addu-
32 ctis: Item † liberam rem, ſeu poſſeſſionem tradidiſſe
non dicitur ille, qui rem alienam in totum, uel pro par-
te tradidit, ut eſt textus cum gloſ. ibique Salicet. Ale-
xand.& docto.communiter in dicta l.ſuper fundo C.de trã
33 ſactio.& Sozin.in dicto conſil.208.Item † rem à nullo aduo
catoriam non tradit is, qui rem in totũ, uel pro parte aliena
tradit, nam res aliena in totum, uel pro parte, quæ fuit uen
dita,& tradita, poteſt à domino euinci,& aduocari, ut habe
tur in l.rem alienam ff.de contrahen. emp.l.1. cum ibi not.
C.de rebus alien.non alien.& l.1.& fin.C.de commun.re-
34 rum alien. Item † ſi res euincatur, ſeu facile euinci poſſit
etiam ratione ſolius poſſeſſionis, uenditor de euictione te-
netur, nec rem, ut tenebatur, tradidiſſe dicitur, d.l.empto-
rem §.idem neratius, d.l.datio in princip.cum ibi not. Præ-
terea ex quo apparet rem uenditam eſſe cum alio commu-
nem, ſequitur, quòd etiam res pro parte ipſius uenditoris
non dicitur tradita, nec tradi potuit tanquam à nullo aduo
catoria, quoniam habens rem immobilem cum alio commu
nem, & maximè cum conſanguineo non poteſt rẽ, ſeu par-
tem ſuam alteri alienare, niſi requiſito illo, qui ſecum rẽ ha-
bet communem, alioquin is, qui cum illo communionem
habet, poteſt alienationẽ annullare, & emptorem cogere
ad ſibi uẽdendum, ut habetur in ſtatuto de rebus cõmuni-
35 bus inter coniunctos.¶ Ruſus benè cõſiderandũ eſt, † quòd
ille, qui per ſtipulationẽ promiſit,& iurauit rẽ,& poſſeſſio-

nem uacuam tradere, ſi ſimus in contractu, de cuius natura ſit dominium transferri, ſi tradens ſit dominus, aut uſucapiendi conditionem, ſi non ſit dominus, ut eſt in contractu emptionis, & uenditionis, talis promiſſio cauſam bonorum, non autem nudum factum continet adeò, quòd per nudam facti traditionem non dicitur liberatus, niſi dominium rei, aut uſucapiendi conditionem transferat l. in conuentionalibus in fin. ibique Bart. Alexand. & doctores omnes ff. de uerborum obligatio. ſed Titius, qui promiſit rem, & eius poſſeſſionem uacuam tradere ſaltem pro parte, qua dicta res eſt nepotum ipſius, non dicitur illius dominium in emptorem tranſtuliſſe, argumento l. 1. & fi. C. de commu. rerum alien. d. l. rem alienam, l. 1. cum ibi not. C. de rebus alien. non alienan. c. nemo de reg. iur. in 6. & l. nemo ff. eod. tit. cum ſimilibus, item nec uſucapiendi conditionem, quia cum pro illa parte ſit minorum, & pupillorum, ſicut alienari non potuit l. cum lex C. de adminiſt. tuto. ita nec uſucapi,
36 ſeu præſcribi, quoniam † res minorum ſicut alienari nequeũt, ita nec uſucapi, ſeu præſcribi, ut habetur per gloſam, & doctores communiter in l. ubi lex ff. de uſucap. l. alienationis, & ibi glo. ff. de uerbo. ſignifi. l. in bonæ fidei cum glo. ff. de acquiren. rerum domin. not. in l. etiam ſi ff. de minor. & in l. 1. 2. 3. & fin. C. ſi quis ignor. rem min. ergo apparet dictum Titium in caſu noſtro non adimpleuiſſe promiſſionem ſuam factam ſolemni ſtipulatione, & iuramento, quo rem, eiuſque poſſeſſionem uacuam tradere iurauit; & ideò poſt octo dies immediatè ſequentes, poſtquam Titius ipſam pœnam inciderit, Sempronius emptor potuit ad duplum dicti pretij pœnæ nomine contra Titium agere, prout ipſe Titius in inſtrumento uenditionis ſoluere promiſit, atque iurauit:
37 Quæ † pœna etiam de iure canonico, & in foro eccleſiaſtico exigi poteſt, cum non ſit adiecta quantitati, ſed facto, ſeu dationi certæ rei, & ſpeciei, ut habetur latè per canoniſtas in c. dilecti de arbit. & in terminis per Petrum de Anchar. in conſi. 147. incipien. apud antiquos, & modernos, qui etiam
38 ſubdit, † quòd in hoc caſu pœna uſque ad quadruplũ promitti, & exigi poſſet, quoniam cum fuerit promiſſa in caſu, quo principaliter promiſſa, & conuenta, atque iurata non fuerint obſeruata, & ſic in caſu d. l. ſi quis maior, pœna poteſt uſque ad quadruplum aſcendere, nam ſic etiam dicitur deberi ex diſpoſitione d. l. ſi quis maior: A fortiori igitur duplum petere licebit, prout in caſu noſtro fuit petitũ.
39 Potuit † etiam per Sempronium agi ad reſciſſionem dicti contractus emptionis, & uenditionis ad præiudicium tantum ipſius Titij uenditoris, nam hæc eſt pœna periurij per d. l. ſi quis maior inducta in odium non obſeruantis iuramentum pro parte ſua, ut ibi eſt tex. & doctores omnes, & ex infra dicendis clarius colligetur: intereſt enim ipſius emptoris aut rem totam habere, aut in totum à contractu diſcedere: Vnde cum non poſſit rem totam uacuam, & liberam habere, quia pro parte eſt aliena, & minorum, eſt in totum a contractu recedendum, quia nõ eſt ueriſimile, quòd unam partem rei uellet, ſi aliam non haberet l. ſi quis aliam
40 ff. de ſolutio. ibique Barto. Præterea † cum uenditor ſe ad tradendam rem, eiuſque poſſeſſionem uacuam, & liberam oligauerit, illam pro parte tantum uacuam, & liberam tradendo non dicitur liberatus, nec pœnam promiſſam in totum euitat, quia non dicitur pro parte ſua adimpleuiſſe, nam rem tradi eſt quid indiuiduum, & tantam utilitatem in parte reſpectu partis non affert, quantam in toto reſpectu totius l. ſtipulationes non diuiduntur, & in l. 4. §. cato, ibiq; docto. plenè poſt Bartolum ff. de uerborum obligat. & Bar.
41 in l. qui uſufructus ff. de uſufru. lega. Adde, † quòd ſi in caſu noſtro à contractu uenditionis in totum recedi non poſſet, ſed ſolum pro parte, qua res eſt aliena, ſequeretur inconueniens, quòd quis inuitus in communionem incideret contra l. fundus cum ibi not. per gloſam, & Salicetum ff. de contrahenda emptio. & Barto. in d. l. qui uſusfructus; Vel ſaltem euitari non poteſt, quin uenditor teneatur ſoluere
42 ipſi emptori intereſſe, † ſicut quando uenditor rem alteri obligatam ſimpliciter uendit, & illam emptori ignoranti tradit, ut uoluit Angelus, quem ſequuntur Alexander, & alij in l. 1. §. ſi hæres ff. ad trebellianum, per notata per Bartolum in l. cum ſtipulatus ſim in fine ff. de uerborum obligatio. Magis tamen placet, quòd in totum à contractu recedi poſſit, ac uenditor teneatur ad reſtituendum, & ſoluendum totum pretium ſibi ſolutum, & aliud tantundem, & ſic duplum per ea, quæ plenè ſupra dicta fuerunt.

¶ Reſpondendo modo in contrarium adductis, in primis non aduerſatur, quòd Titius uenditor contractum pro parte ſua adimpleuerit, tradendo rem, & conſtituendo ſe nomine Sempronij poſsidere, & illam ab ipſo emptore conducendo per ea, quæ ſupra latius ſunt deducta: quia primo reſpondetur, quòd ex quo res uendita pro parte erat aliena, uidelicet nepotum ipſius Titij, qui erant minores, non potuit per traditionem ueram, ſeu fictam dominium illius partis transferri per ſupra dicta, nec etiam poſſeſſio aliqua eius partis per conſtitutum in emptorem transferri potuit, ex quo ea tempore conſtituti non erat penes Titium con-
43 ſtituentem, ſed penes nepotes ſuos, & † per conſtitutum, ſeu per conductionem ſolum illa poſſeſſio trãſfertur, quæ tempore conſtituti, ſeu conductionis penes conſtituentem, aut conducentem erat glo. in l. quamuis §. ſi conductor in uer. retinebit, & ibi Angel. & Alexan. ff. de acquiren. poſſeſſ. & Alexan. in dicta l. quod meo, & in dicta l. interdum in fine: plus enim iuris, quam habeat, quis transferre non poteſt d. c. nemo, & d. l. nemo: & ita habetur per gloſam in l. 2. ibique Angel. C. de acquiren. poſſeſſio. Bald. in l. 1. C. quando licet. ab emp. diſced. Angel. in dicta l. quædam mulier, Anton. in c. cum ueniſſent de reſtitutio. ſpoliatorum, & Oldrad. in conſil. 129. & hoc eſt ueriſſimum ſecundum Alexandrum in d. l. quod meo colum. 7. Secundo reſpondetur, quòd ex quo uenditor cum iuramento promiſit rem, & ipſius rei, ac cuiuſlibet illius partis poſſeſſionem uacuam, liberam, expeditam, nulloque modo aduocatoriam tradere, rem pro parte alienam, & ab alio poſſeſſam tradendo, non dicitur pro parte ſua contractum, & promiſſionem iuratam adimpleuiſ-
44 ſe multiplici reſpectu, ueluti ſupra oſtenſum fuit. † Tertio uenditor per ſimplex conſtitutum non cenſetur liberatus, quin ad facti traditionem teneatur taliter, quòd in emptorem dominium rei, uel quaſi, item & poſſeſſio uacua, libera, & nullo modo aduocatoria transferatur, ut per Alexandrum in conſil. 28. uolum. 2. iunctis præmiſſis.

¶ Non obſtat, quòd remedium d. l. ſi quis maior non datur niſi quinque concurrentibus, ut ſupra dixi, quia reſponde-
45 tur, † in terminis noſtris omnia neceſſaria ad illud remedium interueniſſe, nam Titius uenditor erat, & eſt maior uiginti quinq; annis, contractus uenditionis, & quælibet promiſſio per eum facta fuit ſponte, ac abſque aliqua coactione: item in inſtrumento fuit per Deum, & ad ſacroſancta Dei euangelia ab ipſo Titio iuratum, Quarto Titius ſuæ promiſſioni iuratæ contrauenit, quia interpellatus promiſſa non adimpleuit, & ſic fuit in mora, argumento l. ſi ex legati cauſa cum ibi not. ff. de uerborum obligation. & per gloſam in dicta l. datio §. ſi per uenditorem ff. de actio. emp. & in l. mora in principio ff. de uſuris, ergo pœnas conuentionales, & alias in d. l. ſi quis maior expreſſas incurriſſe dicitur argum. l. ita ſtipulatus la grande ff. de uerborum obligatio. §. finali Inſtitu. eodem titu. Paul. & Alexand. in dicta l. ſi quis maior, & Matthæ. Matheſil. in ſuo notabili 51. per not. per Bartolum in l. ſi duo §. fin. ff. de conſtitu. pecun. qui dicunt pœnas d. l. ſi quis maior non niſi poſt moram locum

cum habere. Vltimo dictus Titius fuit in dolo, non autem in
46 culpa, † quoniam uendendo rem ſimpliciter ignoranti ius
ipſius uenditoris dicitur in dolo, ſi res illa ſit in totum, uel
pro parte aliena, ut not. habetur per Alex. in conſi. 69. uolu.
4. & eſt bonus tex. in arg. in l. ſi quis domū §. penul. in uerſi.
quid tamen ff. locati, & in l. ſeruus §. ſi ſciens, ibique Barto.
Alexan. & alij ff. de actio. emp. Bartol. in l. at qui §. cum me
abſente ff. de nego. geſt. & Bald. in l. libera in ultima colum.
C. de ſenten. Præterea quamuis ad hoc, ut quis periurus
dicatur, requiratur, quòd doloſè iuramento contrauenerit,
ut dictum fuit, maximè in terminis d. l. ſi quis maior per ea,
quæ uoluit Bal. in d. l. obſeruare §. proficiſci cum ſimilibus,
47 tamen † in dubio ſemper doloſè iuramento contraueniſſe,
& dolo promiſſa, ac iurata non adimpleuiſſe præſumitur,
quando iurans erat maior annis 25. ad tradita per Alexan.
in l. qui iuraſſe in princ. in fin. uerb. ff. de iureiur. & probatur
in d. l. ſi quis maior, ſolū enim in pupillo dolus in dubio nō
præſumitur, ſed in aliis ſecus, ut in d. l. qui iuraſſe, & in d. l. ſi
quis maior; & maximè in caſu noſtro hoc eſt dicendum, ex
quo apparet Titium ſcienter rem pro parte alienā uēdidiſ-
ſe per tex. in d. l. ſeruus §. ſi ſciens, iuncta l. ea, quæ §. dolum
ff. de contrahen. emp. cum aliis ſupra allegatis. ¶ Non ob-
ſtat, quòd res aliena uendi poteſt, & uenditio ualet l. rē alie-
48 nam ff. de contrahen. emp. quia † ualet quidem uenditio in
præiudicium uenditoris, ſed non in præiudicium illius, cu-
ius res erat, per gl. in d. l. rem alienam, iuncta l. 1. C. de rebus
alien. non alien. & in l. 1. in fin. C. de com. rerū alien. & ma-
ximè, quando res uendita erat minoris, ſeu pupilli per to-
tū C. ſi quis ignorans rē minor. & ſupra dixi: Secundo poſi-
to, quòd uenditio inter ipſos contrahentes, & in præiudiciū
uenditoris ualeat, propter hoc tamen non tollitur, quin uē
ditor teneatur tradere rem, & eius poſſeſſionem uacuam,
liberam, expeditam, & à nullo aduocatoriam tàm de iure
communi, quàm etiam ſtante promiſſione per ipſum uendi
torem cum iuramento, ut ſupra, facta: Vnde cum uenditor
contractum pro parte ſua in hoc non adimpleuerit, quia
rem, eiuſque poſſeſſionem uacuam, liberam, expeditam, &
nullo modo aduocatoriam non tradidit, ipſe pœnas tàm
conuentionales, quàm legales d. l. ſi quis maior incurriſſe di
citur, & ad eas teneri debet, cum uenditionis contractus
etiam reſpectu partis rei, quæ erat aliena, in ſe ualuerit ad
præiudicium uenditoris, ut teneretur de euictione, ad du
plum pretij, & ad alia, ad quæ non obſeruando promiſſa,
& conuenta de iure tenetur ad not. per glo. & ibi Bar. & alij
in d. l. rem alienam cum ſimilibus. ¶ Non obſtat, quòd ex
quo Sempronius emptor, qui poſtea rem Titio locauit, &
utendam, & fruendam conceſſit, & ſic promiſit pati, quòd
Titius conductor re uteretur, & frueretur, itaque iurauit,
nòn reficiendo uillam exuſtam, & ſtabulum, patientiā præ-
ſtare non dicitur, ut conductor re uti, & frui poſſit, ipſe con
uentis, & ab eo cum iuramento promiſſis contrauenire dici-
tur, & ideò tanquam periurus non eſt audiendus, ſed ab ac-
tione, quam contra Titium uenditorem intentat, excluden
dus per d. l. ſi quis maior, quia primo reſpōderi poteſt, quòd
dato, ſed non conceſſo, ipſum Sempronium reſpectu con-
tractus locationis fuiſſe periurum, & promiſſa, ac conuen-
49 ta non obſeruaſſe, † tamen propter hoc non debet excludi
ab actione, & ab ūs, quæ ſibi ex alio contractu, & inſtrumē
to acquiſita fuerunt, uidelicet ex contractu, & inſtrumento
uenditionis ſibi factæ, nam non obſeruans promiſſa, & iura-
ta priuatur ſolum actione oriente ex illo contractu, ſuper
quo delinquit, non autem alia, quæ ſibi ex alio contractu,
aliaque cauſa acquireretur, ut uoluit Roma. in ſuo ſingul.
501. incipien. tu ſai per theoricam Innocen. in c. dilecto de
præbend. & in c. intelleximus, ibique Anto. & alij de iudi. &
hoc modo ſecundum ipſos, & Moder. ibi d. l. ſi quis maior
debet intelligi, & declarari: Secundo reſponderi po-
teſt, quòd, ut ſupra dictum eſt, ad hoc, ut pœnæ d. l. ſi quis
maior locum habeant, requiritur inter alia, quòd quis
ſcienter, & doloſè conſentis, & promiſſis iuratis con-
50 trauenerit: Sed † dolo, ſeu culpa, aut facto Sempronij non
contigit, Titium conductorem non poſſe re uti, & frui, ſed
facto alterius, & potius caſu fortuito, uidelicet propter
incendium factum ab exercitu, ſeu ab hoſtibus, & latroni-
bus, quod caſui fortuito tribui dicitur, argumento l. ex con
ducto §. ſi uis cum ſequen. l. item quæritur §. exercitu, &
l. ſi quis domum in fin. ibique Paul. de Caſtr. ff. locati, & l.
quæ fortuitis C. de pigno. actio. ergo non ad reſciſſionē con
tractus, ſed potius ad mercedis remiſſionem pro rata tem-
poris agi potuit d. l. ſi quis domum §. 1. & fin. & ibi Paul.
de Caſt. ¶ Non aduerſatur etiam, quòd ex quo Sempro-
nius emptor circa rem emptam, eiuſque poſſeſſionem non
fuit uexatus, neque uexatur, contractui, & promiſſioni
contrauentum non dicitur, et ideò non poteſt agere re-
medio d. l. ſi quis maior, quæ locum habet ſolum, quando
promiſſioni, ſeu contractui fuit contrauentum ad not. per
51 glo. in d. clemen. 1. de reſcrip. quia reſpondetur, quòd † il-
la glo. in d. clemen. 1. et id, quod ibi dicit domi. Cardin. non
procedit in caſu, quo iuramentum adeſſet, nam tunc etiam
ante, quam quis fuerit uexatus, poteſt dici contractui con-
trauentum, ſi promiſſa non fuerint obſeruata, & quis in mo
ra faciendi id, quod promiſerat, fuerit, ut colligitur ex tex.
d. l. ſi quis maior, ubi hoc in terminis uoluit Moder. in 4. co
lum. & patet ex ijs, quæ ſupra plenius dixi. ¶ Vltimo non
obſtat, quòd contra uenditorem de euictione agi non poſ-
52 ſit ante, quam res euincatur, ut ſupra dictū fuit, quia † illud
eſt uerum, niſi uenditor fuerit in dolo, ut quia ſcienter rem
in totum, uel pro parte alienam uendiderit emptori ius uen
ditoris ignoranti, prout in dubio ignorare præſumitur ar-
gumento l. penul. cum ibi not. C. de euictio. nam ex quo ſic
uendendo eſt in dolo, vt ſupra dixi, poteſt contra eum agi
ad reſciſſionem contractus, ut pretium totum emptori re-
ſtituere teneatur, ut eſt glo. ſingularis in l. ſi rem, quam ff.
de euictio. cum qua doct. ibi pertranſeunt: Et dicit Bart. in
d. l. ſi ſeruus §. ſi ſciens, quòd emptor poteſt contra uendi-
torē, qui ſcienter rem alienā uēdidit, agere etiā ante, quam
res euincatur, actione ex empto ratione doli in ſic venden
do commiſſi, per illum tex. idemque voluit Salic. ibi, & ſe-
quitur Bar. in d. l. at qui §. cum me abſente, Bal. in d. l. libera
in ulti. colum. & in l. 1. in 5. oppoſitio. C. de pericu. & com-
mo. rei uendica. & eſt gloſ. in d. l. qui rem C. de euictio. & ibi
Bald. & facit l. 1. §. 1. ff. de actio. empt. Vel poteſt agere ex
ſtipulatione doli, qua uēditor promiſit dolum malum abeſ-
ſe, abfuturūq; eſſe, prout in caſu noſtro fuit promiſſum, ut
per Bartolum in d. §. ſi ſciēs. Et ad id, quod dicebatur, quòd
res bona fide uendita propter minimam cauſam inempta
fieri non debet l. res bona fide ff. de contrahen. emptio. re-
ſpondetur, quòd in caſu noſtro res non fuit bona fide uen-
dita, ſed mala, & doloſè, ac cum deceptione, ex quo Titius
ſcienter rem pro parte alienam uendidit per prædicta: Item
ſic reſcindendo uenditionem nō dicitur propter minimam
cauſam reſcindi, ſed propter magnam, prout illam lex ma-
gnam reputat, ut in d. §. ſi ſciens, ibique Bart. Salic. & alij, &
Bar. in d. l. at qui cum ſimilibus ſupra allegatis. Cum itaque
res non fuerit bona fide uendita, ſed mala, & doloſè, ac
cum deceptione, infertur, quòd res inempta fieri peti po-
teſt, quia hæc dicitur magna cauſa argumento d. l. res bo-
na fide. Et hæc quoad dubitationem propoſitam dicta ſuffi-
ciant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo omnis acquiſitionem dominij, & poſſeſſionis non impedit, & quæ impediat, & num. 19.*

2 *Incerta pars multipliciter dici poteſt.*

Incertitudo ratione loci quando dicatur.

3 *Incerta pars ratione loci, ſed certa ratione quottæ poteſt poſſideri, & acquiri.*

4 *Incertitudo ratione quottæ tantum quando dicatur, & num. 6. & 9.*

5 *Incerta pars ratione quottæ tantum poteſt acquiri, & poſſideri, & quo modo.*

6 *Incerta pars ratione quottæ an dicatur, quando expreſſa eſt per nomina numeralia decem, & ſimilia.*

7 *Venditis centum tabulis certi fundi maioris numeri tabularum in illa parte fundi, in qua emptor elegerit, an ante electionem factã emptor quicquam acquirere, ſeu poſſidere dicatur, & num. 9.*

8 *Venditio facta ad menſuram non dicitur ante menſurationem perfecta, ut ex ea dominium transferatur.*

10 *Hæres ignorans ex qua parte ſit hæres, poteſt adire, & ex tali aditione dominium acquirit, & quare ſecus ſit in acquiſitione poſſeſſionis.*

11 *Incertæ partis ratione loci, & quottæ quando dominium poſſit acquiri, et quando non.*

12 *Aditio hæreditatis, & acquiſitio poſſeſſionis differunt.*

13 *Incerta pars ratione loci, & quottæ quando, & quomodo eſſe dicatur.*

14 *Verbum pro indiuiſo quid importet.*

15 *Incerta pars ratione loci, & quottæ nec poſſideri, nec eius dominium acquiri poteſt, & num. 18.*

16 *Dominium abſque traditione ex contractu emptionis non acquiritur.*

17 *Venditio de decem tornaturis pro indiuiſo facta dicitur eſſe conditionalis, ſi menſuratio facta fuerit.*

EPITOME.

VENDITIONE *facta de ſeptem tornaturis terræ pro indiuiſo unius maioris petiæ tornaturarum ſexaginta poſitæ iuxta ſuos confines, poſſeſſionem, & dominium dictarum ſeptem tornaturarum tanquam partis incertæ ratione loci, & quottæ non potuiſſe per pactum conſtituti de poſſidendo in emptorem transferri, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CLIX.

DVBIVM vertitur, an ſtante uẽditione facta de ſeptem tornaturis terræ pro indiuiſo unius maioris petiæ terræ tornaturarũ ſexaginta poſitæ iuxta ſuos confines, ex pacto conſtituti de poſſidendo, ex quo ſolet in emptorem transferri poſſeſſio, & dominium iuxta ea, quæ habentur in c. cum ueniſſent de reſtit. ſpolia. in l. interdum, & in l. quod meo in prin. ff. de acquiren. poſſeſ. & per Bar. in l. ab emptione ff. de pact. poſſeſſio, & dominium dictarum ſeptem tornaturarum pro indiuiſo tanquam partis incertæ potuerint in emptorem tranferri: Cuius dubitationis difficultas ab eo dependet, an hoc in caſu talis dicatũr incettitudo, quæ poſſeſſionis, & dominij acquiſitionẽ impediat, quo
1 niam † non omnis indertitudo huiuſmodi acquiſitionem impedit, ut eſt tex. in l. locus in 2. reſpon. ff. de acquir. poſſ. in l. quæ de tota §. incerææ cum ibi not. ff. de rei uendi. & eſt glo. in l. emptorem ff. pro empt. ſed dumtaxat quando pars rei eſſet incerta ratione loci, & quottæ, ut in l. 3. §. incertam, & ibi doct. communiter, & in l. locus §. incerta ff. de acqui. poſ. in l. ſi quis fundum eod. tit. & l. ſi fur §. incertam ff. de uſuca-
2 pio. † Multipliciter enim pars dici poteſt incerta, nam aut dicitur incerta ratione loci, aut ratione quottæ, aut ratione loci, & quottæ ſimul: Incerta ratione loci tantum dicitur, ut exemplificant Bar. Paul. de Caſt. & Alex. in d. l. locus, in d. §. incertã, & in d. l. emptor, quando eſt expreſſa certa quotta, puta uendendo dimidiam, tertiam, uel quartam partem pro indiuiſo talis fundi, nam tunc quotta eſt certa, ſed locus eſt incertus, cũ non appareat locus diſtinctus, & certus, nec cognoſci poſſit, in quo loco certo illa pars quottitatiua fuerit uendita, cum pro indiuiſo fuerit uendita, & pars pro indiuiſo non poteſt oculis corporeis percipi, neque diſcerni; quia emens certam quottam pro indiuiſo cenſetur illam in quolibet ceſpite, & in quolibet minimo loco habere, ut in l. mœuius §. duobus ff. de lega. 2. & declarat Pau. de Caſt. & Alex. in d. §. incertam, & in d. l. locus, & eſt glo. & tex. in d. l.
3 ſi quis fundum, qui in 2. reſpon. loquitur in hoc caſu; & † talis pars, quæ certa dicitur ratione quottæ, & incerta ratione loci poteſt poſſideri, & acquiri, d. l. ſi quis fundum, & melius in d. l. locus ibi, & certa pars pro indiuiſo, nam certa dicitur reſpectu quottæ, incerta uerò ratione loci, cũ pro indiuiſo res fuerit uendita, ut ſupra, & hic nõ eſt caſus noſter.
4 ¶ ¶ Pars † uero incerta ratione quottæ tantum eſt, quando non apparet de quotta, quia non fuerit uendita dimidia, tertia, nec quarta, uel alia ſimilis per nomina quottitatiua, ſed fuerit uendita pars terræ tantum per nomina numeralia, & pro diuiſo, ut ſi uenditæ eſſent tres, ſeu quatuor tornaturæ, uel tabulæ unius petiæ terræ à tali latere, & iuxta certos cõfines, uel ſi eſſet uendita pars unius fundi ab oriente uſque ad talem locum, uel uſque ad talem arborem, non expreſſa quotta, nam dicitur incerta ratione quottæ, cum non appareat de quotta, an ſit dimidia, uel tertia, ſed benè dicitur certa ratione loci, quia apparet de loco determinato, veluti optime exemplificat glo. in d. l. ſi fur §. incertam, & eſt text. in d. l. ſi quis fundum in 1. reſponſo, ut ibi exemplificat glo. in uer. ſicut: & ita etiam poteſt intelligi tex. in d. l. locus in 1. reſpon. ibi locus certus ex fundo poſſideri, & per longam
5 poſſeſſionem capi poteſt, nam † talis pars poteſt incipere poſſideri, & acquiri poteſt, quia nõ dicitur penitus incerta, ut ibi: Poteſt & hoc modo intelligi d. l. quæ de tota §. incertæ, ubi incerta pars poteſt uendicari, & conſequẽter ex parte actoris pars incerta poteſt eſſe in domino, argumento l. in rem ff. de rei uendica. & ex parte rei poteſt dici poſſideri, quia rei uendicatio non datur niſi habenti dominium, & contra poſſidentem l. unica C. de alien. iud. mutan. cau. fac. l. is, qui de teſti. & l. qui petitorio in princ. ff. de rei uendica. debet enim intelligi de parte incerta ratione quottæ, ſed certa ratione loci, uel è contra. Vel, ut dicunt aliqui in d. l. locus, & in d. §. incertæ, & gloſ. in dicta l. 3. §. incertam, poteſt ille textus in dicto §. incertæ intelligi, quando reus conuentus rei uendicatione totàm rem poſſidebat, & ratione partis incertæ conueniebatur: & hic etiam non eſt caſus noſter, quoniam pars incerta ratione quottæ, & certa ratione loci poteſt poſſideri; & eius quis nanciſci dominium poteſt, ut in dicta l. locus in primo reſponſo.
6 ¶ Quoad † hunc caſum tamen docto. in uno uariant, nam Bar. & ferè omnes uolunt, quòd pars illa dicatur incerta ratione quottæ, quæ exprimitur per nomina numeralia decem, uiginti, & ſimilia, ut per Barto. in d. l. locus, & ibi clarè
7 per Franciſ. de Arc. & † ideò ſi quis uendiderit centum tabulas certi fundi maioris numeri tabularum in illa parte fundi, in qua emptor elegerit, dicunt, quòd emptor ante electionem nihil dicitur poſſidere, nec acquirere, quoniam dicitur uendita pars incerta ratione loci, & quottæ, de loci nãque incertitudine apparet ante electionem, quia ignoratur, in quo loco, & an in oriente, an verò in occidente uelit eligere: item dicitur incerta ratione quottæ, quoniam non fuit expreſſa pars quottitatiua, nec per nomina quottitatiua tertia, uel dimidia, aut ſimilia: & ideò talis emptor non poteſt dici incipere poſſidere ante electionem, nec ex tali uenditione aliquod dominium acquirit, tum ratione incertitudinis loci, & quottæ, d. l. locus cum ſimili-
8 bus, tum quia † talis uenditio facta fuit ad menſuram, & ſic ſub conditione, ſi menſurabitur taliter, quòd ante menſurationem uenditio non dicitur perfecta, ut ex

ea

ea dominium transferatur argumento not. per Bartolum in l.iulianus §.ſi titius ff. de actio. empti, & per Baldum in l.ſicut C.de actio.& obliga. & ita arguit Bart.in ſuo conſi. 74.incip.Petrus uendidit in fin. uer.& ſequitur Franciſ. de Aret.in d.l.3.§.incertam: & hæc eſt communis ferè omniũ opinio,à qua in iudicando,& conſulendo non eſt recedendum: Sed
9 † Iaſ.in d.§.incertam, qui fatetur omnes doct. tenere cum Bar.dicit contrarium poſſe attentari, quòd in caſu propoſito, quando per nomina numeralia pars fundi fuiſſet uendita, ut quia fuiſſent uenditæ centum tabulæ in illo loco,in quo emptor elegerit,tunc licet pars dicatur in certa ratione loci,nõ tamẽ dicetur incerta ratione quottæ, & ideò ſequitur,quòd poterit poſſideri, & acquiri, nam ad hoc,ut acquiſitio poſſeſſionis,& dominij ratione incertitudinis impediatur,requiritur,quòd ſit incertitudo ratione loci,& quottæ,alioquin ſi altero ex his modis incertitudo nõ eſſet,profectò poſſet pars illa poſſideri,& acquiri, ut in d.l. locus, & plenè declarat Iaſ.poſt alios in d.§. incertam: & quòd uenditio facta per uerba,ſeu nomina numeralia, quãdo de loco determinato,& certo non conſtat, dicatur facta de certa quotta,& ſic per nomina numeralia quotta dicatur certa,probat Iaſ.nam ſi uendo centum tabulas certi fundi,dicetur certa quotta expreſſa, quoniam per relationem ad menſuram totius fundi apparebit, & conſtabit de certa parte quottitatiua,ſi enim menſurabitur totus fundus, apparebit,quottam partem faciant centum tabulæ:nec refert ad hoc, ut pars dicatur certa ratione quottæ, an fuerit expreſſa per nomina quottitatiua,ut omnes fatentur,an uero habita relatione ad menſuram totius fundi,ut uoluit gloſ.in d.§.incertam: Præterea non refert,quid ex æquipollentibus fiat l.gallus §. & quid ſi tantum ff.de liber. & poſthum. dummodo enim conſtet de certa quotta, ſiue per uerba & nomina quottitatiua,ſiue numeralia,& maximè habita relatione ad menſuram totius fundi,ſatis eſſe debet,nec eſt curandum de modo,ut in ſimili optimè facit l.qui extrinſecus in fin.ff.de uerborum obliga.ſecundum unum intellectum. Et propterea ſi centum tabulæ habita relatione ad menſuram totius fundi certam quottam faciunt, pars dicetur certa ratione quottæ, & poterit poſſideri: & hic uidetur caſus noſter. ¶Sed animaduertendum eſt,quòd hæc doctrina Iaſ.non eſt uera maximè in iudicando,& conſulendo,quoniam docto.omnes,ſeu magis communiter, ueluti ipſemet atteſtatur,contrarium tenent, quòd per nomina numeralia pars non reddatur certa ratione quottæ, ut per Bart. Alex. & Imol.in d.§.incertam,& clarius per Franciſcum de Aret. poſt Paul.de Caſtr.in d.§.incertam, & in d.l.locus, & ideò de hac Iaſonis opinione in conſulendo,& iudicando non eſt curandum,argumento eorum,quæ uolunt canoniſtæ per illum textum in c.ne innitaris de conſtitu.& in c.1.in fin.uer. eodem tit. Præterea opinio Iaſ.fortè poſſet ſubſtineri, ut ipſe loquitur,quando habita relatione ad menſuram totius fundi apparet de certa quotta,ut quia fuiſſent uenditæ centum tabulæ unius fundi maioris numeri tabularum, expreſſo numero tabularum,ſeu tornaturarum totius fundi,& fundus totus, facta eius menſuratione eſſet tot tabularum, ſeu tornaturarum, & ſic habita relatione ad numerum omniũ tabularum,ſeu tornaturarum dicti fundi, conſtaret certam partem quottitatiuam fuiſſe uenditam, hoc enim caſu conſtaret uenditorem uoluiſſe uendere dimidiam,ſeu tertiam, uel aliam ſimilem partem totius fundi,& ſic pars eſſet certa ratione quottæ,ut de ſe patet: Sed hic etiam non eſt caſus noſter, quoniam impoſſibile eſt, quòd ſeptem tornaturæ uenditæ aduerſario,habita relatione ad fundum ſexaginta tornaturarum, ut dictum fuit in inſtrumẽto uenditionis, faciant certam partem quottitatiuam, ut de ſe patet rectè calculando, & computando, ac etiam quia in caſu noſtro fundus totus non eſt,nec erat ſexaginta tornaturarum, ſed minoris numeri,ut facta menſuratione poſtea conſtitit: Clare ergo infertur,quòd etiam habita relatione ad totum numerum tornaturarum totius fundi non poteſt dici conſtare fuiſſe uenditam certam partem quottitatiuam dicti fundi. Præterea dato etiam,quòd uenditio certæ quottæ habita relatione, ut ſupra, reſultare poſſet, tamen dictum Iaſ. hoc in caſu male poſſet ſubſtineri per plura, quæ docto. in locis allegatis ponunt, & ego breuitatis cauſa omitto.

¶Nec eſt uerum,quòd glo.in d.§.incertam uelit,partem dici certam ratione quottæ habita relatione ad menſurã totius fundi,quando uendita fuiſſet pars fundi per nomina numeralia; & docto.omnes contrarium tenent: & ideò ſequitur,quòd in caſu noſtro cum pars dicatur incerta ratione loci,& quottæ,ueluti etiam infra ſtatim dicetur,illa non potuit per emptorem poſſideri,nec ei acquiri, d.l.locus, d. l.ſi fur.§.incertam,& d.l.3.§.incertam.Sed melius ad propoſi-
10 tum facit glo.in d.l.locus,dicens, † quòd hæres,qui ignorat,ex qua parte ſit hæres,poteſt adire, & ex tali aditiõe dominium acquirit argumento l. cum hæredes cum ibi not. ff. de acquiren poſſ.& hoc non ex alio, niſi quia facilè poteſt effici certus,ex qua parte ſit hæres,habita relatione ad teſtamentum,quæ reſponſio,& ſolutio non eſt uera,nec tuta, ut in terminis dicit Alex.in d.l.locus ſubdens in fin.uer.docto-
11 res aliter loqui,& aliud uelle,uidelicet, † quòd ex quo per aditionem hæreditatis mediante legis diſpoſitione dominiũ abſq; traditione acquiritur, ut habetur in d.l.cum hæredes, partis incertæ ratione loci,& quottæ dominium acquiri poteſt, ſecus ſi traditio ad acquiſitionẽ dominij requireretur, quia tunc non poſſet acquiri ratione incertitudinis quottæ,& loci,ut per Iaſonem in d.§.incertam in 2.limitatione,
12 & ibi dominus meus Sozi. in prin.ac etiam † dum quærit de ratione differentiæ inter aditionem hæreditatis,& acquiſitionem poſſeſſionis, nam aditio hæreditatis à ſolo animo dependet l.gerit,& l.pro hærede ff.de acquir. hæred. acquiſitio uerò poſſeſſionis non ſolum ab animo dependet, ſed etiam à corporali apprehenſione, ut ibi per eum, & argumento d.l.3. in prin. ff. de acquiren. poſſ.
13 ¶Pars autem † incerta ratione loci,& quottæ dicitur eſſe,quando non apparet de quotta,quia non fuerint expreſſa nomina quottitatiua dimidia,tertia, & ſimilia, nec apparet de loco certo, & determinato, quamuis indeterminatè de loco cõſtet,ut quia in quolibet minimo loco,& in qualibet parte glebæ quis partem habeat; nam talis loci indeterminatio non facit dici locum certum, ſed incertum, ut in d.l.ſiquis fundum ff. de acquiren. poſſ. ibi licet ignoret, quis ſit locus: & hoc exemplificatur primo ſecundum Bar. quem alij ſequuntur in d.l.3.§.incertam,& Alexan. in d. l. locus,quãdo non expreſſa quotta,nec expreſſo loco certo, & determinato uenditur pars fundi in illo loco, in quo emptor elegerit, nam ante electionem quotta pars eſt incerta, quia non fuerunt expreſſa nomina quottitatiua,item locus etiam eſt incertus,quia emptoris eſt electio, in quo uelit eligere argumẽto l.legato generaliter cum ibi not.ff. de lega. 1.iunctis plenè not.per Bartolum in l.ita ſtipulatus la grande ff.de uerborum obliga. & per Bartolum,& alios in d. §. incertam,& in d.l.locus. Secundo poteſt exemplificari,quãdo per nomina numeralia decẽ,uiginti,& ſimilia pars fundi fuerit uendita pro indiuiſo, puta dicendo, uendo tibi uiginti iugera talis fundi pro indiuiſo,& fundus eſſet maioris numeri iugerum, nam dicitur pars incerta primo ratione quottæ,quia per nomina numeralia pars non dicitur certa ratione quottæ,per Areti.& alios poſt Paul.de Caſtr. in d. §.incertã, & ſupra dixi: item dicitur incerta ratione loci, quia dicendo pro indiuiſo non eſt locus certus,& determinatus expreſſus,cum in qualibet parte glebæ partẽ habere

bere dicatur,ut ſupra: Quod etiam ſuadetur ex ijs,quæ tra
dit Alex.in d.§. incertam dicens, quòd incertitudo ratione
loci dicitur,quando neſcio, in quo angulo partem habeam
determinatam, an uerſus orientem, vel occidentem, ut.
quia vendam tibi decem tornaturas talis prædij confina-
ti, quod tamen ſit maioris numeri, nam hoc caſu dicitur
vendita pars incerta ratione quottæ, quia non per nomina
quottitatiua,ſed per nomina numeralia fuerunt expreſſa,
item incerta ratione loci, quia non dixi ab oriente,uel occi
dente:Et ideò cum poſſit intelligi tàm ab oriente,quàm ab
occidente,locus dicetur incertus:Hoc igitur magis dicen-
dum erit, quando dictum fuiſſet, uendo decem tornaturas
talis fundi maioris numeri pro indiuiſo, tum quia non fuit
expreſſum ab oriente,uel occidente per ea, quæ dicit Alc-
14 xan. tum etiam quia dictum fuit pro indiuiſo † per quod
verbũ infertur,quòd emptor dicatur habere,& emiſſe par-
tẽ in qualibet parte glebæ, & in quolibet minimo loco per
not. in d.l.mœuius §.duobus,& expreſſè per Paul.de Caſt.
in d.l.3.§.incertam, & per Bar. in d.l.locus, qui præſuppo-
nunt,extare incertitudinem ratione loci, quando facta fuit
uenditio de parte, ſeu de certo numero tornaturarum pro
indiuiſo, hoc enim pro indiuiſo facit incertitudinem ra-
tione loci,ut ibi per eos,& omnes docto.hoc fatentur, atq;
admittunt, & eſt tex.in d.l. ſi quis fundum cum ibi not.
¶Ex quibus indubitanter apparet, quòd in caſu noſtro,
in quo fuerunt uẽditæ ſeptem tornaturæ unius maioris pe
tiæ terræ pro indiuiſo, dicitur uendita pars incerta tàm ra-
15 tione quottæ, quàm loci,& † conſequenter illa nõ potuit
tradi,nec poſſideri,nec vſucapi d.l.locus, d.l.ſi quis fundũ,
d.l.emptor,& d.l.ſi fur §.incertam cum ſimilibus:Nec illius
16 etiam dominium transferri potuit,quia † abſque traditio
ne dominium ex contractu emptionis non acquiritur l.tra-
ditionibus C.de pactis, l.traditio, l.nuda cum ſimil.ff. de ac
quir.rerum dom.& §.per traditionem Inſti.de rerum diuiſ.
quod ultimum reſpectu dominij ſuadetur etiam ex ratio-
ne ſupra tacta de mente Bar.in d.conſi.ſuo,& per Areti.in
17 d.§.incertam,nam † talis uenditio facta de decem torna-
turis pro indiuiſo dicitur eſſe conditionalis, ſi facta fuerit
menſuratio taliter, quòd ante menſurationem aliquod do-
minium,& ius ipſi emptori non acquiritur, vt colligitur ex
not.per Bar.in l.Iulianus §.ſi Titius ff.de actio.empt. & per
Bal.in l.ſicut C.de actio.& obliga. & in terminis per Bar.in
d.conſi.74.per Areti.in d.§.incertam,& argumento l.cede
18 re diem ff.de uerbo.ſignifi,cum ſimilibus.Et † quòd par-
tis incertæ ratione loci,& quottæ non poſſit dominium trãſ
ferri, ſenſit etiam expreſſè Iaſ.in d.l.3. §.incertam in 2.limi
tatione,& ante ipſum hoc fuit de mẽte Sozi.ibi,de quo nul
19 lam facit mentionem,qui omnes uoluerunt, † quòd quã
do transfertur poſſeſſio ex legis diſpoſitione, tunc incerti-
tudo acquiſitionem poſſeſſionis non impediat,ſicut non im
pedit acquiſitionem dominij,& ita intelligatur d.l.quæ de
tota §.incertæ ff.de rei uendica.l. cũ hæredes cum ibi not.
per Bar.& alios ff.de acquir.poſſ.ſecus ſi ad acquiſitionem
poſſeſſionis,& dominij requiratur traditio, & conſequẽter
mediante acquiſitione poſſeſſionis dominium acquiratur,
nam tunc incertitudo ratione loci, & quottæ dominij ac-
quiſitionem impediret: Cum ergo in caſu noſtro dominiũ
eſſet acquirendum mediante acquiſitione poſſeſſionis, &
traditione,iuxta d.l.traditionibus,d.l.traditio, l.nunquã nu
da ff.de acquir. rerum dom. & l.quoties C. de rei uendica.
& fuerit uendita pars incerta ratione loci, & quottæ, talis
incertitudo acquiſitionem non modo poſſeſſionis, ſed etiã
dominij uitiare,ſeu impedire debet argumento d.l.3. §.in-
certam,d.l.locus, & d.l.ſi quis fundum cum ſimilibus ſupra
latius deductis.Præmiſſa etiam ſuadentur ex ijs,quæ haben
tur per Bar. quem docto.omnes ſequuntur in d.l.3.§.incer
tam,qui inquit,ſtante hoc,quòd quando res, ſeu pars eſt in
certa ratione loci,& quottæ,illa nequeat poſſideri,ad quæ-
ſtionem inferri poſſe,quidam emit centum tabulas terræ in
prædio tuo in illa parte,in qua emptor eligeret, & conſti-
tuiſti te rem uenditam nomine emptoris poſſidere, deinde
emptor ante electionem, & ſic durante adhuc incertitudi-
ne,rei uendicatione egit,dicit Bar.quòd ratione incertitu-
dinis loci, & quottæ emptor non potuit obtinere in illo iudi
cio rei uendicationis, quæ ratione dominij datur l.in rem,
& l.is,qui ff.de rei uendica. quamuis tu uẽditor nomine em
ptoris te poſſidere conſtitueris:Et ſic Bar. ibi apertè innuit,
quòd ratione incertitudinis loci, & quottæ non potuit ac-
quiri dominium rei uenditæ etiam ad effectum agendi rei
uendicatione,nam ſi dominium potuiſſet acquiri, profectò
agendo rei vendicatione potuiſſet obtinere, cuius contra-
rium ibi uoluit Bar.& in d.ſuo conſi.cum quo docto.cõmu
niter pertranſeunt in d.§.incertam,ubi Alex. Areti.& alij.
Concludendum itaque eſt ex præmiſſis omnibus dominiũ,
& poſſeſſionem dictarum ſeptem tornaturarum, ut ſupra,
uenditarum non potuiſſe ex pacto conſtituti de poſſidendo
in emptorem transferri. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Domuncula in ſummitate domus, ſeu apothecæ dicitur propriè cœnacu-
lum.*
2 *Et an, & quando, & cui domui, ſeu ſolo uendito, ſiue legato ce
dat.*
3 *Pretij quantitas arguit, an quid aliud venditione comprehenda-
tur.*
4 *Vendita re cum iuribus, & pertinentijs ſuis, de quibus pertinentijs in-
telligatur.*
5 *Venditio rei intra certos confines facta comprehendit omne id, quod intra
illos confines continetur.*
6 *Et an id ſemper verum ſit.*
7 *Præſumptio vna tollitur per aliam, & magis per plures contrarias.*
8 *Rom.in conſi.5.declaratur.*
9 *Taſſellum, ſeu conclaue poſitum ſuper apotheca, ſeu domo uendita ali-
cui, ad quod tempore venditionis non habebatur aditus per dictam apo
thecam, ſeu domum venditam, ſed per aliam ipſius venditoris non
venditam, dicitur à venditore, non autem ab emptore poſſi-
deri.*

EPITOME.

APOTHECA *ſimpliciter uendita, cœnaculum, ſiue do-
munculam, quod, ſeu quæ eſt in ſummitate apothecæ inter apo
thecam uenditam, & aliam apothecam, ſeu domum, quæ ip-
ſi uenditori remanſit, uenditione non comprehendi: & ſuper-
ædificatum an, & quando, & cui ſolo ſiue uendito, ſiue legato ce-
dere debeat, demonſtratur.*

CONSILIVM CLX.

AN uendita taberna, ſeu apotheca ſimpliciter, cen
ſeatur etiam uenditum cœnaculũ, hoc eſt domun-
cula, quæ eſt in ſummitate apothecæ inter apo-
thecam uenditam,& aliam apothecam,ſeu domum,quæ ip
1 ſi uenditori remanſit, † quæ domuncula propriè dicitur
cœnaculum,ut eſt textus in l.ſi duo §.ſed ſi ſupra ff.uti poſ-
ſid.& ibi Bar.& per eundem in l.quod conclaue ff. de dam
no infecto,concludendum eſſe arbitror pro parte negati-
2 ua, quoniam † domo uendita non comprehenditur cœ-
naculum alteri ſolo, & domui ſuperimpoſitum, ſed cœna-
culum cedit illi ſolo, cui eſt ſuperimpoſitum, ut eſt textus
clarus,ibique Bart.Pau.de Caſt. & omnes in d.l. quod cõ-
claue, ubi Pau.de Caſtr.& Ioan.de Imo. poſt alios dicunt,
quòd

quòd niſi conſtet, & legitimè fuerit probatum, quòd con-
claue, ſeu cœnaculum fuerit per uenditorem ad uſum alte
rius domus, uel apothecæ deputatum, in dubio ſemper illi
domui cedere debet, in cuius parietib. uel ſolo ſubſtentatur,
& cuius pars dicitur per l. quēadmodum §. 1. ff. ad l. acquil.
& d. l. quod conclaue: Sed in caſu noſtro non apparet, ne-
que probatum fuit, quòd conclaue, ſeu cœnaculum per uē
ditorē fuerit ad uſum apothecæ uēditæ deputatū, & repe-
ritur, quòd à ſolo, & parietibus alterius domus, & apotecæ
ipſius uenditoris ſubſtentatur, ergo non cenſebitur uendi-
tum, ſed domui non uenditæ, in cuius ſolo, & parietibus ſub-
ſtentatur, cedere dicetur: Ad quod facit tex. in terminis in
l. ſi cui ædes ff. de lega. 3. ubi legatis ædibus, omne ædificiū,
quod ſupra ſolum ædium eſt, legatario debetur, quia, ut in-
quit glo. omne ſuperædificatum cedit ſolo d. l. ſi duo §. ſed
ſi cum ſimilibus per eam allegatis, & hoc, niſi expreſsè con
ſtaret, cōclaue, ſeu ſuperædificium fuiſſe ad uſum aliarum
ædium aſſignatum, & dominum, hoc eſt teſtatorē ita uſum
fuiſſe: eſt ergo ibi caſus pro deciſione caſus noſtri, quoniā
conclaue, ſeu cœnaculum, de quo lis uertitur, eſt ſuperim-
poſitum ſolo, quod ipſi uenditori remanſit, & ſuper parie-
tibus eiuſdem eſt fundatum, & ab eo poſſidetur, ut probatū
fuit, nec illud fuit ad uſum apothecæ uenditæ deputatum,
nec eo ad illius uſum uenditor uſus fuit, quia hoc emptor
non probauit, ergo &c. Præterea tunc conclaue, ſeu cœ
naculum ſuperimpoſitum ſolo aliarum ædium, & à parie-
tibus alterius domus ſubſtentatum cenſetur in dubio ad
uſum ædium legatarum, uel uenditarum deputatum, quan
do teſtator, ſeu uenditor à latere, & parte domus uenditæ,
ſeu legatæ hoſtium fecit, & ita dicto conclaui, ſeu cœnaculo
ad uſum dictæ domus uſus fuerit, alioquin cedit domui, ſu-
per cuius ſolo eſt impoſitum, uel à cuius parietibus ſubſten
tatur, & ab eo poſſideri cenſetur, qui ſolum poſſidet, & non
ab illo, qui ut dominus moratur in conclaui, ſeu cœnaculo,
ut eſt tex. in d. l. ſi duo §. ſed ſi, & in d. l. quod conclaue, ac ēt
glo. & docto. in d. l. ſi cui ædes, & eſt optimus tex. in l. prædiis
§. balneas, & in §. domum, ibiq; Bart. ff. de lega. 3. ſed dictū
conclaue, ſeu cœnaculum in terminis noſtris non fuit per
uenditorem deputatum ad uſum apothecæ uenditæ, quia
non fecit hoſtium, per quod aditus ad illud per apothecam
uenditam haberi poſſet, nec ita unquam uſus fuit, ſed em-
ptor fuit ille, qui clam poſt emptionem apparuit, fecitq; ho
ſtium, & aditum ad dictum cōclaue, ſeu cœnaculum, ut per
Hieronymum hæredem uenditoris fuit probatum, & ex cō
feſſione aduerſarij apparet, ergo abſque dubio concluden
dum eſt, dictum cōclaue, ſiue cœnaculum ad emptorē non
pertinere, nec in uenditione facta de apotheca comprehen
di, ſed alteri apothecæ, ſeu domui, quæ uenditori, ſuiſque hæ
3 redibus remanſit, cedere. ¶Rurſus † ex quantitate pre-
tij præſumitur, an dictum conclaue, ſeu cœnaculum cenſea
tur cum apotheca uenditum, ut probatur in d. l. prædiis §.
balneas, & per Areti. & Ioan. de Imol. in l. 3. in princ. in fin.
uer. ff. de acquir. poſſ. per not per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de ſuper-
ficie. & in l. 1. C. de iure emphy. per Ioan. de Imol. in c. quia
propter col. 21. de loca. per Alexandrū in conſi. 84. in ulti.
col. uol. 1. & habetur per Bartolum in l. meminiſſe in fi. uer.
ff. de offi. proconſ. & clarius in l. ſemper in ſtipulationibus ff.
de regu. iuris, & Barthol. Cepol. in tit. de ſerui. urba. prædio.
in c. 30. in 5. q. ubi ex modicitate, uel magnitudine pretij præ
ſumitur, an res alia fuerit uendita, ſeu in uenditione com-
prehendatur, nec ne: Sed ſi in caſu noſtro dictum cœnacu-
lum, ſeu conclaue uenditione apothecæ comprehendi, illiq;
cedere diceretur, profectò uenditio longe minoris facta eſ
ſet, quam eſſet dimidia iuſti prætij, uel quam ualeret apo-
theca cum dicto conclaui, ut in proceſſu probatum fuit, er-
go etiam dictum conclaue uenditum dici nō debet per præ
4 dicta. Et ad propoſitum faciunt ea, † quæ ponunt Alex.
& Ioan. de Imol. in l. 3. in princ. col. penul. ff. de acquir. poſſ.
dicentes, quòd ſi res fuit uendita cum iuribus, & pertinētiis
ſuis, debet intelligi uendita cum illis rebus, quæ ſunt pro-
priè pertinentiæ rei adeò, quòd non ueniunt res aliæ ſpe-
ciales etiam cohærentes, & continguæ: & Innocen. in c. ex
literis de iure patron. inquit uideri ſolum uendita illa, quæ
ſunt de natura rei uenditæ, & non alia. ¶Et ex prædictis
colligitur optimè reſpōſio omnibus, quæ in contrariū ad-
duci poſſent, & præſertim ſi ex aduerſo allegaretur, quòd
apotheca uendita fuit confinata iuxta magiſtrum Ambro-
5 ſium de Mediolano, ergo † comprehendi deberet omne
id, quod intra confines datos, & appoſitos continetur argu
mento l. æde ſacra §. 1. ff. de contrahen. emp. l. ſi fines & ibi
Bal. C. de euictio. l. patronus §. 1. & 2. ff. de lega. 3. cū ſimil.
6 & ita tenet Roma. in conſi. 5. quoniam † illud eſt uerum,
niſi eſſet res ſuperimpoſita alteri ſolo, & quæ à parietibus
alterius domus non uenditæ ſubſtineretur, nec per uendi-
torem fuiſſet ad uſum domus, ſeu apothecæ uenditæ deſti-
nata per prædicta. Vel id eſt uerum, niſi eſſet talis res, quæ
attenta modicitate prætij non præſumeretur uendita, quo-
niam tunc appoſitio unius confinis cenſetur ex errore poſi-
ta, & falſa demonſtratio non debet officere l. falſa demon-
ſtratio ff. de condit. & demon. Præterea quamuis omnia in
ter confines denominatos contenta præſumantur uendita
per prædicta, tamen aliud eſt dicendum, quando ex aduer-
ſo plures contrariæ præſumptiones concurrerent, quòd nō
omne inter confines contentum cenſeretur uenditū, prout
7 in caſu noſtræ plures concurrunt, ut dictum fuit: & † una
præſumptio tollitur per aliam, & magis per plures præſum
ptiones contrarias argumento l. 1. C. de patria poteſta. iun
cta. l. ſi filius ff. de probatio. Ex quibus reſpondetur ad ea,
quæ adducit Roma. in d. conſi. 5. qui conſuluit, quòd uēdi-
to cluſo domus cenſetur etiam uenditum conclaue, ſeu cœ
naculum, uel uulgariter loquendo, taſſellum uſque ad te-
ctum incluſiue, quoniam quicquid eſt inter demonſtrata
confinia, uenditum cenſeri debet argumento d. l. ſi fines cū
aliis ſupra allegatis, item quia in inſtrumento uenditionis di
cebatur, quòd omnia uendita cenſerentur, quæ inter præ-
dictos confines continentur, & hæc uerba ultra ius commu
ne debēt aliquid operari argumēto l. ſi quando C. de inoffi.
8 teſta. l. ſi quando ff. de lega. 1. & c. ſi papa de priuil. nam † illa
ſua conſultatio procedit, quando uenditor aditum habuiſ-
ſet de re uēdita ad conclaue, ſeu taſſellum, uel cōclaue, ſeu
taſſellum fuiſſet aliter ad uſum cluſi, & rei uenditæ deputa-
tum, ueluti ſupra demonſtraui, alioquin Roma. malè, & con
tra doctrinam Bar. & communem in locis præallegatis cō-
ſuluiſſet. Præterea Roma. loquitur, quando ex uerbis con
tractus expreſsè apparebat, taſſellum & conclaue poſitum
ſupra cluſum, & rem uenditam fuiſſe uenditum, ut quia di
ctum eſſet, uendidit unum cluſum domus cuppatæ, & taſſel
latæ, & conſequenter in caſu Romani fuit uenditū expreſ-
sè cluſum domus cum taſſello, tecto, & cuppis, in terminis
autem noſtris ex uerbis non conſtat expreſsè fuiſſe uendi-
tum conclaue, ſeu taſſellum cum cuppis. Præterea quam-
uis in caſu noſtro poſſet dici uenditum conclaue, ſeu taſſel-
lum cum cuppis recto filo uſque ad cælum iuxta l. altius C.
de ſeruit. & aqua, & quatenus ſe extendit ſolum, & terrenū
apothecæ uenditæ, & quatenus comprehendunt eius pa-
rietes, prout uoluit Roma. in d. conſi. qui hoc, & non aliud
uoluit, tamen non debet cenſeri uenditum illud taſſellum,
ſeu conclaue, quod ultra ſolum, & parietes dictæ apothe-
cæ ſe extēderet, quia illud in dubio ipſi uenditori dicitur re
manſiſſe argumento not. in d. l. quod conclaue, & in d. l. ſi
cui ædes per glo. & eſt de mente Alex. in conſi. penult. in 2.
uol. col. 2. ibi fortaſſe, dū reſpondet ad d. l. prædiis §. balneas.
¶Vltimo

¶Vltimo poſito, ſed non conceſſo, quòd d.conſi.Roma. faceret, ad fauorem emptoris in cauſa petitorij, quod uendita apotheca, ſeu uendito cluſo apothecæ cenſeretur etiam pro eodem pretio uenditum conclaue, ſeu taſsellum ſupra poſitum, ad quod non poterat etiam haberi aditus per apothecam, & conſequenter uenditor ad illius quoque taſſelli, & conclauis traditionem teneretur argumento l. 1. cum ibi not. & Iulianus §.ex empto. ff. de actio.emp. tamen non
9 facit ad cauſam poſſeſſorij, quia † venditor, & non emptor taſſellum, & cõclaue etiam poſitum ſupra apothecam venditam dicitur poſſidere, quando tempore uenditionis ad illud per apothecam aditus non habebatur, ut eſt tex. in d.l.ſi duo §.ſed ſi cum glo. & ibi Bar. ſed nos ſumus in cauſa poſſeſſorij, ut ex tenore libelli colligitur, & argumento l.ſi quis conductionis cum ibi not. C.loca. & tempore uenditionis non poterat per apothecam ad dictum cœnaculum, ſeu taſſellum aditus haberi, ſed ad illud habebatur aditus per domum ipſius venditoris non uenditam, ergo in hoc iudicio poſſeſſorio debet obtinere uenditor, ſeu illius hæres qui ſua poſſeſſione per emptorem apothecæ fuit priuatus poſt emptionem frangendo taſſellum, ac faciẽdo hoſtium, per quod aditus de apotheca ad conclaue haberetur, & interponendo parietem inſcio uenditore, eiuſque hærede per d.l.ſi duo §.ſed ſi cum ibi not. & dicta Alex. in d.conſil. penul. in 2. uolum. ſi rectè eius verba inſpiciantur, pro deciſione caſus noſtri potius faciunt: Et ita concludendum eſſe magis de iure exiſtimaui. Laus deo.

SVMMARIVM.

1 *Verba præſentis temporis ſui natura ad futura non trahuntur in diſpoſitione hominis à mera voluntate unius non dependente, ſed præſentia tantum tempore diſpoſitionis extantia comprehendit.*
2 *Apothecæ, & tabernæ appellatione quando non ſolum locus, ſed etiam negotiatio, & artificium, ac contenta in ea comprehendantur, & nume.6.*
3 *Debitorum nomina certo loco non coarctantur.*
4 *Apothecæ, & menſæ appellatione iura quoque, hoc eſt æs proprium, & nomina debitorum continentur.*
5 *Calendarij legatum comprehendit non ſolum librum, ſed etiam nomina debitorum in eo deſcripta.*
7 *Communis uſus loquendi etiam in contractibus attenditur, & propriè ſignificationi præfertur, attenta qualitate perſonarum, vel ſubiecta materia.*
8 *Paciſci quis in dubio cenſetur ſibi, & pro ſuo intereſſe, ac de rebus ſuis.*
9 *Poſita ſub vna eademque determinatione debent pariformiter intelligi, quando eadem ratio concurrit.*
10 *Pactum unum dubium per aliud præcedens, & lex una dubia per aliam præcedentem, uel ſequentem declaratur, & nume.15.*
11 *Argumentum, & interpretatio ab eo, quod ſolitum eſt, & uériſimile, ſumitur, & num.14.*
12 *Contractus unus, ſiue appoſitum in eo declaratur per alium ſimilem contractum præcedentem.*
13 *Emphyteoſis renouata ſemper in dubio intelligitur renouata ſecundum naturam primæ conceſſionis.*
16 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*
17 *Commune quod eſt non propriè, & ſimpliciter loquendo dici proprium.*
18 *Ceſſio requiritur in tranſlatione iurium, & actionum.*
19 *Societate omnium bonorum, vel alicuius vniuerſitatis, vt capitalis apothecæ, & ſimilium contracta, dominium rerum corporalium ipſo iure abſque traditione, iurium verò, & actionum mediante ceſſione transfertur.*
20 *Societas non ſolum ſuper bonis, & rebus corporalibus, ſed etiam ſuper iuribus, & nominibus debitorum contrahi poteſt.*
21 *Societas non ſolum expreſſè, ſed etiam tacitè, ex animo, & re ipſa, nihil dicendo de ſocietate, contrahi, ac etiam diſſolui poteſt.*
22 *Societas ex prius geſtis, & ſolitis infertur.*
23 *Societates plures diuerſarum ſpecierum in eodẽ inſtrumento contrahi poſſunt.*
24 *Lucri pars in ſocietate in dubio æqualiter, aliàs prout conuentum fuerit, diuiditur, etiam ſi inæqualitas inter ſocios contingeret.*
25 *Verba pacti dubia uériſimiliter ſunt interpretanda.*
26 *Pactum inæqualitatem cõtinens ſi reſpectu inæqualitatis ſit reciprocum, eſt iuſtum, & ualidum.*
27 *De toto, & non de parte intelligitur, quando ſimpliciter de aliquo facta eſt mentio.*
28 *Verbis contractus ſtandum eſt, ut comprehendant omne id, quod ex eorum generalitate comprehendere poſſunt, quando ea menti conueniunt.*
29 *Legem rebus ſuis quis imponere poteſt.*

EPITOME.

Pactvm in uenditione capitalis alicuius artis facta uni ex ſocijs per alterum ſocium, quod exigatur, & diuidatur inter ſe pro certis ratis, & partibus id, quod exigi contigerit à debitoribus, qui extant, & reperiuntur eſſe debitores apothecæ, ac etiam qui eſſe reperiuntur debitores ipſius uenditoris, de quibus debitoribus intelligatur; & quòd ex actum à debitoribus ſit indiſtinctè iuxta conuenta diuidendum, non habita conſideratione participationis debitorum uſque ad integram crediti cuiuslibet ſatisfactionem, in caſu huius conſilij probatur.

CONSILIVM CLXI.

VISO inſtrumento uẽditionis factæ de capitali Aromatariæ inter Ioan. Dominicum venditorem, & magiſtrum Nicolaum emptorem, cum pacto exigendi, & diuidendi inter ſe pro certis partibus, & ratis id, quod exigi contigerit à debitoribus, qui extant, & reperiuntur eſſe debitores dictæ apothecæ, ſeu capitalis, ac etiam qui eſſe reperiuntur debitores dicti Ioan. Dominici, prout in inſtrumento prædicto continetur, & viſis alijs capitulis in dicto inſtrumento, & in quibuſdam alijs inſtrumentis ſocietatis alias initæ inter præfatos ſuper dicta apotheca, ſeu capitali contentis, atque expreſſis, de tribus dubitari contingit, Primum eſt, de quibus debitoribus dictum pactum intelligatur. Secundum eſt, vtrum diuiſio, & participatio nominum debitorum duratura ſit ſolum modo, quouſque alterutri fuerit ſolutum, & ſatisfactum de eo, quod ſibi debetur, an verò donec aliquid à debitoribus antedictis exigendum ſupererit, in tantum, quòd omne, quod ab ipſis debitoribus uſque ad integram totius debiti ſatisfactionem exigetur, ſit, vt ſupra, inter præfatos Ioannemdominicum, & magiſtrum Nicolaum diuidendum. Tertium eſt, an dictum pactũ uendicet ſibi locum in ijs debitis, quæ poſt emptionem factam de dicto capitali fuerunt ratione dictæ apothecæ cum ipſo magiſtro Nicolao contracta. ¶Redeo ad primum, pro cuius intelligentia præſupponendum eſt, quòd plura genera debitorum reperiuntur, quæ occaſione dictæ apothecæ aromatariæ contracta fuere, nam aliqua fuerũt contracta tempore, quo Veſpaſianus pater Ioannisdominici eius nomine dictam artem exercebat, aliqua, quæ ſunt contracta eo tempore, quo dictus Veſpaſianus ſocietatem cum dicto magiſtro Nicolao, & quodã Baptiſta habebat, aliqua, quæ fuerunt creata eo tempore, quo dictus Ioan. Dominicus ſocietatem habebat cum dicto magiſtro Nicolao, & quodam Georgio, & ultimo loco quædam contracta fuerũt ſub nomine ſolius Nicolai prædicti poſt emptionem ab ipſo de dicto capitali factam. ¶Item præſuppono, quòd pactum prædictum de diuidendo exacta à debitoribus, & participãdo pro ratis, de quibus in dicto uenditionis inſtrumento, ex parte Ioannis Dominici comprehẽdit illa debita, quæ tempore contractus uenditionis, & ante ipſi Ioannidominico debebãtur, & ad eum iure proprio ſpectabant, ex parte uerò magiſtri Nicolai emptoris illa debita ſolum, quæ ad eũ

ratione

ratione capitalis venditi pertinebant, & extabant, ac repe-
riebantur eſſe debita tempore, quo uenditio capitalis con-
tracta fuit, & non illa debita, quæ poſt uenditionem factam
contracta fuerunt, ut innuunt ea uerba inſtrumenti, & quia
reperiuntur, & extant nonnulli debitores dictæ apothecæ,
& qui etiam fuerunt, & ſunt debitores ipſius Ioannis Domi
nici &c. illa enim uerba, & quia reperiuntur, & extãt, ſunt
uerba præſentis temporis, & uerificantur in iis tantum, qui
tempore uenditionis erant debitores, non autem in iis, qui
poſtea in futurum debitores in dicta apotheca creati fue-
rũt, dum ipſe magiſter Nicolaus poſtea ſuo nomine, & tã-
quam dominus apothecæ dictum capitale exercuit: Nam
1 † uerba præſentis temporis ſui natura ad futurum nõ tra-
huntur, ut in l. fi. ff. de libera. lega. & l. ſi ita ff. de auro, & ar-
gen. lega. ubi Bar. dicit, quòd quando nos ſumus in diſpoſi-
tione hominis, quæ à mera unius uoluntate non dependet,
ſi de magno præiudicio agatur, tunc uerbum præſentis tem
poris, dummodo non ſit uerbum ſolet, ad futura non trahi-
tur, ſed ſolum comprehẽdit præſentia, quæ tempore diſpo
ſitionis extabant; & dicit Bald. in l. fin. C. de codicillis in 4.
col. quòd tempus præſens ſignificat actum in præſenti, præ-
teritum uero actum receſſiſſe à tempore præſenti, & fu-
turum ſignificat actum acceſſurum tempori. Verba au-
tem, quæ referuntur ad debita Ioãnis Dominici, ſunt uer
ba præteriti temporis, ac etiam præſentis, ut ibi & qui
etiam fuerunt, & ſunt debitores ipſius Ioannis Dominici,
de quorum natura eſt, ut comprehendãtur debitores Ioan
nis Dominici, qui ante contractum uenditionis, & tempo-
re uenditionis erant illius debitores, ut in iuribus allegatis,
maximè in d. l. fin. ff. de libera. lega. & per Bar. in l. talis ſcri-
ptura in §. fin. col. 1. in 2. oppoſ. ff. de lega. 1. in l. mela §. 1. ff.
de alimẽ. & ciba. lega. & in l. ſi ita ſcripſiſſet ff. de lega. 2. per
illum tex, qui optimè probat: Sub hoc igitur pacto ſolum
continebuntur debitores illi, qui fuerunt, & erant debitores
Ioannis Dominici ante tempus, & tempore contractæ uen-
ditionis dicti capitalis, & qui erant etiam debitores apothe-
cæ, hoc eſt capitalis uenditi eo tempore, quo uenditio facta
fuit. Et quamuis ſub dicto pacto comprehendantur debi-
tores, qui dictæ apothecæ debitores extant, ac reperiuntur,
tamen debet intelligi de debitoribus ipſius capitalis uendi-
2 ti, ſeu qui in ipſo capitali uendito continentur, quoniam † li
cet apotheca latine dicatur cella uinaria, & ſic locus, in quo
eſculenta, & poculenta, ſeu uina ſeruantur, & reconduntur,
atque uenduntur, ut habetur in l. 1. C. de uerborum ſignifi.
uulgo autem generaliter capiatur pro quacunque officina,
& taberna, in qua merces uendũtur, & negotiatiões exercẽ
tur iuxta l. inſtructam ff. de uerborum ſignifi. & in l. hæres
abſens §. at ſi quis ff. de iudi. & argumento l. qui tabernas ff.
de contrahen. emp. & l. tabernæ ff. de fundo inſtructo, tamẽ
quandoque, & plerunque appellatione apothecæ contine
tur negotiatio, & artificium, ſeu exercitium, quod in apo-
theca exercetur, quando ſimpliciter in diſpoſitione homi-
nis, ut contractibus, uel ultimis uoluntatibus uenditur, aut
legatur apotheca, nam ſi ex uerbis contrahentium, ſeu
teſtatoris relinquentis, & eius, cui relinquitur, præſu-
mi poſſit, quòd uoluerint appellatione apothecæ com-
prehendere contentum pro continente, hoc eſt id, quod
in apotheca, uel ratione apothecæ uenire, & contine-
ri poterat, ut quando ſimpliciter dictum fuiſſet, uendo apo
thecam, & erant perſonæ ſolitæ exercitium aliquod in ali-
qua apotheca exercere, tunc cenſentur uendita ea, quæ in
loco apothecæ continebantur, ſicut legando bibliothecam,
uel dactilothecam ſimpliciter ratione perſonarum, uel ſu-
biectæ materiæ dicũtur etiam legati libri, ſeu anuli ex qua-
litate perſonarum, quibus relinquitur, ſeu inter quos con-
trahitur, l. librorum §. ſed ſi bibliothecam, ibiq; Bar. expreſ-
ſè ff. de lega. 3. & id, quod ibi de bibliotheca dicitur, proce
dit etiam in apotheca per Alex. ibi in apoſtil. ſed in caſu no
ſtro factum fuit pactum de debitoribus apothecæ, quod pa
ctum non poteſt intelligi de loco, quia ſubiecta materia nõ
3 patitur, quoniam † nomina debitorum certo loco non coar
ctantur l. à diuo pio §. in uenditione ff. de re iudi. l. quam tu-
beronis §. penult. ff. de peculio, gloſ. in l. mouentium, & ibi
Bar. ff. de uerborum ſigni. Specul. in tit. de fructibus, & inte-
reſ. in §. 1. uerſi. ſecundo quæritur, & Bart. in l. 1. C. ſi aduer.
tranſac. & loca nõ poſſunt dici creditores reſpectu debito-
rum, quia creditores dicuntur, qui fidem alienam ſequun-
tur, & quibus obligatio, & actio acquiritur, ut in l. 1. cum ibi
not. ff. ſi cer. peta. cum ſimilibus, ergo non poſſunt illa uer-
ba debitores dictæ apothecæ intelligi de debitoribus loci
apothecæ, ſed de illis, qui continentur in traffico, ſeu exer-
citio, quod in illo loco apothecæ fiebat, & cõſequenter de
debitoribus capitalis, hoc eſt, qui in capitali uendito conti-
nebãtur, tum propter uerba adiecta, tum propter qualita-
tem perſonarum, inter quas huiuſmodi uerba fuerunt pro-
lata, uidelicet inter eos, qui prius ſocij fuerant, & ſocietatẽ
in exercitio aromatariæ contraxerant, & inter quos poſtea
contractus uenditionis capitalis dictæ aromatariæ celebra-
tus fuit per ea, quæ habentur per Bartolum in d. l. libro-
4 rum. Nec † eſt inconueniens, quòd ſub nomine apo-
thecæ comprehendantur iura, hoc eſt æs proprium, & ſic
nomina debitorum, ſicut menſæ appellatione, ut in l. cum
5 pater §. menſæ ff. de lega. 2. & † ſicut etiam dicuntur de-
bitores Kalendarij, hoc eſt qui in Kalendario deſcripti
ſunt, & continentur, & ideò legato Kalendario conti-
nentur non ſolum liber, ſed etiam nomina debitorum, quæ
in illo deſcripta reperiuntur l. qui filium, & ibi glo. & Bart. &
6 l. prædiis §. pater ff. de lega. 3. & † Bart. in d. §. menſæ unũ
optimè ad caſum noſtrum faciens notabiliter dicit, quòd &
ſi taberna, ſiue apotheca nomen loci eſſe dicatur, tamen in
uſu eſt, ut quando uolumus comprehendere negotiationẽ,
ſeu exercitium, aut artificium aliquod, dicamus, talis eſt bo
na taberna, ſeu apotheca, & titius habet bonam apothecã,
7 ſiue tabernam: † Qui communis uſus etiam in contracta-
ctibus eſt attendendus, & propriæ ſignificationi præfertur,
attenta perſonarum qualitate, ſeu ſubiecta materia, uel quã
ex uerbis aliis hoc poſſet inferri, argumento d. l. liberorum
§. quod tamen caſſius, iunctis iis, quæ habentur in d. §. ſiquis
bibliothecam ff. de lega. 3. & faciunt ea, quæ habentur per
Bart. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iure, & latè per Abb. &
alios in c. 1. circa fi. de iudi. & Imol. in c. inter corporalia §.
ſed neq; de transla. præla. Fulgo. & Roma. in l. qui ante Ka-
lendas ff. de uerborum obliga. expreſſè uolunt, quòd etiam
in contractibus communis uſus loquendi attendi debeat, &
uerborum proprietati præferatur, ueluti etiam plenè habe
tur per Felinum in prohem. decretalium in 4. col.

¶ Præterea ipſi contrahentes faciendo pactum ſuper exa-
ctione debitorum, qui mutui, ſeu reciproci debitores erant,
debet intelligi de illis debitoribus, qui amborum ipſorum
paciſcentium, et contrahentium mutui debitores erant,
8 nam † in dubio quis cenſetur ſibi, et pro ſuo intereſſe, ac
de rebus ſuis paciſci, argumento not. in l. ſi tibi decem §. ſi
pactus ff. de pactis, et l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de uer-
borum obligat. unuſquiſque ergo dicetur feciſſe pactum
de ſuis debitoribus, qui erant amborum debitores non
ſimpliciter, ſed ratione apothecæ, et exercitij aromatariæ,
et de iis, qui in libris rationũ dictæ apothecæ deſcripti erãt:
Quod apparet primo ex illis uerbis, et quia reperiuntur, et
extant nonnulli debitores dictæ apothecæ, ſecundo ex de-
putatione exactoris, et conſtitutione mercedis illi de com-
muni ſoluendæ, ac ex relaxatione, et ceſſione librorum fa-
ctis per Ioannem Dominicum ipſi Nicolao ad effectum, ut
poſſet

poſſet exigere, & exigi facere à debitoribus communis ſocietatis prius inter eos contractæ, nec non hoc colligitur ex participatione exactorum. Quod etiam ſuadetur, nã ex parte Nicolai fuit conuentũ de debitoribus apothecæ, non autem de ſuis proprijs, qui ex alijs cauſis, quam ratione apothecæ, uel ſocietatis ſibi tenebantur, ut ex uerbis pacti apparet ibi, nonnulli debitores dictæ apothecæ: Similiter ergo dicendum eſt, vt ex parte ipſius Ioannis Domici dicatur fuiſſe factum pactum nõ de debitoribus alijs, ſed ſolum de ijs, qui prius fuerant debitores ipſius ratione, &
9 occaſione artis, ſeu exercitij apothecæ aromatariæ, † quoniam cum hæc omnia ſub una, eademque determinatione ponantur, debent pariformiter intelligi, non autem difformiter, cum in eis eadem ratio, non autem diuerſa concurrat, argumento l. nam hoc iure §. 1. ff. de uulga. & pupil. ibiq; Bart. & l. quamuis C. de impub. & alijs ſubſtit. cũ ſimil.

¶ Comprobatur hæc intelligentia ex ſimili pacto, quod inter eoſdem contrahentes antea factum fuit in inſtrumento ſocietatis inter eos celebratæ ſuper diuiſione, ac participatione eorum, quæ à debitoribus exigerentur, in quo fuerũt appoſita hæc verba, & quia ipſe Ioan. dominicus habuit, & habet quamplures debitores occaſione dictæ artis creatos pro debitoribus ante diem contractæ ſocietatis, qui etiam reperiuntur debitores dictæ ſocietatis, & in futurum &c. Nam hoc pactum ſolum ad debitores utriuſque extẽditur, qui eſſent debitores occaſione artis, & exercitij apothecæ, & ſocietatis aromatariæ, & non ad eos, qui ex alia cauſa eſſent eorum debitores: Ergo ſimiliter debet intelligi pactum appoſitum in inſtrumento uenditionis dicti capitalis, quoniam cum huiuſmodi pacta fuerint in diuerſis contractibus ſuper eadem materia, & inter eaſdem perſonas contracta, & inita, ac eadem ratio, quæ participationem, & ſocietatẽ induxit circa exactionem debitorum in primo ſocietatis cõtractu, potuerit etiam introducere participationem, & ſocietatem ſuper exactione debitorum in contractu ſocieta-
10 tis uenditionis, ſequitur, † quòd hoc vltimum pactum factum in contractu uenditionis, quod eſt dubium, debet, & poteſt declarari, ac interpretari per primum pactum in contractu ſocietatis factum, quod eſt clarum, argumento l. ſi ſeruus plurium in fin. ff. de lega. 1. & una lex dubia declaratur per aliam præcedẽtem, uel ſequentem, vt habetur in l. ſciendum in prin. per glo. ff. qui ſatiſda. cogan. l. non eſt nouum cum duabus ſequentibus ff. de legibus, & faciunt not.
11 per Bar. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iure: Item † ſumitur argumentum, & interpretatio ab eo, quod ſolitum eſt fieri argumento l. quod ſi nolit §. qui aſſidua ff. de ædil. edic.
12 l. ſi de interpretatione cũ ſequen. ff. de legibus: Item † vnus contractus, ſeu id, quod eſt in uno contractu appoſitum, declaratur per alium ſimilem contractum præcedentem: Et
13 ideò † emphyteoſis renouata ſemper in dubio intelligitur renouata ſecundum naturam primæ conceſſionis, vt habetur in l. ſi mihi, & Titio ff. de verbo. obliga. per Bar. Alex. & alios, & per Bal. in l. vnica in 11. q. colum. penul. C. quando non peten. par. & per Alex. in conſi. 88. uolũ. 4.
14 ¶ Rurſus † hoc ſuadetur, arguendo à veriſimili, & ab eo, quod fieri ſolitum eſt, ad tradita per Bal. in l. cõuenticulam colum. 4. C. de epiſco. & cleri. clemen. exiui §. deinde, & ibi Cardi. & in §. rurſus de verb. ſignifi. cum ſimilibus: Sed præfati contrahentes propter commune bonum in contractu ſocietatis prius inter eos factæ contraxerunt quandam ſocietatem ſuper exactione, & participatione eorum, quæ exigentur ab illis, qui ſunt debitores amborũ, occaſione artis, & apothecæ aromatariæ tantum, & finita ſocietate ſuper arte aromatariæ cum nondum pactum ſocietatis cõtractæ ſuper exactione debitorum nullum, uel minimũ fuiſſet ſortitum effectum, poſtea contrahendo uenditionem dicti capitalis, ueriſimile eſt, quòd ipſi uoluerint repetere illud idẽ pactum ſuper diuiſione, & participatione debitorum ob ip-
15 ſorum utilitatem: Et † ideò ultimum pactum dubium eſt interpretandum, & intelligẽdum ſecundum primum in eo, in quo ſecundo loco factum eſt dubium, non autem in eo, quod eſt certum, argumento l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. ¶ Et ex prædictis infero ad deciſionem primi, & ultimi dubij, quòd omne id, quod fuit exactum, & in futurum exigetur ab illis debitoribus, qui fuerunt dicti Ioãnis Dominici debitores tàm ante contractam uenditionem quàm tempore uenditionis dicti capitalis occaſione librorum apothecæ aromatariæ quomodocunque, ſiue eſſent ſui debitores iure hæreditatis paternæ, ſiue alicuius ſocietatis contractæ ſuper traffico, & exercitio dictæ artis, ſiue ſuo ſuo nomine proprio tantum debita in dicto exercitio contracta fuiſſent, item quicquid exactum fuit, & exigetur à debitoribus, qui occaſione dictæ artis, ſeu exercitij aromatariæ tenebantur, & obligati erant ipſi Nicolao eo tempore, quo uenditio dicti capitalis inter eum, & Ioan. Dominicũ celebrata fuit, diuidendum eſt inter ipſos eo modo, & pro iis ratis, de quibus in dicto pacto, dummodo id, quod fuit exactum, aut de cætero exigetur, fuerit exactum ab illis debitoribus, qui eſſent debitores amborum etiam ex diuerſis cauſis dependentibus tamen à præfato exercitio dictæ artis: Sed pro parte Nicolai in effectu comprehenduntur dũtaxat illi debitores, ſeu nomina eorum debitorum, qui ad eum ſpectabant occaſione capitalis per ipſum empti, non autem illa debitorum nomina, quæ poſt emptionem capitalis fuerunt ſub proprio ſuo nomine creata, nam quoad illa non eſt uerum dicere, quòd eſſent debita, ſeu debitores, qui extarent, & reperirentur debitores dictæ apothecæ tempore, quo capitale prædictum fuit ipſi uenditum, prout neceſſarium fuit, veluti ex uerbis dicti pacti continetur, quæ ſunt uerba præſentis temporis, & ſolum tempus contractæ uenditionis reſpiciunt, non autem tempus poſt: Nec continentur etiam alia nomina debitorum, quæ fortè ad eum ſpectabant aliter, quam occaſione dictæ apothecæ, puta ratione lucrorum, uel alicuius ſocietatis aliàs per eum contractæ, quoniam quoad hæc non eſt uerum dicere, quòd fuerint debita dictæ apothecæ, ſed ſunt illius propria: Ergo debet intelligi ſolum de illis debitoribus, qui erant debitores apothecæ, ſeu traffici uenditi tempore factæ uenditionis,
16 nam † qualitas adiecta uerbo debet ſecundum tempus uerbi intelligi d. l. fin. ff. de libera. lega. l. titius ff. de milit. teſta. l. in delictis §. ſi extraneus, ibique Alex. ff. de noxalibus cum ſimilibus. ¶ Nec obſtat proximè dictis id, quod habetur in inſtrumento confecto ſuper ſocietate inter dictos Ioan. Dominicum, & Nicolaum cõtracta in illo verſi. item declararunt, quòd libri rationum debitorum, & creditorum &c. quoniã primo dici põt, quòd quatenus ibi dicta prædictæ diuiſioni, & participationi aduerſarentur, uidetur ab illis receſſum per pactum de diuidendo in inſtrumento uenditionis appoſitum, cui tanquam nouiſſimo, & vltimo ſtandum eſt l. pacta nouiſſima C. de pactis. Præterea illud, quod in dicto contractu ſocietatis fuit conuentum, remanet in uiridi obſeruantia reſpectu proprietatis librorum, de quibus ibi, nec non reſpectu illorum debitorum, qui in dictis libris deſcripti eſſent, ſed non reperirentur eſſe debitores apothecæ, & ſocietatis capitalis aromatariæ uenditi Nicolao, quia tales debitores remanẽt debitores ſolum Ioan. Dominici, & illorum exactio ſub dicto pacto de exigendis, & diuidendis creditoribus non comprehenditur, cum illi non dicantur, nec reperiantur eſſe debitores etiam apothecæ, ſeu capitalis prædicti, & conſequenter Nicolai.

¶ Non obſtat etiam prædictis id, quod deſcriptum eſt in dicto inſtrumento uenditionis capitalis poſt pactum diuiſorum

rium immediatè : ibi,& ut poſſit,& ualeat ipſe Nicolaus exi
gere à debitoribus creatis poſt contractam dictam ſocieta
tem,& ad computum dictæ ſocietatis &c. ubi Ioannes Do-
minicus dicto Nicolao ad effectum, ut à dictis debitoribus,
& ad computum dictæ ſocietatis poſſet exigere, dimiſit,& re
laxauit omnes libros dictæ ſocietatis, cuius capitale ipſi uen
ditum fuit, cedendo illi omnia iura, & actiones actiuè,&
paſſiuè dictæ ſocietatis,& in dictis libris cõprehenſa pro de
bitis tẽpore dictæ ſocietatis cõtractis: ex quo inferri uideba
tur, quòd nomina debitorũ dictæ ſocietatis, cuius capitale
uẽditum fuit,ad ſolum Nicolaũ ſpectarent, ac ſpectare de-
berent, & illa nomina exacta aliter non eſſent diuidenda;
quia reſpondetur, quòd illa, quæ habentur in d. uerſi. &
& ut poſſit &c. fuerunt conuenta,& conceſſa primo ad ef-
fectum, & finem, ut dictus Nicolaus poſſet eius nomine
inſolidum exigere debita dictæ ſocietatis, & uti iuri-
bus ceſſis, quod quidem facere non potuiſſet, niſi il-
la ſibi ceſſa fuiſſent, cum prius eſſent inter ipſos ſocios
17 communia,nam † propriè,& ſimpliciter loquendo,quod
commune eſt, non poteſt proprium dici, ut dicunt docto.
in l. ſerui electione in fin.ff.de lega.1.& l. ſabinus ff. com-
18 mun. prædio.cum ſimilibus: & † ſine ceſſione iura,& actio-
nes non tranſeunt,nam quod operatur traditio in corpora
libus,operatur ceſſio in iuribus incorporalibus l.3. in princ.
& ibi glo. ff.pro ſocio,& dicit Bar.ibi,difficilius a nobis ſepa
rari iura,& actiones,quam res corporales, l.quis ergo ca-
19 ſus ff.de peculio: & ideò † quando fuit contracta ſocietas
omnium bonorum, uel alicuius uniuerſitatis, ut capitalis
apothecæ, uel alterius ſimilis corporis, dominium reiũ cor
poralium ipſo iure abſque traditione,iurium uero,& actio-
num mediante ceſſione transfertur l.1. in fin. cum ſequen.
ff.pro ſocio. Præterea cum libri eſſent communes ſocie-
tatis,& Ioannes Dominicus illius capitale uẽdiderit,dubiũ
oriri fortè potuiſſet,utrum intelligerentur comprehenſi li-
bri,& nomina debitorum in eis deſcripta:Et propterea hoc
fuit declaratum,& expreſsè dictum, ut libri tales deberent
ad Nicolaum ſpectare,nec non poſſet debita in dictis libris
deſcripta exigere: ſi tamen eſſent debita,ſeu nomina debi-
torum, qui etiam reperirentur eſſe debitores Ioannis Do-
minici,ſub pacto diuiſorio,de quo ſupra immediatè,debent
intelligi comprehenſa,quoniam ea, quæ in illis uerbis con-
tinentur,& ut poſſit,& ualeat &c. dicuntur uenire ad decla
rationem,non autem ad derogationem proximè præceden
tium,quia non eſt dicendum,quòd contrahentes uoluerint
ſe incontinẽti corrigere l.nam ad ea ff.de condit.& demon.
& prout etiam infertur ex uerbis dicti inſtrumenti; ſed no-
mina illorum debitorum, qui non eſſent etiam debitores
Ioannis Dominici,ipſe Nicolaus poterit inſolidũ, & ad ſui
totalem utilitatem ratione ceſſionis ſibi factæ exigere:& ſic
reſpectiuè loquendo uerum erit dicere,quòd Nicolaus ra-
tione relaxationis librorum,& iurium ceſſorum poſſit exi-
gere à debitoribus creatis poſt contractam ſocietatem ad
computum dictæ ſocietatis, uidelicet pro parte, de qua in
pacto diuiſorio,ab illis debitoribus,qui erant debitores ſo-
cietatis,ac etiam ipſius Ioannis Dominici,ſed in ſolidum ad
utilitatem,& computum ſocietatis,& ſic ad eius ſolius uti-
litatem ab illis debitoribus,qui ſolius ſocietatis debitores re
perientur: Hæc eſt intelligentia illorum uerborum poſito-
rum in dicto uerſi.& ut poſſit,& ualeat &c.cui uerba,& mẽs
contrahentium conueniunt, & propterea illi ſtandum eſt c.
intelligentia,& c.propterea de uerborum ſignifica. & hæc
quoad primum, & tertium dubium,quod eſt ultimum,ſuf-
ficiant. ¶Quoad ſecundam dubitationem, in qua maior
uidetur difficultas conſiſtere, abſque argumentorum ordi-
ne concludo,quòd uirtute pacti diuiſorij nominum debi-
torum in contractu uenditionis appoſiti, contracta dicitur

quædam ſocietas ſuper exactione debitorum,qui erant obli
gati tam ipſi Nicolao, ut ſupra,occaſione capitalis ab eo
empti,quàm etiam ipſi Ioanni Dominico de omni eo, & to
to,quod fuerit à dictis debitoribus exactum, ut illud ſit eo
modo,& pro ratis,de quibus in dicto pacto, diuidendum,
non habita conſideratione, utrum uni, ſeu alteri fuerit in-
tegraliter ſatisfactũ, nec ne de eo,quod ſibi debebatur, ſed
omne id totum,quod fuit exactum, ſeu in futurum à dictis
communibus debitoribus exigetur, ſit indiſtinctè,& ſimpli-
citer diuidendum,prout in dicto pacto,& prout etiam fue
rat ſimiliter conuentum in contractu ſocietatis, in quo in-
ter alia fuerat contracta ſocietas ſuper huiuſmodi exactio-
20 ne,& diuiſione debitorum, nam † ſocietas non ſolum con
trahi poteſt ſuper bonis, & rebus corporalibus, ſed etiam
ſuper iuribus, & nominibus debitorum,ut in l.3.in princ.&
21 l.com.ff.pro ſocio,& † non ſolum dicitur contrahi ſocie-
tas expreſsè uerbis ſpecificis,& expreſſis, ſed etiam uerbis
tacitis,& quandoque re ipſa,quamuis nihil de ſocietate di-
catur,ſicut etiam tacitè ſocietas diſſolui poteſt l. ſocietatẽ,
& ibi Bart. ff. pro ſocio cum l.uerum in fin.codem tit.nam
22 † ex animo,qui ex qualitate perſonarum, & negotiorum
colligitur,item ex prius geſtis,& ſolitis infertur ſocietas l.
ſi margaritam cum glo.& l.cum duobus,aliàs eſt l. ſi fratres
23 in princ.& in §.ſi inter fratres ff.eodem titu. Item † in eo-
dem inſtrumento plures poſſunt contrahi ſocietates diuer-
24 ſarum ſpecierum d.l.ſi fratres §.ſi plures. Item † quando
lucrorum partes in ſocietate non ſunt dictæ, nec eſt expreſ
ſum,qualiter ſit facienda diuiſio,licet in dubio intelligere-
tur actum,quòd æqualiter diuidantur §. & quidem cum §.
ſequen.Inſtit.de ſocie.& l. ſi non fuerint ff.eodẽ,tamen po-
teſt conueniri,ut unus plus,& alter minus in ſocietate appo
nat, item ut unus maiorem, & alter minorem partem perci
piat,& prout conuentum fuerit circa partes diuidendas,id
erit ſeruandum,quamuis ex hoc inæqualitas inter ſocios cõ
tingere poſſet,& quòd alter in plus,quam alius grauaretur
§.de illa inſtitu.de ſocie.& d.l.ſi non fuerint,& maximè quã
do unus plus operæ contulerit,uel cuiuſcunque alterius rei
cauſa,ut ibi: Sed nulli dubium eſt,quòd Nicolaus dici po-
teſt plus contuliſſe ſi nõ pecuniæ,uel operæ, ſaltem alterius
rei cauſa, ergo non eſt inconueniens,quòd etiã plus conſe-
qui poſſit de debitoribus exigendis, quam ſibi deberetur;
nam nomina debitorum Ioannis Dominici erant deterio-
ris conditionis,quia inueterata,quam eſſent nomina debito
rum ipſius Nicolai ex pacto cõmunicanda, quæ noua erãt,
& recentiora,& magis intereat Ioannis Dominici huiuſ-
modi exactionem, & diuiſionem debitorum ſic fieri,ut con
uentum fuit quã ipſius Nicolai,cum debitores Ioannis Do
minici,qui etiam erant ipſius Nicolai debitores ratione ca-
pitalis ſibi uenditi,non eſſent ita exigibiles tam ratione fa-
cultatum,quàm etiam ratione temporis, & præſcriptionis,
quæ ab illis forte opponi poterat. Præterea ſic facilius po-
terat Ioãni Dominico ſatisfieri de eo, quod ſibi debebatur,
quam ſi exactio ad ipſum abſque illo pacto ſpectaſſet, nam
ij,qui erant debitores Ioannis Dominici ratione dictæ apo
thecæ, & qui met debitores erant ipſius Nicolai occaſio-
ne capitalis ſibi uendiri,ueriſimiliter erant res,& bona ex di
cta apotheca aromatariæ recepturi,prout ſoliti erant,& ſic
debitum ſuum augerent: & ſoluendo aliquid ipſi Nicolao,
id uirtute pacti prædicti eſt dicẽdum,ſicut in dicto pacto cõ
tinetur: Quo fit,ut ſuper exigendis debitoribus pro diuiſo
communibus potuerit fieri illud pactum de diuidẽdo inæ-
qualiter per ea, quæ uoluit gloſ.in l.ueteribus ff. de pactis,
25 dicens,† quòd quando uerba propter eorum generalitatẽ
ſunt dubia,& ad fauorẽ utriuſq; partis,& reciprocè poſſunt
interpretari, tunc interpretatio ueriſimilis fieri debet: Sed
intelligentia ſupradicta eſt ueriſimilis, ut ſupra, ergo &c.
Rurſus

Rurſus dico not. per illam gl. procedere, quando uerba eſſent dubia, ut ibi, at in caſu noſtro ſunt clara, uel uti etiam infra dicetur, ergo ſtandum eſt uerbis, nec alia debet fieri interpretatio l. ille, aut ille ff. de lega. 3. cum ibi nota.

26 ¶Præterea † illud pactum de diuidendo inæqualiter id, quod à debitoribus pro diuiſo communibus exigetur, fuit reciprocum reſpectu inæqualitatis, & oneris, & ſic æquale, ut ex uerbis dicti inſtrumenti apparet, ergo iuſtum, & ualidum eſt, argumento l. de fideicommiſſo cum ibi not. C. de tranſact. & eorum, quæ uolunt Barto. in l. qui romæ §. duo fratres in fin. 2. q. ff. de verbo. obligat. & ideò concludendum eſt, quòd omne id, quod fuit exactum, & in futurum exigetur à dictis debitoribus communibus pro diuiſo, eſt ſimpliciter, & indiſtinctè diuidendum, prout in dicto pacto, non habita conſideratione, vtrum uni fuerit integraliter de ſuo debito ſatisfactum, nec ne, & utrum locus ſit participationi, donec alterutri fuerit de ſuo debito ſatisfactum,

27 an non, quia † illa verba pacti ibi conuenerunt, quòd de eo, quod exigi contigerit à debitoribus antedictis, debeat diuidi &c. ex quo ſimpliciter, & indefinitè ſunt poſita, debent intelligi de omni, & toto, quod exigetur, & non reſtrictiuè, ut ſupra, argumento eorum, quæ habentur per Barto. in l. ſi in rem. ff. de rei uendi. ubi ſi quis rem ſimpliciter petat, cenſetur totam, & non partem petijſſe, & faciunt ea, quæ habẽtur per Bar. in l. de pupillo §. qui nunciat ff. de noui ope. nuncia. & facit tex. in l. legatis vxori ff. de lega. 2. vbi ſub legato eorum, quæ cauſa vxoris parata ſunt, ueniunt, quæ ſimpliciter ſunt in totum parata cauſa uxoris, & non quæ tantum pro parte, & communi nomine, l. hoc legatum ff. de lega. 3. l. titia cum teſtamento §. 1. ibique Bal. ff. de lega. 2. optimus tex. in l. librorum §. ſi cui ff. de lega. 3. l. ſi defenſor §. qui interrogatus ff. de interroga. actio. & l. ſi quis cum totum ff. de excep. rei iudi. ¶Vltimo ſi contrahentes uoluiſſent participationem debitorum fieri ſolum uſque ad integram crediti cuiuſlibet ſatisfactionem, profectò hoc dicere potuiſſent, atque dixiſſent, ſi uoluiſſent, & ideò cum hoc non fecerint, ſtandum eſt verbis ſimpliciter, & indiſtinctè poſitis, argumento l. quicquid aſtringendæ ff. de verbo. obliga. c. cum dilecti de donat. c. ad audientiam de decimis, l. unica §. ſin autem ad deficientis C. de cadu. tollen. & l. ſi ſeruum §. non di-

28 xit prætor ff. de iudi. cum † ergo generaliter, & indiſtinctè ipſi fuerint in illo pacto loquuti, mens eorum fuit contrahere ſocietatem ſuper debitoribus pro diuiſo communibus de eo, quod fuerit exactum, vt illud totum ſit proportionabiliter diuidendum, ut in ipſo pacto continetur: Et huic mẽti uerba contractus, ac inſtrumenti conueniunt, ideò ſtandum eſt uerbis, ut comprehendant omne id, quod ex ipſorũ generalitate comprehendere poſſunt, argumento l. 4. §. toties ff. de damno infecto, & l. ita autem ff. de admin. tuto. Et

29 † hanc legem contrahentes potuerunt rebus eorum imponere l. in re mandata C. mãda. & l. quoties C. de donat. quæ ſub modo, ibique ſcriben. Item contractus legem ex conuentione partium accipiunt l. cõtractus ff. de regu. iuris, d. l. ſi non fuerint, & d. §. de illa. Cætera ad fauorem dicti Nicolai Clariſſimi arbitri ſuppleant. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Litis conteſtatio inducitur, & initium iudicio datur ex ſola narratione facti, & reſponſione aduerſarij negantis narrata, prout narrantur, etiam abſque eo, quod concluſio in libello facta fuerit, & numero 3.*

2 *Idem ex narratione facti, & concluſione ipſius actoris, & ex oppoſitione exceptionis peremptoriæ facta per reum abſque expreſſione illorum verborum nego narrata, prout narrantur, & num. 3.*

4 *Clauſula, peto ius, & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo &c. cuius ſit virtutis, & naturæ.*

5 *Pactum ſimpliciter prohibitiuum alienationis an valeat, & ex eo dominij tranſlatio impediatur remiſſiuè.*

6 *Quid ſi eſſet factum pactum de non alienando alicui, niſi Titio.*

7 *Et ad hoc, vt pactum huiuſmodi valeat, & dominij tranſlationem impediat, per quæ verba factum eſſe requiratur.*

8 *Iuramentum ſuper alienationis prohibitione appoſitum an, & quando alienationem, ac dominij tranſlationem impediat.*

9 *Alienatio facta etiam cum iuramento contra iuramentum prius præſtitum de non alienando an, & quando valeat, & quando non.*

EPITOME.

Pᴀᴄᴛᴠᴍ *in emptione rei à me emptæ, & tibi uenditæ ex conuentione retrouendendæ ſi cum iuramento hoc modo fiat, quòd tu mihi promittas rem non alienare, uel in alium aliquo titulo non transferre, ſed quandocunque eam alienare uolueris, tenearis mihi illam pro pretio æſtimando alienare, & ſi contingeret te ad aliquem actum alienationis, venditionis, ut alterius tituli deuenire, tunc eo ipſo res ad me reuertatur, & in illum caſum conſtituis te meo nomine rem poſſidere, & contractus ſit caſſus, nullus, & irritus, promiſſio de non alienando ualet, & dominij tranſlationem impedit ita, quòd ſi tu ad actum alienationis deuenias, dominium mihi dicatur acquiſitum, non autem in illum, cui res fuit alienata, translatum, etiam ſi poſtea ſimpliciter abſque reſeruatione, aut mentione alicuius iuris mihi ex pacto prædicto de non alienando acquiſiti rem tibi retrouendiderim.*

CONSILIVM CLXII.

IN quæſtione, quæ vertitur inter ſer Dominicum agentem ex una, & Ottolinum ſe defendentem ex alia, quæritur, quæ ſint partes domini iudicare debentis: Pro cuius deciſione, uiſis allegationibus utriuſque partis, ac uiſo, & conſiderato toto proceſſu cauſæ, præmitto effectum petitionis, ſeu inſtantiæ dicti ſer Dominici, qui primo narrat ſe emiſſe domum ab Ottolino cum pacto facto de retrouendendo illam ipſi Ottolino, ac etiam cum pacto iuramẽto firmato, quòd ſi aliquo unquam tempore Ottolinus uellet dictam domum uendere, teneretur, & obligatus eſſet eã dicto ſer Dominico uendere iuxta æſtimationem per duos bonos uiros communiter eligendos faciendã, ut in inſtrumento uenditionis continetur: & quòd ad aures ipſius ſer Dominici uenit, quòd Ottolinus dictam domum Ioanni cius fratri alienauit: quam alienationem facere non potuit, ſtantibus pactis, & conuentis inter eos, & alijs contentis in dicto inſtrumento, ad quod relatio habeatur, in quantum opus ſit, quod verbo produxit: Vnde idem ſer Dominicus obtulit ſeparatum exburſare dicto Ottolino pretium liquidandum per bonos uiros communiter eligẽdos, & unũ bonum uirum eligere, & quòd Ottolinus alterum eligat ad effectum præmiſſorum, & pro parte æſtimi, & pretij prædicti dictus ſer Dominicus exburſauit unum rhenenſem aureum ad bonum computum pretij æſtimandi per dictos eligendos, qui rhenenſis aureus fuit in manibus do. Vicarij iudicis depoſitatus: Et in hac prima narratione ulterius pro parte ſer Dominici nihil fuit petitum, nec imploratum, ſed ſolum, ut ſupra, oblatum. Cui narrationi, & oblationi Ottolinus ſe oppoſuit, & excepit de incertitudine, & obſcuritate petentis, & alia generalia opponendo, & negando narrata, prout narrantur &c. ex quibus uidetur facta tunc litis conteſtatio, quoniam † etiam ex ſola narratione facti, & ne- 1
gotij, & ex reſponſione aduerſarij negantis narrata, prout narrantur, quæ uerba communiter ſolent litis conteſtationem inducere, ac importare, inducitur litis conteſtatio etiã abſque eo, quòd concluſio in libello facta fuerit, ut eſt tex.

text.ibique Barto.in l.1.colum.1.C.de litis conteſta. Secundo loco dictus ſer Dominicus replicando exceptis Ottolini narrauit factum,& negotium, cauſamque propoſuit, ac petiit,& concluſit iudicis officium implorando,& ſibi ius,& iuſtitiam adminiſtrari petendo,quòd dictus Ottolinus ſibi condemnaretur ad obſeruantiam dicti pacti,& ad reſtituendum,& tradendum ſibi dictam domum,prout in proceſſu: Cui petitioni ſecundo loco factæ Ottolinus in termino ſibi aſſignato reſpondit, & peremptoriè excipiendo dixit, ſe non teneri, nec obligatum fore ad obſeruantiam dicti pa-
2 cti ex cauſis, & rationibus, de quibus in proceſſu: † Ex qua reſponſione, & negatione Ottolini poteſt dici quoad petitionem ſecundo loco per ſer Dominicum,ut ſupra,factam fuiſſe litis conteſtationem inductam abſque eo, quòd fuerint expreſſa illa uerba,nego narrata, prout narrantur, quia ex narratione facti, & negotij, & concluſione ipſius actoris, & ex oppoſitione exceptionis peremptoriæ per reum conuentum facta inducitur etiam litis conteſtatio, ut uolunt Bartol.& alij in dicta l.1. ¶ Stantibus his ſer Dominici petitionibus, & iis, quæ producta, & in proceſſu deducta fuerunt, uidetur, quòd inſpecta prima ſer Dominici agentis narratione,& petitione, partes domini iudicare debentis ſint in pronunciando, dictum pactum de non uendendo domum alteri, quàm ipſi ſer Dominico, de iure ualuiſſe,& ualere,ipſumque Ottolinum teneri, ac obligatum eſſe ad illius obſeruationem, & dicto ſer Dominico licuiſſe oblationem de eligendo duos uiros,qui æſtiment, ut ſupra,& exburſationẽ dicti Renenſis aurei facere pro parte pretij æſtimandi,ut ſupra, cum oblatione de exburſando reſiduum: Et quamuis hæc per ſer Dominicum in prima petitione,& narratione uerè,& expreſsè petita, ac concluſa non fuerint, tamen ex quo narrata fuerunt, præſum-
3 ptiuè cenſentur petita, & concluſa, quoniam † etiam ex ſimpliciter per actorem narratis, & reſponſis per reum datur initium iudicio, ſeu telæ iudiciariæ, litiſque conteſtatio inducitur,ut in d.l.1.ubi caſus,Barto.& doctor. C.de litis conteſtat.& doctores poſt gloſam in c.unico extra eod. Immò,ut dictum fuit, ex narratione negotij ſimpliciter facta per actorem, & ex peremptoria exceptione per reum oppoſita fit litis conteſtatio Bartol.in dicta l.1.& not.in capitu.1.de litis conteſtatio.in 6. & hæc tanto magis procedunt,attenta ſecunda petitione ipſius ſer Dominici, in qua hæc omnia fuerunt expreſsè petita, cuius petitionis forma, & concluſione attentis debet ipſe iudex etiam condemnare Ottolinum ad obſeruantiam dicti pacti,& ad reſtituendum, & tradendum dictam domum ſer Dominico pro pretio æſtimando per duos uiros eligendos, ut in dicto inſtrumento, & non licuiſſe Ottolino alteri dictam domum, quam ipſi ſer Dominico uendere, & alienare, & declarare contractum, & uenditionem factam Ioanni fratri ſuo non ualere,nec ualuiſſe, nec dominium aliquod fuiſſe in dictum Ioannem tranſlatum: Et licet hæc omnia expreſsè non fuerint per ſer Dominicum petita, tamen ex quo in illius petitione expreſſa eſt illa clauſula,peto ius, & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo &c. & plenè fuerunt narrata illa,ex quibus de iure hæc omnia inferuntur,ut infra dicetur, ſequitur, quòd perinde eſt,ac ſi omnia iſta fuiſſent
4 petita,& concluſa per ipſum ſer Dominicum,quia † hæc clauſula peto ius, & iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo &c. eſt huius naturæ,& uirtutis, ut ex narratis ſolum in libello etiam inepto concluſio colligi,& ſententia ſuper illis formari poſſit,Anton.de Butr.Calder.& Abb. in c.cum dilectus de ordin.cognit.& Paul.de Caſtro in l.fin. ff.de iuſtitia,& iure cum ſimilibus: Et ideò ſi ex iuris diſpoſitione Ottolinus dictam domum alteri,quam ſer Dominico uendere non potuit,& uendendo alteri, prout fecit,dominium non tranſtulit propter pactum, de quo in inſtrumento, ut ſtatim dicetur, ſequitur, quòd iudex ex deductis, & narratis, ut ſupra, iudicare debet.

¶ Quòd autem Ottolinus non potuerit dictam domum alteri, quàm ſer Dominico uendere, & alienare, & alienando alteri,non potuerit dominium in illum transferre, probatur, præſupponendo etiam ſecundum ea, quæ in facto præſupponuntur,quòd prius, quàm Ottolinus ad alienationem domus deuenerit,illamque Ioanni fratri ſuo uendiderit, ſer Dominicus eam Ottolino retrouendidit pro pretio inter eos conuento,ut in fine proceſſus habetur: Quo ſtan-
5 te, dico, quòd licet ampla ſit materia, † an pactum ſimpliciter alienationis prohibitiuum ualeat, & ex eo dominij tranſlatio prohibeatur, ut habetur in uariis locis maximè in l.ea lege C.de condictio.ob cauſam,in l.qui abſenti §.1. ff.de acquiren.poſſeſſio.in l.filiusfamilias §.diui ff.de lega.1. in l.ſi quis ita §.ea lege ff.de uerborum obligatio.& aliqua-
6 liter in l.fin.C.de rebus alien.non alienand. Et † quando pactum non eſſet ſimpliciter prohibitiuum alienationis, ſed limitatiuum, ut quia conuentum eſſet de non alienando rem alicui perſonæ,niſi tali,cuius intereſſet tale pactum obſeruari, an ex tali pacto in tantum prohibeatur alienatio, quòd dominium in alium transferri nequeat, ut habetur in l.qui romæ §.cohæredes ff.de uerborum obligatio. in l.qui fundum ff. de contrahenda emptio. & per moder-
7 nos in dicta l.ea lege, tamen † quando eſſet promiſſum de non alienando rem, ſeu aliquo titulo illam in alium non transferendo, ſed quandocunque eam uoluerit alienare, teneatur, & ità promiſit, illam alienare ei, cui facta fuit promiſſio, & pro pretio æſtimando &c. & ſi contingeret ipſum promittẽtem ad aliquem actum alienationis, uenditionis,permutationis, aut alicuius tituli tàm lucratiui,quàm oneroſi deuenire, tunc eo ipſo res ipſa ad eum, cui fuit hoc promiſſum, reuertatur, & in illum caſum ipſe promittens conſtituit ſe nomine illius rem poſſidere, tunc de iure ualet promiſſio de non alienando, & in caſu quo promittens ad actum alienationis deuenerit, dominium rei dicitur acquiſitum illi, cui fuit factum pactum, et in eum dicitur tranſlatum, non autem in eum, cui res fuit alienata, ut uoluit Bartol. in l.filiusfamilias §.diui in ultima colum. ff. de legatis 1.ubi propriè exemplificat eo modo; quo in caſu noſtro conuentum fuit, & iiſdem met uerbis, quibus ſibi Bartolus utitur, factum fuit pactum inter ſer Dominicum,& Ottolinum adeò,quòd exiſtimem notarium de dicto inſtrumento rogatum aſſumpſiſſe uerba Bartoli in dicto §.diui, ubi ipſe etiam dicit, hoc eſſe remedium, & cautelam ad impediendam alienationem, & dominij tranſlationem in alium,& fuiſſe de mente Odofredi, & Cyni in l.qui abſenti §.1.ff.de acquiren. poſſeſſio.

¶ Et ſi diceretur, quòd ad hoc, ut alienatio fieri nequeat, & tranſlatio dominij in alium impediatur, uidentur eſſe neceſſaria alia uerba magis pinguia, ſecundum quod ponit ipſe Bartolus in dicta l.qui abſenti §.primo, uidelicet & ſi contingat ad aliquem actum alienationis deuenire, tunc dominium ad me reuertatur, & in eum caſum ex tunc conſtituis te meo nomine poſſidere, quia ex illis uerbis, & in eum caſum extunc conſtituis &c. quæ non ſunt poſita, nec expreſſa in caſu noſtro, alienatio, et dominij tranſlatio in alium dicitur impediri, ergo in caſu noſtro,quamuis alienatio dicatur prohibita, non tamen dicitur prohibita dominij tranſlatio: et ita etiam propriè loqui uidentur Alexander, et Paulus de Caſtro in dicta l. ſi quis §. ea lege, et in dicta l. qui abſenti §. primo: Reſpondetur,non eſſe differentiam ad hoc, ut alienatio taliter prohibita dicatur, quòd non poſſit dominium in alium transferri,quàm in eum,cui pactum huiuſmodi fuit factum,

an in pacto fuerint expreſſa hæc uerba, & ſi contingat te ad aliquem actum alienationis deuenire, tunc & eo caſu res ad me reuertatur, & in illum caſum conſtituis te meo nomine poſſidere, prout dictum, & conuentum fuit in caſu noſtro, & in terminis exemplificat Bartol. in dicto §. diui, an uerò dictum fuerit, prout ipſemet Bartol. inquit in dicta l. qui abſenti §. 1. is enim dando hoc remedium, & hanc cautelam nullam facit in hoc differentiam, immò innuit uerba prædicta idem importare, ſiue primo, ſiue ſecundo modo exprimantur, nam illud idem, quod circa hoc remedium concludit in dicto §. diui, uoluit etiam in dicta l. qui abſenti §. 1. & ubique dicit Odofredum, & Cynum ita uoluiſſe, & tamen diuerſimodè exemplificat, ut dictum eſt, & uideri poteſt: ex quo datur intelligi ex mente Bartoli in dictis locis, quòd non eſt differentia inter unum modum, & alium, ſed idem iuris eſt in utroque: Hoc idem expreſsè uoluit Alexander in dicta l. qui abſenti §. 1. qui exemplificando de uerbo ad uerbum, ut facit ibi Barto. dicit, quòd idem uoluit Bartolus in dicto §. diui, qui tamen ibi exemplificat, prout dictum fuit in caſu noſtro: Idem etiam eſt de mente Pauli de Caſtro in dicta l. ſi quis §. ea lege, qui dicit, quòd ſi dictum ſit, dominium ad me reuertatur, & in eum caſum conſtituis te meo nomine poſſidere, non exprimendo dictionem ex tunc, alienatio, & dominij tranſlatio in alium ita dicitur impediri, & adhoc allegat Bart. in dicta l. qui abſenti §. 1. Clarè ergo infertur, quòd inter hæc uerba quoad iuris diſpoſitionem nulla eſt differentia, ſed ea eundem effectum important, eandemq; uim habent, quicquid dixerint quidam Moderni, & Cuma. in dicto §. 1. contra quos eſt communis opinio, à qua in iudicando non eſt recedendum, ut uolunt doctores communiter in c. 1. & in c. ne innitaris de conſtitutionib. et ad rationem Cumani ibi facilis eſt reſponſio, nam quamprimum incipit alienare, & ſic quamprimum incipit uelle ſe pœnitere, ex conſtituto acquiritur poſſeſſio, & dominium illi, cui factum fuit pactum in caſu Bart. in dicto §. 1. & in d. §. diui, ſed l. qui ſaxum ff. de donatio. quam Cuman. allegat, & doctrina Bald. in rub. C. de contrahen. emptio. in 6. quæſt. procedunt, quando pœnitentia cõſtituentis, ſeu permittentis domini acquiſitionem dominij, & poſſeſſionis præcederet, ut in dicta l. qui ſaxum, & in caſu l. ſi cum ff. de dolo cum ſimilibus. Colligitur etiam ex uerbis Bartoli in d. l. qui abſenti §. 1. iunctis iis, quæ ipſe dicit in dicto §. diui, ubi idem tenet, quòd non eſt uis, an dictum fuerit, tunc dominium eo ipſo reuertatur ad me, ut ipſe dicit in dicto §. 1. an uerò dictum fuerit, prout in caſu noſtro, tunc eo ipſo res ad me reuertatur, ueluti ipſe dicit in dicto §. diui: Ita etiam colligitur ex iis, quæ uolunt alij ſcribentes in dictis locis, qui huiuſmodi uerborum diuerſitates, & differentias non conſiderant, ſed an hoc, uidelicet quòd res, ſeu dominium ad me reuertatur, conferatur in tempus alienationis perfectæ, an uerò ſtatim, quo alienare incipis, & ante alienationem perfectam dominium ad me reuertatur, & nomine meo conſtituas te poſſidere, ut per Bartolum in dictis locis: Et hanc theoricam, & cautelam ſequuntur doctores communiter, ut inquit Cyn. in l. fin. C. de rebus alie. non alienan. & Ioan. de Aren. ibi, & Iacob. Butriga. in l. traditionibus C. de pactis, Salicet. in dicta l. ea lege in ſecunda oppoſitione, & Paul. de Caſtro, Alexand. & communiter ſcribentes in dicto §. 1. in dicta l. ſi quis §. ea lege, & in dicto §. diui.

¶ Præterea ultra illa uerba, res ad me reuertatur, & in illũ caſum conſtituis te nomine meo poſſidere, dictum fuit in caſu noſtro, quòd contractus ſit caſſus, nullus, & irritus, quæ uerba licet de per ſe non impedirent, quin alienatio facta in ſe ualeret, & ex ea dominium eſſet tranſlatum, quoniam tunc iſte effectus uideretur collatus poſt alienationem perfectam, & poſt contractum adimpletum, ut not. declarat Alexan. in d. l. qui abſenti §. 1. reprobando Bal. in d. l. ea lege, per ea, quæ uolunt Iaco. Butrig. in d. l. traditionibus, & Bar. & alij in locis prææallegatis, tamen quando ſunt adiecta, & poſita ultra illa alia uerba, & ſi contingeret te ad aliquem actum alienationis deuenire, & ſic ea uerba, alienatio, ſeu, contractus ſit nullus, irritus, & caſſus, ueniant ad determinationem illorum uerborum, et ſi contingat te ad aliquem actum alienationis deuenire, tunc abſque dubio per ea uerba alienatio, et dominij tranſlatio in alium impeditur, quoniam effectus illorum non confertur poſt alienationẽ, ſeu contractum perfectum: ita in terminis uoluit Paul. de Caſ. in d. l. qui abſenti §. 1. et clarius in d. l. ſi quis §. ea lege, et ſentit Salice. in d. l. ea lege in 2. oppoſitione. Rurſus hæc uerba ponuntur poſt illa, & ſi contingeret dictum Ottolinum ad aliquem actum alienationis deuenire, tunc res ad ipſum ſer Dominicum reuertatur, & in illum caſum dictus Ottolinus conſtituit ſe nomine ſer Dominici dictam domũ poſſidere: quæ uerba, ut ſupra dictum fuit, impediunt alienationem potuiſſe fieri, & dominium in alium, quàm in ſer Dominicum transferri: Magis igitur hoc operabũtur hæc uerba, iunctis illis uerbis, & eo caſu contractus ſit nullus, irritus, & caſſus, quia duo uincula magis ſtringunt, quàm unũ authen. itaque C. communia de ſucceſſio. c. 1. de tregua, & pace, & argumento eorum, quæ habentur in c. ſi cautio de fide inſtrumentorum, & in l. cum oſtendimus ff. de fideiuſſo. tur. Et quamuis in caſu noſtro propter uerba præcedentia contractus, & alienatio ipſo iure non tenerent, tamen per hæc uerba, & eo caſu contractus ſit nullus, irritus, & caſſus, dicitur contractus irritari, quatenus de facto poſſederit argumento l. 1. in princip. & ibi gloſ. in uerb. infirmabitur ff. de feriis, & eorum, quæ ponit Alexan. in l. 2. in 11. colum. C. de bonorum poſſeſſio. contra tabul. & clemen. paſtora-
8 lis in fin. de re iudica. cum ſimilibus. ¶ Præterea † quamuis iuramentum ſecundum ueram opinionem non impediat alienationem, nec dominij tranſlationem, quando fuit interpoſitum ſuper ſimplici alienationis prohibitione, ut uolunt Moderni in dicta l. ſi quis §. ea lege, & in l. ſi quis maior C. de tranſactio. & Alexand. in conſil. 19. in 2. uolumin. tamen quando eſſet appoſitum in caſu noſtro ſuper prohibitione alienationis, quæ ipſo iure alienationem, & dominij tranſlationem impedit, ut quando eſſent appoſita uerba hunc effectum habentia ſecundum doctrinam Bartoli, & aliorum in dicto §. 1. & in dicto §. diui cum ſimilibus, & iuratum etiam fuiſſet omnia, & ſingula uera eſſe, illiſque non contrauenire, tunc iuramentum uinculum adderet, & operaretur, quòd alienatio multo magis diceretur prohibita, & nulla, & tranſlatio dominij in alium fieri non poſſet: & ad propoſitum optimè facit id, quod uoluit Abb. in cap. intellecto in 3. colum. de iureiuran. per gloſam in c. licet de
9 iureiurand. in 6. dicens, quòd † alienatio etiam cum iuramento facta contra iuramentum prius præſtitum de non alienando non ualet, nec tenet per illum textum in dicto c. intellecto: quod quidem procedit, quando actus, qui fit cõtra iuramentum prius præſtitum, erat nullus, ut quia factus contra prohibitionem legis: nam ex quo eſt nullus, tãto magis annullatur, ex quo fit contra iuramẽtum prius præſtitũ. Sed in caſu noſtro actus alienationis, qui fit contra prohibitionẽ alienationis factã per uerba ſupra poſita, & dicta, dicitur ipſo iure nullus, & ipſo iure alienatio, ac dñij tranſlatio impeditur, & annullatur, & maximè ex illis alijs uerbis, & eo caſu contractus ſit nullus &c. ergo multo magis alienatio, & tranſlatio dñij debet impediri, & dici nulla, ex quo cõtra iuramentum prius præſtitum facta fuit: ſecus ſi alienatio, ſeu dominij tranſlatio ualuiſſet, nam tunc propter iuramentum non diceretur nulla, ſed immò ualeret: Ita eſt de mente

te Abb. ibi, ſi eius uerba rectè conſiderentur, & quòd iuramentum maximè in terminis noſtris, & in caſu, de quo agitur, operetur, quòd res non potuerit alienari, nec illius dominium transferri, uoluit Franciſ. Areti. ſubtilis doctor in d.l. ſi quis §. ea lege, quicquid Claudius dixerit. Et ex præmiſſis omnia ferè, quæ in contrarium facere uidentur, reſoluta remanent. ¶ Supereſt, ut unum tollatur, quod prima facie aliqualiter urgebat, quòd ex quo ſer Dominicus domum Ottolino ſimpliciter retrouēdidit, prout ex pacto tenebatur, abſque reſeruatione alicuius iuris ſibi ex pacto ſupra dicto de non alienando acquiſiti, & nulla de dicta conuentione mentione facta, ex hoc uidetur ſer Dominicus ſibi præiudicaſſe, & illi conuentioni, iurique ſibi acquiſito renunciaſſe argumento eius, quod dicitur de domino, qui ſimpliciter canonem ſibi debitum recepit ab emphyteota, qui ob non ſolutionem à iure ſuo ceciderat, ut uoluit gl. ibique docto. communiter in c. potuit de loca. l. poſt diem cum l. præcedenti in fin. ff. de lege commiſ. & c. ex ore de his, quæ fiunt à maior. par. capi. cum ſimilibus: Sed pro reſponſione in terminis noſtris conſiderandum eſt, duo inter ſer Dominicum, & Ottolinum conuenta fuiſſe, quorum unum aliud præcedere debebat, primum, quòd ſer Dominicus, cui domus fuerat uendita, teneretur illam ipſi Ottolino retrouendere, ſecundum, quòd Ottolinus domum illam alicui uendere non poſſet, niſi ſer Dominico pro pretio per duos uiros æſtimando, & hoc ultimum neceſſario præſupponebat primum præcedere, uidelicet quòd domus fuerit Ottolino prius retrouendita: & hæc uidetur fuiſſe mens contrahentiū, quoniam pactum de nō alienando alicui, niſi ſer Dominico, effectum habere non poterat, niſi prius res fuiſſet per ſer Dominicum Ottolino retrouēdita, tum quia Ottolinus, qui ſemel domum ſer Dominico uendidit, illam alteri uendere non poſſet, l. qui duobus ff. ad l. Cornel. de falſis, & argumento l. quoties C. de rei uendica. & ſic quoad hoc pactum iſtud de non alienando alteri fuiſſet ſuperfluū, tum etiam quia cum ſer Dominicus ſemel domum ab Ottolino emerit, & ſic res ſua effecta fuerit, fruſtra inter ipſos fuiſſet factum pactum, quòd Ottolinus teneretur illam uendere ipſi ſer Dominico, quoniam rei propriæ nulla eſt emptio. l. neque pignus ff. de regu. iuris, & l. cum res C. de contrahen. emptio. Cum itaque inter ipſos factum fuerit hoc pactum, quòd Ottolinus non poſſit uendere, uel alienare alicui domum, niſi ſer Dominico pro pretio æſtimando, apparet ipſos contrahentes uoluiſſe hoc pactum habere effectum, ita demum, ſi prius domus per ſer Dominicum fuiſſet Ottolino retrouendita, & non aliter, ut ex præmiſſis, ac etiam ex ordine, & tenore uerborum contractus, & inſtrumēti apparet. Ex quibus infertur, quòd ſer Dominicus domum Ottolino ſimpliciter retrouendendo, nulla etiam facta proteſtatione, aut reſeruatione iuris ſibi acquiſiti ex illo pacto de non uendendo, nec alienando, non dicitur ſibi in aliquo præiudicaſſe, immò feciſſe illud, quod neceſſario prius erat faciendum ad hoc, ut ex eo pacto ſibi ius acquiri poſſet: Quare ſimpliciter retrouendendo Ottolino ſer Dominicus ſibi non præiudicauit, ſed immò prouidit, quia ex illo pacto de non alienando effectualiter ſibi ius acquiri non poterat, niſi prius ipſe Ottolino retrouendidiſſet: Quæ omnia ceſſant in caſu ſupradicto, quando dominus ſimpliciter ſolutionem canonis recepiſſet ab emphyteota, qui à iure ſuo ceciderat; ille enim eſt caſus penitus diuerſus à caſu noſtro, ut de ſe patet, & ideò ex eo non eſt facienda illatio, iuribus uulgaribus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Decreto ſuperioris opus non eſt in retrouenditione facienda ex pacto defuncti per ipſius hæredes pupillos, atque minores.*

2 *Pactum de retrouendendo afficit etiam hæredes ad retrouendendum, licet de hæredibus mentio facta non eſſet, & multo magis, ſi de illis expreſſum fuiſſet.*

3 *Pactum de retrouendendo eſt omni lege adimplendum, atque ſeruandum.*

4 *Et iuſtum pretium ſupplere, illiuſque pars eſſe cenſetur.*

5 *Iuri acquiſito ex pacto de retrouendendo præſcribitur ſolū ſpatio triginta annorum;*

Maximè quando partes in inſtrumento omnia, & ſingula perpetuo adimplere, & obſeruare promiſerunt.

7 *Et multo magis, ſi cum iuramento promiſerunt.*

8 *Iuramenti conuentionalis natura eſt obligationem perpetuare.*

9 *Pactum de retrouendendo factum pluribus quomodo obliget ad retrouendendum uni, uel pluribus, etiam ſi omnes nolint reemere.*

10 *Dotalis res dici poteſt, quæ empta eſt pecunia dotali mulieris, concurrente conſenſu uiri, & mulieris.*

11 *Tutor rem aliquam ut tutor ſimpliciter faciens, uel ſimpliciter tutor in ea conſentiens, non præiudicat ſibi, quin poſtea iure ſuo circa rem illam uti ualeat.*

12 *Intereſſe ſingulare illius, cui res ex pacto debebat retrouendi, ſi non retrouendatur, quantum ſit.*

13 *Ex pacto de retrouendendo ſingularis ſucceſſor non tenetur, nec contra eū actio ex dicto pacto competens dirigi poteſt.*

EPITOME.

Ex *pacto de retrouēdendo facto cum defuncto hæredes illius pupilli, & minores etiam abſque decreto ſuperioris retrouendere tenentur, facto actuali depoſito pretii per eum, cui retrouendi debet, aliàs ad intereſſe tenentur, & quantum ſit illud intereſſe: neque ex eo quod is, cui retrouendi debebat, tanquam tutor dictorū pupillorum hæredum rem ſibi retrouendendam alteri ſimpliciter inſolutum aſſignauerit ſibi in iure ex dicto pacto acquiſito præiudicauit.*

CONSILIVM CLXIII.

IN cauſa tàm conuentionis, quàm reconuentionis corā dominis Arbitris in ciuitate Bertinorii electis inter do. Michaelemangelum de Saxis ſuo principali nomine, ac tutorio, & curatorio nomine reſpectiuè filiorum, & hæredūm domini Maſini de Saxis ex una, & filios, ac hæredes olim domini Iulij etiam de Saxis, & do. Iacobam illorum matrem, & tutores, ac curatores ſuos reſpectiuè ex altera de & ſuper reuenditione duodecim tornaturarū terræ agitata, ac per Illuſtriſſimam do. Carporum, & Meldulæ &c. comitiſſam mihi ad conſulendum commiſſa, viſis, lectis, ac diligenter conſideratis omnibus hinc inde deductis, & conſiliis, iuriſque allegationibus uiciſſim, & ad fauorē utriuſque partis emanatis, dico partes dominorum arbitrorum eſſe debere in condemnando dictos filios, & hæredes olim domini Iulij, & illorum tutores, ac curatores reſpectiuè ad reuendendum, & tradendum præfatis Michaeliangelo, & filiis, ac hæredibus dicti domini Maſini dictas duodecim tornaturas terræ, ſi tradēdi facultatem habeant, uel id, quod illorū ſingulariter intereſt, & intereſſe poteſt, ut in l. 1. cū ibi not. ff. de actio. emp. & l. 2. C. eod. tit. ac etiam in abſoluendo dictum domi. Michaelemangelum à reconuentione contra eum per dictos filios, & hæredes domini Iulij, ſeu illorum tutores, & curatores, ut in proceſſu, facta, ex iuribus, & rationibus plenè per eximios aduocatos dominum Ioannem Baptiſtā, & do. Antoniū deductis in ſuis conſiliis ad fauorē dictorū do. Michaelisangeli, & filiorū, & hæredum præfati olim do. Maſini in præſenti cauſa editis, quorum ſuām uti iuri conſonā approbo, & præcipuè ſtante pacto de retrouēdendo dictas duodecim tornaturas terræ in inſtrumento uenditionis earum appoſito, & in actis producto, ad

quod relatio habeatur: quod pactum, cum ſua de iure requiſita habeat, ſeruandum, & adimplendum eſt ab hæredi-
1 bus dicti domini Iulij emptoris, † qui cum ab ipſo Michaelangelo, & ab hæredibus domini Maſini fuerint iudicialiter requiſiti cum actuali depoſitione pretij conuenti librarum centum & ſexdecim, tenentur dictas duodecim tornaturas terræ reuendere, & tradere, ſi illas tradendi facultatem habeant, aliàs ad ipſorum intereſſe, ut ſupra, abſque eo, quod decretum prætoris, ſeu ſuperioris in dicta reuenditione ab ipſis hæredibus domini Iulij pupillis, & minoribus facienda interuenerit per textum in l.1.C.quando de-
2 creto opus non eſt: † quod pactum de reuendendo afficit etiam hæredes ipſius emptoris ad reuendẽdum, & ſi de hæredibus mentio facta non eſſet, & tanto magis, quando de hæredibus expreſſum fuiſſet, ut in hac ſpecie l.2.C. de pactis inter empt.& uendit.ubi glo. & ſcribentes: Necnon
3 certiſſimi iuris eſt, † pactum huiuſmodi de reuendendo initum eo modo, quo in caſu occurrenti inter contrahentes factum fuit, omni lege diuina, & humana tàm canonica, quàm ciuili eſt adimplendum argumento c.1. & c. qualiter, ubi gloſæ, extrà de pactis, c.ad noſtram de empt.& uen-
4 dit.& d.l.2.& ubique ſcriben. Immò † per huiuſmodi pactum dicitur ſuppleri iuſtum pretium, & illius pars eſſe cen
5 ſetur ad l.fundi partem ff.de contrahen.empt.& † iuri acquiſito ex hoc pacto de reuendendo non præſcribitur niſi ſpatio temporis triginta annorum, nam cum ex eo competat actio perſonalis ex contractu, uel actio præſcriptis uerbis d.l.2.& argumento l.qui fundum ff.de contrahen.empt. ſequitur, quòd illa tolli non poteſt, niſi curſu dicti temporis l.ſicut C.de præſcriptione triginta annorum, Angel. in conſi.53.incip.Gulielmus, & latè habetur per Felinum in
6 rub.de præſcrip.colum.antepenul.& † præſertim hæc vera ſunt, quando in inſtrumento, in quo adeſt illud pactum, fuit appoſita clauſula conſueta, quæ omnia, & ſingula partes prædictæ perpetuò adimplere, & obſeruare promiſerunt, uel per alia ſimilia uerba idem importantia Angel.in l.1.ff. de vſucap.& Felin.in d.rub.colum.penult.in uerſicu.
7 idem ſi in inſtrumento: & † tanto magis, quando in inſtrumento iuratum eſſet omnia, & ſingula perpetuo adimplere, & obſeruare, prout in caſu, de quo agitur, iuratum fuit: nam ultra quod clauſula illa de per ſe hunc effectum operaretur, iuramentum etiam per ſe diem importaret, cum
8 † de natura iuramenti conuentionalis ſit obligationem perpetuare Hoſtien.in ſumma de iureiuran.§. quæ res, Abb.in c.fin.colum.6.de præſcrip.Barto.in l.nam & poſtea §.ſi is ff. de iureiuran.Alexan.in l.ſi duo patroni §.iulianus ff.de iureiuran. & in l.nemo poteſt columna penultima ff. de lega. 1. Multo magis igitur effectum prædictum operari dicentur, quando dicta clauſula, & iuramentum ſimul iuncta fuerunt argumento c.1.de tregua, & pace, & authen. itaque C.communia de ſucceſſio. quicquid ſenſerit Petrus de Ancha.in conſi.332.viſis diligenter actis in 2.colum.& Iaſ.in l.petens colum.4.C. de pactis, quia non loquuntur in hac ſpecie, & Petrus videtur loqui, quando facta eſſet ſimplex promiſſio de uendendo rem pro certo pretio: Secus ſi res uendita eſſet cum hoc pacto, quòd emptor pro eodem pretio reuendere teneretur, nam ex hoc pacto in contractu appoſito, quod pars contractus cenſetur l.contractus, & ibi Bal.C.de fide inſtrumen. competit actio perſonalis ex ipſo contractu, uel actio præſcriptis uerbis, quæ actiones cum ſint perſonales, dicuntur ſui natura eſſe perpetuæ d.l.ſicut
9 cũ alijs.¶Et † quamuis pactũ de reuẽdendo factũ pluribus non obliget emptorem ad reuendendum uni, uel pluribus, niſi omnes redimere uelint, & ſint parati, Bar.Pau.de Caſt. & alij in l.ſi quis aliam ff.de ſolutio. Bart.in l.qui uſumfructum ff.de uſufruct.lega. & Bal.in d.l.2.C. de pactis inter empt.& uendit. tamen in hac ſpecie pactum fuit factum, quòd omnibus uenditoribus, uel alteri eorum redimere licitum eſſet, & contractus legem ex conuentione partium accipiunt l.1.§.ſi conueniat ff.depoſi. & l.contractus ff. de regulis iuris. Præterea in caſu noſtro omnes, quibus ius redimendi competebat, ſunt, qui petunt rem uelle redimere, & eorum omnium nomine realis oblatio pecuniæ, ſeu pretij facta fuit, iuxta ea, quæ habentur in dicta l.2.cum gloſ.

¶Sed maius fundamentum dictorum hæredum domini Iulij, quod contra præfatum Michaelemangelum facere uidetur, eſt, quòd ipſe exiſtens tutor, & curator reſpectiuè hæredum, & filiorum domini Iulij unà cum domino Ioanne Ludouico contutore in ſolutum aſſignauit dictas duodecim tornaturas terræ pro ſumma librarum ducentarum ſexdecim pro parte reſtitutionis dotium dominæ Iacobæ uxoris olim dicti do.Iulij, tãquam rem emptam ex pecunia dotali
10 ipſius dominæ Iacobæ, & † quæ conſequenter dici poteſt dotalis, concurrente uoluntate, & conſenſu mariti, atq; mulieris, Bartol.Alexand.& alij in l.ſi cum dotem §.fin.in 1.oppoſitione ff.ſoluto matrimonio, & l.ex pecunia cum gloſa, ibique doctor.C.de iure dotium, prout in emptione dictarum duodecim tornaturarum conſenſus prædictus concurriſſe uidetur, ueluti infertur ex contentis in quodam inſtrumento facto de anno 1531.& die 14.ianuarij, ac etiam ex contentis in teſtamento dicti domini Iulij, vel ſaltem ut hæ duodecim tornaturæ poſſent aſſignari pro reſtitutione partis dotium prædictarum pro eodem pretio, quo emptæ eſſent, uel pro minori, non autem pro maiori: Cum igitur dominus Michaelangelus conſenſerit dictas duodecim tornaturas terræ fuiſſe in ſolutũ aſſignatas dictæ dominæ Iacobæ, ipſeque huiuſmodi aſſignationi interuenerit, ſequitur, quòd malè agit, petendo illas ſibi reſtitui, & reuendi, quia nemo contra factum ſuum legitimè factum uenire poteſt, immò ipſe tenetur de dolo, & culpa dictis ſuis pupillis, ut latius in proceſſu, & allegationibus hæredum, & filiorum domini Iulij habetur. Verum huic fundamento, & omnibus in eo contentis optimè reſponſum fuit per aduocatos dictorum domini Michaelisangeli, & filiorum, ac hæredum dicti Maſini, quòd cũ dictæ duodecim tornaturæ fuerint à dicto domino Iulio emptæ cum pacto de retrouendendo, ut ſupra, & ex illo fuerit ius dictis Michaeliangelo,
11 & hæredibus Maſini acquiſitum, ſequitur, † quòd licet Michaelangelus tanquam tutor dictæ aſſignationi interuenerit, ob hoc tamen non dicitur ſibi præiudicaſſe, quin poſtea iure ſuo uti poſſit l.cum quædam C.de adminiſtratio.tutor. cum aliis ibi allegatis per gloſam, & ſcribentes communiter: Quinimmò ſi etiam non ut tutor, ſed ſuo nomine dictæ aſſignationi conſenſiſſet, non renunciando iuribus ſuis, & conſequenter ſibi ex tali pacto acquiſitis, tamen ſibi præiudicaſſe non diceretur, quominus poſſet dicto pacto de reuendendo uti ad effectum, ut dictus dominus Iulius, ſeu hæredes ſui tenerentur uel ad reſtitutionem dictarum duodecim tornaturarum, uel ad intereſſe ſingulare dictorum domini Michaelisangeli, & hæredum domini Maſini, quia conſentiendo ſimpliciter non uidetur iuribus ſuis renunciaſſe, nec ſibi præiudicaſſe, ut eſt textus ſingularis in l.fin.ff.
12 de pactis dotal. ¶ Quantum † autem ſit intereſſe ſingulare dictorum do. Michaelisangeli, & hæredum domini Maſini iuxta d.l.1. ff.de actio. empt.& d.l.2. C. eod. arbitror illud tantum eſſe, quanti de præſenti tempore interpellationis ualet res, de qua agitur, & ſic prout fuerit probatum, ut in dictis iuribus, & habetur in dicta l. fin.

¶Quoad illud autem, quòd ex proteſtatione, & interpellatione primo facta ipſi dominæ Iacobæ inferri uidebatur, quòd ipſa, ad quam res deuenerat, eſſet obligata pro eo-

dem

13 demmet pretio reuendere: † Concludo eam ad hoc non teneri, nec obligatam eſſe, & contra eam agi non poſſe, quoniam actio perſonalis, quæ ex dicto pacto dictis dominis Michaeliangelo, & hæredibus Maſini competit, non poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, qualis eſt domina Iacoba, dirigi, nec intentari l. fina. in fine ff. de contrahenda emptio. & ita in indiuiduo plenè ponit Alexand. in conſilio 10. uolum. 1. ad quem in hoc, & in reliquis ad conſilia prædicta dominorum aduocatorum me remitto: Ex quibus, quæ debeant eſſe partes dominorum arbitrorum, ſatis conſtat, ut in principio retuli. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ex pacto pro abſentibus facto ius agendi abſentibus competit, & acquiritur, ſequuta illorum ratificatione, & non ante.*
2 *Abſentium nomine abſque mandato paciſcens, & conueniens tanquam negotiorum geſtor paciſci, & conuenire dicitur:*
3 *Et abſentibus tunc ius aliquod abſque ratificatione non acquiritur.*
4 *Ratificatio qualibet extrema, & tempora habilia requirit.*
5 *Ex pacto de retrouendendo ſimpliciter quis infra decennium, & non ultra poteſt uelle emere.*
6 *Ratificatio quando fieri poſſit, & retrotrahatur, & quando non.*
7 *Ratihabitionem æquiparari mandato, & retrotrahi quomodo intelligatur.*
8 *Empta re cum pacto de retrouendendo eum, & quando uoluerit, ſi interim ante, quàm declaret ſe uelle, res fuit alteri locata, & is poſtea declaret, & emat, colono ſtare tenetur.*
9 *Ex pacto de retrouendendo contra ſingularem ſucceſſorem agi non poteſt, & quæ actio, & contra quem ex eo oriatur.*
10 *Ratihabitione ut quid efficiatur noſtrum, quid requiritur.*
11 *Obligatus ad uendendum ex pacto de retrouendendo non cogitur præcisè uendere, & tradere, maximè ſi facultatem tradendi non habeat, ſed ſoluendo intereſſe liberatur:*
12 *Idem eſt in uendente, ut perfecta uenditione ſoluendo intereſſe liberetur, & tradere præcisè non cogatur, ſi facultatem tradendi non habeat.*
13 *Obligatus ad uendendum alicui ex pacto non prohibetur alteri uendere ita, quòd uendendo non transferat dominium, & uenditio in ſe non ualeat, ſed uel ad pœnam promiſſam, uel aliàs ad intereſſe tenetur.*
14 *Emptor ſecundus, cui res fuit uendita, & tradita, præfertur primo emptori, cui res tantum uendita, ſed non tradita fuit, & multo magis præfertur illi, cui ſolum pactum de uendendo factum fuiſſet.*
15 *Obligatus ex pacto ad reuendendum pluribus non tenetur uendere alteri tantum etiam partem rei ſolam uolenti emere, & totum pretium offerenti, niſi, ut ibi.*
16 *Pactum etiam iuratum alteri factum quando etiam de iure canonico ualeat, & ex eo alteri ius agendi acquiratur, & quando non.*
17 *Pacti uerba ſimpliciter, & imperſonaliter prolata in dubio ad paciſcentem, & non ad tertium referri debent.*
18 *Ex pacto precarij pro tertio abſente facto non acquiritur ipſi tertio abſenti poſſeſſio, niſi illius ratificatione ſequuta.*
19 *Actus unus, & idem contrarios effectus parere non poteſt.*
20 *Mulier emens nomine ſuo, & pecuniis ſuis proprijs dicitur ſibi, & non marito acquiſiuiſſe.*
21 *Maritus, eiuſque filij res proprias uxoris poſſidentes non uerè, ſed iure familiaritatis poſſident.*
22 *Pactum de uendendo alicui, & non alteri non impedit alienationem, & uenditionem alteri factam, quin in ſe ualeat, ſed ex eo ad intereſſe tantum agi poteſt.*
23 *Ex pacto de uendendo, ſeu reuendendo ſimpliciter facto dominium, oblato, & depoſito pretio, ipſo iure non transfertur, niſi dictum eſſet, quòd oblato pretio res ſit inempta.*

EPITOME.

Ex *pacto in rei uenditione appoſito, quo emptores rem Titio, & Caio abſentibus pro eodem pretio reuendere cum iuramento promiſerunt, cum, & quando eam emere uoluerint, poſt decennium elapſum, & re alteri uendita, & tradita ante, quàm Titius, & Caius illud pactum ratificauerint, & ſe uelle emere declarauerint, nullum ipſis, & multo minus alteri tantum ius fuiſſe acquiſitum, neque competere contra promiſſores præfatos, & minus contra illorum ſingulares ſucceſſores agendi, ut præcisè ſibi dictam rem uendant, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CLXIIII.

VISO inſtrumento uenditionis factæ per Gaſparem Antonio, & Paganino fratribus, cum pacto, quòd ipſi Antonius, & Paganinus teneantur, & ſic promiſerunt reuendere, & alienare hæredibus Michaelis dictam ſuprascriptam petiam terræ pro dicto pretio, cum, & quando eam emere uoluerint, & cum pacto precarij in bonis dictorum Antonij, & Paganini, nec non cõſideratis ijs, quæ mihi in facto proponuntur, cõcludo, quòd Petrusantonius unus ex hæredibus dicti Michaelis uigore dicti pacti nõ poteſt declarare ſe nũc uelle emere adeò, quòd ex tali declaratione ius aliquod ipſi in dicta re acquiratur reſpectu dominij, uel poſſeſſionis, nec poteſt etiã cogere dictos Antonium, & Paganinum fratres, ac emptores, nec illorum ſingulares ſucceſſores, uidelicet dominam Camillam, & monachos ſancti Proculi poſteriores emptores, ac ſucceſſores ad ſibi uẽdendum, & alienandum: Quam concluſionẽ multipliciter con
1 firmo, & primo conſidero, quòd † hoc pactum de reuendendo, & alienando dictis hæredibus Michaelis factum fuit, & conuentum inter dictum Gaſparem uenditorem, & præfatos Antonium, & Paganinum emptores abſentibus dictis hæredibus, ut conſtat ex inſtrumento: quo fit, ut dictis hæredibus ius agendi ex dicto pacto competat, & ius aliquod ad dictam rem acquiratur, ſequuta ipſorũ ratificatione, & non ante, ut colligitur ex iis, quæ uolunt Alex. Areti. Io. de Imo. & ſcribentes in l. ſi mihi, & titio ff. de uerb. obli. in illa quæſtione, quando aliquis accepit emphyteoſim pro ſe, & no-
2 mine eius fratris abſentis: Item † ex quo in caſu noſtro dictus Gaſpar abſque mandato nomine hæredum Michaelis abſentium pactus fuit, & conuenit, profectò tanquam negotiorum geſtor dicitur pactum, & conuentionem feciſſe, ut uolunt omnes docto. in l. ſtipulatio iſta §. alteri, & in §. ſi
3 ſtipuler alicui ff. de uerbo. obliga. ergo † abſque ratificatione dictorum hæredum non potuit ipſis ius aliquod acquiri ad tradita expreſsè per Io. de Imo. Paul. de Caſ. & omnes in d. §. alteri, & in d. §. ſi ſtipuler, & faciunt dicta per Areti. in l. quod meo in 1. col. ff. de acqui. poſ. & eſt bonus text. in l. diſpenſatorem ff. de ſolut. & per totum ff. & C. de nego. geſtis.
4 † Ratificatio autem requirit extrema habilia, & fieri debet infra tempora, infra quæ ipſi hæredes Michaelis potuiſſent emere, ſeu declarare ſe uelle emere, & hoc eſt commune in qualibet ratificatione l. bonorum, & l. fin. in fin. ibiq; docto. omnes ff. rem rat. hab. Bar. in l. 1. C. qui admit. & Alexan. in conſi. 135. in ult. col. uol. 2. Sed hæredes ex tali pacto eo caſu, quo ipſis hoc fuiſſet promiſſum, nõ potuiſſent agere, nec
5 declarare ſe uelle emere, ſtante curſu decennij, † infra quod ex tali pacto quis poteſt uelle emere, & non ultra, prout uoluit Pet. de Anch. in conſi. 132. uiſis diligenter actis in 2. col. ſequuntur moderniſs. in l. petens col. 4. C. de pact. &
6 eſt de mente Bal. in conſi. 253. in 2. lib. ergo &c. † Præterea ratificatio operatur, & retrotrahitur, quando ante eam non eſſet aliquod ius tertio acquiſitum, ſed ſi ius tertio fuiſſet acquiſitum, ratificatio tunc in præiudicium illius nõ poteſt fieri, nec retrotrahitur, ut colligitur ex iis, quæ ponit Bal. in authen. ei, qui C. de tẽp. appel. l. ſi indebitum in fin. & ibi Bart. ff. rem rat. hab. d. l. bonorũ, & habetur per Bar. Io. de Imo. &
7 Paul. de Caſ. in l. cum decem ff. de ſolut. † Et Bar. in l. ſi uxor §. ſi quis uxori ff. de adulter. quem Alexan. ſequitur, inquit, quòd

quòd illa regula, quæ dicitur ratihabitionem æquiparari mandato,& retrotrahi,ſemper debet intelligi,exiſtentibus rebus integris, alioquin mandato non æquipararetur, nec
8 retrotraheretur: Et † dicit Bald. notabiliter in l. 1. in finalibus uerbis C. de iure fiſci lib. 10. quem Alexan. ſequitur in l. ſi filio §. 1. in 3. colum. ff. ſoluto matrimon. quòd ſi quis rem emit cum pacto de retrouendendo pro eodem pretio, cum,& quãdo uoluerit,& interim ante, quàm ſe uelle emere declaret, res fuerit alteri locata, illo poſtea declarante, & emente, colono ſtare tenetur, & res ad eum cum illo onere tranſit: Sed in caſu noſtro ante, quàm hæredes Michaelis declarauerint ſe uelle emere, fuit res illa uendita dominæ Camillæ, eique tradita, & deinde per dominam Camillam fuit uendita, & tradita dictis monachis ſancti Proculi, ergo non potuerunt poſtea dicti hæredes pactũ ſupra dictum ratificare in præiudicium dictæ dominæ Camillæ, & dictorum monachorum, quibus iam fuerat ius in re acquiſitum: Agant ergo hæredes dicti Michaelis, quibus ex pacto ius fuit acquiſitum ſequuta ratificatione, ut ſupra, contra dictos Antonium,& Paganinum, & non contra dominam Camillam, uel contra dictos monachos ſingulares
9 ſucceſſores: quoniam † cum ex tali pacto de reuendendo oriatur actio perſonalis, & non actio in rem contra obligatum,& eum, qui retrouendere promiſit l. 2. C. de pactis inter emptorem,& uenditorem cum ibi not. l. qui fundum, l. fundi partem ff. de contrahen. emptio. & l. ſi ſterilis §. ſi tibi ff. de actio. empt. ergo ex eo agi poterit contra perſonam obligatam, uel eius hæredes, & non contra habentes cauſam oneroſam,& conſequenter contra ſingulares ſucceſſores, quia actio perſonalis perſonam,& non rem ſequitur, ut in terminis noſtris uoluit Alexan. optimè ad propoſitum loquens in conſilio 10. uolum. 1. & eſt bonus text. in l. finali in fine ff. de contrahenda emptio. iuncto §. 1. Inſtitu. de actio.& faciunt notata per Bartolum in l. final. ff. de noui operis nunciatio. qui uoluit, quòd ſi promiſi tibi in fundo non ædificare, & poſtea fundum Titio uendidi, qui in illo ædificauit, non potes contra Titium ſingularem ſucceſſorem agere, ſed contra me, quia actio perſonalis in ſingularem ſucceſſorẽ non dirigitur d. l. fin. in fin. & hoc eſt in iu-
10 re notiſſimum. Præterea † quando negotium ſola ratihabitione efficitur noſtrum, requiritur, quòd à principio, cum ſtatim ſcitur, habeatur ratum, & tunc efficaciter noſtrum efficitur, alioquin à nobis perpetuo abdicatur: & quamuis poſtea ratum habere uellem, nihil operaretur, quoniam quod ſemel etiam tacitè reprobaui, non poſſum amplius approbare, ut eſt textus, ibique Paul. de Caſtro in l. diſpenſatorem ff. de ſolution. Sed hæredes Michaelis ſciuerunt negotium ad ſe ex pacto pertinuiſſe,& prout ex diuturnitate temporis ipſos ſciuiſſe præſumitur iuxta ea, quæ habentur per doctores in l. qui in aliena ff. de acquiren. hæredita. in l. ſciendum ff. de uerborum obligatio. & in c. ſicut de re iudica.& ſtatim non ratificauerunt, ergo &c.
11 ¶ Secundo uidetur, quòd † dicti hæredes Michaelis, quibus ex ratificatione ius, ut ſupra, acquiri potuit, non poſſint ratificare, ſeu declarare ſe uelle emere, contra dictos Antonium, & Paganinum, uel eorum hæredes ex pacto obligatos ad finem, & effectum, ut ipſis præciſè ſit uendendum,& tradendum, ſed ſolum ad effectum, ut contra eos intereſſe conſequi ualeant, quoniam pactum de reuendendo,& alienando non dicitur uenditio, nec alienatio, cum aliud ſit uendere,& aliud promittere uendere ad tradita per Alexandrum in conſil. 76. in 4. colum. in 3. articulo uolum. 5.& primum habet mixturam dandi,& faciendi, Barto. in l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de uerborum obligatio.& habetur per eundem Bartolum, Paulum de Caſtro,& alios in l. 1. ff. de actio. empt. ſecundum uerò continet in ſe merum factum argumento l. conſilio ff. de curat. furio.& ex hoc ſecundo quis non cogitur præciſè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur, quoniam in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad intereſſe, d. l. ſtipulationes non diuiduntur uerſicu. celſus, l. ſi quis ab alio ff. de re iudicata, Alexand. in dicto conſilio 10.& in conſil 72. uolum. 3. & idem Alexand. etiam poſt Bartolum in l. iuriſgentium in principio in 3. colum. ff. de pactis: Et hoc præſertim in caſu noſtro dicendum eſt, cum dicti Antonius, & Paganinus ad uendendum ex tali pacto obligati non habeant facultatem dandi, ſeu tradendi, quia ante ratihabitionem alteri uendiderunt: & in fortioribus terminis hoc probatur ex iis, quæ dicuntur per Bartolum, Paulum de Caſtro, Salicetum,& omnes in dicta l. 1. ac etiam in dicta l. ſti-
12 pulationes non diuiduntur, † ubi perfecta uenditione, quæ, ut dixi, mixturam habet dandi, & faciendi, quis præciſè rem tradere cogitur, ſi facultatem tradendi habeat, ſi uerò facultatem tradendi non habeat, quia alteri uendiderit,& tradiderit, non tenetur tunc præciſè tradere, ſed ſoluendo intereſſe liberatur, ut ibi: Si ergo non dum ſit perfecta uenditio, ſed quis ſimpliciter ad uendendum,& ſic ad merum factum ſit obligatus, neque facultatem tradendi habeat, minus præciſè uendere,& tradere tenebitur, ſed ſoluendo intereſſe liberabitur, cum in obligationibus meri facti magis ſuccedat obligatio ad intereſſe, quàm in obligationibus mixturam dandi,& faciendi habentibus, per Bartolum in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur, quia in obligationibus dandi quis præciſè cogitur dare l. ubi autem in fin. ff. de uerborum obligation. Et ad propoſitum facit id,
13 quod † notabiliter uoluit Paulus de Caſtro in l. qui romæ §. cohæredes in finalibus uerbis ff. de uerborum obligatio. dicens, quòd obligatus ex pacto ad uendendum alicui non prohibetur alteri uendere taliter, quòd uendendo non transferat dominium, & uenditio in ſe non ualeat, ſed alteri alienans,& uendens pœnam, ſi illa ſit promiſſa, incurrit, d. §. cohæredes, uel ad intereſſe tenetur per textum in l. ea lege C. de condict. ob cauſam. ¶ Tertio conſidero,
14 quòd † poſt hoc pactum de reuendendo hæredibus Michaelis factum per dictos Antonium, & Paganinum res fuit uendita, & tradita dominæ Camillæ, ut ex inſtrumentis productis conſtat, ergo quoad rem illam, eiuſque dominium, & poſſeſſionem domina Camilla, & eius ſucceſſores debent dici priores,& potiores, quàm ſint hæredes ipſius Michaelis, quod quidem in fortioribus terminis probatur ex iis, quæ habentur in l. quoties C. de rei uendicatio. & in l. multum intereſt in fine C. ſi quis alter. uel ſibi, ubi ſi quis rem uni prius uendiderit, ſed non tradiderit, deinde alij eandem rem uendiderit,& tradiderit, potior eſt ſecundus: A fortiori igitur hoc dicendum eſt, ſi uni prius fuit factum pactum de uendendo, quod merum factum continet, & ante, quàm illi ex tali pacto fuerit ius aliquod acquiſitum, ut quia neceſſaria eſſet ratificatio, prout in caſu noſtro, alteri perfectè res fuerit uendita, & tradita per eum, qui ex pacto prius alteri uendere promiſerat, ut in terminis noſtris concludit Alexand. in dicto conſil. 10.

¶ Quarto concluſio ſupra poſita firmiſſimo fundamento
15 confirmatur, † nam promiſſum fuit de retrouendendo, & alienando rem hæredibus Michaelis, qui fuerunt duo, uidelicet Petruſantonius, qui nunc ſolus agit, & Andreas: ſed ubicunque quis ex pacto de retrouendendo tenetur pluribus hæredibus alicuius uendere, non tenetur, nec cogi poteſt uendere alteri eorum tantum, & unus ex dictis hæredibus non poteſt declarare ſe uelle emere etiam ſolam rei partem, offerẽdo etiam totum rei pretium, niſi

niſi alter alteri ſucceſſiſſet, uel iuri ſuo ceſſiſſet, & renunciaſſet, uel alter alterum procuratorem conſtituiſſet: proprium enim cuiuſque eorum ius fuit, neq; per alium poteſt uſurpari, ut not. uolunt Bar. & Pau. de Caſt. in l. ſi quis aliam ff. de ſolutio. Bar. in l. qui uſusfructus ff. de uſufruc. lega. & Bald. in l. 2. in fin. uer. C. de pactis inter emp. & uend. l. quod ſi nolit §. ſi plures, §. marcellus, & §. idem marcellus ff. de ædil. edic. & faciunt etiam not. per Alex. in d. conſi. 76. colum. 4. uolu. 5. & Paul. de Caſt. in l. iulianus §. offerri ff. de actio. empti, per l. fiſtulas §. qui fundum ff. de cõtrah. emp. dicit, quòd uenditor, qui rem ſoluto pretio tenetur tradere, non tenetur alteri ex hæredibus partem pretii offerenti rei partem tradere, ne quis inuitus in cõmunionẽ cadat, ut dicit gl. not. in l. fundus ille, & ibi Sali. ff. de contrah. emp. & in caſu noſtro ſolus Petrusantonius offert ſe uelle emere, & non Andreas, immò Andreas oĩa, & quæcũque iura ſua, & omnem dictæ rei partem ſuã uendidit, & ceſſit do. Camillæ, ad quam ea res peruenit, ergo non ſumus in caſu, in quo Petrusantonius obligatos ex pacto ad retrouendendum, uel eorum ſucceſſores ad ſibi ſoli retrouendendum cogere poſſit. ¶ Quinto uidetur, quòd ex tali pacto in terminis noſtris nihil potuerit hæredibus Michaelis acquiri, nec ipſi ex eo potuerunt agere, aut declarare ſe uelle emere, quoniam ſumus in caſu, in quo pactum alteri factum non ualet, nec ex eo alteri quicquã acquiritur etiã de iure canonico,
16 quamuis pactum fuerit iuratum: † licet enim ex pacto alteri facto ratione iuramenti poſſit agi, ut uoluit glo. communiter approbata in c. quoties cordi oculus 1. q. 7. & plenè habetur per Alex. in l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de uerbo. oblig. in 1. colum. tamen illud eſt uerum, & ita propriè loquitur dicta gl. quando uerba promiſſiua eſſent collata in perſonam paciſcentis, & uerba exequutiua in perſonam tertij abſentis, ut clarè colligitur ex illa glo. quam ita declarat Abb. in c. ſi cautio de fide inſtrumen. at in caſu noſtro uerba pacti promiſſiua fuerunt imperſonaliter prolata, & exequutiua fuerunt collata in perſonam tertij, ergo ſtandum erit regulæ, quòd alteri nemo ſtipulari poteſt, niſi paciſcentis interſit, quia tunc ipſi ſoli actio competeret, ut in d. §. alteri: & præſertim huiuſmodi pactum non debet dici ualere, cum fuerit factum ſuper re paciſcentis, quæ non eſt duratura ſua: quo caſu pactum non ualet, nec ex eo agi poteſt d. §. alteri, & habetur per Bar. in d. l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler alicui: Præterea Alex. in d. §. alteri, & Abb. in d. c. ſi cautio fatentur, quòd quando uerba promiſſiua, & exequutiua ſunt ad tertium abſentem relata, tunc pactum alteri factum non ualet, nec ex eo etiam in foro canonico agi poteſt, neque iuramento firmatur: & hoc modo limitatur glo. in d. c. quoties cordi: Sed quando uerba pacti promiſſiua ſunt imperſonaliter prolata, & uerba exequutiua ſunt in perſonam tertij collata, prout in caſu noſtro factum reperitur, ut ex uerbis inſtrumenti, & pacti apparet, quibus dicitur, quòd emptores promiſerunt reuẽdere hæredibus Michaelis, tũc promiſſiua etiam cenſentur in perſonam tertij collata, & ſic perinde eſt, ac ſi omnia uerba eſſent collata in perſonam ipſius tertij, ut uoluit Bart. in d. §. ſi ſtipuler alicui; ergo ſumus in caſu, in quo etiam de iure canonico, & interueniente iuramento ex pacto alteri facto agi non poteſt. Rurſus quòd ratione iuramenti ex pacto alteri facto de iure canonico agi poſſit, ut per Alex. in d. §. alteri, hoc intelligo uerũ eſſe, ſequuta ratihabitione ipſius tertij, cuius negotium per paciſcentem, qui mandatum non habuit, fuit geſtum, nam ante ratihabitionem ipſi ex tali pacto non poteſt acquiri, ut ſupra tetigi, & probatur ex iis, quæ habentur per ſcriben. in d. l. ſi mihi & titio, in d. §. alteri per Imol. & in d. §. ſi ſtipuler alicui, & argumento l. diſpenſatorem ff. de ſolutio. cum ſimilibus: quæ ratificatio fieri debuit infra tempora, infra quæ ratione pacti de retrouendendo quis poteſt emere, & ante, quàm alteri ius eſſet acquiſitum, & rebus integris exiſtentibus, ut ſupra dictum fuit. ¶ Sexto uidetur etiam, quòd ex pacto precarij in bonis dictorum Antonij, & Paganini nulla poſſeſſio, nullumq; ius fuerit ipſis hæredibus Mi-
17 chaelis acquiſitum, tum quia † uerba pacti precarij tàm promiſſiua, quàm exequutiua fuerunt ſimpliciter prolata, quo caſu debent in dubio ad paciſcentem referri, & non ad tertium, hoc eſt ad hæredes Michaelis, ad hoc, ut actus ualeat argumento l. quoties ff. de regulis iuris, & l. in ambiguis eodem titulo iunctis iis, quæ habentur in d. §. alteri cum ſimilibus, tum quia uerba imperſonalia, & ſimpliciter per ſe prolata debent ad paciſcentem referri ad tradita per Imol. Alexan. & alios in d. §. ſi ſtipuler alicui; & ſi uerba huius pacti precarij extendantur in caſu noſtro, apparebit illa eſſe relata ad paciſcentem, & non ad tertios, hoc eſt ad hæredes Michaelis: ex quibus clarè colligitur, quòd per huiuſmodi pactum precarij non fuit acquiſita poſſeſſio, nec aliud ius dictis hæredibus, quibus non fuit factum pactum, ſed ipſi Gaſpari paciſcenti in caſu, quo promiſſa non ſeruarentur tàm reſpectu retrouenditionis faciendæ dictis hæredibus, quàm etiam reſpectu ſolutionis reſidui pretij, quod Antonius, & Paganinus emptores certo tempore ſoluere promiſerant: & reſpectu huius ultimi caſus credo fuiſſe appoſitum pactum precarii potius, quam reſpectu primi caſus, cum quotidie debitores conſtituant ſe precario nomine poſſidere bona ſua ad inſtantiam creditorum l. certe in fin ff. de precario, tum etiam quia poſito, quòd hoc pactum precarij tertio quoque, hoc eſt hæredibus Michaelis factum
18 eſſet, † tamen ex eo non potuit ipſis hæredibus acquiri poſſeſſio, niſi ſequuta eorum ratificatione, ut probatur in l. in rebus §. 1. & in l. certe §. 1. ff. de precario, & in terminis per Areti. in l. quod meo in 1. colum. ff. de acquiren. poſſeſſio. & faciunt etiam ea, quæ ſupra in ſimili adduxi: Sed non apparet de ratificatione huius pacti precarij per dictos hæredes facta, ergo &c. & poſito quòd Petrusantonius agens ratificaſſet, tamen non reperitur, ipſum ratificaſſe ante, quàm poſſeſſio eſſet alteri acquiſita, & ſic re integra, ſed poſtquam res fuit alteri uendita, & tradita, & alteri fuit acquiſita poſſeſſio, ergo non potuit ratificatio fieri in præiudicium iuris alteri iam acquiſiti per ſupra plenius dicta.

¶ Præterea ſi diceretur, quòd Petrusantonius hæres dicti Michaelis pro parte cenſetur ratificaſſe agendo, & petendo rem, & ratione illius pacti precarij ad reſtitutionem poſſeſſionis agendo, quoniam qui uult conſequens, uidetur uelle omne antecedens l. illud ff. de acquir. hæred. cum ſimilibus, reſpondetur ad hoc, quòd inducta ad unum effectum non operantur contrarium iuribus uulgaribus, ſed petitio Petriantonii facta fuit, ut ſibi poſſeſſio relaxetur, & reſtituatur, ſiue in ea non moleſtetur, ut ex tenore petitionis conſtat, & conſequenter ut precarium extinguatur, & reuocetur, quod quidem per uoluntatem contrariam, & per pœnitentiam extinguitur, ut in l. 1. & 2. cum ſimilibus ff. de precario, ergo ex tali petitione ratificatio illius pacti induci non debet, nec conſequenter acquiſitio poſſeſſionis, quæ ex huiuſmodi pacto acquiritur, ut eſt tex. in d. l. certe §. is qui rogauit cum ibi not. & in fin. & l. & habet §.
19 penultim. ff. de precar. † Vnus enim, & idem actus non poteſt parere natiuitatem, & extinctionem, & ſic effectus contrarios ad no. per gl. in c. 3. per illum tex. de baptiſ. c. ſi quis ægritudine 57. diſtinc. & eſt optimus tex. in l. qui hominem §. penult. ff. de ſolutio. Quod fieret in caſu noſtro, quia eadem petitio pareret ratificationem pacti precarij, & ſic acquiſitionem poſſeſſionis, item illius reuocationem, & finem. ¶ Nec dicatur, quòd per plures teſtes probata fuit poſſeſſio dictæ rei ipſius Michaelis uſque ad eius

mortem,& poſt mortem ſuam hæredum ſuorum,uidelicet dictorum Petriantonij,& Andreæ, quoniam reſpondetur, quòd ex quo poſſeſſio Gaſparis, qui rem ex titulo ab ipſo Michaele habuit,& poſſeſſio Antonij,& Paganini fratrum, qui cauſam ab ipſo Gaſpare habuerunt, & poſſeſſio dominæ Camillæ,quæ cauſam habuit à dictis Antonio,& Paganino,& ſucceſſiuè poſſeſſio monachorum, qui cauſam à domina Camilla habuerunt, probata fuit tàm ex pactis conſtituti de poſſidendo in inſtrumentis uenditionum prædictarum appoſitis iuxta ea,quæ habentur in l.quod meo, & in l.interdum in fine ff.de acquiren. poſſeſſio. & in l. quædam mulier cum ibi notatis ff. de rei uendicatio. quàm ex pluribus teſtibus ad fauorem dictorum monachorum examinatis,manifeſtè conſtat de mendacio dictorum teſtium ad fauorem Petriantonij examinatorum, quoniam probationes monachorum præponderant probationibus dicti Petriantonij,cum ipſi monachi ultra probationem teſtium ſuper poſſeſſione melius de titulo per plura inſtrumenta probauerint argumento eorum,quæ ponunt canoniſtæ in c.licet cauſam de probatio.& Bart.in l.ſi duo in princip. ff.uti poſſidetis.Præterea cum conſtet de uero,& iuſto titulo, ac de uera,& iuſta poſſeſſione dominæ Camillæ, quæ eius nomine poſſedit, ac etiam nomine monachorum, à quibus rem conducit, & hæc poſſeſſio dominæ Camillæ ad eam peruenerit ſaltem mediante facto Michaelis patris dicti Pe-
20 triantonij, qui rem iſtam dicto Gaſpari uendidit: † Item cum appareat dominam Camillam emiſſe nomine ſuo, & pecuniis propriis, quo caſu dicitur ſibi, & non marito acquiſiuiſſe argumento eorum, quæ habentur in l.1. & in l. cum propria C.ſi quis alteri,uel ſibi,& faciunt ea,quæ notabiliter ponit Ange.in l.ſi inſtrumenta C.de conuenien.fiſci debito.lib.10.ſequitur,quòd licet fuerint probati aliqui actus poſſeſſorij dictorum Michaelis mariti dominæ Camillæ,& Petriantonij,ac Andreæ filiorum etiam dictæ dominæ
21 Camillæ, † tamen debet intelligi, quòd poſſederint nomine dictæ dominæ Camillæ,& iure familiaritatis, non autem quòd ipſi uerè poſſederint, ut eſt doctrina Bartoli ab omnibus approbata in l.qui iure familiaritatis ff. de acquiren.poſſeſſio. & traditur per eundem Bartolum in l. & habet §.hoſpites ff.de precar. ¶ Adde etiam prædictis, quòd
22 ex eo, † quod factum fuit pactum de uendendo,& alienando hæredibus Michaelis, & conſequenter de non uendendo,nec alienando alteri,non impeditur alienatio,nec uenditio alteri facta,immò in ſe ualet,quamuis ille,qui promiſit,ad intereſſe ſtipulatori teneatur, ut notabiliter colligitur ex iis,quæ uoluit Paul.de Caſtro in l.fin. C.de pact.inter emptorem,& uenditorem,argumento not.in l.fin.C.de rebus alien.non alienan.& faciunt ad propoſitum not. per
23 Bartolum in l.nemo ff.de pactis.Item adde,quòd † quando ex pacto de uendendo, uel reuēdendo ſimpliciter facto quis tenetur uendere,oblato,& depoſito pretio dominium ipſo iure non transfertur,ſed requiritur nouus contractus, & noua traditio,niſi dictum eſſet, quòd oblato pretio,& reſtituto res ſit inempta,& ſic fuerit factum pactum legis cōmiſſoriæ,ut declarat Paulus de Caſtro in l. ſi à te C. de pactis inter emptorem,&uenditorem,quicquid ipſe dixerit in l.ſi cum uenderet ff.de pignoratitia actio.cuius ibi dicta ſic debent diſtingui, & declarari,& faciunt tradita per Alexandrum in dicto conſilio 10.uolum. 1. ¶ Et ex prædictis iudicio meo omnia,quæ in contrarium excogitarentur, facillimè reſolui poſſunt,quibus ſi uellem ſigillatim, & ſpecialiter reſpondere, longiori ſermone opus eſſet: & propterea breuitatis gratia ulterius non inſiſto, offerens me ſemper,ſi opus erit, & uoce,& ſcriptis ea, quæ prædictæ concluſioni obſtare uidebuntur,reſoluturum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis ſimulatus, & uſurarius præſumeretur, ſi omnia pacta fauorem, & utilitatem emptoris continerent, ſecus ſi partim emptoris, & partim venditoris:*

Niſi ex alijs geſtis, & concurrentibus aliæ præſumptiones legitimæ ad præſumendum contractum ſimulatum, & uſurarium colligerentur numero 23.

2 *Paruitas pretij, & pactum de retrouendendo contractum arguunt ſimulatum, & uſurarium: & an, & quomodo hoc verum ſit nume. 24.*

3 *Contractus ſimulatus, & fraudulentus ex quibus, & quot coniecturis præſumatur, quando non adeſt pactum de retrouendendo, & numero 6.*

4 *Pactum, quòd ſi res vendita infra certum tempus de mandato ſuperioris demolіatur, venditor teneatur pretium emptori reſtituere, eſt licitum: Eſt tamen inſolitum in inſtrumentis emptionum apponi numero 10.*

Et eſt contra naturam contractus emptionis, & proportionabile naturæ alterius contractus, maximè pignoris, & numero 12. 15. & 18.

5 *Contractus ſimulatus quando non obſtante ſimulatione iuramento firmetur, & metu periurij non poſſit iurans contrauenire, & quando ſecus.*

7 *Contractus fraudulentus, & ſimulatus hodie non tantum ex coniecturis, & præſumptionibus iuris, ſed ex alijs quoque ſimilibus cognoſcitur.*

8 *Pretij modicitas vix tangens dimidiam iuſti pretij coniectura eſt legitima, & ſufficiens alijs concurrentibus ad probandum contractum ſimulatum.*

9 *Contractus de vſura ſuſpectus præſumitur, quando res vendita eſt infra certum tempus venditori reſtituenda pro eodem pretio, & quantitas redditituum rei eſt reſpectu pretij immoderata.*

11 *Pacta inſolita, & non conſueta ſimulationem contractus ad contractum arguunt.*

12 *Pactum exiſtens contra naturam contractus emptionis, & proportionabile naturæ alterius contractus, maximè pignoris, magnam, & legitimam facit præſumptionem ſimulationis contractus.*

13 *Emptor de iure, & conſuetudine omnes expenſas inſtrumentorum ſoluere tenetur, & in dubio hoc inter partes dicitur conuentum.*

14 *Pactum, quòd uenditor teneatur ſoluere omnes expenſas inſtrumentorum, facit præſumptionem ſimulationis contractus.*

15 *Emptione perfecta, omne periculum, & incommodum circa rem venditam abſque culpa venditoris contingens etiam facto ſuperioris ad emptorem de natura contractus emptionis, & venditionis ſpectat, etiam ſi emptio ex pacto eſſet ſub conditione reſoluenda.*

16 *Pactum inter emptorem, & venditorem factum, quod periculum, & damnum vſque ad certum tempus etiam poſt perfectam venditionem ad venditorem ſpectet, quoad ſe valet, & alijs non concurrentibus eſt iuſtum, atque ſeruandum, licet ſit contra naturam contractus emptionis.*

17 *Pactum eſſe contra naturam contractus, & in ſe valere, & alijs non concurrentibus iuſtum eſſe, atque ſeruandum, ſimul ſtare poſſunt.*

18 *Pignoris periculum de natura pignoris ad quem ſpectet.*

19 *Simulationis contractus, & uſurarum fraudis magna præſumptio eſt, quando emptor in reuocando contractum ex pacto ſiue expreſſo, ſiue tacito ultra pretium, & fructus aliquid etiam conſequatur, & lucratur.*

20 *Domo, ſeu apotheca uendita, ſolum quoque, & area, ac ſuperficies uenditione comprehenditur, & illa diruta, emptor remanet dominus ſoli, areæ, & aliorum, ex quibus ea conſtabat.*

21 *Clauſulæ libelli ſuper quibus omnibus, & ſingulis &c. & peto ius, & iuſtitiam miniſtrari, quam uirtutem habeant.*

22 *Pactum, quòd emptor, reſoluto contractu, retineat, et lucretur fructus, & alias res, præſumptionem fraudis uſurarum facit.*

Fructus quando reſtituantur in reſolutione contractus, & quando non.

25 *Ex uno, eodemque pacto, vt de retrouendendo, uel alio contractum reſoluendo uariæ, & diuerſæ coniecturæ, ac præſumptiones contractus ſimulati oriri poſſunt.*

26 *Abſolutio à iuramento requiritur etiam in contrauenіendo contractui ſimulato iurato, qui iuramento firmatus eſſet, & quomodo, & quando ea ſit facienda, & interpretanda.*

27 *Abſolutio, ſeu habilitatio duplex à iuramento requiritur ad effectum contraueniendi contractui, quando iuratum fuit omnia, & ſingula ue*

ra

ra eſſe, illiſq; non contrauenire de iure, uel de facto, nec contra illa reſtitutionem, beneficium, remedium, abſolutionem, aut reſcriptum aliquod impetrare: Et quando, & quomodo utraque fieri, & impetrari debeat.

EPITOME.

CONTRACTVM *uenditionis dici ſimulatum illa ſimulatione, quæ fit de contractu ad contractum, & conſequenter non obſtante iuramento, petita tamen, & impetrata ab illo abſolutione, eſſe reſcindendum demonſtratur, concurrente modicitate pretij uix dimidiam iuſti pretij tangentis, & pacto in uenditione appoſito, quòd ſi res uendita infra certum tempus mandato ſuperioris demoliretur, uenditor emptori pretium reſtituere teneretur, nulla de re, aut eo, quod ex illa ſupereſſet, nec de fructibus ipſi uenditori reſtituendis conuentione, aut mentione facta.*

CONSILIVM CLXV.

QVID iuris ſit in caſu propoſito, breuius, quam potero, exponam. Viſo itaq; ac diligenter cõſiderato inſtrumento uenditionis, & puncto mihi exhibito uidetur dicendum, quòd contractus ſit uerus, non autem ſimulatus, nec in fraudem uſurarum factus, & primo, quia
1 † hic plura fuerunt facta pacta, quorum aliqua in fauorem uenditoris, & aliqua in fauorem emptoris tendunt, ut ex ipſorum tenore patet, non autem ſolum in fauorẽ emptoris, & ſic pacta non claudicant, nam ſi claudicarent, quia omnia fauorem, & utilitatem emptoris continerent, tunc contractus præſumeretur ſimulatus, & uſurarius, ut uoluit Hoſtien. in ſumma de uſuris §. ſi. uerſi. 2. & ſequitur Gulielde monte Laud. in clem. ex grandi de uſur. & ibi do. Card. in §. cæterum in 3. q. & uoluit Bal. in conſi. 227. in 9. argumẽto, contractus enim claudicare non debent l. ſi de meis in
2 princ. cum gloſ. & ibi docto. ff. de arbit. ¶Secundo † ad hoc, ut contractus præſumatur uſurarius, & ſimulatus, duo ſaltem debent ſimul interuenire, uidelicet paruitas pretij, & pactum de retrouendendo, ut uoluit glo. in c. conqueſtus de uſuris, c. ad noſtram de emp. & uendit. & ibi glo. & Abb. c. illo uos de pigno. Alex. in conſi. 46. uolu. 3. & habetur in l. emptione C. plus uale. quod agitur: Sed in caſu noſtro poſito, quòd fuerit paruitas pretij, non interuenit pactum
3 de retrouendendo, igitur &c. ¶Tertio † quando nõ fuit appoſitum pactum de retrouendendo, ad hoc, ut ex aliis coniecturis contractus præſumatur ſimulatus, & fraudulentus, ſatis non eſt hoc ex duabus cõiecturis colligere, ſed plures ſunt neceſſariæ, & tales, quæ ſint ſimiles cõiecturis iuris arbitrio boni uiri, hoc eſt iudicis, iuxta l. continuus §. 1. ff. de uerborum obliga. ad tradita per Ioan. de Imol. in d. c. illo uos in ulti. notabili, & expreſsè per Laurentium de Rodulphis in tract. de uſuris in 2. parte in q. 60. & latè per Moder. Veronenſes in tracta. ſimulationis contractuum in 6. caſu, & in 26. præſumptione: Sed hic duæ tantum ad plus, & non plures poſſunt colligi coniecturæ, uidelicet modicitas pretij, & pactum contra naturam contractus emptionis, quo conuentum fuit, quòd ſi infra octo annos de mandato regiminis huius ciuitatis apotheca uendita demoliretur, uen-
4 ditor teneretur pretium emptori reſtituere, † quod pactũ de iure eſt licitum, & non contra bonos mores argumento l. 1. §. 1. ff. de pericu. & commo. rei uendi. cum ſimilibus ibi not. ergo ex his duobus ſolum contractus ſimulatus, & fraudulentus præſumi non poteſt. ¶Quarto dato etiam, quòd tot coniecturæ, & præſumptiones concurrerent, ex quibus de iure contractus ſimulatus, & fraudulentus dici poſſet, ta-
5 men † ex quo in contractu interuenit iuramentum, quo iuratum fuit, omnia, & ſingula uera eſſe, & illis non contrauenire, non poterit quis de ſimulatione dicere, nec contractum de fraude arguere: quia & ſi contractus ſimulatus nõ firmetur iuramento, quoniam in eo conſenſus deficit argumento l. fin. C. de non num. pecu. tamen hoc procedit, quãdo eſſet ſimulatio contractus de ſe ipſo ad ſe ipſum, at quando eſſet ſimulatio de contractu ad alium contractum, ut quando uerè tacitè contrahitur pignus, & contractus uſurarius, & expreſsè ſimulatur contractus emptionis, ſecundum quod declarat Henricus Boich in c. ad noſtram in princ. de empt. & uendit. & Paul. de Caſt. in d. l. emptione, & iuratum fuit omnia, & ſingula uera eſſe, tunc contractus ſimulatus ualidatur iuramento, ut iurans non poſſit metu periurij contra contractum uenire: Hæc eſt doctrina tradita à glo. in d. l. emptione, quam ſequitur Ioan. de Imol. poſt Bart. in l. nemo poteſt ff. de lega. 1. & optimè declarat ita diſtinguendo Salice. poſt Bald. in d. l. emptione, & habetur per Ioan. de Imol. in d. c. ad noſtram, & per Moder. Veronenſes in d. tracta. in 7. præſumptione circa finem. ¶Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam in caſu noſtro arbitror de iure ueriorem eſſe, quòd contractus dicatur ſimulatus illa ſimulatione, quæ fit de contractu ad contractum, & ſic in fraudem uſurarum celebratus cenſeatur: & præ-
6 ſuppono id, quod ſupra tactum fuit, † quòd etiam ſi in cõtractu emptionis non fuerit appoſitum pactum de retrouẽdendo, tamẽ ſi aliæ iuris coniecturæ, & præſumptiones concurrant, uel illis ſimiles ſecundum arbitrium boni uiri, & nõ pauciores tribus, contractus poteſt dici, & iudicari ſimulatus, & fraudulentus in fraudem uſurarum factus, ut expreſsè eſt de mente Ioan. Andr. in d. c. ad noſtram, & ibi Abb. in fin. uer. & ego aliàs ibi legendo dixi, & per Lauren. de Rodul. in d. tractatu de uſuris in q. 60. & Moder. Vero. in d. tracta. ſimulationis contractuum in 6. caſu circa finem, & ibi in 26. præſumptione per totum, qui dicunt hanc eſſe communem opinionẽ, & hoc in terminis uoluit Ioan. de Imol.
7 in d. c. illo uos per illum tex. in ult. notabili, & † Felin. poſt Laurẽ. de Rodul. in loco prællegato in c. ſi cautio in 7. (car ta col. 1. de fide inſtrumen. inquit, quòd cum hodie difficillimum ſit probare contractus fraudulentos ex coniecturis, & præſumptionibus iuris, quia illæ tam notæ ſunt, quòd facile per uſurarios callidos contrahentes euitantur, recurrẽdum eſt hodie ad alias ſimiles coniecturas, & præſumptiones. ¶Hoc præſuppoſito, dico, quòd in caſu noſtro ex geſtis, atque conuentis inter ipſas partes plures, ac diuerſæ poſſunt colligi coniecturæ, & præſumptiones fraudis, ac ſimulationis contractus: Prima eſt, quia uenditio fuit facta minori pretio, quam ſit dimidia iuſti pretij, uel ſaltem pro pre
8 tio, quod uix dimidiam iuſti pretij tangit: † quæ coniectura, aliis concurrentibus, eſt legitima, atque ſufficiens d. c. ad noſtram, ibique uix dimidiam iuſti pretij cõtingebat, & not. per glo. & docto. in d. l. emptione, per Moder. Veronen. in d. tracta. in 2. præſumptione, per Archid. in c. pleriq; 14. q. 3. per Innocẽ. & communiter alios in d. c. illo uos, & in d. c. ad
9 noſtram, & habetur per Lauren. in d. q. 60. & † dicit Bal. in l. fin. in fin. uer. C. de condit. inſer. quòd quando res uendita eſt infra certum tempus ipſi uenditori pro eodem pretio reſtituenda, & quantitas redditũum rei reſpectu pretij eſt immoderata, ex hoc contractus præſumitur ſuſpectus de uſura, & allegat Archid. in d. c. pleriq; & hoc etiam ſequitur Alex. in conſi. 46. in 1. col. uol. 3. ¶Secunda oritur coniectura ex pacto inter ipſas partes facto, quo conuentũ fuit, quòd dicti uenditores teneantur, & obligati ſint, & ſic promiſerunt, quòd ſi dicta res uendita infra tẽpus octo annorũ proximè uẽturorũ de mãdato regiminis ciuitatis Bononiæ demoliretur, & ad terrã proijceretur, tunc & eo caſu dicti uenditores teneantur ad reſtitutionem pretij dictarum librarum quingentarum: Ex quo pacto ſecunda oritur præſum-

10 ſumptio ſimulationis, & fraudis, nam † huiuſmodi pactũ
non eſt conſuetum, ſed inſolitum apponi in inſtrumentis
uenditionum, ut de ſe patet, & infra etiam tangetur, ergo
ex eo fraudis, & ſimulationis præſumptio oriri dicetur,
11 † pacta enim inſolita, & non conſueta arguunt ſimulatio-
nem contractus ad contractum argumento not.& ibi Paul.
de Caſt.in l.ſi quis ſub conditione ff. de condit. inſtit. Idem
uult Salice.poſt Bald. in d.l.emptione, & habetur per Mo-
der.Veron.in d.tracta.in 8.& 9.præſumptione,per Imol.in
d.c.ad noſtram,& per Felin.in d.c.ſi cautio,& optimè facit
id,quod dicit Bald.in l.1.C.de colluſio. detegen. & Pet.de
Anchа.in conſi. 252. ¶ Tertia quoque ex eodem pacto
12 apparet præſumptio,& coniectura, † ex quo tale pactum
eſt contra naturam contractus emptionis,& uenditionis,&
proportionabile naturæ alterius contractus,& maximè pi-
gnoris,quo caſu magna, & legitima oritur præſumptio, ut
eſt caſus notabilis,ibique Ioann.de Imol. in notabilibus, &
in glo.in uer.fructus in d.c.illo uos,quem tex. ita etiam in-
ducunt,& ad hoc ponderant dicti Moder. Veron. in d.tra-
cta.in d.8.præſumptione,& facit etiam dictum Bald.in c.1.
verſic. quæro de quibuſdam pactis de feudo dato inuicem
legis commiſſo.in uſu feudo.& ſcriben.in d.c.illo uos,& do.
Anto.Burgos hyſpanus in d.c.ad noſtram colum.15.& 16.
hanc eſſe communem opinionem dicunt. ¶ Accedat &
13 aliud, nam clarum eſt, † quòd de iure, & conſuetudine
emptor tenetur omnes expenſas chartarum,& inſtrumen-
torum ſoluere, argumento not.per Bald. & Salice. in rub.
C.de rebus credi.per Alberi.in l.diſſolutæ C.de condic.ex
lege,& in l.eos in fin.C.de vſuris, & ideò in dubio hoc dici
tur inter partes actum, & conuentum argumento l. quod
14 ſi nolit §.aſſidua ff.de ædil.edic.ſed † ſi fiat pactum, quòd
uenditor omnes expenſas chartarum, & inſtrumentorũ ſol
uere teneatur, ex hoc contractus præſumitur ſimulatus, &
fraudulentus,tanquam illud pactum ſit contra naturam cõ
tractus,& contra id, quod eſt conſuetum argumento.glo.
in d.l. ſi quis ſub conditione, & ita uolunt dicti Moder.
Veron. in d. tracta.in 6. præſumptione. Quòd autem
15 † pactum prædictum ſit contra naturam emptionis,& uen
ditionis, & proportionabile naturæ alterius contractus, &
maximè pignoris,quod quidem facit, ut cõtractus dicatur
uſurarius,& potius pignoris,quam uenditionis, demõſtro,
nam de natura cõtractus emptionis,& uẽditionis eſt, quòd
perfecta emptione omne periculum,& incommodum cir-
ca rem uenditam abſque culpa uenditoris contingens ad
emptorem tanquam dominum ſpectet l.1.in prin. & l.ne-
ceſſaria ff.de pericu.& commo.rei uendi.l.1.& ibi per totũ
C.eod.tit.& hoc verum etiam eſt,ſi tale periculum,& incõ
modum,ſeu damnum facto,ſeu mandato ſuperioris, & ma
giſtratus proueniat,ut eſt caſus clarus in l.lectos cum ſequẽ
ff.de pericu. & commo. rei uendi. nam quæ proueniunt à
voluntate,& mandato principis, & ſuperioris, quodammo
do caſu fortuito prouenire dicuntur l. apud iulianum in fi.
ff.de lega.1.Quod uerum eſt etiam,ſi emptio ex pacto eſſet
ſub conditione reſoluenda,prout in caſu noſtro l.2. cum ſe
quen.& ibi docto.ff.de in diem adiectio. bonus eſt text.in l.
16 apud §.1.ff.de præſcrip.uer. & † licet inter emptorem, &
uenditorem poſſit fieri pactum, ut periculum uſque ad cer
tum tempus etiam poſt perfectam uenditionem ad uendi-
torem ſpectet,& quoad ſe, aliis non concurrentib.pactũ ſit
iuſtum,& ualidum l.1.§.1.ff.de pericu.& cõmo. rei uendi.
tñ propter hoc non tollitur,quin tale pactum ſit contra na
turam cõtractus emptionis,ut in iuribus proximè allegatis:
17 † ſtant.n.ſimul,quòd pactum ſit contra naturam cõtractus,
& quòd in ſe ſit iuſtum,& ualeat,atque ſeruandum ſit, alijs
non concurrentibus:ſed ſi eſſet pactũ contra ſubſtãtialia cõ
tractus non ualeret l.pacta conuenta ff.de contrahen.emp.
l.paciſci ff.de pactis,& probatur in l.ex empto in princip.ff.
de actio.empt.& ita declarat Barto. in l.ubi ita ff. de donat.
cau.mor.& quòd in terminis noſtris uenditio fuerit perfe-
cta,apparet ex inſtrumento uenditionis,iunctis iis, quæ ha-
bentur in l.neceſſario ff.de pericu. & commo. rei uenditæ:
18 Item, † quòd tale pactum ſit proportionabile naturæ con-
tractus pignoris,ſicut in ſimili contingit in caſu d.c.illo uos
in pacto de computandis fructibus in ſortem, & conſequẽ
ter ex hoc potius dici,& præſumi debeat contractus pigno
ris,& ſic fraudulentus,conſtat,quia de natura pignoris eſt,
ut creditor,qui rem pignori accipit,non teneatur de peri-
culo,& caſu fortuito ipſius rei, ſed debitor, qui rem tradit
§.fin. Inſtitu.quibus modis re contrah.obliga.l.quæ fortui-
tis,& l.creditor C.de pignorati. actio. ¶ Quarta etiam po-
teſt capi coniectura,& præſumptio in caſu noſtro,quoniam
19 † ubicunque in reuocando contractum emptionis, ſeu ab
eo recedendo actum fuit inter partes tacitè, uel expreſſe,
quòd emptor ultra pretium ab eo ſolutum aliquid præter
fructus etiam lucrari deberet,maxima tunc oritur præſum-
ptio ſimulationis,& fraudis uſurarum:ita uoluit Innocent.
in c.in ciuitate in fin.de uſuris, & eſt text.clarus in d.c.illo
uos, & habetur per Moder. Hiſpanos in d. c.ad noſtram in
quarto caſu:idemque uoluit Guliel.in d.clemen.ex grandi,
& ibi Cardi.in §.cæterum in 3.quæſt.de uſu.qui allegat Ho
ſtien.& alios ita in d.c.ad noſtram tenere,& hoc ſequuntur
etiam Moder. Veronen.in d.tracta.in 3.& 5.præſumptione,
ac etiam in 2.circa finem:Sed in caſu noſtro,ſi benè uerba
inſtrumenti,& pacti conſiderentur,ex eo dicitur actũ,quod
emptor ultra pretiũ ſolutum,& fructus,ac redditus rei uen
ditæ debeat aliquid magnum lucrari,hoc eſt aream,ſeu ſo-
20 lum,& rudera,cæteraque huiuſmodi, † nam fuit uendita,&
tradita apotheca pro certo pretio,& illius dominium, uel
quaſi,& conſequenter etiam areæ,ſoli,& ſuperficiei fuit in
emptorem tranſlatum argumen.l.ſi uendita ff. de pericu. &
commo. rei uendi. & eſt bonus tex. cum glo.in uer.mutet
in l.cum,qui ædes ff.de uſucapio.& in l. quod ſi nolit §.fin.
ff.de ædil.edic.ergo diruta,& conſumpta apotheca emptor
remanet dominus areæ,ſoli,ruderum,& aliorum,ex quibus
domus,& apotheca conſtabat,d.l.ſi uendita,& melius in d.
l.cum, qui ædes cum ibi not. & argumento l. qui uſumfru-
ctum in princip.ff.de uſufruc. & in l.qui res §. aream circa
finem ff. de ſolutio. Et demum fuit factum pactum quòd ſi
infra octo annos apotheca de mandato regiminis demoli-
retur, uenditor teneretur ipſi emptori pretium prædictum
reſtituere, de re autem reſtituenda, ſeu de eo, quod ex re
uendita ſupereſſet,ut eſt area,& ut ſunt res, ex quibus apo
theca conſtabat,nihil actum dicitur:Eueniente igitur dicto
caſu,area,& reliquum,quod ex apotheca deſtructa ſuper-
eſſe poterat,in dominio,& bonis emptoris remanſiſſet, ar-
gumento iurium prædictorum, & quia cum ſemel illa fue-
rint effecta ſua,& illorum dominium fuerit in eum tranſla-
tum,non potuerunt ſine facto ſuo,& abſque traditione per
eum facta in alium transferri argumen. l.id, quod noſtrum
ff.de reg.iur.l.ex empto ff.de act.emp.& §. per traditionem
Inſtitu.de rerum diuiſio.ex quibus ſequitur,quòd,euenien-
te caſu, quo apotheca de mandato regiminis eſſet deſtru-
cta,& demolita, emptor haberet pretium,quod ſoluit,quia
ſibi ex pacto reſtituendum eſſet,item ultra pretium,& fru-
ctus apothecæ haberet id,quod ex apotheca diruta, & con
ſumpta ſupereſſet,ut ſupra dictum eſt: ergo ex hoc pacto
efficax colligitur præſumptio ad conuincendum contractũ
de uſuraria prauitate d.c.illo uos cum ſimil.ſupra allegatis.
¶ Vltimo conſiderandum eſt, quòd iſti de Muglio non ſo-
lum dicuntur contra emptorem agere de ſimulatione, &
fraude uſuraria, ſed etiam ad reſcindendum contractum,
uel ad ſuppplendum iuſtum pretium ex eo, quòd ipſi fue-
runt

rint ultra dimidiam iuſti pretij læſi iuxta tex.cum ibi not.
in l.2.C.de reſcin.uendit.& in c.cum dilecti,& in c.cū cauſa
21 de emp.& uend.nā † ex narratis in libello,& ex clauſulis in
eo poſitis,quibus petunt ſibi ius, & iuſtitiā miniſtrari,& ex il
la ſuper quibus omnibus, & ſingulis &c.uidetur tale reme-
dium intentatum,quia uirtus illarum clauſularum eſt, ut iu
dex poſſit cognoſcere, & iudicare ſuper omnibus, quæ ex
narratis,& probatis colligi poſſunt,etiā ſi ſpecialiter, & ex-
preſsè hoc per libellantem non fuerit petitum c. 2.cum ibi
not.per ſcriben.de ordi.cognit.Bart.in l.edita, & ibi docto.
C.de eden.& ita in terminis noſtris conſuluit Alex.in conſi.
46.in 2.col.uol.3.& ideò ſi dicti de muglio ſe ultra dimidiā
iuſti pretij fuiſſe leſos probabunt,iudex poterit etiam pro-
nuntiare ſuper remedio d.l.2.quod ex narratis in libello cū
clauſulis ſupradictis intentatum eſſe dicitur.

¶ Addo etiam ex alio ſimulationem, & fraudem uſurariam
22 poſſe præſumi, nā † quando titulus eſt reuocabilis ſiue ex
pacto adiectionis in diem, ſiue ex pacto legis commiſſoriæ,
ſiue ex alio pacto reſolutiuo contractus ex cauſa oneroſa,
puta uēditionis, tunc titulus unà cum fructibus per empto
rem perceptis reuocatur,licet Ioan.de Imol.circa ultimum
contrarium ſentiat in d.c.illo uos,ſed de primo probatur in
l.cum,qui in princ.& l.item quod dictum ff.de in diē adiec.
de ſecundo probatur in l.imperator,& in l.lege ff. de lege
cōmiſſo.& de tertio probatur in l.quod ſi nolit §.ſiquid ita,
iuncta l.cum autem §.penul.ff.de ædil.edic. ſecūdum quod
intelligunt,& declarant etiam Moderniſſ.Hiſpani in d.c.ad
noſtram col.17.ibi uenio modo ad ſecundam concluſionē,
& ita etiam poteſt intelligi tex.in d.c.illo uos cum ibi not.
ubi reſolutio contractus fit unà cum fructibus: Fallit autem
hoc,quando reſolutio contractus poneretur in uoluntate il
lius,qui uendidit, & ſic in eius fauorem, & utilitatem, ut in
caſu d.c.ad noſtram, nam tunc titulus non reuocatur unà
cum fructibus,ſed fructus percepti remanent primi empto
ris,ut eſt tex.& caſus clarus, ibiq; not.in d.l.2. C.de pactis
inter empt.& uendit. Nec obſtat d.c.ad noſtram, quia ibi
illud eſt,quoniam ex aliis præſumptionibus apparebat con-
tractum eſſe uſurarium, & ideò inconueniens, & iniuſtum,
ac contra canones fuiſſet, ut creditor uſurarius, reſoluto ti-
tulo,fructus ultra ſortem lucraretur,& ſic uſuram commit
teret argumento c.1.& c.conqueſtus de uſuris. Ex quibus
apparet, quòd de natura reſolutionis tituli eſt, ut regula-
riter reſolutio fiat unà cum reſtitutione fructuum: Ergo ſi
fiat pactum,quòd emptor, reſoluto contractu, fructus, &
alias res retineat, & lucretur, ex hoc reſultabit coniectura,
& præſunptio fraudis uſurarum per ea,quæ ſupra latè dicta
fuerunt: Sed in caſu noſtro ita dicitur eſſe conuentum, ui-
delicet quòd emptor,reſoluto titulo, lucretur fructus, ſeu
penſiōes perceptas,ut ex uerbis inſtrumēti cōſtat,ergo &c.

¶ Et licet ex prædictis ſatis appareat eſſe reſponſum iis,quæ
ſupra in contrarium fuerunt adducta, tamen ſpecialius
unicuiq; reſpondendo dico, non obſtare primum,quia & ſi
aliqua ſint pacta facta in fauorem emptoris, & aliqua etiam
23 in fauorem uenditoris, tamen † ſi ex aliquibus pactis, &
geſtis inter emptorem,& uenditorem plures poſſint colligi
coniecturæ, & præſumptiones legitimæ, & ſufficientes ad
præſumendum contractum fraudulentum, & ſimulatum,
hoc ſufficit,prout in terminis probat tex.in d.c.illo uos. Pro
cedere ergo poteſt argumentum, quando aliquod pactum
erat pro emptore, & aliquod pro uenditore, nec aliæ pote
rant colligi præſumptiones legitimæ, & ſufficientes ad præ
ſumendum contractum uſurarium ex aliis inter ipſas partes
geſtis, atque conuentis. ¶ Non obſtat ſecundum argumen
24 tum, quia reſpondeo † non eſſe uerum, quicquid uelint
gloſæ præallegatæ,& dicant contrariū tenentes, nam com
munis opinio eſt in contrarium, à qua non eſt in dubio re-

cedendum, ad tradita per Abb.& alios in c.1. de conſtitut.
quoniam ex modicitate pretij, & pacto de retrouendendo
ſimpliciter, aliis non concurrentibus, contractus de uſura
argui non poteſt,ut per Moder.Veronen.in d.6.caſu,& per
Laurē.de Rodul.in d.q.60.& per Imol.in d.c.illo uos. Præ
terea,ut dictum fuit in præſuppoſito ſupra facto, licet non
fuerit factum pactum de retrouendendo, tamen ſi ex aliis
geſtis,& pactis tot poſſunt colligi præſumptiones,& conie-
cturæ,quæ ſufficiant ad præſumendum contractum ſimula-
tum,quo caſu tres ſufficiunt,ſatis eſt,ut ſupra dictum fuit.

¶ Non aduerſatur tertium fundamentum, quia reſponde-
tur, in caſu noſtro non duas tantum,ſed tres,& quatuor le-
gitimas,ac ſufficientes coniecturas poſſe conſiderari, ut ex
ſupra deductis clariſſimè conſtat. Et ſi diceretur, quòd da
ta modicitate pretij ſolum reperitur unicum pactū,ex quo
in caſu noſtro contractus poſſit præſumi ſimulatus, reſpon-
25 detur, † non eſſe inconueniens in his terminis,quòd ex uno,
eodemque pacto uariæ,& diuerſæ præſumptiones aptæ ad
præſumendum oriantur, & colligantur, cum ſecundum di-
uerſas qualitates,& diuerſa accidentia unius,& eiuſdem pa
cti uariæ,& diuerſæ in noſtris terminis præſumptiones,& cō
iecturæ poſſint conſiderari:ut patet ex hoc pacto de retro-
uendendo,& quolibet alio pacto reſolutiuo, ſeu reuocati-
uo contractus,ut probatur in d.c.illo uos, ueluti ſi res fuit
uendita decem,cum in ueritate ualeret quindecim, & fuit
appoſitum pactum de retrouendendo poſt certum tempus
pro maiori pretio, ut quindecim, nam ex hoc pacto de re-
trouendendo ſimpliciter, & concurrente paruitate pretij,
oritur una coniectura legitima,ut ſupra probatum eſt,item
ex eo,quod teneatur retrouendere poſt certum tempus,ori
tur alia ſufficiens cōiectura,ut in d.c.ad noſtram, ubi caſus,
& ſcriben.omnes. Ex eo etiam,quòd pro maiori pretio, alia
reſultat efficax præſumptio, d.c.illo uos, ibiq; communiter
ſcriben.& ita eſt de mente doctorum omnium, & maximè
Moder.Veron.in d.tractatu. ¶ Vltimo non obſtat id,quod
26 de iuramento dictum fuit, quia reſpondetur, † quòd il-
lis caſibus,quibus contractus ſimulatus,& maximè illa ſimu
latione,quæ fit de contractu ad contractum,de qua nos lo-
quimur, iuxta not.per Henricum Boich in d.c.ad noſtram,
& per Paulum Caſtrenſem.in d.l.emptione, firmatur iura-
mento adeò, quòd iurans non poſſit contrauenire, licitum
eſt iuranti contrauenire, ſi epiſcopus illi prius iuramentum
relaxauerit, uel eum habilitauerit, antea enim iuramento
ſtare debet argumento c.1.de iureiuran.& ita declarat Sa-
lice.poſt Bald.quem alij ſequuntur in d.l. emptione. Quæ
relaxatio, ſeu abſolutio præcedere debet principalem in-
tentionem debitoris uolentis de uſuraria prauitate agere,
& ad eam impetrandam ſatis eſt ſemiplenè de prauitate
uſuraria probare ad effectum, ut poſtea iurans contraue-
nire poſſit, & tunc abſolutio, ſeu relaxatio fieri debet,
parte citata,alioquin non prodeſſet, ut uoluit Ioan. Andr.
in addit.ad Specul.in rub.de iureiuran. quaſi circa finem,
& idem uoluit Lauren.de Rodul. in tracta. de uſuris in q.
125.& in q.128.& hoc plenè examinat Felin. in c.1. de
iureiuran.in fin.8.col.in 1.limitatione, dicitq; hanc opinio-
nem eſſe ueriorem,quicquid uelint multi, quos ipſe refert,
& ita debet intelligi id, quod uoluit Salice.poſt Bal.in d.l.
empti.Sed dicti de Muglio in ſua petitione,præmiſſa citatio
ne partis,in primis petunt ſe per dictum emptorem à iura-
mento relaxari, & in eius defectum ſe relaxari, & abſolui
per epiſcopum,qua abſolutione per epiſcopū facta ſucceſſi
ue poſtea petunt pronuntiari contractū uſurarium, & nō
aliter, quæ uerba, qua abſolutione facta, cum ſint ablatiui
abſoluti,faciunt conditionem,l.à teſtatore ff.de condi.& de
mon.& conſequenter ipſi petunt, pronuntiari contractum
ſimulatum,& vſurarium ſub conditione, ſi prius fuerit fa-

cta

cta abſolutio,& non aliter, quia conditio nihil ponit in eſſe, & verba conditionalia nihil diſponunt,l.cedere diem ff. de verbo.ſignifi.l.ſi quis ſub conditione ff.ſi quis omiſſa cau.teſta.& Bar.in l.1.ff.de condit.& demon.cum ſimilibus, ergo clarè ex his conſtat, prius fuiſſe petitam abſolutionem, & relaxationem à iuramento,& parte citata,quam petitũ fue

27 rit pronunciari contractum vſurarium. Præterea † quando iuratum fuit omnia,& ſingula uera eſſe,& illis non contrauenire de iure,uel de facto,nec contra illa reſtitutioñ, beneficium,remedium, abſolutionem, uel reſcriptum aliquod impetrare,tunc duplex abſolutio, ſeu habilitatio à iuramento requiritur,prima,ut iurans abſoluatur à iuramento,quo iurauit non impetrare reſtitutionem,beneficium,remedium,ſeu abſolutionem,& hæc eſt habilitatio,quam practica generalis obſeruat,de qua mentionem facit Ioan.Calda.in conſi. 7.in fin.in tit. de iureiuran. & hæc non requirit cauſæ cognitionem,nec citationem partis:Quam habilitationem dicti de Muglio impetrarunt,tanquam præparatorium neceſſarium alterius abſolutionis,de qua ſtatim dicetur:Secunda eſt abſolutio, ſeu habilitatio, quæ poſt prædictam petitur,ut iurans à iuramento abſoluatur ad hoc, ut poſſit uenire contra cõtractum, & promiſſionem firmatam iuramento,quo iuratum fuit contractui,& promiſſioni non contrauenire:Et hæc requirit cauſæ cognitionem ſaltem ſemiplenam,& conſequenter partis citationem,& ita intelligantur not.per Ioan.And.in d.rub. & hoc modo declarant Felin.& Ioan.de Imol.in d.c.1.in 5.colum.verſi.tertium,& medium ibi, ſed inquantum: Et hæc abſolutio debet præcedere,& eſt impetranda ante,quàm iurans contractui contraueniat, illumque reſcindi petat ad tradita per Felin.in d.c.1.in fin.8.colum.in 1.limit.& per Ioann.Andr.in d.rub. circa finem,et habetur per Lauren.de Rodul.in loco proximè allegato: Quam etiam abſolutionem, ſeu habilitationem illi de Muglio parte citata petierunt ante, quàm promiſſioni, et contractui contrauenirent, ut ex eorum petitione patet, veluti ſupra declaraui. Ex quibus omnibus concludendum eſt,dictum contractum venditionis dici ſimulatum,et uſurarium,et ſic eſſe reſcindendum, et ita pronuntiari debere. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vſurarij etiam manifeſti ex inditijs, & præſumptionibus conuincuntur.*
2 *Simulatio, & fraus in contractibus multipliciter fieri, ac interuenire poteſt.*
3 *Contractus vſurarius ad minus ex tribus præſumptionibus legitimis præſumi poteſt,nec duæ tantum ſufficiunt.*
4 *Et quæ ſint hę præſumptiones legitimæ,exemplificatur.*
5 *Et ex præſumptionibus à canone non expreſſis quot ad præſumendum contractum vſurarium ſufficiant,eſt arbitrarium iudicis.*
6 *Pretij modicitas, ex qua præſumptio ſimulationis contractus, & fraudis vſurarum oritur, quomodo capiatur, & quanta eſſe debeat.*
7 *Præſumptio fraudis, & ſimulationis contractus, ac vſurariæ prauitatis eſt,quando conuentum eſt, vt conductor cum pacto de retrouendẽdo teneatur ad omnes expenſas quorumcunque inſtrumentorum, quę communes eſſe deberent.*
8 *Idem, ſi eſſet læſio in quantitate affictus, & penſionis.*
9 *Idem, ſi eſſent appoſita pacta inſolita, & clauſulæ inſolitæ, & in huiuſmodi contractibus apponi non conſuetæ.*
10 *Præſumptio fraudis, & ſimulationis contractus eſt, quando quis rem vendit, vel aliter alienat, & in poſſeſſione remanet, etiam ſi emptoris nomine ſe poſſidere conſtituat.*
11 *Præſumptio fraudis, & ſimulationis contractus augetur potius,quàm minuitur, quando plures, & varij contractus facti fuerunt.*
12 *Ex contractu ſimulato, fictitio, & vſurario quando poſſeſſio transferatur, & quando non.*
13 *Pactum ſimplex conſtituti de poſſidendo in contractu fictitio, ſimulato, & vſurario nullam transfert poſſeſſionem, & quando.*
14 *Ex pacto conſtituti de poſſidendo nec dominium, nec poſſeſſio aliqua transferri poteſt, quando eſt ſuper re incerta ratione loci, & quotæ.*
15 *Incerta rei eſſe ratione loci, & quotæ dicitur, quando venditæ ſunt tornaturæ viginti terræ pro indiuiſo unius fundi tornaturarum quinquaginta.*
16 *Fructus ille ſolum acquirit, & illi tantum debentur, qui rem poſſidet.*
17 *Fructus percepti ratione contractus ſimulati, & in fraudem uſurarum facti tanquam pro vſuris pecuniarum percepti uel ſunt reſtituendi, vel in ſortem computandi.*

EPITOME.

CONTRACTVM *emptionis, & uenditionis, ac etiam locationis ex pluribus coniecturis legitimis hic enumeratis eſſe ſimulatum, fictitium, & in fraudem uſurarum factum, nec ex eo etiam cum pacto conſtituti dominium, ſiue poſſeſſionem aliquam potuiſſe in emptorem transferri, & propterea fructus perceptos eſſe uel reſtituendos, uel in ſortem computandos, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CLXVI.

VISO inſtrumento uenditionis de uiginti tornaturis terræ factæ per ſer Vincentium Imolenſem magiſtro Ioannibaptiſtæ de Fãtuccijs pro indiuiſo vnius maioris petiæ terræ tornaturarum quinquaginta, uel circa pro pretio librarum quingentarum in tot monetis auri, et argenti, cum pacto conſtituti de poſſidendo etc. Viſoque inſtrumento locationis de dictis uiginti tornaturis per præfatum magiſtrum Ioannembaptiſtam factæ eodem die, eodemque loco,ac coram eiſdem teſtibus, et ſcriptæ per eundem notarium, magiſtro Lactantio de Imola conducenti pro ſe, et hæredibus ſuis ad tempus quinque annorum ſub annuo affictu corbium uiginti quinque frumenti, et quinque parium caponum pro ſingulo anno,et cum promiſſione,et pacto de franchando,et emendo illas in fine dictorũ quinque annorum per ſe, ſeu alium ab eo nominandũ pro pretio librarum quingentarum ſoluendarum in tot ducatis aureis bonis,et iuſti ponderis pro illa æſtimatione, quam tempore exburſationis inter campſores ciuitatis Bononiæ ualebunt,et cum alijs pactis,de quibus in dicto inſtrumento: Item uiſo inſtrumento nominationis per magiſtrum Lactantium factæ de perſona præfati ſer Vincentij uenditoris cum ceſſione omnium iurium eidem magiſtro Lactantio occaſione dictæ locationis competentium, nec non viſo libello pro parte Ioannisbaptiſtæ,et Baldaſſaris fratrum, et filiorum, ac hæredum dicti ſer Vincentij contra Ioann. Franciſcum de Fantuccijs fratrem, et hæredem dicti magiſtri Ioannisbaptiſtæ emptoris,et locatoris prædicti,viſoque toto proceſſu cauſæ unà cum ſententia per do. iudicem à quo lata ad fauorem dictorum hæredum ſer Vincentij contra dictum Ioan. Franciſcum reum conuentum ſuper ſimulatione, et fictione contractus, ac ſuper uſurarĩa prauitate dictorum inſtrumentorum, concludo partes R. do. iudicis ad quem eſſe,ac eſſe debere in pronunciando malè, et iniuſtè fuiſſe appellatum pro parte dicti Ioannis Franciſci, et benè,ac iuſtè fuiſſe ad fauorem hæredum præfati Vincentij iudicatum, victumque uictoribus in expenſis etiam in ſecunda inſtantia factis condemnando. Et ad hoc dicendum mouent me infra dicenda, ex quibus clariſſimè conſtabit, contractus celebratos inter dictum magiſtrum Ioan. Baptiſtam ex vna, et dictum ſer Vincentium, et magiſtrum Lactantium ex altera fuiſſe ſimulatos,fictitios,uſurarios,et in fraudem uſurarum factos:Et in primis præſuppono, quòd licet

licet præfatus magiſter Ioannesbaptiſta tot cautelas ad fu
giendum ſuſpitionem uſurarum,quot potuit,adhibuerit, ta
men tot non potuit adhibere , quin ſaltem ex argumentis ,
& uiolẽtis,ac legitimis indicũs,& præſumptionibus de mala
intentione ipſius magiſtri Ioannisbaptiſtæ, & manifeſta uſu
1 ra conſtet, prout † ad conuincendum uſurarios etiam ma
nifeſtos inditia, & præſumptiones ſufficiunt,quoniam fœne
ratores ut plurimum contractus uſurarios ita occultè , &
doloſè incunt,ut uix de prauitate uſuraria conuinci ualeãt,
ut dicit tex.in clem. 1. §. cæterum de uſuris,& facit c.ad no-
ſtram de empt.& uend.& c.illo uos de pignor. ¶Præſup-
2 pono etiam, quòd † ſimulatio,& fraus multipliciter in cõ
tractibus fieri,ac interuenire poteſt,nam quandoq; fit de ſe
ipſo ad ſe ipſum,ut eſt, quando nihil in ueritate agitur , ſed
aliquid agi fingitur, & ſimulatur,& tũc nihil ualet,ſeu nihil
fieri dicitur,quia actus eſt ſicut corpus ſine ſpiritu , quando
conſenſus eſt ab actu remotus l. nuda ff. de contrah.empt.
& Bal.in l. 1. C.plus uale.quod agitur : quandoq; fit de con
tractu ad contractum, ut in caſu dicti c.ad noſtram , & d.c.
illo uos,& in l.emptione,ibique Bald.& in l.fin.C.plus uale.
quod agitur : quandoque fit de tempore ad tempus , ut eſt
in eo,qui ſpe futuræ numerationis ſe recepiſſe confitetur l.
in contractibus.C. de non numera.pecun.& declarat Bald.
in d.l. 1. col. 1. C. plus uale.quod agitur : quandoque etiam
fit de perſona ad perſonam , ut quando fictè in inſtrumen-
to exprimitur una perſona,ſed re uera cum alia cõtrahitur ,
ut in l.ſi filij,& ibi Bald. C.de donat.inter uir.& uxo.l.man-
cipia,& ibi Bal.cum ſequen. & in l.multum C. ſiquis alte.
uel ſibi : & tunc à perſona nominata,& ſimulata receditur,
& inſpicitur uera perſona non expreſſa l. ſiquis,ubi Bald.&
alij C.plus uale.quod agitur. ¶Item præſuppono, quòd
3 † licet plures uoluerint,ex duabus præſumptionibus legi-
timis contractum poſſe præſumi uſurarium , tamen magis
communis opinio ſcribentium eſſe uidetur, quòd duæ ſolũ
nõ ſufficiant, ſed tres præſumptiones legitimæ ad minus ad
hoc tendentes,& inferentes eſſe debeant, & tanto magis ſi
plures tribus concurrerent,ut habetur per docto. poſt gloſ.
ubi ſoleo dicere,in c. ad noſtram, & ibi Abb.de emp.& uen
dit.& in.d.c.illo uos de pignor. Lauren.de Rodul.in tracta.
de uſuris in q. 60. & Paul. de Caſtr. in conſi. 328. qui dicit
docto.hoc communiter tenere,& Lauren.de Pynu ſecun-
dum Lauren.de Rodul.inquit hanc opinionem in practica
ſeruari,& ita ſequitur do.Barthol.Veron.in tracta.de ſimu-
la.contract.in uerſi.ſexto caſu principali in antepenult.col.
4 ac etiam in 2.col.& ibi per totum latè habetur. Et ideò † ſi
hæc tria concurrant, paruitas pretij rei uenditæ,pactum de
retrouendendo,& quòd emptor ſolitus ſit fœnerari , ex his
conuincitur, contractum eſſe uſurarium, glo. quam docto.
oẽs legiſtæ,& canoniſtæ ſequuntur,in c.conqueſtus de uſu-
ris: Similiter ſi hæc tria concurrerent, modicitas pretij , pa
ctum de retrouendendo,& quòd non poſſit retroemere ni-
ſi in fine certi temporis,ſeu poſt certũ tempus, ex his abſq;
dubio contractus ſimulatus, atque uſurarius arguitur,& hic
eſt propriè caſus d. c.ad noſtram, ibiq; Abb. Si etiam con-
currerẽt hæc alia tria, pactum de retrouendendo,quòd fru
ctus in ſortem computentur , & quòd retroemendo tenea-
tur pluris retroemere,quam primo res fuerit uendita,ex his
cõtractus uſurarius iudicatur,& hic eſt propriè caſus d.c.illo
5 uos : Si † quis autem ex aliis præſumptionibus ultra præ-
nominatas uellet arguere contractum eſſe ſimulatum , &
uſurarium,cum non reperiatur iure cautum , ex quot aliis
præſumptionibus contractus poſſit dici ſimulatus, & uſura-
rius,ideò quot in hoc caſu præſumptiones ſufficiant,dicitur
eſſe arbitrariũ iudicis,qui uel ex tribus,uel ex pluribus hoc
iudicare debebit,inpſecta conditione perſonarum,& quali-
tate facti,& cauſæ,ac præſumptionum : Hæc ſunt expreſsè
de mente Barthol.Veronen.in d.ſuo tracta.in uerſi.ſexto ca
ſu principali in ult.col. ¶His ſtantibus,& præſuppoſitis,in-
fero,quòd in caſu noſtro omnino dicendum,& concluden-
dum eſt,contractum inter dictum magiſtrum Ioannemba-
ptiſtam,& dictum ſer Vincentium fuiſſe,& eſſe fictum,ſimu
latum,& uſurarium,quoniam in eo concurrunt non ſolum
tres præſumptiones ſupra nominatæ , quæ à canone legiti-
mæ ad hunc effectum præſumptiones cenſentur, ſed etiam
plures aliæ tàm à canone nominatæ,& expreſsæ, quàm non
expreſſæ,& propterea concludendum eſt contractum eſſe
ſimulatum,fraudulentum,& in fraudem uſurarum factum;
ut ex prædictis colligitur, ac etiam ex iis, quæ uolunt Anto.
Abb.Ioan.de Imol.& communiter alij in d. c.ad noſtram ,
& in d.c.illo uos,Alex.in conſi.46.uol.3. & Bald.in c. 1. de
feudo dato in uicem legis commiſſo.in ulti.col.cum infini-
tis ſimili. quæ in conſiliis, & lecturis ſcribentium poſſem al
6 legare. ¶Primo enim in caſu noſtro † interuenit modi-
citas pretij,hoc eſt læſio fortè uſque ad dimidiam , uel ultra
dimidiam iuſti pretij aſcendens , quamuis in hoc caſu ſuffi-
ciat , quòd ſit læſio aſcendens uſque ad tertiam partem , ut
not.declarat Ioan.de Imol. in c.quintauallis in repetit.de iu
reiuran.per l. ſocietatem in prin.iuncta l. ſi nerua cum ſeq.
ff.pro ſocio inducendo,& declarando,ut ibi per eũ,& prout
ſoleo dicere in c. 1. de in integ.reſtitu.poſt Abb.ibi, & hoc
optimè declarat Barthol.Veronen.in d.ſuo tracta. circa fin.
in uerſi.uerum quia &c. ubi plura ad propoſitum ponit :
probatur etiam hoc ex iis , quæ uoluit glo. in d. c.conque-
ſtus,quæ modicum pretium conſiderat : modicum autem
dicitur in tertia parte l. nominationum C. de decurio lib.
10.& l.ſiquis C.de inofficio.teſtamen. iuncta authen. no-
uiſſima eodem titu. ſed in caſu noſtro intelligo uenditio-
nem fuiſſe factam uix pro dimidia iuſti pretij, ergo omnino
dicẽdum eſt,modicum pretium interueniſſe d.c. ad noſtrã,
& per gloſam in d.c.conqueſtus. ¶Secundo conuentum
fuit,quòd res franchari deberet pro libris quingentis in tot
ducatis auri bonis,& iuſti ponderis, & pro illa æſtimatione,
quam inter campſores ciuitatis Bononiæ ualebunt, & con-
ſequenter pro maiori ſumma , quam res primo loco fuiſſet
empta,nam ſoluere quingentas libras in tot ducatis auri iux
ta æſtimationem , & ualorem inter campſores Bononienſes
eſt plus ſoluere, quam ſint libræ quingentæ quatrenorum ,
& ſecundum communem curſum,atq; ualorem , ut omni-
bus, & præſertim do.iudici notorium eſt , & hæc præſum-
ptio,quæ in caſu noſtro etiam adeſt, à canone legitima re-
putatur,ut eſt tex.clarus in d.c.illo uos,& habetur per Ve-
ronen.in d.tracta.in 4. præſumptione . ¶Tertia adeſt legi-
tima coniectura,& præſumptio à canone approbata ex eo ,
quòd non poſſit res franchari,niſi in fine quinquennarij, ut
in inſtrumentis continetur,non autem quandocunque ipſi
ſer Vincentio primo uenditori placet, d. c.ad noſtram , &
ibi docto.& Veronen.in d.tracta.in 10. præſumptione.
¶Quarta præſumptio à canone expreſsè approbata adeſt
ex eo,quòd dictus magiſter Ioannesbaptiſta ſolitus eſſet hu
iuſmodi contractus,uel alios ſimiles illicitos facere, & cele
brare,ut probatur in d.c.illo uos in fin.uer.glo. in d.c.con-
queſtus in fin.cum pluribus aliis, quæ Veronen. allegant in
d.tracta.in 22.& 23.præſumptione,& docto.in d.c. ad no-
ſtram. ¶Quinta præſumptio eſt pactum de retrouen-
dendo factum Lactantio conductori pro ſe , & hæredibus
ſuis , & pro eo , quem ipſe nominaret , & nominatio fe-
rè incontinenti , uidelicet die immediatè ſequenti facta
ab ipſo Lactantio de perſona ſer Vincentij uenditoris: per
quod infertur , fraudem , ſeu ſimulationem de perſona
ad perſonam interueniſſe , & conſequenter perinde eſ-
ſe , ac ſi pactum de retrouendendo , & ipſa locatio cum
illo pacto fuiſſet ſer Vincentio uenditori facta cum
aliis

alijs pactis, de quibus in dicto locationis inſtrumen-
to per ea, quæ ſupra dixi, per l.4.C.plus vale. quod agi-
tur cum ſimilibus ſupra in præſuppoſitis allegatis: Et ſic ap
paret,quinque cōiecturas, & præſumptiones à canone pro
legitimis expreſſas, & reputatas arguentes contractum fo-
re ſimulatum,& vſurarium in caſu noſtro concurrere:Plu-
res aliæ quoque concurrunt violentæ præſumptiones,quæ
vnà cum præmiſſis faciunt præſumi contractum fuiſſe in
fraudem uſurarum factum,uidelicet & hæc erit ſexta con-
7 iectura, † quòd conductor cum pacto de retrouendendo
teneatur ad omnes expenſas quorumcunque inſtrumento
rum tàm præſentium, quàm futurorum, cogitando de in-
ſtrumento nominationis faciendæ,& quòd ab illis omnibus
expenſis teneretur dictum magiſtrum Ioannembaptiſtam
primum emptorem indemnem conſeruare: nam cum hæ
expenſæ deberent eſſe communes,& ex pacto conuentum
fuerit,quòd in totum ad conductorem,& conſequenter ad
ſer Vincentium poſtea nominatum ſpectarent,ex hoc per-
penditur coniectura, & præſumptio fraudis ſimulationis,
ac uſurariæ prauitatis, ut uoluit Alberi.in l. diſſolutæ C.de
condic.ex lege,argumento l.eos §.interdicta cum glo.ibiq;
Alberi.& Veronen.in d.tracta.in 6.præſumptione.
8 ¶Septima,& urgens coniectura eſt in caſu noſtro, † quia
maxima contigit læſio in quantitate affictus, & penſionis ul
tra id,quod in ſimilibus inſtrumentis fieri ſolitum erat,nam
pro libris quingentis, quibus dictæ uiginti tornaturæ terræ
in territorio Imolæ poſitæ fuerunt uenditæ,promiſſum fuit
ſoluere corbes uigintiquinque frumenti boni, & nitidi, ac
conducti ad domum magiſtri Ioannisbaptiſtæ locatoris ad
ciuitatem Bononiæ omnibus expenſis ipſius cōductoris, &
quinque paria caponum pinguium pro ſingulo anno, qui
affictus attento ualore huius temporis frumenti,et caponū
omnibus computatis exceſſit triginta libras ad rationem
cuiuſlibet centenarij pro quolibet anno: Ex quo maximo
exceſſu,& ex qua læſione affictus enormiſſima alia fraudis,
et vſurariæ prauitatis præſumptio,ac coniectura colligitur,
ut plenè de hoc habetur per dictos Veron.in d.tracta.in 3.
9 præſumptione. ¶Occurrit etiam octaua † præſumptio,
ex pactis, et clauſulis inſolitis,et in huiuſmodi locationum
ad affictum franchandum inſtrumentis apponi non conſue
tis,quæ pacta,et clauſulæ in caſu noſtro reperiuntur, et ex
illis præſumptio ſimulationis, & uſurariæ prauitatis reſulta
re dicitur,vt uoluit glo.ibique Bal.Ang. & docto. per illum
tex.in l.ſi quis ſub conditione per illum tex.ff.de condi.inſti
tut.Bal.in c.1.in verſi.quæro de quibuſdam in tit.de feu.da
to in uicem legis commiſſo. & probatur in d.c.illo uos, &
ibi Anto. vbi pactum de computandis fructibus in ſortem
in inſtrumento locationis appoſitum, concurrentibus alijs
præſumptionibus,facit contractum præſumi uſurariū, quia
pactum huiuſmodi eſt inſolitum, non autem de natura con
tractus,ut notant etiam docto.in d.c.ad noſtram, & Veron.
in d.trac.in 8.& 9.præſumptione:Nam in primis in inſtru-
mento,de quo agitur, fuit appoſitum pactum de ſoluendo
vnum par caponum pinguium pro quolibet centenario,&
ad rationem centenarij,quod eſt inſolitum,& incōſuetum:
Secundo fuit appoſitum aliud pactum inſolitum, per quod
conductor promiſit franchare per ſe,uel alium ab ipſo no-
minandum: Tertio conuentum fuit, quòd franchatio fieri
deberet pro pretio ſoluendo in tot ducatis auri ſecundum
æſtimationem,quam ualebunt inter campſores Bononien-
ſes,qui campſores ex quolibet ducato volunt ex cauſa cam
bij duos ſolidos lucrari,quod an ſit licitum, ualdè dubito,&
aliàs uſuram ſapere cōſului: Adeſt & quarto aliud pactum
inſolitum, & inconſuetum ferè ſimile illi pacto, de quo in
d.c.illo uos,uidelicet quòd conductor non poſſit alicui alij,
quam ipſi magiſtro Ioannibaptiſtæ,uel ſuo procuratori affi
ctus ſoluere ita,quòd alteri ſoluendo,aut alio modo,& uia,
non teneat talis ſolutio, nec etiam ſi per uim facta fuiſſet,
conductorem à dicto debito excuſet: Quæ clauſulæ,& pa-
cta,ut omnibus etiam lippis,& tonſoribus conſtat, contra,
& præter naturam contractus,ac inſolita, & non conſueta
dicuntur.Quinto fuit etiam adiecta clauſula procuræ in for
ma,quæ ex ſtilo notariorum, & ex conſuetudine ciuitatis
Bononiæ inter bonos ciues, inter quos huiuſmodi contra-
ctus fieri ſolent, non ſolet apponi. Ex quibus oībus pactis,
& clauſulis inconſuetis,& inſolitis præſūptio fraudis, & ſi-
mulationis cōtractus pignoratitij,ac fœneratitij colligitur.
10 ¶Nona † etiam colligitur præſumptio fraudis,& ſimula-
tionis ex eo, quòd poſt factam uenditionem per dictum ſer
Vincentium ipſi magiſtro Ioannibaptiſtæ, & poſt contractū
locationis dicto Lactantio factæ ſer Vincentius ſemper, &
continuè in uera,& corporali poſſeſſione totius dictæ poſſeſ
ſionis,& dictarum 20.tornaturarum,ut ſupra, uenditarum
ſtetit,atque remanſit: Quo fit,ut ex hoc contractus præſu-
matur ſimulatus, nam quando quis uendit, uel aliter rem
alienat,& in poſſeſſione remanet, etiam ſi emptoris nomi-
ne ſe poſſidere conſtituerit, fraudis eſt præſumptio, ut uo-
luit Bar.ac ſequitur Bal. in l.poſt contractum in 3. colum
prin.ff.de dona. & in l.ſicut §.ſuperuacuam ff. quibus mod.
pig.uel hyp.ſol.per illum tex.per quem ita etiam in termi-
nis noſtris uoluit Bal. in l.emptione C. plus ual. quod agi-
tur,& habetur per Ioan.de Imol. in repetit.c. cum cōtingat
11 quaſi circa fin.de iureiur. ¶Et † quamuis plures, ac ua
rij contractus in caſu noſtro fuerint initi, primus uidelicet
uenditionis puræ,& alius locationis, & de retrouendendo,
tamen propter hoc fraudis, & ſimulationis præſumptio nō
tollitur,neque minuitur,ſed potius augetur,vt habetur per
dictos Veronen.in d.tracta.circa principium, & argumēto
d.clem.1.§. cæterum de vſur. & traditur per docto. in d.c.
12 ad noſtram,& in d.c.illo uos. ¶Prætetea † quamuis ex
contractu ſimulato, fictitio, & vſurario poſſeſſio transferri
poſſit, quando naturalis traditio interuenit,& facta fuit, &
probetur animus transferendæ poſſeſſionis, vt uoluit Bart.
in l.emptor ff. de aqua plu. arcen. tamen hoc procederet,
ueluti etiam ſenſit Bart.quando uenditor de poſſeſſone di-
ſceſſiſſet,& emptorem in actuali,& corporali poſſeſſione di
miſiſſet:Secus ſi in rei ueritate uenditor realiter,& actuali-
ter de poſſeſſione non receſſiſſet,ut not.declarat Bald.in d.
13 emptione in fin. uer. ¶Rurſus † & ſi ex pacto conſtitu
ti de poſſidendo regulariter poſſeſſio ciuilis, & naturalis ap
ta ad fructuum acquiſitionem transferri ſoleat, ut habetur
in l.3.§.ex contrario cum ijs, quæ habentur ibi in §.incer-
tam,& in l.quod meo,& in l.interdum ff. de acquir. poſſ.ta
men in terminis noſtris,in quibus plures cōiecturæ, & præ
ſumptiones fraudis,ſimulationis,ac uſurariæ prauitatis con
currunt, ex ſimplici conſtituto de poſſidendo nulla poſſeſ-
ſio abſque tranſlatione actualis, & corporalis poſſeſſionis
transfertur,ut ſupra,& habetur in locis præallegatis,& in l.
quamuis §.1. ff. de acquiren. poſſ. ¶Adde ultimo, quod
14 † in caſu noſtro nullo modo potuit ex huiuſmodi conſtitu
to de poſſidendo aliqua poſſeſſio acquiri,ſeu transferri, nec
etiam dominium dictarum uiginti tornaturrarum terræ uē
ditarū pro indiuiſo,ex quo res incerta ratione loci, & quot
tæ uendita fuit,ut eſt tex.ibiq; Bart. & omnes in d.l.3.§.in-
certam,& in l.locus ff. de acquir. poſſ. quòd autem in caſu
15 noſtro † fuerit incertitudo ratione loci,& quottæ, oſten-
ditur ex ijs,quæ uolunt docto. communiter in d.§.incer-
tam,& in d.l.locus, nam ex eo,quod fuerunt uenditæ uigin
ti tornaturæ terræ pro indiuiſo unius fundi quinquaginta
tornaturarum, res uēdita dicitur incerta ratione loci, quia
non apparet,ſed ignoratur locus determinatus,in quo fuit
res uendita, cum dictæ uiginti tornaturæ totum fundum,
&

& quálibet eius minimam partem reſpiciant, & pars pro
indiuiſo nec uideri, nec diſcerni poſſit l. ſi fundum ff. de ac-
quiren. poſſeſſ. d. l. locus, & ibi docto. expreſsè, & in d. §.
incertam, ubi Paul. de Caſt. Alexan. Areti. & alij poſt
Bart. & gloſ. in l. mæuius §. duobus ff. de lega. 2. Dicitur
etiam incerta ratione quotræ, ex quo non per nomina quot
titatiua, ſed per nomina numeralia uiginti res fuit expreſ
sè uendita ad ea, quæ uoluit Areti. in d. §. incertam, & eſt de
mente doct. cōiter ibi, & in d. l. locus, & quamuis Iaſ. in d. §.
incertam uelit, poſſe dici rem certam ratione quotræ, quan
do res fuiſſet uendita per nomina numeralia, quæ conueni-
rent quotæ, ut quando fuiſſent uenditæ uiginti tornatu-
ræ pro indiuiſo unius fundi tornaturarum ſexaginta, quia
habita relatione ad totum fundum tertia pars illius uen-
dita diceretur, tamen ipſe ibi atteſtatur contrarium eſſe
de mente doctorum omnium poſt Bart. & propterea in iu-
dicando, & cōſulendo non eſt de illius ſingulari opinione iu
dicandum, licèt ea in puncto iuris ſubſtentabilis eſſet, ad tra
dita per Ioan. Andr. Anto. Abbã. & omnes in c. 1. & in c. ne
innitaris cū ſimil. ibi. per moder. allegaris extra de conſtitut.
¶ Ex quibus infero, quòd ſi in caſu noſtro per uenditionē
factam, & per pactum conſtituti de poſſidēdo nulla fuit ipſi
emptori magiſtro Ioannibaptiſtæ acquiſita poſſeſſio natu-
ralis, ſeu ciuilis, tum ratione ſimulationis contractus, ut uo
luit Bald. in d. l. emptione in fin. cum alijs ſupra allegatis,
tum etiam ratione incertitudinis loci, & quotæ, ut proximè
dixi, ſequitur ex his, quòd ipſi magiſtro Ioannibaptiſtæ,
ſeu eius hæredibus nulli fructus, & redditus de dicta re-
16 uendita acquiri, ſeu deberi potuerunt, quia † ſola poſ-
ſeſſio ſaltem ciuilis eſt cauſa acquiſitionis fructuum, & il-
le ſolum fructus acquirit, eique fructus debentur, qui
rem poſſidet, ut not. declarant Bart. & communiter do-
ctores in dicta l. 3. §. ex contrario: Et ideò ſi ipſi aliquos
redditus, ſeu fructus habuerunt, & perceperunt, prout
ſingulis annis habuerunt, dicuntur illos habuiſſe, & re-
cepiſſe non ex re empta, nec ratione poſſeſſionis, ſed po
tius pro uſuris, & intereſſe ſuarum pecuniarum, uide-
licet dictarum librarum quingentarum pro aſſerto pretio
dictarum uiginti tornaturarum ſolutarū ad rationem cor-
biuin quinque frumenti, & unius paris caponum pro quo-
17 libet centenario ſingulis annis. Ex quibus infertur, † quod
cum dictus contractus fuerit ſimulatus, fictitius, & in frau
dem uſurarum factus, ut ex prædictis colligitur, & id,
quod ſingulis annis fuit pro affictu dicto magiſtro Ioanni-
baptiſtæ, & eius hæredibus ſolutum, dicitur potius fuiſſe
ſolutum pro uſuris pecuniarum, quam pro fructibus rei em
ptæ, & locatæ, ipſe magiſter Ioannesbaptiſta, ſeu eius
hæredes tenentur ad reſtituendum omne id, quod ipſis
pro affictu fuit ſolutum, uel debet illud in ſortem compu-
tari, ut in c. 1. & 2. extra de uſuris, & eſt tex. in d. c. ad
noſtram, & in d. c. illo uos, & ibi gloſ. & docto. ubique
Quare ex præmiſſis concludo, quòd ad officium iudicis
ſpectat pronuntiare malè fuiſſe pro parte hæredum dicti
magiſtri Ioannisbaptiſtæ appellatum, & benè ac iuſtè fuiſ
ſe ad fauorem hæredum ſer Vincentij iudicatum, & con-
ſequenter condemnare dictos hæredes magiſtri Ioanniſ-
baptiſtæ ad reſtituendum hæredibus præfati ſer Vincentij
affictus eis ſolutos, ſeu illos in ſortē dictarum librarum quin
gentarum computare debere, nec non eoſdem in expen-
ſis litis, & cauſæ condemnare. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Contractus de iure communi uſurarius non poteſt per ſtilum, ſeu commu-nem obſeruantiam, aut conſuetudinem contrariam effici licitus, & ſubſtentabilis, aut ſaltem excuſabilis,*
Et an à delicto, illiuſque pœna excuſetur num. 9.

2 *Illicitum, & contra ius naturale exiſtens non poteſt per conſuetudinē, & communem loci obſeruantiam effici licitum.*
3 *Conſuetudo contra ius naturale peccati nutritiua non ualet, & corrupte-la dicitur.*
4 *Conſuetudo, quòd propter utilitatem publicam, uel pauperum eleemoſi-nam, uel redemptionem captiuorum fœnerari liceat, non ualet.*
5 *Super uſuris ſtatuere, aut eas inducere ad ſeculares non pertinet, ſed ad conditorem canonis.*
6 *Vſurarium contractum licere contrahi, qui tenet, poteſt tanquam hæreti-cus damnari;*
7 *Et qui ita ſtatuunt, ſunt excommunicati.*
8 *Argumentum de ſtatutis ad conſuetudines ualet.*
9 *Conſuetudo an, & quando contractum illicitum faciat licitum, & à de-licto, illiuſque pœna excuſet, & quando non, & num. 12.*
10 *Conſuetudo ad intereſſe, & damno paſſi non excuſat.*
11 *Vſura in cauſa dotis ſpecialiter eſt licita, & uſque ad quam ſummam taxari poſſit.*

EPITOME.

CONTRACTVM *de iure communi uſurarium, & illici tum non effici licitum, nec excuſari per loci conſuetudinem, & communem obſeruantiam contrariam, hic probatur.*

CONSILIVM CLXVII.

POST editum proximum præcedens conſilium,
præſuppoſito pro uero, prout uerum eſt, quòd de iu-
re communi contractus celebratus inter magiſtrum
Ioannembaptiſtam emptorem, & ſer Vincentium uendi-
torem fuerit ſimulatus, fictitius, & uſurarius, ueluti ex plu-
ribus præſumptionibus, & coniecturis legitimis, ac conclu-
dentibus apparet, & pleniſsimè in ſupraſcripto conſilio de-
monſtraui, contingit adhuc dubitari, an ex communi obſer
uantia, & conſuetudine contraria loci, in quo forte contra-
ctus huiſmodi ſoliti ſunt celebrari, hic cōtractus poſſit ſub-
ſtineri, & concludi illum ualere, eique ſtandum fore, non
obſtante diſpoſitione iuris cōmunis in hoc cōtraria: In quo
concludendo abſque longo argumentorum ordine dico,
1 † quòd per ſtilum, ſeu communem obſeruantiam, aut con
ſuetudinem contrariam contractus, qui de iure communi
cenſetur uſurarius, non poteſt effici licitus, nec ſubſtentabi
lis, quia talis conſuetudo potius eſt corruptela dicenda, &
irrationabilis, quam conſuetudo, ex quo illa eſt contra ius
naturale, & peccati nutritiua, ut dicitur in c. fin. extra de cō
ſuetud. cū ibi not. & hoc reperitur in terminis deciſum per
tex. in c. inter dilectos extra de exceſſi. prælat. ubi ij, qui con
tractus ſuos uolunt à prauitate uſuraria excuſare ex con-
ſuetudine, & communi obſeruantia loci, in quo huiuſmodi
contractus cōſueti ſunt exerceri, non audiuntur, quia talis
praua conſuetudo, per quam uſura palliatur, corruptela di-
cenda eſt, & talis excuſatio friuola reputatur, cū in illis ma
gis plectibilis ſit offenſa, per quos ad excuſandas excuſatio
nes in culpis delinquēdi auctoritas uſurpatur, ut ibi, cumq;
tanto grauiora ſint peccata, quanto diutius infœlicem ani-
2 mam detinent alligatam d. c. fin. de conſuetud. & † docto.
maximè Ioan. de Anan. per d. c. inter dilectos dicunt, quòd
per conſuetudinem, & communem loci obſeruantiam id,
quod eſt illicitum, & contra ius naturale, non poteſt effici
3 licitum, quia † conſuetudo contra ius naturale, quando
eſt peccati nutritiua, ut quia permitteret uſurari, ſeu fœnera
ri, & contractus uſurarios exercere, non ualet, & corrupte-
la dicitur, ut dicunt Abb. Anto. & omnes canoniſtæ in d. c. fi.
4 † ubi ad propoſitum Anto. in uerſi. quarto colum. 13. in-
quit, non ualere conſuetudinem, quòd propter utilita-
tem publicam, uel pauperum eleemoſinam, uel capti-
uorum redemptionem liceat in loco fœnerari: multo mi-
nus ergo ualebit in caſu, quo de pia cauſa agatur. Præ-
terea

5 terea hoc ſuadetur, nam † ſtatuere, ſeu ius inducere, &
condere ſuper uſuris, ut quòd contractus ſit uſurarius,
uel licitus, & non uſurarius, & quòd in aliquo caſu ſit uſu-
ra, uel non ſit, ad ſeculares non ſpectat, ſed ſolum ad condi
torem canonis: & ideò ſeculares non poſſunt ſtatutum fa-
cere, nec conſuetudinem inducere, quòd aliquis contra-
ctus ſit, uel non ſit uſurarius, & maximè quando ex diſpoſi
tione ſacrorum canonum contractus eſſet uſurarius, ut
volunt docto. canoniſtæ communiter in c. quod clericis, &
clarius in c. cum ſit generale de foro compet. In caſu igitur
noſtro non potuit per conſuetudinem loci introduci, quòd
contractus, qui alias de iure communi, & ſecundum cano-
nes uſurarius cenſebatur, dicatur licitus, & non uſurarius:
quæ decſio probatur etiam in c. quia in omnibus, & ibi
6 glo. & doct. extra de uſuris: † Quinimmò tenere licitum
eſſe uſuram, aut contractum aliàs reprobatum, & qui de iu
re cenſetur uſurarius, exercere, & contrahere dicitur eſſe
hæreticum, & ita tenens poteſt tanquam hæreticus damna
7 ri, ut eſt tex. in clem. fin. in fin. de uſuris. Præterea † facien
tes ſtatuta in locis, quòd licitũ ſit in aliquo caſu uſuras exer
cere, ſeu contractus aliàs à iure uſurarius reputatus ſit lici-
tus, & poſſit impunè exerceri, ſunt excommunicati, niſi hu-
iuſmodi ſtatuta de libris ſtatutorum deleuerint, & illa obſer
8 uare deſierint: ergo † arguendo de ſtatutis locorum ad
conſuetudines, quod argumentum eſt ualidum, ut in §. fin.
Inſti. de iure natu. gen. & ciui. & per docto in l. de quibus ff.
de legibus cum ſimilibus, idem dicendum eſt de conſuetu-
dinibus, quòd illæ non ſunt ſeruandæ, alioquin eas obſeruã
tes, & ſecundum eas iudicantes eſſent excommunicati, ut
in d. clem. 1. Et prædicta procedunt in caſu, quo de contra-
ria conſuetudine conſtaret, & ſic in caſu noſtro probatum
eſſet de ſtilo, & conſuetudine prædicta, nam ut dictum fuit,
ea conſuetudo praua diceretur, & potius quædam corrup
tela cenſeretur. Verum ſi benè in caſu, de quo agitur, con-
ſiderentur ſubſcriptiones procuratorum, & notariorũ, qui
fidem faciunt de ſtilo, & conſuetudine prædicta, iudicio
meo in caſu noſtro de conſuetudine contraria præciſè non
probant, nec fidem faciunt, ipſi enim loquuntur, quando
emptor ſuſpitione prauitatis uſurariæ carebat, item quan-
do res fuerunt iuſto pretio uenditæ, ſed in caſu noſtro, ut
probatum fuit, emptor ſuſpitione uſurariæ prauitatis non
carebat, item bona fuerunt iniuſto, & modico pretio uen
dita, pluraque alia infinita concurrunt, ex quibus conſtat
contractum fuiſſe uſurarium, ergo etc. Præterea dicti pro-
curatores, & notarij loquuntur, ac fidem faciunt, quando
conſuetudo non eſſet à iure reprobata, & præſupponunt
ius non reprobare has conſuetudines, per quas contractus
uſurariam prauitatem continentes ſubſtinerentur, quod
quidem eſt falſum, quia omnia iura canonica, quibus in
hoc ſtandum eſt, reprobant huiuſmodi conſuetudines, ut
ex iuribus, & rationibus præallegatis conſtat. Sed poſito
etiam, quòd præfati procuratores, & notarij optimè de cõ
ſuetudine contraria probarent, et affirmarent eam non eſſe
reprobatam, tamen dicto ipſorum ſtandum non eſſet, tum
quia ius canonicum expreſsè tales conſuetudines tanquam
prauas, et corruptelam continentes reprobat, ut ſupra, tum
quia ipſi, qui ad probandam conſuetudinem inducuntur,
non poſſunt dicere, neque concludere talem conſuetudinẽ
non eſſe reprobatam, quoniã non vt teſtes deponerẽt, ſed
potius vt iudices iudicarent, et ad eos non ſpectat determi
nare, quòd talis conſuetudo non ſit reprobata, ſed ad iudi-
cem, qui non poteſt aliter iudicare, niſi quòd conſuetudo,
per quam cõtractus uſurarius ſubſtineretur, dicatur repro
bata per prædicta. ¶ Non obſtat prædictis, et ad excu-
9 ſationem uſurariæ prauitatis, † quòd in caſu noſtro li-
cet huiuſmodi contractus in ſe de iure communi ſit illici-
tus, et vſurarius, tamen ſecũdum communem omnium ho
minum opinionem in loco talis contractus reputatur lici-
tus, et communis conſuetudo illum obſeruat, et ideò talem
contractum celebrans ab vſuraria prauitate, et à pœna,
excuſatur, ut fuit de mente Bart. in l. quid ſit fugitiuus §.
apud labeonem ff. de ædil. edic. per illum text. nam con-
ſuetudo quandoque in delictis excuſat c. denique, et ibi
glo. 4. diſtinct. et faciunt not. per Baldum in l. per diuer-
ſas C. mandati in 2. colu. qui dicit, conſuetudinem poſ-
ſe contractum approbare, vel improbare, facit etiam id,
quod notat Ioan. de Imo. in clemen. 1. de elect. ibi, & not. &
quod habetur in l. 1. C. de teſtibus, & in l. barbarius ff. de of-
fic. præto. Iaco. Butrig. in l. cum allegas C. de uſuris, Ant. de
But. in c. tuam de pœnis, et in c. dilecti de arbit. et habetur
per Moder. Veronen. in tract. ſimulationis contractuum in
princi. et in uerſicu. quinto uero caſu in 3. colum. et in ſimi
li facit id, quod uoluit Barto. in l. pignus C. de pigno. actio.
Bal. in l. incendium, & in authen. ſed nouo C. ſi certum pe-
ta. Ange. Roma. et Imo. in l. ſtipulatio iſta §. alteri ff. de uer-
borum obliga. et ſecundum Baldum in l. de quibus ff. de le-
gibus conſuetudo à pœna iuris communis excuſat, et ſecũ
dum eundem in l. fin. §. præterea C. de iure dotium, ſtatu-
tum, quòd ſoluantur decem pro centenario, tolleratur, et
ualet: Quia reſpondetur, quòd illa doctrina Barto. in d. §.
apud labeonem de iure canonico non uidetur uera, nam
conſuetudo, quæ eſt contra ius naturale, quamuis excuſet,
ut ſupra, hoc tamen non procedit, quando eſſet peccati nu
tritiua, ut uolunt communiter canoniſtæ in d. c. fin. de con-
ſuetud. & eſt textus in d. c. inter dilectos, contra quem, &
in d. c. quia in omnibus apertè eſt illa deciſio Barto. & tex.
in d. §. apud labeonem, ſuper quo Bar. ſe fundat, parum fa-
cit, primo quia loquitur de conſuetudine, quæ non erat
contra ius naturale, ſed contra ius poſitiuum, ut patet ex il-
lo tex. ſecundo ibi non præſupponitur, quòd communi opi
nione illud, de quo ibi, cenſeretur licitum, cum alias in ſe
eſſet illicitum, quinimmò id alias in ſe licitum erat, ut colli-
gitur ibi ex glo. & hoc eſt, quod inquit textus ibi, quia id fa
cit, quod publicè facere licere arbitratur, hoc eſt, quod de
iure arbitratur licere, quia licitum erat. ¶ Non obſtat,
quòd cõſuetudo excuſet à delicto, et illius pœna, ut ſupra,
quia reſpondetur, quòd excuſat à delicto in iјs, quæ ſunt
de iure naturali, et quando conſuetudo non eſſet nutriti-
ua peccati, uel quando eſſet conſuetudo contra ius poſiti-
uum, ſecus ſi contra ius naturale, et eſſet peccati nutritiua,
10 ut declarant omnes canoniſtæ in d. c. fin. Præterea † quam
uis conſuetudo excuſet à delicto, et à pœna delicti, ut ab
infamia, uel alia pœna, quæ propriè eſt pœna, non tamen
excuſat ab intereſſe, et damno partis, hoc eſt à reſtitutione
uſurarum argumẽto c. quãquam de uſuris in 6. et d. c. quia
in omnibus, et facit in ſimili id, quod not. et habetur in c. fra
ternitas 12. q. 2. et hoc eſt, quod uoluit dicere Ioan. de Ana
nia in d. c. quia in omnibus, quòd licet conſuetudo nõ excu
ſet uſurarium, tamen pudorem delicti tollit. ¶ Non obſtant
11 not. per Baldum in d. l. fin. §. præterea, quia † Bal. ibi loqui
tur in cauſa dotis, pro qua ſpecialiter introductũ eſt, quod
uſura ſit licita iuxta intereſſe mariti, ut in c. ſalubriter de
uſuris, et ideò per ſtatutum uſura, ſeu magis intereſſe po-
teſt uſque ad decem pro centenario taxari, ut ibi per Bal-
dum. ¶ Adde, quòd poſito, doctrinam Bart. in d. §. apud
12 labeonem eſſe ueram, † tamen ea procedit in iјs perſonis,
in quibus tollerabilis eſt iuris ignorantia, ut in fœminis, ru-
ſticis, minoribus, et militibus iuxta l. regula ff. de iuris, et fac.
ignoran. ita declarat Bal. in d. l. cum allegas colum. 3. C. de
vſuris, vel ſecundum eũdem ibi procederet in iјs, qui non
eſſent ſoliti fœnerari, ſed in ſolitis fœnerari ſecus eſt, nos
autem ſumus in eo, qui erat doctor, expertus, cautus, et ma
ior

ior,& ſolitus fœnerari, ergo illa doctrina Bart. in caſu noſtro non procedit, & conſuetudo non excuſaret, qua non obſtante, iudicandum eſt omnino contractum, de quo agitur, eſſe fœneratitium, & vſurarium. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vſura ſolum in contractu mutui, & non in contractibus innominatis correſpectiuis committitur:*
Contra num. 12. 13. 14. & 16. ubi declaratur, & num. 28.
2 *Contractus innominatus facio, & do, ut facias, & ut des, hic celebratur.*
3 *Aſſecuratio mercium, & ſuſceptio periculi licita, & à iure permiſſa:*
Et quando ſecus ſit num. 21. & 29 ubi hoc declaratur.
4 *Vſura non committitur, ſi quis pro debitore fideiubere uoluit tantum pro centenario:*
Quod uerum eſt ſaltem ex parte creditoris, qui aſſecuratur, & numero 29.
5 *Vſura, & contractus illicitus non committitur, ſi quis rem pluris, quàm ualeat, emere promittat, dummodo non interueniat dolus ex propoſito, nec læſio ultra dimidiam iuſti pretij:*
Nec reſultet contractus uſurarius etiam fictione iuris num. 30.
6 *Caligariæ negotiatio utilis eſt, & neceſſaria ciuitatibus, & ideò licita, ac iuſta.*
7 *Negotiatio, quæ à laicis principaliter propter lucrum exercetur, quando licita eſt, & lucrum inde perceptum eſt licitum.*
8 *Negotiatio exercetur pro incremento facultatum, & propriè dicitur illa, quæ fit in mercibus:*
9 *Et eſt clericis prohibita, laicis uerò permiſſa, dummodo fiat abſque labe uſuraria, & num. 31.*
10 *Vſura non committitur, quando facta relatione præſtationis ad aliud antecedens reſultat quaſi facio, ut des, uel uendo, trado, aut patior, ut des, uel ſuſcipio periculum, ut des, ſeu facias, uel alia reſultat conformitas unius ad alterum, ſed potius dicitur quædam recompenſatio debita, & obligatio correſpectiua:*
Et quando hoc uerum ſit num. 32. ubi declaratur.
11 *Vſurarius hodie poteſt de fœnore, & uſura conuinci non tantum ex præſumptionibus in iure poſitis, & deſcriptis, ſed etiam ex aliis illis ſimilibus, & ex inditiis, & argumentis.*
12 *Vſura poteſt ex deprauata contrahentium intentione in quocunque genere contractuum ſub quacunque conceptione uerborum conceptorum committi.*
13 *Teſtamenta quoque de uſuraria prauitate argui, & dici poſſunt.*
14 *Vſura etiam in contractibus innominatis, & correſpectiuis committi poteſt.*
15 *Contractus innominati regulantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſimilantur.*
16 *Vſuram ſolum in contractu mutui committi, etiam ſi alius contractus ſit celebratus, uerum eſt, & quomodo.*
17 *Contractus alicuius ſpecies magis ex pactis in eo appoſitis, quàm ex nudis uerbis ipſius contractus cognoſcitur.*
18 *Societas contracta dicitur, quando res traditæ alicui fuerunt ad negotiandum abſque translatione dominij, et cum pacto, quòd unus certum quid pro lucro, & alius aliam utilitatem haberet.*
19 *Societatis contractus illicitus, & uſurarius eſt, quando rebus traditis ad negotiandum cum certo lucro alter tantum periculum omne capitalis, & rerum in ſe ſuſcepit, & totum capitale aſſecurauit;*
20 *Idem eſt in contractu innominato ſimili dicto contractui nominato ſocietatis.*
21 *Vſura committitur, ubicunque capitale unà cum certo lucro aſſecuratur.*
22 *Vſurarius dicitur, qui merces ad tempus pluris uendit, quàm tempore ſolutionis faciendæ ualituræ eſſent:*
Et ad hoc, ut uendens ad tempus non dicatur uſurarius, quid requiratur.
23 *Vſurarius contractus dicitur, ubicunque ex pacto uel ad arbitrium creditoris, uel poſt certum tempus duntaxat à contractu recedi poteſt.*
24 *Negotiationem cum damno, et grauamine alterius exercens tanquam uſurarius ad reſtitutionem eius, in quo alterum damnificauit, et grauauit, tenetur.*
25 *Vſura committitur, quando obligatio naturalis ad antidora in pactum deducta fuit.*
26 *Vſuram committit is, qui certis promiſſionibus maiorem ſibi hominum concurſum ad ſuam apothecam, & negotiationem trahit.*
27 *Creditor uſuram committit, ſi cauſa alicuius lucri ſolutionem debitori differat.*

Bald. in l. cunctos populos in 4. col. in uerſi. & quia de uſuris eſt mentio, quæro primo, ibi item do quandam regulam C. de ſumma trin. & fid. catho. declaratur.

EPITOME.

CONTRACTVM *ſuper certa negotiatione initum fuiſſe illicitum, & uſurarium ex aſſecuratione capitalis, & lucri, ac totius periculi ſuſceptione per alterum tantum facta, & ex alius coniecturis, & præſumptionibus hic poſitus, demonſtratur:*

CONSILIVM CLXVIII.

IN præſenti cauſa uidetur prima facie dicendum, quòd conuentio, ſeu compoſitio facta inter magiſtrum Ludouicum, & ſer Romanum ex una, & inter homines uniuerſitatis caligariorum ex altera ſit licita, nec vſurariã prauitatem ſapere dicatur: Et plura ad hoc dicendum me mo
1 uent, & primo, quoniam † ſolum in contractu mutui, & non in contractibus innominatis, do, vt facias, vel vt des, vſura committitur, vt colligitur ex diffinitione vſuræ, qua dicitur, quòd vſura eſt lucrum mutui pacto debitum, vel exactum, & ita præſupponunt doct. communiter in rub. extra de vſuris, Sal. in rub. ff. eod. & fatetur Henric. Boich ſolemnis doctor vltramontanus in c. in ciuitate de vſur. Sed in terminis noſtris non datur contractus mutui, ſed contractus innominatus do, & facio, vt facias, prout ex tenore inſtrumenti continetur, & ex infra dicendis apparebit, & arg. l. iuriſgentium §. ſed cum nulla, & ibi glo. Bar. & alij ff. de pact. & l. ex placito cum l. ſequen. C. de rerum permuta. ergo non dicetur celebratus cõtractus fœneratitius, quia in contractibus innominatis correſpectiuis do, vt des, vel do, vt facias, vel facio, vt des, vſura non contrahitur, vt voluit glo. not. in ſumma 14. q. 3. & hoc argumento in ſimili vtitur do. Lauren. de Rodulph. in ſuo tract. de vſur. in 2. par. prin. in 3. q. Quòd
2 autem † inter prædictos contrahentes fuerit initus contractus innominatus, probatur, nã magiſter Ludouicus, & ſer Romanus promiſerunt facere, & tenere unũ fondicũ benè præparatum, & fulcitũ coriis, & aliis rebus neceſſariis pro exercitio caligariæ, item coria, & alias res hominibus dictæ uniuerſitatis, qui continuè ad emendũ venirent, dare, & vẽdere pro certo pretio ſatis honeſto, & congruo, prout in inſtrumento: Homines verò vniuerſitatis prædictæ ſe obligarunt ad tradẽdum unũ fondicum nouũ, ſeu tabernã gratis, & abſq; ſolutione alicuius penſionis pro vſu negotiationis prædictæ, & ſic ad factum, itẽ ad ponendum duos homines peritos dictæ vniuerſitatis tanquã inſtitores, & pro inſtitoribus abſq; ſolutione alicuius certæ mercedis per dictos magiſtrũ Ludouicũ, & ſer Romanum facienda, item ad leuandũ ſingulis tribus menſibus oĩa coria ab aliis refutata, & omnia ſupra oſſa, vt verbis ipſorum contrahentiũ vtar: Item promiſerunt fideiubere pro dictis inſtitoribus, ac etiã ſe obligarunt ad leuandũ omnia bona, & res dictæ negotiationis pro pretio prædicto cum termino ad ſoluendum, quando præfatis magiſtro Ludouico, & ſer Romano videretur nolle amplius perſeuerare in dicto exercitio, & in dicta cõpoſitione cum hoĩbus dictæ vniuerſitatis, vt latius in dicto inſtrumẽto apparet. Ex quibus ſatis clarè conſtat non fuiſſe contractũ mutuum, ſed fuiſſe celebratũ contractũ innominatũ facio, & do, vt facias, & vt des arg. d. l. iuriſgentium §. ſed cũ nulla cum glo. & ibi Bar. & in d. l. ex placito, & Paul. de Ca. in l. ſi tibi ff. de præſc. ver. & l. naturalis §. 1. ff. eo. ti. ¶ Secũdo quãuis homines dictæ vniuerſitatis recipiẽdo quodãmodo in ſe periculum mercium, videlicet promittẽdo leuare, ſeu emere ſingulis tribus mẽſibus coria refutata, & ſupra oſſa, & fideiubendo pro inſtitoribus, ac ſe obligando ad leuandũ, & emẽdũ oĩa bona, & res in caſu ſupra relato, dicãtur merces aſſecuraſſe, & illarum in ſe ſuſcepiſſe periculũ, propter hoc

tamen præfati magiſter Ludouicus, & ſer Romanus non de
benr dici uſuram commiſiſſe, nec contractum illicitum cele
3 braſſe, quoniam † aſſecuratio mercium, ſeu ſuſceptio pe
riculi maximè ex parte eius, cuius merces aſſecurantur, di-
citur eſſe licita, & à iure permiſſa, ut eſt bonus textus in l. in
naue ſaupheli ff. locati, & l. periculi pretium ff. de nautico
4 fœno. cum ibi not. & † patet in eo, qui, ut pro debitore fi-
deiuberet, uoluit tantum pro centenario, uſuram nanque
non committit ſaltem creditor, qui aſſecuratur, ut not. de-
clarat do. Lauren. de Rodul. in d. tracta. in 2. par. in 3. q.
¶ Tertio non dicitur etiam uſura commiſſa ex eo, quod ho
mines dictæ uniuerſitatis promiſerint emere, & leuare ſin-
gulis tribus menſibus coria refutata, & omnia ſupraoſſa di-
ctæ negotiationis, nec non omnia bona, omneſque res dictæ
negotiationis, quando arbitrio prædictorum magiſtri Ludo
uici, & ſer Romani declaratum fuerit, ipſos nolle in dicta
compoſitione perſeuerare, pro pretio maiori, quam conſti-
5 terint, computatis omnibus expenſis, nam † quamuis præ
dicta pro maiori pretio, quam fortè valerent, leuare, & eme
re promiſerint, tamen non dicetur uſura commiſſa, nec con
tractus illicitus celebratus, cum de iure canonico etiam lici
tum ſit contrahentibus ſe inuicem in pretio re ipſa decipe-
re, dummodo dolus ex propoſito non interuenerit, nec læ-
ſio ultra dimidiam iuſti pretij contigerit, ut eſt glo. ibique
Abb. & alij in c. in ciuitate de uſuris, c. cum dilecti, c. cum
cauſa, ibique doctores communiter poſt gloſam extra de
emptio. & uenditio. glo. in cap. qualitas de pœniten. diſtin-
ctio. 5. l. item ſi pretio in fin. ff. locati, & faciunt ea, quæ ha-
bentur in cap. 1. de emptio. & uenditio. & in cap. 1. ne cle-
ri. uel mona. ubi licitum eſt mercatori merces, & res cum
aliquo honeſto lucro ratione laboris, & operæ perſonæ uen
6 dere. ¶ Quarto † huiuſmodi compoſitio concernit ne
gotiationem caligariæ, & pelliparię, quæ eſt inter alias ne-
gotiationes ciuitatibus utiles, & neceſſarias, ut eſt textus
cum glo. in uer. & alijs in l. 2. ff. de nundinis, ergo licita, &
iuſta eſſe dicetur, poſito, quòd magiſter Ludouicus, & ſer
Romanus ad illam principaliter propter lucrum deuene-
rint, nam ut inquit beatus Thomas 2. 2. quæſtio. 77. articulo
3. & refert Abb. in d. c. 1. ne cleri. uel mona. & ponit Lauré.
7 de Rodul. in d. tracta. in 1. parte in quæſtio. 43. † negotia-
tio, quæ à laicis principaliter propter lucrum exercetur, di-
citur licita, quando ad aliquem effectum neceſſarium, uel
honeſtum ordinatur, & lucrum, quod inde percipitur, dici-
tur licitum propter pericula, & labores perſonæ, ac propter
dubium lucri, & damni argumento l. ſi non fuerint ff. pro
ſocio, & dicit text. in l. ſemper §. negotiatio ff. de muner. &
8 honor. quòd † negotiatio exercetur pro incremento fa-
cultatum, & propriè dicitur negotiatio, quæ fit in mercibus,
ut in c. forus de verbo. ſignifi. ueluti quando quis merces in
groſſum emit, ut ad minutum uendat, ut in c. eijciens 83. di
9 ſtin. † quæ clericis dicitur prohibita, laicis uerò permiſſa,
dummodo non fiat cupiditatis, & auaritiæ cauſa, hoc eſt abſ
que labe uſuraria, ut in c. fornicari, & c. negotiatorẽ 88. di-
ſtinct. c. 1. ne cleri. uel mona. c. qualitas, c. falſas, & c. negotiũ
de pœnit. diſtin. 5. c. quicunque, c. clerici, & c. canonum cũ
ibi not. per gloſ. 14. quæſtio. 4. iuncto. c. in ciuitate, c. conſu-
luit, & c. nauiganti extra de vſuris, & not. per gloſæ ſumm.
14. quæſtio. 3. ¶ Quinto accedat elegans doctrina Bar-
to. in l. cunctos populos in 1. quæſtio. in princip. 4. colum. C.
de ſumma trinitate, & fide catholi. qui tradit hanc regu-
10 lam, quòd † quando facta relatione huius præſta-
tionis, quæ dicitur uſura, ad aliud antecedens reſultat
quaſi facio, ut des, ut in omni matrimonio, ut in c. ſa-
lubriter extra de vſuris, uel vendo, vel trado, ut des, l. cu-
rabit C. de actio. empt. vel patior, ut des, ut in c. 1. de feu-
dis, uel ſuſcipio periculum, ut des, ſeu facias, ut in l. peri-
culi ff. de nautico fœnore, & in d. l. in naue ſaupheli, aut re-
ſultat alia conformitas unius ad alterum, tunc ibi non dici-
tur uſura ex ordinatione partium committi, quia non eſt
lucrum, ſed eſt quædam recompenſatio debita hinc inde,
quæ dicitur obligatio correſpectiua, & ita debent intelli-
gi not. per gloſam in l. ſocium, qui in eo ff. pro ſocio: Quam
theoricam Baldi ſequitur etiam Lauren. de Rodulph. in di-
cto tractatu in ſecunda parte in ti. 3. quæſtio. & idem eſt de
mente glo. in ſumma 14. quæſtio. 3. ſed in caſu noſtro ex
compoſitione inter præfatos facta reſultat uendo, uel tra-
do, & facio, uidelicet ex parte dictorum magiſtri Ludouici,
& ſer Romani, qui promiſerunt facere unum fondicum ful
citum corijs, & alijs ſimilibus mercibus, item uendere, dare,
ſeu tradere coria, & alias res pro certo pretio, ut facias, ui-
delicet ex parte hominum dictæ uniuerſitatis, qui promiſe-
runt leuare, & emere, ut ſupra dictum fuit, & duos inſtitores
peritos in dicta arte conſtituere, & pro illis fideiubere, &
conſequenter ex parte dictorum hominum reſultat ſuſce-
ptio periculi, ſeu aſſecuratio capitalis, & hoc in recompen-
ſationem beneficij in eos per dictos magiſtrum Ludoui-
cum, & ſer Romanum collati, ergo ratione huius conformi
tatis unius ad alterum uſura in caſu noſtro committi non di
cetur, ſed contractus in ſe licitus, ac honeſtus erit.
¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrariam ſententiam,
& probabiliorem, & ueriorem eſſe arbitror, quod huiuſmo
di compoſitio, & conuentio labem uſurariam ſapiat, & in ſe
contineat, & ut fœneratitia ſit iudicanda. Et pro clariori di-
11 cendorum intelligentia præſuppono, quod † moderni uſu
rarij tot fraudes, & modos uſuram exercendi inuenerunt,
omiſſis modis, & vijs olim conſuetis, & hodie ut plurimum
contractus uſurarios tam occultè, & doloſè ineunt, quod
de prauitate uſuraria ex præſumptionibus in iure poſitis, &
deſcriptis conuinci nequeunt, & ideò aduerſus eos ad con-
uincendum illos de fœnore alijs coniecturis, indicijs, & præ
ſumptionibus eſt vtendum, vt eſt textus notabilis in clemẽ-
ti. 1. §. cæterum de vſuris, & ita per illum textum refert Io-
an. And. in c. ad noſtram, ibique Abb. in glo. in uer. patet de
emp. & uend. cum quibus poſteriores pertranſeunt. Hinc
dixit do. Lauren. de Rodul. in d. tractatu in 1. parte in q. 58.
quòd ſiquis de vſura conuinci nequeat ex iuris præſumptio
nibus, et ex coniecturis in iure deſcriptis, ut habetur in d. c.
in ciuitate, in c. conſuluit, et in c. fina. de vſur. in d. c. ad no-
ſtram, in c. illo vos de pigno. et in d. clemen. 1. cum ſimilib.
poteſt ex alijs ſimilibus præſumptionibus vſuram detegen
tibus conuinci, et facit text. not. in c. cum in diœceſi extra de
uſuris, ubi generaliter dicitur, quẽ de uſura manifeſta poſſe
12 per argumenta conuinci. ¶ Secundo præmitto, quod † in
quocunque genere contractuum ſub quacunque uerborũ
conceptione conceptorum uſura poteſt ex de prauata inté
tione contrahentium committi, vt in contractu emptionis,
et venditionis iuxta d. c. ad noſtram, d. c. in ciuitate, d. c. con
ſuluit, et d. c. fina. de uſuris, item in contractu pignoris, ut in
d. c. illo vos, nec non in contractu ſocietatis ad tradita per
docto. in c. nauiganti de vſuris, et per gloſam in c. plerique
14. q. 3. item in contractu donationis, veluti declarat do.
Lauren. in d. tract. in 18. q. 1. partis, item et in laudis, atque
ſententijs, vt idem do. Lauren. dixit in d. tracta. in commen-
to d. c. conſuluit in 4. oppoſi. inquiens, ita quotidianam pra-
cticam totius orbis habere, quæ practica probatur in d. cap.
ad noſtram, in d. cap. illo uos, in cap. cum contra de pi-
13 gno. et in cap. ad noſtram de iureiurando: idem † etiam
dicimus de teſtamentis, vt de prauitate vſuraria di-
ci poſſint, veluti declarat Bartolus in l. 3. per illum tex-
tum ff. de alimentis, & ciba. lega. in l. 2. ff. de ijs, quæ pœ-
næ nom. & in l. cum ſtipulati ſumus in fine ff. de verbo-
rum obligation. Petrus de Ancharano in conſilio 89. cum

ſimi-

ſimilibus, quæ allegat Alexand. in conſilio 17. uolumi. 4.
14 ex quibus infero, quòd † idem erit in contractibus inno-
minatis, & correſpectiuis, & præſertim in illis, qui aſſimilan-
tur contractibus nominatis, ut cõtractui emptionis, uel cõ-
tractui ſocietatis iuxta l.titius cum ibi not.per gl.& Paul.de
Caſt.ff.de præſcrip.uer. ubi optimè probatur, quòd etiam
in contractu innominato, qui ſimilis eſt contractui ſocieta-
tis, uſura poteſt committi, & ad propoſitum facit id, quod
idem dominus Lauren.ſentit in d. tractatu in 2. parte in 3.
quæſtio.innuens, quòd etiam in contractibus innominatis,
& correſpectiuisquis de prauitate uſuraria cõuinci poteſt;
& ſanè nullus negaret in caſu d. l. titius uſurã committi, ut
ibi clarè uult ille tex.& tamen loquitur in contractu inno-
minato: & idem probari uidetur ex dicto c. plerique cum
glo.ubi ſi quis det pecuniam negotiatori, ut inde emat mer
ces, & certum lucrum ex mercibus capiat, uſuram commit
tit, & tamen talis contractus eſt correſpectiuus, & innomi-
natus ſimilis contractui ſocietatis. Præterea ſi uſura po-
teſt in aliis contractibus nominatis contrahi, et tales contra
ctus poſſunt ex eorum circunſtantiis, et ob deprauatam
agentis intentionem de uſuraria prauitate argui, idem er-
go dicendum eſt de contractibus innominatis, qui contra-
15 ctibus nominatis aſſimilantur, quia † tales contractus re-
gulantur ſecundum naturam contractuum nominatorum,
quibus aſſimilantur, ut in l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. depoſiti, &
eſt text. loquens in contractu innominaro, qui contractui
ſocietatis aſſimilatur, in l.ſi merces §. uis maior ff.locati, iun
cta l.cum duobus §.quidam ff.pro ſocio, in d.l.titius, & ibi
Pau.de Caſt.poſt glo.l.naturalis §.at cum do cum glo.ff.de
præſcriptis uerbis, & l.ſi ut certo §. nunc uidendum il 2. ff.
commod. Nec obſtat prædictis, quòd vſura ſolum in con-
tractu mutui dicatur committi, iuxta illud, mutuum date
nihil inde ſperantes d.c.conſuluit, & colligitur ex diffinitio
16 ne vſuræ, vt habetur in rubr.eodem titu. quoniam † fateor
hoc verum eſſe, ſed non refert, an ſit contractus mutui ue-
ri, ficti, uel præſumpti, & de vero mutuo clarum eſt, de fi-
cto autem probatur in capitu.in ciuitate, in c.conſuluit, &
in cap.nauiganti de uſuris, vbi quoad ſui formam erat con
tractus emptionis, ſed fictè, & impropriè propter malam
creditoris intentionem cenſetur mutuum fuiſſe contra-
ctum, ut uolunt doctores omnes poſt gloſam in d.cap.in ci-
uitate, & præſertim Henricus Boich: Et quòd in caſu dicto
rum iurium vſura in contractu mutui cõmitti dicatur, pro
bat text.in d.c.conſuluit, ſecundum quod illum aliàs indu-
cere ſum ſolitus in rub.de vſuris ibi, quicquid in his caſibus
tenendum ſit, ex euangelio Lucæ manifeſtè cognoſcitur,
in quo dicitur, mutuum date nihil inde ſperantes, ergo ex
illo textu innuitur, quòd vendendo charius ad tempus, qui
caſus eſt vnus de caſibus illius tex. dicitur vſura in contra-
ctu mutui committi; & de præſumpto mutuo probatur in
d.capit.ad noſtram, & in d.cap.illo vos, vbi quoad formam
alius erat conttactus, quàm mutui, ſed ex pluribus conjectu
ris, & præſumptionibus contractus mutui fœneratitius præ
ſumitur: Ita dicendum, & concludendum eſt in omnibus, &
quibuſcunque contractibus etiam innominatis, in quibus
vſura dicitur committi ex pactis, & circunſtantiis contra-
ctus, & ob malam creditoris intentionem, vt vſura tunc ſu-
per contractu mutui ficti, ſeu præſumpti dicatur contrahi,
ut de contractu innominato videtur probari in d.c.pleriq;,
17 ſi rectè conſideretur, iuncta glo.& † vt dicit Abb. in d.c.illo
vos per illum textum in 4.notabili, in cognoſcendo ſpeciẽ
alicuius contractus magis debent attendi pacta in eo appo
ſita, quàm nuda verba ipſius contractus l. inſulam ff. de præ-
ſcript.uer. l.ſi uno ff.loca. & d. c.ad noſtram, ibique Abb.
Nec præmiſſis aduerſantur dicta per Baldum in d. l. cũctos
populos, quia illis infra reſponſum accommodabitur.

¶ His præſuppoſitis, confirmando nunc concluſionem ſu-
pra traditam, conſidero, quòd aut volumus contractũ hũc,
de quo agitur, eſſe cõtractum nominatum ſocietatis, aut cõ
tractum innominatum facio, & do, vt facias, ueluti ſupra di
ctum fuit, ſi cõtractum nominatum ſocietatis eſſe dicamus,
18 † prout uerè uidetur eſſe, quia actum fuit inter contrahen-
tes, quòd magiſter Ludouicus, & ſer Romanus facerẽt unũ
fondicum ipſis hominibus dictæ vniuerſitatis, & homines
deberent apponere duos inſtitores, pro quibus fideiuberẽt,
& cõſequenter magiſter Ludouicus, & ſer Romanus coria,
res, & alia bona tradiderunt, & aſſignarunt dictis homini-
bus, ſeu eorum inſtitoribus in taberna, ſeu fondico, ut nego
tiarentur, non aliter dominium dictarum rerum in ipſos ho
mines transferendo, quo caſu dicitur contracta ſocietas, ex
qua utraq; pars commodum, & lucrum perceptura erat, vt
ex tenore inſtrumenti colligitur, & optimè infertur ex iis,
quæ dicit Pau.de Ca.in d.l.titius probando, quòd in termi-
nis illius tex.ſocietas cõtracta non fuerat, quia ibi actũ erat,
vt dominium pecuniæ ad negotiandum datæ in accipientẽ
transferretur, ſecus ſi id actum non fuiſſet, prout in caſu no
ſtro; in quo propterea poteſt dici celebratus contractus ſo
19 cietatis: ſequitur, ſi ita ſit, † quòd cõtractus dicatur illicitus,
& fœneratitius, quoniam nos propriè ſumus in caſu glo.d.
c.pleriq; 14.q.3.quam doct.ibi, & in d.c.nauiganti commu
niter ſequuntur, quæ vult contractum ſocietatis in caſu ab
ea poſito, qui eſt caſus noſter, eſſe illicitum, & vſurariũ, nã
ſicut ibi data fuit pecunia ad negotiãdum, ita in caſu noſtro
data fuerũt bona, res, & fortè pecunia: Item ſicut ibi de cer-
to lucro dando actum fuit, ita in caſu noſtro, prout in dicto
inſtrumento habetur. Item ſicut ibi recipiens aſſecurauit
capitale, recipiendo in ſe periculum, ita in terminis noſtris,
quia homines præfati dictum magiſtrum Ludouicum, & ſer
Romanum pro ſuo capitali aſſecurauerũt, promittendo cũ
lucro pro certo pretio emere, & leuare ſingulis tribus men
ſibus, ac etiam in fine ſocietatis totum capitale, necnon præ
fati homines dictæ vniuerſitatis aſſecurauerunt etiam capi-
tale liberè pro inſtitoribus promittẽdo, & fideiubẽdo iuxta
ea, quæ voluit do. Lauren.in d.tract.in 2.par.in 3. q. in vlti.
col. Et conſequenter ex præmiſſis colligitur, nos eſſe in caſu
dictæ glo.& d.c.pleriq;, præſupponendo, prout uerum eſſe
uidetur, quòd hæc compoſitio, & conuentio fuerit conuen-
tio ſocietatis, nam deciſio illius glo.ad caſus ſimiles, & habẽ
tes eandem, vel ſimilem rationem extẽditur, atq; trahitur,
vt expreſsè ſentit do. Laur.in d.tract.in 1.par. in quæſt. 18.
Si verò dicamus hũc fuiſſe contractum innominatum, qui,
vt ex prædictis colligitur, contractui ſocietatis æquipara-
20 tur, ſeu aſſimilatur, † concludendum eſt ſimiliter illum eſ-
ſe illicitum, & vſurarium, quia contractus innominati,
qui contractibus nominatis ſunt ſimiles, & æquiparantur,
regulari debent ſecundum naturam contractuum nomina
torum, quibus aſſimilantur, ut ſupra dictum fuit, & probatur
ex iis, quæ uoluit Paul.de Caſ.in d.l.titius per illum tex. vbi
data fuit pecunia, vt quis negotiaretur, & de lucro cer-
tum quid danti daretur, reſiduum verò, ſi quod eſſet, acci-
pientis eſſet: Et ex quo periculum pecuniæ, & capitalis ſpe-
ctabat ad dantem, & non ad accipientem, dans poterit age
re ad vſuras, & ad lucrum conuentum, ſi lucrum factum
fuiſſet, ergo ſecus eſſet, prout contingit in caſu noſtro, ſi pe
cunia cauſa negotiandi data fuiſſet cũ ſpe certum quid pro
lucro conſequendi, & accipiens de periculo capitalis, & in
caſu periculi etiã ad ſoluendũ lucrum teneretur, vt videtur
probari ex illo tex.d.l.titius iunctis not.ibi per Pau.de Caſ.
¶ Secundo contra dictos magiſtrum Ludouicum, & ſer
21 Romanum facit, quoniam † ſi aſſecuratio, & ſuſceptio peri-
culi ſolum reſpectu capitalis facta correſpectiuè propter
certam mercedem, ſeu utilitatem, ut ſi quis creditori pro

 debi-

debitore ob certam mercedem fideiuſſerit, non dicitur licita,& fortè uſuram continet, ut colligitur ex iis, quæ uoluit dominus Lauren. in dicto tractatu in 2. parte in 3. quæſtio. ergo à fortiori hoc dicendum erit, quando quis fideiubendo, ſeu aliter cauendo, & promittendo ipſum creditorem non ſolum pro ſorte, & capitali, ſed etiam pro certa lucri quantitate aſſecuraret, hoc enim caſu nulli dubium eſt, quòd ille, cui talis aſſecuratio capitalis, & lucri certi facta fuiſſet, diceretur vſurarius, vt eſt bonus text. in l. periculi ff. de nautico fœnore, iuncto d.c. nauiganti: nam breui manu cenſeretur ipſi aſſecuranti mutuatum capitale cum ſpe conſequendi augmentum illius lucri argumento nota. in dicto capitu. in ciuitate,& in dicto cap. conſuluit: Sed prædicti homines vniuerſitatis pro quadam certa utilitate aſſecurauerunt dictos magiſtrum Ludouicum, & ſer Romanum reſpectu capitalis, & certi lucri, ut ſæpe dictum fuit, & ex contentis in dicto inſtrumento apparet, ergo nulli dubium, uſuram fuiſſe commiſſam: quis enim tàm fatuus negaret uſuram eſſe, quando ego negotiarer cum pecunia, rebuſque meis cum pacto tecum inito fortè propter aliquam utilitatem, quam ex tali negotiatione eras percepturus, quòd quando mihi uideretur, tenereris, ac obligatus eſſes leuare, & emere tuo periculo merces omnes pro eodem pretio, quo conductæ in fondico conſtiterint, & ultra cum taxatione certi lucri argumento d. capit. illo vos ibi,& quòd ultra ſummam receptam quadraginta ſolidi deberent perſolui: nam tunc uidetur tibi mutuata pecunia capitalis cum ſpe certa conſequendi capitale, & lucrum iuxta d.c. in ciuitate cum ibi not. ¶ Tertio conſidero conuentum fuiſſe in caſu noſtro, quòd ſingulis tribus menſibus homines dictæ uniuerſitatis tenerentur emere, & leuare omnia coria,& bona ab aliis refutata, uulgo ſupra oſſa nuncuta, pro maiori pretio, quàm ualerent, & tempore ſolutionis pretij ualitura eſſent, ex quibus ſequitur, contractum di
22 ci uſurarium, nam † qui merces ad tempus pluris uendit, quàm ueriſimiliter eſſent ualituræ tempore ſolutionis faciendæ, dicitur uſurarius, ac fœnus exercere, d. cap. in ciuitate, d. cap. conſuluit,& d. cap. nauiganti,& ut Abb. ibi poſt alios ſcribentes declarat, ad hoc, ut uendens merces ad tempus à prauitate uſuraria excuſetur, duo ſunt neceſſaria, primum, quòd uenditor aliàs de præſenti non fuiſſet merces uenditurus, ſecundum, quòd dubium ſit, an tempore ſolutionis merces pluris, uel minoris eſſent ualituræ, quorum altero deficiente, uenditor uſuram committit, ut in dicto cap. nauiganti: Sed in caſu noſtro præfati magiſter Ludouicus, & ſer Romanus parati erant de præſenti uendere, quia tabernam cum mercibus uenalibus habebant, item certum erat, quòd tempore ſolutionis faciendæ coria refutata minoris erant ualitura, quàm uenderentur, quia homines præfati tenebantur illa tanti emere, quanti emebant coria bona, ergo &c. ¶ Quarto aliam conie-
23 cturam facio, † dum in inſtrumento dicitur, partes conueniſſe, quòd ad libitum dictorum magiſtri Ludouici,& ſer Romani poſſet à contractu diſcedi, & compoſitio inter eos facta ad eorum arbitrium durare deberet, & facta declaratione per prædictos magiſtrum Ludouicum, & ſer Romanum ipſi homines deberent omnia bona dictæ negotiationis emere: nam ex hoc etiam colligitur præſumptio uſurariæ prauitatis argumento text. cum ibi not. per Ioannem Andr. Antonium de Butr. Imolam, Abbatem, & alios communiter in dicto c. ad noſtram de emptio. & uenditio. & per ea, quæ uoluit Abb. in d. c. illo uos, ubi uolunt, quòd quando fit pactum de diſcedendo à cõtractu ad arbitrium creditoris, uel poſt certum tempus tantum, contractus tunc præſumitur fœneratitius, quia hoc actum cenſetur, ut creditor interim aliquid ultra ſortem lucretur, & ſic uſuram
24 committat. ¶ Quinto prædicta confirmantur, quia † negari non poteſt, quin huiuſmodi negotiatio ex pactis in inſtrumento compoſitionis appoſitis non dicatur homines dictæ uniuerſitatis multum,& in pluribus grauare, & in primis, dum ipſi uſum tabernæ, ſeu ſui fondici noui gratis, & abſque ſolutione alicuius penſionis aſſignarunt, item in leuando,& emendo ſingulis tribus menſibus coria ab aliis refutata, & omnia ſupra oſſa, & in ponendo duos inſtitores periros, qui negotiationem exerceant, necnon in onere emendi, atque leuandi omnia bona,& res dictæ negotiationis in fine ipſius: ergo talis negotiatio ex parte præfatorum magiſtri Ludouici, & ſer Romani dicetur, & iudicari debebit illicita adeò, quòd poterunt coram iudice eccleſiaſtico conueniri ratione peccati ad reſtitutionem eius, in quo dictos homines grauarunt,& quod cum peccato lucrati fuerunt, quia non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum c. cum tu de uſuris,& c. qui res 14. quæſt. 5. ita colligitur ex iis, quæ uoluit Abb. in dicto cap. 1. ne cleri. uel mona. poſt Innocentium, Ioannem Andr.& Hoſtienſem, qui dicunt, quòd exercens negotiationem alias in ſe licitam, ſed cum damno alterius, ut quia lucratus ex ea fuerit cum alterius diſpendio, ipſe ad reſtitutionem lucri teneretur, ſicut uſurarius, quia non remittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum: & ideò ratione peccati factus erit de foro eccleſiaſtico iuxta ea, quæ habentur in capit. nouit cum materia extra de iudiciis,& per dominum Lauren. in dicto ſuo tractatu in dicta quæſtio. 18. ¶ Sexto accedat, præſupponendo, ut dictum fuit, quòd in terminis noſtris ſaltem ex pactis,& mala intentione poſſit dici mutuum tacitè fuiſſe con
25 tractum, † quòd hic contractus de crimine uſurarum argui poteſt, propterea quod obligatio naturalis ad antidora, qua ad remunerationem beneficiorum tenemur iuxta l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de petitio. hæredita. fuit in pactum deducta, ut uoluit glo. in d.c. conſuluit, & in cap. 1. in uer. expectes, ibique Archidiaco. 14. quæſtio. 3. quas gloſas doctores in dicto cap. conſuluit communiter ſequuntur, dicitur enim in inſtrumento compoſitionis, quòd homines dictæ uniuerſitatis uolentes remunerare ſupradictum magiſtrum Ludouicum, & ſer Romanum de ſupradictis beneficiis, promiſerunt plura, ut in dicto inſtrumento.
¶ Septimo poteſt capi alia coniectura illiciti contractus &
26 fœneratitij ex eo, † quod præfati magiſter Ludouicus & ſer Romanus promiſerunt,& ſe obligarunt dare,& uendere ſolum hominibus dictæ uniuerſitatis, qui communiter ſunt conſueti emere in eorum fondico,& non aliis coria pro eo pretio, quod ipſi omnibus computatis expendiderunt, cum certo tamen augmento certi lucri, & hoc dumtaxat ad finem,& effectum, ut ipſi maiorem perſonarum concurſum ad ſuum fondicum,& tabernam haberent, traherentque, & inuitarent alios caligarios conſuetos alibi emere ad emendum in ſuo fondico,& hoc argumento eorum, quæ dicunt Ioan. Calder. Abb. & reliqui ſcribentes communiter in dicto cap. nauiganti,& habetur per Ioannem Andr. in regula peccatum de regu. iur. in 6. in mercutial. dum loquuntur de piſtore,& molendinario, qui uſuram committere dicuntur, ſi, ut perſonas ad ſuum furnum, & molendinum attrahant, pecunias mutuant, uel gratis aliquibus inſeruiunt.
¶ Vltimo pro hac parte multum facit doctrina, quam doctores communiter ponunt in dicto capitu. conſuluit per il-
27 lum textum dicentes, † quòd ſi debitor ob timorem, ne ad reſtitutionem à creditore cogatur, aliquid creditori promittat, & ſoluat, creditor dicitur uſuram committere, cum ſolutionem cauſa alicuius lucri differat, uel uti ibi expreſsè declarat Abb.& facit id, quod uoluit dom. Lau. en. in d. tracta. in 1. parte in 10. quæſtio. Sed in caſu noſtro, ut expreſsè conſtat ex præfatione inſtrumenti, ex qua cauſa fina

lis

lis colligitur iuxta l.fin.ff.de hæredib.inſtituen.l.titia §.idem reſpondeo ff.de uerborum obligat. & l.item quia ff. de pactis cum ſimilib.& ut ex promiſſione correſpectiua per homines dictæ uniuerſitatis facta apparet, præfatus magiſter Ludouicus erat creditor dictorum hominum de ducatis ſexcentis,& de lucris factis ratione cuiuſdam ſocietatis,& reſtitutionem,ac ſolutionem dictæ ſummæ à dictis hominibus iudicialiter,& extraiudicialiter petebat, homines autem illum rogauerunt,ut eis aliquam dilationem ad ſoluendum dare uellet,& unum fondicum benè fulcitum eis faceret,quibus ipſe magiſter Ludouicus complacuit, & pro remuneratione horum beneficiorum homines præfati dederunt,& aſſignarunt ei uſum cuiuſdam tabernæ, ſeu fondici,& promiſerunt leuare,& emere, ut ſæpius dictum fuit, & in dicto inſtrumento continetur:ergo manifeſtè conſtat, magiſtrum Ludouicum vſuram commiſiſſe, cum pro dilatione ad ſoluendum dictis hominibus data ipſi plura ualdè ei,& ſer Romano utilia promiſerint, & ſi aliquid ultra ſortem detur,uel fiat,quodcunque ſit,& quodcunque nomen imponas,ſit uſura d.c.plerique,& doctores in d.capit.nauiganti.Cum itaque in terminis noſtris plures,& diuerſæ concurrant coniecturæ, ex quibus huiuſmodi contractus poteſt de fœneratitia prauitate argui, erat ab eo abſtinendum, quia in materia peccati ſemper uia, quæ eſt tutior pro anima, eſt amplectenda, ne homines in laqueum incidant,& animæ eorum ad gehennam trahantur argumento d.c.in ciuitate de uſuris, ibique glo. & docto. & capitu. iuuenis extra de ſponſalibus. ¶ Et tenendo hanc partem, quamuis omnibus ſupra in contrarium adductis poſſit clara reſponſio ex prædictis colligi, tamen unicuique ſigillatim reſpondendo,non obſtat primo,quòd non fuerit celebratus contractus mutui, ſed contractus innominatus, in quo uſura non committitur,quia reſpōdetur primo, quòd ſi non quoad formam,ſaltem iuris fictione dicitur contractus mutui celebratus iuxta d.c.in ciuitate, & d.c.conſuluit iunctis prædictis,& vſura etiam in mutuo ficto, uel præſumpto committitur, ut dictum fuit. Secundo reſpondetur,
28 quòd † etiam in contractu ſocietatis, & in contractibus innominatis quoad ſui formam poteſt vſura exerceri, quādo ſaltem iuris fictione mutuum poteſt dici contractum, ut eſt gloſa in dicto capitu. plerique cum ſimilibus ſupra ad propoſitum adductis, & faciunt ea, quæ ponit Alexand. in conſilio 27.in 4.volum. in 3. colum. ibi & licet dicatur: Quòd autem ex coniecturis appareat contractum fuiſſe vſurarium, & conſequenter mutuum in caſu noſtro tacitè contractum, probatur ex iis,quæ ſupra,& præſertim in ultimo fundamento dicta fuerunt,ad quæ,ne eadem repetam,
29 me remitto. ¶ Non obſtat ſecundum, quia † aſſecuratio, & ſuſceptio periculi dicitur licita ex parte eius, cuius merces aſſecurantur,quando ſolum ſortis,& capitalis aſſecuratio fieret, d.l.in naue ſaupheli cum ſimil. ſed q̄n fieret aſſecuratio ſortis,ac etiam alterius lucri ultra ſortem, tunc eſſet illicita,& uſuraria d.l.periculi, & argumento d.c.nauiganti cum aliis ſimilibus ſupra deductis: At præfati magiſter Ludouicus,& ſer Romanus ultra aſſecurationem ſortis,& capitalis uoluerunt etiam aliquid lucrari, & de certo lucro aſſecurari, ut ſupra fuit oſtenſum, ergo &c.

¶ Tertio non obſtat,quòd licitum ſit contrahentibus ſe in-
30 uicem decipere iuribus præallegatis,quia † hoc uerum eſſe intelligas,dūmodo ex tali contractu nō reſultet contractus fœneratitius,nec vſurarius etiam fictione iuris, ut eſt caſus clarus cum ibi not.per glo.in d.c. in ciuitate cum ſimilibus.

31 ¶ Quarto argumento reſpondeas, quòd † negotiari eſt laicis licitum d.c.fornicari, dummodo hoc non fiat cupiditatis, & auaritiæ cauſa, & conſequenter dummodo uſuraria prauitas ceſſet,ut eſt tex.clarus in d.c.in ciuitate,in d.c.conſuluit,& in d.c.nauiganti,& habetur per Innoc.Ioan. And. Abb.& omnes in c.1. ne cleri. uel mona. & c. quicunque 14.q.3.cum ſimil. ſupra adductis. ¶ Non aduerſatur etiam prædictis quinto loco doctrina Bal.in d.l. cunctos populos, cui concordat etiam glo.in ſumma 14.q.3.nam licet ex ſupra deductis ſatis clara reſponſio appareat, tamen clarius
32 reſpondendo dicas, † illud dictum Bald. procedere, quando in cōtractibus innominatis cadit, ſeu reſultat debita recompenſatio,& proportionabilis conformitas unius ad alterum, & ita procedunt iura per eum allegata, ſecus ſi in proportionabilis difformitas reſultaret, ut probatur ex iis, quæ habentur per glo.in d.c. plerique cum ſimilibus, quia tunc etiam in contractibus correſpectiuis,ex quibus reſultat facio,ſeu do,ut facias,ſeu ut des, poteſt uſura committi, & tales contractus poſſunt de fœnore argui, ut exemplum in terminis noſtris poni poteſt,ueluti ſupra pleniſſimè fuit declaratum: Secundo poteſt reſponderi, quòd Bald.ibi dicit, quòd in contractibus correſpectiuis, & innominatis uſura propriè non dicitur committi, quod dictum fortè poteſt ſuſtineri,quoniam illis caſibus, quibus uſura in aliis contractibus,quam in contractu mutui committitur,impropriè, & largè dicitur uſura, ut in d.conſuluit, ibi quaſi uſurarius cenſendus ſit, quæ dictio quaſi eſt nota improprietatis, ut dicit Bald.in l.in ſuis ff.de liberis,& poſthum. & Abb.in c.1. de poſtulatio.prælatorum in 2.colum. ſed quòd in illis uſura ſaltem largè loquendo non dicatur poſſe committi,Bal. ibi non negat, ut quando in contractu innominato eſſent appoſita talia pacta,taleſque circunſtantiæ,ex quibus contractus de vſura argui poſſet, quoniam ſi hoc dicimus in cō tractibus nominatis d. c. in ciuitate cum aliis præallegatis, idem ergo dicendum eſt etiam in contractibus innominatis, & correſpectiuis, & præſertim in illis, qui ſimiles ſunt contractibus nominatis,ut colligitur ex textu cum ibi nota. in d.c.plerique,& ex iis,quæ habentur in d. l. titius cum ibi not.per Paulum de Caſtr. ſi enim tacitè ex pactis in contractibus innominatis appoſitis reſultaret contractus mutui,& nō uniformitas,ſed magna unius ad alterū difformitas, cur non eſt dicendum, tales contractus eſſe illicitos, ſicut dicitur de contractibus nominatis? & hoc ibi Bald. non negat, quinimmò illud expreſsè ſentit,dum conformitatem, & recompenſationem debitam unius ad alterum conſiderat, & ſic innuit ſecus eſſe,ſi magna reſultaret difformitas.Ex quibus omnibus uidetur concludendum eſſe,quòd in terminis noſtris contractus ipſius inter præfatos magiſtrum Ludouicum,& ſer Romanum ex una,& homines dictæ uniſitatis caligariorum ex altera prauitatem uſurariam in ſe continere dicatur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Contractus emptionis, & venditionis uerè, & propriè uſurarius dicitur, & venditor tanquam vſurarius ad reſtitutionem tenetur, & cogi poteſt, quando vltra pactum de retrouendendo plures aliæ coniecturæ, & præſumptiones ſimulationem, & vſurariam prauitatem arguentes concurrunt: & quid ad hoc requiratur, & quando hoc verum ſit nume.13. & 20.*

2 *Idem, ſi tres aliæ coniecturæ, & præſumptiones abſque illo pacto de retrouendendo adeſſent.*

3 *Contractus ex pluribus coniecturis, & præſumptionibus ſimul concurrentibus de prauitate vſuraria conuinci poteſt:*

4 *Et aliquæ ex dictis coniecturis hic ponuntur.*

5 *Præſumptio ſimulationis, & vſurariæ prauitatis oritur ex pacto, quòd venditor poſt certum tempus, & infra certum tempus, & non ante, nec poſt, retroemere teneatur.*

6 *Idem, ubicunque uendens cum pacto de retrouendendo remanſit in poſſeſſione rei uenditæ:*

Etiam ſi uenditor emptoris nomine ſe poſſidere conſtituiſſet numero 23.

Et an, & quomodo hoc procedat num. 24.

Idem,

7 *Idem, ex pacto, quòd uenditor teneatur ad omnes ſumptus chartarum, & inſtrumentorum.*

8 *Idem ex pactis inſolitis:*

Et pacta quædam inſolita, & in contractibus, qui etiam cum pacto de retrouendendo fiunt, apponi non conſueta hic ponuntur.

9 *Locator, finita locatione, de iure tenetur melioramenta in ipſa re facta conductori ſoluere.*

10 *Pactum, quod liberam de re ſua diſponendi facultatem tollit, eſt contra regulas iuris communis.*

11 *Contractus de ſimulatione, & prauitate uſuraria arguitur, quando pacta appoſita claudicant, & ferè omnia ad fauorem emptoris, uel creditoris ſunt adiecta.*

12 *Ex contractu ſimulato, & uſurario nec dominium, nec poſſeſſio transfertur:*

Et quando, & quomodo hoc procedat num. 24.

13 *Contractus, in quibus apponitur pactum de retrouendendo, ad hoc, ut ex aliis coniecturis præſumantur uſurarij, & ſimulati, quid requiratur.*

14 *Pactum de retrouendendo ad fauorem uenditoris factum eſt pars pretij, iuſtumque pretium ſupplet, & auget:*

15 *Pretij qualibet modicitas, & iniuſtitia in contractu facto cum pacto de retrouendendo non ſufficit ad præſumendum cõtractum uſurarium, & ſimulatum;*

Et quanta eſſe debeat num. 21.

16 *Pretium ex onere rei minuitur, & in eo æſtimando oneris ratio eſt habenda, non autem uerus rei ualor æſtimari debet.*

17 *Pretium, quod arbitrio boni uiri fuit remiſſum, dicitur iuſtum.*

18 *Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij quando contractum fœneratitium, & ſimulatum præſumi faciat.*

19 *Contractus in dubio ſemper magis eſt præſumendus uerus, licitus, & iuſtus, quàm illicitus.*

21 *Pretij modicitas ſola ultra pactum de retrouendendo non ſufficit ad præſumendum contractum ſimulatum, & uſurarium,*

Et quid requiratur ad hoc, ut ex illa contractus cenſeatur uſurarius.

22 *Pactum de retrouendendo poſt certum tempus tantum, & poſtea infra aliud breue tẽpus non ſufficit ad præſumendum cõtractum uſurarium,*

Et quid aliud requiratur.

EPITOME.

CONTRACTVM *emptionis, & uenditionis factum cum pacto de retrouendendo poſt certum tempus, & elapſo illo tempore infra unum menſem dumtaxat, & cum aliis pactis hic expreſſis etiam inſolitis, & in huiuſmodi contractibus apponi non conſuetis, ſi res fuit empta pro pretio per bonos uiros eligendos arbitrando, & ſic iuſto, & pro eodem, non autem maiori debet retrouendi, & emptor non eſt ſolitus fœnerari, nec fuit principaliter actum, quòd mutuum ſub alterius contractus forma fieret, non eſſe aliquo modo ſimulatum, nec uſurarium, non obſtantibus aliquibus præſumptionibus ex dicto pacto de retrouendendo, & ex aliis reſultantibus, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CLXIX.

IN cauſa Nobilium de Muzarellis, viſis, ac diligenter cõ
ſideratis inſtrumentis cum Magnifico Comite Hercu-
le de Beuilacquis celebratis ſuper uenditione nonnul-
lorum bonorum ſtabilium facta per dictum comitem Her-
culem nobili uiro domino Ioanni de Muzarellis, & ſucceſ-
ſiuè etiam filiis, ac hæredibus ſuis, hæſitari contingit, an con
tractus huiuſmodi cenſendi, ac præſumendi ſint fœnerati-
tij ex pactis, & conuentionibus in eis appoſitis: Et prima fa-
cie nullus eſſet, qui non diceret contractus iſtos vſuraria
prauitate laborare, & ſimulatos fore, quia uerè potius dici
tur initus contractus mutui, & pignoris, quàm emptionis,
& uenditionis, & conſequenter fructus, ſeu affictus per di-
ctos de Muzarellis perceptos eſſe uel reſtituendos, uel in
ſortem computandos iuxta c. ad noſtram de emptio. & uen
1 ditio. & c. illo uos de pignoribus: Nam † ubicunque in in-
ſtrumento uẽditionis fuit appoſitum pactũ de retrouendẽ
do, & ultra illud plures aliæ coniecturæ, & præſumptiones
ſimulationem, & uſurariam prauitatem arguentes concur-
rant, contractus emptionis, & uenditionis tunc uerè, & pro
priè vſurarius dicitur, & uenditor tanquam vſurarius ad re
ſtitutionem tenetur, & cogi poteſt per pœnas Lateranenſis
concilij, ut in d. c. ad noſtram, & facit tex. in dicto c. illo vos,
vbi ex duabus præſumptionibus tantum contractus cenſe-
tur fœneratitius: Hoc idem uoluit glo. in c. conqueſtus, quã
doctores ibi ſingularem eſſe dicunt, extra de vſuris, quæ di
cit, contractum venditionis cenſeri vſurarium ex eo, quòd
in illo fuit appoſitum pactum de retrouendendo, & interue
2 nit modicitas pretij: † Et Ioan. de Imol. in d. c. illo vos in
ultimo notabili, ac etiam in glo. dicit, quòd ſi non fuiſſet fa-
ctum pactum de retrouendendo, ſed concurrerent tres aliæ
præſumptiones, & coniecturæ, ſufficerent ad arguendum
contractum de ſimulatione: & Felin. in c. ſi cautio in 1. co-
lum. chartæ 7. de fide inſtrumentorum inquit, quòd hodie
vſurarij tam cauti ſunt, quòd, ut malam ſuſpitionẽ fugiant,
nolunt in inſtrumento pactum de retrouendendo appone-
re, ſed aliis utuntur cautelis, ut dicit text. in clemen. 1. §. cæ-
terum de vſuris: & ideò ad conuincendum ipſos de vſura-
ria prauitate poſſumus ad alias coniecturas, & præſumptio
nes recurrere, quia ius contra vſurarios facile præſumit:
Idem eſt de mente Ioan. And. & doctorum communiter,
3 quòd † ex pluribus coniecturis, & præſumptionibus, quæ
ſimul concurrerent, contractus poteſt de prauitate vſura-
ria conuinci, & maximè ſi vltra pactum de retrouendendo
tres, aut quatuor, aut plures interuenirent, ut per Imolam
in d. c. illo vos in vltimo notabili, & referunt Moder. Vero-
nen. in tracta. de ſimulatio. contrac. in 6. caſu circa finem,
& in 26. præſumptione, & habetur per dominum Lauren.
de Rodul. in tractatu, ſeu in repetitione c. conſuluit de uſur.
in quæſtio. 60. & faciunt ea, quæ uoluit Alexan. in conſ. 46.
volum. 3. Bal. in l. emptione C. plus ualer. quod agitur, Ro-
man. in ſingulari 364. cum pluribus aliis, quos poſſem alle-
gare, & habetur per Baldum in l. fin. C. de condit. inſer. Sed
in terminis noſtris vltra quod fuerit appoſitum pactum de
retrouendendo, plures aliæ cõcurrunt coniecturæ, quæ de-
bent quemlibet inducere ueriſimiliter ad præſumendũ con
tractum potius pignoratitium, quàm uenditionis, & illũ eſ-
4 ſe ſimulatum, & vſurarium, ergo &c. Prima enim † adeſt
coniectura, quæ reſultat ex pacto de retrouendendo iuxta
d. l. emptione, ibique docto. omnes, quæ & ſi non ſit per ſe
ſufficiens, ut probatur in l. 2. C. de pactis inter empt. & uen
dit. & præſupponunt doct. communiter, ibique Abb. in pri-
mo caſu in d. c. ad noſtram, tamen iuncta cum aliis pluribus
coniecturis, immò cum una alia tantum ſufficeret ad tradi-
ta per gloſam in d. c. conqueſtus, quæ in hoc eſt ſingularis,
vt per Alex. in d. conſi. & Abb. in d. c. ad noſtram in ſecun-
do caſu: Item ſecundum Imol. in d. c. illo vos, quando etiam
non adeſſet pactum de retrouendendo, tres coniecturæ ſuf-
ficerent, ergo à fortiori ſi vltra illud pactum adeſſent tres
aliæ, ſeu plures coniecturæ, abſque dubio contractus dicere
tur vſurarius: Sed vltra conuentionem de retrouendendo
5 in caſu noſtro adeſt & aliud, quòd † venditor teneatur re
tro emere poſt certum tempus, & infra certum tẽpus, uide-
licet elapſis tribus annis infra unum menſem, nec ante, nec
poſt, ex hoc enim pacto uiolenta reſultat præſumptio ſimu-
lationis, & prauitatis vſurariæ, quòd emptor, qui verius dici
tur eſſe creditor, ſeu fœnerator, interim uoluerit fructus,
ſeu affictus illius temporis lucrari, & ſic certus eſſe deli-
crando aliquid certum annuatim vltra ſortem, ut probatur in dicto cap. illo vos, iuncta glo. in ver. annos, & hoc uo
luit Bal. in l. fin. C. de conditio. inſertis, & eſt de mente Ar-
chidiaco. in c. plerique 14. quæſtio. 3. Alexan. in d. conſi. 46.
& in terminis eſt tex. in dicto cap. ad noſtram, & pulcherri-
mè

mè ponunt Moder. Veronen. in d. tracta. de ſimula. contrac. in 10. præſumptione, uolentes, quòd hæc coniectura unà cum aliis faciat præſumi contractum ſimulatum, & fœneratitium, & illum potius dici pignus, quam uenditionem:
6 Præterea † ſecundum do. Floria. in d. c. illo uos ubicunq; uenditor rei cum pacto de retrouendendo remanſit in poſſeſſione rei uenditæ, contractus tunc ex hoc ſimulatus præſumitur, ut in l. ſicut §. ſuperuacuum, & l. uoluntate ff. quibus modis pig. uel hypot. ſolui. & not. per glo. in una ſolutione in l. fin. C. de remiſſ. pigno. & ita tenet Pet. de Ancha.
7 in d. c. illo uos. ¶ Quarta † adeſt coniectura ex pacto inter ipſos contrahentes inito, quòd uenditor ad omnes ſumptus, & expenſas chartarum, & inſtrumentorum teneretur, quoniam cum de iure hi ſumptus deberent eſſe communes ex eo, quia contractus gratia utriuſque dicitur celebrari iuxta l. ſi ut certo §. nunc uidendum ff. commoda. iunctis not. per Bald. & Salice. in rub. C. de rebus credit. per Albe. in l. diſſolutæ C. de condic. ex lege, & in l. eos in fin. C. de uſuris, conueniendo, quòd uenditor, qui potius eſt debitor, ſolus ad has expenſas teneatur, dicitur eſſe contra naturam contractus, & ideò facit cenſeri contractum eſſe uſurariũ, & ſimulatum per ea, quæ uoluit glo. in l. ſi quis ſub conditione, & ibi ſcriben. ff. de condit. inſtit. & ita in terminis uolunt Moder. in d. tracta. de ſimulat. contrac. in 6. præſumptione, idemque uoluit Bal. in d. l. emptione, Alex. in d. cõſi. 46. col. 2. in uerſi. concurrit etiam alia, & Bal. in l. etiam C.
8 ex quibus cauſ. ¶ Item † propter pacta inſolita arguitur ſimulatio, & ſuſpitio fraudis, ac uſurarum, ut per Sali. & alios in d. l. emptione, Imol. in d. c. ad noſtram, Felin. in d. c. ſi cautio in 1. & 2. col. chartæ 7. & facit id, quod uoluit Bal. in l. 1. C. de collu. detegen. Pet. de Ancha. in conſi. 252. & Paul. de Caſt. per glo. ibi in d. l. ſi quis ſub conditione cum ſimilibus, ſed in dictis uenditionum inſtrumentis quam plura pacta inſolita, & non conſueta fuerunt appoſita, primum, quod uenditor nõ poſſet pro eodem pretio retroemere, niſi poſt tres annos, & elapſis illis tribus annis infra menſem, & non ante, nec poſt, quæ conuentiones etiam in contractibus cũ pacto de retrouendendo factis non ſunt conſuetæ, nec ſolitæ fieri, ut colligitur ex tex. in d. l. 2. C. de pactis inter emp. & uendi. ibi quandocunque, uel intra certa tempora, & in d. c. ad noſtram, ubi contractus uenditionis de ſimulatione arguitur, quia fuit conuentum, quòd à ſeptennio uſque ad nouennium emptor reſtituere teneretur: Secundum pactũ inſolitum fuit appoſitum, quòd caſu, quo uenditor, idemq; conductor, qui franchare tenebatur, rem uenditam infra tempus conuentum non francharet, tunc uenditor teneatur ipſi emptori rem liberè relaxare abſque ſolutione meliorament orum in re per ipſum uenditorem, eundemque conductorem factorum: nam hoc pactum eſt contra natu-
9 ram locationis, & ſic inſolitum, quia † de iure locator finita locatione, & eo tempore, quo res ad ipſum locatorem, & dominum reuertitur, tenetur melioramenta in ipſa re facta conductori ſoluere l. penul. cum ibi not. ff. locati, & c. 1. in fin. de reſtit. in integ. ex quo pacto apparet, emptorem uoluiſſe ultra ſortem ſuam, hoc eſt ultra rem aliquid cum damno ipſius uenditoris acquirere, & conſequenter ex illo etiã magna uſurariæ prauitatis præſumptio reſultat argumento d. c. illo uos, ibique glo. Ioan. And. Imol. Anto. Abb. & alij.
10 ¶ Tertium quoque † pactum inſolitum fuit ſubordinatum, per quod libera facultas ipſi comiti Herculi uenditori ſublata fuit diſponendi, & rem ſuam diſtrahendi, quod contra regulas iuris communis eſſe dicitur l. in re mandata C. mandati, & §. per traditionem Inſtit. de rerum diuiſ. iniquum enim eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerũ ſuarum alienationem l. non uſque adeò ff. ſi quis à paren. fuer. manum. uoluerunt namque in caſu noſtro præfati emptores per pactum ſolemne ſibi promitti, quòd etiam poſtquam comes Hercules retroemerit, & pro eodem pretio rem uenditam acquiſiuerit, & ſic poſtquam dominus rei pleno iure effectus fuerit, illam rem nulli alteri poſſit uendere, ſeu quoquo titulo alienare, niſi ipſis de Muzarellis emptoribus in caſu, quo uelint emere, & non aliter ſub pœna, & cum aliis clauſulis grauãtibus, ſeu præiudicialibus: quod pactum, ut dictum eſt, inſolitum, & contra regulas iuris, & æquitatem eſſe dicitur, tum quia per illud libera poteſtas dominis de rebus ſuis diſponendi, & alienandi aufertur, tum etiam quia huiuſmodi pactum, & alia nonnulla, de quibus ſupra, dicuntur claudicare, nec ſunt reciproca, quia actum fuit, quòd comes Hercules poſt reacquiſitionem rei uenditæ in caſu, quo uellet illam uendere, teneatur, & cogatur uendere illis de Muzarellis, ſed quòd illi de Muzarel-
11 lis non teneantur emere, niſi ipſis placuerit, † ex hoc enim etiã arguitur cõtractus de ſimulatione, & prauitate uſuraria per ea, quæ no. uoluit Hoſti. in ſumma de uſuris §. ſi. uer. 2. & ſequitur Gulielm. de monte Laud. in clem. ex grandi de uſuris, dicens, fraudẽ præſumi, quando pacta appoſita claudicant, ut in caſu noſtro, in quo pacta pro maiori parte, & ferè omnia fuerunt adiecta in fauorem emptoris, qui propriè dicitur creditor, & nihil, aut parum in fauorem debitoris, uel aliàs uenditoris: Et ita refert, ac ſequitur do. Cardi. in d. clemen. in §. cæterum in 2. q. & tenet Bald. in ſuo conſi. 227. in 9. argumento, & habetur per dictos Moder. Veronen. in d. tracta. in 14. præſump. & in 6. caſu principali in ulti. colum. Vnde cum ex prædictis conſtet de ſimulatione contractus, & de præſumptione fraudis uſurariæ, & conſequenter talis contractus cenſeatur potius contractus pi-
12 gnoris, quam uenditionis, ſequitur, quòd † ex eo nullum fuit tranſlatum dominium l. emptor cum ibi not. ff. de aqua pluuia arcen. & eſt bonus tex. ibique Bald. & alij in d. l. emptione, nec etiam poſſeſſio fuit tranſlata argumento l. ſi donatione, & ibi Alex. C. de collatio. ¶ Sed præmiſſis, & aliis ſimilibus, quæ pro hac parte adduci poſſent, non obſtantibus, contrariam opinionem in puncto iuris ueriorem eſſe puto, quòd in hoc caſu contractus nullo modo ſit uſurarius, nec ſimulatus, & ad ita concludendum moueor in primis,
13 quia † in quibuſcunque caſibus, in quibus iura, & doct. concludunt contractum emptionis, & uenditionis, in quo pactum de retrouendendo, & franchando rem interuenit, ex coniecturis, & præſumptionibus argui ſimulatum, & fœneratitium, ſemper requirunt, & præſupponunt, uel quòd res fuerit uiliori pretio uendita, quam ualeret, ut in d. c. ad noſtram, uel quòd res eſſet per uenditorẽ franchãda, & acquirenda pro maiori pretio, ut in d. cap. illo uos, uel quòd emptor aliàs fuerit uſurarius, & conſuetus fœnerari d. cap. illo uos: Ita colligitur expreſsè ex iis, quæ in terminis uoluit Abb. in d. cap. ad noſtram, qui ponit quinque caſus ad cognoſcendum, an contractus emptionis, & uenditionis cenſeatur ſimulatus, & uſurarius, & in effectu concludit, ut dictum eſt: Sed in caſu noſtro non fuit conuentum, quòd res deberet chariori pretio retroemi, ſeu franchari, ſed pro eodem, item emptor, eiuſque filij non fuerunt, nec ſunt ſoliti fœnerari, quinimmò fuerunt, & ſunt probi uiri, & bonæ conditionis, opinionis, & famæ, ut eſt notorium: Item res fuit per dictum comitem Herculẽ ipſis emptoribus uendita iuſto pretio, tàm attenta rerũ uẽditarũ qualitate, & attento pretio, quod communiter tẽpore uẽditionis haberi potuiſſet iuxta ea, quæ habentur in l. pretia ff. ad legem falcidiam, in l. 2. ubi glo. Barto. & alij C. de reſcinden. uendio. & in c. cum dilecti de emp. & uend. quàm etiam conſiderato pacto de retrouẽdendo ad fauorẽ uendi-
14 toris appoſito, † quod ſupplet iuſtum pretium, ſi appareret rem in aliquo fuiſſe uiliori pretio uenditam, quoniam

rr 4 pa-

pactum de retrouendendo ad fauorem uenditoris factum
dicitur eſſe pars pretij, & conſequenter pretium augere l.
fundi partem ff.de contrahenda emptio. Bartol. in l.iuriſ-
gentium §.quinimmò in 3.colum,ff.de pactis,Bald.in con-
15 ſil.394.lib.3, Et † Abb.in dicto capit.ad noſtram in fin,
2.caſus inquit, quòd ad præſumendum contractum uſura-
rium, & ſimulatum ipſe putat non ſufficere quamlibet pre
tij iniuſtitiam,ſed debet eſſe pretium ualdè tenuè reſpectu
ualoris rei,duplici reſpectu, primo quia contrahentes ſo-
lent ſe in pretio decipere l. item ſi pretio in fine ff. locati,
quinimmò decipere ſe in pretio dicitur de natura, & quo-
dammodo de ſubſtantia contractus emptionis,ut dicit tex.
in l.ſi uoluntate C. de reſcinden. uenditio. ſecundo reſpe-
ctu, quia res propter illud onus retrouendendi in contra-
ctu uenditionis appoſitum minoris ualet,quia huiuſmodi pa
ctum dicitur eſſe pars pretij, & iuſtum pretium ſupplere d.
16 l.fundi partem, † per quem tex.& in cap.in aliquibus de
decimis Abb.ibi in 2.notabili dicit, quòd ratione oneris in
contractu adiecti res uidetur minoris ualere,nam onus pars
pretij uidetur d.l.fundi partem,& per hoc inquit inferri poſ
ſe,quòd ſi quis uendat prædium cum onere retrouenden-
di, & poſtea paruitas pretij allegetur ad inferendum con-
tractum ficititium, & uſurarium, non debet uerus rei ualor
æſtimari, ſed ratio oneris impoſiti haberi debet,ut tanto mi
noris prædium ualeat; & ita dicit Abb. ibi ſæpius in facto
reſpondiſſe,& notandum hoc eſſe,quia multi errant, itaq;
debere intelligi,& limitari id,quod uoluit glo.in d.cap.con
17 queſtus,Conſiderandum eſt etiam, † quòd in caſu noſtro
res pro parte fuerunt uenditæ illo pretio, quod per certos
eligendos iudicatum, ſeu arbitratum fuerit, ut in inſtru-
mento uenditionis apparet: Ex quo ſequitur, emptorem
uoluiſſe iuſto pretio emere, quia illud dicitur eſſe iuſtum
pretium,quod fuit arbitrio boni uiri remiſſum, cum aliter
non poſſit arbitrari,niſi de uero, & iuſto pretio ad ea, quæ
habentur in l.ſocietatem §.arbitrorum ff.pro ſocio, bonus
eſt text.in l.fin.C.de contrahen.emptio.& per Bartolum,&
alios in l. ſi quis arbitratu ff.de uerborum obligation. Et ad
propoſitum conſulendo ita determinat Decius in conſi-
lio 167.in 2.colum.uerſicu. ſecundo reſpondetur.
18 ¶ Præterea † quamuis glo.in d.c.conqueſtus dicat ex pa
cto de retrouendendo,& ex modicitate pretij contractum
præſumi fœneratitium,& ſimulatum,tamen hoc eſt uerum
concurrente illa coniectura, quòd emptor fœnerari ſoli-
tus,& conſuetus fuerit, & non aliter, ut uolunt Iacob.de
Aren,Cyn.& Salicet,in dicta l.emptione C.plus ual.quod
agitur,Bal.in c.1.colum.2.uerſi.quæro de quibuſdam in tit.
de feud.dato in uicem legis commiſſo. Cardi. in clemen.1.
§.fin.in quæſtio.18.de uſur.Alexand.in conſi.109. uiſo pro
ceſſu in 2.colum,uolum. 4. qui dicit hanc eſſe communem
opinionem,& infinitos allegat,idemque tenet ipſe Alexan.
in conſil.119.ſine diſputatione in ultim.colum. uolum.4.
Hoſtienſ.in ſumma de emptio.& uendit. §. qualiter reſcin-
datur in uerſicu.ultimo quando accedo &c. Lauren.de Ro
dul.in repetitio.capit.conſuluit, ſeu in tractatu de uſuris in
3.parte in quæſtio.60.& ita hanc eſſe ueriorem opinionem
atteſtatur, illamque ſequitur Decius in dicto conſil.167.
colum.2.in uerſicu.ſolum ſupereſt: Sed in caſu noſtro do-
minus Ioannes emptor non erat ſolitus fœnerari, nec uſu-
rarius reputabatur,item res non fuit uendita uiliori pretio,
uel ſaltem pretium non fuit ualdè tenuè, ut dictum eſt, er-
go non poſſumus dicere, nec præſumere, contractum fuiſ-
ſe uſurarium,aut ſimulatum, ueluti etiam colligitur ex iis,
quæ uoluit Roman.in conſil.304. plura ſunt &c.& faciunt
ea, quæ habentur per Petrum de Anchara. in conſilio 9.
plurimæ coniecturæ,ubi uoluit in caſu illo contractum præ
ſumi fœneratitium ex eo, quod res longè minoris, quàm
ualeret,fuit uendita,& quia emptor ſolitus erat fœnerari,
ex his enim,& aliis coniecturis uoluit contractum dici ſi-
mulatum,& de uſura ſuſpectum: Ad præſumendum itaque
contractum emptionis uſurarium propter pactum de re-
trouendendo neceſſaria eſt coniectura, quæ reſultat uel ex
modicitate pretij,uel quòd emptor ſolitus ſit fœnerari, uel
quòd uenditor ſit obligatus retroemere charius, quàm res
fuerit per ipſum uendita,ut dictum fuit. Quare cum in ca-
ſu noſtro hæ coniecturæ non interuenerint, neque concur-
rant,non eſt dicendum,hunc fuiſſe contractum ſimulatum,
19 nec uſurarium, quia † ſemper magis præſumere debe-
mus contractum fuiſſe uerum,licitum,& iuſtum,quàm illi-
citum,ut notat Baldus in l.rogaſti §. ſi tibi circa finem ff. ſi
certum petatur,& in rubr.de offic.de iudi.in 8.colum.uer-
ſicu.ad officium iudicis, ubi dicit, quòd omnis contractus
præſumitur bona fide, & abſque fraude præſertim vſura-
rum celebrari: & Alexand.in conſil.220.in 2.colum. uo-
lum.2.inquit, quòd contractus in ſui eſſentia præſumitur,
qualis in prima ſui figura apparet, ut not. Bald.in capitu.1.
in princip.de feudo dat.in uicem legis commiſſo. Item ſi-
mulatio non præſumitur,ut dicit idem Bal.in l.quamuis C.
ſi quis alter.uel ſibi, & in l.cum precibus C.de probationi-
bus inquit,inſtrumentum, quod producitur, præſumi ue-
rum,& facit text. in c.accepimus de fide inſtrumen.
¶ Et ſequendo hanc opinionem, quam in caſu noſtro ue-
riorem in puncto iuris eſſe exiſtimo, ſupereſt, ut allegatis
in contrarium reſpondeatur, quibus licet ex prædictis ſatis
clara reſponſio colligi poſſit,tamen, ut de ueritate quæſtio
nis propoſitæ, & deciſionis traditæ clarius conſtet, ſpecia-
lius reſpondendo,non obſtat in primis,quòd ad hoc,ut con
tractus uenditionis, ſeu ſub forma uenditionis celebratus
fœneratitius iudicari poſſit, ſufficit, quod vltra pactum de
retrouendendo duæ aliæ coniecturæ ad minus concur-
rant,immo ſecundum gloſam in dicto capit.conqueſtus ſo
la modicitas pretij vltra pactum de retrouendendo facit
contractum poſſe dici vſurarium, & in caſu noſtro vltra di
ctum pactum duæ,tres,& aliæ plures coniecturæ cõcurrũt,
20 ut ſupra dictũ fuit,ergo &c.Quia primo reſpondetur † præ
dicta eſſe uera,quando inter illas multiplices præſumptio-
nes adeſſet una ex coniecturis ſupra ſæpius dictis,uel quod
emptor ſolitus eſſet fœnerari, vel quòd venditor charius re
troemere teneretur, quàm vendidiſſet, vel probaretur,
quòd partes voluiſſent mutuum contrahere, quia venditor
indigens pecunia mutuo pecuniam petiiſſet, & creditor
dare promiſiſſet, & quoad formam fuiſſet contractus
venditionis celebratus, vel quòd res uilius fuerit vendi-
ta,vt colligitur ex iis,quæ uoluit Abbas in dicto cap.ad no
ſtram, alioquin ſi nulla ex his coniecturis concurreret,
quamuis plures aliæ interuenirent,non poſſet dici contra-
ctus vſurarius, vt plenius probatum fuit, ſed in caſu no-
ſtro & ſi plures poſſint dici adeſſe coniecturæ, tamen nul-
la ex prædictis interuenit, ut ſupra dictum fuit, ergo non
poteſt concludi,quòd ex aliis quibuſcunq; coniecturis con
21 tractus dicatur fœneratitius. Præterea et ſecundo † vl-
tra pactum de retrouendendo ſola pretij modicitas non
ſufficit,vt volunt doct. magis communiter,veluti atteſtan-
tur Decius in dicto conſilio 167. et Alexander in d. conſi-
lio 119.et melius in dicto conſil.109.in vltima colum. vo-
lum.4.quicquid dixerit gloſ. in dicto c. conqueſtus. Ter-
22 tio reſpondeo,quòd † ad hoc,ut ex modicitate pretij con
tractus cenſeatur vſurarius, requiritur, quòd pretium ſit
ualdè tenue,habito reſpectu ad verum, et iuſtum pretium,
vt voluit Abb.in d.c.ad noſtram in fine 2.caſus, et in d.c.in
aliquibus in 2.notabili, in caſu autem noſtro pretium non
fuit ualdè tenue,ſed iuſtum,ut ſupra declaraui, ergo indu-
bitanter dicendum uidetur, quòd in terminis noſtris con-

tractus

tractus non ſit uſurarius. Et quamuis in caſu noſtro factũ
fuerit pactum de retrouendendo poſt certum tempus tan-
tum,& infra tempus unius menſis poſt illud tempus,tamen
ex hoc ſolum non debet dici contractus uſurarius, niſi pro-
baretur unũ ex ſupra ſæpius dictis,quod,ut dictum eſt,in ca
ſu noſtro probari non poteſt: & hoc modo reſpondendo
poſſunt remoueri omnia ſupra in contrarium deducto, nec
non tolli, & purgari poſſunt aliæ coniecturæ, quæ contra-
ctum de prauitate uſuraria ſuſpectum reddere uidebantur.
¶Non obſtat etiam,quòd ex quo uenditor in actuali poſſeſ
ſione rei uenditæ remanſit, contractus cenſetur ſimulatus
d.l.ſicuti §.ſuperuacuum cum glo.in uer.obiicere,l.ſi is, qui
bonis ff.de acquir.hæred.l.3.§ ſiquis C.de natur.lib.& ha-
23 betur per Imol.in c.cũ contingat cir fin. de iureiur. † quod
procedit etiam,ſi uenditor ſe emptoris nomine poſſidere cõ
ſtituiſſet iuxta not.per Bar.& docto.in l.quod meo in princ.
ff.de acquiren.poſſ.in l.ab emptione ff. de pactis, per Anto.
de But.in c. cum ueniſſent de reſtitu.ſpolia. & per Moder.
Veron.in d.tracta.de ſimulat.contra. in 24. præſumptione,
& ideò ex tali contractu uenditionis, & ex pacto conſtituti
de poſſidendo non poteſt dici in emptorem tranſlatum do-
minium,nec tranſlata poſſeſſio l. ſi donatione C. de collat.
ibique Alex. ſequitur per tex.in l. emptor cum ibi not.ff.de
aqua plu.arcen. quia ultra quòd reſponderi poſſit, ut colli-
gitur ex iis, quæ dicũt dicti Moder. in dicta 24. præſumptio
24 ne,reſpondeo etiam, quòd † prædicta procederent,quan
do eſſet ſimulatio cõtractus de ſe ipſo ad ſeipſum,ut quia in
ter partes agebatur, quòd in ueritate nullus contractus in-
ter ipſas celebraretur, quoniam tunc ex tali contractu non
dicitur poſſeſſio tansferri, ſecus ſi eſſet ſimulatio contra-
ctus ad alium contractum,ut quia uerè fieret contractus pu
ta mutui,& fingeretur contractus emptionis, nam tunc ex
tali contractu,& ex conſtituto in eo appoſito poſſeſſio tranſ
ferri poſſet argumento l.1.§. ſi uir.ff.de aquir. poſſ. Alexan.
in d.l. ſi donatione col.6.l.nuda cum glo. ff.de contrahen.
emptio.Bart. in l.emptor ff. de aqua plu. arcen. & præſup-
ponunt docto.omnes in d.c.ad noſtram, & in d.c. illo uos.
Præterea ex contractu ſimulato non transfertur dominiũ,
neque poſſeſſio,quando conſtat illum fuiſſe, & eſſe ſimu-
latum, atque fictitium, ſed in caſu noſtro contractus non
fuit ſimulatus, immò uerus contractus emptionis, ergo &c.
Et ex hoc ſolum, quòd uenditor in poſſeſſione rei uenditæ
remanſerit, contractus non debet cenſeri ſimulatus, niſi
aliæ quoque plures coniecturæ concurrant, & illæ, de qui-
bus ſupra dictum eſt, ut uoluit Abb. in d. c. illo uos, quæ
in caſu noſtro non interuenerunt, ut dictum fuit, & colli-
gitur ex iis,quæ uolunt dicti Moder.in d. 24.præſumptione:
Ex quibus apparent reſoluta omnia, quæ ſupra in contra-
rium fuerunt adducta,& alia etiam,quæ contra concluſio-
nem traditam conſiderari poſſent. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Venditor, vel donator ſi in poſſeſſione rei uenditæ, vel donatæ remaneat, contractus præſumitur ſimulatus, & in fraudem factus: quod declaratur num. 5. uſque ad nume. 9.*

2 *Alienatio, ſeu donatio ſuſpitione criminis iam commiſſi, vel ſtatim committendi facta præſumitur ficta, & ſimulata, quando alienans, ſeu donans in rei poſſeſſione remanſit, & numero 5. vbi hoc declaratur.*

3 *Nec pactum conſtituti de poſſidendo, nec iuramentum hanc ſimulationem, & fictionem tollit, ſed vera, & actualis rei traditio requiritur; & quando, & quomodo dictum de iuramento procedat nume. 13.*

4 *Contractus multis modis ſimulatus, & in fraudem factus dicitur.*

5 *Simulatio contractus, ſeu alienationis quando non præſumatur, niſi probetur cauſa, nec ſufficiat poſſeſſio alienantis, ſeu contrahentis poſt alienationem, & contractum.*

6 *Etiam ſi alienatio in perſonam coniunctam facta eſſet.*

6 *Alienatio ad hoc, vt præſumatur ſimulata, & fraudulenta ad reparationem, ſeu defenſionem alicuius caſus, requiritur, quòd caſus ille perſonam ipſius alienantis, & non alterius concernat;*

8 *Et ut ob imminens æs alienum præſumatur ſimulata, & fraudulenta ex eo, quòd alienans in poſſeſſione remanſerit, quid requiratur.*

9 *Alienatio quomodo ex eo, quòd alienans in poſſeſſione rei alienatæ remanſerit, præſumatur ſimulata, & fraudulenta.*

10 *Venditio, & alienatio ficta, & ſimulata præſumitur, vbicunque, aliis concurrentibus præſumptionibus, poſt venditionem, & alienationem ab eo infra modicum tempus receditur.*

11 *Simulatio contractus poteſt per teſtes, & coniecturas, & multo magis per confeſſionem partis contrahentis probari.*

12 *Venditio, & alienatio non præſumitur ficta, & ſimulata ex eo, quod uenditor, & alienans in poſſeſſione remanſit, quando de fructibus emptori reſpondit.*

13 *Iuramentum quando ſimulationem contractus tollat, & quando non.*

14 *Afflictio non debet addi afflicto.*

EPITOME.

Venditione *rei ſimulatè facta, ſi emens poſtea ad fauorem uenditoris illam fuiſſe ſimulatam confeſſus fuerit, atque illi renunciauerit, & non tam ex confeſſione prædicta, ſed ex aliis quoque coniecturis dicta uenditio appareat ſimulata, non poſſe dictam confirmationem, & renunciationem dici ſimulatam, & fictitiam, ſed eam eſſe ueram ad fauorem dicti uenditoris, quamuis poſt illam emptor, qui confeſſus fuit, & renunciauit, ut ſupra, in poſſeſſione illius rei eſſe cœperit, hic probatur.*

CONSILIVM CLXX.

IN præſenti cauſa, viſis inſtrumentis unà cum dubio mi
hi exhibitis,cum res coram peritiſſimo uiro agatur,bre-
uiter omiſſis pluribus,quid iuris ſit,exponam.Videtur.n.
prima fronte dicendum,confeſſionem,ac renunciationem
factam à magnifico do. Poeta de Poetis in fauorem An-
dreæ de Poetis fuiſſe,et eſſe fictitiam,ac ſimulatam,et con-
1 ſequenter nullam, † ex quo poſt dictam confeſſionem,et
renunciationem do.Poeta tenuit,et poſſedit rem, ſeu præ-
dium,de quo lis in præſentia vertitur, uſque ad illius vlti-
mum diem,et poſt eius obitum hæredes ſui illud tenuerint,
atque poſſederint,& hoc argumento text. cum ibi not. per
Bar.et omnes in l.ſicut §.ſuperuacuum ff.quibus mod. pig.
uel hypot.ſolui.& per ea,quæ dicit Specul.in tit. de dona.
§.1.verſi.ego dico &c. ¶Secundo hoc idem comproba
2 tur † ex not. per Bartolum, & communiter omnes in l.
poſt contractum ff.de donat.qui uolunt, alienationem, ſeu
donationem factam ſuſpitione criminis iam commiſſi, vel
ſtatim committendi præſumi fictitiam,& ſimulatam, quan
do poſt alienationem factam ille,qui alienauit,in poſſeſſio-
ne rei alienatæ remanſit, & ideò talis ſimulata alienatio nõ
nocet fiſco,ad quem bona alienantis ratione delicti cõmiſſi
peruenire debebant, tanquam in fraudem fiſci ſit facta:
Ita in ſimili videbatur in terminis noſtris concludendum,
cum poſt confeſſionem,& renunciationem ab ipſo do. Poe
ta factam de ſimulatione,& fictione contractus præambuli
uenditionis illi factæ à dicto Andrea in poſſeſſione ipſius
3 rei ceſſæ,ac renunciatæ remanſerit. Nec † ad tollendam
ſimulationem,& fictionem huiuſmodi confeſſionis, & renũ
ciationis ſufficit,quòd Andreas poſſederit, ſeu in poſſeſſio-
ne fuerit per pactum conſtituti, ſeu precarij de poſſidẽdo,
per quod ſecundum communem opinionem, ac diſpoſitio
nem prouiſionum communis Bononiæ omnis poſſeſſio na
turalis,& ciuilis transfertur in eum, cuius nomine conſtitui
tur

tur ad tradita per Bar,& omnes in l.quod meo, & in l.inter dum ff.de acquir.poſſ.cum ſimilibus: ſed requiritur, quòd ille,qui alienauit,uerè, & actualiter tradiderit illi, in quem facta fuit alienatio,& quòd is in uera, & actuali poſſeſſione fuerit,Bar.in d.l. ſicut §.ſuperuacuum, & in d.l.poſt contra ctum,quem ſcriben.communiter ſequuntur, & Salicc.ac Bal.in l.emptione C.plus ual.quod agitur. Nõ prodeſt etiã ad tollendam ſimulationem contractus,quòd iuramentum in contractu interuenerit,Bar.Imol.& alij in l.nemo poteſt ff.de lega.1.nam cum contractus principalis præſumatur ſi mulatus,omnia ſimiliter in eo contenta præſumentur ſimu lata argumento l.non dubium C. de legibus.

¶Quibus non obſtantibus, contrariam opinionem in caſu noſtro ueriorem eſſe exiſtimo, & in primis præſuppono,

4 quòd † contractus multis modis dicitur ſimulatus, & in fraudem factus:Primo enim contractus dicitur in fraudem factus,quando in ſe tenet, & ualet, ſed dantur reuocatoriæ actiones ad illum reſcindendum,vt quando debitor in frau dem creditorum bona ſua alienaret, ut per totum ff.de iis, quæ in frau.credit.vel quando quis bona alienaret in fraudem eius,qui ſibi neceſſario ſuccedere debebat, ut libertus in fraudem patroni, ueluti habetur in l.2.& per totum C. de his, quæ in frau.patro. & ff.ſi quid in frau. patro. & de hac ſimulatione loquitur etiam text. in l.ſi ex creditoribus C.de ſeruo pigno.da.manum.& in l.cum profitearis C. de reuocan.dona.De qua ſimulatione,ſeu fraudulenta aliena tione,quæ propriè non dicitur ſimulata,ſed fraudulenta,ut per Bar.in d.l.poſt contractum in 3.colum.nos non loquimur,ſed de illa,quæ contractum reddit nullum,& per quã effectus ipſius contractus prohibetur. Secundo contractus dicitur ſimulatus, ſeu imaginarius, hoc eſt parum duraturus,ut quando in ueritate fit contractus,ſed modico tempo re eſt duraturus,quia fortè emptor cito debet retrouendere,ut eſt caſus in l.4.§.ſi ab ignoto,& ibi glo.ff.de manumiſſio. de qua ſimulatione, ſeu imaginaria alienatione etiam non loquimur,cum natura huius ſimulationis ſit, ut expreſ sè hoc per pactũ agatur d.§.ſi ab ignoto,& in l.2. C.de pactis inter emp.& uendi.& habetur per Bar.in conſi.ſuo incip.factum tale eſt, Petrus Nicolæ &c. Tertia eſt ſimulatio,ſeu fictio contractus, quando vnum tacitè inter contra hentes in ueritate agitur, & aliud ſimulatè concipitur, ut quando uolunt uerè pignus contrahere,& propter tollendam ſuſpitionem,& obiectionem uſurarum emptionem fin gunt,ac contrahunt, & de hac loquitur text. cum ibi not.in d.l.emptione C.plus vale.quod agitur, & ibi per totum, in c.ad noſtram de emp. & vend. & in c.illo uos de pigno.& ubique docto.& habetur per Moder. Veron.in ſuo tracta.ſi mulat. contrac. nos autem neque de hac ſimulatione tractamus,cum in caſu noſtro non fuerit unũ in ueritate actũ, & aliud ſimulatè conceptum.Quarto modo contractus dicitur ſimulatus,& fictitius, quando contractus apparet factus,ſed de mente contrahentium eſt, & inter ipſos agitur, quòd nihil fiat,& ſit:de qua ſimulatione loquitur l.nuda ff. de contrahen.emp.l.imaginaria ff.de regu.iur. & l.ſimulatè ff.de ritu nuptia.& huiuſmodi ſimulationes fiunt non, ut uerè aliquis contractus celebretur,nec ut aliqua contrahatur alienatio,ſed ſolum ad reparationem,& defenſionem alicu ius caſus,& facti,ut ne bona ad fiſcum perueniant ob ſuſpitionem alicuius criminis commiſſi,uel ſtatim cōmittẽdi,uel ne bona ad creditores perueniant: de qua contractus, & alienationis ſimulatione plenè tractatur per Barto. in d. l. poſt contractum,& ibi omnes,& per eundem Bar. in d.§.ſuperuacuum,ibique eſt tex.cum alijs ſimilibus ſupra allegatis:Et prædicta ferè omnia ſunt de mente Bar. in d.conſi.in cip.factum tale eſt Petrus Nicolæ, & dominorum de Rota in deciſ.700.in nouis incip.not.per hoc ſolum, Bal.in addi. ad Specul.in tit.de donat.in addit.magna,& idem Bal. etiã tractat in rub. C.depoſiti,Bar.aliquantulum in l. emptor.ff. de aqua plu.arcen.Paul.de Caſt.& Moderniſſi.in l.cum ea C.de tranſac.& Bal.in l.& qui ſub imagine.C. de diſtrac.pi gno.& de hac ſimulatione alienationis,& contractus propriè nos loquimur,& eſt caſus noſter,uidelicet quando nul la in ueritate eſſet facta renunciatio, ſed confeſſio facta eſſet de ſimulatione contractus uenditionis, quæ præſumitur ex hoc,quòd renuncians in poſſeſſione remanſit argumẽto not.per Bart. in d.l.poſt contractum,& in d.§.ſuperuacuũ.

¶His præſuppoſitis,ad caſum noſtrum modo deueniendo,

5 dico, † quòd ubicunque quarta ſpecies ſimulationis præ dictæ, & de qua nos loquimur,opponitur, illa uidelicet, quæ fit ad reparationem,ſeu defenſionem alicuius caſus, & facti,non ſufficit huiuſmodi ſimulationem allegare,niſi alle getur,atque probetur cauſa,ad cuius reparationem, ſeu defenſionem alienatio facta fuit, quoniam de iure dictæ fictio nes,& ſimulationes non præſumuntur,niſi appareat,& pro betur cauſa, propter quam fictio, & ſimulatio facta fuit l.ſi mulierem in prin.ff. rerum amot.cum ſimilib. allegatis per Bartolum in d.ſuo conſil. qui hoc uult in terminis per text. in c.fina.de renuncia.in 6. ſicut enim donatio dici non poteſt facta metu mortis, niſi quando aliquod mortis periculum inſtat l.1.cum ſequen.ff.de dona.ita non poteſt dici do natio,ſeu alienatio fictè,& ſimulatè facta ad reparationem, ſeu defenſionem alicuius caſus,uel facti,niſi caſus inſtet,ut quia inſtet ſuſpitio criminis iam commiſſi, uel ſtatim committendi, propter quod bonorum ipſius alienãtis publicatio ſequi deberet, ut per Bartolum, ibiſque Pau. de Caſt. in d.l.poſt contractum,uel quia facta eſſet alienatio ſimulatè, & fictè in fraudem creditoris, & æris alieni iam imminẽtis, prout loquitur tex.in d.§.ſuperuacuum, & in d.l. & qui ſub imagine C. de diſtract. pigno. qui igitur dicit inſtrumentum eſſe fictum, & ſimulatum, uel apparenter factum, debet dicere, & probare cauſam fictionis, & ſimulationis, & ad cuius caſus reparationem ſit facta: Et ideò ex hoc ſolum, quòd donator, uel alienans poſt alienationem, & donationem in poſſeſſione remanſit, contractus non arguitur, neque præſumitur ſimulatus, nec fictitius,nec apparenter factus, quia ex ſola poſſeſſione non apparet cauſa ſimulata, quæ debet ante eſſe,& probari, atq. probari: Et in caſu d.§.ſuperuacuum ſuberat, [illegible] bat cauſa, quare ad excludendum creditorem [illegible] ta uẽditio facta eſſet, uidelicet in fraudem æris alieni iam imminentis,& creditoris,qui creditor cauſam ſimulationis allegabat:Vnde nil mirum,ſi ibi ex hoc,quod alienans in poſſeſ ſione remanſit, contractus ſimulatio, et fictio præſumitur: Eodem modo in d.l.& qui ſub imagine imminebat, & allegabatur cauſa,propter quam ſimulatio facta dicebatur Et hæc Bar. in d.conſi. inquit optimè facere ad ea, quæ ipſemet ponit in d.l.poſt contractum, quòd ſemper neceſſe eſt apparere cauſam, propter quam ficta donatio facta fuit,at que præſumitur, nam ex ſola poſſeſſione non præſumitur, niſi allegetur,& probetur cauſa ſimulationis, & fictionis cõ tractus, quæ tempore alienationis factæ debet imminere, ut in caſu d.§.ſuperuacuum,& eorum, quæ Bart. ponit ibi, & in d.l.poſt contractum,ubi hoc in terminis Pau.de Caſt. & poſt eum omnes ibi,& in d.§. ſuperuacuum confirmant: Hoc idem in terminis ponit ſtatutũ huius ciuitatis ſub ru. de inſtrumentis fictitijs,& ſimulatis,uolens alienationes eſſe ſimulatas,quando factæ fuerunt ab eo, qui tempore alienationis erat in aliqua rixa conſtitutus, vel maleficium aliquod commiſerat,& poſt alienationem in detentione,ſiue poſſeſſione rei remanſit cum effectu percipiendo fructus, & redditus: Et conſequenter ſiue conſideremus diſpoſitionem iuris communis,ſiue iuris municipalis, non ſufficit ad

hoc

hoc,ut alienatio præſumatur fictitia,& ſimulata, quòd alie-
nans poſt alienationem in detentatione, & poſſeſſione rei
remãſerit, niſi etiam tempore alienationis immineat caſus,
propter quem alienationis ſimulatio facta fuit: Cauſa er-
go ſimulationis probari debebit, alioquin allegans ſimula-
tionem ſuccumbet: & hæc ſunt de mente Bart.& omnium
6 in locis præallegatis etiam † in caſu, quo alienatio in con
iunctam perſonam facta fuiſſet, ut habetur expreſsè per
Bartolum in d.l.poſt contractum in fin.2.col. ſed in caſu no
ſtro tempore alienationis,ſeu renunciationis,aut cõfeſſionis
per dictum dominum Poetam factæ non imminebat cauſa
ſuſpitionis alicuius criminis iam commiſſi, nec committẽdi,
quoniam ipſe,donec uixit, fuit uir probus, & eques magni-
ficus,ac bonæ conditionis,& famæ, ut notum eſt,nec conſi
derari poteſt, quòd illam renunciationem, ſeu confeſſio-
nem fecerit ob ſuſpitionem criminis à ſuis filiis commit-
tendi, quoniam tunc filij erant parui, pueri, & non-
dum puberes adeò, quòd de hoc non potuit cogitare,nec
ſuſpicari argumento l. merito ff. pro ſocio, l.ſi arbor in fin.
ff.ad l. aquil. & c. 1.ut eccleſia. benef. cum ſimilibus; Er-
go dici non poteſt, quòd renunciationem illam dicto An-
dreæ fecerit ad reparationem,& defenſionem, ne bona ſua
ad fiſcum deuenirent ob ſuſpitionem criminis iam commiſ-
ſi,uel ſtatim commitendi,ut uult Paul.de Caſtr.in d. l. poſt
7 contractum. Præterea † ad hoc,ut alienatio præſumatur
ſimulata,ultra quod alienans remanſerit in poſſeſſione, re-
quiritur etiam, quòd alienatio fuerit facta ad reparationẽ,
ſeu defenſionem alicuis caſus concernẽtis perſonam ipſius
alienantis,& non alterius tertij,ut in terminis ponunt Bart.
& omnes in d.l.poſt cõtractum, & in d.§.ſuperuacuum per
illum textum. Non poteſt ergo nunc per fiſcum opponi de
ſimulatione confeſſionis, ac renunciationis factæ per do.
Poetam ex eo,quod is poſt confeſſionem, & renunciatio-
nem in poſſeſſione dictæ rei remanſit, & hoc ad reparatio-
nem,& defenſionem bonorum,quæ ad eius filios peruene-
runt,ne ad fiſcum deuenirent,ex ſuſpitione criminis nunc
per ipſius filios commiſſi,quoniam in primis talis ſuſpitio,
ſeu cauſa tempore alienationis factæ non imminebat, nec
de illa do. Poeta tunc ueriſimiliter cogitare potuit per ſu-
pradicta. Præterea huiuſmodi cauſa, ſeu caſus perſonam
do.Poetæ alienantis nõ reſpiciebat, neq; tãgebat,ergo &c.
¶ Non poteſt etiam dici,nec allegari, quòd do. Poeta di-
ctã rem alienauerit,ſeu renunciauerit ob imminens æs alie-
num,& ut ſuos creditores tempore alienationis exiſtentes
defraudaret,prout requiritur ad hoc, ut alienatio præſuma
tur ſimulata, ut eſt tex.in d.§.ſuperuacuum, & uult Bart.
in locis præallegatis,nulli enim apparẽt creditores,qui hoc
allegent,& dicant,& ex hoc alienationem reuocare tentẽt:
8 Et † ad hoc,ut prætextu imminentis æris alieni alienatio
præſumatur ſimulata ex eo,quod alienãs in poſſeſſione re-
manſerit, requiritur,quòd ipſi creditores ſe alienationi op-
ponant, & dicant illam fuiſſe ſimulatam,& in ipſorum frau
dem factam, ad quod probandum poſtea poſſeſſionẽ ipſius
alienantis adducant,ut per Bar. in terminis in d.conſi.in d.
l.ſicut,& in d.l.poſt contractum: ſed nulli nunc extant cre
ditores,qui hoc allegent,ſeu opponant, ergo &c.
¶ Alia quoque ratione prædictam opinionem confirmo,
9 nam † ſcriben. communiter in locis preallegatis conclu
dunt, quòd quando alienans poſt alienationem in poſſeſ-
ſione rei alienatæ remanſit, alienatio præſumitur ſimulata,
& fictitia, maximè ſi alienatio in coniunctã perſonam facta
fuit præcedente tamen cauſa,propter quam talis alienatio
fuit ſimulata: ſed ante, quam per dominum Poetam con-
confeſſio,& renunciatio de prædio, de quo præſens lis uer
titur, in fauorem Andreæ fieret,ipſe Andreas rem, & præ-
dium illud do.Poetæ, & ſic coniunctæ perſonæ uendidit,
& alienauit, ut ex inſtrumento publico apparet,& poſt alie
nationem, & uenditionem Andreas uenditor ſemper in poſ
ſeſſione rei uenditæ remanſit uſque ad confeſſionem, & re
nunciationem poſtea per dictum dominum Poetam factã,
ut ex pluribus in proceſſu deductis conſtat, ergo illa uendi
tio per Andream ipſi do. Poetæ facta ſimulata fuit, atque
fictitia, & conſequenter neceſſario infertur,quòd eius con
trariũ,uidelicet confeſſio do. Poetæ, qua confeſſus fuit ad
inſtantiam dicti Andreæ uenditionem, & alienationem ſu-
pradictam fuiſſe ſimulatam,atque fictitiam,fuit uera, & nõ
ſimulata,quia contrariorum eadem eſt diſciplina per con-
trarium l. inter ſtipulantem §.ſacram,& ibi Bart.ff. de uerb.
obli.& c.in memoriam 19.diſtin.cum ſimilibus. Quòd au
tem prima alienatio,& uenditio fuerit ſimulata, oſtenditur
ex pluribus, quæ ſimul concurrerunt, in primis quia An-
dreas alienator poſt uenditionem in poſſeſſione remanſit
per triennium,& uſque ad confeſſionem, & renunciationẽ
poſtea ipſi per dominum Poetam factam argumẽto d. l.ſi-
cut §.ſuperuacuum; l.ſi. C.de apo.publi. Bar.in d.§.ſuper-
uacuum,& Moder.Veronen.in d.ſuo tracta.in 24.præſum-
ptione: ſecundo quia ab ipſo Andrea fuit facta uenditio
do.Poetæ coniunctæ perſonæ argumento l. data C. de do-
nat.& l.penul.circa princ.ff.de bonis liber. Tertio quia ipſe
do.Poeta ad inſtantiam,&petitionem dicti Andreæ pro ſe,
& ſuis hæredibus recipienti, & ſtipulanti à uenditione illa
10 renunciando receſſit: & † ubicunque poſt uenditionem
infra modicum tẽpus,quod eſt triennium, ab ea receditur,
tunc aliis coniecturis, & præſumptionibus concurrentibus
uenditio illa præſumitur ſimulata, atque fictitia gl. in auth.
de inſtru. caut. & fid. in §.ſi uero tale colla.6.Cyn.in l.opti
mã C.de contrahen.& commit.ſtip.Bart.& alij in l. genera
liter C.de nõ num.pecu.Moder. Veron.in d.tract.in 2. caſu
in 2.col.per Bald. in d.l.& equi ſub imagine C. de diſtrac.
pigno.& per Innocen.in c.1.extra de depoſi. Præterea do.
Poeta expreſsè confeſſus fuit dictam uenditionem fuiſſe fi
ctitiam,&ſimulatam,&factam ex alijs cauſis,quam in inſtru
mento uenditionis contineatur, & hoc iurauit uerum eſſe,
& dictam rem ipſi Andreæ renunciauit: Ex qua confeſſio-
ne iurata,& ex aliis in inſtrumento dictæ confeſſionis,& re-
nunciationis contẽtis luce meridiana clarius probatur,præ
11 ambulam uendionem fuiſſe ſimulatam, quoniam † ſi ſimu-
latio contractus probatur per teſtes,nec non per coniectu-
ras,& præſumptiones, ut habetur in c.ad noſtram de emp.
& uendit.in d.c.illo uos de pignor.& in terminis in d. §.ſu-
peruacuum, & ex dictis ſcribentium in d.l.poſt contractum,
per Baldum in l.3.uerſi.quæro,qualiter,&ibi Salice.C. plus
ualer.quod agitur, & in l. pacta nouiſſima in 2.colum. C.
de pactis,& per Bartolũ in conſi.preallegato cum ſimilibus;
ergo etiam per confeſſionem partis,& contrahentis factã
ad inſtantiam,& petitionem alterius partis probari poterit,
quia nulla maior probatio,quam aduerſæ partis confeſſio l.
1.& per totum ff.de confeſſ.not.in c. fin. extra eodem titu.
& argumento not.in rub.extra de probat. & per Baldum in
rub.C.eod.Præterea ſi uẽditio ipſi do.Poetæ facta uera fuiſ
ſet,& uerè pretium fuiſſet ſolutũ, non eſt uериſimile, quòd
poſtea do. Poeta confeſſus fuiſſet uenditionem illam fuiſ-
ſe fictam, & ſimulatam, & quòd illam gratis ipſi Andreæ
dimiſiſſet, ſeu renunciaſſet, cum dominus Poeta eſſet
ualde diligens paterfamilias, & talis, qui de ſuo largiri
quicquam ſolitus non erat, & in dubio quis ſuum iactare,
ſeu donare uellẽ non præſumatur l.cum de indebito ff. de
probat.& habetur per Moder.Veron.in d.tracta. in 7.præ-
ſumptione: Et propterea dicendum, & præſumendum eſt,
venditionem præambulam fuiſſe ſimulatam,atque fictitiã,
& ex alijs cauſis factam, quam in inſtrumento uenditionis
contineatur, prout etiam dicitur in inſtrumento confeſſio-
nis,

nis,& renunciationis, & ſemper facienda eſt alia interpretatio,quam donationis per ſupradicta:Et ideò quamuis do. Poeta,& eius hæredes poſt prædictam confeſſionem, & renunciationem diu poſſederint,tamen præſumendum eſt illos ex alia cauſa poſſediſſe, quam ex cauſa primæ uenditionis,cum uenditio fuerit nulla,.& poſt eam non ipſe do. Poeta,ſed Andreas venditor poſſederit: Et cum ipſe do. Poeta eſſet tunc ualde potens tanquam unus de numero ſexdecim uirorum,qui quicquid uolebant,conſequebantur,præſumi poterit ipſum poſt dictam confeſſionem per potentiã, & coactè inuitis Andrea,& hæredibus ſuis poſſediſſe. Accedat ad propoſitum noſtrum illa vera , & communis doctri-
12 na Bar.& aliorum,quòd † quando uenditor poſt uenditionem in poſſeſſione remanſit , & ſemper actualiter poſſedit, uenditio præſumitur ſimulata, & fictitia,niſi uenditor,& alienator emptori de fructibus reſponderit: ita in terminis dicit Bar.in d.§.ſuperuacuum per tex.in l.litibus C. de agrico. & cenſi.lib.11.& in d.l.poſt contractum, & Specula. hoc confirmat in tit.de donat.§.1.verſi.ego dico,quòd ſi:Sed,ut mihi in facto præſupponitur,'poſt confeſſionem , & renunciationem à do.'Poeta in fauorem Andreæ factam , & eo tempore,quo do. Poeta,& ſui hæredes poſſediſſe dicuntur , fuit per ipſos dicto Andreæ , uel hæredibus ſuis certis temporibus de fructibus,& redditibus dictæ rei reſponſum, ergo dicta confeſſio , & renunciatio per do. Poetam facta non fuit ſimulata,nec ficta ; ſed uenditio præambula eſt illa,quæ fuit ſimulata, & imaginaria. ¶Succurrit etiam ultra prædicta
13 unum aliud , † nam quamuis iuramentum ſuper contractu interpoſitum non tollat contractus ſimulationem, ut ſupra dixi,tamen illud eſt uerum , quando ſuper cõtractu fuit ſimpliciter,& generaliter iuratum,ſecus ſi ſpecialiter fuiſſet iuratum omnia,& ſingula in inſtrumento contenta fore, et eſſe uera,ut in terminis inquit Ioan.de Imol. et ibi refert,ac ſequitur Alex. in l.nemo poteſt ff. de lega.1. et habetur per Imol.in d.c.ad noſtram circa fin.et per dictos Moder.Vero. in d.tracta.ſimulat.in 7.præſumptione circa fin. cum multis alijs ſimilibus, iuramentum enim ſic interpoſitum præſumptionem ſimulationis,& fraudis tollit, ac ceſſare facit : Sed in dicto inſtrumento confeſſionis, et renunciationis per do. Poetam factæ ipſe iurauit ſpecialiter omnia, et ſingula in inſtrumento contenta fuiſſe , et eſſe uera , ergo etc.

¶Supereſſet nunc reſpondendum adductis in contrarium, uerum quia ex ſupra dictis clara apparet reſponſio , et ut plenè demonſtraui, ſi illa rectè conſiderentur , non faciunt in contrarium,ſed opinionem , quam ſequutus fui, confirmant,ne ſæpius idem repetatur,aliter in hoc non inſiſto,ſed concludo iudicandum eſſe ad fauorem hæredum dicti Andreæ,ad quos ſpectat poſſeſſio illa,de quo nunc lis uertitur non obſtante eo,quòd do.Poeta poſt confeſſionem, et renũciationem ab eo factam non remanſerit in poſſeſſione , ſed poſſidere tunc dictam rem cœperit,et hæredes illius actualem patris ſui poſſeſſionem continuauerint,nam cum hæredes dicti Andreæ commodo , et poſſeſſione dictæ rei in præteritum fuerint contra ius , et illegitimè priuati , inconueniens eſſet, quod etiam in futurum priuarentur , ſi quidem
14 † afflictio afflicto addi non debet c.cum percuſſio. 7. q.1.l. diuus ff.de offi.præſid. & l.tam de mentis C. de epiſco. audien. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Requiſitio,& denunciatio non eſt neceſſaria in eo,qui per notorium,& publicam proſcriptionem , vel aliter eſt certioratus : & quando hoc verum ſit nume.23.*

2 *Appellatio ad Papam interpoſita quomodo , & quando appellato ſit intimanda .*

3 *Notoria,& manifeſta res efficitur per proſcriptionem publicè , & palã claris literis propoſitam .*

4 *Certioratio in notorijs non requiritur : & quando hoc ſit verum numero 24.*

5 *Nec citatio,neque monitio : Contra nume.26.*

6 *Diſpoſitio pœnalis,quæ ſimpliciter ad alium caſum extenditur,an quoad pœnam etiam extendatur,& num.27.*

7 *Requirendus ad faciendum aliquid quòd tacitè requiratur , ſufficit : & quomodo hoc ſit verum num.31.& 32.*

8 *Proteſtatio, ſeu denunciatio eſt quadruplex .*

9 *Proteſtatio, ſeu denunciatio incitatoria, vel inuitatoria cui, & ad quid fiat,& nume.21.*

10 *Denunciatio , ſeu requiſitio ex diſpoſitione ſtatuti facienda vicino , vel coniuncto à volente domum,aut rem aliam vendere dicitur incitatoria, ſeu inuitatoria,& ad fauorem vicini, & coniuncti dicitur introducta num. 19.*

11 *Requiſitio,ſeu proteſtatio incitatoria, vel inuitatoria ad aliquem actum neceſſaria non tollitur ex ſimplici ſcientia, & notitia requirendi .*

12 *Proſcriptio palàm,& publicè facta rem ad notitiam,& ſcientiam ſimpliciter deducit,non autem inuitat,neque requirit .*

13 *Requiſitio in ſcriptis , aut coram teſtibus facta requiritur ad euitandam pœnam,quando ex pacto , vel ſtatuto aliqui inter ſe rem uendere ſub pœna tenentur , licet de requiſitione facienda nihil expreſsè ſit cautum .*

14 *Scientia , & notitia ſimplex non ſufficit , ſed neceſſaria eſt requiſitio , ſeu denunciatio , quando hæc eſt de forma , & de ſubſtantia ;*

15 *Idem, quando lex denunciationem exigit .*

16 *Emphyteota poteſt ius ſuum emphyteoticum abſque conſenſu domini venale proponere , licet abſque dicto conſenſu vendere nequeat .*

17 *Quæ ſunt de forma, & ſolemnitate actus maximè à ſtatuto introducta, debent ad vnguem obſeruari , aliàs nullum eſt ipſo iure , quicquid factum eſſet .*

18 *Intimare perſonaliter, vel ad domum, & intimare proſcribendo publicè, ſeu palam aliquid proponendo, ſunt diuerſa .*

20 *Forma, & ſolemnitas à lege , vel ſtatuto in fauorem priuatum introducta eſt omnino ſeruanda,'niſi fuerit illi renunciatum ab eo, in cuius fauorem fuit introducta .*

21 *Denunciatio , ſeu requiſitio incitatoria qualiter , & cui fieri debeat .*

22 *Citatio per edicta publicè facta regulariter non ſufficit in ijs , in quibus perſonalis requiritur , niſi in caſu ſpeciali hic poſito .*

23 *Certus quod non debeat amplius certiorari quomodo procedat .*

25 *Proſcriptio , & propoſitio palam , & publicè facta quando idem operetur, quod intimatio perſonaliter, vel ad domum facta.*

28 *Pœna appoſita in principio alicuius ſtatuti pœnalis quando cenſeatur etiam repetita in additione poſita in fine illius ſtatuti , & numero 29.*

30 *Annullatio actus non in odium alicuius , ſed ob defectum ſolẽnitatis non eſt propriè pœna .*

32 *Denunciatio, ſeu requiſitio tacita non ſufficit , quando pro forma,& ſubſtantia requiſitio , & denunciatio , ſeu proteſtatio incitatoria eſſet neceſſaria .*

EPITOME.

STATVTO *Bononienſi ſub rubrica de rebus communibus inter coniunctos niſi certo modo non alienandis diſponenti,quòd uolens uendere domum, uel rem aliam &c. teneatur coniunctum,uel uicinum per ſe, uel per alium perſonaliter, uel ad domum requirere, aliàs uenditio, & alienatio ipſo iure non ualeat in præiudicium coniuncti,uel uicini non requiſiti,non dicitur ſatisfactum, ſi palam, & publicè claris literis res,uel domus fuerit uenalis propoſita apponendo cedulam, in qua uulgariter ſit ſcriptum, Da Vendere.*

CONSILIVM CLXXI.

CIRCA dubium propoſitum , an ſatisfactum ſit ſtatuto poſito ſub rubrica de rebus cõmunibus inter coniunctos niſi certo modo non alienandis in §. fin. ſi habens domum diuiſam,quæ fuit à principio ſub uno contextu,

m,& tecto,palam,& claris literis,ut ſolitum eſt,proſcripſe-
rit domum ſuam eſſe uenalem, apponendo ante domum ce
dulam , in qua vulgariter ſit ſcriptum da vendere , ueluti
moris eſt in hac ciuitate, & maximè, quando alius uicinus,
ſeu coniunctus,qui habet aliam domum , quæ fuit pars , &
de parte dictæ domus,huius proſcriptionis ſcientiam , & no
titiam habuit,prout in dubio habuiſſe præſumitur , quoniã
talis proſcriptio palam facta inducit notorium, & rem facit
manifeſtam taliter, quòd ad omnium notitiam perueniſſe
præſumitur , ut eſt bonus tex.in l.ſed & ſi pupillus §.1. ibiq;
Bar. Alex.Paul.de Caſt.& Salicc.ff. de inſtitu. videtur pri-
ma facie dicta ſtatuto ſatisfactum fuiſſe , nec quòd alia re-
quiſitio,ſeu denunciatio à ſtatuto prædicto requiſita ſit ne-
1 ceſſaria: Nam † requiſitio , ſeu denunciatio ſit ad finem,
& effectum,ut uicinus,ſeu coniunctus certificetur,ut poſſit,
ſi uelit,emere,ergo ſi per notorium , & talem proſcriptio-
nem fuerit certificatus , non erit neceſſaria alia requiſitio,
nec denunciatio,quoniam eum,qui certus eſt,certiorari ul
terius non oportet c.cum , qui certus de regu. iur.in 6.vbi
glo.inquit,non ſolum eum,qui certus eſt,ſed etiam, qui cer
tus eſſe debet,non eſſe ulterius certiorandum, quia non eſt
neceſſarium ſingulorum auribus intimari id, quod eſt pu-
blicè promulgatum per tex.in d.l.ſed , & ſi pupillus.§. 1 . c.
quod dicitis 16.diſtin. & ad propoſitum eſt tex.notabilis in
2 clem.cauſam de electio.in fin. † ubi ſi ab electione , ſeu
poſtulatione fuerit ad Papam appellatum , debet intimari
appellato, ut ad eius notitiam poſſit peruenire,& debet in-
timatio perſonaliter fieri,ſi appellatus ſit præſens,aut ad do
mum,uel publice,& palam appellationem in loco publico
proponendo, & intimatio aliter facta non ualet, nec cauſa
per appellationem cenſetur ad ſedem apoſtolicam deuolu
ta,niſi ad appellatũ eius certa, & plena notitia perueniſſet :
Idemq; habet locum in aliis caſibus , in quibus intimatio fa
cienda requiritur : & ſic ibi caſus pro hac opinione clarus
uidetur,quoniam ut ibi dicit glo.in uer.certa , ex quo quis
eſt certus , ulterius non debet certificari .
3 ¶ Prætera & ſecundo † per telem præſcriptionem publi-
cè,& palam,clariſque literis propoſitam res efficitur noto-
ria,& manifeſta d. l. ſed & ſi pupillus §. 1. ubi hoc firmant
4 Alex. Paul.de Caſtr.& alij,ſed † in notoriis non requiri-
tur alia certioratio,quoniam notorium facit rem præſumi
ad notitiã perueniſſe,ut ibi per Bar.c.1.de poſtul.præla.&c.
in tua qui matrim.accuſa.poſſ.cum ſimil.per Alex.in d.§.1.
5 adductis, item † in notariis monitio, & citatio non requi-
ritur cap. cum ſit romana in fin. ubi not. extra de appella.
ergo ultra talem proſcriptionem publicæ factã alia requi-
6 ſitio non eſt neceſſaria . ¶ Tertio † ubicunque diſpoſitio
pœnalis ſimpliciter ad alium caſum extenditur , non dici-
tur extendi quoad pœnam,ſed ſolum quoad diſpoſitionem
& deciſionem,ut eſt tex. cum gloſ.in uer. ſanctiori in clem.
2.de uita,& honeſta.cleri.nam in pœnalibus non debet ex-
tẽſio fieri c.in pœnis , & c. odia de regul. iur. in 6. ſed ca-
ſus noſter à ſtatuto comprehenditur per modum exten-
ſionis ſimpliciter, ergo pœna annulationis, de qua in
ſtatuto, non debet intelligi repetita.
7 ¶ Quarto hoc ſuadetur, † nam ubicunque quis eſt ad ali-
quid faciendum requirendus, ſufficit , ſi tacite requiratur ,
ueluti ſi dicam debitori meo,ego indigeo pecunia,quam tu
mihi debes, ex hoc enim in mora conſtituitur , quia cẽſetur
ex his uerbis requiſitus,& incitatus,ut mihi ſoluat, ueluti cõ
cludit Bart.quẽ alij communiter ſequuntur in l. ſiquis mihi
bona §.pater ſeio ff.de acquiren.hered.& in l.non ſolum §.
morte in materia denũciationis incitatoriæ ff.de noui oper.
nũcia. Sed ex eo,quòd publicè,& palam fuit proſcriptum ,
domum eſſe uenalem,cenſetur uicinus, uel conſanguineus
certioratus,ac etiam ad emendum tacitè inuitatus,cum hu

iuſmodi cedulæ ſolum proſcribantur , apponantur ad effe-
ctum, ut homines ad emendum incitentur , ſeu inuiten-
tur, ergo &c. ¶ Præmiſsis tamen non obſtantibus , contra
rium in caſu noſtro uerius eſſe arbitror,quòd per appſitio-
nem, & proſcriptionem dictæ cedulæ diſpoſitioni præfati
ſtatuti,illiusq; formæ non fuerit ſatisfactum, & ad ita con-
cludendum moueor ex pluribus, præſupponendo prius,
8 quòd, † denunciatio, ſeu proteſtatio eſt quadruplex, alia
enim eſt declaratoria uoluntatis proteſtantis, alia pro-
hibitoria,ſeu inhibitoria,ne quid fiat,alia certificatoria eius,
quod eſt,uel non eſt,& alia incitatoria , ſeu inuitatoria, ut
aliquid fiat,ut colligitur ex iis,quæ Bart.& communiter le-
giſtæ tradunt in d.l.non ſulum §.morte, & canoniſtæ poſt
9 Innocen. in c.cum M.Ferrarienſis de conſtitur. & † hæc
proteſtatio incitatoria fit illi, qui de iure eſt obligatus, aut
nõ eſt obligatus facere id propter quod fit proteſtatio, nec
aliquo modo ad id faciendum compelli poterat, ut uoluit
Bar.in d.§.morte,& Abb.poſt do.Anto.in d.c.cum M.Ferra
10 rienſis:† de qua proteſtatiõe,ſeu requiſitiõe incitattoria,uel
inuitatoria propriè loquitur ſtatutũ prædictũ,uidelicet qu-
do quis uolens rem ſuam, uel eius partẽ uendere ex diſpo-
ſitione ſtatuti,uel uirtute pacti uicinum,ſeu conſortem,aut
conſanguineum requirere tenetur,ut eſt expreſsè de men-
te Bart. in d. §.morte in materia proteſtationis incitato-
riæ in illo membro,quando ea fit , ut quis facit id,ad quod
non erat de iure obligatus,nec aliquo modo ad id facien-
dum poterat compelli,& fit ad cõmodum,ſeu excuſationem
ipſius denunciantis, non tamen ad damnum, neque
ad incommodum eius cui fit talis proteſtatio , & requiſitio,
allegando. l. qui romæ. §. cohæredes ff.de uerbo.obliga.&
l.fin. C. de iure emphyt. quæ iura propriè loquuntur de
hac requiſitione incitatoria, de qua ſtatutum prædictum
loquitur , ueluti colligitur etiam ex uerbis ſtatuti ibi tenea
tur per ſe , uel alium requirere talem coniunctum perſo-
naliter , uel ad domum , ſi uult eam rem emere ,& expe-
ctare per quindecim dies &c. Forma ergo requiſitionis de
bet continere,ſi uelit coniunctus emere, & conſequẽter de
bet eſſe talis, per quam incitetur quis ad emendum , & ſic
ad id , ad quod is , cui proteſtatio, & requiſitio erat fa
cienda , non erat obligatus , neque compelli poterat iux-
ta l. nec emere C. de iure delib. & clarè colligitur ex uer-
bis Bart.in d. §. morte , & Iaſonis in d. l. fin. C. de iure
emphyt. His ſtantibus, concluſionem ſupra traditam
11 multipliciter confirmo , & in primis, nam † quando ad
actum eſt neceſſaria requiſitio, ſeu proteſtatio incitato-
ria , & inuitatoria, tunc non ſufficit, quòd res, ſeu
actus ad ſimplicem notitiã , & ſcientiam illius, qui requi-
ri debebat deuenerit, niſi etiam ad hoc inuitetur , ſeu in-
citetur, alioquin non diceretur incitatoria , quæ non eſt
abſque denunciatione, ſed certificatoria , quæ tamen
penitus, & in ſubſtantia inter ſe differunt, tanquam ſpe-
cies diuerſæ, nam quæ differunt ſpecie in ſubſtantia dif-
ferunt, argumento not. in l. fin. ff. de fundo inſtruc. ita
uoluit Bart. in d. §. morte in materia incitatoriæ,& faciunt
not. per Bart. in l. demunciaſſe ff. de adult. cum ſimili-
12 bus : Sed † ex proſcriptione palam facta,ſeu ex appoſi-
tione cedulæ , qua res uenalis palam iuxta morem propo-
nitur , res ſimpliciter ad notitiam, & ſcientiam deducitur,
quia ſic res notoria,& manifeſta efficitur, d. l.ſed & ſi pupil
lus §.1.ibiq; Bar. Alex.& Paul.de Caſ.& probatur d. clem.
cauſam cum ſimilibus ibi allegatis, non autem quis inuita-
tur,nec ad emendum requiritur,ut patet ex uerbis proſcri
ptionis,quibus duntaxat dicitur da uendere, ergo non po-
teſt per talem proſcriptionem dici ſatisfactum dicto ſtatu-
to requiſitionem , & denunciationem incitatoriam expo-
ſcenti. ¶ Secundo hoc probo in fortioribus terminis ex
iis,

ijs,quæ habentur in d.l.qui romæ §. cohæredes ff.de verbo.
13 obliga. † vbi ſi ex pacto, idem ſi ex ſtatuto, ueluti docto.
aliqui ibi inferunt,teneantur inter ſe rem communem, uel
uicinam vendere ſub pœna,abſque eo, quod per pactũ de
nunciatio,ſeu requiſitio alterius conſortis expreſsè requira
tur,ſi alter ex his uelit partem ſuam uendere,ad euitãdam
pœnam,& ut poſſit,cui uelit,impunè uendere,debet in ſcri-
ptis,uel coram teſtibus alium requirere, & denunciare,illũ
ad emendum incitando,& inuitando, vt eſt ibi caſus adeò,
quòd nõ ſufficeret ad illius notitiam ſimpliciter deueniſſe,
quòd is uellet vendere,ut ibi per doct.Si ergo hoc dicamus
in eo, qui tenetur uendere uni abſque eo, quod expreſsè
cautum ſit,quòd requirere teneatur, idem magis dicẽdum
eſt in caſu noſtro,in quo vltra quod alter teneatur alteri uẽ
dere,tenetur etiam ex diſpoſitione ſtatuti requirere, ſeu in
citare uicinum,uel conſanguineum,ut emat. Sola igitur no
tificatio, quòd res ſit uenalis, non erit ſufficiens.
14 ¶Tertio † ubicunque denunciatio, ſeu requiſitio eſt de
forma,uel de ſubſtantia,non ſufficit ſimplex ſciẽtia,& quòd
res ad notitiam deuenerit,ſed neceſſaria eſt requiſitio,& de
nunciatio:Secus ſi ſola ſcientia eſſet de ſubſtantiam,ut not.
declarat Bar. poſt Dyn. & alios in l.qui uxori §. quid ergo
ff.de adult. ſed in terminis dicti ſtatuti denunciatio, ſeu re-
quiſitio eſt de forma, tum quia ſtatutum illam appellat for
mam,ut ibi,& ſi alienatio contra dictam formam &c. tum
quia ſtatutum apponit clauſulam annullatiuam argumẽto
eorum,quæ uolunt Alex. & alij in l.1.ff. de liber. & poſthu.
& Moder.in c.cum dilecta de reſcrip. ergo non ſufficiet ad
ſcientiam,& notitiam deueniſſe,quod ſit per talem proſcri
ptionem palam factam, ſed neceſſaria erit denunciatio, &
requiſitio perſonaliter, uel ad domum facta, ut in ſtatuto
15 habetur:Et † dicit Bal.in c.1.ſi de feu.vaſal. ab ali.inter-
pel.fuer. quòd ubicunque lex denunciationem exigit, non
ſufficit ſola ſcientia, quoniam tunc denunciatio dicitur eſſe
de ſubſtantia. ¶Quarto pro hac opinione,quòd non ſuf
ficiat rem publicè uenalem exponere, ſed opus ſit etiam re
16 quirere,ac denuntiare, † pondero doctrinam ſingularem
Abb.in c. potuit in 1.notabili in fin.uer.de locato, quam re
fert,& ſequitur Iaſ.in d.l.fin.C.de iure emphyt.in 5.nota.
qui dicunt,quòd ante,quàm emphyteota uolens ſua melio
ramenta uendere dominum requirat iuxta d.l.fin.& d.c.po
tuit, poteſt abſque conſenſu domini ius ſuum uenale alijs
proponere, licet non poſſit ſine domini conſenſu ius ſuum
emphyteoticum,& melioramenta alienare: Clarè ergo ex
hoc colligitur,quòd in caſu, in quo uolens rem ſuam alie-
nare tenetur de iure alium requirere,ſi uelit emere, neceſ
ſaria eſt requiſitio,& denunciatio,nec ſufficit rem fuiſſe pu
blicè uenalem propoſitam,ut infertur ex uerbis Abb.& Iaſ.
in dictis locis uolentium requiſitionem, & denũciationem
eſſe neceſſariam ſecundum formam d.l. fin. & d.c. potuit,
quamuis etiam propoſitio rei uenalis publicè, & palam fa-
17 cta præceſſerit. ¶Quinto † illa,quæ ſunt de forma, &
ſolennitate actus, & maximè quando forma fuit à ſtatuto
introducta,debẽt ad unguem obſeruari, alioquin quicquid
eſt factum,eſt ipſo iure nullum l.Iulianus §.ſi quis rem ff.ad
exhiben.c.in uenditionibus 17.q.4. & hoc clarè uoluit Bal.
in c.1.poſt glo.in uer.uocationẽ de milite uaſal.in uſu feu-
do.& habetur per Alex.in conſi.43.in 7.colum. uolu.1.per
Moder.in d.c.cum dilecta de reſcrip.& per legiſtas in d.l.1.
de liber.& poſth. ſed denũciatio,ſeu requiſitio, ſi uelit eme
er,perſonaliter, vel ad domum facta, eſt in caſu noſtro de
ſubſtantia,ut habetur in dicto ſtatuto, & ſupra dixi, ergo ſi
non fuerit obſeruata, alienatio aliter facta nulla erit,ueluti
ſtatutum etiam expreſsè cauet:Quæ forma non poteſt dici
per dictam appoſitionem cedulæ obſeruata, quoniam poſi
to ſine ueritatis præiudicio, quòd per talem proſcriptionẽ
res poſſit dici ad notitiam deducta, & fortè etiam uicinus,
ſeu conſanguineus requiſitus, ut emat, non tamen dici po-
teſt,quòd fuerit requiſitus perſonaliter, uel ad domum, ut
18 expoſcit ſtatutum, nam † penitus diuerſa ſunt, intimare
perſonaliter,uel ad domum, & intimare proſcribendo pu-
blicè,ſeu palam aliquid proponendo,& hæc tanquam peni
tus diuerſa conſiderat text. in d.clem. cauſam de electio.&
19 in clem.1.de foro competen. ¶Sexto conſidero, † quòd
hæc forma requiſitionis fuit à ſtatuto introducta ad fauo-
rem uicini,ſeu conſanguinei, ut colligitur ex dicto ſtatuto,
maximè ibi,& ſi alienauerit contra dictam formam, ipſo iu
re non ualeat in præiudicium non requiſiti, ut ſupra: Ergo
hæc forma requiſitionis inuenta fuit, ne ex alienatione alte
ri facta præiudicetur uicino, uel conſanguineo: in quibus
autem hoc præiudicium uerteretur,colligitur ex ijs, quæ
tradit Salice.in l.dudum C.de contrah. emp. & quòd hæc
forma requiſitionis ſit fauore uicini, uel conſanguinei re-
quirendi inducta,colligitur etiam ex tex.cum ibi not. in d.
l.fin.C.de iure emphyt.in d.c.potuit, & in l.1.C. de cõmu.
20 rerum alien.cum ſimilibus.Sed † ubicunque forma,& ſo-
lennitas eſt à lege, uel ſtatuto in fauorem priuatum intro-
ducta,illa eſt omnino obſeruanda, niſi fuerit ei renũciatum
ab illo,in cuius fauorem fuerit introducta, glo. notabilis in
c.in cauſis de offi.delega. cum ſimil.ibi allegatis:Ergo in ca
ſu noſtro ad ualiditatem alienationis non ſufficiet eum,qui
rem communem,uel domum,quæ à principio fuit ſub uno
contextu,& tecto, uult uendere, publicè rem propoſuiſſe
uenalem abſque eo,quod aliter perſonaliter, uel ad domũ
requiſiuerit,nam ſi ita eſſet, ſequeretur, quòd in poteſtate
uenditoris fuiſſet,& ſic illius, in cuius fauorem forma requi
ſitionis non fuit inducta,illi renunciandi:quod non eſt dicẽ
dum: Et ſi diceremus hanc formam continere etiam fauo
rem uolentis uendere,adhuc dico,quòd per proſcriptionẽ
publicè ab eo factam non potuit forma à ſtatuto inducta
tolli,cum ea fuerit etiam inducta in fauorem uicini, & con
ſanguinei requirendi, ut ex prædictis apparet, & ideò
illius quoque conſenſus ad eam formam remittendam ne-
ceſſarius fuit per not. in d.cap. in cauſis.
21 ¶Præterea, & ſeptimo † denunciatio incitatoria, qua-
lis eſt illa, quæ à ſtatuto requiritur, de iure communi
fieri debet ipſi principali, uel eius procuratori ad tradita
per Bartolum in d.§. morte in penultima columna, & eſt
gloſa in l.aut qui aliter §.1.ff.quod ui,aut clam: Ex forma
autem ſtatutorum huius ciuitatis debet fieri perſonaliter,
uel ad domum,ut in ſtatuto, de quo agitur, item debet fieri
in ſcriptis per inſtrumentum, uel aliam publicam ſcriptu-
ram,ut in ſtatuto poſito ſub rubrica de proteſtationibus in
fine, ergo ex propoſitione cedulæ palam, & publice facta
non dicetur ſtatuto ſatisfactum, cum illa nec perſonaliter,
nec ad domum requirendi, nec per inſtrumentum, uel pu-
blicam ſcripturam facta dicatur, ut colligitur ex d.clemen.
1.de foro compet. & d.clemen.cauſam, & eſt bonũ textus
22 cum gloſ.in clementi.1.de iudi. † ubi ſpecialiſſimus caſus
eſt, in quo tantum operatur citatio facta per edicta publicè
propoſita,quantum citatio perſonalis, ſed regulariter in ca
ſibus, in quibus citatio, ſeu intimatio perſonalis requiritur,
non ſufficit facta publicè argumento d.l. ſed & ſi pupillus
§.conditio ff. de inſtitor.cap.cupientes de electio. in 6.& eſt
bonus textus cum glo.in d.c.cum dilecta de reſcript. quòd
quando aliquid eſt perſonaliter faciendum, non poteſt id
aliter fieri niſi partibus conſentientibus: Et ex his remanet
firma concluſio, quòd per appoſitionem dictæ cedulæ pu-
blicæ, & palàm propoſitæ non dicitur formæ ſtatuti ſatisfa
ctum,quin alienatio ſit nulla,& inualida. ¶Et ſequendo
hanc partem,ſupereſt, ut adductis ſupra in contrarium re-
ſpondeamus:Et in primis non obſtat primum fundamẽtum
quo-

quoniã requiſitio, quæ ex forma ſtatuti fieri debet, non ſolum fit ad finem, vt res ad notitiam, & ſciẽtiam deducatur, ſed etiam ut ad emendum incitetur, & inuitetur, cum ſimus in denunciatione incitatoria, in qua non ſufficit quem eſſe certioratum, ſed ulterius denunciatio requiritur, ut ſupra
23 fuit in primo fundamento dictum: Nam † illa regula, quæ habet, quòd certus non debet certiorari, procedit uel in denunciatione certificatoria, ſeu in proteſtatione, quæ fit ad aliquem certificandum, & non in incitatoria, ueluti declarat Bar. in d. §. morte in ulti. colum. & in l. ſi quis uxori. §. 1. ff. de adult. & eodem modo reſpondetur textui in d. clem. cauſam, quòd loquatur in caſibus, in quibus denunciatio, uel intimatio ſolum ad effectum certiorandi requiritur, nã tunc intimatio quidem non eſt neceſſaria, ſi quis aliter ſit plenè certus, & ita in terminis illum tex. intelligit, atque declarat Ioan. de Imol. ibi in notabilibus. Non obſtat d. l. ſed & ſi pupillus §. 1. quoniam non loquitur in caſu, in quo requiritur intimatio incitatoria, ſed prohibitoria, atque inhibitoria, ut ibi, uel loquitur in denunciatione declaratoria per prædicta. Præterea non loquitur, quando intimatio perſonaliter, uel ad domum pro forma actus requirebatur, prout in caſu noſtro requiritur. ¶ Non obſtat ſecundum, quòd per talem proſcriptionem publicè factam res efficiatur notoria, & ideò alia certioratio non requiratur, quia, ut
24 ex prædictis colligitur, † hoc eſt uerum, quando ſola certioratio requiritur, nam cum per notorium ſit certioratus, non debet ulterius certiorari per prædicta, ſed quando ultra certiorationem requiritur etiam incitatio, uel inuitatio ad aliquid faciendum perſonaliter, uel ad domum facta, ut in caſu noſtro, tunc ex ſimplici notorio non dicitur ſatisfactum, ut colligitur ex not. per Abb. in d. c. potuit cum alijs ſupra
25 deductis. Præterea † illis caſibus, quibus proſcriptio, & propoſitio palam, & publicè facta tantum operatur, quã tum intimatio perſonaliter, uel ad domum facta, hoc procedit, quando proſcriptio, & propoſitio facta fuit expreſsè, & ſpecificè per uerba perſonalia, & non per impeſonalia, & generaliſſima, ut eſt tex. in d. clem. cauſam, & in d. clemen. 1. de iudi. & de foro competen. cum ſimilibus: Et propterea ſi publicè proſcriptum fuiſſet, qualiter talis uolebat uendere domum, & ad hoc requirebat Vincentium conſanguineum ſuum, uel uicinum, fortè hæc intimatio ſatis fuiſſet, quoniam eſſemus in caſu d. clem. cauſam cum aliis, ſed in caſu noſtro proſcriptio fuit concepta per uerba imperſonalia, generaliſſima, & multũ ambigua, ut de ſe patet, ergo &c.
26 Rurſus uerum non uidetur, † quòd in notoriis citatio nõ requiratur, ut not. in d. c. cum ſit in fin. & eſt tex. ibique gloſ. & docto. in c. ad noſtram il 3. de iureiuran. ¶ Non obſtat tertium fundamentum de tex. cum glo. in clem. 2. de uita, &
27 honeſta, clerico. in fin. quoniã dico, quòd † ubicunq; diſpoſitio pœnalis de caſu ad caſum extenditur, dicitur etiam extendi quoad pœnam, ut probatur argumento not. per gloſ. communiter approbatam in l. ſi quis ſeruo C. de ſeruis fugi. & ex tex. cum glo. in c. quanquam de uſur. in 6. in quantum illa diſpoſitio etiam ad facientem codicillos extenditur l. ſi filium habeo ff. ad macedon. & ita probant iura extenſionem in pœnalibus admittentia ad tradita per Ioan. Andr. in c. penult. qui fil. ſint legit. & per eundem, & Gemin. in c. 1. de homicid. in 6. per Felin. in c. tranſlato de conſtit. & facit notabile dictum Abb. in c. 4. de priuile. uolentis, quòd diſpoſitio c. cum æterni puniens non facientes iuſtitiam extendatur etiam ad negligentes, quorum negligentia in factum reſoluitur, & hæc extenſio fit etiam quoad pœnam, uidelicet ut pœna ſuſpenſionis puniantur, & hoc puto uerifſimum eſſe, ut eſt de mente gl. in c. de multa in uer. in eadem de præ-
28 ben. quam ſequitur Abb. ibi in fin. 4. col. dicens, † quòd quãdo in fin. alicuius ſtatuti pœnalis ſit aliqua additio, pœna in principio appoſita uidetur in illa additione repetita: & additio fieri dicitur non ſolum per illa uerba adiicientes, ſed etiam per illa idem iudicandum eſſe uolumus, uel idem dicimus ſeruari debere, ut ibi per Abb. Nec prædictis aduerſatur tex. in d. clem. 2. cum glo. quia dici poteſt illum non loqui, quãdo diſpoſitio pœnalis extẽdatur de caſu ad caſum, nec quando per modum extenſionis procederetur, ſed per modum additionis, uidelicet quando primæ deciſioni, & ſanctiori legiſlator, ſeu cõditor canonis alium caſum cum deciſione illus adderet, nam tunc pœna poſita in prima ſanctione nõ cenſeretur in additione facta repetita, & ita propriè loquitur ille tex. cum gloſ. & aliud eſt extenſio de uno caſu ad aliũ, & aliud additio noui caſus, & nouæ deciſionis. Præterea cum ſtatutũ in terminis noſtris in fine dicat idẽ eſſe ſeruandum, quod ſupra dictum fuit, ſequitur, quòd debet intelligi idem eſſe per omnia ſeruandum, & maximè quoad annullationem actus, de qua ſtatutum ſupra loqui-
29 tur, nam † ubi lex ſtatuendo dicit idem eſſe ſeruandum, uel idem eſſe, debet intelligi, ut uelit, eandem eſſe iuris diſpoſitionem etiam quoad pœnã, ut not. declarat Abb. in d. c. de multa in fin. prin. & argumẽto l. cum hi §. ſi uni in uerſi. idem cum glo. ff. de tranſactio. §. ſinautem Inſtitu. de ſatiſd. tut. c. extirpandæ de præben. & l. de diuiſione ff. ſolu. matr. nec aliter ſtatutum in caſu noſtro iudicio meo poteſt intelligi: & ita uerum eſſe arbitor, quicquid uoluerit gloſ. in d. clem. 2. quæ ſecundum Abb. in d. c. de multa non bene loquitur. Adde, quòd & ſi illa glo. eſſet uera, tamen non fa-
30 cit ad caſum noſtrum, quoniam † annullatio actus propriè pœna eſſe non dicitur, ut uolunt ſcriben. maximè Moder. in c. 2. de conſtitut. ubi Abb. poſt Bal. inquit, quòd quando actus anullatur non in odium alicuius, ſed in defectum ſolemnitatis, prout fit in caſu noſtro, tunc annullatio actus non eſt pœna. ¶ Non obſtat ultimum fundamentum,
31 quia reſpondeo, † quòd ex denunciatione, ſeu notificatione tacita quis poteſt dici inuitatus, & inuitatus adeò, quòd in mora dicatur conſtitui, quãdo aliqua uerba eſſent ſpecialiter, & expreſsè ad eum directa, qui requiri, & cui denunciatio fieri debebat, ut quando creditor debitori ſuo dixiſſet, ego indigeo pecunia, quam tu mihi debes, nam per hæc uerba ſpecialiter, & expreſsè ad debitorem directa ipſe dicitur ad ſoluendum incitatus, & inuitatus, & ex hoc in mora conſtituitur perinde, ac ſi eſſet interpellatus, ut ſolueret, & ita propriè loquitur Bart. in d. l. ſi quis mihi bona §. pater ſcio, in d. §. morte, & in l. hoc modo ff. de lega. 1. ſecus ergo, quãdo uerba eſſent imperſonaliſſima, & generaliſſima, nec ad requirendum dire-
32 cta, prout contingit in caſu noſtro. Prætera † in his caſibus, in quibus requiſitio, & denunciatio, & ſic proteſtatio incitatoria eſſet pro forma, & ſubſtantia neceſſaria, non ſufficeret tacita denunciatio, & quòd ex uerbis quis tacitè incitari diceretur, quoniam forma ſtatuti eſt ad unguem, & ſpecificè obſeruanda, non autem tacitè, nec per æquipollens iuribus uulgaribus, & ex præmiſſis colligitur. Et ita iuris eſſe concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quòd quis rem ſuam certæ perſonæ uendere teneatur, eſt exorbitans, & reſtringendũ, ac intelligendum in proprijs terminis, in quibus loquitur.*

2 *Statutum præſupponens certam qualitatem locum non habet, niſi qualitas illa adſit, vel adeſſe probetur.*

3 *Statutum loquens de domibus diuiſis, quæ à principio fuerunt ſub vno contextu, & tecto, quomodo, vt locum habeat, domus ſub vno contextu, & tecto eſſe debent.*

4 *Conſentiens venditioni, & alienationi voluntariæ rei, ad quam emendam ipſe erat ex diſpoſitione ſtatuti requirendus, iuri ſibi ex dicto*

cto ſtatuto competenti renunciaſſe, ſibique in eo præiudicaſſe dicitur.

5 *Legatarius, vel fideicommiſſarius conſentiens alienationi rei fideicommiſſo, vel legato ſubiectæ ex cauſa voluntaria factæ ſibi præiudicat, vt ampliusrem illam petere nequeat, etiam ſi ad hæredem reuerſa eſſet.*

6 *Promittens inſolidum de euictione, & ad generalem, & legitimam defenſionem rei venditæ in latiſsima forma ſe ad omnes promiſsiones in inſtrumento venditionis factas obligaſſe cenſetur.*

7 *Clauſula ad habendum &c. operatur renunciationem cuiuſcunque iuris, & ſpe competentis: & tanto magis, ſi iuramentum quoque fuerit appoſitum.*

8 *Alienata re ſemel de conſenſu illius, qui ex forma ſtatuti erat requirendus, contra & præter formam illius ſtatuti, ſemper durat abſque illius requiſitione alienabilis; Maximè, ſi ſtatutum in perſonam, & nō in rem loqueretur num. ſeq.*

9 *Prohibitio de alienando, ſiue non alienando niſi certo modo ſi eſt perſonalis, & ſemel legitimè cum conſenſu illius, in cuius fauorem prohibitio facta fuit, res fuit alienata, licitè in futurum poterit, non obſtante tali prohibitione, ſimpliciter alienari.*

10 *Statuto diſponente, quod ſi quis ex habentibus domos diuiſas, quæ à principio fuerint ſub vno contextu, & tecto, velit domum ſuam vendere, teneatur vendere illi, qui haberet aliam partem, quæ fuit pars, & de parte dictæ domus, ſi domus, quæ nunc venditur, fuit aucta, maximè de conſenſu alterius, is tenetur totam domum ſic auctam emere, non autem partem illam tantum, quæ fuit pars domus ſuæ.*

11 *Denunciatio meitatoria, quæ fit ad fauorem denunciati, ſimplex, & abſque ſcriptura ſufficit, ſecus in ea, quæ ad fauorem, & commodum denunciantis fieret.*

12 *Vendere alij qui ex pacto, uel ſtatuto cogitur, quo pretio vendere debeat;*

13 *Et quid in diſpoſitione ſtatuti Bononienſis ſub rubrica de rebus communibus inter coniunctos niſi certo modo non alienandis, dum in fine loquitur de habentibus domus diuiſas, quæ fuerint à principio ſub vno contextu, & tecto, quo pretio vendere debeat.*

14 *Pretium rei ſuæ quilibet arbitrio ſuo, & non alterius ſtatuere debet.*

EPITOME.

STATVTVM *Bononienſe ſub rubrica de rebus communibus inter coniunctos niſi certo modo non alienandis diſponens, quòd ſi quis ex habentibus domos diuiſas, quæ à principio fuerint ſub uno contextu, & tecto, uelit domum ſuam uendere, teneatur eam uendere illi, qui haberet aliam partem, quæ fuit pars, & de parte dictæ domus, non habet locum in domibus, quæ non ſunt pro maiori parte ſub uno contextu, & tecto, nec quando habens aliam partem ſemel expreſſè uenditioni dictæ domus conſenſit, & cum iuramento promiſit de euictione, & ſe obligauit ad generalem, & legitimam defenſionem, & in inſtrumento uenditionis clauſula illa prægnans ad habendum &c. fuit appoſita, nec quando domo illa de ſuo conſenſu aucta, is non totam, & ſic auctam, ſed ſolum partem eam, quæ fuit pars domus ſuæ, emere uellet.*

CONSILIVM CLXXII.

VISO puncto mihi exhibito, omiſſis ſuperfluis, uidetur de iure concludendum eſſe, quòd illi de Grifonibus partem illam domus, de qua in proceſſu, ipſi Antenori uendere non teneātur uigore ſtatuti poſiti ſub rub. de rebus communibus inter coniunctos niſi certo modo nō alienan. circa fin. ibi dum dicitur, idem dicimus in quibuſcunque etiam, qui haberent aliquas domos diuiſas, quæ à principio fuerint ſub uno contextu, & tecto, ſi uellent domum ſuam uendere, teneantur ipſam dare, & uendere illi perſonæ, quæ haberet aliam partē, quæ fuit pars, & de parte dictæ domus: Et ad ita concludendum moueor ex pluri-
1 bus, nam in primis conſiderandum eſt, quòd † ſtatutum prædictum dicitur eſſe exorbitans, & reſtringendum argumento l. dudum C. de contrahen. emp. & traditur per Roma. in ſuo conſi. 107. & in conſi. 484. & optimè facit tex. in l. non uſque ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſ. ibi quia iniquū eſt ingenuis hominibus nō eſſe liberam rerum ſuarum alienationem, & l. in re mandata C. manda. & ideò debet intelligi in proprijs terminis, in quibus ſtatutum loquitur, &
2 concurrentibus qualitatibus in illo expreſſis, quoniam † ſtatutum, quod præſupponit certam qualitatem, locum non habet, niſi qualitas illa ad ſit, ſeu adeſſe probetur, ut in clem. ſi de beneficiō de præben. clemen. literas de reſcrip. Ioann. de Anan. in c. tua de vſuris, c. ſignificauit, & ibi Abb. in ultimo notab. de appella. & habetur per Bart. in l. 1. §. ait per illum tex. ff. ne quid in flum. pub. l. penul. §. docere ff. ne quis eum, qui in ius uoca. ui exi. Ioann. Andr. in c. 1. de homicid. in 6. Bald. in l. ſi quis non dicam in 3. colum. C. de epiſcopis, & cleri. Barto. in l. non ſolum §. ſed ut reprobari ff. de noui operis nunciatio. & in conſil. 117. incip. accuſatio, Paulus de Caſtro in l. cogi ff. de petitione hæredita. Alexander in conſilio 224. in 1. colum. uolumine 2. ſed ſtatutum, de quo agitur, circa finem diſponit, conſortem, ſeu habentem domum teneri ad uendendum alteri habenti partem aliam, quæ fuit pars, & de parte dictæ domus, cum hac qualitate, ſi a principio dictæ domus diuiſæ fuerint ſub vno contextu, & tecto, ergo ad hoc, ut illi de Grifonibus teneantur dictam partem domus Antenori uendere, prout in ſtatuto dicitur, requiritur, quòd à principio dictæ domus fuerint ſub uno contextu, & tecto, & hoc fuerit probatum per Antenorem, qui uult beneficio ſtatuti uti, alioquin non erit audiendus, ut in locis præallegatis: Hoc autem per Antenorem probatum non fuit, immo ſi nunc de aliquo contextu appareat, non fuit à principio, neque fuit probatum, prout probari debuit, ergo Antenor ſuccumbere debet.
2 ¶ Præterea † cum ſtatutum loquatur de domibus diuiſis, quæ à principio fuerint ſub uno contextu, & tecto, debet intelligi de illis, quæ ſub uno contextu, & tecto ſimpliciter eſſe dicuntur, & non de illis, quæ pro maiori parte non ſunt ſub uno contextu, & tecto, ſed pro parte minori ſunt ſub eodem contextu, pro parte uerò maiori non, tum quia ſtatutū loquens ſimpliciter debet ſimpliciter, & non ſecundū quid intelligi argumento l. hoc legatum in prin. ff. de lega. 3. tum quia ſtatutum exorbitans, & reſtringendū, quale eſt illud, loquens ſimpliciter, & in caſu ſimplici non debet ad caſum mixtum extendi, ut concludunt Bar. & docto. omnes communiter in l. 2. in prin. ff. de uerbo. obliga. ergo hoc ſtatutum loquēs de domibus diuiſis, quæ à principio fuerint ſub vno contextu, & tecto, debet intelligi de illis, quæ ſimpliciter, & omni reſpectu fuerint ſub uno contextu, & tecto, & non de ijs, quæ pro parte fuerint ſub uno contextu, & tecto, & pro alia parte præſertim maiori non fuerint ſub uno contextu, & tecto, nam ita debent iudicari, ut de ijs, quæ non ſunt ſub uno contextu argumento l. cum quæritur ff. de ſtatu hom. & argumento eius, quod dicitur de eo, quod cauſa uxoris, & mariti paratum eſt, nam ſi magis cauſa uxoris, quam cōmunis, promiſcuique uſus paratum foret, id cauſa uxoris paratum eſſe diceretur, & de eo, ut de parato cauſa uxoris tantum iudicaretur, ut eſt text. in d. l. hoc legatum ff. de lega. 3. intelligo autem has domos, de quibus nunc agitur, non fuiſſe à principio ſub uno contextu, & tecto neque hoc probatum per Antenorem fuit, ut probari debuit, immò nūc pro maiori parte non eſſe ſub uno contextu, & tecto apparent, ergo etc. ¶ Tertio quòd iſti de Grifonibus, qui partem hanc domus ab illis de Saraceno emerunt, nō teneantur uigore dicti ſtatuti illam Antenori uendere, ſatis apertè iudi-
4 cio meo demonſtratur ex eo, † quod Antenor tempore, quo prius hæc domus fuit uendita illis de Saraceno auctoribus horum de Grifonbus, inſolidum promiſit, & ſe obligauit

uit ad generalem defenſionem dictæ partis domus, & ipſe
uenditioni illius expreſsè conſenſit: Ex quo infertur, quòd
is dicitur renunciaſſe omni iuri, quod uigore dicti ſtatuti ha
bebat, in emendo dictam partem domus in caſu, quo illa uē
deretur, nam ex quo ea non erat Antenoris, ſed eam emen
di ius ſibi competebat in caſu, quo uenderetur, & ipſe con-
ſenſit expreſsè, vt alteri extraneo venderetur, promittēdo
de euictione, & ad legitimam, & generalem defenſionē, ſe-
quitur, quòd ex hoc ſibi quoad illud ius emendi præiudicaſ
ſe dicitur, ut eſt tex. not. in l. ſi fundum per fideicommiſſum
5 ff. de lega. 1. † ubi ſi fideicommiſſarius conſentiat hæredi
alienanti fundum fideicommiſſo ſubiectum, ex hoc ſibi dici
tur præiudicaſſe, ut amplius fundum illum petere nequeat,
etiam ſi ad ipſum hæredem reuerſus fuiſſet, & facit text. in
l. nihil §. 1. ff. de lega. 1. ibique Paul. de Caſt. qui dixit docto
res, & ibi, & in d. l. ſi fundum per fideicōmiſſum, ut per Pet.
Paul. Ioan. de Imol. & alios communiter tenere, quòd ſi le-
gatarius uel fideicommiſſarius alienationi de re ſubiecta le-
gato, uel fideicommiſſo ex cauſa uoluntaria, non autem ne
ceſſaria factæ conſentiat, ſibi totaliter reſpectu rei, & pretij
præiudicat, & ſic per talem conſenſum ab omni iure, quod
ſibi competebat, totaliter excluditur: Sed Antenor cōſenſit
alienationi dictæ domus ex cauſa uoluntaria factæ, ergo ſibi
in totum præiudicauit. ¶ Quarto conſiderandum eſt, quòd
6 † ex quo Antenor inſolidum de euictione, & ad generalem,
& legitimam defenſionem in latiſſima forma promiſit, uide
tur ſe ad omnes promiſſiones in dicto uenditionis inſtrumē
to factas obligaſſe, ut uoluit Bal. in addit. ad Specul. in tit. de
emp. & uendit. vnde cum in dicto uenditionis inſtrumēto,
in quo Antenor ſe obligauit, & promiſit inſolidum de eui-
ctione, & ad generalem, & legitimam defenſionem, dicta
7 pars domus fuerit illis de Saraceno uendita † cum clauſu
la illa ad habendum, tenendum, poſſidendum, alienandum,
& quicquid eiſdē de Saraceno, eorumque hæredibus uide-
bitur, & placuerit, de ea perpetuo faciendum, ita quòd com
modum &c. & ſic Antenor expreſsè conſenſerit, & cum illa
clauſula promiſerit, ſequitur, quòd ex hoc dicitur ſibi præ-
iudicaſſe, ac renunciaſſe omni, & cuicunque iuri, quod in il
la parte domus re, & ſpe habebat, ut colligitur ex ijs, quæ
not. uoluit Bar. quem docto. communiter ſequuntur, ut ibi
per Alex. Ange. Imol. & alios in l. qui romæ §. duo fratres in
8. q. ff. de uerbo. obliga. dum ponūt, quòd fratres, inter quos
erat fideicommiſſum reciprocum, diuidendo inter ſe bona
fideicommiſſo ſubiecta cum illa clauſula ad habendum, te-
nendum, alienandum, & quicquid eiſdem uidebitur, & pla-
cuerit, faciendum, dicuntur iuri fideicommiſſi renunciare,
quod ſibi in dictis bonis competere poſſet. Et maximè cum
Antenor promiſerit, & conſenſerit cum iuramēto, quod fa
cit rem, & actum omni meliori modo ualere l. cum pater §.
filius matrem ff. de lega. 2. & Alex. poſt Ange. & alios ibi uo
luit, quòd etiam per clauſulam nihil contra diuiſionem fa-
cturos, uel per aliam ſimilem, per quam regulariter ius fidei
commiſſi remiſſum non dicitur, ſi appoſitum fuit iuramen-
tum, operatur, ut per illas fideicommiſſo renunciatum dica
tur: Ita etiam in terminis noſtris eſt dicendum, alioquin An
tenor promiſſioni ſuæ, & iuramento contrauenire dicere-
tur, quia uerum non eſſet, quòd illi de Saraceno poſſent de
dicta parte domus facere, quicquid ipſis placuerit, & illam
alienare, & de ea diſponere, ut importat dicta clauſula ad
8 habēdum, tenēdum &c. ¶ Quinto facit, † nam ex quo de ex
preſſo conſenſu Antenoris dicta pars domus cœpit ſemel
alienari, & fuit alienata præter, & contra formam dicti ſtatu
ti, & abſque eo, quod requireretur ille, qui ex forma illius
ſtatuti erat requirēdus, quia is cōſenſit, quòd ſic alienaretur
ut dictum eſt, de cætero talis res ſemper durat alienabilis
abſq; eo, quòd Antenor, uel eius hæres ſit requirendus, quo
niā conſentiendo, ut ſupra, ſibi quoad ius iſtud perpetuo
præiudicaſſe cenſetur argumento l. pater filiū §. quindecim
ff. de lega. 3. & d. l. ſi fundum per fideicōmiſſum: Et prædicta
9 confirmantur, nam † ubicunq; prohibitio de alienando,
ſiue de non alienando, niſi certo modo, eſt perſonalis, & nō
in rem, ſi contingat rem ſemel legitimè alienari, puta cum
conſenſu illius, in cuius fauorem prohibitio erat facta, licitè
de cætero poteſt ſimpliciter alienari, non obſtante prohibi-
tione, Bar. in l. peto §. fratre in verſic. venio ad tertiam ff. de
lega. 2. per tex. in d. §. quindecim. Sed in caſu noſtro ſtatutū
tàm reſpectu alienantis, quàm reſpectu illius, in cuius fauo
rem res alienari prohibebatur, loquitur in perſonam, & nō
in rem, ut ibi quicunque habens rem cōem, & ibi teneatur
requirere, & in pluribus aliis locis dicti ſtatuti, & alienatio
ſemel facta fuit legitimè, videlicet cum cōſenſu illius, in cu
ius fauorem prohibitio alienationis facta dicebatur, ergo ta
lis res, non obſtante tali ſtatuto, nec eius prohibitione, licitè
10 de cætero poterit alienari. ¶ Sexto † animaduertendum eſt,
quòd Antenor offert ſe velle emere nō totam domum, quæ
erat illorum de Saraceno, & quæ nunc eſt illorum de Gri-
ſonibus, ſed ſolùm eius partem, videlicet partem illam, quæ
fuit pars domus ipſius Antenoris: Quod uidetur contra mē
tem, & contra uerba ſtatuti, in quo dicitur, quòd ſi uellent
domum ſuam uendere, teneantur ipſam dare, & uendere
illi perſonæ &c. Nam dicendo domum ſuam debet intel-
ligi de tota domo, & non de parte, & ſic de domo, quæ
erat uenditoris tempore, quo uendere uolebat, quoniam
qualitas iuncta uerbo debet intelligi ſecundum tēpus uer-
bi l. titius ff. de milit. teſta. & argumento l. ſi domus in prin.
ff. de lega. 1. Præterea inconueniēs eſſet, quòd Antenor uel
let ſolum emere partem domus, & aliam partem non, quo-
niam ex hoc fieret præiudicium ipſis de Griſonibus, quibus
tantam non affert utilitatē habere partem, quantam affert
habere totam domū, ac etiam quia ipſi inuiti in cōionē in-
ciderent, quod nō eſt conueniēs, ut not. in ſimili in l. fundus
ff. de contrah. emp. & per hæc Bar. ſimilē quæſtionē decidit
in l. ſi aliā, & ibi Pau. de Caſ. ff. de ſol. & in l. qui uſusfructus
ff. de uſufr. leg. ubi obligatus rem duobus uendere, nō cogi
tur alteri partē uendere, ſed aut totum emant, aut totum di
mittant: Ita in terminis noſtris eſt dicēdum, quòd Antenor
aut totā domum emat, prout mens ſtatuti eſſe uidetur, aut
totā dimittat: & maximè cum illi de Saraceno, quibus pars
dictæ domus fuit uendita de conſenſu ipſius Antenoris, illā
partem domus auxerint, & ſic fecerint domum unā quodā
modo de uoluntate, & permiſſione dicti Antenoris, qui em
ptioni factæ de illa parte domus conſenſit: & cū illā de eius
conſenſu habuerint, ut de ea poſſent facere, quicquid eis
placuerit, ita quòd cōmodum, & incōmodum liberè, & ple
no iure ad eos ſpectaret, ipſi potuerunt in illa parte ædifica
re, illamq; augere, addēdo partem aliquam alterius domus,
argumento l. quod in rerum §. ſi quis poſt cum glo. ff. de le-
ga. 1. cum ſimil. ibi allegatis, et l. ſi quis duas §. ſi quis partem
ff. communia prædio. vnde ſi ipſi de Saraceno, et conſequē
ter de Griſonibus cauſam ab eis habentes uolentes dictam
domum auctam uendere tenerentur illam diuidere, et par-
tem ſolū Antenori uendere, et partem alteri, profectò ex
hoc dicerentur multum damnificati, et defraudati median-
te uoluntate, et facto ipſius Antenoris, qui conſenſit, ut di-
ctam partem domus emerēt, ergo &c. ¶ Septimo Antenor
dicitur fuiſſe in mora, ex quo illi fuit denunciatū, an uellet
emere, & requiſitus non obtulit ſe uelle emere: & quamuis
hæc requiſitio ei facta nō fuerit in ſcriptis, ſed extraiudicia
liter illū corā teſtibus uerbotenus interpellādo, tamen fuit
11 in terminis noſtris ſtatuto ſatisfactū, quoniā † cū ſimus in de
nunciatione, ſeu proteſtatione incitatoria, per quā quis ad
emēdū inuitatur, nō ad cōmodū denūciātis, & īterpellātis,

vt is ab aliqua obligatione, ſeu pœna excuſetur, quo caſu denũciatio in ſcriptis requireretur, ſed ad cõmodum ipſius denunciati, vt ad emendum inuitetur, alioquin poſt certum tempus in mora conſtituatur, ſufficit ſimplex, & vnica denunciatio etiam nõ in ſcriptis facta, vt colligitur ex iis, quæ volunt Barto. & alij doct. communiter, & maximè do. meus Sozi. in l. qui romæ §. cohæredes ff. de verbo. obligat. & per Barto. in l. de pupillo. §. ſed ſi prætori in fin. 1. col. ff. de noui oper. nuncia. iuncta l. hoc modo, & l. eodem modo ff. de legat. 1. & ibi Bar. & latè per eum in l. ſi quis mihi bona §. pater ſeiæ ff. de acquiren. hær. iunctis not. per eundem in l. non ſolum §. morte in materia proteſtationis incitatoriæ ff. de noui oper. nunc. Non obſtat, quòd proteſtationes fieri debeant in ſcriptis, vt habetur in ſtatuto de proteſtationibus circa finem, quia illud debet intelligi de aliis proteſtationibus, & denunciationibus, vt de prohibitoriis, ſeu certificatoriis, vel etiam de inuitatoriis, quæ fierent ad fauorem denũciantis, vt is ab obligatione, ſeu pœna liberaretur, ſecus in iis, quæ fierent ad fauorem denunciantis, vt is ab obligatione, ſeu pœna liberaretur, ſecus in iis, quæ fierẽt ad fauorem denunciati per prædicta: & multiplex eſt denunciatio, ſeu proteſtatio, vt colligitur ex traditis per Bar. in d. §. morte, & per Anto. & Abb. in c. cum M. ferrarienſis de conſtitutio.

¶ Vltimo poſito, ſed non conceſſo, dictos de Grifonibus teneri vendere Antenori dictam domum, ſeu partem domus, dico eos debere vendere illo pretio, quod ab alio offertur, adeò quòd potius ſit attendendum pretium voluntarium, & particulare, quod ab vno verè, & abſque fraude offertur,
12 quàm pretium commune, nam † vbi quis vel ex pacto, vel ex diſpoſitione ſtatuti cogitur vicino, ſeu conſorti vendere, tenetur non communi pretio vendere, ſed eo, quod ab alio offertur, & hoc, quando ſtatutum non ſimpliciter compelleret conſortem, ſeu vicinum ad vendendum conſorti, ſeu vicino, ſed diceret, quòd conſors, ſeu vicinus præferatur omnibus aliis emere volentibus, vt volunt Io. And. in addit. ad Specul. in tit. de emp. & vend. §. nunc videndum reſtat ſuper ver. ſed pone ſtatutum, & Paul. de Ca. & Ang. in d. l. qui romæ §. cohæredes, quos refert, ac ſequitur Alex. ibi: ſed ſtatutum, de quo agitur, non dicit præciſè, nec ſimpliciter, quòd conſors, ſeu vicinus teneatur conſorti, ſeu vicino vendere, ſed permittit aliis etiam vendere, dummodo vicinus, ſeu conſors prius requiratur, & cæteris præferatur, vt in dicto ſtatuto, ergo in terminis noſtris tenetur emere illo pretio, quod venditor ab alio poteſt reperire, & habere, & non pretio communi. Nec obſtat, quòd ſtatutum velit, pretium ſtatui debere arbitrio trium amicorum, ſeu vicinorum, vt in §. & ſi requiſitus, iuncto fine illius ſtatuti, dum dicitur, idem dicimus ſeruari, & conſequenter etiam reſpectu pretij taxandi, & ſtatuendi: quia reſponderi poteſt, quòd
13 † idem, quod ſupra dictum eſt, cenſetur repetitum in fine, dum loquitur ſtatutum de habentibus domos diuiſas, quæ ab initio fuerunt ſub vno contextu, & tecto, quoad modum denunciandi, & quoad hoc, vt quis vendere teneatur, non autem quoad modum ſtatuendi pretium, nam cum in fine de pretio ſtatuendo nulla ſit facta mentio, vt per illud ſtatutum minus iuri communi, & volentibus domos ſuas vendere præiudicetur, vtq; ſtatutum illud diſpoſitioni iuris communis magis conueniat, prout ſemper huiuſmodi interpretatio fieri debet arg. not. per Alex. & alios in l. fin. §. in computatione C. de iure delib. l. ſerui veſtri C. de noxal. & arg. d. l. non vſq; ff. ſi quis à paren. fuer. manum. & c. ſuggeſtum de deci. & c. dudum de priuil. debet intelligi, vt venditor teneatur vendere illo pretio, quod ab alio reperitur, prout eſt de iure communi, & ſupra dixi: & cum huiuſmodi ſtatutum ſit odioſum, exorbitans, & reſtringibile, vt iam dixi, ita debet intelligi ſecundum ius commune, non autem extendi, vt quis cogatur vendere pro pretio, quod communiter à tribus vicinis, vel amicis erit ſtatutum, quia ſic detraheretur iuri ipſius domini, qui in re ſua moderator, & arbiter eſſe debet l. in re mandata C. mandati; & † quis pretium rei ſuæ ſtatuere debet, ſecundum quod ipſi videtur, & non arbitrio alterius argumento §. per traditionem Inſtitu. de rerum diuiſio. & l. ſi voluntate C. de reſcinden. vendit. & ſic id, quod dicitur in dicto ſtatuto in §. & ſi requiſitus, procedat in coniunctis habentibus prædia ruſtica communia, & indiuiſa, ſed id, quod dicitur in fine, ſecundum quod ſupra declaraui, procedat etiam in extraneis habentibus prædia vrbana, hoc eſt domos etiam diuiſas, & pro diuiſo, nam primo caſu venditio erit facienda pro pretio arbitrio trium amicorum, vel vicinorum ſtatuendo, ſecundo verò caſu pro pretio, quod ab alio haberi poteſt, & ſic prout eſt de iure communi: Ratio autem diuerſitatis inter primum, & ſecundum caſum ex prædictis apparet: Et ita iuris eſſe cenſui.

SVMMARIVM.

1 Onus, & grauamen maximum eſt non poſſe bona ſua liberè uendere, & alienare, nec abſque licentia alicuius poſſe emere:
Et quod onus eſſe dicatur num. 6.
Et an onus ſit num. 13. uſque ad num. 17.
2 Laudum dicitur quædam tranſactio, & contractui æquiparatur:
Et quando, & an propriè contractus ſit num. 20.
3 Contractus, & ordinationes dominorum, & ſuperiorum ſuper bonis, rebus, iuribus, & perſonis ſuorum ſubditorum uim legis, & ſtatuti inter ipſos ſubditos habent.
4 Statutis per alia ſtatuta contraria, necnon per contractus, & lauda ſuperiorum derogatur:
Et de laudis, & contractib. quõ procedat, & an ſit uerũ nu. 19. & 24.
5 Diſpoſitio conuenit ei, cui uerba diſpoſitionis conueniunt:
Et è contra non conuenit, cui uerba non conueniunt num. 14.
6 Munera, & onera propriè quæ eſſe dicantur.
7 Onera perſonalia quæ ſint, & illorum diſtinctio.
8 Onus, ſeu munus patrimoniale quod ſit, & quotuplex.
9 Præſtatio per capita, collecta, & tributa quibus, & quõ imponantur.
10 Munus, & onus patrimoniale, quod rebus ipſis nulla habita contemplatione perſonæ imponitur, eſt triplex.
11 Onus, & munus mixtum quod ſit, & quotuplex.
12 Onus, & munus ordinarium, & extraordinarium quod ſit remiſſiuè.
13 Prohibitio de non alienando in forenſem abſque licentia non onus, ſed potius interdictio, aut iniquitas, & iniuria dicitur:
Et quòd nec iniquitas, nec iniuria, nec onus dicatur num. 15. & 16.
15 Alienare non poſſe liberè bona ſua quando nec iniquitas, nec onus eſſe dicatur.
16 Statutum prohibens alienationem bonorum in certum genus perſonarum non dicitur iniquitatem, & onus continere.
17 Conditio nuptiarum prohibitiua quando ſit iniqua, & oneroſa, & quando ſecus.
18 Onerum, & munerum multæ ſunt ſpecies.
19 Laudum ab alio inter ſuperiores latum uim legis, ſeu ſtatuti non habet,
Et quid requiratur, ut ſuũ, & laudum uim legis, & ſtatuti habeant.
20 Laudum etiam poſt emologationem contractus propriè eſſe non dicitur:
21 Nec etiã largè, et ĩpropriè, ſed potius dicitur iudiciũ, et ad inſtar iudicij,
22 Et quando tranſactio quædam, & ſic contractus eſſe dicatur.
23 Laudum etiam ab arbitratore latum, propriè, & ſtrictè loquendo, nec tranſactio, nec contractus dici poteſt.
24 Contractus principis propriè ſumptus uim legis habet, non autem contractus largè, & impropriè.
25 Exemptio data ab oneribus ad effectum, ut quis poſſit bona ſua pacificè poſſidere, illiſque uti, & gaudere abſque moleſtia, non extenditur ad prohibitionem ſtatuti de non alienando bona ſine licentia.
26 Verba ultimo loco poſita, quæ ab eodem ferè uerbo reguntur, & ſunt ſimul connexa, omnia præcedentia uniformiter reſpiciunt.
27 Immunitas, & exemptio pro quibuſcunque bonis præſentibus, & futuris conceſſa cõprehendit etiã bona poſt conceſſionẽ immunitatis acquiſita.
28 Statutum nunquam publicatum, nec moribus utentium receptum non eſt ad alicuius præiudicium ſeruandum.
29 Statutum per contrarium uſum, ſciente, & tollerante domino, dicitur abolitum.
30 Filius alibi oriundus, et domicilium habens, attenta origine patris non dicitur forenſis, ſed originarius loci patris, et num. 43. ubi hæc declaratur.
31 Et ſtatutis illius loci eſt ſubiectus, ibique conueniri poteſt.
32 Forum ſortiri, & ſtatutis ligari conuertuntur.

Munera-

ri, nec illorum dominium de nouo acquiri, ſed continuari dicuntur, & ſola bonorum adminiſtratio transfertur: & an, & quomodo hoc uerum ſit nu.64.

38 Translatio bonorum propriè, & ſimpliciter non dicitur ea, quæ aliquo reſpectu poteſt dici continuatio, ſed uel ſecundum quid, uel mixta tranſlatio, & nu.64. ubi hoc declaratur.

39 Et ſub ſtatuto odioſo, ac exorbitanti de bonorum translatione mentionem ſimpliciter faciente non comprehenditur, & nunt. 64. ubi hoc declaratur.

40 Statutum prohibens alienationem in forenſem non comprehendit originarium loci dicti ſtatuti, licet alibi domicilium habeat:

Et an ſit uerum, & quomodo nu. 43.

41 Mulier extra locum originis nupta quoad quid originem mutet, & quoad quid retineat.

42 Originarius loci propria, uel paterna origine quis eſſe non deſinit per domicilium alibi habitum, ut munera loci originis, ad quæ originarij tenentur, non ſubeat.

43 Forenſis uerè, & propriè, ac etiam largè quis dicatur.

44 Filius quomodo, & quoad quid originem patris ſequatur, etiam ſi alibi uel natus fuerit, uel domicilium habuerit.

45 Origo patris in filio non attenditur, quando filius alibi natus ibi quoque domicilium haberet, & nu. 52.

46 Statutis alicuius loci ſubiectus non eſt, neque ligatur, qui non eſt de illius territorio.

47 De territorio alicuius loci eſt ille, qui ibi poteſt conueniri, ſecus in eo, qui non poteſt conueniri, niſi ibi inueniatur.

48 Onera patrimonialia etiam forenſi propter bona ſubiecta, & in loco poſita imponuntur.

49 Qualitas adiecta uerbo intelligitur ſecundum tempus uerbi.

50 Statutum loquens de perſonis non ſubiectis oneribus, ſeu nō ſubeuntibus onera de quibus oneribus intelligatur, & de quibus, ſi loqueretur de bonis, & rebus ſubiectis oneribus, & nu.65.

51 Oneribus perſonalibus, & mixtis perſonæ tantum dicuntur ſubiectæ, realibus uerò res, & bona.

52 Origo propria quando paternæ præferatur.

53 Statutum prohibitiuum alienationis in forenſes, & prohibens etiam filiam ſuccedere ex teſtamento, uel ab inteſtato quando ualeat, & quando non.

54 Statutum præſumitur publicatum, & receptum ex eo, quod reperitur in libro, ac uolumine ſtatutorum deſcriptum, ac regiſtratum.

55 Statuti publicatio ſaltem præſumpta cum curſu duorum menſium ſufficit ad hoc, ut liget, & ſeruari debeat, abſque eo, quod ſit moribus utentiū receptum.

56 Statutum, & lex etiam inuitos ligat.

57 Lex publicata, & ſemel recepta non per deſuetudinem, & non uſum, ſed per contrarium uſum tollitur.

58 Solemnitas etiam extrinſeca, & omnia alia ſolemniter acta etiam ex diuturnitate temporis præſumuntur.

59 Eccleſia in dubio de conſenſu, & licentia epiſcopi ædificata, & conſecrata præſumitur.

60 Inſinuatio donationis ex longa, & pacifica poſſeſſione donationis non præſumitur.

61 Contrarius uſus, per quem ſtatutum tollatur, qualis eſſe debeat.

62 Tollerantia ſuperioris in contrauentione aliquorum tantum, & non omnium in ijs, quæ ſunt per ſua ſtatuta prohibita, diſpenſationem, ac ratificationem ſuper illis inducit, & continet.

63 Patris, & filij poſſeſſio eſt promiſcua, et uno poſſidente alter quoque poſſidere intelligitur.

64 Statutum de translatione bonorum loquens comprehendit etiam translationem bonorum paternorum in filios ex ſucceſſione factam.

66 Immunitas conceſſa ciuibus, & comitatinis alicuius loci ſuper extractione fructuum perceptorum ex ſuis bonis non dicitur etiam colonis partiarijs illorum bonorum conceſſa.

Immunitates, & exemptiones ſunt ſtricti iuris, & odioſæ, nec de perſonis ad perſonas extenduntur.

67 Immunitas in dubio cenſetur perſonalis.

68 Coloni partiarij fundos, quos colunt, non poſſident, nec illorum ſunt domini.

inter uiuos etiam per dotis dationem, & donationem, uel in ultima uoluntate etiam per hæredis inſtitutionem, ac etiam ab inteſtato, non dicitur huic ſtatuto derogatum ita, ut forenſes liberè abſque licentia bona in dicto loco poſita uendere, alienare, transferre, aut emere, & acquirere poſſunt, propter laudum inter ipſum dominū, & aliquos forenſes ab aliquo latum, quo dicti forenſes fuerunt facti perpetuo liberi, exempti, & immunes ab omnibus, & ſingulis oneribus, & grauaminibus quomodocunque, & qualitercunque nuncupatis tàm realibus, quam perſonalibus, ſeu mixtis, ordinariis, ſiue extraordinariis, & aliis quibuſcunque tàm impoſitis, quàm imponendis pro quibuſcunque eorum bonis immobilibus, & rebus præſentibus, & futuris in dicto loco poſitis: Et à quibus oneribus immunitas, & exemptio per hoc laudum conceſſa eſſe dicatur.

Et ſtante ſtatuti prædicti diſpoſitione, ſi quis originarius loci dicti ſtatuti in alium locum migrauit, & domicilium tranſtulit, & in eo deceſſit ſuperſtitibus filiis ibidem natis, & oriundis, ac domicilium ſemper habentibus, et retinentibus, hi filii non poſſunt tanquam hæredes patris in bonis immobilibus in loco dicti ſtatuti exiſtentibus ſuccedere.

CONSILIVM. CLXXIII.

IN cauſa nobilium de Gonzaga plura uertuntur dubia diſcutienda, quæ reſultant à ſtatuto quodam prohibente uenditiones, alienationes, ſeu tranſlationes fieri de bonis immobilibus poſitis in locis ſibi ſubiectis in aliquem forenſem, uel non ſubeuntem onera &c. & à quodam laudo lato de anno 1440. primum dubium eſt, utrum per laudum dicatur derogatum ſtatuto prædicto ita, ut Regienſes habētes bona, & res ſuper territorio dictorum dominorum de Gonzaga poſſint uendere, alienare, ſeu aliter transferre dicta bona in forenſes abſque licentia, & uoluntate dictorum dominorum, & ſine eadem expreſſa licentia poſſint bona in dicto territorio emere, ſeu aliquo titulo acquirere, quod primo aſpectu uidetur eſſe dicendum, nam & ſi per ſtatutū loci hoc diceretur eſſe prohibitum, tamen per laudum latū inter dictos dominos, & dictos Regienſes aliter eſt dicendū, quia per laudum prædictum omnes ciues, & habitatores ciuitatis, & comitatus Regij facti fuerunt perpetuo liberi, exēpti, & immunes ab omnibus, & ſingulis oneribus, & grauaminibus quomodocunque, & qualitercunque nuncupatis tàm realibus, quàm perſonalibus, ſeu mixtis, ordinariis, ſiue extraordinariis, & aliis quibuſcunque tàm impoſitis, quàm imponendis quomodolibet pro quibuſcunq; eorum bonis immobilibus, & rebus præſentibus, ac futuris poſitis in loco
1 caſtrorum Nuuolariæ, & Bagnoli &c. Sed †non poſſe uendere, nec alienare bona ſua liberè, nec poſſe liberè abſque alicuius licentia emere onus, & grauamen maximū eſſe dicitur l. dudū C. de contrah. emp. & l. non uſq; ff. ſi quis à paren. ſuer. manum. ibi quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerū ſuarum alienationem, & nihil magis eſt inconueniens naturali æquitati, quam uoluntatem domini uolentis rem ſuam in alium transferri ratam non haberi, cum contrario huius nihil ſit magis æquitati naturali conueniens, ut in §. per traditionem Inſtitu. de rerum diuiſione, ergo Regienſes per laudum prædictum dicentur ab hoc onere effecti liberi, exempti, atque im-

munes, nam in hoc per laudum dicitur fuiſſe ſtatuto ſu-
per hoc aliter diſponenti derogatum: Quòd autum per lau
2 dum potuerit ſtatuto derogari, poteſt ita probari, nam † lau
dum dicitur eſſe quædam tranſactio, & contractui æquipa-
ratur Bartol. in authen. ſi uerò C. de iudic. Alexan. in l. ſcien
dum ff. de uerborum obligatio. Franciſ. de Albergottis in l.
2. ff. de in diem adiectio. & Bald. in rubric. C. de rerum per-
mutatio. in finalibus uerb. inquit, laudum eſſe contractum,
quando fertur ad decidendum, & remouendum lites, ſecus
ſi ad declarandum pretium, vel aliud iuxta l. fin. C. de con-
trahen. emptio. & hoc ibi Bal. uerum eſſe dicit, etiam ſi non
eſſet ſequuta emologatio; ergo magis, ſi ratificatio, & emo-
logatio ſequuta eſſet argumento not. per gloſam, & docto.
in l. 2. C. communia utriuſque iudi. & per moder. Papien. in
ſua practica in titu. de ſenten. diffin. & eſt caſus in l. cum an-
tea §. 1. C. de arbitr. quamuis Barto. in l. quod ſi epheſi ff. de
eo, quod cer. loco contrarium uoluerit, quando laudi emo-
logatio nondum ſequuta fuiſſet: At, ſequuta emologatio-
3 ne, prædicta abſque dubio vera eſſe videntur: Sed † con-
tractus, & ordinationes factæ per dominos, & ſuperiores ſu
per perſonis, iuribus, bonis, & rebus ſuorum ſubditorum ha-
bent uim legis, & ſtatuti inter ſubditos, ipſoſque ligant, l. cæ
ſar cum gloſ. & ibi Barto. Roma. & alij ff. de publica. & Bal.
4 in l. 1. ff. de conſtitutio. principum cum ſimilibus, ergo † ſi-
cut per ſtatuta ſuperiorum habentium poteſtatem conden
di ſtatuta in ſuis territoriis quoad effectum ligandi ſubditos
dicitur aliis ſtatutis præcedentibus contrarium diſponen-
tibus derogari iuxta §. ſed naturalia Inſtitu. de iure natura-
li, gentium, & ciuil. cum gloſ. & per Bartolum in l. omnes
populi in 14. quæſtio. princip. ff. de iuſtitia, & iure, ita & per
contractus, & conſequenter per lauda ab ipſis ſuperiori-
bus emologata, quæ uim contractus ſapiunt, dicetur ſtatu-
tis præcedentibus contrarium diſponentibus derogari, quo
niam ſtatutum tollitur per actum contrarium conditum ab
eo, qui poſſet ſtatutum tollere, vt voluit Innocen. in capit.
accedentibus de priuileg. Præterea hoc onus, ſeu graua-
men de non alienando bona immobilia, vel quæ inter im-
mobilia computantur, alicui forenſi abſque licentia, dici-
tur eſſe onus, ſeu grauamen impoſitum pro bonis, & rebus
poſitis in loco caſtrorum Nuuolariæ, & Bagnoli, ut colligi-
tur, & expreſsè conſtat ex uerbis dicti ſtatuti iunctis præ-
miſſis, ergo vigore laudi prædicti ciues, & comitatini, ac ha
bitatores ciuitatis, comitatus, & diſtrictus Regij debent ab
hoc onere dici immunes, atque exempti, quia ſic innuunt
5 verba laudi, & † cui uerba diſpoſitionis conueniunt, con-
uenit etiam diſpoſitio l. 4. §. toties ff. de damno infecto, & l.
in fraudem in fin. ff. de milit. teſtamen. cum ſimilibus.

¶ Prædictis tamen non obſtantibus, contrarium eſſe de iu-
re verius exiſtimo, quòd per laudum non dicatur deroga-
tum ſtatuto prohibenti alienationes fieri in non ſubditos
abſque licentia dictorum dominorum, quia per laudum
latum eſt data, & conceſſa exemptio, & immunitas Regien
ſibus quoad grauamina, ſeu onera, quæ comprehen-
6 duntur ſub illa diſtinctione, quòd † quædam ſunt per-
ſonalia, quædam ſunt patrimonialia, quædam mixta, quæ-
dam ordinaria, & quædam extraordinaria, vt expreſsè ex
verbis laudi colligitur, & ſic quoad onera, quæ propriè mu
nera dicuntur iuxta l. munus propriè, iuncta l. munus tri-
bus ff. de uerborum ſignificatio. Sed non poſſe alienare bo-
na in forenſes, & non ſubditos abſque licentia, prout in di-
cto ſtatuto, quamuis dici poſſit onus in genere, & largè lo-
quendo, ex quo grauat, & liberam de rebus ſuis diſponen-
di facultatem aufert, ut ſupra per d. l. dudum, & d. l. non vſ-
que cum aliis, iuncta l. quoniam in prioribus, & l. omnimo-
do C. de inofficio. teſtamen. cum ſimilibus, tamen hoc non
dicitur eſſe munus, ſeu onus, quod ſub dicta onerum diſtin-
ctione cadat, & comprehendatur, de quibus loquitur lau-
dum, & ſecundum quod diſtinguit tex. in l. 1. & in l. fin. ff. de
muneribus, & honoribus, & in l. vnica, ibique latè Bartol. &
Ange. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. & habetur per Sa
lice. & alios in l. fin. poſt gloſam C. ſine cenſu, & reliq. & per
Cynum in l. voluntariæ C. de excuſatio. tut. non enim hoc
7 onus, quòd quis non poſſit abſque licentia in forenſes alie-
nare, dicitur eſſe munus, ſeu onus perſonale, quia † one-
rum perſonalium, quæ dicuntur eſſe illa, quæ cum corpori
bus, & cum labore, ſolicitudine animi, ac vigilantia exiſtũt,
vt in d. l. 1. in §. 1. cum ſequen. ff. de muneribus, & honorib.
& clarius declarando dicuntur eſſe illa, quæ animi prouiſio
ne, & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis de-
trimento perpetrantur, vt in d. l. fin. §. 1. eodem titu. & dicit
Cyn. in d. l. voluntariæ, quòd munus perſonale ſolum in la-
bore corporis cõſiſtit, quædam habent honorem annexum
cum dignitate, & quædam ſine dignitate, & adminiſtratio-
ne, quædam verò habent vtilitatem annexam ſine honore,
vt declarat Bar. in d. l. vnica, & colligitur ex illo tex. & tra-
ditur per Cynum in d. l. voluntariæ, ac etiam per Salic. poſt
Bal. in d. l. fin. C. ſine cenſu, & reliq. Sed in hoc onere de
non alienando non cadit honor, nec dignitas, aut vtilitas
cum labore, & ſolicitudine animi, & corporis, ergo non po-
teſt dici onus perſonale. ¶ Non poteſt etiam eſſe, nec di-
8 ci onus, ſeu munus patrimonij, † quod dicitur eſſe illud,
in quo maximè ſumptus poſtulatur, vt in d. l. 1. §. illud in
verſic. matrimoniale ff. de muner. & honor. & vt clarius in-
quit Iureconſultus in d. l. fin. §. patrimoniorum eodem tit. di
citur eſſe id, quod ſumptibus patrimonij, & damnis admini
ſtrantis expeditur, & Cyn. in d. l. voluntariæ inquit eſſe il-
lud, quod ſolum in ſumptu patrimonij conſiſtit, et ſecun-
dum Bartol. et Angel. in d. l. vnica C. de mulier. et in quo lo
co in verſic. venio ad ſecundum principale, dicitur, ubi um
ptus, et damnum vertitur: Et hoc onus tripliciter diuiditur,
9 nam † quandoque ſumptus imponitur perſonæ tantum,
nulla habita patrimonij contemplatione, vt quando impo-
nitur præſtatio per capita, vt in l. ætatem ff. de cenſibus, l. 1.
C. de anno. et tribu. et ibi in rub. lib. 10. quandoque imponi-
tur perſonæ habita contemplatione patrimonij, vt quando
imponitur per ſolidum, et libram, veluti eſt collecta, ut in l.
reſcripto in fin. ibique Bart. ff. de muner. et hono. et latius
traditur per ipſum Bartolum in d. l. vnica in verſic. ad ſe-
cundum, et quandoque imponitur rebus, nulla habita con-
templatione perſonæ, vt ſunt tributa, quæ rei propter rem
ipſam imponuntur ſecundum Salice. in d. l. fin. C. ſine cen-
ſu, et reliq. et not. per gloſam in d. rub. C. de anno. et tribu.
ibique Bar. et per Bartolum in d. l. reſcripto in fin. et per glo
10 ſam in rubr. C. de muner. patrimon. et † hoc etiam genus
muneris eſt triplex, nam quandoque indicitur ipſi rei de eo,
quod eſt in ipſa re faciendũ, ſeu ad ipſam rẽ, ſecundũ quod
habetur in d. l. fin. §. patrimoniorum cum ſequen. ff. de mu-
ner. et honor. et vt exemplificat Bar. in d. l. vnica in verſi. ve
nio ad tertium, quandoque imponitur ipſi rei de eo, quod
non fit in re, nec ex ipſa re, nec de eo, quod percipitur in re,
nec ex re, ſed eſt omnino extra rem, vt quando debet certa
penſio pecuniæ annuatim præſtari, quæ pecunia ex re ip-
ſa non percipitur, vt in d. §. patrimoniorum cum ſequen. et
in l. penult. C. de priuil. veter. quandoque imponitur de
eo, quod ex re ipſa percipitur, vt quod detur certa pars
fructuum ſingulis annis, vt in l. hactenus in fin. ff. de uſu
fru. l. 1. C. de impo. lucr. deſcrip. lib. x. l. modios C. de ſuſcep.
et propo. eo. lib. et vt habetur per Bar. et Ang. in d. l. vnica:
Sed nõ poſſe alienare abſq; licentia nõ dicitur onus, in quo
maximè, & principaliter ſumptus poſtuletur, ſeu non expe-
ditur principaliter ſumptibus patrimonij, uel dãnis admini
ſtrantis, ergo nõ dicitur eſſe onus, ſeu munus patrimoniale.

Non

11 Nec etiam dicitur eſſe onus mixtum, † quod eſt onus perſonæ cum ſumptu patrimonij l. munerum §. mixta cum §.ſequen.ff.de muneribus,& honoribus,& habetur per Bartolum,& Angel.in d.l.1.C.de mulier.& in quo loco, & ſecundum Salice.dicitur,quod in labore perſonæ, & in rebus cōſiſtit, ut quòd quis uadat perſonaliter cum plauſtro, & cum bobus,uel ad exercitum cum equo, vel quòd ruſticus lapides ad caſtrum conducat,ut inquit Salice.in d.l.fin. C.ſine cenſu,uel reliq.& Cyn.in d.l.uoluntariæ,quia,ut ex prædictis patet,hoc onus non alienandi abſque licentia non habet onus perſonæ cum ſumptu, & damno patrimonij.

12 Non dicitur etiam † onus,ſeu munus ordinarium,nec extraordinarium,ſecundum quod capitur, & declaratur per Bartolum,& Angel.in d.l.unica,& per Salicetum in d.l.fin. in fin.& per Cynum in d.l.uoluntariæ. Sed per laudum latum Regienſes facti fuerunt immunes, & exempti ab illis oneribus, & muneribus, quæ dicuntur eſſe perſonalia,ſeu realia,ſeu mixta,aut ordinaria,uel extraordinaria, & ſic ab oneribus,quæ propriè munera eſſe dicuntur iuxta d. l. munus tribus,& l.munus propriè ff.de uerborum ſignificatio. & non ab illis oneribus, quæ largè, & impropriè dicuntur onera,& ſub prædicta munerum, ſeu onerum diſtinctione non comprehenduntur,ergo ſub uerbis, ſeu diſpoſitione dicti laudi onus illud de non alienando abſque licentia com-
13 prehendi non dicitur. ¶ Præterea & ſecundo † prohibitio de non alienando in forenſem abſque licentia magis dicitur eſſe interdictio,ſeu prohibitio,aut iniquitas,& iniuria,quàm onus,ſeu grauamen d.l. non uſque adeò, ibi quia iniquum eſt ingenuis hominibus non eſſe liberam rerum ſuarum alienationem,& d.l.dudum ibi,ſed quia hæc grauis uidetur iniuria,& in dicto §.per traditionem ibi nihil enim tàm conueniens eſt naturali æquitati, quàm uoluntatē domini uolentis rem ſuam in alium transferri ratam haberi, ergo eius contrarium dicetur eſſe iniquitas quædam, cum iniquitas ſit contraria æquitati, ut probatur ex dicta l. non uſque,& d.§.per traditionem ſimul iunctis: & ideò infertur,quòd ſtatutum, per quod libera alienandi facultas eſt interdicta,non dicitur onus,ſeu grauamen, ſed potius iniquitatem, & prohibitionem liberæ uoluntatis continere: ergo ſub uerbis dicti laudi huiuſmodi iniquitas, & prohibi-
14 tio libertatis alienandi comprehendi non dicitur, † quia cui non conueniunt uerba, diſpoſitio quoque non conuenit d.l.4.§.toties ff.de damno infect. Bald.in l.1.colum.3.C. ſi quis omiſ.cauſ.teſtamen. & l. ſi ſeruum §. non dixit prætor ff.de acquiren.hæredita.cum ſimilibus.

¶Tertio quāuis non poſſe liberè alienare dicatur eſſe grauamen,ſeu iniquitas, & conſequenter largè, & impropriè
15 onus dici poſſit,ut ſupra, † tamen in caſibus à iure, ſeu ſtatuto prohibitis, in quibus quis bona propria liberè uendere,& alienare prohibetur,non dicitur eſſe iniquitas,& conſequenter nec onus,ſeu grauamen,ut eſt textus clarus in dicta l.dudum in finalibus uerbis, qui excipit hunc caſum à prædictis, & conſequenter quòd tunc nec grauamen, nec iniuria dicatur,& hoc uolunt ibi Bald.& alij,& glo.expreſſè in dicta l.non uſque in uerbo alienationem, quæ intelligit illum textum, uidelicet iniquum eſſe non habere liberam rerum ſuarum alienationem in caſibus,& modis ſolitis, ſecus in caſibus prohibitis, ut in fundo dotali,& ſimilibus;
6 Sed † in caſu noſtro non dicitur ſimpliciter, & generaliter eſſe prohibita alienatio, ſed in certum genus perſonarum,uidelicet in forenſes, & hoc ex diſpoſitione ſtatuti, quod dicitur eſſe lex, & ius commune in loco l. omnes populi ff.de iuſtitia, & iure, §. ius autem ciuile Inſtitu. de iure natur.gentium,& ciui.ergo huiuſmodi prohibitio non dicetur iniquitatem aliquam continere, & conſequenter nec onus,ſeu grauamen,ut in d.l.dudum,& in l.1. C. non licere habit.lib.11.iuncto c.erit autem lex.4.diſtinct. tum quia lex,ſeu ſtatutum hoc ſtatuit cap.qui peccat 23.quæſtio.4.& argumento l.gracchus ff.de adulteriis cum ſimilibus, tum quia huiuſmodi prohibitio non dicitur eſſe generalis, ſed ſolum quoad certum genus perſonarum, & quoad bona immobilia, quo fit, ut huiuſmodi diſpoſitio, ſeu prohibitio non debeat dici iniqua,nec reprobata,ſeu oneroſa,ſed po-
17 tius æqua, & iuſta, ut in d.l.1. & argumento eius, † quod dicitur de conditione nuptiarum prohibitiua,quæ ſi generaliter uiduitatem inducat,dicitur iniqua,& inhoneſta,onuſq; & grauamen continere, ſi uerò inducatur uiduitas ſolum reſpectu certi loci,ſeu certæ perſonæ, uel certi generis perſonarum,tunc non dicitur eſſe iniqua, nec inhoneſta, nec oneroſa,ex quo in aliis locis,& cum aliis perſonis non prohibitis nuptiæ contrahi poſſunt, ut eſt text.notabilis in l.ſed ſi in fin.cum l.ſequen.quæ incipit cum ita legatum ſit, & cū l.ſequen.ff.de conditio.& demonſtra.ibiq́ue Bar. & docto.

¶Nec prædictis obſtant uerba laudi, per quod Regienſes facti fuerunt exempti,& immunes ab omnibus, & ſingulis factionibus,oneribus, & grauaminibus quomodocunque, & qualitercunque nuncupatis tàm realibus, quàm perſonalibus,ſeu mixtis,ordinariis,ſeu extraordinariis, & aliis quibuſcūque tàm impoſitis, quàm imponendis quomodolibet pro quibuſcunque eorum bonis &c.Ex quibus uerbis generalibus,multumq́ue prægnantibus non ſolum uidentur cōprehenſa onera, ſeu munera, quæ ſub diſtinctione munerū, & onerum propriè ſumptorum,de quibus ſupra,cadunt,& comprehenduntur, ſed etiam alia quæcunque grauamina, & onera impropriè,& generaliter ſumpta,ac cuiuſlibet ſpeciei,& de quibus etiam multum dubitari poſſet,an diceren tur eſſe onera,ſeu grauamina,& propriè,ut infertur ex illis uerbis uniuerſalibus geminatis, & aliis quibuſcunque tàm impoſitis,quàm imponendis quomodolibet,iunctis illi ſubſtantiuo oneribus,&grauaminibus,per textum cum ibi not. per Bartolum in l.baliſta ff.ad trebellianum:quia reſpondetur primo,quòd huiuſmodi prohibitio de non alienando in forenſes abſque licentia non dicitur eſſe quoquo modo onus,ſeu grauamen,cum nullam contineat iniquitatem, ut iam dictum eſt:& ideò nullo modo comprehēdi poteſt ſub uerbis laudi quantumcunque uniuerſalibus,geminatis, & prægnantibus.Secundo reſponderi poteſt, quòd uerba prædicta laudi quantumcunque uniuerſalia, & prægnantia ita ſe non extendunt, ut comprehendant huiuſmodi prohibitionem de non alienando in forenſes abſque licentia, ſed ſolum comprehendunt onera,& grauamina, quæ propriè dicuntur munera iuxta d.l.munus propriè, & d.l.munus tribus,& per totum ff.de muneribus,& honoribus cum ſimilibus, ut colligitur ex aliis uerbis in dicto laudo appoſitis ibi tàm realibus,quàm perſonalibus,ſeu mixtis,ordinariis, ſeu extraordinariis,& illa uerba uniuerſalia, multumq́ue prægnantia,& aliis quibuſcunque tàm impoſitis, quàm imponendis debent intelligi, ut ſub eis comprehendantur illa onera, & grauamina, quæ propriè munera dicuntur, &
18 ſunt alterius ſpeciei, & generis: quoniam † ultra dictas ſpecies munerum, quòd aliqua ſint perſonalia, aliqua realia, aliqua mixta, aliqua ordinaria, & aliqua extraordinaria, dantur etiam aliæ ſpecies, quæ aliter nominantur, quia aliqua munera dicuntur publica, aliqua priuata, & aliqua ciuilia l.honor §.primo, l. munerum in principio,& in §.penultimo ff.de muneribus, & honoribus, & per Cynum in dicta l. uoluntariæ, ubi multas ſpecies, multaq́ue genera munerum,quæ onera dicuntur, ponit,& argumento d. l. munus tribus: Et hæc ſuadentur etiam ex aliis uerbis laudi, ad quæ illa uerba uniuerſalia, & geminata referuntur, ut ſunt ea, ibi tàm impoſitis, quàm imponendis quomodolibet pro quibuſcunque eorum bo-

 nis

nis immobilibus,& rebus quibuſcunq; præſentibus &c.per quæ uerba illa, vel aliis quibuſcunq;, reſtringuntur ad alia quæcunque onera,& grauamina,quæ eſſent pro quibuſcunque bonis,& rebus impoſita,uel imponenda: Sed quòd ſubiecti iuriſdictioni dominorum Nuuolariæ, & Bagnoli non poſſint in forenſes ſine licētia alienare, nō dicitur eſſe onus impoſitum pro bonis,& rebus in loco dictorum caſtrorum poſitis,ut ex prædictis colligitur,ergo,&c.

¶Quarto principaliter,quòd per laudum ſtatutum prædictum non dicatur correctum,ita oſtenditur, nam & ſi per contractum principis,ſeu alterius poteſtatem legis condēdæ,ſeu ſtatuti faciendi habentis lex, ſeu ſtatutum præcedēs corrigi poſſit ex eo,quòd contractus eius uim legis habet, ut in dicta l. cæſar,& ibi Bar.& Roma. ff.de publica.iunctis iis,quæ ſupra in principio adducta fuerunt,tamen per laudum lex,ſeu ſtatutum nullo modo corrigi poteſt, tum quia
19 † laudum non fuit latum ab ipſis ſuperioribus habentibus poteſtatem legis condendæ,ſed ab aliis inter ipſos ſuperiores,& ad hoc,ut ſententia,& conſequenter laudum uim legis,ſeu ſtatuti habere dicatur,requiritur, quòd feratur ab ipſo principe, uel ſuperiore inter alias perſonas cauſa cognita,iuriſque ordine ſeruato,ut in c.in cauſis cum ibi nota. de re iudica.l.fin. C.de legibus, ergo in caſu noſtro cum non fuerit latum à ſuperioribus, ſed ab alio inter ſuperiores,laudum uim legis,ſeu ſtatuti habere dici nō poteſt: tum
20 quia † laudum non dicitur eſſe contractus etiam poſt emologationem, propriè loquendo, ut eſt text.in l.cum antea §.1.ibi exceptionem ueluti pacti C. de arbitris: Et quòd
21 † laudum non dicatur contractus etiam largè,& impropriè loquendo,ſed potius iudicium,ſeu ad inſtar iudicij, probatur ex textu in l.1.ff.de arbitr.iunctis iis, quæ habentur per Bartolum in l.ſi ſocietatem §.arbitrorum ff. pro ſocio in 1. quæſtio.extra gloſ.ubi facit differentiam inter laudum arbi
22 tri, & laudum arbitratoris, & concludit, † laudum tunc eſſe quandam tranſactionem, & ſic contractum, quando fuit ab arbitratore latum,quia ſemper arbitrator ſuper contractu aſſumitur,ſecus ergo eſt in laudo lato ab arbitro,qui de iure ſecundum ordinem iudiciarium iudicare debet.
23 Præterea † laudum etiam, quod fertur ab arbitratore, quamuis largè, & impropriè dicatur tranſactio, & ſic contractus,ut uoluit Bal.in rubr.C.de rerum permutatio.in finalibus verbis, & habetur per Bartolum in authen. ſi uerò C.de iudiciis,& per Alexandrum in l.ſciendum ff.de uerborum obligatio.tamen propriè, & ſtrictè loquendo non poteſt dici tranſactio, neque contractus, ut colligitur ex iis, quæ in terminis uoluit Barto.in l.quod ſi epheſi in fin.ff.de eo,quod certo loco,& in d.§.arbitrorum in d.1.quæſt. ibiq; Alexand.in apoſtill.& faciunt not.per Baldum in l.fin. in 1.
24 oppoſitio.C.de contrahen.emptio. ergo infertur, † quòd per laudum ab alio latum inter ſuperiores,ſiue ſit latum ab arbitro,ſiue ab arbitratore, non dicatur lex, ſeu ſtatutum præcedens corrigi,tum quia non poteſt dici uim legis, ſeu ſtatuti habere, tum quia ſaltem propriè loquendo non dicitur eſſe contractus ipſius ſuperioris per prædicta: & ſtatutum,ſeu lex tollitur per legem, ſeu ſtatutum contrarium, ſeu per conſuetudinem aduerſam §. ſed naturalia Inſtitut. de iure naturali, gentium,& ciui.cum ſimilibus ibi nota.aut per contractum principis,ſeu ſuperioris propriè ſumptum, quia eius contractus propriè ſumptus uim legis habet d.l. cæſar cum ibi not. ¶Vltimo hæc opinio ſic ſuaderi,& cor-
25 roborari poteſt, † nam per laudum dicitur data immunitas, & exemptio Regienſibus, per quam ipſi ab illis oneribus releuentur,quibus fieret,quominus poſſent bona poſita in locis ſuppoſitis dominis de Gonzaga pacificè poſſidere,& quietè illis gaudere:& ſic per laudum eſt data exemptio ab oneribus ad effectum, ut Regienſes poſſint bona ſua,ut ſupra,poſita poſſidere pacificè, illiſque gaudere, & uti abſque moleſtia,ut colligitur ex illis uerbis laudi,quæ ad prædicta omnia referuntur,& ipſa bona pacificè poſſidere, & gaudere:Sed aliud eſt pacificè poſſidere bona,& gaudere,ut loquitur laudum, & aliud liberè poſſe bona in alium abſque licentia alterius transferre, ſunt enim hæc inter ſe penitus diuerſa,immò aduerſa,quia primum innuit, quod quis pro ſe bona retineat,& illis ſine moleſtia,& quietè utatur,ac ea pacificè poſſideat,ut in c.cum olim de dolo, & cōtuma.& in c.fin.ne præla.uices ſuas, ſecundum autem totum contrarium infert,quòd quis bona pro ſe nō retineat, nec poſſideat,nec illis utatur,ſed ea in alium transferat, & alteri ad gaudendum,& poſſidendum tradat argumento d. §.per traditionem cum ſimilibus:ergo ſequitur, quod laudum non poteſt intelligi de exemptione conceſſa ab huiuſmodi onere,& grauamine de non alienando, de quo in ſtatuto,& conſequenter in hoc ſtatutum non dicitur per laudum correctum,nec illi derogatum propter illa uerba laudi uidelicet,& ipſa bona pacificè gaudere,& poſſidere,ulti
26 mo loco poſita, † quæ uerba omnia præcedentia uniformiter reſpiciunt,cum ab eodem quodāmodo uerbo regantur,& ſint ſimul cōnexa arg.eorum,quæ habentur per [illegible] in l.prætor §.erit ff.ui bon.rap.& in l.talis ſcriptura in fin.ff. de leg.1.l.fin.ibiq; Bar.ff.de reb.dub.l.ſi ſeruus pluriū in fin. ff.de leg.1.cū gl.& c.ſecundo requiris, ibiq; doc.de appel.

¶Et ſequendo hanc concluſionem, ſupereſt, ut adductis in contrarium reſpondeatur, quibus ex iam dictis reſponſum apparet,nam ex iis,quæ ultimo loco dicta fuerunt, conſtat reſponſum eſſe primo fundamento.Secundo quoque argumento (dum dicebatur,quòd prohibitio de non alienando in forenſes ſine licentia dominorum dicitur eſſe onus impoſitū a ſtatuto propter bona,ſeu in bonis,ergo exemptio cōceſſa per laudum ab omni onere,ut in laudo dicitur,ad huiuſmodi onus etiam extenditur per ſupra dicta) pleniſſimè reſponſum eſt ex iis,quæ ſupra ſunt dicta in primo,ſecundo, & tertio argumento facto pro illa parte,quam tenui,quòd per laudum non dicatur ſtatutum prædictum ſublatum, neque correctum:Et hæc quoad primum dubium ſufficiant.

¶Secundum dubium, ſuper quo, ſtante concluſione ſupra in primo dubio facta,inſiſtendum eſſe non puto eſt,poſito, ſed non conceſſo,quòd prohibitio de non alienando, de qua in dicto ſtatuto,dicatur onus,ſeu grauamen [illegible] comprehendatur ſub nerbis laudi,& conſequenter ſtatutum dicatur per laudum correctum, ita quòd per [illegible] ab hoc onere exemptio,& immunitas dicatur conceſſa [illegible] non obſtāte diſpoſitione dicti ſtatuti Regienſes poſſint [illegible] eorum bona,ut ſupra,poſita uendere,&alienare abſq; licentia dominorum de Gonzaga, vtrum huiuſmodi exemptio, & immunitas ab hoc onere etiam per laudum conceſſa extendatur ad bona per Regienſes poſt laudum in dominio,& diſtrictu dictorum dominorum de Gonzaga empta, & acqui
27 ſita:Et extendi,ſtante dicto præſuppoſito, † concludendum eſſet,quia per laudum data fuit Regienſibus immunitas ab oneribus impoſitis, ſeu imponendis pro quibuſcūq; eorum bonis præſentibus,ac futuris,per quæ uerba cōprehendantur etiam illa bona,quæ poſt laudum fuerunt ipſis Regienſibus acquiſita arg.l.fin.cum ibi not.C.quæ res pig.obl.poſſ. ubi ſub generali hypotheca omniū bonorum præſentium, & futurorū cōprehenduntur etiā poſt obligationē cōtractam acquiſita,& faciūt ea,quæ in ſimili uolunt Bar.Alex.& [illegible] ter alij in l.ſtipulatio hoc modo ff.de uerb.obliga. & in l. [illegible] C.de pact.ubi donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum, nulla facta reſeruatione alicuius rei,ſeu quantitatis, non ualet, quia per eam libera teſtandi facultas aufertur,cum etiam dicerentur donata illa,quæ poſt donationem factam eſſent per donatorem acquiſita,at facta reſeruatione

uatione alicuius partis, ſeu quantitatis donatio teneret quoad bona etiam expoſtfacto acquiſita propter illa uerba bona futura; cum de quantitate reſeruata donator ſaltem teſtari poſſit, ut ibi: Ita dicendum eſt etiam in caſu noſtro, quòd propter illa uerba pro quibuſcunque eorum bonis præſentibus,ac futuris, dicatur data huiuſmodi immunitas reſpectu bonorum,quæ poſt laudũ latum fuerunt per Regienſes à ſubditis dominorum prædictorum acquiſita: Et hæc uera eſſe arbitror, præſupponendo,quòd per laudum dicatur Regienſibus data immunitas etiam reſpectu illius oneris,&grauaminis de non alienando in forenſes ſine licẽtia: Sed quoniam contrarium eſſe omnino uerius exiſtimo, ut latius ſupra dixi in primo dubio, ideò uana, & fruſtratoria eſt dubitatio.¶Venio itaque ad tertium dubium, quod maiorem uidetur difficultatẽ cõtinere, ſtante ſtatuto,quod bona immobilia poſita in diſtrictu dominorum de Gonzaga non poſſint in forenſem,uel in perſonam non ſubiectam ſtatutis,& ordinamentis dictorum dominorum, uel nõ ſubeuntem onera cum communi eorundem alienari,aut trãſferri directè,uel indirectè,aliquo titulo inter uiuos etiã per dotis dationem,& donationem,uel in ultima uolũtate etiã per hæredis inſtitutionem,ac etiam ab inteſtato, facto, uel non facto teſtamento, vtrum filiæ Franciſci de Capriana ex Caſtro Bagnoli oriundi, qui Regium migrauit, illhucque domicilium iam diu tranſtulit, & ibi deceſſit ab inteſtato, ſuperſtitibus dictis filiabus ex ciuitate Regij oriundis, & in illa ſemper domicilium habentibus,poſſint ut hæredes ſuccedere in bonis immobilibus paternis exiſtentibus in territorio dictorum dominorum:& poſſe ſuccedere,uidetur dicen
28 dum,non obſtante ſtatuto prædicto, † quod nunquam publicatum fuit,nec moribus utentium receptum,& ideò non ſeruandum ad præiudicium alicuius argumento tex.in authen.vt factæ nouæ conſtitut.colla.5.& ibi glo.§.leges cum ibi not.4.diſtinc.& habetur in c.nouerit de ſenten. excommunicat.cum ſimil.allegatis per ſcriben.in c. 2.de conſtitu. ¶Secundo præſuppoſito etiam illud ſtatutum fuiſſe publicatum,& moribus utentium receptum,ac approbatum,ta-
29 men † poſtea, ſcientibus,& tollerantibus dominis, contrarium fuit obſeruatum,& conſequenter dictum ſtatutũ fuit per contrarium uſum ſublatum argumento c. fin. extra de conſuetu.& habetur per Bar.in prohem.digeſtorum in §.& antea,per Cyn.& Bar.in l.fin.C. de iure domin.impetran. & not.in c.in iſtis 4.diſtinc.¶Præterea,& tertio uidetur dictum ſtatutum filiabus prædictis multiplici reſpectu nõ aduerſari, primo quia ſtatutum loquitur de forenſibus, & de non ſubditis ſtatutis,& de iis, qui in communi dictorum do
30 minorum onera non ſubeunt: at † prædictæ filiæ non ſunt forenſes,ſed originariæ,attenta origine paterna, quam ſequuntur, ut in l. aſſumptio §. filius ff. ad municip. & l.filios
31 C. de municip. & origin. lib. 10. † nec non ſubiectæ ſunt ſtatutis Bagnoli ratione originis, quia illius ratione poſſunt ibi conueniri l.incola la 1.ff.ad municipa. iuncta l.ciues C.
32 de incolis lib. 10.& † conuertuntur forum ſortiri, ac ſtatutis ſubiici c.fin.de conſtitut.in 6.Bar.in l.omnes populi ff.de
33 iuſti.& iure,& l.fin.C.de iuriſd.om.iud. Item † cum habeãt bona in dicto territorio Bagnoli, ut in facto præſupponitur, dicuntur ſubiectæ oneribus ſaltem patrimonialibus dicti loci l.unica C.de mul.& in quo loco in fin.lib.10.etiam ſi alibi nuptæ eſſent, ut ibi, & facit id, quod uoluit gloſ. in l.qui neque C.de incolis lib.10.glo. & Barto. in l. libertus §. ſola ff.ad municip. & l. forma §. qui uerò ff. de cenſibus: Vnde
34 † uel conſiderata origine ſua, quam ex origine patris ſortiuntur, tenentur ad onera etiam perſonalia in dicto loco Bagnoli l. 1.l.filios,& l.fin.C.de mun.& origin.lib.10.Bart. poſt gl.in d.l.aſſumptio §.filius, uel conſideratis bonis, quæ in dicto loco habẽt,dicuntur etiam ſubiectæ oneribus dicti loci,ut ſupra,per tex.in d.l.unica,& per Bar.in d.§.filius,ergo in illis per ſtatutum prædictum non dicetur prohibitum alienationem fieri, neque ipſæ dicentur prohibitæ ex teſtamento,uel ab inteſtato ſuccedere in bonis poſitis in territorio Bagnoli,cum uerba ſtatuti prohibitiua ad filias dicti Frãciſci non adaptentur,quinimmò uideantur permittere ipſas poſſe ſuccedere argumento l.hos accuſare §. omnibus ff.de accuſatio.& l.4.§.toties ff.de damno infecto. ¶ Quarto per ſtatutũ eſt prohibita illa alienatio, ſeu uenditio, aut ſucceſſio,per quã bona immobilia,& dominium illorum in forenſes transferri dicuntur, ut expreſsè colligitur ex uerbis ſta-
35 tuti,quæ ſunt ſtrictiſſimè,& propriè intelligenda,cum † ſtatutum huiuſmodi ſit ualde iniquum, & à regulis iuris communis exorbitans,& odioſum argumento d.l.non uſq;, d.l. dudum, Bal.in l.fi.in fin.C.communia de leg. per tex.in l.1.
36 C.nõ licere habit.lib.11.cum ſimil.ſupra allegatis:& † ideò multum reſtringendũ arg.c.in noſtra cum ibi not. de iniur. & dam.dat.c.quæ à iure de reg.iur.in 6.l.quicquid aſtringẽdæ,ibiq; Bar.ff.de uerbo. ob.l.ſi uerò §.de uiro cum materia ff.ſolu.matri.& in terminis dicti ſtatuti ita uoluit Bald.in d.l. fin.& docto.poſt Bart.in l.ſi ita quis §. ea lege, & ibi Imol.in
37 antepen.& pen.col.ff.de uerbo.obli. Sed † in filios,ſeu filias, quæ filiis non exrantibus ſuæ dicuntur, & ſuccedunt iuxta ea,quæ habentur in l.maximum uitium C.de lib. præter. & in l.gallus §.& quid ſi tantum ff.de lib.& poſthu.bona paterna non dicuntur transferri, nec dominium illorum ipſis de nouo acquiri,ſed in eos,ſeu in eas illud continuari, & ſola bonorum adminiſtratio dicitur trãsferri, quia in uita patris domini quodãmodo dicuntur,ut eſt tex.in l.in ſuis ff.de liber.& poſthu.iunctis iis,quæ ibi dicuntur per doct.maximè per Ang. quicquid ibi dixerit Alex. Cũ itaque ſtatutũ in caſu noſtro loquatur de ſimplici tranſlatione, debet intelligi de illa,quæ ſimpliciter,& propriè eſt translatio, non autem
38 de illa,quæ aliquo reſpectu poteſt dici cõtinuatio, quia † talis non poteſt dici propriè bonorum translatio,cum ſimpliciter non dicatur translatio,ſed ſecundum quid argu.l.hoc legatum ff.de leg.3.vel ſaltem non dicitur ſimplex bonorum, ſeu dominij translatio,ſed mixta, uidelicet translatio,& con
39 tinuatio d.l.in ſuis cum ibi not.ergo † non debet huiuſmodi translatio,& dominii continuatio comprehendi ſub ſtatuto odioſo,& exorbitanti,in quo ſimpliciter de bonorũ trãſlatione mentio fieret,tum quia in ſtatutis odioſis,& exorbitantibus caſus mixtus non comprehenditur ſub ſimplici ad tradita per Bar.& doct.omnes in l.2.in prin.ff.de uerb.obli. tum quia ſi ita ſtatutum intelligeretur,ſequeretur abſurdũ, & inconueniens,ac unum ualde odioſum, quòd filiæ, quæ ſunt ſuæ hæredes,& in uita patris quodammodo dominæ, à ſucceſſione paterna excluderẽtur,quod eſſet ualde iniquũ, & contra naturalem rationem l. cum ratio ff.de bon.damna.l.ſcripto in fin.ff. vnde lib. & ita intelligendo ſtatutum magis odioſum effici diceretur ad ea, quæ habentur per Baldum in l.fin. C.qui ad liber. peruen. non poſ.ergo ne ipſæ filiæ damnum indebitè patiantur, ſtatutum debet ad alias perſonas reſtringi,in quibus ſimpliciter eius uerba uerificarentur,& in quas propriè, & ſimpliciter translatio bonorum per ſucceſſionem ex teſtamento, uel ab inteſtato fieri diceretur,quoniam diſpoſitio ſemper ita eſt intelligenda, ut minus præiudicet,& grauet,quam fieri poſſit c. in his,& c.dudum cum ibi not.extra de priuileg. & c. ſuggeſtum de
40 decimis. ¶Quinto pro hac concluſione † uidetur deciſio Bartol. in l. imperatores §. item reſcripſerunt ff.ad municipa. ubi in terminis huius ſtatuti prohibentis alienationem, ſeu uenditionem fieri in forenſem, quærit, an mulier oriunda in loco ſtatuti, ſi alibi ſit nupta, & ſic alibi incolatum, & domicilium habuerit, poſſit emere bona prohibita uendi forenſi, & poſſe concludit,

nam ex quo eſt originaria dicti loci, non dicitur forenſis,
& conſequenter non eſt ſub prohibitione ſtatuti compre-
41 henſa, quia † mulier per nuptias alibi contractas ſolum
quoad ea, per quæ poſſet à ſeruitiis maritalibus retrahi, &
ſeparari, originem mutat, quo verò ad alia illam retinet,
nec mutat: Sed in caſu noſtro filiæ dicti Franciſci originali-
ter dicuntur eſſe de territorio Bagnoli attenta origine pa-
tris, qui ex Bagnolo dicitur oriundus per prædicta, & per
ea, quæ habentur per Bartolum in d.l. aſſumptio §. filius, in
l. filios, & l. origine cum glo. C. de municip. & origin. lib. 10.
ergo non dicentur prohibitæ poſſe ſuccedere, nec per ſta-
tutum dicetur interdictum, quominus in eas alienatio, ſeu
tranſlatio fieri poſſit. ¶ Vltimo adduco text. in l. fin. C. de
42 municip. & origin. lib. 10. † vbi ad effectum, ne quis mune
ra ſubeat, non poteſt per domicilium, & incolatum mutare
originem, quin tanquam originarius loci, in quo originem
vel propriam, uel paternam trahebat, teneatur ad onera, ad
quæ originarij tenentur; ergo in caſu noſtro dictæ filiæ non
poſſunt dici deſiiſſe eſſe originariæ Bagnoli propter incola
tum, & domicilium, quod ſemper in ciuitate Regij habue-
runt, & conſequenter tanquam originariæ, & ciues Bagno-
li poterũt in bonis paternis poſitis in dicto territorio ſucce
dere. ¶ Sed prædictis non obſtantibus, contrariam par-
tem ueriorem eſſe arbitror ex infra dicendis, Primo quia
ad hoc, ut quis à ſucceſſione bonorum poſitorum in territo
rio Bagnoli ex teſtamento, uel ab inteſtato excludatur, re-
quiritur, vel quòd ſit forenſis, vel quòd ſit perſona ſtatutis
non ſubiecta, & quæ onera in communi Bagnoli non ſubſti
neat, ſed dictæ filiæ Franciſci verè, & propriè ſunt forenſes,
& ſunt perſonæ non ſubiectæ ſtatutis, nec ſubſtinent onera
in communi Bagnoli, ergo ſucceſſionis bonorum immobi-
lium ex teſtamento, vel ab inteſtato incapaces eſſe dicen-
tur: Maior argumenti conſtat ex verbis ſtatuti, minor autem
43 ita probatur, Nam † ille verè, & propriè dicitur foren-
ſis alicuius loci, qui non eſt natus in loco, ille verò, qui natus
eſſet, non dicitur propriè forenſis: ergo origo propria eſt il-
la, quæ facit quem propriè dici non forenſem, niſi enim ſit
natus in loco, & propriam in loco non habuerit originem,
dicitur propriè forenſis, vt colligitur ex iis, quæ uoluit Pau.
de Caſtro in conſil. 308. ſecundum numerum meum incip.
videtur dicendum uolum. 1. & eſt de mente Bartoli in l. im
peratores §. item reſcripſerunt ff. de muneribus, & honori-
bus, vbi mulier originaria alibi nupta non efficitur forenſis,
quia non ſimpliciter deſinit eſſe originaria: Vel ſaltem lar-
gè loquendo forenſis dicitur, qui eſt incola, & habitator in
loco, hoc eſt qui domicilium habet, & maximè ſi ibi mune-
ra, & onera ſubeat, ut eſt etiam de mente Pauli de Caſtr. in
dicto conſilio, & habetur clarius per Alexandrum in con-
ſil. 120. incipien. viſo proceſſu inquiſitionis in 3. colum. vo
lum. 2. per plura, quæ ipſe ibi allegat: Sed dictæ filiæ non
fuerunt natæ Bagnoli, nec Nuuolariæ, & ſic non ſunt ex illo
loco origine propria oriundæ, ſed ex Regio, ubi ſemper, &
continuè habitarunt, ut in facto præſupponitur, ergo reſpe
44 ctu Bagnoli, & Nuuolariæ dicuntur eſſe forenſes: Et † quã-
uis fortè poſſent dici originariæ Bagnoli, attenta origine pa
tris, quam, ut ſupra, ſequuntur, per textum in d.l. aſſumptio
§. filius, & ibi Bart. & in d.l. filios, & in d.l. fin. C. de municip.
& origin. lib. 10. cum ſimilibus, tamen illud procedit quoad
hoc, ut quis dicatur oriundus, ſeu originarius, ut in locis, &
iuribus præallegatis, ſed non quoad hoc, ut non dicatur fo-
renſis, nam tunc requiritur vel propria natiuitas, uel ſaltem
habitatio, per quam domicilium dicatur tranſlatum ad tra
dita per Paulum de Caſtro in d. conſil. 308. & per Alexan
drum in dicto conſil. 120. vel dicendum eſt, quòd filius ſe-
quitur originem patris taliter, quòd dicitur ciuis illius loci,
in quo pater habuit originem, ut ſupra, niſi patris origo fuiſ
ſet deſerta per tranſlationem domicilij ad locum alterius
prouinciæ, vel alterius ciuitatis, ſeu territorij, quæ eſſent
ſub imperio, & iuriſdictione alterius domini, uel reipubli-
cæ, ut uoluit Bald. in authen. omnimodo in 5. colum. uer. ſic.
& unum ſcias C. ne uxor pro marit. per gloſam ſingularem
in l. in adoptionem C. de adoptio. & ſequitur Alexander in
apoſtil. ad Bartolum in d.l. aſſumptio in §. iuris prudentibus,
& iudicio meo de hoc uidetur eſſe text. in d.l. filios ibi filios
apud originem patris, & non in materna ciuitate, & ſi ibi
nati ſint, ſi modo domiciliis non retineantur, ad honores &
munera poſſe compelli, explorati iuris eſt, ergo ibi uidetur
45 text. † quòd filius ibi ſequitur originem patris, & non ma
tris, etiam ſi in ciuitate matris natus ſit, niſi etiam domicilio
ibi retineatur, & conſequenter quando propria origo, &
domicilium ſimul concurrerent, tunc patris origo non at-
tenderetur, ad quod facit etiam l. prouinciales ff. de uetero-
rum obligatio. Sed, ut dictum eſt, dictæ filiæ Franciſci non
fuerunt natæ Bagnoli, nec ibi unquam, aut ſub iuriſdictione
dictorum dominorum de Gonzaga habitauerunt, ſed ſem-
per in ciuitate Regij, ergo & ratione natiuitatis, & ratione
habitationis, & domicilij forenſes Bagnoli eſſe dicentur,
quod non eſt in caſu, in quo aliàs conſului, cum ultra alia
hæc duo ibi non concurrerent, ut uideri poteſt.
¶ Quòd autem dictæ filiæ non dicantur etiam perſonæ ſu-
biectæ ſtatutis, nec ſubſtineant onera Bagnoli, ſic demon-
46 ſtratur, quia † non ſunt de territorio Bagnoli, ergo ſtatu-
tis illius loci non ligantur, nec illis ſubiectæ ſunt capitu. 2. de
conſtitutionibus in 6. l. extra territorium ff. de iuriſdict. om-
nium iudicum: Et quòd non ſint de territorio, patet, quia
47 † ibi non poſſunt conueniri, niſi ibi inuenirentur, ut per Bar
tolum in dicta l. aſſumptio §. filius, l. hæres abſens ff. de iudi.
l. relegatorum §. non dubitandum ff. de interdic. & relegat.
iuncta l. pupillus §. territorium ff. de uerborum ſignificatio.
ubi territorium dicitur à terrendo, eo quod magiſtratus
eius loci intra eos fines terrendi, id eſt, ſummouendi ius ha-
bent: ex quo tex. infertur, illum dici de territorio, qui ibi
conueniri poteſt: Sed dictæ filiæ non poſſunt ibi conueni-
ri, tum attenta origine propria, tum attenta origine pater-
na, quia non ſimpliciter, ſed ita demum ibi conueniri poſ-
ſunt, ſi ibi reperiantur, ut per Bartolum in dicta §. [illegible]
quia per tranſlationem domicilij, & origin[illegible]
origo patris dicitur deſerta, ut dixi, ergo n[illegible] de
territorio illius loci, & conſequenter nec [illegible]
ctæ d. cap. 2. cum ſimilibus, & per Bartolum in d. l. om-
nes populi ff. de iuſtitia, & iure. ¶ Quòd etiam [illegible] filiæ
non dicantur perſonæ ſubeuntes onera in communi Bagno
li, prout ſtatutum requirit, & loquitur, demonſtratur, quia
ratione patrimonij, & bonorum non tenentur ſubire onera
duplici reſpectu, primo quia hæ filiæ in dicto territorio Ba-
gnoli bona non habent, nec habuerunt, quorum contem-
48 platione teneantur onera patrimonialia ſubſtinere, † quæ
etiam forenſi propter bona ſubiecta, & in loco poſita impo
nuntur, ut in l. fin. §. patrimoniorum ff. de muneribus, & ho-
noribus, d.l. unica C. de mulier. & in quo loco, & l. munera
C. de muner. patrimon. lib. 10. Et ſi bona paterna, de qui-
bus agitur, ſunt in dicto territorio poſita, tamen ea non di-
cuntur fuiſſe harum filiarum tempore, quo ipſis hæreditas
patris fuit delata, & conſequenter ratione, & int[illegible]
rum bonorum, quæ tunc nondum erant ſua, & ſuper [illegible]
bus lis, & quæſtio pendet, non poſſunt dici teneri ad [illegible]
realia, & patrimonialia eo tempore, quo illis hæreditas
fuit delata, & tranſlatio bonorum erat in eas per ſucceſſio-
nem ab inteſtato facienda, prout ex forma dicti ſtatuti re-
quiritur, uidelicet quòd ad hoc, ut huiuſmodi [illegible]
tranſlatio in aliquem fieri poſſit, is tunc ſubeat onera, &
49 conſequenter bona tunc in loco habeat, nam † q[illegible]

adiecta uerbo intelligitur ſecundum tempus uerbi l. titius ff. de milit. teſta. l. in delictis §. extraneus ff. de noxal. & Bart. in l. ex facto in prin. ff. de uulga. & pupilla. Secundo reſpectu, quia ſtatutum non conſiderat ſimpliciter, quòd alienatio, ſeu translatio fiat in perſonas non ſubeuntes onera realia, ſed etiam perſonalia copulatiuè loquendo, & ideò hæc duo copulatiuè debēt cōcurrere, quòd ſubeant onera realia, & perſonalia, & alterum non ſufficeret, quia ad ueritatem copulatiuæ utrunq; uerum eſſe, & concurrere requiritur, l. is qui ducenta §. cum ita ff. de rebus dub. & l. ſiquis ita ſtipulatus fuerit ff. de uerborum obliga. cum ubique not. ſed dictæ filiæ non ſubeunt in dicto communi onera realia, nec perſonalia de perſe, uel ſaltem copulatiuè, ut ſupra, & infra ſtatim dicetur, ergo &c. ¶ Præterea & ſi filiæ prædictæ ibi tunc haberent, ſeu habuiſſent bona, tamen

50 † ſtatutum non conſiderat, quòd bona ipſa ſint oneribus ſubiecta, quia ſic intelligeretur de oneribus realibus, & patrimonij tantum iuxta tex. in d. l. fi. §. patrimoniorum, in d. l. unica in fin. & in d. l. munera, ſed conſiderat, quòd perſonæ ſint ſubiectæ oneribus, ſeu onera ſubeant, & quòd perſonæ, in quas fieret alienatio, non ſubeant onera realia, & perſonalia, & ſic copulatiuè, & conſequenter ſtatutū loquitur de oneribus ēt perſonalibus, ſeu mixtis iuxta d. l. fin. per totam

51 legem, & non de patrimonialibus tantū, quia † perſonæ ſolum dicuntur ſubiectæ oneribus perſonalibus, & mixtis, nō autem merè realibus, quibus res tantum, & bona ſubeunt ad tradita latè per Bart. & Ange. in d. l. unica C. de mulier: & in quo loco, & in d. l. fin. ff. de muner. & honor. per Cyn. in l. uoluntariæ C. de excuſa. tuto. & per Salice. in l. fin. C. ſine cenſu, & reliq. ſed dictæ filiæ non ſunt oneribus perſonalibus, ſeu mixtis in dicto cōi Bagnoli ſubiectæ, ergo &c. Nam illis non ſunt ſubiectæ ratione originis propriæ, quia ſunt ex Regio oriundæ, nec ratione domicilij ſui, quia non in dicto territorio Bagnoli, ſed Regij domicilium habent, nec ratione domicilij paterni, quia illud non ſequuntur d. l. aſſumptio §. filius, item quia pater domicilium ad ciuitatē Regij tranſtulit, emendo ibi domum, ac larem, & ſummam fortunarum ibi conſtituendo iuxta d. l. ciues C. de incolis, & d. l. aſſumptio. §. uiris, & ibi Bart. cum ſimilibus, nec etiam

52 † ratione originis paternæ, quia illa fuit deſerta per translationem domicilij, quod alibi ſemper habuerūt, & quod earum pater ad alium locum alterius iuriſdictioni, & imperio ſubiectū facto tranſtulit, & dictæ filiæ attenta origine ſua ſunt originariæ alterius loci, ubi ſemper domicilium habuerunt, per ea, quæ ſupra dixi, poſt Bal. in d. authen. omnimodo cum alijs, & maximè per textum in d. l. filios, per quæ limitātur, & declarātur ea, quæ uoluit Bar. in d. l. aſſumptio §. filius, & tex. ibi in princ. & in d. l. prouinciales, ac etiam in d. l. fin. C. de municip. & origin. lib. 10. ergo &c. & ex his tolluntur plura ſupra ad fauorem partis aduerſæ maxime in tertio, quinto, & ſexto argumentis adducta, ſi rectè animaduertatur. ¶ Confirmatur concluſio prædicta

53 † ex iis, quæ uolunt Bal. in l. 2. in 1. col. uerſi. quid ſi ſtatutum C. ut in poſſeſſ. legat. & Bar. in l. fi. in 2. col. ibique Bald. C. de pactis, dicentes, quòd per ſtatutum prohibitiuum alienationis in forenſes filia quoque poſſit prohiberi ſuccedere ex teſtamento, uel ab inteſtato, quando ſtatutum certas res tantū, puta immobiles reſpiceret, nam tale ſtatutū reſpectu illarum certarum rerum ualet, argumento d. l. 1. C. non licere habitat. ſed non reſpectu omnium rerum, & bonorum paternorum, quia tunc ſtatutum diceretur odioſum, & contra bonos mores, tum quia tolleret liberam teſtandi facultatem, tum quia filia ſic abſq; iuſta cauſa diceretur exhæredata iuxta ea, quæ habentur per docto. maximè Imol. in l. ſiquis ita §. ea lege ff. de uerborum obliga. Sed in terminis noſtris ſtatutum reſpicit ſolum certam ſpeciem bonorum, & rerum, uidelicet immobilium, ergo eiuſmodi ſtatutum poteſt reſpectu bonorum immobilium paternorum etiam filiam forenſem, & non ſubiectam comprehendere. ¶ Supereſt modo allegatis in contrarium reſpondere: Non obſtat itaque primum, quòd ſtatutū, de quo quæritur, nunquam fuit publicatum, nec in forma ſtatuti receptum, quia

54 reſpondetur, † ſtatutum dici, ſiue præſumi publicatum, & in forma ſtatuti receptum ex eo, quod reperitur in libro, ac uolumine ſtatutorum deſcriptum, & regiſtratum, ut colligitur ex iis, quæ ponunt Bart. Paul. Imol. Ange. & docto. communiter in l. cum prolatis ff. de re iudica. ubi dicunt, quod ſententia lata contra ſtatutum clauſum in uolumine ſtatutorum eſt ipſo iure nulla, ſicut quando eſſet lata contra legem in corpore iuris clauſam, nam ex quo reperitur inter alia ſtatuta regiſtratum, eſt ſeruandum, & conſequenter infertur, quòd cenſetur publicatum, & moribus utentium receptum, ut uoluit glo. ibiq; canoniſtæ communiter in c. paſtoralis de fid. inſtru. & glo. magna in prohem. clem. tenet, quòd publicatio ſit ultimus actus perfectiuus legis, eiusque obſeruantiæ per tex. in l. humanum C. de legibus, & ita tenet Cardin. ibi: & hoc modo debet declarari d. §. leges 4. diſtin. uel ſecundum Domin. de ſancto Gemin. ibi ille tex. in d. §. leges non meretur allegari ad id, ad quod allegatur, nec ſuper eo fundamētum fieri poteſt, quia fuit Gratiani, qui non habuit auctoritatem condendi legem, cuiuſq; dicta non poſſunt pro lege allegari, ut concludunt Ioan.

55 Andr. Abb. & alij in c. 2. de reſcrip. in fin. uer. Stante † ergo publicatione ſtatuti ſaltem præſumpta, ad hoc, ut ſit ſeruandum, & ſubditos liget, non eſt neceſſarium, quòd ſit moribus utentium receptum, ſed ſufficit publicatio cum curſu duorum mēſium, quicquid dixerit glo. in c. 1. de tregua, & pace, ut uolunt ibi docto. maximè moder. & probatur in authen. ut factæ nouæ conſtit. §. 1. alioquin ſequeretur, ut dicit glo. in c. in iſtis 4. diſtin. quòd poteſtas faciendi legem, ſeu ſtatutum à poteſtate ſolius principis, & ſuperioris non dependeret, ſi etiam requireretur obſeruantia populi, & quòd lex, ſeu ſtatutum moribus utentium recipi deberet, quod eſſet contra tex. in §. ſed & quod principi Inſtit. de iure natur. gen. & ciui. & in l. 1. ff. de conſtit. princip. Præte-

56 rea cum † facere legem, ſeu ſtatutum ſit iuriſdictionis contentioſæ, quæ in inuitum exercetur iuxta ea, quæ habentur per Bar. in l. imperium ff. de iuriſd. om. iud. c. 1. cum ibi not. extra de conſtitut. & c. 2. eodem titu. in 6. ſequitur quòd lex, ſeu ſtatutum inuitos ligare dicetur argumento l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de uerb. oblig. & conſequenter non erit neceſſarius conſenſus ſubditorum, nec quòd lex, ſeu ſtatutum fuerit moribus utentiū receptū: alioquin raro contingeret, legē, ſeu ſtatutū ligare ſubditos, cū propriū hominis ſit nolle ligari, nec ſtatutis ſubijci argumen. d. l. inter ſtipulantem §. 1. & l. 2. ff. de legibus cum ſimilibus: Et ita eſt de mente Domini. in d. §. leges, & glo. in d. c. in iſtis: Nam

57 † poſtquam lex fuit publicata, ſemelque recepta non per deſuetudinem, & non vſum, ſed per contrarium uſum tollitur ad tradita latè per Felin. & alios in d. c. 1. de tregua, & pace, & per canoniſtas in c. fin. extra de conſuetud. & in d. §. leges. ¶ Non obſtat ſecundum argumentum, quòd ſtatutum prædictum fuit per cōtrarium uſum abrogatum, ut in d. §. leges, in d. c. in iſtis cum ibi not. & §. penul. inſti. de iure natur. gen. & ciui. cum ſimil. ſupra allegatis: plures. n. factæ fuerunt alienationes in forenſes, ſcientibus, & tollerātibus dominis dicti loci, abſque ipſorum licentia, vnde ex hoc dictum ſtatutum ſublatum dici debet, quia reſpondetur primo negando aliquas alienationes fuiſſe præter, & cōtra formam dictorum ſtatutorum factas, & ſi quæ iam diu factæ reperiantur, cenſeri debent factæ eo modo, quo per ſtatutum loci requirebatur, & ſic cum conſenſu, & licentia domi-

58 dominorum,quoniam † ex diuturnitate temporis omnia
ſolenniter acta præſumuntur, & ſolennitas quoque extrin-
ſeca interueniſſe præſumi debet, ut eſt conſenſus, licentia
ſuperioris,& cætera neceſſaria, ueluti plenè habetur per le
giſtas per illum tex.in l.qui in aliena ff. de acquir. hæred.in
l.ſciendum ff.de uerbo.oblig. & in auth.ſi quis in aliquo C.
de eden.& per Felin.in c. albericus de teſtibus, & in ſpecie
59 facit id,quod † uoluit Archid. in c.nemo de conſecra. di
ſtin.1.ubi eccleſia in dubio præſumitur conſecrata,& de cō
ſenſu,& licentia epiſcopi ædificata, prout de iure requiri-
tur ad hoc,ut eccleſia conſtrui poſſit,ut ibi,& per Innocen.
60 in c.1.in glo.penulti.de clericis peregrinan.quamuis † ex
poſſeſſione longi temporis pacifica donatarij non præſu-
matur inſinuatio donationis per ſuperiorem facta, quia ni-
hil habet commune patiētia, uel auctoritas ſuperioris cum
poſſeſſione donatarij,ut uoluit Bald. in l.ſi eius C. de legit.
hæred.ſed curſus longi temporis benè operatur, quòd au-
ctoritas,ſeu licentia neceſſaria interueniſſe præſumatur, vt
ſupra; et plura poſſent allegari, de quibus habetur in locis
præallegatis:ex quibus infertur, quòd licet conſtet de plu-
ribus alienationibus in forenſes factis, propter hoc tamen
non infertur, ſtatutum illud dici per contrarium uſum ab-
rogatum,quoniam in illis ea interueniſſe cenſentur, & præ
ſumuntur,quæ erant neceſſaria,& maximè auctoritas,& li-
centia ſuperioris c. 2. cum ibi not. per glo. & docto. de ijs,
quæ fiunt à præla.ſine conſen.capit. Præterea ex quo dictæ
alienationes dicuntur factæ,ſcientibus, & tollerantibus, &
non contradicentibus dominis, cenſeri debent de conſen-
ſu,& licentia ipſorum ſaltem tacitè factæ argumento eorū,
quæ habentur in l. quæ dotis cum materia, ibique Bart. &
61 alij ff.ſolu.matri. † Ad hoc enim,ut huiuſmodi alienatio
nes dicerentur contra formam dicti ſtatuti factæ, & conſe-
quenter ut ſtatutum ſic per contrarium uſum diceretur
ſublatum,fuiſſet neceſſarium, quòd fuiſſent factæ, ſcienti-
bus,& contradicentibus ipſis dominis, uel ſaltem fuiſſet cō
trarium in iudicio contradictorio obtentum per ea, quæ
uolunt Ioan. And.do. Anto.Abb. & alij in d.c.fina.extra de
62 conſuetudine. Adde, quòd † tollerantia, & diſſimulatio
ſuperioris in ijs,quæ ſunt per ſua ſtatuta prohibita, tolleran
do contrauentionem aliquorum, non autem omnium,
diſpenſationem, & ratificationem ſuper illis inducit,& con
tinet, ut eſt glo. in c. quia circa de conſanguin. & affini.
ibique Abb.& melius in c. niſi de præben. & Felin. in c.1.
de tregua,& pace in 6.colu.uerſi.quod ultimum intelligo.
¶ Non obſtant ea,quæ in quarto argumento dicta fuerunt,
quòd ſtatutum huiuſmodi locum non habeat in ſucceſſio-
ne filiorum,ſeu filiarum,in quos, uel in quas bonorum do-
minium, & poſſeſſio non transferri, ſed continuari dicitur
per d.l.in ſuis ff.de lib.& poſthu. ibique Bart. & cæteri cum
alijs ſupra allegatis, & optimè facit id, quod uoluit Bal.in l.
63 ſi eius in fin.ver.C.de legit.hæred.inquiens, quòd † pro-
miſcua eſt poſſeſſio patris,& filij, & quaſi vnum corpus,vn
de & uno poſſidente alter quoque poſſidere intelligitur l.
fin.C.de uſufruc.quia ex dictis ſupra in ultimo fundamen-
to ad fauorem dominorum de Gonzaga facto reſpōſio col
64 ligitur. Præterea † in filios, ſeu filias, propriè loquendo,
tranſlatio bonorum fieri, & eorum dominium transferri di
citur,quia uerè, & propriè loquendo filij in uita patris non
dicuntur domini, nec poſſeſſio patris uerè dicitur poſſeſſio
filij,ſed īpropriè,& fictè,ut in d.l. in ſuis ibi quaſi olim &c.
& ibi quodammodo domini exiſtimantur,quæ verba ſunt ſi
gnificatiua fictionis,& improprietatis, ut ibi per Bar.& cla-
rius per Alex.ex quibus infertur, quòd ſi fictè, & impro-
priè non dicitur transferri,ſed continuari,bona, ſeu domi-
nium, & poſſeſſio eorum ſecundum ueritatem dicuntur
transferri,& de nouo acquiri,quia fictio eſt contraria ueri-
tati Bar.& omnes in l.ſi is, qui pro emptore ff. de uſucapio.
ſed in ſtatutis uerba ſunt uerè,& propriè intelligenda,ut ſu
65 pra,ergo ſequitur,quòd † etiam in ſtatuto, & ſub eius uer
bis comprehendentur filiæ forenſes, quæ uellent in bonis
immobilibus paternis ſitis in dicto territorio ſuccedere, in
quas uerè,et propriè loquendo dominium,et poſſeſſio bo-
norum transferri dicitur,quamuis impropriè,& fictè dica-
tur cōtinuari,ut per Bartolum,et Alexādrum in d.l.in ſuis,
ubi plenè examinat,quicquid Ange. ibi ſenſerit, nam uo-
luit Alexan.quòd ſtatutum loquens ſimpliciter de hærede
illum grauando, onuſque illi imponendo, comprehendat
etiam filium,in quem dominium bonorum dicitur cōtinua
ri,& qui bonorum adminiſtrationem cōſequitur,hoc enim
eſt impropriè,& fictè dictum: Et in terminis noſtris uerba
ſtatuti benè ad filios etiam poſſunt adaptari, in quos bona
paterna ex ſucceſſione teſtata,uel inteſtata uerè,& propriè
transferri,impropriè autem,& fictè continuari dicuntur, ut
eſt tex.cum glo.in §.ſui in uer.quaſi Inſti. de hæred.quæ ab
inteſta.& hæc præſertim uera uidentur, ex quo ſtatutū non
prohibet uniuerſaliter omnia bona hæreditatis per ſucceſ
ſionem ex teſtamento, uel ab inteſtato in forenſem, & non
ſubiectum transferri, ſed ſolum certa bona, uidelicet im-
mobilia, quo caſu comprehendendo etiam filias, ſeu filios
forenſes nulla ſequitur illorum priuatio, ſeu exhæredatio,
cum in alijs bonis poſſint ſuccedere, ut dixi ſupra in ultimo
fundamento,& ut inquit Bal.in l.2.C.ut in poſſ. legat. pa-
ter ſaltem poſſet illis ſummam,& quantitatem relinquere.
¶ Et hæc dicta ſint quoad tertium dubiū: Ex quibus infero
ad deciſionē quartæ hæſitationis, uidelicet quòd prouiſio
ſtatuti prohibentis alienationem, ſeu translationem bono-
rum poſitorum in territorio Bagnoli, et Nuuolariæ in fo-
renſes,& non ſubditos non ſubeuntes onera in dicto com-
muni extendatur etiam ad ciues Regienſes originem,et do
micilium Regij habentes, qui poſt laudum prædictum bo-
na immobilia in territorio dominorum de Gonzaga acqui
ſiuiſſent,nam cum ratione originis propriæ,& domicilij di-
cantur eſſe ex Regio, et nō ex Bagnolo,nec ex Nuuolaria,
ſequitur,quòd ſunt forenſes,& non ſubditi, neque ſubiecti
ſtatutis,nec oneribus, ut ſupra dictum fuit in perſona filia-
rum Franciſci, & tanto magis cum ipſi nec ratione originis
paternæ poſſint dici ex Bagnolo,aut ex Nuuolaria, et ideo
ſimpliciter dicentur de Regio,& ſic forenſes per prædicta:
Et ſi hoc dicimus in dictis Regienſibus, multo magis, uel
ſaltem pariformiter in eorum filijs ex Regio oriundis,ibiq;
domicilium habentibus eſt dicendum, tū quia ipſi eſſent fo
renſes ſimpliciter,& omni reſpectu, tum quia originem pa
tris ſequuntur,ut habetur in d.l.aſſumptio §.filius cum ſimi
66 libus.Præterea † ſtatutum conſiderat,quòd alienatio, ſeu
bonorum tranſlatio non fiat in perſonas forenſes nō ſubie
ctas ſtatutis,nec ſubeuntes onera in communi,& ſic habet
reſpectum ad perſonas,uidelicet quòd ſint forenſes, uel ſu
biectæ,et non ad bona,quæ eſſent ſubiecta,quæ ſunt peni-
tus aduerſa,quia primo caſu ſtatutum uidetur ſolum con-
ſideraſſe onera perſonalia, ſeu mixta, quibus perſonæ di-
cuntur ſubiectæ,ut in l.fin. & in l.1.ff. de mun. & honor.cū
alijs ſupra allegatis:Secundo uerò caſu duntaxat conſidera
ret onera merè realia, quibus bona ſunt ſubiecta, et non
perſonæ,ut in locis proximè allegatis: Et ideò quamuis ci-
ues Regienſes habeant bona immobilia in territorio Ba-
gnoli, et conſequēter bona poſſint dici oneribus merè rea
libus ſubiecta,tamē propter hoc perſonæ ipſorum nō poſ-
ſunt dici oneribus ſubiectæ, & ſtatutum ad hoc, ut bonorum
translatio fieri poſſit, ſolum perſonarum, et non rerum ſu
biectionem conſiderat,quia ſi perſonæ ſint forenſes,& non
ſubiectæ,nec ſubeuntes onera,ut ſupra, dicuntur eſſe inca-
paces,nec ex eo, quod bona in loco illo habeant, illius lo-

ci

ci forenſes eſſe deſinunt, ut in d.l.fin.§. patrimoniorum, &
ibi Bart.ff.de muner.& honor. ¶Vltimum dubium eſt,
ex quo in laudo nulla facta fuit mentio de mezzadris,
ſiue colonis partiariis, quòd ipſi poſſint extrahere partem
ſuam fructuum perceptorum ſuper poſſeſſionibus ciuium
Regienſium poſitis in territorio Bagnoli, utrum immuni-
tas, & exemptio conceſſa ipſis ciuibus Regienſibus ſuper
huiuſmodi fructuum extractione, ad dictos mezzadros, &
67 colonos partiarios extendatur: & † non extendi conclu-
do, primo quia immunitates, & exemptiones ſunt ſtri-
cti iuris, & odioſæ, & de perſonis ad perſonas non exten-
duntur, quia dicuntur eſſe perſonales, & ideò non exten-
duntur etiam ad illas perſonas, quæ iuris fictione cēſentur
eædem cum illis, quibus conceſſæ fuerunt, l. t. in fin. & l.
68 ſemper §. immuitati cum ibi not. ff. de iure immunit. Et † in
dubio immunitas cēſetur eſſe perſonalis, niſi cōceſſa ſit rei,
uel alicui perſonæ pro ſe, & hæredibus ſuis, ſeu poſteris, ſe-
cus ſi alicui perſonæ, uel generi perſonarum fuerit conceſ
ſa d.l.1.& l.4.cum ibi not.ff.de iure immunit.iuncta l. his de
uaca. mune. ¶Secundo per laudum fuit data immuni-
tas, & exemptio ciuibus, & comitatinis Regienſibus non ſim
pliciter, ſed reſpectiuè, uidelicet pro fructibus habitis, &
69 perceptis ex ſuis bonis, & poſſeſſionibus, ſed † poſſeſſio-
nes, quas mezzadri, & coloni partiarij colunt, non dicuntur
eſſe propriè mezzadrorum, & colonorū partiariorum, nec
ipſi poſſunt dicere illas eſſe ſuas, ſed ſunt dominorum, qui
illas poſſident, ut colligitur ex iis, quæ ponit Bald. in l. ædem
C. locati, & eſt tex clarus in l. ſi merces §. uis maior ff. loca-
ti, ibi alioquin partiarius colonus quaſi ſocietatis iure &
damnum, & lucrum cum domino fundi patiatur, cum ſimi
libus, quæ in terminis hoc probant, ergo mezzadris, & colo
nis partiariis immunitas conceſſa nō dicitur, cum ea ſolum
ciuibus, & comitatinis Regienſibus reſpectu fructuum ſu-
per eorum bonis, & poſſeſſionibus percipiendorū data fue-
rit, & propterea mezzadri, & coloni partiarij dicentur ex-
cluſi argumento l. nā quod liquidè in fin. ff. de penu lega. ſi
enim laudum uoluiſſet etiam tales comprehendere, de illis
expreſſiſſet, c. ad audientiam cum ibi not. extra de decimis:
cum itaque in laudo non fuerit de illis expreſſum, conclu-
dendum eſt, eos non eſſe immunes argu. d.l.1.ff.de iure im-
munit. cum ſimilibus ſupra allegatis: & ita in prædicta con
ſultatione iuris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum per actum proximum, & contiguum non exceditur, ſed adimpletur: Fallit in mandato ſpecifico, & limitato nume. 21.*
2 *Mandatum etiam per æquipollens adimpletur: ſecus eſt in mandato ſpecifico, & limitato num. 21.*
3 *De pretio fidem habere eſt propinquum eius receptioni, illique æquipollet.*
4 *Procurator habens mandatum ad vendendum pro pretio, quod ſibi videbitur, vel ſimpliciter, non limitato pretio, poteſt etiam habita fide de pretio vendere, & dominus obligatur:*
5 *Idem, ſi cauſa venditionis non fuit expreſſa, & bona fide vendat.*
6 *Procurator ad vendendum pro pretio, quod ipſi videbitur, & ad pretium recipiendum, & de illo liberandum, & in prædictis, & quolibet prædictorum cum pleno, libero, generali, ac ſpeciali mandato, ac cum plena, libera, generali, & ſpeciali adminiſtratione poteſt, habita fide de pretio, vendere, etiam ſi ſolutioni pretij in mandato certum tempus fuiſſet appoſitum. Contra num. 10. & 14.*
7 *Publicanus deputatus ad recipiendum ſolutionem pecuniarum, & vectigalis dicitur generalem adminiſtrationem cum libera habere, & terminum ad ſoluendum prorogare poteſt: Quod declaratur numero 26.*
8 *Procurator eccleſiæ, fiſci, & minoris etiam ſpecialis, vel generalis non poteſt aliquo modo rem vendere, habita fide de pretio.*
9 *Procurator debens vendere pro pretio, & pecunia præſenti non poteſt de pretio fidem habere:*
10 *Quid ſi haberet ſpeciale mandatum ad vendendum cum plena, libera, et generali adminiſtratione, & nume. 14. & 22.*
11 *Procuratoris poteſtas etiam cum libera &c. quando ad ſpecificata tantum dicatur reſtricta.*
12 *Vendere, & pretium de præſenti recipere, & fidem de pretio habere differunt.*
13 *Procurator, cui aliqua ſpecialiter fuerunt commiſſa cum plena, libera, & generali adminiſtratione, non poteſt donare, aut aliud donationem ſapiens facere: Idem, ſi mandatum generale cum plena, & libera haberet, & num. 25.*
14 *Terminum ad ſoluendum dare, ſeu prorogare eſt remittere, & donare.*
15 *Procurator ſi ad vendendum pro pretio, quod ipſi uidebitur, & ad pretium recipiendum, & in prædictis, & quolibet prædictorum cum plena, libera, generali, & ſpeciali adminiſtratione ſit conſtitutus, quid illa clauſula cum plena, & libera &c. operetur, & quomodo ſit intelligenda, & num. 23.*
16 *Procurator habens ſpeciale mandatum ad vendendum poteſt fidem de pretio habere, niſi dominus mandauerit, ut venderet, & pretium reciperet.*
17 *Terminum præfixum in contractu prorogare nō poteſt is, cui aliquid arbitrio ſuo declarandum commiſſum fuit.*
18 *Procuratori ſi data ſit poteſtas vendendi pro pretio, quod ipſi videbitur, non cenſetur veriſimiliter data etiam ei poteſtas habendi fidem de pretio.*
19 *Mandato ad vendendum, & pretium recipiendum dato, infra quod tempus pretium eſſe recipiendum intelligatur.*
20 *Vendita re mea à procuratore meo, ſi ante traditionem rei, & poſſeſſionis ego alteri ignoranter rem illam vendam, & tradam, ſecundus emptor, cui traditio facta fuit, tanquam potior præfertur, etiam ſi poſtea venditionem primam ratificaſſem.*
21 *Mandatum ſpecificum, & limitatum debet in forma ſpecifica, & non per æquipollens adimpleri.*
22 *Procurator habens mandatum cum libera ad recipiendum ſolutionem quocunque tempore, & loco poteſt ſolutionem prorogare, ſecus, ſi ſimpliciter mandatum cum libera ad recipiendum ſolutionem haberet, num. 24.*
23 *Procurator habens poteſtatem vendendi pro pretio, quod ſibi videbitur, & pretium recipiēdi, & in prædictis, & quolibet prædictorum cum plena, libera, & generali adminiſtratione non dicitur habere poteſtatem donandi.*
27 *Procurator uendens, habita fide de pretio, dominum ex illo contractu obligat, licet rei venditæ dominium non transferat:*
28 *Et quando hoc ſit verum, & talis contractus valeat, & quando non.*

EPITOME.

PROCVRATOR *habens mandatum ad uendendum, & tradendum rem cuicunque perſonæ, cui, uel quibus ipſe procurator uoluerit, pro illo pretio, prout ipſi uidebitur, et ipſum pretium recipiendum, & de recepto liberandum, precariam poſſeſſionem rogandum, & conſtituendum emptorem dominum, & procuratorem in rem ſuam, & in prædictis, & quolibet prædictorum cum pleno, libero, generali, ac ſpeciali mandato, & cum plena, libera, generali, ac ſpeciali adminiſtratione, quòd rem habita fide de pretio uendere, & dominum obligare non potuerit, hic demonſtratur.*

CASVS CONSILII.

PROCVRATOR *habuit mandatum ad uendendum, & tradendum domum cuicunque perſonæ, cui, uel quibus ipſe procurator uoluerit pro illo pretio, & pretiis, prout ipſi procuratori uidebitur, & ipſum pretiū, & pretia recipiendū, & de receptis liberandum &c. precariam poſſeſſionem rogandum, & conſtituendum emptorem dominum, & procuratorem in rem ſuam &c. Et cum pactis utilibus promittendum, & cauendum &c. & propterea obligandum cuicunque perſonæ ipſum*

con-

conſtituentem, & in prædictis, & quolibet prædictorum cum pleno, libero, generali, ac ſpeciali mandato, ac cum plena, libera, generali, ac ſpeciali adminiſtratione &c. Promittens dominus conſtituens prædicta omnia, & ſingula uigore, & auctoritate præſentis mandati gerenda omni tempore perpetuò firma, rata, & incorrupta habere, tenere, attendere, adimplere, & obſeruare, & in forma latiſſima, prout in inſtrumento mandati continetur. Cuius mandati uirtute procurator uendidit Sempronio dictam domum, & illi omnia iura, quæ ipſi domino conſtituenti ſuper ea competebant, ceſſit pro certo pretio poſt infra plures menſes partim ipſi procuratori, & partim cuidam Ianno tunc ſoluendo ex cauſis in inſtrumento uenditionis contentis: Demum dominus conſtituens ignorans uenditionem à dicto ſuo procuratore factam, Bernardino iura, & domum prædictam ceſſit, & uendidit, ut in alio inſtrumento publico habetur. Stantibus prædictis, Sempronius emptor, ut ſibi poſſeſſio traderetur, & promiſſa ſeruarentur, obtinuit fieri præceptum domino conſtituenti tanquam obligato per inſtrumentum uenditionis factæ à dicto ſuo procuratore. Quæritur, an procurator in uendendo fines mandati exceſſerit, ita quòd dominum non obligauerit ad ea, de quibus in dicto inſtrumento uenditionis, & ceſſionis, & præſertim ad tradendum dictam domum, illiusq; poſſeſſionem transferendum.

CONSILIVM CLXXIIII.

SVPER dubio ſupra in prænarrato themate propoſito, quòd procurator mandati fines non exceſſerit, & ſic dominus ſit obligatus domus poſſeſſionem Sempronio tradere, pluribus modis demonſtratur, & primo,
1 quia † procurator faciens contigua, & uicina mandato non dicitur fines mandati excedere, ſed adimplere, ut eſt glo. not. in c. licet ergo 8. q. 1. in glo. 1. quæ allegat optimũ
2 text. in l. fin. in fin. ff. manda. † per quem Barto. ibi inquit, quòd mandatum implet, non ſolum qui facit id, quod præciſè mandatum fuit, ſed etiam æquipollens Alex. in conſi.
3 25. in fin. in 2. uolu. ſed † habere fidem de pretio eſt propinquũ receptioni pretij, & illi æquipollere dicitur, l. quod uendidi, & ibi glo. ff. de contrahen. emp. ergo &c.
4 ¶Secundo † procurator, cui datum fuit mandatum ad uendendum pro pretio, quod ſibi uidebitur, uel ſimpliciter ad uendendum, non limitato pretio, poteſt uendere, habita fide de pretio poſt certum tempus ſoluendo, & dominus ex tali facto obligatur, ut eſt doctrina Bart. cum quo cæteri pertranſeunt ſecundum Alex. in l. à diuo pio §. ſi emptor ff. de re iudi. & Felin. in c. olim il. 1. extra de reſcrip. in fin. 2. colum. & in c. cauſam in 3. colum. extra de re iudi. dicit, procuratorem habentem mandatum ad uendendum rem ſimpliciter, non limitato certo pretio, regulariter poſſe uendere, habita fide de pretio, niſi in tribus caſibus, inter quos caſus noſter nõ enumeratur: Sed in caſu, de quo agitur, procurator habuit mandatum ad uendẽdum pro pretio, quod ſibi uidebitur, & ſic pretium non fuit limitatum, igitur &c.
5 Tertio † quando procurator habuit mandatum ad uendendum non limitato pretio, & cauſa non ſit expreſſa, ob quam deberet vendere, tunc poteſt uendere, habita etiam fide de pretio, dummodo bona fide faciat, Bal. in l. inciuile C. de rei uendic. At in caſu iſto procurator bona fide egit, ut rem domini meliorem faceret, ueluti ex contentis in inſtrumento uenditionis apparet, nec fuit adiecta cauſa in mandato, propter quam procurator deberet uendere, er-
6 go &c. ¶Quarto pro hac parte conſidero, quòd † procuratori factum fuit mandatum ad uendendum domum pro illo pretio, quod ipſi uidebitur, & ad ipſum pretium recipiendum, & de illo liberandum, & in prædictis, & quolibet prædictorum plenum, liberum, generale, ac ſpeciale mandatum cum plena, libera, generali, ac ſpeciali adminiſtratione, quæ uerba operantur, quòd licet procurator fuerit conſtitutus ad recipiendum pretium rei uenditæ, tamen ex arbitrio, & libera adminiſtratione in prædictis conceſſa ipſe procurator potuit tempus ad ſoluendum pretium dare; quinimmò ſi ſolutioni pretij tempus certum fuiſſet appoſitum, procurator ſpecialiter conſtitutus ad recipiẽdum ſolutionem cum libero, & pleno arbitrio terminum ſolutionis prorogare poſſet, ut uoluit Bar. per illum tex. in l. qui romæ §. callimachus in fin. uer. ff. de uerbo. obliga. ubi hoc doctores communiter, & Alex. in 3. colum. ſequuntur: nam illud idem, quod conceſſio liberæ, & generalis adminiſtrationis importat quoad omnia iuxta l. procurator, cui libera ff. de procurat. importat etiam conceſſio liberæ adminiſtrationis quoad unam ſpeciem per tex. in d. §. callimachus iun. ibi not. per Bar. cum quo alij pertranſeunt; ſed nos ſumus in caſu iſto, ergo procurator ex libera, & generali adminiſtratione potuit tempus ad ſoluendum pretium dare, ſicut in terminis noſtris potuiſſet generalis, cui libera, & generalis adminiſtratio conceſſa eſſet, ueluti concludunt Bar. & alij omnes in d. l. à diuo pio §. ſed ſi emptor per tex. in d. §. callimachus, & hoc tenet etiam Bal. in d. l. inciuile, & Felin. in d. c. cum olim in 4. colum. ¶Quinto pro hac opinione facit
7 l. fin. §. penul. ff. de publica. ubi † publicanus deputatus ad recipiendum ſolutionem pecuniarum, & uectigalis pro cõmuni, poteſt terminum ad ſoluendum prorogare, & hoc eſt ex eo, quia publicanus à cõi deputatus dicitur generalẽ adminiſtrationem cum libera habere, ut ibi uoluit Ang. & refert Alexand. in d. §. callimachus in 4. colum. & ibi in 5. colu. etiam dicit, canoniſtas communiter tenere, quòd procurator habens mãdatum generale cum libera poteſt tempus ad ſoluendum dare, & terminum prorogare.

¶Quibus tamen omnibus non obſtantibus, contrariam opinionẽ de iure ueriorem eſſe arbitror, quòd procurator prædictus uirtute mandati ſibi facti non potuerit dictã domũ uendere pro pretio ſoluendo de menſe Octobris, quia ipſi non dicitur data poteſtas ſequendi fidem emptoris, ſed uẽdendi pro pretio de præſenti recipiendo, ut dicitur in mandato ei facto. Et ſi uerba Barto. in d. l. à diuo pio §. ſed ſi emptor diligenter conſiderentur, hoc inferre dicuntur, nam Barto. ibi maximè in diſtinctione, quam facit, conſiderat
8 plures caſus, primus eſt, † quando eſſet procurator eccleſiæ, fiſci, aut minoris, & talis non poteſt aliquo modo rem uendere, habita fide de pretio, etiam ſi eſſet ſpecialis, aut generalis procurator, ut in l. ſi procurator in fi. ff. de iure fiſci, ibique Barto. & omnes, & Abb. in c. 2. extra de precar. & hic caſus non conuenit caſui noſtro: Secundus caſus eſt, quando dominus ſpecialem procuratorem ad uendẽdum certam rem conſtituiſſet, cui limitatum mandatum dediſſet: & is tunc fines mandati non poteſt excedere argumento l. diligenter ff. manda. Ex his uerbis Barto. ita generaliter
9 prolatis infertur, † quòd ſi in mandato fuiſſet dictum, quòd procurator deberet uendere pro pretio, & pecunia præſenti, & ſic mandatum fuiſſet limitatum, procurator nõ poſſet fidem de pretio habere, nam fines mandati nõ poſſet excedere, & conſequenter non uendere, habita fide de pretio: Hæc fuit expreſſa mens Barto. ibi idemque uoluit etiam Cyn. in l. inciuile in fin. uer. C. de rei uendica. dicẽs, quòd procurator habens mandatum ſpeciale ad uenden-
10 dum non poteſt fidem de pretio habere: Et † quamuis ex uerbis Bar. in d. l. qui romæ §. callimachus hoc uideatur limitari, niſi procurator ſpecialiter conſtitutus ad uendendũ habe-

haberet poteſtatem cum libera, & generali adminiſtratio-
ne,tamen hoc uerum eſſet,quandò ſimpliciter haberet mā
datum ad uendendum, ſecus ſi haberet ſpeciale mādatum
ad uendendum, & recipiendum tunc pecuniam, quia non
poſſet fidem de pretio habere,& præſertim quādo haberet
11 liberam &c.in prædictis, & circa prædicta, † tunc enim
procuratoris poteſtas diceretur ad ſpecificata tantum re-
ſtricta, ut ultra illa expreſſa nihil poſſet, ut uoluit Areti. in
conſi.4.in fi.uer.& hoc uidetur probari in d.§.callimachus
in fin. uer. ubi Eros ſeruus diem ſolutionis à domino con-
uentam non potuit prorogare,niſi arbitrium ſibi datum eſ-
ſet pecuniam certo tempore debitam quocunque tempo-
re,& in quocūque loco ſeruo Eroti uideretur, poſſe reddi:
Ex ſimplici ergo arbitrio nō poſſet, niſi dictum eſſet, quòd
haberet arbitrium recipiendi quocunque tempore, & lo-
12 co: Sed † aliud eſt uendere, & pretium de præſenti re-
cipere,& aliud fidem de pretio habere,ut not. in §.uenditæ
Inſtit.de rerum diuiſio. & in l. quod uendidi ff. de contra-
henda emptione,& eſt de mente Bartoli in d.§. ſed ſi em-
ptor, ergo huiuſmodi procurator etiam cum libera ſimpli-
citer non potuit uendere, habita fide de pretio.
13 ¶Secundo † procurator, cui aliqua ſpecialiter commiſ-
ſa fuerunt cum libera,& generali adminiſtratione,quamuis
ad præiudicium domini omnia poſſit facere , quæ dominus
poſſet,ut in l. procurator, cui libera,ff.de procurat.& c.qui
ad agendum de procurat.in 6.cum ſimilibus, tamen non po
teſt donare, aut aliud facere,quod donationem ſaperet, ut
in d.l. procurator,cui libera,& ibi Bar.l. contra iuris in fin.
ff.de pactis,glo.in l.mandato ff. de procurat. & in l. præſes
C.de tranſactio. & ideò tutor, & alius, qui dicitur liberam
adminiſtrationem habere, donare non poteſt l.1. §. 1. ff. de
tutel.& ratio.diſtrahen.l.cum plures in fin.ff. de admin.tut.
14 & habetur in l.filius §.ſed enim ff.de donat. Sed † proro-
gare terminum, & dare tempus ad ſoluendum eſt remitte-
re, & donare,ut in l.omnes in fin.& in l.ait prætor §. quod ſi
in diem ff.de iis, quæ in frau.cred.& colligitur ex not. per
Bart.in l.fin.in prin.eodem titu. ergo uirtute liberæ, & ge-
neralis adminiſtrationis procurator non poteſt terminum
prorogare,aut tempus ad ſoluendum concedere: & ſi dice
15 retur, † quòd hæc clauſula cum libera, & generali admi-
niſtratione,quæ etiam receptionem pretij reſpicit, ex quo
expreſsè dictum fuit cum plena & libera &c. in prædictis,
& quolibet prædictorum,ſi eo modo,quo dictum fuit, intel
ligeretur, certè parum,aut nihil operaretur,immò eſſet fru
ſtratoria,niſi intelligeretur,quòd ipſe procurator poſſet ter
minum ad ſoluendum dare,& uerba etiam in contractibus
debent aliquid operari,ut colligitur in l.ſi quando ff.de le-
ga.1.l.ſi quando C.de inoffi.teſta.in princ. l.1. in fin. ff. ad
municip.Salice.in l.licet in fin.C.loca.& Bald.in rub. C. de
contrahen.emp. reſponderi poteſt, quòd in terminis noſtris
poſſet aliud,quam temporis prorogationem operari,uide-
licet quòd procurator poſſet ſolutionem pretij de præſenti
recipere in aliis rebus,quas non potuiſſet aliàs recipere, pu
ta in alia pecunia iuxta not. in l. paulus ff. de ſolutio. uel in
alia re,aut ſpecie iuxta not.in l.2.in prin.ff.ſi cer.peta. & ſic
alio modo ſatisfactionem recipere ad tex. cum ibi not. in §.
uenditæ Inſtitu. de rerum diuiſ. in l. quod uendidi ff. de
contrahen.empt.& l.procuratoris §. pen.ff. de tribut. & ut
not.declarat Sozi.in d.§.callimachus in 6.col.¶Tertio pro
16 hac opinione uidetur † tex.not.in l. quicunque §. ſi ei in
uerſi. item ſi inſtitor ff. de inſtitor præſupponendo, quòd
procurator habens mandatum ſpeciale ad uendendum, ut
tenent Bar.& multi alij in d.l.à diuo pio §.ſed ſi emptor, po
teſt fidem de pretio habere, niſi dominus expreſsè iniūxe-
rit,ut uenderet,ac pretium reciperet,ueluti eſt tex.clarus in
d.§.ſi ei,ibi niſi fortè mādatum ſit ei præſenti pecunia uen
dere : ſed in caſu occurrenti datum fuit mandatum non ſo
lum ad uendēdum pro pretio, quod ipſi procuratori uide-
retur,ſed etiam ad pretium recipiendum, ergo &c.
¶Quarto induco l.ſed ſi §. ſi ſeruus ff. de contrahen. empt.
ubi ſi mandatum fuit ſeruo,ut fines agri uenditi demonſtra
ret, id tantum demōſtratum accipi oportet, quod dominus
ſenſerit: Similiter ergo habens mandatum uendendi pro
pretio,quod ſibi uidebitur,dicetur habuiſſe mandatum uen
dendi pro illo pretio,quod ſibi uidebitur, eo modo tamen,
quo dominus ſenſit,ſed dominus ſenſit, ut illud pretium re-
cipere deberet, ergo ſic debet intelligi mandatum datum,
ut procurator habens mandatum ad uendendum non poſ-
ſit fidem de pretio habere: & hanc opinionem uti ueriorē
ſequitur Salice. poſt Cyn. & Guliel.de Cun.in d. l.inciuile
C.de rei uendica. ¶Quinto prædicta corroborantur ex
tex.cum ibi not.per Paulum de Caſtrum, & alios in l.ſi in
17 lege la 1.in princ.ff.locati,ubi † quando alicui aliquid ar-
bitrio ſuo declarandum committitur, id cenſetur commiſ-
ſum,ut in arbitrium boni uiri,ſed tamen uirtute talis arbi-
trij non poteſt terminum in contractu præfixum proroga-
re,ut ibi probatur, & expreſsè hoc dicit Paul.de Caſt. Præ-
18 terea † dominus,qui procuratori iniunxit,ſeu permiſit uē
dere pro pretio, quod ſibi uidebitur, non eſt uериſimile,
quòd dederit poteſtatem etiam habendi fidem de pretio
poſt tempus plurium menſium ſoluendo, argumento not.
per Baldum in l.ſi donationis C. de contrah. empt. nam ſic
procurator potuiſſet duobus modis domino præiudicare,
primo in arbitrando minus pretium, & illius quantitatem
iuxta ea, quæ habentur in l.fin.C.de contrahen. emptio.&
per Bartolum in l.ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio,
& Paul.de Caſt.in d.l.ſi in lege in princ. ſecundo in proro-
gando tempus ad ſoluendum,quia ſic minus pretium ſolui
diceretur,ut in l.ſi prædio in diem in fi.ff. de in diem adie-
ctio.§.plus Inſtit.de actio.& in c.1.de plus petit. & ideò ne
in poteſtate procuratoris eſſet domino circa pretium præ-
iudicare,ipſe duobus modis dedit ei mandatum, uidelicet
pro pretio arbitrio ſuo,dummodo illud reciperet,ut innuūt
illa uerba ad uendendum,& ipſum pretium recipiendum,
19 & de recepto liberandum: † quod debet intelligi infra
breuiſſimum tempus duorum, uel trium dierum, non autē
nouem, aut decem menſium iuxta not. per Raph.in d.l.à
diuo pio §.ſed ſi emptor,ueluti ibi referunt Alex.& alij, &
Mathe.de Matheſil.in d.§.callimachus,quē refert ibi Sozi.
in pen.col. ¶Nec prædictis aduerſantur ea,quæ not.Bar.
in d.§.ſed ſi emptor, quia, ut dixi, de intentione Bart. fuit,
procuratorem in terminis noſtris non poſſe de pretio fidē
habere,nam primo ibi loquitur de procuratore eccleſiæ,
fiſci,& minoris: Secundo de procuratore alterius, qui ad
uendendum fuit conſtitutus,& tunc ſi habuit mandatum li
mitatum,quod quidē poteſt quomodocunque intelligi, &
conſequenter quòd procurator deberet pretium recipere,
tenetur ſeruare fines mandati, quos non poteſt excedere,
& hic eſt caſus noſter. Tertio dicit Bart.quòd ſi habens mā
datū ad uendendū non habeat limitatū mādatum, niſi ratio
ne cauſæ certæ adimplendæ,dicendū eſt,ut ibi per Bar.cum
quo alij pertranſeunt, ſed hic non eſt caſus noſter. Quarto
inquit, quòd ſi procurator habeat generale mādatū ad uē
dendū ſimpliciter,& poteſt fidē de pretio habere, ut ibi per
eū:& hic ēt non eſt caſus noſter,ut dictū fuit. ¶Sexto prin-
20 cipaliter conſidero, † quòd procurator in caſu noſtro uen
didit domum de menſe Ianuarij, fidemque habuit de pre-
tio uſque ad,& per totam diem 20.mēſis Octobris cum pa
cto conſtituti de poſſidendo,ſaluis pactis,& conuentis infra
ſcriptis: Inferius autem conuētum fuit,quòd procurator te
neretur tradere domum liberam, uacuam, & expeditam
intra & per totam diem prædictam 20. Octobris, & quòd
emptor

emptor pretium ſoluere aliter non teneretur, niſi prius fa-
cta ſibi effectuali traditione, & conſignatione poſſeſſionis
dictæ domus: Et conſequenter ante dictam diem 20. Octo-
bris domus ipſa non fuit emptori tradita, nec in eum illius
poſſeſſio tranſlata: Quo fit, ut dominus, qui interim ante
rei, & poſſeſſionis traditionem alteri domum illam ignorã
ter uendidit, & fortè alio, & maiori pretio, uel eodem, hoc
enim non curo, & ſecundo emptori domum, eiusque poſ-
ſeſſionem tradidit, cauſam ipſius ſecũdi emptoris, cui prius
traditio dictæ domus facta fuit, priorem, ac potiorem fece
rit per l. quoties C. de rei uendica. per quem tex. hoc in ter
minis noſtris uoluit glo. quam ſequitur Bar. in l. ſi indebitũ
§. fin. ff. rem rat. hab. & alij ibi, qui plus uolũt hoc etiam pro
cedere, ſi dominus, qui ignoranter ſecundo uendidiſſet, uẽ
ditionem primam emptori primo factam poſtea ratificaſ-
ſet, prout refert, ac ſequitur Iaſ. in d. l. quoties colum. 10.
Quare in caſu occurenti ſiue procurator fidem de pretio
habere potuiſſet, ſiue non, emptor, qui emit à domino, po-
tior eſſe uidetur. ¶ Nec aduerſantur illa, quæ ſupra in cõ
trarium conſideraui, nam & ſi ex prædictis optimè ſublata
uidentur, tamen ut clarius, ac melius ſatisfaciam, illis parti-
culariter reſpondendo, & in primis dico nõ obſtare, quòd
ſufficiat adimplere mandatum per æquipollens, uel facere
21 actum proximum, & contiguum, † quia mandatum ſpecifi
cum, & limitatum debet in forma ſpecifica, & nõ per æqui
pollens adimpleri, ut uoluit Maria. Sozi. in conſi. 53. domi-
nus Angelus, & fuit dictum Bal. in l. ſi inſtitorem ff. ſi cer. pe
ta. & probatur ex ijs, quæ uoluit Areti. in conſi. 4. & faciunt
ea, quæ habentur in d. §. ſed ſi emptor per Bar. & alios in il-
lo articulo, an procurator habens mandatum ad recipien-
dum pecuniam poſſit confiteri ſe recepiſſe: Et probatur ex
tex. in d. l. qui romæ §. callimachus, ubi deſtinatus ad ſolutio
nem recipiendam non põt terminum ad ſoluendũ proroga
re, quæ ſunt diuerſa: Et ita expreſsè determinat Feli. in c. cau
ſam in 3. colu. de re iudi. ¶ Secundo non obſtat doctrina
Bar. in d. §. ſed ſi emptor, quia, ut dictum fuit, contrarium vi
detur uoluiſſe in terminis noſtris, ut ſupra cõſideraui: Et ex
his ẽt ſublatũ uidetur id, quod tertio loco fuit cõſideratum
ex mẽte Bar. quia Bar. ibi caſũ ſeparatũ à caſu noſtro ponit.
¶ Non obſtat etiam quartum, quod fortius ſtringit, quia ex
dictis in primo, & ſecundo argumento, quæ aliter non refe
22 ro, colligitur reſponſio, † habens enim mandatum cum li
bera in prædictis, & quolibet prædictorum, tunc dicitur ha
bere poteſtatem prorogandi ſolutionem, quando haberet
arbitrium cum libera recipiendi ſolutionem quocunque tẽ
pore, & loco, ut eſt tex. not. in d. §. callimachus in fin. uer. er
go habens mandatum ad recipiendum ſolutionem cum li-
bera ſimpliciter, hoc facere non poterit argumento illius
tex. quoniam arbitrium cũ libera in prædictis, & circa præ-
dicta per ſe non operatur, quòd procurator poſſit proroga
re terminũ ex mente, & uoluntate domini expreſſum, atq;
impoſitum, & ratio eſt, quia habens mandatum cum libero
arbitrio ſimpliciter non poteſt remittere, neque donare, ut
not. in l. procurator cui generaliter, & ibi glo. & docto. ff. de
procurat. l. filius §. item uideamus ff. de donat. l. 3. §. plane
ff. quod ui, aut clam, & d. l. contra iuris §. fi. ff. de pactis cum
alijs ſupra allegatis: Ad hoc ergo, ut procurator ad ſolutio
nem recipiendam deputatus poſſit ſolutionem prorogare,
requiritur non ſolum, quòd habeat liberam, & generalem
in prædictis adminiſtrationem, ſeu liberum arbitrium, ſed
etiam ut illã liberam, & generalem habeat quocunque tẽ-
pore, & loco recipiendi, ut eſt tex. ſingularis in d. §. callima
chus, & hoc expreſsè uoluit ibi Bal. ita illum tex. intelligen-
do, dicens, quòd nuntius habens mandatum ad recipiendã
pecuniam certo loco, & tempore, nõ poteſt terminum pro
rogare, niſi ei datum ſit arbitrium recipiendi quocunque
loco, & tempore: quod eſt ſummè notandum pro declara-
tione prædictorum, & eorum, quæ ibi dicunt Bart. & alij: Et
optimè etiam hoc probatur ex tex. in d. l. quicunque §. ſi ei
ibi niſi fortè mandatum ſit ei præſenti pecunia uendere, iun
ctis etiam ijs, quæ dicit Roma. in d. ſingul. 646. Præterea
23 † cum ipſi procuratori data fuerit poteſtas uendendi pro
illo pretio, quod ſibi uidebitur, & cum libera, & generali
adminiſtratione, quæ uerba referuntur etiam ad arbitrium
datum quoad pretium rei uendendæ, nullus ſani capitis di
ceret, quòd ex hoc habuerit poteſtatem donandi domum,
ſed ſolum uendẽdi pro certo pretio arbitrio boni uiri, quia
illa uerba prout uidebitur, arbitrium boni uiri ſignificant iu
ribus uulgaribus allegatis per Anto. Abb. & alios in c. 1. de
conſtitut. & l. fideicommiſſa §. quamquam ff. de lega. 3. &
quamuis fortè procurator potuiſſet uendere pro maiori
pretio, ſi tamen minori ſed conuenienti arbitrio boni uiri
uendiderit, dicitur ſatisfeciſſe, nec cenſetur donaſſe: Ergo
& ſimiliter illa uerba ad recipiendum pretium cum libera,
& generali adminiſtratione ita debent intelligi, ut donatio
nem non includant, prout includerent, ſi procurator ex il-
lis fidem de pretio habere, & longum tempus ad ſoluendũ
dare potuiſſet: cum enim omnia illa ſub una, eademque de
terminatione includantur, uidelicet ſub ea, quòd habeat in
prædictis, & quolibet prædictorum plenum, & liberum arbi
trium, debent æqualiter, & eodem modo, nõ autem diuerſi
modè determinari argumento l. nam hoc iure §. 1. cum ſi-
mil. ff. de uulga. & pupil. Rurſus & ſi dando arbitrium libe-
rum, & plenum uendendi pro pretio, quod ſibi uidebitur
poſſet intelligi, ut ſaltem pro parte donandi poteſtatem ha
beret, quod negatur, niſi expreſsè eſſet dictum, ut ſupra, &
argumento l. campanus ff. de operi. liber. tamen non eſt ue
riſimile, quòd in duobus hanc poteſtatem remittendi, & do
nandi dediſſet, ut ſupra tetigi, argumento l. cum de indebi-
24 to ff. de probat. & d. l. cãpanus. Præterea † aliud eſt, quod
dominus, qui iam contraxerat, & tempus ſolutioni certum
appoſuerat, poſtea conſtituat nuncium ad recipiendam pe
cuniam debitam arbitrio ſuo libero, & pleno recipiendi pe
cuniam quocunque tempore, & loco, & tunc poterit proro
gare, quia hoc ſignificant expreſsè uerba mandati: Et hoc
modo propriè loquitur tex. & conſequenter docto. Barto.
& alij in d. §. callimachus: Et ratio eſt, quia in incertis, & nõ
in certis locus eſt coniecturis, l. continuus §. cũ ita ff. de ver
bo. obligatio. cum ſimil. aliud eſt, quòd det mandatum ali-
cui, ut poſſit uendere pro pretio, quod ſibi uidebitur, & ad
illud recipiendum, & de recepto liberandum cum plena, &
libera adminiſtratione, & tunc quia verba non ſunt præci-
ſa, & clara, ac poſſunt diuerſimodè intelligi, ut ex ſupra di-
ctis colligitur, non poterit diem longum proferre, nec fidẽ
de pretio habere, ex quo uerba expreſsè nõ inferunt, quod
poſſit etiam remittere, & donare per prædicta: ex quibus, ſi
rectè animaduertatur, tolluntur omnia, quæ in contrarium
conſiderari poſſent. ¶ Nec obſtat argumentum illud, quòd
tantum debet operari ſpecialè mandatum quoad ſuam ſpe
ciem, quantum generale quoad omnia, ut per Bar. & Alex.
25 in d. §. callimachus, quia dico, † quòd habens generale
mandatum cum libera non cenſetur habere poteſtatem re
mittendi, & donandi, niſi uerba hoc expreſsè inferant, d. §.
callimachus iunctis alijs præallegatis, ergo & ſpeciale man
datum cum libera ſimiliter quoad ſuam ſpeciem nõ debet
ſic intelligi, ut procurator habeat hanc remittendi, & donã
di poteſtatem, cum enim ratio diuerſitatis non appareat,
idem in utroque dicendum eſt l. à titio in fi. ff. de uerb. obl.
¶ Nõ obſtat tex. in d. l. fi. in fi. & §. ſi quis profeſſus ff. de pub.
ut ſupra, inductus, quia illi multipliciter reſpondent ſcrib.
26 ibi, & Alex. & Imol. in d. §. callimachus, in primis † quòd
loquatur de principali, qui nomine ſuo, & ad ſuam utilita-
tem

tem exigere poterat: Secundo ſpeciale eſt in publicano,
quia iure hãc poteſtatem habet l.licitatio §.earum ff.de pu
blica.et Ange.& Bart.in d.§. ſi quis profeſſus. Cætera per
ſcriben. dicta circa illum textum omitto, quia ille textus
parum, uel nihil obeſſe uidetur ijs, quæ ad fauorem do-
mini conſtituentis conſiderata fuerunt.

¶Sed concluſioni traditæ adhuc uidentur obſtare ea, quæ
uoluit Bal.in l.cum uendente C.ubi cau.fiſca.per tex. cum
27 ibi not.in l.ſi procurator in fin.ff.de iure fiſci, † ubi procu-
rator, qui uendidit habita fide de pretio, quamuis dominiũ
non trasferat, ut in l.cum mandati C.manda. tamen ex tali
contractu dominum obligati & ex illa efficax obligatio ori-
tur, quam doctrinam Baldi ſequuntur docto.maximè Alex.
in d.l.à diuo pio §. ſed ſi emptor col.4. Verum pro reſpon
ſione conſiderandum eſt, docto.communiter in hoc conue
nire, quòd illis caſibus, quibus procurator non poteſt fidem
de pretio habere, uendẽdo non dicitur dominium transfer
28 re, ut probatur in d.l.cum mandati: † Vtrũ autem ualeat
in ſe contractus, ut dominus ex illo obligetur, docto. dubi-
tant, inter quos reperio Salicetum in d.l. inciuile in fi. hoc
declarantem, & determinantem, quòd eo caſu, quo procu-
rator non poteſt uendere, habita fide pretio, ut exemplifica
ri poteſt pluribus modis, & præcipuè, quando factum fuit
mandatum, ut uenderet præſenti pecunia, ſi is uendat habi
ta fide de pretio, & termino ſolutioni pretij præfixo, tunc
non ualet contractus, tanquam contra mandatum fecerit
argumento d.l.quicunque §.ſi ei, ſi uerò ſimpliciter, & purè
uendidit, non adiecto certo tempore ſolutioni pretij, & tũc
licet dominium non transferatur, tamen contractus ualet,
& ex eo obligatio efficax oritur: & hoc modo propriè lo-
quitur d.l.ſi procurator in fin.cum glo. & hæc fuit origina-
lis doctrina Bal.in d.l. inciuile in fin.uer.qui dicit, quòd li-
cet procurator uendendo non poſſit habere fidem de pre-
tio, neç dominium rei trãsferre, tamen obligat dominum,
niſi forma mandati expreſsè repugnaret, ut quia dominus
mandauerit, quòd uenderet, & pretium reciperet, ut in d.
l.quicunque §.ſi ei: uel uerius ſecundum Bald. dicendum
eſt, quòd in caſibus, in quibus procuratot non poteſt fidem
de pretio habere, ſi ſimpliciter, & purè uendat, & pretium
de præſenti non recipiat, contractus ualet, quamuis domi-
nium non transferat, d.l.ſi procurator: ſi uerò uendit ex-
preſsè habita fide de pretio, præfigendo tempus ad ſoluen
dum, ut in caſu occurrenti, tunc dominium non trãsfertur,
neque contractus ualet, quia licet à forma mandati expreſ-
sè non recedatur, tamen receditur à forma iuris, quæ ipſi
mandato ineſt, ut in d.l.ſi procurator: & ita Bald. inquit
hanc materiam eſſe intelligendam: ſi ergo etiam à forma
mandati expreſsè receſſum eſſet, ut quia mandatum conti-
neret, quòd uenderet, & pretium reciperet, prout in
caſu noſtro, multo magis contractus non teneret, ut infer-
tur ex uerbis Bal.& Salice.& docto.communiter dicta Bal.
in d.l. inciuile approbant, ut habetur per Alex. & alios in
d.§. ſed ſi emptor. Neque hoc in caſu neceſſe eſt ingredi
illud brochardicum, utile per inutile non uitiari, cum ha-
beamus deciſionem doctorum communiter approba-
tam, à qua in conſulendo, & iudicando non eſt receden-
dum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Mandatis duobus eadem die ab eodem factis eidem, & ab eodem nota-
rio ſcriptis, id, quod minus continet, attenditur, & quando hoc proce
dat, & quando ſecus num. 3.*

2 *Scripturæ diuerſæ eodem loco, & tempore factæ inter eoſdem ſi in ſum-
ma diſcordent, ſtatur ſcripturæ minorem ſummam continenti.*

3 *Mandatis, ſeu procuratoriis pluribus ab eodem factis, & exiſtentibus,
quod præualeat, & attendatur.*

4 *Bal.in l. falſus col.7.uerſi.ſcias tamen C. de furtis uolens ex duobus man-
datis præualere id, quod minus continet, declaratur.*

5 *Mandatum ad tranſigendum debet eſſe ſpeciale, & dicitur ſpeciale fa-
ctum ad tranſigendum, quamuis non dicatur cum tali, & ſuper ta-
li re.*

Et ita in practica obſeruatur, quæ ſeruanda eſt num. 7.

6 *Derogatio dicitur ſpecialis facta per clauſulam non obſtante aliqua
lege.*

EPITOME.

TRANSACTIONEM *factam à procuratore habente mandatum ad lites, et ad tranſigendum ualuiſſe, quamuis reperiatur aliud mandatum ab eodem factum eidem eadem die ad lites, & ad iudicia, et quamuis ſimpliciter in mandato ſit dictum ad tranſigendum abſque eo, quod dictum fuerit cum tali, et ſuper talibus rebus, et ex duobus mandatis ab eodem factis eidem plenius attendi in hoc caſu demonſtratur.*

CONSILIVM CLXXV.

PRAESVPPONITVR ex aduerſo in præſenti
cauſa, quòd Hieronymus tranſigendo nõ potuit Ioan
nibaptiſtæ abſenti præiudicare argumento l. non de-
bet alteri ff.de regu.iur.& C.res inter alios acta; Nec ob-
ſtare mandatum illi à Ioannebaptiſta factum ad lites, & ad
1 tranſigendum, quia † aliud reperitur mandatum factum
eadem die, & ſcriptum ab eodem notario, in quo Ioannes
baptiſta mandatum facit Hieronymo ad lites, & ſic ad iu-
dicia, & non ad tranſigendum: quod mandatum continẽs
minus attendi debet, & non aliud, per doctrinam Bald. in l.
falſus col.7.uerſi.ſcias tamen C. de furt. qui dicit, quòd ſi
producantur duo mandata eadem die facta, & non appa-
rear, quod prius factum fuerit, debet attendi illud, quod dat
minorẽ baliam per tex.in l.ſempronius proculo ff.de lega.
2.ubi etiam Bald.idem ſentire uidetur dicens, item nota,
quòd inſtrumentum continens plus trahitur ad illud, quod
continet minus, & ſic error præſumitur in pluri, nõ in pau
2 ciori per illum tex.qui probat, quòd † ſi ſcripturæ diuerſæ
eodem loco, & tempore factæ inter eoſdem diſcrepent in
ſumma, ſtatur ſcripturæ minorem ſummam continẽti, quia
in illa concordare uidentur, ut uoluit etiam Bald.in l. ſcri-
pturæ in 2.oppos.C.de fid.inſtrum.argumento l. diem §. ſi
plures ff.de arbit.uerum ex oppoſito Bal.in l. ſi ita ſcriptum
ff.de hæred.inſtit.inquit, præualere ſcripturam, quæ eſt ple-
nior, & ſubdit poſſe ex illo tex.ſumi argumentũ, quòd quan
do diuerſa procuratoria eiuſdem reperiuntur, illud præua-
let, quod eſt plenius; quod ſine dubio uerum eſt, ſi plenius
fuerit poſterius: non negat tamen, quòd ſi non cõſtaret de
prioritate, nec de poſterioritate, plenius etiam non debe-
ret præferri, quamuis minus dubium eſſet, quando plenius
diceretur poſterius. ¶His ſtantibus, pro reſolutione in
3 præſenti cauſa dicendum eſt, quòd † quando procurato-
ria, de quibus ſupra, eſſent inter ſe aduerſa, & contraria,
tunc tanquam inter ſe repugnantia non ualerent l. 1.& ibi
Bal.C.de furt.& l.ubi repugnantia ff. de regu. iur. at ſi non
eſſent inter ſe aduerſa, ſed diuerſa, tunc ſi unũ contineat
plus, & aliud minus, & procuratorium continens plus redu
cibile ſit ad illud, quod continet minus, ut quia diuerſitas
inter illa ſolum erat in quantitate, & ſumma, illud, quod mi
nus in quantitate continet, præualet, & attenditur, & hoc
modo intelligetur id, quod uoluit Bald.in d.l.falſus per d.l.
ſempronius proculo, prout illud declarat Alex.in d.l.falſus
in apoſtil.& eſt de mente ipſius Bal.in d.l. ſcripturæ; Si ue
rò duo inſtrumenta, ſeu procuratoria differant in qualita-
te, & nõ in ſubſtantia, ut quia unum factum fuerit ſub con-

ditione

ditione,& aliud purè,tunc attēditur factum purè, quia ple
nius fuit,d.l.ſi ita ſcriptum,& Alexan.in apoſt.in d.l.falſus:
Si autem duo procuratoria, uel inſtrumenta eodem die,&
loco ab eodem, & inter eoſdem facta fuerint, quorum
unum ſit pinguius altero,tunc ſi illud plus, quod eſt in uno,
poteſt ad illud minus reduci,ut in ſummis,præfertur,vt ſu-
pra dictum fuit, id,quod minus continet, argumento d.l.
diem.§.ſi plures,at ſi plus nō ſit reducibile ad minus,& una
ſcriptura ſit plenior altera, ut quia contineat plura capita,
tunc pleniori ſtādum eſt, nam una ſcriptura ſuppletur per
aliam l.ſi quis ex argētarijs §.ſi initium ff. de eden.hæc fuit
notabilis declaratio Bal.in l.imperator colum.3.verſi.ſed ſi
in una eſt plus in 1. lectura ff. de ſtat. hom. per quam Alex.
in conſi.105.colu.3.uerſi. ſecundo principali fundamento
lib.2.idē uoluit.Sed inter hæc duo procuratoria, quæ in oc
currenti caſu reperiuntur,alterum eſt plenius, quia conti-
net plura capitula,quam aliud, ut præſupponitur, ergo il-
lud,in quo conceſſa fuit facultas etiam tranſigendi,tanquā
plenius eſt præferendum,atque attendendum,& nō aliud.
4 Nec † obſtat doctrina Bald. in d.l.falſus, quia declaranda
eſt,ueluti proximè dictum fuit,& eſt de mente Alexan. ibi:
Præterea Bal.loquitur,quando idemmet producit duo in-
ſtrumenta,ſeu procuratoria ſub diuerſa forma, non autem
quando unus produceret procuratorium plenius ſibi factū
uidelicet ad lites, & ad tranſigendum, & illo uſus eſſet, &
ſic illud acceptauerit, iuxta l. ſi mandauero §. ſicut autem,
& l.inter cauſas §.qui ſuſcepit ff.manda. & aduerſarius pro
duceret aliud procuratorium factum in perſona eiuſdem,
quod non continebat capitulum ad tranſigendum,ſed ſolū
ad lites,& illemet,cui aliud mandatum datum fuit, eo uſus
non fuit,nec illud ſuſcepit,nam abſque dubio ſolum procu
ratorium plenius,quod fuit ſuſceptum,debet in conſidera-
tione haberi,& non illud,quod non fuit ſuſceptum, ut ha-
betur in iuribus proximè allegatis: Sed Bal. in d.l.falſus lo-
quitur, quando utrunque mandatum fuit ſuſceptum, &
utroque idem procurator datus uſus fuit, tunc enim benè
propter conflictum debebit fortè attendi illud, quod dat
minorem poteſtatem,& ita rectè intuenti doctrina Bal.pa-
rum, aut nihil facit ad fauorem Ioannisbaptiſtæ. ¶Nec
5 obſtat,quòd † hoc mandatum ad tranſigendum fuerit ge
nerale,& ideò non ſufficiens, nam cum ex eo poſſet alteri
hoc eſt aduerſario præiudicium irrogari, & etiam fieri,
quòd conſtituens caderet in pœnam, debuit eſſe ſpeciale
per plura in dubijs adducta,& per not.à Bar. in l.filiusfam.
in fin.uer.ff.de donat. Quia reſpondetur, quòd ſatis ſpe-
ciale dicitur mandatum ad tranſigendum, ex quo fuit ex-
preſſum capitulum ad tranſigendum, non autem debuit
dari ad tranſigendum cum tali ſuper talibus rebus aliena
ri prohibitis, hoc enim mandatum non diceretur ſpeciale,
ſed indiuiduum,quod non requiritur,ſed ſufficit ſpeciale,&
quòd dictum ſit ad tranſigendum, ad petendum reſtitutio-
nem in integrum ſimpliciter, ut not. declarat Paul. Caſt.in
d.l.filiusfam.& notat Bal.in l.unica C.etiam per procur.ſi-
6 cuti † in ſimili inquit Aretin.in c.1.de reſcrip. de clauſula
non obſtante aliqua lege, quòd talis derogatio dicitur ſpe-
cialis,quæ ſufficit,non autem requiritur indiuidua deroga-
tio,non obſtante tali lege illam in indiuiduo nominando:&
eſt de mente Bart. Alex.& aliorum in l.ſi quis mihi bona §.
7 iuſſum ff.de acquir.hæred.& † dicit ibi Imol. communi-
ter in practica hoc ſeruari: de quo communi uſu illi credē
dum eſt per id, quod uoluit Barto. in l.de quibus ff.de legi.
etiam abſque eo, quod hic communis uſus articuletur, &
probetur,ut ex uerbis Bart. ibi colligitur, & idem Bart.in l.
qui bona §.ſi aliena colu.2.ff.de dam.inf. uerſi. cōis tamen
obſeruantia, inquit,ſufficere ſpecialem expreſſionem, puta
ad iurandum de calumnia,ad tranſigendum,non autem re
quiritur expreſſio indiuidua. Et cōmunis obſeruantia hoc
ſeruat,à qua non eſt recedendum, quam communem ob-
ſeruantiam probat text. in clem. non poteſt de procura.&
ideò ab ea non recedēdum,ut dicit Bart.in locis præcitatis,
quamuis diſputatiuè loquendo contraria opinio, quā mul
ti ſequuti fuerunt, ſuſtineri poſſet. Vlterius ſuper his no-
lui inſiſtere, cum ſciam cauſam coram peritiſſimis uiris
agi. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conſenſus, & præſentia conſanguineorum ex forma ſtatuti in contracti- bus mulieris requiſitus, & requiſita de forma, & ſolemnitate ſubſtan tiali dicuntur non ſolum, quando aliàs actus annullaretur, ſed etiam quando ſtatutum vlterius actum annullando non procederet.*

2 *Contractus mulieris ſine conſenſu, & præſentia conſanguineorum ex for ma ſtatuti requiſitis eſt ipſo iure nullus, nec ex eo obligatio naturalis, neque ciuilis oritur: Etiam ſi in ſtatuto actus annullatio non adeſ- ſet.*

3 *Tranſactio eſt contractus.*

4 *Pactum de non petendo, renunciationes, & iurium ceſsiones non ſunt pro- priè contractus, ſed diſtractus;*

5 *Comprehenduntur tamen ſub ſtatutis loquentibus de contractibus, & negotijs, & in illis conſenſum conſanguineorum requirentibus.*

6 *Statutum requirens in pacto de non petendo, in refutationibus, quietatio- nibus, & donationibus mulierum conſenſum, & præſentiam conſan- guineorum intelligitur de ijs, quæ per ſe, & principaliter fiunt, non au tem de ijs, quæ fiunt in conſequentiam, & ad corroborationem alte- rius contractus principaliter geſti, & num. 51.*

7 *Et ſi loquatur etiam de contractibus, & negotijs mulierum, comprehen- dit etiam contractum tranſactionis.*

8 *Iuramentum dolo, & metu extortum non eſt obligatorium, neque etiam in foro canonico ſeruandum;*

9 *Et multo magis, quando enormis læſio interuenit.*

10 *Iuramenti effectus per ſtatutum directè impediri non poteſt, ſed per in- directum poteſt, & quomodo, & an hoc ſit verum num. 59.*

11 *Tranſactio à muliere, ſeu minore facta, non ſeruata forma ſtatuti, etiam iurata non valet. Quod declaratur num. 60.*

12 *Tranſactio ob enormem læſionem reſcindi poteſt: Contra numero 20. & 25.*

13 *Pactum de non petendo dicitur eſſe donatio: Sed non in tranſactione appo ſitum num. 34.*

Nec quando eſt reciprocum, & in contractu ultro, citroque obligatorio apponitur nume. 73.

14 *Tranſactionis contractus ob bonum publicum, vt litium finis eſſet, intro- ductus fuit.*

15 *Et in eo magis, quam in alijs contractibus interpretatio facienda, vt ſub- ſtineatur, & valeat.*

16 *Tranſactio bona fide facta prætextu inſtrumentorum de nouo repertorū non reſcinditur,*

17 *Habet vim, & auctoritatem rei iudicatæ, & illi æquiparatur: Litiſq; ingreſſum impedit, & num. 26.*

18 *Tranſactio pro modico facta ex cauſa etiam ſuper magna lite va- let:*

19 *Valet etiam, ſi ex ea nihil cum effectu ad partem perueniat, dummodo peruenire potuerit, & num. 65.*

20 *Tranſactio facta pro aliqua parte eius, quod in totum deberi prætendi- tur, actionem in totum tollit:*

21 *Nec prætextu maioris quantitatis, & læſionis reſcindi poteſt.*

22 *Tranſactio pro minori quantitate facta, & in qua enormis læſio præ- tenditur, peti non poteſt, vt ad arbitrium boni viri reducatur:*

23 *Lucratur ſatis, qui à lite diſcedit, & num. 65.*

24 *Dubius litis euentus facit id licitum, quod aliàs erat illicitum.*

25 *Tranſactio prætextu enormiſsimæ læſionis non poteſt propter dubium li- tis euentum reſcindi: & maximè quando in ea iuramentum interue- nit, & num. 31.*

27 *Sententia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, ob quamlibet læſionem non reſcinditur, nec illi prætextu cuiuslibet enormiſsimæ læſionis contra- uenitur.*

28 *Tranſactio bona fide facta præſumitur, quando litis euentus veriſimiliter eſt dubius:*

29 *Tranſactio tenet ſuper lite ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè facta, dummodo ali- quid detur, vel retineatur, vel remittatur.*

30 *Tranſactio eſt contractus innominatus, & in ea pœnitentiæ non eſt lo- cus.*

31 *Tranſactio alienationem, & dilapidationem, & conſequenter læſionem non continet, & ab illa non receditur, quando in ea id aduerſario remittitur, quod ipſe tenebat, & poſſidebat, uel hinc inde fit remiſsio.*

33 *Remittere ius ſuum, ſeu rem, quam alius detinet, in aliis contractibus, & pactis, quam in tranſactione, eſt alienare, donare, & diſsipare.*

35 *Tranſactio facta ſuper lite calumnioſè mota eſt ipſo iure nulla.*

36 *Donatio ad eius eſſentiam ſcripturam non requirit,*

Et facta à principe nec inſinuationem, nec aliquam ſolemnitatem expoſcit.

37 *Gratia, uel priuilegium principis an ad eius eſſentiam ſcripturam requirat, an uerò illam per teſtes probari ſufficiat.*

38 *In donatione eiuſdem rei facta à principe duobus præfertur primus, etiam ſi ſecundo res fuerit actualiter tradita:*

Idem in donatione, uel uenditione facta duobus ab eccleſia nu. 40.

39 *Ex donatione ſimplici etiam uerbo facta à principe ius, et dominiũ transfertur abſque alia traditione.*

41 *Caſtro ſimpliciter conceſſo, omnia quoque illi acceſſoria conceſſa cenſentur, & nu. 85.*

42 *Statutum de conſenſu propinquorum in contractibus mulierum, & minorum adhibendo principaliter ad fauorem mulierum, & minorum dicitur factum.*

43 *Contractus minoris, ſiue mulieris ſine ſolemnitate ſtatuti conſenſum propinquorum, & alia requirentis ualet ſi eſt illis utilis.*

44 *Statuto requirenti conſenſum propinquorum in contractibus minorum, & mulierum poteſt per mulieres, ſiue minores cũ iuramento ſpecialiter ſuper hoc præſtito renunciari.*

45 *Statuta in contractibus mulierum conſenſum propinquorum requirentia ſaltem reſpectu mulierum maiorum annis 25. ſunt à regulis iuris exorbitantia, & correctoria.*

46 *Statuta exorbitantia, & correctoria iuris communis ſolum in caſibus, de quibus loquuntur, intelligi, nec ultra illos extendi debent.*

47 *Statuta, & iura loquentia de pactis de non petendo, & de refutationibus ſimpliciter, locum non habent in contractu tranſactionis.*

48 *Statutum exorbitans à iure communi loquens de certa ſpecie contractus ad alias ſpecies non extenditur.*

49 *Tranſactio à pacto de non petendo, à refutationibus, à quietationibus, à donationibus, & ab aliis contractibus differt, & quando.*

50 *Tranſactio ſui natura eſt ipſis partibus utilis, & eſt contractus ultro, citroque obligatorius.*

51 *Pactum de non petendo, refutationes, & quietationes an per ſe principaliter fiant an uerò uiciſsitudinariè, & in conſequentiam, ac acceſſoriè ad corroborationem alterius contractus principaliter geſti, differt, & quomodo.*

52 *Statutum urbis ſub rub. de pactis, & donationibus non ualituris, ac inualiditate iuramenti diſponens, donationes, pacta de non petendo, refutationes, & quietationes à quibuſcunque mulieribus ſine approbatione, & iuramento duorum conſanguineorum iudicis decreto nulla, & irrita, nullaſque, & irrita eſſe, an, & quando contractum tranſactionis comprehendat, oſtenditur, & ſtatutum prædictum declaratur uſque ad nu. 63.*

53 *Verba, & clauſula ultimo loco poſita, quæ continuatiuè, & relatiuè ad præcedentia ueniunt, ad illa tantum reſtringi, ac referri debent.*

54 *Exceptio debet eſſe de regula, & loquitur ſolum in terminis dicti, & regulæ, à qua fit exceptio.*

55 *Annullatio actus eſt pœna, quæ non debet cenſeri impoſita in caſu, in quo non eſt expreſſa.*

56 *Contractus de iure communi ob ſimplicem læſionem etiam ultra dimidiã non eſt nullus, ſed ualet, quamuis reſcindi poſsit, excepto tranſactionis contractu.*

57 *Maximè interueniente iuramento non modo generali, ſed etiam ſpeciali de non contraueniendo aliqua ratione, uel cauſa prætextu alicuius læſionis.*

58 *Tranſactio quòd prætextu læſionis non excedentis dimidiam reſcindi nequeat, omnes conueniunt.*

59 *Iuramentum uires ſuas retinet, & contractui robur præſtat, non obſtante ſtatuto uolente iuramentum in contractu mulieris, uel minoris ſine certa ſolemnitate celebrato cenſeri debere metu, uel dolo extortum.*

60 *Decius in conſi. 532. reprehenditur, & declaratur nu. 61. & 64.*

Læſio in contractu tranſactionis quomodo capi debeat.

62 *Tranſactio, & illius ratificatio differunt.*

63 *Ratificatio actus quando eandem formam, & ſolemnitatem expoſcat, quæ in ipſo actu requiritur:*

Et quando non retrotrahatur, & ab ipſo actu differat.

64 *Tranſactionis contractus, cuius damnum, & utilitas à caſu dependet, damnoſus non eſt reputandus, nec læſionem propter incertitudinem continet.*

66 *Minor poſt contractum læſus aliquo caſu, & non ex fragilitate, & imbecillitate ipſius non reſtituitur.*

67 *Læſus non dicitur, qui ab initio iure communi uſus fuit.*

68 *Tranſactio, in qua fuit promiſſum expreſſè quid certum, & totum illud, quod tertius quidam declarauerit, licet tertius declarare non potuerit, tamen ualet in eo, quod fuit expreſſè promiſſum, & ex eo, quod non declarauerit, læſus quis dici non poteſt.*

Et quòd, eo non ualente declarare, ad arbitrium boni uiri recurri poſsit nume. 72.

69 *Promiſsio facta de eo, quod tertius declarauerit, dicitur ſub conditione facta, ſi, & quatenus declarauerit, etiam ſi id magnum foret.*

70 *Venditio facta pro decem, & illo pluri, quod Titius declarabit, eo non declarante, ualet in eo, quod fuit expreſſum.*

71 *Contractus remiſſus in arbitrium tertij quando ualeat, & quando non.*

72 *Arbitrio, & declarationi alicuius tertij ſi quid eſt remiſſum, quando eo non arbitrante, nec declarante, ab illo recedi, & ad arbitrium alterius recurri poſsit.*

74 *Tranſactio, & contractus nocet, & prodeſt tranſigenti, & contrahenti, ſuiſque hæredibus, & non aliis etiam nominatis, pro quibus tranſigens, & contrahens de rato promiſit, ſi nulla fuit ſequuta ratificatio.*

75 *Tranſactio, in qua tranſigens omnia eius bona, & iura pro obſeruatione, & adimplemento promiſſorum obligauit, eatenus extenditur ad omnia bona, quatenus tranſigens ius aliquod in illis habeat.*

76 *Promittens de præſenti die certum tempus appoſuiſſe dicitur.*

77 *Promittens dare certo tempore, et ultra ad petitionem creditoris per euentum temporis certi, non expectata creditoris interpellatione, in mora conſtituitur.*

78 *Verba ablatiui abſoluti, et uerba illa aliàs non facturus, conditionem important.*

79 *Obligatio, & actio ante conditionis euentum non oritur, & nume. 84.*

80 *In mora ante conditionis euentum quis conſtitui non poteſt, & nu. 84.*

81 *Verba in euentum, in quem conditionem faciunt.*

82 *Moram, & contrauentionem alterius is allegare nõ poteſt, qui non adimpleuit ea, quæ prius adimplere debebat.*

83 *Dilationis in contractu conditionali factæ à uenditore, ſeu creditore emptori, uel debitori tempus non incipit currere, niſi perfecto contractu, & conditione impleta.*

84 *Debitor conditionalis non poteſt niſi poſt euentum conditionis efficaciter obligari.*

85 *Caſtro in feudum conceſſo cum omnibus iuribus, iuriſdictionibus, pertinentiis, et adiacentibus, etiam molendina, & prædia acceſſoria, & connexa ſub feudo continentur.*

86 *In bonis feudalibus fœminæ, maximè extantibus maſculis, non poſſunt ſuccedere.*

87 *Bona feudalia in reſtitutione fideicommiſsi non ueniunt, nec comprehenduntur.*

88 *Melioramenta facta ſumptibus, & expenſis grauati per fideicommiſſum ſunt ad fauorem ipſius grauati, uel ſucceſſoris de fideicommiſſo deducenda.*

89 *Bannum, quod ad notitiam banniti abſentis, & ignorantis non peruenit, illi non nocet. Contra nu. 103.*

90 *Bona ratione banniti effectualiter confiſcata, & publicata non cenſentur, niſi ſententia declaratoria fuerit ſequuta:*

Quod limitatur nu. 94. uſque ad nu. 97.

91 *Et ad hanc declarationem faciendam partis citatio requiritur.*

92 *Nec ea poſt mortem delinquentis fieri poteſt:*

Quod limitatur nu. 104.

93 *Bona ſubiecta fideicommiſſo publicari non poſſunt.*

94 *Rebellis bona ipſo iure, & facto immediatè confiſcantur, & illorum dominiũ ſtatim in fiſcum tranſfertur adeò, quòd poſt delictũ alienata poſſunt per fiſcũ uẽdicari, et à die criminis comiſsi nec in aliũ ad fiſci præiudiciũ transferri, nec bona conſcientia retineri ualent, & nu. 97.*

95 *In pœnis ipſo iure impoſitis an, & quomodo, & ad quid ſententia declaratoria requiritur.*

96 *In pœnis ipſo iure impoſitis quando delictum eſt manifeſtum, et notorium, declaratoria non eſt neceſſaria.*

97 *Pœna in crimine rebellionis eſt ipſo iure impoſita, & bona delinquentis ipſo facto, & ilico fiſco applicantur.*

98 *Rebelles qui ſint, & nu. 100.*

99 *Principem offendit, qui iniuriam, & offenſam ſubditis, & partialibus principis infert.*

101 *Bona rebellis, & ſimilium ipſo iure confiſcata poſſunt à principe, & domino fiſci in alium transferri:*

Et illorum dominium in eum dicitur per principem tranſlatum,

Etiam abſque eo, quod princeps, ſeu fiſci dominus illa poſſederit, & tradiderit, & num. 102.

102 *Princeps ſine traditione rem, quæ alterius erat, in alium transfert, dummodo illius fuerit dominus, uel poſſeſſor.*
103 *Statuta, & banna præiudicialia infra modicum tempus arbitrio ſuperioris etiam ignorantes ligant.*
104 *Delictum, & effectus pœnæ quando morte delinquentis non extinguantur, ſed ad, & contra hæredes transſeant.*

EPITOME.

TRANSACTIONEM *iuratam à muliere factam ſine ſolemnitate ſtatuti urbis Romæ ſub rubrica de pactis, & donationibus non ualituris, ac inualiditate iuramẽti, diſponentis, quòd donationes, pacta de non petendo, refutationes, & quietationes à quibuſcunque mulieribus ſine approbatione, & iuramento duorum conſanguineorum, & iudicis decreto ſint nullæ, & irritæ, ac nulla, & irrita, & iuramentum præſtitum dictis mulieribus cenſeatur metu, & doloſè extortum, nihilq́ operetur, ualere, non obſtante dicto ſtatuto, & ſub eo tranſactionis contractum non comprehendi, & prætextu cuiuſcunque enormiſſimæ læſionis reſcindi non poſſe, hic demonſtratur.*

Tranſactio nocet tranſigenti tantum, eiusq́ hæredibus, & nõ aliis etiam in ea nominatis, pro quibus de rato promiſit, niſi fuerit ſequuta ratificatio, & ad omnia bona, & iura ipſius tranſigentis, qui omnia eius bona, & iura pro obſeruatione, & adimplemento promiſſorum obligauit, eatenus extenditur, quatenus in illis tranſigens ius aliquod habet.

Contrauenisse, & promiſſa non adimpleuiſſe, ſicq́ pœnam l. ſi quis maior C. de trãſact. incurriſſe dici non poteſt is, cui non fuerunt adimpleta, nec obſeruata ea, quæ prius ei per alium adimplenda, & obſeruanda erant.

Rebellis bona ob bannum contra illum latum ipſo iure dicuntur confiſcata, eorumq́ dominium fiſco acquiſitum, & abſq; alia traditione dominus fiſci, & princeps ea alicui gratioſè concedendo in illum dominium transfert, cui dicta bona rectè acquiruntur.

CONSILIVM. CLXXVI.

IN cauſa illuſtris domini Pyrrhi, quam habet cum illuſtribus dominabus Beatrice, & Hortenſia eius filia, quæ tàm ſuo, quàm ceſſionario nomine ex ceſſione ſibi per do. Lucretiam ſororẽ ſuam facta inſtat, ueluti ex iis, quæ in informationibus tàm facti, quàm iuris continentur, colligi poteſt, uidendum eſt de pluribus, primo de ualiditate, uel inualiditate tranſactionis factæ inter do. Pyrrhum ex una; & do. Beatricem ex alia, & an ea prætextu læſionis reſcindi poſſit. Secũdo præſuppoſita illius ualiditate, quibus noceat, & in quo. Tertio, an do. Pyrrho obſtet diſpoſitio l. ſi quis maior C. de tranſa. Quarto, an bona do. Alphonſi filij præfatæ illuſtris do. Beatricis, & fratris dictæ illuſtris do. Hortenſiæ potuerint ipſi do. Pyrrho acquiri ex conceſſione, & donatione ei à Sanctiſſimo do. Papa facta ob bannũ rebellionis contra dictum do. Alphonſum latum. ¶ Quoad primũ uidetur primo aſpectu dicendum eſſe, quòd tranſactio fuerit nulla, & inualida, quia in ea nõ fuit ſeruata forma, & ſolẽnitas requiſita à ſtatuto, & reformatione urbis ſub rub. de pactis, & donationibus ualituris cap. 23. & ſub rub. de pactis, & donationibus non ualituris, ac inualiditate iuramẽti cap. 19. diſponentibus, quòd donationes, pacta de non petẽdo, refutationes, & quietationes à quibuſcunq; mulieribus factæ, & facta ſine approbatione, & iuramento duorum cõſanguineorum, & iudicis decreto ſint nullæ, & irritæ, ac nulla, & irrita, & iuramentum præſtitum dictis mulieribus cen-
1 ſeatur metu, & doloſè extortũ, nihilq́; operetur. Et † ultra quod ex annullatione actus cõſenſus dictorũ cõſanguineorum, & decretum iudicis poſſint dici eſſe de forma ſubſtantiali per ea, quæ ponunt legiſtæ in l. 1. ff. de lib. & poſth. & habentur per canoniſtas maximè moder. in c. cum dilecta extra de reſcri. auth. hoc ius C. de ſacroſ. eccleſ. l. cum hi ff. de tranſactio. & glo. in c. dudum de elec. idem eſt etiam dicendum in caſu, quo ſtatutum conſenſum conſanguineorum ſimpliciter requireret, & ulterius annullando actum non procederet, quoniam conſenſus, & præſentia huiuſmodi cenſentur per ſe requiri pro forma, & ſolemnitate, ut uoluit Bal. in l. 1. colum. antepenult. uerſic. extra quæritur C. qui admitti, Floria. in l. 1. colum. 3. ff. ſi menſor fal. mod. dix. & Alexan. in l. 1. §. fuit quæſitum in penult. & ulti. colum. ff.
2 ad trebellianum: In tantum, † quòd contractus ſine conſenſu propinquorum eſſet ipſo iure nullus, & ex eo obligatio naturalis, & ciuilis non oriretur Barto. in l. cum lex in 3. colum. uerſic. iuxta prædicta ff. de fideiuſ. & in l. 1. column. penult. uerſic. & ideò dico ſi ex forma ff. de nouatio. & in l. ſi non ſortem in prin. in uerſic. unde dicebam, & ibi Alex. ff. de condic. indeb. iunctis not. per Bartol. in l. ſi duo §. ſi quis iurauerit ff. de iureiur. cum ſimilibus. Quæ ſtatuta urbis loquuntur non ſolum de pactis de non petendo, refutationibus, quietationibus, & donationibus, ſed etiam generaliter de contractibus omnibus, ut habetur in reformatione, & additione facta ibi, ac ſemper cum iudicis decreto contrahere poſſint, & ibi in uerſi. & in omnibus cõtractibus, ac negotiis, ubi generaliter, & uniuerſaliter ſtatutum de omnibus con-
3 tractibus, & negotiis loquitur: Sed † tranſactio eſt contractus ad tradita per Bart. & omnes in l. ſiue apud acta C. de tranſact. ergo contractus tranſactionis à do. Beatrice factus
4 dicetur nullus. Præterea † quamuis pactum de non petẽdo, renunciationes, & iurium ceſſiones propriè non ſint contractus, ſed diſtractus, & ſic largè, & impropriè, ut per Bal. Ange. & alios in l. ſi unus §. pactus ff. de pac. l. pomponius §. præterea cum ibi not. ff. de acq. poſ. & not. in l. mœuia ff. ſol. matri. & Sozi. in l. ſi quis arbitratu in col. 14. ff. de uerb. obli. ta-
5 men † comprehenduntur ſub huiuſmodi ſtatutis cõſenſum conſanguineorum requirentibus, ut uolunt docto. uidelicet Bald. in l. pactum colum. 21. C. de collatio. Bal. & Alex. poſt Bar. in l. ſi unus §. pactus ff. de pac. & idẽ Bal. in rub. C. eod. & in l. ſiue apud acta, ibiq; Iaſ. C. de tranſa. ac etiã quia negotiorum appellatione comprehendi poſſunt, ut in c. forus de uerb. ſign. & per totum ff. & C. de neg. geſt. & ſtatuta in caſu noſtro de negotiis etiam loquũtur, ut ſ. ergo &c. Ex
6 quibus infertur, quòd † licet ſtatutum prædictum dũ loquitur de pacto de non petendo, de refutationibus, de quietationibus, & donationibus, poſſit intelligi de illis, prout per ſe, & principaliter fiunt, non autem acceſſoriè, nec in conſequentiam ad corroborationem alterius contractus, ut not. uoluit Roma. in conſi. 280. quod eſt repetitum in conſ. 394.
7 incip. præſuppoſito &c. tamen † illud ſtatutum non ſolum loquitur de donationibus, quietationibus, & refutationibus, ſed etiam de contractibus, & negotiis, ut ſupra, & ideò etiã contractus tranſactionis, qui, ut dictum eſt, uerè, & propriè dicitur contractus, comprehenſus dicetur, & conſequenter nos ſumus propriè in caſu dicti ſtatuti, quia domina Beatrix fecit tranſactionem ſine præſentia, & approbatione propinquorum, & ſic contra formam dicti ſtatuti: & maximè quia in contractu tranſactionis, ac etiam in pacto de non petendo eadem ſtatuti ratio militare poteſt, uidelicet ne minores, & mulieres fraudentur, ut per Bartolum, & alios in l. tranſactione ff. de tranſactionib. per Baldum in l. 2. uerſicu. nota hanc rationem C. de adoptio. Felin. in cap. 1. colum. 17. de conſtitutio. per not. per Abbatem in c. relatum extra de teſtamen. et per Bart. Alexan. Bald. et Ang. et alios in d.

io,& inualidum non eſt obligatorium,nec ſeruandum etiam in foro canonico c. cum contingat de iureiuran. c. quamuis de pactis in 6. c. licet mulieres de iureiuran. eod. lib. authen.ſacramenta puberum C.ſi aduer.vendit. c. non
9 eſt obligatorium de regu.iur.in 6.Et † tanto magis,quando interuenit deceptio etiam re ipſa, hoc eſt enormis læſio, vt in terminis habetur per Philip.Corn.in conſil.166.volum.
10 1.cum ſimil.ibi allegatis: & † quamuis per ſtatutum effectus iuramenti directè impediri nequeat, quin iurans illud ſeruare teneatur,quando ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt,ad tradita per Bart.in l.omnes populi in 8.colum. ff.de iuſti.& iure, & c.cum contingat, ibique canoniſtæ de iureiur.cum ſimilib.tamen ſtatutum per indirectum non poteſt effectum iuramenti impedire, ſtatuendo ex iuſta cauſa, puta ratione qualitatis perſonæ,quòd iuramentum cenſeatur præſtitū vi,dolo,vel metu, vt in terminis noſtris voluit Bart.in d.l.omnes populi in 8.colu.in verſ. item ſi ſtatutum diceret,Bald.in d.authen.ſacramenta puberum col. 2.verſ. ſed quæro,nunquid,in l.nō dubium in vlti.oppoſ.C.de legi. & in l.2.q.9.C.de reſcin. vendit. in l.1.C.ſi aduer. dona.&
11 Sali.in d.auth. ſacramenta puberum. ¶Secundo † quòd tranſactio à muliere,ſeu minore facta non ſeruata forma dictorum ſtatutorum vrbis etiam cum iuramento nō valeat, conſuluit in terminis Decius in conſil.532. & quamuis ipſe ibi videatur ſe fundare in quadā proteſtatione facta, tamen in ea habebatur relatio ad primum caput ſtatuti, & ita Decius in dicto primo capite fundamentum facit ad concludendum tranſactionem eſſe nullam propter defectum ſolemnitatis, propterea quia conſenſus propinquorum non interuenit: & benè facit etiam id,quod voluit Deci. in conſil.345.viſis his &c.qui multa allegat ad probandum,tranſactionem etiam iuratam propter omiſſam ſolemnitatem à
12 iure requiſitam non valere.¶Tertio ex alio videtur,†quòd tranſactio ſi non ſit nulla,ſaltem ſit inualida,& iniuſta ob enormem læſionem,quæ excedit tertiam partem eius, quod agebatur,& conſequenter reſcindi poſſit propter enormiſſimam læſionem,quam enormiſſimam læſionē ſtatutum prædictum vrbis præſupponit circa finē ibi,& in omnibus contractibus,& negotiis &c. quando ea excedit tertiam partē: & hoc dictum ſtatutum ſtatuit ad tollendas dictorum opiniones,quæ ſunt ſuper eo,quādo contractus,aut tranſactio, ſeu arbitramentum enormiſſimam læſionem continere dicatur iuxta not.per Bart.in l.ſi ſocietatem.§. arbitrorum colu. 7.verſ.quæro,quæ dicatur parua ff. pro ſocio,& ibi in apoſtil.& per Imol.& canoniſtas plenè in c. quintauallis de iureiuran. Et quòd ob enormem læſionem non ſolum alii cōtractus,& diſtractus, ſed etiam contractus tranſactionis reſcindi poſſint,voluit Bart.Imol. Roma.& Ange. in l. ſi quis cum aliter ff.de verbo.obligat.& in l.lucius in fin.poſt gloſ. ff.ad trebell.Ange.in l.2.C.de reſcin.vendit. Ioan. de Imol. in c.quintauallis in charta 12.vel circa de iureiur. Cardin. Imol.& Abb.in c.ad noſtram de emp.& vendit. Et eadem ratio ſtatuti militat in tranſactione,quæ in contractibus aliis ſtricti iuris, in quibus ſaltem quoad effectum locum habet remedium d.l.2.C.de reſcin.vendit.vt volunt docto.communiter in d.l.ſi quis cum aliter, & refert Alex. ibi in 1.col. ergo diſpoſitio dicti ſtatuti etiam in contractu tranſactionis locum habebit, & iuramentum propter dolum, & metum
13 nihil operari dicetur. ¶Quarto facit,nam † pactum de non

go ex hoc capite contractus inter do. Beatricem,& do. Pyrrhū factus ipſo iure nullus eſſe dicitur. Sed,præmiſſis omnibus non obſtantibus,concludendum eſt, contractum tranſactionis eſſe validum,& firmum, illique do. Beatricem ſtare
14 debere,quoniam † cōtractus tranſactionis introductus fuit propter bonum publicum,vt eſſet litium finis,ut in l.fratris
15 C.de tranſactio.l.2.ibiq; Bald.& alii eod.tit.Et ideò † in eo ſemper magis, quàm in aliis contractibus debet fieri interpretatio,vt ſuſtineatur,& valeat argumento c. finem litibus, & c. venerabilis de dolo, & contuma. c. conſtitutis de procurat.c.iurgantium de re iudica.l. litibus C. de agricol. & cenſi.lib.11.& l.properandum in prin.C.de iud.intereſt enim reipublicæ lites finiri, & partes ab expenſis releuari,
16 vt ibi. Hinc videmus,quòd † tranſactio bona fide facta non reſcinditur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum l.ſub prætextu la 1.C.de tranſact.contra ea, quæ habentur
17 in l.admonendi ff.de iureiuran. Item † illa habet vim,& auctoritatem rei iudicatæ l.non minorem C.de tranſac. & im-
18 pedit litis ingreſſum d.l.fratris,ibique doct.Præterea † tranſactio facta pro modico etiā ſuper magna lite valet, dummodo ſit facta ex cauſa Bald. in l. ſi mulier ff.de condict.ob
19 cau.per Barto.in l.lucius in fin. ff. de admin. tut. item † ſi ex tranſactione nihil cum effectu ad partem peruenit, tamen ea ualet,dummodo ex illa aliquid peruenire potuerit l. ſi ſu-
20 pei,vbi caſus,Bar.& alij C.de tranſac.† Et ſi pro aliqua parte eius, quod in totum deberi prætenditur, tranſactio fiat,
21 actio in totum tollitur l.intereſt C.de ſolutionibus, † nec prætextu maioris quantitatis,& læſionis reſcindi poteſt d. l. intereſt,ibique Bal.& in l.ſi quidem,ubi doct. C.de tranſac. nec attendi debet,quantum diceretur debitum, ſed quantū eſt forma tranſactionis d.l.lucius in fin.& in l. lucius in fin.ff.
22 ad Trebell. Et propterea † tranſactio facta pro minori quātitate,& in qua enormis læſio prætenditur, non poteſt peti, vt ad arbitriū boni viri reducatur, quia in ea læſio propter dubium litis euentum cadere non dicitur Bald.in l.fin.§. ſed
23 & ſi quis col.1.C.communia de lega. † ſatis.n.lucratur,qui à lite diſcedit l.1.C.de pactis,l.ſi ea C.de vſuris,& Alexā. in
24 d.l.ſi quis cum aliter colu.3.ff.de uerbo.oblig. Et † propter dubium euentum id efficitur licitum, quod aliàs erat illicitum,Alex.in conſi.80.volu.5.arg.l.de fideicommiſſo. C.de tranſac.iuncta l.1. C. de pactis cum ſimilibus, quæ allegat Alex.ibi,& in conſil.81.eod.volu.idem voluit, maximè in-
25 teruenìente iuramento. Et † ideò propter dubium litis euētum docto.magis communiter tàm legiſtæ,quàm canoniſtæ volunt,& tenent,quòd tranſactio prætextu enormiſſimæ læſionis reſcindi nequeat, vt quando quis diceret ſe deceptū vltra dimidiam eius,quod debebatur, vt voluit gloſ. quam communiter canoniſtæ v3,Ioan.and.Abb. Imol.& Petr.de Ancha.ſequuntur in c.cauſam de empt.& vend. Specul. in tit.eod.de emp.& vend.§.nunc videndum eſt,& reſtat verſ. quid de tranſactione,Guliel.de Cun.in l.ex cauſa C. de vſu cap.pro emp. Bald.in l.ordo C. de exequut. rei iudi. & in l. 3.§.1.vbi hoc ſentit glo.in ver.debere ff.de tranſactio. idem Bald.in l.fin.in prin.& in.§.1.C. communia de lega.in l. fin. column.2.C.de contrahen.empt. & in l.1.column. 2.C.de pactis, Richar.Malum.Cyn. & Bald. in d. l. 2.& de hoc videtur text. in d. l. lucius in fin.ff. de adminiſt.tuto. & melius etiam in d.l.lucius in fi.ff.ad Trebell. bonus tex.in l.intereſt C. de ſolut. & in d. l. ſi quidem C. de tranſactio.& optimus

tt 2 tex.

text.in l.in ſumma in prin.in ueſt. nulla res cum ibi not.ff.
de condic.indebi. Hanc opinionem ſequitur etiam Alex. in
d.l.ſi quis cum aliter in 2.& 3.colum.per multa iura,uide-
licet per l.à diuo pio §.ſi pignora ibi uelut &c. cum ibi not.
ff.de re iudica.& per l.quod ſi,iuncta l.præcedenti ff.de do-
lo,& l.ſi ſuperſtite in fin. C. eodem titu.de dolo, bonus eſt
etiam text.in l.1.in fin. C. de plus petit. in d.l. ſub prætextu
la 1.& la 2.C.de tranſact.in l.poſt deciſionem C.de furtis,
quã Bald.allegat in d.l.ordo:& pro hac opinione facit,quia
tranſigens,& remittens incertum litis euentum,qui dubius
eſt iuxta l.quod debetur ff.de peculio, non poteſt ſe dece-
ptum dicere,quia ſatis lucratur,qui à lite diſcedit, & argu-
mento d.l.1.C.de pactis,l.ſi ea lege C.de uſuris,& cap.fi-
26 nem litibus de dolo, & contumac. ¶ Præterea † tranſa-
ctio habet ſe ad inſtar ſententiæ, & rei iudicatæ æquipara-
tur d.l.non minorem C.de tranſac. l.2. ff.de iureiuran. ſed
27 † contra ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſiuit, quis
uenire non poteſt prætextu cuiuſlibet enormiſſimæ læſio-
nis, quoniam illa ob quamlibet læſionem non reſcinditur
l.2.C.quando prouoc.non eſt neceſſe in fine, & habetur in
c.1.& fin.extra de re iudica. ubi exemplificatur, ergo nec
cõtra trãſactionẽ bona fide factã poterit prætextu læſionis
magnæ,quæ etiam dimidiam euentus dubij litis excedit, re
ſciſſio peti,& ita tenent Dyn.in dicta l.ſi quis cum aliter, &
Petr.Cyn.Salice.& Bald.in d.l.2.C.de reſcinden. uendit..
28 Et † in tranſigente præſumitur bona fides ſecundum ſta-
tum cauſæ,nam ſi euentus litis uerisimiliter ſit dubius, tunc
tranſactio facta ſuper ea bona fide facta præſumitur l.cum
hi §.cum lis ff.de tranſactio.l.præſes C.eodem titu. & Bald.
in cap.1.in fin.de controuer.inter uaſallum,& alium; Nec
29 refert, † an lis,ſuper qua fuit facta, in ſe fuerit iuſta, vel
iniuſta l.2.& ibi Bald.in 2.notabili C.de tranſactionib.quia
dummodo aliquid detur, uel retineatur, uel remittatur,
tranſactio tenet,l.tranſactio.C.de tranſactio.ibique Barto.
& alij,& Barto.in l.ſi cauſa cognita in 1.lectura C. eodem
30 titu.& † quamuis tranſactio ſit contractus innominatus,
ut per Bartolum,& alios communiter in l.fine apud acta C.
de tranſactio.& in contractibus innominatis locus ſit pœni
tentiæ,ut in l.ſi pecuniam in prin. ff.de condic.cau. data cũ
ſimilibus,tamen in contractu tranſactionis ſecus eſt l.quam
31 uis C. de tranſactionib. Et hanc opinionem, † quòd ob
enormiſſimam læſionem, quæ etiam excederet dimidiam
eius,quod deberetur,ſeu quod dubius litis euentus ualeret,
non poſſit tranſactio reſcindi, ſi aliquid datum,aut reten-
tum,uel remiſſum fuit,iuxta d.l.tranſactio,tenuit Bald.in l.
fin.colum.2.in 2.oppoſitione C.de contrahen. emptio. &
ſequutus fuit multum egregiè loquens Alexan.in conſ. 42.
colum.5.in 8.argumento uolum.1.& in conſil. 118. uolu-
min.7.qui affirmat hanc eſſe communem opinionem, & te
nendam,& maximè quando in tranſactione interuenit iu-
ramentum, & mulier fuit certiorata, prout in caſu noſtro
domina Beatrix certiorata fuit,ac interuenit etiam non mo
do ſimplex, ſed etiam duplex iuramentum, primum, per
quod domina Beatrix ſpecialiter certiorata de beneficiis,&
priuilegiis ſibi à iure,& ſtatutis conceſſis omnibus illis renũ
ciauit, ſecundum generale iuramentum fuit, per quod pro
miſit generaliter de non contraueniendo in forma &c. er-
go prætextu læſionis etiam enormiſſimæ non poterit ipſa
contrauenire dictæ tranſactioni maximè iuratæ: & quam-
uis ſtatutum uideatur uoluiſſe annihilare iuramentum, ta-
men ob hoc uirtus ipſius non dicitur annihilata ſecundum
opinionem magis communem,& ſequendam,ut infra dice
tur,quicquid uoluerit Barto.circa iuramentum,quando ſta
tutum diſponit,iuramentum debere cenſeri dolo, & metu
extortum in l.omnes populi in 2.quæſtio. 3. quæſtio. prin-
cipalis in verſicu.iuxta prædicta quæro ff.de iuſtitia, & iure,
& quicquid idem Bart.circa læſionem ultra dimidiam eius,
quod debetur,ſeu dubij litis euentus dixerit in dicta l.ſi quis
cum aliter,in dicta l.2.C.de reſcinden.uenditio.& in dicta
l.lucius in fin.ff.ad trebellianum, quem plures ab Alexãdro
in dicta l.lucius,in dicto conſil.42.uolum.1.& in dicto con-
ſil.118.uolum.7. allegati ſequuntur: Sed tamen, ſi uerba
Bartoli in dicta l.lucius rectè etiam conſiderentur,ipſe non
determinat,tranſactionem poſſe ob prædictam enormiſſi-
mam læſionem poſſe reſcindi,ſed ſimpliciter notat,& pon-
derat ibi gloſam,ſtãte opinione, quòd læſio ultra dimidiam
ſit in contractu tranſactionis conſiderabilis, qualiter huiuſ-
modi læſio capi, & conſiderari debeat, uidelicet an reſpe-
ctu rei,ſeu eius,quod debetur, an uerò reſpectu dubij litis
euentus,& dicit gloſam illam intelligere ſecundo modo,&
ideò in hoc eſſe notandam: quod dicitur facere ſecundum
eum ad caſum arbitramenti, de quo ibi, quia id, quod fuit
in aliis contractibus introductum iuxta d. l.2. C. de reſcin-
den.uenditio.c.cum dilecti, & c.cum cauſam de emptio. &
uenditio.locum non habet in contractu tranſactionis,& ra-
tio eſt,quia tranſactio fuit inuenta,ut eſſet litium finis,& ad
inſtar rei iudicatæ,ut dictum eſt,& traditur per Alexãdrum
in d.conſilio in 5.colum.in dicto octauo argumento:quæ ra
tio ceſſat in aliis contractibus:& Alexan.in dicto conſilio,&
in d.l.ſi quis cum aliter hanc eſſe communem opinionem,
& tanquam ueriorem ſequendam dicit, quicquid dixerit
Corne.in conſil. 166. in 1.uolum.qui conſulendo adhæſit
alteri opinioni diſtinguendo, & illius diſtinctionem ſequi-
tur Deci.in conſil.479.ſed profectò alia opinio eſt uerior,
magiſque communis. ¶ Confirmantur etiam prædicta con
32 tra dominam Beatricem, † quia,ut uoluit Bald.in c. 1.in
fin.de controuerſ.inter uaſallum,& alium, quando in con-
tractu tranſactionis remittitur, & relaxatur aduerſario id,
quod aduerſarius tenebat,& poſſidebat,ſeu hinc inde fit re
miſſio,tunc tranſactio alienationem, & dilapidationem, &
conſequenter enormiſſimam læſionem non continet,& ab
illa propter hoc recedi non poteſt l.ſi pro fundo, & l.ſi de
34 fideicommiſſo C.de tranſactio.Et † quamuis in aliis con-
tractibus,& pactis ius ſuum,ſeu rem,quam alius detinet,re
mittere ſit alienare,donare,& diſſipare l.quædam mulier ff.
de rei uendicatio.l.ſi ſponſalibus §.1.ff.de iure dotium, ta-
men ſecus eſt in tranſactione,ſecundum Baldum ibi,& hoc
non ex alio,niſi quia tranſactio fuit inducta,ut eſſet litium fi
nis,& quia effectum rei iudicatæ habet: & faciunt ea, quæ
habentur per Alexandrum in apoſtil.ad Bartol. in l. ſi quis
35 obligatione ff.de regul.iuris, ubi dixit, quòd † quamuis
per pactum de non petendo per ſe factum, & ſimpliciter
quis dicatur donare,hoc tamen non procedit, quando re-
miſſio fieret in contractu tranſactionis, & hoc propter du-
bium litis euentum:Sed in contractu tranſactionis per do-
minam Beatricem facto, de quo nunc agitur, ipſa remiſit,
& ceſſit iura,quæ habebat in caſtris à domino Pyrrho ten-
tis,atque poſſeſſis, & dominus Pyrrhus in recompenſatio-
nem huius remiſſionis,& ceſſionis ei remiſit, & relaxauit ca
ſtrum Iulianelli,omniaque iura, quæ in dicto caſtro, & ho-
minibus illius habebat,ei ceſſit,item eidem dominæ Beatri-
ci promiſit ſcuta quingenta,& rubra triginta frumenti, ac
omne illud,& totum,quod Sanctiſſimus dominus Clemens
Papa ſeptimus declarauerit, cuius declarationi partes ipſæ
hinc inde ſtare promiſerunt, ergo per dictam tranſactionẽ
domina Beatrix non poteſt dici alienaſſe, nec diſſipaſſe, &
conſequenter nec læſam,neque deceptam fuiſſe, cum ipſa
ſponte,& ſcienter,& nõ per errorẽ,& in forma cameræ&c.
& omni meliori modo &c.per uiam tranſactionis ceſſerit,
atq; dimiſerit iuxta ea,quæ hñtur per Alex. ĩ d.cõſ.42.lib.1.
Nec

35 ¶Nec obſtat, † quòd dominus Pyrrhus illa iura do.Bea-
trici ceſſerit, atque remiſerit, quæ notoriè in caſtro Iu-
lianelli, & in illius diſtrictu, ac hominibus non habebat,
& conſequenter calumnioſè litem ſuper illo mouiſſe dica
tur: quo fit, ut do.Beatrix ex hoc ſolum decepta, & tranſa
ctio nulla ipſo iure dici poſſit, ut eſt tex.notabilis in l.in ſum
ma in prin.ff.de condic.indebi. per quem ita dixit Alex. in
d.l.ſi quis cum aliter colum.3.Quia reſpondetur, quòd do.
Pyrrhus ex donatione ſibi à Clemente 7. uerbo facta ius
in dicto caſtro Iulianelli habuit abſque eo, quòd de dona-
36 tione illa ſcriptura facta eſſet, quia † donatio non requi-
rit ſcripturam l.in extraneos, & l.in donationibus C. de do-
natio.& quando eſt facta à principe, non requirit etiam in-
ſinuationem, nec aliquam aliam ſolennitatem l.benè à zeno
ne C.de quadrien.præſcri.l.ſancimus C. de donatio.& Iaſ.
37 in l.quoties C.de rei uendica. † an autem ad effectum al
terius gratiæ, ſeu priuilegij principis requiratur ſcriptura,
an uerò per teſtes probari ſufficiat, ponunt, & examinant
doct.canoniſtæ in rub.extra de conſtitut. in fin. & legiſtæ
in l.humanum C.de legibus, & magis communis opinio ui-
detur eſſe, quòd ad eſſe gratiæ ſcriptura non requiratur, ut
ibi per Decium poſt alios. Cum ergo ſanctiſſimus do.Cle-
mens prius do.Pyrrho dictum caſtrum Iulianelli cum alijs
ſuis pertinentijs uerbo donauerit, deinde mediante ſcriptu
ra do.Beatrici, ſequitur, quòd ipſi do. Pyrrho ius fuit prius
in dicto caſtro acquiſitum, & illud potuit cedere, & in do.
38 Beatricem transferre. Nec † huic deciſioni aduerſatur
tex.& regula d.l.quoties, ubi ſi duobus donatio eiuſdem rei
ſit facta, & ſecundo prius fuerit tradita, acquiritur dominiũ
illi, cui prius fuit tradita, & primus, cui non fuit tradita, non
poteſt contra alium agere, quia primo dici poteſt, illud non
habere locum, quãdo princeps prius rem alicui etiam ſim
plici uerbo donaſſet, illi enim ius, & dominium abſque alia
traditione acquiritur, non autem ſecundo, cui res fuiſſet
actualiter tradita: & ita tenent doct.communiter, ut refert
Iaſ.in d.l.quoties colum.3.in uerſi.ſecundo infero, qui ad
hoc plura allegat, quæ uideri poſſunt, iunctis præmiſſis.Præ
39 terea † ſecundum Iaſ.ibi, quãdo princeps uoluit gratiam
motu proprio facere, alicui donando, ut in caſu noſtro face
re uoluit, tunc ex ſimplici donationem etiam uerbo facta
ius, & dominium transfertur, ut ibi determinat Iaſ. in 4.co
lum.per not.per Bal. in c.1.§. inueſtitura in 2.colum.de no
ua forma fideli. ibique And.de Iſern. argumento c. ſi tibi
40 abſenti de præben.in 6. Tertio † quando eccleſia uen-
dit, uel donat duobus, tunc non habet locum diſpoſitio d.l.
quoties, quia primus præfertur ſecundo, cui res eſſet tradi-
ta, ut not. uoluit Roma. in authen. ſimiliter in t 2. fallentia
41 contractus C. ad l.falcid. & † conceſſo ſimpliciter caſtro
omnia illi acceſſoria conceſſa cẽſentur, uidelicet iuriſdictio,
& alia iura, bona, & pertinentia adhærentia ad tradita per
Bal.in c.1.in prin. de capit. qui cur.uend. & c. acceſſorium
42 de regu.iur.in 6. ¶Vltimo conſiderandum eſt, † quòd
ſtatutum huiuſmodi de conſenſu propinquorum in contra
ctibus mulierum, & minorum adhibendo dicitur factum
principaliter ad fauorem mulierum, & minorum, ne ex eo
rum imbecillitate, & leuitate fraudentur Alex. in l.1.§. fuit
quæſitum colum.penul.ff.ad trebell.Bar.in l.qui exceptio-
nem in prin.in 2.notabili per illum tex.ff.de condic. indebi
ti, Bal.in l.2.in uerſi.nota hanc rationem C.de adoptio.Fel.
43 in c.1.colu.17.de conſtitut.hinc uidemus, † quòd ſi con
tractus ſit ipſi mulieri utilis, ualet ſine illa ſtatuti ſolennita-
te, ut expreſsè uoluit Bal.in l.neque C.de contrahen. & cõ
mit.ſtipul.Alex.in d.l.1.§.fuit quæſitum in ulti.colu.cum ſi-
44 milibus: Ergo † tali ſtatuto mulieres poterunt renuncia-
re cum iuramento ſuper hoc ſpecialiter præſtito, nam ge-
nerale iuramentum fortè non prodeſſet argumento eorũ,
quæ habentur per Bar.& alios in authen. ſacramenta pube
rum C.ſi aduer. uendi. & per Imol. in c.cum contingat de
iureiuran.& habetur in c.quamuis de pactis in 6. & in c.li-
cet mulieres de iureiuran. eod. lib. & ad propoſitum faciũt
ea, quæ uolunt Alex.in l.ſi conuenerit colum.7.ff.de iuriſd.
om.iud.& Decius in c.de cauſis in 6.colum.in glo.in uerb.
partium in fin.uer.de offi.delega. ſed do. Beatrix certiora-
ta, & ſcienter renunciauit omnibus iuribus, & priuilegijs
ſtatutorum cum iuramento ſpeciali, ueluti in dicto tranſa-
ctionis inſtrumento continetur, ergo &c. Et ex prædictis
omnibus conſtat tranſactionem factam per do. Beatricem
ualidam eſſe, illique ad fauorem domini Pyrrhi ſtandum
fore. ¶Et ſequendo hanc concluſionem ſupereſt, ut ad
ductis in contrarium reſpondeatur: Et in primis non ob-
ſtant ſtatuta urbis requirentia conſenſum conſanguineorũ,
& annihilantia iuramentum mulierũ, & minorum appoſi-
tum ſuper contractibus non ſeruata dictorum ſtatutorum
forma, & ſolẽnitate, & expreſsè cõprehendẽtia pacta de nõ
petendo, refutationes, & quietationes, quia multis modis
adducta in hoc primo fundamento, quod eſt potiſſimũ, poſ-
45 ſunt euitari, primo quòd † ſtatuta illa ſunt à regulis iuris
multum exorbitantia, iuriſque communis correctoria ſaltẽ
reſpectu mulierum maiorum annis 25.cum regulariter il-
læ abſque aliqua forma, & ſolennitate præſertim dicti ſtatu
ti poſſint contrahere, paciſci, renunciare, & abſoluere, ſicut
maſculi maiores ad ea, quæ habentur per Ioan.de Imol. in
c.cum contingat in 3.membro principali in verſi. & aduer
te etiam quia non dicit Bal.&c. de iureiuran. ubi reprehen
dendo Bal.in l.2.C.de reſcin.uend. in 4.quæſt. dixit, quòd
ſi mulier ſcienter uendidit rem pro minori pretio etiã cum
læſione ultra dimidiam, uidetur illud reſiduum donare, ſi-
cuti maſculus, per ea, quæ habentur in l.1.ff. de condic.in-
debi.iuncta l.1.cum ibi not.ff. de uerbo.ſignifica.& faciunt
not.per Alexan.in d.conſi.42.colum.7.in fin.uer. ibi nõ ob
46 ſtat quartum: & ideò † ſtatuta prædicta debent intelligi
ſolum in caſibus, de quibus loquuntur, & non debent ul-
tra caſus illos extendi c. quæ à iure communi de regulis
iuris in 6.cum ſimilibus ibi allegatis per glo. & Dyn. l.ſi ve
rò.§.de uiro, ibique Imol.ff.ſoluto matrimonio, l.ſi cum do-
tem in prin. eodem tit. Barto. in l.omnes populi ff. de iuſti.
& iure colum.21.in verſi.quarto quæro, utrum ſtatuta, vbi
notabiliter diſtinguit, eiuſque diſtinctio, quæ communiter
47 approbatur, nobis optimè inſeruit: Et † ſtatuta, ac iura lo-
quentia de pactis de non petendo, & refutationibus ſimpli
citer locum non habent in contractu tranſactionis ad tradi
ta per Alexandrum in d. l.ſi quis obligatione ff. de regulis
48 iuris: Item † ſtatutum loquens de certa ſpecie contra-
ctus, quando à iure communi exorbitat, ueluti eſt in caſu
noſtro, ad alias ſpecies nòn extenditur Bald.in l.2.ff. de iu-
riſdictione omnium iudicum, & Alexan.in l.is, cui.ff.de uer-
borum obligatione ſed dicta ſtatuta urbis non loquuntur
de contractu tranſactionis, ſed ſolum de quatuor ſpecie-
bus contractuum, ſeu diſtractuum, uidelicet de pacto de nõ
petendo, de refutationibus, quietationibus, & donationi-
49 bus, ergo &c. Et † diuerſa eſt ratio inter tranſactionem,
& alia ſupradicta, immò & inter alios contractus, nam per
tranſactiones finiuntur lites d.l.fratris, item tranſactio eſt
ad inſtar rei iudicatæ d. l.non minorem, quæ ratio non mili
tat in negotijs, & contractibus, de quibus in dictis ſtatutis, &
in alijs, ut expreſsè dixit Alexand.in d.conſi.42.colum.5.ibi
non obſtat &c.in d.l.ſi quis cum aliter columna 3. Præte-
50 rea † tranſactio ſui natura eſt ipſis partibus utilis argu-
mento l.tranſactio, d.l.fratris, & l.de fideicommiſſo cum ſi-
milibus C. de tranſactio. & eſt contractus ultro, citroque

obligatorius,longeque differt à pacto de non petendo, & liberatorio,ut per Alex.& alios in d.l.tranſactio,& per Bar. in l.ſi cauſa cognita eodem tit.& ſupra dictum fuit: Sed pactum de non petendo,& alia,de quibus in dictis ſtatutis, ſui natura non ſunt utrique parti utilia, nec ultro, citroque obligatoria,ut in l.1. ubi eſt caſus expreſsè hanc differentiã ponens,atque conſiderans ff.de tranſactio. in l. ſi unus per totam legem ff.de pactis,& notant docto.ibi in §.pactus, ne peteret,& Barto.in d.l.ſi cauſa cognita,& Alexan. in d.l. ſi quis obligatione,ex cuius uerbis manifeſta inter hæc differentia colligitur. Nec obſtat,quòd in contractu tranſactionis inter dominam Beatricem,& dominum Pyrrhum celebrato factæ fuerunt refutationes, quietationes, & pacta de non petendo hinc,inde,& ſic in dicta tranſactione uerba ſtatutorum prædictorum uerificantur, & ſub illis contractus
51 dictæ tranſactionis uerificatur: quia reſpondetur, † dicta ſtatuta loqui de pactis de non petendo, de refutationibus,& quietationibus,quæ per ſe fiunt,& principaliter,non autem quando fierent in conſequentiam, & acceſſoriè ad corroborationem, & firmitatem alterius contractus principaliter geſti,& maximè tranſactionis principaliter geſtæ, ut fuit doctrina Romani in conſil.280. quod eſt repetitum in conſil.394. Et ratio diuerſitatis poteſt colligi ex prædictis, & maximè ex not.per Alexandrum in dicta l. ſi quis obligatione, quando enim de per ſe principaliter fiunt, donationem ſapiunt,& præiudicant d.l.1.ff.de tranſac.iuncta l.cum de indebito ff.de probationibus: Sed quando ponuntur acceſſoriè ad corroborationem alterius contractus, & maximè tranſactionis,utilitatem paciſcentis, & refutantis continere poſſunt,atq; dicuntur,cum tranſactio ſit ultro, citroq; obligatoria, & non ualeat,niſi aliquo dato, vel retento d.l. tranſactio,& per Bartolum ibi,& alios,& in d.l.ſi cauſa cognita: & tunc donationem non continent,ut per Alexandrum ex pluribus per eum allegatis in dicta l. ſi quis obligatione,& d.l.1.ff.de tranſactio. Præterea ſtatuta loquuntur de pactis de non petendo ſimpliciter, & ſic quando per ſe fiunt,& conſequenter liberalitatem,& donationem continerent,ut ſupra,ergo locum non habebunt,quando huiuſmodi pacta, & refutationes fierent uiciſſitudinariè in conſequentiam,& acceſſoriè ad alium contractum principaliter geſtum,& ad illius corroborationem argumento d.l.de fideicommiſſo cum ibi not.C.de tranſactionibus.
52 ¶ Non obſtat, quòd † dicta ſtatuta ſub capite decimonono expreſsè,& generaliter de cõtractibus omnibus loquantur, ut ibi contrahere poſſint &c. & ibi in omnibus contractibus, & negotiis &c.ergo & de tranſactione, quæ dicitur eſſe propriè contractus,Bar.in d.l.ſiue apud acta C.de tranſactio.quia reſponderi poteſt primo,quòd dum illud ſtatutum dicit contrahere poſſint &c. uerba illa referuntur ad prædicta,in quibus ſtatutum ſolum de illis quatuor, de quibus in principio habetur,loquitur,quæ ſaltem largè dicuntur contractus, ex quo in illis duorum ſimultaneus conſenſus interuenit l.1.cum ibi not.ff.de pactis, Bal.in rubr. eod. tit.glo.magna in fin.in l.1.ff.de actio.et obligat.et Alexand. in l.5.in princip. ff.de uerborum obligatio. non autem debent illa uerba generaliter de omnibus contractibus intel-
53 ligi, † ea enim ultimo loco poſita ueniunt continuatiuè, & relatiuè ad præcedentia,ut patet, & ideò tanquam in fine poſita ſolum ad illa reſtringi, & referri debent argumento l.fin.& ibi Bartol.ff.de rebus dub.l.talis ſcriptura, ibique Barto.ff.de legat.1. Abb. in c. ſecundo requiris de appellationib.glo.in clemen.ne in agro §.cæterum de ſtatu regula. & eſt text.clarus,& notabilis in c.inquiſitioni de appellat. Et hæc eſt uera intelligentia dicti ſtatuti in illis uerbis, ac ſemper contrahere poſſint,quæ ad prædicta continuatiuè, & coniunctiuè ueniunt: Quod ſuadetur etiam ex uerſi.immediatè ſubſequenti ibi & in omnibus &c. in quo generaliter diſponitur de omnibus contractibus,& negotiis à maſculis, ſiue fœminis celebratis, in quibus læſio ultra tertiam partem eius, quod ageretur, interueniret, ergo ſtatutum in præcedentibus non loquitur de omnibus contractibus, ſed ſolũ de expreſſis,& ſic de illis quatuor ſupradictis:quod quidem etiam verificatur ex illis verbis exceptiuis,niſi duobus &c. ſub quibus determinantur illa verba contrahere poſſint &c. quæ exceptiuè ad præcedentia veniunt, prout eſt de natura exceptionis: ſed in præcedentibus ſtatutum loquitur ſolum de illis quatuor,& nõ de tranſactione, ergo verſiculus exceptiuus cum omnibus, & ſingulis ſuis determinatis ſimiliter ſolum de illis quatuor intelligi debet, &
54 non de contractu tranſactionis, quia † exceptio debet eſſe de regula, & loquitur in terminis dicti, & regulæ, à qua fit exceptio,ad not. per gloſ.in rubr. de regu. iur. in 6. l.nam quod liquidè in fin. ff.de penu. lega. Barto. in l.actione C. de tranſac.& in l.ſi eum.§.qui iniuriarum ff. ſi quis cautio. ¶ Non obſtat modo etiam dictus verſiculus, & in omnibus contractibus, & negotiis &c. ſuper quibus verbis videntur comprehendi non ſolum illa quatuor, de quibus in principio,ſed etiam tranſactio,& vniuerſaliter alii contractus, diſtractus,& alia pacta,cum negotiorum appellatione hæc cõtineri poſſint,veluti ſupra in principio in argumentis partis aduerſæ dictum fuit, quia reſpondetur, quòd & ſi verum ſit,illum verſiculum loqui de omnibus contractibus, & ſic etiam de tranſactione, tamen loquitur non diſponendo de ſolemnitate aliqua, nec de nullitate contractus ratione ſolemnitatis omiſſæ, quoniam de nullitate ſtatutum loquitur ſupra in principio: at in dicto verſic. & in omnibus nouiter diſponendo,& addendo ſtatuto antiquo voluit,quòd etiam in caſibus,in quibus contractus, & alia negotia in ſe ualerent,ut quia contracta eſſent uel inter perſonas,inter quas nulla requirebatur ſolemnitas,uel ſolemnitas requiſita ſeruata fuiſſet,& dubitaretur,an iuramentum in dictis cõtractibus appoſitum indiſtinctè ſeruandum eſſet, & iurantes, ac contrahentes ligaret, ſi aliquis ex contrahẽtibus in contractu,uel negotio aliquo fuiſſet deceptus ultra tertiã partem eius,quod ageretur, tunc tale iuramentum cenſeretur doloſè extortum,nihilque operaretur,& conſequenter cõtractus ex tali iuramento maius robur, maioremque uim non reciperet,quam haberet, ſi non fuiſſet iuratum. Et ob talem læſionem ſtatutum noluit contractum dici eſſe nullum,quia hoc ſtatutum non dixit, ergo nec nos dicamus argumento l.ſi ſeruum §.non dixit prætor ff. de acquir. hæred.c.ad audientiam, & ibi glo. extra de decimis, l. unica §.
55 ſin vero tamẽ C.de cadu.tollen. Et cum † annullatio actus ſit pœna,vt per Ioan.Andr. & alios in c.fin.de reſcript.per Alexan.in l.prætor ait §.hoc interdictum in apoſtil.ad Bar. ff.de noui oper. nunciat. ea non debet dici impoſita in caſu noſtro argumento l. cum quidam ff.de lib. & poſthu.& c.in pœnis de regu.iur.in 6. & quando ſtatutum voluit contractus,& negotia alia eſſe nulla,hoc dixit, vt ĩ principio illius vſque ad illum verſic.et in omnibus contractibus etcæt. Et ideò hic caſus nullitatis in d. verſic. et in omnibus non determinatur: vnde tanquam caſus omiſſus debet ſub diſpoſitione iuris communis remanere l. ſi cum dotem ff.ſolu.
56 matrimo.et l.commodiſſimè ff.de lib.et poſthu. Sed † de iure coĩ ob ſimplicem læſionem ſiue tertiæ,ſiue maioris partis etiam vltra dimidiam contractus nõ eſt nullus, ſed ualet in ſe,quamuis poſſit quandoq; reſcindi, excepto tranſactionis contractu, vt ſupra dictũ fuit, veluti probatur in l.2.C. de reſcin.vend.c.cum dilecti, et c. cũ cãm de emp.et uend. et habetur in d.l.ſi quis cum aliter:et tantomagis, quãdo in contractu

contractu interuenit iuramentum non ſolum generale, ſed
etiam ſpeciale de non contraueniendo aliqua ratione, uel
cauſa prætextu alicuius læſionis: & tanto plus, ſi eſſemus
in contractu tranſactionis, in quo læſio etiam grauis non
conſideratur per ea, quæ uolunt communiter canoniſtæ in
d.c.quintauallis, & in d. c. cum contingat de iureiuran. ubi
Abb.Anto.Ioan.de Imol. & alii, & Corneus in repetit.au-
then.ſacramenta puberum C.ſi aduer. vendit. iunctis præ-
miſſis, quicquid dixerit idem Corn.in conſil.166.lib.1.
Præterea præſuppoſito, quòd ſtatutum in fine annullans
iuramentum, ſeu diſponens iuramentum cenſeri doloſè ex-
tortum valeret, ob hoc tamen contractus tranſactionis nõ
diceretur nullus, nec reſcindi poſſet propter læſionem ter-
tiæ partis, de qua ſtatutum loquitur, quia & ſi docto.in hoc
varient, an contractus tranſactionis poſſit reſcindi prætex-
tu læſionis, quæ dimidiam eius, quod ageretur, ſeu debere-
tur, excedit, vt ſupra dictum fuit, & habetur per docto. ma-
ximè Alexan.in d.conſil.& in d. l. ſi quis cum aliter, tamen
58 † omnes cõcurrunt, quòd ratione læſionis dimidiã non ex-
cedentis tranſactio reſcindi nequeat, ad tradita per Corne.
in d.conſ.& habetur per doct.communiter in d.l.2.C.de re
ſcin.vend.& in d.l.ſi quis cum aliter cum aliis ſupra allega-
tis: Ex quibus infertur, quòd ſtatutũ in d.verſ.& in omnibus
nihil in terminis noſtris operatur ad effectum, vt cõtractus
tranſactionis, de quo agitur, ſit nullus, vel ſaltem reſcinden-
dus, licet operari diceretur quoad effectum tollendi, & anni
59 hilandi virtutem iuramenti: quod † vltimum an ſit de iure
verum, prout tenuit Barto.in d.l.omnes populi in 8.colu.&
ſequũtur Bal.& alii in locis ſupra in principio allegatis, dico
non eſſe verum, quia non obſtante ſtatuto huiuſmodi, quod
voluit iuramentum etiam in contractu mulieris, ſeu mino-
ris cenſendum eſſe dolo, vel metu extortum, iuramentum
vires ſuas retinet, roburq; contractui, ſuper quo interponi-
tur, præſtat: nam ſtatutum laicorum nullo modo directè, vel
indirectè poteſt vires iuramẽti minuere, ſeu annihilare, nec
ſuper illo diſponere, hoc enim ſpectat ad forum, & poteſta
tem eccleſiaſticam c. fi. de foro competen.in 6.& in ſpecie
in caſu noſtro, quicquid Bart.& ſequaces dixerint, ita cõclu
dunt docto.magis communiter, vz per ſtatutum non poſſe
introduci, quòd iuramentum in contractu mulieris, vel mi-
noris cenſeri debeat metu, vel dolo extortum, nam ſic per
indirectum diceretur laicis permiſſum tollere, & annihilare
vires iuramenti, ac ſuper illo diſponere: quod non eſt dicẽ-
dum, alioquin fraus fieri poſſet canoni prohibenti poſſe à
laicis ſtatui ſuper iuramento: ita tenent Imol. in d. c. cum
contingat in 3.membro principali, & in l.ſeius ff.ad l.falcid.
Pet.de Ancha.in c.quamuis de pactis in 6.Petr.Peruſi.in c.
2.de iureiur. Freder. de Senis in conſil. 112. cum ſimilibus
allegatis per Alex.in conſil.39.vol.4. qui idem tenet etiam
in fortioribus terminis, vz, quando ſtatutum eſſet etiam à ſe
de apoſtolica confirmatum, dicitq; canoniſtas communiter
ita tenere, quibus magis ſtandum eſt in hac materia iuramẽ
ti tanquam in materia ſpirituali, & ad eos magis ſpectante
argu.eorum, quæ habentur in c. quod clericis de foro com
pet.& in c.1.per glo.& ſcriben.de noui oper.nunc. & in c.
2.de conſtitut. quare ex prædictis infertur, quòd ſtatutum
prædictum non meretur in caſu noſtro allegari, nam in pri
ma parte loquitur ſolum de quatuor contractibus, & nõ de
contractu tranſactionis, & ratio diuerſitatis ex præmiſſis cõ
ſtat, in ultima vero parte in d.verſic.& in omnibus loquitur
generaliter de omnibus cõtractibus, & negotiis, & ſic de cõ
tractu etiam tranſactionis, & de omnibus perſonis, cum ibi
generaliter, & indiſtinctè loquatur, iuribus vulgaribus, &
ſolum diſponit, quòd ſi interueniat læſio vltra tertiam par-
tem, iuramentum, quod omnes cõtractus validare ſolet, ha
beatur perinde, ac ſi dolo, vel metu fuiſſet extortum, & con

ſequenter contractui robur non præſtet argumento d. c. cũ
contingat, d.authen.ſacramenta puberum, d. c. quamuis, &
c.licet mulieres de iureiuran.in 6.& hæc eſt ſana, & vera in
telligentia dicti ſtatuti. ¶Secundo principaliter non ob-
ſtat id, quod ferè in terminis huius ſtatuti vrbis conſuluit
Deci.in conſil. 532. præſupponens ſtatutum illud etiam in
contractu tranſactionis locum habere, quia reſpondetur,
quòd licet quoad illum verſic. & in omnibus &cæt. admitti
poſſit hoc verum eſſe, videlicet, quòd loquatur etiam de
contractu tranſactionis, & de omnibus perſonis contrahen
tibus, ut ſupra dictum eſt, tamen propter hoc non infertur,
quòd ſtatutum diſponat, contractum eſſe nullum, uel reſcin
dẽdum propter læſionem ultra tertiam partem, ſed hoc di-
citur ſub diſpoſitione iuris communis remanſiſſe, ſecũdum
quod contractus trãſactionis prætextu læſionis etiam ultra
dimidiam reſcindi non poteſt ſecundum ueriorem, ac ma-
gis communem opin.vel ſecundum opin.Bart. & ſequaciũ
ob læſionem dumtaxat, quæ eſt ultra dimidiam, & non ob il
lam, quæ eſt citra dimidiam, ut plenè ſupra dictum fuit: Sed
in caſu noſtro, ueluti inferius quoque dicetur, non interue-
nit læſio ultra dimidiam, immò nec ultra tertiam partẽ eius,
quod do.Beatrix conſequutura fuiſſet, & ſic dubij euentus
60 litis, † prout in contractu tranſactionis læſio capi debet,
ad not.per Bar.in l.lucius in fin.ad trebell.poſt gloſ. & per
eundem in d.l.ſi quis cum aliter, & per Corn.in d.cõſ.166.
uol.1.ergo dicta do.Beatrix non poteſt prætextu læſionis cõ
tra tranſactionem ſuam maximè iuramento firmatam ueni
re, eſt enim iuramentum ſeruandum non obſtante annihila
tione, & inualiditate per ſtatutum inducta, ut dictum fuit. In
principio uerò dictum ſtatutum loquitur ſolum de illis qua
tuor, uidelicet de pacto de non petendo, de refutatione,
quietatione, & donatione, & non de contractu tranſactio-
nis, in quo alia, & diuerſa militat ratio, vt dixi: Et ideò ſtatu-
tum malè intelligitur in tranſactione, ad quam non eſt ali-
quo modo trahendum per ſupra deducta, quicquid uolue-
rit Decius, qui in hoc intelligendo ſtatutum in tranſactione
61 quoque locum habere non benè ſenſit. Præterea † Deci.
loquitur non principaliter ſuper contractu tranſactionis,
quòd ille ſit nullus ob formam ſtatuti non ſeruatam, ſed de
quadam ratificatione per dominam Iuliam facta de tranſa
ctione ab eius marito facta, quæ ratificatio ex defectu for-
mæ fuit nulla: & uerba dicti ſtatuti melius poſſunt ad ratifi-
cationem tranſactionis adaptari, quàm ad tranſactionem,
62 quæ principaliter fieret, † cum alia ſit tranſactio, & alia,
ac diuerſa illius ratificatio, & in ratificatione facilius domi-
na Iulia lædi potuerit, quàm ſi ipſa tranſactionem feciſſet,
quoniam ad ratificationem ſola, & de per ſe, abſente parte,
cum qua fuit trãſactum, deuenire potuit l.paulus ff.rem ra-
tam haber.item ad illam potuit minis, & reuerentia mariti,
& non certiorata de præiudicio induci iuxta ea, quæ haben
tur per Bartolum in l.metum la.1.& in l.fin.§.ſi fœnerator
63 ff.quod met.cau.cum ſimil.& † quamuis forma in actu re
quiſita etiã in ratificatione eius requiratur, Deci.in d.conſ.
& Roma.in conſi.12.uiſo facto, tamen hoc uerum eſt in ra
tificatione, quæ ad tempus ipſius actus retrotrahitur, quia
illa cenſetur pars actus, ut quando actus peccaret in conſen
ſu, ſecus quando in alio peccaret, quam in cõſenſu, ut eſt in
caſu noſtro, nam tunc ratificatio non retrotrahitur, ſed tem
pus ipſius actus attenditur l.fin.§.neceſſitate C.de bon.quæ
liber.Innocen.in c.prudentiam de offi.deleg. & Bal.expreſ-
ſè in l.fin.C.ad macedon. Et ideò tunc ratificatio alia, &
& diuerſa eſt ab ipſo actu, ut à tranſactione, nam quæ dif-
ferunt tempore, uerè, & fictè differunt ſubſtantia Bartol.
per illum textum in l. final. in fin. ff. quod ui, aut clam.
64 Tertio dici poteſt † Decium benè conſuluiſſe, ſi rectè eius
mens percipiatur, & intelligatur: nam dum præſupponit

per ſtatutum prædictum urbis fuiſſe introductam formam, & ſolemnitatem ſubſtantialem, quòd requiratur præſentia, & conſenſus propinquiorum iurantium, & prout eſt in dicto ſtatuto diſpoſitum, & non ſeruata illa forma, actum eſſe ipſo iure nullum, non debet intelligi, quòd uoluerit dicere contractum tranſactionis ſimpliciter eſſe nullum, non ſeruata illa forma, & conſequenter ſtatutum tranſactionẽ quoq; comprehẽdere, hoc enim Decius dicere noluit, quia & ipſe ſciuit, uel ſcire debuit, quòd dictum ſtatutum loquens de forma, & ſolemnitate illa non loquitur de contractu tranſactionis, ſed ſolum de illis quatuor, ut dictum fuit, & ipſe etiã præſupponit: Sed Decius conſiderauit illam nullitatem ex defectu formæ in contractu tranſactionis, de quo loquitur, non ſimpliciter ex diſpoſitione dicti ſtatuti prouenire, ſed ex proteſtatione partium in contractu illo tranſactionis facta, ad quam in princip. & per totum conſil. ſe refert, quòd tranſactio eſſet nulla, & nullius momenti, & à notario de conſenſu partium poſſet lacerari, ſi infra menſem illa tranſactio nõ fuiſſet cum ſolemnitate dicti ſtatuti ratificata per dominam Iuliam uxorem alterius, qui contraxerat: & ideò cum in caſu Decij eo modo infra menſem non fuerit ratificata, tranſactio fuit nulla, ac nullius roboris non immediatè, nec directè ex diſpoſitione dicti ſtatuti, quod in tranſactione, eiuſque ratificatione locum non habet, ſed ex proteſtatione, & conſenſu contrahentium, qui uoluerunt ratificationem debere fieri cum illa ſolemnitate, quæ aliàs ſeruanda eſt in caſibus ſtatuti, uidelicet in pacto de non petendo, in refutationibus, quietationibus, & donationibus: & hæc nullitas non à ſtatuto ſimpliciter prouenit, ſed à proteſtatione, & conuentione facta inter partes, quæ hanc legem ſibi impoſuerunt præter iuris, & ſtatutorum diſpoſitionem, prout de iure licitum eſt argumento l. contractus ff. de reg. iur. cũ ſimil. allegatis per Decium in d. conſilio: & hæc fuit mens eius, totumque fundamentũ totius ſuæ conſultationis: quibus ſtantibus deciſio Decij non contra, ſed pro do. Pyrrho potiùs facit, nec aduerſatur, dum ipſe Decius inquit, eandẽ ſolemnitatem in ratificatione requiri, quæ in actu principali requiritur, quia hoc in caſu illo eſt uerum mediante proteſtatione ſupradicta, ad quam in princ. & per totum conſilium ſe referr, nam & ſi in caſu, de quo loquitur Decius, dicta ſolemnitas in actu principali, eiuſque ratificatione nõ eſſet neceſſaria, tamen ex proteſtatione de conſenſu utriuſque partis facta, & in contractu appoſita ea requiritur, hàc enim legem potuerunt ſibi apponere d. l. contractus, & l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſiti. ¶ Non obſtat id, quod tertio principaliter in contrarium adducebatur, quòd tranſactio in terminis noſtris debet dici inualida, & eſt de iure reſcindenda ob enormem læſionem, quam enormem læſionem ſtatutum diſpoſuit eſſe, quãdo tertiam eius, quod ageretur, excederet, per ſupradicta, quia primo reſpondetur, quòd læſio ultra tertiam non dicitur enormis, ſaltem ad effectum reſcindendi tranſactionem, ut dictum fuit, ſecundum omnium opinionem: Secundo reſpondetur, quòd ſtatutũ non diſpoſuit, nec ſtatûit illam læſionem, quæ eſt ultra tertiam, eſſe enormem, & magnam, hoc enim non dicit, nec diſponit ſtatutum, ſed ſolum, quòd tunc iuramentum ſimpliciter cenſeatur dolosè extortum: quæ ſunt omnino diuerſa: Et an ſtatutum potuerit hoc etiam ſtatuere, ſupra fuit diſcuſſum. Tertio reſpondetur, in caſu noſtro non conſtare de aliqua læſione, & maximè ultra tertiam eius, quod ageretur. Quarto dicitur, quòd ex quo tranſactio fuit ultro, citroque obligatoria, & reciproca, & potuit do. Beatrici utilitatem, & damnum afferre, ſecundum quod Clemens Papa Septimus declaraſſet, ea non debet iudicari damnoſa, nec læſionem continere ex parte alicuius, & maximè dominæ Beatricis, ad cuius fauorem declaratio per Clementem facienda ſequi debebat, non attento, quòd is, nulla declara-
64 tione facta, mortuus fuerit: quoniam † contractus tranſa-
ctionis, cuius damnum, & utilitas à caſu pendet, non eſt pro
pter incertitudinem reputandus damnoſus, nec læſionem
continere l. de fideicommiſſo C. de tranſactionib. l. ſi pater
puellæ C. de inofficio. teſtamen. Deci. in dicto conſi. 532. nu
65 me. 11. colum. 3. Item † tranſactio, ex qua potuit aliquid
peruenire, licet nihil uel modicum peruenerit, puta ex de-
fectu conditionis, quæ caſu defecit, ualet, & prætextu læſio
nis reſcindi non poteſt l. ſi ſuper C. de tranſaction. & ſi nihil
perueniat, dummodo peruenire potuerit, ſatis lucratur trã
ſigens, ex quo à lite diſcedit l. 1. C. de pact. l. ſi ea C. de uſu
ris, l. fratris C. de tranſact. d. l. de fideicommiſſo, ibique Ale
66 xan. & idem Alex. in d. l. ſi quis cum aliter. & † hac de cauſa
minor, qui poſt contractum aliquo caſu, & non ex fragilita
te, & imbecillitate ipſius fuit læſus, & damnificatus, non re-
ſtituitur, quia læſio à caſu proueniens non conſideratur, ut
in l. uerum §. ſciendum, ubi caſus ff. de minor. Bar. in l. ſi mer
67 ces §. uis maior colum. 1. ff. locati: Nec † læſus dicitur, qui
ab initio fuit iure communi uſus l. fin. C. de in integ. reſtitu.
68 min. Præterea † dominus Pyrrhus relaxauit, & dimiſit do
minæ Beatrici caſtrum Iulianelli, eiq; ceſſit omnia iura, quæ
in illo habebat, prout uerè habebat, ut oſtenſum fuit: item
promiſit ei dare triginta rubra frumenti, & omne illud totum,
quod ſanctiſſimus dominus Clemens Papa declarauerit; quod pactum dicitur eſſe pars pretij, & contractus l. fun
69 di partem ff. de contrahen. emptio. & † id, quod per illud
pactum fuit promiſſum, dicitur ſub conditione promiſſum,
uidelicet ſi Papa declarauerit, & quatenus declarauerit,
etiam ſi id foret magnum argumento l. ſtichum, qui meus
erit ff. de legat. 1. ex quo enim remiſſum eſt declarationi Pa
pæ, cenſetur remiſſum eius boni uiri arbitrio, & ſic ſub con-
ditione, ſi fuerit arbitratus, ut habetur per Baldum in l. pen.
ff. de arbitr. & in l. fin. colum. 2. C. de contrahen. empt. Eue-
niente ergo caſu, quo Papa declarare non potuerit, & ſic
conditio illa defecerit, propter hoc domina Beatrix læſa di
ci non debet per prædicta, & tranſactio ualebit in eo, quod
fuit expreſsè per dominum Pyrrhum promiſſum, & relaxa
tum, per ea, quæ ferè in terminis uoluerunt Ang. & alij in l.
ſi quis arbitratu poſt Bartolum ff. de uerborum obligat. qui
70 dicit, quòd † ſi quis rem uendidit pro decem, & illo pluri,
quod declarabit Titius, (quod uerbum arbitrium boni uiri
importat d. l. uerum §. ſciendum ff. de minor.) ſi contingat,
Titium propter eius mortem non declarare, uenditio ualebit in eo, quod fuit expreſſum, nec à perſona receditur: ceſ-
71 ſat enim ratio doctorum, qui uolunt † contractum non ualere, quando contractus, eiuſque ſubſtantia in arbitrium tertij
remittitur, nam illo non arbitrante, contractus totaliter in-
certus remaneret, ut per doc. communiter in l. fin. C. de cõ
trah. emp. & in d. l. ſi quis arbitratu per l. ſi merces in fi. prin.
ff. loc. quæ ratio ceſſat, quando certa quantitas fuiſſet in cõ
tractu expreſſa cum adiectione & pro illo pluri, quod ter-
tius declarabit, ut per Alex. in d. l. ſi quis arbitratu col. 2. &
facit id, quod Bar. ibi in quæſtione de boue uoluit, & text. in
l. hæc uenditio in prin. & in fin. ff. de contrah. emp. & idem
ſequitur Sozi. ibi in 5. col. & benè facit concordia Alex. ibi
per tex. in d. l. hæc uenditio: idemq; ſequitur etiã Bal. in cõſi.
72 333. lib. 3. & Sali. in d. l. fin. in 3. q. Quinimmò † attendi
poſſet, quòd in caſu noſtro, ex quo Clemens Papa ob eius
mortem ſuperuenientem non declarauit, poſſit à perſona
recedi, & recurri ad arbitrium boni uiri, hoc eſt ſucceſſoris,
uel alterius boni uiri, primo quia illud plus dicitur in eum
remiſſum, ut in arbitrium boni uiri, ex quo fuit remiſſum
declarationi Papæ ſub nomine dignitatis, ex cuius ore non
poteſt niſi id, quod iuſtum eſt, prouenire capitu. ex ore
de priuilegiis: Item quia quando aliquid eſt declaratio-

ni alicuius remiſſum, dicitur ipſi ut arbitrio boni uiri re-
miſſum ad not. per Bal.in d.l pe nul.ff.de arbit.& d.l. fin. in
2.col.C.de empt.& uendi.illudque plus declarandum non
eſt ſubſtantiale,ſed potius quoddam accidentale: & ſecun-
dum Bart.in d.l.ſiquis arbitratu, quem cæteri ſequuntur,
quando tertius eſt ſuper contractu perfecto aſſumptus, ut
quia contractus per ſe eſſet perfectus,& tertius ſuper decla
ratione alicus acceſſorij,uel accidentalis fuiſſet aſſumptus,
tunc, illo non arbitrante,nec declarãte,à perſona receditur:
Sed in caſu noſtro etiam ſi Clemens Papa non fuiſſet pro
declarando aſſumptus, tamen contractus tranſactionis fuiſ
ſet perfectus,quia hinc inde aliquid fuiſſet datum,promiſ-
ſum, & remiſſum,ut ex tranſactione apparet: ergo tranſa-
ctio ualuiſſet d.l. tranſactio,& d.l.fideicommiſſo C. de tran
ſac.cum ſimilibus, quia uidetur aſſumptus non ſuper ſub-
ſtantialibus,ſed potius ſuper accidentali, ut colligitur ex iis,
quæ dixit Bal.in d.l.fin.col.2. iunctis iis, quæ ipſe uoluit in l.
in uendentis in ulti.col. C.de cõtrah.emp.Præterea illis caſi
bus,quibus de iure ciuili à perſona non receditur, de iure
canonico,& eius æquitate,quod in urbe, & curia Romana
ſeruatur,tertio non arbitrante,& non declarante, ſemper à
perſona receditur,&ad arbitrium boni uiri recurritur,quia
de iure canonico incertitudo,quæ eſt cauſa, ut ſecundũ ius
ciuile à perſona non recedatur,ut docto.omnes communi-
ter uolunt in d.l.fin.& in d.l.ſiquis arbitratu,contractum nõ
uitiat,ut per Archid.in c.ſunt nonnulli 1.q.1.do.Anto.in c.
ex parte extra de decimis: quantuncũque ergo tertio non
arbitrante,contractus remaneret incertus, non tamen re-
maneret nudus,& ſic non habet locum ratio l. ſi merces in
princ.ff.loca.ſed locũ uidetur habere diſpoſitio l.cum poſt.
§.gener.ff.de iure dot.quæ eſt ſuper æquitate fundata: de
æquitate igitur canonica poteſt à perſona recedi, quando
tertius,cuius arbitrio contractus totus,ſiue in parte fuit re-
miſſus,non potuit arbitrari,quod eſt in practica benè notã
dum,quia eſt quotidianum ſecundum dominũ meum Sozi.
in d.l.ſiquis arbitratu col. 12. ante uerſi. illum extra glo-
ſas &c. & bene nobis inſeruit ad ſuſtinendam tranſactio-
nem,quòd ea ob leſionem non poſſit dici inualida,& reſcin
denda,cum ultra promiſſa,& relaxata per dominum Pyr-
rum do. Beatrici fuerit etiam promiſſum totum illud,quod
Clemẽs Papa declarauerit, quo nõ ualẽte declarare,à per
ſona recedi,& ad arbitrium boni uiri recurri debet per præ
dicta. ¶Non obſtat quartum principale fundamentũ,
quòd pactum de non petẽdo dicatur pactum liberatorium,
& donationem continere, ergo ſub ſtatuto loquẽte de do-
natione comprehendetur; quia fateor ſtatutum compre-
hendere donationem,& pactum merè liberatorium, prout
donationem continet,& ſic quando per ſe, & principaliter
73 fieret; † Sed non comprehendit illud, quando uenit ad
corroborationem contractus tranſactionis ultro citroque
obligatorij,& maximè quando pactum de non petendo re
ciprocum apponitur acceſſoriè ad cõtractum ultro, citroq;
obligatorium,quia tunc nec liberationem,nec donationem
continet per prædicta,& argumento d.l. de fideicommiſſo,
& ſupra plenius dictum fuit:Et ideò ulterius non inſiſto.
¶Venio ad ſecundum dubium, præſuppoſita ualiditate trã
ſactionis,prout ualida eſt, quibus, & in quo illa noceat: Et
abſque longa diſcuſſione breuiter concludendum eſſe arbi
74 tror, † illam ſolum nocere præfatæ do. Beatrici, cum qua
fuit tranſactum,& non filiabus ſuis, pro quibus de rato pro
miſit,& quarum nulla fuit ſequuta ratificatio,per tex.in l.2
C.res inter alios acta,ubi caſus in terminis, qui loquitur de
auia, ex cuius tranſactione neptibus præiudicari non po-
tuit,idem uult l.2.C.de except.&addo tex.in l.nec filius C.
de rebus credi.& l.filius C. de pactis cum aliis multis ibi al
legatis: tranſactio enim, & contractus nocet contrahenti
& hæredibus ſuis,ſicut illis prodeſt, ut in l. mater cũ l. cum
à matre C.de rei uendica.iuncta l.ſi pactum ff.de probatio.
75 & † huiuſmodi tranſactio,quæ ſolum do.Beatricem,eiuſq;
hæredes afficit,extẽditur ad bona,de quibus in tranſactio-
ne eatenus,quatenus in illis do.Beatrix ius aliquod habet,
cum ipſa omnia eius bona,& iura pro obſeruatiõe, & adim
plemento promiſſorum obligauerit: & ideò tranſactio ad
bona,de quibus in ea,poteſt trahi inquantum dos ipſius do.
Beatricis extenditur,& de qua dote ipſa potuit, tranſigere,
illamque obligare. Poteſt etiam tranſactio extendi ad par
tem hæreditatis,& bonorum domini Alphonſi, in quibus
pro parte unà cum filiabus ſuis ab inteſtato ſucceſſit, ut in
authen.defuncto.C.ad tertull.& conſequenter in legitima,
& trebellianica,in quibus Alphonſus per fideicommiſſum
grauari non potuit l.iubemus C.ad trebell.& l. quoniam in
prioribus C.de inoffi.teſta.debetur enim do. Beatrici tertia
pars hæreditatis filij,& ſic tertia pars legitimæ,& trebellia-
nicæ,ergo quoad illam tertiam partem tranſactio tenuit, &
de ea do.Beatrix.potuit cum do.Pyrrho tranſigere, & illã
ei obligare. Præterea præſuppoſito,ſed non conceſſo,quòd
do.Pyrrhus nullum ius in caſtro Iulianelli habuiſſet,nec ha
beret ex donatione ſibi à Clemente Papa vij. facta,&quòd
illud caſtrum ad dominam Beatricem, eiuſque filias ex do-
natione Papæ pertinuiſſet,prout in breui apoſtolico conti-
netur, ſequitur, quòd tertia pars dicti caſtri pertinuit ad
ipſam dominam Beatricem, cui caſtrum pro ſe, & filiabus
ſuis,& ſucceſſoribus donatum fuit per ea, quæ habẽtur per
Alex. & alios in l.ſi mihi, & titio ff.de uerborum obliga. l.
duobus,& l.ſi pluribus ff.de lega.2.& l. ſi ſeruus communis
cum ſequen.ff.de ſtipul.ſeruo. ergo de illa tertia parte tran
ſigere potuit, & ſi non uelit tranſactioni ſtare, ea cum aliis
bonis ſuis erit domino Pyrrho obligata.
¶Venio ad tertiam difficultatem,utrum diſpoſitio l. ſiquis
maior C.de tranſactio. obſtet domino Pyrrho tanquam
non obſeruanti tranſactionem,& qui prius illi contrauene-
rit: & prima facie obſtare uidetur,quia do. Pyrrhus ſpopõ
dit,& iurauit do.Beatrici ſoluere in Romana curia de præ-
ſenti, & ad omnem ipſius do. Beatricis ſimplicem requiſi-
tionem ſcuta quingenta auri à ſole,item illi dare, & aſſigna
re in præſenti æſtate,& ſic infra duos menſes ad plus, atten
to tempore, quo tranſactio facta fuit, rubra triginta grani
boni ad menſuram romanam in caſtris, ſeu territotiis Graf
fagnani,ſiue Spetiani: & cum dominus Pyrrus dicta rubra
triginta non dederit, nec aſſignauerit, item cũ præſenti die,
& ſæpe requiſitus dicta ſcuta quingenta auri non ſoluerit,
apparet utiq; de ipſius do.Pyrrhi contrauẽtione, & ipſũ in
mora fuiſſe conſtitutũ,& dolo à promiſſis,& iuratis per ipſũ
receſſiſſe,& conſequẽter pœnas d.l.ſiquis maior incurriſſe,
76 nam † ille,qui de præſenti die promittit, dicitur tẽpus certũ
77 appoſuiſſe l. eũ, qui Kalendis ff. de uerb.oblig.&†ubicunq;
quis promiſit dare certo tempore, & ultra ad petitionem,
ſeu interpellationem creditoris, per euentum illius tem-
poris certi in mora conſtituitur,nõ expectata creditoris in-
terpellatione,ut eſt glo.ſingularis in l.cum ſtipulatus ſim in
princ.ibique Ange. Alex.& alij poſt Bar.ff.de uerbo. oblig.
Alex.in l.quoties col. 1. ff.eodem tit.& Bal.in c.1. §. fin. an
ille,qui interfe.frat.& ad propoſium multa cumulat Sozi.in
conſi.228.col.14.uolu.2. Sed do.Pyrrhus promiſit ſolue
re dominæ Beatrici ſcuta quingenta de præſenti, & ad om-
mnem illius ſimplicem requiſitionem, item promiſit dare
in præſenti æſtate,&ſic tempore certo triginta rubra grani,
per cuius temporis lapſum ipſe fuit in mora cõſtitutus, quia
dies pro homine interpellat,l.magnam C.de contrahen. &
committit ſtipul.l.2.C.de iure emphyt.& c.potuit de loca.
cum ſimilibus allegatis per Alex. in d.l.quoties, & ulterius
ipſe do.Pyrrhus fuit ſæpius à do.Beatrice interpellatus,er-
go

betur de ſucceſſio. feu. & per canoniſtas maximè Imol. in
87 c. 1. extra de feudis,& in c. in præſentia de probat. nec † hu
iuſmodi bona ſub reſtitutione fideicommiſſi ueniunt, aut
comprehenduntur,ut in l. ſi patroni,ibique Bar. Alexan. &
88 alij ff. ad Trebel. cum ſimilibus ibi allegatis: De † bonis ue
rò allodialibus,in quibus do. Alphonſus fuit per fideicom-
miſſum grauatus,deducenda ſunt ad fauorem domini Pyr
rhi melioramēta facta ſumptibus illius l. fin. in fin. cum glo.
ibique docto. C. communia de lega. c. 1. de in integ. reſtit. l.
penul. ff. locati,& Paul. de Caſt. in conſi. 95. clarum eſt &c.
lib. 2. ſecundū nouā impreſſionem: Pro illa parte etiam le-
gitimæ, & trebellianicæ, hoc eſt pro tertia parte, in
qua domina Beatrix ſucceſſit filio ſuo domino Alphonſo,
qui ab inteſtato deceſſit, & pro qua tranſactio ualere
potuit, ut ſupra dictum fuit, dominus Pyrrhus omnino
abſque dubio eſt admittendus per prædicta.

¶ An autem ipſe dominus Pyrrhus ex donatione, & gratia
Papæ ſibi facta poſſit admitti ad omnia bona domini Alphō
ſi, de quibus diſponere, & in quibus hæredē habere de iure
poterat,& ſic ad totā legitimam, & trebellianicā,& ad alia
bona aliunde quæſita, propter bannum rebellionis contra
ipſum dominum Alphonſum latum,maius eſt dubium,nam
in primis nō poſſe ſic admitti uidetur primo,quia dominus
Alphonſus non incidit in aliquod bannum, cum non con-
ſtet ipſum fuiſſe in ciuitate, & in territorio Florentino, &
conſequenter fuiſſe rebellem. Secundo poſito,ſed non con
89 ceſſo,quòd ibi fuiſſet, tamen dicitur, † illud bannum ad
notitiam domini Alphonſi abſentis, & ignorantis non per-
ueniſſe,& ideò illi nocere non potuiſſe,quoniam decretum
ſuperioris non afficit abſentes, & ignorantes,ut in l. ſi. ff. de
decre. ab ordi. facien. l. generali. C. de tabula lib. 10.& in au
then. ut factæ nouæ conſtitut. in rubro, & nigro, & habetur
in c. cognoſcentes extra de conſtit. & Alex. in terminis no-
90 ſtris in conſi. 52. uolu. 7. Tertio dicitur,quòd † ad hoc, ut
bona Alphonſi occaſione talis banni ipſo iure confiſcata di
cerentur,neceſſaria fuit declaratoria ſententia,alioquin bo
na effectualiter confiſcata non cenſerentur c. cum ſecundū
de hæreti. in 6.& doct. ibi communiter, & traditur per Ioā.
Andr. & alios in c. 1. de homicid. in 6.& Alexan. in l. ſiquis
maior. C. de tranſac. inquit,omnia iura mundi pœnam ali-
quam ipſo iure imponentia debere intelligi,ſequuta ſenten
tia declaratoria,ut per eundem Alexan. etiam in conſi. 201.
uolu. 1.& hæc uidetur communis ſententia, pro qua plura
91 poſſent allegari: & † ad talem declaratoriam à principe
etiam faciendam requiritur partis citatio Bal. in l. fin. C. de
legibus,aliàs non ualet,ut ibi,& clemen. paſtoralis §. cæterū
92 de re iudi.& Alexan. in d. conſi. 52. col. 2. Item † huiuſmo-
di declaratoria non poteſt, nec potuit fieri poſt mortem do
mini Alphonſi,ſed ipſo uiuente, quia crimen morte delin-
quētis extinguitur,ut in l. 2. C. ſi reus,uel accuſa. mort. fuer.
& not. in c. à nobis de ſenten. excommunica. quod cum fa-
ctum non fuerit,ſequitur,quòd bona domini Alphonſi non
poſſunt dici effectualiter cōfiſcata,ita quod in alium à prin-
cipe trāſferri non potuerunt per not. à Felin. in c. quæ in ec
cleſiarum de conſtit.& ab Alex. in d. conſ. 52. in 3. dubio in
3. col. Præterea ultra bona domini Alphonſi,de quibus di-
ſponere potuit, hoc eſt ultra legitimam, & trebellianicam
93 in bonis patris ei debitam † bona alia, quæ fuerunt domi
ni Antonij eius patris, non potuerunt ex delicto ipſius Al-
phonſi publicari,ex quo erant,& ſunt fideicommiſſo ſubie-
cta, ad quod uocatæ dicuntur filiæ ipſius do. Antonij, ui-
delicet domina Hortenſia, & ſoror per ea, quæ habentur
per Alexandrum in conſ. 3. uolu. 3. ergo domina Hortenſia,
& ſoror ad illa ſunt admittendæ,non obſtante rebellione,&
banno domini Alphōſi. ¶ Sed tamen, his non obſtantibus,
contrariam partem ſequendam eſſe arbitror, conſulto de

inobedientia, & conſequenter de rebellione ipſius domini
94 Alphonſi: nam † propter crimen rebellionis quis ipſo iui
re,& immediatè priuatur bonis, quæ ipſo facto confiſcan-
tur,& fiſco applicantur,& ita affecta dicuntur,quòd ipſo iu
re illorum dominiū in fiſcum transfertur,& ſi alienata poſt
delictum fuerint, per fiſcum uendicantur,ut eſt tex. in l. cō
miſſa. ff. de publica.& l. ex iudiciorum ff. de accuſat. cum ſi-
milibus ibi not.& in tantum illorum dominium ipſo iure fi-
ſco acquiritur,quòd etiā in foro conſcientiæ talis pœna de-
betur,ut uolunt docto. communiter Abb. Felin. & alij in
c. 1. de conſtit. limitando glo. in c. fraternitas 12. q. 2. ubi Fe-
lin. poſt Abba. dicit,quòd quando bona delinquentis ex le-
gis,ſeu ſuperioris diſpoſitione ipſo iure publicantur,nō poſ
ſunt talia bona cum bona conſcientia retineri, quia ius, &
dominium ſtatim dicitur fiſco acquiſitum, ut not. in c. 2. de
præſcrip. in 6. adeò quòd per delinquentem à die criminis
nō poſſunt bona alienari, nec in alium ad præiudicium fiſci
trāſferri d. l. ex iudiciorum: & idem tenet Abb. in c. dilecti
col. 4. uel 5. de arbit. per ea, quæ habentur in d. l. commiſſa.
¶ Nec obſtat,quòd in pœnis ipſo iure impoſitis requiratur
95 declaratoria per ſupradicta,quia reſpondetur, † quòd nō
requiritur declaratoria ad effectum,ut pœna committatur,
nec ut dominium fiſco acquiratur, cū iam pœna fuerit in-
curſa,& dominium ipſi fiſco acquiſitum abſque alio facto,
ut in d. l. commiſſa, ſed requiriur ad effectū, ut bona poſſint
apprehendi per fiſcum, cui prius de delicto commiſſo non
conſtabat,ſecundum Bar. in l. eius,qui delatorem ff. de iure
fiſci: Nec per declaratoriam pœna dicitur imponi, nec in
illa de pœna aliqua mentio fieri debet,ſed ſolum debet de-
clarari,delictum fuiſſe commiſſum: quo fit, ut ex hoc pœ-
na poſtea exigi poſſit, ſecundum Abb. in c. peruenit il 1. de
appella.& prius bona apprehendi non debuerunt, ſi de cri
mine non conſtabat ſecundum Abb. in c. uerum in ulti. col.
96 de foro compet. Vnde † ſi delictum eſſet manifeſtū, atq;
notorium, declaratoria non eſſet neceſſaria ſecundū Abb.
in clem. præſenti de cenſibus,& in c. cum nō ab homine col.
12. de iudi.& Domin. in d. c. cum ſecundū in prin. ita refert
Felin. in d. c. 1. & hoc modo propriè loquitur, & debet in-
telligi tex. in d. c. cum ſecundum: & dicit Bald. in c. 1. §. cal-
lidis de prohib. feu. alien. per Fed. quòd licet ad hoc,ut ua-
ſallus feudo propter felloniam priuetur, requiratur ſen-
tentia, tamen hoc non procedit, quando feudum alienaſ
ſet, quia tunc alia ſententia non requirtur,cum à iure di-
catur ipſo iure priuatus: idem inquit, ſi uaſallus contra
dominum crimen rebellionis, ſeu læſæ maieſtatis com-
miſit, nam tunc ipſo iure feudum amittit, quod domi-
no applicatur, ut per Iaco. de Belui. in authen. de inceſt.
nup. in prin. ubi eſt glo. notabilis in uer. imminere,quæ uo-
luit,quòd quādo lex ob criminis atrocitatem pœnam ipſo
iure imponit,nullo modo aliqua ſentētia requiritur, ſed ſta
tim delinquens priuatur, & dominium ilico ipſi fiſco acqui
ritur: & ſi declaratoria ſubſequi debeat, ea fit ſolum ſuper
declaratione delicti,non autem ſuper pœna, eiuſque appli
catione,ſeu acquiſitione ad tradita per Felin. in d. c. 1. colu.
97 15. uerſi. non obſtat &c. quòd † autē ob crimen rebellio-
nis pœna ipſo iure ſit impoſita,& bona delinquentis ipſo fa
cto,& ilico fiſco applicentur, ultra prædicta probatur. in l.
manicheos,ibiq; not. C. de hæreti.& in d. c. cum ſecundum,
ubi eſt gl. not. in uer. ipſo iure, l. 1. C. de petit. bon. ſubla. lib.
10. l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt. l. fin. in fin. cum auth. ibi po-
ſita C. de bon. proſcrip. & in extrauagan. qui ſint rebelles,
98 ibique Bar. in rub.& † qui ſint rebelles, habetur ibi per illum
tex.& per glo. in uer. rebellis: ſunt enim ij,qui ſunt inobe-
dientes principi, eiuſque officialibus propter principem,
& conuertendo ſe in hoſtes Bar. in d. gloſ.& in l. hoſtes ff. de
99 capti.& poſtlimi. reuer.& † qui iniuriam,& offenſam in-
fert

fert ſubditis, & partialibus principis, dicitur principem offendere Bal. in cap. 1. de pace conſtan. in ver. opizoni: &
100 † rebellis dicitur, qui in crimine perduellionis, ac læſæ maieſtatis, & inter hoſtes principis eſt conſtitutus, ut per Bartolum in d. extrauagan. in uer. rebellis, & ipſo iure talis dicitur à die criminis etiam ante, quàm de illo crimine procedatur, ut in d. extrauagan. habetur. ¶ Ex quibus infer-
101 tur, † quòd ſi bona dicti domini Alphonſi rebellis fuerunt ipſo iure cõfiſcata, ac illorum dominium fiſco dicitur abſque alia traditione acquiſitum, ipſe Papa dominus fiſci potuit dominium dictorum bonorum gratiosè, & liberaliter in præfatum dominum Pyrrhum transferre, prout motu proprio ipſius fecit, ut in breui apoſtolico continetur, ueluti probatur in d. l. 1. ibiq; Bar. C. de petit. bon. ſubla. lib. 10. adeò quòd abſque alia traditione actuali dominium illorum in caſu noſtro dicitur in dominum Pyrrhum translatum, ut per Baldum in c. 1. §. inueſtitura colum. 2. de noua for. fidel. per textum in l. omnes, & in l. bene à zenone C. de quadr. præſcrip. & in c. ſi tibi abſenti de preben. in 6. Iaſ. in l. quoties C. de rei uẽdica. Nec aduerſatur, ſi diceretur, principem non poſſe rem alterius in alium transferre, niſi illam fiſcus poſſederit, & tradiderit, Alex. in conſi. 52. uolumi. 7. in 3. dubio per allegata ibi per eum, quia reſpondetur, il-
102 lud † uerum eſſe poſſe, quando rem, quæ eſſet alterius, transferre uellet, nam ex quo fiſcus, ſeu princeps illam poſſidet, cenſetur dominus, & ideò tunc illam in alium transferre poteſt, ſecundũ quod habetur in d. l. à bene zenone, & ita loquitur Alex. in d. conſil. ſed quãdo fiſcus, ſeu princeps eſt dominus, quia bona ipſo iure per confiſcationem ipſi ſint acquiſita, ut fuit in caſu noſtro per prædicta, tunc motu proprio poteſt illa in alium trasferre abſque eo, quòd princeps talia bona poſſederit, atque tradiderit, quia hoc eſt commune, & regulare in omnibus, ut quis in alium illud ius, quod habet, transferre poſſit §. per traditionem Inſtitu. de rerum diuiſio. & l. in re mandata C. mandati: In principe autem hoc plus eſt, quòd poſſit in aliũ ſine traditione transferre, dummodo ſit uel dominus, uel poſſeſſor d. l. bene à zenone, Bal. in d. c. 1. Iaſon expreſsè in d. l. quoties, ubi in 3. colum. plura adducit, & Bal. in prælud. feudo. colum. 10.

¶ Et ſequendo hanc concluſionem non obſtant allegata in contrarium, & primo, quòd bannum ad notitiam domini Alphonſi non peruenerit, quia reſpõdetur, quòd poſt duos menſes à die publicationis leges communes etiam præiudiciales incipiunt ignorantes quoque ligare, ut in authen. vt
103 nouæ conſtitut. ſed † ſtatuta, & alia banna præiudicialia infra modicum tempus arbitrio ſuperioris etiam ignorãtes ligant ad not. in l. fina. ff. de decre. ab ordi. facien. & c. 2. de cõſtit. in 6. quia omnes ſubditi de bannis notitiam habuiſſe cenſentur, Barto. in extrauagan. ad reprimen. circa finem, & melius in l. omnes populi ff. de iuſtitia, & iure colum. 13. ibi quinto quæro principaliter, & traditur per canoniſtas in c. 2. extra de conſtit. ¶ Non obſtat, quòd fuerit neceſſaria declaratoria ſententia, quia ex prædictis reſponſum patet. Præterea poſito abſque ueri præiudicio, declaratoriam fore neceſſariam, dico, quòd adhuc poſt mortem domini Alphonſi huiuſmodi declaratio ſequi poteſt ad effectum, ut bona iam confiſcata poſſint contra hæredem de facto apprehendi per fiſcum, uel cauſam ab eo habentem, in quem dominium propter conceſſionem Papæ fuit trãſ-
104 latum iuxta ea, quæ ſupra ſunt dicta: Nam † quamuis regulariter delictum morte delinquentis extinguatur, & ad pœnam contra hæredes agi nequeat, tamen ſecus eſt in quibuſdam caſibus, & maximè in crimine rebellionis, & læſæ maieſtatis principis ad not. per gloſam magnam in fin. C. ex delict. defunct. in l. 2. C. ſi reus, uel accuſa. & per gloſam in l. 1. eodem titu. & eſt textus cum gloſ. in d. l. ex iudiciorum, gl. in §. per contrarium Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. Barto. in l. qui à latronibus §. 1. ff. de teſtamen. & glo. in l. & teſtamento C. de manum. teſtam. ubi memoria hominis, & delinquentis mortui poteſt ob crimen rebellionis, & læſæ maieſtatis damnari, ſeu declarari deliquiſſe, glo. in c. quorundam 23. diſtinctio. cum ſimilibus: Item ubicunque pro delicto pœna bonorum eſt ipſo iure impoſita, tunc delictum, ſeu effectus pœnæ morte delinquentis non extinguitur, ſed ad hæredes delinquentis tranſit, ut uolunt Barto. & Bal. in d. titu. C. ex delict. defunct. glo. in l. 3. §. quod autem in uer. hæredibus in fin. ibique Barto. Bal. & Ange. ff. quod quiſque iuris, idemq́ue dicunt Bal. Ange. & Imo. in d. l. qui à latronibus §. 1. per textum in l. caius ff. ad ſyllanianum, & Bal. in rubri. C. ſi penden. appel. mors interuen. & faciunt not. per Bartolum in d. l. ex iudiciorum.

¶ Non obſtat ultimum de bonis reſtitutioni fideicommiſſi ſubiectis, quia hoc admittitur, ut conſuluit Alexan. in conſi. 23. uolumi. 1. & in d. conſi. 3. uolumi. 3. ſed quoad alia bona dicti domini Alphonſi, & quoad bona feudalia, dicitur illa omnia ex cauſis, & rationibus ſupra deductis ad dominũ Pyrrhum ſpectare debere: Et ita concludendum eſſe in prædictis omnibus ſum arbitratus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Nullitatis exceptio, quæ incontinenti probari poteſt, valet contra inſtrumentum etiam guarentigiatum, & executionem paratam habens ad illius executionem impediendam opponitur, & nume. 4. & 11.

Et quomodo incontinenti probari poſſit nume. 3.

2 Statutum, ſeu lex de inſtrumento loquens intelligitur de valido, non autem de nullo, & à iure reprobato.

3 Nullitas inſtrumenti quomodo, & quando incontinenti probari poſſit.

5 Inſtrumenti executio à nullitate ex dolo aduerſarij cauſata impeditur.

6 Tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento facta ut valeat, quid requiratur, & num. 8. & 24.

7 Diſpoſitioni l. de his, ff. de tranſactio. pacto, & conſenſu partium renunciari non poteſt;

Nec per verba generalia, & per renunciationem generalem, in qua etiam de teſtamento in genere facta ſit mentio num. 10.

9 Fideicommiſſo facto in teſtamento paterno, ſi de eo in ſpecie mentio facta non fuit, non dicitur renunciatum ex eo, quod fratres diuidentes bona hæreditaria renunciauerint omnibus iuribus ſibi competentibus ex teſtamento, vel ab inteſtato, vel iure fideicommiſſi, ſeu ex alia quacunque ratione, vel cauſa.

11 Inſtrumentum de iure, vel ex forma ſtatuti exequendum etiam poſt confeſſionem factam ob nullitatem, quæ euidenter appareat, & incontinenti probari poſſit, non eſt exequendum.

12 Teſtamenti notitia neceſſario non infertur, neque præſumitur in eo, qui aliàs ab inteſtato eſt ſucceſſurus.

13 Verba narratiua inſtrumenti inter contrahentes probant.

14 Tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento eſt nulla, quando alter ex tranſigentibus aliquid de contentis in teſtamento dolosè tacuit.

15 Diſpoſitioni l. de his ff. de tranſactio. an cum iuramento poſſit renunciari adeo, quòd tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento valeat abſque eo, quod notitia teſtamenti, & contentorum in eo ſpecialis habeatur, et illa verba, viſis, cognitis, et inſpectis verbis teſtamenti, ac ſimilia fuerint expreſſa, & num. 23.

16 Legi prohibitiuæ vtilitati ſubditorum prouidenti poteſt cum iuramento renunciari.

17 Diſpoſitio l. de his ff. de tranſactio. ſuper vtilitate publica eſt principaliter fundata.

18 Contractus prohibitus ratione doli, & vtilitatis publicæ iuramento non firmatur: Secus ſi eſſet prohibitus propter alias priuatorum vtilitates.

19 Iuramentum habet vim caſuum ſpecialium, & operatur, vt actus valeat omni meliori modo.

20 Iurans non contrauenire ſimpliciter, & generaliter videtur de omni remedio, per quod poſſet contrauenire, in genere cogitaſſe.

21 Opinio communis vt diſcernatur, non ſolum numerus, ſed etiam auctoritas doctorum debet attendi.

22 Opi-

incognitis.

28 *Iuramentum tres comites, uidelicet ueritatem, iudicium, & iuſtitiam habere debet.*

29 *Voluntas circa incognita uerſari non præſumitur.*

30 *Alex. in conſi. 11. uolu. 2. & in l. qui romæ §. duo fratres in 5. q. Bart. ff. de uerbo. obliga. reprehenditur.*

31 *Verba generalia non includunt ignorata, & incognita à teſtamento dependentia.*

32 *Iuramenta generalia, & clauſulæ generales ſecundum naturam contractus principalis regulantur.*

33 *Clauſulæ generales, & iuramenta generalia, ac prægnantia ex ſtilo quodam notariorum abſque eo, quod contrahentes de illis cogitent, apponi ſolent, & ideò læſionem maximè enormiſſimam inferre non debent, nec excludunt illa remedia, quæ contrahentes uериſimiliter ignorare præſumuntur, & num. 35. & 60.*

34 *Vendens equum, uel aliud animal ad defectum, quem ſpecialiter habet, ſe reſtringere debet, aliàs tenetur, licet dixerit ſe uendere pro bulſo, lunatico, dolente, & habente omnes defectus.*

36 *A iuramento, quo quis diſpoſitioni l. de his ff. de tranſactio. renunciauit, abſolutio & relaxatio peti, & dari abſque alia iuſta cauſa, & enormi læſione poteſt.*

37 *Contractus, qui ſolo iuramento ualidus ſuſtinetur, collitur, ac nullus, & inualidus remanet, iuramenti uirtute per abſolutionem, ſeu relaxationem ſuperioris ſublata.*

38 *Iuramentum habere exequutionem paratam de quo iuramento intelligatur.*

39 *Diſpoſitioni l. de his ff. de tranſactio. etiam cum iuramento renuntiari non poteſt, quando in tranſactione læſio magna, & enormis, ſeu doloſa deceptio interuenit.*

40 *Enormiſſima læſio quæ dicatur.*

41 *Dolum occultum committit is, qui ſcienter tacet id, quod erat in contractu exprimendum & num. 43.*

42 *Ambiguis, & captioſis uerbis uti non debemus.*

43 *In dolo eſt, qui contrahendo ſcienter id tacet, quod contrahentem ſecum à contractu retrahere potuiſſet.*

44 *Dolus etiam manifeſtus ex enormiſſima læſione arguitur, & numero 52.*

45 *Iuramentum non confirmat contractum aliàs inualidum, quando dolus ſaltem ex propoſito adeſt, & num. 47.*

46 *Et tunc, non obſtante iuramento, etiam abſque abſolutione impetrata contra illud poteſt contrauenіri, & num. 47.*

47 *Tranſactioni iuratæ propter maximam, & enormiſſimam læſionẽ contraueniri poteſt.*

48 *Actio cui datur ad repetendum ſolutum, ei multo magis exceptio ad impediendam ſolutionem dabitur.*

49 *Reſtitutio in integrum aliàs temporalis, & quadriennalis propter læſionem enormiſſimam efficitur perpetua, & per annos triginta durat.*

50 *Renunciãs omnibus caſibus fortuitis etiam cum iuramento non cenſetur caſibus fortuitis maximis, & inſolitis renunciaſſe.*

51 *Filia à patre dotata etiam enormiter læſa non poteſt dicere ſe incompetenter dotatam, nec ad ſupplementum dotis agere, ſecus ſi exceſſiuè incõpetenter dotata, & ſic enormiſſimè læſa fuiſſet.*

52 *Doli præſumptio ex enormiſſima læſione ceſſat, quando quis expreſſè læſioni enormiſſimæ renunciauit, & promiſit ob illam etiam non contrauenire:*

53 *Et quomodo hoc ſit uerum.*

54 *Dolo ex propoſito renunciari non poteſt.*

55 *Tranſactioni etiam iuratæ propter dolum ex propoſito contraueniri poteſt.*

56 *Doli de futuro exceptioni etiam cum iuramento renunciari non poteſt.*

57 *Tranſactioni etiam iuratæ poteſt ratione maximæ, & enormiſſimæ læſionis contraueniri, etiam ſi per uerba multum prægnantia quis cum iuramento renunciaſſet omnibus iuribus, priuilegiis, beneficiis legum, & exceptioni doli, ac promiſiſſet non contrauenire aliqua ratione, uel cauſa, etiam ratione damni enormis, enormioris, & enormiſſimi, & ſupra num. 53.*

58 *Iuramento iura canonica non aſſiſtunt, quando fraus eſt ex parte illud recipientis, & quando deceptio enormiſſima re ipſa interuenerit.*

… l. de his ff de tranſactio. non poteſt expreſſo partium conſenſu, & pacto renunciari: & tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento facta ut ualeat, non ſufficit ſcientia, & notitia in genere teſtamẽti, & contentorum in eo, ſed in ſpecie eſt neceſſaria;

Nec per iuramentum generaliter in inſtrumento tranſactionis etiam per uerba generaliſſima appoſitum diſpoſitioni d. l. de his renuntiatur, ſed ſolum expreſſè, & ſpecialiter:

Et ſtante enormiſſima læſione, uel doloſa alterius partis deceptione, tranſactio ipſo iure nulla, & inualida etiam ad impediendam eius exequutionem dici, illiq́, non obſtante iuramento, contraueniri poteſt, etiam ſi expreſſè, & ſpecialiter diſpoſitioni d. l. de his, nec non generaliter omnibus iuribus, priuilegiis, beneficiis legum, & exceptioni doli renunciatum fuiſſet, ac promiſſum non contrauenire aliqua ratione, uel cauſa etiam ratione damni enormis, enormioris, & enormiſſimi.

CONSILIVM CLXXVII.

IN cauſa exequutionis inſtrumenti tranſactionis pro parte dominæ Iſottæ contra dominum Ludouicum petitæ de iure concludendum eſſe arbitror, quòd ſtante nullitate dicti iſtrumenti, quæ incontinenti ex eiuſdẽ inſpectione, ac etiam ex aliis productis probari poteſt, inſtrumentum prædictum non eſt cõtra dominum Ludouicum, ſeu eius

1 fideiuſſorem exequendum, quia † contra inſtrumentum etiam guarentigiatum, quod ex forma ſtatutorum exequutionem paratã habet, poteſt ad exequutionem eiuſdem impediendam opponi exceptio nullitatis, quæ incontinenti probari poteſt l. 4. §. condemnatum, & ibi Bar. Alex. & omnes ff. de re iudi. Bart. in l. 1. §. & parui ff. quod ui aut clam:

2 † ſtatutum enim, ſeu lex de inſtrumento loquens intelligitur de ualido, & de eo, quod eſt inſtrumentum in ſe ualidũ, non autem de eo, quod eſt nullum, & à iure reprobatum, quia tale non dicitur inſtrumentum, ut dixit Bal. in l. fin. in fin. per illum text. C. de litigio. & in l. hac edictali in verſic. hãc obſeruationem C. de ſecun. nup. & traditur per Alex. poſt Bar. in d. §. & parui: nam non entis nullæ ſunt partes c. ad diſſoluendum de deſponſa. impub. l. nam, & ſub cõditione ff. de iniuſ. rup. irritoque teſtam. cum ſimilibus, & faciunt, quæ habentur in l. 2. & fin. C. de edic. diui adr. tollen.

3 Et † nullitas incontinenti probari poteſt non modo per inſtrumenta, & confeſſionem partis, ſed etiam per teſtes c. ueniens, ibiq́; Innocen. de teſti. & c. literas in fin. de reſtitut. ſpolia. & incontinenti dicitur poſſe probari uel arbitrio iudicis, uel infra illud tẽpus, infra quod cauſa principalis, ſeu exequutionis expediri poteſt, ueluti declarant Bar. Alex. Salice. & alij in d. l. 2. C. de edic. diui adr. tollen. l. ſi is à quo, & ibi Bar. ff. ut in poſſ. legat. Bart. & Alex. in d. l. 4. §. condemnatum: Sed in caſu noſtro nullitas huius inſtrumenti poteſt incontinenti probari, eiuſque cognitio altiorem indaginem non requirit, tum quia nullitas eſt in negatiua fundata, & conſequenter pro parte domini Ludouici nihil eſt probandum, iuxta ea, quæ habentur in l. ſi cum nulla ff. de re iudi. & per Innocen. in c. cum in iure de offi. deleg. Alexan. in d. §. condemnatum col. 1. & per Bar. in l. licet C. de procurat. tum quia nullitas euidenter ex inſpectione inſtrumenti conſtat, ut infra dicetur, & habetur per glo. in l. 1. §. hoc interdictum

ctum ff.de tabul.exhib.& eſt textus in d.l.fin.C.de edic. diui adr.tollen.Bal.in rub.C.de prob.Pet.de Anchara.in conſil.2.& in conſil.212.Abb.in conſil.54. lib.2. & plenè per Alexandrum in d.§.condemnatum in prima limita. & per Baldum in l.ex prædijs C. de euictio. Dicitur enim iu inſtrumentum tranſactionis in caſu noſtro nullum,quia in eo non apparet dominum Ludouicum habuiſſe ſcientiam, & notitiam eorum omnium,quæ in teſtamento domini Ioannis continebatur, & ſic iſta nullitatis exceptio fundata eſt ſuper negatiua, in qua excipiens fundatam habet intentionem,ut traditur per Alexandrum in d.§.condemnatum colum.1. Conſtat etiam euidenter nullitas illius ex inſpectione inſtrumenti,in quo non conſtat,quòd dominus Ludouicus ſciuerit teſtatorē feciſſe legata, & relicta dictæ dominæ Iſottæ, de quibus mentio in inſtrumento tranſactionis habetur,ſub illa conditione,ſi permaneret in uiduitate, & ad ſecunda uota non tranſiret, ut ex inſpectione inſtrumenti colligitur: Item poteſt de huiuſmodi nullitate inſtrumenti,& tranſactionis in continenti conſtare ex iam deductis, & apud acta notarij cauſæ pro ductis abſque eo, quod

4 aliæ fiant probationes. † ergo de tali nullitate potuit opponi ad impediendam exequutionem inſtrumenti, quod habet etiam exequutionem paratam,ut uolunt,& concludunt omnes doctores in d.l.4.§.condemnatum, in d.l.2.& fina.C.de edict.diui adria.tollen.& in c.ueniens per Innocentium de teſiibus: & ita in terminis noſtris, & in inſtrumento,quod ex ſtatuto paratam habet exequutionem, & contra quod nulla poteſt opponi exceptio ad impediendam exequutionem,uoluit Bald.in d.l.ex prædijs, quem ſequitur Alexan.in d.§.condemnatum colum.3.dicēs, quòd ad impediendam exequutionem dicti inſtrumenti poterit opponi nullitas,quæ euidenter,& in continenti probari,& conſtare poteſt, & facit gloſ.in d.l.1.§. interdictum in uer. imperfectam,& Petrus de Anchara.in dictis conſilijs cum

5 ſimilibus ſupra allegatis. Præterea † nullitas,quæ ex dolo aduerſarij cauſatur,impedit exequutionem inſtrumenti, ut uoluit Petrus de Anchara.in d.conſi.212. qui hoc multipliciter corroborat: Sed in caſu noſtro,ut infra dicetur, hæc nullitas fuit à dolo dominæ Iſottæ cauſata, ergo exequutionem dicti inſtrumenti impedire debet.

¶ Et quoniam tota uis præſentis conſultationis in hoc conſiſtit, an inſtrumentum trāſactionis factum inter dominam Iſottā ex una,& do.Ludouicū ex alia ſit nullum,quia ſi conſtabit eſſe nullum tali nullitate, quæ uel poſſit in continenti probari,uel ex inſpectione inſtrumenti euidēter appareat, uel dolo partis cauſata fuerit, uera erit concluſio tradita, quòd eius exequutio poſſit impediri,& inſtrumentum huiuſmodi tanquam nullum paratam exequutionem non habeat,idcirco pro diſcuſſione huius articuli principaliter de tribus uidendum eſt,Primo an diſpoſitioni l.de his ff.de trāſactio.& l.1.§.ratio ff.quemadmodum teſtam.aper. ubi eſt idem tex. poſſit ſimpliciter pacto, & conſenſu partium renunciari:Secundo,an illi poſſit renunciari cum iuramento. Tertio,an in caſu, in quo per tranſactionē quis fuit nō modo enormiter,ſed etiam enormiſſimè læſus,per ſimplex iuramentum de non contraueniendo, & per renūciationem generalem,qua ipſi tranſigentes cum iuramento renunciauerunt exceptioni doli, & cuilibet priuilegio, & beneficio legis, dicatur, & cenſeatur diſpoſitioni d.l.de his ita renunciatum, quòd tranſactio ualeat etiam non inſpectis, nec cognitis uerbis teſtamenti. ¶ Redeo ad primum,

6 † in quo concludo, quòd ad hoc, ut tranſactio ſuper ijs, quæ à teſtamento dependent, facta ualeat, requiritur, quòd tranſigentes habuerint ſcientiam, & cognitionem omnium, quæ in teſtamento continentur,ſuper quibus tranſactum fuit,alioquin ſi tranſactio facta eſſet nō inſpectis, nec cognitis uerbis teſtamenti,tranſactio eſſet ipſo iure nulla in odium tacentium,& occultantium teſtamēta,& fauore publicæ utilitatis,ut ultimæ uoluntates exequutioni mandentur,ut eſt text.in d.l.de his,& in d.l.1.§.ratio. Et ideò cautela eſt, ut in inſtrumento tranſactionis ſuper dependentibus ex teſtamento facto apponātur huiuſmodi uerba,uel ſimilia,viſis,inſpectis,& cognitis uerbis teſtamenti talis teſtatoris & c.ut uolunt Bar.& omnes docto.in d.l.de his, & in l.qui romæ §. duo fratres in 4.& 5. q.ff.de uerbo.

7 obliga.& † hanc concluſionem docto.legiſtæ, & canoniſtæ communiter, ac concorditer ſequuntur, quòd diſpoſitioni d.l.de his pacto, & conſenſu partium renunciari non poſſit,ut per Ioan.de Imol.in c.cum contingat in ulti.charta de iureiuran. ubi hoc idem uolunt Anto. & Abb. & hæc fuit originalis opinio Iaco.de Beluiſo, & Iaco.Butrig. quos ſequitur etiam Ange. & glo.in l.pactum inter hæredem. ff. de pactis,& Bal.in d.l.de his,quicquid uoluerit glo.ibi,quā docto.communiter reprobant,& ſententiam prædictā optimis argumentis,& rationis corroborant in locis præallegatis,quæ cum inſpici queant, aliter non referam: Solum

8 dicam,quòd † in tantum requiritur, quòd tranſigētes notitiam,& cognitionem habeant de teſtamento, & contētis in eo ad hoc,ut tranſactio ſuper illis facta dicatur,quòd neceſſario eſt cognitio ſpecialis adeò, quòd non ſufficeret cognitionem in genere habuiſſe, ut in terminis uoluit Bart.in d.§. duo fratres in 4. & 5.q. quem docto.communiter ſequuntur.& ita tenet Ioan. de Imol. ibi in 2. q. dicens hanc eſſe communem opinionem,quamuis Ange.ibi, quē Ioan. de Imol.refert,& impugnat,uoluerit ſatis eſſe facere mentionem de teſtamento in genere, nam ſecūdum Imol.Bar. & alios communiter notitiam ſpecialis de teſtamento haberi debuit,alioquin tranſactio non ualeret,nec traheretur ad ea,quæ in teſtamento continentur: Et Bart. in d.4.& 5.

9 q.exemplificat, † ſi inter fratres bona hæreditaria diuidentes dictum eſſet, quòd ipſi renunciabant omnibus iuribus ſibi competentibus ex teſtamento, uel ab inteſtato,uel iure fideicommiſſi,ſeu ex alia quacunque ratione, uel cauſa, nam per huiuſmodi uerba non dicitur fideicommiſſo in teſtamento paterno facto renunciatum, ex quo de teſtamēto patris mentio in ſpecie facta non fuit per d.l. de his, cui in ſpecie renunciari non poteſt, ut eſt communis doctorū

10 opinio:Et † ideo per uerba generalia,& per renunciationem generalem,in qua etiam de teſtamento,& de fideicōmiſſo in genere mentio fiat,non poteſt dici diſpoſitioni d.l. de his renunciatum, ut ibi per Imol. cum qua opinione etiam Alex.pertranſit in d.§.duo fratres in 5.q.Sed in terminis noſtris facta fuit tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento domini Ioannis mariti dictæ dominæ Iſottæ, & pro parte domini Ludouici non fuit habita cognitio, neq; ſcientia eorum,quæ in teſtamento continebantur, quia illi non fuit dictum, relicta, & legata fuiſſe facta dominæ Iſottæ in caſu, quo uiueret in uiduitate, & ſi ad ſecunda uota tranſiret,eſſet uſufructu,alijsque relictis priuata,& do.Iſotta hoc ſcienter tacuit,& ſic dolosè, & fraudulenter contenta in teſtamento occultauit iuxta l.1.§.dolum ff. de dolo,er

11 go tranſactio fuit ipſo iure nulla, & inualida: De † qua nullitate cum euidenter appareat, & in continenti probari poſſit,etiam ex ſimplici inſtrumenti inſpectione, ſequitur, quòd inſtrumentum,quod aliàs eſt quarentigiatum, & exequutionem paratam habere ſolet,non eſt etiam poſt cōfeſſionem uigore dicti inſtrumenti factam exequendum, ut uoluit Bald.in l.ſi abſentis in ulti. colum. C.ſi cer. peta.per tex.quem ad hoc dicit eſſe ſingularem,in l.fin.ff. de conſtit. pecun. ibique Paul.de Caſt. qui adducit not.per Bartolum in d.l.1.§.& parui,& faciunt ea, quæ habentur per Angelum & Imol.in l.1.§.ſi quis ita in ultima q.Bar. ff.de uerbo. obli-

obliga. qui dicunt, quòd ſi inſtrumentum ex forma ſtatuti debeat propter quarentigiam, ſeu confeſſionem ex equi,ſi inſtrumentum ſit nullum, non poterit etiam facta confeſſione exequi per tex.in d.l. 4. §. condemnatum, & faciunt etiã not.per Bar.in l.diuus traianus.ff.de teſta.milit.

¶ Nec obſtat, quòd dominus Ludouicus, qui fuit hæres in teſtamento do.Ioannis eius fratris inſtitutus, notitiam, & ſcientiam de contentis in dicto teſtamento habuiſſe præſumitur,atque cenſetur,ex quo fuit hæres extraneus, per ea, quæ uoluit Bar.in d.l.qui romæ.§.duo fratres in 3.q.ac etiã ex quo tempore factæ tranſactionis ipſa domina Iſotta narrauit legata ſibi facta,& expoſuit ea, quæ in teſtamento ad ſuum fauorem continebãtur,& propterea dominus Ludouicus promiſit ſoluere quædam legata eidem facta, & alia facere, quæ in dicto teſtamento continebantur, ex quibus uidetur inferri, ipſum ſcientiam contentorum in dicto teſtamento habuiſſe, quia reſpondetur primo, quòd ex quo dominus Ludouicus tempore tranſactionis factæ hæreditatẽ
12 fratris nondum adiuerat,item † ex quo erat fratri ab inteſtato ſucceſſurus,non præſumitur, nec infertur neceſſario, ipſum habuiſſe notitiam teſtamẽti fratris per ea, quæ in terminis uoluit Alex.in d.§.duo fratres in 3.q. nam in eo militat eadem ratio, quæ facit, quòd filij notitiam de contentis in teſtamento patris habuiſſe non dicantur,nec præſumãtur,cum ipſi quoque ab inteſtato patri ſuccedant per ea,quæ habentur in l. eius, qui ff. ſi cer.pet.& per Alex.& alios in d.§.duo fratres,ubi hoc eſt de mente Bart. & ita ibi uolunt Ang.Bal.Raph.& Alex.in d.3.q. Secundo reſpondetur,quòd licet ex relatione facta per dominam Iſottam dominus Ludouicus potuerit habere notitiã de uſufructu relicto, & de aliis legatis dominæ Iſottæ factis, quoniam
13 †uerba narratiua inſtrumẽti inter contrahẽtes probant per ea,quæ uolunt Bart.& alij in authen.ſiquis in aliquo C. de eden.& in l.ſciendum ff.de uerborum obliga. tamen nõ poteſt dici, nec præſumitur habuiſſe notitiam de conditione legatis adiecta,uidelicet ſi ipſa cõtinuè uixerit in uiduitate per mortem dicti teſtatoris, nam domina Iſotta de illa conditione nullam mentionem fecit: quia aut ipſa tunc de illa notitiã non habuit,& ex hoc ſequitur,quòd trãſactio nõ
14 ualuit d.l.de his,aut† de ea notitiã, & ſcientiã habuit,prout in dubio eſt præſumendum, ex quo notitiam habuit de legatis,& relictis ſibi in teſtamento,& ipſa affirmauit,& confeſſa fuit ſe teſtamentum uidiſſe, & legiſſe, & argumento eorum,quæ habentur in d.l.qui romæ §.duo fratres in d. 3. q.& tunc ex eo,quòd tempore tranſactionis ſcienter, & ſic dolosè ac fraudulenter de illa conditione tacuit ad ea, quæ habentur per Bartolum & docto.communiter in d.l.de his, tranſactio in odium do.Iſottæ debet dici nulla, quia de illa conditione in teſtamento appoſita dominus Ludouicus notitiam non habuit,prout in dubio non habuiſſe præſumi debet iuxta ea, quæ habẽtur in d.§.duo fratres,&in d.l.de his: & hæc quoad primum dubium ſufficiant.

¶ Venio ad ſecundum,præſuppoſito pro uero, prout uerũ eſt,quòd diſpoſitioni d.l.de his expreſsè de cõſenſu partiũ renunciari non poſſit,& non ſufficiat de teſtamento,& cõtentis in eo ſcientiam,& notitiam in genere habere,ſed neceſſaria ſit ſcientia, & cognitio de illis in ſpecie, ut ſupra
15 concluſum fuit, † An cum iuramento poſſit diſpoſitioni d. l.de his renunciari adeo, quòd ſtante tali renunciatione iurata poſſit ſuper dependentibus à teſtamento tranſigi abſq; eo,quod ſpecialis ſcientia, & notitia de contentis in teſtamento habeatur,& in inſtrumẽto tranſactionis fuerint expreſſa illa uerba, uiſis cognitis,& inſpectis uerbis teſtamenti, uel alia ſimilia idem importantia: & ſuper hoc dubio docto.uariant, nam legiſtæ uidentur uelle,quòd etiam cum iuramento diſpoſitioni d. l.de his renunciari non poſſit, ita uoluit Bart.in l.cum hi in fin.pr in.ff.de tranſactio. Bal. in d.l.de his, Raph.in d.l.cum hi,& in l.qui fidem ff.de trãſactio.glo.notabilis in l.fin. in penul.glo.C. de rebus credi. Bal.in c.cum inter extra de renuncia. Sozi.in cõſi. 103. col. 3.uol.3.& Angel.pulcherrimè,& copiosè in ſuo conſi. 94. in fin.& hoc uidetur eſſe magis communis opinio legiſtarũ, quam expreſsè amplectitur Iaſ. in l. ſub prætextu col.2. in uer.tertio aduerte C.de tranſactio.Canoniſtæ uerò,ac etiã aliqui legiſtæ,ut fuit Alex.in d.l.qui romæ §.duo fratres in 4.ſeu 5.q. ac etiam in conſi. 11.uol. 2.tenent,quòd cum iuramento poſſit diſpoſitioni d.l.de his renunciari,ex quo huiuſmodi iuramentum poteſt abſque interitu ſalutis æternæ ſeruari per textum in c.cum contingat cum ſimilibus de iureiur.ubi in ulti. charta ita in terminis uoluit Ioan. de Imol, qui ſatis truncatè loquitur,nam approbat opinionem Bart. tanquam communẽ in d.l.de his, quòd illi legi de cõſenſu partium non poſſit abſque iuramento renunciari, ſed cum iuramento,attenta diſpoſitione iuris canonici, quæ ad obſeruantiã iuramenti tendit, benè illi renunciari poteſt: Hãc opinionem ſequitur Anto.de But.in d.c.cum contingat col. 5.& quidam affirmãt Bartolum quoque hoc idem uoluiſſe in l.ſiquis pro eo in fin. uer. ff. de fideiuſſo. quod minimè uerum eſſe dico,nam ibi nullam de dicta l. de his mentio-
16 nem facit,ſed quærit, † an legi prohibitiuæ, quæ utilitati ſubditorum prouidet,cum iuramento poſſit renunciari, & poſſe concludit,exemplificando in caſu d.l.cum hi,l.pactum C. de pactis,& C.de colla.& in aliis caſibus, de quibus ibi per eum, at de d.l.de his nihil ibi loquitur, quoniam ex dictis ab eo ſupra in aliis quæſtionibus ſatis ab illo deciſũ erat, quid iuris eſſet in caſu d.l.de his,& ex iis, quæ ipſe poſuit in d.l.cum hi concludens,quòd nec cum iuramento poſſit diſpoſitioni d.l.de his renunciari:& quãuis d.l. de his ſit prohibitiua contractus,non uiſis,nec intellectis uerbis teſtamenti,tamen nõ eſt ſimpliciter prohibitiua ſolum propter utilitatem ſubditorum,ſed in odium occultantium teſtamenta,& propter bonum publicum principaliter, ut uolũt Bar. & communiter docto.antiqui,& moder.in. d.l.de his, & in l.tres fratres ff.de pactis,& Bar.Imol.ac ſcriben. communiter in d.§.duo fratres in 4.& 5.q. & ibi Imol. in 2. q. quaſi circa finem illius §. at Bart.in d.l. ſiquis pro eo in fin. uer. loquitur,quando lex ſimpliciter ob ſolam ſubditorum utilitatem prohibet: & ideò poſito, uerum eſſe,quòd in caſu d. 10.q.Bar.in d.l.ſiquis pro eo in fin.uer.uelit, quòd legi prohibitiuæ poſſit cum iuramento renunciari,nõ tamen ſequitur, quòd ſic poſſit renunciari diſpoſitioni d.l.de his,in qua
17 eſt diuerſa ratio,nam † diſpoſitio d.l.de his dat certã formam,& eſt fundata ſuper odio tacentium,& occultantium teſtamenta,& principaliter ſuper publica utilitate,ueluti atteſtantur Bar.& docto.in d.l.de his,& in d.§.duo fratres allegantes ad hoc tex.in l.ius publicum ff.de pactis, qui de huiuſmodi publica utilitate loquitur,ut per Bar.& alios in d.l. de his: Quod etiã clariſſimè demonſtratur,nam ſi principaliter ſuper utilitate priuata, & ſecũdario ſuper publica fundata eſſet,ſequeretur, quòd illi etiam de iure ciuili poſſet etiam abſque iuramento ex ſimplici partium conſenſu renunciari,ut concludunt glo.Abb.& doct.omnes in c. in cauſis de offi.delega.l.ſiquis in conſcribẽdo C.de pactis, & not. per glo.& docto.in d.l.ius publicum cum ſimilibus: Quod tamen eſt falſum,ut uolunt,& fatentur docto. communiter tàm legiſtæ,quàm canoniſtæ in locis allegatis,ergo ſequitur, quòd diſpoſitio d.l.de his prĩcipaliter eſt in utilitate publica fundata. Ex quibus poteſt incõuincibiliter inferri, quòd illi diſpoſitioni etiam cum iuramento renunciari non poteſt c.ſi diligenti de foro competen.l. quemadmodũ C. de agrico.& cenſi.lib. 11.& habetur per Bart.in d.l. ſiquis pro eo colum.3.in uerſi.ſecũdo dixi,& per canoniſtas omnes,ibiq;

Imol.

Imol.in d.c.cum contingat, qui uolunt,quòd legi prohibiti
uæ ratione publicæ utilitatis principaliter non poſſit etiam
cum iuramento renunciari:Et huic rationi, quæ habet fun
damenta uera,& iuridica, non uideo poſſe reſpōderi:Facit
18 etiam ad hoc id, † quod uoluit And. Barba. in conſi. 21.
lib. 1.allegando not.per Paul. de Caſt.in authen. ſacramē
ta puberum C. ſi aduer. uendit. quòd quando contractus
eſt ratione doli,& utilitatis publicæ prohibitus, non ualida
tur iuramento: Sed tranſactio facta contra formam d.l.de
his eſt prohibita ratione doli, & occultantium teſtamenta,
item propter utilitatem publicam, ergo &c. Sed Bart.in d.
l.ſi quis pro eo in fin.uer.loquitur, quando contractus pro
hibetur non propter publicam utilitatem, nec in odium ali
quarum perſonarum, nec in contractibus, in quibus à lege
prohibitiua data eſt certa forma, ſed propter alias priuato
rum utilitates,ut ibi per Bar. ergo ex illius uerbis ibi ad ca-
ſum noſtrum, & ſic ad caſum d.l. de his non eſt inferendū,
quia ex diuerſis non eſt bona illatio l. papinianus exuli.ff.
de minor.l.inter ſtipulantem §.ſacram.ff.de uerborum obli
gatio.& c.per uenerabilem qui fil.ſint legitimi.
¶Illam tamen opinionem,quòd ei legi poſſit cum iuramen
to renūciari,plures ſequuti fuerunt, & maximè moderniſſ.
in authen.ſacramenta puberum C. ſi aduer.uendi.& quidā
moderniſſ.in tracta. clauſularum ſub rub.an autem legi de
his &c.& plenè Alex.in d.§.duo fratres in 5.q.nam ex quo
19 † iuramentum habet uim caſuum ſpecialium,& operatur,
ut actus ualeat omni meliori modo l.cum pater §. filius ma
trem ff.de lega.2.Barto.in auth.matri,& auiæ C.quan.mul.
offi.tut.fun. poteſt, & in l.ſi ſub conditione ff.de teſta.tute.
20 ſequitur, † quòd iurando ſimpliciter, & generaliter non
contrauenire,uidentur contrahentes,& iurantes cogitaſſe
in genere de omni remedio, per quod quis poteſt contra-
uenire,ut habetur per glo.& clarius per Bar.in l.2.C.de re
ſcin.vendi.& dicit Bal.in l.1.C.commoda. quòd iuramen-
tum habet uim ſtipulationis, & conſenſus: Item diſpoſitio
d.l.de his dicitur eſſe de iure poſitiuo, & ideò illi cum iura-
mento etiam generali renunciari poteſt,ut ibi per Alexan.
& idem tenet Raph.in d.l.ſi quis pro eo,quia iuramentum,
quod poteſt ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari, eſt ſeruan-
dum,ut in d.c.cum contingat,ibique Imol.& Anto. & pro
fectò negari non poteſt, quin articulus propter uarias do-
ctorum opiniones ſit dubius: Sed tamen credo opinionem
Bar.eſſe magis communem,tum propter auctoritatem eo-
rum,qui cum Bar.tenent, illumque ſequuntur, tum etiam
propter numerum doctorum, qui hoc ſequuti fuerunt: Et
21 † in diſcernendo,quæ ſit communis opinio, non ſolum nu
merus,ſed etiam auctoritas doctorum attendi debet,ut di-
cunt glo.& ſcriben.in c.ea noſcitur de his,quæ fiunt à præ-
la.c.1.de his,quæ fiunt à maio.par.cap. & ibi gl.in terminis,
quæ allegat optima iura:& ita concludunt Abb.& Moder.
in c.1.de conſtit.circa fin.& hanc opinionem, quòd cum
iuramento diſpōni d.l.de his renunciari nō poſſit, ſenſit gl.
pen.in l.fin.C.de rebus credi.dicens,quòd ſicut non poteſt
fieri tranſactio ſuper dependentibus à teſtamento, non ui-
ſis,nec cognitis uerbis teſtamenti d.l. de his,ita nec iuramē
tum deferri poteſt,niſi inſpectis,& cognitis uerbis teſtamē
ti:Et ideò ab hac opinione, cui glo. uidetur adhærere,non
22 eſt in iudicando,& conſulendo recedēdum,quoniā † quan
do datur conflictus opinionum doctorum, ſtandum eſt illi
opinioni,in quam glo.inclinat, tanquam communi, ut uo-
luit Iaco.Butrig.in l.1.C.qui pro ſua iuriſd.& ſequitur Bal.
in l.hæreditas C.depoſi.in l. precibus C. de impub. & alijs
ſubſtit.in l.quanquam C.de ſenten. quæ ſine cer. quanti.&
in l.fin.§.neceſſitate in 3.colum.C. de bonis,quæ lib.qui di
cit adhærendum eſſe gloſæ,ut rationi ueritatis,& idē Bald.
in l.fin.colum.penul. C. de pœna iud. qui malè iud.& latè
habetur per Ioan.de Imol.in d.c.cum contingat colum.12
& Salice.in l.traditionibus C. de pactis inquit in dubio eſſe
adhærendum gloſæ, ueluti Bononienſes carotio adhærent:
Et plura ad propoſitum cumulat And. Siculus in ſuo conſ.
60.colum. 10. in 2. parte: & hæc eſt communis ſententia,
quòd ſemper in iudicando,& conſulendo, quando hinc,in
de ſunt doctorum opiniones, à ſententia gloſæ recedere
non debemus,ut uolunt Moder.in c.1.colum. penul.in 2.li
mitat.de conſtitu. ¶Præterea hæ opiniones concordari
poſſunt,diſtinguendo,cum,ut inquit Seneca, & refert Sali
ce.in l.filiæ colum.2.C.famil.herciſ.qui benè diſtinguit,ue
23 ritati ſit proximus, nam † aut cum iuramento ſpecialiter,
& expreſsè per uerba ſpecifica renunciatur diſpoſitioni d.
l.de his,& tunc ualeat renunciatio,& ita intelligatur com-
munis opinio(ſi communis dici poteſt)de qua per Anto.et
Ioan. de Imol.in d.cap.cum contingat, et per alios illam
tenentes,quos ſupra retuli:et ita in indiuiduo dicit,et decla
rat do. meus Sozi.in conſi.ſuo 103.in 3. colum. uol.3. Aut
renunciatio fuit generalis cum iuramento, ut quia renun-
ciatum fuit condictioni indebiti,ſine cauſa, in factum actio
ni,de dolo,& omni alij legum, & iuris auxilio, & benefi-
cio &c. & tunc non cenſetur renunciatum, neque hoc mo
do poteſt renunciari diſpoſitioni d.l.de his,ut tranſactio ua
leat non aliter uiſis,nec cognitis uerbis teſtamenti,& ita in-
telligatur opinio Bar.Bald.Ang.Iaſ.& aliorum ſupra relato
rum,quia ſecundum do.meum Sozi.in d.conſi.103.ex quo
diſpoſitioni d.l.de his non poteſt ſpecialiter renunciari, ut
docto.communiter ibi,& in alijs locis fatentur,non dicetur
per generalem renunciationem illi diſpoſitioni renuncia-
tum,quia uoluntas circa ſibi impoſſibilia uerſari non præſu
mitur ſecundum Bar.in l.ſi quis ſub conditione ff. de con-
dit.inſtit.& Bald.in l.fin.§.ſi quis in computatione C. de iu
24 re delib.& † Barto.in d.§.duo fratres in 4.& 5.q. & Ioan.
de Imol. ibi in 2.q.dicunt, quòd ad hoc,ut diſpoſitioni d.l.
de his ſatisfactum,& illius forma obſeruata dicatur,requi-
ritur,quòd tranſigentes ſuper dependentibus à teſtamēto
contentorum in eo ſcientiam,et cognitionem in ſpecie, et
in indiuiduo habeant,nec ſufficeret,contrahentes in gene-
re de illis cogitauiſſe,alioquin ſequeretur, quòd diſpoſitio
ni d.l.de his poſſet renunciari: quod tamen eſt falſum: Et
hoc etiam ſequitur Alex.in d.§.duo fratres in 5.q.Bar. ibi,
adde,quòd Angelus etc. Cum itaque renunciatio genera-
lis ſine iuramento facta non includat auxilium d.l. de his,
ergo nec iuramentum ſuper tali renunciatione interpoſi-
25 tum,quia † renunciatio cum iuramento non includit ca-
ſus,quos renunciatio non iurata non includeret l.fin.C. de
non numera.pecun.l.fin.ff.qui ſatiſda.cogan.ſecundū Bart.
Bald.Alexand.& docto.communiter in l.ſed ſi quis §.quæſi
tum ff.ſi quis cautio.Ioann. And. Anto.& Pet.de Ancha.in
c.1.de commoda.Salice.in l.1.C.commoda.& Alexand.in
26 conſi.28.uolum.1.qui concludit, quòd † iuramentū ge-
nerale trahitur ſolum ad illos caſus, ad quos diſpoſitio,ſeu
renunciatio non iurata trahi potuiſſet, & non ad alios ca-
ſus,dicitque hanc eſſe communem opinionem, & idem uo
luit Areti.in conſi. 24.Bald.in d.c.cum contingat in 7. con
cluſione,et Innocen.poſt glo.in c.ueniens de iureiuran.ubi
27 † iuramentum generale non extenditur niſi ad caſus cogi
tatos,et cognitos,non autem ad incognitos,et incogitatos,
ut inquit Alexand.in d.l. ſi quis pro eo in addit. ad Bart.in
8.q.in uerſi.niſi ff. de fideiuſſo. per plura ab ipſo allegata:
alioquin iuramentum eſſet uinculum iniquitatis contra c.
inter cætera 22.quæſt.4. Item aliter dicendo fieret contra
28 naturam iuramenti, † quod habere debet tres comites,
ueritatem,iudicium, et iuſtitiam c. animaduertendum 22.
q.2.et c.et ſi Chriſtus de iureiuran.cum ſimilibus:iniquum
enim, et iniuſtum eſſet,ut ratione iuramenti generalis quis

caſibus,& iuribus incognitis, ac non cogitatis renunciaſſe
29 diceretur, quia † voluntas circa incognita, & ſic circa ſibi quodammodo impoſſibilia non verſatur,nec verſari præſumitur,Bar.in d.l.ſi quis ſub conditione,& in d.l.ſi.§. in computatione, & propterea iuramentum generale ad diſpoſitionem d.l.de his in dubio non extendetur,quando ille,qui iurauit, transfegit ſuper dependentibus à teſtamento, de quibus ſcientiam,& cognitionem non habuit, & quæ ſcienter,ac dolosè fuerunt ab alio ſecum contrahente tacita, nã poſito,quòd cum iuramento poſſit diſpoſitioni d l.de his renunciari, illud debet intelligi, prout doctores quoq; hanc opinionem ſequentes,& eorũ verba videntur præſupponere,quando expreſsè,& ſpecialiter fuiſſet diſpoſitioni d. l. de his renunciatum, ut per Imol. & Anton.in d. c. cum contingat, & alios in locis præallegatis, non autem,quando ſimpliciter, & generaliter renunciatio cum iuramento facta fuiſſet, non ſe referendo ad diſpoſitionem d.l.de his, & non conſtaret, quòd iurans generaliter habuiſſet ſcientiam, & notitiam de contentis in teſtamento, ſuper quibus tranſa-
30 ctum fuit. Ex quibus apparet, † non eſſe uera ea, quæ uoluit Alex.in d.conſi.11.& in d.§. duo fratres in 5.q. Bart.ut expreſsè dicit dominus meus Sozi.in d.conſi.103.quia cõtra Alex.in locis præallegatis facit ratio, ac etiam auctoritas communis doctorũ,de quibus ſupra, & habetur in terminis per Paul.de Caſt.in conſi.70.uiſo puncto: Præterea poſita per Alex.in d.§. duo fratres poſſent ad propoſitum procedere,quando renunciatio in ſui generalitate includeret etiam ea,quæ dependerent à teſtamento ex eo,quòd iurans de illis ſcientiam,& cognitionem habuiſſet,ſeu ſaltem habuiſſe præſumeretur: & ita propriè is loquitur, ut dicit Sozi.in d.conſi.104.col.3. Sed in caſu noſtro uerba renunciationis,& iuramenti hunc caſum non includunt, nec includere poſſunt, quando domina Iſotta ad ſecunda uota tranſiuiſſet, quia dominus Ludouicus de illo non cogita-
31 uit, nec cogitare potuit tanquam ſibi ignoto, quoniam † verba generalia ignorata,& incognita à teſtamento dependentia non includunt d.l.de his,d.l.1.§.ratio, & habetur per
32 Iaſo.in d.l.ſub prætextu colum.2.C.de tranſactio.& † clauſulæ generales,ac iuramenta generalia ſecundum naturam contractus principalis regulantur iuxta glo.in l.ſi patronus §.patronum.ff.ſi quid in frau.patro.l.1.§. 1. &.§. debitum ff.de conſtit.pecu.Bald.in l.ſi abſentis C.ſi cer.pet. Salice.in d.l.1.C.commoda.Pau.de Caſt.in conſil.142.Primo vidẽdum eſt &c.Ang.in d.conſil.94. Freder. de Senis in conſil. 198.quæritur,an do. Margarita, & Paul.de Caſt. in conſil. 309.Animaduertendum &c. & habetur per Corneum in repetit.authen. ſacramenta puberum colum. 45.in verſic. ſed contra dicta &c.C.ſi aduer.vendit. et quia,vt infra dice-
33 tur, † huiuſmodi clauſulæ generales,& iuramenta generaliſſima apponuntur in inſtrumentis ex quodã ſtilo notariorum abſq; eo, quod contrahentes de illis cogitent, & ideò ex illis verbis generalibus non debet induci captio,nec graue præiudicium ipſis contrahentibus inferri, vt in terminis dicit,& concludit Cardin.in conſ.120.& ita etiam in terminis videntur velle docto. communiter tam legiſtæ,quàm canoniſtæ,vt refert,ac ſequitur Abb. in d.c.cum contingat in 9.caſu col.antepen.qui melius loqui non poſſet, idemq; voluit etiam do.Anto.ibi,& in c.quintauallis de iureiur.Andr. Barba.plura allegans in conſ.60.volu.2.in 2.col. & Sozi.in d.conſ.103.colu.3.quaſi circa finem. Et ad prædicta optimè facit id,quod voluit Specul. in tit.de empt.& vendit.in
34 §.nunc v idendum verſic.quid ſi vendens equum, dicens, † quòd ſi vẽdens equum,ſeu aliud animal dicat,vendo, & do tibi equum pro calcitroſo,ſtrabone,bulſo,lunatico,dolente in ſpatula,& pro habente omnes defectus,& nolo ex aliquo teneri,tamen tenetur in caſu,quo equus reperiatur bulſus, ſeu quòd dolorem in ſpatula habuerit, quia vẽditor debuit ſe reſtringere ad defectum, quem equus ſpecialiter habebat l.1.§.1.& §.ſi intelligatur,& l.quæritur in fin.ff.de ædil.
35 edict.ita ad propoſitum dicendum eſt, quòd † cum notarii,& contrahentes ſoleant ad cautelam ponere verba lata, & prægnantia excludentia omnia remedia, tamen per illa verba non debent intelligi excluſa ea remedia, quæ cõtrahentes ignorant,& veriſimiliter ignorare præſumuntur, cũ uideantur poſita potius ex quadam notariorum conſuetudine,quam quod partes,& cõtrahentes ſe inter ſe decipere voluerint,& facit text.cum ibi not.in c.cum veniſſent, ibiq; Abb.de inſtitut.& in l.cum de indebito ff. de probatio. & ita etiam voluit do. Anto. & Abb.in d.c. quintauallis,& in d.c. cum contingat in fi.col. antepenul.& ibi Hoſtien.¶Præte-
36 rea † Alex.in d.§.duo fratres in fi.d.q.5.voluit,quòd ex quo diſpoſitio d.l.de his eſt in odium occultantium teſtamenta, & ad fauorem publicũ introducta, quamuis poſſit per iuramentum tolli,tamen aduerſus tale iuramẽtum abſolutio,& relaxatio abſq; alia iuſta cauſa,& enormi læſione peti, & dari poteſt,quoniam hæc eſt iuſta cauſa,quòd fuerit cum iuramento renũciatum diſpoſitioni d.l.de his,quæ fuit in odium occultantium teſtamenta,& fauore publico inducta,& hoc dicit fuiſſe de mente Bar.in d.l. ſi quis pro eo in 4.membro, ſed in terminis noſtris relaxatio, & abſolutio à iuramento impetrata fuit à ſuperiore,qui conceſſit, non obſtante iuramento interpoſito,quòd do.Ludouicus tranſactioni cõtrauenire,& de eius nullitate dicere poſſit,ergo ex hoc ſublata dicitur omnis virtus iuramenti, per quam aliàs diſpoſitioni
37 d.l.de his renunciatum dici poterat: † ſublata.n.per abſolutionẽ,& habilitationẽ à iuramento uirtute,ac efficacia iuramenti,quæ operabatur renunciationẽ d.l.de his, vt dicunt doct.canoniſtæ,tranſactio ipſa per ſe abſq; uirtute illius iuramenti remanet,& perinde eſt,ac ſi ſuper ea iuratũ nõ fuiſſet,ut not.uoluit Corn.in d.repet.authen.ſacramẽta puberũ colu.49.in uerſ.item opinio Angeli &c. qui dicit, quòd qñ contractus alias ſine iuramẽto erat ipſo iure nullus, & ſolo iuramẽto ſuſtinebatur,prout docto.uolunt in caſu noſtro, qñ tranſactio facta fuit non uiſis, nec cognitis uerbis teſtamenti,ſi iuramentũ fuerit ſublatum, uel eius uirtus eliſa per abſolutionem,aut relaxationẽ ſuperioris, contractus quoq; tolli dicitur, quia ſublata uirtute iuramenti cõtractus abſq; illius fomento remanet argu. c.cum ceſſante de appellat.l. ſtichum.§.naturalis.ff.de ſolutio. & eſt de mente Alex. in d. §.duo fratres,& doct.in d.c.quintauallis, & in d.c.cum contingat,& ideò contractus dicitur nullus, & inualidus remanere,quoniam tranſactio ſuper dependentibus à teſtamẽto facta non uiſis,nec cognitis uerbis teſtamenti, ſi non fuit d. l.de his cum iuramento renunciatũ,eſt ipſo iure nulla, uelut doct.omnes,nemine diſcrepante,uolunt in d.l.de his cum aliis ſuprallegatis: ſublata igitur uirtute iuramenti per abſolutionem,ſeu relaxationem ab illo,trãſactio remanet in puris,& meris terminis d.l.de his,& eorũ, quæ doct. ibi coĩter dicunt,quo fit,ut tranſactio nulla, & inualida remaneat: de qua nullitate cũ conſtet,& ſtatim cõſtare poſſit, ea illius inſtrumenti exequutionẽ poteſt impedire. Nec obſtat,quòd
38 † iuramentũ,ſicut confeſſio, exequutionẽ paratam habeat, ut in l.2.& ibi Bar.ff.de iureiur.cum ſimil.quia illud habet locum in iuramento iudiciali,quod à parte parti in iudicio defertur,non autem in conuentionali Sozi.in conſ.120. colu. 5.uolu.1.Et ex his apparet reſponſum adductis per Alex.in d.§.duo fratres in d.q.5.Bar.quare concludendum uidetur in caſu noſtro,quòd ex quo diſpoſitioni d. l. de his non fuit ſpecialiter,& expreſsè renũciatũ, iuramentũ generaliter in inſtrumẽto tranſactionis appoſitũ etiã per uerba generaliſſima ad caſum d.l.his non extẽdatur, quia ad hoc, ut illi legi cũ iuramẽto renũciari dicatur,& poſſit,requiritur, quòd ex

preſsè, & ſpecialiter fuerit illi renunciatũ:quæ intelligẽtia,
& declaratio non eſt contra, neque præter mentem docto
rum,ſed ſecundum illorum intentionem, ut dicit Sozin.in
d.conſi.103.in 3.colum. & hæc quoad ſecundum dubium
ſufficiant.¶ Venio ad tertiam hæſitationem,à cuius deciſio
ne uis tota,& uictoria huius cauſæ dependet, an ſtante læ-
ſione enormiſſima, prout mihi in puncto præſupponitur,
do.Ludouicus poſſit,non obſtante iuramento, tranſactioni
contrauenire,illamque nullam dicere etiam ad illius exe-
quutionem impediendam: & abſque allegationibus hinc
inde factis,communibus ſcribentium opinionibus adhæren
do,ſuper hoc cõcludendum eſſe arbitror,& de iure uerisſi-
39 mum eſſe cenſeo,quòd † etiam in caſibus,in quibus aliàs de
iure ſecundum aliquos ſupra relatos poſſet cum iuramen-
to renũciari diſpoſitioni d.l.de his,& ſic in caſu, quo etiam
illi fuiſſet expreſsè cum iuramento renunciatum,ſi in tran-
ſactione læſio magna,& enormis,ſeu doloſa deceptio inter
uenit,tunc etiam cum iuramento diſpoſitioni d.l. de his re-
nunciari non poteſt, quoniam hoc in caſu iuramentum nõ
ualet,nec operatur,quòd tranſactio teneat, non uiſis, nec
cognitis uerbis teſtamenti, ut in terminis uoluit do. An-
to. de Butr.in d.c.cum contingat colũ.8. cuius uerba ſunt
hæc,& etiam quid de iuramento ſuper tranſactione non
uiſis uerbis teſtamenti: & dicit ibi Bart. quòd hoc eſt in fa-
uorem publicæ utilitatis l.de his ff. de tranſactio. per quod
uidetur, quòd non ualeat iuramentum: Dic contra, quia
principalis utilitas eſt priuata, niſi ex hoc inſurgat magna,
uel doloſa deceptio, ut ſupra: Hæc ſunt uerba Antonij ibi,
ex quibus clariſſimè vult, tunc cum iuramento poſſe renun
ciari diſpoſitioni d.l.de his,& ſic tranſactionem ualere,etiã
non uiſis,nec cognitis uerbis teſtamenti,quando in tranſa-
ctione læſio magna, uel doloſa deceptio non interuenit,
qua interueniente tranſactio etiam iurata non ualeat,& ſit
ipſo iure nulla,quia tunc iuramentum non ualet, & conſe-
quenter tranſactio remanet in puris terminis d.l.de his, ſed
in caſu noſtro dominus Ludouicus fuit in dicta tranſactio-
ne læſus enormiter,immò enormiſſimè, & ultra tres partes
40 ex quatuor,ueluti mihi in facto præſupponitur, † quo caſu
talis dicitur eſſe læſio enormiſſima,ut colligitur ex iis, quæ
habentur per Bartolum, & alios in l. ſi ſocietatem §. arbi-
trorum ff.pro ſocio,per do.Anto.& Imol.in d.c. quintaual
lis,& in d.c.cum contingat, Alex. & Imol. in l. ſi quis cum
aliter,& melius in l.ſi quis arbitratu circa finem ff.de verb.
oblig.ergo tranſactio fuit ipſo iure nulla, non obſtante iu-
ramento ſuper ea interpoſito,quod non ualuit, nec potuit
hoc in caſu facere tranſactionem factam non uiſis uerbis
teſtamenti ualere,ut in indiuiduo concludit do. Anto.in lo
co præallegato: ex cuius uerbis declarantur illa, quæ uo-
lunt Imol.& doct.alij tenentes, quòd cum iuramento poſ-
ſit renunciari beneficio d.l.de his, ut per Imol. in d.c. cum
contingat in ultima charta, & Alexan.in d.§.duo fratres in
5.q.Bar.cum aliis ſupra allegatis,nam procedunt,quando
magna,& enormis læſio,ſeu doloſa deceptio non interue-
niſſet: & ita præfati doct. uidentur præſupponere, nã quan
do quærunt, an cum iuramẽto poſſit diſpoſitioni d.l.de his
renunciari, non præſupponunt enormẽ læſionem, nec de
illa mentionem faciunt,ſed ubicunque quis ex tranſactio-
ne fuiſſet enormiter,& enormiſſimè læſus,tunc ſecus eſt di-
cendum, quòd tranſactio ipſo iure non ualeat per d.l.de
his,ut expreſsè uoluit do. Anto.qui in hoc à nemine repre-
henſus reperitur,ſed cum eò cæteri pertranſeunt: & in ca-
ſu,de quo agitur,non modo interuenit læſio enormiſſima,
uidelicet ultra tres partes ex quatuor iuxta prædicta,prout
ex ſcripturis, alienationum inſtrumentis, & inuentariis
productis conſtat, ſed etiam interuenit deceptio doloſa
partis aduerſæ,quæ ſcienter, & ſic doloſè tacuit conten-
ta in teſtamento, de quo ſcientiam, & notitiam habuit,ut
ex inſtrumento tranſactionis apparet: nam domina Iſotta
relatis pluribus,de quibus in dicto teſtamento, omiſit,& ta
cuit id,quod erat potiſſimum,& ad fauorem domini Ludo
uici contra ipſam dominam Iſottã faciebat, uidelicet quòd
ipſi fuerint facta relicta,& legata ſub conditione, ſi conti-
nuè in uiduitate uiueret:ex quibus infertur, quòd ipſa fuit
in dolo ex propoſito,illud tacendo,& occultando, quoniã
41 † qui ſcienter tacet, & non exprimit id, quod erat de iure
in contractu exprimendum, dolum, & machinationẽ oc-
cultam incurrit, atque committit l. fin. ubi caſus, & doct.
tradunt C.de litigio. & probatur hoc in d.l.de his cum not.
ibi per Bar.& alios,qui dicunt, dictam l. de his emanaſſe in
odium tacentium,& occultantium teſtamenta, qui in dolo
eſſe dicuntur, ut ibi per Iacob.de Belui. quem refert Bart.
quia non tenet tranſactio,quando pars aliqua decipitur,cũ
non tàm paciſcatur, quàm decipiatur l. qui cum tutoribus
42 §.2.ff.de tranſactio. & † Bald.in l.fin. q.14.C. de hæred.in-
ſtit.dicit, nos uerbis ambiguis, & captioſis uti non debere,
ſed conſonantibus in dicto ei,quod uolumus in facto; quia
dolus eſt obſcurè,& nõ clarè loqui, ut nolit intelligi: Vnde
in contractibus qui per obſcuritatem ſermonis vult *illius*
interpretationem ſibi reſeruare, ipſam propter eius dolum
43 in aduerſarium transfert l.ueteribus ff.de pactis: Item † qui
contrahendo ſcienter tacet id, quod potuiſſet contrahen-
tem ſecũ à contractu retrahere,dicitur eſſe in dolo, & huic
doli diffinitio conuenit l.1.§.dolum cum glo.in uerb.omnẽ
calliditatẽ ff.de dolo,iuncta l.1.in fin. ubi caſus ff. de actio.
44 empt. Item † ex enormiſsima læſione dolus etiam manife-
ſtus arguitur, ut uoluit Barto. ibique Alexan. in l.fin.in fin.
uer.ff.de præto.ſtipula.l. unde ſi neruæ ff. pro ſocio, & hoc
omnes admittunt in d.l. ſi ſocietatem §. arbitrorum, in d.c.
quintauallis, in d.c.cum contingat, glo. in c.ueniens de iu-
reiuran.& in auth.ſacramenta puberum C. ſi aduer.uendi.
ergo infertur, quòd in caſu noſtro tranſactio, in qua dolus
ex propoſito ſcienter tacendo,ut ſupra, interuenit, itẽ de-
ceptio maxima,& ſic duplex deceptio,uidelicet maxima,&
doloſa,ipſo iure non ualuit,ex quo facta fuit, non uiſis, nec
intellectis uerbis teſtamenti per d.l. de his: & iuramentum
de non contraueniendo nihil potuit operari ad tollendum
beneficium d.l.de his,quia iuramentum non ualet,nihilque
operatur,quando interuenit maxima læſio, uel doloſa de-
ceptio,& ſic alterum ex illis duobus, ut uoluit Anto.in d.c.
cum contingat in 8.colum.qui loquitur alternatiuè dicen
do,niſi ex hoc inſurgat magna, uel doloſa deceptio, quia
ad ueritatem alternatiuæ ſufficit alterum interuenire, ſeu
adimpleri l.is qui ducenta §.utrum ff.de rebus dub.l.ſi quis
ita ſtipulatus ff.de uerbo.oblig.& habetur in c.2.de reſcrip.
multo magis igitur hoc dicendum eſt in caſu, quo in tran-
ſactione ſuper dependentibus à teſtamento facta utrunque
ſimul interueniſſet argumento auth. itaque C. communia
de ſucceſsio.& c.1.de tregua, & pace cum ſimilibus: Præ-
45 terea † quando dolus ſaltem ex propoſito adeſt, iuramen-
tum non confirmat contractum aliàs inualidum, quia do-
lus omnem iuramenti uirtutem excludit, & facit, quòd re-
gula tradita in d.c.cum contingat locum non habeat, ut in
terminis dicit tex.in d.c.cum contingat,in c. licet mulieres
de iureiurand.in 6.c.quamuis de pactis eod.lib. & d. auth.
ſacramenta puberum cũ ſimil.per quẽ tex.in d.c. cũ cõtin-
gat,& regulã ibi poſitã doc.tenentes, quòd cũ iuramento
poſsit beneficio d.l.de his renũciari,hoc dicũt, & doct. oẽs,
quos uiderim,uidelicet Ant.ĩ 4.caſu principali, Abb.& Ioã.
de Imol.in ult.charta,& cæteri in.d.c.quintauallis,in d.c.cũ
cõtingat,& in d.auth.ſacramẽta pub.& Alex.in cõſ.42.col.
penul.uolum.1.Sali.poſt Cald. in d.§.arbitrorũ col.7.in q.
46 13. & ſic oẽs,nemine reluctante,uolũt,quòd † in caſu,quo

dolus

doluſ ex propoſito in cõtractu ſiue trãſactionis ſine in alio
interueniret, iuramentum nunquã uim ſuã confirmatoriã
operetur,& non obſtante iuramento quis poſſit contra con
tractum uenire,ſeu excipere etiam abſq; eo, quòd abſolu-
tio à iuramento impetretur,ſeu concedatur per text.in d.c.
cum contingat ibi ſeruare debent huiuſmodi iuramenta ſi-
ne ui,& dolo ſponte præſtita, & in d.c.licet mulieres ibi ſer
uare iuramentum huiuſmodi non ui, nec dolo præſtitum,
cum ſimil. Sed in tranſactione,de qua agitur, pro parte do.
Iſottæ interuenit nõ ſolum dolus re ipſa,qui ex læſione ma
xima reſultat,ut dictum eſt,ſed etiam dolus ex propoſito in
tacendo,ut dictum fuit,ergo non poteſt dici, quòd tranſa-
ctio ratione iuramenti debeat obſeruari, & diſpoſitioni d.l.
de his ſit renunciatum propter iuramentũ generale in tran
ſactione appoſitum,quod ſi eſſet etiam ſpeciale ſuper renũ
ciatione ſpecialiter facta de beneficio d.l.de his, ex eo nec
tranſactio confirmari, nec beneficio dictæ legis renunciari
potuiſſet propter dolum dominæ Iſottæ non ſolum re ipſa,
ſed etiam ex propoſito in tacendo ſcienter contenta in te-
ſtamento,ueluti ſupra dictum fuit: Et † dicunt moder. in
tractatu clauſularum ſub rubr. de abſolutione à iuramen-
to,quòd quando iuratum fuit ſuper actu, ſeu conſenſu à iu
re reprobato, & aliàs de iure nullo, & interuenit dolus ex
propoſito,& non ſimpliciter re ipſa, tunc tale iuramentum
non eſt confirmatorium,neque confirmat, & poteſt contra
ueniri etiam abſque eo,quod abſolutio, ſeu relaxatio à iu-
ramento impetretur, quamuis ad cautelam tutius eſſet illã
impetrare,& hoc per tex.in d.c.cum contingat,in d.c.licet
mulieres,in d.c.quamuis,& in d.authen.ſacramenta, nam
hæc omnia iura in caſu iſto ſemper excipiunt caſum,in quo
dolus interueniret:Secus ſi iuratum fuiſſet ſuper actu, ſeu
contractu à iure non reprobato, & qui aliàs de iure nullus
non eſſet,vt ibi per eos: Sed in caſu noſtro tranſactio eſt à
iure reprobata,&ipſo iure nulla,quãdo facta fuit ſuper de-
pendentibus à teſtamento nõ uiſis,nec intellectis uerbis te-
ſtamenti d.l.de his,ibiq; omnes, ergo quamuis ſuper ea fue
rit iuratum,tamen debet dici nulla, & ipſo iure inualida nõ
obſtante iuramento, ex quo non ſolum deceptio enormiſſi
ma,& ſic dolus re ipſa, ſed etiam dolus ex propoſito inter-
uenit.¶ Et licet prædicta,quæ falcem ad radicẽ imponunt,
& minimè poſſunt euitari,unicuiq; doctiſſimo ſufficerent,
tamen,ut agrum reddam pinguiorem,aliqua,quæ uariis in
locis ſparſa reperiuntur,ad corroborationem concluſionis
traditæ addo, & inter alia conſidero, quòd licet propter
enormem læſionem, quis tranſactioni iuratæ contrauenire
nequeat,ut ſcriben.magis communiter tenere uidentur,ue
luti refert, ac ſequitur Alexan. in l. ſi quis cum aliter ff. de
uerborum obligat.dicens hãc opinionem eſſe tutiorem, &
in conſil.42.ſuper præmiſſo themate uol.1.col.5. eam ma-
47 gis communem eſſe dicit,tamen † propter læſionem maxi-
mam, ſeu enormiſſimam, ut quando quis fuiſſet ultra tres
quartas deceptus re ipſa ad tradita per Anto.& Imol.in d.
c.quintauallis,ubi declarant, quando quis enormiſſimè læ-
di dicatur, (in quo caſu enormiſſimæ læſionis dolus partis
arguitur,atque præſumitur, ut uolunt omnes docto. in d.c.
quintauallis,in d.c.cum contingat,& glo.in d.c.ueniens, in
d.authen.ſacramenta, in d.l.ſi quis cum aliter, & in d.l.ſo-
cietatem §.arbitrorum per textum in l.omnes §.lucius ff.de
his,quæ in fraud.cred.& l. qui teſtamentum cum ibi not. ff.
de probatio.)quis tranſactioni iuratæ contrauenire,illamq;
reſcindere poteſt:& hoc modo intelligatur opinio Bart. in
l.2.C.de reſcin.uendit.& in d.l.ſi quis cum aliter, & docto-
rum in c.penult.de emptio.& uendit.Et ſecundum hanc di
ſtinctionem,quam conſulendo approbauit Corn. in conſil.
166.lib.1.col.penult.& antepenul.& in conſi.27.lib.4. con
ſuluit Deci.in conſi.203.infinita adducẽs, & melius,ac cla

rius in conſi.216.in 2.col.qui dicit,hanc diſtinctionem eſſe
ueriſſimam,& ſequendam.& hoc modo limitari poteſt tex.
in d.c.quamuis de pac.in 6.ut uoluit Pet.de Anch. in c.ca-
nonum ſtatuta de conſtit.in 2.char.in uerſ. ego conſului in
ciuitate Senarũ,in c.acceſſoriũ de reg.iur.in 6. & in multis
ſuis conſi.ueluti referunt doc.moder. in d.c.cũ contingat,
in d.auth.ſacramenta,& plenius Deci.in dictis ſuis conſil.
Si igitur,ſtãte enormiſſima,licitum eſt contra tranſactionẽ
48 agere,& uenire,non obſtante iuramẽto,†multo magis,non
obſtante iuramento, licitũ erit propter enormiſſimã leſio-
nem denegare ſolutionẽ,& contra eũ, qui vult trãſactionẽ
exequi,excipere,cũ do.Ludouicus per errorem facti fuerit
ad tranſigendum inductus,ignorãs conditionem uiduitatis
in teſtamento legatis do.Iſottæ factis appoſitã,ut colligitur
ex tex.not.in l.3.iuncta l.fideicõmiſſum C.de cond.indebi.
l.cum quis,& ibi plenè doc.C.de iur.& fac.igno.l.ſub cõdi
tione cum ſeq.ff.de cond.indeb.& eſt tex.not.in l.fideicõ-
miſſum ff.eod.tit.ubi ſi hæres per ſtipulationẽ promittat fi-
deicõmiſſum,quod ſciebat indebitũ,& id ſoluerit, nõ repe
tit,ergo ſi ignorauerit eſſe indebitũ, uel ante conditionem
ſoluerit,repetere poterit:ſi itaq; datur actio ad repetẽdum
ſolutũ,facilius dabitur exceptio doli ad impediẽdã ſolutio
nẽ d.l.3.quia cui damus actionẽ, multo magis exceptionẽ
49 l.1.§.quod autẽ ff.de ſuperfic. ¶ Præterea † elapſo quadriẽ
nio à die læſionis eccleſiæ propter enormẽ læſionem per re
ſtitutionẽ in integrum aduerſus contractũ nõ ſuccurritur,
ut in c.1.de reſtit.in integ.lib.6.& minori poſt quadrienniũ
elapſo tempore minoris ætatis l.fin. C.de tẽp.reſti.in integ.
At propter enormiſſimã læſionẽ,maximumq; detrimẽtum
quandocunq; etiã ultra quadriennium,& perpetuo eccle-
ſiæ,& minori per uiã reſtitutionis in integrum ſuccurritur,
ut eſt glo.ſingu.in ulti.glo.in d.c.1.ibiq; Domi. & alij de re
ſtit.in integ.lib.6.& ita uolunt Abb.& Io.de Imol.in c.j.ex-
tra de in integ.reſtit.hoc dictum multum extollentes, quia
reſtitutio in integrum,quæ ſolet eſſe temporalis,& quadriẽ
nalis etiam,quando enormis læſio interuenit,propter læſio
nem enormiſſimã,detrimentumq; maximum efficitur per-
petua,& durat per triginta annos,ſicut durant alia remedia
iuxta l.ſicut C.de præſcri.xxx.ann. ¶ Accedat ad hæc,quòd
50 † ſi quis etiam cum iuramento omnibus caſibus fortuitis re
nunciauit,non cenſetur renunciaſſe caſibus fortuitis maxi
mis,& inſolitis,ut eſt tex.in l.fiſtulas §.frumenta ff. de con-
trah.emp.& habetur maximè per Sali.in l.quæ fortuitis C.
de pign.act.& per Alex.in conſi.31.in 2.col.uol.2.& in ſimi
li facit id,quod uoluit Pau.de Ca.in cõſi.108.ſuper primo
51 quæſito in 7.dubio, †quòd filia dotata à patre non poteſt ſe
incompetẽter dotatam dicere,& conſequenter nec ad ſup-
plementum dotis agere,quia pater melius ſcit conſiliũ pro
filia capere l.nec in ea ff.de adul.& hoc procedit etiã,quã-
do filia fuiſſet in dote enormiter læſa,ſed ſi exceſſiuè incom
petenter fuiſſet dotata,& ſic poſſet enormiſſimè in dote da
ta dici læſa,tunc filia poteſt reclamare, & ad ſupplementũ
dotis congruæ,& legitimæ agere,cum diſpoſitioni,ſeu con
ſtitutioni patris ualdè indiſcretæ non ſit ſtandum,quia do-
lo inductus præſumeretur arg.d.l.omnes §. lucius ff. de his,
quæ in frau.cred.& not.in l.qui teſtamentum ff. de probat.
& per Deci.in d.conſi.203.in ult.col. ¶ Nec prædictis ob-
ſtant illa uerba multum pinguia,& prægnantia in cõtractu
tranſactionis appoſita,quibus dicitur,quod dominus Ludo
uicus cum iuramento renunciauit omnibus iuribus,priuile
giis,beneficiis legum, & exceptioni doli,ac promiſit non
contrauenire aliqua ratione,uel cauſa,etiam ratione dam-
ni enormis,enormioris,& enormiſſimi, ex quibus uidetur,
ſtante iuramento, quòd nullo modo poſſit contrauenire
per ea,quæ uolunt dominus Anton. & Imol.in d.c.quinta-
uallis,& in d.capit.cùm contingat, & habetur in d. §.arbi-

52 trorum,nam † quamuis alias ex enormi,ſeu enormiſſima læ
ſione dolus præſumatur d.l.omnes §.lucius, d.l.qui teſtamẽ
tum cum glo.ff.de probatio.per Bar.& alios in d.l.2. C. de
reſcinden. vend. & in locis præallegatis cum infinitis ſimil.
tamen quando quis læſioni enormiſſimæ expreſsè renun-
ciauit, & promiſit non contrauenire ob enormiſſimam etiã
læſionem,tunc doli præſumptio ceſſat,quia in incertis,& in
certis locus eſt coniecturis l.continuus §. illud cum ibi not.
ff.de uerb.oblig.& ſcienti,ac conſentienti dolus,& fraus fie
ri,ac inferri nõ dicitur l.nemo ff.de reg.iur.& c.ſcienti eo.
tit.in 6.ubi plenè habetur:& hæc uidetur eſſe magis com-
munis opinio doctorum in locis præalleg.& maximè in d.c.
cum contingat,& in d.auth. ſacramenta puberum , quia his
53 reſpondetur dupliciter,ac ueriſſimè,& primo,quòd † proxi
mè dicta procedunt , & ſunt uera,ad excludendum dolum
præſumptum,illa enim uerba ſpecifica,quibus promiſit, &
iurauit non contrauenire etiam ratione enormiſſimæ læſio-
nis,faciunt,quòd dolus re ipſa non interuenerit, qui ex illa
enormiſſima læſione contingit , nõ autem ad excludendum
dolũ ex propoſito,qui ex fraude partis cauſatur, nam licet
conuentũ fuerit de non contrauenĩendo ratione enormiſ-
ſimæ læſionis , & conſequenter ratione doli re ipſa , tamen
propter illa uerba non dicitur renunciatum dolo ex propo
54 ſito, † cui renunciari non poteſt , vt in l.ſi unus §. illud cum
55 ſimil.ſtatim allegandis ff. de pact. & † ideò propter dolum
ex propoſito poteſt quis,non obſtante iuramẽto,tranſactiõ
ni contrauenire,ut in terminis uolunt docto.omnes in locis
præalleg.& habetur per Alex.in d.cõſ.42.uol.1.in ult.col.
& probatur in d.c.cum cõtingat,in d.c.licet mulieres , & in
d.auth.ſacramenta pub.cum ſimil. Sed in caſu noſtro ultra
quòd læſio enormiſſima interuenerit,& ſic dolus re ipſa, in
terpoſitus etiam fuit dolus ex propoſito cauſatus ex tacitur
nitate dictæ do.Iſottæ, quæ ſcienter ea,quæ in teſtamento
continebantur,tacuit,& ſolum ea expreſſit,quæ ad ipſius fa
uorem faciebant,illa,quæ contra eã faciebant, tacendo,ex
quibus fraus,& deceptio doloſa ex parte do.Iſottæ infertur,
ut ſ dixi,ergo,non obſtantibus illis uerbis prægnãtibus, do.
Ludouicus propter dolũ dictæ do.Iſottæ potuit tranſactio-
ni iuratæ contrauenire,& ſolutionem denegare per uiã ex-
56 ceptionis nullitatis , & doli , † cui exceptioni doli de futuro
etiam cum iuramento renunciari non poteſt,ut uolunt om
nes doct.ne detur materia,& occaſio delinquendi , vt in l.ſi
cum antea cum ibi not.& ibi Cyn.& Bal.C.de arbit. & uo-
luit Bal.in l.fin.C.de contrah.emp.d.l.ſi unus §.illud, ubi ca
ſus,& Bar.ff.de pact.Specu.in tit.de arbit. §.octauo in uerſi.
quid ſi expreſſum,Bar.in l.ſi quis cum aliter ff.de uerb.obli.
ibiq; Alex.& omnes , & idem Bar.in l.quidam ff. de admin.
tuto.cum ſimil.& ita concludunt doct. communiter in d.c.
cum contingat,in d.c.quintauallis,& in aliis locis ſimilibus
57 præallega.Secundo reſpondeo,quòd † prædicta uerba etiã
multum prægantia non poſſunt operari,quòd contra tran-
ſactionem iuratã non poſſit opponi de læſione maxima , &
enormiſſima , quæ reſpectiuè ad bona ferè totum caperet ,
nam ſi aliter diceretur,huiuſmodi uerba captionem,&odiũ
maximum inducerent:& ideò non debent operari, quin ra
tione maximæ,& enormiſſimæ læſionis à trãſactione recedi,
illiq; contraueniri poſſit,quoniam , ut inquit Abb.in d.c.cũ
58 contingat in 9.caſu col.antepen. † quando fraus eſt ex par-
te recipientis iuramentũ , iura canonica tali iuramento nõ
aſſiſtunt d.c.cum contingat, & d.c.licet cum aliis , idem , ſi
interuenit deceptio re ipſa,quæ ſit enormiſſima, nam dolus
re ipſa,& dolus ex propoſito æquiparantur d. l.ſi quis cum
aliter ff.de uerb.oblig. Et quantumcunque verba ſint latè ,
ut ſupra,concepta, nihilominus etiã maior poterit propter
enormiſſimam,& maximam læſionẽ contrauenire, quia no
tarij hodie ſolent communiter apponere illa uerba multũ
prægnantia, & præciſa potius ex ſtylo, & conſuetudine ad
maiorem contractus ualiditatem,quam principaliter de uo
luntate,& cõſenſu partium:Vnde ſicut quis ratione doli ex
propoſito contrauenire poſſet arg.l.creditor §.lucius ff.mã
da.cum ſimil.ſupra adductis,ita quando dolus re ipſa inter-
59 uenit d.l.ſi quis cum aliter:Nam † in dubio,quantumcunq;
illa verba fuerint latè,ut ſupra,concepta , non debet præſu
mi donatio,prout præſumeretur , ſi ea uerba operarentur,
quòd non poſſet ratione enormiſſimæ læſionis contraueni-
ri,ut per Bar.& gl.in d.l.2.C.de reſcin.uend.& arg.l.ſi quis
donationis ff.de contrah.emp.& not.in l.ſi quis conduxerit,
& ibi Bar.ff.loca.quia illa uerba dicuntur , ſeu præſumi de-
bent appoſita potius ex ſtylo,& conſuetudine notariorum,
quàm quod quis animum donandi habuerit,arguẽdo à cõ-
muniter accidentibus:& optimè faciunt ea,quæ uoluit Spe
cul.in tit.de emp.& uend.§.nunc uidendũ uerſi.quid ſi uen
dens &c.dum loquitur de uendente æquum,ut ſupra retu-
li,qui utitur uerbis latiſſimis,multumq; prægnantibus, & ta
men uult illum dici eſſe in dolo: Ita ad propoſitum , dicit
60 Abb. † cum notorij,& contrahentes ſoleant ad cautelã po
nere uerba ualde lata,& prægnantia ad excludendum om-
nia remedia,non uidetur ille,qui,ut ſupra, iurauit , uoluiſſe
enormiſſimam pati læſionem,ſed potius permiſiſſe illa uer-
ba apponi ad ſeruandum conſuetudinem, ac ſtylum nota-
riorum arg.c.cum ueniſſent de inſtitu.l.cum de indebito ff.
de proba.& ita etiam in terminis uoluit Anto.in d.c.quinta-
uallis dicens ſe ita de facto conſuluiſſe:idem uoluit Petr.de
Anch.diſputando,& eſt de mente Hoſti.in d.c.cum contin
gat, & hoc idem in noſtris terminis , ac in indiuiduo tenuit
do.meus Sozi.in d.conſi.103.col.3.Deci.in conſil.39.in 2.
dubio,Abb.in d.c.quintauallis in fin.13.col. And.Barbat.in
conſi.60.col.2.in 2.parte,glo.in c.ueniens de iureiur. & fa
ciunt not.per Bar.in l.1.in 6.q.ff.de iure codicil.Et eſt com
munis opinio doct.quòd hæc uerba prægnantia, de quibus
ſupra,tanquam ſint appoſita ex conſuetudine,& ſtylo nota
riorum,non excludunt,quin data maxima , & enormiſſima
læſione contraueniri poſſit:à qua communi opinione , cum
agatur de præiudicio,&damno iurantis,qui per hæc uerba
donare uoluiſſe præſumeretur,in iudicando , & cõſulendo
nõ eſt tutum recedere, quoniam nunquã debet fieri inter-
pretatio,ut quis uoluiſſe donare dicatur l. cum de indebito
ff.de prob.cum ſimil. Ex prædictis itaq; luce meridiana cla
rius conſtat,trãſactionem in caſu noſtro fuiſſe ipſo iure nul
lam,& inualidam,et conſequenter per huiuſmodi nullitatẽ
excequutionem illius impediri.Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta ſuper lite iam mota abſque euidenti calumnia eſt ſeruanda,nec reſcinditur prætextu inſtrumentorũ de nouo repertorum , ex quibus nullum ius actori competiiſſe conſtaret,& num. 11.*

2 *Tranſactio bona fide per procuratorem facta valet,quamuis de calumnia, & ſcientia principalis conſtaret.*

3 *Delegatione,& nouatione tollitur actio, & obligatio .*

4 *Delegatio,& nouatio ſolum ad obligationem, & actionem , ſuper qua expreſſè facta fuit, extenditur .*

5 *Delegatio ſolemniter , & interuenientibus neceſſariis facta etiam hodie nouationem in ſe continet abſque eo , quod expreſſum fuerit , et nu. 8.*

6 *Delegatio ſimilis eſt ſolutioni , & pariter cum ea obligationem extinguit .*

7 *Doti promiſſæ nomine debitor aſſignatus , à quo maritus nouandi cauſa fuit ſtipulatus,ſi defectus ſit facultatibus, & maritus in exigendo tem negligens fuerit , periculum eſt ipſius mariti .*

9 *Delegato pro dote nomine debitoris, periculum omne ita ad maritum pertinet, quòd ad eum omnis cura, ſolicitudo,& expenſa litigij, dotiſque exigendæ ſpectat .*

10 *Promiſſio erronea obligationem non parit .*

11 *Tranſactio ſuper indebito facta valet , & quando .*

12 *Verba hæc ita tamen præcedentia reſtringunt,atque determinant.*

13 *Solutum ſimpliciter dicitur , quomodocunque fuerit ſatisfactum etiam aliter, quam numeratione pecuniæ ;*

14 Et quando ſolum ex numeratione pecuniæ ſolutum dicatur.
15 Verba illa ſaluo iure &c. quid operentur.
15 Indebitum per errorem facti promittens ſe exceptione tueri, & liberationem condicere poteſt.
17 Fratres ſororem, cui dos à patre legata fuit, alere debent, quouſque nupta fuerit, & uiro dos ſit ſoluta.
18 Vxor à marito, cui fuit de dote ſatisfactum, & non ab agnatis, & parentibus illius eſt alenda.
19 Alimenta præterita ex legis diſpoſitione debita quando peti poſſunt.
20 Vſuræ, ſeu alimenta ob dotem non ſolutam ſolum propter onera matrimonij ſubſtinenda, & marito, non autem uxori, uel alij, & ab illis tantum, qui dotem ſoluere tenentur, deberi, & promitti debent, & aliter, aut ab aliis, quam à marito peti, & exigi nequeunt.
21 Dotis fauore fructus rei pignoratæ pro dote marito acquiruntur, nec illos ipſe in ſortem compenſare tenetur.
22 Pro pecunia dotali promiſſa an, & quando quid certum pro centenario licitè et abſque labe uſuraria promitti, & exigi poſſit, & quando non, & nu. 24.
23 Illicitum eſt, & tanquam uſura illicita non poteſt extorqueri, quando etiam illis caſibus, quibus pro intereſſe aliquid ultra ſortem deberi poteſt, quid certum promittitur.
25 Vxori, ſoluto matrimonio per obitum uiri, nihil certum pro alimentis, ſeu intereſſe promitti poteſt, ſed ſolum alimenta, & quid incertum.
26 Vxor etiam ex dote non eſt à uiro alenda, quando culpa ſua, & indebitè ab illo manet ſeparata.
27 Ad damna, & intereſſe quis condemnari non poteſt, niſi illa probatis.

EPITOME.

TRANSACTIO *facta cum muliere ſuper lite ab ea ex cauſa dotis illi à patre legatæ mota, in qua altera pars tranſigens certam pecuniarũ ſummam pro dote, uel eius reſiduo ſoluere promiſit, ſaluo tamen iure ſuo, & ita tamen, quòd ſi infra certum tempus oſtendat ſe plus ſoluiſſe, uel eius nomine ſolutum fuiſſe ipſi mulieri, uel eius uiro, tanto minus ſoluere debeat, ſi poſtea appareat, delegationem debitorum, ipſa inſcio, eius nomine pro dicta dote marito præfatæ mulieris præſenti, & acceptanti factã fuiſſe, non eſt ſeruanda, & prætextu inſtrumenti dictæ delegationis reſcindi poteſt.*

Mulier, quæ à uiro ex ſua uoluntate diuertit, alimenta, & uſuras à fratribus ſuis, qui pro dotibus illius promiſſis, & nondũ ſolutis certum quid annuatim ſoluere etiam ipſi mulieri promiſerunt, licitè petere, & exigere non poteſt.

CONSILIVM CLXXVIII.

IN cauſa mota per Illuſtrem domi. Camillam de Nuuolaria contra Illuſtres comites fratres ſuos tàm ſuper ſorte dotis ſuæ, quàm ſuper uſuris, ſeu interuſuriis, viſis quibuſdam inſtrumentis promiſſionum, delegationis, nec non tranſactionis inter præfatam dominam Camillam ex una, & comites Iulium Cæſarem, & Hannibalem ex parte altera celebratæ, prima quidem fronte uidetur ad fauorem dictæ dominæ Camillæ dicto inſtrumento tranſactionis, & aliis ſtandum eſſe, ut præfati comites Iulius Cæſar, & Hannibal adimplere, & ſatisfacere teneantur, prout in illis continetur, non obſtante delegatione quorũdam nominum debitorum præſentium, & confitentium illorum no
1 mine facta; quia † ubicunque ſuper lite iam mota abſque euidenti calumnia fuit facta tranſactio, ea ſeruanda eſt, nec reſcindi poteſt prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, ex quibus fortè nullũ ius actori cõpetiſſe appareret, & hoc fauore litiũ dirimendarũ l. ſub prætextu la 1. ibique gl. & doc. omnes C. de tranſact. l. in ſumma ff. de condic. indebi. & glo. Bart. & alij in l. 2. C. de tranſac. ſed quando dos promiſſa fuit domino Alexandro marito dictæ dominæ Camillæ, licet ipſa tunc præſens, & conſentiens fuerit, tamen quando ab ipſis Illuſtribus comitibus, uel eorum nomine delegatio nominum debitorum facta fuit, ipſa nõ erat præſens, ut patet ex inſtrumẽto delegationis, in quo nulla de ea fit mentio, & conſequenter ipſa ueriſimiliter potuit ignorare delegationem fuiſſe factam, quia in facto alieno tollerabilis, & ueriſimilis eſt ignorantia arg. l. fi. in fin. ff. pro ſuo, & l. plurium cũ ſimil. ff. de iuris, & facti ignoran. ergo potuit dici litem contra dictos comites Iulium Cæſarem, & Hannibalem pro legato dotis ſuæ bona fide mouiſſe, credens ſibi actionem compettere: Et ideò ſi ſuper dicta actione putatiua, & lite mota etiam de facto, ſed non euidenter calumnioſè fuerit inter ipſam do. Camillam, & dictos fratres tranſactum, eſt omnino tranſactioni ſtandũ, nec ab illa prætextu inſtrumenti delegationis nouiter reperti recedẽdum: Præ
2 terea † poſt litem nomine dictæ do. Camillæ motam procurator eius, ea abſente, illius nomine tranſegit, & quamuis de calumnia etiam fortè eiuſdem ipſius dominæ Camillæ conſtaret, ut quia fortaſſe ipſa ſciuerit delegationem factã fuiſſe, iuxta ea, quæ habentur in d. l. in ſumma, tamen tranſactio nõ poteſt, nec debet reuocari prætextu dicti inſtrumẽti delegationis, quoniam ad conſeruandam tranſactionem attenditur bona fides procuratoris, & non ſcientia principalis, ut uolunt ſcriben. communiter Alex. Iaſ. & alij in d. l. ſub prætextu limitando ea, quæ ibi habentur. Rurſus pro domi.
3 Camilla facit, nam † licet per delegationem, & nouationẽ factam iuxta l. delegare la 1. cum ibi not. & ibi Bar. ff. de nouatio. & per Sozi. in l. qui uſumfructũm ff. de uerb. ob. dicatur ipſo iure ſublata obligatio, & actio ex promiſſione dotis facta per Illuſtrem do. Catherinam matrem, atque tutricem, & dictos comites marito do. Camillæ, quia per delegationem debitorum dicitur facta nouatio, ut ibi, tamen nõ poteſt dici ſublata, neque extincta obligatio, & actio ex teſtamento, quæ ipſi do. Camillæ fuit acquiſita ex legato dotis in teſtamento paterno facto cõtra Comites fratres ſuos, qui tanquam hæredes teſtamentarii ad præſtationem illius legati tenebantur, quia ſuper illa actione, & obligatione ex teſtamento do. Camillæ acquiſita non fuit facta delegatio, neque nouatio, ſed ſolum ſuper obligatione, & actione ori
4 ente ex promiſſione dotis facta marito: Et † delegatio, ſeu nouatio vires ſuas non extendit, niſi ad obligationem, & actionem, ſuper qua fuit expreſsè facta argumento l. fi. C. de nouatio. l. ita ſtipulatus. §. griſogonus, & d. l. qui vſumfructum cum ibi not. ff. de verbo. obligat. ergo reſpectu obligationis, & actionis ex teſtamento motæ contra dictos comites fratres do. Camilla potuit dici bonam fidem habuiſſe, & nõ calumnioſè, nec ſine actione egiſſe, & ideò tranſactio facta valuit, nec prætextu inſtrumenti delegationis reſcindi poteſt, & ad illius obſeruantiam præfati comites Iulius cæſar, & Hannibal tenentur d. l. ſub prætextu, & d. l. in ſumma, & multo magis comes Alexander, qui in dicto tranſactionis inſtrumento fideiuſſor extitit, quia licet prius ſciuerit delegationem ab eo factam, nihilominus vt fideiuſſor pro dictis duobus fratribus comit. Iulio Cæſare, & Hannibale in dicto tranſactionis inſtrumento promiſit, & propterea efficaciter debuit teneri, & cum hoc ſcienter fecerit, ſibi præiudicaſſe dicitur, ut amplius in dicta delegatione ſe fundare non poſſit, cum illi renunciaſſe uideatur iuxta ea, quæ habẽtur in l. pacta nouiſſima C. de pactis, per Bart. in l. quæ dotis ff. ſoluto matri. & per Dyn. in c. quod ſemel de regu. iur. in 6. cum ſimilibus: Præterea, non obſtante delegatione, ut ſupra, facta, ipſe comes Alexander ſuo nomine, ac etiam ut hæres comitis Pyrrhi ſui fratris, nec non comites Iulius Cæſar, & Hannibal etiam ut hæredes dicti comitis Pyrrhi poſt tranſactionem factam pro eorum ratis, & partibus hæreditariis ſoluere dominæ Camillæ promiſerunt, ergo ultra ea, quæ in tranſactione continentur, ipſi debent

dictæ do. Camillæ teneri. ¶ Quibus non obſtantibus,& ue-
rius loquendo,concludendum eſſe uidetur , quòd dicti co-
mites Iulius Cæſar,& Hannibal nullo modo do.Camillæ te
neantur,nec ſint obligati,quia ex delegatione ab eorum tu
5 trice illorum nomine facta, († quæ etiam hodie nouationẽ
in ſe continet,quando ſolẽniter,& interuenientibus neceſſa
riis facta fuit,ut quia debitor debitorem ſuum ſcientem, &
promittentem per ſtipulationem creditori acceptanti dele
gauerit iuxta ea,quæ habentur per Sozi. in d.l.qui uſumfru
ctum in prima concluſione poſt Bartolum per illum tex-
tum in d.l.delegare la j.ff.de nouatio.& in l. 1 . C. eod. tit.)
6 † ipſo iure fuerunt liberati ab obligatione,qua ipſi teneban
tur,& do.Camillæ obligati erant,non aliter,ac ſi ſoluiſſent,
vt in §.præterea Inſtit.quib.mod.toll.oblig. Sozi.in d.l. qui
vſumfructum,Bar.& alij in l.ſingularia col. 5. cum ſeq. ff.ſi
cer.pet.delegatio enim ſimilis eſt ſolutioni l.ſi rem in fin. ff.
de noua.Bar.in rub.& in l.ſolutionis ff.de ſolu.& propriè di
citur ſatisfactio l.ſi rem §.omnis ff.de pign.act.Secundo vi-
detur text.huius quæſtionis deciſiuus in l. dotem à patre ff.
7 de iure dot. † vbi ſi pater,vel alius,qui dotem marito mulie
ris dare promiſerat,debitorem ſuum aſſignauerit,à quo ma
ritus nouandi cauſa ſtipulatus fuerit, periculũ eſt ipſius ma
riti,ſi debitor delegatus defectus ſit facultatibus,& maritus
fuerit negligens in exigẽdo dotem l.cum dotem, ibiq; gloſ.
eod.tit.& eſt optimus tex.in l.extraneus eod.tit. Sed in caſu
noſtro mater,& tutrix dictorũ comitũ, quæ cum præſentia,
& conſenſu dictæ do.Camillæ dotẽ quinq; millium do.Ale
xãdro illius marito promiſerat,pro ſatisfactione, & ſolutio
ne totius dictæ dotis delegauit plures debitores præſentes,
acceptantes,& ſe obligantes,ac promittentes dicto marito,
ſeu eius procuratori ſpecialiter conſtituto , & acceptanti :
quã debitorum delegationem vir do. Camillæ poſtea ſaltẽ
rebus ipſis,& ſic tacitè ratificauit iuxta l.paulus ff. rem rat.
hab.recipiendo à dictis debitoribus occaſione delegationis
prædictæ pro parte dictæ dotis ſatis magnam pecuniæ ſum-
mam,& vt præſupponitur,fortè vltra ducatos mille ducen
8 tos,ergo ex huiuſmodi delegatione,vt ſupra , facta, † quæ,
vt dixi,etiam hodiè nouationẽ in ſe cõtinet abſq; eo, quòd
expreſſum fuerit,quia l.fin. C. de noua.de hac nouatione ,
quæ fit mediante debitoris delegatione,non loquitur,vt vo
luit Bar.in d.l.delegare,& clarius ponit Sozi.ĩ d.l.qui uſum
fructum,dicti comites fratres do.Camillæ ita dicuntur libe
rati,& totalis obligatio dotis in debitores delegatos transfu
ſa cenſetur,quòd omne periculum dictorum debitorum ad
maritum,eiuſque vxorem ſpectare debuit,& deſiit compe
9 tere ius agendi contra præfatos comites:Et † dicunt Bar.&
Sali.in d.l.ſi extraneus,quòd quando pro dote eſt delega-
tum nomen debitoris,periculum dotis , ſeu debitoris ita ad
maritum pertinet,quòd ad eum cura,ſolicitudo, & expen-
ſæ litigij,ac exigendi dotem ſpectant: Ergo cum dicti comi
tes fratres fuerint ipſo iure liberati ab omni obligatione,&
promiſſione dotis per delegationem , & nouationẽ factam,
quæ eſt loco ſatisfactionis,& ſolutionis,& per quam omnis
eorum obligatio dotis extincta dicitur per ſupra dicta,& in
ferius dicenda, ſequitur, quòd ſi ipſi comites Iulius Cæſar ,
& Hannibal,qui iuſtè dictam delegationem ignorauerunt,
quia non fuerunt præſentes,& tunc minores erant, atq; pu
pilli,poſtea ſe obligauerint ad ſatisfaciendum,& ſoluẽdum
dictam dotem pro eorum ratis, & partibus ad eos ſpectanti
bus,per errorem facti ſe obligaſſe, & promiſiſſe dicuntur ,
10 † & propterea † ex hac erronea promiſſione non poteſt
dici eòs fuiſſe,nec eſſe obligatos l.ſi non tranſactionis C.de
iuris,& facti ignoran.l. 1 . 2 .& 3 .ibiq; glo.& doct. C.de con
dic.indeb.ubi error facti facit, ut indebitè promiſſum , &
nullo modo debitum condici poſſit ; Idemque videtur di-
cendum reſpectu comitis Alexandri, qui ſuo proprio nomi
ne marito dominæ Camillæ dictos etiam ipſius debitores
pro eius rata,& pro ſolutione,& ſatisfactione dotis delega
uit,vt ab obligatione dictæ dotis fuerit liberatus , & pericu
lum illius ad maritum,& non ad mulierem ſpectare cœpe-
11 rit d.l.dotem à patre cum ſimil. ¶ Nec obſtat,quòd † in di-
ctis iuribus excipitur caſus , niſi ex cauſa tranſactionis quis
errore facti ſoluerit,uel promiſerit,nam tunc non eſt locus
repetitioni,nec condictioni indebiti,ſed tranſactio rata re-
manet,dũmodo non fuerit euidenter calumnioſa,vt in d.l.
in ſumma,& habetur in d.l. 1 .& 2. & in d.l.ſi non tranſactio
nis,& gl.in l.eleganter §.fin.ff.de cond.indeb.quinimmo ta
lis tranſactio non poſſet prætextu inſtrumentorum de nouo
repertorum reuocari d.l.ſub prætextu,& ſupra dictũ fuit :
quia reſponderi poteſt,quòd ſi ſimpliciter , & purè tranſa-
ctio facta fuiſſet etiam ſuper eo, quod non fuiſſet debitum ,
propterea quia obligatio ſolutione,uel alia liberatione ſu-
blata fuiſſet,tunc promiſſum purè in contractu trãſactionis
deberetur,vt ĩ dictis iuribus:ſecus ſi aliquid cõditionaliter,
ſeu reſtrictiuè fuiſſet promiſſum dari,puta ſaluo iure calcu
li,uel aliter,prout in terminis noſtris factum videtur,ut con
ſtat ex dicto tranſactionis inſtrumento,in quo dicti comites
Iulius Cæſar,& Hannibal vltra ducatos mille,& noningen-
tos prius marito do. Camillæ ſolutos promiſerunt ſoluere
reſiduum pro parte eorum tangente,ita tamen, quòd dicti
comites habeant infra terminum quatuor annorum oſten-
dere plus ſoluiſſe,vel eorum nomine ſolutũ fuiſſe dictæ do.
Camillæ,vel eius viro,& hoc oſtenſo , tanto minus ſoluere
habeant:ex quibus verbis apparet,ipſos nõ ſimpliciter pro
miſiſſe,ſed ſolũ in caſu,in quo non fuiſſet eorũ noĩe ſolutũ,
12 & ſic in totũ,vel pro parte: nã † hæc uerba ita tñ præceden
tia reſtringunt,atq; determinãt l.lucius §.qui habebat,& l.
ita tñ ff.ad treb.ele.j.§.hiſdẽ de for.cõpe.cũ ſimil. ſed eorũ
noĩe ſolutũ,ac ſatisfactũ fuit viro do.Camillæ integraliter,
& in totũ de dote promiſſa ducatorũ quinq; milliũ per de-
legationẽ debitorũ pro dicta sũma factã per tutricẽ dicto-
13 rũ comitũ, & illorũ noĩe , quia † ſolutũ ſimpliciter dicitur,
quomodocũq; fuerit ſatisfactũ,ſiue numeratione pecuniæ,
ſiue acceptilatione,ſiue nouatione,aut delegatiõe,ſiue alia
liberatione iuxta l.ſi rẽ §.omnis ff.de pig.act. l.ſolutionis ff.
de ſolut.l.ſolutionis uerbo ff.de uerb.ſign.l.quamuis §.inter
dum ff.ad velleia.l.cum inter §.abeſſe ff.mand. l.uerbũ exa
ctæ ff.de verb. ſign.Nec obſtat l.ſolutã ff.de ſolu. & d.l.ſi rẽ
§.omnis,ubi intelligitur ſolutum,quando pecunia fuit nu-
merata, & in hoc differunt aliquid eſſe ſolutum , & aliquid
14 eſſe ſatisfactum,vt ibi,quia † ſecundum Bar.in d.l.ſolutionis
ff.de ſol.refert,an verbum ſoluere ſit prolatum ſimpliciter,
an verò cum adiuncto pecuniæ,primo enim caſu dicetur ſo
lutũ,quomodocunq; fuerit ſatisfactũ d. l.ſolutionis cũ ſim.
ſecundo uerò caſu propriè ſolutum eſſe dicetur,quãdo pe-
cunia fuit numerata:Sed in trãſactionis inſtrumẽto, de quo
agitur,dictũ fuit,ſimpliciter,ita tñ, quòd habeãt dicti comi
tes in termino quatuor annorũ oſtendere plus ſoluiſſe , vel
eorũ noĩe ſolutum fuiſſe , ergo ſatis fuit eis oſtendere fuiſſe
mediãte debitorũ delegatione ſatisfactũ ; & ad prædicta fa
15 ciũt etiã ea,† quæ hñtur per Bar.in l.ſi quis aliã col. 1 .& in l.
eleganter in prin.ff.de pig.act.l. 4.§.j.ff.quib.mo.pig.uel hy
po.ſol.& per eundẽ Bar.in l.fi.col.pe.ff.de eo,quod cer.lo.
vbi ſi quid ſit promiſſũ ſaluo aliquo iure , apparet de mẽte
promittẽtis ipsũ noluiſſe ſimpliciter ſe obligare,nec ſibi quo
ad ius reſeruatum præiudicare,hæc.n.verba ſaluo iure &c.
operãtur,atq; demonſtrãt, cõſenſum adhibitũ non debere
præiudicare d.l.4. ſed in caſu noſtro dicti Comites trãſigen
do promiſerũt ſaluo iure ſuo &c.ut in d.tranſactionis inſtru
mento conſtat,ergo per contenta in eo nõ fuit ipſis præiu-
dicatũ,cum conſtet eorũ noĩe fuiſſe ſolutũ,& ſatisfactũ per
delegationẽ debitorũ illorũ nomine factam:Minus etiã de-
bet

bet dici eis præiudicatum per promiſſiones aliàs poſtea ab
eius factas tàm ratione ſortis,quàm uſurarum,ſeu interuſu-
riorum,cum id ab eis fuerit factum per errorem facti argu.
d.l.ſi non tranſactionis l.1.& 2.C.de cond.indeb.& l.2.& 3.
& per totum ff.de iur.& fac.ignor.cum ſimil.ſupra allega.
¶Non obſtat, quòd comes Alexander poſt delegationem
ab eo factam in inſtrumento tranſactionis pro aliis fratribus
fideiuſſit,necnō etiam poſtea promiſit ſuo principali nomi
ne,& ut hæres pro parte comitis Pyrrhi partem ſuam reſi-
16 dui dotis,ut ſupra dictum fuit,quia reſpondetur, † quòd cū
ipſe per delegationem fuerit liberatus,& omnis eius obliga
tio ſublata,atq; extincta,quamuis per errorem iuris,uel fa-
cti poſtea promiſerit, & poſſit dici ex hoc obligatus, tamen
quia indebitè promiſit,poteſt ſe exceptione tueri,& libera-
tionem condicere d.l.ſi non tranſactionis,ibiq; Sal. poſt gl.
& faciunt,quæ habentur in d.l.1.& 2.C.de cond.indeb.Itē
ex eo,quod fideiuſſit, ſe non obligauit ultra quod fecerint
dicti comites principales:qualiter autē ipſi ſe obligauerint,
ſupra dictū fuit,non enim ſimpliciter,ſed reſtrictiuè ſe obli
gauerunt.Et hæc quoad primum ſufficiant.¶Quoad ſecun
dum,poſito,ſed non cōceſſo,quòd dicti comites fratres ſint
obligati,& ad ſolutionem reſidui dotis teneantur, utrum te
neantur ad præſtationem alimentorum,& uſurarum,ſeu in
teruſuriorum præſertim do.Camillæ promiſſorum, loquē
do ſolum de alimentis,ſeu uſuris,quæ à do.Camilla petun-
tur pro illo tempore, poſtquam ab eius marito diuertit, &
ſic pro eo tempore,quo maritus onera matrimonij non ſub
ſtinuit,quia de aliis,uidelicet tempore, quo coniuges ſimul
habitauerunt,non dubitatur,diſtinguendum eſt inter alimē
ta,ſeu interuſuria conuenta,& promiſſa,& illa,quæ à fratri
bus ex legis diſpoſitione,& officio iudicis debentur:Et tra-
ctando primo de his ultimis,mihi uidetur de iure concludē
dū,quòd ipſi fratres,nec ad præterita,nec ad futura tenean
17 tur,quoniam †fratres hæredes inſtituti alimenta ſorori ſuæ,
cui dos à patre legata erat,ſolū præſtare tenentur, quouſq;
nupta fuerit,& uiro tradita, ac dos ſit ſoluta l. qui filium ff.
ubi pupil. edu.deb.ſed do. Camilla tradita fuit uiro, & dos
18 etiam ſoluta,ut ſupra,ergo &c.Præterea †onus alimētandi
uxorem ſpectat ad maritum,cui fuit de dote ſatisfactum, &
nō ad agnatos,nec parentes illius l.fi.& ibi Bal.C.ad velle.
l.quod in uxorem C.de neg.geſt.cum ibi not.Bar.& omnes
in l.ſi cum dotem §.ſinautem in ſæuiſſimo ff.ſolu.matr.Nec
aduerſatur,quòd dos in caſu noſtro nō fuerit actualiter ma
rito ſoluta ab eis,qui pro do. Camilla ſoluere promiſerunt,
quoniam cum maritus per delegationem receperit debito
res delegatos,ſequitur,quòd quoad ipſam uxorem, & quo
ad fratres illius dos dicitur ſoluta,& ſatisfacta in tātū,quòd
omne periculum,& ſic onus dotis ad ipſum ſpectat,& con-
ſequenter etiam onus alimentandi uxorem, cuius reſpectu
dos dicitur ſoluta,& negligentiæ,culpæq; ipſius uiri eſt im-
putandum,ſi à debitoribus delegatis dotem non exegit d.l.
dotem à patre,d.l.ſi extraneus de iur.dot.glo.not. in l.cum
dotem ff.eod.tit.& habetur per Alex.& alios in d.l.quod in
uxorem,& in l.ſi quis à liberis §.ſed ſi filius ff.de lib.agnoſc.
19 Accedat ad hæc,quòd † alimenta præterita ex legis proui-
ſione debita non poſſunt peti,niſi à die moræ,ut quia is,qui
illa præſtare tenebatur,fuiſſet interpellatus,ac illa præſtare
denegaſſet,aut debitum contraxiſſet,pecuniam mutuo reci
piendo,ut ſe aleret ad tradita per Bar. & Alex. in d.§.ſed ſi
filius,& optimè per Bar.in l.libertis §.manumiſſis ff.de alim.
& ciba.lega.& illo caſu, quo uel pecuniam mutuo accepiſ-
ſet,vel æs alienum contraxiſſet gratia alimētorum, actio ad
alimenta præterita non ipſi uxori, uel filio competeret, ſed
ipſis creditoribus,qui mutuo dederūt Bar.in d.§.manumiſ-
ſis:cuius diſtinctionem multum cōmendat Alex.in l.diuor-
tio ī prin.col.x.ff.ſol.mat.ergo do.Camilla agere nō potuit.

¶Quo uerò ad alimenta,ſeu interuſuria, quæ à dictis fratri
tribus do.Camillæ promiſſa fuerunt, utrū illa do. Camilla
petere,& conſequi poſſit,maius eſt dubiū:In quo non poſſe
20 uidetur omnino concludendum,primo,quia †uſuræ,ſeu ali
menta, quæ ob dotē non ſolutam ex conuentione ſunt præ
ſtanda,debentur, & de iure peti poſſunt propter onera ma
trimonij ſubſtinenda,ut habetur in c.conqueſtus,& c.ſalu-
briter extra de uſur.& l.pro oneribus C.de iur.dotium.Sed
alimenta, & interuſuria fuerunt promiſſa non marito, nec
ut oneribus matrimonij deſeruirent, ſed dominæ Camillæ,
quæ tunc iā à marito ſua uoluntate diuerterat, ergo &c. &
benè faciunt ea,quæ habentur per Alex.in d.l.diuortio, &
per canoniſt.in d.c.ſalubriter in q.an ualeat ſtatutū, quòd
ſoluto matrimonio pro primo anno certum quid debeatur.
¶Secundo uſuræ,quæ ratione dotis de iure licitæ dici poſ-
ſunt iuxta d.c.ſalubriter, debent eſſe promiſſæ,& debitæ ab
iis,qui dotem ſoluere tenentur,& nō ab aliis d.c.ſalubriter:
ſed fratres hi ad dotē non tenebātur,quia pro parte,immò
ī totū dos ab eis,ſeu eorū noīe fuerat ſoluta,ut ſ̄,ergo &c.
Hinc Bal.in rub.C.de vſur.ī verſ.quarto quæro &c.uoluit,
quòd qū alteri,quàm marito interuſurium promitteretur,
illud nō ſit exigibile tāquā vſura illicita, hoc.n.eſt ſoli mari
to licitū,atq; permiſſum propter onera matrimonij d.c.ſa-
lubriter,& facit id,quod uoluit do. Laur.in trac.de uſur. in
q.54.poſt Io.de Lign.quē allegat:Sed vſuræ in caſu noſtro
21 nō fuerunt marito promiſſæ,ergo &c.Præterea †fauore do
tis cōtra regulas iuris,& tanquā exorbitans conceſſum eſt,
quòd fructus rei pignoratæ pro dote acquirātur marito, vt
illos in ſortē cōpenſare non teneatur d.c.conqueſtus cū gl.
22 d.c.ſalubriter,iuncto c.1.& 2.de uſur.ergo †hoc non debet
extēdi ad caſum,qñ pro ſorte,ſeu pecunia dotali promiſſa,
debitor dotis certos denarios puta ſeptē pro centenario da
re promiſiſſet: nam in exorbitātibus,& odioſis extēſio fieri
non debet l.ſi uerò §.de viro ff.ſol.matr. & c.quæ à iure de
reg.iur.in 6.& hanc opin.ſequutus fuit Io.And. in d.c.ſalu
briter,dicens,nullum tex.in iure hoc velle, ſed ſolum quòd
pecunia dotalis poſſit alicui mercatori ad lucrum licitū aſſi
gnari,vt in c.per veſtras de dona.inter vir.& vxor.& latius
per ſcrib.in d.c.ſalubriter:Et ratio horū eſſe poteſt, quoniā
fructus fundi pignorati marito acquiruntur in recompenſa
tionem onerū matrimonij,& ſic loco intereſſe, quod eſt in
ſe incertum §.curare cū glo.Inſti.de act.l.vnica C.de ſent.
quæ pro eo,quod inter.cum ibi not.& §.penul.Inſti.de ver
bo.obl.cum ſim.& fructus ſunt incerti l.1.ff.de cond.& de-
mō.cum ſimil.ideò pro intereſſe,quod ſimiliter eſt incertū,
23 debetur. Quinimmò † illis caſibus,quibus ratione intereſſe
aliquid vltra ſortē deberi poteſt,vt in caſu l.curabit cū gl.
C.de act.emp.cum ſimil.ſi contingat quid certū pro cente
nario promitti,illud fit illicitum,& tanquā vſura illicita ex-
torqueri non poteſt,ut pulchrè voluit Dec.in conſ.39.quē
ſemper fui in conſulendo ſequutus,& fuit doctrina Io.And.
in d.c.ſalubriter:& hoc ſequitur Pet.de Anch.in conſi.149.
Laur.de Rodul.in d.q.54.Alex.in conſ.221.in 3.col.vol.2.
Pau.de Caſ.in l.inſulam §.vſuras ff.ſol.mat.& Deci.in con
ſil.19.Sed in caſu noſtro certum quid pro centenario do-
24 tis fuit promiſſum,& nō ipſi marito,ergo &c.Præterea † il-
li doctores, qui concludunt, aliquid certum poſſe promit-
ti pro ſorte ipſi marito in recompenſationem onerum ma-
trimonij,hoc intelligunt procedere in caſu,quo ille, qui do
tē ſoluere debebat,fuiſſet in mora,vt quia promiſiſſet infra
certum tempus,vel ſingulo menſe centum pro dote ſolue
re vſque ad integram ſolutionem, & in caſu, quo ſic non
ſolueret,tunc certum quid pro intereſſe,ſeu pro vſuris ſol-
uere teneretur,nā tunc id deberetur non vt vſura propriè,
ſed vt intereſſe,& damnum: Secus ergo, ſi illud ſimplici-
ter fuiſſet promiſſum,&non in caſu moræ,vt quia ſimplici-

ter data fuiſſet dilatio ad ſoluendum quantitatem dotis, & interim certum quid ſolui promiſſum eſſet, nam tunc hæc diceretur eſſe uſura, & exigi non poſſet, ut per Alexan. poſt Bartolum, & alios, quos allegat in d.l.ſi inſulam §.uſuras: & cum hac doctrina etiam canoniſtæ communiter in d.c.ſalubriter pertranſeunt, ut habetur ibi per Abbatem, & do. Floria. de ſancto Petro: & ideò ſi aliquid fuiſſet hac de cauſa ſolutum, uel deberet in ſortem computari, uel tanquam indebitè ſolutum poſſet per condictionem indebiti repeti arg. c.debitores de iureiurando, & l.ſi non ſortem in prin.ibique Bar.ff.de condict.indebi.quamuis Imo.in d. §.uſuras aliter diſtinguat, ſed contra communem opinionem, ueluti ipſemet atteſtatur, ac refert Ioan.de Ana.in d. c.ſalubriter. Rurſus illi, qui tenent à principio unà cum dotis promiſſione aliquid certum promitti poſſe, hoc intelligunt eſſe uerum, quando maritus eſſet mercator, uel aliàs ſolitus iuſtè lucrati, ut uoluit Abb.in d.c. ſalubriter in 1.q. in fin.uer.& alij ibi; Cum igitur dicti comites fratres eo tẽpore, quo promiſerunt ad certum tempus ſoluere, promiſerint ratione illius dilationis certum quid pro cẽtenario ſoluere, incipiendo à die promiſſionis, profectò negari nõ poteſt, quin hoc eſſet uſura, ſi ſolueretur, quia nõ ratione moræ, ſed ratione dilationis datæ ſoluendum eſſet: quo caſu dicitur uſura, & peccatum, quoniam fructus uidetur capi ex tempore, & ex pecunia, ex quibus naturaliter fructus produci nequeunt, ut habetur per doctores in rubri. extra de
25 uſuris, ubi & ego dixi: Præterea † doctores canoniſtæ, & legiſtæ etiam communiter in d.c.ſalubriter, in d.l.ſi inſulam §.uſuras, ubi Barto. & latius in l.diuortio in princip.ff. ſoluto matrimonio uidentur uelle, quòd ſoluto matrimonio propter obitum uiri, & ſic modo licito, uxori nihil certum pro alimentis, ſeu pro intereſſe, puta ſeptem pro centenario promitti poſſit, ſed benè poſſunt ei promitti alimẽta, & id, quod erit pro alimentis neceſſarium, & ſic incertum, ut per Alexandrum in d.l.diuortio, Ioan.de Ana.in d.c.ſalubriter, & Petrus de Ancharano in conſi.163. quanto magis ergo hoc dicendum eſt, quando matrimonium fuiſſet de facto, & culpa uxoris ſolutum, quòd tũc ei nihil certum annuatim, vel menſtruatim pro alimentis, ſeu pro intereſſe promitti poſſit, tum quia hoc non deberetur pro oneribus matrimonij, quod de facto non conſiſtit, quia eſt ſolutum,
26 tum quia † in hoc caſu etiam ex dote mulier non eſt à uiro alenda, donec ab eo culpa ſua, & indebitè ſtat ſeparata Bal.in l.fin.C.ad velleianum, Alexan.in d.§.uſuras, doct.& ibi Alexan.in l.alimenta C.de nego.geſt.& aliqualiter in d. l.diuortio, glo.& ſcriben.in c.ſignificaſti de diuor. Bal.in l. 1.C.de leg.& latè Alex.in l.ſi cum dotem §.fin aũt in ſæuiſſimo poſt Bartolum ff.ſoluto matrimonio Bal.in l.fin.in ultimis uerb. C.de ſenten.quæ ſine cer.quant.profer.& Barto. in ſuo tractatu alimentorum. ¶ Et ex prædictis infertur, vtrum in terminis noſtris, ex quo dicti comites fratres in inſtrumento tranſactionis damna, & intereſſe promiſerunt in caſu, quo ſolutiones per eos temporibus conuentis non fierent, ipſi ad aliquid pro intereſſe præſtandum teneãtur, nam eos non teneri uidetur dicendum, quoniam non tenentur ſeruare ea, quæ in dicto inſtrumento tranſactionis continentur per illa, quæ ſupra in primo articulo dicta fuerunt: & poſito, ſed non conceſſo, quòd ad damna, & in-
27 tereſſe tenerentur, † profectò non poſſent dicti fratres condemnari, niſi damna, & intereſſe contra ipſos probata fuerint ad tradita per gl.& doct.in d.§.curare Inſtit.de act. §.ſi.Inſtit. de verb.oblig. Dec.in d.conſi.119.& l.unica cũ ibi not.C.de ſenten.quæ pro eo, quod intereſt: & hæc in præſenti cauſa iuris eſſe cenſui: me in cæteris remittendo ad ea, quæ ab alijs ſubtiliter, & copioſè dicta fuerunt.
Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens filiosfam. contrahere ſine conſenſu patris locum habet etiam, quando hinc inde eſſent filijfamil. qui inter ſe contraherent.*

2 *Filiusfam. an poſsit ſine conſenſu patris compromittere, & quid ſtantibus duobus ſtatutis, vno, quod filijfamil. non poſsint ſe obligare ſine conſenſu patris, & altero, quòd omnes cauſæ debeant compromitti.*

3 *Minores bona ſua alienare abſque ſolemnitate requiſita etiam inter alios minores non poſſunt.*

4 *Eccleſiæ res non poſſunt abſque cauſa, & decreto etiam alteri eccleſiæ alienari.*

5 *De clerico quando ut de laico iudicetur.*

6 *Filiusfamil. quòd non poſsit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris, locum habet etiam in filiofamil. clerico reſpectu bonorum patrimonialium.*

7 *Sententia non conformis libello, & petitioni eſt ipſo iure nulla.*

8 *Abſolutio à iuramento ad effectum petendi laudum reduci ad arbitrium boni viri, & reductio coram quibus ſit petenda, etiam ſi reductionem petens eſſet clericus.*

9 *Iudex eccleſiaſticus ſuper abſolutione à iuramento cognoſcens, & ſic iudex iudicij præparantis, quando etiam iudicij præparati ſit iudex, & quando non.*

EPITOME.

STATVTVM *prohibens filiosfamilias contrahere ſine conſenſu patris locum habet etiam in pluribus filiusfamilias inter ſe inuicem contrahentibus.*

Iudicem eccleſiaſticum, coram quo petita fuit abſolutio à iuramento ad effectum petendi reductionem laudi ad arbitrium boni uiri, non poſſe, omiſſo abſolutionis articulo, ſuper exequutione laudi procedere, & pronunciare, & coram quo abſolutio, & coram quo reductio ſit petenda, hic habetur.

CONSILIVM CLXXIX.

1 DVBITATVR primo, † an ſtatutum de contractibus cum minoribus in §. item dicimus, quod prohibet filiosfamilias contrahere ſine conſenſu patris, locum habeat, quando hinc inde iidem eſſent filiifamilias, qui inuicem contraherent, &, omiſsis ſuperfluis, mihi videtur, illud etiam in hoc caſu locum habere, & ſi hinc inde filiifamilias abſque conſenſu patris, & ſolemnitate ſtatuti contraxerint, ipſos ex tali contractu non obligari, & contractum eſſe ipſo iure nullum, quoniam in primis conſidero uerba ſtatuti, quæ loquuntur in plurali numero, quòd aliqui filiifamilias non poſſint &c. & conſequenter ſiue fuerit unus, ſiue plures, qui contraxerint, ſtatutum locum habebit, quia numerus pluralis plures comprehendit l.ubi numerus ff.de teſtibus. Secundo hoc dubium uidetur decidi ex ijs, quæ tradit Bal.in l.non ſolum §.neceſsitate C.de bon.quæ lib. in 4.colum.
2 uerſi.ſed pone, ubi uult, † quòd ſtantibus duobus ſtatutis, primo, quòd filiifamilias non poſsint ſe obligare ſine conſenſu patris, & altero, quòd omnes cauſæ debeant compromitti, filiusfamilias poterit ſine conſenſu patris compromittere, quoniam ſtatutum de compromiſsis eſt magis ſpeciale, ergo clarè innuit, quòd ſi non fieret compromiſſum neceſſarium, ſed uoluntarium, non poſſet filiusfamilias ſine conſenſu patris compromittere: Subdit Bald. hoc confirmari, quia compromiſſum fieri poteſt abſque aliqua obligatione intercedente, ergo clarè innuit, quòd ſi fieret compromiſſum ſine conſenſu patris intercedente obligatione, compromiſſum non ualeret, quia filiusfam. non poteſt ſine con-

conſenſu patris obligari: Et quòd prædicta ſunt uera etiã, quando plures filiifamilias hinc inde ſe inuicem obligarẽt, & ſimul inter ſe cõtraherent, demõſtratur, nam prædictum ſtatutũ de contractibus parificat hos duos caſus, uidelicet quòd minores nõ poſſint ſe obligare, ſiue bona ſua alienare abſq; cõſenſu tutoris, uel curatoris, & cũ decreto, uel ſolemnitate in eo poſita, & quòd filiusfamilias, ſiue filiifamilias non poſſint ſe, uel ſua bona obligare, uendere, uel alienare
3 abſq; cõſenſu patris, ſed † minores ſe obligare, uel ſua bona alienare non poſſunt abſq; ſolemnitate, ſiue ipſi contrahant cum maioribus, ut per totum ff. de rebus eorum, & C. de præd. mino. ſiue ſint plures minores, qui inter ſe obligent, & contrahant, & inter ſe alienent, ut eſt tex. clarus in l. ſi pupillorum in princ. ff. de rebus eorum, & in l. non ſolum, & melius in l. inter omnes cum glo. C. de præd. mino. ergo idẽ dicendum eſt de filiisfamilias, qui ad inuicem contraherẽt, & inter ſe obligarent ſine ſolemnitate: & hoc in caſu maior ratio prohibitionis militat, cum ex utraque parte perſona ſit inhabilis ad contrahendum ſine ſolemnitate: ſuadentur
4 hæc in ſimili, nam † res eccleſiæ non poſſunt abſque cauſa, & decreto, & conſenſu epiſcopi alienari c. ſine exceptione 12. q. 2. cum ſimilibus, & hoc procedit, ſiue eccleſia uendat, & alienet alteri, ut in dictis iuribus, ſiue plures eccleſiæ inter ſe alienent, ut eſt tex clarus, ibique Ioan. Andr. Anto. Abb. & alij in c. 1. extra de rebus eccle. non alien. Nec ad-
5 uerſatur, † quòd alter ex contrahentibus, & compromittentibus fuerit clericus, quoniam ex quo contraxit, & compromiſit ſuper bonis patrimonialibus, idem iudicatur de eo, quod de laico filiofamilias reſpectu conſenſus patris, ut eſt tex. cum glo. in c. ſi annũ de iudi. in 6. ubi
6 † regula illa, quæ habet, quòd filiusfam. non poſſit eſſe in iudicio ſine conſenſu patris iuxta d. l. non ſolum §. neceſſitate C. de bon. quæ lib. locum habet etiam in filiofamilias clerico reſpectu bonorum patrimonialium.

¶ Secundo dubitatur, an ſententia lata à domino Vicario epiſcopi ualeat, & an ipſe potuerit pronunciare laudum eſ-
7 ſe exequendum: & † concludo ſententiam non ualere, & ipſo iure nullam eſſe, quia non fuit conformis libello, nec petitioni, ut ex eius inſpectione apparet, quo caſu ſentẽtia eſt nulla c. licet heli de ſimon. l. ut fundus ff. communi diuidun. Nam coram domino Vicario fuit petitum, ut concederetur abſolutio à iuramento ad finem, & effectum, ut poſſet agi coram ſuo iudice, ſuper reductione laudi ad arbitrium boni uiri, uel ſuper nullitate laudi, non autem ſuper exequutione laudi, & ipſe protulit ſententiam ſuper executione laudi, & conſequenter iudicauit ſuper alio penitus diuerſo ab eo, quod coram illo fuit petitum, ergo ſententia debet dici nulla, quia ſic reperitur lata abſque libello, & litis conteſtatione, ut dicit Bal. per d. l. ut fundus in l. fin. C. de fideicom. liber. & facit tex. in clem. ſæpe §. uerum de uerborum ſignifi. ſiue enim in ſententia mutetur res, ſiue cauſa, ſiue actio, ſententia reperitur lata abſque litis cõteſtatione, & ideò dicitur nulla c. 1. de lit. conteſta. & ibi per totum, ut
8 dicit Bal. in d. l. fin. Præterea † duo ſunt, quorum alterum neceſſario debet peti, & fieri coram Vicario R. D. Epiſcopi, alterum coram iudice ſeculari, nam propter iuramẽtum in compromiſſo appoſitum, ante quam poſſit peti laudum reduci ad arbitrium boni uiri, debet peti abſolutio à iuramento ad finem, ut poſſit peti laudum reduci ad arbitriũ boni uiri, uel de eius nullitate dici, quæ abſolutio peti debet coram domino Vicario Epiſcopi, cum ad eccleſiaſticum etiam inter laicos ſpectet de iuramento iudicare, & omnes ratione iuramenti de foro eccleſiæ efficiantur c. fin. de foro competen. in 6. & pendente huiuſmodi cauſa abſolutionis coram Vicario non poteſt ſuper reductione laudi ad arbitrium boni uiri procedi, immò tempus, quod datur ad illã petendam, interim non currit, ut habetur in ſtatuto Bononienſi poſito ſub rub. de cauſa reductionis &c. & per Fede. in con. 95. incip. ſuper eo, & per Roma. in rub. de arbit. col. 25. & expedita cauſa abſolutionis coram dicto Vicario poſtea poteſt peti laudum reduci ad arbitrium boni uiri, & hoc poteſt fieri ſolum coram domino Vicario Poteſtatis, uel coram iudice Aquilæ, qui ſuper hoc iudices competentes eſſe dicuntur, & non coram domino Vicario Epiſcopi, ut in dicto ſtatuto cauetur. Et quamuis in caſu noſtro ille, qui uult petere laudum reduci ad arbitrium boni uiri, ſit clericus, tamen ipſe tãquam actor debet ſequi forum rei c. cum ſit, & c. ſi clericus de foro compet. & conſequenter cum reus ſit laicus, non coram Vicario Epiſcopi, ſed coram Vicario poteſtatis, uel coram alio iudice ſeculari debet ſuper reductione laudi ad arbitrium boni uiri trahi, & ita concludunt docto. communiter in c. quintauallis de iureiuran. & in c. debitores eodem titu. & habetur per Bartolum in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum ff. pro ſocio. & † licet idem debeat eſſe iudex iudicij præparantis, & præparati, & conſequenter idem iudex, qui ſuper abſolutione cognoſcit, debeat eſſe iudex iudicij præparati, tamen hoc fallit, quoties abſolutus à iuramento, uel qui ſe abſolui petit, uellet ſe fundare in aliquo remedio, quod ſolum ex ſtatutis laicorum cõpeteret, ut uoluit Felin. in c. 1. col. 12. ibi 6. quæro extra de iurciur. quia tunc petita, & impetrata abſolutione debet agi coram ſeculari: ſed quòd laudum arbitri petatur reduci ad arbitrium boni uiri, non eſt de iure ciuili, nec canonico, quia ſolum laudum arbitratoris de iure communi poteſt peti reduci ad abitrium boni uiri ad tradita per Abb. in d. c. quintauallis, & laudum arbitri ſolum poteſt peti reduci ex forma ſtatutorum laicorum, ut in dicto ſtatuto habetur, ergo hæc reductio debet peti, & fieri coram iudice ſeculari, & non coram eccleſiaſtico, coram quo abſolutio petita fuit, & ideò ſtatutũ uoluit, quòd facta abſolutione à iuramẽto laudum poſſit peti reduci ſolum coram Vicario Poteſtatis, uel iudice aquilæ. Pronunciandum eſt itaque malè fuiſſe iudicatum per dominum Vicarium R. D. Epiſcopi, qui non potuit, omiſſo abſolutionis articulo, ſuper exequutione laudi procedere, nec cognoſcere. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Aetas quomodo probetur.*
2 *Aetas maior facilius, quam minor per teſtes probatur.*
3 *Aetas minor per quot teſtes probanda.*
4 *Aetas minor quomodo per aſpectum probari debeat.*
5 *Minorem ſe eſſe quando non per teſtes, ſed per inſtrumentum tantum, & quando nec per teſtes, nec per inſtrumenta probare poſſit is, qui ſe maiorem eſſe iurauit.*
6 *Statutum generaliter loquens debet ſecundum ius commune, & ne iuri communi aduerſetur, intelligi.*
7 *Contractus minoris iuramento non firmatur, ubicunque ſtatutum non ſolum prohibet minorem ſine certa ſolemnitate contrahere, ſed etiam prohibet iuramentum præſtari.*
8 *Secus, ſi ſolum annullaret, & irritaret iuramentum præſtitum.*
9 *Filius cum iuramento promittens ſine conſenſu patris obligatur, etiam ſtante ſtatuto, quòd promiſſio facta per filiumfamilias ſine conſenſu patris etiam iurata non valeat.*
10 *Statutum de contractibus minorum volens contractum à minore abſque certa ſolemnitate factum eſſe nullum, etiam ſi iuratum fuiſſet, eſt exorbitans, & non extenditur ad caſum, in quo tempore contractus quis præſumebatur maior, ſed ſolum habet locum, quando quis ut minor contraxit, & tempore contractus minor apparebat.*
11 *Super iuramento, ſeu actu iurato ſeculares non diſponunt.*
12 *Iuramentum in Deum dirigitur, & legi ciuili non eſt ſubiectum.*
13 *Diſpoſitio ad pias cauſas legi ciuili non ſubijcitur, & de ea ſtatutum, aut lex ciuilis nihil poteſt diſponere.*
14 *Minor cum iuramento contrahens, non ſeruata ſtatuti ſolemnitate, obligatur, quamuis ſtatutum dicat, quòd contractus minoris ſine dicta ſolemnitate etiam cum iuramento non valeat.*

15 *Idem etiam, ſi ſtatutum in caſu non ſeruatæ ſolemnitatis dolum, & fraudem præſumeret.*
16 *Iuramentum tanquam ſpirituale ad eccleſiam ſpectat.*
17 *Statutum uiam periurijs aperiens non ualet, nec eſt ſeruandum.*
18 *Ad iuramentum ſeruari faciendum etiam iudices ſeculares tenentur.*
19 *Statutum uolens contractum minoris ſine certa ſolemnitate etiam iuratum non ualere peccatum inducit, & non ualet.*
20 *Etiam ſi ſtatutum diceret, quòd iuramentum præſumatur, ſeu dicatur per errorem præſtitum.*
21 *Idem etiam, ſi ſtatutum pœnam uenientibus ad tales contractus iuratos imponeret.*
22 *Iuramentum quando eodem modo per legem impediatur, quo naturalis obligatio.*
23 *Lex, uel prouiſio, cuius contrarium fuit obſeruatum, non obeſt.*
24 *Confirmatio Papæ de ſtatutis in forma communi, & generaliter facta nõ trahitur ad ſtatuta, quæ expreſſè ſuper iuramento, illud annullando, diſponunt:*
25 *Et quando confirmatio in forma communi facta dicatur, etiam ſi clauſula ex certa ſcientia ſit appoſita.*

EPITOME.

CONTRACTVM *factum ab eo, qui corporaliter manibus tactis ſcripturis ſe maiorem eſſe iurauit, ſi quis ratione minoris ætatis, & formæ ſtatuti de contractibus minorum non ſeruatæ annullare uelit, an, & quomodo minorem ætatem probare debeat: & ibi quomodo minor ætas probetur.*

Et ſtatuto prohibente minorem ſine certa ſolennitate etiam cum iuramento contrahere, ſtatutum non ualere, & contractum iuramento firmari demonſtratur.

CONSILIVM CLXXX.

PLVRA ſunt in præſenti cauſa, quæ contra Vincentiũ
rem dubiam reddunt, ſuper primo, an libellus proce-
dat, ex quo duo remedia contraria in eo propoſita ui-
dentur, non inſiſto, quoniam do. iudex ueritati rectè adhæ-
rere uidetur. Secundum eſt, an contractus ſit nullus, ex quo
ſolennitas à ſtatuto in contractibus minorum requiſita non
fuit adhibita, & probatum fuit Vrſolinam tempore contra-
ctus fuiſſe minorem: Quod quidem an uerum ſit, & in no-
ſtris terminis minor ætas fuerit probata, prout de iure pro-
bari debuit eſt conſiderandum, nam quòd non ſit probata,
1 magis uidetur dicendum: † Dupliciter enim probatur
ætas, primo per teſtes de ueritate, ſecundo per teſtes per
aſpectũ corporis deponentes, ut uoluit Bar. quem doct. om
nes ſequuntur in l. de ætate ff. de minoribus: Primo modo
in caſu noſtro minor ætas probata non fuit, quia teſtes exa
minati concludenter ſuper ueritate ætatis non deponunt, &
unus tantum ſuper ueritate deponit, cui ſoli, ut ſingulari fi-
des non eſt adhibenda iuxta c. licet uniuerſis extra de teſti-
2 bus, & l. teſtium C. eod. titu. nam, † ut dicit Bart. in d. l. de
ætate, maior ætas facilè, minor autem difficilius per teſtes
uerè probari poteſt, cum primus terminus, à quo incipit
ætas, ſit punctus natiuitatis, qui modicus eſt, & non clarus,
3 ex quo actus parturiendi fit in occulto: Et † ideò uidetur,
quòd hæc ætas debeat probari per obſtetrices, & aliàs per-
ſonas, quæ actui natiuitatis interfuerunt, & puerum de uen
tre exire uiderunt l. 3. §. duæ ff. ad carbon. poteſt etiam hæc
ætas probari per uicinos, & conſanguineos, qui dicant talẽ
fuiſſe natum tali tempore certo, quoniam uicini, & conſan-
guinei facta uicini ſcire præſumuntur l. filium ff. de his, qui
ſunt ſui, uel alien. iur. iuncto c. quoſdam cum c. ſequen. ex-
tra de præſumptio. l. de tutela ff. de in integ. reſti. iunctis not.
per Barto. in l. 1. ff. ſi certum petatur. Secundo modo per
aſpectum probatur per teſtes de ætate alicuius deponentes
4 illam ex aſpectu corporis iudicando: † Et quanto quis eſt
minor, tanto facilius ex modico exceſſu ætas cognoſcitur, &
quanto eſt antiquior, tãto maior requiritur exceſſus, ut pro
batur in l. 1. §. de inſpiciendo ff. de uentre inſpicien. hic au-
tem exceſſus non poteſt per legem probari, ſed ſecundum
motum peritorum, & prudentum: Nam ad probandam æta
tem ſex menſium deſcenſiue, hoc eſt quem eſſe minorẽ ſex
menſibus, ſufficiunt tres menſes deſcenſiue, & ſatis eſt teſtẽ
dicere, quia ex aſpectu uidetur eſſe trium menſium, & ad
probandum, quòd quis ſit minor anno, ſufficiunt deſcenſi-
ue quinque menſes, ſufficit enim teſtem dicere, ſibi uideri
ex aſpectu ſeptem menſium: Item ad probandum quem eſ-
ſe minorem triennio deſcenſiue, ſufficit annus, & quòd te-
ſtis dicat, ex aſpectu uideri duorum annorum: Ad proban-
dum quem eſſe minorem ſeptennio deſcenſiue, ſufficit
biennium, & quòd teſtis dicat illum uideri ex aſpectu quin
que annorum. Item ad probãdum quem eſſe minorem 12.
anno in fœmina, & in maſculo 14. deſcenſiue, ſufficiunt tres
anni, & ſic teſtis concludet, dicẽs illum uideri ex aſpectu no
uem annorum in fœmina, & in maſculo undecim. Item ad
probandam ætatem minorem 25. annis deſcenſiue ſufficiũt
quinque anni, & teſtis debet dicere illum ex aſpectu uideri,
& eſſe annorum 20. ſeu minorem 20. ut not. colligitur ex
ijs, quæ ad propoſitum tradit Barto. in d. l. de ætate in 5. co-
lum. quem omnes ſequuntur: Et teſtes de minori ætate ali-
cuius ex aſpectu aliter, & per aliam rationem deponentes
non concluderent, neq; probarent, ut ibi per Bar. ſed in caſu
noſtro teſtes examinati ita minorem ætatem dictæ Vrſolinæ
non depoſuerunt, neque talem dicti ſui rationem reddide-
runt, ergo nec ipſi minorem ætatem Vrſolinæ etiã ex aſpe-
ctu corporis probaſſe dicuntur: Et conſequenter, ut ex præ
miſſis patet, ætas minor Vrſolinæ nec uerè, nec per aſpe-
ctum corporis eſt probata. ¶ Præterea nos ſumus in ca-
ſu, in quo minor ætas probari non poteſt, nam Vrſolina ſæ-
pius in diuerſis inſtrumentis manibus tactis ſcripturis iura-
uit ſe maiorem 25. annis eſſe: Quo fit, ut poſtea nec per te-
ſtes, nec per inſtrumentum publicum, nec per aliam ſcriptu
5 ram ſe minorem eſſe probare potuerit, nam † ubicunque
quis uerbo non tactis ſcripturis iurauit ſe eſſe maiorem, nõ
poteſt poſtea per teſtes probare ſe fuiſſe minorem, ſed ſolũ
per inſtrumentum, & ſcripturam authenticam, cui de iure
fides adhibeatur: Si uerò ſe maiorem iurauit corporaliter
manibus tactis ſcripturis, tunc ad probandum ſe fuiſſe maio
rem nullo modo ſiue per teſtes, ſiue per inſtrumentum uel
aliam ſcripturam admittitur, cum tunc reſultet præſumptio
iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in
contrarium, ut habetur latè per Bal. Paul. de Caſt. & alios in
l. 2. C. ſi maior ſe min. dix. Sed in caſu noſtro Vrſolina iura-
uit corporaliter manibus tactis ſcripturis ſe eſſe maiorẽ, er-
go non potuit oppoſitum probare: Secundum quam deter
minationem, & deciſionem poteſt intelligi ſtatutum huius
ciuitatis ſub rub. de pœna eius, qui per mendacium dixerit
ſe maiorem, ut intelligatur, quando quis uerbo, & non cor
poraliter iuraſſet ſe maiorem, ut etiam apparet ex uerbis ru
bricæ, & ex nigro illius ſtatuti ibi ſi dixerit, & ibi aſſerat ſe
maiorem, etiam ſi iurauerit, intelligo uidelicet uerbaliter,
6 † ad hoc, ut diſpoſitio illius ſtatuti generaliter loquentis ſe
cundum ius commune intelligatur, & ne iuri communi con
trarietur argumento c. dilectus cum ibi not. per do. Anto.
& alios extra de conſuetud. l. ſi ſerui ueſtri C. de noxal. l. fin.
§. in computatione, ibique Bart. Alexan. & alij C. de iure de
lib. cum ſimil. uel poſito, ſtatutum illud loqui etiam, quan-
do quis corporaliter ſe eſſe maiorem iuraſſet, dico illud uo
luiſſe, quod quis non admittatur ad probandum cõtrarium
niſi uel per publicum inſtrumentum, uel per aliam ſcriptu-
ram, de qua in ipſo ſtatuto: nam ſic minus præiudicat iuri cõ
muni uolenti, quòd illis caſibus, quibus quis ſe minorem
fuiſſe

fuiſſe probare poteſt,quãdo prius iuraſſet ſe eſſe maiorem,
non admittitur ad hoc probandum per teſtes,ſed ſolum per
inſtrumentum,uel per aliam ſcripturam: Sed in caſu, de
quo agitur,Vrſolina conata fuit ſolum per teſtes, & nõ per
inſtrumentum probare ſe fuiſſe minorem eo tempore, quo
iurauit ſe eſſe maiorem, ergo &c. ¶Quoad ultimum, an
iuramentum ualidet contractum,ex quo ſtatutum iuramen
tum irritat, & annullat,& ſtatutum à ſede apoſtolica confir
matũ reperitur,uideretur quippè,quòd non,per ea quæ uo
7 luit Alex.in conſi.39.in 3.col.uol.4. Nam † ex quo ſtatu
tum prohibet minorem poſſe contrahere ſine certa ſolem
nitate,& prohibet iuramentũ,uidetur minor contrahendo,
& iurando contra prohibitionem ſtatuti, quod in hoc lo-
cum apoſtolici ſubſtinet, peccare mortaliter iuxta ea, quæ
habentur in c.2.extra de maio.& obed. & conſequenter cõ
tractus iuramento firmari non dicetur,ut uoluit Bart.in l. ſi
pro ea ff.de fideiuſſo.in 5.caſu: & quamuis canoniſtæ te-
neant contra Bar.ut habetur per Abbatem in c. cum con-
tingat de iureiuran. tamen illud, quod canoniſtæ uolunt,
non uidetur procedere in caſu,in quo ſtatutum non modo
prohiberet minorem contrahere, ſed etiam prohiberet ſa-
cramentum præſtari ad tradita per Bald. in tracta. ſtatuto-
rum in uer.iuramentum.¶Quibus tamen non obſtantibus,
contrarium eſſe uerius in caſu noſtro arbitror, nam & ſi ſta
tutum prohibeat minorem abſque certa ſolemnitate con-
8 trahere,†tñ non dicitur prohibere expreſsè iuramentũ præ
ſtari, ſed iuramentũ præſtitum annullat,& irritat, quo caſu
doct.magis cõiter uolunt, ſtatutũ nõ poſſe iuramẽtum iam
præſtitũ,eiuſq; uim tollere,ut uoluit Bar.in l. oẽs populi in
3.q.ff.de iuſti.& iure,idemq; uolunt Anto.& Abb.in d.c.cũ
contingat, & colligitur ex iis, quæ ibi uoluit Imol. ex
cuius dictis infertur, differentiam eſſe, an ſtatutum
prohibeat iuramentum præſtari ex cauſa, an uero ſolum
annullet, & irritet iuramentum iam præſtitum, eiuſque
uim:ſed ſtatutum in caſu noſtro non prohibet ab inito iura
mentum præſtari, ſed præſtitum annullat, & irritat, ut
in eo habetur, ergo &c. Quam concluſionem ex pluribus
confirmo, & in primis ex iis, quæ uoluit Freder.de Senis in
9 conſi.272. factum tale eſt, ſtatuto ciuitatis &c. vbi † uo-
luit, quòd ſi ſtatutũ diſponat, quòd promiſſio per filium-
familias ſine conſenſu patris facta non ualeat,etiam ſi ſit iu
rata,& filius cum iuramento promiſerit,obligabitur,quia ui
demus,quòd iuramentum obligat in caſibus, in quibus mi-
nus debuiſſet obligare, ut in caſu authen. ſacramenta pu-
berum C. ſi aduer. uendit. ubi obligatio erat prohibita de
iure communi, & tamen iuramentum obligat, ergo ma-
gis in caſu d. conſi. Freder.debuit obligare, quia filiusfami
lias de iure communi ſine conſenſu patris obligari poteſt l.
tam ex contractibus ff. de iudi.& l. filiusfamilias ff.de actio.
& obligat. Ita etiam magis in caſu noſtro hæc prætenſa
minor debuit ex ſuo iuramento obligari; tum quia non
contraxit, ut minor, tum quia ratione iuramenti ſæpius
iterati, quo iurauit corporaliter ſe eſſe maiorem, dicitur,
& præſumitur fuiſſe maior præſumptione iuris, & de iu-
re, contra quam probatio in contrarium non admit-
10 titur,ut ſupra dictum fuit. ¶Secundo † quamuis ſta-
tutum de contractibus minorum uelit contractum à mi-
nore abſque ſolemnitate factum eſſe nullum; etiam ſi
fuiſſet iuratum, & ſic non obſtante iuramento contractũ
annullet, tamen dico ſtatutum habere locum, ut loquitur,
uidelicet quando quis ut minor contraxit, & tempore cõ-
tractus apparebat illum eſſe minorem, ut in ſtatuto habe-
tur, ergo non debet extendi ad caſum,in quo tempore cõ
tractus quis maior præſumptione iuris, & de iure præſu-
mebatur, ut in caſu noſtro ſecundum ea, quæ dicta ſunt:
Nam cum ſtatutum de cõtractibus minorum ſit exorbitãs,

immò quodam modo propter iuramentum peccati nutriti
uum, non debet propter periculum animæ ad alium ca-
ſum extendi argu. l. ſi uero §.de uiro,ibiq; Ioan.de Imol.ff.
ſolu.matrim.& c.ea quæ de regu.iur.in 6.nam fauore ani-
mæ ſemper debet fieri interpretatio,ne quis peccatum in-
currat argu.c. quanquam de uſuris in 6.cum glo.in c. in ci
11 uitate cum ibi not.extra eod.tit. ¶Tertio † diſponere ſuper
iuramento,ſeu ſuper actu iurato ad ſeculares non ſpectat,
ut not.Hoſtien.& Ioan.Andr.in c.quemadmodũ de iureiu.
& hoc in ſtatuto expreſsè firmat Anto.de But. in c. cum cõ
tingat circa 1.uel.2.chartam in tertio caſu de iureiur. &
12 hoc principaliter,quia † iuramentũ dirigitur in Deũ c. debi
tores, & c. & ſi Chriſtus de iureiuran. & propterea legi,
ſeu ſtatuto ciuili merito ſubiectum eſſe non debet c.licet
13 de regular. Simile † uidemus, quòd in diſpoſitiõe ad pias
cauſas,quæ legi ciuili non ſubiicitur c.relatũ il 1.de teſtam.
lex ciuilis,ſeu ſtatutum nihil poteſt diſponere ad tradita per
14 Bartolum in l.1.C. de ſacroſanct. eccle. & † ideò Anto.
de But.& alij in d.c.cum contingat concludunt,quòd licet
ſtatutum dicat, contractum celebratum cum minore ſine
conſenſu duorum conſanguineorum, uel alia ſolemnita-
te etiam cum iuramento non ualere, tamen ſi minor non
ſeruara ſtatuti ſolemnitate cum iuramento contrahat, ob-
15 ligabitur propter iuramentum: † idemque dicit, ſi ſtatu-
tum in caſu non ſeruatæ ſolemnitatis dolum, & fraudem
præſumeret,alioquin ſequeretur,quòd ſtatutum per indire
ctum ſemper poſſet iuramentum tollere contra id,quod ha
betur in c.cum quid una de regulis iuris in 6.& in l.fin. C. ſi
mancip.ita uenier.ne præſtit. idem uidetur tenere Abb. in
d.c.cum contingat in ſua diſtinctione per hanc rationem,
16 quia † iuramentum tanquam ſpirituale ad eccleſiam ſpe
ctat c.per venerabilem qui fil. ſint legit.c.duo ſunt, & c.im
perator 96.diſtinctio.& cap.quoniam 10.diſtinctio. Me-
rito igitur ſtatutum laicorum non poteſt ſuper illd diſpo-
nere cap. tuam de ordin. cognitio. & cap. eccleſia ſanctæ
Mariæ extra de conſtitutionibus: Nam ſi aliter diceremus,
17 † uia periurijs aperiretur, quod fieri non debet l.2. C. de
indic.uid.tollen.l.1. C. ſi aduer.uendit. & l.quæ ſub condi-
tione ff.de condir.inſtit.& ſicut non ualet pactum dans ma-
teriam delinquendi l.ſi unus §.illud cum ibi not.ff.de pactis,
& l.conuenire ff.de pactis dotal. ita nec ſtatutum ualere de
bet,neque eſt ſeruandum iuxta not.per glo.in rub.C.de de
cre.decurio.lib.10. Item quia imperator in d.authentica ſa
cramenta puberum in verſi.inuiolabiliter præcipimus,uide
tur prohibere fieri huiuſmodi ſtatuta,quæ, non obſtante iu
ramento, uellent contractus, & alienationes minorum non
ualere: Ergo in caſu noſtro tale ſtatutum quantum ad hoc
ualere non debet argumento text. in authen. nauigia C. de
furtis, & in auth. omnes C.communia de ſucceſſio. Et hæc
18 etiam in foro ſeculari procedũt,& ſeruanda ſunt,quia † etiã
iudices ſeculares tenentur ad faciendum ſeruari iuramen-
tum c.licet mulieres de iureiuran.in 6. Præterea,ut dictum
19 eſt, † tale ſtatutum uolens contractum minoris non uale-
re,etiam ſi iuratum eſſet, induceret peccatum, quia cauſa,
propter quam ſtatuentes ad ita ſtatuendum ſunt moti, non
excludit peccatum periurij, ideò ſtatutum quoad hoc non
ualet, l.pactum C.de collat.l.unica §. etiam cum lex C.de
rei uxo.actio.iuncta l.non dubium C.de legibus,cum c.quã
uis de pactis in 6.& d.c.cum contingat.Et iuramentum eſt
de iure diuino d.c.& ſi Chriſtus, contra ius diuinum autem
ſtatutum per ſeculares fieri non poteſt, maximè ubi animæ
periculum uertitur ad not.in c.1.de noui oper. nunciã. hãc
opinionem etiam firmat Rayn. de forli. in l.omnes populi
20 ff.de iuſti.& iure, † ubi unum quoque dicit,quod eſt plus,
quòd dictum ſtatutum non ualet,etiã ſi diceret,iuramẽtum
præſumi, ſeu dici præſtitum per errorem. Idem tenuit etiã
Bart.

Bar.conſulendo In conſi.ſuo incip. Pœnā contrahētibus iu
rantibus,& Ange. in l.de quibus ff.de legibus:Et,ut dixi,ita
ſequutus fuit Ioan.de Imol.& Anto.de But.in d.c.cum con
21 tingat, † etiam ſi ſtatutum pœnam uenientibus ad tales
contractus iuratos imponeret, per rationem ſupra traditā,
ne prohibitum directè diceretur per indirectū permiſſum.
22 Nec † obſtat ſecundum eum, quòd ſicut legis reſiſtentia
naturalem obligationem impedit l.cum lex ff. de fideiuſſ.
& l.ſi non ſortem §.1.ff. de condi. indebi.ita debet iuramen
tum,eiusq́ue uim impedire, cum inter ſimplicē loquelam,
& iuramentum deus non faciat differentiam c.iuramēti 22.
q.5. quoniam ipſe reſpondet illud eſſe uerum, quando ius
diuinum illi prohibitioni conſonaret. Item quamuis legis,
uel ſtatuti reſiſtentia poſſit naturalem obligationem infrin-
gere,in quantum iurans parti obligatur,ac etiam obligatio
nem iuramentalem,quæ ſecundario in partem dirigitur,nō
tamen poteſt infringere obligationem iuramentalem, in
quantum principaliter in Deum dirigitur, neque in hoc
ſimplex loquela, & iuramentum parificantur. ¶ Non ob-
ſtant aliqua,quæ poſſent in cōtrarium adduci, quia illis pul
cherrimè reſpondet Alexan.in conſi.53.uolu.3.in 5.colu.
qui prædictam opinionem ibi tenuit, & ſecundum eam con
ſuluit etiam in conſi.125.uolum.1.in 6. colum. & in conſi.
39.uolu.4.ubi plura adducit etiam in caſu,quo ſtatuta om-
nia eſſent à ſede apoſtolica confirmata,prout in caſu noſtro
dicitur factum, & affirmat hanc opinionem eſſe ueriorem,
magisq́ue communem, & ab illa non eſſe in conſulendo, &
iudicando recedendum. ¶ Nec obſtat,ſtatuta huiuſmodi
huius ciuitatis fuiſſe à ſede apoſtolica confirmata, & ideò
ſeruari debere, etiam ſi iuramentum in contractu interue-
niſſet,nam reſpondetur,huiuſmodi confirmationem,& pro
uiſionem Papæ nunquam fuiſſe receptam, immò contra-
rium fuiſſe per contrarium uſum ſeruatum, ut conſtat ex
quodam ſtilo manu plurium fide dignorum uirorum ſub-
ſcripto:Ex quo ſequitur,quòd talis confirmatio,ſeu proui-
ſio nihil operatur, quin iuramenta ſint ſeruanda, non ob-
ſtante ſtatuto per ea, quæ ſupra latius fuerunt deducta:
23 Et † ubi lex, uel confirmatio non fuit in uſu, immò con-
trarium illius fuit obſeruatum, talis confirmatio, ſeu pro-
uiſio nihil debet obſtare per ea, quæ uoluit Felin. in c.1.de
tregua, & pace, & Alexand. in conſi. 132. uolum. 1.& in
conſi.6.eodem lib.& in conſi.13.colum.2.uolum.2. Præte-
24 rea † huiuſmodi Papæ confirmatio facta in forma com-
muni, & generaliter, prout eſt in caſu noſtro, non debet
trahi ad ſtatuta,quæ expreſsè ſuper iuramento diſponerēt,
illudq́ue annullarent ut not.uoluit Alex.in d.conſi. 39.& in
25 conſi. 18. uolum. 6. † ubi declarat, confirmationem dici
factam in forma communi, etiam ſi ſit appoſita clauſula ex
certa ſcientia,quoniam ſtatuta non cenſentur ex certa ſcië
tia confirmata,niſi fuerint per Papam diſcuſſa, & tunc di-
cuntur diſcuſſa,quando ipſi, uel eius commiſſario lecta fuiſ
ſent, alioquin confirmatio in forma communi facta dice-
tur, ut ibi per eum. Quæ ad propoſitum noſtrum benè fa-
ciunt. Sed prædicta omnia in caſu noſtro iudicio meo ceſ-
ſant,cum minor ætas,ut ſupra dixi,nō fuerit probata. Nam
ſumus in caſu,in quo præſumptio eſt iuris,& de iure, Vrſo-
linam fuiſſe maiorem tempore contractus, propter iuramē
tum,quo non ſolum ſemel, ſed etiam ſæpius manibus tactis
ſcripturis corporaliter ſe eſſe maiorem iurauit per ea, quæ
uolunt Barto.Bald.Paul.de Caſt. & alij in d.l.2.C.ſi minor
ſe maio.dix.Item poſito, ætatem minorem ex forma ſtatuti
potuiſſe probari (quod negatur)dico,illam non fuiſſe pro
batam eo modo,quo probari debuit, & prout ſtatutum re-
quirit:Quinimmò nullo modo potuit probari, ut ſupra di-
xi,ergo hoc ſtante,quærendum non eſt, an iuramentum ua
lidauerit contractum,nec ne. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Periurus non eſt audiendus,ſed à limine iudicij repellendus.*

2 *Statutum annullans cōtractum mulierum abſque certa ſolennitate factū, & prohibens quaslibet perſonas poſſe ſine ea cum mulieribus contrahere, & iuramentum recipi, & præſtari ſub pœna, & præſtitum uolentem intelligi dolo,ui,metu, & fraude præſtitum, & extortum, puniensq́ue notarios iuramentum præſtantes, & recipientes, an, & quoad quid ualeat, & quoad quid non.*

3 *In concernentibus animam, & peccatum in dubio ſemper tutior uia pro anima eſt amplectenda.*

4 *Abſolutio à iuramento non denegatur, ſtante ſtatuto annullante contractum iuratum, & uolente, iuramentum præſtitum dolo,ui, & metu extortum intelligi.*

5 *Iuramentum dolo, ui, uel metu præſtitum de iure ciuili non eſt obligatorium,illique abſque abſolutione,uel habilitatione prius impetrata contrauenire poteſt,ſecus de iure canonico.*

6 *Promiſſio unius rei, ſeu ſummæ diuiduæ pluribus copulatiuè ſub una uerborum conceptione facta unicuique pro rata, & pro uirili facta cenſetur, & unuſquiſque ad ratam, & partem ſuam tantum agere poteſt, niſi dictum eſſet in ſolidum, uel quòd eſſent pluresrei credendi, uel niſi per aliquod nomen diſtributiuum uocati eſſent.*

7 *Exequutio, & decretum iudicis pro maiori ſumma, quam ſit debitum, in totum uitiatur.*

EPITOME.

CONTRACTVI *iurato etiam ſine ſolennitate ſtatuti facto mulier,non petita prius, & obtenta abſolutione à iuramento, contrauenire non poteſt, ſed tanquam periura non auditur, quamuis ſtatutum contractum mulierum abſque certa ſolennitate annullet, & prohibeat quaslibet perſonas poſſe ſine ea cum mulieribus contrahere, & iuramentum recipi, & præſtari ſub pœna, ac præſtitum uelit intelligi dolo, ui, metu, & fraude præſtitum, atque extortum, puniatq́ notarios iuramentum præſtantes, & recipientes, & de huiuſmodi inſtrumentis rogatos.*

Exequutio inſtrumenti ad fauorem unius tantum commiſſa pro tota ſumma in inſtrumento contenta, quæ pluribus copulatiuè ſub una uerborum conceptione, & ſic unicuiq́ pro rata æqualiter fuerat promiſſa, non ualet.

CONSILIVM CLXXXI.

VISO inſtrumento promiſſionis, & obligationis factæ per do.Ioannem Thoſabec ſer Ioanni de Conſilice, & do.Camillæ eius uxori,cum inſtrumento abſolutionis,renunciationis, & confeſſionis factæ per dictum ſer Ioannem,& do.Camillam præfato do. Ioanni ſuper ſolutione librarum quingentarum pro dote,& librarum,ducentarum pro donis, ac cōfeſſione facta de ſimulatione,& fictione promiſſionis dictatum librarum ducentarum, Viſoq́ue ſtatuto prohibēte mulieres poſſe cōtrahere, uel quaſi abſq; conſenſu conſanguineorum, & prohibente ſub pœna iuramentum præſtari,ac recipi,& in caſu,quo fuiſſet receptum, & præſtitum, uolente, quòd intelligatur ui,metu,dolo,& fraude extortum: Viſa etiam pronunciatione facta per do. Poteſtatem, qua interloquendo pronunciauit ſer Ioānem de Conſilice non eſſe audiendum,cum fuerit, & ſit periurus, quo uerò ad do. Camillam periurij exceptionem in fine litis terminandam reſeruauit, illamq́ue in præſentiarum fuiſſe, & eſſe ſuper principali negotio audiendam declarauit,ac uiſo,diligenterq́ue conſiderat toto proceſſu cauſæ petitæ exequutionis inſtrumenti,nec non præſuppoſita ſententia ultimo loco per dictum do. Poteſtatem lata ſuper exequutione dicti inſtrumenti, qua pronunciauit, & declara-

ui-

uit dominam Camillam non fuiſſe periuram, & audiendã
fore,& eſſe,& ſucceſſiuè commiſit exequutionem dicti in-
ſtrumenti pro dictis libris ducentis pro donis promiſſis ad
fauorem dominæ Camillæ, matureq́ue conſideratis allega
tionibus domini Ioannis Caſteluitrei uti fratris, ac maioris
honorandi, abſque longa diuiſione, ac uerborum multitudi,
ne, ſtudendo breuitati, in primis arbitror, concludendum eſ
1 ſe, præfatam dominam Camillam † fuiſſe, & eſſe periurã,
nec eſſe audiẽdam, ſed ratione periurij oppoſiti a limine iu
dicij repellendam c.paruuli 22.q.5.c.quærelam de iureiu-
ran.c.2.de fideiuſſ.c.dilecti de exceptio. Specula. in tit. de
actore in uerſi.itẽ quòd eſt periurus, & habetur plenè per
ſcriben. per illum tex.in l.ſiquis maior C. de tranſactio.
Nec obſtat ſtatutum ſupra dictum, quod annullat, & prohi
bet contractum, & quaſi contractum, ac alia ad præiudiciũ
mulierum fieri abſque ſolemnitate, & præſentia conſangui
neorum, & prohibet quaslibet perſonas poſſe ſine dicta ſo-
lemnitate cum mulieribus contrahere, & iuramentum de-
bere recipi, & præſtari ſub pœna, & caſu, quo iuramentum
fuiſſet mulieribus ſic contrahentibus præſtitum, quòd intel
ligatur dolo, metu, ac per uim, & fraudem præſtitum, & ex-
tortum, & quòd notarij iuramentum præſtantes, & recipiẽ-
tes, & de huiuſmodi inſtrumentis rogati ſint puniendi, quia
2 † ſecundum ueriorem, magiſq́ue communem opinionem
tale ſtatutum licet quoad annullationem contractuum, &
conuentionum, & quoad pœnas appoſitas ſit ualidum, ta-
men quoad fingendum iuramentum fuiſſe dolo, ui, me-
tu, & fraude præſtitum, & quoad hoc, ut iuramentum
tale ſuum non operetur effectum, & quin contraueniens
periurium, illiuſq́ue pœnas incurrat, ſtatutũ non ualet, neq;
in hoc eſt ſeruandum; & mulier iurans, eo non obſtante,
non poteſt contra ſuum iuramentum uenire, niſi prius re-
laxatione, aut abſolutione à dicto ſuo iuramento obtenta, ut
in terminis uoluit Bal.in l.omnes populi ff.de iuſti. & iure,
Petr.de Ancha.in regula ea, quæ fiunt de regul.iur.in 6.in
11.q.Anto.& Abb.in c.cum contingat de iureiur. Freder.
de Senis in conſi.272.& Ioan.de Imol.in d.c. cum contin-
gat, qui pluribus opinionibus relatis, in hanc partem incli-
nat, idemque uoluit Alex.in conſ.39.uol.4.& Rayn.de For
liuio in repetit.d.l. omnes populi, quamuis Bart.ibi in 3. q.
princip.contrarium uoluerit, & illum plures etiam ſequuti
fuerint ut fuit Salice.in authen. ſacramenta puberum C.ſi
aduer.uendit. Sed uerior eſt prima opinio, magisq; commu
nis, & illam in conſulendo, & iudicando ſequi debemus, tũ
3 quia magis communis, iuribus uulgaribus, tum quia † in
dubio tutius eſt fauere opinioni, quæ iuramento fauet, nam
quando agitur de concernentibus animam, & peccatũ ſem
per tutior uia pro anima eſt amplectenda, ut in c. iuuenis
cum ibi not.extra de ſponſal.in c.in ciuitate de uſuris, in c.
penul.de ſenten.excommunica. & habetur in terminis per
Ioan.de Imol.in d.c. cum contingat col.52.cum ſimilibus,
& pluribus alijs, quæ pro corroboratione huius opinionis
adducere poſſem. Vnde ſicut iudex pronunciauit ſer Ioan-
nem de Conſilice fuiſſe repellendum, & ratione periurij
non audiendum, ita debuiſſet pronunciare, dominam Ca-
millam ratione iuramenti, & periurij non eſſe audiendam,
ex quo ipſa exequutionem inſtrumenti petiit, non habita re
laxatione, ſeu conceſſa ſibi abſolutione à iuramento, quam
4 prius, quam ad iudicium ueniret, petere debebat, & † illam
ſuperior non potuiſſet ei denegare, ſtante dicto ſtatuto, ue
luti præſupponunt docto. præallegati, & maximè Ioan. de
Imol. poſt alios in d.c.cum contingat: & ita debet intelligi,
& declarari id, quod uolunt Bar.in d.l.omnes populi, & Sa-
lice.in d.authen.ſacramenta, aliiq́ue ſequaces, præſuppo-
nentes ſtatutum illud ualere, per quod diſponitur, quòd iu-
ramentum præſtitum in contractu à ſtatuto ſine certa ſo-
lemnitate prohibito fingatur, & habeatur dolo, ui, & metu
præſtitum, nam tali iuramento non obſtante poterit iurãs
illi contrauenire, prius tamen impetrata, & obtenta rela-
xatione, ſeu abſolutione ab illo, quam concedendi iuſta cau
5 ſa ſtatutum prædictum eſſe dicetur. Præterea † quam-
uis de iure ciuili, ſtante tali ſtatuto, mulier poſſet iuramento
huiuſmodi contrauenire abſque alia abſolutione, quoniam
iuramentum dolo, ui, uel metu præſtitum nõ eſt obligato-
rium d.authen.ſacramenta puberum, & ita intelligitur id,
quod uoluit Bart.in d.l.omnes populi, quem plures, ut dixi,
ſequuntur, tamen aliud dicendũ eſt de iure canonico, quod
in hoc eſt in utroque foro ſeruãdum, ex quo de periurio, &
peccato, & ſic de periculo animæ agitur, ut habetur, & not.
per ſcriben.in c.1.de noui oper.nuncia.in c.1.& in c.quæ in
eccleſiarum de conſtitut.c.fin.de iureiuran.in 6.& in c.cum
ſit generale de foro competen. quia ſecundum canònes
iuramentum etiam dolo, ui, uel metu præſtitum, & receptũ
dicitur obligatorium, & ligat, ut iurans illi contrauenire non
poſſit, niſi prius habilitatione, ſeu relaxatione, & abſolutio-
ne ab eo obtenta: & ita tenent docto. canoniſtæ communi
ter, ueluti pleniſſimè declarat Ioan.de Imol.in d.c. cũ con-
tingat in glo.penul.& ibi in caſu huius ſtatuti colum.41.in
uerſi.nunc reſtat: A fortiori igitur hoc dicendum eſt in ca
ſu, quo uerè, & propriè iuramentum non eſſet dolo, ui, uel
metu præſtitum, ſed fictè, & præſumptiuè, prout eſt in caſu
noſtro ex diſpoſitione dicti ſtatuti, ut iuramentum dicatur
dictam mulierem ad illius obſeruantiã obligaſſe, quouſque
relaxationem, aut abſolutionem ab illo impetraſſet per ea,
quæ habentur in c.ſi uero de iureiuran.& per Imol. in locis
preallegatis. ¶ Circa ſimulationem, & fictionem promiſ-
ſionis, ac obligationis factæ per dominum Ioannem Toſa-
bec, de qua in inſtrumento, cuius exequutio fuit petita, non
inſiſto, quia nihil, uel parum poſſem addere iis, quæ do. Ioã.
Caſteluitreus tam in iure, quàm in facto doctiſſimè ſcripſit,
& ideò in hoc ad illius dicta, & ſcripta me remitto. Addo ta
men, quòd poſito abſque ueritatis præiudicio non conſtare
de aliqua ſimulatione prædicta, nihilominus dictus domi-
nus poteſtas Mutinæ, coram quo duntaxat fuit petita exè-
quutio inſtrumenti, in quo dominus Ioannes Toſabec inter
alia pro donis dominæ Camillæ promiſit libras ducentas di-
cto ſer Ioanni de Conſilice, & dominæ Camillæ eius uxori,
& qui exequutionem dicti inſtrumenti ad fauorem domi-
minæ Camillæ pro libris ducentis pro donis promiſſis com
miſit, malè, & perperam proceſſit, ac iudicauit, & de iure nõ
potuit dictam exequutionem ad fauorem dominæ Camil-
læ pro dictis libris ducentis committere: Nam præſuppo-
6 no, † quòd virtute dicti inſtrumenti, cuius petita fuit exe
quutio, pro donis non fuerunt promiſſæ, niſi libræ ducentæ
ſimpliciter ipſi ſer Ioanni de Conſilice, & dominæ Camil-
læ eius uxori abſenti, pro qua notarius ut publica perſona
fuit ſtipulatus, nec dictum fuit inſolidum, nec utrique, ſed
ſimpliciter ipſis, ut in dicto inſtrumento habetur: Ex quo
infertur, quòd obligatio dictarum librarum ducentarum ip
ſis coniugibus fuit pro rata tantum, & æquis portionibus ac
quiſita, ex quo non fuit dictum, neque expreſſum, quòd ipſi
eſſent ut duo rei credendi, nec fuit dictum inſolidum, nec
utrique per ea, quæ uolunt doctores, maximè Bart.in l.2.in
1.columna ff.de duobus reis, iunctis ijs, quæ ibi habentur in
2.columna, & in authen.hoc ita columna 3.C.eodem ti-
tulo, & eſt optimus textus in l.reos §. cum in tabulis ff. de
duobus reis, & in l.ſi pluribus ff. de legatis 1.ubi Bartolus,
& alij per iura præallegata in effectu concludunt, quòd
ſi una res diuidua, ſeu una ſumma, & quantitas duobus
copulatiuè promittatur, & unus ſit actus acquirendi, hoc
eſt ſub una uerborum conceptione pluribus promiſſio
fiat, nec dictum ſit inſolidum, nec, quòd eſſent plures
rei

rei credendi, nec ſint per aliquod nomen diſtributiuum
uocati, tunc non dicuntur duo rei credendi conſtituti,
vt vnicuiq; in ſolidum debeatur, ſed cuilibet debetur obli-
gatio,ſeu quantitas debita, & promiſſa pro rata,& pro uiri-
li:At in caſu noſtro libræ ducentæ pro donis fuerunt duo-
bus copulatiuè,hoc eſt ſer Ioanni,& do. Camillæ promiſſæ,
& unus tantum fuit actus ſtipulandi,nec dictum fuit, quòd
eſſent duo rei credendi,nec illis in ſolidum, aut per aliquod
nomen diſtributiuum fuit promiſſum,vt ex uerbis inſtrumẽ
ti colligitur,ergo unicuique non in ſolidum, ſed ſolum pro
uirili, & æqualiter fuit acquiſitum: Et hoc eſſe uerius puto.
Ex quibus infertur,quòd præfati coniuges agendo, & exe-
quutionem dicti inſtrumenti pro libris ducentis promiſſis
petendo,non potuerunt agere,& petere, niſi unusquiſque
pro rata, & parte ſua,& aliter ferri ſententia, & committi
exequutio non potuit d.l.ſi pluribus,& colligitur ex ijs,quæ
habentur per Barto.in d.authen.hoc ita,& in l.in duobus §.
vbi duo rei ff.de duobus reis. Cum igitur pro parte dicti
ſer Ioannis exequutio peti,& agi non potuerit, ex quo uo-
cauit ſe contentum,& dixit ſibi ſolutum,& ſatisfactum fuiſ-
ſe,& abſoluit do.Ioannem Thoſabec à dicta promiſſione fa
cta pro donis, & in futurum nihil ab eo amplius petere in la
tiſſima forma, & cum iuramento promiſit: quæ promiſſio
quoad eum de iure ualuit,quia nihil obſtat, ſequitur,quòd
quoad partem illi debitam exequutio peti,& committi non
potuit,ſed ſolum pro parte debita do. Camillæ,cui ſolum li
bræ centum debentur in caſu, quo promiſſio per do. Ioan-
nem facta eſſet ualida,& non ſimulata: Et ideò cum domi-
nus Poteſtas præfatus exequutionem pro libris ducẽtis cõ
tra dominum Ioannem commiſerit ad fauorem dominæ
Camillæ,cui non debebantur,nec debentur, niſi libræ cen-
tum, illa ſententia, ſeu commiſſio fuit iniuſta, & inualida,
cum non potuerit ad fauorem do.Camillæ fieri,neque cõ-
7 mitti,niſi pro libris centum: Quinimmò † tota commiſſio
exequutionis,quæ fuit facta pro libris ducentis,debet in to
tum reuocari, quia decretum iudicis datũ pro maiori ſum-
ma,quam ſit debitum, uitiatur in totum l. ſi non ſortem §.ſi
centum cum ibi not.per Bar. Alex.& alios ff. de condic.in-
debi. vel ſaltem quoad id, quod ſummã, ſeu partem debitã
excedit:Et hoc non habet dubium. Ex prædictis etiam infe-
ro,quòd cum dictus ſer Ioannes contra iuramentum ſuum,
& promiſſionem, ſeu pactum de nõ petendo in latiſſima for
ma factum,ut in ſecundo inſtrumento continetur, inſtete-
rit eius nomine ſuper exequutione dicti primi inſtrumen-
ti,& ex illo egerit, ipſe ex hoc fuit periurus, & tenetur ad
pœnas promiſſas,& ad damna,& intereſſe,de quibus in di-
cto ſecundo inſtrumento, nec non ad expenſas in dicta cau
ſa exequutionis factas: Nec uideo quicquam in contrarium
obſtare. Et hæc ſufficiant pro aliquali informatione domini
iudicis cauſæ appellationis ultra ea, quæ ab Aduocato dicti
do.Ioannis allegata fuerunt:nam ob quotidianas lectiones,
& alia negotia,quibus hoc tempore fui occupatus,non po-
tui plenè ſuper hac cauſa ſcribere, ſed potius quodammo-
do ex tempore informare, & tumultuario ferè prælio con-
fligere coactus fui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Tutor in rem ſuam principaliter auctorare non poteſt.*
2 *Quid in conſequentiam, & quando in re propria poſſit eſſe auctor.*
3 *Mala fides in tutore auctorante in re propria quomodo præſumatur.*
4 *Alienatio rei immobilis minoris eſt nulla, quando adſunt bona mobilia;*
5 *Et facta etiam cum decreto, & auctore tutore abſque vera, & iuſta cauſa non valet.*
6 *Domus paterna minorum non debet alienari, quando alia bona mobilia ſuperſunt.*
7 *Statutum Bononienſe dans certam formam contractibus minorum, & in fine diſponens, quòd adulti, & puberes, illa forma ſeruata, reſtitutionem in integrum ratione minoris ætatis petere nequeant, locum non habet, quando non ſolum ratione minoris ætatis, ſed etiam ex alijs iuſtis, & legitimis cauſis, & à iure conceſſis reſtitutio peteretur.*
8 *Decretum conceſſum ſuper alienatione hæreditatis minori delata non dicitur in ſui forma adimpleta, ſi bona hæreditatis tantum vendantur, & alienatio non valet, & num. 10.*
9 *In decretis ſuper alienationibus rerum minoris à iudice conceſſis ſtrictiſſima fit interpretatio; nec argumentum etiam à maioritate rationis in eis procedit.*

EPITOME.

ALIENATIO *domus minoris facta cum auctoritate tutoris, ut ipſi tutori ſatisfiat, & alienatio bonorum minoris duntaxat, ſtante decreto de alienando hæreditatem, quòd non ualuerint, hic probatur.*

CONSILIVM CLXXXII.

IN præſenti cauſa concludendum eſt, uenditionem do-
mus præſertim quoad pupillam non ualere, quia facta
fuit cum auctoritate matris tutricis ad effectum ſolum,
ut ſibi pecuniæ quædam ſibi debitæ ſoluerentur,& regula iu
1 ris eſt, quòd † tutor non poteſt in rem ſuam principaliter
auctorare l.1.l.pupillus obligari,& l.quod dicimus ff. de au
cto.tuto.nec obſtat,quòd nõ principaliter, ſed in conſequẽ
tiã dicitur in rem ſuam auctorare,cum principaliter uendi-
tioni auctoritatem ſuam interpoſuerit, ut poſtea ſibi ſolue-
retur, quæ ſolutio dicitur in conſequentiam uenire, & ideò
debet ualere d.l.1. & d.l. quod dicimus, quia reſpondetur,
2 † illud eſſe uerum,quando id,quod principaliter uenit, eſt
penitus ſeparatum ab eo, quod uenit in conſequentiam,ue
luti ſi tutor auctor ſit pupillo, ut adeat hæreditatem debito-
ris ipſius tutoris,principaliter enim agitur,ut pupillus ſit hæ
res,quamuis ex aditione tutori obligetur,& illius debitor ef
ficiatur,hæc enim ſunt ſeparata,& diuerſa, quamuis unum
in conſequentiam alterius ueniat, ut ibi: At in caſu noſtro
uenditio,& ſolutio æque principaliter,& connexe ueniunt,
nã fit uenditio,ut ſoluatur matri tutrici, & mater tutrix non
conſentit ſimpliciter,ut ſolum res uendatur, ſed ut ſibi ſol-
uatur, & ſic æquè principaliter, & connexè, ac immediatè,
ergo tãquam ſit auctrix principaliter in rem propriam, alie
natio non ualebit,ut probatur in d.l.1.Præterea quando tu
tor auctoratur actui pupilli principaliter, actus ualet,& au-
ctoritas dicitur ritè,& rectè interpoſita, quamuis in conſe-
quentiam neceſſariam tutoris utilitas ſequatur d.l.1. & d.l.
quod dicimus,ſecus ſi non in neceſſariam conſequentiã uti
litas,& commodum tutoris ſequeretur, ut ibi per Bart. Sed
in caſu,de quo agitur, in conſequentiam uenditionis rei pu
pillæ non ſequitur neceſſario, quòd ſolutio fiat ipſi tutrici,
cum pretium aliter, & in alia cauſa diſtribui, & diſpenſari
poſſit,ergo &c. ¶ Non obſtat etiam, quod tutor poteſt eſ
ſe auctor in re propria,quando res illa fieret palam, & bo-
na fide,ut quia res pupilli aliqua de cauſa uẽdi deberet,po-
teſt enim illam à pupillo emere ipſo auctore,emendo palã,
& bona fide,ad tradita per Bar. poſt glo. in l.pupillus in fin.
ff.de aucto.tut.ſed in caſu noſtro uenditio,& ſolutio tutrici,
ipſa auctrice,facta fuit palam, & bona fide, ergo &c. Quia
reſpondetur primo,quòd uenditio,& conſequenter ſolutio
non fuit facta bona fide, quamuis palam facta fuerit, fuit
enim uenditio facta auctrice tutrice in cauſa propria,ut ſu-
pra,longè minori pretio,quam res ualeret,& tunc æſtimare
tur,ut uerè probabitur,ergo nõ dicitur bona fide facta,quo
3 niam † ex modicitate pretij,& ex læſione in pretio contin
gente uenditio dicitur facta non bona, ſed mala fide,ut de-

clarat Bar.in d.l.pupillus in fin.argumento l.1.C.de uendit.
pigno.& l.3.C.de iure fiſci lib.10.& ubique not.Mala fides
etiam perpenditur,atque præſumitur ex eo, quod mater tu
trix uendidit nouo marito, quo caſu lex de matre male ſu-
ſpicatur, ac pupillis aduerſus matris intemperantiam ſuc-
currit,ut eſt caſus not.ad propoſitum in l.lex, quæ in §.ſer-
ui etiam,ibique Salice.C. de adminis.tut. Præterea aliena-
tio dictæ domus non ualuit, quia ſupererant tot bona mobi
lia,quæ uendita,& alienata fuerunt, quòd ex illis omnibus
creditoribus hæreditarijs, ac ipſi matri tutrici integraliter
ſolui, & ſatisfieri poterat, multaque alia bona mobilia ipſi
pupillæ,& alijs adultis remanſerunt,ut clarum eſt,ac ex in-
4 ſtrumentis,& ex decreto patet:Sed † ad uenditionem bo-
norum immobilium minoris, & pupillorum nunquam eſt
deueniendum,quando ad ſunt bona mobilia, ex quorũ alie
natione poſſit creditoribus ſatisfieri, alioquin alienatio, &
uenditio eſt nulla l.magis puto §.non paſſim,& ibi Barto.ff.
de rebus cor.& facit tex.cum ibi not.in l.à diuo pio §.in uen
ditione ff.de re iudica. ergo &c. ¶Rurſus, ut dictum eſt,
5 † ex quo bona mobilia fuerunt uendita, ex quibus credito
ribus,& matri ſatisfieri,& ſolui poterat,alienatio domus pa
ternæ,in qua & pater defecit,& ipſæ pupillæ, ac adultæ fue
runt nutritæ,& creuerunt, non ualuit tãquam facta abſque
aliqua cauſa uera,& iuſta,quo caſu uenditio etiam cum de
creto,& auctore tutore facta non ualet l.& ſi præſes cum ſe
quen.l. ob æs, & l.fin. C. de præd.min. & eſt text.clarus in l.
magis puto §.ſi æs ff. de rebus eorum, & not. in l.ſi quidem
6 C.de præd.mino. ¶Accedat ad hæc † ualde lugubre eſ
ſe filios domo tali paterna priuari; quo fit,ut non liceat illã
alienare,quando alia bona mobilia ſuper ſunt l.lex,quæ tu-
rores in §. nec domum uendere liceat, ubi caſus not. C. de
admin.tut. Ex prædictis itaque conſtat,ipſas minores,& pu
pillam in caſu noſtro fuiſſe læſas, & circũuentas in eo,quod
rem immobilem, ſeu domum uendiderint, & ideo poſ-
ſunt de iure rem ipſam petere,& cõtractum reſcindere per
not.per Bar.in l.ſi res §.ſi mulier.ff.de iure dotium.¶Si autẽ
dicamus,alienationẽ dictæ domus ualuiſſe, (quod negatur)
poterit ſaltem ex cauſis prædictis reſtitutio in integrum ad-
uerſus illam peti l.1.& per totum C. de præd.min. cum ſi-
mil.tum quia pro minori pretio,quam ualeret,facta fuit,tũ
quia contingit læſio ratione eorum,quæ ſunt dicta.Nec ad
uerſatur ſtatutũ de contractibus minorum in fin. quo caue
tur, ut ſaltem reſpectu adultorum reſtitutio peti non poſſit,
7 quia reſpondetur, quòd † ſtatutum tanquam exorbitans,
& contra regulas iuris debet intelligi ſolum in caſu ſuo, &
in quo loquitur,uult enim hoc procedere ſolum,quando re
ſtitutio peteretur ratione minoris ætatis, ergo locum nõ ha
bebit,quando ultra minorẽ ætatem etiã ex alijs iuſtis,& le-
gitimis cauſis,& à iure cõceſſis peteretur, ut in caſu noſtro,
quia fuerit uẽdita domus paterna, & in qua creuerũt,& nu
tritæ fuerũt ipſe minores, quarũ intereſt talẽ domũ non uẽ
di debere d.l.lex quæ,itẽ quia nõ debebãt uẽdi bona immo
bilia,ex quo ſupererãt mobilia ſufficiẽtia, d.l.magis puto §.
nõ paſſim,d.l.à diuo pio §.ĩ uẽditione,& d.l.lex,quæ tutores
itẽ quia magna pretij læſio interuenit,ex quo uẽditio mala
fide præſumitur facta,& ex pluribus aliis cauſis ſupradictis:
& ſtatuta ſemper debẽt intelligi in terminis iuris cõis, & ſe
cundum illud interpretari ita, ut minus, quam fieri poſſit,
lædant ius commune c.in noſtra de iniu. & dam. dat. c.cum
dilectus,ibiq; Anto.Abb.& alij de conſue.Bar.in l.oẽs popu
li.ff.de iuſti.& iure,& Pet.de Ancha.in c. canonum ſtatuta
de conſtitur. ¶Vltimo dico huiuſmodi alienationem, &
uenditionem domus,ac bonorum non ualere quoad om-
8 nes minores tàm quoad adultas,quàm quoad pupillã,†nam
conceſſum fuit decretum in forma, ut tutrix, & præfatæ mi
nores poſſent hæreditatẽ magiſtri Peregrini earum patris
magiſtro Dominico uendere, in cuius hæreditatis uẽditio-
ne intelliguntur etiam uendita omnia iura hæreditaria, &
quæ erant magiſtri Peregrini actiuè, & paſſiuè l.2.et per
totum ff.de hæred.uel actio uend.l.1.et 2.C.eodem.tit.et l.
nihil aliud ff. de regu.iuris; & poſtea ueluti conſtat ex in-
ſtrumento uenditionis, & compoſitionis factæ inter ipſas
minores cum auctoritate matris tutricis, & dictum magi-
ſtrum Dominicum,non fuit uendita hæreditas,quæ in ſe cõ
tineat commoda,& incommoda, ſed ſolum ſpecialiter, &
expreſſè fuit uendita dicta domus, & fuerunt uendita bo
na hæreditaria,quæ dicuntur deducto ære alieno,omnique
incommodo l. ſubſignatum §.bona, ibiq; not.ff. de uerbo-
rum ſignifi. Nec obſtat l.princeps ff. de uerborum ſignifi.
quia,ut dicit ibi glo.illud procedit in priuilegiis,& benefi-
ciis à principe conceſſis in quibus latiſſima debet fieri inter-
9 pretatio,ut ibi not. † in decretis uerò à iudice ſuper alie-
nationibus rerum minorum conceſſis ſtrictiſſima fit inter-
pretatio adeò,quòd in illis nec à maioritate rationis argu-
mentum procedit, ut probatur in l.ſi pupillorum §.ſi præ-
tor ff.de rebus eorum: & conſequenter decretum non fuit
ſeruatum,nec adimpletum in ſui forma,&prout fuit conceſ
ſum,ex quo ſequitur,quòd quicquid factum fuit, nõ ualuit,
10 ut eſt caſus clarus in d.l.ſi pupillorum §.ſi prætor: † dici-
tur enim talis alienatio facta abſque decreto, quo caſu eſt
ipo iure nullla d.l.ſi pupillorum in fin.&per totum ff.de re-
bus eorũ,& C.de prædi.mino.c.ſine exceptione 12.q.2.c.
tua de iis,quæ fiunt à præla.& c. benè quidem 96. diſtin.cũ
ſimil.decretũ namq; cõceſſum fuit ſuper uẽditione hæredi
tatis, quæ habet commoda & incõmoda, non autem ſuper
compoſitione,nec ſuper uẽditione bonorum hæreditario-
rum,quæ non continet commoda, & incommoda, nec iura
actiuè,& paſſiuè,quando de bonis in contractibus, & inter
uiuos diſponitur ad not.in d.l.princeps,& in d.l.ſubſignatũ
§.bona,& faciunt,quæ habentur per docto.omnes in l. ſti-
pulatio hoc modo concepta ff.de uerborum obliga.& con-
ſequententer decretum fuit conceſſum propter unam cau
ſam, & unum contractum uidelicet uenditionis, & ſuper
una re,uidelicet hæreditate, contractus autem alienationis
poſtea fuit factus ex alia cauſa, uidelicet cõpoſitionis, quæ
compoſitio per ſe decretum ſpecialiter requirit,quando fie
ret ſuper rebus immobilibus l.non ſolum.C.de præd.mino.
item ſuper alia re, uidelicet ſuper bonis hæreditatis, ergo
alienatio tãquã facta ſine decreto nõ ualebit,d.l.ſi pupillo
rum §.ſi prætor,iuncta d.l.non ſolum. Et ex his pro nunc cõ
cludo in hac cauſa alienationem ſaltem quoad dictam do-
mum non ualere. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei minoris etiam cum decreto facta, ut ualeat, cauſa iuſta, propter quam facta fuit, debet de præſenti urgere, & imminere, nec ſufficit eam de futuro ſperari.*
2 *Decretum ſuper non entibus, licet eſſe poſſint, & de futuro ſperentur, fundari, & concedi non poteſt.*
3 *Res minoris propter maiorem utilitatem uendi, & alienari non poteſt, & ex quibus cauſis poſſit.*
4 *De matre tutrice, quæ ſecundo nupſit, & futuro marito bona filiorum addixit, & uendidit, male eſt præſumendum.*
5 *Alienatio, & uenditio rei minoris aliter facta, quam fuerit per decretum iudicis conceſſum, eſt ipſo iure nulla.*

EPITOME.

ALIENATIO *rei minorum pro dotibus dandis tempore, quo dictæ minores nupſerint, uel religionem intrauerint, ualidè etiã cum decreto fieri non poteſt, niſi cauſa illa dotium immineret, atque urgeret.*

CON-

CONSILIVM CLXXXIII.

CVM iuſtiſſimi domini iudices intellexerim do. Ioannem Bonaſonum pro reſolutione eorum, quæ in proximis præcedentibus allegationibus deduxi, aliqua ſcripſiſſe, ego quoque ad corroborationem illorum, quæ iam ſcripſi, breuiter, & non ſequendo ordinem ſuum explicabo: Quicquid itaque præfatus do. doctor dicat, cuius dicta parum, uel nihil faciunt, & rectè intúenti fundamenta mea in hac cauſa facta minimè tollunt, concludo iterum ex aliàs deductis alienationem ſaltem dictæ domus non ualere. Nec obſtat, quòd alienatio dictorum bonorum, & domus deberet ualere ex eo, quod cum decreto facta fuit ex cauſa iuſta, uidelicet pro dotibus dandis tempore, quo præfatæ minores nupſerint, uel religionem intrauerint, & ſic ex cauſa iuſta ad not. in l. ob æs C. de præd. min. & eſt text. cum ibi not. in l. lex quæ C. de admin. tu. ubi cauſa dotis, ſicut cauſa æris
1 alieni, dicitur cauſa iuſta, quia reſpõdetur, quòd † adhoc, ut res minoris etiam cum decreto poſſit alienari, requiritur, quòd cauſa iuſta de præſenti immineat, & urgeat, nec ſufficit, quòd de futuro ſperetur, ut eſt text. in l. magis puto §. nõ paſſim. ff. de rebus eor. ibi ſi modo urgeat creditor, & in §. ſi æs alienum primo ibi, ſed ita demũ, ſi æs alienum immineat, ſecundo ibi, ſed ita demum, ſi urgeat æs alienum: Et quod dicitur de cauſa æris alieni, idem ex identitate rationis de alijs cauſis eſt dicendum, ex quibus ad alienationem rerum minoris poteſt deueniri, ut in d. l. ob æs, & in d. l. lex, quæ, uidelicet quòd debeat de præſenti imminere, atque urgere, ut uidetur expreſsè de mẽte glo. in d. §. ſi æs alienum in uer. æs alienum, dum ſubdit vel ſimilis cauſa. ſ. immineat, de qua in d. l. ob æs: Sicut igitur text. in d. §. non paſſim dicit, quòd ſub obtentu æris alieni paſſim non debet permitti uenditio, nec dandum eſt decretum, etiam ſi pupillus ſit debitor, niſi æs alienum, & debitor urgeat, atque immineat, ut ibi, ita idẽ dicendum erit in cauſa dotis, niſi illa immineat, & urgeat: Satis enim non eſſet, cauſam dotis de futuro ſperari ad hoc, ut immobilia minoris pro dote de futuro danda, & conſti-
2 tuenda uendi poſſent, nam † decretum ſuper ijs, quæ non ſunt, licet eſſe poſſint, & de futuro ſperentur, & ſic ſuper incertis, quæ ad eſſe, & non eſſe ſe habent, fundari, & concedi non poteſt ad tradita per Innocen. in c. 2. de fide inſtrum. & l. item §. ſed ſi ff. quod cuiuſque uniuerſi nomine: Sed in caſu noſtro cauſa dotis non urgebat, nec imminebat, nec uerisimiliter ſperabatur, quia non erant contracta ſponſalia de futuro, nec de præſenti, & ideò dici non poterat tempus nuptiarum imminere, nec conſequenter cauſa dotis, quæ propter nuptias datur iuribus vulgaribus, ergo &c. Nec eſt in cõſideratione, quòd aliquæ ex dictis minoribus eſſent adultæ, hoc enim non operatur, quòd tempus nuptiarum, & dotis imminere dicatur l. ſancimus C. de nuptijs: Et ſi aliter diceretur, profectò res minorum mulierum paſſim abſq; alia iuſta cauſa ſemper uendi poſſent ex cauſa dotis de futuro, non imminente alia neceſſitate, nec alia dotis cauſa de præſenti urgente, quod uidetur cõtra d. l. lex, quæ, ubi tex. uult, quòd propter æs alienum, vel dotis cauſam res minorum poſſint vendi, ſi vrgeat, & ſit neceſſitas, ut ibi, niſi hac fortè neceſſitate &c. quæ neceſſitas non poteſt in caſu noſtro præſupponi, ſi nondum ſit contractum matrimonium per verba de præſenti, uel ſaltem de futuro, ut clarum eſt.

¶ Non obſtat, quòd tutor poſſit etiam ſine decreto ſibi ſoluere id, quod ſibi debetur, & præſertim, quando hoc palã, & bona fide facit, ut plenius demonſtrat præfatus dominus doctor, nam licet hoc ſit uerum, tamen non eſt uerum, quòd ipſe ſe auctore poſſit res ſui pupilli alteri, & ſine decreto uendere principaliter, ut de pretio ſibimet ſoluat, prout factum fuit in caſu noſtro, de pecunia enim reperta in bonis pupilli potuiſſet utique abſque decreto ſibi ſoluere, ſed bona pupilli ſe ipſo auctore alteri uendere, ut ſibi de pretio ſoluat, hoc non poteſt per ea, quæ ſupra aliàs dixi.

¶ Et dum præſupponitur, quòd bona prædicta, & domus in caſu noſtro fuerunt uendita principaliter propter euidẽtem utilitatem ipſarum minorum, ut ab emptore alimentarentur, & non ut ipſi tutrici ſolueretur, reſpondetur,
3 quòd † ſolum propter æs alienum, cauſam dotis, & ſimiles cauſas permiſſa eſt uenditio, ut habetur in d. l. ob æs, & in d. l. lex, quæ, non autem propter maiorem euidentem utilitatem, d. l. magis §. ſi æs alienum, & not. in d. l. ob æs; vnde quamuis hoc eſſet magis utile ipſis minoribus, ut uenderetur domus cum alijs bonis, ut à dicto emptore alimentarentur in recompenſationem reddituum dictorum bonorum, prout ex inſtrumento emptionis apparet, tamen hoc fieri non debuit, quia hæc non eſt de illis cauſis, ex quibus bona minoris cum decreto uendi poſſint d. l. lex quæ, & d. l. ob æs. Præterea etiam ex cauſa alimentorum domus paterna, & ſic bona immobilia vendi non debebant, ex quo ſupererant bona mobilia, & minoris utilitatis, quæ uendita fuerunt argumento d. l. magis §. non paſſim, & d. l. lex, quæ, & habetur per Specul. in tit. de emp. & uend. §. 4. & alias plenius dixi. ¶ Dum etiam dicitur ex aduerſo de matre tu-
4 trice malè præſumendum non eſſe, † hoc uerum eſt, niſi ad ſecunda uota tranſiuerit, & bona filiorum futuro marito addixerit, & uendiderit, prout contingit in caſu noſtro, nam tunc ex hoc ſolum præſumitur, quod mater mala fide, & fraudandi animo fecerit, ut eſt caſus ad literam in d. l. lex, quæ, & ibi Salice. & facit text. in argumentũ in l. iubemus C. ad Trebell. ¶ Animaduertatur etiam diligenter,
5 † dum dicebam uideri alienationem huiuſmodi non ualere tanquam factam abſque decreto, & eius forma non ſeruata, quo caſu alienatio eſt ipſo iure nulla l. ſi pupillorum §. ſi prætor ff. de rebus eor. cum ſimilibus, quia adhuc dico fundamentum illud ſubſiſtere, & concludere, quamuis tũc uerba formalia decreti non uiderim: Nam clarum eſt decretum fuiſſe conceſſum in forma, ut mater tutrix noĩe pupillæ, & alterius adultæ cũ auctoritate curatoris poſſent uẽdere, & alienare hæreditatem, bonaque hæreditaria, & domum patris dictarum minorum, ut in decreto continetur, & ſic apertè conſtat ex forma decreti conceſſum fuiſſe, ut non ſolum bona hæreditaria, & domus, quæ continent commoda, & dicuntur deducto ære alieno, poſſent uendi, ſed etiam hæreditas patris, quæ ſua natura commoda, & incommoda continebat iuribus uulgaribus, & conſequenter ut emptor ex tali bonorum, domus, & hæreditatis emptione haberet commoda, & incõmoda, propter quod concedentes decretum faciliores ad illud concedendum fuerunt: Poſtea verò, ut ex inſtrumento venditionis clarè conſtat, ſolum fuerũt vendita bona hæreditaria, & domus, non autem hæreditas, & ſic non fuit ſeruata forma decreti, ergo venditio eſt nulla: Conſtat etiam obreptum fuiſſe magnificis dominis Antianis, quibus etiam de uenditione hæreditatis fuerat ſupplicatum, ergo ipſis minoribus actio in rem aduerſus emptorem integra remanet d. l. magis §. pen. ibique habetur, nam ſecundum formam decreti emptor ex emptione pro pretio conuento habere debebat non ſolum bona hæreditaria, & domum, quæ dicuntur deducto ære alieno, & ſic commoda, ſed etiam hæreditatem, & ſic etiam incommoda, at ſecundum contractum emptionis celebratum ſolum commoda, hoc eſt bona hæreditaria, & domum, & non hæreditatem contra formam dicti decreti, & euidentem dictarum minorum utilitatem: quod eſt benè notandum: & ex his de iuſtitia harum minorum ſatis liquere exiſtimo. Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Tutorio, ſeu curatorio nomine ut quid factum dicatur, quid requiratur: Et quando etiam cenſeatur num. 3.*

2 *Tutor ſimpliciter ſuo nomine contrahens ſuper re ad ipſum, & ad pupillum pariter pertinente cenſetur nomine ſuo proprio tantum, & non tutorio contraxiſſe, & multo magis ſuper re ad ipſum ſolum pertinente.*

3 *Repetitio qualitatis præcedentis non fit, quando militat diuerſa ratio.*

4 *Qualitas adiecta principali quando in acceſſorio repetita non dicatur.*

5 *Contractus innominatus, promitto facere, ut facias, dicitur continens promiſſionem faciendi aliquid ad fauorem tertij, ut ille tertius aliquid faciat ad fauorem tàm tertij facientis, quàm ipſius principalis promittentis.*

6 *Pœnitentiæ quando ſit locus, & quando non in contractu innominato reſultante ex contractu nominato etiam in præiudicium tertij nominati, & iuris ſibi ex illo contractu quæſiti uſque ad num. 9.*

7 *Et an ſufficiat pœnitentia, & reuocatio tacita per actum contrarium.*

8 *Donatio cauſa mortis, & ob cauſam eſt reuocabilis etiam interueniente ſtipulatione.*

9 *Tertio adiecto, cui ex pacto in contractu appoſito ius aliquod eſt acquirendum, quando, & quomodo ius illud acquiratur,*
Et an ſit reuocabile, uel irreuocabile, & num. 10.
Et quid ſi iſte tertius eſſet pia cauſa num. 11.

10 *Dotis, & matrimonij fauore tertio adiecto per pactum in contractu appoſitum ius irreuocabile acquiritur.*

EPITOME.

Ex *pacto in promiſſione dotis facta mulieri appoſito, quòd ipſa, & maritus ſuus teneantur poſt mortem ipſius promittentis continuè in eius domo ſtare, & habitare, nõ eſſe dictis coniugibus ius aliquod ſaltem irreuocabiliter acquiſitum, & in eo pœnitentiæ, ac reuocationi etiam tacitæ locum fuiſſe, hic probatur.*

CASVS CONSILII.

VINCENTIVS *à Currubus tutor, & tutorio nomine Magdalenæ ſponſæ Michaelisangeli filii Vincentii Buratelli dare promiſit dicto Vincentio ſtipulanti, & acceptanti pro dotibus dictæ Magdalenæ dotes ei à patre in teſtamento relictas pro matrimonio inter præfatos Michaelemangelum, & Magdalenam contrahendo, cum hoc pacto, quòd ipſe Vincentius à Currubus tutor, dum uixerit, eſſet, & eſſe deberet dominus, patronus, & adminiſtrator bonorum, & hæreditatis patris dictæ Magdalenæ, nec teneretur finita tutela reddere aliquã rationem adminiſtrationis bonorum prædictorum, & tutelæ: Item cum pacto, quòd quando dicti Michaelangelus, & Magdalena matrimonium conſumabunt, tunc dictus Vincentius teneatur, & obligatus ſit, & ita promiſit, ipſos Michaelemangelum, & Magdalenam tenere in domo habitationis ſuæ, & ipſi Michaelangelus, & Magdalena teneantur poſt mortem dicti Vincentii à Currubus continuè ſtare, & habitare in dicta eius domo ad hoc, ut hoſtium illius ſtet apertum, ueluti de his promiſſis, & pactis apparet publicum inſtrumentum, in quo plura alia etiam hinc inde fuerunt conuenta, & promiſſa cum clauſulis prægnantibus, & omnia per modum ſtipulationis, & cum iuramento, & obligatione bonorum, & aliis in dicto inſtrumento contentis. Quibus ita ſe habentibus, dubitatur nunc, an Michaelangelus, & Magdalena poſt mortem dicti Vincentii à Currubus poſſint contra hæredes illius agere ad tradendum, & exgomberandum domum prædictam, illisq́; claues eius tradendum, ut ualeant continuè in ea ſtare, & habitare, prout in eorum libello petitum, & narratum fuit.*

CONSILIVM CLXXXIIII.

CONCLVDENDVM eſſet abſq; dubio in propoſita facti ſpecie, Michaelemangelum, & Magdanam coniuges non poſſe agere contra hæredes Vincentij à Currubus ad exgomberandum domum, illamq́ue, & claues illius ipſis tradendum, prout egerunt, & petierunt, præſupponendo, quòd dictus Vincentius tanquam tutor, & tutorio nomine omnia ſupra in themate propoſito narrata fecerit, & promiſerit, per ea, quæ poſuit alius excellentiſſimus dominus conſultor, cuius dicta non repeto: Sed & idem dicendum, & concludendum eſſe arbitror, etiam præſupponendo, quòd Vincentius pactum ſuper habitatione domus fecerit non vt tutor, nec tutorio nomine, ſed proprio iure, & nomine, quia ſi rectè contenta in dicto inſtrumento inſpiciantur, ipſe Vincentius conueniendo ſuper habitatione domus ſuæ, illud pactum, & contenta in eo non fecit vt tutor, & tutorio nomine, ſed proprio, primo quia
1 † pactum illud fuit ab eo factum ſimpliciter, exprimendo ſolum nomen ſuum proprium, ergo non tutorio, ſed proprio nomine feciſſe cenſeri debet per ea, quæ voluit Barto. & alij ſequuntur in l. 1. §. nunciatio ff. de noui operis nunciatio. vbi ad hoc, vt quid dicatur factum tanquam à curatore, ſeu tutore curatorio, & tutorio nomine, requiritur, quòd hoc exprimatur, vel ſaltem fiat ſub nomine appellatiuo etiam tutoris, vel curatoris, vt ibi per Bartolum, qui bona iura, & rationes allegat. Cum ergo in caſu noſtro Vincentius fecerit hoc pactum, & in eo contenta non ſub nomine appellatiuo tutoris, nec tutorio nomine, ſed ſolum exprimendo nomen ſuum proprium, ſequitur, quòd nõ fecit, vt
2 tutor. Præterea † dictus Vincentius fecit illud pactum maximè in ea parte, ſuper qua aduerſarij ſe fundant ad petendam habitationem continuam domus, poſt mortem Vincentij, & ſic eo tempore, quo ipſe tutor eſſe deſiit, in re, & ſuper re, ſeu negotio non pertinente ad pupillam ſuam, ſed ſuper re propria, & ad ipſum vt Vincentium, & non ut tutorẽ pertinente, ergo debet intelligi factum fuiſſe ſuo proprio nomine, & non tutorio, nam ſi eo caſu, quo tutor ſimpliciter ſuo nomine contraxit ſuper re ad ipſum, & ad pupillum pariter pertinente, cenſetur contraxiſſe nomine ſuo proprio tantum, & non tutorio, vt eſt text. in l. poſt mortem §. 1. & ibi Barto. cum gloſ. ff. quando ex fact. tuto. ergo à fortiori hoc dicendum erit, quando tutor non ſub nomine appellatiuo, ſed ſub ſuo proprio nomine ſimpliciter
3 ſuper re ad ipſum tantum pertinente contraxit: Nec † illa uerba tutor, & tutorio nomine in principio appoſita in promiſſione dotis, ac etiam in primo pacto de non reddendo rationem debent cenſeri repetita in ſequẽtibus, nec in pacto ſuper habitatione domus facto, quia nõ eadem, ſed diuerſa ratio militat, nam promiſſio dotis nõ poterat dici facta, niſi tutorio nomine, cum eſſet facta de dote relicta à patre ipſi Magdalenæ, & ſic facta fuit ſuper re ad pupillã tantum ſpectante, arg. d. l. poſt mortem §. 1. in 1. reſpon. & ibi Bart. & l. cum poſt §. 1. ff. de admin. tut. & in dubio quis potius cenſetur dotaſſe nomine adminiſtratorio, quàm proprio l. cũ pater curator ff. de iur. dot. Itẽ illud pactum factũ primo loco, quo ſub nomine officij cõuentũ fuit, quòd Vincẽtius tutor, dũ vixerit, eſſet dominus, & non teneretur reddere rationem adminiſtrationis, dicitur factum ſuper re, & negotio ſpectante non ſolum ad ipſum Vincentium, ſed etiam & magis ad ſuam pupillam, ergo ex hoc, quòd in tali pacto fuerit expreſſum nomen officij, & appellatiuum, non debet illud nomen tutoris appellatiuum in pacto ſequenti, quod ſolum ſuper re ad ipſum Vincentium ſpectante factum fuit, dici repetitum, quia eſt diuerſa ratio, & ideò qualitatis præcedentis repetitio ceſſare debet, argumen. eorum, quæ uo-

ſunt Barto.& alij in l.talis ſcriptura ff.de lega.1. & Abb. &
cæteri in c.ſecundo requiris extra de appell. & in c.eccleſia
in 6.notab.de elect.dum loquũtur de clauſula in principio,
ſeu in fine poſita,an ad ſequentia, uel ad præcedentia refe-
ratur,& facit id,quod habetur in l.ita ſtipulatus §. griſogo-
nus,& ibi Bar.ff.de uerborum obligat.&;ad propoſitum eſt,
id,quod not.uoluit Areti.in l.1.colum.4. ff.ſolut. matrimo.
4 dicens,quòd † qualitas in principali adiecta non cenſetur
repetita in eo,quod in conſequẽtiam, ſeu acceſſoriè uenit,
quando acceſſorium,& in conſequentiam ueniẽs ad alium
diuerſum finem tendit:At in caſu noſtro pactum ſuper ha-
bitatione factum,quod uenit acceſſoriè,& in conſequentiã
principalis obligationis iuxta ea,quæ habentur in l.ſi pecu-
niam,& in l.fin.ff.de condict.ob cauſ.& in l. qui romæ §.fla-
uius ff.de uerborum oblig.tendit ad diuerſum finem,& effe
ctum,ut ex uerbis inſtrumenti,& ex ſe apparet,ergo quali-
tas in principali expreſſa,& adiecta non debet in conſequẽ
ti,& in acceſſorio cenſeri repetita.¶Et tenendo hoc, dico
adhuc concludendum eſſe,quòd ex tali pacto, & contentis
in eo nullum ius fuit dictis Michaeliangelo, & Magdalenæ
acquiſitum circa habitationem domus de habitando illam
continuè poſt mortem Vincentij, vel ſi quod ius fuit acqui
ſitum,illud fuit acquiſitum reuocabiliter, & cum fuerit re-
uocatum,non potuerunt præfati agentes de iure agere,pro
ut contra hæredes dicti Vincentij egerunt: Et præſuppono,
5 quòd † in terminis noſtris habita relatione huius pacti, &
aliorum ad contractum, & ad principalem promiſſionem,
cenſetur celebratus quidam contractus innominatus, ſeu
promiſſio innominata,uidelicet do,ſeu promitto dare,ut fa
cias,ſeu facio,vt facias, & ſimiliter habita relatione huius
pacti facti ſuper habitatione ad ſe ipſum, reſultare dicitur
quidam contractus innominatus, uidelicet promitto face-
re,ut facias,ſeu quædam promiſſio faciendi ad fauorem ter
tij, ut ille tertius aliquid faciat tàm ad fauorem ipſius ter-
tij facientis,quàm ipſius principalis promittentis iuxta l. ſe
natus §.1.in uerſicu.nec dubitauere ff.de donatio.cauſ.mor
tis,in l.ariſto in princip.ff.de donatio.& habetur in l.ſi pecu
niam in princip.& in l.fin.ff.de condict.ob cauſam, & in l.
qui romæ §.flauius ff.de uerborum obligatio.cum ſimilibus
ibi allegatis,ubi plenè de hac materia tractatur.
¶Quo præſuppoſito ſtante,modo prædicta concluſio con-
firmatur ex iis,quæ ſentit Barto.& declarat Sozin.in d.l.qui
romæ §.flauius in 8.colum.ff.de uerborum obligat.in uerſi.
6 ex quibus,qui uoluit,quòd † quamuis inter contrahentes
in contractibus nominatis, ac etiam in innominatis aliqui-
bus caſibus non detur pœnitentia contra illum,qui actionẽ
habet, & cui acquiritur actio ex ſuo contractu, ut habetur
in d.l.ſi pecuniam,& in d.l.fin.cum ibi not.per gloſam,& do
cto. & in d.l.ariſto in princip. tamen quando ex contractu
nominato,& ex pacto reſultat contractus innominatus, ex
quo ius,ſeu actio acquiritur tertio ex benignitate,ut eſt tex
tus in l.quoties C.de dona.quæ ſub modo, tunc habet lo-
cum pœnitentia in præiudicium illius tertij, & iuris ei ac-
quiſiti ex illo contractu,etiam ſi de præiudicio eccleſiæ, &
piæ cauſæ ageretur,ut uoluit Bar.in d.§.flauius, quem doct.
magis communiter ſequuntur,ueluti etiam dicit Sozi.ibi in
4.concluſione,licet enim hoc in caſu non poſſit ille, qui do
nauit,uel promiſit,reuocare in præiudicium illius,cui dona
uit,uel promiſit ex eo,quod in contractibus nominatis, qui
etiam ex pacto appoſito mixturam contractus innominati
habent,non eſt locus pœnitentiæ per textum in l.ſicut C.de
actio.& obliga.d.l.ariſto in 2.reſponſo,ubi caſus, & habe-
tur per Io.And.in addit.ad Spec.in tit.de inſtru.edit. §.nũc
uerò aliqua in addit.incip.per ſuperiora,& per Bar. Salice.
Paul.de Caſ.& alios in d.l.fin.ff.de condi.ob cau.tamen ad
præiudicium tertij,cui ex illo contractu innominato reſul-
tante ex pacto habita relatione pacti ad contractum ius eſt
acquiſitum,locus eſt pœnitentiæ,quod maximè uerum eſt,
quando is,qui promiſit,uel donauit,& ſic principaliter con
trahẽs reuocauit ſecundum Bar.in d.§.flauius, qui ſenſit hæ
redem ſuum hoc iure reuocandi uti non poſſe per tex.cum
glo.in l.3.ff.de ſeruis export.& in l.ſi ego §.1. ff.de iure dot.
Sed ſecundum Bal.in l.à ſocero C.de iur.dot.per d.l.ſi ego
§.1.& ſecundum Roma.in d.l.ſi pecuniam in prin.per tex.
in l.1.iuncta l.ſed ſi interim §.ſi uxor ff.de dona.inter uir.&
uxo.hæredi quoq; licitum eſt reuocare, ipſumq́; pœnitere
ad præiudicium tertij, cui ius erat ex tali contractu innomi
nato reſultante,ut ſupra,acquiſitum.Vnde cum in caſu no-
ſtro ipſis Michaeliangelo,& Magdalenæ fuerit acquiſitũ ius
habitandi in domo Vincentij promiſſoris ex pacto facto in
ter dictum Vincentium à currubus,& Vincentiũ Buratellũ,
ex quo pacto habita relatione illius ad contractum reſultat
7 quidam contractus innominatus,ſequitur,quòd † ipſis fuit
acquiſitum ius reuocabiliter,quod potuit reuocari non ſo-
lũ expreſsè reuocando, ſed etiã tacitè per contrariũ actũ,
& per contrariã diſpoſitionem,ut uoluit Bar.in l.fi.ibiq; Sa
lic.in 3.col.ff.de condi.ob cau.& Bar.in l.ſi cum fundum ff.
de pactis, & refert,ac ſequitur Alex.in d.§.flauius in 8.col.
uer.item quæſitum per tex.in l.hoc iure §.ſi quis dederit cũ
glo.in uer.liberatur,& ibi Io.de Imo.ff.de dona.Sed in caſu
noſtro hæres dicti Vincentij à Currubus reuocauit ſaltẽ ta-
citè denegando uelle concedere habitationem,itẽ ipſe Vin
centius etiam ſaltem tacitè reuocauit legando domũ, & ha
bitationem do.Iacobæ,ueluti in ſuo teſtamento apparet,ut
colligitur ex tex.not.in l.ſeia ff.de dot.prælc. ubi tertio adie
cto, cui ius reuocabile fuerat ex contractu acquiſitum, fit
præiudicium per diſpoſitionem contrariam in teſtamento
factam,uidelicet ſimpliciter diſponendo, & alteri relinquẽ
do,& facit l.ſi pluribus ff.de leg.1.cũ ſimil.¶Et ſi diceretur,
quòd ex quo in contractu fuit appoſita clauſula generalis,
per quam omnia per ſtipulationem promiſſa, & conuenta
dicuntur,id,quod aliàs ſui natura erat reuocabile, efficitur
irreuocabile,nec poteſt per pœnitẽtiam tolli etiam ad præ
iudicium tertij per ea,quæ uoluit Paul.de Caſ.in d.l.ſi pecu
niam,& per alios in d.§.flauius,nam ex quo contractus no-
minatus habet mixturam contractus innominati [illegible] pa
cti adiecti,operatur,quòd contractus ille innom[illegible] reuo
cari nequeat,nec in eo locus ſit pœnitẽtiæ per tex.in d.l.ari
ſto,ueluti etiam uolunt Bar.Sal.& alij in d.l.ſi pecuniam,&
in d.l.fi.Reſpõdetur primo prædicta procedere, & ita ſcrib.
præfatos loqui,quando ex pacto adiecto iuxta contractum
ius diceretur acquiſitum ex quadam tacita,pura,& ſimplici
8 donatione,non autem cauſa mortis,nec ob cauſam: † Sed
quãdo principalis contrahens per pactum iuxta contractũ
adiectũ uoluiſſet ſaltẽ tacitè donare, iuxta l.ſenatus §.1.ff.
de dona.cau.mor.non ſimpliciter,& inter uiuos,ſed mortis
cauſa,& ob cauſam,tunc talis donatio, & acquiſitio iuris fa
cta tertio eſſet reuocabilis,& in ea pœnitẽtiæ locus eſſet [illegible]
præiudiciũ illius tertij,quãuis in contractu, immò in pacto
illo ſtipulatio ſimpliciter eſſet adiecta,& cauſa mortis facta
cẽſetur,qñ de morte eſſet facta mẽtio, ut quia eius effectus
fuiſſet poſt mortẽ promittentis,& contrahentis collatus,ue
luti expreſsè in caſu noſtro factum fuit,ut conſtat ex uerbis
inſtrumenti,& hoc optimè probatur per tex.in d.l.ſeia ff.de
dote prælega.& ita in terminis per illum tex.uoluit Soz.in
d.§.flauius in 9.colum. in fine ſextæ concluſionis ſuæ. [illegible]
prædictis ergo apparet, quòd dato etiam interueniſſe [illegible]
lationem,& contractum nominatum cum contractu inno-
minato,tamen locus fuit pœnitentiæ, & ius acquiſitum ter
tio,hoc eſt Michaeliangelo, & Magdalenæ coniugibus [illegible]
reuocabile tum ratione contractus innominati, tum q[illegible]
conceſſio, & acquiſitio iuris habitandi illis facta ſapit dona
tionem

tionem, ſeu conceſsionem cauſa mortis, quæ ſui natura eſt reuocabilis etiam interueniente ſtipulatione per d.l.ſeia,& per totū ff. de dona.cau.mor. ut uoluit Sozi. in d.§. flauius in 9.col.in fin.d.6.concluſionis.¶Præterea uidetur alia ratione dicendum,nullum ius fuiſſe dictis Michaeliangelo,& Magdalenæ acquiſitum poſt mortem dicti Vincentij à Currubus,ut ipſi poſsint perpetuo in dicta domo habitare,quãuis fortè eſſet illis acquiſitum ius habitandi,& ſtandi in domo,quando uoluiſſent conſumare matrimonium,& feſtiuitatem nuptiarum facere iuxta l.ſancimus C.de nup. quod tamen ita ſimpliciter non admitto, nec uerum eſſe credo, ſed cum non expediat,ſuper hoc non inſiſto.Et quòd dictis coniugibus tertiis nominatis nullum ius habitationis in di-
9 cta domo fuerit acquiſitum, demonſtratur,nam † doctor. communiter,& maximè Sozi.in d.§. flauius in ultimo notabili,& in 5.concluſione uerſi.ex quibus &c.uolunt, ſpeciale eſſe fauore donationis,& exercentis liberalitatem, quòd ſi ipſe iuxta contractum ſuæ donationis principaliter factæ adiiciat pactum,per quod uoluerit ius in re donata debere alteri acquiri, ex illo pacto ius illi tertio acquiratur, ut eſt tex.not.in l.quoties C.de donat. quæ ſub modo, per quem dicunt hoc nouiter introduci contra ius antiquum fauore donationis, & exercentis liberalitatem, nam Vincentius à Currubus principaliter nō donauit, ſed ipſe ut tutor & tutorio nomine, & ſic non ex liberalitate ſua promiſit dare dotem Magdalenæ relictam ſibi à patre ſuo in teſtamento, cum ergo ceſſet fauor donationis, ceſſare etiã hoc debet, quòd ex tali pacto poſſit ius aliquod illis adiectis acquiri. Rurſus docto.in d.l.quoties,per illum tex. & in d.§. flauius loquuntur,quando pactum adiectum fuerat circa eandem rem principaliter donatam, ut ea tertio poſt certum tempus acquireretur, nos uerò loquimur, quando contractus principalis eſſet circa unum,& pactum eſſet circa aliud penitus diuerſum: Vnde cum illa diſpoſitio d.l.quoties,ſuper qua eſt fundata hæc opinio,ſit exorbitans,& contra regulas iuris,ut præſupponunt doct.& Sozi. in locis præallegatis,ea non debet extẽdi ad alium caſum penitus diuerſum, & habentem rationem diſſimilem, l. ius ſingulare ff. de legibus, c.quæ à iure de regu. iur. in 6.l. ſi uerò §. de uiro ff. ſolu.mat.& habetur in c.cū dilecta de confir. utili, uel inutili. ¶Adde,quòd tex.in d.l.quoties, & doct. omnes in d.§. flauius cum ſimilibus,quando loquuntur de hac materia,& præſupponunt, quòd ex pacto adiecto iuxta contractum poſſit tertio acquiri ius uel reuocabile,uel irreuocabile,loquũtur,& ita intelligũt procedere,qñ uerba pacti exequutiua obligatiua,ſiue promiſſiua eſſent ad ipſum tertiũrelata, ut quia is,qui promiſit,uoluerit per uerba pacti exequutiua obligatiua,& promiſſiua, quòd illi tertio ius acquireretur, puta dicendo,promitto,uel cum hoc pacto, quòd tale quid acquiratur Titio adiecto, uel per ſimilia uerba: Et hoc aliter non poteſt intelligi,ſi à ueris terminis iuris recedere nolimus: Sed in caſu noſtro reſpectu habitationis perpetuæ poſt mortem dicti Vincentij non fuit dictum, nec conuentum,nec promiſſum,quòd ipſis Michaeliangelo, & Magdalenæ poſt mortem dicti Vincentij debeatur habitatio, ſeu ius aliquod in dicta domo acquiratur,& ſic uerba exequutiua promiſſionis,& obligationis actiuè non fuerunt relata ad illos adiectos,immò èconuerſo uerba obligatoria paſſiuè,per quæ quis potius dicitur obligari,c.quã ſibi acquirere,fuerunt relata ad illos adiectos,uidelicet quòd poſt mortem Vincentij dictus Michaelangelus,& Magdalena teneãtur,& obligati ſint habitare,& ſtare in domo prædicta,ergo concludendum eſt, quòd ex uerbis ſupradictis nullum ius actiuè dicatur acquiſitum dictis Michaeliangelo,& Magdalenæ circa perpetuam habitationem domus poſt mortem dicti Vincentij,ex quo uerba pacti exequutiua obligatoria actiuè nō fuerunt ad eos relata,ſed paſſiuè, uidelicet,quòd ipſi teneantur,& obligati ſint,quæ uerba de ſui natura, & ſignificatione important, quòd ille, ad quem referuntur, obligetur alteri,& ex illis nullũ ius ipſi,ſed alteri ius contra ipſum acquiratur,argumento eorum, quæ habentur in l. 1. in princ.ff.de uerb.ob.l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler cum ibi not.per Bar.& in l.ſciendum §.dictum ff.de ædil. edic.cum ſimil.& hoc eſt notiſſimũ: ex quibus apparet,præfatos Michaelemangelũ, & Magdalenã agentes tanquã ſine actione experientes fore à limine iudicij excludendos iuxta l.ſed ſi ego in fin.cum ibi not.per gl.ff.de neg.geſt.& Bart.in l.ita ſtipulatus la grande in 9.col.ff.de uerb. ob. ¶Accedat etiã
10 ad prædicta,† nam ſpeciale eſt fauore dotis, ac etiã matrimonii,ne mulier remaneat indotata,quòd per pactum adiecto appoſitum acquiratur ius irreuocabile l. ſi ego in prin. & §.1.ff.de iure dot.l.quod ſeruius ff.de condic.ob cau.Bar. Paul.de Caſt.& omnes in d.l.ſi pecuniã, & in d.l.qui romæ §.flauius:Sed in caſu noſtro reſpectu habitationis perpetuæ poſt mortem Vincentij non uertitur aliquis fauor matrimonii contrahendi,nec fauor dotis,cum iam matrimonium ſit inter eos contractum, & conſumatum, neque ex eo, quòd in dicta domo non habitarent,Magdalena remaneret indotata,ergo ex tali pacto,ſeu ex illis uerbis non poteſt dici aliquod ius illis irreuocabiliter acquiſitum,quod enim eſt ſpeciale in quibuſdam caſibus, non debet ad alios generaliter trahi d.l.ius ſingulare ff.de legibus cum ſimil. & ſi quod ius poſſet dici illis acquiſitum non tamen irreuocabiliter per prædicta,ſed dicẽdum eſt nullo pacto fuiſſe eis ius aliquod
11 acquiſitum,ut ſupra dixi: Et † ut eſt de mente Bart. & omnium,qui eum ſequuntur,ac etiã Areti.in d.§.flauius,& ibi Sozi.in 4.concluſione, & Roma.in repet.auth.ſimiliter C. ad l. Falci.in 18.priuilegio, in cõtractibus etiã quãdo ex pacto appoſito iuxta contractũ, & ſic ex contractu innominato acquiritur ius piæ cauſæ tertio loco adiectæ, illud ius eſt reuocabile,& tolli poteſt per pœnitentiam, quoniã in cauſa libertatis,quæ eſt pia cauſa,& fauorabilis, locus eſt pœnitentiæ in caſu iſto, & ſolum ſpeciale eſt in ea, ut hæres non poſſit reuocare,& uti pœnitẽtia,ut eſt tex.in l.3.ff.de ſeruis exportan.cum ſimil.allega.per Sozi.in d.§.flauius in 4. cõcluſione: a fortiori igitur hoc dicẽdum eſt in cauſis nõ piis, nec fauorabilibus auth.multomagis C. de ſacroſ.ecc.& C. de epiſcopis,& cle.& ex his ultra alia in hac cauſa per alios ſcripta cõcluſionẽ ſupra traditã ſequor,quòd præfatis Michaeliangelo,& Magdalenæ nullum ius fuit acquiſitum in domo dicti Vincentii reſpectu habitationis perpetuæ poſt mortẽ Vincentij,& ideò ipſis nõ competiit ius agendi contra hæredes illius: & poſito,quòd ius aliquod fuerit eis acquiſitum,illud fuit reuocabiliter acquiſitum, & tolli potuit per pœnitentiã expreſsè,uel tacitè, prout reuocatum fuit, ueluti ſupra eſt declaratum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta extra domum præſtare debentis quando non ſint præſtanda, nec petenda, & nu.3.7.& per totum conſilium;*
2 *Et quando ſecus, & nu.4.*
3 *Reprobari non poteſt id, quod prius fuit cum iuramento approbatum.*
Alimenta præterita quando non debeantur.
5 *Alimentarius quas operas in domo præbentis alimenta præſtare teneatur.*
6 *Alimenta promiſſa, ſeu debita quæ, & cuius qualitatis debeantur.*
8 *Verba ſecundum, & prout ſunt reſtrictiua, & limitatiua.*
9 *Repetitio qualitatis, & prius dicti quãdo per copulã & facta cẽſeatur.*

EPITOME.

ALIMENTA *eſſe præſtanda in domo debentis illa præſtare, & extra eius domum non poſſe peti in caſu huius conſilii oſtenditur.*

CONSILIVM CLXXXV.

VISO inſtrumento, in quo Nicolaus promiſit do. Iacobæ in caſu cuiuſcunq; uiduitatis illam in eius domo cum ſua ipſius Nicolai familia recipere, eamq; alimentare, & alimenta quæcunq; neceſſaria ipſi præſtare benè, & condecenter ad arbitrium boni uiri, & ſecundum ſtatum, & conditionem ipſius do. Iacobæ, & quemadmodũ Nicolaus ipſe hactenus fecit, & in præſenti facit, concludẽdum eſſe exiſtimo ad fauorem filiorum, & hæredum dicti Nicolai, quòd ipſi ad præſtationem alimentorum præteritorum non teneantur, propterea quia per eos non ſtetit, nec per dictum Nicolaum, quo minus illa præſtiterint, prout de iure, & non aliter ea domi ſuæ, & in eorum habitatione præſtare tenebantur, & non extra: Nec ad futurorum quoque alimentorum præſtationem teneri dicendum eſt, cum ſimiliter per dictos hæredes nec de præſenti, nec in futurũ ſtet, quominus illa dictæ do. Iacobæ in eorum domo, & habitatione præſtent ſecundum promiſſa per Nicolaum eorum patrem, obtulerintq; ſe dictus Nicolaus, & poſt illius mortem filij, & hæredes ſui huiuſmodi alimenta dictæ do. Iacobæ ſic præſtare, neque unquam denegauerint, neq; in præ-
1 ſentia denegent: † Nam quoties quis ad præſtanda alicui alimenta tenetur in domo, & habitatione ipſius debitoris, illa in domo ſua, & nõ extra tenetur præſtare: hoc enim, quòd in domo ſua teneatur præſtare, cenſetur fuiſſe adiectum ad fauorem, & utilitatem ipſius præſtare debentis, ut habetur per omnes in l. illis libertis, ubi Bar. & alij ff. de condi. & demon. Bald. Sali. Paul. de Ca. & alij in l. 1. C. de lega. Bar. in l. caio in fin. ff. de alimen. & ciba. leg. ubi omnes uolunt, quòd ſi teſtator uxori, uel alteri alimẽta relinquat in domo ipſius teſtatoris, & hæredum, & cum ſua familia, hæc adiectio loci cenſetur appoſita ad fauorem, & utilitatem hæredum, & illorum, qui alimenta præſtare debent, non autem uxoris, ſeu eius, cui alimenta debentur: & ideò extra domum, & habitationem debitoris, ſeu hæredum teſtatoris alimenta non debentur, nec peti poſſunt, ita in terminis uoluit Bald. qui melius, quàm faciat, in noſtris terminis loqui non poſſet, in d. l. 1. C. de lega. quem alij ſupra relati communiter ſequuntur, idem uoluit Barto. in conſi. ſuo 211. incipien. quidam filios, & in d. l. illis libertis, & notabiliter hoc ipſum uoluit Alexand. in conſil. 3. in 4. uolum. in 1. colum. & eſt de mente Bartoli in l. libertis in fin. ff. de alimen. & cibar. lega. Specul.
2 in titu. qui filij ſint legitimi in uerſicu. quid ſi dixit. † Si tamen mulier, cui alimenta debentur, non poſſet in domo cõmodè habitare, uel quia illi propter ætatem ſuam eſſet uerecundum, ut quia iuuenis inter iuuenes, uel quia hæredes ipſi eſſent crudeles, ſæui, & tales, cum quibus commodè, ſeu honeſtè habitare non poſſet propter eorum ſæuitiam, malosque mores, tunc mulier, cui alimenta deberentur, poſſet petere, ut eidem alimenta extra domum ſoluerentur, ut uolunt Bald. & alij in dicta l. 1. C. de legat. Bartol. in dicta l. caio §. fin. & ibi Alexand. in l. mœuia in fine, & ibi Alexand. in apoſtill. ff. de annuis legar. Speculat. in loco allegato, facit l. 1. in princip. & in l. penult. ff. ubi pupill. educa. debeat, l. 1. in fin. cum ibi nota. C. eodem titu. Sed in caſu noſtro hæc domina Iacoba tempore ſuæ ultimæ uiduitatis commodè, & honeſtè poteſt, & poterat alimenta percipere in domo dicti Nicolai, ſuorumque hæredum, tum quia eſt ſenio confecta, tum quia etiam in iuuentute uixit, & educata eſt in dicta domo cum dicto Nicolao, nec de illius pudicitia quicquam potuit dubitari, neque hoc fuit per dominam Iacobam probatum, ueluti neceſſe erat plene, & concludenter probare ad hoc, ut ipſi extra domum, & habitationem Nicolai, ſuæque familiæ eſſent alimenta præſtanda, cum hoc eſſet intentionis ſuæ fundamentum, ut in terminis uoluit Alexand. in d. conſil. 3. in 4. uolum.
3 ¶ Præterea † ipſa domina Iacoba iam diu prius experta mores, conditionem, & qualitatem dicti Nicolai, ſuæque familiæ, ſponte, & ſuo conſenſu cum iuramento recepit huiuſmodi promiſſionem per Nicolaum factam, ut ſupra dictum fuit, & in inſtrumento continetur: quo fit, ut quoad effectum percipiendi alimenta in dicta domo, & habitatione locum, uitam, & mores dicti Nicolai, & ſuæ familiæ approbaſſe uideatur, ita quòd amplius illos reprobare non poſſit, neque ſuo iuramento contrauenire, quod eſt præ[illegible] ſeruandum c. ad noſtram, c. debitores de iureiurando cum ſimilibus. ¶ Et ex prædictis infertur, quòd alimenta præterita dominæ Iacobæ non debentur, cum ipſa in dicta domo non habitauerit, & per eam ſteterit, quominus habitaret, & non per Nicolaum, nec per hæredes illius, ut concludit Barto. in dicto conſilio 211. in ultim. colum.

¶ Et tenendo hanc concluſionem, quòd dominæ Iacobæ ſolum debeantur alimenta in domo cum familia dicti Nico-
4 lai, ut conuentum, promiſſumque fuit, † quoniam ſi fuiſſent ei ſimpliciter alimenta promiſſa, deberent ipſi præſtari non ſolum in domo, ſed etiam extra domum Nicol[illegible] per ea, quæ uoluit Barto. in l. libertis in fine ff. de alimen. & ci[illegible] lega. & in l. diuortio in princip. ff. ſoluto matrimon. [illegible] ſi-
5 milibus. † An ipſa domina Iacoba operas ſuas, [illegible] præſtare teneatur ad utilitatem hæredum, & filiorum N[illegible]lai? Colligitur deciſio ex iis, quæ uoluit Bald. in d. l. 1. [illegible] de lega. ubi uoluit, quòd ex quo hæc alimenta non ex l[illegible] diſpoſitione debentur, ſed ex d[illegible]poſitione hominis, uidelicet uel ex legato, uel ex contractu, ea ſolum teneri debet ad obſequiales ſolitas, & quas præſtare poſſet, conſiderata conditione, qualitate, & ætate ipſius, non autem ad fabriles, nec ad artificiales: facit, quod uoluit Bartolus in dicta l. caio §. fin. & Alexand. in d. conſil. 3. in 4. uolum. colum. 1.
6 ¶ Item † quæ, & cuius qualitatis alimenta hæredes Nicolai teneantur dominæ Iacobæ præſtare, colligitur ex uerbis inſtrumenti, maximè iunctis iis, quæ habentur per Baldum in dicta l. 1. C. de lega. in ult. col. & in l. penul. ff. [illegible] men. & ciba. lega. ¶ Addo etiam ad tollend[illegible]m omne[illegible] cultatem, quòd licet uideantur duæ promiſſi[illegible] rum rerum, una de recipiendo dominam [illegible] mo, & in habitatione, & cum familia d[illegible] præſtando illi alimenta &c. & conſequen[illegible] do mina Iacoba uelle alimenta conſequi [illegible] luerit ſtare in domo, & habitatione dicti [illegible] to l. ſcire debemus ff. de uerborum obliga. [illegible] lai ad hæc duo ſeparatim teneantur adeo [illegible] te ſit dominæ Iacobæ utrunque, uel alterum [illegible] petere, puta alimenta abſque eo, quòd in domo d[illegible] hæredum, ſeu Nicolai habitet, quia hoc, quod Ni[illegible] rit illam recipere in domo, cenſetur eſſe adiectum a[illegible] rem, & utilitatem dominæ Iacobæ, non autem Ni[illegible] ſuorum hæredum argumento eorum, quæ habentu[illegible] in l[illegible]
7 lis libertis ff. de conditio. & demonſtrat. tamen † [illegible] contrahentium mente, & uirtute uerborum in prom[illegible] alimentorum cẽſetur appoſita, & repetita qualitas, [illegible] ctio domus, & habitationis, quia cum ſimus in dubio, [illegible] appareat ex uerbis expreſſis, ad cuius fauorem, & u[illegible] principaliter fuerit facta mẽtio, & promiſſio domus, [illegible] intelligi, vt dicatur facta ad fauorem Nicolai, ſ[illegible] redum per ea, quæ uolunt Bar. & alij in d. l. il[illegible] libert[illegible] d. l. 1. & præſertim cum ex promiſſione alimentoru[illegible] pliciter facta ſatis diceretur ſibi prouiſum de habitat[illegible] cum ea ſub alimentis comprehendatur, ut in l. legat[illegible] alimen. & cib. lega. cum ſimilibus: Adiiciendo igitur, qu[illegible] promittebat eam recipere in domo ſua, & in habi[illegible] cum familia ſua, uidetur hæc adiectio, & promiſſio facta ad

utilitatem

utilitatem dicti Nicolai, quoniam utilius ipſi erat alimenta domi ſuæ præſtare, quàm extra, ut uolunt Bart. & alij in dictis locis: & hæc fuit propria mens Nicolai promittentis, ſi uerba promiſſionis rectè conſiderentur, maximè illa, dum dicitur, & ſecundum quod, & prout hactenus fecit ipſe Nicolaus, & de præſenti facit. Quare cum Nicolaus eſſet ſolitus dominæ Iacobæ alimenta præſtare in domo, & habitatione cum familia ſua, apparet, quòd contrahentes uoluerunt ſe ad hunc caſum reſtringere, uidelicet quòd teneretur illa in domo, & habitatione ſua præſtare, quoniam † ea
8 uerba ſecundum, & prout ſunt uerba reſtrictiua, & limitatiua, ut in l. item quæro §. fin. ff. locati, l. item apud §. quod ait prætor ff. de iniur. cum ſimilibus, habetur per Petrum de Anchara. in conſi. 371. & Alexan. in conſil. 52. in 6. colum. in 4. uolum. ¶ Præterea cum in caſu noſtro dictum fuerit hoc modo, eandem ſimiliter recipere, & alimentare, & ſic in effectu, quandocunque contigerit caſus uiduitatis, ipſe Nicolaus promiſerit dominã Iacobam recipere in eius domo cum ſua ipſius Nicolai familia, eamq́ue alimentare, & alimenta quæcũque neceſſaria illi præſtare, ſequitur, quòd in promiſſione alimentorum cẽſetur repetitum illud, quod de domo dictum fuerat, ex quo copulatiuè fuit dictum, quòd promittebat recipere in domo, eamq́ue alimentare, & alimenta præſtare, & ipſis alimentis conueniebat id, quod de domo, & habitatione dictum fuerat, præſertim quia in domo, & habitatione debitoris etiam ſolita ſunt, ſeu poſſunt præſtari: & hoc per ea, quæ ponit Barto. in l. ſeiæ §. caio ff. de fund. inſtruct. † ubi tractat, an per copulam et in-
9 ducatur in ſequenti repetitio eius, quod prius dictum fuerat, & inter alia concludit, quòd quando copula et ponitur inter res in una oratione, & qualitas, quæ primo ponitur, poteſt congruere etiam alteri rei expreſſæ per copulam et, tunc intelligitur facta repetitio, ſiue tendat ad augmentum diſpoſitionis, ſiue ad diminutionem, ut in dicto §. caio, & in l. fin. §. cui dulcia ff. de uino, oleo, triticoq́ue lega. Quòd procedit etiam, ſi qualitas, quæ cenſetur repetita, non ſit eadem numero cum ea, quæ eſt in præcedenti. Multo magis ergo diceretur facta repetitio eius, quod primo in ſequenti dictum fuerat, quando eſſet aliqua qualitas, quæ uniformiter utranque rem, & promiſſionem poſſet reſpicere, ut voluit ibi Bart. & etiam in l. ſi legatarius in fin. ff. de legat. 3. & prædicta procedunt etiam ſecundum Bartol. ibi, quando præceſſiſſet oratio perfecta reſpectu uerbi, deinde per copulã et adiiceretur oratio imperfecta reſpectu uerbi, quia regeretur à uerbo poſito in prima oratione, & ex uerbo præcedenti cum omnibus ſuis qualitatibus ſuppleretur: quoniam non eſt differentia, an copula et ponatur inter res in una, & eadem oratione, an uerò cadat inter duas orationes, uidelicet inter unam perfectam, & aliam imperfectam, quæ regatur à verbo poſito in prima oratione, iuxta ea, quæ habentur in l. in repetendis in 2. colum. ff. de lega. 3. & ideò in utroque caſu, ex quo copula et inter res cadit, repetitio debet cenſeri facta in ſequenti de eo, quod primo loco dictum fuerat, ex quo illud poteſt etiam ſequenti conuenire: & hic eſt propriè caſus noſter, nam primo hæc duo recipere, & alimentare fuerunt ſimul expreſſa in eadem oratione copulatiuè, deinde primo fuit promiſſum recipere in domo, & in habitatione per orationem perfectam, & poſtea per copulam et promiſſum alimentare, ſeu alimenta præſtare per orationem imperfectam ſine uerbo promiſit, quod ſolum fuit expreſſum in oratione de recipiendo, & ab illo regebatur oratio ſequens expreſſa per copulam et: Ergo ſequitur, quòd illud, quòd prius dictum fuerat de domo, & habitatione, debet intelligi in alimentis repetitum, & hoc ita cenſeri debet, quia eſt magis utile ipſi Nicolao, & hæredibus ſuis, & propterea ſic eſt ad illorum fauorem interpretandum l. quicquid aſtringendæ in prin. ff. de uerbor. oblig. ac etiam quia ſemper in dubio fieri debet interpretatio cõtra eum, in cuius fauorẽ promiſſio, uel diſpoſitio facta fuit l. ueteribus cum ibi not. ff. de pactis cum ſimilibus. Et hæc ſufficiant pro huius difficultatis reſolutione, & pro aliquali informatione excellentiſſimi domini auditoris. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Filiæ, quibus à patre dotes in teſtamento ſunt relictæ, ſunt à fratribus hæredibus expenſis hæreditatis alendæ.
2 Alimentandi onus ex æquitate, & charitate ſanguinis regulatur.
3 Matri, quæ filium, uel filiam aluit, quando, & aduerſus quos detur repetitio alimentorum, & quando non, & num. 5.
4 Alimentandi onus an ad hæredes extraneos filij, an ad fratres, ſeu ad matrem ſpectet, & ad quos illud onus pertineat.
5 Filius ex officio pietatis, & naturali ratione tenetur parentes alere.
7 Alimentandi onus non tranſit ad hæredem extraneum illius, qui ex charitate ſanguinis alere tenebatur.
8 Frater quando ſororem alere teneatur.
9 L. qui filium ff. ubi pupil. edu. deb. declaratur.
10 Alere patrem quando hæredes filij extranei teneantur, & num. 14.
11 Mater, maximè non extante patre, tenetur filium alere de iure, et æquitate naturali.
12 Solutum ex cauſa naturalis obligationis non repetitur.
13 Filius magis tenetur alere parentem, quàm frater ſororem.
15 Mater excluſa à ſucceſſione filij propter patruum, uel fratrem an poſſit repetere à patruo, uel fratre, uel ab eo, qui in bonis patris ſucceſſiſſet, alimenta per eam præſtita illi, qui de bonis paternis ali debuiſſet:
16 Et quid ab hærede fratris, uel patrui de alimentis per eam poſt illorum mortem præſtitis.
17 Matri prius, quàm fratri hæreditatem deberi non eſt uerum, & in hoc reprehenditur Alex. in l. alimenta C. de neg. geſt.
18 Matri magis, quàm fratri datur querela inofficioſi, & quare.
19 Maior eſt pietas, & charitas inter matrem, & filium, quàm inter fratres.
Querela inofficioſi fundata eſt in pietate, & officio pietatis.

EPITOME.

MATREM *relictam à marito uſufructuariam, ſiue hæredem inſtitutam unà cum filio, quæ poſt mortem filii ſimpliciter abſque proteſtatione præſtitit alimenta filiabus ſuis, non poſſe dicta alimenta etiam pro dimidia repetere ab hæredibus extraneis dicti filii ſui, & fratris dictarum filiarum, quamuis ipſa à ſucceſſione filii propter agnatos, & hæredes prædictos per ſtatutum loci excluſa eſſet, in caſu huius conſilii demonſtratur.*

CASVS CONSILII.

TESTATOR, *relictis iure inſtitutionis Barbaræ, & Iuliæ eius filiabus libris quingentis pro dote unà cum donis condecentibus pro qualibet earum, hæredes ſuos uniuerſales inſtituit do. Dianam eius uxorem in illius uita tantum, & Petrumpaulum eiuſdem teſtatoris filium, cui Petropaulo in ætate pupillari, uel aliàs quandocunque decedenti ſubſtituit Antoniũ, & Baptiſtã ipſius teſtatoris fratres: Mortuo poſt mortem teſtatoris dicto Petropaulo in infantili ætate, cũ dictæ ſubſtitutionis caſus, & dies ueniſſet, & do. Diana poſtea penes ſe præfatas Barbarã, & Iuliã ipſius, & dicti teſtatoris filias retinuiſſet, & aluiſſet, nunc ipſa in iudicio conuenit præfatum Baptiſtam, & filium dicti Antonii uti ſubſtitutos prædictos, & hæredes pro dimidia dicti teſtatoris ſuper recuperatione medietatis alimentorum, quæ dicit ſe dictis Barbaræ, & Iuliæ præſtitiſſe, aſſerens eos uti ſubſtitutos, & hæredes antedictos ad illorum præſtationem pro medietate teneri, id illis ex aduerſo negantibus: Quæritur utrũ, an domina Diana poſſit hæc alimenta à prænominatis pe-*

tere, maximè attento ſtatuto Fauentino excludente matrem à ſucceſsione filii ab inteſtato defuncti, extantibus agnatis uſque ad quartum gradum.

CONSILIVM. CLXXXVI.

DE iure in caſu propoſito concludendum eſſe uidetur, quòd dicta mater non poſſit alimenta ſimplici-
1 ter filiabus ſuis præſtita repetere, nam & † ſi filiæ, quibus dotes à patre relictæ erant, etiam à fratribus ſuis hæredibus in teſtamento paterno ſint alendæ, & liberalibus artibus inſtruendæ expenſis hæreditatis, & de bonis paternis, l. qui filium, ibique Bal. & omnes ff. ubi pupill. edu. deb. tamen ex quo mater illas ſimpliciter alimentauit abſque proteſtatione, & abſque eo, quòd conficeret rationem huiuſmodi expenſarum in alimentãdo factarum, uidetur hoc feciſſe animo donandi, & ex materna charitate, ac pietate,
2 † onus enim alimentandi ex æquitate, & charitate ſanguinis regulatur, cum ſit conſonum, quòd mater prius alat, quàm frater, ſiue alius, qui etiam in bonis paternis ſucceſſerit, ut in his terminis concludit Alex. in l. alimenta circa fin.
3 C. de nego. geſt. & † ideò mater, quæ filio alimenta præſtitit, illa repetit à patre, qui prius tenebatur filium alere, ut in d. l. alimenta, iuncta l. ſi quis à liberis §. ſi uel parens ff. de lib. agnoſ. nã tunc mater negotium eius utiliter geſſiſſe uidetur argumento l. neſennius in verſi. obiiſſe ff. de neg. geſt. cum ibi not. Præterea matri datur repetitio alimentorum aduerſus patrem, uel auum, quia illis prius onus alimentandi incumbebat, ut eſt textus in d. l. neſennius, qui propriè in his terminis loquitur, ut ibi per Paul. Caſtr. qui conſiderat quatuor caſus, quorum primus eſt, quando mater, quæ filio alimenta præſtitit, fuit proteſtata, ſecundus, quando attento ordine ſanguinis ius alimentandi prius ad alium, quam ad matrem ſpectabat, ut quia extabat pater, uel auus paternus, quoniam tunc illa indubio animo repetendi præſtitiſſe præſumitur, tertius caſus eſt, quando mater negotia filij gerebat, eiuſque bona adminiſtrabat, tunc enim etiam in dubio abſque alia proteſtatione præſumitur de bonis filij, ſeu animo repetendi præſtitiſſe, quartus caſus eſt, quando mater librum rationum de expenſis alimẽtorum feciſſet, quo in caſu etiam animo repetendi præſtitiſſe præſumitur: Hæc omnia probantur in d. l. neſennius, ibique Paul. Caſt. extra quos caſus mater cenſetur ex affectione materna alimenta præſtitiſſe, illaque repetere non poteſt d. l. neſennius, & habetur per Alex. in d. l. alimenta: ex quibus tollitur ratio Cyni, qui contrarium ferè in terminis noſtris conſuluit, ut refert Alex. in d. l. alimenta, quem Rayn. Bald. & Fulg. ibi ſequuti fuerunt: Et illa opinio, quòd mater, quæ ſimpliciter præſtitit filio, ſeu filiabus alimenta abſque proteſtatione, non poſſit illa à fratre, ſeu ab alio hærede à patre inſtituto repetere, uerior uidetur, quam ſenſit Bar. in l. ſi quis à liberis §. item reſcriptum ff. de liber. agnoſc. idem uelle uidetur Ioan. And. in addi. Specu. in rub. de ſtatu mona. in fin. & eandem ſententiam ſequitur Alexan. in d. l. alimenta, & reſpondet iis, quæ pro contraria ſententia adducuntur: facit etiam id, quod uoluit Alexã. in l. ſi paterno C. de neg. geſt. & hoc modo debent intelligi ea, quæ habentur per Sali. & alios in d. l. alimenta: Non obſtat d. l. ſi quis à liberis §. item reſcriptum iuncto §. 1. ubi frater tenetur fratrem egenum alere, & tamen ſi extet filius, uel hæres filij, ipſi tenentur alere, quia reſponſio colligitur ex iis, quæ dicit Bart. in d. §. item reſcriptum, quòd hæredes filij tenentur alere patrem filij egenum, ſi non extet mater, uel frater, qui, ſeu quæ alat, uel alere poſſit, ut in d. §. item reſcriptum, alioquin hæres filij non tenetur, ſed frater, ſeu mater, qui, & quæ prius tenetur alere, cum hoc ſit magis conſonum æquitati, & charitati ſanguinis, ut dicit Alexã. in d. l. alimenta: Non obſtat d. l. qui filium ff. ubi pupil. edu. deb. ubi filio hærede uniuerſali inſtituto, & dote tantum relicta filiæ tenetur tanquam hæres patris alimenta ſorori interim præſtare ante, quam nubat, quia reſpondetur, quòd ille tex. debet intelligi matre non extante, quæ alere poſſit, quia ſi ipſa filiam alat, non poteſt alimenta repetere à filio hærede inſtituto, nec à filia, quoniam cenſetur illa pietatis cauſa, & materno amore præſtitiſſe, & ideò non repetit: & ita iuris eſſe in præſenti caſu magis exiſtimo. Laus Deo.

ADDITIO.

CONCLVSIONEM ſupra proximè traditam ueram eſſe arbitror ex doctrina plurium ita uolentium: illam enim uoluit Barto. expreſsè in l. ſi quis a liberis §. item
4 reſcriptum ff. de lib. agnoſcen. ubi quærit, an † onus alimentandi ſpectet ad hæredes extraneos filij, an ad fratres, ſeu ad matrem, & concludit, quòd non ad hæredes extraneos filij, ſed ad matrem, quicquid uoluerit Cyn. in l. alimenta C. de nego. geſtis. ergo in caſu noſtro mater relicta à marito uſufructuaria, quæ alimenta filiabus ſuis præſtitit, non potuit ea repetere ab hæredibus extraneis filij ſui, & fratris dictarum filiarum: idem uoluit Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de ſtatu mona. in rub. in fin. uerb. qui concludit onus dandi alimenta pertinere ad aſcendentes, hoc eſt ad patrẽ, & matrem, & non ad fratrem, parentibus exiſtentibus, ergo & illis exiſtentibus minus ad hæredes fratris extraneos argumento d. §. item reſcriptum, ubi onus alimentandi ad hæ-
5 redes extraneos filij non tranſit, quamuis † filius ipſe ex officio pietatis, & naturali ratione teneatur parentes alere d. l. ſi quis à liberis §. parens cum ſequen. facit etiam, quod uoluit Ioan. And. in addi. ad Specul. in rub. qui fil. ſint legit. idemque uoluit, & ſequitur Alber. de Rota. in d. l. alimenta.
6 Nam † quoties mater filiis, ſeu filiabus alimenta præſtat, præſumptio eſt, illam uelle donare, niſi proteſtata fuerit, d. l. neſennius ff. de nego. geſtis, & Alberi. in d. l. alimenta: ac etiam niſi onus iſtud alimentorum ad patrem [illegible], tunc enim mater uoluiſſe donare non præſumeretur, & a patre alimenta ab ea præſtita repeteret, etiam ſi non fuiſſet proteſtata, ut tradit Barto. in d. l. ſi quis à liberis [illegible] ¶ Præterea quamuis Cyn. & plures alij teneant, [illegible] quæ aluit, non poſſe alimenta repetere à fratre [illegible] patris, qui tanquam hæres patris ſororem alere [illegible], ut traditur per Paul. de Caſt. & Fulg. poſt Cyn. in d. l. alimenta, tamen ipſi non dicunt, neque uolunt, quod hæres extraneus, qui illi fratri ſucceſſit, ſororem illius fratris alere teneatur, & conſequenter quòd ab eo mater, quæ [illegible] aluit, poſſit alimenta repetere, nam & ſi frater tanquã hæres patris fortè teneatur ſecundũ Cyn. & alios, tamen hæres fra-
7 tris extraneus teneri non dicetur, quia † onus alimentandi non tranſit ad hæredem extraneum illius, qui ex charitate ſanguinis alere tenebatur, qualis eſt frater, iuxta ea, quæ habentur per Bar. in d. l. ſi quis à liberis §. utrũ, hoc enim onus eſt perſonale, ut eſt tex. in d. l. ſi quis a liberis §. item reſcriptum: & hic eſt caſus noſter, quia mater vult repetere partem alimẽtorũ ab hæredibus extraneis fratris, qui ei ex pu-
8 pillari ſubſtitutione ſucceſſerunt. ¶ Accedat his, quod † frater tenetur ſororem alere in ſubſidium, uidelicet quando non extarent parentes, qui alere poſſent, ad tradita per Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de ſtatu mona. in rub. in fin. per Cyn. in l. 1. C. de alẽ. libe. & per Bar. in d. l. ſi quis à liberis §. utrũ, ergo ſi mater aluit, nec à fratre, nec ab eius hærede alimẽta repetere poterit, quia ipſa prius alere tenebatur: nec
9 obſtat l. qui filiũ ff. ubi pupil. educ. deb. quia † ille tex. debet intelligi, quãdo mater, ſeu parẽs nõ extaret, quæ alere poſſet ſecũdũ Alex. ĩ d. l. alimẽta in fi. uer. qui rñdẽdo huic tex.

ex-

expreſsè uoluit,fratrem,qui hæres patris extitit,& ad quem bona patris peruenerunt,non teneri ſororem alere, quando mater extaret,quæ poſſet alere,ſeu filiam aluiſſet: idem etiam expreſſe uoluit, reſpondendo textui in dicto §. item reſcriptum, & remittendo ſe ad notata ibi per Bartolum,
10 ubi probatur, quòd † ad hæredes filij ſpectat onus alendi, quando pater eſſet ad ſummam egeſtatem deductus, hoc eſt,quando nullus alius extaret, qui de iure teneretur alere,puta mater,uel alius aſcendens, quia tunc non hæres filij extraneus,ſed parens,ſeu mater aleret:ergo Alexander clarè innuit, quòd ad hæredem extraneum illius, qui tenebatur alere, non pertineat alimentandi onus, quando alius ſupereſſet, qui de æquitate, ſeu ex charitate ſanguinis ipſum alere deberet, ut eſt mater.

11 ¶Præterea † negari non poteſt, quin mater filium alere teneatur, maximè patre non extante,de iure, & æquitate naturali, ex quo oritur obligatio naturalis,per quam olim regia manus miniſtrabatur: quod patet, quia ratione illius obligationis hodie datur,& implorabatur officium iudicis,quod & ſi ciuilem obligationem excludat,non tamen naturalem,ut in l.ſi quis à liberis in principio, & ibi Bartol. iunctis iis,quæ habentur per modern. in rubrica ff. de uer-
12 borum obligatio. † Quæ naturalis obligatio eſt huius effectus, quòd ſolutum,& præſtitum nequeat repeti l.naturaliter cum ſequen.& per totum ff.de condictio. indebit. & per moder.in dicta rubrica,ergo in caſu noſtro mater, quæ erat naturaliter obligata, alimenta, quæ filiabus ſuis præ-
13 ſtitit, non poterit repetere. ¶ Nulli † adhæc dubium eſt,quòd filius magis tenetur alere parentem, quam frater ſororem,ut colligitur ex iis,quæ uoluit Cyn. in dicta l.j. C.de alen.lib.& Barto.in l.penultim. ff.de liberis agnoſcen. iunctis iis,quæ uoluit in dicto §.utrum: ergo ſimiliter magis deberet teneri hæres extraneus filij,quàm hæres extraneus fratris ob perſonæ repræſentationem iuxta textum in
14 authent.de iureiurand. à mort.præſtit. Sed † hæres extraneus filij non tenetur,niſi quando non reperiretur perſona,quæ de iure deberet alere, ut quia parens non extaret d.l.ſi quis à liberis §.item reſcriptum, ibique Bar.quem doctores communiter ſequuntur,& illum textum etiam intelligit Alexand. in dicta l. alimenta in fin. ergo minus debet teneri hæres extraneus fratris,quando parens, puta mater extaret: Et hanc concluſionem in noſtris terminis traditam ſequitur Alexand.in dicta l. alimenta, qui Cyno in
15 hoc contrarius fuit. ¶Nec obſtat,quòd † ex uerbis Alexandri ibi infertur,quòd in caſu, quo mater à ſucceſſione filij propter patruum, uel fratrem excluderetur, prout in caſu noſtro ex diſpoſitione ſtatuti Fauentiæ excluditur,tūc mater poſſit repetere alimenta à fratre, qui in bonis paternis ſucceſſiſſet: quia Alexander dicit,matrem à fratre hærede patris non poſſe repetere, quoniam onus alendi regulatur ex æquitate,& charitate ſanguinis:Sed magis æquum, & charitati ſanguinis conſonum eſſe uidetur, quòd mater prius alat, cum prius matri debeatur hæreditas,quàm fratri:vnde mater habet querelam inofficioſi teſtamenti, frater uerò minimè,niſi turpi perſona inſtituta l. fratris C. de inoffic.teſtamen.ergo infertur ex uerbis Alexandri à contrario ſenſu, quòd ſi matri prius hæreditas filiæ non eſſet debita,quàm fratri,ut quia frater matrem excluderet, ſecus eſſet, & ſic mater poſſet alimenta repetere: ſed ex forma ſtatutorum Fauentiæ mater à ſucceſſione filij propter fratrem, & patruum excluditur, ergo &c. Huic tamen conſiderationi, ſiue oppoſitioni, quæ aliqualiter uidetur aduerſari,pluribus modis poteſt reſponderi, primo quòd licet ex hac conſideratione dici poſſet, quòd mater poſſet repetere à fratre,qui fuit hæres fratris, & qui in bonis paternis ſucceſſit, & ad quem tanquam patris hæredem ſpectabat onus alendi ſororem, ut uolunt Cyn. & alij in dicta l.
16 alimenta,& ita Alexand.ibi loquitur, tamen † ipſe Alexander non uult,neque ex uerbis ſuis infertur,quòd mater poſſit repetere alimenta, quæ filiæ præſtitit maximè poſt mortem fratris,ab hæredibus extraneis ipſius fratris, tum quia onus alendi eſt perſonale, tum quia ſtant ſimul, quod frater teneretur alere, quia hæres patris, & tamen hæres extraneus fratris non teneatur,ueluti etiam dicitur de filio, qui tenetur alere,& tamen hæres eius extraneus non tenetur,niſi in ſubſidium,quando non extaret alius, qui de iure tenetur d.§.item reſcriptum, & ſupra dixi. Secundo reſpondeo hanc conſiderationem ſumi ex uerbis Alexandri à contrario ſenſu,quod argumentum à contrario uix ſumitur ex uerbis legis iuxta ea,quæ habentur in l.1. §.huius rei ff.de officio eius,cui mandata eſt iuriſdict. Præterea Alex. in d.l.alimenta contra Cynum uoluit, matrem non poſſe à fratre hærede patris alimenta repetere, ueluti etiam clarius ſenſit reſpondendo textui in l. qui filium ff. ubi pupil. educ.deb.in quo text. frater fuerat hæres patris, & tamen uult,quòd matre extante frater hæres patris non debuiſſet
17 ſororem alere: Et † quamuis incidenter Alexander dicat,cum matri prius,quàm fratri debeatur hæreditas, tamen ipſe hoc imprudenter dixit,quia tàm olim, quàm hodie non prius matri,quàm fratri debebatur hæreditas,nam olim ex lege duodecim tabularum frater admittebatur,mater autem non,ut Inſtitu.de ſenatuſconſult.orifician. hodie uerò pariter ſimul admittuntur, ut in authen. defuncto C. ad tertullianum,ergo uerum non eſt, quòd mater prius alere debeat,quàm frater, cùm matri prius debeatur hæreditas:Et quamuis matri regulariter detur querela inofficioſi, fratri uerò non niſi turpi perſona inſtituta, tamen ex hoc non infertur,quòd matri prius debeatur hæreditas, ut pro-
18 batur in d.authen.defuncto. Præterea † regulariter magis matri datur inofficioſi querela, quàm fratri, quia cum officium pietatis ſit inter parentes,& filios,& non inter fratres, ideò matri contra teſtamentum inofficioſum, in quo fuit exhæredata, querela datur,quia dicitur factum contra officium pietatis l. 2.cum ibi not.ff.de inofficio. teſtamen. non autem datur magis querela matri,propterea quod prius,& magis hæreditas matri,quàm fratri debeatur,ut ſupra:& faciunt nota. per Bartolum in l.pater filium in 4.colum. ff. de inofficio.teſtamen.¶Tertio poſſet reſponderi,Alexandrum ad probandum, quòd mater non poſſit alimenta repetere, adducere,quòd onus alimentandi regulatur ab æquitate,& charitate ſanguinis,quæ eſt maior in matre: & ideò prius tenetur alere:ad probandum uerò maiorem æquitatem, & charitatem ſanguinis eſſe in matre,quàm in fratre,adducit illud,quod hæreditas prius matri, quàm fratri debetur, & mater prius, & magis ad querelam inofficioſi admittitur, quàm frater:Sed non ob hoc uoluit dicere, quòd ideò mater tenetur prius alere,quia prius admittatur ad ſucceſſionem:hoc enim eſt falſum,cum non prius,ſed ſimul cum fratre ad ſucceſſionem admittatur, ut ſupra. Vnde id, quod Alex.de ſucceſſione reſpectu querelæ inofficioſi conſidera
19 uit,poſuit ad probandum,quòd † maior eſt pietas,& charitas inter matrem,& filium,quàm inter fratres,quoniā querela inofficioſi fundata eſt in pietate, & pietatis officio dict.l. 2. ff.de inofficioſo teſtamento. Et hæc ſatis dicta ſint. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Omnis diſpoſitio intelligitur de actu ordinario, non autem extraordinario.*
2 *Nemo præſumetur iactare ſuum.*
3 *Per receptionem cenſus inducitur ratificatio contractus.*

4 *Pluralitas perſonarum non præſumitur.*
5 *Confeſſio cedentis poſt ius quæſitum emanata non præiudicat ceſſionario.*
6 *Qui patitur tertium litigare de re ad ſe principaliter pertinente, conſentire uidetur.*
7 *Qui alteri conſentit ſua iura amittit.*
8 *Ceſſante ratione legis ceſſat diſpoſitio.*
9 *Declaratio l.ſæpe ff.de re iudi.*
10 *In dubio ignorantia præſumitur.*
11 *Nemo præſumitur delinquere.*
12 *Beneficium non confertur in inuitum.*
13 *Actibus fruſtratoriis non eſt utendum.*
14 *Argumentum ab abſurdo modum arguendi utilem eſſe dicit Bal.*
15 *Iudicium debet currere ſub nomine cedentis.*
16 *Declaratur dictum Innoc.in c.2.de alien.iud.mut.*
17 *Dictum doctoris debet intelligi ſecundum legem quam allegat.*
18 *Per motionem litis perſonalis rei non efficitur litigioſa.*
19 *Debitor debitum, & actionem paſſiuam à ſe inuito creditore excutere non debet.*
20 *Creditor inuitus debitorem mutare non cogitur.*
21 *Ceſſionarius actoris iudicium ſuo nomine quibus caſibus proſequi poſſit.*
22 *Ius inſtantiæ cedi poteſt.*
23 *In ceſſione uoluntaria ius inſtantiæ cedi poteſt, & quomodo.*
24 *Quando ceſſio non ualet, ceſſionarius ex iure ceſſo agere non poteſt.*
25 *Ceſſionarius repelli poteſt exceptione compenſationis, quando eſt liquida.*
26 *Lis per ſententiam finitur.*
27 *Ius ſententiæ cedi poteſt.*
28 *Ius executiuum cedi poteſt.*
29 *Ceſſionarius debitoris per inſtrumentum guarentigiatum poteſt executionem petere, ſicut poteſt cedens:*
30 *Et quomodo,*
31 *Et quibus caſibus.*
32 *Litigioſa in realibus alienari non poſſunt.*
33 *Tranſactio non poteſt fieri niſi de re dubia.*
34 *Tenuta, & miſſio in poſſeſſionem cedi poteſt.*
35 *Quomodo intelligatur concluſio, quòd tenuta, & miſſio in poſſeſſionem cedi poteſt.*
36 *Lex non eſt intelligenda de indubitabili.*
37 *Geſta ab intruſo ualent.*
38 *Fraus legi fieri non poteſt.*
39 *De iure communi in conſtitutione vicarij requiritur conſenſus rectoris eccleſiæ.*
40 *Taxatiua excludit omnem caſum à participio eius actus.*
41 *Statutum confirmatum à ſuperiore continet fauorem publicum.*
42 *Inhibitio Papæ ſine decreto operatur nullitatem actus.*
43 *Vna pars copulatiuæ alteram declarat.*
44 *Mandatum ante litem conteſtatam à domino ad eius libitum reuocari poteſt.*
45 *Procurator in rem ſuam dicitur is, cui ceſſæ ſunt actiones.*
46 *Abbas non poteſt tranſigere remittendo iura in præiudicium eccleſiæ.*
47 *Procurator non poteſt facere cadere dominum in pœnam.*
48 *Tranſactio poſt rem iudicatam facta non ualet.*
49 *Adminiſtrator cum libera poſt rem iudicatam non poteſt tranſigere.*
50 *Renunciatio eſt donatio.*
51 *Eccleſia poteſt reſtitui in integrum propter renunciationem factam ab abbate de ſententia ad eius fauorem lata.*
52 *Procurator cum libera non poteſt liti, & cauſæ renunciare.*
53 *Procurator expreſſè appellationi interpoſitæ renunciare non poteſt.*
54 *Timor reſtitutionis non eſt ſufficiens, ut rei iudicatæ poſſit renunciari, & quomodo.*
55 *Limitata cauſa limitatum debet producere effectum.*
56 *Prælatus, ſeu rector eccleſiæ non poteſt tranſigere, quando per tranſactionem nihil conſequitur.*
57 *Liberatio gratuita eſt donatio.*
58 *Prælatus, ſiue rector eccleſiæ habens facultatem tranſigendi non poteſt tranſigere, niſi in utilitatem eccleſiæ.*
59 *Corruente principali corruit acceſſorium.*
60 *Ceſſio iurium à prælato ſine ſolemnitatibus fieri non poteſt.*
61 *Inſpicienda eſt natura, & qualitas actionis primæuæ, et primordialis, non autem accidentalis.*
62 *Genus conſiſtit in intellectu, & non in ſenſu.*
63 *Ceſſio litis, & cauſæ per prælatum eccleſiæ ſine cauſa fieri non poteſt:*
64 *Procurator poſt litem conteſtatam ſine cauſa reuocari non poteſt.*
65 *Procurator conſtitutus ad lites, & cauſas præſentes, & futuras poteſt petere executionem ſententiæ.*
66 *In executiuis primus actus habet uim litis conteſtationis.*
67 *Eadem ſolemnitas requiritur in deſtructione actus, quæ & in conſtructione.*
68 *Abbas an poſſit reuocare procuratorem conſtitutum cum eius conſenſu, & quomodo.*
69 *Abbas an habeat exercitium actionum in iuribus membrorum ſibi ſubiectorum, & quid in prælato ſuperiore.*
70 *Extraneus etiam laicus poteſt agere nomine eccleſiæ, quando prælatus eccleſiæ agere negligit.*
71 *Abbas litigans nomine eccleſiæ tenetur litem proſequi ad utilitatem eccleſiæ.*
72 *Geſta per procuratorem reuocatum ante intimationem factam à domino ualent ad fauorem.*
73 *In dubio capienda eſt interpretatio in alium caſum, præterquam in donationem.*
74 *In dubio quid cenſetur factum nomine, & ex mandato illius, cuius ſumptibus, & expenſis id factum reperitur.*
75 *Ceſſio facta ab actore agente actione perſonali nunquam cenſetur facta iudicij mutandi cauſa.*
76 *Per ceſſionem iurium factam poſt ſententiam non incurritur uitium litigioſum.*

EPITOME.

CESSIONIS *iurium materia lite pendente ante, & poſt ſententiam, quæ etiam in rem iudicatam tranſiuit, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio à prælato eccleſiæ ad præiudicium, & fauorem, Et materia confeſſionis cedentis ad commodum, & incommodum ceſſionarij, quomodo, & quando, quibus caſibus, & à quibus etiam perſonis fieri poſſit, hic traditur.*

CONSILIVM CLXXXVII.

D.Iulij Scarlatini Regienſis.

PLVRA in iſta cauſa aliàs data fuerunt dubia per diuerſos Auditores, quæ, ut creditur, ſatis opportune reſoluta fuerunt, prout in ſcriptis aliàs datis. Nouiſſimè etiam ad magis dilucidandum ueritatem per vnum ex dominis Auditoribus à nobis rogatum excitata fuerunt ſubtiliter aliqua motiua, quibus & ſi exiſtimo dominationẽ ſuã per ſe ipſam reſolutionem optimè uidiſſe, & uidere potuiſſe, nihilominus pro aliqua laboris illius releuatione, cum is pluribus cauſis, & negotiis ſit diſtrictus, aliqua pro [illegible] motiuorum reſolutione, & fortè non ab re in medium adducere conabor: Et procedẽdo ſecundum ordinem iſtorũ dubiorum, ac ſigillatim reſpondendo, primo dubitatur circa validitatem inſtrumenti anno 1532. celebrati quod ille abbas de Trecẽto, de quo ibi, non fuerit verus, & legitimus abbas, cum ex forma priuilegiorum congregationis Vallis umbroſæ abbates annales in introitu capituli generalis ſint, & eſſe intelligantur abſoluti à dignitatibus, & officiis, quæ tunc obtinebant: Sed ille abbas, vt proponitur, iam ingreſſus erat capitulum, & ſic deſierat eſſe abbas, ergo &c.

¶ Ad hoc reſpõdetur primo, quòd illa verba in introitu capituli &c. debent intelligi de capitulo generali ordinario, quod ſingulis annis celebratur, & certo tempore præfixo, videlicet ſecunda dominica poſt Paſcha Reſurrectionis, vt colligitur ex pluribus inſtrumentis, de quibus in actis, ſuper diuerſis actibus celebratis in ipſis capitulis: quod pro-
1 batur ex vulgata regula iuris, † quòd omnis diſpoſitio intelligitur de actu ordinario, non autem de extraordinario, ut eſt tex. in l. ſcio §. medico de annu. leg. & ibi Bart. ubi Alex. in apoſt. plures concordan. allegat: Capitulum autẽ prædictum, quod abbas ille ingreſſus fuiſſe dicitur, nõ fuit ordinariũ, ſed extraordinariũ, quod ex pluribus efficaciter ſuadetur, primo quoniã in eo dicitur illud cõgregatũ fuiſſe propter

pter vrgẽtes,& urgẽtiſſimas neceſſitates ipſius cõgregatio nis,quæ uerba dici non ſolent,neq; aptè cadunt in ipſis capi tulis ordinariis, quoniã ſemper notum eſt inter ipſos mona chos, & in eorũ ordinationibus cõtinetur,cur,& ad quid ca pitulum ordinariũ congregetur,immò locus illius uidelicet ſequentis ſemper in præcedenti capitulo præfigitur, ut etiã in ipſis priuilegiis, ſeu ordinationibus ipſius congregatio- nis dicitur,quod tamẽ de iſto factum non reperitur: Secun do quoniam in prohemiis, ſeu in fine capitulorum ordina- riorum ſolet fieri mentio, quòd illud eſt capitulum ordina rium ipſius congregationis, quod etiam in iſto factum non reperitur: Tertio & fortius idem ſuadetur, quoniam illud celebratum fuit extra tempus capituli ordinarij ſolitum, & conſuetum,& quod non poteſt excedere decimam diem menſis Maij ad plus,immò communiter capitulum ordina- rium fieri ſolet de menſe Aprilis,ueluti dicta dominica ſe- cunda: Iſtud autem, de quo agitur, celebratum fuit circa finem menſis Iunij: Ex quibus omnibus datur intelligi, ca pitulum illud non fuiſſe ordinarium,& ſic per illius ingreſ- ſum officium, ſeu dignitatem Abbatis non expiraſſe. Se- cundo reſpondetur,quòd quatenus etiam ille nõ fuiſſet ue rus, & legitimus Abbas (quod ſemper negatur) nihilomi- nus ipſa congregatio, & ab ea poteſtatem habentes, & in ſpecie ipſe generalis Præſidens ratificauit, & approbauit ipſum contractum in ſpecie recipiendo penſiones,ſeu cano nes pro rebus in emphyteoſim conceſſis, ut in proceſſu, ac etiam relaxando ipſi domino Marcoantonio de Elephantu cijs nobili Bononienſi poſſeſſionẽ bonorum,de quibus aliàs fuit lis inter partes, & ſuper quibus per ſententias Rotæ ad fauorem Abbatis iudicatum fuit, & quæ relaxatio, & poſſeſ ſio de præſenti domini Marciantonij ſufficienter probatur per eius aſſertionem,&per ſolutionem canonis prædictam,
2 cum † nemo ſuum iactare præſumatur l.cum de indebito de probatio.& l.ſi cum aurum de ſolutio.cum ſimilibus: quod autem ratificatio geſtorum per Abbatem inducatur per di- ctos actus cõgregationis,ac generalis, probatur ex not. per Baldum in conſi.184. Ad intelligentiam lib.2.ubi in termi-
3 nis uult,quòd † per receptionẽ cenſus ratificatio cõtractus inducitur, & ex pluribus aliis ſimilibus congeſtis per Deciũ in l.ſemper qui non prohibet num.8.& 9.ff.de regu. iur. & benè ad propoſitum de prælato pẽſionem recipiente Mil. in reper. in uer. prælatus& in uer.ratificatio, & plurima conſilia Alexan.& Decij , ac alias quottas addit Cagno. in d.l.ſemper qui non prohibet num.20. ¶ Tollitur etiam dubium,quoniam,ut inquit Bal.in l.neq; natales num. 3.C.
4 de probat.† pluralitas perſonarum non præſumitur,niſi pro betur,hic autem non conſtat alium fuiſſe Abbatem,quam il lum,de quo in dicto inſtrumento, ergo &c.
¶ Secundo dubitatur, quòd dominus Marcuſantonius ex quo paſſus eſt Abbatem proſequi litem ad commodum, & expenſis Abbatiæ,ſibi præiudicauerit adeò, ut ipſe ulterius agere non poſſit ad l.ſæpe de reg.iur.& c.quamuis eod. tit. cum materia. ¶ Pro reſponſione primo id, quod dicitur de expenſis,intrepidè negatur,cum ueritas ſit,ipſum domi-
5 num Marcumantoniũ ſemper expendidiſſe,nec † confeſſio Abbatis, qui in aliqua commiſſione forſan aliter dixiſſet, potuit ceſſionario præiudicare, quoniam hoc facere nõ po teſt,nec per pactũ,nec confitendo,quando emanat poſt ceſ ſionem ad ipſius ceſſionarij commodum factam, ut notant Bar.& alij in l.ſi cum emptore de pactis,& in l.facta.§.ſi hæ res ad trebell.ubi clarè Paul.de Caſt.& tradit Afflic. in de- ciſ.163.in fin.argumẽto l.ſi partem §.fin. quemadmodum ſerui.amitta.& cum etiam ex confeſſione tàm partis aduer ſæ uidelicet.q. Scipionis in reſcripto per eum impetrato, quàm etiam generalis, & Abbatis in inſtrumento retroceſ ſionis ultimo factæ de ueritate expenſarum per dominum Marcumantonium factarum clare conſtet. Quo uero ad commodũ,& quòd Abbas ita egerit, reſpondetur nihil ob- ſtare,nec iura allegata hoc caſu locum ſibi uendicare, quo- niam ratio,ſuper qua fundantur d.l.ſæpe, & d.c. quamuis,
6 fuit, & eſt, quoniam † qui patitur alium litigare de re ad ſe principaliter pertinẽte, cum poſſit illum remouere, & ta- ceat, uidetur conſentire, & propterea ſibi præiudicatur, prout iſta ratio aſſignatur per docto.in ſpecie Alex. in d. l. ſæpe,& Abba.in d.c.quamuis num.8.uerſi.ſecundo quæro, & Felin.ibidẽ num. 5.poſt Imol.in d.l.ſæpe, & tunc non eſt mirum,ſi patiens ſibi præiudicat per illam uulgatam regu-
7 lam,quòd † qui alteri conſentit,ſua iura perdit l.2. C.de re miſſ.pigno.cum concord.ibi in glo.allegatis,& l.cum quæ- dam C.de adminiſ.tuto.& l.nihil §.proponitur, & ibi Alex. de lega.1.Iaſ.in l.cum proponas la 1.col.2.C.de pactis cum plurimis, quæ more ſuo congerit Tiraquel.in tracta. de le- gibus connubial.in uer.contracter gloſ.3.& eſt fol.152.nu. 117.cum ſequentibus: Iſta autem ratio proculdubio ceſſat in caſu noſtro,ubi,prout patet in inſtrumento prædicto, in- ter partes conuentum fuerat, quòd quamuis iura, et actio- nes per ceſſionem eſſent tranſlata in dominum Marcuman- tonium, tamen exercitium remaneret penes Abbatem, et iudicium deberet fieri, et procedere ſub nomine Abbatis: quo caſu nihil erat,quod imputetur domino Marcoantonio, qui et ſi uoluiſſet prohibere Abbatem agere, id non potuiſ ſet,ſtante pacto prædicto, et propterea ex eius patientia nõ poteſt argui eius conſenſus,quòd Abbati aliquid acquira- tur,nec præiudicium aliquod ſibi generari,cum aliter face- re non poſſet,quam pati ipſum agere, & ſciret ex conuen- tione ius ſuum ſibi durare iuxta textum cum ibi not. in l. ſi- cut §.non uidetur quibus modis pigno.uel hyp.ſolui. Vnde
8 † ceſſante ratione legis,merito ceſſat eius diſpoſitio l. adige re §.quamuis de iure patron.& c.cum ceſſante de appellat. cum uulga.& ita in ſpecie quòd ubi non eſt dolus, ac etiam ſciens,& patiens prohibere non poteſt,tunc locum non ha-
9 beat † d.l.ſæpe,tradit Guliel.Mayner.in l.res iudicata maxi mè nu.22.de regu.iur. Nec obſtat,ſi ad hoc dicetur,quòd quamuis dominus Marcuſantonius ex dicta conuentione te neretur pati,quòd Abbas ſuo nomine ageret,non tamen te nebatur pati eum ad commodum ſuum uidelicet ipſius Ab batis agere, prout egiſſe uidetur, & ita in pluribus locis in proceſſu dixiſſe,quoniã reſpondetur primo,quòd ipſe Ab- bas ſimpliciter egit,nõ exprimẽdo propterea uerbis claris, quòd ad cõmodũ ſuũ ageret,ſaltem in libello,ſeu petitione, & ſcripturis ſubſtantialibus,quæ attendẽdæ ſunt magis,quã incidenter dicta argumento l.rogaſti, & l.ſi quis nec cau- ſam ſi certum petatur:Secundo reſpondetur,quòd quate- nus etiam Abbas expreſsè in libello dixiſſet ſe ad commo- dum ſuum agere, tamen hoc domino Marcoantonio non noceret,quoniam ipſe de tali expreſſione, & modo agendi
10 notitiam non habuit,nec habebat, prout † in dubio ignoran tia præſumitur, ut l.uerius de probat.& c. præſumitur cum ibi not.de regu.iur.in 6.immò potius credere debuerit,ipsũ ſimpliciter agere,& ad commodum ipſius domini Marcian tonij,ex quo ita ex pacto tenebatur, nec credere deberet ipſum Abbatem promiſſis,& iuratis per eum contraueniſ-
11 ſe,quod delictum fuiſſet,& † nemo delinquere præſumatur in l.merito pro ſocio,et c.2.extra de regu.iur.et cum graue ſit fidem fallere l.1.de conſtitu.pecu.et maximè in perſona eccleſiaſtica. Tertio etiam reſpondetur,quòd & ſi domi- nus Marcuſantonius ſciuiſſet hoc etiam in ſpecie, quòd Ab bas ad ſuum commodum ageret, et eum ita in ſcripturis aſ ſerere, non propterea ſibi præiudicaſſet,nec locus eſſet iu- ribus prædictis, quoniam partes à principio, et ante motã litem ita concordes erant, quòd iudicium ipſum ab extra, et ſecundum corticem uerborum fieret nomine, ac etiam ad com-

ad commodum,ſeu utilitatem monaſterij, ut ſic cauſa tan-
quam eccleſiæ,& pij loci fauorabilius tractaretur, & maxi-
mè iuxta formam ſtatuti de arbitrio domini Poteſtatis; re
uera autem, & in effectu fieret ad commodum domini Mar
ciantonij: quod ex duobus efficaciter probatur, Primo ex
eo,quòd in inſtrumento dicitur, quòd ipſe Abbas teneatur
agere, & litem proſequi uſque ad finalem exequutionem
rei iudicatæ, quod tamen dici non debuiſſet, immò fuiſſet
abſonum,& abſurdiſſimum,ſi commodum in effectu ad Ab
batem pertinere debuiſſet, cum nemo ad ſui utilitatem age
re cogatur,ut C. ut nemo inuitus agere,uel à cauſa cog.per
12 totum,& facit uulgata regula,quòd †beneficium nõ confer
tur in inuitum l.inuito cum ibi not. de regu.iur. ſecundo ex
eo, quòd ibidem ſubiungitur, quòd iudicium ipſum fieri de
beat ſumptibus, & expenſis domini Marciantonij, prout in
ueritate factum fuit, & ſicuti etiam confeſſi ſunt Abbas, &
Præſidens generalis in inſtrumento retroceſſionis ultimo fa
ctæ; ergo etiam iuſtum, & conueniens erat, quòd commo-
dum,& utilitas ad ipſum dominum Marcumantonium per-
tineret per regulam l.ſecundum naturam de regulis iur. &
maximè etiã cũ à principio præceſſiſſet ceſſio ipſorum iuriũ
ex cauſa oneroſa,quæ fuiſſet uana,& fruſtratoria,ſi commo
13 dum ad Abbatem pertinere debuiſſet, †actibus autẽ fruſtra
torijs non eſt utendum l.hæc ſtipulatio §. diuus ut leg. nom.
cauea. & l.non ſolum de actio. & obligatio. & aliter dicere
contineret maximum abſurdum, quod in omni diſpoſitio-
14 ne eſt euitãdum l.nam abſurdum de bon.libe.&† quem mo
dum arguendi utilem eſſe dicit Bal.in authen. ſed nouo iu-
re in fin.C.de epiſ.& cleri. & latè habetur per Euerardum
in ſua topica legali in loco ab abſurdo in ordine 8. Cum igi
tur,ut ex prædictis patet, commodum in effectu ad dominũ
Marcumantonium pertinere deberet, & nihilominus Ab-
bas ſuo nomine agere,& etiã uerbotenus ſe id facere ad ſuũ
commodum dicere poſſet,ut cauſa ipſa fauorabilius i? per-
ſona Abbatis,ſeu eccleſiæ ageretur, & tractaretur, quod
utique hoc in caſu licitum fuit, cum de nullius præiudicio
ſaltem conſiderabili ageretur, & ita partes inter ſe eſſent
concordes iuxta not.in ſimili in l.ſi ex pretio C.ſi certum pe
ta.certè nihil eſt, quod domino Marcoantonio imputetur,
quãuis tacuerit, & paſſus fuerit Abbatem taliter agere per
ea,quæ ſupra dicta ſunt.¶ Tertio dubitatum,fuit (quamuis
dici poſſint pars, ſeu ſequela dubij præcedentis) quòd do-
minus Marcusantonius etiam uigore ultimæ retroceſſionis
non poſſit ſuo nomine litem proſeqni, ac præſens iudicium
15 exequutiuum peragere, ſed † iudiciũ ipſum ſub nomine ce
dentis currere debeat per deciſio.Afflict.354.num.22.poſt
Inno.& Abb.in c.2.de alien.iud.mut.cau.fac.& quod ulti-
mum fieri non poteſt propter contradictionem Abbatis,qui
dixit ſe nolle proſequi &c. ¶ Ad hoc, quod magnum ſcru-
pulum domino dubitanti uidetur facere, pluribus mo-
dis,& iudicio meo concludenter reſpondetur, Primo enim
16 dicitur,quòd † illud dictum Innocẽ.ſi eius uerba rectè legã
tur,& quæ etiam formaliter Hoſt. ibidem refert,loquuntur
de conuento reali, uel perſonali actione, qui licet rem,de
qua conuenitur, in alium transferat etiam in caſibus licitis,
de quibus ibi per glo.tamen ille, qui cœpit litem, perficiet,
per iura ibi allegata,& ſic loquitur in reo ius ſuum alienan-
te,non autem in actore,prout eſt caſus noſter,quod expreſ
ſè uoluit Cardi. Zabar.in d.c.2.colum.2.q.5. exponens illa
uerba Innocen.quòd ipſe perficiet litem, id eſt perficietur
17 contra ipſum,& ſuadetur,tum quia† dictum doctoris debet
intelligi ſecundum iura,quæ allegat,Bar.in l.non ſolum §.ſi
liberationis ff.de libera.lega.cum uulgar.iura autem, quæ
Innocen. adducit, loquuntur in reo alienante, ut ibi patet,
tum quia diuerſa eſt ratio in hac materia inter actorem, &
reum, cũ actor in actione perſonali, prout eſt caſus noſter,
18 poſſit iura ſua cedere,& in alium transferre, cum † per mo
tionem litis perſonalis res non efficiatur litigioſa ſecundum
ueram,& communem opinionem,ut per Bar.in l.1. C.de li
tigio.Bal.& alios in auth.litigioſa C.eod.Innocen. & cæte-
ros in c.cum.M.de conſtit.& c.eccleſia ut lit. penden. ſecus
19 autem ſit in reo, ſeu debitore,† qui debitum, & actionẽ paſ-
ſiuam à ſe,inuito creditore,ſeu actore, excutere non poteſt
iuxta not.in l.debitorum C. de pactis, ubi Bal. in ſpecie di-
cit, quòd ex parte rei non poteſt conſtitui procurator in rẽ
ſuam,niſi conſentiente creditore, & ratio eſſe poteſt,quia
20 † creditor inuitus debitorem mutare nõ cogitur l. ſi manda
to ff.manda.& ſic ceſſio, uel tranſlatio litis in alium nihil ei
nocere poteſt, & prout dicta ratio diuerſitatis etiam ex ſe-
quentibus patebit: ¶ Secundo enim reſpondendo dici-
21 tur,quòd † ceſſionarius actoris iudicium ſuo nomine proſe
qui poteſt, terminis aliàs habilibus, & ubi ipſa ceſſio ua-
leat, puta quia ſumus in actione perſonali iuxta prædicta,
uel aliàs in caſibus licitis, de quibus in l. fin. C. de litigio.
quicquid aliter dixerit Afflic. in hoc cum bona uenia lap-
22 ſus:Quod ex pluribus probatur,primo quidem quoniã † ius
inſtantiæ cedi poteſt,& transferri in ceſſionarium, ut proba
tur in l.in cauſæ §. fin. de procurat. & in l.cum hæreditas cũ
ibi not.ad Trebell.& not. Barto.in l.ſi cum hominem num.
3.verſic.quæro, an tranſeat de fideiuſſo.ubi rectè intuenti
uult,quòd ceſſionarius inſtantiam cœptam proſequẽs ideò
obtinere non poſſit, quoniam facta fuerat ceſſio ſolum de
eo,quod ſibi vt hæredi competebat, aliter clarè ſentiens, ſi
facta fuiſſet de eo,quod ſibi ſuo iure,& ſuo facto compete-
bat,aliàs malè conſuluiſſet Barto. in caſu ibi per eum rela-
to,& ſuper falſa ratione ſe fundaſſet,quod latius non indu-
co,quia doctiſſimos alloquor: Et quod maximè procedit,
quando ceſſionarius habebat primo ius in actione ceſſa ſe-
cundum Imol.ibidem,dum allegat tex.in l. ſed ſi unius §.fi-
liusfam. de iniur. quod optimè conuenit caſui noſtro pro-
pter primam ceſſionem do. Marcoantonio factam: idem
etiam uoluit Paul.de Caſt.in d.l.ſi cum,dum diſtinguendo
23 dixit,quòd† in ceſſione uoluntaria ius inſtantiæ cedi poteſt,
& allegat text. in d.l.in cauſæ, qui utitur uerbo tranſlatio-
nis, quod neceſſario, & ex ſui natura importat, quòd tran
ſeat de una perſona ad aliam, & ubi prius erat, & currebat
ſub nomine cedentis, poſtea currat ſub nomine ceſſionarij,
& aliàs non eſſet tranſlatio, ut etiam colligitur ex uerbis
Bald.in d.l. in cauſæ. ¶ Secundo & clarius ad idem addu
citur,quod notat Bald.in conſi.362.uolum.5. primo uiden
24 dum eſt,ubi cõcludit in effectu, quòd† quando ceſſio nõ ua
let,tunc ceſſionarius ex iure ceſſo agere nõ poteſt,quia qui
ſemel actionem proponit,cogitur uſque ad finem perſiſte-
re auth.qui ſemel.C. quomodo, & quan.iud. quod quidem
regulariter in realibus uerum eſt, cum actio realis litigioſa,
ſeu dubitata, & in iudicium deducta regulariter cedi non
poſſit l.fin.& per totum C.de litigio. ſed poſito, quòd ceſſio
ualeret,Bal.in d.ſuo conſi.clarè præſupponit, ceſſionarium
poſſe ſuo nomine agere, & litem proſequi, primo dum di-
25 cit,quòd † ceſſionarius repelli poteſt exceptione compenſa
tionis,quando eſt liquida, ut ibi per eum, ſecundo dũ uult,
quòd ſi ceſſionarius agit directa, poſſit cogi ad arbitros eli-
gendos,prout poterat cedens ad inſtantiam ipſius rei, quæ
tamen falſa eſſent,nec uerificabilia,ſi ceſſionarius litem pro
ſequi ſuo nomine non poſſet, & iudicium ſub nomine ce-
dentis continuari deberet,tunc enim dici non poſſet, quod
aliqua exceptione repelleretur, nec ad compromiſſum co
geretur,ut de ſe patet. ¶ Tertio,& adhuc clarius reſpon-
detur,quòd quicquid eſſet de primæua, & ordinaria actio-
ne,& in iudicium deducta, & quòd tunc facta ceſſione etiã
in caſu ualido lis non poſſet continuari, & perfici ſub no-
mine ceſſionarii (quod tamen negatur per prædicta) tamen
ſecus

ſtcus dicendũ eſt, quando lis fuit, & eſt finita per rem iudi-
catam, & agimus de iure exequutiuo ipſius rei iudicatæ
etiam per uictorem in iudiciũ deducto per rationes, & au-
ctoritates claras, ratione quidem, quoniam tunc ceſſat ui-
26 tium litigioſi, lis † enim per ſentẽtiam finitur Rot. deciſ. 411.
in nouis, aliàs 10. ut lit. penden. & Mil. in reper. in uer. lis fi-
nitur, & Gomeſ. in regula de triennali q. 54. uerſi. non ob-
ſtat, quòd deſertio, & ſic omnis ratio, quæ aliàs aſſignari poſ
ſet, propter quam ceſſionarius impediretur litem proſequi
ſiue propter uitium litigioſi, ſiue propter diſpoſitionem d.
authẽ. qui ſemel, ſiue propter titulum de alien. iud. mut. cau.
fac. finita lite ceſſaret, & conſequenter etiam ceſſare debet
diſpoſitio iuribus uulgaribus: Auctoritate uero, quoniam
27 expreſsè habemus, † ius ſentẽtiæ cedi poſſe l. in iudicio, & ibi
docto. fam. herciſ. Bal. in l. ex legato C. de lega. ſubdens
ad propoſitum, quòd ſi cedens habet ius exequutionis pa-
28 ratæ, idem habebit ceſſionarius; item & † quod ius exequuti
uũ generaliter cedi poteſt, immò & ceſſa principali actio-
ne in conſequentiam ceſſum uidetur per tex. in l. 1. C. de
contra. iud. tut. Areti. in l. 1. col. penult. ſi cer. pet. & Calca.
in conſi. 18. col. 6. & prout prædicta latè tradit Tiraquel. in
tracta. de retrac. §. 26. gloſ. 3. num. 22. & 23. ubi & alia alle-
29 gat: & idem † quod ceſſionarius debiti per inſtrumẽtũ qua-
rentigiatum poſſit exequutionem petere, ſicut poterat, ce-
dens, & ſic neceſſario ſuo nomine, non autem cedentis præ
ſupponunt, & clarè uolunt Gui. de Suza. doctor antiquus
Regiẽſis in tracta. de inſtrum. quarentig. num 32. & 37. qui
habetur impreſſus in fin. noui uolum. tractar. impreſſionis
Venetæ, & Bened. Barg. in tracta. de quarentig. in 1. parte
30 q. 9. col. ultim. ad finem. Nec dicatur, prædicta locum
non habere, quando ipſe cedens iam exequutionem pete-
re cœpiſſet, & ius exequutiuũ in iudicium deduxiſſet, quo-
niam reſpondetur, quòd immò prædicti doctores generali
ter, & indefinitè loquentes contrarium proculdubio ſen-
tiunt, maximè quando cedens cæpiſſet agere uia exequuti-
ua, & prout in caſu noſtro factum eſt etiam ex diſpoſitione
ſtatuti Bononienſis de præceptis fiendis, licet fortè aliud di
ci poſſet, quando intentata eſſet actio iudicati, & ſic ordina
riè exequutio peteretur, quod tamen fatuum eſſet, & nul-
lus hodie in practica obſeruat. Secundo dicitur, quòd im-
31 mò per punctum rationis dicere cogimur idem eſſe, & ceſ
ſionem iuris exequutiui procedere etiam, quòd cæptum
eſſet per cedentem, & in iudicium deductum, quoniã nihil
eſt, quod impediat, prout in primæua actione, nam lis ipſa,
& uitium litigioſi extincta ſunt per ſententiam: & licet ſit
cæpta peti exequutio, non tamen ius exequutiuum litigio-
ſum dicitur, quod probatur, quoniam regulariter, & gene-
raliter, & ſic poſt rem iudicatam etiam in reali cedi poteſt,
32 & ſic alienari, ut dictum eſt, & tñ † litigioſa in realibus alie-
nari non poſſunt d. l. fin. & per totum C. de litig. Secundo
quia poſt rem iudicatã res dicitur eſſe clara, hinc eſt, quòd
33 tunc † nõ poteſt fieri tranſactio, quæ eſt de re dubia, nec pe
ti compromiſſum l. poſt rem de tranſ. & l. eleganter §. ſi poſt
de condic. indebi. cum utrobique not. quæ tamen falſa eſ-
ſent, ſi introducto in iudicio iure exequutiuo illud litigio-
ſum dici poſſet, quoniam tunc res clara non eſſet, quod fal
ſum eſt. Tertio quoniam ſicut uictor, & cedens licet ſe-
mel cœperit petere exequutionem, & uno modo, uel una
uia, poteſt ab illis deſiſtere, & de nouo, & alio modo, & alia
uia exequutionẽ petere, ut traditur per Bar. in l. cõſentaneũ
col. ult. num. 17. C. quomodo, & quan. iud. ubi etiam alii, &
in ſpecie Alex. in apoſtil. ita idem debet poſſe ceſſionarius,
ut dixit Bal. in d. l. ex legato, & ſentiunt alij prædicti, nam
tunc ceſſionarius non tam dicetur proſequi exequutionem
per cedentem cœptam, quàm ipſam exequutionem de no
uo inchoare: & quatenus etiam tenutam aliquam, ſeu poſ-
ſeſſionem apprehenſam proſequeretur, id facere poſſet, cũ
34 & generaliter † tenuta, & miſſio in poſſeſſionẽ cedi poſſint
l. ulti. §. ſi autem, & ibi Salice. C. de bon. aucto. iudi. poſſid.
& Alexan. & Barba. in locis relatis per Tiraquel. ubi ſupra
num. 21. & ſic neceſſe ſit fateri, quòd quamuis cedens te-
nutam acceperit, uel in poſſeſſionem miſſus fuerit ex cau-
ſa iudicati, ceſſionarius illam ſuo nomine proſequi poſſit,
aliàs uanum, & fruſtratoriũ eſſet, quod dicunt iura, & doct.
talem tenutam cedi poſſe, cum ceſſio effectu careret, quod
35 non eſt dicendum. ¶ Nec etiam præmiſſis obſtat, ſi dice-
retur, prædicta omnia de ceſſione inſtantiæ iuris exequu-
tiui, & tenutæ debere intelligi de utilitate, quæ ex illis ſequi
tur, ut non contrarientur dictæ doctrinæ Afflicti poſt alios
allegatos, quoniam hoc dici non poteſt, tum quia illa do-
ctrina fuit ſupra efficaciter impugnata, uel ſaltẽ declarata,
ut iſtis aliis poſtea adductis non obſtet, tum quia eſſet de-
ſtruere iura, & doctrinas doctorum, quæ expreſsè loquun-
tur de ipſa inſtantia, iure exequutiuo, & tenuta, non au-
tẽ de utilitate, de qua dicere ſciuiſſent, ſi ita intellexiſſent,
& quæ ſicuti ſunt diuerſa nomine, ita etiam effectu, l. ſi idem
C. de codicil. cum ſimilibus, tum quia ſi de utilitate, & com
modo illæ doctrinæ intelligerentur, non diceretur ſaltem
propriè aliquid cedi, uel trãsferri in ceſſionarium, quod ius
diceretur, uel in ius ſonaret, ſed tantum diceretur donari
poſſe alteri exactum ex prædictis iuribus, prout in facto con
36 ſiſtit, & quod † etiã eſſet de indubitabili, & propterea de eo
non eſt intelligendum iuxta l. quod labeo de Carbon. edic.
cum ſimilibus. ¶ Quarto dubitando dictum fuit, quòd trã
ſactio facta per illum Pupium ſiue ut uicarium, ſiue ut pro-
curatorem cum Petro, ſeu eius tutrice non gratuito, ſed
magno, ut dicitur, eccleſiæ emolumento ualuit, & tenuit,
quia poteſtatem tranſigendi, & componendi habuit, ſecun-
do quia iuratum fuit, tertio propter clauſulam omni melio-
ri modo, quarto quia renunciatũ fuit rei iudicatæ, quod ui
detur fieri potuiſſe propter reſtitutionẽ comminatã, & ma
ximè cũ fuerit utile eccleſiæ, ut generalis Præſidens, & duo
uiſitatores declararunt, quo caſu geſta etiam ab intruſo ua-
lere debent ad Felin. in c. cauſam quæ de iud. per ea, quæ ibi
37 allegat, præſertim † cum aſſeratur fuiſſe magnam læſionem
pupilli in taxatione fructuum, cum taxati fuerint redditus
ad libras duas pro tornatura, quod exceſſiuum uidetur ha-
bito reſpectu ad pretium, quod erat tantum librarum octo
pro tornatura, & prout in dubio. ¶ Aduertendũ eſt
pro reſponſione, quòd in hoc dubio plura dicuntur, & præ
ſupponuntur, quæ cum bona uenia à ueritate deuiant, & de
iure aliter ſe habent, & primo, quòd iſte pupius eſſet uica-
rius perpetuus, & legitimè conſtitutus, iſtud autem intrepi
dè negatur, primo quia nunquam fuit conſtitutus in capitu
lo generali, nec à diffinitoribus habentibus illius auctorita-
tem, ſed tantum à Generali cum duobus uiſitatoribus extra
capitulum, & quos non conſtat talem facultatẽ habere, im-
mò de contrario conſtat, ut mox dicetur: Secundo & for-
tius, quoniam & ſi talis vicarius fuiſſet in capitulo generali
conſtitutus, adhuc talis electio non ualeret, cum ex forma
priuilegiorum, ſeu ordinationum congregationis, & per ſe-
dem Apoſtolicam ex certa ſcientia, & quidem ad inſtantiã
ipſius congregationis confirmatarum Abbates, & prælati
dictæ congregationis ſint annales, & inferius clarè dicitur,
quòd Generalis, & uiſitatores poſſint diſponere de abbati-
bus, & Prælatis dictæ congregationis annalibus tantũ, illoſq;
ex legitima cauſa, uel aliquali præcedente ſummaria cauſæ
cognitione amouere, & eorum loco alios deputare: Item &
clarius infra dicitur, quòd monaſteria dictæ congregatio-
nis ſolum per prælatos, ut ſupra, electos, & ordinatos regi, &
gubernari debeant: Ex quibus uerbis in diuerſis locis ipſo-
rum priuilegiorum plura inferuntur, primo, quòd ſicut ab
bates

bates non poſſent creari perpetui, ita nec etiam vicarij, alias fieret fraus legi, quod fieri non poteſt, nec admitti de-
38 bet iuxta tex. cum ibi not. in l. contra legem, & in l. fraus legi fit de legi. ubi ponuntur plura exempla per glo. & docto. de re ad rem, & de perſona ad perſonam, quæ optimè ad caſum noſtrum faciunt. ¶ Secundo infertur, quòd cum deputare vicarium perpetuum loco abbatis ſit in effectu ipſum abbatem amouere, & adminiſtrationē ei auferre, prout prætendit etiam pars aduerſa dicens abbatem in terminis noſtris habuiſſe nudum nomen, dictum autem vicarium habuiſſe adminiſtrationem, hoc fieri non potuit ſine legitima cauſa, & præcedente aliquali cognitione, ut dictum eſt, quæ quidem ſeruata non fuerunt, quod appareat, & ſic nulliter, quia contra formam priuilegiorum iuxta not. in c. cū
39 dilecta de reſcrip. cum ſimilibus: Item etiam† de iure cōmuni in conſtitutione uicarij requiritur conſenſus rectoris eccleſiæ iuxta not. in c. extirpandæ §. qui uerò de præben. maximè per Abb. ibi in repet. nume. 9. & conſequenter in caſu noſtro conſenſus Abbatis, quem tamen interueniſſe nō conſtat. Infertur & tertio, quòd cum propter illam taxatiuam ſolum per prælatos electos excludatur alius caſus præſertim diſſimilis, & diuerſam rationem habens l. his ſolis cū ibi not. C. de reuocan. donat. per Bal. & alios in l. 1. C. de cōtra tab. ubi maximè Deci. nu. 5. & dicit pulchrè Oldra. in cōſi.
40 254. Cum tota colu. 3. quòd † taxatiua excludit omnem alterum à participio eius actus, de quo ſit ſermo, per plura iura ibi per eum allegata, non potuit talis uicarius conſtitui, uel deputari tanquam ſub illa taxatiua non comprehenſus, maximè cum non fuerit, ut ſupra, electus, & ordinatus, uide licet in capitulo generali, ſed extra illud. Nec dicatur, quòd dicti generalis, præſidens, & uiſitatores potuerint ipſis priuilegijs derogare, & aliter, quam in illis contineatur, diſponere propter magnam, & amplam auctoritatem, quam ipſe Generalis habere prætendit, quoniam reſpondetur primo, quòd talem derogationem non fecerunt, nec de ea conſtat: ſecundo dicitur, quòd quatenus illam feciſſent, omnino nihil ualuiſſet, quoniam cum ipſa priuilegia fuerint auctoritate apoſtolica, & quidem ex certa ſcientia confirmata, non potuerunt ſine eiuſdem ſedis apoſtolicæ conſenſu tolli, aut reuocari, ut notat glo. ordin. in authen. de defenſo. ciuit. §. interim in uer. remouendi, & Bar. in l. omnes populi ff. de iuſti. & iure, & Bald. in l. omnium C. de teſta. & in c. 1. in glo. ſuper uerb. nos Romanorum de pace conſtan. & in l. ex placito. C. de rerum permut. & quos refert, & ſequitur Roma. in conſi. 116. poſt princi.
41 † quod maximè uerum eſt, quādo ſtatutum confirmatum continet fauorem publicum, ſeu eccleſiæ Lap. in allegat. 86. & Cardi. in conſi. 130. in eccleſia cathedrali, item quando in confirmatione eſt decretum annullatiuum, ut eſt caſus ſingularis in c. dilecto uerſic. niſi fortè, & ibi do. Anto. Imol. & Abb. num. 14. de præben. qui-
42 nimmò† etiā ſimplex inhibitio Papæ ſine decreto operatur nullitatem actus, ſi contra fiat, ut expreſsè dicit Imol. in d. c. dilecto colum. penult. nume. 34. Quæ omnia in effectu in caſu noſtro concurrunt, & propterea dicta conſtitutio non potuit abſque conſenſu Papæ reuocari, uel alterari, & ſic poteſtas dicti vicarij funditus corruit.

¶ Secundo quum dicitur, quòd tāquam procurator ad hoc habens mandatum potuit tranſigere maximè non gratuito, prout latius in dubio, ad hoc etiam pluribus modis reſpondetur, & primo dicitur, quòd rectè conſiderando inſtrumentum dicti Vicariatus, & mandati, ac eius uerba, clarè patet, quòd ille Pupius non fuit quouis modo conſtitutus procurator congregationis, ſeu Generalis, uel aliam legitimam perſonam pro congregatione habentis, ut dici potuerit procurator alterius, ſeu in rem alienam, ut in dubio præſupponitur, licet tantum fuerit conſtitutus procurator irreuocabiliter in illo monaſterio cum facultate faciendi ibi expreſſa, & ſic tanquam Vicarius, & in conſequentiam ipſius vicariatus, & in effectu procurator in rem ſuam, non autem alienā, prout hæc duo genera procuratorum declarat Specula. in titu. de procura. in prin. quod ſuadetur, tum quia quod fiat procurator congregationis, uel quòd eius nomine aliqua facere poſſit, ibi uerbum nullum, tum quia ibi copulatiuè di-
43 citur, Vicarium, & procuratorem irreuocabilem, & † ſic una pars copulatiuæ aliam declarat l. 1. & ibi Sozi. poſt Rom. in conſi. quod allegat, de rebus dub. tum quia illud uerbum irreuocabilem non conuenit, nec eſt ſolitum apponi in mandato, quod fiat in rem alienam, immò eſt contra naturam
44 actus, † quæ eſt, ut ad libitum ante litem conteſtatam reuocari poſſit l. nihil, l. nulla C. de procurat. & l. ante litem ff. eodem: benè autem conuenit procuratori in rem ſuam, qui reuocari nō poteſt Bal. in l. 3. C. manda. tum quia cum† procu-
45 rator in rem ſuam dicatur is, cui ceſſæ ſunt actiones, & conſtituatur procurator ad illas intentandas, ut eſt glo. in c. 1. de procurat. in 6. cum concordan. ut per Felinum in c. licet undique num. 5. de offi. delega. certè iſte talis fuit in effectu, ſi tamen actus ualeret, de quo ſupra dictum fuit, nam mediante conſtitutione Vicarij conſtituentes ei ceſſerunt iura, & actiones monaſterij, & eum procuratorem ad illas exercendas conſtituerunt: Quo fit, ut non poſſit uideri tanquam procurator congregationis, & ſeparatus à Vicario aliquem actum feciſſe, cum talis non fuerit, ſed tantum procurator in dicto monaſterio in rem ſuam tanquam Vicarius: unde cum vicariatus ipſe ex pluribus corruat, corruit etiam neceſſario ipſa talis procuratoris conſtitutio.

¶ Et quamuis iſta reſponſio uti uerissima ſufficeret, ſecundo tamen ex abundanti reſpondetur, quòd quatenus Generalis cum duobus viſitatoribus uoluiſſet eum facere procuratorem Congregationis, uel abbatis cum facultatibus, de quibus ibi, id facere minimè potuiſſet, cum facultas illa ad diffinitores poteſtatem capituli generalis habentes pertineat, qui habent facultatem in concernentibus honorem, & commodum Congregationis, non autem ad uiſitatores, quorum officium reſtrictum eſt ad exequendum ea, quæ in capitulo generali ſunt ordinata, ueluti utrunque prædictorum in priuilegijs, ſeu ordinationibus Congregationis aperte legitur: & ſic mandatum corruet ratione perſonæ conſtituentis, quem defectum principaliter conſiderat Speculat. in d. tit. de procurat. §. ratione quoque conſtituentis, & merito, quoniam de perſonis primo quærendum eſt l. ſi quæramus de teſtamen. cum uulg. item quia in conſtitutione talis procuratoris pro Abbatia de Treccnto, quatenus ut talis à Vicario ſeparatus conſideretur, requiſita fuiſſet auctoritas Abbatis particularis ipſius loci, qui in rerum natura aderat, & de cuius intereſſe principaliter tractabatur, cum ad eum ſpectet agere nomine monaſterij c. cum dilectus, & ibi Abb. de ſucceſſio. ab inteſta. & non obſtante dicto vicariatu, nihil ad regulam non præſtat impedimentum cum materia de regu. iu. in 6. ¶ Tertio reſpondetur, quòd quatenus Pupius ex dicto mandato, ut procurator Congregationis facultatem
46 tranſigendi habuiſſet, (quod negatur) tamen † talis facultas tranſigendi, ſeu componendi concedi non potuit, nec concesſſa intelligitur in euidens damnum eccleſiæ, nec etiam ſi principales prælati, ut Generalis, & abbas poſſent talia tranſigere maximè remittendo gratis, uel pro modico ius eccleſiæ clarum, & magni, immò maximi momenti, [illegible] ta. per Abbatem, & alios in c. contingit de tranſactio. [illegible] cto. in l. præſes C. de tranſactio. quòd enim euidenter damnoſa fuerit eccleſiæ talis tranſactio, quamuis in dubio contrarium dicatur, ex pluribus manifeſtè oſtenditur, [illegible] quia contraueniendo per illam primæ ceſſioni in fauorem domini Marciantonij factæ, & in qua eſt promiſſa [illegible]

cum

caſu contrauentionis, facit cadere ipſum Abbatem,ſeu illū, qui ex eius perſona tenetur,in pœnam, & maximum damnum,quoniam ultra pœnam conuentionalem ex tali in obſeruantia facit teneri Abbatem ad reſtitutionem trecentorum ſcutorum,quæ ipſe tempore dicti primi inſtrumenti anni 1532.habuit,necnon ad reſtitutionem omnium expenſarum per dominum Marcumantonium factarum per octo annos in ipſa lite, quæ ad maximam quantitatem aſcendūt, item ad reſtitutionem, ſeu refectionem omnium damnorū per ipſum do.Marcumantonium paſſorum, & patiēdorum, ſi ipſa tranſactio procederet, & quæ etiam maxima ſunt, & per ipſum liquidari poſſunt,& quorum omnium refectio eſt expreſsè in dicto inſtrumento promiſſa etiam ſub uinculo iuramenti: & ex quibus obiter infertur,quod talis poteſtas
47 tranſigendi etiam quòd aliàs ualeret, non † tamen intelligitur data in caſu, quo dominus ex illa in pœnam incideret, ut eſt notabilis doctrina Bartoli,quem omnes ſequuntur in in l.3.§.ſi procurator ff.quod quiſque iuris, & in l.ſi procurator de condic.indeb. quod in propoſito eſt ſummè notandum. Item redeundo ad damnum eccleſiæ, & illud melius ſpecificando dicitur, quòd ipſa in effectu amittit ſummam librarum 9000. bononenorum, ad quam taxati ſunt fructus,in quibus cōdemnatus fuerat dominus Scipio de Fantucciis,& quæ condemnatio,ac etiam taxatio in rem tranſiuerunt iudicatam. ¶ Et quamuis diceretur, quod ipſam quantitatem non deberet conſequi eccleſia,ſed ipſe dominus Marcuſantonius uirtute ceſſionis,reſpondetur, quòd nihilominus illa renunciatio, & ceſſio per dictum aſſertum Vicarium facta neceſſario redundat in damnum eccleſiæ, quoniam ſi illa dominus Marcuſantonius propter dictam tranſactionem conſequi non poſſet,utique ipſe,qui ex facto eccleſiæ, ſeu eius rectoris, quatenus ualeret, adeò manifeſtè læderetur, poſſet aduerſus illam petere dictam quantitatē tanquam ſuum damnum, cuius refectio eſt ſibi promiſſa. Cumulatis igitur,& ponderatis omnibus prædictis euidentiſſimè conſtat de maxima,& intollerabili læſione,& præiudicio eccleſiæ,& de nulla utilitate,cum ex ipſa tranſactione ultra annuum canonem librarum quadraginta, quem etiā dominus Marcuſantonius perſoluit, conſequatur tantum corbes quinque frumenti, & caſtellatas duas uuarum, quæ ſunt quid minimum,& pro nihilo reputari poſſunt reſpectu magnarum quantitatum, in quibus eccleſia damnum patitur,& paſſura eſſet propter reſtitutionem,ad quam teneretur,ut ſupra:item dictum frumentum,& uinum non conſequitur propter remiſſionem debiti fructuum, quæ gratis ſit, ut dictum eſt, ſed tantum propter canonem rerum in emphyteoſim conceſſarum,ut in inſtrumento patet:Vel etiam dici poteſt,quòd illa promiſſa fuerunt in recompenſationē tornaturarum uiginti terræ,quas ſibi minus retinuit ipſe aſſertus Vicarius,quam retinuiſſet Abbas in dicto inſtrumento domini Marciantonij, quoniam uidelicet dictus aſſertus Vicarius retinuit pro eccleſia tantum tornaturas uiginti terræ,ubi ipſe Abbas retinuerat quadraginta,& quarum uiginti tornaturarum redditus communiter plus importāt, quā dictum frumentum,& uinum: & ſic ex illis eccleſia nullam conſequitur utilitatem, ſed potius damnum:ad quod etiam aduertatur.Et uerè iſta adeò manifeſta ſunt,ut inficiari non poſſint: Itaque qui negaret tranſactionem ipſam eccleſiæ eſſe enormiſſimè damnoſam,& qui utilem aſſereret, perinde eſſet, ac ſi diceret album eſſe nigrum, uel ſolem meridie
48 non lucere. ¶ Tertio etiam corruit dicta tranſactio ex alio ineuitabili fundamēto,quoniam emanauit, & facta eſt poſt rem iudicatam,immò iam commiſſa, & relaxata exequutione,prout in proceſſu conſtat, quo caſu fieri non poteſt, & nihil penitus ualet, ut ſunt iura aperta, & ibi notant omnes in l.poſt rem de tranſactio. & in l.eleganter §.ſi poſt de condi.indeb.fit enim tranſactio de re dubia,& lite incerta l.1.ff.de tranſactio.quæ non eſt,quando lis finita eſt per ſententiam, quæ fecit rem claram, ut expreſsè dicit Paulus de Caſtro in d.§.ſi poſt: Nec dicatur, quòd hic renunciatum fuerit expreſsè rei iudicatæ, quod fieri monent doctores in dictis iuribus,& in l.ſi cauſa cognita C.de trāſactio.ad hoc, ut eo caſu tranſactio ualeat,quoniam reſpondetur, quòd talis renunciatio per ipſum procuratorem fieri non potuit, cum ad illam faciendam mandatum ſpeciale non habuerit, & quod requirebatur,cum ſaperet donationem,ut mox dicetur, & ideò ipſa poteſtas tranſigendi, ſeu uerius componendi,quod uerbum expreſſum eſt in mādato, prout etiam natura uerbi importat, intelligitur, & intelligi debet lite pendente, non autem ipſa per rem uendicatam extincta, cum tunc tranſactioni,ſeu compoſitioni locus non ſit,prout in iuribus præallegatis. Et ex hoc alius defectus colligitur,qui dictā tranſactionem uitiat,uidelicet defectus mādati,quod ad illā non ſe extēdit,quod etiā multū eſt notandū. Secūdo,& fortius dicitur,quòd ſi expreſsè in procuratorio contineretur,quòd poſſet ad effectum tranſactionis rei iudicatæ renunciare,adhuc ille procurator de iure id facere nō potuiſſet, cum etiam ipſimet prælati principales,ſiue Abbas,ſiue Præſidens generalis, ſicut etiam nec prælatus non
49 regularis puta epiſcopus,qui adminiſtrationem cum libera habere dicitur glo.magna in fin.in c.qui epiſcopus 5.q.3.& in c.fin.12.q.1.& dicitur legitimus adminiſtrator.c.is,cui,& ibi glo.de electio.in 6.firma.in tract.de epiſcopo in 4.parte 4.lib.in prin.non poſſent talem renūciationem facere, quo
50 niam† taliter renūciare eſt donare l. ſi quis delegauerit de nouat.docto.in l.poſtquam liti.C.de pactis,& quod in ſpecie tradit Iaſ.maximè quando fit ſine iuſta cauſa in d.l.poſt quam liti in fin.poſt Bal.& Ang.ibi allegatos,& tradit Purpura.ibidem num.65.& ultra ipſos tradit optimè in terminis Alexan.in conſi.115. attentis narratis in prin. uolum.5. ubi etiam circa fin. ad propoſitum dicit, quòd renunciare ſententijs obtentis, quæ trāſiuerunt in iudicatum,& effectū
51 illarum amittere eſt læſio eccleſiæ, & talis, † propter quā in integrum reſtitui poteſt, quod dictum quamuis ad ſenſum pateat eſſe ueriſſimum, notādum eſt propter auctoritatem
52 Alexan.in terminis:Et ſicut etiam uidemus, quòd† prælatus,& etiam procurator cum libera non poteſt liti,& cauſæ renunciare,nec etiam exceptionem peremptoriam remittere, ut tradunt canoniſtæ in c. cum olim de offi.delega.& concordan. allegat excellentiſſ. do. meus do. Beroius in q. ſua 33.num.7.& 8.& cum non poſſint,quod minus eſt, nec etiam poſſunt,quod maius eſt iuxta not.in c.cui licet de regu.iur.in 6.nam ſi renunciari non poteſt iuri dubio, & dum
53 adhuc ſub iudice lis eſt, ut i locis prædictis, &† ſicut etiā appellationi renunciare non poſſunt expreſsè,ut not.Bal.in l. fin.§.fin.C.de temp.& appell.& Firma. qui concordantias allegat in d.tracta:de epiſcopo 4.parte 4.libri colum.5.nume.22.multo minus poſſunt renunciare iuri claro, & iam liquidato,& ubi amplius nullum eſt dubium. ¶ Nec obſtat, quod dicitur de reſtitutione in integrum comminata, & quæ iuſtum timorem præſtare dicitur, ut per Alcia. in l.ſi cauſa in fin.C. de tranſactio. quoniam reſpondetur primo uerum non eſſe in facto, quòd ipſa reſtitutio eſſet intentata,nec etiam intentari comminata,cum de hoc nihil conſtet præter aſſertionem partis in inſtrumento tranſactionis, & cui aſſertioni in hoc credendum non eſt,cum tendat ad iuſtificationem actus regulariter prohibiti aſſerendo ſe eſſe in caſu permiſſo ad not.per Ioann. Andr.in addit. Specu.in rub.de rebus eccle. non alien.et Bar. in l.ſi fortè de caſtren. pecul.cum uulgar.Secundo dicitur, quòd talis reſtitutio ad condemnationem de fructibus factam nō competebat ipſi minori,cum quo nihil geſtum erat in hoc,ſed Scipio uiuens con-

condemnatus fuerat ad tex.in l.æmilius cum materia de mi
nor.& latè Curt. ſenior conſi. 58. per tot. Tertio dicitur,
54 quòd uerior,& communior opinio eſt,quòd† talis timor re
ſtitutionis non eſt ſufficiens,ut rei iudicatæ renunciari poſ-
ſit,prout in terminis tradunt Ang. & Alexan. in d.l.elegan
ter in prin.contra Fulgo. ibi, & in quam etiam partem ma-
gis inclinat Iaſ. ibi, ſi rectè legatur: et in effectu etiam ipſe
Iaſ.in l. poſt rem in fin. de tranſactio. & maximè dum di-
citur,quòd exponendo illa uerba nullo remedio,de quibus
in d.l.eleganter §. ſi poſt, id eſt de iure communi eſt facere
uiolentiam ad text. non propterea à præcedenti opinione
recedit,& pro ſolutione potius cogitãdum relinquit:in quo
intrepidè dicendum eſt, quòd ipſe decipitur,cum illa expo
ſitio ſit iuridica,& alibi in terminis tradita,ut per glo.ulti.in
l.poſtquam liti.C.de pactis,ubi ipſemet Iaſ.colum.ulti.ver.
ſecundo nota ad id plures concordan.allegat, & ad idem
ultra ipſum eſt bona glo.in c.coram felicis de reſti.in integ.
quam ad hoc propoſitum allegat Sozi.in l. cum filiusfam.
§.in hac colum.6.de verbo. obliga. & quòd dicta expoſitio
in l.eleganter communiter teneatur per docto.dicit in ter-
minis Pariſ. in c.uigilanti colum.2. de præſcrip. vnde nulla
fit uiolẽtia ad tex.prout erroneè dixit Iaſ. cum bona eius ue
nia per ea,quæ ipſemet alibi ſcripſit,& alij, ut ſupra. Et pro
pterea de auctoritate ſolius Alciati quamuis aliàs uiri do-
ctiſſimi in hoc non eſt curandum, & maximè, cum ipſemet
Alcia.dictum ſuum poſt Fulg.reſtringat, ſi probabiliter cre
di poteſt de tali remedio uictorem dubitaſſe, quòd ſi, dicit
ipſe, probabilis non fuit huius remedij cogitatio,ſecus eſt:
At in caſu noſtro uerè non erat timor reſtitutionis etiã præ
textu læſionis in taxatione fructuũ, prout in dubio dicitur,
nam cum ſententia ipſa ſuper taxatione quamuis interlo-
quutoria,& tanto magis ſi habet uim diffinitiuæ,feciſſet trã
ſitum in rem iudicatam,fecit ius inter partes,ut not. in c.cũ
dilectus il 1.in fin.de electio.& Conr. in conſi.62. nume.2
uolum.3.& pro ſententia iudicis præſumitur l.herennius §.
caia de euictio.& c.in præſentia cum ibi not. de renunciat.
& maximè cum adeſſent dicta teſtium optimè probantium
redditum ſolidorum quadraginta pro qualibet tornatura,
adeò, ut non ſit curandum etiam,quòd de modico pretio
ipſarum terrarum conſtaret, cum quandoque res modici
ualoris maiorem fructum afferat,quam maioris,ut experiẽ
tia docet, & maximè in locis, ubi ipſæ terræ ſitæ ſunt, ſicut
è conuerſo res magni ualoris quandoque eſt modici reddi
tus,ut uidemus in magnis,& ſumptuoſis ædificijs. Prætercea
demus ſine ueri præiudicio, quòd aliqua fuiſſet læſio pupil
li in dicta taxatione,certè iſta non erat ſufficiens,& legitima
cauſa ad reſcindendum ipſam rem iudicatam ſuper princi-
pali negotio latam,& quæ iure optimo fundata erat,uideli-
cet ut Scipio teneretur ad fructus perceptos à tempore ca
ducitatis,prout ſunt doctrinæ in terminis tunc conſideratæ,
& quas hic repetere non expedit,& quoad ipſam condem-
nationem minor nullam reſtitutionem petere poterat, ut
55 dictum eſt,† vnde limitata cauſa limitatum debuit produce
re effectum l.in agris de acquiren.rerum dom.cum uulgar.
& ſic potuiſſet talis cauſa ſolum cauſare remiſſionem alicu-
ius partis dictorum fructuum taxatorum, non autem remiſ
ſionem totius ipſius debiti adeò magni,& notabilis, & qui-
dem gratis,& nihil propter hoc dato eccleſiæ, quoniam ui-
delicet,ut ex ipſo inſtrumento clarè patet,propter remiſſio
nem nihil penitus ſoluitur, ſed liberatur pupillus per acce-
ptilationem, quæ de ſui natura eſt gratuita l. in diem cũ ibi
nota.de acceptila. & quamuis aliquid ſoluatur ipſi eccleſiæ
non quidem præſenti pecunia, ſed promittendo ſoluere an
nuatim canonem,de quo ibi,illud tamen promittitur,& ſol
uitur ſolum pro ipſis rebus in emphyteoſim conceſſis, & il-
larum recognitione, ut ex contextu inſtrumenti apparet:&
ibi proculdubio ſunt duo contractus diuerſi, & ſeparati, &
diuerſam naturam habentes, unus uidelicet conceſſionis in
emphyteoſim,alius uerò remiſſionis debiti per acceptilatio
nem,ac renunciationis rei iudicatæ, cum primus dicatur cõ
tractus,qui conſenſu contrahitur Inſtit.de obliga.ex conſen
ſu, iuncto §.adeò Inſti.loca.& per totum C.de iure emphy
teo. ſecũdus uerò uerbis, ut in §.item per acceptilationem
Inſtit.quibus mod.toll.obliga. & potius eſt diſtractus,quam
contractus,unde nihil commune habẽt, & de uno ad alium
inferri non poteſt l.papinianus de minor. & l.naturaliter §.
nihil commune ff.de acquiren. poſſeſſio. cum uulgar. & ſic
ex præmiſſis clarè conſtat,quòd Puppius aſſertus Vicarius,
uel etiam tanquam procurator non potuit tranſigere,pro-
ut fecit, quia neceſſarium antecedens, uidelicet renunciare
rei iudicatæ,nec Abbas,nec ipſe generalis præſidens facere
poſſet,cum non ſubeſſet iuſta cauſa,nec iuſtus timor reſtitu
tionis,ut ex prædictis patet. ¶ Præterea confirmando præ
56 dicta dicitur,quòd † prælatus,ſeu rector eccleſiæ,& ſic ha
bens maiorem facultatem,quam Abbas, non poteſt tranſi-
gere,quando per tranſactionem nihil conſequitur, ſed pa-
ctum gratuitum facit,cum tale pactum ſit donatio l. contra
iuris §.ſi filius de pactis,& l.1.2.reſpon. de tranſactio. & in
ipſo principali adminiſtratore, & ſic etiam in prælato hoc
notant glo.& docto.in l.imperatores de pactis, & in l.præ-
ſes C.de tranſactio. & canoniſtæ in c.contingit eodem titu.
et quando ipſe rem non conſequitur,ſed alteri dimittit,glo.
et Bar.in l.nulli ff.eodem,ubi etiam Barba.in apoſtil. plures
concordan.allegat,in procuratore autem etiam habente po
teſtatem tranſigendi,et componendi in terminis tradit Fed.
de Senis,et alius doctor Griſolus in conſil.177.quidam ha-
bet poteſtatem,ubi mouentur ea fortiſſima ratione,quòd ta
57 lis † liberatio gratuita eſt donatio,quæ à procuratore fie-
ri non poteſt per iura prædicta,et per textum in l. nam et ſi
ff.de pactis. ¶ Nec prædictis ſolidè firmaris obſtat, ſi dica
tur,quòd generalis præſidens cum duobus uiſitatoribus ra-
tificauit,et approbauit dictum contractum, et ſic etiam re-
nunciationem aſſerendo etiam illam fuiſſe utilem eccleſiæ,
et quibus credendum uidetur, quoniam pluribus modis re
ſpondetur, et primo negatur facultas generalis cum di-
ctis duobus uiſitatoribus in caſu iſto, quoniam uidelicet il-
la conſtitutio, ſuper qua in hoc dubitari uidetur, nul-
lius eſt roboris, et momenti, tum quia non [illegible] in
forma probante, nec extracta in uim compulſoriæ, et
parte citata,prout fieri debebat ad not.in auth. ſi quis in
aliquo C. de eden.tum quia cum ex forma priuilegiorum,
ut ſupra, cõfirmatorum poteſtas capituli generalis reſideat
penes generalem præſidentem unà cum maiori parte diffi
nitorum in concernentibus utilitatem totius congregatio-
nis,et poteſtas generalis cum uiſitatoribus electis tamẽ per
generalem, et diffinitores in capitulo uerſetur tantum in
exequendo ordinata in ipſo capitulo,certè non licuit gene
rali primo loco ſubrogare unum alium uiſitatorem loco ele
cti in capitulo,nec legitimè conſtito de alterius impedimen
to ad not.in ſimili materia in c.ſciſcitatus de reſcrip. cum ſi-
milibus,minuſque etiam potuit generalis,ſi talis fuiſſet legi
timus viſitator, dictum contractum approbare, cum illud
non ſpectet ad viſitatores,ut ſupra dictum eſt: Similiterque
non licuit cuicunque edere aliquam conſtitutionem, quæ
daret maiorem poteſtatem, et facultatem generali,et uiſi-
tatoribus,quam ex forma dictorum priuilegiorũ haberent,
cum iſtud eſſet ipſis priuilegijs derogare, & illa alterare,
58 quod non licet ſine auctoritate Papæ confirmantis maximè
ſtatuta pro utilitate eccleſiæ, et cum decreto irritante, uel
ſaltem inhibitionne de contraueniendo,prout ſupra proba
tum fuit, cum ſit edita poſt datam ipſorum priuilegiorum
per multos annos,ut ex datis prædictorũ,de quibus in pro-
ceſſu,

ceſſu apparet, cum nec etiam conſtet, quis illam ediderit; Sed quicunque ille fuerit, nullus citra Papam id facere potuit per prædicta. Secundo reſpondetur, quòd ſi aliàs prædicti confirmantes poteſtatem haberent, non tamen eis creditur id cedere in utilitatem eccleſiæ, niſi aliter de ſe conſtet, uel probetur, prout ultra generalia in terminis uolũt Guid. Pap. deciſ. 151. Bellem. conſi. 33. colu. 14. ſed uerius eſt conſi. 34. colum. 3. et Barba. conſi. 40. uolum. 1. quos omnes refert, et ſequitur Pet. Rebuf. in compen. alien. rerum eccleſ. num. 12. et ultra ipſum idem uolunt Imol. et alij in c. quod quibuſdam de fideiuſſ. et plures alij, quos refert, et ſequitur Fabia. in tracta. de emp. et uend. 5. q. princip. colum. penul. num. 113. et ſequen. aliàs ſemper quilibet prælatus poſſet alienare, et eccleſiæ præiudicare aſſerendo ita eſſe utile eccleſiæ, & ſic in regulariter prohibitis ei crederetur de caſu permiſſo contra not. per Ioan. And. & Bar. ſupra allegatos, & plenè not. per Moder. maximè Iaſ. & Deci. in l. ſi donatione C. de collat. quod ſi hoc in dubio procedit, ut eorum aſſertioni non ſtetur, quanto magis id procedet, ubi clarè, & notoriè per euidentiam facti conſtet de contrario, uidelicet de maxima, & enormiſſima læſione ipſius monaſterij, deducendo, ut ſupra. ¶ Ex quibus etiam ceſſat, & tollitur, quod dictum fuit, geſta etiam per intruſum ad utilitatẽ eccleſiæ ualere, ad Felin. in loco præallegato, quoniam id intelligi debet ſecundum allegata, & ſic quãdo clarè, & euidenter ex natura contractus conſtat de utilitate eccleſiæ, nam glo. ibi allegata in c. nihil eſt in fin. de electio. format quæſtionem, quid ſi talis intruſus acquirat, quod ibi in ſpecie exemplificat Anto. de But. emendo pro eccleſia, & ſimiliter quæſtionem format alia glo. cum qua ibi tranſeunt docto. in c. 1. de ſciſmati. dicens pone, quòd acquiſiuit aliqua eccleſia &c. & mouetur per regulam l. quod fauore C. de legibus: vnde ſecus neceſſario dicendum eſt, quando cõtractus per intruſum geſtus non tendit ad acquirendum, ſed potius ad donandum, ſeu perdendum, & dilapidandum, ut in caſu iſto, cum tunc manifeſtè diuerſa, immò contraria ratio militet, ut de ſe patet. ¶ Ceſſant etiam omnia dicta de iuramento, clauſula omni meliori modo &c. quoniam
59 † deficiente ex pluribus ipſo actu principali maximè ex defectu poteſtatis, deficiunt & omnia iſta acceſſoria l. cum principalis de regu. iur. & c. acceſſorium, ibique glo. & docto. eod. tit. in 6. & iuramentum non ſupplet defectum poteſtatis, aliàs quilibet inhabilis iurando actum facere poſſet.

¶ Vltimo dubitatum fuit, quòd actio domino Marcoantonio ceſſa in effectu competierit ad rem immobilem, prout euentus nunc docet, quòd ad poſſeſſionem per tertios tentam pro adiudicatione agitur, & ſic ſine ſolemnitatibus
60 † ceſſio fieri non potuerit per not. in locis allegatis, & uulga. etiam ſi in exequutionem præcedentis contractus veniat l. 1. in fin. de rebus eorum. Pro reſponſione plura breuiter dicuntur, Primo cum actio ipſa à principio eſſet dubia, & controuerſa, & agendum eſſet per pauperem Abbatem contra ciuem nobilem, & potentem, & cuius forum tanquam rei ſequi tenebatur c. cum ſit generale, & c. ſi clericus laicum de foro competen. cum materia, & ſic neceſſe haberet litigare in terra aliena, & ſubire magnos labores, & expenſas, certè potuit fieri talis ceſſio, etiam quòd actio ad immobilia competeret, & ſine ſolemnitatibus, & pro paruo pretio, etiam ſi minus eſſet, uidelicet etiam ſi pretium eſſet decima pars tantum, uel etiam minus ueri pretij ipſius rei, ut colligitur ex not. per Baldum, & alios in l. per diuerſas C. manda. ubi in ſpecie Bal. & Paul. de Caſt. ponunt exempla ad propoſitum, & clarè etiam Corn. in conſ. 263. nume. 7. uolumi. 3. ubi iura hæreditatis ualentis ſeptingẽtis, uel fortè mille florenis fuerunt ceſſa pro triginta ducatis, & tamen ipſe conſuluit, ceſſionem ualere, & tenere etiam per eccleſiam factam, & ſic in longè fortioribus terminis, quam in caſu noſtro, ubi uerè conſideratis circunſtantijs iuſtum, & legitimum pretium ſolutum fuit, & propterea ſtante ualiditate ceſſionis domino Marcoantonio factæ ipſe pro ſuo intereſſe, ut ceſſio ipſa effectum conſequatur, poteſt impugnare ceſſionem aduerſarijs factam, & dicitur de iure ſuo, non autem de iure tertij opponere, ut de ſe notum eſt, uel quatenus etiam diceretur ius tertij, cum ab eo cauſam habeat, de illo opponere poteſt, ut clarè dicit Bal. in l. omnium in addit. ſeu apoſtilla colum. 2. circa medium, & in fi. ff. de uſufruct. Secundo reſpondetur, quòd conſiderata natura ipſius actionis à principio, prout fieri debet, non competebat ad rem immobilem, ſed ad fructus indebitè perceptos, prout etiam ita ſonant uerba inſtrumenti ceſſionis, & ſententiarum ad fauorem Abbatis latarum: unde quamuis poſtea in exequutione rei iudicatæ propter moram debitoris non ſoluentis in pecunia habeatur regreſſus ad eius bona etiam per tertios poſſeſſa, non propterea ſequitur, quòd ipſa actio dicatur ad rem immobilem competiiſſe, nec com
61 petere, cũ † inſpicienda ſit natura, & qualitas actionis primæua, & primordialis, nõ aũt accidẽtalis, & quæ prouenit ex accidẽti propter morã debitoris, & quæ nõ eſt in actu à principio, ſed ſolũ in potentia, ut not. gl. & ibi Bart. & alij in l. certi condictio in prin. ſi cer. peta. ubi Iaſ. colum. 10. plures concordan. allegat, & comprobatur clariſſima ratione, quoniã aliàs ſi conſideraretur iſta potentia, & quòd tandem in exequutione ad immobilia deueniri poteſt, ſequeretur, quòd omnis actio ſemper diceretur ad immobilia competere, & ſic fruſtra fieret diſtinctio per doctores maximè quoad effectum alienationis, an actio competat ad rem mobilem, vel immobilem, quod tamen non eſt dicendum. ¶ Et quamuis dici poſſet, quòd inſpecto præſenti tempore, ubi iure, & forma ſtatutorum permittente agitur ad rem immobilem, & ipſa actio, ſeu uerius exequutio taliter eſt in iudicium deducta, ipſa actio ad rem immobilem competat, ſecus tamen dicendum eſt, inſpecto tempore ipſius ceſſionis, & inſtrumẽti anni 1532. quo tempore certum eſt actionem de ſui natura ad fructus, & ſic ad rem mobilem competijſſe: Item tunc incertũ erat, quomodo, & qualiter fienda eſſet ipſa exequutio, cum fortè in futurum reus uictus, & condemnatus in pecunia, uel aliàs bonis mobilibus ſatisfacere poſſet, & iſta mihi uidetur clariſſima reſponſio. Præterea etiam ex abundanti reſponderi poteſt ex notabili doctrina Lapi allegat 91. quam refert, & ſequitur Roman. in l. ſi conſtante §. ſi bona num. 9. ſoluto matrimonio ubi uoluit, quòd illa diſtinctio, an actio competat ad rem mobilem, uel immobilem procedat tantum in iis actionibus, quæ ad certam ſpeciem competũt, ſecus autem, ſi competant ad quantitatem in genere, quoniam tunc non computantur inter mobilia, uel immobilia, ſed faciunt tertiam ſpeciem, quod probant, quia ipſa actio in ſe non eſt mobilis, uel immobilis, ſimiliter nec genus, ad
62 quod competit, † cum genus conſiſtat in intellectu, non in ſenſu, ut latius per eos: In propoſito autem cum ageretur de fructibus perceptis, iam longo tempore præterito, & qui poſt triennium durare non præſumuntur iuxta gloſam communiter approbatam in l. 1. C. ſi aduer. uſucap. ſequitur neceſſario, quòd cõpetebat actio ad illorum pretium, ſeu ualorẽ, prout etiã in petitionib. dici ſolet, & iſto caſu petitũ fuit, & ſic ad genus, & propterea dicta actio in iſto caſu non potuit cenſeri tanquam res immobilis, & ſic ceſſat dubium.

¶ Vltimo etiam ex abundanti retorquendo dicta in hoc dubio contra partem aduerſam dicitur, quòd quatenus uerũ eſſet actionem prædictam ad rem immobilem competijſſe,
63 tamen clariſſimum eſt, quòd ceſſio, ſeu renunciatio liti, & cauſæ non potuit fieri etiam per uerum prælatum ſine cauſa euidenti, & ſolemnitate requiſita, prout habetur in d. c.

nulli,

nulli, & in alijs locis præallegatis, ut in terminis dicit Abb.
in c.1.nume.8. de depoſi.et ſic manifeſte corruit actus ille
Puppij,& ſuper hac nullitate(ſi non poteſt do. Marcusan-
tonius) ſaltem ipſe Abbas, et congregatio pro obtinenda
exequutione ſe fundare poſſunt. ¶Poſtremo pro gene-
rali reſolutione ipſorum dubiorum dicitur aduertendum
eſſe,quòd iſta omnia dubia procedunt,ſeu formari poſſunt
quoad do.Marcumantonium, et quatenus ex eius perſona,
et eius nomine exequutio ipſa petatur, quamuis etiam ex
præcedentibus credantur clarè reſoluta;quo autem ad ip-
ſum Abbatem, & etiam congregationem Vallis vmbroſæ
penitus ceſſant,quatenus ex eorum,uel alterius eorum per
ſona,& nomine iudicium currat,& procedat,& pro vlterio
ri exequutione inſtetur,prout fit,& de iure fieri põt: Quod
ex ſequẽtibus ſic clarè oſtenditur, nam Caſtellanus procu
rator conſtitutus tàm ab Abbate,quàm à congregatione,&
quidem in capitulo generali, ſeu ab eius poteſtatem haben
tibus fuit effectus dominus litis,& inſtantiæ per litis conteſta
64 tionem, & propterea† poſt illam ſine cauſa reuocari nõ po
tuit,nec poteſt l.poſt litem cum pluribus ſequen.ff.de pro-
curat.& ibi not.omnes,& in l.nulla C.eodem,glo.& docto.
65 in c.1.eodem tit.in 6.& cum †in dictis ſuis mandatis ſit con
ſtitutus ad lites præſentes,& futuras,cenſetur etiam habere
mandatum ad petendum exequutionem, & illam petere
poteſt,ut not.Barto.quem cæteri ſequuntur in l.hoc iure de
ſolutio.& in l.damni §.ſi is,qui uicinus de damno infect. &
ſic cum ipſam exequutionem iam petierit, & plures actus
in iudicio exequutiuo fecerit,quamuis in ſimilibus exequu-
66 tiuis non conteſtetur lis, tamẽ† primus actus habet uim litis
conteſtationis iuxta nota. per gloſam,& doctores in c.1. de
electio.in 6.& doct.in d.l.nulla, & in terminis noſtris ut tũc
ſimiliter procurator ſine cauſa reuocari non poſſit, tradit
Franc.in c.2.nume.5.de procura.in 6.

¶Nec dicatur,hic ſubeſſe iuſtam cauſam, uidelicet dictam
renunciationem litis primo per aſſettum Vicarium factam,
deinde per generalem,ut ſupra,approbatam,quoniam effi-
caciter reſpondetur, quòd non poteſt pro iuſta cauſa addu
ci,quod de iure nullum, & inualidum eſt tum per regulam
non præſtat impedimentum cum materia de regulis iur. in
6.tum per aliam regulam, quòd actus nullus non eſt actus
l.4.§.condemnatum,& ibi omnes de re iudi.nec aliquem ef
fectum operatur iuxta not. per Felinum in c. ex tenore nu-
me.5.& ſequen. de reſcrip. & ſic adhuc durat mandatum,
& facultas dicti procuratoris: Quod etiam confirmatur,
quoniam non fuit ipſe procurator reuocatus ab illis,à qui-
bus,nec eo modo, quo conſtitutus fuit, uidelicet à capitulo
generali, ſeu à diffinitoribus illius poteſtatem habentibus,
67 ut in priuilegijs,quod tamẽ requiritur, cum† eadem ſolem
nitas requirarur in deſtructione, ſeu annullatione actus,
quæ in eius conſtitutione iuxta regulam l.prout quiſque de
ſolut.& l.nihil tam naturale cum ibi not.de regulis iuris, &
probatur in authen. è contra ſi filius C. de repud. & facit
gloſa notabilis in l.cum proponebatur de lega.2. & quod
per illam tradit Baldus in l.error colum.1.C.de iuris,& fa-
cti ignoran.& in l.fina.columna ultima C.de fideicom.
68 ¶Nec obſtat,ſi dicatur,quòd† Abbas ſolus poteſt reuocare
procuratorem conſtitutum cum eius conſenſu, ut not.In-
nocen.in c.præſentium de teſtibus in 6.& ſequitur Domin.
ibi,& Baldus in Margarita in uer. Abbas, quoniam reſpon-
detur,quòd illud procedit,& ita prædicti loquuntur, quan-
do conſtitutus fuit à capitulo particulari ipſius Abbatis, &
ſic eius inferiori,nam ſecundum eos ipſe Abbas ſolus habet
exercitium actionis, ſecus autem in procuratore conſtitu-
to à capitulo generali, & ſic à ſuperiore ipſius Abbatis, ut
in caſu noſtro,quoniam tunc non poteſt,nec debet inferior
reuocare,uel infringere id, quod fecit ſuperior l. nam ma-
giſtratus de arbitr.& c.cum inferior de maiori. et obedien.
cum nota. in ipſis iuribus, et maximè cum tunc ceſſet il-
69 la ratio, quòd † ſolus Abbas habeat exercitium actionis,eũ
immò prælatus ſuperior poſſit agere,& ſic exercitium actio
nis habeat pro iuribus membrorum ſibi ſubiectorũ, ut not.
Imol.poſt But.in clemen.1.colum.4.de reſcrip.& ibi etiam
Cardin.q.8.& vitali.num.15. & tradunt etiam docto. in c.
cum deputati de iudi.& maximè ipſo prælato inferiore ne-
70 gligente,ut eſſet in iſto caſu:Nec mirum,quoniã tũc† in ca
ſu negligentiæ etiam quilibet extraneus,& ſic etiam laicus,
quod eſt fortuis, nomine eccleſiæ agere poteſt, ut expreſſè
dicit Rot.deciſ.153.in antiquis,& eſt in rubricatis num.12.
de iudi.poſt Innocen.ibi allegatum, quod etiam clare uo-
lunt Abb. & alij in c. cum olim de teſti.ubi in apoſtil. pluri-
mæ concordan.habentur: Et tanto magis dictus procura-
tor congregationis audiri debet, cum aliàs etiam poſt op-
poſitionem partis aduerſæ de eius reuocatione, ac etiam in
ſtrumento reuocationis producto, nihilominus per Audito
res Rotæ præteritæ pronunciatum fuit eſſe ad ulteriora pro
cedendum,& ſic perſona ipſius procuratoris approbata,&
legitimata, & quæ interloquutoria tranſitum fecit in rem
iudicatam,& ſic ius inter partes,ut ſupra dictum fuit. Itaq;
71 uti poſſumus hoc dilemmate, & modo arguẽdi, quod †aut
ipſe Abbas uult litem, ſeu uerius exequutionem huiuſmodi
proſequi,ſicuti tenetur, & debet ad utilitatem eccleſiæ,&
ut ſeruet promiſſa,& conuenta per prædeceſſorem domino
Marcoantonio,prout tenetur ſucceſſor ad not. per Archi.
in c.deceſſorum 25.q.2. & per Firma. qui concord. allegat
in tracta.de epiſcopo in 4.parte 4.libri q.54.& nume.185.
quicquid ipſe Abbas aliàs in contrarium dixiſſet, quoniam
cum ſapientis ſit mutare conſilium in melius, ipſe potuit,&
debuit pœnitere,& nouum mandatum dare caſtellano, uel
alteri ad propoſitum ſufficiens, & prout etiam feciſſe aſſeri
tur, & tunc habemus intentum, quoniam procurator ipſe
exequutionem proſequi poterit, non obſtante aſſerta ceſ-
ſione,ſeu tranſactione vicarij,quæ tanquam nulla,& inua-
lida nullum præſtat impedimentum,ut ſupra probatum eſt,
aut uerò perſiſtens in ſua negligentia non curat ius clarum,
& liquidum ſuæ Abbatiæ ulterius proſequi,& tunc procul-
dubio ipſa congregatio tanquam ſuperior, & caput dictæ
Abbatiæ,& conſequenter procurator ab ea ſufficiens man-
datum habens,et prout illud nouiſſimè in ampla forma ha-
buit caſtellanus à generali, et diffinitoribus capituli genera
lis,quod ultimo loco productum fuit,poterit ipſam exequu
tionem perficere per prædicta. Accedit etiam præmiſſis,
quòd et ſi conſtaret in actis caſtellanum fuiſſe reuocatum
(quod tamen reſpectu congregationis nunquam cõſtabit)
tamen de intimatione reuocationis ipſi procuratori per re
uocantem facta nihil conſtat,nec conſtare poteſt, prout de
iure requiritur,et ante illam,ſeu illa non probata ualent ge
ſta per ipſum procuratorem reuocatum,ut eſt tex. et ibi de
materia per omnes in clem. 1. de renuncia. et in terminis
72 quòd† quicquid facit procurator reuocatus ante intimatio
nem reuocationis etiam in fauorem ipſius domini, ualeat,
nec poſſit aduerſarius ipſam reuocationem in præiudicium
reuocantis allegare, tradunt in terminis glo. et Innocen. in
c. ex parte decani de reſcrip. et ibi Abb. ulti. not. nume.7.
Quinetiam huiuſmodi reuocationis intimatio debet fieri
per ipſum reuocantem, non autem per alium, ut not. Abb.
in c.mandato in vlti.uerſi.de procurat. et quamuis Abb. ibi
loquatur de intimatione fienda per dominum iudici,uel ad
uerſario,idem tamen rationabiliter eſt dicendum de fien-
da ipſi procuratori, prout etiam innuitur in dicto præcedẽ
ti:et ſuadetur,quia eadem eſt ratio in una, quæ in alia, ergo
idem ius iuribus uulga. et cum etiam dominus ante intima-
tionem fortè poſſet reuocationis pœnitere: Vnde aduerſa-
rius,

rius,uel alius non debet ſe importunè ingerere in actu ab alterius uoluntate dependente iuxta regulam iuris, de qua in l.culpa eſt la j.de reg.iur.& c.non eſt ſine culpa eo.tit. in 6. cũ vtrobiq; not.per ſcribẽ. Quod dictum eſt ex abundanti, quatenus de aliqua intimatione per alium,uel aliter,quam per ipſum reuocantem facta conſtaret, de qua tamen cum in actis non conſtet,tanto clarius,& fortius prædicta procedunt,ut Caſtellanus ſaltem nomine congregationis iudiciũ exequutiuum peragere,& ad finem perducere poſſit.

Subſcriptio do.Auguſtini Beroij.

AD manus meas,vel vt illis ſubſcriberem,vel ob aliam cauſam quam plura pulchra conſilia excellentiſs. do. Iulij Scarlatini vti fratris honorandi peruenerunt, ſed hoc præſenti conſilio planè nullum pulchrius, in quo quinq; dubia ab ipſo amplè,& doctè reſoluta fuere,& primi quidem dubij reſolutio placet,quòd contractus inter abbatem, & magnificum,ac nobilem do.Marcumantoniũ de Elephantuccijs de anno 1532.initus validus fuerit,quia à vero, & non intruſo abbate celebratus fuit,vel ſaltẽ à R. Generali totius congregationis confirmatus,& ratificatus in recipiendo canones,& penſiones annuatim,& ſimilia faciendo iuxta ea, quæ habentur per ſcriben.per illum text. & præſertim per Paul. Ca.in l.ſi urbana ff.de condi.indeb.¶ Reſolutio etiam ſecundi dubij eſt iuridica, quòd ex quo abbas litem proſequutus fuit,& illam ex pacto exercuit ſumptibus,& expenſis magnis do.Marciantonij,cẽſetur illa feciſſe ad cõmodũ, & utilitatẽ do. Marciantonij, licet tacito nomine ſuo, cum non præſumatur dom. Marcumantonium voluiſſe iactare
73 ſuum,& † in dubio ſemper præſumenda ſit alia cauſa,quam donationis l.cũ de indebito ff.de proba.l.cãpanus de oper.
74 liber.& l.ſi cum aurum ff.de ſolut.Præterea † in dubio quid cenſetur factum nomine,& ex mãdato illius, cuius ſumptibus,& expenſis id factum reperitur arg.eorum, quæ voluit Bar.in l.cum ſeruus ff.de uerb.obli.domini de Rota in tit.de cau.poſ.& propr.in antiquis deciſ.3.aliàs 23.cum aliis,quæ allegat Feli.in c.ſicut in antepen.col.verſi. quinto fallit extra de re iud.ad idem facit,quod idem Feli. voluit ibi in 19. col.verſ.ſecundo fallit,& facit tex.in l.quædam mulier ff.de rei vend.cum glo.fin.cum iis,quæ dixi in c.j. de reſti.ſpolia. & in c.j.de offi.deleg. ¶ Tertij quoque dubij reſolutio mihi de iure ſatisfacit,quòd licet retroceſſio facta do. Marcoantonio diceretur facta lite pendente, tamen illa in ſe valuit, cum prima ceſſio facta fuerit eo acto,quòd iudicium celebraretur,& curreret ſub nomine cedentis,prout factum,& obſeruatum fuit,quia ſic non cẽſetur dicta retroceſſio facta
75 iudicij mutandi cauſa,& hoc maximè, † quando facta eſſet ab actore agente actione perſonali,vt per Innoc.& Abb.in c.2.de alien.iud.mutan.cau.fac.qui ita loquuntur, & intelligendi ſunt. Præterea ex quo dicta retroceſſio facta fuit domino Marcoantonio poſt ſententiam latam, immò poſt rem iudicatam,valuit,& ceſſionarius potuit nomine ſuo ex
76 iure ceſſo proſequi cauſam, & litem, quia per huiuſmodi ceſſionem non dicitur incurri vitium litigioſi, cum lata ſententia non dicatur res,nec actio amplius litigioſa, ut in indiuiduo voluit Bar.in addi.ad Spec.in tit.de ceſſio.ac.in prin. per tex. in l.1.C.de contra. iudi.tut.quamuis ſecus eſſet, ſi ceſſio facta eſſet ante ſententiam poſt libelli oblationem,vt voluit idem Bald. ibi in 2. colum. quod eſt valdè notandum pro declaratione totius materiæ rei litigioſæ, et huic dicto concordat id, quod volunt domini de Rota in nouis in deciſio.411. Quoad alia tàm in hoc tertio,quàm in aliis dubiis cum ipſo domino conſultore tranſeo, qui omnibus optimè reſpondit,ct illius dictis nihil, aut parum addi poſſet. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ſimplex ſui natura morte,& re integra reuocatur, Secus in mandato,& procuratore in rem ſuam.*
2 *Verba dat, & concedit mandato ſimplici, & non procuratori in rem ſuam conueniunt.*
Et ſui natura donationem etiam important num.20.
3 *Procurator ſimplex ad utilitatem domini,at in rem ſuam ad ſui utilitatem exercet.*
4 *Procurator in rem ſuam ex quibus uerbis dicatur conſtitutus.*
5 *Stipulatio in ſimplici mandato quando,& ad quem effectum interuenire ſoleat.*
6 *Verbum dare eſt iuris tranſlatiuum, & iurium ceſſioni conuenire poteſt.*
7 *Ceſſio in incorporalibus idem operatur, quod traditio in corporalibus.*
8 *Verbum concedere intelligitur,et regulatur ſecundum naturam illius contractus,in quo apponitur,*
9 *Et ratione adiuncti iurium quoque ceſſionem continere eſt aptum.*
10 *Verba ad ſubiectam materiam reſtringuntur.*
11 *Intereſſe conſeruationis bonorum in familia, & agnatione ſua eſt in iure conſiderabile.*
12 *Propter familiæ,& agnationis conſeruationem ſæpe à uerborum ſignificatione,& natura diſpoſitionis receditur.*
13 *Ceſſio quòd ad commodum cedentis ſit facta,& naturam ceſſionis contineat ita,quòd cedens nihil ad præiudicium ceſſionarij, uel ceſſionis facere poſſit,ſtant ſimul.*
14 *Ceſſio ad commodum,& utilitatem cedentis facta quando reuocari,et cedens ceſſionario præiudicare poſſit,& quando non:*
Et quando ſimplex mandatum non dicatur.
15 *Ceſſio ut ualeat,an expreſſionem tituli,quo facta fuit, requirat, & nume.ſequen.*
16 *In ceſſione ſufficit titulum illum conſtare,atque præſumi,qui ex cauſa appoſita inferri poteſt,quamuis non fuerit ſpecificatus.*
17 *Contractus innominatus eſt re integra reuocabilis,niſi ſtipulatio,uel iuramentum interuenerint.*
18 *Ceſſio titulo donationis facta cenſetur,quando cedens nullum commodum pecuniarium conſequitur,ſed ius tale commodum continens in ceſſionarium tranſfertur.*
19 *Pactum de franchando,& redimendo bona pro eodem pretio,quo fuerũt uendita,commodum burſale,& pecuniarium continet.*
21 *Titulus donationis,& uenditionis non expreſſus in ceſſione poteſt ex aliis uerbis,& contentis præſumi,quando uerba,& extrema ſunt apta.*
22 *Cauſa in procemio expreſſa in dubio cenſetur finalis.*
23 *Ceſſio ex iuſta cauſa facta ualet,& donationem ſapiens eſt irreuocabilis.*
24 *Ceſſio ob paupertatem facta ualet,& fraudis ſuſpitione caret.*

EPITOME.

CESSIONEM *iurium cum mandato in rem ſuam etiam per uerba dare,& concedere factam eſſe,quando dans, & concedens ponit aliquem in locum ſuum quoad omnem effectum, & ius ſibi qnomodolibet competentem,& competens ita,ut poſſit omnibus iuribus uti,& prout ipſe dans,& concedens uti poterat, & ex aliis uerbis hic demonſtratur, quamuis aliquod cedentis commodum interueniat.*

Et eam ex titulo non ſpecificato, ſed præſumpto donationis, uel contractus innominati,& ex iuſta cauſa factam ualuiſſe, nec potuiſſe per cedentem aut reuocari,aut quicquam ad ceſſionis,uel ceſſionarii præiudicium fieri,probatur.

CONSILIVM CLXXXVIII.

QVAMVIS de ſola fuerim ſubſcriptione requiſitus,tamen,ne inter tot iuris oracula mutus manum appoſuiſſe uidear,ſuper duobus principaliter uerba faciam: Primum eſt,vtrum id,quod illuſtris dominus Petrusfranciſcus cum illuſtri domino Hannibale conuenit, ceſſionem iurium, an uerò ſimplex mandatum importare dicatur:Secundum,poſito,quòd ceſſionem contineat,an illa de iure ſit ualida,& incidenter diſcutietur,an ſuper ea locus fuerit pœnitentiæ, & ipſi domino Petrofranciſco dictã iurium ceſſionem,& tranſlationem reuocare licuerit.

¶Quoad primum uidetur poſſe dici id fuiſſe ſimplex man
1 datum, † quod ſui natura morte reuocatur, ut habetur
in §.item ſi adhuc inſtitu. manda.& non in rem ſuam, quod
nec morte, nec etiam re integra eſt reuocabile, ut in l.ſi qui
dem C.de action.& obligation. Paul.de Caſtro in l. per di-
uerſas in princip. C.manda. Bal.in l.1.in fin.3.colum. C.de
actio.& obligatio.& l.ſi uerò §.ſi mandauero ff.mandati, in
primis quia contrahentes non fuerunt uſi uerbo cedo, ſed
2 illis uerbis dat, & concedit, † quæ uerba non procurato
ri in rem ſuam, ſed mandato ſimplici conueniunt, glo. Bar-
tol.& Alexan. in l.fin. in princip. ff. de donation. Secundo
3 quia † procurator ſimplex ſe ad domini utilitatem, &non
ſuam exercet, at procurator in rem ſuam, qui ceſſionarius
dicitur, ad utilitatem ſuam, & ideò in rem ſuam appellatur
l.qui ſtipendia cum glo.& ibi docto. C.de procurat.& Paul.
in d.l.per diuerſas. Sed dominus Hannibal conſtitutus fuit,
ut ad commodum, & utilitatem dicti domini Petrifranciſci
faciat, ergo fuit procurator ſimplex, & non in rem ſuam, &
conſequenter dominus Petrusfranciſcus potuit à poteſta-
te dom. Hannibali conceſſa recedere d.§. ſi mandauero.
¶Sed, his non refragantibus, contrarium eſſe uerius uide-
4 tur, ut ex uerbis inſtrumenti infertur, primo † quia do-
minus Petrusfranciſcus poſuit ipſum dominum Hanniba-
lem in locum ſuum quoad omnem effectum, & ius quomo-
dolibet competentem, & competens ipſi domino Petrofran
ciſco redimendi &c. quæ uerba adaptantur ad procurato-
rem in rem ſuam, in quem utiliter transfertur omnis effe-
ctus, & omne ius ipſius domini, quod etiã in hæredes ipſius
ceſſionarij tranſit, quamuis hoc dictum non fuerit l. illam
cum ibi not. C.de donatio.& colligitur ex iis, quæ dicit Bar
tol.in d.l.ſi quidem C.de act.& obligatio. ubi ſenſit, quòd
hæc uerba, quòd quis habeat, & poſſit exigere à procurato
re, ſeu debitore, mandatum in rem ſuam importent. Ponde
ro etiam illa alia uerba, ipſumque illuſtrem dominum Han
nibalem præſentem &c. poſuit in ſui locum &c. ita ut poſſit
omnibus iuribus uti, & prout poterat ipſe illuſtris dominus
Petrusfranciſcus ante præſens inſtrumẽtum: Sed dominus
Petrusfranciſcus ante illud inſtrumentum poterat aduer-
ſus illuſtrem dominum Palauicinum uti iuribus pro redimẽ
do bona ſuo nomine, & ad eius, & non alterius utilitatem,
ergo & ipſe dominus Hannibal ex poteſtate ſibi conceſſa il
lis iuribus nomine ſuo, & ad propriam utilitatem uti pote-
rit, & conſequenter infertur, quòd procurator in rem ſuam
conſtitutus dicatur. Tertio dominus Petrusfranciſcus dedit
liberam licentiam, ac plenam tribuit facultatem dom. Han-
nibali præſenti, ſtipulanti, & recipienti ius quomodolibet ſi
bi competens &c. redimendi, & recuperandi bona &c. quæ
uerba magni ſunt effectus, ut optimè traditur per dominũ
5 conſultorem: Item quia † ſtipulatio in mandato ſimplici
non ſolet interuenire, niſi quando ſalarium procuratori cõ
ſtitueretur, ut in l.ſalarium C.manda.& l.ſalarium cum glo.
ff.eodem titu.& non ad effectum, ut procurator ſimplex di-
catur per ſtipulationem poteſtatem exequendi conſequi,
nam hoc caſu potius è contra dominus à procuratore ſtipu-
laretur ad tradita per Azonem in titu. C.mandati: ergo in-
fertur, mãdatum fuiſſe potius in rem ſuam, quàm ſimplex,
prout aliter etiam, & latius hoc demonſtrarunt alij excel-
lentiſſimi domini aduocati, cum quibus pertranſeo.
¶Nec obſtat primum ſupra in contrarium allegatum, quia
6 † uerbum dare eſt uerbum tranſlatiuum iuris, uidelicet do
minij, quod eſt meri iuris l.ubi autem in fine ff. de uerbo-
rum obligatio. ergo poteſt conuenire iurium ceſſioni, per
7 quam iura ſolum transferuntur, nam † quod in corpo-
ralibus operatur traditio, idem in incorporalibus operatur
ceſſio Barto.& alij in dicta l.fin.ff.de donatio. Bald.in l.1. in
3.colum.uerſic.ſed reuocatur in dubium C.de actio.& obli
8 gatio. Item † uerbum concedo intelligitur, & regulatur
ſecundum naturam illius contractus, ſuper quo apponitur,
ut eſt glo.in cap.1.de uſuris in 6.& in l.ſi uno ff.loca.& per
9 Romanum in d.l.fin.ff.de donatio. † &, ut ibi refert Ale-
xand. in apoſtill. aptum eſt etiam ratione adiuncti iurium
ceſſionem continere, ut uoluit Bald.in dicta l.j.in 4.quæſtio.
C.de actio.& obligatio. ibi in 4.colum. uerſicu. quarto quæ
ritur &c. ubi quando uerbum do, ſeu concedo, quod potius
mandatum, quàm ceſſionem importare ſolet, adiũgitur iu-
ribus, & aliis uerbis aptis ceſſionem importare, illam in-
10 cludere dicitur, quoniam † uerba ad materiam ſubie-
ctam reſtringuntur l.ſi ſtipulatus in principio ff.de uſuris, l.
inſulam ff.de præſcript.uerbis, Bartol.in l. centurio colum.
antepenultim.ff.de uulgar.& pupilla.& l.ſi ſeruus plurium
in fin. cum ibi nota. ff. de legatis j. Sed in caſu occurrenti
hæc uerba dat, & concedit iunguntur iuribus redimendi
domino Petrofranciſco competentibus, & alia plura uer-
ba ſunt appoſita, quæ iurium ceſſioni, ſeu mandato in
rem ſuam conueniunt, igitur &c. ¶Non refragatur ſe-
cundum, quia ultra quod uerum ſit, clauſulam in fine po-
ſitam ex præcedentibus reſtringi, & declarari debere, cum
clauſula præcedens magis influat in ſequentem, quàm è
contra, ut per Bartolum in l.quiſquis ff. de legat.3.& dixe-
runt alij domini conſultores, poteſt etiam dici, quòd com-
modum, & utilitas domini Petrifranciſci, facta bonorum
franchatione, & redemptione, dicetur conſiſtere, inſpecta
cauſa, propter quam principaliter conceſſio, & iurium trã-
latio in ipſum dominum Hannibalem facta fuit, quæ erit
adimpleta, & quam adimpleri ipſius domini Petrifranciſci
intererat, uidelicet ut bona, quæ ſui genitoris fuerunt in fa-
11 milia, & agnatione ſua conſeruarentur, † quod intereſ-
ſe eſt in iure conſiderabile argumento text.in l.lex, quæ §.j.
C.de adminiſtratio.tutorum, quia per bona nomen, & ho-
nor familiarum conſeruatur, & augetur l.j.§.quamuis ff. de
12 uentre inſpicien. Et † propter familiæ, ac agnationis con
ſeruationem ſæpe à uerborum ſignificatione, & natura di-
ſpoſitionis receditur, quia ſemper teſtatores præſumuntur
uelle agnationes, & familias conſeruari debere, ut latè habe
tur per docto. maximè dominum meum Sozinum in l. cum
auus ff.de conditio.& demonſtratio. l.ſuper ſtatu C. de quæ
ſtio.& argumento l.j.in princip.ff.de poſtulan.& de hac uti
litate, & de hoc cõmodo contrahentes intelligere uolue-
runt, ut colligitur ibi, iunctis præcedentibus. Poſſet etiam
eſſe domino Petrofrãciſco utile, ſi bona ad dominum Han
nibalem peruenirent, quoniam contingere poſſet quãdoq;
illa iure ſucceſſionis ratione ſanguinis, uel inueſtituræ, ſi ta-
lia ſint bona, ad ipſum dominum Petrumfranciſcum perue
nire argumento eorum, quæ habentur in c. quamuis de pa-
13 ctis in 6. Præterea † ſtant ſimul, quòd ceſſio fuerit facta
ad commodum cedentis, & tamen naturam ceſſionis conti-
neat ita, quòd cedens non poſſit quicquam ad præiudicium
ceſſionarij, ſiue ceſſionis factæ facere, niſi concurrente uno
ex illis tribus, de quibus in l.3.C.de nouatio. ut uolunt Bar.
Alex. Paul.de Caſ.& alij in l.ſi cum emptore ff.de pactis.
¶Nec prædictis refragantur ea, quæ habentur per Paulum
de Caſtro in d.l.ſi cum emptore, quòd quando ceſſio, ſeu iu
rium translatio facta fuit ad commodum, & utilitatem ce-
dentis, (quo caſu mandatum ſimplex eſſe cenſetur) poſ-
ſit reuocari argumento d.l.ſi uerò §.ſi mandauero, uel ſal-
tem ipſe cedens per pactum de non petendo, aut per
eius confeſſionem poſſit ceſſionario, & iura utilia haben-
ti præiudicare Bartol.in l.facta §. ſi hæres, ibique Imol. ff.
14 ad trebellianum: quia reſpondetur primo, † quòd in caſu
occurrenti ceſſio, ſeu iurium translatio in dominum Han-
nibalem facta fuit ad illius commodum, & utilitatem, &
ideò cedens non poteſt pacto de non petendo, uel ſua
confeſſione

confeſſione ipſi ceſſionario præiudicare, quando debitor, contra quem iura ceſſa fuerunt, de ceſſione, & tranſlatione iurium contra ſe notitiam, & ſcientiam habuit, ut uoluit Bart.in dicta l.ſi cum emptore, & in d.§.ſi hæres, & ſequitur Angel.in l.3.C.de nouatio.& Alexan.in dicta l.ſi cum emptore: Item ultra ſimplicem ſcientiam aliud quoque in caſu noſtro interuenit, quod habenti iura utilia prodeſſe debet, ut ſtatim dicetur. Immò ſecundum Paulum de Caſtr.in d.l.ſi cum emptore in penult.colum. hoc in caſu, ſi debitor etiam iurium tranſlationem ignoraſſet, nõ poſſet cedens habenti iura utilia præiudicare abſque eo, quòd interueniret unum de illis tribus, de quibus in d.l.3. dicitq́ue hoc eſſe de mente Bar.in d.§.ſi hæres, & not.per doct. maximè Cyn. in l.fin.ff.de pact. Secundo igitur reſpondeo, quòd dato abſq; ueri præiudicio, ceſſionem, ſeu tranſlationem iurium eſſe factam ad commodum, & utilitatem cedentis, ſeu transferentis, tamen eius pactum, ſeu confeſſio habenti iura utilia nocere non poteſt, niſi prius interuenerit unum ex illis tribus, de quibus in d.l.3.C.de noua. ut quia debitor, contra quem cedens, & iura transferens, ſeu in locum ſuum ponens, quæ idem important, ut declarat Paul.Caſt.in d.l.ſi cum emptore, iura ceſſit, & tranſtulit, ſciuerit iura cõtra ſe ceſſa, & trãſlata, & ulterius etiam ceſſionarius ipſi debitori iuriũ tranſlationem notificauerit, ſeu denunciauerit, ut inquit text. in d. l.3. ibique Ange. Bart. Bal.& alij, ac etiam in d.l.ſi cum emptore, & ibi Alex. qui ad hoc inducit text.in d.l.3. & Bar.& Imol.in d.§.ſi hæres: At in caſu noſtro dominus Palauicinus non ſolum ſciuit, ſed etiam ei notificatum fuit de iuriũ ceſſione, & tranſlatione cum relaxatione inſtrumenti ceſſionis factæ do.Hannibali, ergo non potuit do. Petrusfranciſcus cedens facto, pacto, uel contractu ſuo do.Hannibali, & iuribus ei ceſſis præiudicare. Et ex prædictis colligitur, quòd etiam quando ceſſio facta fuit ad commodum, & vtilitatem cedentis, non dicitur mandatum ſimplex, nec poteſt per cedentem ad præiudicium ceſſionarij, & iurium ceſſorum reuocari, poſtquam alterum ex illis tribus, de quibus in d.l.3, interuenerit, quod quidem caſui noſtro benè inſeruit. Non obſtat id, quod dicebat Paul.de Caſt. in d.l.ſi cum emptore col.penul.uerſi.nunc ergo eſt uidendum, qui uoluit ceſſionem factam ad commodum, & utilitatem cedentis eſſe ſimplex mandatum, & ceſſionarium dici ſimplicem procuratorem, & ideò ad uoluntatem conſtituentis reuocabilem eſſe d.§.ſi mandauero, quia reſpondeo Paulum ibi non loqui in terminis noſtris, ſed quando totaliter ceſſio facta eſſet ad commodum, & utilitatẽ cedentis, ut quia quis ceſſerit actiones contra debitorem ſuum hoc acto, quòd quicquid eſſet per ceſſionarium exactum, illud totum ceſſionarius deberet cedenti reddere, quod non fuit in hoc caſu factũ, & ideò prædicta ad fauorem illuſtris do.Hannibalis procedunt, ut ſibi iura utilia adhuc competant. ¶ Quoad ſecundum, uide-
15 tur prima facie, quòd ceſſio non ualeat, † quia tàm in principio, quàm in toto inſtrumento titulus ceſſionis deficit, non enim expreſſè, uel tacitè conſtat, illam titulo emptionis factam fuiſſe, quia pretium non interuenit, ſine quo etiam in contractu ceſſionis titulus uenditionis conſiſtere nõ poteſt, ut per Bal.in l.1.C.de act.& oblig. Bar. Bal. Paul. Salicet.& alij in l.per diuerſas C.mandati. Nec etiam poteſt dici hæc ceſſio facta titulo donationis, quia illa in dubio non debet præſumi, niſi expreſſè dicatur l.cum de indebito ff. de probat.& l.campanus ff.de oper.liber.& in terminis noſtris pro ſubſtantia ceſſionis expreſſio tituli requiritur, alioquin non ualet d.l.per diuerſas, ibique Bar. Pau.& omnes. ¶ Contra-
16 rium, prædictis non obſtantibus, uerius eſſe puto, † quòd ſufficiat titulum conſtare, & præſumi ex cauſa in inſtrumento appoſita, quamuis titulus non fuerit ſpecificatus, ut conſtat, quãdo ceſſio abſque fraude pro certo pretio facta fuiſſet, quia diceretur facta ex titulo emptionis, licet de uenditione nihil dictum eſſet, idem ſi ex alia cauſa oneroſa, quia præſumetur ille titulus, qui ex cauſa inferri poteſt, ut contractus innominatus do, ut facias, uel facio, ut facias, uel ut des iuxta not. per Bal.in l.1.in 3.col.uerſi.modo uenio ad contractum innominatum C.de actio.& oblig.& hæc expreſſè probantur per not.per Bar.in d.l.per diuerſas in 1.col.uerſ. quæro, quomodo præſumatur, & in 2.col.ibi, ſed iuxta hoc quæro, cum quo ſcrib.communiter pertranſeunt, quicquid dixerit Ioan.And.quem refert Paul.de Caſ.in d.l.illicque reſpondet. At in caſu noſtro quamuis ceſſio non poſſit dici facta titulo venditionis, quia deeſt pretium certum, tamen poteſt dici facta ex contractu innominato do, vt facias, hoc eſt cedo, vt redimas, ſeu acquiras bona vendita illuſtri do. Palauicino cum pacto, & promiſſione retrouendendi, ut ſu-
17 pra. Nec aduerſatur, † quòd contractus innominatus dicitur re integra reuocabilis, quia in eo locus eſt pœnitentiæ, ut in l.ſi pecuniam, & l.fin.cum ibi not.ff. de condi.cau.data, ſed ex parte do.Hannibalis res fuit, & erat integra, ergo potuit do. Petrusfranciſcus à ceſſione, & tranſlatione iurium facta recedere, quia dupliciter reſpondetur, primo quòd ex quo in inſtrumento ceſſionis ſtipulatio ex parte do.Hannibalis interuenit, non potuit eſſe locus pœnitentiæ, vt in l. ex placito, & l.ſequen.C.de rer.permu. Secundo idem eſſet, ſi in inſtrumento interueniſſet iuramentum, ut eſt glo.ſingul. quam doct.communiter approbant d.l.ſi pecuniam in uer.
18 neceſſe. Vel melius dici poteſt, † quòd ceſſio facta cẽſeatur titulo donationis, cum ipſe do.Petrusfranciſcus ex tali iuriũ tranſlatione nullum pecuniarium commodum cõſequi deberet, & ideò ex parte ſua donatio dicetur, ſimiliter ex parte ipſius do.Hannibalis, in quem fuit tranſlatum ius pacti, & promiſſionis de franchando, & redimendo bona pro eo-
19 dẽ pretio, quo fuerunt uendita: Nam † pactum illud dicitur commodum burſale, & pecuniarium cõtinere, quia dicitur eſſe pars pretij l.fundi partem ff.de contrah.emp. Bar.in l.ſi fideiuſſor §. meminiſſe ff.de legat.1. & in l. iuriſgentium §. quinimmò col.3.ff.de pact. Bal.in conſi.394.uol.3. Sozin.in rub.ff.de uerb.oblig.col.21.& l.ſi ſterilis §.ſi tibi fundum ff. de actio.empt. prout conſtat, illud magna pecuniarum ſumma fuiſſe apprætiatum inter dictum do. Petrumfranciſcum ex una, & do.Palauicinum, quando inter ipſos fuit illud pactum extinctum: & hoc emolumentum franchãdi bona prædicta fuit ipſi do. Hannibali elargitum ex cauſa honeſta, & æqua, de qua in inſtrumento, ergo ualere debuit d.l.per di-
20 uerſas, & l.illam C.de collat. & † hoc important uerba illa dat, & concedit, quæ ſui natura donationem important l.fi.
21 ibique Bar.& Roma.ff.de dona. Et † quamuis titulus donationis non exprimatur, tamen non refert, dummodo ex contentis, & ex aliis uerbis præſumi poſſit, quoniam ſicut titulus uenditionis præſumi poteſt, extremis ad hoc aptis concurrentibus, ut ſupra, ita & donatio, quando uerba contractus conuenire poſſent, nam cum hæc duo in materia noſtra æquiparentur d.l.per diuerſas, id, quod de titulo uenditionis præſumpto dicitur, debet etiam dici de titulo donationis, ut is præſumi queat, quando uerba poſſunt adaptari argumento eorum, quæ habentur in c.tranſlato de conſtitu. Et cum huiuſmodi ceſſio, ſeu iurium tranſlatio facta fuerit
22 ex iuſta cauſa, de qua in procemio inſtrumenti, † quæ in dubio cenſetur finalis argumento not. per Bartolum, & alios in l. ex hac ſcriptura ff.de donatio.& l.fin. ff. de hæred. in-
23 ſtit. ſequitur, † quòd ceſſio prædicta ualuit, nec fraudulenta præſumi poteſt, & præſertim quia tempore, quo facta fuit, do.Hannibal partem pro indiuiſo in dictis bonis habebat, & & ideò ſua intererat nõ habere in ſocium do.Palauicinum, ſeu inuitum cum illo communionem contrahere iuxta no. per Bar.in l.qui uſusfructus ff.de uſufru.lega.l.fundus cum

glo.ff.de contrahen.empt.glo.in l.ſi quis aliam in uer. ſuſci pientis ff.de ſolu. Item cum donationem ſapiat, ut dictum fuit, ſequitur, quòd fuit irreuocabilis d.l.ſi quidem, d.l.per diuerſas, & ibi docto.communiter, & d.l.illam. Conſidero
24 etiam, † quòd huiuſmodi iurium tranſlatio facta fuit ob do. Petrifranciſci paupertatem, ſeu melius inhabilitatem reluendi, & redimendi dicta bona, prout in dicto inſtrumento continetur, ergo ualida fuit, & ſine ſuſpitione alicuius fraudis facta præſumi debet, ut uoluit Paul.de Caſ. in d. l.per diuerſas in fin. 3. col. poſt Specu. & Bal. quos allegat. In cæteris pertranſeo cum ſententia clariſſimi do. conſultoris tantorum uirorum auctoritate fulcita, quorum iudicio me ſemper ſubiicio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus comprehenditur ſub ceſſione omnium, & quorumcunque iurium, & is per huiuſmodi ceſſionem finitur, & cum proprietate conſolidatur.*

2 *Et an uſusfructus, an uerò commoditas, & perceptio fructuum ſub dicta ceſſione comprehendatur, & num. 5.*

3 *Vſusfructus cauſalis penes quem ſit, & an in alium transferri poſſit, & nume. 20.*

4 *Vſusfructus ceſſio, ſeu translatio quem uſumfructum comprehendat, & nume. 5.*

5 *Verba meri iuris expreſſiua factum non includunt.*

6 *Actionis uerbum continet ius, & non factum.*

7 *Clauſula omni meliori modo quando, & in quibus ſuum effectum operetur.*

8 *Diſpoſitio facta de uſufructu quando ius uſusfructus, & quando perceptionem fructuum comprehendat.*

9 *Vſusfructus ius non poteſt alteri cedi, niſi ad effectum, ut uſusfructus finiatur, & cum proprietate conſolidetur.*

10 *Vſufructuarius quæ iura, quas actiones, & quid aliud ultra ius uſusfructus habere dicatur, & num. 12.*

11 *Vſufructuarius habet poſſeſſionem naturalem.*

12 *Et quam actionem habeat contra proprietarium, aut alium rei poſſeſſorem,*

13 *Et quod interdictum habeat contra ſpoliatorem, ſeu turbantem in poſſeſſione naturali.*

14 *Et quo iure, & quomodo illi interdicta, & actiones competant, & dentur, & num. 18.*

15 *Actio perſonalis ratione uſusfructus ſoli uſufructuario datur.*

16 *Actio perſonalis in ſingularem ſucceſſorem non tranſit.*

17 *Emens ab uſufructuario commoditatem, et perceptionem fructuum quomodo actionem perſonalem ex empto habere dicatur.*

19 *Ceſſionis natura eſt transferre utiliter in ceſſionarium iura, & actiones, quæ erant penes cedentem.*

20 *Vſusfructus à domino in alium translatus efficitur formalis, et deſinit eſſe cauſalis, & formalis à ſolo domino, & proprietario, non autem ab uſufructuario cedi, & transferri poteſt.*

21 *Clauſula omni meliori modo non operatur, ut reſultent contraria, nec repugnantia, nec poteſt facere actum ualere eo modo, quo effectum ſortiri non poteſt.*

EPITOME.

Cessio de omnibus, & quibuſcunque iuribus, & actionibus realibus, & perſonalibus, & cuiuſcũque alterius generis ab uſufructuario facta, quòd non commoditatem, & perceptionem fructuum, ſed ius uſusfructus comprehendat ſolũ ad effectũ, ut is ſit finitus, & extinctus, & cum proprietate conſolidatus, hic oſtenditur.

CONSILIVM CLXXXIX.

A veris terminis iuris non deuiando, vera eſſe videtur concluſio, quòd do. Bartholomea, quæ per mortem Caroli eius mariti in ſolidum ex iure accreſcẽdi vſufructuaria domus remãſit, vt colligitur ex not. in l.j. in prin.
1 ff.de vſufru.accreſ. † per ceſſionem omnium, & quorumcunq; iurium, quæ ipſa in domo prædicta habebat, & habere poterat, factã Iacobo in ampliſſima forma deſiit eſſe vſufructuaria, & vſusfructus fuit finitus, & extinctus, ac cũ proprietate conſolidatus l.idẽ §.fin.ff.de vſufr.accreſ. nam per ceſſionẽ vſusfructus ab vſufructuario factam vſusfructus finitur, & cũ proprietate conſolidatur l.ſi vſusfructus ff.de iure dot. §.finitur inſti.de vſufru. & glo.in l.arboribus §. vſufructuarius ff.eod. Cum igitur pro parte domus ipſe Iacobus fuerit proprietarius, & pro alia parte do. Antoniusmaria, ſequitur, quòd per dictã ceſſionẽ factã Iacobo à do. Bartholomea, vt ſ. vſusfructus pro parte dicetur conſolidatus cũ proprietate Iacobi, & pro alia parte cũ proprietate do.
2 Antoniimariæ. ¶ Verum autem † in caſu occurrenti do. Bartholomea ceſſerit vſumfructũ formalem, & prout eſt iuris, an verò ſimplicẽ cõmoditatem, & perceptionem fructuũ, prout ſolũ quid facti eſſe dicitur, vt probatur i l.neceſſario in fi.ibiq; Alberi.ff.de peri.& cõmo.rei vẽd.& præſupponit Bal.in l.licet col.2.in 5.q.verſ.ſed quid C.loca.cũ alijs, quæ abundè alius aduocatus allegauit, ambigi poteſt, nam aliquibus ſimplex commoditas, & perceptio fructuum ceſſa uidetur, quia in dubio cenſeri debet id fuiſſe à do. Bartholomea tranſlatum, quod ipſa concedere potuit, ut actus potius ualeat, quàm pereat, l. quoties ff.de uerb.obli.ff.de rebus dub.& ff.de reg.iur.& l.ſi domus in fin. ibiq; Alex. poſt Barto.ff.de leg. 1. & præſertim quia do. Bartholomea ceſſit cum illa clauſula omni meliori modo, quæ facit actum ualere illo modo, quo quis de iure facere potuit, a [illegible] plenè per Felin.in c.cum ſuper abbatia de offic. deleg. ſed ſanius conſiderando verba ceſſionis, quibus præfata do. Bartholomea omnia iura ſua ceſſit, & tranſtulit, contrarium uidetur uerius, quòd dicta ceſſio potius ſe extendat ad ius uſusfructus, quàm ad cõmoditatem, & perceptionem fructuum, quia aut uolumus dicere, quòd uerba ſupradicta ceſſionem uſusfructus cauſalis importent, & hoc eſſe non
3 poteſt, quoniam † uſusfructus cauſalis & ſi poſſet dici eſſe quid iuris, quod non credo, tamen nullo caſu is penes uſufructuarium reperitur, ſed ſolum apud dominum habentẽ plenam proprietatem, ut in l.ſi cum teſtamento §. ſi fundũ ff.de excep.rei iudi.cum ibi not.& l.uſufructu cum gl.ff.ſolu.mat.& ſi dominus, ſeu proprietarius plenius uellet hunc uſumfructum cauſalem in alium transferre eo modo, quo
4 apud ipſum eſſet, non poſſet: Sed † dando, & cedendo [illegible] ri uſumfructum, diceretur dare, & transferre uſumfructum non cauſalem, ſed formalem, prout eſt quid iu[illegible] nitur in l. 1. ff.de uſufruc.& ſecundum quod [illegible] §.quædam ff.de rerum diuiſ.& Inſti.de re[illegible] corpor.ut hæc habentur in d.l.ſi cum te[illegible] in d.l. uſufructu: & hic eſt unus de caſibus, in qu[illegible] dat, quod habet, nam dominus, qui habet uſum[illegible] rei cauſalem, illum de perſe alteri dare non poteſt, & [illegible] t, quod non habet, quia non habet formalem, [illegible] in aliũ transfert: Aut uolumus dicere, quòd do. Bartholo[illegible] ce-
5 dendo, ut ſupra, uoluerit ſolum transferre commod[illegible]ẽ, ſeu perceptionẽ fructuum, † prout illã de iure trans[illegible] poteſt d.l.neceſſario in fi.& d.l.ſi uſusfructus ff.de iure [illegible]. & hoc minime dicendum eſt in caſu, de quo agitur. V[illegible] dicere poſſumus id, quod inquit tex.in d.c.cũ ſuper [illegible] de offi.deleg. & in l.multum intereſt C.ſi quis alte.uel [illegible] quod potuit, noluit, quod uoluit, adimplere nequiuit, [illegible] enim fructuum commoditas, & perceptio ſint meri, & [illegible] di facti, ut ſupra, non poſſunt contineri ſub uerbis me[illegible] ius continentibus, quia hæc repugnant, quòd uerba [illegible] iuris expreſſiua dicantur etiam factũ includere d.[illegible] j.§.quædam, l.j.§.ſed pupillus, & ibi glo.ff.de acq.poſſ.& l.in [illegible] §.factæ ff.de capt.& poſtli.reuer. Sed uerba, quibus do. Bartholomea vſufructuaria Iacobo ceſſit, ſunt uerba meri [illegible] expreſſiua, ergo non poſſunt dici comprehendere ſolũ fructuum perceptionem, & commoditatẽ, quæ dicitur eſſe meri facti, & minor probatur ex uerbis ab ipſa dom. Bartholomea prolatis, cedendo, & dando omnia, & quæcunq; iura, & omnes

omnes,& quaſcunq; actiones reales,& perſonales,omneſq;
alias,& quaſcunq; actiones cuiuſcunq; alterius generis, &
conditionis,quæ uerba ad ius tantum,& non ad id,quod eſt
facti,ſe extendunt,cum iurium appellatio ſimpliciter poſita
6 nõ includat ea,quæ ſunt meri facti,ut ſupra,& † actionis uer
bum ius contineat,& non factum l.actio,l.actionũ genera,
l.actionis verbo ff.de act.& obli.§.j.Inſti.de act. l.actionis, l.
pecuniæ §.actionis ff.de uerb.ſig.& d.l.j.§.quædam: & cum
uoluerit oĩa,& quæcunq; iura,& omnes,& quaſcunq; actio
nes in Iacobum transferre,ſequitur,quòd illa omnia, quæ
iuris ſunt,transferre uoluit,& conſequenter uſumfructum,
quem ipſa in domo habebat,prout erat meri iuris,non au-
tem prout erat meri facti,quia uerba illa in ius ſonant, non
autem in factum,& ideò ad omnia,quæ iuris ſunt,trahi de-
bent,nã qui omne,& quæcunq; dicit,nihil excludit,l.iulia-
nus ff.de leg.3.l.à procuratore C.mand.& l.baliſta ff.ad tre
bel. Nec refragatur,quòd propter clauſulam omni meliori
modo in ceſſione adiectam uerba illa oĩa,& quæcunq; iura,
ut actus ualeat,debent intelligi, quòd comprehendant ea,
quæ poteſtati ipſius facientis conueniebant,ut dictum fuit,
7 quia pro reſponſione ſciendum eſt,quòd † clauſula oĩ me-
liori modo operatur effectũ ſuũ dũtaxat in iis,quæ ſunt du-
bia,non autem in iis,quæ in ſe clara,& expreſſa exiſtunt, nã
cum in ſe certa ſint,non reſtringũtur,nec alterantur ex illis
uerbis oĩ meliori modo,ut loquitur Bal.in l. quoties in ulti.
col.C.de hære.inſtit.& expreſsè uoluit do.Maria.Sozi.anti-
quior in c.2.in 13.artic.in 2.q.uerſic. ſextus ibi ſed aduerte
extra de libel.obla. Sed uerba illa ceſſionis oĩa, & quæcũq;
iura,& omnes,& quaſcunq; actiones,ſunt in ſe certa, & cla
ra,quòd id includunt,quod eſt iuris tantum,& non facti,er-
go propter clauſulã illam omni meliori modo non debent
reſtringi,nec impropriari,ut contineãt ſolã fructuum com
moditatem,ſeu perceptionem,quæ dicitur eſſe meri facti.
8 Præterea, † ut colligitur ex uerbis Bar. in l.fundi trebatiani
ff.de uſufr.leg.dum quærit,an diſpoſitio facta de uſufructu
contineat ius uſusfructus,uel perceptionẽ fructuũ,quando
uerba ſunt in ſe clara,quòd importent ius uſusfructus, tunc
ſtandum eſt uerbis,quando uerò ſunt in ſe dubia,inſpicien-
dum eſt,an ille,cui conceſſio facta fuit,poſſit ſua auctoritate
& directè per ſe facere,& tunc dicentur uſumfructum,pro
ut iuris eſt,cõprehendere, ſi uerò is,cui conceſſio facta fuit,
non directè per ſe,ſed per manum hæredis,uel ipſius conce
dentis capere,ſeu habere debeat,tunc cẽſetur ſolum data,
& cõceſſa perceptio,ſeu commoditas fructuum,& hoc idẽ
eſt de mẽte Bar.& aliorum in l.cotem §.qui maximos ff. de
publi.cum aliis ibi allega.per Alex.in apoſtill.& per Roma.
Sed in caſu, de quo agitur, ceſſio iuriũ facta fuit per uerba
generalia,& uniuerſalia duplicia,quæ in ſe clara ſunt, ut ſu
pra,& poſito,nõ tñ conceſſo, ea aliquã ambiguitatem in ſe
habere,ex quo per talẽ iurium conceſſionem generalẽ da-
ta cenſetur poteſtas,& facultas ipſi Iacobo per ſe exercẽdi
iura,& actiones,ut in inſtrumento habetur,ergo uidetur in
ferri,quòd ipſe Iacobus ex conceſſione per ſe,& directè ha
buit eandem poteſtatem,& facultatem,quam prius do. Bar
tholomea habebat,& cõſequenter in ipſum Iacobũ tranſla
tus fuit uſusfructus,non autẽ facultas percipiendi fructus,
arg.eorũ,quæ habentur per Bar.in d.§.qui maximos,& per
9 glo.in l.ſi quis ita ff.de uſufr.quo fit, † ut ipſa do.Bartholo-
mea cedẽdo uſumfructũ nihil egiſſe dicatur quoad effectũ
tranſlationis uſusfructus,ſed benè quoad effectum conſoli-
dationis,ut uſusfructus dicatur finitus,& extinctus,& ſic cũ
proprietate conſolidatus, ut in d.l.ſi uſusfructus cũ ibi not.
per gl.& per gl.in d.l.uſufructu,& in d.§.finitur.¶Sed pro
10 Iacobo adhuc dici poſſet neceſſe eſſe fateri,quòd † do.Ia-
coba,quæ eſt uſufructuaria, dicatur habuiſſe non ſolum ius
uſusfructus,ſed etiã facultatẽ,& cõmoditatem percipiendi

fructus,quod apparet,quia illã commoditatẽ,& perceptio
nem fructuum in alium trãsferre non potuit d.l.neceſſario,
& ultra hãc cõmoditatẽ,& perceptionẽ habuit etiã aliquid
aliud,quod eſt in ſe quid iuris,ut eſt poſſeſſio naturalis, quã
11 † habet uſufructuarius,l.naturaliter in prin.ff.de acq. poſſ.
l.fin.ff.uti poſs.& ibi Bar.& in l.j.ff.eo.tit. quæ naturalis poſ
ſeſſio habet in ſe quid iuris ſeparatũ à iure uſusfructus,nam
uidemus,quòd illa ſolo animo etiã in abſentia poſſidetur ad
tradita per Alex.in l.3.§.ex contrario col.8. & in l.quemad
modũ in fin.uer.ff.de acq.poſs.l.j. §.interdictum il 2.iuncta
l.3.§.unde ui ff.de ui,& ui ar.& hæc naturalis poſſeſſio uſu-
fructuarij plurimum iuris habet l.poſſeſſio quoq; in prin.ff.
12 eod.tit. Præterea † uſufructuarius ultra ius uſusfructus alia
iura diuerſa ab ipſo uſufructu habere dicitur, quæ partim
ab uſufructu,& partim à naturali poſſeſſione cauſantur,ha-
bet.n.actionẽ perſonalem uel exempto,uel ex cõducto,uel
ex teſtamento,ſecundũ quod habet cauſam à proprietario,
ut proprietarius teneatur uſumfructum tradere,ſeu conſti-
tuere,patiendo uſumfructuariũ uti,& frui l.3.§.1. ff.de uſu
fruc.Alex.in l.3.§.ex contrario col.16.& in l.naturaliter ff.
de acq.poſ. Habet etiã confeſſoriã ſimiliter contra proprie
tarium,ac etiam contra alium rei poſſeſſorem negantẽ uſu
fructuarium habere uſumfructum, cõtra quem uſufructua
rius agere poteſt actione in rem cõfeſſoria l.uti §. utrum ff.
ſi uſusfr.peta.§.æquè inſtit.de act.& l.2.per totam l.ff. ſi ſer.
13 uend.cum aliis: Item † habet interdictum unde ui etiã con
tra extraneũ ſpoliatorem, & eĩcientem eum uiolenter à ſua
naturali poſſeſſione l.3.§.unde ui cũ ſequentib.ff.de ui,et ui
arm.Alex.Bar.& alij in d.§.ex contrario col.16.& in d.l.na-
turaliter in princ. Nec non habet interdictum uti poſſidetis
contra turbantem eum in poſſeſſione naturali, ut in d.l.fin.
ibiq; Bar.& in d.§.ex contrario,ibiq; Alex.& in d.l.naturali
ter in prin.ergo uidetur dicẽdum,quòd ceſſio facta Iacobo
de iuribus,& actionibus poſſit uerificari in dictis iuribus ip
ſi uſufructuario ultra ius uſusfructus cõpetentibus:cum ius
uſusfructus cedi nõ poſſit,niſi ad effectũ,ut finiatur,& cum
proprietate conſolidetur,ueluti ſ̃ eſt dictũ.¶Quibus tñ nõ
obſtantibus,indubitanter concludo ius uſusfructus etiã per
dictã ceſſionẽ fuiſſe ceſſum,& tranſlatũ, & cõſequenter de
bere dici extinctũ,& conſolidatũ, licet.n.ex uerbis ceſſionis
expreſsè appareat ceſſa fuiſſe interdicta, quæ ipſi uſufru-
ctuariæ competere potuerunt, non tamẽ poſſunt dici de iu
re illa interdicta fuiſſe ceſſa Iacobo, niſi illi etiã ius uſusfru
14 ctus ceſſum fuerit,quia † interdicta,quæ dãtur ratione uſuſ-
fructus,ſeu illius poſſeſſionis,ſolum dantur,& cõpetunt uſu
fructuario habenti ius uſusfructus,& non alij, & nõ contra
tertiũ,ſed ſolũ contra dominũ proprietarium, ut in d.l.3.§.
unde ui cũ ſeq.& in d.l.fi.ff.uti poſs. Alex.in d.l.naturaliter
in prin.poſt Bar.quem ipſe defendit in 3.col.in d.§.ex con-
trario,ergo ex ceſſione interdictorũ ipſi uſufructuario cõ-
petentium neceſſe eſt fateri, quòd dicatur ceſſum ius uſuſ-
fructus,non autẽ ius percipiendi fructus,ſeu illorũ commo
ditas,quoniã pro hoc iure non dãtur interdicta, niſi uſufru
ctuario propriè. Præterea nulli dubium,quòd do.Bartholo
mea etiã ceſſit oẽs actiones ipſi cõpetentes, & quibus ipſa
uti poterat:& ſi intelligamus de actionibus perſonalibus ſu
pradictis,quæ dantur uſufructuario, utiq; illæ non poſſunt
dici ceſſæ Iacobo,niſi etiã uſusfructus,prout eſt quid iuris,
15 illi ceſſus fuerit,quia † actio perſonalis ratione uſusfructus
non datur alteri,quàm uſufructuario d.l.3.§.dare ff. de uſu
16 fruct.& Alex.in d.§.ex contrario col.16. Rurſus † actio per-
ſonalis in ſingularem ſucceſſorem non tranſit l.fin.in fin.ff.
de contrahen. emptio. Si igitur intelligamus ceſſionem de
actione perſonali,quam ſolum uſufructuarius habet, profe
ctò dom. Bartholomea cedendo illam uidetur ceſſiſſe uſum
fructum, non autem ſimplicem fructuum commoditatem

uenditam,& ceſſam,cum actio perſonalis,quam vſufructua
rius habet,ſolum habenti ius vſusfructus de iure competat:
17 Et † quamuis emens ab vſufructuario commoditatem, &
perceptionem fructuum dicatur habere actionem perſona
lem ex empto l.neceſſario ff.de pericu.& commo.rei uend.
tamen dicitur illam habere directè, & iure proprio ex ſuo
contractu,non autē nomine vſufructuarij ex ceſſione actio
18 num ab vſufructuario facta. Præterea † ſi intelligamus
ceſſionem actionum de actione cōfeſſoria, quæ datur etiam
contra extraneum pro iure vſusfructus, planè illa non po-
teſt competere niſi vſufructuario ratione iuris vſusfructus
non ſolum contra proprietarium, ſed etiam contra extra-
neum,vt in d.l.vti §.vtrum ff.ſi vſusfruc.pet.l.2.in prin.& in
§.1.cum ſequen.ff.ſi ſerui. uendi. ergo actiones reales con-
feſſorias cedendo dicetur etiam ceſſiſſe vſumfructum, vt
eſt iuris arg.l.ſicuti §.competit ff.ſi ſerui.vend. Adde,quòd
vltra ceſſionem interdictorum domina Bartholomea ceſſit
etiam principaliter omnia,& quæcunque iura, quorum ap
pellatione non poſſunt dici ceſſa,niſi illa, quæ vltra actio-
nes,& interdicta appellatione iurium continentur,cum vl-
tra actiones,& interdicta ceſſerit omnia,& quæcūque iura,
quæ verba non poſſunt includere niſi ius vſusfructus,quia
vltra actiones, interdicta, & officium iudicis,quæ ſpeciali-
ter,& expreſsè ceſſa fuerunt, vſufructuarius alia iura habe
re nō poteſt,niſi ius vſusfructus l.1.§.quædam ff. de rerum
diuiſio. Vnde conſiderando ſingula verba ceſſionis factæ ab
ipſa domina Bartholomea,ea non poſſunt aliud importare,
niſi ius vſusfructus,& alia iura,quæ ipſi vt vſufructuariæ cō
19 petebant,prout † eſt de natura ceſſionis,vt iura,& actiones,
quæ erant penes cedentem,vtiliter in ceſſionarium transfe
rantur,vt habetur latè per Bartolum in l.1.ff.& C.de actio.
& obliga. Ex quo infertur arguendo à partibus ſufficienter
enumeratis,quòd per ceſſionem Iacobo factam omni reſpe
ctu dicitur tranſlatus,& ceſſus vſusfructus,quem ipſa vt vſu
fructuaria habebat,& conſequenter cum non potuerit ce-
di,dicitur extinctus,& conſolidatus,vt ſupra. Nec obſtat,
quòd dicatur ceſſus vſusfructus cauſalis, qui dicitur eſſe
quid iuris, cum à dominio cauſetur, vt in iuribus ſupra in
20 principio allegatis,quoniam hoc ſtare non poteſt, † quia
uſusfructus cauſalis ſolum apud proprietarium, & nō apud
alium eſſe poteſt ad tradita per ſcriben.in d. l.naturaliter in
prin.& not.in l.vſufructu ff.ſolut.matri. & ſi dominus illum
vſumfructum cederet,ſeu transferret, tunc deſineret eſſe
cauſalis,& efficeretur formalis,quem ſolus dominus,& pro
prietarius,non autem vſufructuarius cedere, & transferre
poteſt,ut per docto.in d.l.naturaliter,d.l.ſi cum teſtamento
§.ſi fundū,& ibi glo.& Bar.ff.de excep.rei iudi. Nec obſtat
21 clauſula omni meliori modò,quia † illa non operatur,vt re
ſultent repugnantia, & contraria ad tradita per Moder. in
d.c.cum ſuper abbatia de offi.deleg.& per Maria.Sozi.in d.
c.2.de libel.obla.in d.artic.13.in 2.q.& inquit Aret.in con
ſil.17.cōl.4.uerſi.non obſtat clauſula illa,quòd illa clauſula
non poteſt facere actum valere eo modo,quo effectum ſor
tiri non poteſt,ſed impoſſibile eſt,quòd cedendo,& transfe
rendo ſolum commoditatem, & perceptionem fructuum
dicantur iura omnia,& actiones perſonales,& reales,& in-
terdicta ceſſa,& ceſſæ,vt dictum fuit,ergo per hanc clauſu
lam omni meliori modo non poteſt dici ſolum conceſſa cō
moditas,& perceptio fructuum. Et prædicta uериſſima de iu
re eſſe exiſtimo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Societas omnium bonorum inter fratres, & ſimiles tacitè contracta ex quibus argui, & demonſtrari poſſit.*

2 *Lucrum, commodum, damnumque omne undecunque proueniens, omniſq; impenſa in ſocietate debet communicari, & ſocietati imputari.*

Et quomodo hoc procedat num.12.& 27.

3 *In ſocietate generali omnium bonorum omnes expenſæ, omniaque incommoda ſocietati imputantur, niſi ex delicto ſocij proueniant.*

4 *Onus dotandi filias alterius ſocij licet ſit perſonale ipſius patris, tamen in ſocietate omnium bonorum ad omnes ſocios communiter ſpectat, et ſocietati imputatur, & num.11.*

Et an, & quando hoc ſit uerum num.12. & per totum uſque ad numerum 41.

5 *Expenſæ pro adipiſcendo honorem, aut dignitatem filij alterius ſocij ſunt inter ſocios omnium bonorum communes, & ſocietati imputantur, & num.27.ubi declaratur.*

6 *Acquiſitum ab altero ex ſociis mediante perſona filij ſui ſocietati omniū bonorum acquiritur.*

Quid ſi ex cauſa aduentitia fuit filio acquiſitum num.44.

7 *Expenſa dotandi filiam quoad patrem eſt perſonalis, & neceſſaria.*

8 *Lucrum dotis ſocietati omnium bonorum imputatur, & acquiritur.*

9 *In ſocietate omnium bonorum hæreditas, legatum, donatum, aut quacunque alia ratione acquiſitum communicari debet.*

10 *Societatis proprium eſt, ut lucra, & damna ex eadem cauſa, eodemque reſpectu prouenientia ſint inter ſocios communia.*

12 *Societati non imputantur impenſæ, quæ ob cauſam ſocietatis non fiunt.*

13 *Societas omnium bonorum expreſsè contracta comprehendit omnes actus quæſtuarios, & non quæſtuarios: Secus in contracta tacitè, in qua ſolum actus quæſtuarij liciti, & non alij ueniunt:*

14 *Et qui dicantur actus quæſtuarij.*

15 *Fratres plures etiam ſocij omnium bonorum ad dotes filiarum alterius fratris conferre non tenentur, nec quia fratres, nec quia ſocij ſint omnium bonorum.*

16 *L.ſi ſocius pro filia ff.pro ſocio inducitur, & declaratur.*

17 *Pactum commune inter ſocios omnium bonorum, quòd dos earum filiabus de communi conſtitueretur, eſt ualidum, etiam ſi alter ſolus ex ſociis filias habuerit.*

18 *Dos data filiæ alterius ſocij de communi ob mortem, uel filiæ ſoluto matrimonio, durante ſocietate omnium bonorum patri reſtituta, & ab eo recuperata eſt ſocietati reddenda, & in communi ponenda, cum ſua tamen cauſa, ut alij futuro marito dari poſſit.*

19 *Et ſemel data de communi, & ſoluto matrimonio amiſſa, non debet illi filiæ ſecundo nubenti iterum de communi dari, niſi & hoc ſit expreſsè conuentum.*

20 *In opinione communi cognoſcenda attenditur auctoritas, & numerus doctorum.*

21 *Pater filiam ſemel dotatam iterum, & ſæpius, dote perdita, dotare tenetur.*

22 *Diſpoſitio hominis ſolum in prima uice, ac primo actu uerificatur, & conſumitur, ſecus in diſpoſitione legis.*

23 *Onus dotandi filias non ad ſocietatem omnium bonorum, ſed ad patres earum ſpectare, niſi hoc expreſſo pacto ſit conuentum, doctores magis communiter ſequuntur, & qui, & num.26.*

24 *Societas omnium bonorum ut ſit contracta, & omnia onera culpa tamen alterius ſocij non prouenientia ſint communicanda, quid requiratur [illegible].*

25 *Societas ſolum illorum, quæ fuerunt communicata, & in communi poſita, contracta dicitur, non autem omnium bonorum, quando non omnia indiſtinctè communicantur, ſed multa hinc inde proprio nomine geruntur, & acquiruntur.*

28 *Donatio in dubio non præſumitur, quando alia poteſt coniectura aſſumi: Fallit fauore dotis num.35.& 40.*

29 *Dotes filiarum ſociorum omnium bonorum non ſunt abſque pacto expreſſo de bonis communibus dandæ, & ſocietati imputandæ.*

Et quando hoc ſit uerum num.41.

30 *Sciens, & tacens nunquam ad ſui præiudicium conſentire uidetur:*

Fallit fauore dotis num.35.

Item fallit, ut num.37.

31 *Frater non tenetur dotes filiabus fratris de communi ſtare:*

Et quomodo hoc procedat num.39.

32 *Filia unius fratris de communi dotata cenſetur, quando ab ambobus fratribus, & de eorum conſenſu fuit dotata:*

35 *Et quando ambo fratres dotem ſibi, & ſic ſocietati reddi ſtipulati fuerunt, & num.36.*

34 *Idem, quando alter frater ſciuit filiam alterius fratris fuiſſe de communi dotatam, & non contradixit.*

35 *Dotem dans pro ea, quam dotare non tenetur, cenſetur animo donandi dediſſe, ſi illam ſibi reddi ſtipulatus non fuit.*

37 *Sciens, præſens, & non contradicens ratione coniunctionis non reuerentiale cenſetur conſentire, ſibique præiudicare, ut donare uoluerit.*

38 *Frater ſciens, & conſentiens filiam alterius fratris de bonis communibus dotari non poteſt tempore diuiſionis quicquam hac de cauſa petere, & donaſſe præſumitur.*

Emphy-

42 *Emphyteoſis eccleſiaſtica ab uno ex ſocijs omnium bonorum ſiue ante, ſiue poſt contractam ſocietatem acquiſita ſolum quoad eius fructus, durante ſocietate, communicatur.*

43 *In emphyteoſi eccleſiæ idem eſt, quod in feudo, quando eadem ratio militat.*

EPITOME.

FILIAE *unius ex pluribus fratribus, & ſociis omnium bonorum, niſi pacto expreſſo id ſit conuentum, non poſſunt, aliis inſciis, & non conſentientibus, de bonis communibus dotari, ſed hoc onus ad earum parentes tantum ſpectat, quorum partibus dotes ſic datæ imputantur: Dotatæ uerò de bonis communibus, aliis ſcientibus, & conſentientibus, uel non cōtradicentibus, etiam abſque præfato pacto expreſſo dicuntur de bonis communibus dotatæ, ſuntq́ illæ dotes ſocietati imputandæ.*

Emphyteoſis eccleſiaſtica in ſocietate omnium bonorum ſolum quoad fructus, ſocietate durante, communicatur, ſiue ante, ſiue poſt contractam ſocietatem fuerit acquiſita.

CONSILIVM CXC.

VISIS ſubtiliſſimis allegationibus pro utraque parte ſuper cauſa compromiſſaria hinc inde factis, & coram arbitris productis, ſuper tribus principaliter eſt inſiſtēdū, primo, an dotes datæ filiabus Maynardi de bonis, & pecuniis cōibus ipſius, & Theodori eius fratris ſint imputandæ ſocietati inter eos, ut dicitur, ſaltem tacitè contractæ, & illud onus dotandi pariter inter ipſos fratres commune fuiſſe dicatur, an uerò ſolius Maynardi patris adeò, quòd tempore diuiſionis dotes illæ in totum ſint ipſi Maynardo imputandæ: Secundo, an ex eo, quod Maynardus dotes illas dedit, ſciente, patiente, & nō contradicente, immò conſentiente Theodoro, qui, ſecundum ea, quæ mihi in facto proponuntur, cum illarum ſponſis, & maritis de matrimonio contrahendo, ac etiam de dote conuenit, ipſe Theodorus ſibi ſaltem præiudicauerit, ut de bonis communibus dotes datæ, & conſtitutæ dicantur, & non poſſint ſolū parti Maynardi, ſed ſocietati imputari. Tertio, an Maynardus bona emphyteotica per ipſum, eiuſque filios acquiſita ex diuiſione, ac diſtributione inter homines Conſilicis facta, teneatur cum Theodoro eius fratre communicare, & ſic bona illa omnia dicantur inter ipſos cōmunia. ¶ Ad primum redeundo, quod profectò non paruam in ſe difficultatem habet, cum ſuper illo docto. antiqui, & moderni ita uariauerint, ut uix diſcerni poſſit, quænā illorum ſit magis communis opinio, pro parte Maynardi, & ad illius fauorē quā plurima facere uidētur, & in primis præſuppono, quòd inter dictos fratres tacita fuit contracta ſocietas omnium bo-
1 norum, † quæ ex pluribus argui, & demonſtrari poteſt, uidelicet ex eo, quod poſt mortem eorum patris ſemper, & continuè uſque ad hæc diuiſionis tempora per plures, & plures annos ſimul cum ipſorū familiis, & uxoribus ad unū panem, & uinum cohabitauerunt, communicando omnia lucra, & damna, quæ ex eorum negotiationibus contingebant, & aliunde quomodocunque proueniebant iuxta ea, quæ habentur per Bart. in l. ſi patruus in uerſi. quæro iuxta prædicta C. communia utriuſque iudi. nam & ſi inter fratres retinentes, & poſſidentes ſimul pro indiuiſo bona hæreditaria paterna non dicatur contracta ſocietas l. ex parte §. ſi filius ff. famil. herciſ. & l. ſi fratres ff. pro ſocio, tamen quando ipſi in communi ponunt lucra, & damna ex eorum negotiationibus contingentia, tacitè ſocietatē contraxiſſe cenſentur l. coiri ff. pro ſocio, quoniam huiuſmodi communicatio citra ius, & nomen ſocietatis fieri non dicitur, ſicut dicimus de aditione hæreditatis, quæ infertur ex iis, quæ citra ius, nomenque hæredis fieri non poſſunt l. gerit, l. pro hærede cum ibi notatis per Bartolum, & alios ff. de acquirend. hæredit. & ad prædicta faciunt etiam ea, quæ in terminis uoluit Bar. in d. l. ſi patruus in ulti. colum. in l. 1. §. hoc interdicto ff. de itin. actuque priua. & in l. cum duobus §. ſi fratres, ibique Bal. ff. pro ſocio, & idem Bal. in addit. ad Bar. in tracta. de duobus fratr. in uerſi. ſed an duo fratres, & habetur per Pet. de Anchar. in conſi. 30. quia quæſtio modicam &c. in princip. & in conſi. 303. materia, de qua quæritur, non eſt noua: Communio enim bonorum inter fratres poſt mortem patris, & continua cohabitatio, collatio, ſeu communicatio fructuum, lucrorum, & damnorum inter eos, & quòd inter ipſos nunquam de expenſis, & oneribus circa res, & perſonas, ac familias ipſorum factis ratio reddita fuerit, arguunt ſocietatem inter eos fuiſſe contractam: quæ omnia in terminis noſtris interuenerunt argu. l. procula cum ibi not. ff. de probat. ut ibi per Pet. de Anch. & per Roma. in conſi. 91. in prin. & Ang. in conſi. 85. & ita in facto mihi præſupponitur, ipſos fuiſſe ſocios omnium bonorū maximè propter mutuas negotiationes quæſtuarias, ut ſupra, contractas, quoniam etiam abſque eo, quod promiſcuè artes, & negotiationes quæſtuarias exercuiſſent, ſi quæcunque bona, & alia undecunque quæſita in communi poſuerunt, ex his tacitus conſenſus ſocietatis omnium bonorum arguitur: nam & ſi quando fit communicatio certorum lucrorum, puta unius negotiationis, ex hoc ad ſocietatem lucrorum aliarum negotiationum non inferatur, & conſequenter nec ad ſocietatem omnium bonorum, ut uoluit Bar. in l. 1. §. qui hoc interdictum ff. de itin. actuque priua. & in d. l. ſi patruus, tamen hoc eſt uerum, quando actus eſſent uniformes, ſecus, ſi eſſent difformes, & in ſe uarietatē habentes, nam tunc per tales actus generalis omnium bonorum ſocietas præſumeretur, quia indifferenter ſe habēt, & indefinitè: Vnde ex huiuſmodi actibus ita promiſcuis, & indifferentibus ſocietas generalis omnium bonorum inter fratres contracta cenſetur ſecundum Bal. & Sali. in d. l. ſi patruus, quicquid uoluerit glo. in l. 3. §. cum ſpecialiter, & in l. coiri ff. pro ſocio, quæ ſenſit ſocietatem omnium bonorum non dici contractam, niſi ſpecialiter, & expreſsè contracta fuerit, quoniam doct. communiter cōtrarium tenent, ut patet ex prædictis, maximè ex iis, quæ ponunt doct. in d. l. ſi patruus, Bart. in d. l. titium, & mæuiū §. altero, & Pet. de Anch. in d. conſi. 303. Stante hoc præſuppoſito, ſequitur, quòd dotes datæ filiabus dicti Maynardi non debent tempore diuiſionis imputari portioni ipſius Maynardi, ſed portionibus
2 omnium, & ſocietati, quia † ſicut omne lucrum, & commodum undecunque proueniens ſocietati contribuitur d. l. 3. §. 1. ita omne damnū, omniſque impenſa debet ſocietati cōmunicari, & imputari l. cum duobus §. per contrarium, l. ſi igitur in fin. & l. ſi ſocietatem uniuerſarum ff. pro ſocio, quia contrariorum eadem debet eſſe diſciplina §. in illa Inſti. de ſocieta. Bar. in l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de uerbo. ob. l. fin. ff. de leg. 3. l. quod in rerum §. ſi quis poſt, & l. ſi ex toto
3 in prin. ff. de lega. 1. ¶ Præterea & ſecundo, † ſtante ſocietate omnium bonorum inter ipſos fratres non eſt dare expenſas, & incommoda, quæ non dicatur occaſione ſocietatis contracta, & facta, & quæ non ſint ſocietati imputanda, niſi ex delicto ſocij proueniant, quia de natura illius ſocietatis eſt, quòd omnis fortuna proſpera, & aduerſa ſit communis utrique ſocio l. cum duobus §. ſocium, & §. per contrarium, & l. quod autem cum ſequen. ff. pro ſocio, & docto. in
4 d. l. ſi patruus: Sed † onus, & incōmodum dotandi filias alterius ſocii quāuis dicatur perſonale ipſius patris l. qui liberis ff. de ritu nuptia. glo. in l. obligamur §. lege ff. de action. & obligat. tamen ex quo illud onus delicto, & culpa ipſius patris ſocii non prouenit, debet ſocietati imputari, & ad omnes ſocios cōmuniter ſpectare, ut in d. §. per contrariū,
5 ac etiam arguendo de expenſis, † quæ fiunt pro adipiſcen-

do honorem,ſeu dignitatem filij alterius ſocij,quæ & ſi per
ſonales ſint ipſius patris,tamen ſocietati imputantur,atque
communes omnium ſociorum eſſe dicuntur d.l.ex parte §.
filius ff.famil.hercifcun.& eſt optimus tex.in l.ſi ſocietatem
6 uniuerſarum in fin.ff.pro ſocio. ¶Tertio † id,quod alter
ex ſociis acquirit mediante perſona filij, ſocietati acquirit
d.l.cum duobus §.ſocium, ergo ut contrariorum ſit idem
ius,debet etiam ſocietati communicari,&imputari id,quod
pater pro perſona ipſius filij expendit,& conſequenter pro
7 dote filiæ: † Quæ expenſa licet quoad patrem dicatur
perſonalis,& neceſſaria tàm reſpectu matrimonij, quia pa
ter tenetur illam in matrimonio collocare, ut in authen.ut
cum de appella.cogno.in §.aliud quoque capitulum in fin.
quàm reſpectu dotis dandæ,ut in d.l.qui liberos,l.fi.C.de
dotis promiſ.glo.in d.l.obligamur §.lege,l.ſi cum dotem §.
ſi pater ff.ſolu.matrimo.ubi Barto.Alexan.& alij, in l.unica
§.primum C.de rei uxor.actio.in authen. præterea C. un-
de uir,& vxor,in l.huiuſmodi §.ſi pater ff.de legat.1.in l.ti-
tia §.qui inuita ff.de legat.2.& in l.uxorem §.pater natura-
lis ff.de legat.3.ubi habetur,quòd debitum dotandi reſpe-
ctu patris dicitur neceſſarium, & ideò cum legato facto fi-
liæ compenſatur,tamen eſt ſocietati imputanda, per prædi
8 cta. ¶Quarto præmiſſa ita ſuadentur, † ſi unus ex ſociis
partem dotis ob mortem uxoris ſuæ lucratur, illud lucrum
acquiritur ſocietati l.actione in fin.iuncta l.quod ſi eo tem-
9 pore ff.pro ſocio, † quoniam hæreditas, legatum,dona-
tum, aut quacunque ratione acquiſitum in ſocietate om-
nium bonorum eſt communicandum l.3.in fin.ff.pro ſocio,
d.l.cum duobus §.ſocium,Deci.in conſil. 66. in primo du-
bio,Roman.in conſil.406.& innuunt docto.maximè Alex.
in l.ſi eum dotem §.transgrediamur ff. ſoluto matrimon. &
Angel.in conſil.60.ergo & damnum,ſeu onus dandæ dotis,
quod ex neceſſitate alteri ſocio imminet,debet ad ſocieta-
10 tem ſpectare,& inter ſocios commune eſſe, quoniam † hoc
eſt proprium ſocietatis,ut lucra, & damna ex eadem cauſa,
eodemque reſpectu prouenientia ſint inter ſocios commu
11 nia l.de illo cum ibi notat. ff. pro ſocio. ¶Vltimo † hæc
opinio confirmatur auctoritate plurimorum doctorum,qui
concluſionem ſupra poſitam ſequuti fuerunt, inter quos
fuit Bald.in d.l.ſi patruus in 4.colum.uerſi.& prædicta om-
nia,& in additio.ad tracta. Bart.de duobus fratrib. in l. cum
duobus §.ſi fratres,& in l.ſi ſocietatem uniuerſarum ff. pro
ſocio,Paul.de Caſtr.in d.l.ſi ſocietatem, & in l.ſi ſocius pro
filia in recollectis antiquis, do.Anton.in conſil.7.dubium
primum &c.Bal.in conſil.incipien.in chriſti nomine,factum
tale eſt &c.Sozin.in conſil. 291.uiſis literis &c. ubi in cauſa
ſuo arbitrio commiſſa ita conſuluit, & affirmat ita conſul-
tum fuiſſe per dominum Nellum de Sancto Geminia. plu-
reſque alios aduocatos Florentinos,& per quendam Ioan
nem bapt.de Saxoferrato:idem ſequitur Alexand.in conſil.
70.in primo dubio in 5.uolum. Dec.in conſi.66.& 68.An-
gel.in l.ex duobus ff.de nego. geſtis: pluresque alios ita te-
nuiſſe refert Iaſ.in authen.quod locum col. 5. C.de collat.
¶Præmiſſis tamen non obſtantibus,contrariam opinionem
12 in puncto iuris ueriorem eſſe arbitror, quòd † onus do-
tandi filias alterius ſocij,ſeu ipſorum ſociorum non ſit com
mune,nec ſocietati imputetur,niſi hoc expreſsè fuerit inter
ſocios conuentum,quoniam impenſæ, quæ ob cauſam ſo-
cietatis,& communionis non fiunt,non ſunt communican-
dæ,ut patet in impenſa funeris l.ſocius,qui in eo §.fin.& l.iu
re ſocietatis ff.pro ſocio:Sed dotis impēſa, quæ per patrem
fit in dotando filias,non dicitur ob cauſam ſocietatis,& com
munionis fieri,quoniam,ut dictum fuit,eſt onus perſonale,
& neceſſarium patris, ergo non eſt communicandum, nec
13 ſocietati referendum.¶Secundo quamuis † eo caſu,quo
ſocietas omnium bonorum fuit expreſsè contracta,& inita,
ea comprehendat omnes actus quæſtuarios, & non quæ-
ſtuarios,l.ſed & ſi adiiciatur cum glo.& l.ut ſit ff. pro ſocio,
tamen quando ſocietas omnium bonorū fuit tacitè ex acti-
bus,& rebus ipſis contracta iuxta l.4.ff.pro ſocio, & l.coiri
cum ſequen.ff.eodem,tunc dicitur ſolum contracta quoad
actus quæſtuarios,non autem quoad omnia lucra,& dam-
na,vt videtur text. notabilis in d. l. coiri cum ſequen. & ſe-
quen.ex quo enim ſocietas tacitè fuit contracta,dicitur ſim
pliciter contracta, & ideò ſolum actus quæſtuarij liciti, &
non alij ueniunt,ut ibi: & † quæſtuarij dicuntur, qui ex 14
opera cuiuſque ſocij deſcendunt l.quæſtus cum ibi nota. ff.
pro ſocio,& argumento l.cum duobus, aliàs ſi fratres §.ſo-
cium eod. titu.iuncta glo. Sed actus dotandi non eſt actus
quæſtuarius,quia non deſcendit ex opera cuiuſque ſocij,ut
in d.l.quæſtus,& uoluit expreſsè Barto.in l.legatis in princ.
ff.de lega.3.et Bald.in authen.ex teſtamento colum.penul.
uerſi.ſecundo quæro C.de collatio.ergo in ſocietate etiam
omnium bonorum tacitè contracta uenire non dicetur: &
per hanc rationem poſſet reſponderi omnibus, quæ in con
trarium adduci poſſent ſecundum Alexand. in conſil. 154.
colum.penult.uolum.2.¶Tertio inducitur text.communi-
ter in l.ſi ſocius pro filia ff. pro ſocio: † nam quando ſunt 15
plures fratres etiam ſocij omnium bonorum,non tenentur
ad dotes alterius fratris conferre ex eo, quia fratres, quo-
niam hoc onus ad patrem,& non ad fratres pertinet,ut fa-
tentur etiam doctores omnes,quos ſupra primam opinio-
nem tenere retuli,& Decius in dictis conſiliis,qui ita decla
rat procedere id,quod voluit Specul.in tit.de iudic.in §.ſe-
quitur, & hoc etiam voluit Bald. in d.l.ſi patruus, & in ad-
ditio.ad tract.Bart.de duobus fratrib. Item nec ex eo,quòd
ſint ſocij omnium bonorum tum per rationem proximam,
tum quia onus dotandi filiam alterius ſocij non imputatur
ſocietati, nec inter ſocios etiam omnium bonorum, inter
quos etiam expreſsè ſocietas contracta eſſet,eſt communi-
candum, ſed regulariter debet eſſe ipſius patris ſocij præci
puum, ut eſt text.clarus in d.l.ſi ſocius pro filia,ſi rectè in-
telligatur,prout illum rectè intellexit Alexand. in ſuis con-
ſiliis, uidelicet in conſil.48.133.& 154.in 2.volum. & in
conſil.76.cum duobus ſequentibus volum.4.in conſil.104.
colum.2.& 3.uolum.3.& in conſil.179.volum.5.vbi tenen
do hanc ſecundam opinionem,quòd onus dotandi filias ſo
ciorum non ſit ſocietati imputandum, mouetur principali-
ter per d.l.ſi ſocius pro filia:quem textum ita etiam intelli-
git Bald.in d.l.ſi patruus, in d.tracta. de duobus fratrib.ac
etiam in d.authen.ex teſtamento,qui concludens onus do-
tandi ſpectare ad patrem,et non ad fratres habentes bona
communia illum allegat,et Specul.in d.titu.de iudiciis in §.
ſequitur,et docto.magis communiter in d. l.ſi ſocius ita il-
lum textum intelligunt: Quare non eundo per mendicata
ſuffragia,deciſio præſentis dubij ex eo text.colligitur, in pri
mis ponderando illum, vt communiter ſcribentes faciunt
ibi,ſi fortè conueniſſet &c. ergo ſi non fuiſſet conuentum,
ille text. innuit, dotem de communi conſtitui non debere:
Secundo omittendo alias inductiones pondero illum tex-
tum,dū præſupponit,quòd ſtante pacto inter ſocios, quòd
filiæ ſint de communi dotandæ, ſi matrimonium fuerit di-
uortio ſolutum,& pater dotem marito datam velit recupe
rare, & maritus non ſit ſoluendo,dos regulariter ſecundo
viro nō eſt de communi,nec de ſocietate danda, niſi etiam
hoc fuiſſet expreſsè inter ſocios conuentum:Infertur ergo,
quòd onus dotandi filias non pertinet ad ſocietatē,quoniā
ſi hoc ad ſocios ſpectaret, ſicut ex pacto dos primo mari-
to de communi data fuit, ita ſecundo viro ex iuris diſpoſi-
tione de communi dari debuiſſet,cuius contrarium vult il-
le text.niſi etiam ſpecialiter fuiſſet conuentum, quòd, do-
te amiſſa, iterum dos de communi dari deberet.

Præterea

16 Præterea conſidero, † quòd ibi principaliter dubitatur, quando pactum commune fuit inter ſocios omnium bonorum factum, ut dos filiabus eorum de communi conſtitueretur, & alter ſocius dotem pro eius filia genero ſuo promiſit, & prius, quàm dotem ſolueret, deceſſit, filia hærede relicta, quæ poſtea ſoluto matrimonio agens cum marito de exigenda dote, hoc eſt de reddenda ſibi obligatione, fuit à marito ab obligatione dotis per acceptilationem liberata, dubitatum fuit, an ſi poſtea diuiſio inter dictam filiam, & ſocios paternos facta fuerit, ipſa filia debeat quantitatem dotis præcipuam habere, & illam prius de communibus bonis deducere: Et ante, quàm Paulus iureconſultus ad deciſionem huius principalis uenit ibi in uerſi. dixi pactum &c.
17 incidenter dubitationem ſuper illo pacto mouet, † an tale pactum eſſet iniquum, aut æquum, & iuſtum, & reſpondendo dixit, pactum huiuſmodi non iniquum eſſe, dummodo non fuerit conuentum ſolum de dote danda filiæ alterius ſocij, nam ſi hoc pactum ab initio fuit commune, ualuit, & non refert, quòd alter ex ſociis ſolus filias habuerit: Deinde iureconſul. in uerſi. cæterum præmittit pro deciſio-
18 ne principalis quæſtionis, quòd † ſi pater ſocius dotem pro filia genero numeraſſet, & durante ſocietate filia deceſſiſſet, & ſic locus eſſet reſtitutioni dotis, & pater dotem recuperaſſet, ipſe pater debuit dotem ſocietati reddere, & in communi ponere, ſic enim pactum, de quo ſupra, de æquitate interpretandum eſſet, & æquitas reſultat ex eo, quòd cũ ſocietas fuerit in dote ſoluenda onerata, dote recuperata, illa debet ſocietati reddi, quia æquum eſt, ut in ſocietate cõmoda, & incommoda ſint communia, ſi uerò durante adhuc ſocietate matrimonium fuerit diuortio ſolutum, tunc dos patri, & ſic ſocietati à marito reddi debet cum ſua cau-
19 ſa, uidelicet ut ea alij futuro marito dari poſſit. Sed † ſi maritus eſſet non ſoluendo, & ſic mulier dotem ab eo recuperare non potuiſſet, & pater uellet filiam ſuam denuo alteri nuptui tradere, dubium erat, an dos iterum de communi dari poſſet, & ſic onus iterum dotandi ſocietati deberet imputari, quod uidebatur duplici ratione, prima quia omne lucrũ, & incommodum ſocietati imputatur, & inter ſocios communicatur l. 1. l. omne, l. cum duobus §. ſocium, & l. ſi ſocietatem uniuerſarum cum ſimilibus ff. pro ſocio, ſecũda quia ſi dos ſemel de communi data poſtea fuerit recuperata, redditur ſocietati, ut ſupra, ergo & in caſu, quo dos non poſſet recuperari, & de dotanda iterum filia ageretur, dos denuo de ſocietate conſtitui deberet. Quibus non obſtantibus Paulus contrariam uoluit, dicens hoc onus iterum dotandi nõ ſpectare ad ſocietatem, niſi nominatim de hoc fuerit inter ſocios conuentum: Ex quo infertur, ut ſupra dixi, onus dotandi regulariter, & ex legis diſpoſitione ad ſocietatem nõ pertinere, nec illi eſſe imputandum: His præſuppoſitis factis, Paulus poſtea in uerſicu. uerum in propoſito, deuenit ad principalem quæſtionem in principio poſitam, an filia poſt mortem patris tempore diuiſionis dotem præcipuam habere debeat, & reſpondet, multum referre, an dos eſſet à patre de communi numerata, an uerò promiſſa, ut in principio præſupponitur, quia primo caſu ſi filia, quæ patri hæres extitit, dotem ſoluto matrimonio à uiro recepiſſet, illam referre ſocietati non tenetur, ſed eam ultra partem ſibi ex diuiſione ſocietatis contingentem præcipuam habere debet, quam mulier habitura fuiſſet, & ſi alius patri hæres extitiſſet: Secundo caſu, quando ſocius pro filia promiſiſſet, & prius, quàm ſolueret, filia hærede relicta deceſſiſſet, ſi filia accepto à marito liberata eſſet, nequaquam ſocietati imputari poſſe non ſolutam pecuniam, & conſequenter æqualiter omnia communia ſunt diuidenda, & filia agendo pro ſocio quantitatem dotis præcipere non debet. Hæc ſunt, quæ in effectu uoluit iureconſul. in d. l. ſi ſocius pro filia, ex cuius uerbis infertur, quòd ita demũ onus dotandi filias ſociorum debet ſocietati imputari, quando hoc inter ſocios fuit conuentũm, alioquin fruſtra ibi conſideraretur pactum ſuper hoc fuiſſe factum, & illud fore neceſſarium ſaltem, quando ſemel ex bonis communibus dos fuiſſet ſoluta: Nec eſt uerum, quòd ſi filia accepto non fuiſſet liberata, dos debuiſſet ſocietati imputari, ut dicebat Sozi. in d. conſi. 291. colum. 6. ex mente do. Anto. in d. conſi. 7. & Fulgo. in d. l. ſi ſocius, quoniam cum dos uerè ex ſocietate non fuiſſet ſoluta, nec pecunia actualiter numerata, non poterat dici efficaciter ipſi mulieri acquiſita, & ideò pecunia non ſoluta ſocietati non eſt imputanda, ſecus ſi pecunia uerè ſoluta, & numerata fuiſſet, & in hac ratione fundat ſe ille text. faciendo differentiam, an dos eſſet numerata, an uerò ſimpliciter promiſſa, & poſtea per acceptilationem liberatio facta fuiſſet, ut dictum eſt ſupra, ponendo caſum in d. l. ex quibus conſtat, non fieri fundamentum ſimpliciter ſuper acceptilatione, ſed ex eo, quòd accepto ferendo conſtat pecuniam non fuiſſe ſolutam, nec numeratam: Et hæc eſt uera intelligentia illius tex. qui in indiuiduo concluſionem per me traditam probat, quam ſequuti fuerunt doctores magis communiter tàm auctoritate, quàm numero,
20 † prout ad cognoſcendum, quæ ſit communis opinio, hæc duo ſunt conſideranda, ueluti legendo ſolitus ſum dicere in c. 1. circa fin. & in c. cum omnes de conſtitu. & habetur per Matheſil. in ſuo tracta. opinionum Bald. in l. 1. ff. de offi. quæſto. & in l. 1. ff. de ſenato. text. cum glo. in c. in canonicis 19. diſtin. Alexand. in conſ. 7. uolum. 4. c. quanto de iis, quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap. c. fin. cum glo. de his, quæ fiũt à maio. par. cap. & eſt glo. in c. 1. eod. tit. & inductioni, quam feci ſupra de d. l. ſi ſocius, ponderando illum tex. quòd onus iterum dotandi ad ſocietatem non ſpectet Sozi. in d. conſi. 291. in 5. colum. ſufficienter non reſpondet, ſi benè animaduertatur, quoniam & ſi in hoc ſit differentia inter patrem,
21 † qui iterum, dote perdita, dotare tenetur, glo. in l. fin. C. de dotis promiſſ. Bar. in l. ſi cum dotem §. 1. ff. ſolut. matri. & habetur per Bal. in auth. quod locum C. de colla. & Salice. in auth. ſed quamuis C. de rei uxo. actio. & inter ſocietatem omnium bonorum patris, quæ nec ex pacto, nec ratione ſocietatis iterum, & bis dotare tenetur, ut in d. l. ſi ſocius, tamẽ propter hoc non infertur, quòd onus dotandi ad ſocietatẽ ſpectet: quinimmò ex hoc confirmatur id, quod ſupra concluſi, onus dotandi non ad ſocietatem ſpectare, ſed ad patrem, cuius officium eſt filias non tantum ſemel, ſed etiam ſæpius dotare d. l. fin. d. l. obligamur §. lege, & d. l. qui liberos, iunctis prædictis: Et ratio diuerſitatis, quam aſſignat Sozi. in d. conſi. ex mente Ioan. de Imol. in d. l. ſi cum dotem §. 1. quòd pater teneatur ex diſpoſitione legis, & ſocius ex diſpoſitione hominis, procedit, quando inter ſocios pactum commune de dotando filias factum fuiſſet, nam tũc uerum eſt, quòd onus dotandi ex diſpoſitione hominis immediatè
22 prouenit, † quo caſu ſolum in prima uice uerificatur iuxta l. boues §. hoc ſermone ff. de uerbo. ſignifi. cum ijs, quæ not. in d. l. ſi ſocius, ſed pater, qui ex diſpoſitione legis tenetur, toties obligatur, quoties eſt neceſſarium, quia legis diſpoſitio in primo actu non conſumitur l. ueluti §. hæc uox ff. de eden. Bal. in d. l. fin. in 3. colum. uerſic. ſed nunquid C. de dot. promiſſ. in l. qui per ſalutem ff. de iureiuran. & in l. unica in 4. q. C. de ijs, quæ pœn. nom. & ideò ſi inter ſocios non eſſet factum pactum de dotando, ſocietas nec ſemel, nec bis dotare teneretur, quia prouiſio & hominis, & legis
23 ceſſaret, ut in d. l. ſi ſocius. ¶ Et † hanc opinionem ſequuntur magis communiter doct. ut uoluit Alex. qui ſecundum eã conſuluit in conſi. 48. in conſi. 154. & in conſi. 133. uolumi. 2. in conſil. 76. cum duobus ſequentibus, et in conſi. 103. colum. 2. et 3. in 3. uolumi. Alberi. in d. l. ſi ſocius, Ange.

ge.in conſi.7.Specula.in titu.de iudi.§.ſequitur uidere in 4. parte in uerſicu.quid ſi unus ex fratribus,Bal.in l.fina.C.de dotis promiſs.& in authen.ex teſtamento columna penultima C.de collatio.quòd ſi ſint duo, puta fratres, uel qui ſint ſocij omnium bonorum ex ſocietate tacita, onus dotandi non imputetur ſocietati, ſed requiratur, quòd ſocietas expreſsè fuerit contracta,& expreſsè conuentum de dotando de communi per d.l.ſi ſocius:& quamuis aliqua poſſent colorate in contrarium adduci,tamen ex quo hoc eſt deciſum in d.l.ſi ſocius, eſt illius diſpoſitioni ſtandum, quoniam tacita ſocietas ſolum ſuper actibus quæſtuarijs inita cenſetur, ſed actus dotandi non eſt quæſtuarius, ut ſupra dixi, ergo &c. Et per hanc rationem poteſt reſponderi omnibus, quæ in contrarium allegari poſſent, ſecundum Alexand.in d.conſi.154.colum.penul.& in conſi.104.uolum.3. Et in caſu noſtro prædicta concluſio uerissima uidetur, quoniam & ſi uerbo præſupponatur, ſocietatem omnium bonorum tacitè fuiſſe contractam, tamen hoc in fa-
24 cto eſt falſum,quia † ad hoc,ut ſocietas omnium bonorũ contracta dicatur, & conſequenter omnia onera culpa tamen alterius non prouenientia ſint communicanda,requiritur, quòd fratres ſimul habitantes indiſtinctè omnia, & quæcunque lucra,commoda, incommoda, & onera ſoliti fuerint communicare, & communi nomine omnia facere, ut uolunt docto. omnes in hoc concordes,ut Sozi. & Deci. in conſilijs ſuis ſupra allegatis,Bald.in d.l.ſi patruus,& in d. tracta.de duobus fratribus, ubi uolunt,ſocietatem omnium bonorum cenſeri contractam, quando ea, quæ acquireban
25 tur,ab ipſis communiter, & communi nomine acquireban tur:Secus ſi proprio, & particulari nomine:At † in terminis noſtris Maynardus, dum cum fratre Theodoro erat in communione, multa ſuo proprio nomine negotiabatur, & quam plurima nõ communiter,nec communi nomine, ſed proprio, & ſpeciali nomine acquiſiuit, ut conſtat ex pluribus inſtrumentis acquiſitionum, & emptionum petiarum, terræ, quas Maynardus à diuerſis perſonis nomine ſuo tantum,& pro ſe,ac hæredibus ſuis emit,ergo inter eos ſocietas omnium bonorum contracta non dicitur,ſed ſolum illorum,quæ inter ipſos fuerunt communicata,& in communi poſita,ac communi nomine acquiſita ad tradita per Pet.de Ancha.in conſi.148.& argumento eorum,quæ uolũt Bar. in d.l.titium §.altero ff.de adminiſt. tut.in l.1.§.ſi quis ff.de itin.actuque priua.Bal. in d.l.ſi patruus,ibique Bart.& idem Bal. in d.addit.& in c.1.§.ſi duo de fratri. de nouo benef.in
26 ueſti.cum ſimilibus,quæ allegari poſſent.Et † quòd etiam quando ſocietas omnium bonorum tacitè contracta eſſet, dotes non ſint de communi dandæ, tenent ultra prædictos Bal.in d.l. ſi patruus, dum allegat d.l.ſi ſocius,intelligendo illum text.quòd loquatur de ſocijs omnium bonorum,ueluti glo.& docto. ibi, ac in alijs locis intelligunt, idem Bal. in conſi.incip. Ioannes frater, & in conſi. incip. quatuor erant,Bart.in conſi.incip.ſuper prædictis,Bal. in l.cum duobus §.ſi fratres ff.pro ſocio in recollectis antiquis ſequendo Specul.in d.tit. de iudi.Fulgo.in d.l.ſi ſocius, & Alberi.ibi, & in d.l.ſi ſocietatem uniuerſarum,Pet.de Ancha.in d.conſi.148.& in conſi. 303. materia, de qua quæritur, ubi præſupponit ſocietatem tacitè contractam, & tamen filias debere de proprio, & non de communi dotari,Roma.in conſi.145.& in conſi. 417.Paul. de Caſtr.in conſi.118. ſi dicta Cornelia, Moder.in tracta.de duobus fratribus, & Bald. in conſi.105.in fin.in 3.lib.quare ex his uidetur,quòd hæc opinio ſit magis communis, & plurium auctoritate fulcita, & cõſequenter in iudicando,& cõſulẽdo illã ſequi debemus, & ſicut aliàs ſemper ſequutus fui, ita et in præſenti cauſa eam ſequor. ¶ Non obſtant in contrarium allegata, nam primo negari poteſt præſuppoſitum factum,quòd Maynardus,& Theodorus in caſu noſtro fuerint ſocij uniuerſorum bonorum,ueluti etiam ſupra proximè dixi,quo ſtante,con-
27 luſio tradita difficultatem non haberet: Secundo † præſuppoſito etiam ipſos fuiſſe ſocios omnium bonorum, ex quo ſocietas non fuit contracta expreſsè,ſed tacitè, ea ſolum quoad actus quæſtuarios contracta dici debet, ſed actus dotandi non eſt quæſtuarius, vt ſupra, ergo &c. Tertio quando etiam eſſet ſocietas omnium bonorum expreſsè contracta, illa non cenſetur quoad onus dotandi filias contracta, niſi expreſsè conuentum fuerit, & hoc ſaltem tacitè, & neceſſario ex capitulis,& pactis ſocietatis conſtet d.l. ſi ſocius pro filia, prout latè ſupra dictum fuit. Et ex his reſponſum eſt ſecundo fundamento partis aduerſæ, & aliis, quoniam procedunt in ſocietate omnium bonorum, item in ſocietate omnium bonorum expreſsè contracta. Præterea dotes filiarum non ſunt ſocietati imputandæ, niſi expreſsè conuentum fuerit d.l.ſi ſocius pro filia, quicquid dixerint contrarium tenentes tàm in lecturis,quàm in conſiliis,quos ſupra allegaui.

¶ Venio ad ſecundum,an ex eo,quòd Maynardus filias ſuas dotauit, ſciente, patiente, & non contradicente,immò expreſsè conſentiente Theodoro eius fratre, ut in facto præſupponitur, & ex quodam inſtrumento dotis dominæ Hyppolytæ filiæ ipſius Maynardi de anno 1515.celebrato conſtat,dotes huiuſmodi ſint patri Maynardo,an uerò ſocietati imputandæ:& patri imputandas eſſe,ac Theodorum fratrẽ non teneri ad filias Maynardi dotandum conferre,uideretur prima facie eſſe dicendum,ueluti ſupra in primo dubio concluſum fuit,& ideò tempore diuiſionis id, quod pro dictis dotibus datum fuit,eſt ipſi Maynardo imputãdum:quæ opinio uidetur ita poſſe comprobari, nam ſi hoc in caſu uolumus dotem dici de communi datam, & Theodoro quoque eſſe imputandam,hoc non poteſt eſſe, niſi ex quadam donationis præſumptione argumento l.ſi ſeruus ff.de donatio.inter uirum,& uxorem,& eorum,quæ habentur in l.ne-
28 ſennius ff.de nego.geſtis, † quæ donatio in dubio non præſumitur, quando alia poteſt coniectura aſſumi l.campanus ff.de ope.liber.l.ſi cum aurum ff.de ſolutio.& l.cum de indebito ff.de probatio.Sed quando frater Theodorus dotationi filiarum Maynardi conſenſit, poteſt præſumi hoc feciſſe alia cauſa,quam animo donandi,uidelicet uel gerendi negotia Maynardi iuxta ea, quæ habentur in d.l.neſennius, uel ut ipſe ſimiliter poſſet filias ſuas de cõmuni dotare, quoniam inter ipſos talis ſocietas non erat, propter quàm dici poſſet, dotes de communibus bonis dari debere, quia non erat ſocietas omnium bonorum, ergo in dubio præſumendum non eſt,Theodorum animo donandi conſenſiſſe. Præ-
29 terea † ſi ad hoc, ut dotes filiarum ipſorum fratrum ſociorum imputentur ſocietati, requiritur pactum expreſſum d.l.ſi ſocius, ergo dotes datæ ſimpliciter abſque huiuſmodi pacto non erunt ſocietati imputandæ: et hanc opinionem refert,ac ſequi uidetur Pet.de Vbal.in tracta.de ſocietate in ſexta parte in 10.q.qui allegat Bal.ita tenuiſſe in conſil. incip.factum tale eſt,Venturius: idemque uidetur uoluiſſe ipſe Bal.in d.l.fin.C.de dotis promiſs.et Pau.de Caſt. in con-
30 ſi.115.incip.ſi dicta ratio.Accedat ad hæc,quòd † ſciens, et tacens nunquam uidetur ad ſuum præiudicium conſentire l.caius cum ibi not.ff.de pigno.actio.habetur in c. qui tacet de regu.iur.in 6.et c.non ne de præſumptio.cum ſimili-
31 bus,et ad idem facit id, † quod uoluit Specula.in d.tit.de iudi.§.ſequitur uidere, ubi frater dotes filiabus fratris de cõmuni dare non tenetur,quoniam hoc onus ad patrem,et nõ ad patruum ſpectat. ¶ Quibus tamen non aduerſantibus,
32 prout re uera non aduerſantur, † contrarium concludo quoad dotes datas filiabus Maynardi de bonis communibus ab ambobus fratribus,& de eorum conſenſu, ut fuit de

mente

mente Alexan.in conſi.154.uolumi.2.& in cõſi.104.quod eſt idem conſilium uolumi.3.cuius uerba ſunt hæc, & idem Bal.in authen.ex teſtamento in penultima columna,ubi dicit, quòd unus ex fratribus dotando filiam non poteſt præiudicium facere fratribus ſuis eis non conſentientibus, niſi &c.& hanc opinionem in caſu noſtro ita confirmo, nam
33 † Maynardus,& Theodorus ambo conſentiunt, quòd dos Hippolytæ filiæ Maynardi daretur, & ambo illam dotem tempore reſtitutionis ſibi,& ſic ſocietati reddi ſtipulati fuerunt:Ex quo infertur,cenſeri inter eos actum, quòd deberet de communi, & de ſocietate dotari, cum conuenerint dotem illam ſocietati reddendam eſſe, & ſic ſumus in caſu d.l.ſi ſocius,quando actum fuit, quòd dos deberet de communi dari: & quia ambo ſimul actum dotandi geſſerunt, præſumuntur alter alteri conſenſiſſe l.is,qui hæres §. neque filius ff.de acquiren.hæred.& l.titius ff.quibus mod.pigno. uel hyp.ſol.& propterea infertur,quòd ſi Theodorus con-
34 ſenſit Hippolytam de communi dotari, † idem dicẽdum eſt etiam de dote alteri filiæ Maynardi data, ex quo Theodorus hoc ſciuit,& non contradixit, quoniam ſequentia declarant præcedentia, & è contra l. ſi ſeruus plurium in fin.
35 ff.de lega.1.& l.nummis ff.de lega.3. Præterea † quamuis ſciens, & non contradicens ad ſui præiudicium conſentire non dicatur, & maximè quando ex hoc donatio colligeretur,ut ſupra,& in d.l.caius cum ſimilib. tamen hoc fallit fauore dotis,ut per Bartolum in d.l.quæ dotis ff. ſoluto matrimo.& quis ſimpliciter dando dotem pro ea, quam dotare non tenebatur,ſi illam ſibi reddi ſtipulatus non fuiſſet, cenſetur animo donãdi dediſſe l.unica §.accedit C.de rei uxo. actio.ergo reſpectu dotis,quam Theodorus ſibi reddi ſtipulatus non fuit,donatio de parte ſua argui debet:Sed reſpectu dotis datæ Hippolytæ filiæ Maynardi maius dubium ſupereſt, cum Theodorus illam ſibi reſtitui fuerit ſtipulatus, ut in inſtrumento apparet, ergo donatio pro parte ſua præſumi non debet d.§.accedit: Quod confirmatur,nam cum reſpectu Maynardi patris donatio dici,& præſumi non poſſit,ex quo is ex neceſſitate,& officio paterno tenetur, ut ſupra,ſequitur,quòd idem eſt de Theodoro dicendum, quia ipſi ſimul illam dotem dederunt, & ambo eam ſibi reddi in eodem inſtrumento ſtipulati fuerunt,nam duo rei non ſunt ad impaia iudicandi l.eandem §.1.ff.de duobus reis, & inter eos debet eſſe æqualis determinatio l.iam hoc iure ff.de uulga.& pup.& l.ſi legatarius §.1.ff. de lega.3. & hæc ratio reſpectu dotis Hippolytæ multũ uidetur urgere, quòd dos reſpectu patris Theodori non dicatur donata. Sed tenen-
36 do contrarium dicas, † quòd reſponſio colligitur in terminis ex d.l.ſi ſocius pro filia, ubi illo caſu, quo dos de communi dari debet, ut quando eſſet ita conuentum, ſi dos in caſu reſtitutionis ſit ſocietati reſtituenda, & ſic unicuique ſocio pro parte ſua,hoc non facit, quin dos dicatur de communi data, & hoc onus ad ſocietatem ſpectauerit, quamuis in caſu reſtitutionis per mortem filiæ,& nõ in alio caſu dos eſſet ſocietati reſtituenda,ut ibi: Ita dico in terminis noſtris,quòd dos dicetur de communi data, & erit ſocietati imputanda adeò, quòd tempore diuiſionis dos tota non erit ipſi patri imputanda,quamuis in caſu,quo locus eſſet reſtitutioni dotis propter obitum filiæ, tunc ſocietati, & ſic utrique ſocio eſſet reſtituenda,ut in d.l.ſi ſocius. Tertio hæc opinio corroboratur ex text.in l. ſi ſeruus communis ff. de donatio.inter virum,& vxorem, quem ad hoc pro nota-
37 bili Abb. adducit in c.nonne de præſumptio. & † per illum poſt gloſam concludit, quòd ratione coniunctionis nõ reuerentialis præſens,ſciens, & non contradicens cenſetur conſentire,ſibique præiudicare, ut donare uoluerit, & ita etiam habetur per Bartolum in d.l.quæ dotis,& in d.l. ſi ſeruus communis:& hoc maximè uerum erit, concurrentibus pluribus,quæ in caſu noſtro concurrunt, in primis coniunctio ſanguinis glo. in d.l.ſi ſeruus communis, & in l.utrum ff.de dona.inter uirum,& vxor.Item dotis cauſa, & conſequẽter pia,ut per Bar.in d.l.quæ dotis,& Abb.in d.c.nõne: Item conſenſus fratrum in dando dotes, & taciturnitas lõgi temporis,aliorumq́ue onerum communio inter fratres, ut colligitur ex ijs,quæ uoluit Bal.in d.l.fin. C.de dotis pro miſſ.quæ omnia ſimul iuncta donationem arguunt, quãuis
38 quodlibet de per ſe illam non induceret. Et † hanc opinionem ſequutus etiam fuit do.Anto.de But. in conſi.7.Ioan.de Imol.in conſi.incip.in caſu præmiſſo,& Paul. de Caſ. in conſi.120. ad primum reſpõdetur, ubi uoluit, quòd frater ſciens,& conſentiens filiam alterius fratris de bonis cõmunibus dotari non poſſit aliquid tempore diuiſionis petere,quia fauore dotis præſumitur donatio, cum ſit attinens, ibiq́ue ad hoc probandum plura adducit: idem ſequutus fuit Sozi.in d.conſi.291.in 6.colum.cum ſequen.ubi hanc opinionem ex multis comprobat, & idem uoluit Deci. in conſi.66.& 68.& in his terminis ſaluari poteſt id,quod voluit Alexan.in conſi.70.uolum.5.& in indiuiduo ita ipſe cõſuluit in conſi.179.colum.1.in 5.uolum.allegando Paul.de Caſt.in conſi.118.incip.ſi dicta cornelia, & plura alia.

¶ Non obſtant ea, quæ in contrarium facere uidentur, & primo id, quod ſupra in primo dubio concluſum fuit,quoniam illa procedunt, quando ab initio alter ex fratribus uellet filiam ſuam de communni dotare inuito alio, uel in caſu,in quo dotaſſet inſcio, & non conſentiente altero fratre,ſecus,ſi filiæ ſuæ dotem dediſſet,ſciente,& non contradicente, immò expreſsè conſentiente altero fratre,ut factũ fuit in caſu noſtro, nam tunc alter frater partem ad ſe ſpectantem donaſſe cenſeretur per ea, quæ dicta fuerunt, nec poteſt tempore diuiſionis tantundem de bonis communibus deducere, quoniam dos de communi data cenſetur, &
39 communioni, ac ſocietati imputatur. Et † eodem modo reſponderi poteſt ijs,quæ uoluit Specula.in d.tit.de iudi. §. ſequitur uidere,ut in terminis reſpondet Deci. in dictis cõſilijs 66.& 68.& Sozi.in d.conſi. 291.in fin.6. colum.

¶ Non obſtat, quòd quando poteſt capi alia coniectura, quam donationis,nunquam donatio in dubio præſumi de-
40 bet,nam † hoc eſt uerum regulariter, fallit autem fauore dotis d.l.vnica §.accedit,Bart.& alij in d.l. quæ dotis, Abb. & alij in d.c.nonne,& latè do.meus Sozi. in d.conſi.291.& Deci. in dictis conſilijs. ¶ Non aduerſatur etiam illud, quòd ad hoc, ut dotes filiabus ſociorum poſſint ex communibus bonis dari, requiritur pactum expreſſum, ut ſupra fuit dictum in primo dubio per d.l.ſi ſocius pro filia,Bald.in d.authen.quod locum,& Alexand.in d.conſi.154.quia re-
41 ſpondetur, † hoc uerum eſſe quantum ad hoc, ut frater inuito,& inſcio altero fratre, cum quo erat in communione,& ſocietate bonorum, poſſit filiam ſuam de bonis communibus dotare;Sed ſi dotem de communi dediſſet, de ſciẽtia,& uoluntate alterius fratris, tunc huiuſmodi dos eſt ſimpliciter communioni, ac ſocietati imputanda abſque eo, quod pactum de dotando de bonis communibus filias ipſorum factum fuiſſet per prædicta: Alijs,quæ in contrariũ fortè poſſent allegari,poteſt reſponderi ex iam dictis, & ex ijs, quæ adducit Sozi.in d.conſi.291. & ex his apparet defenſata concluſio prædicta,quæ eſt magis communis,quam prima, nec non infertur ex ſupra dictis, quòd finita ſocietate Theodorus non poteſt filias ſuas de communi dotare, quia agitur de dote de nouo conſtituenda, tum quia hoc dicitur æs alienum poſt diuiſam ſocietatem ſuperueniens, ut in l. omne ff.pro ſocio,tum quia quando agitur de dote filiabus ſociorum de nouo danda,& conſtituenda, ſocietati non imputatur,niſi de hoc inter ſocios expreſsè actum, & conuentum fuerit,ut ſupra dictum fuit per d.l.ſi ſocius. ¶ Quoad ulti-

ultimum dubium, an bona emphyteotica per dictum May
nardum, & filios ſuos à communitate Conſilicis acquiſita
ſint communicanda, & ſocietati applicanda, omiſſis allega-
42 tionibus hinc inde, cōcludendum eſt, quòd † aut inter ipſos
fratres tempore acquiſitionis, & inueſtituræ non eſt, ſeu nō
fuit ſocietas omnium bonorum, & tunc emphyteoſis, quæ
eſt eccleſiaſtica, non eſt communicanda, ſed ſolum fructus,
durante communione, ut eſt tex. in c. 1. §. 1. de duobus fratri
bus de nouo benefi. inueſti. ibique Bal. & moder. Aut inter
ipſos erat ſocietas etiam omnium bonorum, & idem dicen
dum eſt, ut uolunt docto. communiter, & maximè do. Præ-
poſi. mediol. in d. c. 1. §. 1. & Alex. in conſi. 48. colum. 2. in
3. nolum. & quamuis ille tex. in d. c. 1. §. 1. loquatur in feu-
do, tamen idem dicendum eſt etiam per illum in emphyteo
ſi eccleſiæ propter rationem ibi expreſſam, quæ in emphy-
teoſi quoque eccleſiæ locum habet, uidelicet ne fortè do-
minus inuitus alium, qùam quem uoluerit, uaſallum, ſeu em
43 phyteotam acquirat; & † ubi eadem ratio militat, idem eſt
in emphyteoſi eccleſiæ, quod eſt in feudo, ut per Alex. poſt
Bar. in l. ſi patroni ff. ad Trebellia. in l. etiam ff. ſolu. matri. in
l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi ff. de oper. liber. Alexan. poſt Bar.
& alios in l. ſi mihi, & Titio colum. 4. de verborum oblig. &
Imol. in c. potuit colum. 28. de locato cum ſimilibus. Præte-
rea ſecundum ea, quæ in puncto præſupponuntur, hæc bo-
na emphyteotica ſunt quædam bona, de quibus communi-
tas Conſilicis fuit ab epiſcopo inueſtita, & quæ poſtea inter
homines cōmunitatis æqualiter in capita diuiduntur, & in
huiuſmodi diuiſione fuit de his bonis certa portio Maynar
do aſſignata, tantundem Theodoro, & eadem portio ſingu-
lis filijs Maynardi: vnde quamuis ea, quæ fuerunt ab ipſis
fratribus acquiſita, eſſent communicanda, & ſocietati ac-
quirenda, præſuppoſito inter eos eſſe ſocietatem omnium
bonorum argumento l. 1. & l. coiri ff. pro ſocio cum ſimili-
44 bus, tamen † id, quod fuit filijs ipſorum ſociorum median
te eorum perſona acquiſitum, non acquiritur ſocietati, nec
commune eſſe dicitur, ſed eſt ipſorum filiorum, ſi ex cauſa
aduentitia fuit illis acquiſitum, quoniam acquiſitum per fi-
lios ſociorum acquiritur ſocietati ſolum, quando id paren-
tibus ſocijs acquiritur, nam quicquid ſocius omnium bono
rum ex perſona filij licitè lucratur, ſocio confert. l. cum duo
bus §. ſocium ff. pro ſocio, & habetur per Præpoſ. medio. in
d. c. 1. §. 1. Ex quibus infertur, quòd cum in terminis noſtris
filij Maynardi pro eorum capitibus partem dictorum bo-
norum acquiſiuerint, ea non dicūtur acquiri patri ſuo May
nardo niſi quoad uſumfructum l. fin. C. de bonis, quæ lib. &
per docto. in d. c. 1. §. 1. ergo dicta bona ſolum quoad fru-
ctus, durante ſocietate, communia eſſe debent. Et ita ſuper
his tribus dubijs dico, & conſulo, ſuper quibus arbitrorum
partes erunt, & eſſe debebunt in arbitrando, quòd ſi May-
nardus dotes filiabus ſuis de bonis communibus dedit, in-
ſcio, & non conſentiente, ſed contradicente Theodoro, do-
tes illæ parti ipſius Maynardi, & non ſocietati ſunt imputan
dæ, ſecus ſi dotes datæ fuerunt, ſciente, & conſentiente, vel
ſaltem non contradicente dicto Theodoro, quia tunc dotes
ſunt ſocietati imputādæ, & facta diuiſione, uel illa imminē-
te, Theodorus non poteſt filias ſuas de communi dotare.
Item bona emphyteotica etiam non ſunt, niſi modo prædi
cto, communicanda. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Societatis diuiſio ex morte ſocij, ex renunciatione, & ſeparata negotiatio ne, ac ex diutina poſſeſſione, & detentione rerum communium pro diui ſo arguitur.*

2 *Præſcriptionis exceptio eſt exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſ- ſum, ſicut exceptio rei iudicatæ:*

3 *Præſcribendi iuſta cauſa, iuſtusque titulus ex diuiſione cauſatur.*

4 *Bonæ fides ex titulo præſumitur.*

5 *Redditio rationis adminiſtrationis à ſocio, qui adminiſtrauit, ſingulo an- no, & quolibet tempore, durante ſocietate, peti poteſt; & quomodo hoc procedat num. 31.*

6 *Lucri, & damni computatio non in fine adminiſtrationis, ſed de anno in annum inſpici debet.*

7 *Actio omnis perſonalis ſpatio triginta annorum tollitur, & non alio mi- nori nume. 28.*

8 *De inſtitoris ſui facto, & adminiſtratione quis tenetur.*

9 *Socij duo ſimul adminiſtrantes an ex quadam tacita, & mutua compenſa- tione à redditione rationum liberari dicantur, an verò quiſque rationē per ſe adminiſtratorum reddere teneatur, & nu. 11. & 33. vbi hoc declaratur, & num. 39.*

10 *Rationes reddere quis vlterius non cogitur, quando reliqua ſoluit, etiam ſi per errorem abſque culpa, & fraude minus fuerit ſolutum; & an hoc ſit verum num. 38. & 42.*

12 *Ex diuiſione ſocietatis, taciturnitate, ac ex diutina poſſeſſione rerum com munium pro diuiſo per annos decem, & vltra ratio adminiſtrationis reddita præſumitur: & an hoc ſit verum num. 40.*

13 *Adminiſtrator quilibet rei alienæ, ſeu communis ex iuris diſpoſitio- ne rationem adminiſtrationis ſuæ reddere tenetur, & cogi po- teſt.*

14 *Socius, & quilibet alius adminiſtrator, qui ſemel cum læſione alterius, & non plenè rationem adminiſtrationis reddidit, cogitur denuo illam integraliter cum reliquorum ſolutione reddere;*

15 *Maximè ſi in redditione rationis fraus, & deceptio interuenit. Etiam ſi cum iuramento fuiſſet generaliter ab omnibus, & quibuſcunque liberatus nume. 27.*

16 *Adminiſtrator reddens rationem, & non ſoluens reliqua in fraude, & do lo eſſe dicitur.*

17 *Deceptio re ipſa æquiparatur dolo.*

18 *Adminiſtrator ex quibus in dolo, & fraude eſſe cenſeatur.*

19 *Adminiſtrans rationem debens reddere quid probare debeat.*

20 *Adminiſtrator non eſt à reddenda ratione liberatus, ſi in genere, & ſim- pliciter aſſerat ſe tantum expendidiſſe, tantumque recepiſſe, & lucra- tum fuiſſe.*

21 *Adminiſtrator, qui rationem reddere tenetur, non excuſatur, dicens, ſe li bros non habere, vel amiſiſſe, eique non creditur, niſi amiſsionem pro- bet.*

22 *Redditio generalis rationum inter ſocios qua actione petatur.*

23 *Actio pro ſocio ad generalem rationum redditionem ſolum finita ſocieta te competit.*

24 *Redditio generalis rationum quando durante officio, & adminiſtratione peti poſſit, & quando non, & nume. 32.*

25 *Actio pro ſocio eſt perſonalis, uitamque annorum 30 habet, & nume- ro 28.*

26 *Adminiſtrator reliqua penes ſe habere præſumitur, niſi aliud pro- bet.*

29 *Præſumptio decem annorum quando, & cui noceat.*

30 *Præſcriptionis exceptio ut præiudicet, quid requiratur.*

31 *Actio pro ſocio ad quid, & quando, & quomodo detur, & compe- tat.*

34 *L. ſi ambo ff. de compenſa. declaratur.*

35 *In reddenda ratione adminiſtrationis quis teneatur ad librorum exhibitio nem, & ad reliquorum ſolutionem.*

36 *Teſti familiari, famulo, & domeſtico fides non adhibetur.*

37 *Rationem quis reddat ſolum prout in uero facto, & non prout in dolo conſiſtit.*

38 *Rationes ut dicantur redditæ, quid requiritur.*

39 *Paul. de Caſt. in conſi. 126. lib. 2. declaratur.*

41 *Rationum redditio ut ex diuturnitate temporis remiſſa præſumatur, quid requiritur.*

42 *A redditione rationis ex ſola reliquorum ſolutione quis non libera- tur.*

43 *In redditione rationum quæ veniant, & comprehendantur, & nume- ro 47.*

44 *Iuramentum in litem ſocio contra ſocium, & adminiſtrantem, qui eſt in fraude, vel rationes reddere denegat, ad intereſſe defer- tur.*

45 *In redditione rationis per ſocium alteri ſocio facienda lucrum ex indu- ſtria, & labore ſuo factum cum dolo, culpa, & negligentia eiuſdem non compenſatur.*

46 *Adminiſtratori dilationes congruæ ad reddendas rationes ſunt dan- dæ.*

47 *Redditio rationum quæ, & quot principaliter in ſe contineat.*

48 *Locupletatus qui ex induſtria, proſperaque fortuna ſua præſumitur: Quod limitatur num. ſequen. vſque ad finem conſilij.*

49 Socius

49 *Socius, uel alius adminiſtrans, ad cuius manus pecuniæ ſocietatis, & alia per eum adminiſtrata perueniebant, locupletior factus, ex illis in dubio cenſetur locupletatus, maximè ſi antea non erat ſolitus aliquid lucrari, & uix familiam ſuam lucris ſuæ induſtriæ, & redditibus bonorum ſuorum alere poterat;*

50 *Et dicens, aliunde ſe fuiſſe lucratum, & locupletatum, probare debet.*

51 *Lucrari, non autem perdere quis ex negotiationibus, & mercimonijs præſumitur.*

52 *Locupletatus ex quibus quis ſit, quomodo iudex uerisimiliter poterit arbitrari.*

53 *Frater unus ſolus adminiſtrans bona ſibi communia inter alios fratres, inter quos tacita ſocietas contracta eſſet, & plura bona proprio nomine emens quando pecunia communi emiſſe cenſeatur, & ea ſint inter alios fratres communicanda, & diuidenda.*

54 *Adminiſtrator præſumitur lucratus ex bonis, quæ adminiſtrauit.*

55 *Socius ſeorſum nomine proprio aliquid emens tenetur illud communicare, quando ſocij nomine communi emere ſunt ſoliti.*

56 *Emens proprio nomine de pecunia, quæ præſumitur communis, cenſetur eſſe in dolo.*

57 *Mulier quando ex bonis mariti lucrata, & acquiſiuiſſe præſumatur, & quando aliunde.*

58 *Adminiſtrator reipublicæ quando ex publicis pecunijs ditatus præſumatur.*

59 *Tutor quando ex pecunijs pupilli acquiſiuiſſe, & locupletatus præſumatur, & quando non.*

EPITOME.

SOCIVS, *qui adminiſtrauit, & ad cuius manus bona, & pecuniæ omnes ſocietatis peruenerunt, finita ſocietate, & facta quadam ſimplici diuiſione, ac bonorum quorundam communium aſſignatione unicuique pro parte ſua, ſi de mala, & non plena rationis computatione, & redditione, ac de læſione, & deceptione ſocij conſtet, etiam poſt annos. 5. & 20. & ultra, nondum tamen elapſis annis triginta à die finitæ ſocietatis, actione pro ſocio tenetur, & ad reddendam generalem rationem adminiſtrationis cogi poteſt, quamuis alter quoque ſocius aliqua, ſed leuia, & abſque eo, quod quicquam ad eius manus peruenerit, adminiſtrauerit.*

Et ex eo, quod tempore finitæ ſocietatis, & diuiſionis factæ, ipſe quædam bona communia alteri ſocio pro eius parte aſſignauerit, & quædam, illo præſente, & conſentiente, apud ſe pro parte retinuerit, eaq́ ſic pro diuiſo per longum tempus tenuerint, & poſſederint, atque tacuerint, non cenſetur rationem adminiſtrationis ſufficienter, & legitimè reddidiſſe: & qualiter ratio adminiſtrationis reddi debeat ad hoc, ut quis ab eo onere liberatus dicatur:

Et locupletior factus cenſetur in dubio ex pecuniis, & bonis dictæ ſocietatis, quæ ad eius manus peruenerant, locupletatus, ſi ante contractam ſocietatem non erat ſolitus aliquid lucrari, & lucris ſuæ induſtriæ, ac redditibus bonorum ſuorum uix familiam ſuam regere, & alere poterat.

CONSILIVM CXCI.

IN cauſa uertēte inter Magnificum equitem, & I. V. doctorem dominum Ioannembaptiſtam Boſium agentē ex una, & Ambroſium Venturam reum conuentum ex altera, plura ſunt diſcutienda, primum eſt, præſuppoſita ſocietate plurium rerum, & negotiationum inter olim Petrumfranciſcum patrem dicti dominis Ioānibaptiſtæ, & ſucceſſiue inter ipſum do. Ioan. Baptiſtam ex una, & prætatum Ambroſium ex alia, prout de dicta ſocietate plenè ex deductis in proceſſu tàm per confeſſionē utriuſque partis, quàm ex dictis plurium, & ferè omnium teſtium hinc inde examinatorum, nec non ex quodam diuiſionis inſtrumento inter ipſas partes facto probatum fuit, ac etiam præſuppoſita
1 dictæ ſocietatis diuiſione † tum ex morte dicti Petrifran-
ciſci iam diu defuncti iuxta l. uerū in fin. & l. actione §. mor
te cum ſimilibus ff. pro ſocio, tum ex uoluntate, hoc eſt re-
nunciatione, & ſeparata negotiatione iuxta d. l. uerum in
fin. cum l. ſequen. tum etiam ex diutina poſſeſſione, & rerū
communium pro diuiſo detentione ad not. per glo. com-
muniter approbatam in l. penul. C. communi diuid. an di-
ctus do. Ioan. Baptiſta poſſit contra dictū Ambroſium age-
re, & ipſum actione pro ſocio cogere ad reddendam ratio-
nem adminiſtrationis, & ad reliquorum ſolutionem: & po-
ſito, quòd ſic, uidendum eſt ſecundo, qualiter redditio ra-
tionis ſit facienda ad hoc, ut Ambroſius dicatur ab hoc one
re liberatus: & an ex eo, quòd Ambroſius tempore diuiſio-
nis inter eum, & ipſum do. Ioan. Baptiſtam factæ bona non-
nulla communia do. Ioan. Baptiſtæ pro eius parte aſſigna-
uit, quorum partem do. Ioan. Baptiſta eidem Ambroſio uē
didit, & quamplura alia bona Ambroſius penes ſe pro par-
te ſua, præſente, & conſentiente do. Ioan. Baptiſta, retinuit,
ipſe Ambroſius cenſeatur ſufficienter, & legitimè rationē
adminiſtrationis reddidiſſe: Tertio an ſocius, qui ante con-
tractam ſocietatem erat pauper, & uix ex bonis, quæ habe
bat, & ex induſtria, ac labore ipſius, totiusq́ue familiæ pote
rat, deductis expenſis, ſe, & familiam ſuam nutrire, & ale-
re, & qui ante ſocietatem nihil ex eius bonis, eiuſque indu
ſtria ſuperlucratus fuerat, in dubio ex bonis communibus,
& ex lucris ſocietatis diues effectus, & acquiſiuiſſe præſuma
tur, præſuppoſito, ueluti per omnes ferè teſtes, & præcipuè
per teſtes pro parte do. Ioan. Baptiſtæ examinatos probatū
fuit, quod Ambroſius eſſet ille, qui ſolus magna negotia ſo
cietatis exerceret, & adminiſtraret emendo, uendendo, pe
cunias exigendo, & exactas retinendo, domumq́ue ſuam
abſque numeratione ad eius libitum exportando, tàm uiuē
te patre dicti domini Ioan. Baptiſtæ, quàm poſt eius mortē
quamuis probatum fuerit, patrem dicti do. Ioan. Baptiſtæ
ipſum quoque adminiſtraſſe, ſed leuia quædam, puta reſi-
dendo in officina, & apotheca, ac leuia aliqua tantū, & mo-
dici ualoris uendendo, bonaq́ue communia cuſtodiendo,
prout famuli quodammodo facere conſueuerunt, & pecu
nias eorum, quæ uendebat, in capſa, & arca communi appo
nendo, & proijciendo, illas non aliter extrahendo, nec acci
piendo, nec exportādo: & præſuppoſito etiam, ut fuit pro-
batum, quòd durāte ſocietate per annos 20. ſeu 25. & ul-
tra, ueluti ex confeſſione partis aduerſæ, ac etiam ex depo-
ſitionibus plurium teſtium apparet, ſocij ſingulis annis ex
bonis, & negotiationibus communibus libras mille ad mi-
nus, & quandoque, & ſæpius libras millequingentas, dedu-
ctis expenſis, fuerint ſuperlucrati, ut in proceſſu habetur.
¶ Venio ad primum dubium, in quo ad fauorem Ambroſij
concludendum eſſe uidetur, ipſum non teneri nec ad ali-
quam rationum redditionem, nec ad aliquam reliquorum
ſolutionem cogi poſſe, ex pluribus rationibus, & in primis,
quia do. Ioan. Baptiſtæ agenti obſtat exceptio præſcriptio
2 nis, † quæ eſt exceptio litis finitæ, & impedit litis ingreſſum,
ſicut exceptio rei iudicatæ, l. uſucapio, ibiq; Paul. de Caſt.
ff. pro ſuo, l. emptor, ibiq́ue doct. C. de præſcript. lon. temp.
& Bald. in authen. niſi C. de bon. mater. cum ſimilib. quod
autem obſtet exceptio præſcriptionis, apparet, nam à die di
uiſionis factæ inter Ambroſium, & do. Ioan. Baptiſtam tàm
per mortem patris, quàm per inſtrumentum, ut dictum eſt,
elapſum fuit tempus decem, & quindecim annorum, & ul-
tra, & ab illo tempore citra utraque pars ſeparatim nego
tiationes ſuas geſſit, & pro diuiſo res aſſignatas poſſedit, er-
go ipſi do. Ioan. Baptiſtæ agenti obſtat exceptio præſcri-
3 ptionis decem annorum, & ultra cum titulo, quia † ex diui-
ſione iuſta cauſa, iuſtusq́ue titulus præſcribendi cauſatur
l. ſi ancillam §. ſi pater, & ibi glo. ff. pro ſuo, & l. cum ſolus ff.
de

de uſucap.cum glo.& conſequenter præſcriptio c m bona
4 fide proceſſit,quia † ex titulo bona fides præſumitur l.pen.
C.de euictio. & pleuè habetur in l. celſus ff. de uſucap.in c.
ſi diligenti de præſcrip.per Alexan.in conſi.134. uolu.2.in
penul.colum.incip.In cauſa,& litè, & not.per gl.in l. ſuper
longi C.de præſcrip.lon.temp.& non modo obſtat præſcri
ptio decem,& uiginti annorum,ſed etiam triginta,& ultra,
5 quoniam † cum ſocius poſſit ſingulo anno,durante ſocieta
te,petere à ſocio, qui adminiſtrauit, ut rationem admini-
ſtrationis reddat, ut dicit Bartol.in l.mutius ff.pro ſocio,in-
quiens, quòd redditio rationis quolibet tempore peti po-
teſt,& idem Bar.in l.ſi negotia.ff.de nego.geſtis per illũ tex.
6 dicit,quòd † computatio lucri,& damni non in fine admi
niſtrationis, ſed de anno in annum inſpici debet, & habe-
tur per Bart.& Ang.in l.neminem C.de ſuſcepto.lib.10.&
in l.2.C.de naufra.lib.11.& per Roma.in conſi. 168.incip.
circa primum in ulti.colum.& à tempore, quo ſocietas con
tracta fuit, & ſic à tempore, quo redditio rationis ab ipſo
Ambroſio peti potuit, elapſi fuerunt anni 30.40.& ultra,
prout ex deductis in proceſſu manifeſtè colligi poteſt tàm
ex confeſſione dicti Ambroſij, quàm ex dictis teſtium exa-
minatorum,nam Ambroſius reſpondendo poſitionibus fa-
tetur,ſocietatem cum patre do. Ioan.Baptiſtæ durauiſſe an
nos 20.& per aliquos teſtes probatur de annis 25.& per ali
quos de annis 28. & poſt mortem dicti patris durauit per
unum annum, & ultra, deinde facta fuit diuiſio,iam ſunt an
ni quindecim, & ultra,ex quibus ſimul iunctis conſtat tẽpus
40.annorum,uel ſaltem 30.effluxiſſe,ergo ipſi do.Ioan.Ba
7 ptiſtæ agenti obſtat præſcriptio 30.annorum, † quo tem
poris ſpatio tollitur omnis actio perſonalis l.ſicut in rẽ cum
ſimil.C.de præſcrip.30.anno.& faciunt not. per glo.in ſimi
li in l.ſi aquam C. de ſeruit. & aqua. ¶Secundo ex quo
conſtat utrunque ſocium negotiationes ſocietatis admini-
ſtraſſe, & exercuiſſe, ut probatum fuit per omnes ferè te-
ſtes utriuſque partis, qui in dictis ſuis concludunt tàm Pe-
trum Franciſcum patrem do. Ioan. Baptiſtæ, quàm Am-
broſium, & poſt mortem dicti Petrifranciſci ipſum domi-
num Ioannem Baptiſtam mediante quodam ſuo inſtito-
8 re exercuiſſe,& adminiſtraſſe, † de cuius inſtitoris facto,
& adminiſtratione do. Ioan. Baptiſta tenetur, ut eſt tex.in l.
de illo in fin.ff. pro ſocio, & per totum maximè in l.1.ff.de
9 inſtito. ſequitur, † quòd utraque pars uidelicet altera al
teri ad redditionem rationum teneri deberet, & conſequẽ
ter ex quadam tacita,& mutua compenſatione hæ actiones
debent dici ſublatæ,ut inter ipſos ſocios, qui ſimul admini-
ſtrarunt,rationis redditio peti non poſſit,quia culpa, & ne-
gligentia unius cum culpa,& negligentia alterius,& dolus
unius cum dolo alterius compenſatur, & ideò ſi alter ex re
communi aliquid præceperit, alter tantum negligentiam
exhibuerit,quæ eadem quantitante æſtimatur, compenſa-
tio facta uidetur,& ipſo iure inuicem liberatio competit:ita
in terminis ait iureconſultus in l.ſi ambo ff.de comp[illegible]ut.&
in ſimili facit id,quod uoluit Bar.& Alex.in l.1.§.1.ff.ſi qua
dru.pauper.feciſſe dicatur,de duobus, qui ſe inuicem per-
cuſſerunt,nec apparet,quis primo percuſſerit,quòd pax nõ
intelligatur rupta,quia paria delicta mutua compenſatione
10 tolluntur l.uiro cum materia ff.de ſolutio.¶Tertio † cum
reddere rationes nihil aliud ſit,quam reliqua ſoluere,ſi abſ
que fraude,& culpa minus fuerit ſolutum, ſed potius ex er
rore, non eſt quis ulterius ad redditionem rationum cogen
dus,quia ad hoc,ut conditio de reddendis rationibus adim
pleta,illique ſatisfactum dicatur,ſufficit,reliqua fuiſſe ſolu-
ta,etiam ſi abſque culpa, & fraude minus fuerit ſolutum,ut
eſt caſus not. in l.quamuis ff. de conditio. & demon. ſed, ut
in inſtrumento diuiſionis inter ipſum do. Ioan. Baptiſtam,
& dictum Ambroſium facto cõtinetur, reliqua per Ambro
ſium fuerunt do. Ioan. Baptiſtæ ſoluta, ergo rationes am-
plius non ſunt reddendæ,nec reuidendæ, quamuis ex erro-
re dicti Ambroſij minus fuerit ſolutum, non autem ex eius
fraude,& culpa, quia dolus, & fraus non præſumitur, niſi
probetur l.dolum C.de dolo. ¶Quarto pro hac parte fa
11 cit id, † quod uoluit Paul. de Caſtr.in conſi. 149.aliàs in
conſi.126.in nouis lib.2.incip. non ſequendo ordinem &c.
ubi uidetur in terminis noſtris ad fauorem Ambroſij conſu
lere,ipſum non teneri de geſtis,& adminiſtratis ante diuiſio
nem rationem adminiſtrationis reddere, quoniam in caſu
Pauli de Caſt.rei conuenti ſuper redditione rationis admi-
niſtrationis legitimè probarunt patrem ſuum ſimul, & pari
ter cum patre ipſorum agentium adminiſtraſſe,ergo ſequi
tur,quod alter alterum non cenſetur præpoſuiſſe,& ſic qui
libet per ſe,& pro parte,quam in ſocietate pro indiuiſo ha-
bebat, non nomine conſocij, uel parte illius adminiſtraſſe
cenſetur:Alter igitur ab altero non poteſt petere ſibi ratio
nem generalem adminiſtrationis reddi,quia ab eo,qui meo
nomine non adminiſtrauit, ſed ſuo, non poſſum petere,ut
mihi rationem reddat, ſed ab eo,qui nomine uel alieno,uel
communi geſſit d.l.1. §.officio, & l.quædam in prin. ff.de
eden. cũ ſimilibus, & de hoc uidetur caſus clarus in l.actus
ff.de admin.tut. ibi actus ſui rationem curatorem concura-
tori reddere non eſſe compellendum,ſed niſi cum eo admi
niſtrationem communicet, aut ſi non ex fide curam gerat,
ſuſpectum poſtulari poſſe:Nam qua ratione unus poſſet ab
altero petere, ſimiliter alter ab illo: Et ideò iure cuiuſdam
tacitæ compenſationis alter ab altero liber à reddẽdo ratio
nes eſſe debet argumento l.vnum ex familia §.ſed ſi vno in
12 fin.ff.de lega.2.& d.l.ſi ambo.Præterea † cum iam fuerint
elapſi anni 16.quibus diuiſio ſocietatis facta fuit, & ſinguli
pro diuiſo res communes poſſederint, nec interim unquam
rationem reddi petitum fuerit,credendum, ſeu præſumen-
dum eſt,quòd taciturnitate tanti temporis, & ratione ſocie
tatis,quæ eſt quædam fraternitas l.uerum in prin.ff.pro ſo-
cio, omnia in dicta ſocietate hinc inde fuerint inter ipſos
olim ſocios terminata,ac etiã ratio hinc inde reddita, quia
non eſt credendum,ipſos tanto tempore tacuiſſe, uel inter
ſe diuiſionem feciſſe, quæ non ſolet fieri, niſi ſuper certis,&
indubitatis argumento l.1.ff.famil. hærciſ. & prædicta pro-
bantur argumento l.procula ff. de probatio.ita dicit Pau.de
Caſt.in d.cõſilio, cuius dicta ad fauorem Ambroſij melius,
quam faciant, non poſſent facere. ¶Sed tamen, his non
obſtantibus,contrariam opinionem arbitror eſſe ueriorem,
quòd Ambroſius ad reddendam rationem ſuæ adminiſtra-
tionis,& ad ſoluendum reliqua teneatur: Ad quod dicendũ
13 plura me inducunt, & in primis, nam † quilibet admini-
ſtrator rei alienæ, ſeu communis ex iuris diſpoſitione tene-
tur ſuæ villicationis rationem reddere iuxta illud redde ra-
tionem uillicationis tuæ,c.qualiter, & quando il 2.de accu
ſat.& c.licet heli de ſimon.ad hoc enim quiſque adminiſtra
tor cogi poteſt,ut eſt tex.cum ibi not.per Bar.& alios in l.1.
§.officio ff.de tutel.& ratio.diſtrahen.ſiue ſit pater, qui bo-
na filij adminiſtrauerit,ſiue mater,ſiue auia, vt uoluit Bal.in
l.cum oportet §.ſed cum tacitas C. de bonis, quæ lib.ſiue
frater,qui etiam uiuente patre bona profectitia adminiſtra
uerit Bald.in d.l.cum oportet §.1. ſiue ſit procurator, ut in
l.procurator ff.de liber.lega.ſiue ſit negotiorum geſtor, ut
in l.2.ff.de nego.geſtis,ſiue ſit tutor,uel curator,ut in d.l.1.
§.officio,ſiue ſit ſocius,qui actione pro ſocio tenetur,& co-
gitur, vt eſt tex.in d.l.quædam in prin.ff. de eden.& in d.l.ſi
ambo,& præſupponunt docto.communiter Bart. Bal.Sali-
ce.& alij in l.uerum in fin.& in l.actione §. nonnunquam ff.
pro ſocio,& in d.l.tamdiu.C.eod. tit.Ange.in d. conſi.285.
colum.6.Roma.in conſi. 114. in prin. Soz.in conſi.2.in 2.
colu.in conſi. 212.in 3.colum.in conſi.73. in conſi.24.& in
con-

conſi.192.in antiquis, Sozi. poſt Cuma. in l.quamuis ff.de
condit.& demon.clemen.2.§.illi etiã de religio.domi.ibiq;
Imol.& do.Cardin.& infinita poſſent allegari, ſed quia res
in ſe eſt clariſſima, non expedit: At ambroſius fuit ſocius, &
ut præpoſitus ſocietati omnes ſocietatis negotiationes ad-
miniſtrauit, vt in proceſſu apparet, ergo &c. ¶ Secundo
14 † in tantum ſocius, ſeu quilibet alius adminiſtrator de ge-
ſtis per eum rationem adminiſtrationis reddere tenetur,
quòd ſi ſemel illam reddiderint, & non plenè, & cum alte-
rius læſione, cogitur denuo illam à capite, & integraliter
reddere cum ſolutione reliquorum, quia ratio, quæ nõ fuit
plenè, legitimè, & ſufficienter reddita, debet iterum reddi
argumento l.quoties ff. qui ſatiſda. cogan.& not. in l.1.C.
de certo.calc.ti.Ioan.And.Ioan.Mona.& Domin. de ſancto
Gemin.in c.1.de cleri.ægrot.li.6.Lapus, Ioan.de Imol.&
do.Cardin.in 8.q.in d.clemen.2.§.illi, Sozi.in conſi.159.co
lum.3.& in conſi. 90. in antiquis, Paul.de Caſtr.in conſi.
15 310.& † præſertim hoc verum eſt, quando in redditione
rationis fraus, & deceptio interuenit, ut eſt text.not.in d.l.
quamuis ff.de condit.& demon.quem Paul. de Caſt. ibi ad
multa induci poſſe dicit, & maximè, ſi ratio fuit cum frau-
de, ſeu deceptione reddita, quia perinde erit, ac ſi non eſſet
reddita, quamuis in modico eſſet omiſſum, ut per Soz. in cõ
16 ſi.190.in 4.colu.ibi ex quibus &c. Sed † in caſu noſtro tem
pore, quo facta fuit diuiſio, & conſequenter quodammodo
rationum redditio, & reliquorum ſolutio, interuenit dece-
ptio ſaltem re ipſa ex parte Ambroſij, qui reliqua penes ip
ſum exiſtentia integraliter non ſoluit, ut clarè ex deductis
in proceſſu colligitur, uidelicet ex plena ipſius adminiſtra-
tione, & ex probatione lucrorum ſingulis annis, durante ſo
cietate, acquiſitorum, quæ uiginti, ſeu uiginti quinque mil-
17 lia librarum excedunt: & † deceptio re ipſa dolo æquipa
ratur, vt in l.item ſi pretio in fin.ff.locati, c.cum dilecti, ibiq;
docto.communiter extra de emp.& uendit. & habetur ma
ximè per moder. in authen. ſacramenta puberum C.ſi ad-
uer.uendit.per Imol. Anto. & Abb. in c.cum contingat de
iureiuran.& facit d.l.cum ſeruus ff.de condi.& demon.Bar.
in l.aurelio §.caius ff.de liber.lega. ubi qui reliqua integrali
18 ter non ſoluit, dicitur eſſe in fraude: † Præſumitur etiam
dolus, & fraus, ex quo tempore diuiſionis, ac ſolutionis reli
quorum Ambroſius libros non exhibuit, neque reddidit,
prout de iure tenebatur, ut eſt tex.in d.l.cum ſeruus in l.qui
ſub conditione, & in l.quamuis ff.de condit.& demonſtratio
ni. & expreſsè traditur per Bartolum in d.l.1.§.officio, &
per Aug.in d.conſi.285. Dicitur etiam fuiſſe in dolo, frau-
demque commiſſe ex eo, quod apparet ipſum Ambroſium
non tenuiſſe, neque feciſſe computum integrum, & perfe-
ctum, ſed defectiuum, ac diminutum, neque in libris ratio-
num ſcripſiſſe omnes pecunias, quas ſingulis diebus exige-
bat, & de capſa abſque alio computo, & numeratione extra
hebat, vt ex depoſitionibus teſtium ſatis plenè demonſtra-
tur, veluti colligitur ex not.per glo. in l.procurator per illũ
text.ff.de libera.lega.& ex ijs, quæ ponit Sozi. in conſi.190.
in 3.colum.in conſi.213.in 5.colum.in 4.concluſione, & la
tè in conſi.159.ubi plura refert in 3.colum.cum ſequen.ex
quibus adminiſtrator in dolo, & fraude eſſe cenſetur. Et ſi
Ambroſius uellet ſe à fraude expurgare, aſſerendo, ſe reli-
qua integraliter ſoluiſſe, libros exhibuiſſe, & reddidiſſe, &
de omnibus computum, ac omnium, & ſingulorum datorũ,
& acceptorum deſcriptionem feciſſe, ſecundum quod ha-
betur in d.l.cum ſeruus, & in d.l.qui ſub conditione cum ſi
19 mil. debebat hæc probare, † quoniam cum iura gerenti,
& adminiſtranti onus reddendi rationem imponãt, illi etiã
dicitur iniunctum onus probandi omnia, quæ ſunt in reddẽ
do rationem neceſſaria, de quibus ſupra, ac etiam infra in
2.dubio dicetur l.labeo §.1.& l.ſtatulibera.§.ſi quis ff. de
ſtatu lib.d.l.cum ſeruus, & d.l.qui ſub conditione, ubi caſus
clarus, & ita determinat Sozin.in d. conſi. 24.in colum.12.
20 vbi multa ad propoſitum cumulat: Nec † dicitur liberatus, ſi in genere, & ſimpliciter aſſerat ſe tantum expendidiſ
ſe, tãtum recepiſſe, & lucratum fuiſſe, ut in d.l.cum ſeruus,
& in d.l.qui ſub conditione, Barto.in conſi.incip.cum prædi
cta, & Sozi.in conſi.73.colum.2.& in conſi.190.in 4.colu.
21 in antiquis, ibi ſed præmiſſis non obſtantibus, qui dicit † ad
miniſtratorem, qui rationem reddere tenetur, non excuſari,
ſi dicat ſe libros non habere, uel amiſiſſe, quia ei non credi
tur, niſi hoc probet, cum eius officium eſſet diligenter cuſto
dire, vnde præſumptio eſt contra eum, quòd malitioſè oc-
cultet, iuxta not.in l.ſi quis ex argentarijs §.penul.ff.de edẽ.
ſecundum Pet.de Ancha.in conſi.317.incip. in cauſa, quæ
22 vertitur colum. 3. ¶ Tertio † generalis rationum red-
ditio, qualis eſt illa, quæ petitur inter ſocios, petitur actione
pro ſocio d.l.quædam ff. de eden. cum ſimilibus præallega-
23 tis: † quæ actio incipit competere non durante ſocietate,
ſed illa finita, quinimmò huiuſmodi actionem intentando,
ex hoc ſocietas finiretur d.l.actione in prin.cum glo.ibique
docto.Salice.in d.l.uerum in fin.& l.tamdiu, ibique Salice.
24 poſt Bald.C.pro ſocio: † Redditio enim rationum gene-
ralis ab eo, cuius officium eſt perpetuum, poteſt durante of
ficio, & adminiſtratione peti, ab eo uerò, cuius officium eſt
temporale, quale eſt adminiſtratio, ſeu officium ſociorum
iuxta l.nulla ff. pro ſocio, non debet reddi ratio, niſi finita
adminiſtratione, ut uoluit Pet. de Ancha. quem refert do.
25 Cardi.in clemen.2.in §.illi in 2.oppoſ.de relig.dom. † Actio
autem pro ſocio eſt perſonalis, uitamque annorum 30.ad-
minus habet l.ſicut in rem C.de præſcrip.30. annorum, &
Inſtit.de perpet.& tempor.actio.in §.1. cum ibi not. Cum
ergo nondum ſit elapſum tempus 30. annorum à die di-
uiſionis, quæ facta fuit de anno 1505.non video quicquam
obſtare, quin Ambroſius rationem generalem de geſtis per
eum in adminiſtratione ſocietatis reddere teneatur, & reli-
26 qua integraliter ſoluere, † quæ ſunt penes ipſum, prout
extare præſumuntur, ex quo ipſe adminiſtrauit, ſolus pecu
nias de capſa extraxit, habuit, & exportauit, ut in ſimili con
cludit Sozi.in d.conſi.24.colum.12.& in conſilio 159.co-
lum.5.& in conſi.190.colum.3.& eſt glo.not.ibique Ange.
27 in l.utrum ff.de petit. hæred. ¶ Vltimo facit id, † quod
per plura decidit Sozi.in conſi.72.lib.3.in 4.& 5.colu.con-
cludens, quòd etiam ille, qui ſemel rationes reddidiſſet, ac
fuiſſet generaliter ab omnibus, & quibuſcunque cum iura-
mento liberatus, & abſolutus, ſi de mala rationis computa-
tione, ac de læſione, & deceptione ſocij conſtet, tenetur ite
rum, & cogi poteſt generaliter, & à capite rationem redde
re, non obſtante liberatione iurata per not.à Bar. in l.aure-
lio §.cuius ff.de liber.lega.cum infinitis ſimilibus, quæ Sozi.
ibi, & in conſi.159.& in conſi.73.in antiquis ſatis concludẽ
ter adducit, & habetur per Paul.de Caſt.in d.conſi.310.er
go à fortiori ille, ad cuius manus probatur pecuniam ex ad
miniſtratione perueniſſe, & conſequenter qui ex ea dita-
tus, & locupletatus præſumitur, ut in conſilijs præallegatis,
& argumento not.per glo.in d.l.vtrum, ibique Ange. cum
ſimilibus, ac etiã ſubtraxiſſe, et occultaſſe, & ſic ſocium, vel
eius hæredem decepiſſe, poterit compelli ad reddendã ra-
tionem, & ad ſoluendum reliqua integraliter, ueluti fuit
pro parte dicti do.Ioan.Baptiſtæ probatum, cum nulla alia
facta fuerit computatio, uel ſaltem nulla fuerit in caſu no-
ſtro ſequuta liberatio, et abſolutio, ſed ſolum facta fuerit
quædam ſimplex diuiſio, et aſſignatio quorũdam bonorum
per dictum Ambroſium ipſi do.Ioann.Baptiſtæ abſque alia
rationum redditione, quæ bona aſſignata ipſe do.Ioan.Ba-
ptiſta pro parte dicto Ambroſio uendidit, nihilque aliud ul
terius inter prædictos factum reperitur, ut in dicto inſtru-
mento

mento facto de anno 1505. plenius continetur.

¶Supereſt modo rationibus, & iuribus ſupra pro contraria parte allegatis reſpondendũ, & in primis non obſtat id, quod dictũ fuit tàm de præſcriptione longi tẽporis, quàm de præſcriptione triginta annorum, quia præſcriptio longi temporis decem, uel uiginti annorum non nocet do. Ioan. Baptiſtæ agenti actione pro ſocio contra Ambroſium ad
28 reddendam rationem, quoniam † illa actio, quæ eſt actio perſonalis, non tollitur ſpatio longi temporis, ſed ſolum tẽpore tringinta annorum d. l. ſicut in rem, & Inſti. de perpet. & tempor. actio. in §. 1. habetur in c. fin. de præſcrip. & in l. ſequitur §. ſi uiam ff. de uſucapio. In caſu autẽ noſtro à die diuiſionis ſolum 15. ſeu 16. anni cucurrerunt, ergo &c.
29 Præterea † ad hoc, ut exceptio præſcriptionis longi temporis decem annorum noceat, debet allegari, & probari, illũ, contra quem opponitur, fuiſſe præſentem, alioquin non præiudicat, ut uoluit Iacob. Butrig. in l. fin. C. de præſcrip. longi tempo. ut refert, ac ſequitur Alex. in conſi. 92. uolu. 5.
30 circa fin. cum ſimilibus ab eo allegatis. Tertio † exceptio præſcriptionis præiudicat, quando fundans ſe in ea allegat ſe præſcripſiſſe cum bona fide, quæ ad præſcribendum maximè hodiè de iure canonico eſt neceſſaria c. uigilanti, & c. fin. de præſcrip. & quamuis in præſcriptione longi temporis iuſtus titulus requiratur l. emptor, l. ſuper longi, & per totũ C. de præſcrip. lon. temp. & ex titulo bona fides præſumatur l. penul. C. de euictio. & plenè habetur in l. celſus ff. de uſucap. adeò ut illam probare non ſit aliter neceſſe, tamen ea eſt alleganda, alioquin ſe in præſcriptione fundans ſuccumbet l. ſi adulterium cum inceſtu §. idem pollioni ff. de adult. ut uoluit Angel. in l. cum, qui in fin. ff. de publica. Anto. de But. in c. peruenit col. 15. de cenſibus, Alexan. in conſi. 76. uolu. 2. in fi. & in d. conſi. 92. in prin. quod quidem in caſu noſtro factum, & allegatum non reperitur. Minus etiam aduerſatur præſcriptio triginta annorum ex aliquibus proximè adductis, ac etiam quia, ſi benè animaduertatur, nulla cucurrit præſcriptio triginta annorum, nec etiam uiginti à die, quo actio pro ſocio orta fuit, & potuit contra Ambroſium agi ad reddendam generalem rationẽ generalem adminiſtrationis, quæ in ſe continet ſolutionem reliquorum, & alia, de quibus habetur in d. l. cum ſeruus, in d. l. qui ſub conditione, & in d. l. ſtatulibera cum ſimilibus: ſunt enim dumtaxat anni 15. uel 16. quibus diuiſio inter præfatos facta fuit, à quo tempore citra potuit intentari actio pro ſocio, quam nunc intentauit dictus do. Ioan. Ba-
31 ptiſta: Nam † actio pro ſocio datur pro ratione ſingulariter reuidenda, uidelicet ſingulis annis, aliiſque temporibus inter partes ordinatis, atque conuentis, uel etiam ex iuris diſpoſitione iuxta d. clemen. 2. §. illi de religio. domi. cum ſimilibus allegatis in primo fundamento partis aduerſæ, non animo diſtrahendi ſocietatem, ſed rationis uidendæ, quo modo ſocius negotietur, an pecunia ſtet ocioſa, & an dolus, uel culpa ſocij, aut fraus, atque deceptio in adminiſtratione interueniat, & hæc actio pro ſocio naſcitur, & cõpetit, ſocietate durãte, & per illam ſocius, qui adminiſtrat, poteſt cogi ad reddendum rationẽ ſingulariter, & non animo diſtrahendi ſocietatem: & in hac rationis redditione nõ uenit ſolutio reliquorum, nec plura alia, quæ ſunt in generali redditione rationis neceſſaria: Actio pro ſocio datur etiam, & competit pro ratione generaliter reddenda, ſecũdum quod habetur in d. l. cum ſeruus, & in d. l. qui ſub conditione cũ ſimil. uidelicet quando agitur actione pro ſocio ad finem, ut à ſocietate recedatur, & de omnibus generalis ratio reddatur, rerumque communium fiat diuiſio cum ſolutione reliquorum: & hæc actio oritur, ſeu competit non durante ſocietate, ſed ea extincta, & finita, & non ante d. l. tamdiu, & no. in d. l. actione in princ. Ita in terminis declarat Salice. in d. l. ucrum in fin. & in d. l. tamdiu, ibique Bald. & in rub. C. pro ſocio: & hoc modo debent declarari not. per Bartol. in d. l. mutius, in d. l. ſi negotia, & in d. l. nemi-
32 nem cum ſimilibus ſupra allegatis: & facit id, † quod uoluit Pet. de Ancha. quem refert Cardin. in d. clemen. 2. in §. illi in 2. oppoſit. quòd adminiſtrator, cuius officium eſt perpetuum, tenetur rationem ſuæ adminiſtrationis, durante officio, & adminiſtratione, reddere, ut in d. §. illi, at is, cuius officium eſt temporale, ſolum finito officio, ac finita adminiſtratione generalem adminiſtrationis rationem reddere tenetur: Vnde poſito, quòd in caſu noſtro actio pro ſocio, quæ contra ſocium, durante ſocietate, datur pro reddenda, ſeu reuidenda ratione ſingulariter, eſſet ſpatio triginta annorum præſcripta, ut in dicto primo partis aduerſæ fundamento habetur, quod ita debet intelligi, nõ tamen erit præſcripta actio pro ſocio, quæ poſt diuiſionem, & finita ſocietate orta fuit, illa uidelicet, qua agitur ad reddendam generalem adminiſtrationis rationem cum ſolutione reliquorum, & cum aliis, de quibus in d. l. cum ſeruus, hæc enim ſolum finita ſocietate competere cœpit. ¶Non obſtat ſecundum fundamentum de mutua adminiſtratione, cuius occaſione do. Ioan. Baptiſta non potuit contra Ambroſium agere ad reddendam rationem propter quandam tacitam cõpenſationẽ ex illa mutua adminiſtratione reſultantẽ, quoniam reſpondetur, quòd poſito, probatum fuiſſe de mutua ambarum partiũ adminiſtratione, ueluti ſupra dictũ fuit in
33 dicto ſecundo fundamento, tamen dico, † hoc non operari, quin Ambroſius, qui adminiſtrauit, rationẽ ſuæ adminiſtrationis reddere teneatur, nam quando ſunt plures ſocij, qui ſimul adminiſtrant, ſinguli rationẽ ſuæ uillicationis reddere tenentur, quatenus quiſque adminiſtrauerit, ut probatur ex adductis ſupra in primo fundamento facto ad fauorem do. Ioan. Baptiſtæ: & hoc in indiuiduo uoluit Sozi. in d. cõſi. 24. col. 12. in antiquis, & faciunt not. per Bar. & Alex. in d. l. 1. ff. ſi quadrup. pauper. feciſ. dica. & ita in terminis noſtris uoluit Ang. in d. conſi. 285. col. 6. uerſi. & ſi inter dictos, cũ iis, quæ ipſe ibi allegat, & facit d. l. uerũ §. ſi cum tres ff. pro ſocio, & d. l. 1. §. officio ff. de tute. & ratio. diſtrah. cum ergo in caſu noſtro uterque geſſerit, & adminiſtrauerit, negari non poterit, quin uterque ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis, & quatenus quiſque geſſit, & adminiſtrauit, & non ultra, teneatur: Nec obſtat d. l. ſi ambo ff. de compẽ-
34 ſa. cum ſimilibus ſupra allegatis, quoniam † ille tex. cũ ſimil. debet intelligi, quando mutuo, & pariter uterque adminiſtraſſet, & ſic uniformiter adeò, quòd non conſtaret, quis magis, & quis minus, & ſic quando par eſſet utriuſque adminiſtratio, & par eſſet culpa, negligentia, & deceptio, ut ibi in illo tex. parem negligentiam, & ibi tantam negligentiam, nam tunc uerum eſt, neutrum teneri ad reddendam rationem, quia actiones quadam compenſatione ſublatæ dicuntur, & pares adminiſtrationes, pares negligentiæ, pares deceptiones, & culpæ, pariaque delicta mutua compenſatione tolluntur, ut ibi, & in l. uiro cum materia ff. ſolut. matrimo. ſi ergo diſpares eſſent adminiſtrationes, negligentiæ, & deceptiones, prout ſunt, ſeu fuerunt in caſu
35 noſtro, ſecus eſſet dicendum: ex quibus infertur, † quòd cum Ambroſius magis adminiſtrauerit, quàm Petrusfranciſcus pater do. Ioan. Baptiſtæ, & magis, quàm ille, quem do. Ioan. Baptiſta præpoſuit, & conſequenter magis exercuerit ſe in ſcribendo, & regendo libros rationum, illoſque penes ſe retinendo, ut probatum fuit, & cum ipſe Ambroſius ſolus emerit, ac negotiatus fuerit, eundo ad diuerſa loca, ſoluſque pecunias exactas dè capſa extarxerit, penes ſe retinuerit, & ſemper exportauerit abſque computo, & numeratione, & non ipſe Petrusfranciſcus, ex his, inquã, infertur, quòd Ambroſius ſolus in reddendo rationem ſuæ admi

adminiſtrationis tenebitur libros exhibere, & reddere, cum enim dominus Ioannesbaptiſta ſit in ea cauſa, in qua ſibi ab Ambroſio ſint exhibendi, & reddendi libri, ipſe ad illos edendum non debet teneri, nec cogi poteſt l. ſi quis ex argentariis §. prætor ait ff. de edend. Item ſolus Ambroſius erit in reddenda ratione obligatus ad reliquorum reſtitutionem iuxta dictam l. cum ſeruus, & d. l. qui ſub conditione cum ſimilibus, quia ad eum ſolum reliqua peruenerunt, cum is ſolus pecunias habuerit, & pecuniæ exactæ ad eius manus in effectu peruenerint, quæ adhuc penes eum eſſe præſumuntur, & ipſe ex illis ditatus, & locupletatus præſumitur, ut dixit Sozin. in dicto conſilio 24., in dicto conſilio 159. & in dicto conſilio 190. Non autem dominus Ioannesbaptiſta in reddenda ratione adminiſtrationis patris, & inſtitoris ſui ad reliquorum reſtitutionem tenebitur, cum in effectu reliqua ad eum non peruenerint, nec ad eius patrem, quia non apparet, niſi ex dicto unius teſtis tantum ad inſtantiam partis aduerſæ examinati, quòd pater domini Ioannisbaptiſtæ pecunias receptas habuerit, & de capſa extraxerit, ſeu exportauerit, cui teſti non eſt fides adhibenda, quia dictum unius dictum nullius, ut in c. licet uniuerſis de teſtibus: item † quia eſt familiaris, famulus, & domeſticus dicti Ambroſij, ergo illi fides non eſt adhibenda argumento l. teſtes ff. de teſtibus, & in l. etiam C. eodem titu. & † ideò dominus Ioannesbaptiſta rationem adminiſtrationis patris, ac inſtitoris ſui tenebitur reddere abſq; ſolutione reliquorum, & ſic prout in facto mero conſiſtit, & non prout in dando argumento l. ſtatulibera in fin. cum ibi not. ff. de ſtatuliber. & ſic rationem reddere tenebitur taliter, qualiter reddi poteſt, ut in fratre, qui adminiſtrauit conſuluit Bal. in ſuo conſilio incipien. ad primum in 7. dubio; Et quamuis per plures teſtes probatum fuerit, quòd pater domini Ioannisbaptiſtæ ſtabat in apotheca, illamque cuſtodiebat, aliqua leuia, & minuta uendendo, tamen omnes ita deponentes dicunt etiam, quòd is pecunias in capſam proiiciebat, atque ponebat, quas pecunias omnes poſtea Ambroſius ſolus ſingulis diebus accipiebat, domumque ſuam exportabat: per quæ dicetur pro parte domini Ioannisbaptiſtæ reddi ratio de geſtis per patrem ſuũ, uidelicet quòd pecuniæ receptæ ex uenditionibus per eum factis in capſa ponebantur, & illæ poſtea ad manus Ambroſij perueniebant. ¶ Non obſtat tertium fundamentum, quia reſpondeo, quòd † redditio rationum continet duo, unum, quod conſiſtit in facto, uidelicet libros exhibere, & reddere, excomputare, percunctari, examinare, diſpungere, & excutere rationes, aliud, quod conſiſtit in dãdo, uidelicet ſoluere reliqua, & pecuniam dare, ut in dicta l. ſtatulibera in fine, & unum ſine altero non ſufficit ad hoc, ut rationes redditæ dicantur d. l. cum ſeruus, & d. l. qui ſub conditione, ubi caſus, & in terminis noſtris præſupponit Ange. in dicto conſilio 285. colum. 6. & ita eſt de mente Sozini, Decij, & aliorum in conſiliis ſupra allegatis, & infra etiam dicam in ſecundo dubio. Non obſtat d. l. quamuis, quia dico, quòd in redditione rationis ſolum reliquorum ſolutio principaliter uenit, non tamen negat ille textus, quòd ſaltem in conſequentiam, & acceſſoriè non ueniat etiam factum, uidelicet exhibitio, & redditio librorum, & alia ſupradicta: ita dicit Bartol. in dicta l. cum ſeruus, quia factum fit propter dationem, & hoc tenent Cuman. & alij ibi, & ſequitur, ac declarat Sozin. in dicta l. quamuis. Præterea in caſu noſtro non apparet, Ambroſium reliqua integraliter ſoluiſſe, ut ſupra probaui, ergo rationes nullo modo ſufficienter redditæ dicuntur, ut ab hac redditione liberatus dicatur, tum quia illas non reddidit, tum quia ex parte ipſius deceptio, & fraus interuenit. ¶ Vltimo non obſtat conſil. Pauli de Caſtro 147. aliàs 126. lib. 2. in nouis, quoniam in caſu, † quo Paulus conſuluit, ambo ſocij communiter, & pariformiter adminiſtrarunt, negotia ſocietatis, & omnia alia ſimul communiter geſſerunt, & faciebant, nec unus magis, quàm alter: quo caſu dici poteſt, ueluti ſupra etiam declaraui, neutrum ad reddendam rationem teneri ratione cuiuſdam mutuæ, & tacitæ compenſationis d. l. ſi ambo, quam legem etiam Paulus ibi allegat: Secus ergo, ſi unus magis, quàm alter adminiſtraſſet, ſoluſque claues apothecæ tenuiſſet, illam ad libitum ſuum claudendo, & aperiendo, & ſolus pecunias exactas in capſa exiſtentes domum ſuam ſine computo, & numeratione exportare ſolitus eſſet, nam tunc ille poſſet cogi ad reddendam rationem alteri ſocio, qui aliqua leuia adminiſtrare ſolitus erat, ut ſupra plenius dixi, & ita eſt de mente Pauli in dicto conſilio dicentis, quòd potius filij dicti Antonij, de quibus ibi, poſſent agere contra filios Petriioannis, qui, ut dicebant teſtes, pecunias domum ſuam portare conſueuerat, quàm èconuerſo argumento d. l. actione §. ſi communis ff. pro ſocio: Et quòd unus ſocius poſſit contra ſocium agere, ut rationem adminiſtrationis reddat, quamuis ambo adminiſtrauerint, ſed unus magis, quàm alius, uoluit in terminis Ang. in d. conſilio 285. colum. 6. & Sozin. in dicto conſilio 24. colum. 12. Præterea Paul. de Caſtro loquitur, quando ſocij ſteterunt diuiſi per annos uiginti, & ultra, ſemperque interim tacuerunt, ac nunquam fuit petitum, ut ratio redderetur: nos uerò ſumus in caſu, in quo dumtaxat per annos quindecim diuiſi ſteterunt, ut patet ex inſtrumento diuiſionis, litiſque conteſtatione: Et † poſito eos etiam ſtetiſſe diuiſos per annos uiginti, nihilque dixiſſe, maximè dominum Ioannembaptiſtam, tamen non poteſt caput meum ingredi, quin ipſe actione pro ſocio agere potuerit contra Ambroſium ad reddẽdam rationem, quia actio pro ſocio, quæ eſt perſonalis, nec decem, nec uiginti annis tollitur, ſed ſolum ſpatio triginta annorum, d. l. ſicut in rem, & Inſtitu. de perpet. & tempo. actio. in §. 1. & cum bona fide maximè hodie ex diſpoſitione iuris canonici d. cap. uigilanti, & cap. fin. cum ſimilibus extra de præſcript. & ubique habetur per canoniſtas: Tempus enim non eſt modus tollendæ, uel inducẽdæ obligationis l. obligationum ferè §. placet, ibique gloſ. & ſcribent. ff. de action. & obligatio. Non obſtat d. l. procula ff. de probationibus: † quoniam uinculum ſanguinis ibi hoc operatur, & ſic uera fraternitas, uel conſanguinitas, non autem ficta, qualis eſt ſocietas d. l. uerum in principio, & ita propriè loquitur dict. l. procula. Præterea fraternitas, ſeu conſanguinitas, temporiſque diuturnitas ſolummodo tacitam remiſſionem, & præſumptam donationem non inducunt, ſed debent tria concurrere, quorum unum ſi deficiat, rationum redditio non cenſeretur remiſſa, ſeu non præſumeretur donatio, uidelicet uera fraternitas, & conſanguinitas, diuturnitas temporis, & ſæpius facta compenſatio, ſeu ratio reuiſa, & reddita: ita declarat Bartolus in dicta l. procula, & eſt gloſa communiter approbata in l. libertis la ſecunda in §. primo, & ibi Bartolus ff. de alimen. & cibar. legatis, quæ clarius loqui non poſſet: At in caſu noſtro conſanguinitas, ſeu fraternitas uera non interuenit, nec rationes ſæpius fuerunt redditæ, ut de ſe patet, ergo illa diſpoſitio dictæ l. procula locum non habebit. Non obſtat dicta l. actus ff. de adminiſtratio. tuto. quem textum allegat Paul. de Caſtro in dicto conſilio, quia ille loquitur, quando adhuc officio durante concurator uellet concuratorem ad reddendam rationem cogere, quod fieri non poteſt, ut ſupra latius dixi, & ita propriè Bartolus ibi intelligit illum textũ, & ex eo hoc colligitur, nam loquitur eo tempore, quo contra

curatorem, uel tutorem de ſuſpecto agi, aut accuſari poteſt, & conſequenter durante officio curæ, uel tutelæ, poſt enim de ſuſpecto agi non poteſt, ut per totum Inſtitu. & ff. de ſuſpec. tuto. Sed nos ſumus in caſu, quo ſocietas erat diuiſa, & ſic officium adminiſtrationis erat finitum, quo caſu poteſt contra illos, qui adminiſtrarunt, agi ad reddendam rationem, ut habetur in d. l. actione in princip. & in d. l. uerum in fin. per Salicet. & latius ſupra dictum fuit, ergo ex prædictis omnibus colligitur, illud conſil. Pauli de Caſt. potius contra Ambroſium reum cõuentum facere, quàm pro ipſo. Et hæc quoad hunc primum articulum ſufficiant.

¶ Venio ad ſecundam hæſitationem, in qua uidetur prima facie concludendum eſſe, quòd ex diuiſione iam diu facta, & ex aſſignatione reliquorum ipſi do. Ioan. baptiſtæ tempore diuiſionis facta, ut in inſtrumento diuiſionis continetur, rationes dicantur ſufficienter redditæ tum ex diuturnitate temporis unà cum fraternitate, quæ inter ſocios eſſe cenſetur d. l. procula, iuncta d. l. uerum in prin. & ut cõſuluit Pau. de Caſt. in d. conſi. 147. uel aliàs 126. tum etiam ex reliquorum ſolutione, nam is, qui ad redditionem rationis tenetur, ſolum ſoluendo reliqua cenſetur obligationi reddendarũ rationum ſatisfeciſſe, quia rationes reddere nihil aliud eſt, quàm reliqua ſoluere l. quamuis ff. de conditio. & demonſt.

¶ Quibus non obſtantibus, prout in ueritate non obſtant, ut luti colligitur ex plenè deductis ſupra in præcedenti dubio, concludo † rationes non fuiſſe per ipſum Ambroſium ſufficienter redditas, & ideò eum ad illarum redditionem, & ad reliquorum ſolutionem teneri, quia is, qui rationem reddere tenetur, non liberatur ſolum ſoluendo reliqua, & ſic per ſolam dationem, ſed etiam factum præſtare tenetur, ſecundum quod habetur in d. l. cum ſeruus, in d. l. qui ſub conditione, in d. l. ſtatuliberа §. fin. ff. de ſtatulibe. l. ſi quis rationes, & ibi Barto. & idem Barto. in l. Aurelio §. caius, l. non ſolum §. liberationis in fin. & l. lucius titius ff. de liber. lega. Præterea Ambroſius non ſoluit reliqua integraliter, & abſque fraude, ſed cum fraude, & deceptione, magnaque do. Ioan. Baptiſtæ læſione, ut ſupra in primo dubio fuit demonſtratum, ergo iterum ad redditionem rationis ſufficienter, & ad ſolutionem reliquorum integraliter faciendam

42 (margin, beside "bio, concludo")

43 iterum teneri debet per ibi dicta. † Quæ autem in redditione rationum ueniant, ac comprehendantur, optimè colligitur ex d. l. cum ſeruus, d. l. qui ſub conditione, & d. l. ſtatu libera, nam uenit factum, & datio ſimul, nec alterum ſufficeret, ut in iuribus præallegatis, ibique ſcriben. maximè Bart. & Sozin. & optimè etiam habetur per Angelum in d. conſil. 285. debet enim fieri deſcriptio omnium bonorum cõmunium, & adminiſtrandorum, tenetur etiam uolens adminiſtrare librum rationum conficere, & in redditione rationis illum exhibere, & reddere: in quo libro debent adnotari, & deſcribi omnes redditus, & pecuniæ habitæ, atque exactæ, & expenſæ, & ſic omnes exitus, & introitus bonorum, & ſocietatis, ut in computandis rationibus poſſit explorari, computationes probè, an improbè referantur, accepta relata rectè, an non rectè, ita enim res quidem a facto incipit d. l. cum ſeruus. Et nota, dum ille textus dicit, referãtur accepta &c.

44 quia † Ambroſius, qui adminiſtrabat, & rationes, ſeu librum conficiebat, & regebat, non retulit in libris pecunias per eum acceptas, & domum exportatas, ſed ſine computo, & numeratione aliqua, & abſque relatione, & deſcriptione in libris facta pecunias accipiebat, & exportabat, ut per plures teſtes probatum fuit, ergo deprehenditur ipſum in dolo, & fraude fuiſſe, et ſocium ſuum decepiſſe, d. l. cum ſeruus, ibique doctor. & eſt textus optimus in dicta l. qui ſub conditione ibi, qui ſub conditione rationum reddendarum liber eſſe iuſſus eſt, docere debet, conſtare fidem omnibus, quæ ab eo geſta ſunt, ut neque ſubtraxerit, quid ex iis, quæ acceperit, neq; expẽſum rationibus præſcripſerit, quod nõ dederat, ſed & quod reliquum per contextum ſcriptum eſt remanere apud eum, ſoluere debet: Quod ultimum non fecit Ambroſius, quia per contextum non ſcripſit id, quod penes eum remanſit, ergo in fraude eſſe dicetur, & propterea contra illum poterit ipſi domino Ioannibaptiſtæ iuramentum in litem ad intereſſe deferri, ut uoluit Bartol. in dicta l. 1. §. officio, & in conſi. 150. incipien. cum prædicta examinarem, Petr. de Ancharan. in conſil. 313. incipien. in cauſa, quæ uertitur, & declarat Deci. in conſil. 178. & in conſilio 192. Sozin. in conſilio 73. lib. 3. & melius in conſilio 213. in quarta concluſione lib. 2. & Angel. in dict. conſil. 285. &

45 192. in fine. Et † in redditione rationis per ſocium alteri ſocio facienda non compenſatur lucrum, quod is ex induſtria, & labore ſuo fecit, cum culpa, dolo, & negligentia ſua, quia de illis tenebitur l. non ob eam rem cum l. ſequenti. ff. pro ſocio, l. de illo in fin. & l. ſocius ſocio eodem titu. d. l. ſi ambo ff. de compenſa. & habetur per Sozinum in conſil. 1. colum. 2. lib. 1. & in conſilio 212. colum. 3. lib. 2. qui dixit, negligentiam in ſocio adminiſtratore dici latam culpam: &

46 ideo † ut adminiſtratores poſſint rationes reddere, ut ſupra dictum eſt, dandæ ſunt dilationes congruæ ad illas reddendum, quia non poſſunt momento reddi, cum requiratur factum ſucceſſiuum, ut in iuribus ſupra allegatis, & habetur per Sozinum in conſilio 192. in fin. & in penult. colum. lib. 1. idemque Sozin. in conſil. 149. incipien. in cauſa Ambroſij colum. 2. & 3. lib. 1. allegando Petr. de Ancha. in conſilio incipien. in Chriſti nomine amẽ ſordidè, & pernicioſè nimis, & Anto. de Butr. in cap. ex parte de teſtibus, multaq;

47 alia, dicit, quod † redditio rationum principaliter quatuor continet, atque complectitur, uidelicet Codices edi, Calculum fieri acceptorum, & datorum arbitrio boni uiri, reliqua ſoluere, & culpam purgare uidelicet ſolutione eius, quod debetur, ut in dicta l. cum ſeruus, in dicta l. qui ſub cõditione, l. ſi purè in fin. & l. ſi pater §. ſi ſticho ff. de fideicommiſſ. liber. Sozin. in conſilio 159. colum. 3. & in conſil. 190. lib. 2. ubi plenè de materia tractat. Ex prædictis itaque manifeſte infertur, ad quid Ambroſius teneatur in reddendo rationes, quas ſi probè, & ex fide non reddiderit, uel reddere denegauerit, ut ſupra concluſum eſt, tenebitur ad intereſſe ipſius domini Ioannisbaptiſtæ, quod per iuramentum in litem probabitur, ut habetur per Bartolum in d. l. 1. §. officio, & in conſiliis ferè omnibus iam allegatis. Et ex his hoc ſecundum dubium ſit expeditum. ¶ Ad tertium deuenio, in quo paucis me expediam, nam ex præmiſſis in aliis dubiis ſatis uidetur colligi, qualiter eſſet contra Ambroſium conuentum, & ad fauorem præfati domini Ioannisbaptiſtæ pronunciandum: Et licet uideretur dicendum, quòd † Am-

48 broſius præſumeretur ex ſua induſtria, proſperaque fortuna locupletatus, ac diuiſſimus effectus argumento l. ſi defunctus C. arbitr. tut. ubi caſus, Bald. & alij, & habetur per Bartolum in l. facultas, aliàs in l. defenſionis C. de iure fiſci lib. x. & in l. cum oporret in princip. C. de bonis, quæ liber. cum infinitis, quæ ad hoc poſſem adducere, tamen, ſtantibus his, quæ in hoc tertio dubio fuerunt præſuppoſita, contrarium

49 in hoc caſu de iure uerius eſſe abitror, quòd † Ambroſius de bonis, & pecuniis communibus ſocietatis locupletatus, diueſque effectus præſumatur, ex quo enim Ambroſius adminiſtrabat, ſoluſq; pecunias recipiebat, & illas abſq; numeratione exportabat, ac penes ſe retinebat, & ſic pecuniæ ſocietatis in effectu ad manus eius ſolummodo, & non alterius perueniebant, ex illis in dubio cenſebitur factus locupletior, & præſertim attento, quòd ante ſocietatem cõtractam Ambroſius non erat ſolitus aliquid ſuperlucrari, ſed uix fami-

familiam ſuam lucris ſuæ induſtriæ,& redditibus bonorum
ſuorum alere,&regere poterat,& hoc per not.per gloſam,
& Ange.in l.utrum ff.de petit.hæredita.&in l.fine §.mode-
ſtinus ff.de adminiſtrat.tuto. & per doctores poſt gloſam in
l.j.C.ſi aduer.credit.& in l.prædiorum C. de prediis mino.
& dicit Paul. de Caſtro in conſil.370.incipien.ad primum
quæſitum in fine primi dubij, quòd poſtquam pecuniæ fue
runt per tutorem exactæ, & ad illius manus peruenerunt,
præſumuntur eſſe apud hæredem eius.Hæc omnia in termi
nis refert,& concludit Sozin.in d.conſil.159.colum.5.uer-
ſic.cum ergo,& in d.conſi.190.colum.3. ibi poſtremo &c.
50 Et ſi † Ambroſius diceret ſe fuiſſe lucratum, & locupleta
tum aliunde,quàm ex bonis,& pecunia ſocietatis, hoc ma-
nifeſtè probare debebit,& ſe tantum lucrari potuiſſe, alio-
quin præſumetur lucratus,factusq́ue diues ex lucris, & pe-
cuniis ſocietatis, cuius lucra erant magna, ut iam dictum
51 fuit,& in proceſſu apparet: & † ex negotiationibus,& mer
cimoniis quis lucrari,non autem perdere præſumitur l.titia
§.deficientium ff.de muneribus,& honoribus, d.l.ſi defun-
ctus,& l.ſemper §.negotiatio ff.de iure immunita. & ita de-
terminat Sozin.in d.conſil.24.in princip.13.colum.ibi item
52 & ſi diceret. Et † diligens iudex poterit ueriſimiliter ar-
bitrari,an Ambroſius tantam pecuniam, & tot opes ex ſo-
la induſtria ſua,& redditibus ſuis abſque bonis,& pecuniis
ſocietatis lucrari potuerit, an uerò ex bonis, & pecuniis
ſocietatis,& ex lucris factis, conſiderando qualitatem, &
quantitatem lucrorum, redditUum, & expenſarum,ut uo-
lunt Innocen. dom.Anton. & alij in cap. cum in officiis ex-
tra de teſtamen. Cum ergo in caſu noſtro Ambroſius ante
contractam ſocietatem, ex ſua induſtria, & ex ſuis redditi-
bus non eſſet ſolitus quicquam ſuperlucrati, & uix poſſet
ſuam familiam alere, & poſt ſocietatem contractam multa
fuerit lucratus,ac ditiſſimus factus, lucraque ſocietatis eſ-
ſent maxima, ut ex probatis, & deductis in proceſſu ſatis
euidenter conſtat,iudex ueriſimiliter debebit arbitrari, ip-
ſum fuiſſe lucratum, & factum diuitem ex lucris, bonis, &
pecuniis ſocietatis,& non ex ſola ſua induſtria,& ex redditi
bus ſuorum bonorum:Ita in ſimili colligitur ex iis,quæ po-
nit Sozin.in conſi.91.incipien.caſus,ſuper quo in 4.colum.
ibi confirmantur præmiſſa lib.3.& facit text.in cap.ſacerdo
tes 12. quæſtio. 4. & habetur per Baldum in authen. licen-
tiam ibi concluſiuè loquendo C. de epiſcopis, & clericis:
53 & ad propoſitum etiam faciunt ea, † quæ dicit Bald.in l.
ſi patruus in 2.colum.ibi tertio caſu C. communia utriuſq;
iudic.qui dixit,quòd ſi alter ex fratribus,inter quos erat ta-
cita ſocietas contracta, ſolus adminiſtrabat bona commu-
nia,ex quibus maxima lucra, magniq́ue redditus percipie-
bantur,& is non habebat bona ſeparata,uel talia,ex quibus
poſſet ſuperlucrari,ſi plura bona proprio nomine emiſſet,
præſumitur pecunia communi emiſſe; & ideò ſequitur,
quòd alter frater,& ſocius poterit petere,illa bona inter ip
ſos communicari,& diuidi, ac partem eorum cuilibet aſſi-
gnari,ut uolunt Bald.& docto.alij in l.j. C.ſi quis alter.uel
ſibi,& eſt bona glo.in d.l.facultas,aliàs in d.l.defenſionis in
54 uer.exceptionem, † ubi adminiſtrator præſumitur lucra-
tus ex bonis,quæ adminiſtrauit, bonus eſt textus in dicta au
55 then.licentiam,ibiq́ue Bal. & † dicit idem Bald.in l.cum
oportet in princip. in 3.colum. C. de bonis,quæ liber. poſt
Richardum, & Cynum in l.cum duobus §. ſi fratres in ad-
ditio.ff.pro ſocio,quòd quando ſocij ſoliti ſunt in commu-
ni emere,ſi poſtea alter ipſorum nomine proprio ſeorſum
emerit, illud tenetur communicare, quia ſocietas non de-
56 bet claudicare l. fuerint ff. pro ſocio: & † ideò qui pro-
prio nomine emit de pecunia,quæ præſumitur communis,
cenſetur in dolo,ut inquit Decius in conſi. 192. in finalib.
uerbis,& dicit Innocen.in cap.dilecta de exceſſib. prælato,
57 quòd ſocius debet communi nomine contrahere: † Vn-
de quamuis mulier præſumatur acquiſiuiſſe, & fuiſſe lucra
ta ex bonis mariti, quando acquiſiuit conſtante matrimo-
nio,ut ſiniſtra ſuſpitio euitetur,ut in l.quintus ff.de donatio.
inter uirum,& uxorem,& in l.etiam C. eodem titu.& not.
in d.l.ſi defunctus, & in d.l.cum oportet in princip. tamen
hoc eſt uerum, quando ſolum adminiſtrauit bona mariti,
uel nullius,ſecus ſi adminiſtraſſet etiam bona alterius tertij,
& eſſent talia bona, ex quibus ueriſimiliter lucrari potuiſ-
ſet,quoniam tunc non præſumeretur lucrata ex bonis ma-
riti,ſed illius,ut declarat Alexan.in conſil. 40. uolum.3. &
ita debent intelligi ea, quæ habentur in d.l.ſi defunctus, &
in d.l.cum oportet,& faciunt ea,quæ ponit Bald.in d.auth.
licentiam,& in d.l.cum oportet in princ.in fin.3. colum.di-
58 cit,quòd † adminiſtrator reipublicæ,qui tempore,quo cœ-
pit adminiſtrare,non erat diues,&parum,uel nihil habebat,
ac tempore finiti officij reperitur ditiſſimus, præſumitur ex
publicis pecuniis ditatus,ut not.in d.l.facultas:&ſecundum
Iacob.de Beluiſ. ratione adminiſtrationis, & officij præſu-
mitur quis ditatus,& quòd ſubtraxerit, uel abſtulerit bona
domini,quæ apud ipſum officialem reperiuntur. Et ex præ
dictis colligitur reſponſio adductis ſupra in contrarium, &
præſertim textui in d.l.ſi defunctus:Vel poteſt illi reſponde
59 ri,quòd † procedit, & loquitur, quando eſſet quæſtio, &
dubium,an acquiſita poſt tutelam finitam ab eo, qui fuerat
tutor,præſumantur de bonis pupilli acquiſita, & ibi dicitur,
quòd non,ſed ex induſtria,proſperaq́ue foruna tutoris: er-
go acquiſita ante finitam tutelam præſumentur de bonis
pupilli acquiſita, quando ante tutelam ſuſceptam tutor ni-
hil,uel parum in bonis habebat,& ſic erat pauper, prout lo
quitur ille text. ita reſpondet Salice.in d. authen. licentiam
circa principium,ibi quarto modo,ex qua ſolutione optimè
infertur ad deciſionem huius dubij noſtri,quòd ex quo Am
broſius ante contractam ſocietatem parum habebat in bo-
nis,& in redditibus,attentis expenſis pro ſua familia neceſ-
ſariis,& attento eo,quòd ante ſocietatem nihil ex ſua indu-
ſtria,ſuisq́ue redditibus ſuperlucrabatur,uixq́ue cum ſua fa
milia uiuere poterat,item attento, quòd,ut fuit probatum,
pater domini Ioannisbaptiſtæ multa bona, multasq́ue pecu
nias in ſocietate poſuit, & ſingulis annis maxima lucra fie-
bant,& quòd ſolus Ambroſius in effectu adminiſtrabat, uel
ſaltem ſolus pecunias retinebat, quæ ad eius manus dumta
xat perueniebant,ex his ſequitur, quòd acquiſita per eum,
durante ſocietate,præſumantur ex bonis,& pecuniis com-
munibus acquiſita, & ideò tenebitur ad illa communican-
da,ſeu ad aſſignandum illorũ partem præfato domino Ioan
nibaptiſtæ,ad cuius fauorem domini iudices debent pronũ
ciare, & præfatum Ambroſium iuxta præmiſſa omnia con
demnare.Et ita iuris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi fateatur ſibi decem deberi pro reſiduo eius, quod ſibi debetur, totum aliud ſolutum præſumitur.*
2 *Reſidui appellatione totum continetur.*
3 *Debitoris confeſſio de certa quantitate per creditorem acceptata nocet in ea quantitate debitori.*
4 *Geminatio uerborum operatur id, quod aliàs ſimplex aſſertio, & confeſſio operari non ſolet.*
5 *Verba enunciatiua inter ipſos contrahentes probant, illisq́ue præiudicant quoad ea, in quibus partes ſibi præiudicare poſſunt.*
6 *Verba pluralis numeri debent in pluribus uerificari, maximè non exiſtente ratione, cur magis in uno, quàm in alio.*
7 *Verba indefinita ſemper in ijs uerificantur, in quibus partes ſibi præiudicare poſſunt.*
8 *Verba indefinita maximè pluralis numeri in fauorabilibus æquipollent uniuerſali, & comprehendunt omnia ſub ſigno indefinito contenta.*

9 *Liberatio eſt fauorabilis.*
10 *Verba generalia, indefinita, & ambigua ſemper referenda ſunt ad il, quod eſt principalius, & magis in intentione.*

EPITOME.

Ex confeſſione ſociorum, qua ipſi dixerunt, & confeſſi fuerunt ſe eſſe debitores alterius ex ſociis in certa quantitate pro reſto computorum habitorum per antea inter dictas partes, ut dixerunt, computa facta, & rationem omnium negotiationum inter eos ante dictam confeſſionem habitarum, ac etiam illius, cuius rationem reddere alter ex ipſis ſe expreſsè obligauit, redditā fuiſſe probatur.

CONSILIVM CXCII.

OMISSO multiloquio, quoniam in paucis etiam ueritas conſiſtit, in primis concludo, quòd ex illis uerbis inſtrumenti pro reſto computorum habitorum per antea inter dictas partes, ut dixerunt, probatur, computa de negotiationibus inter ipſos ſocios, & contrahentes geſtis ante huius inſtrumenti confectionem facta fuiſſe proba-
1 tur, quoniam † ſicut quando creditor dicit, & fatetur ſibi decem deberi pro reſiduo eius, quod ſibi debebatur, talis aſſertio, & confeſſio nocet ipſi creditori quoad ea, in quibus nocere poteſt, ut præſumatur aliud totum ſibi fuiſſe ſolutum, ut uolunt Bald. & alij in l. ſi quidem C. de tranſactio.
2 quia † reſidui appellatione totum continetur l. 2. C. de hæred. inſtituen. & dicit Ioan. de Imol. per gloſam ſingularem in l. ſi ex pluribus in prin. ff. de ſolut. quòd ſi creditor confiteatur ſe aliquid recipere pro reſiduo eius, quod ſibi debebatur, totum aliud ſibi fuiſſe ſolutum, uel aliter ſatisfactum ex hoc præſumitur, & ita illam glo. ponderat, & extollit ibi Paul. de Caſt. dicens eſſe quotidianum pro mercatoribus, qui huiuſmodi uerbis utuntur, ita & ècontra, ut contrariorum eadem ſit ratio iuxta l. inter ſtipulantem §. ſacram, &
3 ibi Bart. ff. de uerborum oblig. † confeſſio, & aſſertio debitoris facta de certa quantitate pro reſto, ſeu reſiduo in iis, in quibus poteſt adaptari, debet ipſi debitori nocere, quando talis confeſſio fuit per creditorem recepta, ut eſt textus, ibique Bar. Bal. & omnes in d. l. ſi quidem: Sed in caſu noſtro Bartholomeus, & Thomas ſocij ſer Petri aſſeruerunt, & confeſſi fuerunt ſe eſſe debitores ducatorum ſeptem pro reſto computorum habitorum per antea, ut ſupra, ergo talis aſſertio, & confeſſio debet ipſis nocere, & præiudicare etiam, ut præſumantur facta computa negotiationum inter eos habitarum ante inſtrumentum, ut ſupra, confectum. Secundo ultra quòd in inſtrumento dicatur, quòd ipſi Thomas, & Bartholomeus confeſſi fuerunt ſe eſſe debitores ducatorum ſeptem pro reſto computorum habitorum, dicitur etiam in eo, quòd partes ita dixerunt, & ſic iſtud fuit geminatè affirmatum: quæ uerborum geminatio operatur, ut uerè computa negotiationum ſuarum ante confectionem
4 inſtrumenti facta dicantur, quia † geminatio uerborum operatur id, quod aliàs ſimplex aſſertio, & confeſſio non ſolet operari, ut in l. ſi mulier C. ad uelleia. l. cum oſtendimus ff. de fideiuſſ. tut. Alex. in l. 1. in prin. ff. de uerbo. obli. & latè habetur per moder. in c. ſi cautio de fide inſtrum. Præterea huiuſmodi aſſertio, & enunciatio inter ipſos contrahentes
5 facta probat, plenamque fidem facit, quia † uerba enunciatiua, quæ aliàs probare non ſolent, probant inter contrahentes, ipſiſque præiudicant quoad ea, in quibus partes ſibi præiudicare poſſunt l. optimam C. de contrahen. & commit. ſtipul. Bart. in l. ſi fortè ff. de caſtren. pecu. Alex. in l. rem alienam ff. de pigno. act. Bar. in l. ſciendum ff. de uerborum obligatio. & in l. publia ff. depoſi. Et ſic ex prædictis concluditur computa negotiationum inter ipſos ſocios factarum fuiſſe ante dicti inſtrumenti confectionem inter eos facta ex illis uerbis pro reſto computorum habitorum perantea inter ipſas partes, ut dixerunt. ¶ Sed magis dubitatur, an ex his probetur, computa fuiſſe facta omnium, & quarumcunque rerum, ac negotiationum inter ipſas partes factarum ante dicti inſtrumenti confectionem, & per ea, quæ in ſententia primi iudicis continentur, uidetur dicendum, non negotiationis uini, quæ inter ipſos erat principalis, ſed aliarum rerum, & negotiationum computa facta fuiſſe, tum quia ſer Petrus ſe expreſsè obligauit ad reddendam rationem negotiationis uini, ut in quodam ſcripto manu ipſius facto continetur, & ideò niſi de computo huius negotiationis appareat, præſumi non debet ad ea, quæ habentur per Sozin. in conſil. 24. colum. 12. lib. 1. & Ange. in conſil. 285. col. 6. tum quia de computo negotiationis uini non apparet, ſed ſolum de computis aliarum rerum, ut in quodam libriculo conſtat, ergo uerba inſtrumenti debent referri ad computa, de quibus expreſsè conſtat. Quibus non obſtantibus, contrarium eſſe uerius dico, quòd ex uerbis inſtrumenti prædicti probatur, computa fuiſſe facta de omnibus rebus, & negotiationibus ipſum inſtrumentum precedentibus, & præ-
6 ſertim de negotiatione uini, nam † illa uerba pro reſto computorum habitorum per antea inter ipſas partes, ut dixerunt, ſunt pluralis numeri indefinitè prolata, ergo debēt in pluribus uerificari argumen. l. ubi numerus cum ibi not. ff. de teſtibus: nec eſt ratio, quare illa uerba magis debeant referri ad computa aliarum negotiationum, quàm ad computa negotiationis uini, ergo idem de omnibus eſt dicendū
7 arg. l. à titio ff. de uerbo. obliga. Item quia † uerba indefinita ſemper in iis uerificantur, in quibus militat eadem ratio l. ſi plures, & ibi Bar. in prin. & l. ſi ita relictum in prin. ff. de lega. 2. glo. in c. ut circa, & ibi Domin. de elect. in 6. Præ-
8 terea † in fauorabilibus uerba pluralis numeri indefinitè prolata æquipollent uniuerſali, & faciunt, ut omnia ſub ſigno indefinito contenta comprehendantur, ut not. in l. 1. ff. de reg. iur. & in c. 1. eod. tit. in 6. glo. in d. c. ut circa, & glo. & Cardi. in clem. 1. ut lit. pend. Bar. in l. 1. §. ſed ſi incertum ff. de uentre in poſſ. mitt. cum ſimil. Sed nos ſumus in fauo-
9 rabilibus, † quoniam per huiuſmodi uerba à ſer Petro creditore acceptata Thomas, & Bartholomeus dicuntur liberati reſpectu totius, ut in d. l. ſi quidem per Baldum, & alios, & in d. l. ſi ex pluribus in prin. & liberatio eſt fauorabilis l. arrianus ff. de action. & obligatio. ergo perinde haberi debet, ac ſi dictum fuiſſet pro reſto omnium, & ſingulorum computorum, & conſequenter etiam computa negotiationis ui-
10 ni comprehenduntur. Adde, quòd † hæc uerba generalia, & indefinita, quæ ſunt in ſe dubia, potius ſunt referenda ad cōputum negotiationis uini, quàm aliarum rerum, quia, ut ex ſcripto facto per ſer Petrum apparet, negotiatio uini erat potior, & magis in cōſideratione, & ſic principaliter, ergo uerba generalia in dubio potius in illa uerificari debent arg. l. boues §. hoc ſermone ff. de uerb. ſigni. item quia in dubio ſemper uerba generalia, & ambigua referenda ſunt ad id, quod eſt principalius, & magis in intētione arg. tex. & ibi Alex. in l. fi. §. ſi fideiuſſor ff. de iureiur. ubi iuramentum ſimpliciter, & generaliter præſtitum in dubio præſumitur præſtitum ſuper obligatione principali, & facit l. ſi emptione in prin. ff. de contrah. emp. Rurſus cum hæc uerba fuerint generaliter per ipſos Thomam, & Bartholomeū prolata, quoniā contēti, & cōfeſſi fuerunt ſe eſſe legitimos debitores ſer Petri ultra alias ſummas pecuniarū in ſumma ducatorum ſeptē pro reſto cōputorum habitorum, ut ſ. ſequitur, quòd ea debent interpretari contra ipſos Thomam, & Bartholomeū, qui legē potuerunt apertius dicere, & in fauorem ſer Petri, l. ſtipulatio iſta §. in ſtipulationibus ff. de uer. ob. l. ueteribus

ibus ff. de pactis, l. ſi in lege cum l. ſequen. & l. labeo, ibique glo. ff. de contrahen. empt. & conſequenter debet fieri interpretatio, ut ipſi dicantur confeſſi ſe eſſe debitores in ducatis ſeptem pro reſto computorum omnium negotiationum per antea habitarũ, & ſic etiã negotiationis uini, quia hoc modo intelligẽdo uerba illa generaliter prolata dicentur contra ipſos Thomam, & Bartholomeum in fauorem ſer Petri interpretari. Et ex præmiſſis colligitur reſponſio adductis ſupra in contrarium, nam quamuis ſer Petrus eſſet obligatus reddere rationem adminiſtrationis ſocietatis uini ex iuris diſpoſitione, quia eſt ſocius, ut ſupra, & non ex conuentione in ſcripto facto per ſer Petrum contenta, in quo non apparet ipſum ad hoc ſe ſpecificè obligaſſe, ſed ſolum ad apponendum inſtitorem expenſis ſocietatis, qui ipſi ſer Petro, & non alij rationem reddere teneretur, ut in dicto ſcripto habetur, tamen dico ſer Petrum de omnibus computum, & rationem reddidiſſe, ut de iure tenebatur, de qua rationis redditione, ac etiam de computis uini probatur ex uerbis illis inſtrumenti ducatos ſeptem pro reſto cõputorum habitorum &c. per ſupra dicta. Et ita iuris eſſe cõcludendum mihi uiſum fuit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Pœna certa adiecta in iis, in quibus intereſſe ſui natura debetur, ſolum pœna, & non intereſſe exigi poteſt:*
Niſi ultra damna, & intereſſe pœna quoque promiſſa eſſet num. 35.
Et niſi mora legalis ex delicto ipſo iure commiſſa foret num. 26.
2 *Intereſſe in contractibus bonæ fidei non debetur, niſi à die moræ,*
Et quomodo mora committatur, & num. 11. ubi hoc declaratur, & limitatur.
3 *Locatio eſt, quando quis ut inſtitor operas ſuas pro certa annua mercede locauit.*
4 *Debitor iudicialiter conuentus, qui obtulit ſe paratum ſtare liti, & iudicium ſuſcipere, non dicitur per litis conteſtationem in mora conſtitui:*
Et an, & quomodo hoc ſit uerum num. 27.
Debitor quantitatis à mora propter difficultatem excuſatur:
Et an hoc ſit uerum, & quando num. 28.
5 *Intereſſe intrinſecum tantum, & non extrinſecum, nec lucri ceſſantis propter moram debetur, niſi dolus, uel culpa interuenerit, & quod, et quale ſit iſtud intereſſe, & num. 29.*
6 *Interpellatio etiam legitimè facta, in qua nec dies adiecta, nec locus ſolutionis appoſitus fuerit, in mora conſtituit ad effectum, ut quis ad intereſſe teneatur:*
Et quomodo hoc procedat num. 30.
7 *Obligatus ad ſortem, et intereſſe dicitur reſpectu intereſſe ad quid incertum obligatus, & quoad illud, niſi eo liquidato, in mora dici non poteſt, & num. 31. ubi hoc declaratur.*
8 *Intereſſe etiam excedens duplum ueræ ſortis quando tanquam ſors exigi poſsit.*
9 *Negotiorum geſtor etiam ad lucra, & uſuras, quæ, & quas percipere potuiſſet, tenetur.*
10 *Vſurarum ratio in bonæ fidei iudiciis etiam de iure canonico à die moræ habetur, & quomodo.*
11 *Vſuræ ultra ſortem quando etiam mora non interueniente debeantur ab eo, qui pecunias alienas inuaſit, & in ſuos uſus conuertit, & quando mora requiratur.*
12 *Vſuræ inter ſolitos mercari, & negotiari loco intereſſe propter moram etiam uſque ad intereſſe lucri ceſſantis hodie etiã de iure canonico exigi poſſunt, & num. 16. & 21.*
13 *Mora etiam ex delicto ipſo iure committitur, & maior, ac potentior eſt illa, quæ mediante interpellatione contingit, & quare num. 18.*
14 *Vſuræ pecuniæ inuaſæ, & in ſuos uſus conuerſæ in ſolito mercari, ac negotiari etiam duplum in odium delinquentis excedere poſſunt.*
15 *Negotia aliena gerens, & pecuniam domini ocioſam tenens ad uſuras, quas dominus pecuniam illam exercendo exigere potuiſſet, tenetur.*
17 *Negotia aliquorum gerere promittens illis operas ſuas locãdo ſtatim, quo pecunias eorum inuadat, & in uſus ſuos conuertat, abſque alia interpellatione moram quacunque alia mora maiorem incidit.*
18 *Moroſus ex delicto ipſo abſque interpellatione tenetur de interitu rei, etiam ſi res aliàs eſſet penes dominum peritura.*
19 *Mora ob factum, & delictum ipſo iure abſque interpellatione commiſſa difficilius purgatur, quàm illa, quæ per interpellationem, & ob non factum commiſſa fuit.*
20 *Debitor in contractibus bonæ fidei propter moram commiſſam per interpellationem, & ob non factum ad uſuras tenetur, & propter moram ob factum, & delictum ipſo iure abſque interpellatione commiſſam ad uſuras etiam, quæ loco intereſſe lucri ceſſantis debentur:*
Maximè in creditore ſolito mercari.
21 *Intereſſe lucri ceſſantis eſt omni iure exigibile, et duplum ueræ ſortis excedere poteſt, & quatenus:*
Et unde hoc intereſſe proueniat.
22 *Intereſſe damni emergentis tantum quando, & quando etiam intereſſe lucri ceſſantis in contractibus bonæ fidei ob moram attendi debeat.*
23 *Inſtitores ſiue ex mandato, ſiue ex contractu locationis negotia alterius exercentes adminiſtrationis ſuæ rationem reddere, & reliqua omnia ſoluere tenentur.*
24 *In redditione rationum, & ſolutione reliquorum ueniunt etiam damna; ſeu uſuræ, quæ loco intereſſe à die moræ, & iuxta conſuetudinem regionis, in qua rationes exercentur, debentur.*
25 *Damna etiam ſub nomine intereſſe continentur.*
27 *L. ſi quis ſolutioni in prin. ff. de uſur. declaratur.*
28 *Difficultas an, & quando debitorem à mora excuſet.*
L. ratio §. ſi per uenditorem ff. de actio. emp. declaratur.
31 *Intereſſe conuentionale in caſu, quo quid non fieret, & conuenta non obſeruarentur, dicitur extrinſecum, & duplum excedere poteſt inter ſolitos mercari, & negotiari.*
32 *Intereſſe iure obligationis ueniens quoad rerum naturam eſt certum, licet quoad nos ſit incertum, & ante eius liquidationem peti, & mora commiſſa dici poteſt.*
33 *Moram non committi in liquidandis ante, quàm per iudicem declaretur, quomodo procedat.*
34 *Libellus incertus procedit, & incertum peti poteſt, quando declaratio, et liquidatio incertitudinis non eſt in poteſtate actoris, & creditoris, ſed iudicis.*
35 *Ex facto alieno, quod quis iuſtè ignorauit, obligari non debet:*
Quod limitatur num. 52.
36 *Debitoris mora ex eius facto, & culpa commiſſa fideiuſſori nocere non debet:*
Niſi fideiuſſor in omnem cauſam, uel per uerba pinguiora ſe expreſſè obligaſſet num. 52.
37 *Ignorantia iuſta à mora excuſat.*
38 *Fideiuſſoria obligatio alteri obligationi principalis accedit.*
39 *Intereſſe in contractibus bonæ fidei, & quod ex officio iudicis debetur, nõ eſt quoad principalem in obligatione, & an fideiuſſor ad illud teneri debeat, & num. 53. ubi hoc declaratur.*
40 *Fideiuſſor non obligatur, niſi pro ſorte, & intereſſe promiſſo, quod de præſenti deberetur:*
Quod limitatur nu. 42. & num. 54. ubi hoc declaratur.
41 *Fideiuſſoris obligatio ultra ſortem principaliter debitam non augetur ex eo, quod principalis obligatio ex mora ipſius aucta fuerit.*
42 *Fideiubens pro omni eo, et toto, quod ex omnibus prædictis creditor à principali debitore quouis modo habere debebit, dicitur in omnem cauſam fideiuſſiſſe, & non ſolum ad ſortem, ſed etiam ad uſuras, ac ad intereſſe decurſum, & decurrendum eſt obligatus:*
43 *Et non ſolum in contractibus bonæ fidei, ſed etiam in contractibus ſtricti iuris.*
44 *Fideiuſſor, qui in omnem cauſam ab initio ſpopondit, in contractibus bonæ fidei creditori ſolito negotiari ad omne damnum, & intereſſe lucri ceſſantis tenetur.*
45 *Fideiuſſor an, & quando ultra ſortem nihil præſtare teneatur, & quando etiam ad uſuras, & intereſſe teneatur.*
46 *Fideiubens in omnem caſum, ſeu cauſam quando ad intereſſe decurſum dumtaxat, & quando etiam ad decurrendum teneatur.*
47 *Mora debitoris principalis fideiuſſori, qui in omnem cauſam promiſit, nocet eo modo, quo nocet debitori principali.*
48 *Infinitas tolleratur, quando uerba ob ſui generalitatem ſunt ad infinitatem apta.*
49 *Fideiuſſor promittens in omnem cauſam, uel per alia uerba pinguiora ex facto proprio, & non alieno etiam ad damna, & intereſſe dicitur obligatus.*
50 *Vſura poſt moram debita ſuccedit loco intereſſe.*
51 *Intereſſe à ſolito mercari, ſeu aliàs negotiari utroque iure facilius exigi poteſt, quàm uſura.*
53 *Fideiuſſoria obligatio non ſolum obligationi, ſed etiam officio iudicis nobili, & mercennario poteſt accedere, & tunc largè obligationi accedere dicitur.*
55 *Approbans perſonam, & fidem alicuius, cum quo ego contraxi, ad quid*

tenea*tur,*

teneatur, ſi contrahens mecum damnum mihi doloſè intulit.

56 *Fideiuſſor quando etiam ante litem conteſtatam ad damna, & intereſſe pro reo principali teneatur.*

57 *Obligatus per certum tempus tantum etiam illo tempore finito poteſt quandocunque de geſtis per eum infra illud tempus conueniri.*

58 *Inſtitor rationi præpoſitus ex geſtis per eum obligatur etiam finito officio.*

59 *Fideiuſſor in omnem cauſam per unum annum tantum an teneatur ad intereſſe ſolum infra annum illum, an uerò etiam poſt annum decurſum.*

60 *L. titius ff. qui potio. in pigno. hab. declaratur.*

61 *Stante loci diſpoſitione, quòd à ſententia, quæ concorditer, & nulla inter eos diuerſitate exiſtẽte ab omnibus Rotæ auditoribus ferretur, appellari non poſſit, tacita illorum concordia ex ſententia iudicum reſultans non ſufficit, ſed expreſſè, & clarè de concordia omnium conſtare debet.*

62 *In correctoriis ad inducendam iuris communis correctionem mens tacita, & ſubaudita non ſufficit, ſed uerba ſpecialiter expreſſa requiruntur.*

63 *Falcidia per teſtatorem ſpecialiter, & expreſſè, & non per uerba generalia debet prohiberi.*

64 *In tollendo legem fundatam in aliqua ratione à iure diuino, uel à dictamine rationis naturalis deſcendente cauſa iuſta uerbis ſpecialibus expreſſa requiritur, nec illam tacitè ineſſe ſufficit.*

EPITOME.

Ad intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis ultra ſortem ſtatim ipſo iure teneri eum, qui negotia alterius gerens non fecit, quod debuit, & promiſit, & pecunias domini inuaſit, ac in ſuos proprios uſus conuertit, hic probatur:

Fideiubens pro aliquo pro omni eo, & toto, quod ex omnibus cauſis prius dictis, & ex aliis quis ab eo quouis modo habere debebit, dicitur in omnem cauſam fideiubere, & obligatus eſt etiam ad uſuras, & intereſſe etiam lucri ceſſantis, & ad omnia, & eodem modo, ad quæ, & quomodo principalis teneretur:

Et à quo tempore ad damna, & intereſſe teneatur:

Et ſi uoluit, obligationem per unum annum uenturum durare debere, an, & de quibus finito anno conueniri poſſit.

Appellatio ſi ſit prohibita à ſententia concorditer à pluribus lata, debet de concordia clarè, & per uerba ſpecialiter expreſſa apparere, nec ſufficit tacitè de illa conſtare.

CONSILIVM CXCIII.

Ex facti ſerie, quæ ex ſcripturis cauſæ, & conſiliis mihi exhibitis elici poteſt, plura oriuntur dubia, ſuper quibus in præſenti conſultatione requiſitus fui, ut ſententiam meam dicam, Primum eſt, an Laurentius Spinula à magnificis Gentilibus ad preces domini Bernardi Spinulæ inſtitor rationi, & negotiis eorum Lugduni præpoſitus teneatur dictis Gentilibus non ſolum de pecuniis ab illis habitis, & ſub eorum nomine ab aliis mercatoribus receptis rationem reddere, & reliqua ſoluere, ſed etiam ad damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis ipſorum Gentilium ſatisfactionem. Secundo dubitatur, an Bernardus Spinula, qui pro Laurentio fideiuſſit, & promiſit dictis Gentilibus pro omni eo, & toto, quod ex omnibus cauſis prædictis, uel aliis habere debebunt à dicto Laurentio quouis modo cum renunciatione iuris de principali, prout in apodiſſa ſuperinde facta continetur, obligatus ſit fideiuſſorio nomine ſatisfacere dictis Gentilibus non ſolum de pecuniis ueræ ſortis, ſed etiam de omnibus damnis, & intereſſe etiam lucri ceſſantis. Tertio, num Bernardus fideiuſſorio nomine teneatur ad damna, & intereſſe, ut ſupra, à die litis conteſtatæ, an uerò à tempore, quo Laurẽtius foro ceſſit, & pecuniam Gentilium inuaſit, ac in ſuos uſus conuertit. Quarto, cum Bernardus uoluerit fideiubendo pro Laurẽtio obligationem ſuam per unum annum proximum tantum eſſe duraturam, an ipſe potuerit ultra annum conueniri, & an pro damnis, & intereſſe ſolum infra dictum tempus, an uerò etiam poſt annum uſque ad ſententiam, uel aliud tempus decurſis. Quinto, an Bernardus, qui à tribus ex quinque auditoribus Rotæ ad damna, & intereſſe à die litis conteſtatæ citra decurſa fuit condemnatus, ab aliis uerò duobus Auditoribus fuit à damnis, & intereſſe penitus abſolutus, cenſeatur ab omnibus dictæ Rotæ Auditoribus quoad damna, & intereſſe ante litem conteſtatam decurſa abſolutus ita, ut quoad hoc intereſſe ante litem conteſtatam decurſum omnes Auditores potuerint in ſententiando dici concordes, & à tali ſententia in hac parte Gentiles ex regulis dictæ Rotæ appellare nequeant. ¶Quoad primam difficultatem, uidetur eſſe dicendum, quòd Laurentius ultra ſortem pro ſua mala, & doloſa adminiſtratione ad damna, & intereſſe, ut ſupra, non teneatur, ſed ſolum ad pœnam ſcutorum auri quingentorum appoſitam, & conuentam, ſecundum quod
1 apodiſſa obligationis continetur, quia † in iis, in quibus
intereſſe ſui natura debetur, ſi certa pœna ſit adiecta, illa ſolum exigi poteſt, & non intereſſe, cum pœna loco illius, & pro eius taxatione ratione ſuæ incertitudinis fauore creditoris adiecta dicatur, ut ab onere probandi intereſſe releuetur l. fin. ff. de prætor. ſtipulatio. & §. non ſolum Inſtit. de uer
2 borum obligatio. ¶Secundo † intereſſe in contractibus bonæ fidei non debetur, niſi à die moræ, quæ committitur uel interpellatione extraiudiciali legitimè facta, uel litis conteſtatione l. mora in principio cum gloſ. & cum §. in bonæ fidei, l. lite ff. de uſuris, & l. uinum cum glo. ibique ſcri-
3 ben. ff. ſi certum petatur. Sed † nos ſumus in contractibus bonæ fidei, hoc eſt in contractu locationis, quia Laurentius inſtitor operas ſuas locauit Gentilibus pro certa mercede annua ſcutorum auri centum, ut in apodiſſa habetur, argumento l. naturalis §. at cum do, & l. ſi tibi polienda ff. de præſcript. uerbis, l. j. §. ſi ueſtimenta, & ſequen. ff. depoſit. Inſtit. de locat. in princip. & §. fin. Inſtitu. manda. cum l. cuicunque §. item fullonum, & §. ſed & cum fullo, & l. 3. ff. de inſtito. ergo Laurentius non potuit ad intereſſe conueniri, niſi poſtquam in mora conſtitutus fuit, & ſic poſtquam fuit ad ius uocatus, & cum illo lis conteſtata, cum antea legitimè interpellatus non reperiatur.
4 ¶Tertio † quando debitor iudicialiter conuentus obtulit ſe paratum ſtare liti, & iudicium ſuſcipere, tunc etiam per litis conteſtationem non dicitur in mora conſtitui. l. ſi quis ſolutioni in princip. cum glo. ff. de uſuris: & ideò etiam à die litis conteſtatæ ad intereſſe non tenetur per prædicta: Sed Laurentius obtulit ſe paratum ſuſcipere iudicium, & ſtare liti, ac omni tempore ſortem debitam ſoluere, ſi ſibi facultas ſoluendi eſſet, ergo à mora excuſatus fuit l. ratio §. ſi per uenditorem ff. de actio. empt. iunctis iis, quæ inquit Salicet. in dicta l. uinum per textum in dicta l. ratio, quòd ille, qui ad quantitatem tenetur, à mora propter difficulta-
5 tem excuſatur. ¶Quarto † et ſi Laurentius fuit in mora per litis conteſtationem, uel prius per legitimam interpellationem iuxta notata per gloſam in dicta l. mora in princip. & in d. l. uinum, tamen ipſe debet ſolum teneri ad intereſſe, quod eſt circa rem, quod appellatur intereſſe intrinſecum (quod autem, & quale ſit hoc intereſſe, recurrendum eſt ad notata per Bartolum, & alios in l. unica C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt) non autem ad intereſſe extrinſecum, nec lucri ceſſantis l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem ff. de action. empt. niſi dolus, uel culpa interuenerit l. iulianus in principio, & ibi gloſ. & §. in his eodem titu. ¶Quinto & ſi dici poſſit, Laurentium fuiſſe inter-
6 pellatum ad ſoluendum, † tamen ex quo in interpella-

tione nec dies fuit adiecta, nec locus ſolutionis appoſitus,
ex tali interpellatione etiam legitimè facta non potuit di-
ci in mora conſtitutus ad effectum, ut ad intereſſe teneatur
l.aut qui aliter §.j. ff.quod ui, aut clam, l.4.& l.fin. C. de di-
7 ſtrac.pign.& Alex.in conſi.90.in fin.lib.5. Præterea † is,
qui ad ſortem certam, & intereſſe tenetur, quamuis ratio-
ne ſortis dicatur ad quid certum obligatus, tamen reſpectu
intereſſe ad incertum tenetur l.ubi autem nõ apparet §. qui
ſortem ff.de uerb.obli.ergo quoad intereſſe non potuit di-
ci in mora, niſi poſtquam per iudicem fuerit liquidatum,
Bal.per illum text.in l.ſi reſiduum C.de diſtrac.pign.& in l.
acceptam in 6.oppoſi.C.de uſur. per l.2.C.de uſur.& fruc.
rei lega.& habetur in l.quod te ff.ſi cer.peta.& conſequen-
ter Laurentius ante liquidationem intereſſe factam per iu-
dicem non potuit ad intereſſe conueniri, ſed ſolum ad ſor-
tem, quia ubi non eſt mora, ibi non eſt petitio l.nulla ff.de re
gul.iur.Bar.in l.ita ſtipulatus la grande ff.de uerborum obli
gatio.& habetur in d.l.quod te. ¶ Sed præmiſſis, & quibuſ-
cunque aliis minimè aduerſantibus, uerìſſimum de iure eſ-
ſe arbitror, quòd Laurentius ex ſua promiſſione, ac etiam
ex inuaſione pecuniæ dicitur eſſe obligatus non ſolum quo
ad ueram ſortem, ſed etiam quoad damnum, ſeu intereſſe,
quod Gentiles ſunt paſſi in ſoluendo uſuras, & intereſſe cre
ditoribus, à quibus Laurentius in nundinis, & feriis Lugdu
ni, aliorumque locorum maximam pecuniarum quantita-
tem ſub cambüs Gentilium nomine recepit, etiam quod il
lud damnum, ſeu intereſſe duplum ueræ ſortis exceſſerit,
8 nam † huiuſmodi intereſſe, quod Gentiles dictis creditori-
bus ſoluerunt, poſſunt à Laurentio tanquam ſortem exige-
re, argum.c.peruenit cum glo.ibique Abb.& Io.de Imo.ex-
tra de fideiuſ.Bal.in l.cunctos populos col. 3. C.de ſumma
trin.& fid.cath.& optimè probatur arg.l.ex contraria cum
glo.ff.de uſuris: ſed nulli dubium, quòd Laurentius tenetur
ad ſortem, ergo & ad illud intereſſe, quod Gentiles dictis
9 creditoribus ſoluerunt. ¶ Secundo † Laurentius, qui Gen
tilium negotia geſſit, tenetur etiam ad lucrum, ſeu ad uſu-
ras, quas potuiſſet lucrari, & percipere ex pecuniis, quas à
Gentilibus, & ab aliis eorum nomine habuit l.at qui natura
10 §.non tantum ff.de neg.geſt.quia † in bonæ fidei iudiciis,
quale eſt iudicium negotiorum geſtorum, rationem uſura-
rum à die moræ haberi certum eſt l.2. l.in bonæ fidei C. de
uſuris, & l.curabit C.de actio. empt. quod uerum eſt etiam
de iure canonico, ut per glo.ibi, & in d.l.2. Quæ uſuræ in
ſolito negotiari duplum, & eatenus, quatenus lucrari quis
potuiſſet, excedere poſſunt, ut infra dicetur, & arg.l.ſocium
in prin.ff.pro ſocio, glo.& Abb.in c.conqueſtus de uſuris, in
c.cum uenerabilis colum.3.de exceptio. & in c.per ueſtras
de donatio.inter uir.& uxor. & hoc modo arguendi in ſimi
li utitur Bart.in l.centum colum.penult.ff.de eò, quod certo
loco, junctis iis, quæ dixit in l.3.§.nunc de officio eod.tit.
11 ¶ Præterea † ex quo Laurentius foro ceſſit, & pecunias
Gentilium inuaſit, ac in ſuos uſus conuertit, teneri debet nõ
ſolum ad reſtituendum ſortem, ſed etiam ad uſuras, mora
non interueniente l.j.§.j.ff.de uſuris, ubi caſus: Et quamuis
allegetur in contrarium text.in d.l.ſocium in prin.ubi uſuræ
non debentur, niſi à die moræ ratione intereſſe, ut inquit ibi
glo. tamen pro ſolutione dicendum eſt, quòd aut ſumus in
caſu, in quo quis pecunias alienas, ſiue communes ſine de-
licto exercet, & tunc ad uſuras non tenetur, niſi quatenus
interſit à die moræ d.l.ſocium, aut mediante delicto pecu-
nias alterius exercuit, ſeu inuaſit, & tunc abſque interpella-
tione, & ſic abſque mora, quæ per interpellationem com-
mittitur, domino ad omne damnum, & intereſſe etiam lu-
cri ceſſantis tenebitur ex quadam mora legali, quæ ipſo iu-
re ſtatim à die delicti, & inuaſionis commiſſa fuit d.l.j. §.j.
& licet hodie uſuræ non ſint exigibiles, ut inquit glo.in d.§.
non tantum, & habetur in l. cunctos populos C. de ſumma
12 trinita.& fid.catho.cum ſimilibus, tamen † quando ſumus
inter ſolitos mercari, & negotiari, poſſunt à die moræ peti
uſuræ, quæ ſuccedunt loco intereſſe etiam lucri ceſſantis l.
quamuis in fin.cum l.ſequen.ff.de pignorat.actio.&, ut ſta-
tim dicetur, quamuis mora regulariter propriè dicatur per
interpellationem extraiudicialem, uel iudicialem commit-
13 ti, ut dictum fuit, tamen † etiam ipſo iure committitur ex
delicto puta furti, uel inuaſionis illicitæ: quæ mora maior,
durior, potentiorque eſt illa, quæ mediante interpellatio-
ne contingit, per ea, quæ inferius ſtatim dicentur: Et hac de
cauſa is, qui pecuniam inuaſit, etiam ad uſuras pecuniæ in-
14 uaſæ tenetur, ut in dicta l.j.§.j. Quæ † uſuræ in odium de-
linquentis in ſolito mercari, & negotiari etiam duplum ex
cedere poſſunt l. qui ſemiſſes in princip. ff. de uſuris cum
15 aliis infra dicendis. Accedat ad hæc, quòd † ſi ille, qui
negotia aliena gerit, & pecuniam domini ocioſam tenuit,
ad uſuras tenetur, quando dominus pecuniam ſuam exerce
re ſolitus erat d.l.qui ſemiſſes §.fin.à contrario ſenſu, ergo
à fortiori teneri debet, ſi pecuniam domini inuaſerit, ac in
ſuos uſus conuerterit, & propterea etiam ad illas uſuras te-
nebitur, quas dominus ſolitus negotiari exigere potuiſſet,
ne melioris conditionis ſit ſtultus, quàm peritus, & inuaſor,
quàm bonæ fidei negotiorum geſtor argumento l. ſeruius
ff.quod ui, aut clam. & has uſuras pecuniæ inuaſæ tenebi-
tur ex dicta mora ſoluere, non ut meras uſuras, quæ hodie
& de iure canonico ſunt prohibitæ, ut inquit glo.in dicto §.
non ut tantum, ſed ut intereſſe propter moram ipſo iure
16 incurſam: † Quæ uſuræ hodie etiam de iure canonico in
ſolitis mercari, & negotiari ſunt debitæ, & exigibiles, ut di-
xi, uſque ad intereſſe etiam lucri ceſſantis, argumento d. l.
ſocium in principio, & d.l.qui ſemiſſes, glo.& Abb. in dicto
c.conqueſtus, in dicto c.cum uenerabilis, & in d. c. per ue-
ſtras, & Innocen.in c.ſacro de ſenten. excommunicat. cum
aliis ſupra allegatis. ¶ Tertio principaliter, ut iam dixi,
17 † Laurentius, qui Gentilibus fidem ſuam dedit, & promi-
ſit ſe nomine illorum negotia exercere bona fide illis ope-
ras ſuas locando, de cuius contractus locati natura eſt, ut
bona fides inter contrahentes ſeruetur l.bona fides ff. de-
poſiti cum ſimilibus, ſtatim quo contrarius fuit bonæ fidei
aufugiendo, & pecuniam dominorum ſuorum inuadendo,
ac in uſus ſuos conuertendo, abſque alia interpellatione
moram, ut ſupra, incidit, & maiorem quacunque alia mo-
ra l.j. §.rectiſſimè, & l.merito in finalibus uerbis ff. de ui,
& ui arma.l.in re furtiua in fine, & l.fin.ff.de condic.furti.l.
fin.cum aliis ibi not.C.de condic.ob turpem cau. Alexand.
& alij in l.quod te colum.4.ff.ſi certum peta.poſt gloſam in
18 d.l.mora ff.de uſuris: & ideò † hæc mora in hoc alia qua-
cunque maior, & potentior eſſe dicetur, quia facit moro-
ſum teneri de interitu rei, ſiue res aliàs eſſet penes domi-
num peritura, ſiue non, ut in d.l.j.§.rectiſſimè, & d.l.fin.
glo.in d.l.merito, ibique Bartol.l.illud, & argumento l.item
uidendum in principio ff.de petitio. hæredita. & prout not.
19 per gloſam in d.l.mora in princip. † Difficilius etiam hæc
mora purgatur, quàm illa, quæ per interpellationem, & per
non factum commiſſa fuit, ut infertur ex uerbis Bartoli in l.
ſi inſulam quæſtio.6.ff.de uerborum obligatio. & Franciſc.
de Aretio in conſil.157.incipien.in Chriſti nomine &c. ui-
ſis diligenter narratis circa finem. Ex quibus infertur,
20 quòd † ſi ob moram, quæ propter non factum, & per in-
terpellationem committitur, debitor in contractibus bonæ
fidei tenetur ad uſuras, quæ actione, uel officio iudicis peti
poſſunt, d.l.mora §.in bonæ fidei, & not. per gloſ. in d.l.ſo-
cium in prin.d.l.uinum, d.l.quod te cum ibi not.& cũ ſimil.
iam allegatis: ad hoc, ut hac mora ipſo iure commiſſa, magis
dicatur obligari, ad illas uſuras tenebitur, quæ loco intereſ-

ſe lucri ceſſantis debentur, quod maius, & grauius cenſe-
tur, quàm intereſſe damni emergentis, alioquin hæc mora
non diceretur maior, nec plus, quàm mora, ut uoluit Areti.
in dicto conſilio in finalib. verb. & colligitur ex iis, quæ uo-
luit Bart. in d. l. 3. §. nunc de officio circa finem, & in dicta l.
vnica circa finem C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt,
& videtur probari in dicta l. j. §. j. ff. de uſuris, & præſertim
quando creditor eſſet ſolitus mercari, & pecunias ſuas exer
cere, non autem ocioſas tenere, ut concludunt Barto. & fe-
rè omnes in dicta l. vnica circa finem, argumento d. l. qui ſe-
miſſes. §. j. & Bartol. in d. §. nunc de officio: & hoc argumen-
to in ſimili utitur Bartol. poſt Petrum in d. l. centum co-
21 lum. 3. in fin. ff. de eo, quod certo loco: Quod † intereſſe
lucri ceſſantis duplum ueræ ſortis excedere poteſt, ut habe
tur per Bartolum in dicta l. unica, & in dicto §. nunc de offi
cio, & Innocen. in d. c. ſacro: Et hoc intereſſe eſt illud, quod
prouenit ex re, & plus ex induſtria hominis, ut mercatoris,
& alterius ſoliti negotiari, Bald. in dicta l. unica colum. 8.
quod eſt omni iure exigibile, argumento l. ſi in lege §. ſi co-
lonus, & in l. ſi fundum §. final. ff. locati, d. §. nunc de officio
cum glo. & Bartol. ibi, & in dicta l. unica colum. 9. Abb. in
dicto cap. conqueſtus, & in dicto cap. cum uenerabilis cum
aliis præallegatis: & dicit Barto. ibi, quòd hoc intereſſe lu-
cri ceſſantis poteſt duplum excedere, & eatenus, quatenus
ex argumentis, & aliis oſtendi poteſt, creditorem potuiſſe
lucrari, & præcipuè quando hoc intereſſe debetur ex mo-
ra, quæ ipſo iure ex delicto committitur, ut ibi per eum,
quem alij communiter ſequuntur, ueluti atteſtatur Aretin.
in dicto conſilio 157. Ex his itaque patet, quòd intereſſe
lucri ceſſantis poteſt legitimum modum intereſſe, & uſura-
rum excedere. ¶ Non obſtat l. ſi ſterilis §. cum per uendi-
torem ff. de actio. empt. ubi huiuſmodi intereſſe lucri ceſſan
tis etiam in contractibus bonæ fidei in conſideratione eſſe
non debet, ſed ſolum intereſſe commune, damnique emer-
22 gentis, ut ibi, quia reſpondetur † illum textum loqui in
eo, qui non eſſet ſolitus mercari, ſeu negotiari, Bartol. in di
cto §. nunc de officio in finalib. uer. & in dicta l. unica, item
loquitur ille text. de intereſſe, quod regulariter ex mora in
contractibus bonæ fidei debetur, aliud uerò eſt in intereſſe,
quod debetur ratione delicti, & ſic ex mora, quæ ex deli-
cto, & malefacto ipſo iure committitur, ut per Bartolum in
dicta l. unica colum. 4. & 9. circa finem, & Aretin. in d. con-
ſilio cum aliis ſimilibus. ¶ Rurſus cum Gentiles conſueti
ſint pecunias ſuas exercere, illaſque ocioſas non tenere, ſi
Laurentius, qui eorum negotia gerebat, pecunias illorum
ocioſas tenuiſſet, utique ipſis Gentilibus obligatus fuiſſet
ad damna, & intereſſe, ſeu ad uſuras maximas, quæ loco
intereſſe debentur, argumento d. l. qui ſemiſſes §. 1. iuncta
glo. in uerbo ex conſuetudine, ergo à fortiori debet ad om-
ne Gentilium intereſſe teneri, foro cedendo, & pecunias
dominorum inuadendo, illaſque in ſuos uſus conuertendo,
cum hæc maior mora dicatur illa, quæ in tenendo pecunias
ocioſas committitur, ut optimè probatur ex prædictis, &
hoc expreſſè uoluit glo. fin. in dicta l. qui ſemiſſes §. final. &
argumento d. l. j. §. j. & l. idemque §. ſi procurator ff. manda.
Ex quibus omnibus clarè infertur, quòd ad conſtituendum
dictum Laurentium in mora ad effectum uſurarum, & in-
tereſſe non debuit expectari extraiudicialis interpellatio,
nec etiam iudicialis, quæ fit per litis conteſtationem, cum à
die fugæ arreptæ, & inuaſionis pecuniæ ſtatim, & ipſo iure
dicatur in mora conſtitutus quoad omnem effectum moræ
magis, quàm ſi extraiudicialiter, uel iudicialiter fuiſſet inter
23 pellatus. ¶ Vltimo † inſtitores, qui ex mandato, uel ex
contractu locationis negotia alterius exercuerunt, tenen-
tur ſuæ adminiſtrationis rationem reddere, & reliqua om-
nia ſoluere l. 2. ff. de negotiis geſtis, & argumento l. j. §. offi-
cio, & ibi Barto. l. 2. & l. 4. in fin. cum ſequen. ff. de tutel. & ra
tio. diſtrah. Specula. in titu. de inſtrumen. edit. §. nunc uerò
aliqua colum. 17. uerſicu. ſed an ſimplex, iuncta l. cum ſer-
uus, & l. quamuis ff. de conditio. & demonſtratio. & l. non ſo
24 lum §. is, qui ff. de libera. lega. cum aliis pluribus: Sed † ſub
redditione rationum, & reliquorum ueniunt etiam dam-
na, & intereſſe, ſeu uſuræ, quæ ſunt loco intereſſe, & deben-
tur à die moræ, & ſecundum quod in regione, qua rationes
exercentur, eſt conſuetum, d. l. quamuis in fin. cum l. ſequē.
iuncta d. l. idemque §. ſi procurator, & Alexan. in conſi. 49.
uolum. 4. Quare cum Laurentius fuerit à Gentilibus inſti-
tor deputatus mediante contractu locationis cū certa mer
cede annua, & is pecuniam dominorum inuaſerit, atque ra
puerit illam in ſuos uſus conuertendo, potuit etiam ultra
intereſſe conueniri ad quadruplum totius ueræ ſortis l. ſi
negotia ff. mandati: Actio enim pœnalis deuoluitur in
actione bonæ fidei, ut mandati, ſeu negotiorum geſtorum,
uel locati, ut ibi habetur per gloſam, & ſcribentes.
¶ Non aduerſantur modo illa, quæ ſupra ex aduerſo di-
cta fuerunt, & in primis, quòd non eſt locus petitioni dam-
norum, & intereſſe, ſeu uſurarum, quæ in locum intereſſe
ſuccedunt, cum pro parte Laurentij certæ pecuniæ pœna
promiſſa fuerit, argumento §. non ſolum Inſtitut. de verbo-
rum obligatio. & l. fin. ff. de prætor. ſtipulatio. quia pro re-
25 ſponſione eſt animaduertendum, quòd † Laurentius prin
cipaliter promiſit, & ſe obligauit Gentilibus ad plura, quæ
partim in faciendo, & partim in non faciendo conſiſtebant,
& ſi aliter ſequeretur, quia ipſe facienda non fecerit, &
non facienda fecerit, & ex hoc damnum rationi Gentilium
contingeret, ipſe Laurentius promiſit Gentilibus damni
reſarcitionem, & ultra ſoluere illis ſcuta quingenta, ut aper-
tè ex apodiſſa conuentionis apparet: quæ damna etiam
ſub nomine intereſſe continentur, ut colligitur ex iis, quæ
habentur in dicta l. unica, ibique Bartol. Bald. & alij poſt glo
ſam C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt: & ultra inte-
reſſe, & damna ſimiliter quingenta loco pœnæ ab eo pro-
miſſa fuerunt, quæ propter moram debentur, & peti poſ-
ſunt, uidelicet ſi Laurentius fuerit in mora faciendi, uel non
faciendi reſpectiuè d. §. fin. & d. l. fin. & l. ſtipulationes non
diuiduntur uerſicu. celſus cum §. ſequen. uſque ad finem, l.
cum quid, & l. continuus §. penultim. ff. de uerborum obli-
gatio. Sed Laurentius promiſſa non obſeruauit, nec adim-
pleuit ea, quæ facere promiſit, ergo non ſolum potuit con-
ueniri ad ſcuta quingenta loco pœnæ promiſſa, ſed etiam
ad damna, & intereſſe, cum utrunque in caſu contrauen-
tionis promiſerit, argumento eorum, quæ habentur in dicta
l. ſtipulationes non diuiduntur, & c. raynutius de teſtamen.
ubi teſtator per illa uerba Alterochæ filiæ ultra dotem,
quam ei dederat, domum, & quendam hortum eodem te-
ſtamento relinquens cenſetur filiæ utrunque reliquiſſe, do-
tem uidelicet, domum, & hortum l. ſi ſic ff. de legatis 3. ſe-
cundum gloſam in dicto capit. raynutius in uerbo dotem,
quam omnes ſcribentes ſequuti fuerunt, & ibi ego latius di-
xi: Damnorum autem appellatione in caſu, de quo agitur,
ob dictam moram intereſſe etiã lucri ceſſantis in ſolito ne-
gotiari contineri poteſt, ut ex prædictis colligitur. Præ-
26 terea † ultra moram in non faciendo, uel faciendo re-
ſpectiuè per Laurentium commiſſam ipſe incurrit aliam
moram maiorem, quæ legis eſt, ea uidelicet, quæ ipſo iu-
re ex delicto, & inuaſione, ſeu furto, & rapina pecuniæ
commiſſa fuit, propter quam conueniri potuit non ſolum
ad pœnam legis, ſed etiam ad damna, & intereſſe quo-
que lucri ceſſantis, quæ ſub nomine uſurarum poſt ta-
lem moram contineri poſſunt, argumento dictæ l. ſi nego-
tia cum gloſa ff. mandati cum aliis ſupra latè deductis:
Et ex his ceſſat primum fundamentum.

Secun-

¶Secundum motiuum ex ſuperius dictis ſublatum eſſe apparet, quoniam licet ſimus in contractibus bonæ fidei, tamē Laurentius condemnandus eſt ad omne intereſſe ratione moræ legalis ex delicto, & ſuo male geſto, latitando, & pecuniam Gentilium inuadēdo, expilando, & in ſuos uſus mala fide conuertendo in graue dominorum ſuorum damnū, & præiudicium, ilico, & ipſo iure commiſſæ, vt iam dictum fuit. ¶Non obſtat tertium, quòd Laurentius non potuit dici in mora conſtitutus per interpellationem, nec per litis conteſtationem, ex quo ſe paratum obtulit litem, & iudiciū ſuſcipere, argumento l. ſi quis ſolutioni in prin. cum glo. ff. de vſuris, ac etiam obtulit ſe paratum ſortem debitam ſoluere, ſi facultatem ſoluendi haberet, ob quam oblationem incurſum moræ euitaſſe dicitur l. ratio §. ſi per uenditorem ff. de actio. emp. & ideò ad intereſſe etiam à die litis conteſtatæ conueniri non poteſt, nam prædictis iuribus reſpon-
27 detur, & primo † textui in d. l. ſi quis ſolutioni, quòd procedit, quando ille, qui ſe obtulit paratum litem ſuſcipere, nōdum fuerat in mora conſtitutus, & iuſtam litigandi cauſam habuit, ſecus ſi iam fuerat in mora conſtitutus, quoniam poſtea offerendo ſe iudicium ſuſcipere, nō dicitur moram purgare l. fin. ibique Paul. de Caſtr. expreſsè ff. de condic. furti. At Laurentius iam fuerat in mora conſtitutus per delictū ab eo commiſſum inuadendo, & exportando pecuniam Gentilium d. l. fin. cum alijs ſupra allegatis, ergo morā hoc modo purgare non potuit, ueluti optimè Paul. de Caſtr. in d. l. fin. ita diſtinguit. Præterea ſi Laurentius nondum fuit in mora conſtitutus, quomodo poteſt moram euitare, offerendo ſe paratum liti, cum iuſtam litigandi cauſam non habuerit? Niſi diceremus, quòd furando, ſeu pecuniam alienam inuadendo ipſe iuſtam litigandi cauſam contra Gentiles habuerit, quod ſanè fatuum eſſet dicere, & contra d. l. fin. cum d. l. merito ff. de vi, & vi arma. vnde conſtat textum in
28 d. l. ſi quis ſolutioni parum, aut nihil facere. † Textui autē in d. l. ratio §. ſi per uenditorem poteſt reſponderi ex mente Barto. cuius opinionem defendit Alexand. in d. l. uinum colum. 5. & 6. qui dixit, quòd debitor quantitatis ob difficultatem à mora non excuſatur per l. incendium C. ſi cer. pet. & huic meæ intentioni optimè inſeruit diſtinctio Pauli de Caſtr. in d. l. uinum in illo membro, quando creditor nunquam fuit à debitore in mora conſtitutus, & creditori tempore obligationis nota non fuit difficultas ſoluendi, nam tūc difficultas debitoris illum à mora non excuſat, & hic eſt caſus noſter. Præterea quando difficultas prouenit ex iuſta cauſa, puta ob incendium, uel aliam iuſtam cauſam, tunc excuſat à mora d. §. ſi per uenditorem, c. ſignificante extra de pigno. & l. ſciendum in fin. ff. de uſuris, ſecus ſi non prouenit à iuſta cauſa, nam tunc difficultas à mora non excuſat: Sed Laurentius ſi fuit in aliqua difficultate (quod negatur, cum dolo malo pecunias alienas exportauerit argumento d. §. ſi per uenditorem cum glo. in ver. præſertim) in illam incidit culpa, immò dolo ſuo, ut ſupra, igitur non poteſt aliquo modo per eam excuſari, ut ibi traditur per Alexan.

¶Adde, quòd Alexand. in d. l. vinum colum. 6. inquit, textum in d. §. ſi per uenditorem nihil facere, ſi intelligatur, prout glo. ibi illum intelligit, cuius intellectus eſt communis, & uerior, ut intelligatur de difficultate proueniente ex parte creditoris, ob quam pecuniam ſibi debitam accipere non potuiſſet, nam tunc debitor à mora excuſatur, ſi obtulerit ſe paratum omni tempore pecuniam debitam ſoluere: ſecundum quem intellectum ille tex. nihil facit, cum in caſu noſtro difficultas recipiendi pecuniam debitam nūquam ex parte Gentilium adfuerit: Et hoc eſt, quod uoluit Alex. in d. l. uinum dicens, illum tex. nihil facere. Ruiſus tex. in d. §. ſi per uenditorem loquitur, quando dubitaretur, an ob difficultatem Laurentius excuſaretur à mora, quæ per interpellationem hominis committitur, at in caſu occurrenti iā ante moram commiſſam, ſeu per interpellationem hominis committendam à die, quo cum pecunijs Gentilium aufugit, fuerat cōſtitutus in mora legali ipſo iure commiſſa, fruſtra igitur dubitatur, an per interpellationem fuerit in mora conſtitutus, ex quo iam antea in mora legali erat conſtitutus, quæ maior eſt quacunque alia hominis mora, veluti eſt etiam de mente glo. in d. §. ſi per uenditorem in uer. uel quo in uerſi. tu dic, ubi conſiderat, an ab initio tempore contractus debitor fuerit in mora, ut quia ſic conuentum fuerit, nam tunc fit æſtimatio, quanti plurimi res fuerit à die moræ commmiſſæ ab initio contractus, ſi tunc mora fuerit commiſſa, aut à tempore interpellationis, ſi in mora prius non fuit. ¶Non aduerſatur quartum motiuum, quòd ſi Laurentius debet dici ad intereſſe obligatus à die moræ cōmiſſæ per interpellationem hominis extraiudicialem, uel iudicialem, ſolū debet teneri ad intereſſe, quod eſt circa rē, & quod eſt intrinſecum, non aūt ad illud, quod eſt extra rē, quale eſt intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis d. l. ſi ſterilis §. cum per uenditorem, quoniam & ſi huic textui in d. §. cum per uenditorem fuit ſupra reſponſum, tamen il-
29 la reſponſio corroboratur, quòd † tex. ille procedit, quando dolus, uel culpa debitoris non interuenerit, illis enim interuenientibus ad intereſſe extra rem tenebitur d. l. iulianus in prin. ibiq; glo. & in §. in his, ſed in caſu, de quo agitur, non ſolum culpa, ſed etiam dolus malus, & peſſimus Laurentij interuenit, argumento d. l. fin. ff. de condic. furti. d. l. 1. §. rectiſſimè, & d. l. merito ff. de ui, & ui arma. l. inter ſtipulantem §. penul. ff. de uerborum obligatio. cum alijs pluribus ſupra allegatis, ergo ipſe tenetur ad ſatisfactionem intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, quod à creditore ſolito mercari exigi poteſt, ut iam pleniſſimè dictum fuit.

¶Quinto non aduerſatur id, quod uoluit Alexan. in conſi. 90. in fin. lib. 5. quòd Laurentius non debet ad intereſſe teneri ratione moræ, ex quo in interpellatione de ſoluendo ei facta dies certus, & locus, in quo ſolutio eſſet facienda, non fuit adiectus argumento l. aut qui aliter §. 1. ff. quod ui aut clam cum alijs per eum allegatis, & Bart. in l. cum filius in fin. ff. de uerborum obligatio. quia ex prædictis reſponſio
30 colligitur, uidelicet † contenta in hoc motiuo procedere ad conſtituēdum debitorem in mora hominis, ſecus ad conſtituendum in mora legis, quæ ex delicto ipſo iure ſtatim committitur, & hac de cauſa dicitur maior, & potētior mora, in qua nec interpellatio, nec appoſitio diei, & loci requiritur, ut omnia patent per iam dicta. ¶Non obſtat ultimum motiuum, in quo pro parte Laurētij fit tota uis, quòd ipſe quoad intereſſe aliquod non potuerit dici in mora cōſtitutus, cum illud fuerit incertum, & nō liquidum, per not. à Barto. in l. acceptam in 6. oppoſ. C. de uſuris, & in l. ſi reſiduum C. de diſtrac. pigno. nam huic fundamento poteſt reſponſum accommodari, quòd hoc intereſſe in caſu iſto petitum eſt conuentionale, & iure actionis exigitur, quia Laurētius in caſu, quo ipſe non facceret, & non obſeruaret conuēta dictis Gentilibus, promiſit damna, & ultra quingenta, ut
31 in apodiſſa: Ex quibus duo inferuntur, primum, quòd † hoc intereſſe dicitur extrinſecum, & duplum excedere poteſt eatenus, quatenus poteſt dici intereſſe, ut per Bar. in d. l. unica colum. 2. & 7. & melius in 9. per d. l. iulianus in prin. cum l. 2. in fin. ff. de eo, quod certo loco, & hoc, quando ſumus inter ſolitos mercari, & negotiari d. l. 2. in fin. & per Bart. in l. non utique §. nunc de officio eodem titu. & in d. l. unica co-
32 lum. 9. Secundum infertur, quòd † licet intereſſe, quod uenit iure obligationis, quoad nos uideatur incertum, d. l. ubi autem §. qui ſortem, tamen quoad rerum naturam dicitur eſſe certum, Bart. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur colum. ulti. ff. de uerborum obligat. quo fit, ut poſt moram

pet.

peti poſſit,& in libello deduci,quia ea, quæ per rerum natu
ram ſunt in ſe certa, non morantur obligationem, nec eius
petitionem,quamuis apud nos ſint incerta, ut inquit tex.in
§.conditiones in fin.uer.Inſtit.de uerborum oblig. & faciũt
not.per Bart.in d.l.unica circa penult.colum. Vnde licet in
caſu noſtro,in quo Laurentius fuit in mora,& plus,quam in
mora per ſupradicta,fuerit obligatus ad damna,& intereſ-
ſe,quæ ſunt quoad nos incerta, ſed quoad rerum naturam
certa,tamen non obſtante huiuſmodi incertitudine, & an-
te illorum liquidationem mora potuit dici commiſſa, & hu
iuſmodi damna,ac intereſſe peti potuerunt,ut colligitur ex
deductis per Bartol. in d.l.unica in antepen. colum.& facit
tex.cum gl.in l.ſi libertos ff. de oper. liber.Nec refragari ui
33 dentur ea, † quæ uoluit Bald. in d.l.acceptam, & in d.l.ſi
reſiduum,cuius uerba ſunt hæc, in liquidandis non contra-
hitur mora ante,quam per iudicem declaretur l.2.C.de uſu
ris,& fructi. lega.nam procedunt quoad debitum principa
le,quod eſſet incertum, non autem quoad intereſſe, quod
iure actionis uenit in conſequẽtiam principalis debiti, quo
etiam tunc ſufficit,debitorem fuiſſe in mora ad effectum, ut
34 peti poſſit,iuribus ſupra allegatis. Præterea † quando de-
claratio,& liquidatio incertitudinis non eſt in poteſtate cre
ditoris,ſed iudicis ex deductis,ſeu deducendis coram ipſo,
tūc procedit libellus incertus,& incertum iſtud peti poteſt;
ſecus ſi liquidatio eſſet in poteſtate actoris,ut ſignanter uo
luit Barto.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur colum. ultim.
& ex his ultimum motiuum ſublatum eſſe uidetur.
¶Aggredior ſecundum articulum, in quo tota ferè difficul
tas præſentis conſultationis reſidere uidetur, num Bernar-
dus Spinula fideiuſſorio nomine dicti Laurentij teneatur
ipſis Gentilibus non ſolum ad ſortem, ſed etiam ad omnia
damna,& intereſſe quoque lucri ceſſantis; cum Bernardus
pro Laurẽtio fideiuſſerit pro omni eo, & toto,quod ex om
nibus contentis in promiſſione ipſius Laurentij principalis,
uel ex alijs cauſis, ex quibus Gentiles à Laurentio quouis
modo habere debebunt cum renuntiatione de principa-
li &c.ueluti ex apodiſſa conſtat, in qua hæc omnia perſpici
poſſunt: & quòd Bernardus ad præmiſſa non teneatur, poſ
ſent allegari omnia ferè illa,quæ ſupra in præcedenti arti-
culo fuerunt conſiderata:Quibus tamen eodem modo pro
Gentilibus contra Bernardum reſponderi poteſt, quo illis
contra Laurentium fuit reſponſum. Sed ultra illa etiam nõ
nulla alia poſſent pro Bernardo excogitari, & in primis
quia ipſe ex mora Laurentij ſaltem ad intereſſe obligari nõ
35 debet,nam † ex facto alieno, quod quis iuſtè ignorauit,
obligari, ſeu teneri non debet l.ſi quis dolo ff.de re iudica.
& l.qui in ius ff.de regul.iur.ſed ſolum ex facto ſuo,& pro-
pria mora, & conſequenter ſolum à die litis ſecum conte-
ſtatæ, quo tempore Bernardus ex ſuo facto in mora fuiſſe
36 dicitur,quia † mora debitoris ex eius facto, & culpa com
miſſa non debuit fideiuſſori nocere l. ſi poſt moram, quæ
37 eſt l.fin.ff.de eo,quod cer.loco: item quia † iuſta ignoran
tia excuſat à mora l.quod te.ff.ſi certum pet. l.ratio §.ſi per
uenditorem ff.de actio.empt.& l.ſi quis ſolutioni ff.de uſu-
38 ris. ¶Secundo † fideiuſſoria obligatio dicitur alteri
obligationi principalis accedere l. 1. C. de fideiuſſor. ſed
39 † intereſſe in contractibus bonæ fidei non eſt quoad prin-
cipalem in obligatione, quia debetur officio iudicis l.quia
tantundem ff.de nego.geſtis, l.lucius titius ff.de poſi.& l.4.
C.depoſiti,& illa, quæ ueniunt ex officio iudicis etiam nobi
li,non ſunt in obligatione l. qui per concluſionem in fin.ff.
de actio. emptio. ergo Bernardus fideiuſſor ad intereſſe te-
neri non debet,quia illud uenit ex officio, nec ſub obligatio
40 ne fideiuſſoria continetur. ¶Præterea † fideiuſſor, qui
obligationi accedit,non obligatur,niſi pro ſorte,& intereſ-
ſe promiſſo,quod de præſenti debebatur l. ſi à colono ff.de
verbo.obliga.Bald.in conſi. 436.quidam odoriſius lib.2.&
41 Abb.in conſi.74. uolu.2.& † ex eo, quòd ob moram ortã
ex facto,ſeu malefacto Laurẽtij obligatio ipſius fuerit quo
ad intereſſe aucta, non debet obligatio Bernardi fideiuſſo-
ris ultra ſortem principaliter debitam augeri l.ſi.ff.de fide-
iuſſ.glo.magna circa medium in l.centum capuæ ff. de eo,
quod cer.loco: Et hac ratione fideiuſſor ad pœnam non te
netur,quia ſe ad illam non obligauit,argumento.l.lucius §.
1.& l.libertus in fin.ff.ad municipa.glo.in l.penul. in ver.ac
ceptus ff.de eo, quod cer.loco. ¶Sed præmiſſis,& alijs,
quæ ſupra in primo articulo pro Laurẽtio adducta fuerũt,
non aduerſautibus, contrariam ſententiam reor eſſe verio
rem,quòd Bernardus teneatur Gentilibus nõ ſolum ad ſor
tem, ſed etiam ad omne damnum, & intereſſe etiam lucri
ceſſantis, ſicut ipſe Laurentius tenetur, & obligatus eſt à
42 die,quo foro ceſſit,& pecunias Gentilium inuaſit,nam † ex
quo ipſe Bernardus ab initio ante moram fideiuſſorio no-
mine promiſit pro omni eo,& toto, quod ex omnibus præ-
dictis, uel alijs Gentiles à dicto Laurentio quouis modo ha
bere debebunt, dicitur in omnem cauſam fideiuſſiſſe,& pro
pterea eſt obligatus non ſolum ad ſortem,ſed etiam ad uſu-
ras,ergo magis ad intereſſe decurſum,& decurrendũ,quod
non eſt ita odioſum, ſicuti ſunt uſuræ, prout arguit Barto.
poſt Pet.in d.l.centum colum.3.per tex.not.in l.quæro in
prin.ff.loca.& expreſsè habetur per Alexand. in conſi.34.
43 uolum.2.qui in terminis loquitur: Et † hoc nõ ſolum pro
cedit in cõtractibus bonæ fidei, de quibus loquitur d.l.quæ
ro, ſed etiam in contractibus ſtricti iuris, quando fideiuſſor
in omnem cauſam promiſiſſet,ut uidetur tex. in l.ſi ſeruum
§.nũc autem verſi.acceſſores quoque, ibi acceſſoribus quo
que ſuis id eſt fideiuſſoribus perpetuant obligationem,quia
in totam cauſam ſpoponderunt: & Bernardus non ſolũ te-
netur propter moram Laurẽtij, ſed etiam propter moram
ſuam,in quam per litis conteſtationem ſecum factam incur
rit,argumento l.lite ff.de uſuris, & habetur in d.l. uinum, &
in d.l. quod te: & ſic Bernardus ex duplici mora dicitur te-
neri ad dictum intereſſe decurſum à die, quo Laurentius
Gentiles decepit, illorum pecunias inuadendo, & in ſuos
44 vſus conuertendo.Et quòd † fideiuſſor,qui in omnem cau
ſam ab initio ſpopondit, in contractibus bonæ fidei tenea-
tur creditori ſolito negotiari ad omne damnum,& intereſ-
ſe lucri ceſſantis,uolunt ſcriben.communiter Bar.Caſtr.Sa
lice.glo.& alij in d.l.quæro in prin.nec non Salice. & alij in
l.fin.& glo.in d.l.centum capuæ ff.de eo, quod cer.loco,iun
ctis uerbis Bar.in d.l.utique §.nunc de officio eod.titu.& in
d.l.vnica colu.9.C.de ſenten.quæ pro eo,quod inter. quo
niam in ſolito mercari de iure quoque canonico in foro ec
cleſiæ locus eſt intereſſe etiam lucri ceſſantis, ut ſupra dixi.
Et in hac ſpeciè quòd fideiuſſor teneatur ad omne dãnum,
& intereſſe etiam lucri ceſſantis,uoluit Bal.in conſ.58.qui-
dam fideiuſſores lib.4.& in conſi.285.ſtatuto cauetur in ſi.
lib.2.qui optimè loquitur,Roma.in conſi.101.Abb.in cõſi.
7.& 60.lib.2.& Alex.in conſi.220.cum ſequen. uolum.2.&
quamuis hoc in caſu dubium uideantur facere aliqua iura
probantia, fideiuſſorem ultra ſortem nihil præſtare teneri,
ut eſt tex.in l. 2.§.fin.ff.qui ſatiſda.cog.in l.fideiuſſores,& in
45 l.fideiuſſor ſortis eo.tit.tamẽ † Salic.in d. l.quæro in prin.
diſtinguit notabiliter,quòd aut fideiuſſit terminatè,& limi-
tatè,puta pro ſorte tantum, uel eius parte,uel pro vſuris tã
tum,& tunc limitatio ſuos terminos non excedit l. ſolutum
§.2.ff.de pigno.actio.& l.fin.ff.de eo,quod cer. loco ſecun-
dum unã lecturam cum iuribus ſupra allegatis,quia limita-
ta cauſa limitatũ producit effectum l.in agris ff.de acqui. re
rũ dom. Aut fideiuſſor promiſit ſimpliciter dicendo, fideiu
beo pro tali,& tũc licet in hoc caſu variæ fuerint opiniones
inter Placen.& Ioan.gloſſatores,tamẽ doctores, reiecta opi
nione

nione Placentini ſententiam Ioannis communiter receperunt, quòd fideiuſſor teneatur ad ſortē, & ad uſuras, hoc eſt ad intereſſe, ſiue uſuræ, & intereſſe debeātur per ſtipulatio nē, ſiue per officium iudicis, nā omnia præſumūtur ſolēniter acta, §. fin. Inſti. de fideiuſſo. quæ opinio Ioan. probatur per multa iura, quæ allegat glo. in d. l. quæro Ioānis ſententiā ſe quens, & glo. in uer. augeri, ac etiam in glo. magna præce-
46 denti in d. l. centum capuæ, & ibi Bar. Aut † fideiuſſor promiſit in omnem caſum, ſeu in omnem cauſam, & tunc hæc generalis promiſſio ultra ſortem extenditur ad uſuras, & intereſſe iam decurſum, non autem decurrendum d. l. ſi à colono ff. de uerbo. ob. & hoc, quando fideiuſſor promiſiſſet per uerba de præſenti pro eo, quod reus dare debet, at ſi per uerba de futuro promiſiſſet, tunc tenebitur ad uſuras, damna, & intereſſe, quæ in futurum etiam ex mora debebuntur d. l. ſi à colono, & l. ſi ita ſtipulatus fuerim §. 1. ff. de uerbo. obliga. at in caſu, de quo agitur, Bernardus pro Laurentio promiſit generaliter per uerba de futuro pro omni eo, & toto, & pro omnibus aliis, quæ Gentiles ab ipſo Laurentio habere debebunt, ut in apodiſſa continetur, ergo dicendum eſt ipſum Bernardum fideiuſſorio nomine teneri ad omne damnum, & intereſſe decurrendū à die moræ ipſius Laurentij, ut colligitur ex diſtinctione Sali. Pauli Caſt. & glo. in d. l. quæro, & in d. l. centum: Immò optima ratione fortius dicendum eſt in hac ſpecie noſtra propoſita Bernardum teneri ad dictum damnum, & intereſſe Gentilium, cum is uerbis efficacioribus fideiuſſerit, uidelicet pro omni eo, & toto, quod ex omnibus prædictis cauſis, uel aliis ipſi Gentiles habere debebunt à dicto Laurentio quouis modo: quæ uerba idem, & plus important, quàm uerba illa promiſit in omnem cauſam, ut not. uolunt Bart. Sali. & alij in d. l. quæro in 2. notabili: Quinimmò ultra illa uerba pro omni eo, & toto, quod dare debebunt ex prædictis contentis uidelicet in apodiſſa, additū fuit uel aliis uidelicet cauſis quouiſmodo: Quæ uerba ſecundum mentem cuiuſlibet ſani intellectus abſque dubio ſunt apta cōprehendere quodcunque damnum, & intereſſe etiam lucri ceſſantis, quod dictis Gentilibus quouis modo deberi potuerit etiam ex cambiis, & aliis, cum ſimus in ſolitis mercari, ut uoluit Bald. in d. conſi. 58. lib. 4. per d. l. quæro: & faciunt optimè ea, quæ habentur per glo. & ſcriben. in d. l. centum, & in d. l. fin. poſt glo. ff. de eo, quod cer. loco, & hoc uoluit expreſſè Areti. in d. conſi. 157. & facit d. l. ſi ſeruum §. nunc autem cum aliis in primo articulo deductis. ¶ Rurſus ſi Laurentius principalis debitor, pro quo Bernardus fideiuſſit, tenetur ad omne intereſſe damni emergētis, & lucri ceſſantis à die moræ legalis ipſo iure commiſſæ à tempore, quo pecunias Gentilium inuaſit, & latitauit, ſeu foro ceſſit, ut latè dictum, & probatum fuit ſupra in primo articulo, ergo pariter debet teneri Bernardus, qui pro ipſo Laurentio fideiuſſorio nōie promiſit pro omni eo, & toto, quod Gentiles ex quibuſcūque cauſis quouiſmodo habere debebunt argumento d. l.
47 quæro cum gl. iunctis præmiſſis, quia † mora eo modo, quo nocet ipſi, nocet etiā fideiuſſori ſuo, qui in omnem cauſam promiſit d. l. ſi ſeruum §. nunc autem, l. moram ff. de uerbo. obliga. d. l. ſi quis ſolutioni in fin. princ. ff. de uſur. Bald. in d. conſi. 285. in fin. lib. 2. Alex. in d. conſi. 34. uolu. 2. & ad hoc optimè facit l. ſi ita ſtipulatus ſcio ff. de fideiuſſo. qui loquitur in contractibus ſtricti iuris, & allegatur per Bar. & alios,
48 quòd † quando uerba ob eorum generalitatem apta ſunt ad infinitatem, tolleratur infinitas: Sed ea uerba in omnem cauſam, ſeu illa pro omni eo, & toto, & quouis modo ex omnibus cauſis &c. apta ſunt ad infinitatem quoad obligandū fideiuſſorem magis, quàm illa, quæ habentur in d. l. ſi ita ſtipulatus ſcio, qui text. loquitur in contractibus ſtricti iuris, ergo in contractibus bonæ fidei, in quibus nos ſumus, fideiuſſores eo modo, quo principalem, obligabūt: Adde, quòd fideiuſſor ſimpliciter acceptus tenetur ad uſuras per ſtipulationem promiſſas d. l. centum, ibique Sali. in not. ¶ Non obſtat, quòd Bernardus fideiuſſor non debet ad intereſſe teneri ex mora alterius, quia alteri per alterum conditio de-
49 terior fieri non debet, nam † dicit Salice. in d. l. quæro, quòd fideiuſſor, qui ſe etiam ad damna, & intereſſe obligauit, promittendo in omnē cauſam, uel per alia uerba pinguiora licet ex mora alterius obligetur, tamen dicitur teneri ex proprio facto, hoc eſt ex uerbis à ſe prolatis, & conſequenter nō dicitur obligatus ex facto alieno, ſed ex proprio, uel ſaltem ex facto Laurentij iam per eum prouiſo in genere, cum pro Laurentio fideiuſſerit pro omni eo, & toto, quod Gentiles habere debebunt ex quacunque cauſa, argumento d. §. nunc autem uerſi. acceſſoribus, & d. l. quæro cū aliis. ¶ Non refragatur præmiſſis, quòd iura ferè omnia ſupra allegata, quibus probaui Bernardum fideiuſſorem ad intereſſe, ut ſupra, ex mora teneri, loquuntur de uſura, non autem de intereſſe, quod eſt diuerſum, ut colligitur ex text. cum ibi not. in d. l. unica C. de ſenten. quæ pro eo, quod in-
50 ter. nam reſpondetur primo, quòd † ex quo loquuntur de uſuris ex mora debitis, loqui dicuntur de intereſſe, nam uſuræ, quæ poſt moram debentur, ſuccedunt loco intereſſe, ut ſupra dixi, & uolunt gl. Abb. & alij in d. c. conqueſtus de
51 uſuris cum ſimilibus: Præterea † ſi propter moram uſuræ exigi poſſunt, quæ ſunt odioſæ, ergo facilius exigi poterit intereſſe, quod eſt utroque iure, canonico, & ciuili exigibile ab eo, qui ſolitus eſt mercari, ſeu aliàs negotiari: & hoc modo arguit Petr. quem refert, & ſequitur Barto. in d. l. centum capuæ colum. penul. in fin. & ibi Paul. de Caſt. Innocen. in d. c. ſacro, Abb. in d. c. cum uenerabilis col. 3. de excep. cum aliis ſæpius allegatis. ¶ Non aduerſatur, quòd ante liquidationem intereſſe, quod in ſe eſt incertum, nec exigi, nec peti poteſt per id, quod uoluit Bal. in d. l. acceptā C. de uſuris cum aliis: Similiter ob difficultatem ſoluendi, & ob proteſtationes à dicto Laurētio ipſi Bernardo factas, ipſe non potuit dici in mora, cum ſemper ipſe eſſet paratus ſoluere, & iudicium ſuſcipere, ſi non fuiſſet impeditus, argumento d. l. ſi quis ſolutioni, & d. l. ratio §. ſi per uenditorē ff. de actio. emp. & latius ſupra fuit in primo articulo deductum, quia huiuſmodi obiectis ſupra plene fuit multipliciter reſponſum, & nunc idem repetere eſt ſuperuacaneum. ¶ Sublatum etiam uidetur motiuum ſupra primo loco ex oppoſito conſideratum, quòd Bernardus ex facto Laurentij, illiuſque mora non debet ad intereſſe teneri, cum facto Laurentij non conſenſerit, illudque ignorauerit, argumento l. ſi quis dolo ff. de re iudica. l. qui in ius ff. de reg. iuris, & uidetur tex. in l. ſi poſt moram ff. de eo, quod cer. loco: Nam
52 reſpondetur, † non eſſe inconueniens, quòd fideiuſſor ad intereſſe teneatur ob moram commiſſam ex facto principalis, quod ignorauit, quando fideiuſſor expreſſè fideiuſſiſſet, & ſe obligaſſet in omnem cauſam, uel per uerba urgentiora, & pinguiora d. l. quæro in princ. & præcipuè quando principalis debitor moram incurrerit maximè ipſo iure ob debitoris malefactum, & delictum d. l. ſi ſeruum §. nunc autem in fin. uerb. & argumento d. l. 1. §. rectiſſimè, & d. l. merito ff. de ui, & ui arma. d. l. fin. ibique Paul. Caſt. ff. de condic. furti. cum aliis. ¶ Non obſtat ſecundum fundamentum in principio huius articuli factum, quod eſt ſatis friuolum, quòd fideiuſſor in cōtractibus bonæ fidei non debet ad intereſſe teneri ex mora, & facto rei principalis, quia illud nō eſt in obligatione, cū ex officio iudicis ueniat, & debeatur, argumento d. l. qui per colluſionem in fin. ff. de actio. emp. & obligatio fideiuſſoria accedit alteri obligationi l. 1. C. de fideiuſſo. Nam pro ſolutione dico, quòd intereſſe in caſu noſtro fuit in obligatione, quia mediante ſtipulatione, & pro-

promiſſione fuit ex parte non ſolum Laurentij, ſed etiã Bernardi debitum, ut in apodiſſa promiſſionis habetur. Præ-
53 terea † hanc obiectionem remouet text. in d.l. quærò in prin.ff.locati, quòd licet in contractibus bonæ fidei uſuræ, ſeu intereſſe ex officio iudicis poſſint à die moræ peti l.mora §.in bonæ fidei ff.de uſuris, & l.4.C.depoſiti, tamen obligatio fideiuſſoria poteſt accedere non ſolum obligationi, ſed etiam officio iudicis mercẽnario, ac etiam nobili l.cum quis §.ſi quis pro eo. ff. de ſolut. licet quando officio iudicis accedit, dicatur largè loquendo obligationi accedere, quia uſuræ, quæ officio iudicis ueniunt, dicũtur eſse largo modo in obligatione, glo.in uer.obligatione in l.fin.ff.de eo, quod certo loco, & optimè declarat Caſtren. in d.l. quæro.

¶Non obſtat, quòd fideiuſſor non debet ad intereſſe teneri, niſi quod præſenti die, quo fideiuſſio facta fuit, erat debitum, quoniam fideiuſſoria obligatio non extenditur ad intereſſe futurum per d.l.ſi à colono ff. de uerborum obligatio. & obligatio in perſona fideiuſſoris non augetur l. fina.ff.de fideiuſſo. gloſa magna in d.l. centum capuæ, & in l.fina.ff. de eo, quod certo loco: Reſpondetur enim
54 primo, quòd † ſolutio colligitur ex text. in d.l.ſi à colono, & in l.ſi ita ſtipulatus fuerim in fin.ff. de uerborum obligatio. quòd aut fideiuſſor promittendo ſe refert ad tempus præſens, & tunc non augetur, ut extendatur ad futurum intereſſe, aut ſe refert etiam ad futurum utendo uerbis futuri temporis, prout factum fuit in caſu noſtro, & extenditur ad intereſſe etiam debendum, ut ibi, & d.l.ſi ſtipulatus fuerim §.1.Præterea cum Bernardus promiſerit per uerba generalia, & prægnantia in omnem cauſam importãtia, immò maiorem uim denotantia, qualia ſunt illa pro omni eo, & toto &c.uidetur ſe obligaſse ad intereſſe futurum, quod habetur ex cambijs, quibus mercatores utuntur, ut uoluit Bald. in d.conſi.58.lib.4.& in d.conſ.285.in fin.lib.2.per d.l.quæro, & d.l. ſi ſeruum §.nunc autem, & eſt optimus textus in d.l.ſi ita ſtipulatus ſcio ff.de fideiuſſo.Salicẽ.in d.l.quæro in fin.prin.& glo.in d.l.centum capuæ in uer.augeri circa me-
55 dium. Accedat ad hæc, quòd † cum Bernardus fidem, & perſonam Laurentij approbauerit, & ex hoc Gentiles principaliter inducti, & moti fuerint ad præponendum ipſum Laurentium pro inſtitore eorum rationi, ut in facto præſupponitur, ſequitur, quòd Bernardus tenetur ad omne damnum, quod Laurentius Gentilibus doloſè intulit per textũ not.in l.cuicunque §.ſed cum fullo uerſi.planè, & ibi Bart. ff.de inſtit.& per ea, quæ uoluit Bar.in l.lucius ff.de fideiuſſ. ergo tenebitur non ſolum, ut fideiuſsor, ſed etiam ut ex ſua approbatione de perſona Laurentij. Nec aduerſatur, quòd quis ex ſola approbatione obligari non debet per l.& eleganter §.ſi.cum l.ſequen.ff.de dolo, quia hoc uerum eſt quoad effectum, ut de dolo contra approbantem agi poſſit, niſi dolus illius probaretur, ſed non negat ille textus, quin ad damnum, & intereſſe agi poſſit contra approbantem illius fidem, qui mecum contraxit d. §. ſed cum fullo uerſiculo planè, cum ijs, quæ uoluit Bartol. in d. l.lucius: Aliud uerò eſset in eo, qui ſimpliciter alterius perſonam commendaſset, non aliter fidem illius approbando l. ſi uerò §. cum quidam ff. mandati.

¶Venio ad tertiam difficultatem, num Bernardus teneatur ad intereſſe à die litis conteſtatæ, an verò ab alio tempore: Et quamuis regulariter intereſſe, quod in contractibus bonæ fidei debetur, incipiat deberi à die interpellationis congruis loco, & tempore factæ, uel à die litis conteſtatæ, quando alia interpellatio non præcederet d.l.mora in prin.iũcta glo.& glo.in d.l. vinum, l.ſi ex legati cauſa cum ibi not.ff. de uerborum.obligatio.& hoc illa ratione, quia tunc mora
56 committitur l.lite ff.de uſuris, tamen † quando principalis, ſeu fideiuſſor diceretur prius in mora conſtitutus, tunc etiam fideiuſſor per prius inciperet teneri ad id, quod pro reo promiſit, ſiue illud eſſet ſors, ſiue damnum, & intereſſe etiam futurum, prout fecit Bernardus, argumento d.l.ſi ita ſtipulatus fuerim §.1.l.mora in fin.cum glo.& l.ſi à colono cum glo.ff.de verbo. obliga.iunctis ijs, quæ habentur in d. l.unica C.de ſenten.quæ pro eo, quod inter.Sed Bernardus pro Laurentio fideiuſſit in omnem cauſam, immò validioribus, & pinguioribus uerbis, qui Laurentius principalis ipſo iure ex legis diſpoſitione ob delictum, & malefactum ſuum ſtatim fuit in mora conſtitutus, quæ mora eſt potentior qualibet alia, ut iam dictum fuit, ratione cuius moræ ab initio fuit obligatus ad omne damnum, & intereſſe d.l.merito, d. l.1.§.rectiſſimè, d.l.fin.ff.de condic.furti.& Areti.in d.conſi. 157.ergo idem dicendum eſt de Bernardo fideiuſsore, qui expreſsè promiſit, & pro dicto Laurentio ad damna, & intereſse in omnem cauſam, ac pinguioribus uerbis ſe obligauit: Vnde ſi Laurentius ob huiuſmodi moram legalem ante litem conteſtatam, & ab initio fugæ ſuæ cœpit ad damna, & intereſse teneri d.l.ſi ſeruum §.nunc autem, & habetur per glo.in d.l.mora in fin. & in iuribus ſupra allegatis, ſequitur, quòd pariter, & eodem modo fideiuſsor tunc teneri cœpit argumento d.l.quæro, & d.l.mora §.in bonæ fidei: Et Bernardus non ſolum ratione moræ Laurentij, ſed etiam ratione propriæ moræ dicitur obligatus ad dicta damna, & intereſse promiſsa, & decurſa uſque ad ſententiam, uelut infra dicetur, cum ipſe etiam per litis conteſtationem ſecum factam fuerit in mora conſtitutus, ex quo ſumus in contractu bonæ fidei, ut in d.l.lite, & habetur in d.l.quod te: Duplex ergo mora in caſu occurrenti facit ipſum Bernardum teneri ad omnia damna, & intereſse decurſa, quæ duplex mora plus operatur, quam ſimplex c.1. & ibi Feli.n. extra de treuga, & pace, & auth.itaque C.communia de ſucceſſio.

¶Quoad quartum dubium, utrum Bernardus, qui ſe pro Laurentio obligauit, & declarauit, quòd obligatio ſua per unum annum uenturum durare deberet, poſt annum de ijs, quæ promiſit, conueniri poſſit, & an de damnis, & intereſse decurſis ſolum infra dictum annum, an uerò etiam de illis, quæ poſtea decurſa fuerunt, Gentilibus ſatisfacere debeat,
57 concludendum quoad primum eſſe arbitror, † ipſum de iis, quæ fideiuſsorio nomine ſe infra annum obligauit, potuiſse etiam poſt finitum annum conueniri, quia tempus anni appoſitum cenſeri debet non gratia tollendi, & finiendi obligationem, cum obligationes perpetuæ eſse debeant, & ad tempus conſtitui nequeant, & tempus non ſit modus inducendæ, neque tollendæ obligationis l.obligationum ferè §.1.ff.de actio.& obliga.ſed gratia illam taxandi, & limitandi, ut quòd quis teneatur de iis, quæ infra annum, uel aliud certum tempus, puta durante ſocietate, euenient, ſeu fiet, quo caſu de illis quandocunque etiam finito illo tempore infra annos 30.conueniri poterit argumento l.nemo, l.hæres, & l.uerum §.in hæredem ff.pro ſocio, l.tam diu.C.eod. tit.& Alexand.in conſi.34.uerſi.ſecundo præſuppono uol. 2.Secundo de hoc uidetur tex.in l.ſi mandato Titij §.ille illi ff.manda.cum glo.in uer.perpetuam in fin.uer.ibi Paulus reſpondit mandati obligationem perpetuam eſse, licet in mandato adiectum uideatur, indemnem rationem tuam eſſe, me ex cauſa mãdati in eum diem, quoad uixerit Blæſius, præſtaturum: & ille text.allegatur, quòd dies adiecta cauſa limitandæ obligationis non liberat debitorem in mora exiſtentem, quin etiam ad uſuras, & intereſſe præteriti temporis poſſit conueniri, ut ibi per glo. Tertio optimè nobis inſeruit id, quod uoluit And.Barba.in conſi.16.uolum.1.dicens,
58 quòd † inſtitor rationi præpoſitus ex geſtis per eum etiã finito officio obligatur, ſicut procurator, cuius officium eſt uoluntarium glo.& Bar.in l.procurator, qui ff.de procura. & in l.ſeruum Titij, ibique glo.ff.manda. Laurentius igitur prin-

principalis unà cum fideiuſſore,qui promiſit pro omni eo,
& toto,ut ſupra,degeſtis per eum durante officio ſuo etiam
59 finito officio tenebitur. ¶ Quoad aliud, † utrum Bernar-
dus teneatur ſolum ad intereſſe infra annum decurſum,an
uerò etiam ad decurſum poſt annum uſque ad ſententiam
propter moram debitoris principalis, uidebatur dicendũ,
ipſum teneri duntaxat ad illud damnum,& intereſſe,quod
fuit infra annum decurſum propter reſtitutionem,& limi-
tationem anni ab eo adiectam obligationi ſuæ,cum tempus
gratia limitãdi obligationem adijci poſſit,ut habetur in d.l.
obligationum ferè §. placet, nec debet fideiuſſor obligari
ultra taxationem, & limitationem ab ipſo in obligatione
adiectam, ueluti ſupra diximus per id, quod uolunt ſcrib.&
præcipuè Salice. in d.l.quæro in ſua diſtinctione poſt gl.ibi:
At in cõtrarium facit l.titius in princ.ff.qui potio.in pigno.
hab.ubi pignus omnium bonorum præſentium, & futuro-
rum extenditur etiam ad contractum alium ſuper eadem
re factum etiam in præiudiclum tertij,cui omnia bona fue-
rant obligata: ita fideiuſſor,qui ſe generaliter obligauit in-
fra annum,tenebitur etiam ad intereſſe decurſum poſt an-
num ob moram principalis debitoris: Secundo dies adie-
cta cauſa limitandæ obligationis non liberat debitorem in
mora exiſtentem,quin ad uſuras, & intereſſe decurſum te-
neatur d.l.ſi mandato titij §. ille illi. Tertio ex quo ob do-
lum Laurentij contractum eſt negotium ſuper damnis, &
intereſſe,obligatio ſuper eis debet ultra tempus adiectum
extendi, quia ratione doli eſt ſpectandum initium d.l.3.§.
ſi quis,& ibi Bar.ff.de minor. Sed quicquid ſit,ſeu dici poſ-
ſit,ſequor primam opinionem, quòd Bernardus, qui fide-
iuſſit pro omni eo, & toto &c. & uoluit obligationem per
unum annum tantum durare debere, ſolum dicatur obliga
tus ad ſortẽ,& damna, ac intereſſe decurſa infra illum an-
num,& nõ ad decurſa poſt annum, quia tempus anni adie-
ctum fuit fauore ipſius fideiuſſoris gratia limitandi,& taxan
di obligationem, ut eſt tex. cum glo. in uer. perpetuam in
fin.uerb.in d.§.ille illi: Secundo pro hac concluſione fa-
ciunt ea, quæ not. per Alex. in conſi. 72. per totum uol.2.
ubi caſum in hac ſpecie propoſitum uidetur apertè decide
re,per plura,quæ non refero, cum inſpici poſſint, & ad idẽ
faciunt illa,quæ ſuperius pro prima opinione retuli: Præte-
rea Bernardus ad intereſſe decurſum tenetur ex duplici
mora, uidelicet ante litem conteſtam ex ſua promiſſione à
die moræ legalis, quæ ipſo iure commiſſa fuit, ſtatim quo
Laurentius debitor principalis pecuniam Gentilium inua-
ſit,& foro ceſſit:quæ mora nocuit etiam Bernardo,qui pro-
miſit,& ſe obligauit in omnem cauſam, & pro omni eo, &
toto &c.ut ſupra, ac etiam ex mora ipſiuſmet Bernardi,
qui per litis conteſtationem in moram incidit regularem,
ob quam ipſe etiam ad intereſſe ab illa die uſque ad ſenten
tiam tenetur l.lite cum ibi not.ff.de uſuris cum iis,quæ ha-
bentur in d.l.unica,& in d.l.quod te. ¶ Non obſtat d.l.titius
60 ff.qui potio.in pigno.hab.quia † dici poteſt pro reſponſio-
ne,quòd tempore,quo prior obligatio fuit ibi inter Seiam,
& Titium nouata,fuit repetita,& reſeruata hypotheca an-
tea contracta: Sed in caſu noſtro obligatio damnorum, &
intereſſe facta per unum annum non reperitur tacitè, nec
expreſſè ad damna,& intereſſe futura decurrenda poſt an-
num extenſa,igitur &c. Secundo dici poteſt,ibi Seiam eſſe
fulcitam duplici priuilegio,uidelicet tutelæ, pro qua bona
tutoris ſunt obligata l.pro officio C.de admin.tut.& l.ſi ma
ter C.in quibus cau.pig.uel hyp.taci.contrah. item & pri-
uilegio temporis prioris, cum is, qui prior eſt tempore, ſit
potior iure regula qui prior de regu. iur.in 6. & per totum
ff.& C. qui potio.in pigno.hab. quæ ratio duplicis priuile-
gij etiam in præiudicium alterius facit obligationem exten
di ad futuram obligationem nouatam, quæ ratio ceſſat in
caſu,de quo agitur. Non obſtat ſecundum de d.l.ſi manda
to titij §.ille illi,quia ſecundum glo.ibi in uerſi. perpetuam
in fin.uerb.contrarium uidetur probare,quòd fideiuſſor te
netur ſolum de uſuris currentibus in uita etiam poſt mor-
tem, non autem de currentibus poſt mortem: Non obſtat
tertium,per quod dicebatur,quòd obligatio intereſſe pro-
pter dolum principalis debitoris extenditur ad illud, quod
poſt tempus adiectum contigit,quia tex. ille nihil facit: Vel
dicas, quòd illud operatur dolus principalis debitoris, ut is
ad intereſſe decurſum poſt tempus teneatur; qui dolus nõ
debet nocere fideiuſſori, qui dolo caruit: & ad hoc faciunt
ea,quæ habentur per glo.& ſcrib.in d.l.centum,& in d.l.ſi.
ff.de eo,quod certo loco. ¶ Supereſt ultima difficultas, an
omnes quinque Auditores Rotæ, qui diſcordes fuerunt
quoad intereſſe decurſum poſt litis conteſtationem, dican
tur fuiſſe concordes quoad intereſſe decurſum ante litem
conteſtatam ad effectum,ut reſpectu huius ultimi intereſſe
appellari non potuerit ex regulis Rotæ inclytæ ciuitatis
Ianuæ: Super qua hæſitatione fuit optimè, & diligẽter ſcri
ptum per excellentiſſimum dominum Aduocatum de par
tibus,cum quo pauca addendo pertranſeo,& concludo ue
61 riſſimum eſſe de iure, quòd † quoad effectum tollendi de-
fenſionem, hoc eſt appellationem, quæ in ſe æquitatem,
& uinculum naturale habet c. cum inter extra de except.l.
non tantum ff.de appella.& Abb.in c.1.in not.extra de re-
ſcrip.tacita concordia ex ſententia iudicum reſultans non
eſt apta, neque idonea,ſicut clauſula appellatione remota
hoc ſimpliciter non operatur, ut per Bartolum in l.1.§.&
parui ff.quod ui,aut clam, Bald.in addi. ad Specu. in verſi.
clauſula appellatione remota, l.1.§.interdum ff.à quibus
appell.non licet,& ſcrib.in c. ut debitus, & in c.paſtoralis
extra de appellat. Hanc ſententiam corroboro, præſuppo
nendo,quòd regulæ Rotæ, quibus diſpoſitum fuit, quòd ſi
contingat in aliqua cauſa ſentẽtiam ab omnibus Rotæ Au-
ditoribus concorditer ferri taliter, quòd nulla ſit inter eos
diuerſitas,tunc à tali ſententia appellari non poſsit, dicun-
tur iuri communi contrariæ,& iuris ciuilis,& canonici cor-
rectoriæ, cum regulariter permiſſa ſit appellatio l.1.ff.de
appella.& per totum extra de appella. & Abb. in d.c.1. de
reſcrip.ex quo infertur,quòd ad impediendum hoc reme-
dium appellationis in caſu propoſito neceſſe eſt, quòd de
concordia omnium quinque Auditorum expreſsè, & clarè
appareat per uerba hoc expreſsè importantia, ut quia om
nes quinque Auditores condemnando,uel abſoluendo di-
cant condemnamus,uel abſoluimus, uel aliis uerbis æqui-
pollentibus,quæ hoc importent,utantur,ut in l.1.cum glo.
& ibi Bar.& alij ff.de re iudica.l.ſi prætor la.2.in princ.ff.de
iudi.glo.in l.diem proferre §.ſi plures ff.de arbit.l. quid ta-
men §.ſi arbiter eo.ti.& ibi Bar.cum aliis per ipſum,& alios
allegatis in d.l.1.ubi In effectu concluditur, ſententias diffi
nitiuas eſſe ferendas per uerba expreſſa cõdemnationem,
uel abſolutionem importantia,neque ſufficeret hoc tacitè
62 colligi,quia † in correctoriis ad effectum,ut diſpoſitio iuris
communis corrigatur, requiritur, quòd uerba ſpecialiter
exprimantur,nec ſufficeret,iſtud tacitè ex mente colligi,ut
uoluit Ang.in §.ſi uerò expreſsim in auth.de hæred. & fal-
cid.& in §.illud per illum tex.in auth. de trien. & ſemiſ. ubi
63 ex hoc dicit,quòd † cum hodie fuerit introductum contra
regulas iuris,de quibus in l.quod de bonis ff. ad leg.falcid.
quòd liceat teſtatori expreſsè prohibere falcidiam, nõ ſuf-
ficeret tacitè etiam per uerba generalia illam prohibere,
ſed neceſſaria eſſet expreſſa, & ſpecialis prohibitio, & hoc
ſequitur Roma.in auth.ſimiliter col.penul.C.ad leg.falcid.
Iaſ.& alij in l.1.ibique do.meus Sozi.in 2.q.pi in.ff.de vulg.
& pup.ſed in caſu occurrenti, quando ſententia fuit lata
ab Auditoribus Rotæ,quorum tres quoad intereſſe decur-
ſum

ſum poſt litem conteſtatam fuerunt concordes, & duo diſcordes, quia primi tres Bernardũ condẽnauerunt, alij aũt duo abſoluerũt, circa uerò intereſſe decurſum ante litem conteſtatam à die arreptæ fugæ, & pecuniæ inuaſæ inchoatum ipſi domini Auditores nihil dixerunt, nec quicquam expreſſerunt, ergo quoad illud non poſſunt dici concordes ad effectum tollendi appellationem, & ſic corrigendi ius commune per prædicta, alioquin ſequeretur, quòd in correctorijs mens tacita, & ſubaudita ſufficeret contra illud, quod uoluit gloſa ſingularis in cap. cupientes in uerbo petere, & in uerbo priuatos de electio. cum qua doctores communiter pertranſeunt, & facit text. in l. unica C. de inofficio. dotibus.

64 ¶Præterea † quando lex canonica ſeu ciuilis eſt fundata in aliqua ratione deſcendente à iure diuino, vel à dictamine rationis naturalis, qualis eſt lex, quæ appellationem induxit per ſuperius dicta, tunc ad tollendum legem illam, eique derogandum non ſufficit cauſam iuſtam tacitè ineſſe, ſed requiritur, quòd cauſa iuſta fuerit expreſſa uerbis ſpecialibus, ut not. uoluit Abb. in repetitione c. per tuas colum. 13. extra de arbit. & refert, ac ſequitur Felin. in c. ad audientiam colum. 5. de reſcrip. in caſu ergo noſtro ad hoc, ut remedium appellationis dicatur ex regulis Rotæ prohibitum, neceſſe eſt, concordiam omnium Auditorum apparere per uerba ſpecialiter expreſſa, nec ſufficeret tacitè ex mente ipſorum de concordia cõſtare. Poſſem ſuper hoc articulo latius me extendere, ſed cum ſuper eo alius excellentiſſimus do. Aduocatus doctè, & plenè ſcripſerit, his ſum contentus: Et hæc in præſenti conſultatione quo ad dubitationes ſupra in ea propoſitas iuris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Creditor, cui ſolutio in certo loco, & certa die fieri debebat, quomodo in mora ita conſtitui dicatur, ut periculum pecuniæ ſit ipſius creditoris, et non debitoris, & num. 28.*

2 *Debitor, qui certo tempore, & loco ſoluere tenetur, quomodo moram euitare, & in ea creditorem conſtituere poſſit, & numero 28. 29. & 32.*

3 *Debitor etiam ante moram, perempta ſpecie debita, ſeu genere ſubalterno, liberatur, & num. 17.*

4 *Creditor quare teneatur de periculo pecuniæ traiectitiæ ante, quàm ad locum peruenerit.*

5 *Mercatores boni ſemper pecuniam ſolutioni paratam ad omnem voluntatem creditorum habere cenſentur.*

6 *Mercator pecuniam ſcholaris penes ſe habẽs an, & quando ex peremptione, & combuſtione bonorum ſuorum dicatur liberatus, & periculum ſit ſcholaris, & quando ſecus.*

7 *Pecunia alicuius apud mercatorem magnum, legalem, & non ſolitum pecunias ſub mutuo recipere exiſtens cenſetur eſſe ex cauſa depoſiti, & quando hoc uerum ſit nume. 38.*

8 *Pecuniæ periculum ad dantem, & creditorem, & non ad debitorem recipientem ſpectat, quando datur cum dominij tranſlatione, ut ex ea recipiens negotietur, & lucrum pro certa parte dans, & pro alia parte ipſi recipienti conſequatur, & nume. 41. & 43. vbi hoc declaratur.*

9 *Debitor quantitatis deponens pecuniam debitam cum libera poteſtate data creditori recipiendi eam ad eius beneplacitum liberatur, & pecuniæ periculum ad creditorem ſpectat.*

10 *Contractus quis ſit, quando quis pecuniam ſub cambijs recipit in alio loco ſoluendam, adijciens in literis cambij hoc, vel ſimilia uerba, per ualuta diceſu, & num. 37.*

11 *Venditionis contractus in dubio celebratus intelligitur, quando fit mentio de pretio, etiam ſi ex pacto res, ſeu ſpecies ex altera parte daretur.*

12 *Pretij, & valoris periculum ad emptorem debitorem ſpectat, donec non fuerit per ipſum ſolutum, vel congruo loco, & tempore oblatum, & voluntate venditoris penes aliquem depoſitum.*

13 *Idem, ſi nullo exiſtente in mora, emptor elegerit, penes quem pretium deponat ad effectum ſoluendi illud debitori.*

14 *Cambij, & recambij contractus eſt contractus innominatus, & quis ſit, & nume. 44.*

15 *Et eſt in ſe licitus, & quare, & nume. 46.*

16 *Mercator ex cauſa cambij certam pecuniam in certo loco ſoluere debens dicitur debitor generis generaliſsimi, & ex periculo, caſuque fortuito circa bona, & res ipſius contingente non liberatur, etiam ſi perdidiſſet omnem pecuniam, quam in illo loco habebat paratam ad ſoluendum illis, quibus ſoluere tenebatur.*

17 *Traiectitiæ pecuniæ periculum eſt creditoris ante, quàm ad locum perueniat, & quare.*

18 *Pecunia data mercatori, ut illã ſoluat in alio loco, ſi caſu fortuito pereat, cuius periculo pereat.*

19 *In contractu innominato do, vt des periculum, & peremptio rei etiam ante moram ad quem ſpectet.*

20 *L. naturalis §. ſed ſi cyphum ff. de præſcrip. uerbis declaratur, & cum l. fin. ff. de condic. ob cau. concordatur.*

21 *De periculo ſimpliciter quando quis teneri dicatur, & an etiam de caſu fortuito teneatur.*

22 *Debitor generis generaliſsimi propter caſum fortuitum, & periculum peremptionis non liberatur.*

23 *Debitor pecuniæ quando debitor generis ſubalterni efficiatur, & debitor generis ſubalterni quando peremptione illius liberetur.*

24 *Debitor ſpeciei peremptione illius liberatur.*

25 *Debitor pecuniæ quando interitu, & peremptione illius liberetur, & quando non num. ſeq. & num. 27.*

26 *Debitor certæ quantitatis pecuniæ in certa moneta, & poſtea reprobata, atque prohibita, æſtimationem illius in alia moneta ſoluere tenetur.*

28 *Periculum interitus pecuniæ debitæ ad hoc, ut ad creditorem ſpectet, quid requiratur.*

29 *Debitor quando, & quomodo per oblationem factam conſtituat creditorem in mora, & ipſe interitu rei liberetur, & quando ſecus.*

30 *Dies certa ſolutioni appoſita debitorem, & non creditorem in mora conſtituit, & quomodo debitor moram illam euitare poſſit.*

31 *Etiam quando ſolutio certa die in alio loco fieri debebat.*

32 *Quid ſi debitor, & creditor ſint diuerſi fori.*

33 *Oblatio à debitore facta creditori non poteſt creditorem in mora conſtituere, niſi à die, quo oblatio facta ad creditoris notitiam peruenit, & nume. 48.*

34 *Mercator, cui ab alio mercatore, qui pecunias ad cambium recepit, mandatum eſt, ut ſoluat in alio loco, non obligatur ad ſoluendum, nec cogi poteſt, niſi mandatum acceptauerit, & illum, cui ſolutio erat facienda, creditorem creauerit, & num. 48.*

35 *Nec antea creditorem, cui ſolutio erat facienda, poteſt in mora conſtituere, quàm creditor ſciuerit illum mandatum ſuſcepiſſe, & hac de cauſa ipſum creditorem creaſſe, & num. 48.*

36 *Mutui potius, quàm depoſiti contractus in dubio cenſetur celebratus, quando dantur res ſui natura mutuabiles, & idem in eodem genere debet reſtitui.*

37 *Pecunia quando data eſt mercatori ad cambium cum aliquo certo lucro, non dicitur contractus mutui, vel depoſiti, ſed innominatus cambij, & recambij.*

39 *Depoſitarius quando de periculo, & caſu fortuito rei etiam ante moram teneri poſſit, & quando non.*

40 *Venditor rei conſiſtentis in genere, ut in pondere, numero, uel menſura dare, & dominium transferre tenetur, & tradendo rem non liberatur.*

41 *L. Titius ff. de præſcrip. uer. declaratur, & num. 43.*

42 *Debitor quantitatis in genere actione ex teſtamento, perempta quantitate caſu fortuito, non liberatur.*

44 *Litera cambij ad quid fiat creditori, & an illum facere ſit in obligatione.*

45 *De contractibus quare, & ad quid ſcripturæ, & inſtrumenta fiant.*

46 *Mercatori datum pro remiſsione pecuniæ facienda non ut lucrum, ſed ut merces dicitur datum.*

47 *Creditor ex contractu cambij non lucrari, ſed damnum euitare dicitur, & ſecurus ſit, quòd abſque periculo pecunia ſibi in loco deſtinato ſoluatur.*

EPITOME.

*D*EBITOR *ex cõtractu, ſeu literis cambii in certa pecuniarũ quãtitate in certo loco ſoluenda quòd non liberetur ob rerum, & bonorum ſuorum depopulationem in illo loco à militibus factam, & omne periculum, ac damnum, caſusq́ omnis fortuitus cir*

ea bona, & res ipſius debitoris contingens ad eum ſpectet, hic demonſtratur.

CONSILIVM CXCIIII.

IN præſenti cauſa uidetur prima faciè concludendum
eſſe de iure, quòd illi de Coſpis debitores liberati ſint ob
rerum, & bonorum ſuorum depopulationem factam in
1 vrbe à militibus Imperatotis, primo quia † ex quo certa
die, uidelicet 25. Aprilis tenebātur Romæ ſoluere illis de Te
ſta, ac ſocijs, ūt ex literis productis apparet, & ipſi de Teſta
non fuerint die ſolutioni deſtinata in urbe repetti, ipſiſque
oblatio pecuniæ debitæ facta fuerit per illos de Coſpis offerentes
ſe paratos ad omnem illorum uoluntatem ſoluere
pecuniam debitam, ex hoc ſequitur, quod ipſi de Teſta cre
ditores in mora conſtituti fuerunt, tum quia dies interpel-
lat pro homine l. traiectitiæ ff. de actio. & obliga. not. in l. ſi
ex legati cauſa ff. de verbo. obligatio. & l. magnam C. de cō
trahen. & cōmitt. ſtipul. & ideo cum ſolutio in certo loco,
& certa die fieri debuerint, creditores debuerunt compa-
rere, & ad locum deſtinatæ ſolutionis die ſtatuta uenire, alio
quin dicuntur in mora conſtituti, ut eſt tex. ibique docto. cō
muniter in l. item illa ff. de conſtit. pecu. tum quia per obla-
tionem à debitore creditori congruo loco, & tempore fa-
ctam creditor dicitur ita in mora conſtitui, quod ſi probe-
tur, pecuniam oblatam fuiſſe poſtea caſu fortuito perem-
ptam, non debitoris, ſed creditoris eſt periculum, etiam ſi
debitor prius in mora fuiſſet l. qui decem, & l. ſi ſoluturus
ff. de ſolutio. & facit ad propoſitum id, quod uoluit Barto. in
2 d. l. item illa, † ubi ad euitādum moram debitoris, qui cer
to tempore, & loco ſoluere tenetur, ſatis eſt, quòd ipſe tem
pore ſolutionis, & in loco deſtinatæ ſolutionis præſens fue-
rit, & coram duobus teſtibus obtulerit ſe paratum ſoluere
pecuniam debitam creditori, ſi præſens eſſet, hoc enim mo
do debitor moram euitat, & in ea creditorem conſtituit, ut
ibi per Barto. per illum tex. ſed in caſu noſtro illi de Coſpis
obtulerunt ſe paratos ſolutioni, ut ex literis apparet, ergo il
los de Teſta in mora conſtituiſſe dicuntur, quamuis in ter-
minis noſtris quo ad illos in mora conſtituendum non eſſet
neceſſaria oblatio, cum ex lapſu temporis ſolutioni præfixi
ipſi iam eſſent in mora conſtituti, ex quo tempore ſolutio-
nis non fuerūt præſentes in loco deſtinatæ ſolutionis, prout
ad euitandam moram eſſe debebant argumento not. per
Barto. in d. l. item illa, & quia dies interpellat pro homine, ut
dictum eſt. Quibus ſtantibus, ſequitur, quòd periculum per-
ditionis pecuniæ oblatæ ſpectat ad creditorem, non autem
ad debitorem, quamuis eſſet debitor generis, & quantita-
tis, quæ aliàs perire non poteſt l. incendium C. ſi cer. pet. l.
in ratione §. diligenter ff. ad l. falcid. l. 2. & fin. C. de nauti.
fœno. cum ſimilibus, quia ubicunque creditor fuit in mora
conſtitutus, & accipere denegauit, periculum pecuniæ de-
bitæ ad eum ſpectat d. l. qui decem, & d. l. ſi ſoluturus cum ſi
milibus: Et hoc modo limitatur regula d. l. ſi incendium, ut
ibi per docto. omnes maximè Salice. & in l. quod te. ff. ſi cer.
pet. & in l. ſi ex legati cauſa ff. de uerborum obligatio. & ra-
tio eſſe poteſt, quia poſt oblationem pecuniæ debitæ factā
creditori debitor, qui poſt oblationem pecuniam ſolutioni
paratam habuit, dicitur effectus debitor quodammodo cer
tæ ſpeciei, vel ſaltem generis ſubalterni, hoc eſt illius pecu-
niæ oblatæ, & ſolutioni paratæ argumento d. l. qui decem in
prin. & d. l. ſi ſoluturus, & ideò eius interitu dicitur liberari,
3 quia † perempta ſpecie debita, ſeu perempto genere ſub
alterno etiam ante moram debitor liberatur l. in naue ff. lo
4 cati, & d. l. in ratione §. incertæ: Et † hæc eſt ratio, quare
creditor de periculo pecuniæ traiectitiæ tenetur ante, quā
ad locum peruenerit iuxta l. 1. C. de nauti fœno. cum ſimil.
ut refert Barto. & cæteri omnes ſequuntur in d. l. quod te, &
hoc modo etiam limitatur d. l. incendium, ut ibi per Salice.
& oēs, & habetur per docto. in d. l. quod te, in d. l. ſi ex lega
ti cauſa, & probatur in d. l. qui decem: At in caſu noſtro illi
de Coſpis obtulerunt pecuniam, item habuerūt ſemper pe
cuniam ſolutioni paratam, ex quo iam dies ſolutionis uene
5 rat, † quo caſu ipſi de Coſpis, qui ſunt optimi mercato-
res, & campſores, cenſentur, & dicuntur ſemper pecuniam
ſolutioni paratam habuiſſe ad omnem illorum de teſta uo-
luntatem, prout eſt de ſtilo bonorum mercatorum, de quo
ſtilo conſtat, & habetur per Salice. optime ad propoſitum
loquentem in d. l. incendium in vlti. colum. ergo, probato
interitu pecuniæ, & bonorum illorum de Coſpis, ipſi libe-
6 rati dici debent. ¶ Secundo nobis optimè inſeruit † de-
ciſio Salice. in d. l. incendium in vlti. colum. qui poſt Cyn.
ponit quæſtionem, ſi ſcholaris penes mercatorem, ſeu cam-
pſorem habeat pecuniam, & bona mercatoris fuerint perē
pta, & combuſta, an mercator ex hoc ſit liberatus, & ſic pe-
riculum ſit ſcholaris creditoris: in qua ipſe ibi latè diſtin-
guit, an pecunia eſſet penes mercatorem ex cauſa mutui, &
tunc non liberatur d. l. incendium, aut ex cauſa depoſiti, &
tunc liberatus dicitur, & periculum eſt ipſius ſcholaris, nam
ex quo pecunia eſt penes mercatorem, ſeu campſorem ex
cauſa depoſiti, qui ſemper ex communi ſtilo mercatorum,
& campſorum pecuniam ſolutioni paratam habere præſu-
mitur argumento l. penul. C. depoſi. ea cenſetur tanquam
ſpecies debita argumento l. lucius la 2. ff. depoſi. & ideò pe-
riculum ipſius creditoris deponentis eſſe debet l. fin. C. de-
poſiti, & l. 1. §. ſæpe cum ibi not. arguendo à ſpeciali ff. eod.
titu. depoſi. aut dubitatur, ex qua cauſa pecunia ſcholaris
fuerit penes mercatorem, & tunc ex qualitate, & conditio-
ne perſonarum iudicatur modo mutuum, modo depoſitū:
7 Nam † ſi erat mercator legalis, & magnus, qui pecunias
mutuo recipere ſolitus non eſſet, immò ipſi ſic accipere de
decus eſſet, tunc iudicatur, pecuniam fuiſſe apud eum ex
cauſa depoſiti, attento ſtilo, & attenta conſuetudine ipſius
mercatoris, prout attendi, & ſeruari debet argumento l. uel
uniuerſorum, aliàs incipit iulianus ff. de pigno. actio. l. quod
ſi nolit. §. qui aſſidua ff. de ædil. edic. nec requiritur, quòd ta-
lis conſuetudo fuerit diuturno tempore præſcripta, aut ſe-
cundum illam iudicatum, prout requiritur ad inducendam
conſuetudinem, quæ habet uim legis, & pro lege ſeruatur,
ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Barto. in l. ſemper in ſtipula-
tionibus ff. de regu. iur. facit text. cum ibi not. in c. conſulta-
tionibus de iure patron. & habetur per Anton. de But. in c.
fin. de conſuetud. & per Alex. in conſi. 107. colum. 5. uolum.
2. Sed illi de Coſpis ſunt optimi mercatores, nec ſoliti pecu
nias mutuo accipere, ergo in dubio debent in caſu noſtro di
ci has pecunias ex cauſa depoſiti habuiſſe, & ideò illarū pe-
riculum ad ipſos creditores, & non ad debitores ſpectare de
buit d. l. fin. & per Salice. in d. l. incendium colum. ulti. cum
ſimilibus. ¶ Tertio ad fauorem illorum de Coſpis facit
8 text. notabilis in l. titius ff. de præſcip. uer. † ubi ſi quis ex
contractu innominato debitor ſit certæ quantitatis pecu-
niæ, vt quia ſibi data fuerit pecunia, eiuſque dominium in
ſe ipſum tranſlatum, ut ex illa pecunia negotietur, & lucrū
pro certa parte danti, & pro alia parte recipienti conſequa
tur, & contingat pecuniam illam caſu fortuito perire, debi
tor liberatur, quamuis eſſet debitor generis, & quantitatis,
& periculum ad creditorem ſpectat: Et per illum tex. limi-
tatur id, quod habetur in d. l. incendium, & ſecundum Paul.
de Caſt. ibi ille eſt tex. ſingulariſſimus, & unuſquiſque inter
rogatus contrarium reſpondiſſet: Et Bart. Paul. de Caſt. &
9 alij in d. l. ſi ſoluturus per illum tex. dicunt, quòd † ſi debi
tor quantitatis pecuniam debitam deponat cum libera po
teſtate creditori data recipiendi quandocunque uelit, & ad
eius

eius beneplacitum,ipſe dicitur liberari, & periculum circa
pecuniam contingens ad creditorem ſpectat:ſed ſi in caſu
noſtro dicamus hunc fuiſſe contractum innominatum, ut
multi tenent,ille debebit regulari ſecundum naturam con-
tractus nominati, cui magis aſſimilatur l.naturalis §.penul.
cum ibi not.ff.de præſcrip. uer.& l.1.§.ſi quis ſeruum ff. de
poſi.& propterea ſi illum aſſimilemus contractui depoſiti
attenta conſuetudine,& communi obſeruantia mercatorũ
iuxta ea, quæ ſupra ſunt dicta, dicendum erit ipſos de Co-
ſpis de huiuſmodi caſu fortuito non teneri, & propter pe-
remptionem pecuniæ eſſe liberatos, quoniam ſic contingit
in contractu depoſiti,ut per Salice.in d.l.incendium cum ſi
milibus ſupra allegatis:Idem dicendum eſt, ſi illum æquipa
remus contractui mandati d.l.titius ſecundum unum intel-
lectum glo.l.naturalis §.ſed ſi facio cum glo.ff.de præſcrip.
uer.iuncta l.à procuratore cum ibi not.C.manda.ſi uerò di
camus,illum eſſe ſimilem contractui ſocietatis,ſimiliter di-
cendum erit, periculum pecuniæ eſſe ipſius creditoris d. l.
titius ſecundum intellectum Pauli de Caſtr.ibi, & Alexan.
in d.l.ſi ex legati cauſa in fin.uer. ¶Sed tamen his omni
bus non obſtantibus, concludo ad fauorem illorum de Te
ſta contra illos de Coſpis,quòd non obſtante caſu,qui in ur
be contigit,ipſi de Coſpis teneantur, & obligati ſint ad ſo-
lutionem quantitatis pecuniæ,de qua habetur in literis illo
rum de Coſpis,quæ penes ipſos de teſta reperiuntur, Nam
10 conſidero, quòd † aut iſte contractus fuit contractus em
ptionis,& uenditionis, tanquam fuerit uenditus uſus pecu-
niæ, ſeu certa ſpes pecuniæ pro alia ſpecie pecuniæ in alio
loco ſoluenda,ueluti declarat Gaſpar Calda.in cõſi.106.in
cip. in q. uertente col.2.qui dicit, poſſe dici cõtractũ uendi
tionis certæ pecuniæ pro alia certa pecunia in alio loco re-
cipiẽda,conſtat.n.quòd una pecunia propter curſum plu-
ris ualet in uno loco, quam ipſa eadem eiuſdem ponderis,
& formæ in alio loco:& facit id,quod uoluit glo. in c.1.14.
q.3.& Lauren.de Rodul.in tractatu de uſuris in 2.parte in
q.26.& hoc demonſtratur ex ijs,quæ in literis cambij conti
nentur,in quibus dicitur per ualuta di eſſi, hoc eſt pro pre-
11 tio ipſorum,& † ubicunque ſit mentio de pretio,in dubio
intelligitur celebratus contractus uenditionis,etiam ſi actũ
eſſet,quòd daretur res,ſeu ſpecies ex altera parte ad tradita
per Paul.de Caſt.& moder.in l.2.in fin.prin.ff. ſi cer.pet. &
per Alexand.in l.fin.ff.de condic.ob cau.& ex hoc ſequitur
quòd illi de Coſpis,qui ſunt debitores illorum de teſta cer-
tæ quantitatis pecuniæ per ualuta, hoc eſt pro pretio illius
pecuniæ receptæ in ciuitate Lugduni, adhuc dicuntur ad
12 ſolutionem quantitatis debitæ obligati, & † non ſunt libe
rati ob periculum, quod in urbe Romana contigit, quia il-
lud periculum,ſeu ille caſus fortuitus ad ipſos, & nõ ad cre
ditores ſpectauit, cum enim illi de Coſpis fuerint debito-
res pretij,& ualoris, omne periculum circa pretium eueni-
ens debet ad eos ſpectare, donec illud ſoluerint, quoniam
cum emptor, qui tenetur ad pretium, teneatur ad genus,
quod perire non poteſt d.l. in ratione §. diligenter, & d. l.
incendium,ipſe non liberatur, niſi pretium ſoluerit,& illius
dominium in uenditorem tranſtulerit, ut probatur in l. ex
empto.§.1. ff.de action.emp. uel niſi emptor ipſi uenditori
pretium congruo loco, & tempore obtulerit, & penes ali-
13 quem de uoluntate uenditoris depoſuerit: nam † ſi nullo
exiſtente in mora,emptor elegerit,penes quem pretium de
poni debeat ad effectum,ut illud uenditori ſoluatur, & pe-
reat,periculum eſt emptoris, ut eſt tex.in d.l. ſi ſoluturus in
fin. nec repugnat naturæ contractus emptionis, quòd ex
utraque parte ueniat dare, quando uenditum eſſet aliquid
in genere conſiſtens,uidelicet in pondere,numero, uel mẽ
ſura,quoniam illud potius contingit ex natura rei, quam ex
natura contractus,ut habetur per Paul.de Caſt.& Alexan.
in d.l.fin.ff.de condic.ob cau.& per Bar. & Alexan.in l.2.in
14 fin.prin.ff.ſi cer. pet. Aut uolumus dicere, † quòd hic ſit
contractus innominatus,qui dicitur contractus cãbij,prout
uerius eſſe arbitror,& docto.magis communiter tenere ui-
dentur,ut per Ioan.Calda.in c.nauiganti de uſuris,per Bal.
in rub. C. de conſtitu.pecun.in prin. in l.2. C.de uſuris rei
iudi.& ubique per Alexan.in apoſtil. per Salice.in authen.
ad hæc q.11.C.de uſuris,& per Bal.in c.1.de controuer.in
ueſtit.in uſibus feudo. qui dicit, quòd cambium eſt contra-
ctus innominatus,& dicitur quædam permutatio, ſeu quæli
bet commutatio,nam permutatio eſt propriè ſpeciei ad ſpe
ciem, cambium autem eſt generis ad genus, ſeu ſpeciei ad
genus,& facit l. 1.ff.de rerum permutat. ibique Alex.in ad-
15 dit.ad Bar.qui hoc uoluit.Et † hunc contractum cambij,
& recambij ſolitum inter mercatores fieri eſſe contractum
innominatum do, ut des, & in ſe licitum, uult, & concludit
Gaſpar Calda.in d.conſi.106.incip.in quæſtione uertente,
ubi ponit hæc uerba: item quia dictus contractus appella-
tur cambij,& recambij,poteſt dici,quòd eſt cõtractus præ-
ſcriptis uerbis,& innominatus do,ut des,quem conſtat non
eſſe de ſe uſurarium: facit,quod uoluit glo. in ſumma, & in
16 c.1.14.q.3.& † tunc ad mercatorem debitorem,qui cer-
tam pecuniam ſoluere in urbe tenebatur,ex quo ad certam
quantitatem,& ſic ad genus generaliſſimum tenebatur,pe-
riculum, & damnum omne, ac omnis caſus fortuitus circa
bona, & res ipſius contingens ſpectat, etiam ſi probaretur,
ipſum mercatorem perdidiſſe omnem ſuam pecuniã, quã
in urbe habebat paratam ad ſoluendum illis, quibus ſolue-
re tenebatur,genus enim generaliſſimum, cuius ipſe fuit de
bitor,perire non poteſt, quia genus non eſt quid materiale,
ſed quoddam intellectuale, quod perire non poteſt d.l. in-
cendium,ibique Bal.& Salice.d.l.in ratione l.2.§.diligen-
ter cum §.ſequen. ff.ad l. falcid. ¶Secundo adduco l.2.
C.de nautico fœno.qui tex. non loquitur de pecunia traie
17 ctitia, † de cuius natura periculum eſt creditoris ex qua-
dam tacita conuentione iuxta l.periculi,l.1.& per totum ff.
de nauti.fœno.& per Salice.in d.l.incendium: Et ratio eſt
ſecundum Bart.quem cæteri ſequũtur,in d.l.quod te, quia
traiectitia pecunia ante, quam ad locum perueniat,cenſe-
tur tanquam ſpecies,uel ſaltem tanquam genus ſubalternũ,
quod perire poteſt, & eius interitu debitor liberatur iuxta
d.l.ſi ex legati cauſa cum ibi not.& l.in naue ff.locati cum ſi
18 milibus:Sed † ille tex.in d.l.2. loquitur de pecunia, quæ
mercatori datur,ut illam ſoluat in alio loco, puta in urbe ſa
cra,ut inquit ille tex.& ſic loqui uidetur in terminis noſtris,
& tamen præſupponit, quòd pecunia caſu fortuito pereat
periculo debitoris,& non creditoris, quoniam ipſe erat de-
bitor generis,quod perire non poteſt d.l. incendium,& do-
19 cto. poſt glo.in d.l.2. ¶Tertio facit, † nam ex quo ſu-
mus in contractu innominato do, ut des,quis de omni peri-
culo,& peremptione rei tenetur, nec liberatur, donec pro
parte ſua dederit, & adimpleuerit,ſi ſibi datum fuit, & ſic
pro parte alterius contractus fuit adimpletus, etiam ſi eſſet
danda ſpecies, quoniam de natura contractus innominati
do,ut des,eſt,quòd periculum rei ad dominum ſpectet,do-
nec contractum pro parte ſua adimpleuerit,etiam ſi res an
te moram perierit,ut eſt tex.not.in l.fin.ff.de condi.ob cau.
ſecundum intellectum ueriorem, magiſque communem,
quem glo. ibi ſequitur: Nec aduerſatur l.naturalis §. ſed ſi
20 cyphum ff.de præſcrip.uer. quia, † ut dicit ibi glo. in uer.
periculo in fin.uer.ille tex.potius cõcordat,uidelicet quòd
rei periculum in effectu ad debitorem, & dare debentem
ſpectet,quamuis prima facie uideatur innuere, quòd res ſit
periculo creditoris, quod eſt intelligẽdum quoad effectum
conſequendi rem iam peremptam, ut ipſe nequeat agere,
ut ſibi detur res,ex quo eſt perempta, ſed bene poteſt age-
re,

re,ut ſibi reſtituatur id,quod pro adimplemento cōtractus dederat:& ſic in effectu periculum, & damnū fuit ipſius debitoris:Vel dici poteſt,quòd periculum interitus rei,& ſpeciei etiam ante morā ſpectet ad debitorem,& dare debentem in contractu innominato do, ut des, ut in d.l.fin.ubi re perempta ille,qui pro parte ſua contractū adimpleuit, agit cōdictione ob cauſam,ut ſibi reſtituatur id,quod prius pro adimplemento contractus dederat,& ratio eſt, ut dicit ille tex.quia ideò tibi dedi,ut Stichum mihi dares: Si autem res culpa leuiſſima creditoris eſſet penes debitorē perempta, tunc periret periculo ipſius creditoris, & ita debet intelligi d.l.naturalis §.ſed ſi cyphum,ibi periculo meo Stichus erit, hoc eſt præcedente culpa mea ſaltē leuiſſima, quia talis cul
21 pa facit me de caſu,& periculo teneri, † aliud.n.eſt dicere, quòd res ſit periculo meo,aliud,quòd caſus fortuitus rei ad me ſpectet, nam primo caſu teneor de periculo ſimpliciter, & res ſimpliciter eſt periculo meo,quādo culpa mea ſaltem leuiſſima præceſſit,ut declarat Bar.per illum tex.in l.rogaſti in prin.& in l.ſi quis nec cauſam ff.ſi cer.pe.& Alex.ac Sozi. in d.l.ſi quis nec cauſam in glo.in uer.periculo dicunt,quòd uerbū periculū per ſe,& ſimpliciter prolatū non importat, quòd quis de caſu fortuito teneatur l.opus, quod aduerſione cum ibi not.ff.loca.& not.per glo.magnā in l.ſed ſi quis §.quæſitū ff.ſi quis cau.ſed in d. §.ſed ſi cyphum dicitur ſimpliciter,quòd Stichus eſt periculo meo, ergo non infertur, quòd caſus fortuitus ad me creditorem ſpectet, ſed ſolum quòd rei periculū ſit meū,ſi præcedat mea culpa leuiſſima, quia appellatione periculi caſus fortuitus non continetur: & ſic in effectu ille tex.concordat cū d.l.ſi.ff.de cōdi.ob cau.
22 ¶Quarto † aut iſti de Coſpis dicuntur eſſe debitores generis generaliſſimi,& tunc propter caſum fortuitum, & periculum peremptionis nō debent dici liberari,quia genus perire non poteſt,ex quo eſt quid intellectuale d.l.incēdium,
23 ibiq; doct.& in d.l.2.C.de naut.fœno.cum ſimil.aut † ſunt effecti debitores generis ſubalterni propter oblationem ab eis factā,poſito,ſed non cōceſſo oblationem fuiſſe legitimè congruo loco,& tempore factā,& taliter,quòd ex ea illi de Teſta in mora conſtituti dicātur iuxta d.l.ſi ſoluturus, d.l. qui decem in prin.& habetur in d.l.quod te, & ex eo,quod ipſi de Coſpis ſemper à die deſtinatæ ſolutionis pecuniam ſolutioni paratam habuerint,&tunc quamuis perempto genere ſubalterno debitor dicatur liberari d.l.in naue, d.l.in ratione la 2.§.incertæ,tamen hoc eſt uerum, quando probaretur,quòd totum genus ſubalternum eſſet peremptū,atq; amiſſum,tūc.n.idem eſſet in genere ſubalterno, quod eſt in
24 ſpecie debita, † cuius peremptione debitor liberatur l.ſi ex legati cauſa ff.de uer.obl.ut uolunt Alex.& alij in d.l.quod
25 te in 3.& 4.col.& Salic.in d.l.incendium:& † dicit Sozi. in d.l.quod te in 3. col. quòd quando pecunia debita fuit per debitorem creditori oblata,& ſic creditor fuit in mora conſtitutus iuxta d.l.qui decem,& d.l.ſi ſoluturus cū ſimil.tunc per interitum,& peremptionem pecuniæ debitor liberatur, quando probaretur,quòd illamet pecunia,quæ fuit oblata, fuiſſet perempta,& hoc modo debet intelligi tex.in d.l.qui
26 decē in prin.cum glo.Præterea †quando totum genus ſubalternū perit quoad formā,ſed non quoad materiā,debitor non liberatur,ſed ad ſolutionē materiæ tenetur, ut qñ quis eſſet debitor certæ quātitatis certæ monetæ,quæ poſtea eſſet reprobata,atq; prohibita, quāuis.n.debitor ſit liberatus ab obligatione ſoluēdi monetam illam, tamen æſtimationē illius in alia moneta ſoluere tenetur, cū pecunia quoad materiam non ſit perempta,ut uolunt Bar.Alex. & cōmuniter alij in d.l.quod te:Sed in caſu noſtro non conſtat,neq; fuit probatum,quòd totum genus ſubalternum eſſet peremptū, hoc eſt quòd tota pecunia illorum de Coſpis,quam Romæ habebant,fuerit perempta,& amiſſa, & dato illā fuiſſe peremptā,tamen non fuit probatum,quòd pecunia, quā Bononiæ,& alibi habebant,fuerit perēpta,& ſic totū genus ſubalternum pecuniæ peremptum non fuit,quia pecunia, quæ erat in urbe,& pecunia,quæ erat Bononiæ, erat de eodem genere,cum unum tantum eſſet nomen ſocietatis,& una,eademq; eſſet ſocietas,ueluti conſtat ex cōfeſſione illorum de Coſpis:Item nō apparet,neq; probatum fuit, quòd illamet pecunia,quæ fuit oblata, & illa, quā ipſi paratam ſolutioni habebant,fuerit perdita,& perēpta,prout neceſſe erat probare ad hoc,ut ipſi dicerētur liberati,& periculum interitus ad creditores de Teſta ſpectaret arg.d.l.qui decem,d.l.ſi ſoluturus, & d.l.in naue, ergo ſequitur ex his, quòd dicti de Coſpis debitores liberati dici non poſſunt.Rurſus quamuis tota pecunia exiſtens & in vrbe,& Bononiæ fuiſſet deperdi
27 ta,tamen † ex quo non fuit deperdita ante moram creditoris,quia ante,quàm oblatio pecuniæ facta ab illis de Coſpis ad notitiā illorum de Teſta creditorum perueniret,iam euenerat caſus in urbe,& ſic caſus peremptionis ante morā creditoris euenit,periculum debet ad ipſos debitores ſpectare d.l.qui decem,& d. l.ſi ſoluturus cum ſimil. & fatentur oēs in d.l.quod te,in d.l.incendium,& d.l.ſi ex legati cauſa.Præ
28 terea † non uidetur ſufficere ad hoc, ut periculum interitus ad creditorē ſpectet,quòd debitor ſimpliciter pecuniā ſolutioni paratā habeat,niſi etiā creditor fuerit in mora conſtitutus,ut quia illi facta fuerit oblatio,& ipſe acceptare denegauerit,ut dicit tex.in d.l.qui decem,& in d.l.ſi ſoluturus cū aliis,& eſt de mente omnium ſcriben.in d.l.quod te, in d.l.ſi ex legati cauſa,in d.l.incendium,in d.l.qui decem, & in aliis locis præalleg.qui uolunt,quòd ad hoc,ut debitor generis liberetur,& periculum caſus fortuiti ad creditorē ſpectet, requiratur,quòd creditor fuerit in mora conſtitutus,ut per oblationem pecuniæ congruo loco,& tēpore ſibi factā,quā ipſe acceptare denegauerit:ex hoc igitur ſolum,quòd debitor habeat pecuniā ſolutioni paratā, creditor non conſtituitur in mora acceptandi,ſed requiritur, quòd illi fuerit oblata,& ipſe acceptare denegauerit l.lucius la 2.depoſiti. ubi debitor per literas ſuas denunciauit creditori penes ſe habere pecuniam ſolutioni paratā ad oēm ipſius uoluntatem,& tamen creditor propter hoc nō dicitur in mora cōſtitutus, quia huiuſmodi literæ denunciationis cēſentur potius factæ ad cōtrahendū,ſeu probandū debitū,quàm ad conſtituēdū creditorē in mora,ut ibi,& argu.l.publia ff.depoſi. & quòd nō ſufficiat debitorē habere pecuniā ſolutioni paratam ad hoc,ut creditor in mora conſtituatur,ſed neceſſaria ſit oblatio facta creditori,quā ipſe acceptare denegauerit, eſt text. in terminis,ibiq; Paul. de Caſ.in d.l.ſi ſoluturus,& l.qui romæ in prin.ff.de uer.obl.Quod etiā ſuadetur,nā aliàs ſequeretur,quòd ſi alicui optimo mercatori, ſeu campſori fuiſſet pecunia mutuata,ſemper periculū eſſet ipſius creditoris,cū optimi mercatores dicantur, & præſumantur ſemper pecunias ſolutioni paratas habere,ut eſt gl.in l.4 §.melior in uer. facilior ff.de in diem adiec.& habetur per Sali. in d.l.incendiū in ult.col.quod tamen eſt falſum,& cōtra d.l.incendiū, ibiq; Sali.Accedat ad hæc,quòd aut uolumus dicere, quòd in caſu noſtro obligatio inter illos de Coſpis, & illos de Teſta fuerit contracta à tēpore datæ literarū, & tunc non pōt dici illa pecunia,quā dicti de Coſpis habebant,parata ſolutioni reſpectu illorū de Teſta, ut ſic potuerit ipſis de Teſta præiudicari in caſu,quo pecunia caſu fortuito eſſet perempta,cum ipſi ignorauerint,& ueriſimiliter ignorare potuerint,an pecunia eſſet ſolutioni parata reſpectu ipſorum, cū nondum tempore, quo urbs Romæ fuit à Barbaris depopulata,literæ illis de Teſta fuiſſent redditæ, nec ad eorum notitiam peruenerint: quo fit,ut illa pecunia quoad illos de Teſta non potuerit dici fuiſſe parata ſolutioni, & conſequenter eis præiudicaſſe argumento l.ſi putator in fin. ff. ad

leg.aquil.l.ſi fideiuſſor §.ſi cum debitor ff.manda.& conſequenter ex hoc non potuit ipſis de Teſta præiudicari, quia facti ignorantia non nocet l.2.l.error,& l.regula ff.de iuris, & fac.igno.aut uolumus dicere,quòd obligatio fuerit cõtra ćta tempore receptionis literarum,& ſic eo tempore,quo literæ illis de Teſta redditæ fuerũt,prout uerius eſſe arbitror, & ut colligitur ex iis,quæ uoluit Sali.poſt Bal.in l.ſi pro debito C.ex qui.cau.in poſ.ea.& per Bar.Pau.de Caſ.& alios in l.ſingularia ff.ſi cer.peta.& tunc iſtud,quòd pecunia fuerit parata ſolutioni,illis de Teſta præiudicare non potuit,ex quo ante obligationem contractam pecunia iam fuerat ca
29 ſu fortuito perempta. Præterea † ſi debitor creditori pecuniam debitam obtulit, & ſic pecuniam ſolutioni paratam, & deſtinatam habuit, nõ liberatur propter interitum illius pecuniæ,quando oblatio taliter facta fuit, quòd ex ea creditor non fuerit in mora conſtitutus, ut quia facta fuerit non congruo loco,& tempore,l.creditor cum glo.& l.ſi ſoluturus ff.de ſolu.&not.in d.l.qui decem:Sed in caſu noſtro per oblationem factam a debitore, propter quã debitor dicitur pecuniam ſolutioni paratam habuiſſe, creditor non eſt conſtitutus in mora,quoniam illa ante interitum,& peremptionem rerum, & pecuniæ ad notitiam creditoris nondũ peruenerat, ergo creditor non poteſt dici conſtitutus in mora recipiendi ante caſum contingentem,prout de iure neceſſarium erat ad hoc,ut creditor de periculo,& caſu fortuito teneretur,ut in d.l.qui decem cum ſim. Ad hoc enim,ut creditor per oblationem à debitore factã in mora cõſtituatur, requiritur,quòd ipſe oblationem factam non acceptauerit, quinimmo tacitè, uel expreſsè acceptare denegauerit, illamq; reiecerit,ut eſt caſus clarus in d.l.qui decem,& in d. l.ſi ſoluturus:Mora ergo eſt illa,ut uolunt oĩa iura,& atteſtãtur omnes doct.in locis proximè allega.& in d.l.quod te,in d.l.incendium,& in d.l.ſi ex legati cauſa,quæ facit,& operatur,quòd creditor de periculo, & de interitu pecuniæ, & quantitatis debitæ teneatur,nõ autem ſimplex oblatio, neq; hoc,quòd debitor pecuniam ſolutioni paratam,& deſtinatam ſimpliciter habuerit:& ad propoſitũ facit etiã id, quod uoluit Sali.in d.l.incendium col.2.dicens, quòd ſi creditor fuerit in mora,quia ſibi fuerit oblata pecunia cõgruo loco, & tempore,ac etiam conſignata,& depoſita,iuxta quæ habentur in l.acceptam C.de uſur.cum ſimil.(quo caſu pecunia ſic oblata,& conſignata cenſetur eſſe tanquam ſpecies, ſeu tanquam genus ſubalternum d.l.ſi ſoluturus,& Salic.in d.l.incẽdium)deinde creditor moram purgauerit,& poſtea illa pecunia,quæ erat conſignata,perierit, non creditoris, ſed debitoris periculo dicitur perire,nã ſatis eſt, quòd creditor tẽpore interitus,& periculi non fuerit in mora,ut ibi, & habetur in d.l.ſi ſoluturus:Sed in caſu noſtro creditor nõ poteſt dici fuiſſe in mora tẽpore,quo caſus ille in urbe euenit,ergo non debet de periculo teneri, nec caſus fortuitus ad eum ſpectare debet,quamuis uerum eſſet,quòd debitor habuiſſet pecuniam ſolutioni paratam,& deſtinatam, & ſic illa etiam fuiſſet tanquã ſpecies:& poſito etiam,quòd probaretur,& conſtaret pecuniam illam paratã,ac deſtinatam ſolutioni fuiſſe caſu illo fortuito peremptam,&extinctã per prædicta, quod tamen minimè probatũ fuit; Itẽ poſito,ſed non cõceſſo,quòd etiã conſtaret, pecuniã fuiſſe peremptã, & ſic genus illud ſubalternũ,tamen adhuc debitor nõ poſſet dici liberatus,ex quo remanſit nomẽ, & pecunia debitoris Bononiæ exiſtens,& ſic ſolum pars generis ſubalterni periit,quo caſu debitor non liberatur, ut ſupra dictum fuit.

¶Supereſt modo,ut adductis in contrariũ reſpõdeatur,qui bus licet ſatis ex prædictis de tñſione cõſtare dici poſſet, tñ clarius,& ſpecialius reſpondendo,dico nõ obſtare primum fundamentum ſ ex oppoſito factum,quia rñdeo in primis,
30 quòd † qñ dies certa eſt ſolutioni appoſita, quo caſu in dubio fauore,& gratia debitoris cenſetur adiecta l. qui romæ in prin.ff.de uerb.obli.per euentum diei non creditor, ſed debitor in mora cõſtituitur,quia dies interpellat debitorẽ, & nõ creditorẽ:& ita propriè loquitur l.traiectitiæ ff.de act. & obl.& l.magnam cum ſimil. C.de contrah.& cõmit.ſtipu. niſi debitor ſe oſtendat in loco, & offerat ſe paratum die ſolutionis ſoluere creditori,uel alij,qui eius noĩe reciperet,ut in terminis uoluit Bar.in d.l.item illa col.3.in uerſi.aut uolo me exonerare. Præterea ſi dies interpellat pro homine, hoc eſt pro creditore,ut in dictis iuribus,& habetur in d.l.ſi ex legati cauſa, ſicut interpellatio hoĩs,hoc eſt creditoris debitorem,& non creditorem in mora conſtituit,d.l. ſi ex legati cauſa,ita & dies,& eius euentus ſolum debitorẽ, & nõ creditorem in mora cõſtituiſſet,niſi facta per debitorẽ oblatione,ut ſupra:& ut declarat Bar.in d.l.item illa in d.uer.aut
31 uolo me exonerare:Quod † procedit etiam in caſu, quo ſolutio fieri debebat certa die in alio loco,ut in ciuitate Florẽtiæ,ſeu Romæ,nam ad hoc,ut per euentum diei creditor dicatur in mora conſtitutus,requiritur,quòd debitor in termino ſe oſtendat in illó loco, & offerat ſe paratum ſoluere, ut uoluit Alex.in terminis huius noſtræ q.in addit.ad Bar.in d. l.itẽ illa col.3.uerſi.quæro pone,quòd ſolutio fieri debebat
32 in ciuitate Florentiæ,& † Sali.ibi in uerſ.ſi uerò ſunt diuerſi fori circa ſi.dicit,quòd quando ſunt diuerſi fori,debitor ad euitandã moram non tenetur ire domũ creditoris, & ſe illi offerre, ſed creditor ipſe tenetur domum debitoris ire ad hoc,ut ipſum debitorem in mora conſtituat: ſi autẽ non iuerit,non dicit,ex hoc creditorem in mora conſtitui, niſi debitor ſe obtulerit paratum ſoluere,ut in d.l.item illa,& arg.l. forma §.ſi uerò ff.de cẽſi.At in caſu noſtro non cõſtat,neq; probatum fuit,quòd debitor die 25.april. qua,ut aſſeritur, ſolutio fieri debebat, obtulerit ſe in urbe eſſe paratũ ſoluere,ſed fecit oblationẽ poſt diem deſtinatæ ſolutionis,&poſt euentũ caſus fortuiti,nam,ut aſſeritur, ſolutio fieri debebat die 25.aprilis, caſus fortuitus euenit die 6.maij, & oblatio debitoris,quòd ipſe eſſet paratus ſoluere,facta fuit die 27.
33 aprilis,& ad notitiam creditoris peruenit die 9.maij, † quæ dies notitiæ debet eſſe in conſideratione, quoniam non ſufficit debitorem offerre,niſi creditor oblationẽ ſciuerit d.l.qui decẽ,& d.l.ſi ſoluturus:ergo ex prædictis infertur,quòd per euentum diei ſolutionis ſimpliciter creditor non dicitur ita in mora conſtitutus,quòd ex hoc teneatur de periculo, ſeu periculum interitus ad eum ſpectet. Præterea non fuit probatum,quòd illi de Coſpis tẽpore depopulationis, & caſus pecuniã,quam in urbe habebant,amiſerint,u ſ plenius dixi. Vltimo reſpondeo, quòd illi de Teſta creditores nõ conuenerunt cum illis de Coſpis debitoribus,quòd ſolutio fieri ipſis deberet die 25.aprilis,nam ſi ita eſſet, poſſet fortè procedere dictum primum fundamentum,& id,quod uoluit Bar. in d.l.itẽ illa:ſed illi de Gabrielibus,& de Ragallis, qui cambium receperunt,literas ad illos de Coſpis Romam tranſmiſerunt cum mandato, quòd deberent ibi ſoluere pecuniam die 25.aprilis illis de Teſta,ut conſtat ex literis illorũ de Coſpis ſub data diei 27.aprilis, in quibus ipſi denunciauerunt, & ſignificauerunt illis de Teſta receptionem pecuniæ; & acceptationem mandati ad ſoluendum, quia ipſi de Coſpis fecerunt,& crearunt debitores illos de Teſta de dicta pecuniæ quantitate, quam eis ſoluere ad eorum beneplacitum ſe offerebant, ut patet in dictis literis. Ex quibus infertur, quòd dies 25. aprilis non fuit ſolutioni appoſita, nec deſtinata ex conuentione facta inter illos de Coſpis, & illos de Teſta: Item infertur,quòd illi de Teſta non potuerunt certò ſcire, quòd illi de Coſpis tenerentur ſoluere die uigeſimaquinta aprilis,& quòd ab illis de Gabrielibus, & de Ragallis pecuniam ipſis ſoluendam acceperint,niſi à die, qua ipſi de Coſpis per literas ſuas denunciauerunt, & ſignificauerunt

cauerũt illis de Teſta ſe recepiſſe pecunias,itẽ creaſſe, & fe
ciſſe illos deTeſta creditores,ac ſe paratos eſſe ſoluere,pro
34 ut hæc oĩa per ſuas literas fecerũt:Nam † mercator,ſeu cãp
ſor,qui deſtinatus eſt ſolutioni ab eo,qui pecunias ad cãbiũ
accepit,& ſic cui mãdatum eſt ab alio mercatore, ut ſoluat
in ciuitate Venetiarũ,uel Florẽtiæ,uel Romæ,nõ obligatur,
nec cogi poteſt ad ſoluendum,niſi ſuſceperit mandatum,&
illum,cui ſolutio erat facienda,creditorẽ creauerit,ut colli
gitur ex ũs,quæ uolũt Bar.& doct.cõiter in d.l.ſingularia ff.
ſi cer.pet.Bal.& Sal.in l.pro debito maximè in ult.q. C.de
bon.auc.iud.poſſid.& in l.fi.C.de noua. ergo ante receptio
nẽ mandati ad ſoluendũ non fuit obligatus,nec cogi potuit:
35 Sed † in terminis noſtris illi de Teſta non ſciuerunt, nec,ex
quo hoc ab animo alterius depẽdebat, ſcire potuerũt,quòd
illi de Coſpis acceptauerint mandatũ de ſoluendo, & pecu
nias ſibi remiſſas receperint,niſi poſt diem 22.aprilis,uide-
licet die 9.maij,qua die ipſi literas illorum de Coſpis rece-
perunt, & hæ literæ citius ad eos peruenire non potuerunt
tum propter locorũ diſtantiam,tum ob imminẽs itineris pe
riculum propter tranſitum exercituum tunc Romã tenden
tium arg.l.continuus §.cum ita cum ibi not. ff.de uerb.obli.
iuncta l.2.ff.ſi quis caut.Itẽ imputandum eſt illis de Coſpis,
qui per ſuos nuncios literas tranſmiſerunt,ſi citius, & ante
diem 9.maij literæ illis de Teſta redditæ non fuerunt, ergo
illi de Teſta non potuerunt conſtitui in mora recipiendi,niſi
poſt receptionem dictarum literarum,& ſic poſt dictã diem
nonã maij,quo tẽpore iam caſus ille in urbe euenerat arg.
l.ſi filius la 2.ff.ad maced.ubi receptio literarum attenditur
ad hoc,ut quis ex literis obligetur. ¶ Non obſtat ſecũdo id,
quod uoluit Sali.in d.l.incendium in ult. col. dũ ponit quæ-
ſtionẽ de ſcholari habẽte pecuniam penes campſorẽ, ut ſ̃,
36 quia r̃ndetur,quòd † in caſu noſtro potius iudicãdus eſt cõ
tractus mutui,quàm depoſiti, tũ ex numeratione pecuniæ,
tum ex eo,quod actum fuit inter partes,ut nõ idẽ in ſpecie,
ſed tantundem in eodem genere deberet reſtitui,& quia pe
cunia eſt ſui natura mutuabilis ad ea,quæ habentur in l.2.ff.
ſi cer.pet.& in dubio,quando dantur res ſui natura mutua
biles,ut quia conſiſtant in pondere,numero,uel menſura,&
idem in eodẽ genere debet reſtitui,cenſetur potius celebra
tus cõtractus mutui,quàm depoſiti,ut uoluit Bar.in d.l.2.in
fi.prin.& ita concludunt doct.cõiter in l.cum quid ff.ſi cer.
pet.ut ibi per Alex.& alios: Quo ſtante,ſequitur,quòd peri
culum caſus fortuiti contingens etiã ante morã cuiuſq; dici
tur ad debitorẽ ſpectare,quia genus perire non poteſt,ut in
d.l.incendium cum ſimil.ubi hoc uoluit etiã Salic.Præterea
37 & ſecundo † non poteſt contractus depoſiti in caſu noſtro
præſumi celebratus, quia non fuit data pecunia mercatori
ad cuſtodiendum,ſed ad cãbium cũ aliquali,& certo lucro,
quo caſu non poteſt dici cõtractus depoſiti,ut eſt tex. in l.j.
§.ſi ueſtimenta cum ſeq.& ibi doct.& glo.ff.depoſi.& con-
ſequenter huiuſmodi contractus debet iudicari potius con
tractus innominatus cãbij,& recambij,quàm mutui, uel de
poſiti,ut uoluit Gaſpar Cald.in d.ſuo conſi.106.& ſequun
tur doct.ferè omnes legiſtæ, & canoniſtæ,ut latè dixi ſ̃,qui
eſt contractus do,ut des,ut ibi:vel poteſt dici cõtractus em
ptionis,& uenditionis ſecundum Gaſp.Cald.in d.conſi. &
ſ̃ retuli:Non obſtat dictum Sali.in d.l.incendium in ult.col.
quòd attento ſtylo,& attenta cõi bonorum mercatorũ ob-
ſeruantia non eſt accipere pecuniam ex cauſa mutui,ſed de
poſiti,quia reſpondetur,quòd etiã cõis ſtylus, & cõis obſer
uantia optimorum mercatorum eſt accipere pecuniã ad cã
bium,& recambiũ cũ certo lucro,ueluti atteſtãtur oẽs doc.
38 tàm legiſtæ,quàm canoniſtæ,ut patet ex ſupradictis: † Item
tunc debet cenſeri,& præſumi contractus depoſiti,quando
bonus mercator accepiſſet à ſcholari,ſeu ab alio pecuniam
tenendã,& cuſtodiẽdã abſq; ſpe alicuius lucri,& ita propriè
loquitur Sali.& procedunt allegata per eũ, uidelicet d.l.lu
cius la 2.cum ſeq.ff.depoſi.Sed in caſu noſtro pecunia non
fuit à mercatore recepta tenenda,& cuſtodienda ſimplici-
ter,ſed ad cãbium cum certo lucro,ergo alius dicitur cõtra
39 ctus celebratus,quàm contractus depoſiti: Vel † poſito,ſed
non conceſſo,quòd deberet dici, & præſumi contractus de
poſiti,de cuius natura eſt, ut depoſitarius de caſu fortuito
non teneatur d.l.fin.C.depoſi.& d.l.1.§.ſæpe eod.tit. tamẽ
credo hoc uerum eſſe,quando ſpecies certa, uel quoddam
genus ſubalternum fuiſſet datũ ad cuſtodiendum,& ſic de-
poſitarius teneretur ad reſtituẽdum illud,quod perire poſ-
ſet,& ita loquuntur iura præallegata: Sed quando depoſita
rius teneretur ad reſtituendũ genus generaliſſimum,ut quã
titatem certã,cuius dominium fuiſſet in ipſum tranſlatum,
de cuius natura eſt,ut non poſſit perire d.l.incendium,& d.
l.in ratione la 2.cum ſim. tunc fortè periculum caſus fortui
ti ad ipſum debitorem, & depoſitarium etiam ante moram
ſpectare deberet,& hoc non ex natura cõtractus, ſed ex na
tura rei,quæ in hoc magis operatur arg.eorum, quæ haben
tur per Bar.& doct.cõiter in d.l.2.in prin.circa fi. & ibi Ale
xã.ff.ſi cer.pet.& per Paul.de Ca.Alex.& alios in d.l.fin. ff.
de condic.cau.dat.ubi uolunt,quòd licet de natura contra-
ctus emptionis, & uenditionis ſit, ut res uendita tradatur,
non autem detur,ut probatur in l.ex empto ff.de act. empt.
40 & l.ſi ita ſtipulatus ff.de uſur.cum ſimil.tamen † ſi pro certo
pretio uendatur illud,quod conſiſtat in genere, uidelicet in
pondere,numero,uel menſura,de cuius natura eſt,ut detur,
ut in d.l.2.tunc uenditor tradendo rem non liberatur,ſed te
netur dare,& dominium transferre, quia in hoc rei natura
magis,quàm natura contractus attenditur: & tex.in d.l.lu-
cius la 2. ubi depoſitarius ad tantundem in eodem genere
tenetur,nõ dicit,quòd depoſitarius liberetur, ſi pereat quã
titas:ita in terminis dicit Alex.in d.l.ſi ex legati cauſa in fin.
uer.cuius uerba ſunt optimè ad propoſitum notanda, nam
innuit,quòd depoſitarius,qui ad genus,& quantitatem tene
retur,non liberetur caſu fortuito,quia genus perire nõ põt.
¶ Non obſtat tex.in d.l.titius ff.de præſcript.uer. inductus,
ut ſupra,quia reſpondeo, quòd ex diuerſis non eſt bona il-
41 latio,iuribus uulgatibus, nam † ille tex. loquitur in contra-
ctu innominato do,ut facias,ut ex eo patet, & traditur per
Paul.de Caſt.Sali.& alios ibi,nos uerò loquimur in contra-
ctu innominato cambij,qui dicitur contractus innominatus
do,ut des,ueluti ſupra declaraui:quæ ſpecies inter ſe diffe-
runt l.naturalis §.j.cum ſequen.ff.de præſcri.uer.& facit id,
quod uoluit Alex.in d.l.ſi ex legati cauſa in fin. uer. allegan
do tex.& illi reſpondendo in l.maritus ff.loca. Vel ſecundo
reſpondeo,ut dicit Alex.in d.l.ſi ex legati,quòd d.l.titius po
nit caſum ſpecialiſſimum, per quem limitatur regula d.l.
incendium,uidelicet quòd debitor generis in illo caſu libe
retur,perempta quantitate,quotieſcunq; data fuiſſet pecu
nia,& illius dominium tranſlatum in recipientem, & data
fuiſſet ad negotiãdum cum pacto, quòd luctum ex ea per-
cipiendum pro certa quantitate eſſet ipſi creditori dãdum;
nam acquiſitio illius certi lucri facit,quòd non ſit mandatũ,
nec mutuum,nec ſocietas,ſed cõtractus innoĩatus do, ut fa
cias,& periculũ ad creditorẽ ſpectet:ita in terminis illi tex.
reſpondet Alex.in d.l.ſi ex legati cauſa in fi.uer. & fuit de-
claratio Pauli de Caſt.in d.l.titius.Præterea in terminis d.l.
titius ad hoc, ut creditor de periculo pecuniæ teneretur,
præſupponitur pecunia perempta,& ſic iſtud fuit ibi proba
tum,quod,ut ſupra dixi,in caſu noſtro factum non fuit.
¶ Nec aduerſatur id,quod uoluit Rapha. in d.l. ſi ex lega-
ti cauſa dicens,quòd in contractibus bonæ fidei hoc cõtin-
git,quòd debitor generis liberatur ante morã perẽpta quã
titate in genere debita,cuius quantitatis occaſione tantun-
dem reddere tenebatur, & ita intelligit tex.in d.l.titius,& li

mitat tex.in d.l.incendium,quia hæc opinio Raph.nõ eſt ue
42 ra per regulam d.l.incendium:item quia †ſi quis ſit debitor
quãtitatis in genere actione ex teſtamento, & ex ultima uo
luntate(quæ contractibus,ſeu actionibus bonæ fidei æquipa
ratur arg.l.in fideicommiſſi §.1.& glo.ibi in §.nõnunquam
ff.de uſur.l.in minorum C.in quib.cau.in integ.reſti.non eſt
neceſ.Bar.in l.cẽteſimis §.ſi ita ſtipulatus col.pen.ff.de uer.
obli.)is non liberatur, perempta quantitate caſu fortuito,
quia genus perire non poteſt,d.l.in ratione la 2.§.diligen-
ter,& §.incertæ:& ita ſequitur Alex.in d.l.ſi ex legati cau-
ſa in fin.uer.quòd in hoc nulla ſit differentia inter cõtractus
bonæ fidei,& contractus ſtricti iuris. ¶ Vltimo nõ obſtat id,
quod uolunt Bar.Pau.de Caſt.& alij in d.l.ſi ſoluturus ff.de
ſolut.dicentes, quòd quando pecunia debita eſt oblata, &
depoſita ad effectum,ut creditor poſſit liberè illam quando
cũq; uult,& ad eius beneplacitum recipere, ex hoc debitor
dicatur ipſo iure liberatus, & periculum illius pecuniæ ad
creditorem ſpectet l.obſignatione C.de ſolut. quia reſpon
detur,quòd ſi in terminis noſtris per debitorem facta fuiſſet
oblatio,conſignatio,& depoſitio pecuniæ cum libera pote
ſtate debitori data de recipiendo illam, ut ſupra, & poſtea
cõtigiſſet caſus fortuitus,ob quẽ pecunia illa fuiſſet perem
pta,periculum utiq; fuiſſet creditoris,& non debitoris,quo
niam per talem oblationem,& conſignationẽ debitor fuiſ-
ſet ipſo iure liberatus perinde, ac ſi ſoluiſſet d.l.obſignatio
ne,item quia illa pecunia ſic depoſita cẽſeretur,ut ſpecies,
uel ut genus ſubalternum,ut ſupra dixi,& præſupponit Sa-
lic.in d.l.incendium col.2.& do.meus Sozi. in d.l.quod te:
ideò nil mirum, ſi, ut ſupra ſæpius dictum fuit, periculum
peremptionis ad creditorem pertinet: Sed in caſu noſtro
pecunia debita non fuit ante caſum oblata, nec conſigna-
ta,ergo &c.Et ex his intrepidè dico ad fauorem illorum de
Teſta pronunciandum fore. Laus Deo.

ADDITIO.

EXCELLENTISSIME domine, ſuper dubiis
motis in cauſa illorum de Teſta plura eſſent dicenda,ſed ne
ceſſaria ſolum perſtringam:Et ultra reſponſiones per me ẽ
datas ad tex.in l.titius ff.de præſcrip. uer. quæ ſunt expreſsè
de mente Alex.in l.ſi ex legati cauſa in fin.uerb. ff. de uerb.
oblig.à cuius dictis in iudicando non eſt recedendum,quia
fuit doctor ueritatis,dico, quòd caſus illius text. in d.l.titius
eſt longè diuerſus à caſu noſtro,& propterea ex eo nõ poſ
ſumus ad caſum noſtrum arguere l. papinianus exuli ff. de
minor.l.inter ſtipulantem §.ſacram uerſi.ſed hæc diſſimilia
ff.de uerb.obli.c.2.de tranſla.præla.c.per uenerabilem qui
43 fil.ſint legit.& c.in præſentia de proba.† Nã ibi data fuit pe
cunia debitori, & illius dominium tranſlatum cum pacto
principaliter conuento, ut cum ea pecunia negotietur, &
de lucro inde facto certam quantitatem puta uiginti ipſi
creditori dare teneretur,& ab inde ſupra lucrum, quod fie
ri contingeret,ad debitorem ſpectaret,quod pactum ope-
raretur,ut periculũ amiſſionis pecuniæ ad creditorẽ ſpectet,
quamuis debitor eſſet obligatus ad genus,hoc eſt ad quan-
titatem,ut ibi eſt tex.not. ubi ita declarant Paul. de Caſt. &
Moder.in d.l.quod te ff.ſi cer. pet. quod pactum an ſit lici-
tum,& permiſſũ de iure canonico,quod eſt in his attenden
dum arg.eorũ,quæ habẽtur in c.1.de noui oper. nunc.& in
c.quæ in eccleſiarũ de conſti.uidetur,quòd nõ, quia ſuſce-
ptio periculi ex parte creditoris nõ operatur,quòd quis ul-
tra ſortẽ quicquam poſſit recipere c.nauiganti, ibiq; Abb.
Ioan.And.& alij extra de uſuris: in caſu autem noſtro hinc
inde erat dari in obligatione principaliter, nõ autẽ factum
aliquod,niſi acceſſoriẽ,& in quandã cõſequentiã,quia de-
bitor creditori literã cambij faciebat nõ principaliter pro

adimplemento contractus innominati, ſed ad cautionem,
& probationem debiti iuxta l.publia ff. depoſi. nam † face 44
re literã cambij non dicitur eſſe principaliter in obligatio
ne,ſed ea fit creditori,ut ipſe ſit cautus, & facilius debitum
probare poſſit, d.l.publia,iuncta l.in re ff.de fide inſtru.cum
ibi not.vnde hoc reſpectu cõtractus cambii non dicitur cõ-
tractus innominatus do,ut facias,& des, ſed ſimpliciter do,
ut des,ut expreſsè uoluit Gaſpar Calde. in conſilio per me
ſuperius allegato cum aliis,quæ ibi dixi,alioquin ſi reſpectu
literæ cambij,quæ fit creditori ad eius ſecuritatem, contra
ctus cãbij diceretur ex parte creditoris continere do,& fa-
cio,ſequeretur,quòd ubicunq; fieret contractus innomina
tus do,ut des,& redigeretur in ſcriptis,quia de eo inſtrumẽ
tum publicum fieret,prout hodie de oĩbus cõtractibus in-
ſtrumenta publica fiunt,non diceretur eſſe contractus do,
ut des ſimpliciter,ſed do,ut facias,& des,& ſic nũquã fieret
cõtractus innominatus do,ut des ſimpliciter, quoties de hu
iuſmodi contractu pro cautione creditoris inſtrumentũ pu
45 blicum fieret:quod tamẽ eſt abſurdum dictu,nã † inſtrumẽ
ta,& ſcripturæ de contractibus fiunt, non ut ex hoc contra
ctus efficiantur alterius ſubſtantiæ,ſed ut,quod actum eſt,fa
cilius per inſtrumẽta,& ſcripturas probari poſſit,ut eſt tex.
clarus in d.l.in re in uerſi.fiunt enim ff.de fide inſtru.Præte
rea dicit Pau.de Caſ.in d.l.titius col.j. & circa fin. quòd ille
tex.ponit caſum ſingulariſſimum,dum uult, quòd pecuniæ
dominium ſit in debitorem trãſlatum, & tamen periculum
interitus illius ad creditorem ſpectet contra regulã d.l.incẽ
dium C.ſi cer.pet.& ratio huius ſpecialitatis eſt ſecundum
ipſum,& ſecundũ moder.in d.l.quod te, ac etiã in l.ſi paſcẽ
da C. de pact. propter pactum adiectum dationi pecuniæ,
quòd debitor teneretur cum illa pecunia negotiari, & de
lucro inde facto certã illius quantitatem dare: Sed in caſu
noſtro pecunia non fuit data,hoc principaliter,& expreſsè
acto,ut recipiens teneretur negotiari,nec quòd de lucro ex
negotiatione talis pecuniæ faciẽdo aliquid, ſeu certa quan
titas lucri pecuniarij dari deberet, ergo caſus illius text.eſt
penitus à caſu noſtro diuerſus. Nec obſtat,quòd in caſu no
ſtro debebatur lucrum certum,ſeu certa quãtitas,uidelicet
duo,uel tria pro quolibet cẽtenario, & in hoc uidetur cum
caſu d.l.titius conuenire,nam reſpõdetur,quòd d.l.titius lo
quitur,quando certa quantitas lucri debebat dari credito-
ri,in caſu uerò noſtro illud lucrum debitori debebatur pro
remiſſione pecuniæ facienda. Præterea d.l.titius loquitur
de lucro ex negotiatione ultra rem,& ultra capitale dedu-
46 cto omni ære alieno,& qualibet impenſa faciendo,at † in
caſu noſtro id, quod debitori datur pro remiſſione pecu-
niæ facienda,uidelicet duo pro centenario,non debetur ut
lucrum,ſeu pro lucro,ſed pro mercede laboris, & impenſæ
remiſſionis,ut uolunt doct.communiter, quos ſuperius alle
gaui,qui tenent contractus cambij eſſe licitos,& nõ uſura-
rios,nam id,quod ſoluitur,ſeu percipitur pro remiſſione pe
cuniæ,nõ ſoluitur tanquã lucrum,ſed pro mercede.Rurſus
in caſu d.l.titius uterq;,uidelicet & creditor, & debitor lu-
crum pecuniariũ ex cõuentione expreſſa cõſequebatur, &
percipere poterat,ut ibi eſt caſus,in caſu aũt noſtro ſolus de
bitor,qui pecuniã de loco ad locum remittere debebat: Et
quãuis ex parte creditoris dantis pecuniã celebraretur cõ
tractus cambij,ut pecunia ſua ſalua eſſet,& ut tutè,ac ſecu-
rè illam in alio loco deſtinatæ ſolutionis habere poſſet,& ſic
creditor ex hoc commodum,& utilitatem percipere dice-
retur,tamen hoc ex parte ſua nõ dicitur lucrum,ſed potius
47 damni euitatio, quia † per contractum cambij creditor ſit
ſecurus,quòd pecunia ſibi abſque periculo in loco deſtina
to ſoluetur:& quamuis hoc ei utile eſſe dicatur, & commo-
dum ex hoc conſequatur,nõ tamen dicitur eſſe lucrum,ſed
damni euitatio,quæ ſunt diuerſa,l.fi.C.de codicil. iũcta l.3.
ff.de

ff.de dam.infect. Lucrum enim,de quo loquitur d.l.titius,
capitur pro eo,quod extrinſecus prouenit extra rem,ſaluo
capitali, & deducto ex ipſa negotiatione omni damno, &
impenſa,ut in d.l.iuncto §.de illa Inſti.de ſocie.ubi lucrum,
quod fit ex negotiatione,dicitur id, quod ſupereſt facta cō
penſatione damnī,& lucri,ſed commodum, quod creditor
ex contractu cambij in caſu noſtro percipit,nō eſt huiuſmo
di, ſed potius dicitur damni euitatio, ergo clarè conſtat,
quòd d. l. titius ad caſum noſtrum allegari non meretur.
Adde, quòd ſi in caſu d. l.titius periculum pecuniæ ſpectat
ad creditorem,& non ad debitorem contra regulam d.l.in-
cendium,propter pactum expreſsè, & principaliter adie-
ctum in fauorem creditoris de habendo certam quantita-
tem lucri ex negotiatione pecuniæ faciendi,ut uolunt mo-
der.poſt Dyn.in d.l.quod te,& in d.l.ſi paſcenda,& Pau.de
Caſt.in d.l.titius,ergo aliter dicendum erit in caſu noſtro,
uidelicet,quòd periculum pecuniæ ſit debitoris,nā expreſ-
sè,& principaliter non fuit conuentum ad fauorem credi-
toris de habendo certam pecuniæ quantitatem de lucro ex
negotiatione faciendo,& maximè cum in hoc caſu nō fue-
rit actum,ut cum pecunia negotietur.Nullo itaq; pacto tex.
ille facit ad caſum noſtrum, nec arguit idem in contractu
cambij dicendum eſſe.Et hæc ultra reſponſiones in aliis alle
gationibus datas ſufficiant.¶Quoad aliud ſubtiliter per do
minum iudicem conſideratum ad demonſtrandum illos de
Coſpis non fuiſſe in mora,ſed illos de Teſta,dico in primis,
quòd pro parte illorum de Teſta ad concludendum,quòd
periculum pecuniæ perditæ ad illos de Coſpis ſpectauerit,
& ſpectet,non ſit fundamētum in mora illorum de Coſpis,
quia ſiue ipſi fuerint in mora,ſiue non, idem dicendum eſt,
periculum eſſe eorum, ex quo erant debitores generis, &
quantitatis,quoniam genus perire non poteſt,& ideò debi-
tor remanet obligatus etiam poſt periculum, ſiue ipſe fue-
rit in mora,ſiue non d.l.incendium,ibiq; doct.maximè Sali.
& fatentur omnes in d.l.quod te,& in d.l.ſi ex legati cauſa.
Nec uerum uidetur, quòd illi de Teſta in caſu noſtro fue-
rint in mora conſtituti,poſito etiam ipſos ante excidium ur-
bis ſciuiſſe literas ex ciuitate Lugduni fuiſſe directas illis de
Coſpis,quibus eis mandabatur,ut pecuniam illis de Teſta in
48 urbe ſoluerent, † Nam illi de Teſta non potuerunt in mora
conſtitui, niſi poſtquam fuit ipſis ab illis de Coſpis per ſuas
literas notificatum,& ſignificatum,quòd parati erant ſolue
re, & ſic à tēpore quo illi de Coſpis mādatum de ſoluendo
receperunt, nam antea non fuerunt in aliquo illis de Teſta
obligati,ut ſuperius plenè dixi in aliis allegationibus,& uo-
lunt expreſsè docto.communiter,quos ibi allegaui,maximè
Bal.& Sali.in l.pro debito C.de bon.aucto.iud.poſſid. Bart.
Paul.de Caſt.& alij in l.ſingularia ff.ſi cer.pet.Quòd autem
illi de Coſpis mandatum ad ſoluēdum acceptauerint,& ſic
acceperint literas ad eos ex ciuitate Lugduni tranſmiſſas
cum effectu ſoluendi,non peruenit ad notitiam illorum de
Teſta,niſi die nona maij mediantibus literis illorum de Co
ſpis datis,ſeu ſcriptis die 29.aprilis, ergo ante illud tempus
diei nonæ Maij ipſi de Teſta non potuerunt in mora conſti-
tui,cum prius certò ſcire non potuerint illos de Coſpis eſſe
debitores ſuos, & poſſe eos ad ſoluēdum cogere:ſtant enim
ſimul,quòd literæ cum mandato de ſoluendo alicui fuerint
ad mercatorem tranſmiſſæ,& tamē ex hoc ſolum mercator
non ſit obligatus ſoluere,quia ita demum mercator eſt obli
gatus,& ad ſoluendum compelli poteſt,quando ultra quod
literæ fuerint ad eum datæ,ipſe etiam mandatum de ſoluen
do acceptauerit,ſecundum quod declarant doct. in d.l.pro
debito,& in d.l.ſingularia,& ego in aliis allegationibus ple-
nè ſuperius dixi.Quibus ſtantibus,ſequitur,quòd illi de Te-
ſta ante excidium urbis non potuerunt dici in mora conſti-
tuti,cum ſolum poſt excidium ad eos peruenerint literæ il-
lorum de Coſpis,ut ſupra dictum fuit. Et ne longior ſim,ea
demq́ue ſæpius repetam,ulterius non inſiſto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Depoſitarius,qui etiam ſpontè ſe depoſito obtulit,non tenetur de facto ter tij,qui rem depoſitam ſubtraxiſſe diceretur,ſeu præſumeretur,quando illius tertij opera non utebatur,& ille tertius fuit exhibitus.*
2 *Aperiens,& reſignans ſcrinia præſumitur ipſe ſubripuiſſe, ſi quid inde ſubreptum fuit.*
3 *Depoſitarius quando de leuiſſima culpa teneatur.*
4 *Auctoritas ſuperioris ab omni culpa excuſat.*
5 *De culpa quando quis teneatur.*
6 *Filius etiam inter uolentes non eſt idoneus teſtis ne ad inditium quidem, & ſemiplenam probationem faciendum, eiusq́ue dictum parenti non nocet.*
7 *Teſtis unius dictum ut inditium,ac ſemiplenam probationem faciat,quid requiritur.*
8 *Filius contra patrem non eſt idoneus,nec legitimus teſtis.*
9 *De facto alterius ut quis teneatur,quid requiritur.*
10 *Iuramentum in litem ad probandum amiſſionem rerum, earumq; æſtimationem,& quantitatem non defertur contra aliquem, qui ex facto,et dolo alterius teneretur,*
11 *Et quando,& contra quem iuramentum in litem deferatur.*
12 *Iuramentum in litem non habet locū,quando petitur æſtimatio,& quantitas rerum ratione culpæ,uel doli ficti,& præſumpti.*
13 *Beneficio nos adiuuari,non autem decipi oportet.*

EPITOME.

DEPOSITARIVM, *qui etiam ſpontè ſe depoſito obtulit, ex facto tertii ad periculum rei depoſitæ ſubtractæ, & contra eum iuramentum in litem præſtari non debere, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CXCV.

EXCELLENTISSIME domine, ſuper dubiis
propoſitis ob temporis penuriam aliqua breuiter pro
ueritate ſcribam ad fauorē magiſtri Maphei,qui po-
ſito, quòd ob id, quod ſe depoſito obtulerit,teneatur actio
ne directa etiā ex leuiſſima culpa ſua ad periculum rei de-
1 poſitæ l.j.§.ſæpe ff.depoſi. † non tamen tenetur de facto,&
delicto tertij,qui rem depoſitam ſubtraxiſſe diceretur, uel
præſumeretur,quando ille tertius eſſet talis,cuius opera de
poſitarius non utebatur,nam tunc deponens non contra re
cipientem rem depoſitam,ſed contra illum tertium agere
debet,& maximè quando ille fuit exhibitus,ut eſt tex.in l.j.
§.familiæ uſque ad fin.ff.de publica.& in l.j.in fin.ff.fur.ad-
uer.nau.Sed in caſu,de quo agitur,ſaltem præſumptiuè ap
paret, quòd alius,quam magiſter Mapheus, ſeu aliquis de
familia ſua ſubripuit,quoniā conſtat,qui fuerint illi,qui ſcri
2 nia aperuerunt,& reſignauerūt,ut in proceſſu,& †iuris præ
ſumptione illi ſubripuiſſe cēſentur,ſi quid inde ſubreptum
fuit,ut præſupponunt doct.oēs in l.ſi quando C. unde ui,in
l.unica ff.furti aduer.nau.ibiq; Bar.& in l.1.§.ſi ciſta ff.depo
ſit.in l.in actionibus ff.de in lit.iur.& in c.fin.quod met.cau.
ergo non ſumus in caſu,in quo depoſitarius de culpa leuiſ-
3 ſima teneatur,quoniam † tunc depoſitarius de culpa leuiſſi
ma tenetur,quando ratione illius culpæ depoſitarij pericu
lū,ſeu damnum ſequutum fuit d.l.1.§.ſæpe, & ita loquitur
Bar.in l.quod nerua in 8.q.ff.depoſi.At in caſu noſtro ſcri-
nia, ſeu, ut uulgo dicunt, fortieria, & conſequenter bona
non fuerunt ex aliqua culpa etiam leuiſſima magiſtri Ma-
phei ſubrepta, ergo &c. Officiales enim gabellæ de man-
4 dato ſuperiorum ſcrinia aperuerunt, † quæ auctoritas ſupe
rioris dictum magiſtrum Mapheum ab omni culpa excuſat
arg.d.l.1.§.ſi pecunia ff.depoſi. & l.cum domini cū ibi not.
ff.loca. Et ex his uidetur magiſter Mapheus ſatis excuſari

ab hac apertura,& facto officialium, qui hæc ex aliqua ip-
ſius magiſtri Maphei culpa non prouenerunt, ergo de illo-
rum facto teneri nõ debet: Si autem dubitetur, an magiſter
Mapheus teneatur ex alia ratione,& ex alio facto, quàm ex
dicta apertura, quod factum culpa ipſius etiã leuiſſima pro
uenerit, tunc dico magiſtrum Mapheum nõ debere teneri,
quoniam de aliquo alio facto non conſtat, niſi de apertura,
& reſignatione dictorum officialium, non enim conſtat res
in ſcriniis poſitas fuiſſe igne conſumptas, nec furto ſubtra-
ctas, nec aliter ob iſtam culpam peremptas, ergo non debet
ipſe de aliqua culpa teneri, cum ea aliquem caſum nõ præ
ceſſerit,& ad hoc, ut depoſitarius de culpa teneatur, requi-
ratur, quòd ex illa caſus, damnum, ſeu periculum aliquod
ſequatur, quod in caſu noſtro non apparet: Et licet ex eo,
quod magiſter Mapheus habuerit ſcrinia illa in ſala, ad quã
aditus facile haberi poterat,& conſequenter nõ fuerit uſus
ea diligentia, qua fuit in rebus ſuis uſus, & ſic in culpa eſſe
dicatur, non tamen cõſtat, quòd ob hanc culpam,& facilem
aditum ad illum locũ res poſitæ in ſcriniis fuerint perditæ,
& ſubreptæ, ergo ipſe de hac culpa teneri non debet iuxta
ea, quæ uoluit Bar.in d.l.quod nerua,& eſt text.in d.l.1.§.ſæ
5 pe: Nam † de culpa quis tenetur, quando illa præceſſit ca-
ſum,& fuit cauſa periculi,& damni, & non in alio caſu, ut
probant omnia iura:& hæc benè conſiderentur, quia me-
dullam rei in caſu, de quo agitur, tangunt. Præterea, quòd
magiſter Mapheus non fuerit uſus diligentia, qua in rebus
ſuis uſus fuit,& quòd facile per feneſtram aditus ad locum
haberi poſſet, non fuit per partem aduerſam probatum, &
cùm iſtud eſſet fundamentum intentionis ſuæ, debuit hoc
probare c.1.ut eccleſ.benefic.l.ei, qui ff.de probat. & l. qui
accuſare ff. de eden. & ſi diceretur hoc fuiſſe probatum ex
atteſtatione filij magiſtri Maphei examinati ad inſtantiam
aduerſarij, reſponderi poteſt, ipſum non dicere, quòd pa-
ter eius in loco illo bona propria non teneret, neque recon
deret, nec quòd ſolitus eſſet maiori in rebus ſuis diligentia
uti:& poſito dictum eius filium hoc dixiſſe, tamen non pro-
baret, tum quia eſt ſolus,& ſingularis, neq; in hoc cõteſtem
6 habet, tum quia † filius etiam inter uolentes non eſt ido-
neus teſtis, eiuſq; dictum parenti non nocet: Quod eſt adeò
uerum, ut ne indicium quidem, nec ſemiplenam probatio-
nem faciat, ergo cum aliis ſemiplenis probationibus iungi
non poteſt, nec debet, neque poteſt iuramentum deferri ad
not.in l.admonendi ff. de iureiur.& in c.fin.eod.tit.quod au
tem non faciat etiam inditium contra patrem, probatur, nã
7 † ad hoc, ut dictum unius teſtis faciat inditium, & ſemiple-
nam probationem, debet eſſe ille teſtis aliàs idoneus, & om
ni exceptione maior, ut uoluit Bar.in l.fi.ff.de quæſt. & in d.
l.admonendi,& Abb.& alij in c.tertio loco de probat. Sed
8 † filius contra patrem non eſt idoneus, nec legitimus teſtis
d.l.parentes,& l.lege iulia ff.de teſtib.ergo examinatus indi
tium,& præſumptionem non faciet. Rurſus & ſi magiſter
Mapheus dicatur fuiſſe in aliqua culpa nõ conficiendo in-
uentarium, & deſcriptionem coram honeſtis perſonis poſt
aperturam,& reſignationem ſcriniorum ab officialibus fa-
ctam, iuxta d.l.1.§.ſi pecunia ff.depoſit. hoc tamen ipſi non
eſt imputandum duplici ratione, prima, quia non eſt proba
tum, quòd ob hanc non cõfectionem inuentarij deponens
fuerit paſſus damnum,& ideò ratione huius culpæ non de-
bet teneri, quoniam de culpa quis nũquam tenetur, niſi pro
pter illam damnum,& periculum ſequutum fuerit, ut quia
culpa præceſſerit Lopus,& l.ſi fundus cũ glo.in uer. teneris
ff.loca.cum ſimil.Secunda, quia tempore aperturæ,& reſi-
gnationis magiſter Mapheus erat abſens, ergo eſt excuſan-
dus. Tertio probatũ fuit, quòd, facta apertura, reſignatione,
& inquiſitione per officiales, ſtatim ſcrinia fuerunt clauſa eo
modo, quo prius erant,& claudi poterant, coram illis teſti-
bus, qui tunc ibi aderant, ergo ex hoc ab huiuſmodi culpa
poſſunt excuſari arg.d.l.1.§.ſi pecunia. ¶ Sed præſuppoſito,
non tamen conceſſo, quòd magiſter Mapheus fuiſſet in cul
pa,& ob culpam damnum,& periculum aliquod fuiſſet ſe-
quutum, tamen nõ uideo nos eſſe in caſu, in quo aduerſario
ſit iuramentũ in litem deferendum, cum non agatur cõtra
magiſtrum Mapheum ex facto, dolo, ſeu delicto ſuo, ſed al-
terius, hoc eſt propter aperturã ſcriniorum à gabellariis fa-
9 ctã, nam † ad hoc, ut quis teneatur pro facto, ſeu delicto alte
rius, requiritur, quòd fuerit ſaltem in culpa in adhibendo ta
les miniſtros,& non prohibendo illos, cum poſſet prohibere
l.ex maleficiis §.fin.ff.de act.& obli.§.1.Inſti.de obli.quæ ex
quaſi malefi.& per totum nautæ, caup.ſtabu. Sed magiſter
Mapheus nõ adhibuit gabellarios ad hoc, uel ad aliud mini
ſteriũ, neq; illos prohibere potuit, ergo non debet ex illorũ
facto teneri, ſed publicanus eorũ magiſter l.1.§.familiæ,&
l.quantæ ff.de publ.&, ut dicit Bal.in l.1.& in l.ex diui C.lo
ca.ſpeciale eſt in odiũ nautarum, ſtabulariorum, cauponũ,
& publicanorũ, quòd ipſi de facto,& delicto miniſtrorum
10 ſuorum teneantur, ut in iuribus præalleg.Præterea † qñ agi
tur contra aliquẽ ex facto, & dolo alterius,& ſumus etiã in
caſibus, in quibus is de iure teneatur, ac ſit cõdẽnãdus, quia
cõſtet de illo facto,& delicto, iuxta c.j.de reſti.ſpol.& l.ſi qñ
C.unde ui cum ſimil.nunquã ad probandum amiſſionẽ re-
rum, ac earũ quantitatẽ,& æſtimationẽ defertur iuramentũ
in litẽ, ſed res ipſæ,& quantitas,& æſtimatio earum probari
debet, qñ ſumus in caſu, in quo conſtat, illũ, qui cõuenitur,
11 nõ ex ſuo, ſed ex alterius dolo cõueniri, † defertur.n.huiuſ-
modi iuramentũ in litem ſolum contra aliquẽ conuentum
ratione ſui doli, nec ſufficeret, quòd eſſet in lata culpa, quæ
eſt dolo proxima, ad not.per doc.maximè Alex.Iaſ.& alios
in d.l.in actionibus:& hæc eſt opin.cõis, ut atteſtatur Iaſ.in
d.l.in actionib.col.pe.qui cõſiderat quatuor caſus,& tertius
eſt noſter,& Alex.ibi, qui dicunt, quòd opi.Bar.in l.ſi qñ C.
unde ui, in d.l.unica ff.furti aduer.nau. & in l.ne quid ff. de
incẽ.rui.& nauf.qui hoc expreſsè tenuit, eſt cõis, quicquid
aliqui ibi etiã per Bar.relati,& contrariũ tenentes dixerint:
An aũt magis ſit credendum Iaſ.Alex.& Imo.atteſtantibus
opin.Bar.eſſe cõem, quã doctori uiuẽti,& in præſenti cauſa
conſulenti, quilibet facile poteſt iudicare: & opin.prædictã
Bar.ſequũtur Cyn.& Io.Din.& Io.And.in addi.in tit. de ra
12 ptor.dicentes, quòd † hoc iuramentum non habet locũ, qñ
petitur æſtimatio,& quantitas rerum ratione culpæ, uel do
li ficti,& præſumpti:& huius ultimi ratio eſſe poteſt, quia do
lus fictus,& præſumptus eſt potius lata culpa, quàm dolus
propriè, ut declarant Bar.& alij in d.l.quod nerua, & rõne
latæ culpæ hoc iuramentum non præſtatur ad tradita per
Alex.Iaſ.& alios in d.l.in actionib.Hanc eandem Bar.ſñiam
ſequitur Salic.in d.l.ſi qñ,& ibi Bal.& Iac.de Belui.in auth.
ut nulli iudicum §.quoniã colla. 9. ueluti etiã atteſtatur Io.
de Imol.idem ſequens in d.c.fi.quod met.cau. Cõſtat itaq;
opin.illã eſſe cõem,& conſequẽter in cõſulẽdo ſequẽdam,
& magis in iudicando, quoniã iudices maius præiudiciũ in-
ferunt, ut habetur per Io.And.& canoniſtas in c.j.& in c.ne
innitaris de conſti.& c.j.de re iudi.in 6.His pro reſolutione
dubiorũ excellen.do.iudicis ueloci calamo, & breuiter ſcri
ptis ſum pro nunc contentus: Cætera, in quibus defeci, ſup-
pleat ipſe, cui plurimum pro iuſtitia commendo cauſam
huius optimi uiri, qui in nullo peccauit, niſi in præſtando be
13 neficium amico,& † beneficio oportet nos adiuuari, nõ au
tem decipi, c.1.extra de cõmod. Videatur etiam,& ad fauo
rem magiſtri Maphei benè põderetur tex.in c.1.de depoſi.

SVMMARIVM.

1 *Oblatio uerbalis non ſufficit, ubi ea requiritur:*
2 *Niſi uerbalis oblatio facta eſſet in iudicio.*

Oblatio

3 *Oblatio uerbalis in iudicio facta quando idem operetur, quod realis, & actualis extra iudicium facta.*

4 *Interpellatus iudicialiter ſuper adimplemento facti, ad quod tenebatur, & propterea conſtitutus in mora ſi ante litem conteſtatam offerat ſe in iudicio ſimpliciter uelle illud adimplere, & creditor deneget acceptare, uel taceat, moram ſuam purgare, & creditorem in mora conſtituere dicitur adeò, quòd omnis caſus, omneque periculum poſtea ſuperueniens ad creditorem ultimo loco moroſum ſpectet.*

5 *Dolus, & malitia non debet alicui patrocinari, ſed nocere.*

6 *Interpellatio, & oblatio non prodeſt, nec alium in mora conſtituit, quando offerens, & interpellans dolum committeret.*

7 *Emphyteoticam rem tenens, & poſsidens non debet permittere illam ad eccleſiam deuolui in præiudicium coemphyteotæ, & ad effectum, ut is poſtea de illa ab eccleſia inueſtiatur.*

8 *Emphyteota uno ex pluribus partē ſuam canonis non ſoluente, tota res de iure canonico in commiſſum non incidit, licet ſecus ſit de iure ciuili, & num. 14.*

9 *Emphyteota non poſsidens, ſi altero poſsidente, & lite pendente non ſoluat, à iure ſuo non cadit:*

Et quomodo hoc ſit uerum num. 11.

10 *Ex emphyteotis pluribus uno non ſoluente, & aliis pro parte ſua ſoluentibus, an res emphyteotica tota in commiſſum cadat.*

12 *Emphyteota ſi rem emphyteoticam creditori ſuo in pignus dederit, & nec ipſo, nec creditore canonem ſoluente, dominus rem in commiſſum cecidiſſe declarauerit, ex hoc & emphyteotæ quoad ius emphyteoticum, & creditori quoad ius pignoris præiudicatur.*

13 *Partis rei appellatione comprehenditur res communis inter plures pro indiuiſo, uel diuiſo, & magis propriè pro indiuiſo.*

14 *Pœna licet ex contrauentione unius contra omnes obligatos ſecundum rigorem iuris ciuilis in ſolidum committatur, tamen ſecundum æquitatem iuris canonici ſolum quatenus fuit contrauentum, & contra illum tantum, qui contrauenit, committitur.*

15 *Eccleſia in contractibus ſuis debet æquitate, & bona fide uti.*

16 *Eccleſia cum damno alterius non debet lucrari, niſi quatenus ſua interſit, & ideò meram pœnam exigere non poteſt.*

17 *Eccleſiæ ſolutio canonis ante tempus fieri non debet.*

18 *Emphyteoſis eccleſiæ non poteſt ob non ſolutionem aliquorum declarari in commiſſum cecidiſſe, quando per ſolutiones aliorum, qui rem illam communiter conducerent, fuiſſet integraliter eccleſiæ ſolutum, & nume. 20.*

19 *Tertius rem emphyteoticam alterius ſiue facto emphyteotæ, ſiue proprio iuſto, uel iniuſto poſsidens ſi penſionem integram etiam ſuo, & non emphyteotæ nomine ſoluat, dominus non poteſt declarare emphyteotam, qui non ſoluit, à iure ſuo cecidiſſe.*

21 *Emphyteoſis plurium de iure canonico ſolum contra non ſoluentes, et quatenus contrafactum eſt, poteſt à domino declarari in commiſſum cecidiſſe.*

22 *Solutio integralis facta ab uno prodeſt omnibus, ut contra alios non ſoluentes pœna non committatur.*

23 *In eccleſia, & bonis ſuis ius canonicum, & non ciuile ſeruari debet, quando ius canonicum prouidet.*

24 *Solutio in dubio debet intelligi facta in duriorem cauſam, & pro qua pœna poſſet incurri:*

25 *Et an poſtea poſsit per ſoluentem declarari, in quam cauſam ſit facta.*

EPITOME.

Ex *oblatione faciendi id, ad quod quis tenetur, moram purgari, & euitari, & ſi alius acceptare denegauerit, ipſum in mora conſtitui adeò, quòd periculum, & damnum omne poſtea circa rem contingens ad eum, qui acceptare denegauit, ſpectet, hic probatur.*

Emphyteoſi eccleſiaſtica pluribus communi exiſtente, ſi ab uno ex eis canon ſolutus non fuerit, & alii illum pro eorum partibus ſoluerint, an, & quando, & pro qua parte res emphyteotica in commiſſum ceciderit.

CONSILIVM CXCVI.

IN cauſa illorum de Velis primò dubitatur, vtrum Florianus, qui ex laudo tenebatur aſſignare Antonio fratri ſuo tres partes ex quatuor duarum domorum, quæ erant inter ipſos pro indiuiſò communes, & ad faciendum ipſi Antonio inſtrumentum aſſignationis ad omnem illius uoluntatem, dicatur laudo paruiſſe, moramque euitaſſe ex ſimplici uerbali oblatione in iudicio facta de faciendo inſtrumentum aſſignationis prædictæ ipſi Antonio, qui dictas duarum domorum partes aſſignatas in laudo, ac etiam alteram domum ſibi à fratribus tempore diuiſionis aſſignatam ſemper, & continuè poſſedit: Et quamuis prima facie uideretur dicendum, quòd ſola uerbalis oblatio non ſuffe-
1 cerit, quia † ubi requiritur oblatio, non ſufficit uerbalis l. qui decem in uerſicu. idem reſpondet in fin. ff. de ſolutio. l. ſeruus, qui hæredi in fin. ff. de ſtatuliber. Barto. in l. prætor §. ſi quis paratus ff. de noui operis nunciatio. ubi uoluit, quòd offerens ſimplici uerbo ſe ſatiſdaturum non dicitur paratus facere, ſeu ſatisdare, niſi realiter offerat, & fideiuſſores ducat idoneos per textum in d. l. ſeruus, qui hæredi, & omnes leges diceutes aliquem eſſe, ſeu debere eſſe paratum ſoluere, ſeu facere debent intelligi cum effectu, & realiter, & non ſimplici uerbo, quia ubi facto eſt opus, ibi uerba non ſufficiunt, glo. in cap. paſtoralis de officio ordinan. in cap. ut circa in uerbo præſtito de electio. in 6. & c. 1. & 2. de ſequeſtratio. poſſeſſio. & fruct. & conſequenter uideretur dicendum, non ſatis fuiſſe ipſi Floriano ſe uerbaliter offerre paratū facere ipſi Antonio inſtrumentum aſſignationis, niſi etiā realiter, & actualiter duxerit notarium, qui inſtrumentum ſcriberet, & de illo rogatus eſſet, tamen contrarium eſt cōncludendum, quòd ſola illa uerbalis oblatio, quam Florianus fecit, offerendo ſe paratum ad faciendum dictum inſtrumentum aſſignationis, fuit ſufficiens ad conſtituendum dictum Antonium in mora, & faciendum, quòd ipſe Florianus dicatur pro parte ſua adimpleuiſſe, ac per eum non
2 ſteriſſe, quin dictum inſtrumentum faceret, † quoniam cum hæc uerbalis oblatio facta fuerit Antonio in iudicio, ea eundem effectum operatur, quem fuiſſet operata oblátio realis, & actualis extra iudicium facta, ut eſt tex. notabilis in l. ſi rem in fine ff. de pignorat. actio. ubi Bartol. per illum textum dicit, quòd oblatio facta in iudicio liberationem inducit, idemque ipſe ſenſit, & uoluit in l. item §. qui paratus eſt ff. quibus modis pignus, uel hypothe. ſoluitur, & in l. fin. ff. de diſtrac. pigno. ubi inquit, quòd abſque dubio oblatio ſimplex facta in iudicio non ſolum prodeſt ad moram euitandam, & purgandam, ſed etiam ad inducendum
3 liberationem, & † hoc, quando creditor, cui fieret oblatio, recuſauit, & denegauit acceptare, ſiue tacuit, & expreſſè non acceptauit, non enim requiritur, quòd ille, qui ſimpliciter obtulit, probet aduerſarium recuſaſſe, & expreſſè denegaſſe, ſed ſufficit, quòd probet ipſum tacuiſſe, & oblationem nō acceptaſſe, nam ex quo tacuit, dicitur denegaſſe, & recuſaſſe, & ideò cautela eſt, ut ille, cui fit oblatio, dicat, offero me paratum acceptare, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Bartol. in dicta l. prætor §. ſi quis paratus, in l. creditor in finalib. uerbis ff. de diſtrac. pigno. Alexand. in l. ſi mora colum. 4. in uerſicu. omnes tamen iſtas fallentias, & ibi in uerſicu. quinto fallit ff. ſoluto matrimonio, in l. ſi inſulam in 2. colum. & in l. qui romæ in principio colum. 1. ff. de uerborum obligatio. & Bald. in l. 1. C. ne liceat ter. prouoc. qui dicunt, quòd quando aduerſarius denegat recipere, tunc ſola uerbalis oblatio ſufficit, ſed ſi ille, cui fit oblatio, taceat, & expreſſè non recipiat oblationem, dicitur nolle recipere, & denegare ad tradita per Bartolum in dicto §. ſi quis paratus in finalibus uerbis: ergo ubicunque oblatio uerbalis ſola fuit in iudicio facta, & ille, cui fuit facta, tacuit, perinde eſt, ac ſi illam acceptare denegaſſet, & conſequenter talis ſimplex oblatio uerbalis idem operatur, quod oblatio realis, nam ad hoc, ut talis oblatio uerbalis effectum ſuum non operetur,

requiritur, quòd ille, cui ſit, offerat uerbaliter ſe paratum
acceptare, & tunc uerbalis oblatio ei facta nõ noceret, quia
poſſet dicere pro uerbis uerba reporta, ut per Imolam in di
cta l. ſi mora, & in l. ſi ſeruus communis ff. de uulgar. & pu-
pillar. per Alexandrum in dicta l. ſi mora in 4. columm. per
Bartolum in dicta l. creditor, & eſt text. cum gloſ. in uerbo
diicitur in dicta l. prætor ait §. cum autem interdictum ff.
de noui operis nunciatio. ubi tantum in his terminis opera-
tur taciturnitas, quantum expreſſa remiſſio, & denegatio:
& ſecundum prædicta debet intelligi illud, quod dici ſolet,
uerbalem oblationem non ſufficere, ubicunque factum re-
quiritur, ſed requiri actualem, ut in dicta l. qui decem §. idẽ
reſponſum in fin. ff. de ſolutio. cum ſimilibus: debet enim in-
telligi, niſi oblatio facta fuiſſet in iudicio, & non fuiſſet acce
ptata expreſsè, uel quia aduerſarius expreſsè denegaſſet,
uel tacuiſſet per prædicta. ¶ Nec obſtat, quod dictus An-
tonius prius iudicialiter requiſiuerit Florianum ad obſerua
tionem contentorum in laudo, per quod ipſe Florianus di-
citur in mora conſtitutus argumento l. ſi ex legati cauſa ff.
de uerborum obligatio. quia reſpondetur, quòd quoad aſ-
ſignationem illarum trium partium Florianus non poteſt di
ci in mora conſtitutus, cum Antonius ſemper, & continuè à
die laudi lati, & ante totas illas domos tenuerit, atque poſ-
ſederit: Quo uerò ad inſtrumentum aſſignationis quam-
uis Florianus potuerit dici in mora conſtitutus per interpel
lationem iudicialem, vel ſaltem quia tantum tempus tran-
ſiuit, intra quod potuiſſet illud factum etiam abſque inter-
pellatione adimplere argumento l. continuus §. ſi ita, & §. ſi
inſulam ff. de uerborum obligatio. & per Alexandrum in di
4 cta l. ſi inſulam in 2. notabili ff. eodem titu. tamen † ex quo
poſtea & ante litem conteſtatam Florianus ſe iudicialiter
obtulit paratum ad faciendum dictum inſtrumentum ipſi
Antonio neganti, & recuſanti uelle illud acceptare, mora
ipſius Floriani dicitur purgata, & Antonius in mora conſti-
tutus per ea, quæ habentur in dicta l. ſi inſulam, ubi tex. cla-
rus, Bartol. Alexan. & alij, & ibi Alexand. in 3. notabili dicit,
quòd ſi ante litem conteſtatam uocatus, & interpellatus iu-
dicialiter ſuper adimplemẽto facti, ad quod tenebatur, ſim
pliciter ſe in iudicio offerat uelle adimplere id, ad quod te-
nebatur, & ſuper quo fuerat in mora conſtitutus, dicitur
moram ſuam purgare, quandò actor, ſeu creditor denega-
uit acceptare, prout in caſu noſtro denegauit: Quinimmò,
ut ſupra dixi, ſatis etiã fuiſſet, quòd tacuiſſet, quia taciturni
tas in hoc recuſationi expreſſæ æquiparatur, ut dictũ fuit,
& hæc ultima interpellatio iudicialis à Floriano facta non
ſolum purgauit eius moram iuxta d. l. ſi inſulam, uerum etiã
ipſum Antonium in mora conſtituit, quæ ultima mora ei
nocet, ut eſt text. in dicta l. ſi ſeruum §. ſequitur ff. de uerbo
rum obligat. iunctis nota. ibi per Bartolum, & expreſsè per
Alexandrum ibidem in fin. 1. colum. uerſic. item nota, quòd
ſequens obligatio, & hæc eſt communis opinio ſecundum
Alexandrum ibi, & in d. l. ſi mora colum. 5. quicquid dixe-
rint Angel. & Bald. ¶ Et ideò ſi expoſtfacto res in com-
miſſum ceciderit, & fuerit ad eccleſiam deuoluta, debet di-
ci deuoluta in præiudicium ipſius Antonij, & non Floriani,
quoniam mora Antonij facit, quòd omnis caſus, omneque
periculum ſuperueniens poſt purgationem moræ Floriani,
& moram ipſius Antonij ad ipſum Antonium moroſum, &
non ad Florianum ab omni mora purgatum ſpectet, ut eſt
text. in d. l. ſi ſeruum §. ſequitur, in d. l. qui decem in princip.
& alia iura ad hoc inducit Alexan. in dicto §. ſequitur in fin.
j. colum. cum ſequen. & habetur per Bartolum in l. fin. C. de
condi. inſertis, ubi quando creditor eſt in mora, iterum po-
teſt petere, ſi uelit, niſi caſus, ſeu periculum ſuper re conti-
gerit, quia caſus poſt eius moram ſuperueniens ad ipſum
ſpectat: Sed poſtquam Antonius per iudicialẽ Floriani in-
terpellationem fuit in mora conſtitutus, ſuperuenit caduci-
tas, ergo iſte caſus Antonio, & non Floriano nocere debet.
¶ Præterea ex quo Antonius, qui dictas domos tenebat, &
poſſidebat, quod præſumitur ex cauſa ipſius laudi, & pro
eius exequutione, argumen. l. quædam mulier ff. de rei uen
dicatio. cum ſimilibus, procurauit, ut eccleſia declararet, do
mos eſſe ad eam deuolutas, & ſic eius inſtigatione res fuit
effecta caduca, & ad eccleſiam deuoluta ad effectum, ne ſol
ueret Floriano, & fratri quantitatem pecuniarum in lau-
do contentam, ex hoc colligitur eius dolus, ac malitia, quæ
5 † ſibi non prodeſſe, ſed nocere debet, ut in capit. 2. extra de
6 dolo, & contumacia: Et ideò † quamuis offerens, & in-
terpellans moram ſuam purgare, & aduerſarium in mora
conſtituere dicatur, tamen quando offerens, ſeu interpellãs
dolum committeret, ſua interpellatio, & oblatio ſibi non
prodeſſet, nec alium in mora conſtitueret, ut eſt text. in l. ſed
& ſi per emptorem §. fin. cum glo. ff. de actio. empti, & Ale
xand. in dicta l. ſi ſeruum §. ſequitur in 2. colum. ita dicen-
dum eſt in caſu noſtro, quòd ex quo Antonius, qui rem te-
nebat, & poſſidebat, & iam in mora conſtitutus fuerat, pro-
curauit, quòd res in commiſſum caderet, eiusque inſtigatio
ne eccleſia declarauit rem fuiſſe ad ſe deuolutam, & ut ip-
ſe de illa inueſtiretur, prout fuit inueſtitus, eccleſiæ pecu-
niam pro tali inueſtitura ſoluendo, & hoc fecit Antonius,
ut euitaret ſolutionem pecuniarum, quas Floriano ſoluere
fuerat in laudo grauatus, & ſic de dolo, & fraude Antonij
dicitur conſtare, ſequitur, quòd iſte dolus non debet ei pro
deſſe, ſed potius nocere, ut res ſuo periculo, & non Floriani,
nec fratris in commiſſum cecidiſſe dicatur, ac etiam ipſe An
tonius pecuniam, de qua in dicto laudo, ſoluere teneatur.
7 ¶ Rurſus intelligo † Antonium & ante, & poſt laudum
ſemper dictas duas domos tenuiſſe, & poſſediſſe, ergo non
debuit permittere illas ad eccleſiam deuolui ad effectum,
ut ipſe illas poſtea ab eccleſia conduceret, & de illis inueſti
retur in fraudem aliorum fratrum, argumento eius, quod
dicitur de uſufructuario, & emphyteota, qui procuratores
domini uidentur, & non poſſunt domino præiudicare, ad
tradita per Bartolum in l. de die §. quidam ff. qui ſatiſda. co-
gan. & ad propoſitum facit id, quod notabiliter uoluit Ioan
nes de Imol. in cap. potuit colum. 24. de loca. quem ſequitur
Iaſ. in l. 2. colum. 20. in 16. quæſtio. in uerſic. tertio &c. C. de
8 iure emphyteo. qui dixit, quòd † licet de iure ciuili uno ex
hæredibus non ſoluente partem ſuam tota res in commiſ-
ſum cadat, tamen ſecus eſt de iure canonico, ſecundũ quod
pœna non committitur, niſi quatenus contrauentũ fuerit,
9 & non in ſolidum c. ſuam de pœnis: & † dicebat Gulielm.
de Cun. in l. ſolemnibus C. de rei uendicatio. quem Bal. ibi
in final. uerbis ſequitur, quòd altero in ſolidum tenente, &
poſſidente, ſi emphyteota non poſſidens non ſoluerit lite
pendente, non cadit à iure ſuo, ne dolo, & fraude aduerſa-
rij iure ſuo priuetur, nam ad hoc, ut uaſallus, ſeu emphy-
teota eccleſiæ ſuo iure priuetur, requiritur, quòd ſit in do-
lo, ut in c. fin. de prohib. feud. aliena. per Lotha. ſed non ſol-
uendo non dicor fuiſſe in dolo, ſi non poſſideo, & alius poſ-
ſideat, quia, cum non habeam commoditatem rei feudalis,
uel emphyteoticæ, non teneor onera feudi, ſeu emphyteo-
ſis ſubire, item mihi non debet imputari, quamdiu tertius
poſſeſſor contra me litigat, argumen. l. quamdiu C. qui ad-
mitti. Aliæ tamen rationes, de quibus ſupra, magis placent,
ex quibus concludendum eſt, quòd ex quo Florianus ob-
tulit ſe paratum ad faciendum inſtrumentum aſſignationis,
dicitur pro parte ſua laudum adimpleuiſſe, ac moram, ſi
quam incurriſſet, purgaſſe, & ipſum Antonium, qui inſtru-
mentum aſſignationis acceptare denegauit, in mora conſti-
tuiſſe: & ideò ſi poſt eius moram res in commiſſum cecidit,
periculo ipſius Antonij moroſi cecidit per prædicta.

Hæc

¶Hæc ad uictoriam Floriani, & fratris ſufficerent, ſed cum
10 intelligam fieri dubium, vtrum tota res emphyteotica in
commiſſum cecidetit ex eo, quod apparet ſolutiones fuiſſe
factas ſolum à dicto Antonio, & Vincentio pro eorum par
tibus,& non à Floriano, qui ceſſauit nō modo per bienniū,
& triennium,ſed etiam per longius tempus à ſolutione par
tis ſuæ penſionis,licet hoc non eſſet neceſſarium examina-
re,tamen aliqua ſuper eo adducam: Et ſi quidem tenere-
mus opinionem Guliel. de Cun. quam refert, ac ſequitur
Bar.in l.fraudati in fin.ff. de publica.& cum qua Paul. de
Caſt.ibi,& in l.ſolemnibus C.de rei uendica. pertranſire ui
detur,& quæ poteſt confirmari ex pluribus per Specu.ad-
ductis in tit.de loca.in §.nunc uerò aliqua verſi. 71.profe
ctò vlterius inſiſtendum nō eſſet, quoniā ipſi tenent,quòd
ſi ex cumulatione ſolutionum pro parte ab aliis hæredibus
factarum non diceretur ceſſatum per biennium, aut bien-
nium continuum, res non eſſet ad dominum deuoluta,nec
in commiſſum cecidiſſet: ſed contrarium in primis uidetur
tenuiſſe glo.in l.communi diuidundo in princ.ff. communi
diuidun.& Ioan.And.in addit.ad Spec. in loco præallega-
to in additione magna, qui dicit opinionem Gulielmi olim
ſibi placuiſſe,ſed poſtea ſententiam mutaſſe,quia ad euitā-
dam pœnam non ſufficit pro parte adimplere, quinimmò
adimplendo ſolum pro parte, ut quia unus hæredum pro
parte ſua ſoluerit, pœna nihilominus in ſolidū contra om-
nes committitur,quamuis cæteri actionem contra non ſol-
uentem habeant,ut in l.ſtipulationum §.fin.ff. de verb.obli.
l.hæredes §. contra cum §.ſequen. & ſequen. cum gl.ff.fa-
mil.herciſ.cum ſimil.& contrarium eius,quod uoluit Bart.
in d.l.fraudati,tenent doct. communiter, uidelicet Roma.
ibi,& Iaſ.in d.l.2.col.20.& Ioan.de Imol. in d.l.fraudati in-
quit, dictum Bar.poſſe ſubſtineri,quando ab uno, uel duo-
bus hæredibus ex tribus, uel pluribus fuiſſet facta ſolutio
partis ſuæ ſimpliciter,ſecus ſi expreſsè dixiſſent ſe ſoluere
pro parte ſua tantum,prout factum fuit in caſu noſtro,nam
tunc ſi unus ſoluere partem ſuam ceſſaſſet, tota res etiam
pro parte ſoluentium in commiſſum caderet. Præterea di-
11 cit Salic.in d.l.ſolemnibus, † quòd ſi emphyteota non ſol-
uit canonem interim pendente lite cum aduerſario,qui rē
emphyteoticam tenet,non cadit à iure ſuo,quando emphy
teota facto domini poſſeſſionem perdidit, ut quia dominus
aduerſarius in poſſeſſionem induxerit: Secus ſi ſine facto
domini,ſed facto emphyteotæ, uel aduerſarij, quia tunc ſi
nec ipſe emphyteota, nec aduerſarius canonem ſoluerit,
emphyteota iure ſuo priuatus, & res ad dominum reuerſa
dicitur,quoniam ſecundum Salic.ibi factum emphyteotæ,
uel aduerſarij non debet præiudicare domino, cui penſio
12 debita non fuit ſoluta: Et † hanc opinionē in terminis pro-
bat tex.in l.lex uectigalis ff.de pigno. ubi ſi emphyteota rē
emphyteoticam creditori ſuo in pignus dedit, & nec em-
phyteota,nec creditor canonem ſoluit, ſi dominus rem in
cōmiſſum cecidiſſe declarauerit, ex hoc emphyteotæ præ-
iudicatur quoad ius emphyteoticum, & creditori quoad
ius pignoris,quia reſoluto iure datoris,reſoluitur ius acce-
ptoris: & ita per illum tex. uoluit Specul. in tit. de loca. in
§.nunc uerò aliqua verſi.82.idem uidetur uoluiſſe Ioan. de
Imol.in d.c.potuit col.24.& Bal.In d.l.communi diuidundo
in princ.ff.communi diuidun.alioquin ſecundum Ioā.And.
in d.addit.ſi uera eſſet opinio Guliel.& Bar.in d.l.fraudati,
ſequeretur,quòd in continuo triennio nunquam eſſet dare
caſum,in quo non fuiſſet ſolutus integer canon unius an-
ni, uno ex hæredibus partem ſuam ſingulis annis ſoluente,
& conſequēter hæredes,uno partem ſuam ſoluente, nun-
quam à iure ſuo cadere dicerentur: Item ſecundum Iaſ.in
d.l.2.col.20.ſequeretur, quòd unus, idemque emphyteo-
ta ſoluendo partem canonis ſingulis annis nunquam a iure
ſuo caderet,quia particularis ſolutio plurium annorū ſimul
iuncta pro integra ſolutione unius anni ſufficeret,& conſe-
quenter attenta ratione Guliel. & Bar. nunquam eſſet ue-
rum dicere,quòd hæredes per ſolutionem partis ipſius ca-
nonis à iure ſuo caderent, cuius contrarium tamen uoluit
Bar.in d.l.fraudati,doct. in d.l.2.& Bald.in l.cum allegas in
7.oppoſit. C.de uſuris. ¶Cæterum præmiſſis non obſtan-
tibus, contrariam ſententiam in caſu noſtro ueriorem eſſe
arbitror,præſupponendo tria ſecundum ea, quæ mihi in fa
cto proponuntur, primum eſt,quòd Antonius, & Vincen-
tius ſoluendo ſingulis annis pro parte ſua, dicantur ſoluiſſe
pro illis domibus,quæ inter omnes fratres communes erāt,
& ſic pro penſione illarum trium domuum, quæ inter
ipſos communes remanſerant, non autem pro rebus, quas
particulariter,& diuiſim ab eccleſia in emphyteoſim con-
ducebant,alioquin illa uerba proteſtationis appoſita in ſo-
lutione pro parte ſua,& pro parte ſibi tangente benè, &
13 propriè uerificari non poſſent,quia † partis rei appellatione
comprehenditur res, quæ eſt inter plures communis pro
indiuiſo,uel diuiſo l.rectè §. quod quintus ff. de verb.ſigni.
cum glo.in ver.vtrumque, Bar.in l.ſtipulationes non diui
duntur in c.1. in fin. 8. colum.ff. de verbo. oblig. Secun-
dū eſt,quòd in terminis noſtris per ſolutiones à dictis An-
tonio, & Vincentio pro ſuis partibus factas, illis omnibus
ſimul cumulatis,dicitur facta integra ſolutio totius canonis
domorum,quas ſimul,& communiter hæreditario nomine
14 conducebant. Tertio præſuppono, † quòd ex contrauen-
tione partis,ſeu unius hæredis quamuis ſecundum rigorem
iuris ciuilis pœna inſolidum contra omnes etiam cohære-
des committatur,ut in l.2.in fin.l.4.§.cato, & melius in l.ſti
pulationum in fin.& in l.in exequutione.ff.de uerbo.oblig.
tamen ſecundum æquitatem iuris canonici ſecus eſt, quia
pœna ſolum committitur, quatenus creditoris intereſt, &
ſic tantum pro parte,qua fuit contrauentum,& contra illū
ſolum,qui contrauenit c.ſuam cum materia de pœnis, & c.
15 cum dilecti cū ibi not.de arbit. Ex quo infertur,quòd † ec-
cleſia debet in rebus ſuis hac æquitate uti,ut nō exigat pœ-
nam,niſi quatenus contrauentum eſſe reperitur, & ſua in-
tereſt,& non vltra d.c.ſuam,& d.c. cum dilecti, tum quia
eccleſia in ſuis cōtractibus æquitate, & bona fide uti debet,
argumento eorum,quæ habentur in c. cum dilecti de em-
ptione,& uendit.& eſt gl.in c.1.10.q.2.& Abb. in c.in ciui
16 tate in 1.gl. extra de uſuris: tum quia † eccleſia non debet
cum aliena iactura,& damno alterius lucrari,niſi quatenus
ſua interſit, & ideò meram pœnam non poteſt exigere, c.
fraternitas cum gl.12.q.2.c.licet cum ibi not.extra de pœ-
nis,& facit tex.in c. ex tranſmiſſa cum glo. in ver.licitè de
decimis,Bald.in l.1.q.11.C.ſi ſeruus extero, & c.1.§. ſi di-
uerſum de alien.feu. ¶His ita præſuppoſitis, modo quòd
dicti fratres,& hæredes non dicantur à dictis tribus domi-
bus in emphyteoſim ab eccleſia cōductis cecidiſſe, quam-
uis Florianus per triennium,& ultra quicquam non ſolue-
rir,ex quo Antonius,& Vincētius,qui pro partibus ſuis ſol-
uerunt,cumulatis eorum ſolutionibus particularibus inte-
gros canones annuos ſoluiſſe dicuntur, & propterea eccle
17 ſia, † cui canonis ſolutio ante tempus fieri non debet iuxta
ea, quæ habentur per doct. in d.l.2.C. de iure emphy. per
Imol.in d.c.potuit,& in ſpecie per Specul.in d.titu.de loca.
in §.nunc uerò aliqua verſi. 33. ibique Bald.in addi.& cui
in effectu de canone ſuo debito integraliter pro dictis tri-
bus domibus dicitur ſolutum,non potuerit declarare ipſos
fratres à iure ſuo cecidiſſe,demonſtratur primo, quoniam
18 † per ſolutionem particularem unius pluribus annis factā,
aliis non ſoluentibus,eccleſia poteſt huiuſmodi declaratio-
nem facere, etiam ſi illæ plures ſolutiones particulares
ſimul cumulatæ integrā ſolutionem unius anni facerēt, ne

ex hoc fiat præiudicium ipſi eccleſiæ, cui integraliter canō
annuatim ſolui debebat, ut colligitur ex ijs, quæ uoluit Sa-
lice. in d. l. ſolemnibus, ubi conſiderat præiudicium do-
mini, & ſic eccleſiæ, & faciunt notata per gloſam, & do-
ctores in d. l. communi diuidundo in princip. Et hæc
eſt ratio huius concluſionis: Ex quo infertur, quòd ſi
contingeret, quòd per ſolutiones particulares plurium,
& non omnium rem communiter conductam haben-
tium fuiſſet eccleſiæ integraliter ſolutum adeo, quòd ec-
cleſia non poſſet damnum, ſeu præiudicium aliquod prætē
dere, eccleſia, etiam aliquibus non ſoluentibus, non poſſet
declarare rem in commiſſum cecidiſſe, cum ceſſaret dam-
num, & præiudicium ſuum: Et hic eſt caſus noſter, ut præ-
ſuppoſui: Ergo eccleſia non potuit declarare, domos, de
quibus agitur, cecidiſſe, maximè ad utilitatem alterius ex di
ctis fratribus, qui pro huiuſmodi declaratione etiā aliquid
eccleſiæ dando, & ſoluendo inſtigauit, ut is inueſtiretur, ut
conſtat ex ijs, quæ ſupra dixi. Corroborantur prædicta ex il
19 lis, † quæ uolunt Bal. in d. l. ſolennibus, & in d. l. arboribus,
Roma. in ſingul. ſuo 571. incip. ſi emphyteota priuati, & Iaſ.
in d. l. 2. colum. 24. in q. 25. ubi dicunt, quòd ſi tertius rem
emphyteoticam alterius poſſideat ſiue facto, & contractu
emphyteotæ, ſiue facto proprio iuſto, uel iniuſto, & is inte-
gram ſoluat penſionem, hoc prodeſt emphyteotæ, vt domi
nus non poſſit declarare, emphyteotam, qui non ſoluit, ceci
diſſe, nam ex quo fuit domino integraliter ſatisfactum, non
adeſt ratio, quare poſſit declarare, emphyteotam cecidiſſe:
Quod procedit, etiam ſi ille tertius non nomine emphyteo
tæ, ſed ſolum eius nomine ſoluit, ut eſt tex. not. in d. l. lex ue
ctigali ff. de pigno. & in l. forma §. cum ego ff. de cenſibus,
quæ iura Roma. in d. ſingul. reputat ſingularia, & idem per
ea uoluit Specul. in d. uerſi. 81. A fortiori igitur hoc dicen-
dum eſt in caſu noſtro, quando ſolutio integri canonis fa-
cta fuiſſet ab aliquibus ex hæredibus, & habentibus ius em-
phyteoticum, quamuis ipſi ſolum pro parte ſua ſoluiſſent,
datis enim paribus terminis ratio diuerſitatis non datur, er-
go idem dicendum eſt l. à titio ff. de uerborum oblig. Præ-
20 terea † cum propter non ſolutionem canonis ad eccleſiā
ſpectet declarare, emphyteotam cecidiſſe in pœnam d. c.
potuit, d. l. 2. cum ſimil. & omnes præſupponunt, ſequitur,
quòd ſaltē eccleſia, quæ in hoc iure canonico, & eius æqui
tate, non autem rigore iuris ciuilis uti debet iuxta c. quæ in
eccleſiarum de conſtit. & c. quod clericis de foro compet.
non poteſt hac pœna uti, nec illam exigere, niſi quatenus
ſua interſit, & non ultra per ea, quæ ſupra dixi in præſuppo-
ſitis: Et ideò ſi reperiatur fuiſſe eccleſiæ integraliter ſolu-
tum de integro canone ab aliquibus tantum, non poteſt ec
cleſia aliquod damnum, & intereſſe prætendere, quia non
debet attendi, à quo fuerit ſolutum, ſed an integraliter ei
fuerit ſolutum, ut habetur per docto. in d. l. ſolemnibus, in
d. l. lex uectigali, & in d. l. forma, ergo non poteſt uti pœna
caducitatis, quæ committitur ex eo, quòd fuerit in totū, vel
pro parte contrafactum argumento eius, quod dicitur de
pœna adiecta facto, uel ſolutioni pecuniæ, ut arguūt ſcrib.
omnes in hac materia in d. l. ſtipulationum §. fin. cum ſimili
bus, & ad propoſitum facit id, quod habetur in l. hæredes §.
idem iuris cum ſequen. ff. famil. hercil. ubi ſi alter ex hæredi
bus totum creditori ſoluat, facit, quòd pœna euitetur, & cō
tra non ſoluentes non committatur, quamuis ſoluens con-
21 tra alios poſſit agere: & benè etiam inſeruit id, † quod in
terminis uoluit Ioan. de Imol. in d. c. potuit colum. 24. quē
ſequitur Iaſ. in d. l. 2. colum. 20. in q. 17. quòd licet fortè de
rigore iuris ciuilis dominus poſſet declarare omnes hære-
des ab emphyteoſi cecidiſſe, etiam ſi aliqui pro parte ſua
ſoluerint, ut habetur in d. l. fraudati cum alijs ſupra allega-
tis, tamen ſecundum ius canonicum, & de illius æquitate
non poterit declarare, niſi quatenus ſua intereſt, hoc eſt
quatenus fuerit in ſolutione canonis ceſſatum, & conſequē
ter ſolum contra non ſoluentes per tex. in d. c. ſuam cū alijs
præallegatis, nam de iure canonico text. in d. l. ſtipulationū
in fin. & in d. l. hæredes §. idem iuris quoad cōmiſſionem pœ
næ contra omnes ex contrauentione particulari locum nō
habet ad tradita per docto. in d. §. fin. in d. c. ſuam, & per
Imol. in d. c. potuit cum ſimil. arguendo igitur de parte ad
totum iuxta ea, quæ habentur in l. quæ de tota ff. de rei uen-
dica. cum ſimilibus, ſi dominus non poteſt pœna caducita-
tis uti pro parte, qua fuit obſeruatum, & ſic pro parte ſolu-
ta, & quatenus fuit ſoluta, ergo nec in totum illa uti poterit,
ſi in totum fuerit ſibi obſeruatum, ut quia totus integer ca-
non fuerit ſibi ſolutus, quia ſua non intereſt, & pœna de iu-
re canonico peti non poteſt, niſi interſit, & niſi quatenus in
tereſt. ¶ Non obſtant modo ea, quæ in terminis uelle ui-
dentur docto. communiter tenentes contra Guliel. & Bart.
in d. l. fraudati, quoniam loquuntur, prout etiam loquitur
Bar. quando ipſi domino, ſeu eccleſiæ non fuiſſet integrali-
ter de integro canone ſatisfactum, ſed ſolum pro parte, quo
caſu pœna inſolidum contra omnes committitur d. l. ſtipu-
lationum in fin. & d. l. hæredes §. idem iuris, non autem quā
22 do integraliter fuiſſet ab aliquibus ſolutum, nam † inte-
gralis ſolutio facta ab uno, uel ab aliquibus prodeſt omni-
bus, ut pœna contra omnes, uel contra aliquos non com-
mittatur ut in d. §. idem iuris cum ſimilibus, & patet ex ijs,
quæ ſupra dixi. Secundo reſpondeo illud dictum ſcriben-
tium communiter poſſe procedere, & uerum eſſe de rigore
iuris ciuilis, ſecus de iure canonico, ut iam dixi, & ideò cum
in caſu noſtro ſit ſeruandum ius canonicum, & non ius ciui
le, tum quia agitur de pœna contra omnes, & inſolidum ob
contrauentionem particularem committēda, iuxta quæ ha
23 bentur in d. c. ſuam cum ſimil. tum quia † in eccleſia, &
bonis ſuis ſeruari debet ius canonicum, & non ciuile, quan-
do ius canonicum prouidet, ut habetur in c. 1. de noui ope.
nuncia. in d. c. quæ in eccleſiarum, & per Imol. in d. c. potuit
colum. 24. & ſi diceretur, non apparere, quòd per Vincen-
tium factæ fuerint ſolutiones pro parte ſua, uidelicet illarū
trium domorum, ergo non poſſunt dictæ ſolutiones ſuæ uni
ri, & cumulari cum ſolutionibus Antonij ad euitandam pœ
nam caducitatis argumento l. 1. & 2. ff. de ſolutio. reſpon-
detur ſatis hoc dici apparere ex mente, ac etiam ex uerbis
ipſius, cum ſoluerit non ſimpliciter, ſed expreſsè pro parte
ſua, ex quo infertur ipſum uoluiſſe ſoluere pro canone re-
rum communium, & pro illis rebus, quas ipſi fratres com-
munes habebant, & ſic pro illis tribus ædibus, quæ inter eos
communes remanſerunt, in quibus uerba illa pro parte ſua,
& pro parte tangente poſſunt uerificari iuxta d. l. rectè in
fin. cum alijs, quæ ſupra allegaui. Præterea ex quo ipſe ſol-
uit ſimpliciter pro parte ſua, licet non poſſet apparere, pro
24 qua re ſoluerit, tamen † in dubio ſolutio debet intelligi fa
cta in duriorem cauſam, & pro qua pœnam quis incurrere
poſſet, & ſic in caſu noſtro ſolutio facta cenſetur pro illis tri
bus domibus ad euitandam pœnam caducitatis argumento
tex. in l. & magis cum ſequen. ibique Barto. Paul. de Caſt. &
25 Imol. ff. de ſolutio. Adde, quòd † cum tempore ſolutionis
non conſtiterit, ex qua cauſa ſoluerit pro parte ſua, ad eui-
tandam pœnam poteſt dictus Vincentius declarare, quòd
ſoluerit pro illis tribus domibus, ut in d. l. & magis cum ſe-
quen. huiuſmodi autem declaratio pro parte Antonij non
requiritur, cum is ſolum reſpectu illarum trium domorum
ſoluere teneretur: Et ideò perinde eſt, ac ſi expreſsè dixiſſe
tunc ſe pro illis ſoluiſſe argumento l. 2. ibique docto. ff. de
lib. & poſthu. ſed tamen, ut dixi, nulla nunc eſt opus declara
tione, cum ambo ſoluerint pro parte ſua tangēte, & ſic pro
illis rebus, quæ inter eos communes erant. Et ex his conclu-
do

do pronunciandum omnino fore ad fauorem dicti Floriani, & Vincentij fratris ſui contra fratres ſancti Ioannis, & conſequenter contra Antonium, qui ſuper caducitate innituntur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Campſor, & tertius pro alio ſoluere promittens ut fideiuſſor promittit, & debitorem, pro quo promiſit, ab obligatione non liberat, niſi expreſſè nouandi animo promiſerit; etiam ſi pro alio promiſerit principalem debitorem ſe conſtituendo num. 4. nouatio hodie dicitur facta, niſi hoc expreſsè agatur.*
2 *Delegatio ut fiat, quæ requirantur.*
3 *Iuſſus alicuius in dubio non præſumitur, niſi probetur.*
5 *Verbum promitto redactum in ſcriptis quando ſtipulationem importet: Et quid in epiſtola num. ſequen.*
6 *L. 1. C. de contrahen. & committ. ſtipul. declaratur.*
7 *Debitor delegans debitorem ſuum, quem decocturum ſciebat, ſeu ſcire præſumebatur non eſt ab obligatione liberatus, uel ipſi creditori de dolo ad damnum, & intereſſe tenetur.*
8 *Et quando ſcire præſumatur, debitorem delegatum decocturum.*

EPITOME.

DEBITOR *Titii non liberatur, neque nouatio facta dicitur, ſed fideiuſſio, ſi campſor, & mercator ſimpliciter in libris ſuis promiſerit ipſi Titio pro dicto debitore ſoluere; & tanto magis, ſi ille campſor, ſeu mercator infra breue tempus decoxit.*

CONSILIVM CXCVII.

VISA ſcriptura libri Antonij campſoris, in qua ſic ſcriptum reperitur: A Carlo da Reggio fornaio lire mille, & dugento de quattrini, ſono per tanti ne prometto liberamente per lui à Paulo Boccha di ferro à pagare per tutto Gennaro proſſimo à uenire per la ualuta di corbe 120. di frumento hauuto da lui à credito à detto Carlo: Super dubio mihi propoſito, an per promiſſionē in ſcriptura, ut ſupra, factam dicatur facta delegatio, ſeu nouatio, ut ipſe Carolus piſtor ſit liberatus ab obligatione, qua Paulo ex cauſa frumenti ſibi uenditi tenebatur, & totalis obligatio dicatur paſſiuè transfuſa in perſonam Antonij campſoris, qui poſt infra modicum temporis interuallū decoxit, quoniam res coram uiro peritiſſimo agitur, paucis agam, dando concluſionem, quam de iure ueriorem eſſe arbitror; Et ſi enim plura hinc inde poſſent adduci, cum articulus ſit ſatis
1 amplus, atque difficilis, tamen cōcludo, † quòd dictus Carolus etiam poſt promiſſionem ab Antonio campſore factā remanſit ipſi Paulo obligatus pro quantitate in dicta ſcriptura contenta, & Antonius campſor dicitur dicto Paulo ut fideiuſſor promiſiſſe, quoniam per promiſſionem factam ab Antonio ipſi Paulo nomine Caroli debitoris non poteſt dici facta nouatio, ſeu delegatio, propter quam ipſo iure ſublata dicatur obligatio debitoris, qui fecit campſorem promittere ſuo creditori iuxta §. præterea Inſti. quibus mod. tolli. oblig. & l. 1. ff. de nouatio. & hoc primo conſtat, quia hodie nouatio non dicitur, nec cenſetur facta, niſi hoc expreſsè agatur l. fin. C. de nouatio. vnde in caſu noſtro ille cāpſor, qui promiſit, cenſetur fideiuſſor, ut eſt glo. ſingularis in auth. de fideiuſſo. in prin. & ita in terminis noſtris tenuit Bar. in conſi. ſuo incip. tertius promiſit, & ita Bar. ad hoc pōderat Roma. in l. ſingularia ff. ſi cer. per. quòd ſi tertius promittat tibi illud, quod ego debeo, nunquam ero ex tali promiſſione à tertio facta liberatus, quia hodie non fit nouatio, niſi expreſsè agatur. Hoc idem voluit Ang. in l. delegare ff. de nouatio. dicens, quòd per promiſſionem campſoris debitor non liberatur uirtute nouationis, quia ſecundum eum nunquam fit, niſi expreſsè agatur, ut in d. l. fin. Hanc etiam opinionem tenuit Raph. Fulgo. in d. l. ſingularia, quia nouatio non dicitur, nec cenſetur facta d. l. fin. & §. præterea, iuncto §. quod autem diximus Inſti. quibus mod. toll. obliga. & quòd ex hac promiſſione facta per Antonium campſorem non dicatur facta delegatio, ut per eam obligatio Caroli pi-
2 ſtoris poſſit dici extincta, ita demonſtratur, nam † ad hoc, ut fiat delegatio, plura requiruntur, primum quòd debitor ſuum debitorem creditori delegauerit, & ſic faciat, quòd ſuus debitor promittat ſuo creditori l. delegare la 1. ff. de nouat. ubi Paul. de Caſt. dicit, delegationem propriè eſſe, quando debitor unius debitorem ſuum loco ſui ſupponit, & facit illum ſe obligare ſuo creditori, & ſic requiritur duplex debitor, uidelicet delegās, qui ſit debitor creditoris cui ſit delegatio, & delegatus, qui fuerit, & ſit debitor ipſius delegantis, alioquin non contrahitur delegatio, & conſequenter requiritur, quòd debitor meus promittat creditori meo tanquam debitor meus, & ita à creditore meo ille tanquam debitor meus acceptetur, ut in d. l. delegare la 1. & la 2. glo. in l. quamuis §. ſi mulier la 2. in glo. 1. magna ibique Iaco. Butrig. & Paul. de Caſt. ad velleia. & in l. ſi titius ff. de nouatio. ſed in caſu, de quo agitur, campſor nō fuit delegatus ut debitor Caroli, nec tanquam debitor Caroli promiſſit Paulo, immò non apparet, nec uerum eſt, Antonium campſorem fuiſſe debitorem Caroli, ergo dici non poteſt, quòd ex promiſſione Antonij campſoris dicatur facta delegatio taliter, quòd ex ea Carolus ſit liberatus, & ſolus Antonius remanſerit obligatus, etiam ſi iuſſu Caroli promiſiſſet. Secundo requiritur ad hoc, ut fiat delegatio, quòd debitor meus iuſſu meo promiſerit creditori meo tāquam debitor meus, ut eſt de mente Bar. in d. l. delegare: Sed in caſu noſtro non apparet, Carolum iuſſiſſe, ſeu iniunxiſſe Antonio campſori tanquam debitori ſuo, quòd promitteret Paulo creditori,
3 ergo non poteſt dici facta delegatio: Et † in dubio nō præſumitur iuſſus ipſius Caroli, quia cum iuſſus dicatur quid facti l. ſi quis mihi bona §. iuſſum cum ibi not. ff. de acqui. hæred. & not. per glo. in c. 1. de rebus eccle. non alien. in 6. nō debet in dubio præſumi, niſi probetur, quia facta non præſumuntur l. in bello §. factæ ff. de capti. & poſtlim. reuer. & in terminis noſtris Bald. in l. 2. C. de exequu. rei iudi. dicit animaduertendum eſſe, an campſor, qui creditori meo promiſit, eſſet debitor meus, & tāquam debitor promiſerit creditori meo, & tunc dicitur facta delegatio, & conſequenter ego ſum liberatus, alioquin ſecus, ſed in caſu noſtro Antonius campſor non erat debitor Caroli, nec tanquam debitor Caroli, nec iuſſu illius promiſit, ergo non poteſt dici cōtracta delegatio, & conſequenter nec Carolus liberatus, ſed Antonius campſor, qui pro Carolo promiſit, in dubio debet dici promiſiſſe ut fideiuſſor, & ut acceſſorius per glo. ſingularem in d. authen. de fideiuſſo. in prin. in ver. fideiuſſo-
4 rem, quæ etiam expreſsè uoluit, quòd † etiam ſi ille, qui ſe pro alio obligauit, promiſerit, principalem ſe debitorem conſtituendo tamen non liberatur ille, pro quo ſe obligauit, ſed is cenſetur, ut acceſſorius, & ſic magis ut fideiuſſor obligatur, quam ut ſolus principalis, nam & ſi ſecundum iura digeſtorum nouatio contracta dici potuiſſet, tamen ſecūdum iura hodierna non dicitur contracta, niſi expreſsè agatur, ut per glo. ibi: Nec obſtant not. per Barto. in d. l. ſingularia in quæſtione de campſor, quia loquitur, quando conſtat campſorē iuſſu, & uoluntate mea promiſiſſe creditori meo. Præterea requiritur ad hoc, ut delegatio facta dicatur, quòd promiſſio à debitore meo creditori meo ſit facta per ſtipulationem l. 1. C. de noua. & l. delegare eod. tit. ſed non conſtat in caſu noſtro promiſſionem ab Antonio campſore fuiſſe per ſtipulationem factam, ergo &c. Nec obſtat, quòd uerbum promitto redactum in ſcriptis ſtipulationem importat §. ſi ſcriptum Inſtit. de inutil. ſtipul. & l. ſciendum ff. de

5 de uerbo.obligã. quia reſpondetur,† hoc uerum eſſe,quan
do redactum fuit in ſcriptis in inſtrumento publico facto,
& ſcripto à peritis, ut à notario, ut eſt gl. in d.§.ſi ſcriptum,
& de mente docto. in d.l. ſciendum: Et ita eſt de mente
Cyn. & Iaco. Butri. in l.1.C.de uſuris, ueluti refert ibi Bal.
dicens doct.ita communiter tenere, & quamuis Bar. in d.l.
1.C.de uſuris contrarium uelit per l.1.cum glo.C.de con-
trahen. & committ.ſtipul. tamen Bald. ibi cum priori opi-
nione uidetur reſidere. Nec obſtat d.l.1.C. de contrahen.
6 & committen. ſtipulatio. quia † ibi in epiſtola aſſereba-
tur fuiſſe promiſſum à præſente præſenti, quo in caſu præ-
ſumitur per ſtipulationem: nam licet per epiſtolam ſti-
pulatio contrahi nequeat, tamen per epiſtolam poteſt
probari, illam fuiſſe contractam Bar. in l.1.in princ.col.1.ff.
de verbo.oblig.ut quando in epiſtola dictum eſſet, ſtipula-
tionem fuiſſe contractam, uel fuiſſe promiſſum à præſente
præſenti, quoniam uerbum promitto redactum in principa
li ſcriptura, per quam obligatio inducitur, ita demum ſti-
pulationem importat, ſi fuit à perito, ut à notario, in inſtru
mento publico prolatum, ſecus ſi ab imperito: ergo in ter-
minis noſtris delegatio facta dici non poteſt, ex quo non
apparet promiſſionem fuiſſe per ſtipulationem factam:
& hanc concluſionẽ, quòd in terminis noſtris non ſit fa-
cta delegatio, neque nouatio adeò, quòd Carolus de
bitor non ſit liberatus, ſed remaneat obligatus prin-
cipaliter, & Antonius campſor dicatur promiſiſſe ut debi-
tor acceſſorius, & ſic tanquam fideiuſſor, tenuit Iaſ. in d.l.
ſingularia in colum. 14. & 15. nume. 36. 37. & 38. ut ibi
latius per eum, & facit id, quod uoluit Ang. in l. ſciendum
in princ.ff.de ædil.edic. & Alex. in conſi. 152. viſis diſputa
tionibus, aliàs eſt conſi. 10. in 2. colum. & Bald. in l. fruſtra
C.de non numer. pecun. & melius pro deciſione faciunt
not. per Paul. de Caſt. in l. qui uſumfructum ff. de verb.obli.
¶ Accedat ad hæc, quòd etiam in caſu, quo delegatio fuiſ-
7 ſet facta, † ſi debitor delegaſſet debitorem ſuum, ſeu mer-
catorem, quem decocturum ſciebat, uel ſcire præſumeba-
tur, tunc ipſe debitor, qui talem delegauit, tenetur, nec li-
beratur, uel, ſi fuit liberatus, tenetur ipſi creditori de dolo
ad damnum, & intereſſe l. ſi legatarius ff. de dolo, Bal. Ang.
Imol. & moder. in l. ſi cum dotem §. ſi mulier ff. ſolu.mat. &
Bald. in l. ſi pro debitore circa finem C.de bonis aucto.iud.
8 poſſid. & † debitor, qui delegauit, præſumitur ſciuiſſe mer-
catorem, ſeu campſorem facile decocturum fuiſſe, & ſic in
dolo fuiſſe, quando infra breue tempus aufugit, aut deco-
xit, ad tradita per Imol. in d.l. ſi cũ dotẽ §. ſi mulier cũ ſimil.
quæ ad propoſitũ allegat Iaſ. ĩ d.l. ſingularia col. 16. nu. 40.
ſed Antonius cãpſor poſt dictã promiſſionẽ Paulo credito
ri factã infra breue tẽpus decoxit, ergo dicẽdũ eſt omnino
ipſum Carolum piſtorem teneri Paulo creditori ſaltem ad
damnum, & intereſſe ipſius Pauli, vel melius ipſum Caro-
lum in effectu non fuiſſe liberatum, & maximè ex quo An-
tonius campſor nõ fuit debitor Caroli, nec pecunias illius,
ſeu tantundem de pecuniis, uel aliis rebus ipſius Caroli pe
nes ſe habuit per ea, quæ concludit Iaſ. in d.l. ſingularia col.
16. & ita iuris eſſe cenſeo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Solutioni adiectus nullam habet actionem, nec obligationem ex promiſ-ſione inter alios facta de illi ſoluendo:*
Et an hoc uerum ſit nu. 21.
2 *Promiſſio, ſeu mandatum de ſoluendo tertio ante ſolutionis tempus, & ante, quàm ſolutio fiat, poteſt reuocari:*
Et quando hoc procedat, & quando ſecus ſit nu. 7. & 8. cum pluribus ſe-quentibus.
3 *Partita libri referens ſe ad inſtrumentum in plus non obligat, quam fa-ciat inſtrumentum.*
4 *Obligatio nulla ad ſui præiudicium ſine eius conſenſu contrahi poteſt.*
5 *Iuſſus ſoluere tertio non obligatur illi ex promiſſione per eum facta de illi ſoluendo, niſi & promittere iuſſus fuerit, & nu. 15 uſque ad nu. 19. ubi hoc declaratur.*
6 *Pactum inter creditorem, & debitorem factum de ſoluendo tertio ab-ſenti idem operatur, quod ſimplex pactum;*
7 *Et quando poſſit reuocari, & quando non.*
8 *Mandatum factum debitori, ſeu campſori de ſoluendo creditori quando in præiudicium creditoris non poſſit reuocari, & nume. 11. & 16. uſque ad nu. 19.*
9 *Verba præſentis temporis in contractibus denotant actum tempore ſcriptu ræ contractus celebratum.*
10 *Verbum promitto in ſcriptis redactum promiſſionem per ſtipulationem & à præſente præſenti factam fuiſſe importat;*
11 *Etiam in ſcriptura priuata, & inter mercatores.*
13 *Promiſſio, & conuentio ſimplex in foro mercatorum habet uim ſtipula-tionis adeò, quòd per eam nouatio fieri poſſet.*
14 *Debitor meus an, & quando à me liberetur, mercatore, ſeu campſore mihi iuſſu debitoris mei ſoluere promittente.*
15 *Mandatum à te factum mercatori debitori tuo, ut mihi creditori tuo ſol-uat an per ſimplicem promiſſionem de ſoluendo adimpleatur, ut reuo-cari nequeat, & obligationem tuam priorem extinguat, & nume. ſequen.*
16 *Et quando promiſſio de ſoluendo ſufficiat uſque ad nu. 20.*
17 *Paul. de Caſt. in l. delegare in verſi. unum tamen ſcias ff. de nouat. de-claratur.*
Promiſſio de ſoluendo quando par ſit ſolutioni, & quando ſecus.
18 *Delegatio, & ſolutio quando à pari procedant.*
19 *L. ſi debitorem ff. de nouatio. declaratur.*
20 *Promiſſio de ſoluendo in contractu, qui re contrahitur, non ſufficit.*
22 *Relatio non ad omnia præcedentia, ſed ad illa tantum, ad quæ fieri poteſt, debet fieri, quando referendo ad omnia reſultaret abſurdum, uel con-trarietas.*
23 *Authen. ſi quis in aliquo C. de eden. limitatur.*
De relato aliter conſtare non eſt neceſſe, quando relatio eſt facta per eum, qui per ſe, & ſua auctoritate principaliter poteſt de nouo diſpone-re.
24 *Scripturæ habenti auctoritatem ſcribendi, & creandi debitores in du-bio eſt ſtandum, & pro ea præſumitur, niſi contrarium probetur.*

EPITOME.

PROMISSIO, ſeu pactum debitoris de ſoluendo tertio creditori ipſius creditoris ita ſolui mandãtis, quòd reuocari non potuerit, quãdo ille tertius creditor acceptauit, & in libris ſuis ſe à debitore ſuo pecuniam illam recepiſſe ſcripſit, & alium, qui ſoluere promiſit, debitorem ſuum creauit, & debitorem ſoluendo primo creditori non liberari, hic demonſtratur.

CASVS CONSILII.

CAROLVS die quinta menſis Februarii anni 1533. nomine quorundam debitorum domini Bonapartis promiſit ſe principaliter obligando ipſi domino Bonaparti præſenti, & acceptanti ſoluere per totũ menſem Auguſti anni 1534. ſcutos mille, & ſucceſſiuè idem Carolus ilico de mandato dicti domini Bonapartis illi cum iuramento promiſit ſoluere ſcutos quingentos Gualengo tunc abſenti creditori in effectu ipſius domini Bonapartis: Poſtea de eodem menſe Februarii die 17. eiuſdem anni 1533. Gualengus ſuper libris ſuis more mercatorum regulatis, & quibus, ſicuti inſtrumentis publicis, plena adhibetur fides, creauit dictũ Carolũ debitorẽ, &, ut præſumitur iuris præſumptione, præſentẽ, & uolẽtem in dicta ſumma ſcutorũ quingentorũ per hæc uerba uidelicet, Carolo &c. de dare adì 17. di Febraro ſcudi cinquecẽto d'oro ĩ oro, quali ci promette di pagare per tutto mezzo Agoſto 1534. proſſimo ad inſtãtia di M. Bonaparte, per cõto di Bolognetto, come n'appare charta rogata &c. à credito à detto Bolognetto, come à uſcita &c. Eadẽ die dictus Gualẽgus creauit ſe debitorem dicti Bolognetti in ſumma dictorum ſcutorum quingentorum

rum per hæc uerba, da Bolognetto à di 17. di Febraro 1533. ſcudi cinquento d'oro in oro per tanti, che ci ha aſsignato M. Bonaparte de Ghiſelieri per debitore Carlo &c. del che n'appare charta &c. al detto Carlo à uſcita. Poſt aliquos menſes de dicto anno 1533. aſſeritur, quòd dictus Carolus ſoluit præfato domino Bonaparti mandatori, ut ſupra, ſeu alteri eius nomine dictos ſcutos quingentos, & de hac ſolutione dicitur conſtare ex quodam ſcripto priuato ſcripto manu Caroli, & ſubſcripto manu domini Bonapartis. Tandem elapſus fuit menſis Augusti anni 1534. quo tempore ſolutio fieri ipſi Gualengo debebat de dictis ſcutis quingentis, & mortuus fuit do. Bonapartes. Agunt itaq; hæredes Gualenghi contra ipſum Carolum ad ſummam prædictam ſcutorum quingentorum coram iudice mercatorum, & producunt libros Gualenghi, ac prædictum inſtrumentum, Carolus uerò reus conuentus negat ſe teneri, excipiendo ſe ſoluiſſe domino Bonaparti dictos ſcutos quingentos, & conſequenter dicit ſe abſolutum fore, quia ſolutione eius, quod debetur, omnis obligatio tollitur inſti. quibus mod. toll. obliga. in princ. Quæritur ergo, quid iuris.

CONSILIVM CXCVIII.

VIDERETVR ſuper dubio, quod ex prænarrato themate elicitur, ad fauorem Caroli concludendum eſſe, Primo enim non obſtat ei inſtrumentũ promiſſionis factæ domino Bonaparti de ſoluendo ipſi Gualen-
1 go, quia † per Carolum facta fuit promiſſio Bonaparti de ſoluendo Gualengo, & ideò nulla inter ipſum Carolum, & dictum Gualengum contracta fuit obligatio, ſed Gualẽgus ſolum fuit adiectus ſolutioni, non autem obligationi, & propterea nulla actio prædictis hæredibus contra Carolum cõpetit, quia nullum negotium fuit inter Carolum, & Gualengum contractum, ut in l. ſtipulatio iſta §. ſi ſtipuler cum glo. ff. de uerborum obligat. & idcirco ſunt hi hæredes à limine iudicij excludendi, quia nemo ſine actione experitur, ut in l. ſi pupilli §. videamus ff. de nego. geſtis: ¶ Secundo
2 † ex quo dictus Gualengus ſolum fuit ſolutioni adiectus ex obligatione inter ipſum Carolum, & do. Bonapartem contracta, ante ſolutionis tempus, & ante, quam per Carolum Gualengo ſolutio fieret, mandatum, ſeu commiſſio facta ipſi Carolo de ſoluendo Gualẽgo potuit per dominum Bonapartem reuocari, & ipſe dominus Bonapartes potuit dictos ſcutos quingentos recipere, & Carolum abſoluere, ut eſt in l. ſi cum Cornelius, & l. cum quis §. ſi debitorem ff. de ſolutio. ¶ Tertio non uidetur etiam obſtare Carolo partita poſita in libro Gualenghi, in qua fuit creatus debi-
3 tor, quia † illa partita non dicitur ſimpliciter facere debitorem Carolum, ſed refert ſe ad promiſſionem in dicto inſtrumento contentam, ergo debet intelligi, ſecũdum quod in ipſo inſtrumento continetur, & conſequenter non obligat Carolum in plus, quàm faciat dictum inſtrumentum argumento authen. ſi quis in aliquo, ibique Barto. & ſcriben. C. de eden. ſed inſtrumentum non obligat Carolum ipſi Gualengho, ergo nec dicta partita, cuius pars eſt inſtrumentum. ¶ Quarto Carolus negat ſe fuiſſe præſentem, quando Gualengus creauit illum debitorem, item non cõmiſiſſe Gualengo, quòd ipſum crearet debitorem, ergo Carolus per illam partitam libri nõ poteſt dici obligatus, cum
4 ipſe ei ſcripturæ non conſenſerit, & † ſine eius conſenſu obligatio nulla ad ſui præiudicium contrahi potuit l. 1. ff. de pactis, l. ſtichum §. naturalis ff. de ſolutio. & l. cum amplius
5 §. is natura ff. de regu. iuris. ¶ Vltimo † Carolus nõ potuit obligari ex promiſſione facta Gualengho, de qua conſtat in libris ſuis, quia do. Bonapartes iuſſit Carolo, quòd ſolueret Gualengo, nõ autẽ quòd promitteret per ea, quæ uoluit Paul. de Caſt. in d. l. delegare ff. de nouatio in l. ſi debitorẽ ff. eod. tit. in l. qui uſumfructũ, ibiq; Alex. ff. de uerb. oblig. & Iaſ. in l. ſingularia ff. ſi cer. pet. per. tex. in d. l. ſi debitorem. ¶ Sed tamen his omnibus non obſtantibus, contrarium eſſe uerius concludo, quòd ſtantibus præmiſſis ex partita dicti libri iuncta cum iis, quæ in dicto inſtrumento continentur, ius fuerit ipſi Gualengo acquiſitum, ex quo ipſe, uel hæredes ſui poſſunt contra Carolum agere, & obtinere: & præſuppono, quòd licet per inſtrumentum factum inter Carolum, & dominum Bonapartem fortè non poſſit dici obligatio ipſi Gualengo contra Carolum acquiſita, tamen per illud probatur commiſſio, ſeu mandatum factum Carolo
6 de ſoluendo Gualengo, quia † pactum factum inter creditorem, & debitorem de ſoluendo tertio abſenti idem operatur, quòd ſimplex pactum d. l. ſi cum cornelius, ibique Barto. & Pau. de Caſt. l. aliud, & l. uero procuratori §. 1. cum ibi nota. ff. de ſolutio. l. iulianus §. 1. cum ibi nota. ff. de uerbo-
7 rum obligatio. Hoc ſtante, quamuis † quando huiuſmodi pactum factum eſt ex interuallo inter creditorem, & debitorem de ſoluendo tertio poſſit re integra reuocari, & debitor ſoluendo creditori liberetur, ut eſt textus clarus in d. l. ſi cum Cornelius, in d. l. aliud uerſi. cui uerò, & l. cum quis §. ſi debitorem ff. de ſolutio. tamen quando tale pactum de ſoluendo tertio factum fuit ilico, & eo tempore, quo debitor ſe creditori obligauit, tunc pactum illud reuocari non poteſt, maximè quando uallatum eſſet ſtipulatione, ut eſt textus clarus in d. l. aliud in 1. reſpon. & uolunt Barto. Paul. de Caſtro, & alij in d. l. ſi cum cornelius ſoluendo contrarium factum de d. l. aliud: Sed in caſu, de quo agitur, eo tempore, quo Carolus domino Bonaparti promiſit, & ſe obligauit, promiſit ſoluere Gualengo etiam mediante ſtipulatione, ut in dicto inſtrumento continetur, tum quia ibi hoc expreſsè dicitur, tum quia verbum promitto redactum in ſcriptis importat ſtipulationem §. ſi ſcriptum Inſtit. de inutil. ſtipul. & l. ſciendum ff. de uerborum obligatio. cum ſimilibus, ergo tale pactum, ſeu mandatum non potuit reuocari, quin Gualengo ſolui debuerit. ¶ Secundo pro hæredibus Gualenghi facit id, quod not. uoluit Paul. de Caſtro in d. l. ſi cum
8 cornelius, dicens, † quòd ſi quis iuſſerit debitori, ut ſolueret creditori ipſius iubentis, deinde iuſſus promiſerit creditori ſoluere, mandatum amplius non poteſt reuocari ad præiudicium creditoris, qui acceptauit; & hoc eſt de mente Bartoli, & aliorum in l. ſingularia ff. ſi certum petatur: Sed poſtquam dominus Bonapartes mãdauit Carolo, quòd deberet Gualengo ſoluere, Gualenghus habuit notitiam de mandato iniuncto Carolo, & de illius promiſſione domino Bonaparti facta, & acceptauit illud mandatum, ſeu illam promiſſionem, ueluti ex libris ipſius Gualenghi apparet, ergo huiuſmodi ſciẽtia, & acceptatio Gualẽghi operata fuit, quòd dominus Bonapartes illud mandatum ad præiudicium Gualenghi reuocare non potuit, ut ibi per Paulum de Caſtro, & optimè facit id, quod uoluit Ioan. And. in fortioribus terminis in additio. ad Specula. in titu. de depoſi. circa finem, quem refert, ac ſequitur Pau. de Caſtro in d. l. ſi cum cornelius: & illam theoricam Ioann. Andr. multum commendat Alexan. in l. qui uſumfructum in finalibus uerbis ff. de uerborum obligatio. ibique dominus meus Sozinus in ultimis uerbis dicens, quòd ſi mandaſti campſori, ſeu mercatori debitori tuo, quòd mihi ſolueret, & ego tale mandatum acceptaui, uel mercator, & campſor poſtea promiſit mihi ſoluere, prout ſibi à creditore ſuo mandatum fuerat, tale mandatum nullo modo poteſt ad mei præiudicium reuocari, quamuis ante acceptationem, uel promiſſionem factam reuocari potuiſſet, ut dicitur in d. l. ſi cum cornelius: At poſt

quam

quam dominus Bonapartes iniunxit Carolo debitori, quòd Gualengo ſolueret, ipſe Gualengus acceptauit dictum mãdatum, & promiſſionem inter dominum Bonapartem, & Carolum factam, ergo &c. Immò poſt mandatum ſibi factum Carolus promiſit ipſi Gualengo ſoluere, ergo ſumus in caſu, in quo mandatum de ſoluendo amplius reuocari non potuit: Quòd autem Carolus expoſtfacto promiſerit Gualengo, conſtat apertè ex uerbis, & ſcriptura libri Gualẽghi, in qua dicitur, Carlo de dare ſcudi cinquecento, quali ci promette &c. quæ verba ci promette importãt, hoc eſt
9 nobis promittit, & ſunt uerba præſentis temporis, † quæ in contractibus denotãt actum, ſeu negotium tempore ſcripturæ celebratum l. ſi ſtipulatus §. cum ſtipulamur, & l. ſi à colono ff. de uerborum obligatio. & conſequenter promiſſionem fuiſſe à Carolo ipſi Gualẽgo præſenti factam, quod
10 ſuadetur, quia † hæc uerba ci promette in ſcriptis redacta importãt promiſſionem fuiſſe factam per ſtipulationem §. ſi ſcriptum Inſtit. de inutil. ſtipul. & l. ſciendum ff. de uerborum obligatio. ergo à præſente præſenti argumento l. 1. §. 1. cum ſimilibus ff. de uerborum obligatio. quo fit, ut Carolus nequeat opponere, ſe tunc non fuiſſe præſentem, ſed abſentem, niſi hanc negatiuam loco, & tempore coarctatam probaret, quoniam præſumptio eſt pro Gualengo ſcribente, quòd Carolus tunc fuerit præſens, ut eſt textus in l. optimã, & ibi doctores de contrahen. & committen. ſtipul. & §. item uerborum obligatio Inſtit. de inutil. ſtipula. & de promiſſione ſibi facta credendum eſt ſcripturæ ipſius Gualenghi, cuius libris ex forma ſtatutorum plena adhibetur fides: Cum ergo conſtet de promiſſione Caroli facta Gualengo, ſequitur, quòd mandatum factum à domino Bonaparte non potuit ad præiudicium Gualenghi reuocari: Præiudicium autem eſſet ipſius Gualenghi, ſi actio ſibi contra Carolum acquiſita per reuocationem mandati fuiſſet ſublata, ut infra; item in caſu occurrenti graue illi præiudicium foret, quia illa die, qua Gualengus creauit Carolum debitorem, illam eandemmet quantitatem ſoluit Bolognetto, cui non tenebatur ſoluere, niſi propter promiſſionem à Carolo ipſi Gualengo factam. Quare ſi Gualengus creauit debitorem Bolognettum, immò ei ſoluit dictos ſcutos quingentos, mandatum factum Carolo non potuit reuocari, quia Gualengus
11 ex hoc enormiter damnificatus remaneret, & † ubi ſequi poſſet damnum illius, qui ſolutioni fuit adiectus, tunc mandatum reuocari non poteſt, ut probatur ex iis, quæ uolunt communiter doctores in d. l. ſi uerò procuratori, in d. l. ſi cũ cornelius, in d. l. aliud, & in d. l. ſingularia: & dicit dominus meus Sozinus in d. l. qui uſumfructum in finalibus uerbis, quòd licet ante, quàm campſor notificaret creditori, uel ante, quàm creditor mandatum, ſeu promiſſionem acceptaret, poſſet mandatum reuocari d. l. ſi cum cornelius, & d. l. aliud in fin. tamen poſtquam campſor, uel mercator mandatum creditori notificauit, uel creditor acceptauerit illam promiſſionem, quæ inter campſorem, & debitorem facta fuit, mandatum reuocari non poteſt, ueluti etiam fuit de mente Pauli de Caſt. in l. ſi cum fundum ff. de pactis, ex cuius uerbis clarè, & in terminis deciditur caſus noſter, inquit enim ibi in ultimis uerbis quærens, quid ſi tibi debitori meo mãdaui, ut id, quod mihi debes, ſoluas Titio creditori meo, & tu mandatum meum acceptaſti, ut quia, ignorante, uel ſciente Titio, ſcripſiſti te eſſe debitorem illius, uel aliter mandatum acceptaſti, puta notificando Titio creditori, an liceat tibi mandatum illud reuocare re integra, hoc eſt ante, quàm tu te Titio obligares, & ante ſolutionem factam? dicit ibi Paulus poſt Ioannem Andream in d. titulo de depoſi. in fin. mandatum illud reuocari non poſſe, & dicit hoc eſſe notandum, quia prima facie quilibet contrarium diceret, & idem uoluit Alexan. in d. l. qui vſumfructum in finalibus verb. ſed in caſu occurrenti Carolus, cui dominus Bonapartes mandauerat, acceptauit mandatum ſibi factum de ſoluẽdo Gualẽgo, & promiſit domino Bonaparti mandatum adimplere, ergo tale mandatum reuocari amplius non potuit. Præterea Carolus ultra quòd acceptauerit mandatum, & domino Bonaparti promiſerit, etiam ex poſtfacto promiſit ipſi Gualengo, quòd ei ſolueret, prout dicto domino Bonaparti prius promiſerat, veluti ex partita
12 libri Gualenghi apparet, ibi Carlo ci promette &c. † quæ uerba redacta in ſcriptura etiam priuata importãt promiſſionem factam per ſtipulationem, ut dixi, & iuxta not. in l. 1. C. de contrah. & committ. ſtipul. Paul. de Caſt. in d. l. delegare ff. de nouatio. vel ſi non importarent ſtipulationem, ſaltem continerent ſimplicem conuentionem, & promiſſio
13 nem, † quæ in foro mercatorum, in quo nos ſumus, haberet vim ſtipulationis taliter, quòd per eam quoad forũ mercatorum nouatio fieri poſſet, ut traditur per Bart. in l. quintus, & in l. ſi fideiuſſor §. quædam ff. manda. Bald. in l. ſi per ea. C. eodem titu. & Sozi. in d. l. qui uſumfructum in 7. concluſione, ergo ſumus in caſu, in quo mandatum nullo modo reuocari potuit, ut uolunt ſcriben. communiter in d. l. ſi cum cornelius, & in d. l. qui uſumfructum, ubi Sozi. pleniſſimè tractat poſt ſcriben. Barto. & alios in d. l. ſingularia, & Paul. de Caſt. in d. l. ſi cum fundum ff. de pactis poſt Ioann.
14 And. in d. addit. ¶ Accedat etiam præmiſſis, quòd † ubicunque mercator, ſeu campſor tanquam debitor Titij debitoris mei iubente Titio mihi creditori illius ſoluere promiſit, mercator ita efficitur debitor meus irreuocabilis, quòd ſi uellem poſtea Titium conuenire, non poſſem, quia eſſet extincta obligatio, quæ erat inter me, & Titium, cum ſic delegatio, & obligationis nouatio facta diceretur, ut uoluit Bald. in l. 2. C. de exequut. rei iudica. per tex. in l. inter cauſas §. abeſſe ff. manda. & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. qui uſumfructum dicens, Barto. in d. l. ſingularia, & in d. l. delegare hoc uelle, & hanc opinionem indubitanter ſequitur Iaſ. in d. l. ſingularia colum. 15. ſub nume. 38. & illam etiam communem eſſe atteſtatur Sozi. in d. l. qui uſumfructum in 1. concluſione: Et propterea ſequitur, quòd mandatum factum ab ipſo Titio mercatori poſtea reuocari non potuit, quia nõ poſſet reuocatio fieri abſque præiudicio meo, cum obligatio, quæ erat inter me, & Titium, diceretur per talem delegationem, & nouationem extincta: Et hæc optimè faciunt ad caſum noſtrum, quia Carolus debitor domini Bonapartis iuſſu illius promiſit Gualengo in effectu creditori domini Bonapartis, ut ex ſcriptura ipſius Gualenghi conſtat, & promiſſio illa facta fuit per ſtipulationem introductã ex uerbo promitto redacto in ſcriptura libri ipſius Gualenghi, uel ſaltem per talia uerba, quæ uim ſtipulationis habent, & apta ſunt inducere inter mercatores nouationem, & delegationem, ut ſupra dictum fuit, & habetur per Paul. de Caſt. in d. l. delegare, & Iaſ. in d. l. ſingularia in 11. colu. verſi. quarto &c. Ergo ſumus in caſu, in quo nullo modo iuſſus, ſeu mandatum à domino Bonaparte factum reuocari potuit per prædicta. ¶ Nec his obſtat unum, quod uoluit Paul. de Caſt. in d. l. delegare in verſi. vnum tamẽ ſcias, & in d. l. qui vſumfructum, vbi ſequitur Sozi. in 4. conclu-
15 ſione, & eſt de mente Moder. in d. l. ſingularia, quòd † ſi tu mandaſti mercatori debitori tuo, ut mihi tuo creditori ſoluat, & mercator mihi non ſoluit, ſed ſimpliciter promiſit, non dicitur facta delegatio, neque nouatio, ſed durat prima obligatio adeo, quòd tu potes mandatum ante ſolutionem reuocare, propterea quia illud non fuit eo modo adimpletum, quo factum fuit, ut dicitur in d. l. ſi cum cornelius, & hoc etiam, ut dixi, ſequitur Paul. de Caſt. in d. l. ſingularia, ut refert ibi Iaſ. in colum. 14. & ſequitur Alexand. in d. l. qui uſumfructum in fin. penul. colum. per l. ſi debitorem ff.

de

de nouatio. Sed dominus Bonapartes mandauit Carolo,
ut ſolueret Gualengo, & is Gualengo non ſoluit, ſed pro-
miſit, ergo mandatum ante ſolutionem promiſſam reuoca
16 ri potuit; quia reſponderi poteſt, quòd † dictum illud Pau.
de Caſt. fundatum in d.l. ſi cum cornelius debet intelligi, &
limitari ſecundum declarationem, & limitationem tex. in
d.l. ſi cum cornelius in terminis noſtris, & ut dixi ſupra; &
præſertim quando quis mandauit debitori ſuo, ut ſolueret
Titio creditori ipſius mandantis, & debitor mandantis man-
datum acceptauit, & poſtea Titius quoque promiſſionem
de ſoluendo ſibi acceptauit, hoc enim caſu mandatum re-
uocari non poſſet, nec haberet locum d.l. ſi cum cornelius,
ut eſt de mente Alex. poſt Ioan. And. in d.l. qui uſumfructũ
in fin. uerb. & Pauli de Caſt. in d.l. ſi cum fundum in fin. ac
etiam in d.l. ſi cum cornelius, & Sozi. in d.l. qui uſumfructũ
in ulti. concluſione, & Salice. in l. ſi filius ff. ad Macedo. & in
d.l. ſingularia in 4.q. Præterea ſecundum Bar. in d.l. ſingu-
laria, quem refert, ac ſequitur Sozin. in conſi. 64. colum. 5.
verſi. confirmatur iſta opinio lib. 3. in caſu iſto promiſſio,
quam Carolus Gualengo fecit, quæ ex eius ſcriptura pro-
batur, cedit loco ſolutionis, quam dominus Bonapartes à
Carolo fieri mandauit per l. inter cauſas §. abeſſe ff. mand.
& ſequitur Bal. in l. pro debito C. de bon. aucto. iud. poſſid.
Item delegatio uim ſolutionis habet l. quamuis §. interdum
17 ff. ad velleia. & l. ſi rem §. fin. ff. de nouatio. Tertio † dictum
Pauli de Caſt. procedit, quando tu debitor meus mandaſ-
ſes debitori tuo, ut mihi de præſenti ſolueret, quia poſtea
non ſoluendo mihi, ſed promittendo infra certum tempus
ſoluere, poſſes mãdatum reuocare, ut inquit Paul. de Caſt.
ſecus ſi tu mandaſſes, ut mihi poſt longum tempus ſolueret,
hoc eſt infra annum, & is mihi promiſiſſet ſoluere infra il-
lud idem tempus, tunc enim non haberet locum id, quod
uoluit Paul. de Caſt. in d.l. delegare, & alii, de quibus ſu-
pra: Et ratio eſt, nam quando mandauit debitori ſuo, ut in-
fra annum creditori ſuo ſolueret, ſi infra illud tempus an-
ni ſoluere promiſit, mandato ſatisfactum uidetur, & hoc ca
ſu promiſſio de ſoluendo infra annum par eſt ſolutioni, quæ
infra illum annum fieri debebat: Et prædicta ſunt etiam de
mente Bar. in d.l. ſingularia, & Ang. in d.l. delegare, & ip-
ſiusmet Pauli in d.l. ſi cum cornelius, & in d.l. ſi cum fun-
dum in fin. uerb. qui loquitur in eo, qui mandauit debitori,
ut ſolueret: & ita procedant dicta ſupra ad fauorem Gua-
lẽghi, ſeu hæredum ſuorum: & hoc etiam eſt de mente Bar.
in d.l. ſingularia, quem ibi refert, & ſequitur Iaſ. in col. 12.
nu. 30. qui in terminis exemplificant, quando mandatum
eſſet factum, quòd debitor ſolueret Titio, & poſtea ipſe nõ
ſoluiſſet, ſed promiſiſſet, quia tunc mandatum reuocari nõ
poſſet, ſecus ſi non ſoluiſſet, nec promiſiſſet per tex. in d.l. ſi
cum cornelius, ueluti habetur etiam per ipſum Iaſ. in d.l.
ſingularia colum. 13. nume. 33. & in uerſi. immediate ſe-
quenti: Rurſus illud dictum Pauli de Caſtr. & ſequacium
procederet, quando ex tali mandato, & promiſſione poſtea
facta nõ diceretur facta delegatio, neque nouatio, at quan
do facta eſſet, ſecus foret, ut quia debitor meus debitori ſuo
mandaſſet, ut mihi ſolueret, & ille per ſtipulationem mihi
promiſiſſet, prout in caſu noſtro contigit, ueluti expreſsè
ex prædictis infertur, & ultra alios uoluit Ang. in d.l. delega
re; quia huiuſmodi promiſſio ſic facta eadem eſt cum ſolu
tione d.l. quamuis §. interdum ff. ad velleia. in ver. ſoluit
18 enim, & l. fin. C. ad legem falcid. & † dicit Bar. in d.l. ſingu-
laria, ibique refert Iaſ. colum. 13. verſi. tu reſponde melius
ſub nume. 31. quòd in contractu conſiſtẽte in ſola obliga-
tione, qualis eſt in caſu noſtro, delegatio, & ſolutio à pari
procedunt, ergo non refert in caſu noſtro, an Carolus ipſi
Gualengo ſoluerit, an uerò promiſerit: & ita expreſsè, ut di
xi, uoluit Bar. in d.l. ſingularia colum. 5. uerſi. ueniamus ad

ſecundam ibi ſi uerò quæris &c. & melius ibi in 6. col. verſ.
& ex hoc apparet intellectus, & in fortioribus terminis hoc
ſenſit Ioan. And. in d. addit. in tit. de depoſi. in fin. quem re-
fert, & ſequitur, ac declarat Paul. de Caſt. in d.l. ſi cum fun
dum cum aliis ſupra allegatis: & cum dicto, & exemplo
Bar. in d.l. ſingularia pertranſit Ang. in d.l. delegare, in d.l.
qui uſumfructum, & in l. ſciendum ff. de ædil. edic. Bal. in l.
fin. in quibuſdam lecturis C. de nouatio. Salic. in d.l. ſingula
ria, & in d.l. ſi filius ad Macedon. & Pau. de Caſt. in d.l. ſi cũ
cornelius, & in conſil. 48. ſecundum unam impreſſionem
incip. in cauſa, quæ uertitur: & ſic uidetur magis commu-
nis opinio eſſe cum Bart. quicquid uoluerit Paul. de Caſt.
cum eius ſequacibus in d.l. delegare. Nec obſtat tex. in d.l.
ſi debitorem, ſuper quo Paul. & ſequaces ſe fundant, quia
19 primo † poteſt intelligi, quando ego tuus debitor expreſsè
mandaſſem debitori meo poſt obligationem inter te, & me
contractam, ſecus ſi eodem tempore, quo ego ſoluere tibi
promiſi, iuſſi debitori meo, ut tibi pro me ſolueret, ut eſt tex.
in d.l. aliud, & ſupra dixi per ea, quæ uolunt Bar. & alij in d.
l. ſi cum cornelius, ibique Pau. de Caſt. Secundo procedit
ille tex. quando ego, qui iuſſi debitori meo, ut tibi ſolueret,
non eram tuus debitor, nec contrarium ibi præſupponitur:
Et ſic ibi ſumus in caſu, in quo nec delegatio, nec nouatio
fieri poterat iuxta ea, quæ habentur communiter per doct.
in d.l. delegare, dum ponunt neceſſaria ad faciendam dele
20 gationem: Vel & melius dici poteſt, † illum tex. loqui in cõ-
tractu, qui re contrahitur, hoc eſt in mutuo, in quo nõ ſuf-
ficit promiſſio, ſed actualis numeratio, ueluti eſt de mente
Imol. & doct. in d.l. ſi debitorem ff. de nouatio. Secus quã-
do ſumus in contractu conſiſtente in ſimplici obligatione,
ut dixi ſupra, & eſt de mente Bart. in d.l. ſingularia: Et hoc
modo poteſt declarari, & ſaluari id, quod uoluit Paul. de
Caſt. in d.l. delegare, & in d.l. ſi debitorem, & Alexã. & alij
ſupra relati. ¶ Non obſtant etiam præmiſſis ea, quæ primo
loco ad fauorem Caroli allegata fuerũt, & in primis, quòd
hæredes Gualẽghi ſine actione agunt, quia cum ipſo Gua-
lengo nullum fuit inter Carolum, & Gualengum contra-
ctum negotium, ſed Gualengus fuit ſolutioni adiectus, ſeu
uerba exequutiua obligationis in perſonam Gualenghi cõ
cepta fuerunt iuxta tex. cum ibi not. per glo. in d.l. ſtipula-
tio iſta §. ſi ſtipuler ff. de uerb. oblig. & ibi Bart. l. liber homo
in fin. ff. eod. & l. cum res C. de donat. cum ſimilibus: Qui re
21 ſpondetur, quòd † cum ipſius domini Bonapartis interfue
rit dictos ſcutos quingentos ſolui Gualengo ex cauſis, de
quibus in inſtrumento, & in partitis librorum, & dominus
Bonapartes à Carolo ſtipulatus fuerit dictos ſcutos quingẽ
tos per eũ ſolui debere Gualengo, conferendo uerba pro-
miſſionis in perſonã domini Bonapartis, & uerba exequuti
ua promiſſionis in perſonam Gualẽghi, ſequitur, quòd talis
promiſſio facta per Carolum ualuit d. §. ſi ſtipuler: & quã-
uis actio directa ex tali promiſſione orta Gualengo quæri
non potuerit, ſed ſolum domino Bonaparti contra Caro-
lum d. §. ſi ſtipuler cum gl. & ibi doct. tamen actio utilis ex
dicta promiſſione ipſi Gualengo illam promiſſionem acce-
ptanti acquiri potuit, ut in noſtris terminis uoluit Bartol. in
conſi. 71. incip. Gellius: & ratio eſſe poteſt, quia eodem tẽ
pore, quo promiſſio, & obligatio fuit facta domino Bona-
parti; Gualengus fuit ſolutioni, & exequutioni promiſſio-
nis adiectus per ea, quæ ſupra dixi, poſt Bart. Paul. & alios
in d.l. ſi cum cornelius, & eſt bonus tex. in d.l. aliud. Vel ali
ter reſpondeas, ut ex prædictis colligitur, quòd & ſi ex illa
promiſſione inter Carolum, & do. Bonapartem facta dici
poſſet, nullam poſſe competere actionem ipſi Gualengo,
cui iuſſum eſt ſolui, (quod negatur per prædicta) tamen
actio ei competere potuit ex illo iuſſu, & mandato domini
Bonapartis facto dicto Carolo, & ab eo acceptato, ac etiã
ſimul

ſimul ex promiſſione de ſoluendo, quam Carolus poſtea ipſi Gualengo fecit, per quam facta fuit delegatio, ac etiã nouatio, quæ par eſt ſolutioni per plura ſupra deducta, quæ non repeto. ¶ Non obſtat ſecundum motiuum, quòd mandatum factum Carolo ante ſolutionem potuerit per do. Bonapartem reuocari, ut in d.l.ſi cum cornelius cum aliis, quia illud non militat in caſu noſtro per plura ſuperius allegata, quæ limitant d.l.ſi cum cornelius cum ſimil. ¶ Non obſtat tertium fundamentum, ſuper quo maior uis fieri uidetur, quòd partita libri Gualenghi refert ſe ad inſtrumentum factum inter dominum Bonapartem, & Carolum, quod inſtrumentũ non obligat Carolum ipſi Gualengo, ergo nec partita argumento auth. ſi quis in aliquo C.de eden. quia primo reſpondetur, quòd relatio, quæ fit in dicta partita ad inſtrumentum, non fit ad illa uerba, Carolo de dare ſcudi 500. quali ci promette, & ſic ad uerba obligatoria partitæ, ſed ad illa uerba proximiora ad inſtantia di m. Bonaparte per conto &c. quæ uerba referunt mãdatum, & iuſſionem domini Bonapartis, prout in dicto inſtrumẽto continetur: Et hoc clarè cõſtat, quia ſi relatio facta eſſet ad uerba obligatoria, & conſequenter uoluiſſet referre promiſſionem in dicto inſtrumento factam, Gualengus non ſcripſiſſet per hæc uerba præſentis tẽporis ci promette, ſed per uerba præteriti temporis ci ha promeſſo, cũ inſtrumentum per plures dies ante ſcripturam Gualenghi celebratum eſſet. Præterea ſi relatio ſic diceretur facta ad inſtrumentum reſpectu promiſſionis, & obligationis in eo factæ, falſa eſſet relatio, quia in inſtrumento non reperitur, quòd Carolus aliquid promiſerit Gualengo, ſed domino Bonaparti, ergo relatio non poteſt dici facta ad id, quod in dicto inſtrumento non continetur, ſed debet fieri ad id, quod in illo continetur, & conſequenter ad inſtantiam, & mandatum, ſeu iuſſum domini Bonapartis, de quibus in di-
21 cto inſtrumento: Et ad propoſitum benè faciunt ea, † quæ habentur per Bartolum, & alios in l. talis ſcriptura in fin. ff. de leg. 1. & per Abb. & alios in c. ſecundo requiris de appella. concludentes, quòd quamuis clauſula in fine poſita regulariter ſit ad omnia præcedentia referenda, tamẽ hoc fallit, quando abſurdum, uel contrarietas reſultaret, quia tunc eſt facienda relatio ſolum ad illa, ad quæ fieri poteſt, & non ad ea, ex quibus abſurdum, uel contrarietas reſulta-
23 ret. Vltimo † illa authen. ſi quis in aliquo limitatur, quando fieret relatio per illum, qui de per ſe, & ſua auctoritate poteſt principaliter de nouo diſponere, quia tunc non eſt neceſſe aliter conſtare de eo, quod relatum fuit l. ſi donatio, ibique Bald. in fin. C. de donat. & probatur ex iis, quæ vult gl. & ibi Bar. in 3. colum. in l. admonẽdi ff. de iureiur. & ita expreſsè limitat, & declarat Iaſ. in d. authen. ſi quis in aliquo in ulti. colum. Sed Gualengus uti nummularius, & mercator Bononienſis tempore uitæ ſuæ habebat auctoritatem, & poteſtatem creandi debitores, & ſcribendi aliquẽ ſibi promiſiſſe iuxta formam ſtatutorũ ciuitatis, igitur &c. ¶ Non aduerſatur etiam ultimum fundamentum, quòd Carolus neget ſe fuiſſe præſentem eo tempore, quo Gualengus ſcripſit illum debitorem, & quòd Gualengus illum ſine ſua commiſſione debitorem creauerit, quia ex prædictis re-
24 ſponſio colligitur, uidelicet † quòd cum Gualengus haberet auctoritatem ſcribendi, & creandi ſibi debitores, in dubio ſtandum eſt ſuæ ſcripturæ, & pro illa in dubio præſumitur, niſi contrarium legitimè probaretur, ut ſupra dictum fuit, & l. optimam C. de contrahen. & committen. ſtipulatio. §. item uerborum Inſtitu. de inutil. ſtipulatio. & l. cum precibus C. de probationibus cum ibi notatis.

SVMMARIVM.

1 Nuntius, & nudus miniſter non obligantur ex contractu, ſed dominum, pro quo contraxerint, & promiſerunt, obligaſſe dicuntur:
Et quid ad hoc requiratur nu. 6.
2 Inſtitor contrahens tanquam inſtitor non obligatur ex illo contractu, quamuis uerba contractus exequutiua in ſua perſona conceperit:
Et an hoc ſit uerum nu. 4.
3 Nuntius nomine domini contrahendo, & promittendo quomodo uerba contractus, & promiſsionis concipiat.
5 Ex contractu cum agente rem alicuius, & illius nomine ſe intromittente facto quis teneatur, an dominus, an verò ille, cum quo fuit contractum.
6 In nuntio mandatum domini requiritur, ut dicatur nuntius.
7 Promittens nomine Titii ſoluere, ſi non conſtet de mandato illi per Titium facto, non tanquam nuntius, nec tanquam procurator, ſed tanquam expromiſſor, & interceſſor dicitur promittere.
8 Promittens Titio quoad effectum abſque dubio tanquam expromiſſor, & interceſſor, ſeu fideiuſſor, quoad uerba autẽ ut principalis dicitur obligatus.

EPITOME.

Ex *contractu, ſiue chirographo, in quo quis ſe nomine Titii ſoluere promiſit, & uerba promiſsionis, & obligationis exequutiua in perſona ſua, & non Titii concepit, ipſe, qui contraxit, & chirographum fecit, obligatur, non autem Titius, ſi de mandato ei per Titium facto non conſtet.*

CONSILIVM CXCIX.

VISIS quibuſdam chirographis ſcriptis, & ſubſcriptis manu Laurentij Gabrielis, uidetur prima faciè dicendum, ipſum Laurentium non teneri, nec obligatum eſſe ad ſoluendum quantitatem pecuniarum in dictis chirographis contentam, quoniam ipſe dicitur contraxiſſe, & promiſiſſe ut nuntius, nudusque miniſter domini Iacobi Viuiani, ut ex ipſis chirographis apparet, ergo non
1 debet teneri, nec cenſeri obligatus, quoniam † nuntius, & nudus miniſter ex contractu non obligatur, ſed dominum, pro quo contraxerunt, & promiſerunt, obligaſſe dicuntur l. ſi ex contractu, & ibi Bald. C. quod cum eo, & idem Bald. poſt glo. in l. ei, qui ſeruo quaſi circa finem eod. titul. dicit, quòd nuntius ſeruans formam mandati nunquam obligatur, ſed dominus, qui per illum dicitur contrahere, & faciunt etiam ea, quæ uoluit Bald. ibique Paul. de Caſtr. in l. multum C. ſi quis alte. uel ſibi, glo. in l. ſi pupilli §. 1. ff. de nego. geſtis, & Alexan. in l. qui autem §. conſtituere ff. de
2 conſtitu. pecu. Secundo adduco l. fin. ff. de inſtito. † ubi cõtrahens ſub nomine officij, puta tanquam inſtitor, uel ut præpoſitus alicui exercitio non obligatur ex illo contractu, quamuis uerba contractus, ſeu illius uerba exequutiua in perſona ſua conceperit. ¶ Sed his non obſtantibus, contrariam ſententiam exiſtimo ueriorem eſſe, præſupponendo, quòd hic Laurentius, qui contraxit, & hæc chirographa fecit, non dicitur ut nuntius cõtraxiſſe, neque ſcripſiſſe, quo-
3 niam † ipſe uerba contractus, & promiſſionis in perſona domini non concepit, ut facit nuntius, qui dicitur tanquam pica, & organum iuxta not. per glo. Bal. & docto. omnes in d. l. multum, ſed concepit uerba in perſona ſua, nomine tamen dicti domini Iacobi promittendo: Quo fit, ut potius dicatur uel procurator, ſi cum mandato contraxit, & promiſit, uel negotiorum geſtor, ſi ſine mandato iuxta not. per glo. & docto. in d. l. ſi pupilli §. 1. & in l. communis cum ibi not. ff. de acquir. poſſeſſio. vel ſaltem dicetur, ut inſtitor cõtraxiſſe, & ſe obligaſſe, quo caſu dicitur etiam dominum, qui illum negotijs gerendis præpoſuit, obligaſſe l. 1. in fin. cum ſequen. & ſequen. uſque ad §. non tamen omne ff. de inſtit. & Laurentium teneri, & ad dictam pecuniarum quantitatem ſoluendum obligatum eſſe probatur in primis ex iis, quæ not. uoluit Barto. in d. l. fin. ff. de inſtito. ubi quærit,
4 † quando aliquis tanquam inſtitor alicuius contrahit, an ipſe ex illo contractu teneatur, & obligetur, & ipſum teneri, &

ri,& obligari concludit per textum in l.1.§.eſt autem ff. de
exercit.cum ſimilibus ibi per eum allegatis. Nec obſtat d.l.
fin.quia in caſu illius tex.non contraxit,ſed ſolum ſtipulatio
nem fecit, ſeu melius epiſtolam continentem uerba enun-
ciatiua de præterito, quo caſu in dubio non uidetur illud
facere animo ſe obligandi,ſed ad fidem in ſe oſtendendam:
At in caſu noſtro Laurentius contraxit,& uerba promiſſio-
nis,& obligationis exequutiua concepit in perſona ſua di-
ſpoſitiuè de præſenti,& non enunciatiuè de præterito,ergo
ipſe dicitur ex tali promiſſione obligari. Secundo hoc con-
firmo etiam ex dictis Bartoli ibi in d.l.fin.qui dicit,quòd il-
la uerba etiam enũciatiua de præterito,in alio, quam in in-
ſtitore, contractum conſtitutæ pecuniæ inducerent l.qui-
dam,& ibi glo.ff.de conſtitu.pecun.Sed non apparet, hunc
Laurẽtium fuiſſe inſtitorem domini Iacobi, nec ab eo huic
negotio gerendo præpoſitum fuiſſe, ergo ex uerbis etiam
enunciatiuis de præterito obligari potuiſſet: Magis igitur
ex uerbis diſpoſitiuis de præſenti in perſona ſua conceptis,
qualia fuerunt in caſu noſtro,& in dictis chirographis, obli
gari potuit.Tertio facit id,quod uoluit Bal.in rub.C.de con
ſtitur.pecun.in 3.colum.quem refert, ac ſequitur Alexan.in
d.l.fi.ff.de inſtit.qui dicunt,d.l.fin.habere locum, ut inſtitor
non obligetur in caſu illius tex. quoniam ipſe ſolum cõfeſ-
ſus eſt pecuniam debitam eſſe, & non promiſit illam ſolue-
re,nam ſi eam promiſiſſet,abſque dubio fuiſſet obligatus il-
lam ſoluere,etiam finito officio inſtitoris:Sed in terminis no
ſtris Laurẽtius promiſit ſoluere abſque exceptione aliqua,
ergo ſe ad ſoluendum dicitur obligaſſe etiam finito officio
5 caſu,quo ut inſtitor contraxiſſet. Quarto † adduco text.
not.in l.ei,qui §.alioquin C.quod cum eo,ubi ſi cum libero
homine agente rem alicuius, qui illius nomine ſe intromi-
ſit,contraxi,mutuam pecuniam fortè illi etiam contempla
tione domini ſui mutuando,& is mihi etiam nomine domi-
ni illam reſtituere promiſit,ego contra dominum agere nõ
poſſum,niſi in duobus caſibus,uel ſi probetur, pecuniam in
domini utilitatem uerſam fuiſſe,vel dominum ratũ habuiſ-
ſe,alioquin ago cõtra illum,qui mecum contraxit, ut eſt ibi
tex.quem Bart.inquit eſſe benè notandum pro iis, qui mu-
tuant factoribus aliquorum, ut non poſſint contra dominos
agere,ſed contra ipſos factores, niſi in caſibus prædictis, &
ibi docto.Bald.& alij uolentes nuntium etiam teneri,quan-
do formam mandati non ſeruauit. Si ergo tanquam nun-
tius abſque mandato nomine domini contrahendo ipſe te
nebitur,quanto magis ille, qui aliter nomine alicuius con-
trahit,non tanquam nuncius,ſed uerba promiſſionis,&obli
gationis exequutiua in perſona ſua concipiendo,debebit te
neri per prædicta,& argumento not.per gloſam,& ſcriben.
in d.l.ſi pupilli §.1.¶Et reſpondendo allegatis ſupra in con
trarium,licet ex præmiſſis reſponſio pateat, non obſtat pri-
mum,quia Laurentius non contraxit,neq; promiſit,ut ſim-
plex nuncius,nec ut nudus miniſter,ſed potius ut principa-
lis,non enim concepit uerba obligationis,ſeu promiſſionis,
& contractus in perſona domini Iacobi,ſed in perſona ſua:
quo caſu non dicitur nuncius,nec nudus miniſter,ut uolunt
6 glo.Bald.& omnes in d.l.multum intereſt. Præterea † ad
hoc,ut quis dicatur nuncius,& ſic ut ipſe non obligetur, ex
quo eſt nuncius,debet conſtare de mandato domini, qui ip
ſum conſtituerit nuncium,ut eſt glo.in l.1.ff.de contrahen.
empt.Alexan.in l.qui romæ §. callimachus ff. de uerborum
obligatio.Bal.in c.1.§.ſed utrum per quos fiat inueſtitur. in
uſu feudo.& in l.1.quæſt.10.C.de confeſſ. & ſentit expreſsè
idem Bald.in d.l.ei,qui ſeruo §.alioquin: Sed in caſu noſtro
de mandato aliquo non conſtat, item Laurentius non con-
traxit,ut nuncius,ut ſupra,ergo &c.Secundo non obſtat d.
l.fin.ff.de inſtit.quia ſupra illi textui reſponſum fuit. Præ-
terea in caſu noſtro benè conſideranda ſunt uerba promiſ-
7 ſionis,& obligationis, nam † Laurentius dixit,quas pecu-
nias promitto nomine dicti domini Iacobi ſoluere certo tẽ-
pore abſque exceptione aliqua, ex quibus uerbis cum non
conſtet de mandato aliquo ipſi Laurentio facto, Laurẽtius
uidetur non tanquam nuncius, nec tanquam procurator,
ex quo non habuit mandatum per prædicta, ſed tãquam ex
promiſſor, & interceſſor pro domino Iacobo ſe obligaſſe,
& interceſſiſſe,quoniam tantum eſt dicere,promitto nomi-
ne Titij,quantum eſt dicere,promitto ſoluere pro Titio,ut
colligitur ex uerbis Bartoli,quem alij ſequuntur,in l.1.§.nũ
8 ciatio ff.de noui operis nunciatio.Sed † ſi dixiſſet, promitto
pro domino Iacobo,abſque dubio fuſſet obligatus tãquam
expromiſſor,& interceſſor domini Iacobi argumento nota.
in l.in perſonam §.1.ff.de pactis,glo.in authen. de fideiuſſ.
in §.1.Ioan.de Imol.in l.penult.ff.de præto. ſtipu.quem etiã
refert Alexan.in l.ubi autem §. illud ff. de uerborum oblig.
quòd ſi dico,promitto pro Titio, quoad effectum uideor ut
fideiuſſor promiſiſſe, ſed quoad uerba dicor ut principalis
obligatus ſecundum Alexandrum ibi,ergo apparet dictum
Laurentium teneri,& abſque aliqua exceptione ad ſoluen
dum obligatum eſſe. Et ita breuiter iuris eſſe exiſtima-
ui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Dominus poſt moram commiſſam,& pœnam incurſam canonem ab em phyteota recipiens pœnam caducitatis remiſiſſe cenſetur:
Quod declaratur num.18.
2 Creditor poſt moram iam commiſſam, ex qua ſibi ius aliquod uel pœnæ, uel alterius rei erat acquirendum,ſortem debitam,uel eius partem recipiens, moram, & pœnam per debitorem incurſam illi remiſiſſe cenſetur:
Niſi cum proteſtatione, & reſeruatione iuris ſui receperit,nu.7.& 11.
Et quando illud uerum ſit num.13.& 18.
3 Mora,& pœna iam commiſſa etiam per ſimplicem interpellationem poſtea factam dicitur remiſſa,atque ſublata,& num.6.
Et quando hoc procedat num.13.& 22.
4 Creditor ſi recipiat ſortem,& ab illa debitorem liberet cum proteſtatione,et reſeruatione iuris ſuper intereſſe, an cenſeatur remiſſum intereſſe,& num.19.& 21.ubi declaratur.
5 Et quid de pœna, quam etiam petendi ius ſibi reſeruaſſet, & numero 19.
6 Mora,& quælibet pœna à debitore commiſſa per ſolutionem, uel promiſſionem de ſoluendo poſtea de uoluntate,& conſenſu creditoris facta tollitur,& remittitur,& num.13.& 22.ub hoc declaratur.
7 Pœna conuentionalis iam incurſa non cenſetur remiſſa per creditorem poſtea partem ſortis recipientem,ſaluo ſibi iure in reſiduo,quod modo,& forma in inſtrumento contenta ſolui debebat.
8 Indefinita etiam in contractibus æquipollet uniuerſali,
9 Maximè,quando ita de mente contrahentium aliqualiter conſtaret.
10 Verba generalia comprehendunt ea,quæ ſunt de acceſſoriis,& appendicibus principalis.
12 Creditor poſt moram à debitore commiſſam prorogans terminum ad ſoluendum ſortẽ non remittit pœnam, & moram iam commiſſam,ſed ſolum de nouo committendam impedit,& num.15.
13 Mora,omniſque eius effectus,& conſequenter pœna quando per receptionem ſortis,aut interpellationem debitoris poſtea factam remiſſa cenſeatur,& quando ſecus.
14 Creditor poſt moram debitoris ſortem recipiendo non remittit pœnam conuentionalem,quando in ea fuit appoſita clauſula rato manente pacto.
16. Idem,ſi recepiſſet ſortem cum clauſula ſaluo iure ſuo:
Et quid abſque illa clauſula.
17 Pœna peti,& exigi in ſolidum poteſt,etiam ſi principalis obligatio pro parte tantum non adimpleatur.
19 Intereſſe, & pœna conuentionalis quoad illorum remiſſionem per receptionem ſortis,quando differant,& quando conueniant,& de uno ad aliud rectè arguatur.
20 De pœna quando iudicatur idem,quod de intereſſe.
23 Debitor ad euitandam moram debet tempore conuento pecuniam offerre,& ſoluere,uel ſaltem deponere abſque eo,quod creditor,qui inueſtire tenebatur,offerat,& habeat inueſtituram.

EPITOME.

CREDITOR *poſt moram à debitore commiſſam, ac pœnam conuentionalem incurſam, ſi partem ſortis principaliter debitæ recipiat, & ab illa debitorem liberet, ſaluo ſibi iure in reſiduo, quod reſiduum ſolui debet modo, & forma in tali inſtrumento contentis, pœnam in dicto inſtrumento contentam, & iam incurſam remiſiſſe non dicitur, quin & illam petere, ac exigere ualeat.*

CONSILIVM CC.

AN per illa uerba, quibus domina Iunipera Minum à
ſupraſcriptis libris ſexagintaquinque, & ſolidis tri-
bus, ut ſupra, ſolutis abſoluit, & liberauit, ſaluo ſibi iu
re in reſiduo, quod reſiduum ſolui debet modo, & forma
contentis in inſtrumento rogato per ſer Baptiſtam &c. cen
ſeatur ipſi Mino remiſſa pœna conuentionalis iam commiſ
ſa, & quam tempore ſolutionis prædictæ iam Minus incur-
rerat, Remiſſa utique prima facie uideretur argumento eo
1 rum, † quæ dicuntur de domino, qui poſt moram com-
miſſam, & pœnam incúrſam ab emphyteota canonem de-
bitum recepit, quia pœnam caducitatis remiſiſſe cenſetur
ad not. per glo. & docto. in c. potuit extra de loca. Specu. in
tit. de loca. in §. nunc uerò aliqua uerſi. 23. & ſequuntur le-
giſtæ communiter in l. 1. C. de iure emphyt. poſt glo. ut ibi
per Cynum, Salice. Butrig. Alberic. & alios, & habetur per
Alexan. in l. 2. in prin. ff. ſi quis cautio. Secundo, quia ex quo
domina Iunipera poſt moram commiſſam, ac pœnam in-
curſam partem ſortis debitæ recepit, uidetur morã, & pœ-
2 nam, omnemq́ue eius effectum remiſiſſe, nam † quando
creditor, cui ius aliquod uel pœnæ, uel alterius rei erat ex
mora acquirendum, poſt moram iam commiſſam, & ſic
poſt ius ſibi ex mora acquiſitum recipit ſortem debitam, uel
eius partem, per huiuſmodi receptionem cenſetur moram,
& pœnam per debitorem incurſam illi remiſiſſe, ut eſt text.
notabilis in l. de lege §. poſt diem cum l. ſequen. ff. de lege
3 commiſſo. Quinimmò † per ſimplicem interpellationem
factam poſt moram commiſſam mora, & pœna dicitur re-
miſſa taliter, quòd omnis effectus moræ cenſetur ſublatus,
ut eſt text. in l. æmilius, ibiq́ue Bartol. & alij poſt gloſam ff.
de minoribus. Tertio quamuis dubium ſit, an creditor reci-
piendo ſimpliciter ſortem cum reſeruatione iuris ſui ſuper
intereſſe uideatur remittere intereſſe, quia plures docto. &
fortè magis communiter tenent illud eſſe remiſſum ratione
tacitæ uoluntatis, ſeu tacitæ remiſſionis per textum in l. fin.
ff. de eo, quod certo loco, uel uerius ſaltem ex iuris neceſſi-
tate intereſſe dicitur eſſe remiſſum, non obſtante proteſta-
tione, & reſeruatione intereſſe per textum in l. centum ca-
puæ in fine ff. de eo, quod certo loco, & in l. 4. C. depoſiti,
4 tamen † quando creditor recepit ſortem, & ab illa ſorte
ſoluta debitorem abſoluit, ac liberauit, etiam cum prote-
ſtatione, & reſeruatione iuris ſuper intereſſe, abſque dubio
non obſtante illa proteſtatione, & reſeruatione cenſetur
intereſſe remiſſum, ut amplius peti non poſſit, ut uoluit Pe-
trus, quem doctores communiter ſequi uidentur in dicta l.
fin. ut ibi per Bartolum, Paulum de Caſtro, & alios, ergo
5 † ex identitate rationis idem dicendum eſt etiam in pœna
cum illa ſoleat loco intereſſe apponi, ut eſt text. in §. fin. In-
ſtitu. de uerborum obligatio. & l. fin. ff. de prætor. ſtipul. cum
ſimilibus: Sed in caſu noſtro domina Iunipera creditrix re-
cepit partem ſortis à Mino debitore, illumq́ue ab ea parte
ſortis ſolutæ abſoluit, & liberauit, ergo pœna debet dici re-
miſſa per rationes Petri, de quibus in dicta l. fin. quamuis
expreſsè, & ſpecificè ſibi ius petendi pœnam reſeruaſſet:
Hoc igitur magis dicendum eſt in caſu noſtro, in quo ex-
preſsè non reſeruauit ſibi ius ſuper petitione pœnæ, ſed in
reſiduo, per quam reſeruationem uidetur ſolum reſerua-
tum ius in reſiduo ſortis, non autem in pœna, ut uidetur cla
rè inferri ex uerbis inſtrumenti: Vel ſaltem negari non po
teſt, quin dubium ſit, an ex huiuſmodi proteſtatione, ac re-
ſeruatione uoluerit reſeruare ius ſuum in reſiduo ſortis tan
tum, an uerò etiam in pœna. Concludendum eſt ergo,
quòd non dicatur in caſu noſtro ius exigendi pœnam reſer
uatum. Præterea & ultimo Minus creditor in caſu, de quo
agitur, poſt moram, & ſic poſt incurſum pœnæ de uolunta-
te, & conſenſu creditricis promiſit ſoluere Antoniomariæ
de Capraria creditori ipſius dominæ Iuniperæ creditricis
6 libras quadraginta, ut in inſtrumento apparet, † per quam
promiſſionem factam mora, & quælibet pœna debet intel-
ligi remiſſa, ſicut per interpellationem debitori factam poſt
moram dicitur remiſſa mora, & pœna, ut eſt text. cum gloſ.
ibiq́ue Bartol. & alij in d. l. æmilius, ſi enim ſimplex interpel
latio de ſoluendo hoc operatur, ut ibi, quanto magis hoc
debet operari ſolutio, ſeu promiſſio de ſoluendo facta poſt
moram, cum interpellatio fiat ſolum ad effectum ſolutio-
nis l. ſi ex legati cauſa cum ſimilibus ff. de uerborum obliga-
tio. iuncta authen. multo magis C. de ſacroſanct. eccleſ. &
C. de epiſcopis, & clericis. Si ergo ſic dicitur ſublata, &
remiſſa mora, & pœna, ſequitur, quòd ea amplius ſine
noua interpellatione committi non potuit d. l. ſi ex legati
cauſa, l. ſi mora in principio ff. de uſucapio. iuncta l. lecta
uerſicu. ſed ſi non ſortis ff. ſi certum petatur, ubi pœna ſi-
ne mora non committitur, ueluti etiam habetur per Barto-
lum in l. qui ſine ff. de negotiis geſtis.
¶ Præmiſſis tamen non obſtantibus, contrarium eſſe uerius
puto, quòd ex receptione partis pecuniæ principaliter de-
bitæ creditor in caſu noſtro pœnam, eiusq́ue effectum re-
7 miſiſſe non dicatur, quoniam † ex quo creditor partem
illam ſortis ſimpliciter non recepit, ſed ſaluo iure in reſi-
duo, quod reſiduum ſolui debebat modo, & forma conten-
tis in inſtrumento rogato per ſer Baptiſtam, & ſic cum pro-
teſtatione reſeruationis iuris ſui, ex hoc uidetur quodcun-
que reſiduum debitum fuiſſe ipſi creditori reſeruatum, ex
quo generaliter, & indefinitè ius in reſiduo fuit reſerua-
tum, quia ita pœna erat debita tempore receptionis illius
partis pecuniæ, ex quo iam dies uenerat, & ceſſerat,
ſicq́ue mora erat commiſſa, ſicut reliquum ſortis; & ideò
appellatione reſidui pœna quoque continebatur, quæ tunc
pariter erat debita, & iam commiſſa, nam dicendo inde-
finitè in reſiduo perinde eſt, ac ſi dictum fuiſſet in omni
8 reſiduo, cum † indefinita etiam in contractibus æquipol-
leat uniuerſali, ut uoluit Bald. in l. fin. C. quæ res pignori
obliga. poſſ. Et quamuis aliqui contradicant, quòd in con-
9 tractibus indefinita æquipolleat uniuerſali, tamen † fa-
tentur ſaltem, quòd æquipolleat, quando aliqualiter de
mente contrahentium conſtaret, ut uoluit Aretin. alle-
gando Bartolum, & alios in l. ſtipulatio iſta in principio in
ſecundo notabili ff. de uerborum obligation. Sed in caſu
noſtro conſtat de hac mente contrahentium, quæ ex uer-
bis colligitur iuxta ea, quæ habentur in l. labeo in uerſicu.
idem tubero ff. de ſuppellectil. legat. quòd appellatione
reſidui reſeruati uoluerint etiam pœnam compleсti, quia
conuentum fuit, quòd Minus debitor eſſet abſolutus, &
liberatus à ſupraſcriptis libris ſexagintaquinque ſolutis,
ergo non à quantitate etiam pœnæ non ſolutæ: Item fa-
cta fuit abſolutio à dictis libris ſexagintaquinque ſolutis,
ſaluo eius uidelicet dictæ dominæ Iuniperæ iure in reſi-
duo, quod reſiduum ſolui debet modo, & forma conten-
tis in dicto inſtrumento rogato per ſer Baptiſtam, In eo
autem inſtrumento ponitur modus, & forma ſoluendi

non ſolum ſortem, ſed etiam pœnam incurſam, ergo reſidui appellatione dicitur etiam comprehenſa pœna, quæ iã per moram ipſius Mini debitoris erat commiſſa, & debita.

10 Præterea † dicit Bal.in c.quia nonnulli de reſcrip.per d.l. fin.C.quæ res pigno.oblig.poſſ.quòd ſub uerbis generalibus ueniunt,& comprehenduntur ea,quæ ſunt de acceſſoriis,& appendicibus principalis:Sed pœna dicitur de appẽdicibus, ergo ſub his uerbis generalibus ſaluo iure in reſiduo non modo ſors, ſed etiam pœna comprehendetur.

Et quamuis creditor recipiendo ſortem ſimpliciter uideatur pœnam remittere,ut ſupra in princ.dictum fuit per not.

11 in d.c.potuit cum ſimilibus,tamen † ſecus eſt,quando illam recepit cum proteſtatione,& reſeruatione iuris ſui ad nota. per gloſam,ibiq́ue omnes in d.c.potuit, habetur per Alex. in l.2.in princ.in finalib.uerb.ff.ſi quis cautio.Specul.in tit. de loca.§.nunc uero aliqua in uerſi.25.& per Bartolum,& omnes in l.2. C.de iure emphyteo. ergo in caſu noſtro, in quo non ſimpliciter liberauit,nec ſimpliciter recepit, ſed ſaluo iure ſuo,ut ſupra, creditor per liberationem, & receptionem factam de dictis libris ſexaginta quinque debitorem à pœna debita liberaſſe non dicetur: & ad propoſitum noſtrum optimè facit tex.ibiq́ue Bartol. & alij in l.cum ſtipulatus ſim mihi à proculo ff. de uerborum obligation. ubi

12 † ſi creditor poſt moram commiſſam, & ſic poſtquam debitor moram incurrit,terminum ad ſoluendum ſortem debitori prorogauerit, ex hoc non dicitur pœnam ipſi debitori remiſiſſe, quia prorogatio termini non tollit moram, nec eius effectum, & conſequenter nec pœnam iam commiſſam,ſed ſolum impedit pœnam de nouo committendam:In caſu itaque noſtro receptio huius partis pecuniæ, & ſortis non dicetur moram purgaſſe,nec operari, quòd pœna iam commiſſa dicatur remiſſa,& quin peti, ac exigi poſſit, cum ipſo iure per lapſum temporis iurati ſit ita commiſſa, quòd eius purgationi non ſit locus,ut eſt text.ibiq́ue Barto. Alexan.& alij in l.ſi quis maior C.de tranſaction.& in c.querelam,& ibi Bald.extra de iureiuran. Præterea † licet quis

13 poſt moram recipiendo totam ſortem, uel eius partem,aut interpellando debitorem cenſeatur moram, omnemq́ue eius effectum,& conſequenter pœnam remittere,ut eſt tex. in d.l.de lege §.poſt diem cum l.ſequen.l.commiſſoriæ, & ibi habetur C.de pactis inter emptorem,& uenditorem, & d.l.æmilius,tamen hoc eſt uerum, quando alterum tantum cum effectu debebatur,quia unum tantum effectualiter peti poterat,& non utrunque,nam recipiendo unum,ſeu eius partem, uel poſt moram interpellando debitorem circa illud,quod principaliter debebatur,alteri, hoc eſt illi, quod ſibi ex mora debitum factum fuerat,renunciareq́uidetur, ue luti poteſt exemplificari in caſu iurium prædictorum in pacto legis commiſſoriæ, quando res uendita fuit certo pretio ſoluendo certo tempore cum pacto, quòd ſi pretium tunc non fuerit ſolutum,res uendita ſit inempta, ac reſtitui debeat: ſi enim poſtea pretium ſuo tempore ſolutum non fuerit,res incipit ratione moræ deberi, & ideò ſi uenditor poſt moram pretium recepit, aut ſuper illo emptorem interpellauit,moram, & id,quod ratione moræ petere poterat,remiſiſſe cenſetur, & hoc ex eo, quia in caſu moræ ipſi emptori cum effectu alterum tantum,& non utrunque debebatur,ut in dictis iuribus: Secus uerò,quando in caſu moræ debebatur utrunq; uidelicet & debitum principaliter,& id, quod ratione moræ deberi cœptum fuit, ut eſt pœna, quia tunc creditor poſt moram recipiendo ſortem,uel eius partem,ſeu debitorem ſuper ſorte interpellando,non dicitur pœnam,ſeu id,quod ratione moræ debetur,remittere, immò debitor per interpellationem ſibi poſt moram factam dicitur fieri magis contumax, ut notabiliter declarat Alex. limitando d.l.æmilius,& not.ibi per Bartolum, & in l. cum procurator §.1.in fin.2.colum. ff. de noui operis nunciatio. At in caſu noſtro Minus debitor poſt moram cum effectu tenebatur ad utrunque uidelicet ad ſortem, & ad pœnam iuxta ea,quæ habentur in l.qui fidem cum ibi not.ff.de tranſactionib.quoniam pœna fuit promiſſa toties,quoties,& rato manente pacto,& contractu,& ſic remanente obligatione ſortis, ut in inſtrumento obligationis ſcripto per dictum ſer Baptiſtam continetur, ergo domina Iunipera creditrix poſt moram Mini, & ſic poſt commiſſam pœnam recipiendo partem ſortis non debet dici pœnam remiſiſſe:& ad propoſitum in terminis noſtris facit id, quod uolunt Bartolus, Paulus de Caſtro,& communiter alij in dicta l.fin.in ultim. colum.ff.de eo,quod certo loco, ubi quærunt, an creditor recipiendo ſortem poſt moram debitoris pœnam remittat, & diſtinguunt per plura membra,& inter alia conſiderant,

14 quòd † in pœna conuentionali ſi dictum fuit rato manente pacto, ex quo pœna uenit iure actionis, & obligationis, pœna non dicatur remiſſa per receptionem ſortis iuxta ea, quæ habentur in l. qui fidem ff. de tranſactionibus,

15 Præterea † ut dicit gloſa ultima,cum qua Bartolus,& cæteri pertranſeunt,in dicta l.cum ſtipulatus ſim mihi à proculo,ſi poſt moram prorogetur tempus ſolutionis, & promiſſionis,pœna non dicitur remiſſa,quando utrunque cum effectu exigi poterat,puta ex pacto:Secus,ſi alterum tantum: & faciunt not.per Specula. in titu. de arbitris in §. ſequitur de quibuſdam colum. 21. in uerſicu. ſciendum,qui inquit,

16 quòd † ſi creditor poſt moram receperit pecuniam principaliter debitam ſaluo iure ſuo, poterit etiam totam pœnam integraliter, & cum effectu exigere, quando pœna fuiſſet adiecta,& promiſſa rato manente pacto:ſecus ſi ſimpliciter abſque illa clauſula pœna adiecta,& promiſſa eſſet, nam ea ſolum peti poſſet catenus, quatenus ſortem excederet,ſeu plus eſſet in pœna:At in caſu noſtro pœna fuit pro-

17 miſſa rato manente pacto,ergo &c. Et † ad hoc, ut pœna non poſſit in ſolidum peti, & exigi,non ſufficit principalem obligationem pro parte adimplere,ut eſt text. in l.4. §. ſi is,qui duplum,& in l.5.§.ſi ſortem ff.de uerborum obliga. In caſu autem noſtro ante, quàm Minus dictas libras ſexagintaquinque dominæ Iuniperæ ſolueret,principalem obligationem pro parte aliqua non adimpleuit, & quoad totam ſortem promiſſam moram incurrerat, ergo pœna contra ipſum fuit in ſolidum,ſeu in totum commiſſa.

¶Et ſequendo concluſionem traditam ſupereſt reſpondendum adductis ſupra in contrarium, quæ licet ex præmiſſis ſublata uideantur,tamen,ut de ueritate clarius conſtet, ſpecialius illis breuiter reſpondebo: Non obſtat itaque primum,quòd creditor per receptionem ſortis cenſeatur moram,& pœnam remittere per notata in dicto c. potuit cum

18 aliis, quia † illud poteſt procedere, quando ſimpliciter recepiſſet, ſecus ſi cum proteſtatione, & ſaluo iure ſuo per allegata ſupra in primo fundamento. Nec illa reſeruatio iuris in reſiduo debet intelligi in reſiduo ſortis tantum, & non pœnæ,quia, ut ſupra declaraui, contrarium eſt uerius maximè ex not. per Specula. in loco præallegato. Præterea creditor recipiendo ſortem, uel eius partem dicitur pœnam remittere, quando pœna fuit ſimpliciter promiſſa in caſu contrauentionis, ſecus, ſi rato manente pacto,ut per plura dictum fuit: & ex his reſponſum eſt etiam adductis ſecundo loco ad fauorem Mini debitoris.

¶Non obſtant etiam illa, quæ uoluit Bartolus in dicta l.fin. ff.de eo,quod certo loco in penul.colum.de intereſſe,quòd quando creditor recipiendo ſortem debitam liberat debitorem à ſorte,ſaluo iure ſui intereſſe, non poteſt intereſſe peti, ſed dicitur iuris neceſſitate remiſſum, ut uoluit Petrus, quem refert Bart.in d.l.fin.quia reſponderi poteſt ex men-

19 te Bartoli,& aliorum ibi,quòd † aliud eſt in pœna conuen-

bbb 2 tionali,

tionali,quæ ex conuentione,& ſic iure obligationis,& actionis debetur,& non ex legis diſpoſitione ex officio iudicis, ſi enim pœna in caſu contrauentionis promiſſa ſit rato manente pacto,debitor per receptionem ſortis, & liberationem eius à ſorte factam per creditorem non liberatur à pœna,& ea exigi poteſt ad ea, quæ habentur in d.l.qui fidem, & eſt de mente Bartoli, Pauli de Caſtro, & aliorum in d.l. fin.& faciunt nota.per Specul.in d.titu.de arbitr. in d.§.ſequitur de quibuſdam : Aliud eſt intereſſe, quod non debetur iure obligationis,nec peti poteſt iure actionis, ſed ex officio iudicis mercennario, quia creditor recipiendo ſortem,& liberando debitorem à ſorte ſaluo iure ſuo intereſſe,remittit intereſſe,quod non poteſt peti, ſed iuris neceſſitate dicitur eſſe remiſſum d.l.centum capuæ in fin. cum ſimilibus:& ratio diuerſitatis inter pœnam,& intereſſe eſt ex mente Bartoli,& aliorum in dicta l.fin.quia pœna debita ex conſenſu,& uoluntate partium per receptionem ſortis factam ſaluo iure ſuo non remittitur, nam proteſtatio recipientis impedit illud,quod ex ſua tacita uoluntate, ſeu remiſſione ueniebat,& non aliud,quod aliunde ueniebat puta ex legis diſpoſitione,uel per officium iudicis l.at ſi quis §. plerique ff.de religio.& ſumptibus funerum, & not.in l.alimenta C. de negotiis geſtis : Sed intereſſe uenit aliunde, quam ex uoluntate partium,uidelicet ex legis diſpoſitione, & officio iudicis,ideò proteſtatio recipientis illud reſeruare non poteſt,quia cum debeatur per officium iudicis mercennarum iuxta l. qui per colluſionem ff. de actio. empt. officium iudicis mercennarium,principali actione ſublata, non poteſt ſubſiſtere : At pœna conuentionalis peti poteſt, & debetur iure obligationis, & actionis,quæ per ſe poteſt ſubſiſtere, actione, ſeu obligatione principali ſublata : Et propterea in caſu, quo intereſſe deberetur ex conuentione partium,& ſic iure obligationis,& actionis,idem dicendum eſſet de intereſſe,quod de pœna, quòd ſi creditor recepiſſet ſortem, & debitorem à ſorte ſoluta liberaſſet ſaluo iure ſui intereſſe, non diceretur tunc intereſſe remiſſum, & peti poſſet,quia actio, & obligatio de intereſſe per ſe poſſet ſubſiſtere, ut eſt de mente Bartoli,& aliorum in d.l.fin. & hoc in caſu procederet argumentum de intereſſe ad pœnam in caſu noſtro : Secus ſi intereſſe ueniret, & peti poſſet ſolum per officium iudicis mercennarium:Et ideò quando pœna eſt promiſſa, licet dicatur adiecta ad taxandum intereſſe,& loco illius d.§.fin.Inſtitu.de uerborum obligat. & l.fin. ff.de prætor. ſtipulatio. tamen ex quo fuit debita ex conſenſu partium, & ſic iure actionis debetur, aliud eſt in
20 pœna, & aliud in intereſſe, ut ſupra : Vel dicas † de pœna idem iudicari,quod de intereſſe, ut pœna ad taxandum intereſſe dicatur adiecta, quando fuit adiecta promiſſioni facti, in qua ſui natura ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi non fiat l. ſtipulationes non diuiduntur cum ibi nota.ff.de uerborum obligatio. & l. ſi quis ab alio §.fin.ff.de re iudicata : Sed nos ſumus in caſu, quo fuit adiecta pœna obligationi dandi, in qua non ſuccedit obligatio ad intereſſe,ſi non detur l.ubi autem in fin. ff.de uerborum obligatio.cum ibi not.ergo &c. Præterea poteſt aliter reſponderi ex mente Bartoli in dicta l.fin.in finalibus uerbis, quòd etiam per receptionem ſortis, & liberationem ſaluo iure ſuo non dicatur remiſſum intereſſe, & conſequenter nec
21 pœna, quoniam † ex quo debitor ſoluens ſortem conſenſit ſuper intereſſe, ut poſſit intereſſe peti non ex uigore officij iudicis,uel primæ actionis iam ſublatæ per receptionem ſortis,& per liberationem,& abſolutionem factam,ſed noua actione præſcriptis uerbis, quæ oritur ex quodam facto,ſeu contractu innominato tempore ſolutionis celebrabrato,uidelicet libero te à ſorte, hoc acto, quòd habeam intereſſe,ſeu pœnam,quæ ſuccedit loco intereſſe,ſeu,ut eſt in caſu noſtro,omne reſiduum mihi debitum,etiam ſi ſoluens illi proteſtationi non conſenſerit,apparet, quòd ego liberaui te ſoluentem,non liberaturus, ſi crederem me non poſſe intereſſe,uel pœnam ſoluere : Et ſic cum ab intereſſe ſis liberatus ſine cauſa,poſſum condictione ſine cauſa agere, ut te in priſtinam obligationem reponas, ut poſſim intereſſe petere;Verum quia ipſum intereſſe erat purum,petitur ipſum principaliter omiſſo circuitu l.ſi mulier ff.de condic.ob cauſam,& quod not.in l.ſi quis accepto eodem tit. quæ uerba Bar.optimè pro reſponſione in caſu noſtro inſeruiunt.

¶ Vltimo fundamento partis aduerſæ colligitur etiam re-
22 ſponſio ex prædictis,quoniam in caſu noſtro † ex quo reſeruatum fuit ius in reſiduo,dicitur etiã reſeruatum in pœna,quæ erat debita,& peti poterat iure actionis,ex quo iam conditio erat purificata per prædicta: Secundo notata in d. l.æmilius,& in d.l.de lege §.poſt diem cum ſequen.procedunt,quando alterum ſolum cum effectu peti,& exigi poterat,quia eligendo poſtea illud,quod principaliter erat debitum,uidelicet ſortem,creditor pœnã,& illud, quod erat debitum ratione moræ,cenſetur remiſiſſe; Secus ſi utrunq; poterat peti,& cum effectu exigi,ut eſt in caſu noſtro,quia tũc pœna non dicitur remiſſa per receptionem ſortis, nec per interpellationem factam poſt moram, ut dictum fuit per not.per Alexan.in d.l.cum procurator §.1.cum ſimilibus ſupra allegatis.Præterea d.l.æmilius, & d.l.de lege §.poſt diẽ cum ſequen. & cum ſimilibus locum habent in pacto legis commiſſoriæ ad tollendum moram, eiuſque effectum propter odium pacti legis cõmiſſoriæ, quod eſt ualdè odioſum iuxta ea,quæ habentur per Alex.in d. §.poſt diem in apoſt. ad Bar.ergo ſecus erit in aliis. Adde etiam hæc procedere, quando facta fuiſſet interpellatio,ſeu receptio ſortis ſimpliciter,ſecus ſi cum proteſtatione,ſaluo iure &c. ut ſupra : & ita declarat Alberi.in dicto §.poſt diem.¶ Quoad illud uerò,circa quod dubitatur,an ad hoc, ut Minus debitor in mora conſtitueretur,fuerit neceſſe,dominam Iuniperam prius obtuliſſe inueſtituram de re aliqua tuta,& ſecura,prout ipſa pecuniam ſibi debitam inueſtire tenebatur, cõcludo hoc non fuiſſe neceſſe,ut aliàs plenius dixi,& per plura demon-
23 ſtraui,quòd † debitor ad euitandam pœnam,& moram tenebatur tempore conuento offerre, & ſoluere,uel ſaltem deponere pecuniam debitam,abſque eo,quòd creditor,qui inueſtire tenebatur,offerret,& haberet inueſtituram:& hoc in indiuiduo in terminis noſtris uoluit do.meus Sozi. in ult. conſ.uol.3.cuius uerba cũ ſatis clara ſint,aliter non refero. Et ita concludendum eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Aquilianæ ſtipulationis effectus, & uirtus, & quomodo ipſa perimatur.*

2 *Liberatio, & abſolutio per aquilianam ſtipulationem facta quando etiam ad incognita, incerta, & incogitata trahatur, & quando non.*

3 *Incogitata, & incognita ut ſub uerbis generalibus cõprehendantur, quid requiratur.*

4 *Abſolutio, & liberatio generalis cum clauſula, quòd etiam ad non cogitata, & incognita extendatur, quando omnia non cogitata, quæ tunc ex cauſa de præterito deberi poterant, comprehendat, & quando non, & num. 10.*

Et quid de doloſè, & ſcienter tacitis, & retentis, ſeu ſubtractis numero 10.

5 *Iuramentum in abſolutione generali operatur, ut etiam ad incogitata extendatur:*

Et quomodo hoc ſit uerum num. 7.

6 *Iuram non contrauenire uidetur in genere cogitare de omni remedio, per quod poſſet contrauenire.*

7 *Iuramentum in dubio non trahi ad futura, nec ad incognita, ſeu incogitata quomodo procedat.*

8 *Renunciatio iurium omnium, quæ etiam ad incognita extendatur, fieri poteſt maximè cum iuramento, & quando.*

Admini-

9 *Adminiſtratio mala quando ſub generali remiſſione, & liberatione comprehendatur, & num. 11.*
11 *Abſolutio generalis facta adminiſtratori extenditur ad ea, quæ ille prius etiam doloſe adminiſtraſſet, & quomodo.*
12 *Abſolutio, & Liberatio generalis etiam per uerba multum prægnãtia, & cum iuramento facta quando non comprehẽdat res dolo ſubtractas, & quando ſecus.*
L. tres fratres ff. de pactis declaratur.

EPITOME.

ABSOLVTIO *generalis inuicem facta ſuper generali bonorum omnium diuiſione ab omni eo, et toto, quod ſibi inuicem unus alteri, et econtra petere, exigere, conſequi, et uendicare poſſent uſque in preſentem diem, et horam quacunque ratione, uel cauſa cognita, uel incognita, et penitus extranea, et ſimili, ac diuerſa, acquiliana ſtipulatione præcedente, et animo nouandi, ac acceptilatione ſubſequente animo liberandi legitimè interpoſita, et ſic per uerba prægnantia facta, et iuramento firmata operatur, quòd ex cauſa de præterito, et ratione adminiſtrationis generalis etiam malè de bonis communibus prius geſtæ, ac ratione aliarum rerum, de quibus maximè tunc notitiam habuerunt, unus cõtra alterum agere nequeat.*

CONSILIVM. CCI.

EX uerbis in inſtrumento diuiſionis appoſitis, & expreſſis uidetur concludendum, Andream non poſſe contra Thomam agere ex cauſa de præterito, uidelicet ratione generalis adminiſtrationis, quam prius de bonis communibus geſſerat, & ratione aſſertarum pecuniarum, ut dicitur, tempore inſtrumenti prædicti debitarum, quoniam per abſolutionem ad inuicem factam ab omni eo, & toto, quod ſibi inuicem, uidelicet vnus alteri, & econtra petere, exigere, conſequi, & uendicare poſſent vſque in præſentem diem, & horam quacunque ratione, uel cauſa cognita, uel incognita, & penitus extranea, & ſimili, ac diuerſa, aquiliana ſtipulatione præcedente, & animo nouandi, & acceptilatione ſubſequente animo liberandi legitimè interpoſita, & ſic per uerba prægnantia factam, & iuramento firmatam, Thomas dicitur omnino ab his liberatus, & ab
1 ſolutus, quia † ſtipulatio aquiliana nouat omnes præcedentes obligationes, & illas perimit, ipſaque perimitur per acceptilationem ſubſequentem, ut in l. aquiliana ff. de tranſactio. l. & vno in §. fin. ff. de acceptila. Inſti. quibus mod. tolli. obliga. in §. eſt autem prodita, & Specula. in tit. de obliga. & ſolutio. in §. 1. colum. 11. verſic. aquiliana: & quamuis
2 † regulariter talis liberatio, & abſolutio per aquilianam ſtipulationem facta non extendatur ad lites, & cauſas, de quibus non fuit cogitatum, quia illæ remanent in ſuo ſtatu, ut eſt tex. in l. cum aquiliana ff. de tranſactio. Bar. in l. mater decedens ff. de inoffi. teſta. & in authen. qui ſemel C. de probatio. tamen hoc procedit in dubio, quando non fuit dictum, neque expreſſum, quòd comprehenderet incerta, incognita, & incogitata, ſecus, ſi id expreſſum fuiſſet, vt eſt tex. in d. l. & uno §. 1. ibique Bar. & idem probatur in d. §. eſt autem prodita, ibi oportebit ue, & ibi aduerſus te perſequutio eſt, eritue &c. idemque uoluit Barto. in d. l. cum aquiliana per illum tex. & per not. in d. l. de his ff. de tranſactio. & in l. ſub
3 prætextu C. eodem tit. quòd † verba generalia non comprehendunt incogitata, & incognita, niſi ſit expreſſum: Idem tenuit Ange. in l. ſi ut certi C. de teſta. mil. & in l. qui iure militari ff. eod. titu. dicens, cautos debere eſſe illos, qui tales abſolutiones, & renunciationes fieri faciunt, quòd in inſtrumento dicatur, quòd partes uoluerunt illas trahi generaliter ad omnia etiã incognita, ex hoc enim apparet, ipſos in genere de omni iure cogitaſſe: & vide omnino Paul. de Caſt. poſt Barto. in l. tres fratres ff. de pactis, quòd † quan- 4
do fit tranſactio, ſeu contractus ſuper rebus, & bonis vniuerſaliter, & generaliter, ut ſuper diuiſione bonorum per arbitratorem facta, non autem ſuper contractu, ſeu re ſpeciali, & particulari, tunc ſub abſolutione, & liberatione generali cum clauſula, quòd extendatur etiam ad non cogitata, & incognita, comprehendunrur omnia, quæ tunc ex cauſa de preterito deberi poterant; ſed nos ſumus in diuiſione gene-
5 rali bonorum per arbitratores facta, ergo &c. Et † hoc præſertim dicendum eſt in caſu noſtro, in quo ſuper huiuſmodi generali abſolutione, & liberatione uiciſſim facta interuenit iuramentum, quod habet uim caſus ſpecialiter expreſſi, ut inquit Bald. in l. 1. C. commoda. & facit actum valere omni meliori modo, quo poteſt l. cum pater §. filius matrem ff. de lega. 2. Barto. in l. ſi quis pro eo in 7. membro ff.
6 de fideiuſſo. & † quis iurando non contrauenire uidetur in genere cogitare de omni remedio, per quod contrauenire poſſet, glo. & Barto. in l. 2. C. de reſcin. uend. cum alijs allegatis per Alexand. in l. ſtichum ff. de verborum obligatio. & ita in terminis noſtris tenet Alexan. in l. qui romæ §. duo fratres in 5. q. Barto. col. 40. in fin. in verſi. videtur vno ſaltem caſu ff. de uerborum obligatio. & facit etiam id, quod uoluit Alexand. in l. 1. in prin. ff. eod. titu. ¶ Nec obſtat,
7 † quòd iuramentum in dubio non trahatur ad futura, nec ad incognita, ſeu non cogitata, ut in c. cum inter de renuncia. & c. ueniens de iureiuran. cum ſimilibus, quia illud uerũ eſt, quando eſſemus in dubio, & de incognitis, & incogitatis non fuiſſet facta expreſſa mentio, alioquin ſecus, ad tradita per Alexan. in d. §. duo fratres in d. colum. 40. & in con
8 ſi. 11. volum. 2. Nam † allegationi ignorantiæ poteſt renũciari Bald. in d. l. qui iure militari: Ergo poterit fieri renunciatio iurium omnium, quæ etiam ad incognita extendetur, quando hoc fuit expreſſum, & tanto magis, ſi fuit iurata, ut ſupra, & faciunt ea, quæ habentur per Imol. in c. cum contingat quaſi circa fin. de iureiun. ¶ Non obſtat, quòd generalis remiſſio, & liberatio facta ſuper diuiſione generali bonorum per uerba etiam prægnantia, de quibus ſupra, nõ trahitur ad non cogitata, quæ dolo ſubtracta fuerũt, & quæ in diuiſione dolo partis contrahentis non fuerunt comprehenſa d. l. tres fratres cum ibi not. per Barto. & glo. quia reſpondetur primo, quòd † dolus reſpectu adminiſtrationis 9
imputari non poteſt, cum adminiſtratio facta fuerit ſciẽte, & patiente dicto Andrea, & ſcienti, ac patienti non fit iniuria, neque dolus c. ſcienti cum ibi not. de regul. iur in 6. & ideò per generalem liberationem mala adminiſtratio remiſſa cenſetur, nec reuocatur prætextu pecuniæ, quæ penes Thomam remanſit d. l. ſub prætextu, & ibi Barto. Præterea etiam reſpectu pecuniarum petitarum nullus dolus cõmiſſus fuit, quia nullæ pecuniæ ad Thomam doloſe peruenerunt. Iuramentum ad hæc in generali renunciatione, & abſolutione appoſitum operatur, ut omnia dicantur comprehenſa, quæ peti quomodocunque potuiſſent per prædicta.
10 Rurſus † abſolutio facta per aquilianam ſtipulationem, & acceptilationem ſubſequutam tollit omnes actiones, obligationesque præcedentes etiam quoad omnia non cogitata, quando expreſſum fuit, vt dictum eſt, nam ex quo fuit expreſſum, quòd ad incogitata, & incerta extenderetur, & ſumus in generali, & vniuerſali actione, hoc eſt in diuiſione bonorum coram arbitratoribus facta, comprehenſa ſunt omnia præterita, quæ etiam dolo, et ſcienter fuiſſent tacita, atque retenta, ut eſt de mente Pauli de Caſtr. in d. l. tres fratres, & optime facit tex. cum ibi not. in l. ſub prætextu la 2. et in l. ſi de certa C. de tranſactionibus, vbi generalis tranſactio, et ſic facta ſuper generali bonorum diuiſione

ſione ſui natura extenditur ad incogitata, ſed nõ ad dolo ſub tracta, niſi eſſet facta expreſſa mentio de incognitis, & non cogitatis, & maximè ſi interuenit iuramẽtum per prædicta, & per ea, quæ in ſpecie uoluit Bal. in d. l. ſub prætextu in fin.
11 uerb. dicens, quòd † generalis abſolutio facta illi, qui admi niſtrauit, extenditur ad ea, quæ adminiſtrator prius etiã do loſè adminiſtraſſet, nam pactum generale, ſeu liberatio ge neralis debet ex præſumpta mente contrahentium intelligi, & per eam inducitur liberatio etiam ab iis, quæ dolo cõ miſſa fuerunt in adminiſtratione, ac in damnificatione, & deteriorationc rerum, ſed non ab iis, quæ dolo realiter fue runt ſubtracta, & rationem aſſignat ibi Bald.

¶ Non obſtat, quòd Thomas reſpõdendo poſitionibus par tis aduerſæ confeſſus fuerit ſe certam pecuniæ quantitatem habuiſſe de pecuniis communibus, quæ rẽpore obitus Gra tiadei eorum fratris repertæ fuerunt, quam pecuniæ quan titatem Thomas tunc habuit, & recepit præſente, & conſen tiente dicto Andrea, qui renuit uelle ſuſcipere adminiſtrationem bonorum communium, ſed illam dicto Thomæ dimiſit, ac relaxauit, & conſequenter cum conſtet de pecuniis communibus habitis per dictum Thomam, ipſe debet ad il larum reſtitutionem teneri, cum dicatur doloſè uelle illas retinere arg. d. l. tres fratres, & corũ, quæ habentur per glo. Bar. Bal. & omnes in d. l. ſub prætextu la 2. & in d. l. ſi de cer ta, quia licet clara ex prædictis reſponſio colligi poſſit, tamẽ
12 ſpecialius reſpondendo dico, quòd † quando poſt liberatio nem, & abſolutionem generalem factam, ut etiam ad non cogitata, & non cognita extendatur, apparet expoſtfacto al terum ex contrahentibus dolo ſubtraxiſſe pecuniam, ſeu alias res, de quibus tempore contractus nulla habita fuerit notitia, nec mentio expreſſa, tunc non obſtante illa generali abſolutione, & liberatione etiam facta per uerba multum prægnantia res, & pecuniæ dolo ab altera parte ſubtractæ peti poſſunt, & ita propriè loquitur d. l. tres fratres, & id, quod habetur in d. l. ſub prætextu, in d. l. ſi de certa, & in d. l. aquiliana cum l. ſequen. Secus ſi tempore contractus fuiſſet habita mentio, ac eſſet cogitatum de pecuniis, & rebus aliquibus, quoniam tunc liberatio generalis ad illas omnino extenditur, ut in d. l. aquiliana cum ſimilibus ſupra allegatis, & in hoc nullus contradicit, immò omnes docto. conueniunt, quòd liberatio ſemper extenditur ad ea, quæ tempo re contractus, & liberationis cognita, & cogitata fuerunt: At in caſu noſtro tempore diuiſionis, & liberationis factæ Andreas ſciuit de adminiſtratione bonorum, quam Thomas geſſit, & adminiſtrauit, item de pecuniis per dictum Thomam habitis, ut ipſe Andreas ponit, & fatetur in ſuis ar ticulis, & poſitionibus, ergo abſque dubio Thomas ab illis li beratus, & abſolutus cenſetur. Præterea ita demum poteſt agi non obſtante liberatione generali etiam iurata, & cum uerbis prægnantibus facta, quando aliquid fuiſſet dolo, & clam ſubtractum, ignorante aduerſario, ut in d. l. tres fratres, & in d. l. ſub prætextu cũ ſimil. Secus ſi non fuiſſet dolo ſubtractũ, quãuis ad manus ipſius abſq; dolo, & ſubtractione perueniſſet, tũc enim illud ob generalem abſolutionem peti, & exigi non poſſet: ita uolunt, & concludunt omnes in locis præallegatis, nec contradictorem inuenio, quando facta eſſet generalis liberatio per acquilianã ſtipulationem, & acceptilationem immediatè ſubſequutam, & præſertim cum iuramento, ut ſupra dictum fuit, & eſt ueriſſimum, & expreſsè uoluit Bal. in d. l. ſub prætextu in fin. uer. Sed in caſu noſtro pecuniæ non fuerunt dolo per dictum Thomam ſubtractæ, immò ad ipſum peruenerunt abſque dolo, & ſub tractione, uidelicet ex traditione facta per dictum Gratiadeum, præſente, & conſentiente præfato Andrea, ut ex proceſſu conſtat, ergo propter generalem liberationem, ut ſupra, factam Andreas non poteſt agere, neq; petere, quinimmò dicitur incurriſſe pœnas conuentionales, in quibus, & in omnibus expenſis litis tanquam temerè, & contra promiſſionem ab eo factam litigans eſt condemnandus, & Thomas à petitis per ipſum Andream abſoluendus, ut ex prædictis liquidiſſimè conſtare uidetur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactionis appellatione in contractibus quid propriè contineatur, & num. 7. 8. & 14.*
2 *Verbum ſatisfacere diſtinctionem perſonarum, dantis uidelicet, & accipientis denotat adeò, quòd quis ſibimet ſatisfacere non dicitur.*
Et an ſit uerum num. 8.
3 *De ſatisfactione, quæ fit per æſtimationem intelligitur, quando hæc duo nomina ſatisfactio, & æſtimatio ſimul ſunt copulatiuè prolata.*
4 *Locator, uel uenditor, re locata, uel uendita ablata à principe, ad quid cõductori, uel emptori teneatur:*
Et quid ſi pro reſtauratione, & ſatisfactione princeps aliquid ei dediſſet, & num. 11.
5 *Satisfacere, ſeu ſatisfactio ut genus, & ut ſpecies capitur, & quando utroque modo;*
6 *Et in dubio in contractibus accipitur in ſpecie.*
7 *Satisfactum quando propriè dicatur, quomodocunque fuerit uoluntati creditoris ſatisfactum, & num. 14.*
8 *Satisfactum eſſe creditori non ſolum mediante facto debitoris, et alterius, ſed ex facto ſolum ipſius creditoris, ſibimet ſoluendo, & cauendo dici poteſt.*
9 *Soluere quis ſibimet poteſt, & hæc ſolutio ita tollit obligationem, ſicut ſolutio à debitore facta.*
10 *Conditio neceſſaria ad effectum actus poteſt quomodocunque etiam per caſus diſsimiles adimpleri.*
12 *Conditionis, quæ tacitè ineſt, expreſsio non debet aliquid operari, & maximè, ut actus dicatur uerè, & propriè conditionalis, eiuſque uerba uerè, & propriè impleri debeant:*
13 *Sed largè, & impropriè poſſunt adimpleri.*
14 *Satisfieri propriè dicitur, quando quoquo modo iuxta uoluntatem, & deſiderium creditoris eſt prouiſum.*
15 *Obligatus reſtaurare Titium ratione alicuius rei, dicitur in totum liberatus, ſi res illa fuerit per Titium pro eius cautione, & ſatisfactione apprehenſa.*

EPITOME.

SATISFACTIONIS *conditio etiam propria auctoritate rem pro ſua ſatisfactione apprehendendo dicitur propriè adimpleta, quãdo, re locata, uel uendita à principe publicata, ſeu ablata, dominus, ſeu uenditor conductori, ſiue emptori certum quid pro quocunque damno ſoluere promiſit, ſi et poſtquam condignam dictæ rei ſatisfactionem, et æſtimationem à principe, uel alio quocunque quouis modo conſequutus fuerit.*

CONSILIVM CCII.

VISO inſtrumento, in quo per ſyndicos conuentus ſancti Dominici promiſſum fuit magiſtro Ioanni da re, & ſoluere libras quadraginta infra unum annum proximè ſubſequuturum, ſi & poſtquam dictus conuentus conſequutus fuerit condignam ſatisfactionem dictæ domus, eiuſque æſtimationem à domino N. Papa, uel aliquo alio quocunque, & quouis modo, & communiter, uel diuiſim, & hoc pro quocunque damno &c. Videtur dicendum, quòd licet domus, de qua in proceſſu, ad ipſum conuentum peruenerit, ex occupatione, ſeu apprehenſione per eũ propria auctoritate facta, tamen conuentus non teneatur ſolue re dicto magiſtro Ioãni, uel eius hæredibus dictas libras quadraginta, Et primo, quia talis promiſſio fuit facta ſub conditione, ſi cõuentus à Papa, uel ab alio ſatisfactionem, ſeu æſtimationem dictæ domus receperit: quæ cõditio debet uerè, & in forma ſpecifica adimpleri l. qui hæredi, & l. mæuius ff. de condi. & demon. & Paul. de Caſt. in l. ſolutam ff. de ſolut.

At in

At in caſu noſtro non recepit à Papa, uel ab alio cōdignā ſatisfactionē, ſed potius à ſeipſo, ergo conditio nō adimple tur, prout fuit appoſita. Secundo promiſſio fuit facta in con tractu ſub conditione, ſi conuentus condignam fuerit ſa-
1 tisfactionem conſequutus: † In contractibus autem appel latione ſatisfactionis continetur propriè ſolutio, ſeu perfe cta abſolutio l. is, cui §. ſatisfactionis ff. ut in poſſ. leg. & ideò doct. communiter dicunt ſecundum Alex. poſt Bar. in l. 1. ff. qui ſatiſda. cogan. quòd qui promiſit ſatisfacere, non libera tur dando pignora, uel fideiuſſorem, uel aliter cauendo, er go non dicetur hæc conditio adimpleta, quamuis conuen tus fuerit propria auctoritate domum conſequutus. Præte-
2 rea † uerbum ſatisfacere denotat diſtinctionem perſonarū, dantis uidelicet, & accipientis adeò, quòd quis ſibimet ſa tisfacere nō dicitur, quia inter dantem, & accipientem per ſonarum diſtinctio eſſe debet c. ſi. de conceſſ. præb. c. per no ſtras de iure patron. & l. pupillus §. ipſe tutor ff. de auct. tuto.
3 Vltimo † promiſſa fuerunt quadraginta magiſtro Ioanni, ſi & quando conuentus conſequutus fuerit condignam ſa tisfactionem, & æſtimationem dictæ domus, ergo debet in telligi de ſatisfactione, quæ fit per ſolutionem æſtimationis domus, quia præcedentia declarantur per ſequentia l. ſi ſer uus plurium in fin. cum ibi not. ff. de lega. 1. & l. nam quod li quidè §. ſi. ff. de penu leg. ¶ Quibus tamen non obſtantibus, arbitror contrarium in caſu noſtro ueriuſeſſe, & præmitto, quòd id, quod fratres ſancti Dominici promiſerunt ſoluere magiſtro Ioanni pro damnis, & intereſſe ipſius, ſi & quando conuentus fuerit conſequutus ſatisfactionem, & æſtimatio nem dictæ domus à Papa, debuiſſent de iure illi abſque alia
4 promiſſione ſoluere: quoniam † licet quando res locata, ſeu uendita abſque culpa locatoris, uel uenditoris fuit per prin cipem ablata, non teneatur locator, ſeu uēditor, niſi ad pre tium receptum, uel ad remiſſionem mercedis, & non ad dā na, nec ad intereſſe, ut eſt tex. in l. ſi fundus ff. locati, tamen quando princeps poſtea aliquid uenditori, ſeu locatori de dit pro reſtauratione, & ſatisfactione, tunc ipſe tenetur da re illud emptori, uel conductori pro intereſſe, & damnis, ut probatur in l. item uerberatum ff. de rei uendi. l. qui ſolidum ff. de lega. 2. & ita declarat Paul. de Ca. in d. l. ſi fundus. Hoc ſtante, dico, quòd ex quo fratres ſancti Dominici etiā pro pria auctoritate acceperunt domum aliàs per principem publicatam, ſeu ablatam pro ſatisfactione ſua, ipſi debēt co gi ad ſoluendum magiſtro Ioanni libras quadraginta, pro ut promiſerunt, quoniam cōditio promiſſionis dicitur adim
5 pleta: & hoc multipliciter demonſtratur, & primo, nam † ſa tisfacere, ſeu ſatisfactio capitur, ut genus, & vt ſpecies, vt genus capitur, quando quomodocunque deſiderium credi toris adimpletur l. 1. qui ſatiſda. cog. l. item liberatur §. 1. ff. quib. mod. pig. uel hypo. ſol. vt ſpecies autem, quando debi tor perfectè abſoluitur, puta ſolutione, uel acceptilatione, uel aliter, ut l. ſolutā in fi. ff. de ſolu. l. is, cui §. ſatisfactionis ff.
6 ut in poſ. lega. & † in dubio quando aliter non apparet de mente contrahentium, in cōtractibus accipitur in ſpecie, ut per Bar. in d. l. 1. in prin. ff. qui ſatiſd. cog. At in terminis no ſtris non ſumus in dubio, quia ex uerbis contrahentium ap paret, quòd noluerunt capere ſatisfactionem in ſpecie, ſed in genere, ut colligitur ex illis uerbis condignam ſatisfactio nem dictæ domus cōſequutus fuerit à Papa, uel aliquo alio, & quouis modo, & ſic non ſimpliciter fecerunt mentionem
7 de ſatisfactione, ſed de ſatisfactione quouis modo: † ergo quomodocunq; fuerit impletum deſiderium conuentus, di cetur illi ſatisfactum propriè loquendo d. l. 1. & faciunt not. per Abb. in c. præterea, & in c. cū tu de uſur. qui dicit, quòd propriè creditori ſatisfieri dicitur, quādo qualitercunq; uo luntati creditoris eſt ſatisfactum §. uēditæ Inſti. de rer. diuiſ. cum glo. l. 4. §. ait prætor cum glo. ff. de re iudi. Alex. in con

ſil. 91. uol. 2. in ult. col. & Bal. in l. per diuerſas in q. 13. C. mā dati: ſed ex conſequutione domus, ut ſupra, facta deſideriū conuentus fuit impletum, ergo &c. Præterea & ſecundo quamuis conuentus propria auctoritate, & abſque facto ali
8 cuius perſonæ domum apprehenderit, tamen † ex hoc po teſt dici ipſis fratribus, & conuentui ſatisfactum, per text. in l. ſi rem §. omnis ff. de pig. act. ex quo tex. infertur, dici ſatiſ fieri creditori non ſolum mediante facto alterius, ſed etiam abſq; facto alterius, ſi ipſe ſibimet cauit quomodocunque etiam ſe ipſum decipiendo, ut ibi in uerſ. generaliter. Quod etiam demōſtratur, nam ita demum debitori competit actio pignoratitia cōtra creditorē, ſi ipſi creditori ſit ſatisfactum d. l. ſi rem §. omnis, & habetur per Azo. in ſumm. eo. tit. Sed debitori datur actio pignoratitia, ſiue ipſe ſoluat, uel ſatisfa ciat creditori, ſiue ipſe creditor ſibimet ſoluat, & ſatisfaciat,
9 ut eſt tex. in l. j. C. de diſtrac. pig. & C. de pig. act. Nā † quis ſibimet poteſt ſoluere, & ex tali ſolutione tollitur obligatio, ſicut ex ſolutione facta à debitore, uel alio, l. quoties §. ſicut ff. de admin. tut. ergo poſito, quòd conuentus propria aucto ritate domum acceperit, tamen ex quo illam accepit, ut ſibi caueret, nec ex alia cauſa poteſt dici eam apprehendiſſe, & propterea ex illa cauſa dicetur accepiſſe arg. l. ſi nulla C. de acquir. poſſ. cum ibi not. l. 1. & ibi Bar. C. eod. tit. l. quædam, ibique glo. Bar. & alij ff. de rei uendi. Bar. in l. cum ſolus ff. de uſucap. & Alex. in conſi. 8. colum. 5. uolum. 3. ſequitur, quòd dicetur ſibi ſatisfactum, ſeu condignam accepiſſe ſatisfactio nem, & conſequenter conditio appoſita dicetur adimpleta, & præſertim cum ſatis fuerit, quòd quouis modo ſatisfactio nem receperit, & conſequenter ſiue mediante facto alte rius, ſiue mediante facto proprio arg. l. baliſta cum ibi not. per Bartolum ff. ad trebellia. Conſidero etiam, quòd condi tio illa, ſi condignam ſatisfactionem acceperit à Papa, dici tur conditio neceſſaria ad effectum actus, nam conuentus non debuit magiſtro Ioanni teneri ad damna, & intereſſe, niſi aliquid receperit pro reſtauratione domus, quam prin ceps acceperat l. ſi fundus, & ibi Paul. de Caſt. ff. locati, ergo illa conditio potuit adimpleri per ſatisfactionem non ſolum in ſpecie, ſed etiam in genere, uidelicet quomodocunque contigerit ipſi conuentui ſatisfieri etiam mediāte facto ſuo
10 tantum, quia † conditio ad effectum actus neceſſaria poteſt quomodocunque etiam per caſus diſſimiles adimpleri l. ſi mater C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fac. & l. mulier §. 1. ff. ad trebellia. & ex quo habemus effectum, uidelicet quòd ip ſi conuentui fuerit quouis modo prouiſum, & ſatisfactum, non eſt curandum de modo, ut habetur in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de liberis, & poſthum. Præterea hæc conditio
11 tacitè inerat, nam † de iure quando princeps rem uendi tam, ſeu locatam accipit, uenditor, ſeu locator non tenetur ad pretium, nec ad intereſſe emptoris, ſeu conductoris, niſi condignam ſatisfactionem, & reſtaurationem à principe, uel aliter receperit, d. l. ſi fundus iunctis nota. per Paulum de Caſt. in d. l. item uerberatum cum ſimilibus ff. de rei uen
12 dica. ergo † expreſſio illius conditionis, quæ tacitè inerat, non debet aliquid operari, & maximè ut actus merè, uerè, & propriè conditionalis dicatur, & conſequenter eius uer ba uerè, & propriè debeant adimpleri argumento l. quæ ſitum in fin. ff. de diſtract. pigno. & not. in l. 3. ff. de lega. j. iun ctis not. per doctores, & maximè Paul. de Caſtr. in l. 1. ff. de
13 conditio. & demonſtra. Sed † largè, & impropriè poſſunt adimpleri, ut colligitur ex iis, quæ uoluit do. meus Sozin. in l. 1. in principio ff. de uulgar. & pupillar. in articulo an ſub ſtitutio propriè ſit inſtitutio, reſpondendo textui in l. mu lier ff. de conditio. inſtitutio. quia d. l. mæuius, & dicta l. qui hæredi procedunt in conditione uera, & propria, & non in illa, quæ largè, & impropriè conditio dicitur.

¶ Et ſequendo hanc opinionem ad fauorem magiſtri Ioā-

nis

nis, ex proximè adductis reſponſio ad ea, quæ in contrariũ
ſupra deduxi, clarè colligitur. Vel poteſt reſponderi, quòd
ex quo conuentus elegit hunc modum ſatisfactionis, & uo-
luit ſuum deſiderium ſic adimpleri, ſatis propriè dicitur
14 adimpleta conditio, quia † propriè dicitur ſatisfieri, quan-
do quoquo modo iuxta uoluntatem, & deſiderium credito
ris ſibi dicitur promiſum l. liberatur ff.quibus mod.pig. uel
hyp.ſol.d.l.ſi rem §.omnis, d.l.1.ff.qui ſatiſda. cogan.l.pe-
nul.& ibi glo.ff.quibus mod.pign. uel hyp. ſol. & d.l.4.§.ait
prætor cum glo.ff.de re iudica. Nec obſtant nor.per Bar.in
d.l.1.ff.qui ſatiſda.cogan.quem ſcriben.communiter ſequũ
tur, quòd in contractibus propriè dicitur ſatisfieri, quando
debitor in totum liberatur, nam illud eſt uerum, nolente
creditore aliter ſibi ſatisfieri, ſed quando ipſe alium ſatisfa-
ctionis modum admittit, tunc etiam in contractibus eo mo
do propriè ſatisfieri dicitur, ut declarat Alexan. in d.l.1.&
probatur in d.l.item liberatur §.1. nam uolente creditore
dicitur ſibi quoquo modo ſatisfieri, etiam ſi eſſemus in ca-
ſu, in quo ſibi de ſatisfaciendo promiſſum eſſet. Præterea
15 † ex hoc, quòd conuentus propria auctoritate pro eius cau
tione domum apprehenderit, papa, qui ipſum conuentum
ratione domus reſtaurare tenebatur, dicitur in totum ab
hac reſtauratione, & ſatisfactione liberatus, quoniã iniquũ
eſſet, quòd cõuentus habuiſſet domum, & Papa ipſi ratio-
ne illius domus ſatisfacere teneretur argumento l.uolunta
te ff.quibus mod. pigno.uel hyp. ſolui.ergo ſequitur, quòd
in hoc caſu propriè dicitur conuentui ſatisfactum, cum Pa
pa ex apprehenſione domus per conuentum facta libera-
tus, & abſolutus dicatur, quo caſu propriè dicitur ſatisfa-
ctum ad tradita per Bartolum in d.l.1.in princ. cum ſimili.
ſupra allegatis: Ex quibus omnibus, & ex aliis ſupra dictis
ad fauorem magiſtri Ioannis omnia in contrarium adducta
tolluntur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio, & hypotheca bonorum facta cum iuramento, & cum clauſula omni meliori modo ſi non poteſt ut acceſſoria ualere, ſaltem debet ut principalis ualere.*
Idem de obligatione fideiuſſoria hoc modo facta:
Et an, & quomodo hæc ſint uera nu. 34.
2 *Verba narratiua, & enunciatiua donationis in inſtrumento appoſita inter ipſos contrahentes donationem probant, & quomodo nu. 26.*
3 *Obligatio bonorum ex parte donatarij an in dubio, ut actus ualeat, gratia remunerationis facta interpretetur, & nu. 23. & 37.*
4 *Benefacienti nobis benefacere, illumque remunerare naturaliter tenemur.*
5 *Verbum dono eſt generale, & pro uenditione capi poteſt, ſicut è contra uenditio poteſt capi pro donatione, & qualibet alia alienatione:*
Contra de uerbo dono nu. 32.
6 *Verba ſunt impropriãda, ut actus ualeat, & non pereat:*
Et quomodo hoc ſit uerum nu. 33.
7 *Poſſeſſio, uel ius acquirendi poſſeſſionem ex contractu inutili, & inualido mediante conſtituto transferri poteſt: Contra nu. 15. & 35.*
8 *Obligatio, & hypotheca bonorum quomodo ex parte donatarij poſſit donationi accedere, & nu. 36.*
9 *Indictionis omiſſio inſtrumentum ipſo iure uitiat.*
10 *Quid ſi indictio fuerit erroneè in inſtrumento deſcripta.*
11 *Papæ nomen in terris eccleſiæ eſt pro ſubſtantia in inſtrumentis apponendum, conſuetudine contraria non extante.*
12 *Inuocatio domini noſtri debet in inſtrumentis fieri.*
13 *In inſtrumentum ſi eſt nullum, nihil de contentis in eo exequutionem meretur.*
14 *Inſtrumentum guarentigiatum nullum nec in totum, nec in parte aliquã meretur exequutionem.*
15 *Ex conſtituto de poſſidendo in contractu nullo appoſito nulla transfertur poſſeſſio.*
16 *Obligatio pignoris, & hypothecæ ut ualide contrahatur, quid requiritur.*
17 *Hypotheca pro obligatione conditionali contracta quando locum, & effectum habeat.*
18 *Obligatio hypothecæ non contrahitur, niſi adſit creditor, qui debitorem principaliter obligatum habeat, & cui pignus, ſeu hypotheca poſſit obligari.*
19 *Verbum dono ſimpliciter poſitum intelligitur de ſimplici, & pura donatione.*
20 *Donator ex contractu ſimplicis, et puræ donationis donatario ad dandum obligatur, quando donatio à traditione non incæpit.*
21 *Donator in quibus caſibus donatario de euictione teneatur.*
22 *Donatarius ex contractu donationis non obligatur donatori, & obligando, ac hypothecando bona ſua donatori, nulla alia exiſtente cauſa, nihil agit.*
23 *Obligatio naturalis ad antidora, qua donatarius tenetur donatori, non eſt per ſe apta acceſſoriam obligationem recipere,*
24 *Et an ea in pactum ualidè deducatur.*
25 *Obligatio, & hypotheca bonorum per donatarium facta donatori non ualet, etiam ſi donatum eſſet, ut donatarius haberet obligare, & hypothecare bona ſua.*
27 *Donatio inſinuationem requirens nõ inſinuata eo tempore, quo facta fuit, eſt ipſo iure nulla, & inualida.*
28 *Et an, & quando iuramentum inſinuationis defectum ſuppleat.*
29 *Obligatio, & hypotheca bonorum in contractu emptionis, & uenditionis quomodo intelligatur facta.*
30 *Creditor in hypothecaria debet ultra alia probare debitorem fuiſſe in mora ſoluendi.*
31 *Venditor contra emptorem agere non poteſt ante, quàm ipſe rem tradendo pro parte ſua non adimpleuerit.*

EPITOME.

OBLIGATIO, *et hypotheca bonorum appoſita in inſtrumento nullo ob defectum indictionis, nominis Papæ in terris eccleſiæ, et inuocationis nominis domini noſtri, quòd non ualuerit, nec ex ea ius aliquod fuerit acquiſitum, et quid requiratur ad hoc, ut ualeat, et ex ea ius acquiratur, ac agi poſſit, hic habetur.*

CONSILIVM CCIII.

VISO inſtrumento mihi exhibito unà cum petitione
pro parte do. Lucretiæ facta, uidetur prima conſide
ratione dicendum, quòd domina Lucretia ſit aſſo-
cianda ad ingrediendum bona olim Conſtantij eius filij, &
ad poſſeſſionem, ac tenutam illorum apprehendendum, &
1 prout pro parte ipſius do. Lucretiæ fuit petitũ: Nã † cũ obli
gatio, & hypotheca bonorũ pro ducatis ducẽtis do. Lucre
tiæ per dictum Conſtantium facta fuerit cum iuramento,
& cum clauſula omni meliori modo, ſi illa non poteſt uale-
re ut acceſſoria, ſaltem debet ualere, ut principalis, arguen
do de obligatione fideiuſſoria ad obligationem hypothe-
cæ, prout arguit Bart. in l.fideiuſſor obligari in prin. & in fi.
ff.de fideiuſſo. Sed ille, qui ſe fideiuſſorio nomine alterius
obligauit cum iuramento, ſi non potuit ut fideiuſſor obliga
ri ex eo, quod principalis, pro quo fideiuſſit, nõ tenetur, de-
bet ſaltem ut principalis promiſſor obligari, quia iurando,
ſeu fideiubendo cum clauſula omni meliori modo, uidetur
uelle teneri omni modo, quo poteſt l.cum pater §. filius ma
trem, & ibi Bar. & Bald.ff.de leg.2.& in terminis hoc uoluit
Barto. in l.ſi quis pro eo in verſi. ſeptimo prohibetur, & in
verſi. octauo prohibetur ff.de fideiuſſo. ergo idem dicen-
dum eſt de eo, qui obligauit, & hypothecauit bona ſua cum
iuramento, & cum clauſula omni meliori modo, & forma,
in caſu, quo non extet aliqua principalis obligatio, ſeu pro
miſſio, cui pignoris, & hypothecæ obligatio poſſit accedere:
Et hæc obligatio hypothecaria, quæ ut principalis cenſe-
tur, dicetur per Conſtantium filium matri ſuæ facta in re-
munerationem donationis factæ ſibi à matre de totidem bo
nis, prout de hac donatione conſtat ex uerbis narratiuis, &
2 enunciatiuis dicti inſtrumenti: † quæ uerba narratiua, &
enunciatiua donationis probant inter ipſos contrahentes,
ad tradita per Bartolum, & alios in authen. ſi quis in aliquo
C.de eden. in l.ſciendum ff.de uerbo. ob. & per canoniſtas
in c.

in c.quoniam contra de proba. Bal.in l.optimam C.de con trah.& committ.ſtipul.Domin.de ſancto Gemin.in c.ſi papa de priuileg.in 6.Bar.in l.ſi fortè ff.de caſtr.pecu. & in au
3 then.hoc ius porrectum C.de ſacroſan.eccle. & † in dubio, ut actus ualeat,debet fieri hæc interpretatio,quòd huiuſmodi bonorum obligatio remunerationis gratia facta fuerit, arg.l.quoties ff.de reg.iur.ff.de uerb.oblig.& ff.de reb.dub.
4 cum † naturaliter obligemur ad benefaciendum nobis benefacienti,ſeu ad illum remunerandum c.cum ex officij de teſta.l.ſed ſi lege §.conſuluit ff.de peti.hæred.c.quicunque ſuffragio cum ſeq.1 2.q.2. Et ita debent intelligi illa uerba inſtrumenti, uolens dictus Conſtantius uti bona fide erga ipſam dominam Lucretiam,& ad omnem alium bonum finem,& effectum,uidelicet in remunerationem donationis, & liberalitatis,qua eius mater erga ipſum uſa fuit.

¶Secundo iudicari poteſt,quòd huiuſmodi obligatio,&hypotheca bonorum acceſſerit contractui emptionis,& uenditionis celebrati inter Conſtantium emptorem, & dominam Lucretiam eius matrem uēditricem,quæ tot bona mobilia,de quibus in inſtrumento,pro ducatis ducentis uendidit Conſtantio eius filio,ut colligitur ex uerbis inſtrumenti: & quamuis uerba inſtrumenti loquantur de donatione, uidelicet quòd domina Lucretia donauerit bona in dicto inſtrumento deſcripta ualoris, & æſtimationis ducatorum ducentorum auri, prout ipſe Conſtantius in præſentia teſtium,& notarij dixit,& confeſſus fuit, tamen ea debent improprieri,ut actus ualeat,& intelligi de uenditione,& uer-
5 bū donauerit exponi debebit,hoc eſt uendiderit,quia † uerbum dono eſt uerbum generale,ut in l.1.ff.de donat.iuncta l.alienatū §.donationis,l.inter donum,& l.munus ff.de uerb. ſigni.& ideò poteſt capi pro uenditione, ſicut è contra uerbum uendirio pro donatione, & pro qualibet alia alienatione iuxta l.ſtatuliberi ff.de ſtatulib.c.1.de controuer. inr.do. & empt.glo.& ibi doct.in l.2.C.de uſucap.pro empt.& ſenſus erit, quòd ex quo d.Lucretia uendidit Conſtantio eius filio tot bona mobilia ualoris, & æſtimationis ducatorum ducentorum,prout ipſe Conſtantius in præſentia dictorum teſtiū,& ipſius notarij dixit,& confeſſus fuit,& uolens Conſtātius uti bona fide erga ipſam dominam Lucretiam, & ad omnem alium bonum finem, & effectum idem Cōſtantius ſponte &c.hypotheeauit,& obligauit eidem dominæ Lucretiæ præſenti &c.omnia eius bona,dans,& concedens licentiam eidem,ut poſſit pro eadem quātitate ad eius libitū &c. Quibus uerbis ſic expoſitis, & intellectis, omnia remanent clara, & abſque difficultate, ſic enim apparet celebratum eſſe contractum,ſeu contractam eſſe obligationem principalem,uidelicet uenditionis,cui obligatio acceſſoria pignoris,& hypothecæ potuit accedere:Alioquin ſi uerba inſtrumenti intelligerentur ſimpliciter, prout iacent, de donatione,obligatio hypothecæ acceſſoria ab initio ſine principali eſſe repériretur,& conſequenter nulla, & inualida arg.eorum,quæ habentur in l.2.C.de luitio.pign. cum ſimil.ſupra
6 allega.Et † ut actus ualeat,& non pereat, uerba ſunt improprianda l.pater ſeuerinam ff.de condi.& demon.l.ſi quando in prin.ff.de lega.1.l.titia §.lucius,ubi glo.& Bar. ff.de legar.2.& c.ſi papa de priuileg.in 6.¶Præterea & tertio quāuis poſſet dici contractum pignoris,ſeu obligationem hypothecæ non ualere ex eo,quod non ſubſiſtit principalis obli-
7 gatio,cui poſſit accedere, tamen † ex tali contractu inutili, & inualido potuit per Conſtantium mediante conſtituto, & ſic ficta traditione poſſeſſio, ſeu ius acquirendi poſſeſſionem in dominam Lucretiam transferri, nam ex quo Conſtātius noluit poſſidere,ſtatim amiſit poſſeſſionem, quæ fuit dominæ Lucretiæ acquiſita,ut in l.1.§.ſi uir ff. de acq. poſſ. iunctis iis,quæ uoluit Bar.& doct.in l.quod meo,& in l.interdum in fin.ff.de acq.poſ.in l.ab emptione ff.de pactis,in l.3. C.de pigno.& in l.quædam mulier ff.de rei uend.Et propterea domina Lucretia potuit petere ſe aſſociari ad tenutam, & poſſeſſionem bonorum dicti Conſtantij.
8 ¶Vltimo † pignoris,ſeu hypothecæ conſtitutio poteſt in caſu noſtro ſubſtineri,ut cēſeatur facta in eo caſu,in quo Cōſtantius donatarius de iure teneretur res donatas reſtituere,uidelicet in caſu,quo ob ingratitudinem donatarij donatio eſſet reuocata,ut habetur in l.fin.C.de reuocan.dona.& in c.fin.extra de dona.oritur enim quædam obligatio perſonalis ob ingratitudinem donatarij,ut in dictis iuribus,& argumento eorum,quæ habentur per glo.in l.1.§.1.ff.de dona.cui obligatio hypothecæ accedere potuit:Ex quibus omnibus concludendum uidebatur,obligationem bonorum factam per dictum Conſtantium dominæ Lucretiæ pro dicta ſumma ducentorum ducatorum ualuiſſe.

¶Cæterum prædictis omnibus non obſtantibus, prout rectè conſideranti non obſtant,contrariam opinionem in caſu noſtro ueriorem eſſe arbitror,quòd obligatio, & hypotheca omnium bonorum per dictum Conſtantium facta de iure non ualuerit,& ex ea dominæ Lucretiæ nullum ius maximè petendi ſe immitti,& aſſociari,prout ipſa in eius libello petiit,acquiri potuerit;Et ad ita concludendum moueor ex pluribus, & in primis,quia inſtrumentum factum inter dominam Lucretiam,& dictum Conſtantium fuit nullum, & inualidum,& ex illo nulla de cōtentis in eo fides fieri poteſt,quoniā in eo defecerunt,& omiſſa fuerūt illa, quæ ſunt
9 de ſubſtantia ipſius inſtrumenti, uidelicet † indictio,cuius omiſſio ſecundum omnes doct.& glo.ipſo iure uitiat inſtrumentum,ut eſt tex.cum glo.in uer.indictionis,ibiq; Io.And. do. Ant.Abb.Imo.& moder.in c. inter dilectos extra de fid. inſtr.habetur per Bar.in l.ſi quis ex argentariis §. ſi initium ff.de eden.& per glo.magiſtram in l.generali C. de tabula. lib.10.per Specu.in tit.de inſtru.edi.in §.breuiter uerſ.poſt, & eſt optimus tex.in §.quantum in auth.quib.mod.nat.effic. legit.& dicit Bar.in d.l. ſi quis ex argentariis §. ſi initium in 4.col.plura pro ſubſtantia inſtrumenti requiri,inter quæ eſt indictio,cuius omiſſio uitiat inſtrumentū,ut in auth. ut præ-
10 pon.nom.imper.in prin.& ibi Ang.Si tamen † indictio fuerit in inſtrumento erroneè deſcripta,& appoſita, ut quia in ea deſcribenda erratum fuerit, & notarius non fuerit in totum indictionis oblitus,tunc ſi anni domini fuerint in inſtrumento deſcripti,inſtrumentum ualet,quia error indictionis per annos domini corrigitur,ſecus uerò,ſi indictio fuiſſet totaliter omiſſa,ita quòd notarius eſſet illius oblitus,ut not.uolunt docto.maximè moder.in d.c.inter dilectos,& habetur per Bar.in d.§.ſi initium cum ſimil. Sed in caſu noſtro indictio fuit totaliter omiſſa,ergo ex hoc inſtrumētum uitiatur,
11 & dicitur ipſo iure nullum. Præterea † in huiuſmodi inſtrumento fuit omiſſum nomen Papæ, quod loco nominis Imperatoris in terris eccleſiæ ſubiectis eſt pro ſubſtantia in inſtrumentis apponendū,non extante conſuetudine contraria,ut habetur in d.auth. ut præpon.nom.imper.per Ange. & declarant doct.maximè Feli.in c.1.de fid.inſtru.in 2.col. & Bar.in d.§.ſi initium col.1 1.& in d.l.generali, Spec.in d. §.breuiter in uerſi.poſt diem in 4.col. Abb.& Ant.in proœ.
12 Grego. Io.And.in data.6.Item † in hoc inſtrumento omiſſa fuit inuocatio domini noſtri,quæ debet fieri etiam in inſtrumentis,ut in d.auth.ut præpon.nom.Imp.& in d.§.quantum,& per legiſtas in rub.ff.de noui oper.nunc.& in aliis locis proximè alleg.in quibus concludunt nomen domini no-
13 ſtri inuocandum eſſe:Vnde † cum ex prædictis appareat inſtrumentum huiuſmodi eſſe nullum,& inualidum,ſequitur, quòd nihil de contentis in eo effectum habere, aut executionem mereri poteſt,ut eſt tex.cūm ibi not. per glo.Bar.to. Alex.et alios in l.4.§.condemnatum ff.de re iudi.et in l.1.§.
14 et parui ff.quod ui, aut clam: Et † ut dicit Bal.in l.ſi abſenti

C.ſi

C.ſi cer.pet.licet inſtrumenta quarentigiata ex forma ſtatutorũ exequutionem paratã habeant, tamen ſi inſtrumentũ quarentigiatum ſit nullum,& inualidum, nullam meretur exequutionem nec in totum, nec in parte aliqua: & ideò quamuis aliàs ex inſtrumento, & contractu nullo mediante traditione uera,& quæ in facto conſiſtit,poſſeſſio transfe-
15 ratur, tamen † ex conſtituto de poſsidendo, quod traditionem fictam operatur,non transfertur aliqua poſſeſſio,nam diceretur immediate transferri ex illa clauſula conſtituti in inſtrumento nullo appoſita, quæ clauſula etiam dicitur nulla, ex quo fuit in inſtrumento nullo appoſita,item quia poſſeſſio immediatè ex contractu nullo transferri diceretur,ut uoluit Bar.in l.ſi rem aliquam ff.de acquir.poſſ.& habetur, per Bald.in c.2.de feudo dat.in uicem leg.commiſſo.in uſu feudo.& pulchrè declarat Alex.in d.l.1.§.ſi uir col.3.ff.de acquir.poſſ. vnde cum in caſu noſtro inſtrumentum fuerit nullum,ergo & omnis clauſula in eo appoſita, ut ibi per Alex.& conſequenter ex conſtituto de poſſidẽdo in eo appoſito non potuit aliqua poſſeſſio,ſeu ius poſſeſſionem acquirendi ipſi dominæ Lucretiæ acquiri. ¶Secundo hanc
16 concluſionem principaliter ita corroboro,† ad hoc,ut obligatio pignoris,& hypothecæ ualeat,& ab initio contrahatur,requiritur,quòd ſubſit obligatio perſonalis principalis, cui hypotheca poſſit ab initio accedere, nam cum ſit quid acceſſorium, glo.in rub.ff.de pig.non poteſt per ſe abſque principali obligatione perſonali introduci l. res hypothe-
17 cæ ff.de pign. & ideò † ſi pro obligatione conditionali cõtrahatur hypotheca, res hypothecata non obligatur prius, quam conditio principalis obligationis fuerit adimpleta, nam ante euentum conditionis nulla erat obligatio principalis l.cedere diem ff.de uerb.ſignifi.Et conſequenter ante euentum conditionis res non dicitur hypothecata, nec obligata d.l.res hypothecæ,& habetur per Sal.& doct.in l.
18 fin.C.de luit.pigno.& † niſi adſit creditor,qui habeat principaliter obligatum debitorem,& cui pignus, ſeu hypotheca poſſit obligari,non contrahitur obligatio hypothecæ, §. item ſeruiana Inſtit.de actio.§.fin.Inſtit.quibus mod.re cõtrah.oblig.& habetur per Sali.in l.& ſi is C.de præd.mino. Sed in caſu, de quo agitur, inter dominam Lucretiam, & Conſtantium non apparet fuiſſe factum aliquem contractum,nec aliquam fuiſſe cõtractam obligationem, per quã obligatio aliqua perſonalis dominæ Lucretiæ fuerit acquiſita, ſeu eſſet acquirenda, & ex quo contractu ipſa effecta fuerit creditrix, & Conſtantius fuerit effectus debitor, ergo obligatio,& hypotheca bonorum facta per Conſtantiũ dominæ Lucretiæ pro ducatis ducentis nullius fuit momẽti,quia per ſe abſque principali ſubſiſtere non potuit, ut ſupra: Et hoc apertè demonſtratur,nam, ut ex uerbis narratiuis,& enunciatiuis inſtrumenti productis apparet, quæ inter ipſos contrahentes probant,ut dictum fuit, principaliter eſt celebratus contractus donationis,quia domina Lucretia ſimpliciter, & purè donauit Conſtãtio tot bona mobilia,quæ aſcendant ad ſummam ducatorum ducentorum, ut in inſtrumento ibi cum caſtiſſima domina Lucretia dona-
19 uerit &c. † quæ uerba cũ ſint ſimpliciter poſita, debent de ſimplici, & pura donatione intelligi argumento l.1.ff.de donatio.l.inter domum, & l.mutus la 2.ff.de uerbo.ſignifi. & argumento l.hoc legatum ff.de leg.3.& eorum, quæ di-
20 cit Bar.in l.ſi maritus §. legis iuliæ ff.de adult. † ex quo contractu donationis ſimpliciter & ſi donator obligetur donatario ad dandum, quando donatio à traditione non incæpit, ut in l.ſi quis argentum §. penul.C. de donatio. in §.1. Inſtit.eod. & habetur per Bart. & alios in l. iuriſgentium in princ.ff. de pact.& not.in l. 2. C. de condic. ob cau. & per Bar.in l.in ædibus §.& rebus, & in l.labeo ff. de donat. ibiq; ſcriben.& in caſu noſtro ex uerbis inſtrumenti non conſtat, neque probatur, bona donata fuiſſe tradita Conſtantio, quia ſimpliciter dicitur, quòd domina Lucretia donauit, quod intelligi poteſt per pactum, ſeu ſtipulationem, prout donatio ſic perfectè contrahi poteſt, ut in locis proximè allegatis,& propterea intelligi poteſt, quòd in caſu noſtro domina Lucretia ex donatione erat illa, quæ erat obligata:
21 Et † hoc in caſu quando donatio à traditione non incæpit, donator obligatur donatario de euictione,& in pluribus caſibus etiam,quando donatio à traditione incæpit, ut habetur per Barto.& alios ſcrib.in d.l.labeo,et in l. iulia §.1.ff.de verbo.obli.in c.cum ſecundum cum ſequen. de præben. & per Imol.et alios in c.ſi.circa prin.de emp.& uend.Tamen
22 † donatarius ex ipſo contractu donationis non obligatur donatori, quia hic contractus non eſt ultro, citroque obligatorius,ut eſt tex. ibique Barto.glo.& omnes in l. ariſto in princip.ff.de donatio.ubi donatarius non obligatur donatori ciuiliter,et naturaliter, immò nec naturaliter tantum,ut ibi per glo.et probatur ex illo tex. qui reſiſtit obligationi, ſeu denegat ſimpliciter obligationem ex parte donatarij contrahi,et conſequenter infertur, quòd etiam naturaliter non obligatur argumento l.ſi non ſortem in princ. ibiq; Bar.ff.de condic.indeb.ergo infertur,quòd donatarius obligando,& hypothecando bona ſua donatori ob donationẽ ſibi factam,nulla alia exiſtente cauſa,nihil agit. Et ſi diceretur,quòd donatarius naturaliter obligatur donatori illa naturali obligatione, quæ ad antidora obligat, iuxta l.ſed lege §.conſuluit ff.de petit.hæred.c.cum ex officiis cum ſimil. de teſtam. et expreſſè uoluit gl.in d.l. ariſto; Reſpondetur,
23 quòd † illa naturalis obligatio per ſe non eſt apta recipere acceſſoriam obligationem,niſi poſtquam illa ſorte per pactum, ſeu ſtipulationem contractam fuiſſet in obligationẽ efficacem deducta,quia illa per ſe eſt inefficax, nulloſque iuris effectus producit, ut habetur in d.§. conſuluit, et per Moder.in rub.ff.de uerbo.obliga.et ita colligitur ex iis,quæ
24 uoluit glo.magna in fin.in c.1.1 4.q.3.ubi † Arch. poſt Per. inquit,quòd hæc obligatio, quæ ad antidora obligat, non cauſat debitum aliquod, nec facit, quòd quis dicatur debitor,et idò ſi id in pactum deducatur, pactum non ualet, quia ſecundum aliam glo.ibi in uerſi. ex pacto, obligatio naturalis, quæ obligat ad antidora, non poteſt in pactum deduci, quoniam eſſet promiſsio ſine cauſa, quæ non ualet l.cum de indebito ff. de probationibus l. 2.§.circa ff.de doli except. et l.hoc iure, ibiq́ue Paul. Caſtr. ff.de
25 dona. Præterea† ſi dicamus donationem fuiſſe factã Conſtantio,ut ipſe haberet obligare, et hypothecare bona ſua, prout in inſtrumento continetur, et prout factum fuit, et ſic mixtum fuiſſe negotium, adhuc dicendum eſt, ipſum Conſtantium,cui fuit donatum, non fuiſſe ipſi donatori in aliquo etiam naturaliter tantum obligatum, ut eſt tex.clarus cum glo.communiter approbata ibi in uer.non contrahi in d.l.ariſto: Cum ergo nullo modo fuerit obligatus,ſequitur,quòd obligatio, et hypotheca bonorum per ipſum nullo modo obligatum facta non ualuit, quia abſque principali obligatione per ſe non poteſt ſubſiſtere,ut ſupra.Vel melius conſiderandum eſt,quòd in caſu noſtro de donatione non conſtat, neque probatur, niſi ex uerbis narratiuis,et enunciatiuis inſtrumenti propter aliud prolatis inter ipſos
26 contrahentes,† quæ verba enunciatiua non diſponunt,nec operantur donationem de nouo, et prout ex nunc factam tempore,quo confectum fuit inſtrumentum, ſed probationem,et præſumptionem faciunt,quòd alio tẽpore, et prius donatio fuerit inter eos facta d.l.optimam, l. publia ff. depoſi. et Barto.in l.ex hac ſcriptura in fin.uerb.ff.de donatio. cum pluribus, quæ poſſent allegari: Ex quibus infertur,
27 quòd † cum donatio, quæ inſinuationem requirit, eo tempore, quo facta fuit, et poſt non fuerit inſinuata, ea fuit ipſo

iure

iure nulla,et inualida tàm de iure communi, ut in l. ſanci-
mus,l.penul.in fin.C.de dona.l. illud C. de ſacroſ. eccle.§.
aliæ Inſtitu.de donatio.& habetur in l.nemo poteſt ff.de le-
gat.1.quàm ex diſpoſitione ſtatutorum ciuitatis Piſauri ſe-
cundum ea,quæ mihi proponuntur: Et ideò obligatio, &
hypotheca bonorum fundata ſuper contractu donationis
inualido, & nullo non potuit aliquo modo ualere, cum
immediatè huiuſmodi obligatio ex contractu donationis
dependeat, atque proueniat per ea,quæ notabiliter uoluit
Alexander in dicta l.1.§.ſi uir colum.3.ff.de acquiren.poſ-
ſeſſio.& Salicet.in d.l.& ſi is C.de præd.minorum.

¶ Et ſi diceretur, iuramentum ſecundum magis commu-
nem opinionem doctorum ſupplere defectum inſinuatio-
nis,ut uoluit Ioan.de Imol.in capitu. cum contingat,ibiq́ue
Abb.quaſi circa finem ff.de iureiuran. poſt Bartolum in l.ſi
quis pro eo ff.de fideiuſſorib.& habetur plenè per ſcriben-
tes maximè Alexand.in l.nemo poteſt ff.de legat.1. cum ſi-
28 milibus: Reſpondetur † hoc uerum eſſe, & ita propriè
loqui doctores,quando in inſtrumento donationis per do-
natorem iuratum fuiſſet de non contraueniendo, ſed in ca-
ſu noſtro donatio facta non fuit iurata,nec tempore,quo fa
cta fuit donatio, fuit iuratum, quia & ſi in inſtrumento
producto fuerit ſuper eo, quod tempore inſtrumenti fuit
celebratum, appoſitum iuramentum, tamen hoc inſtru-
mentum non fuit inſtrumentum donationis, nec tempo-
re, quo illud factum fuit, donatio facta fuit, ſed hoc in-
ſtrumentum ex ſuis uerbis narratiuis, & enunciatiuis pro-
bat donationem aliàs,& prius fuiſſe factam ſimpliciter,non
autem probat illam fuiſſe cum iuramento factam, ergo
non poſſumus dicere eam donationem ualuiſſe non obſtan
te inſinuatione ex eo, quòd per iuramentum in donatione
interpoſitum inſinuationis ſolemnitas dicatur ſuppleta,
quia uerba donationis enunciatiua non enarrant illam fuiſ-
ſe cum iuramento factam, & ideò debent ſimpliciter, &
ſtrictè,ut iacent, intelligi per textum cum ibi nota.per glo-
ſam,& doctores in cap.in præſentia de probat. l. neque na-
tales C.eodem titu.& l.non hoc C.unde legitimi.

¶ Confirmatur concluſio tradita ad fauorem hæredum
Conſtantij contra dominam Lucretiam, nam ſi quis uel-
let dicere contractum emptionis, & uenditionis ratione
pretij ducatorum ducentorum fuiſſe contractum, cui obli-
gatio hypothecæ potuit accedere, prout in dubio dicen-
dum eſt, ut actus ualeat,& ſubſtineatur, ut ſupra dictum
29 fuit, dico, quòd † poſito, ſed non conceſſo hoc uerum
eſſe, huiuſmodi obligatio, & hypotheca bonorum cenſe-
retur facta ſub conditione, ſi promiſſa obſeruata non fuiſ-
ſent, hoc eſt in caſu, quo Conſtantius pretium ducento-
rum ducatorum non ſoluiſſet, & ſic fuiſſet in mora illud
ſoluendi, ut quia interpellatus ſaltem extraiudicialiter non
ſoluiſſet iuxta l.ſi ex legati cauſa ff.de uerborum obligatio.
iuncta l.ſi debitor cum ibi notatis C.de pignoribus, & dicit
Bartol.in l.rem alienam in ultima colum. ff.de pignoratitia
30 action. quòd † creditor in hypothecaria habet ultra alia
probare, debitorem fuiſſe in mora ſoluendi, & facit text.
in l.Iulianus §.offerri cum ibi not.per Bartolum, & Paulum
de Caſtro ff.de actio.empti,l.res hypothecæ ff.de pignorib.
& Bartol.in l.3.C.de pignoribus: Ex quo infertur, quòd
31 ad hoc, † ut Conſtantius dicatur in mora conſtitutus, &
domina Lucretia ob moram Conſtantij potuerit contra
hæredes Conſtantij agere, requiritur, & neceſſe eſt,quòd
domina Lucretia prius pro parte ſua contractum adimple
uerit, uidelicet quòd ipſa prius tradiderit uerè, uel fictè
bona, quæ Conſtantio uendita aſſeruntur, & hoc prius
conſtare debet,alioquin agere non poteſt d. §. offerri, ibiq́;
Bartol. & docto. communiter, l. qui pendentem ff. eodem
titu.de actio. empt.& l. curabit C. eodem titu. Sed in ca-
ſu noſtro quamuis ex inſtrumento fortè probetur domi-
nam Lucretiam uendidiſſe, exponendo uerbum donaue-
rit, pro uendiderit, non tamen probatur, bona uendita,
ſeu donata fuiſſe à domina Lucretia tradita Conſtantio,
uel hæredibus ſuis, prout neceſſe fuit probare per prædi-
cta,ergo &c.Præterea nunquam hoc poterit caput meum,
nec alicuius rectè intelligentis ingredi, quòd in caſu no-
ſtro ex uerbis inſtrumenti huius dicatur celebratus contra-
ctus uenditionis, & exponi debeat uerbum donauerit pro
32 uendiderit, quoniam † & ſi uerbum uendere largè, &
impropriè loquendo capi poſſit pro alienare, & ſic etiam
pro donare d.l.ſtatuliberi cum ſimilibus, tamen nullo iu-
re cautum reperio, quòd uerbum donare importet uendi-
tionem, ſiue loquamur propriè, & ſtrictè, ſiue largè, &
impropriè, nam donari dicitur, quod nullo iure cogente
conceditur, & à mera liberalitate procedit, & quando
obligatio reciproca non reſultat l.donari ff.de donation. &
ff.de regulis iuris,d.l.inter donum, & d.l. munus la 2.ff. de
uerborum obligatio. Cum itaque hoc non reperiatur ali-
qua lege cautum, neque nos dicere debemus l. ſi ſeruum
§.non dixit prætor ff.de acquirend. hæredita. Vnde ſequi-
tur, quòd ad ſaluandam obligationem hypothecæ in caſu
noſtro non poſſumus exponere uerbum donauerit, pro
33 uendiderit, quia † iura uolentia ſemper debere fieri in-
terpretationem, ut actus ualeat, ſemper loquuntur, quan
do ſaltem impropriando uerba actus ſaluari poſſet, hoc eſt
intelligendo uerba impropriè l.non aliter ff.de lega.3. cum
ſimilibus ſupra allegatis: Sed in caſu noſtro uerbum do-
nauerit non poteſt importare uenditionem, ſiue attenda-
tur propria, ſiue impropria ſignificatio, quia nullo mo-
do uenditionem comprehendit, ergo ut ſaluetur obliga-
tio pignoris, ſeu hypothecæ, non poſſumus exponere
uerbum donauerit, pro uendiderit, & ad hoc faciunt ea,
quæ habentur per Dominicum de ſancto Geminia. in cap.
ſi papa de priuilegiis in 6.in princip.in ultim.colum.uerſic.
tertio fallit,& Alexand.in conſilio 33.colum.2.uolum.1.
Adde, quòd in terminis noſtris illud uerbum donauerit,
non poteſt exponi pro uendiderit, quia ſic ex iiſdem uer-
bis duo ſpecialia contra regulas iuris communis reſulta-
rent contra l.1.cum ibi nota. C. de dot. promiſ.cum ſimili-
bus: Primum ſpeciale eſſet, nam ex illis uerbis narrati-
uis,& enunciatis propter aliud induceretur, & reſultaret
diſpoſitio contra regulas iuris iuxta ea, quæ habentur in di-
cta l. ex hac ſcriptura ff. de donation. & in dicto cap. ſi pa-
pa; aliud ſpeciale reſultaret, quòd uerba caperentur ul-
tra propriam, & impropriam ſignificationem, quod iure
cautum non reperitur, ut colligitur ex notatis per gloſam,
& doctores in l. uoluntas C. de fideicommiſſis: uel ſaltem
quòd uerba contra regulas iuris impropriarentur: Et ex
prædictis remanent reſoluta plura, quæ prima facie pro
parte aduerſa ſtringere uidebantur.

¶ Cæteris, quæ aduerſari uidentur, reſponderi poteſt, &
primo ad id,quod dicebatur de iuramento, & de illa clau-
ſula omni meliori modo iuxta l. cum pater §. filius matrem
ff.de legatis 2.& per ea,quæ uoluit Bartol. in dicta l. ſi quis
pro eo in uerſicu.ſeptimo, iuncto uerſicu. ſequen. ubi fide-
iuſſoria obligatio iurata ualet ut principalis, quando prin-
34 cipalis obligatio deficit, quia primo reſpondetur, † præ-
dicta eſſe uera,& Bartolum ibi loqui, quando adeſſet prin-
cipalis,pro quo fideiuſſor cum iuramento obligaretur,nam
fideiuſsor obligatur omni meliori modo,ut dicit ibi Bartol.
quamuis principalis, pro quo fideiuſſit, nullo modo etiam
naturaliter tantum eſſet obligatus, & ſic ſaltem de facto in
caſu Bartoli aderat principalis,pro quo fideiuſsor cum iu-
ramento

ramento intercedebat: Sed in caſu noſtro nec de iure, nec de facto aderat contractus, ſeu obligatio, cui hypotheca, & obligatio bonorum poſſet accedere, ut ex prædictis apparet, ergo &c. Secundo Bartol. loquitur, & prædicta procedunt, quando obligatio eſſet facta cum cauſa, ſed ſine cauſa ualere non poteſt, ut dictum fuit: In caſu autem noſtro hæc bonorum obligatio eſſet abſque cauſa facta, quia donationis contractus quoad Conſtantium donatarium non poteſt dici eſſe cauſa, ut ſupra dixi, item nec uenditio, quia nulla fuit contracta uenditio, ut ſupra, uel poſito, ſed non conceſſo fuiſſe contractam uenditionem, ex ea non potuit agi, nec ex hypotheca bonorum; quia non conſtat, neque probatum fuit, contractum pro parte dominæ Lucretiæ fuiſſe adimpletum, ueluti fuit declaratum, ergo &c.

¶ Non obſtat tertium fundamentum, quòd poſito obligationem bonorum non ualere, tamen ex conſtituto in contractu, & inſtrumento appoſito poſſeſſio in dominam Lucretiam traſisferri potuit per ſupradicta, quia reſpondetur
35 primo † hoc eſſe falſum, nam benè per traditionem ueram factam ratione contractus nulli, & inualidi poſſeſſio quandoque transferri, & acquiri poteſt d. l. 1. §. ſi uir, ſed ex traditione ficta reſultante ex conſtituto de poſſidendo appoſito in contractu, & inſtrumento nullo non acquiritur, nec transfertur poſſeſſio aliqua, quia ſi principale eſt nullum, ita conſtitutum in eo appoſitum: & ita plenè declarant doctores maximè Alexan. in dicto §. ſi uir in 2. colum. cuius uerba non refero, quia clarè loquitur: At in caſu noſtro fuit factum conſtitutum de poſſidendo, & ſic ficta traditio interuenit, ergo &c. Poſſet etiam aliter reſponderi, ut ex prædictis colligitur. ¶ Non obſtat ultimum, quòd obligatio pignoris, & hypothecæ cenſetur, & præſumitur facta in caſibus, in quibus donatarius de iure res donatas reſtituere teneretur, uidelicet in caſu ingratitudinis, ut actus ualeat, & ſubſtineatur omni meliori modo, prout eſt de natura iuramenti argumen. d. §. filius matrem,
36 quia reſponderi poteſt, † quòd poſito hoc uerum eſſe, tamen hoc modo intelligendo huiuſmodi obligatio, & hypotheca cenſetur, & dicitur facta ſub conditione, prout reuocatio ipſa conditionem in ſe habet, uidelicet ſi donatarius erit ingratus, ſeu aliquam ingratitudinis cauſam commiſerit, propter quam donatio ſit reuocanda l. fin. C. de reuocan. donatio. & c. fin. extra de donatio. At in caſu noſtro donatio reuocata non fuit, nec per Conſtantium donatarium aliqua cauſa ingratitudinis commiſſa non fuit, propter quam donatio potuerit reuocari, ergo obligatio, ſeu hypotheca bonorum nec committi, nec effectum ſuum ſortiri potuit argumento l. res hypothecæ circa finem ff. de pi-
37 gnoribus: Similiter † non poteſt dici facta obligatio pignoris, ſeu hypothecæ acceſſoriè ad obligationem, qua donatarius ad antidora, & ad remunerationem tenetur, quia ſupra reſponſum accommodaui. Præterea in caſu noſtro non apparet, quòd obligatio remuneratoria, & qua donatarius ad antidora tenetur iuxta not. in dicta l. ariſto in princip. fuerit in pactum, ſeu promiſſionem deducta, & ſic tranſiuerit in obligationem efficacem, cui pignus, ſeu obligatio bonorum poſſit accedere, nam obligatio remuneratoria, ſeu quæ dicitur ad antidora, obligationem pignoris, ſeu acceſſoriam non recipit, ut ſupra dixi. Aliter etiam reſpondēt nonnulli alij aduocati, qui in hac cauſa ſcripſerunt, ad quos me remitto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 Res pignori tradita pro maiori ſumma, quam valeat, adeo quòd non ſit ſpes relutioni, an & quomodo in dominium creditoris tranſire dicatur, & nu. 3. 4. & 11.

2 Creditor, cui res pignori data eſſet, quæ tanti non ualeat, quanta eſt pecunia debita, poteſt debitorem ad debitum integre ſoluendum cogere.

5 Affectio in ſpeciebus regulariter, & ueriſimiliter cadere poteſt.

6 Pignoratio ſub conditione, nullum ius ſaltem plenum, pendente conditione, tribuit.

7 Solutione eius, quod debetur, etiam obligatio pignoris tollitur.

8 Res pignorata in alium tranſiens cum ſuo onere pignoris tranſit.

9 Alternatiua aut poſita inter perſonas honoratas in contractibus reſoluitur in coniunctam.

10 Obligatio bonorum generalis pro dote facta mulieri concurrit cum ſpeciali eadem die alteri facta.

11 Per dationem inſolutum, & per pactum de habendo recurſum, & regreſſum propria auctoritate ad bona pignorata, & obligata plenum ius, & dominium pignoris in creditorem transfertur.

12 Et quomodo hoc procedat, & nu. 14.

13 Pactum de dando pignus in ſolutum etiam in cauſa dotis non præiudicat debitori, quin pecuniam debitam ſoluere poſſit.

14 Pactum legis commiſſoriæ, uel illi ſimile eſt in pignoribus ita reprobatū, ut beneficio legis in hoc nequeat renunciari.

15 Eſtimatio rei in dotem datæ ſimpliciter quando fiat ad faciendam emptionem, & quando ad alium effectum.

16 Maritus ſoluens canonem pro emphyteoſi uxoris etiam nomine ſuo dicitur iure familiaritatis ſoluere.

17 Emphyteotæ uerò non præiudicatur per non emphyteotam fortè emphyteoſim poſſidentem, & canonem per multos annos etiam ſuo nomine ſoluentem;

Sed hæc ſolutio uero emphyteotæ prodeſt:

18 Idem & magis dicendum eſt in eo, qui rem emphyteoticam pignoratam habeat, & canonem ſoluat.

19 Creditor rem emphyteoticam pignoratam habens, eam alteri locando ueris emphyteotis non præiudicat.

20 Emphyteoſis eccleſiæ, & loci pij non poteſt, inſcio domino, alienari, nec ſpecialiter pignori obligari:

Secus in emphyteoſi priuati:

21 Quid ſi emphyteoſis eccleſiæ expreſſè ut emphyteoſis eccleſiæ eſſet pignori obligata.

22 Emphyteoticum ius quomodo per diutinam ſolutionem acquiratur.

23 Quid in eo, qui rem emphyteoticam ex cauſa pignoris poſſedit.

24 Ratificare quando, & quomodo poſſim id, quod non eſt nomine meo geſtum, & quando ſecus.

25 Inſtrumento ſubſcripto manu notarij, qui fuit de illo rogatus, creditur, licet manu alterius fuerit ſcriptum.

26 Emphyteoticus contractus de ſui natura, & ſubſtantia debet in ſcriptis fieri, nec alicui celebratus preſumitur, niſi in ſcriptis appareat.

27 Pater in emphyteoſi, & feudo, quæ dantur etiam pro filijs, quando, & quomodo filijs poſſit præiudicare.

28 In iure iam quæſito factus mihi conſentienti præiudicatur, quam in iure quærendo, maximè quando nec ueriſimilis ſpes eſſet, quod eſſet acquirendum.

29 Conditiones etiam uoluntariæ in teſtamento, uel alia hominis diſpoſitione appoſitæ per caſum æquipollentem adimpleri non poſſunt.

30 Emphyteoſis pro aliquo ſtipulata ei ſequuta ratificatione etiam tacita acquiri poteſt.

31 Emphyteoſis eccleſiæ pro hæredibus conceſſa eſt quid hæreditarium, & ad hæredes quoque extraneos tranſire poteſt.

32 Item, & ad fœminas.

33 Emphyteoſis magis tranſit cum uniuerſitate bonorum, & titulo uniuerſali ad uniuerſales ſucceſſores, quam titulo ſingulari, & ad ſingulares ſucceſſores.

34 Cum uniuerſitate, & titulo uniuerſali quid facilius tranſit, quam titulo ſingulari.

35 Verbum remanere an dominij tranſlationem pleno iure importet, & nume. 46.

36 Acquiſitum alicui quando nomine proprio tantum quid dicatur.

37 Spectare id dicitur, quod iure dominij debetur, & pertinet.

38 Relatio, & ſententia extra contenta in petitione, & non iuxta formam, & tenorem illius facta, & lata non ualet.

39 Nomine alterius ab initio fieri cœptum eodem nomine in proſequutione factum cenſetur, etiam ſi proprio nomine ſimpliciter fieret.

40 Actus, ad quem quis fuit citatus, eo modo, & nomine factus debet intelligi, quo facta fuit citatio, aliàs non ualeret.

41 Actus factus ſimpliciter ſub nomine alicuius ſemper debet intelligi eo modo, & nomine factus, quo ualere poteſt.

42 Quid ſi diſpoſitio plura contineret capita, & unum ſub nomine officij fieret, alia uerò ſub nomine proprio ſimpliciter ſine nomine officij.

43 Dota-

43 *Dotalis res ad maritum reuocabiliter, & ſoluto matrimonio ad uxorem pleno iure, & irreuocabiliter ſpectat.*
44 *Diſtio ultra facit unumquodque eodem iure deberi.*
45 *Vtile dominium non conſideratur, quando in eadem perſona cum directo coniungitur.*
46 *Verbum remanere propriè quid importet:*
Et quando pro reddere, & reſtituere capiatur.

EPITOME.

RES *pignori obligatæ etiam pro maiori ſumma, quam ualerent, quòd ex coniecturis, & pluribus hic poſitis non cenſeantur pleno iure, & irreuocabiliter creditori acquiſitæ, etiam concurrente pacto, quòd liceat creditori illas in ſolutum habere, & ad eas regreſſum, & recurſum habere, ſi ſolutio facta non fuerit, hic habetur.*

Ex ſolutione affictus, & canonis per alium facta etiam nomine ipſius ſoluentis non præiudicari uero emphyteotæ, nec ius emphyteoticum ſoluenti acquiri, hic oſtenditur.

Habentur & alia plura in conſilio; quæ in ſummario ſunt poſita.

CONSILIVM CCIIII.

VISIS dubiis in cauſa dominæ Giliæ de Zannis, quæ
ex allegationibus aduocatorum partis aduerſæ elicita
eſſe magis exiſtimo, quàm ex officina excellentiſſimi
domini iudicis prodiiſſe, quia ipſe tot ad rem non
facientia, & ferè impertinentia non deduxiſſet, ad rem ipſam
deueniendo breuibus me expediam: & in primis dum
dicitur, quòd domus ſpecialiter pignoratæ dicuntur reſpectu
melioramentorum quoad dominiũ, & pleno iure tranſmiſſæ
in ſer Hieronymum, quia fuerunt pignoratæ pro maiori
ſumma, quam dicta melioramenta ualerent argumento
l. qui habebat ff. de legat. 3. l. legata in fin. ff. de ſupellectil.
lega. Batto. in l. rem legatam ff. de adimen. legat. Alexan. &
Sozin. in l. 1. §. per ſeruum corporaliter ff. de acquiren. poſſeſſio.
cum aliis allegatis, reſponderi poteſt multipliciter pri
1 mo, quòd † res pignori tradita pro maiori ſumma, quàm
ſit pecunia debita adeò, quòd non ſit ſpes reluitionis, cenſetur
in dominium creditoris tranſire non propriè, & uerè, &
irreuocabiliter, ſed impropriè, & reuocabiliter, ut probatur
in iuribus allegatis: & licet regulariter non ſit ſpes reluitionis
ex parte debitoris, tamen eſt ex parte creditoris, quæ eſt
magis conſideranda, ex quo de eius præiudicio agitur, nec
eſt ueriſſimile ipſum in hoc damno remanere uelle, argu
2 mento l. cum de indebito ff. de probationib. † poteſt enim
creditor cogere debitorem ad ſoluendum debitum integraliter
actione perſonali l. creditor, qui non idoneum, &
ibi doctores ff. ſi certum petatur, niſi conſuetudo loci in contrarium
extaret, quæ ſeruanda eſſet ſolum in loco, in quo uigeret:
facit l. quæſitum in fine ff. de diſtrac. pigno. Roman. in
ſingular. 566. incipien. ego legi.
3 ¶ Præterea & ſecundo † res pignori obligata pro maiori
ſumma dicitur in creditorem tranſlata iuribus præallegatis,
quando debitor fuiſſet in mora ſoluendi, nàm cũ fuerit
in mora, & res fuerit ab eo obligata pro maiori ſumma,
quam ualeret, præſumitur tunc, quòd rem illam reluere
nolit, & ſic in dominium creditoris tranſit, his duobus concurrentibus,
ut probat text. in dicta l. qui habebat cum gloſ.
ibi ceſſante debitore: ergo ſi debitor nondum ceſſauerit,
& non fuerit in mora, res pignorata non dicitur in creditorem
tranſlata: In caſu itaque noſtro domus, quæ fuerunt

pro libris ſexcentis obligatæ, non poſſunt dici in ſer Hieronymum, ac hæredes ſuos tranſlatæ, quia Nicolaus in mora dictas libras ſoluendi non fuit, ſed illas ſoluit, ut promiſit.

¶ Rurſus ſi diceretur, quòd domus fuerunt etiam unà cum aliis rebus ſpecificatis hypothecatæ pro reſiduo debiti, hoc eſt pro libris mille, & quadringentis, ut in dicto inſtrumento habetur, reſpondetur adhoc, quòd domus poſitæ Bononiæ ſolum pro libris ſexcentis, & non pro reſiduo fuerunt obligatæ, quia pro illo reſiduo fuerunt ſpecialiter obligata alia bona cum quibuſdam domibus ſuper eis poſitis: Et dum in inſtrumento dicitur, quòd poſt mortem Nicolai, & dominæ Ioannæ poſſit ſer Hieronymus, aut domina Gilia habere in ſolutum, item etiam quòd ſer Hieronymus in caſu, quo non ſoluerentur quantitates promiſſæ, ſeu non fuiſſet facta ſolutio totius dictæ quantitatis modo, & forma, & temporibus antedictis, hæc uerba ſunt referenda ſolum ad alias res pignoratas, & non ad dictas domos Bononiæ poſitas: cui intelligentiæ benè conueniunt uerba inſtrumenti, cum domus Bononiæ poſitæ eſſent per ſe obligatæ pro libris ſexcentis, ergo in dubio facienda eſt interpretatio, ut non intelligantur pro tota ſumma debita obligatæ, ex quo dictum expreſsè non apparet, & uerba ad alia bona referri poſſunt argumento l. doli clauſula ff. de uerborum obligatio. cum ſimilibus; Item quia in dubio illa uerba generalia, ad quas res, ut ſupra, obligatas &c. debent contra eum interpretari, qui ſe in illis fundat, & cuius occaſione illa poſita fuerunt, & ſic contra ſer Hieronymum, & hæredes ſuos argumento l. ueteribus cum ibi not. ff. de pactis.

¶ Et poſito domos Bononiæ etiam reſpectu reſidui dici ſpecialiter obligatas, adhuc dico eas non poſſe dici in ſer Hieronymum quoad dominium, & pleno iure tranſlatas, quia, ut notabiliter uoluit Paulus de Caſtro in l. qui poſt C.
4 de lega. † quoties debitor rem pro maiori ſumma, quam
ualeret, pignori dedit, & ſic ſpes, & præſumptio non reluitionis
eſſet, quo caſu regulariter in creditorem pleno
iure tranſlata cenſetur d. l. qui habebat cum ſimilibus, fallit,
niſi coniecturæ, & præſumptiones in contrarium eſſent,
ex quibus mens contraria pignorantis colligeretur, ut quia
res fuiſſet ſuorum antiquorum l. lex, quæ tutores C. de administratio.
tutorum: uel quia eſſet obligata res, ſeu ſpecies
5 aliqua, in qua affectio uериſimiliter cadere poſſet, † pro
ut regulariter in ſpeciebus cadit, & cadere poteſt l. minus
cum ibi nota. ff. de in litem iuran. l. ſi domus §. cum alicui ff.
de legatis 1. l. inter ſtipulantem §. ſi ſtipulantem ff. de uerborum
obligatio. & eſt de mente Sozini in dicto §. per ſeruum
corporaliter: Vbicunque igitur adſunt coniecturæ, & præſumptiones
aliquæ contra præſumptionem d. l. qui habebat
cum ſimilibus, non cenſetur res pignori data, ut pleno
iure in creditorem tranſlata dicatur ſecundum Paulum de
Caſtro in d. l. qui poſt: Sed in caſu noſtro plures in contrarium
coniecturæ concurrunt, & primo, ut ſupra dixi, quia
domus Bononiæ expreſsè, & ſpecialiter fuerunt pro libris
ſexcentis pignoratæ, nec apparet expreſsè, nec clarè, quòd
pro reſiduo totius ſummæ dicantur pignoratæ, ueluti ſupra
declaraui; Secundo quia dicta omnia bona obligata, etiam
ſi uelimus domos Bononiæ comprehendere, fuerunt obligata
ſub conditione, ſi libræ quadringentæ in aliqua re immobili
non inueſtirentur, in caſu uerò, quo inueſtirentur, quòd
6 non eſſent obligata: quo fit, † ut cum pignoratio facta fuerit
ſub conditione, non poteſt dici ex ea ius ſaltem plenum
tranſlatum fuiſſe, quia cõditio impedit l. cedere diem ff. de
uerborum ſignificatio. ſicuti etiam dicitur, quòd res uendita
ſub conditione, uel ut menſuretur (quo caſu uenditio
dicitur conditionalis) nec quoad dominium, nec quoad
poſſeſſionem in emptorem tranſit, quia conditio nihil ponit

ineſſe iuribus uulgaribus. ¶ Præterea dicta bona,& ſic do
mus etiam Bononiæ, præſupponendo illas quoque ſub pi-
gnore facto reſpectu reſidui comprehendi, dicuntur obli-
gata,ut ſer Hieronymus ad illa regreſſum habere poſſit, ſi
ſolutio quantitatis promiſſæ facta non fuerit tẽporibus an-
tedictis,hoc eſt poſt mortem Nicolai,& dominæ Ioannæ,de
quo tempore prius expreſsè dictum fuerat, & dicendo in
dicto inſtrumento temporibus antedictis, contrahentes no
luerunt ſe referre ad illud tempus mortis Nicolai, & domi
næ Ioannæ,non autem debent illa uerba referri ad tempus
datum ſolutioni librarum ſexcentarum, quia ſi de illo tem-
pore deberent intelligi, profectò non eſſet hæſitandum,
nam cum dictæ libræ ſexcentæ fuerint poſtea ſolutæ,ut pro
miſſæ fuerunt,nullo modo dici poſſet,domos reſpectu illius
obligationis fuiſſe pleno iure in ſer Hieronymum tranſla-
7 tas,quia † ſolutione eius,quod debetur,tollitur omnis obli-
gatio Inſtitu.quibus modis tollitur obliga.& conſequenter
etiam pignoris obligatio,nam qui omne dicit, nihil exclu-
dit l.iulianus ff. de legat. 3. & eſt text. in l. item liberatur ff.
quibus modis pignus,uel hypothe.ſolui. & l. ſi rem §.omnis
ff.de pignorati.action. ¶Et ex prædictis infero,quòd dicta
bona,& ſic dictæ domus ſunt obligata,ſeu obligatæ, & ad il
la ſer Hieronymus potuit recurſum, & regreſſum habere
conditionaliter,ſi quantitas promiſſa ſoluta non fuerit, &
conſequenter ſi Nicolaus fuerit in mora ſoluendi,illa enim
uerba,ſi ſolutio facta non erit,important,hoc eſt,ſi fuerit in
mora ſoluendi l.ita ſtipulatus la grandè in fine cum ibi nor.
ff.de uerborum obligatio.Item obligatio pignoris ſub con-
ditione facta, ſeu pactum de retinendo in ſolutum, uel de
habendo regreſſum ſub conditione factum non dicitur an-
te euentum conditionis aliquem effectum habere, & ex eo
nihil debetur,nihilque dicitur actum l.grege §.ſi ſub condi-
tione ff.de pignorib.fuit etiam dicta obligatio, ut ſupra,con
ditionaliter facta,ſi non fuerit facta ſolutio temporibus an-
tedictis,hoc eſt tempore mortis Nicolai, uel ante mortem
Nicolai,& do.Ioannæ:Apparent ergo manifeſtæ coniectu-
ræ, quòd Nicolaus noluerit bona pignorata in ſer Hierony
mum transferre, niſi fortè poſt mortem amborum coniu-
gum:Vnde cum ante mortem dominæ Ioannæ dominium,
& ius fuerit in dominam Giliam tranſlatum in totum per
inſtrumentum locationis in emphyteoſim, item etiam per
dationem pignorum ſaltem pro parte,quia & promiſſio, &
datio pignorum, item aſſignatio in ſolutum factæ fuerunt,
& conceſſæ non modo ſer Hieronymo, ſed etiam dominæ
Giliæ, & ſic utrique pro parte ſua,ſequitur,quòd dominiũ
dictarum domorum non poteſt dici pleno iure in ſer Hie-
ronymum tranſlatum,cum ante illud tempus, quo ipſi ac-
quiri debebat, hoc eſt ante moram dominæ Ioannæ fue-
rit acquiſitum dominæ Giliæ, & conſequenter ea eſt in il-
lis præferenda argumento l.quoties cum ſimilibus C.de rei
8 uendicatio.& ff.qui potiores in pigno. habean. † quæ do-
mus tamen, ſeu illarum melioramenta pignore affecta de-
bent dici in dominam Giliam tranſlata cum onere pigno-
ris, quo erant affecta, uidelicet ut ipſi ſer Hieronymo, &
do. Giliæ ſimul pro parte pro quantitatè promiſſa pigno-
rata,& obligata dicantur l.ſi fundus §.ſi duo, ibique docto.
ff.de pignoribus,quia res pignori obligata tranſit cum one-
re ſuo l.debitorem cum ſimilibus ibi nota. C. de pignor.
¶Et quamuis ſer Hieronymo,& dominæ Giliæ, quibus co
pulatiuè facta fuerat promiſſio quantitatis, fuerit alterna-
tiuè conceſſum habere in ſolutum bona pignorata, hoc ta-
9 mẽ debet intelligi eis conceſſum copulatiuè,quia † alterna
tiua aut poſita inter perſonas honoratas in contractibus re
ſoluitur in coniunctam,ut eſt gloſ.& ibi Bart. in l.cum qui-
dam C. de uerborum ſignificatio. ¶ Præterea & ſi ſoli ſer
Hieronymo,& hæredibus dicantur pignora ſpecialiter obli
gata, & ſimiliter ipſi ſoli, & hæredibus dicatur factum pa-
ctum de habendo recurſum, & regreſſum ad bona pigno-
rata,& non dominæ Giliæ, tamen etiam dominæ Giliæ fuit
10 conceſſum habere dicta bona in ſolutum: Item † licet
ſpecialiter dicta bona non fuerint dominæ Giliæ pignori
obligata, tamen generaliter fuerunt obligata ſub genera-
li bonorum obligatione facta in dicto inſtrumento dotis,&
ultra expreſſam generalem obligationem ipſa domina Gi-
lia habuit dicta bona tacitè obligata pro dote ſua, ut in l.
unica C.de rei uxor.actio.& §.fuerat Inſtitut.de action.quæ
obligatio generalis cum fuerit facta eodem die, & ſimul
cum ſpeciali facta ſer Hieronymo, dici poteſt ipſos debe-
re concurrere, nec alterum eſſe altero potiorem argumen
to l.qui aſſiduis cum ibi nota. C.qui potiores in pignore ha
beantur, l.qui generaliter,l.idemque §. ſi tibi ff. qui potio.
in pigno.habeantur, & l.generaliter C.eodem titu.
11 ¶Coniectura etiam apparet, † contrahentes non cenſe-
ri tacitè uoluiſſe,quòd dominium rerum pignoratarum di-
catur tranſlatum,quoniam expreſſum facit ceſſare tacitum
l.cum filio §.filio ff.de uulgar.& pupillar.cum ſimilibus:Sed
expreſsè actum, & conuentum fuit, quòd ſer Hierony-
mus, & domina Gilia habeant pignora in ſolutum, item
quòd ſer Hieronymus ad illa recurſum, & regreſſum habe
re poſſit ſub conditione, ſi ſolutio facta non fuerit tempo-
ribus antedictis,id eſt ante mortem,& conſequenter,quòd
poſt mortem Nicolai, & dominæ Ioannæ poſſit habere in
ſolutum,& ſic in eum tunc plenum ius, & dominium tranſ-
feratur, & non ante, quia per dationem in ſolutum, &
per pactum de habendo recurſum, & regreſſum propria
auctoritate dicitur plenum ius, & dominium transferri ar-
gumento l.eleganter in principio,& ibi not. ff. de pignorat.
actio. ergo ante mortem Nicolai, & dominæ Ioannæ di-
citur conuentum de contrario ſenſu, quòd argumentum
etiam in contractibus locum habet, ut traditur per docto-
res in l. 1. §. huius ff. de officio eius, cui mandata eſt iuriſdi-
ctio, l. ſi cum dotem in principio ff. ſolu. matrimonio cum
ibi nota. Ex quibus infertur, quòd ex eo, quòd res fue-
rint pignori obligatæ pro maiori ſumma, quàm ualerent,
& ſic ſpes non ſit luitioni, non cenſeatur in caſu noſtro
tranſlatum dominium rei pignoratæ, & res pignorata non
dicatur creditori pleno iure acquiſita, quoniam contra
regulam dictæ l. qui habebat in terminis noſtris facit ex-
preſſa conuentio, quòd tunc diceretur transferri, & ple-
no iure acquiri, ſi ſolutio facta non fuerit ante mor-
tem Nicolai, & dominæ Giliæ.
12 ¶ Præterea † eo caſu, quo dicitur conuentum, quòd
pignora dicantur acquiri, & in ſolutum habeantur, & li-
ceat ſer Hieronymo habere recurſum, & regreſſum,uide-
licet poſt mortem amborum hoc eſt Nicolai, & dominæ
Ioannæ,& ſic eueniente conditione, certè non ſtatim ipſo
iure etiam tunc dominium dicetur tranſlatum, nec ple-
no iure pignus ſer Hieronymo creditori acquiſitum inter-
ueniente facto iudicis, & actu iudiciali l. final. C. de iure
domin.impet.cum ibi not.& ſecundum quod declarant Bar
tolus,& alij in l. creditores C. de pignoribus: Quod cum
in caſu noſtro non interuenerit, ſequitur, quòd domi-
nium non potuit dici in ſer Hieronymum, nec in illius hæ-
13 redes translatum: Nam † etiam pactum factum in cau-
ſa dotis de dando pignus in ſolutum non præiudicat de-
bitori, quin poſſit pecuniam debitam ſoluere l. quam-
14 uis ff. de ſolutionibus. ¶ Rurſus † ex huiuſmodi pa-
cto, quòd liceat habere in ſolutum, & habere regreſ-
ſum, & recurſum, ſi ſolutio facta non fuerit ante mor-
tem debitorum, non poteſt dici translatum ius, nec
pignora

pignora quoad dominium pleno iure acquiſita, quoniam huiuſmodi pactum, ex quo factum fuit ab initio, & pro certa quantitate, dicitur eſſe pactum legis commiſſoriæ, uel ſaltem illi ſimile, quod eſt in pignoribus ita reprobatum, quòd non poteſt huiuſmodi legis beneficio renunciari, ut in l. 1. & fin. ubi plenè habetur C. de pactis pigno. Nec aduerſatur l. penul. C. de pigno. quia loquitur alio reſpectu, & ad alium finem, ut ibi habetur, & faciunt ea, quæ habentur in d. l. quamuis ff. de ſolutio. ¶ Præterea ex alio quoque non poteſt dici dicto ſer Hieronymo acquiſitum dominium dictarum domorum pleno iure, & irreuocabiliter adeò, quod ſit in electione ſer Hieronymi, uel hæredum ſoluere dotis quantitatem, uel res pignoratas ſub certa æſtimatione datas, quia poſito, dicta bona, & domos pignoratas, & pignorata ita fuiſſe, quòd fuerint data æſtimata, tamen non dicuntur æſtimata tali æſtimatione, quæ emptionem faciat taliter, quòd ſequatur iſte effectus, quòd maritus, uel eius hæredes poſſint retinere illa bona æſtimata, & ſoluere quantitatem dotis, quia ad hoc, ut res æſtimata aſſignata in dotem faciat emptionē ad effectum, de quo ſupra, requiritur, quòd data fuerit æſtimata, & expreſsè dictum fuerit, quòd talis æſtimatio faciat emptionem, & hoc nouiter fuit introductum per ſtatutū huius ciuitatis in titu. de reſtitut. dot. De † iure uerò communi ſatis erat, quòd
15 res marito in dotem ſimpliciter daretur ſub certa æſtimatione ad hoc, ut diceretur æſtimatio talis, quæ faceret emptionem l. quoties C. de iure dot. Quandoque etiam res dātur in dotem æſtimatæ non, ut faciant emptionem, ſed ad alium effectum, ut eſt tex. cum ibi not. in l. ſi inter uirum C. de iure dot. & not. etiam in d. l. quoties. ¶ Et ex prædictis falſa apparent plura in contrarium præſuppoſita, & maximè illud, quòd quamuis retinere in ſolutum dicatur conceſſum ſolum poſt mortem Nicolai, & dominæ Ioannæ, tñ quòd liceat ſer Hieronymo, eiuſque hæredibus habere recurſum, & regreſſum retinendi propria auctoritate, non dicitur factum ſub illis conditionibus, quia contrarium manifeſte apparet ex uerbis inſtrumenti, in quibus dicitur, ad quas res, ut ſupra, obligatas, & hypothecatas liceat habere recurſum, ſi ſolutio, & ſatisfactio totius dictæ quantitatis facta non fuerit in totum, uel pro parte modo, & forma, & temporibus antedictis, & ſic ante mortem dictorum Nicolai, & dominæ Ioannæ, nam de aliis temporibus noluit intelligere, & ſi de alio, hoc eſt de temporibus ſolutioni librarum ſexcentarum aſſignatis intelligeretur, quod negatur per ea, quæ ſupra dixi, tamen debent etiam illa uerba intelligi de tempore ante mortem dictorum Nicolai, & dominæ Ioannæ, nec aliter dici poteſt, ſi ea uerba diligenter conſiderentur. ¶ Circa ſecundum, ſuper quo principaliter fit fundamentum, uidelicet ſuper illo pacto de habendo recurſum, & regreſſum &c. ut ex eo ius, & dominium rerum pignoratarū in ipſum ſer Hieronymum tranſlatum dicatur per ea, quæ habentur per gl. in l. 1. C. de pactis pigno. & per glo. in l. creditor C. de diſtrac. pigno. & Bart. in d. l. creditores, & in d. l. quamuis, ex ſupra dictis uidetur illi optimè ſatisfactum. ¶ Nec debent eſſe in conſideratione ſolutiones affictuū factæ à ſer Hieronymo per plures annos per ea, quæ aduocati aduerſariorum longiori ſermonæ adducunt, quoniam primo dicendum eſt, quòd ſtantibus præmiſſis pro ueris, prout uera exiſtunt, quòd non ſer Hieronymo, ſed potius dominæ Giliæ ius fuerit acquiſitum, non ſequitur, ſer Hieronymus ſoluit affictus, ergo ipſe eſt
16 emphyteota, nam † cenſeri debet ſoluiſſe potius iure familiaritatis, ſecundum quod habetur per Bartolum, & doctor. communiter per illum tex. in l. qui iure familiaritatis
17 ff. de acquir. poſſ. Præterea † ille, qui etiam non eſt emphyteota, quamuis ſoluat, fortè quia poſſideat, non tamen propter hoc uero emphyteotæ præiudicat, non enim ſequitur, quis ſoluit canonem per multos annos, ergo eſt emphyteota, nam quis ſoluendo etiam ſuo nomine dicitur uero emphyteotæ prodeſſe, ut habetur per Bal. in l. ſolemnibus C. de rei uendica. & Alexan. in l. fraudati ff. de publica.
18 cum ſimilib. & † hoc præſertim in caſu noſtro dicendum eſt, quia præſumendum eſt, quòd ſer Hieronymus canones ſoluerit, ut ſuum ius uidelicet pignoris conſeruaret iuxta l. lex uectigali ff. de pigno. l. ſi pignori in fin. ff. famil. hercíſ. l. tutor in fin. ff. de pigno. actio. & l. grege §. & in ſuperficiariis
19 ff. de pigno. ¶ Item † locando rem emphyteoticam ſer Hieronymus non potuit Nicolao, aut dominæ Ioannæ, nec dominæ Giliæ ueris emphyteotis præiudicare, tum quia conductor locando alteri non præiudicat domino, nec uero poſſeſſori l. quamuis §. ſi conductor, ibique omnes docto. ff. de acquir. poſſ. tum quia ex quo ſer Hieronymus erat creditor quamuis locando poſſediſſe, & in poſſeſsione domorum fuiſſe diceretur, tamen non ſibi, ſed creditori, & ad illius utilitatem poſſedit, ut in l. qui debitoris cum l. ſequen. & ibi docto. ff. de acquir. poſſ. quinimmò attentari poteſt, nullum ius potuiſſe ſer Hieronymo creditori acquiri, quia datio pignoris, aſsignatio in ſolutum, & quòd ipſi licitum eſſet habere recurſum, & regreſſum, reſpectu domorum Bononiæ fuerunt, & ſunt ipſo iure nulla, & inualida, quoniā
20 † cum hæ domus fuerint emphyteoticæ eccleſiaſticæ, ſeu loci pij, quæ à pari procedunt, ut aduerſarij in ſuis allegationibus fatentur, ſequitur, quòd nec alienari, nec ſpecialiter pignori obligari inſcio domino potuerunt l. fin. C. de iure emphyt. & ibi docto. c. potuit de loca. c. 1. §. donare qualiter olim feu. alien. pot. c. 1. de prohib. feu. alien. per Fede. & l. fin. C. de rebus alien. non alien. & quamuis dicatur, rē emphyteoticam poſſe pignori dari d. l. lex uectigali, d. l. tutor in fin. d. l. grege §. & in ſuperficiariis cum ſimilibus, tamen illud eſt uerum in emphyteoſi priuati, & non eccleſiæ: Vel ſi dicamus etiam rem emphyteoticam eccleſiæ poſ
21 ſe pignori dari, ut in dictis iuribus, † hoc tamen debet intelligi, quando expreſsè ut emphyteotica fuit obligata, & pignori data, quia tunc emphyteota cenſetur rem obligaſſe ſolum quoad ius, quod ipſe in re habet, ut eſt tex. in d. l. lex, & in d. §. & in ſuperficiariis, ibique Bar. & in d. l. tutor in fin. argumento l. ſi domus cum ibi not. in fin. ff. de leg. 1. Sed quando emphyteota rem alienaret, uel ſpecialiter obligaret, nulla facta mentione, quòd eſſet emphyteoſis, ſed ſimpliciter, & eſſemus in contractibus oneroſis, & non lucratiuis, qualis eſt etiam contractus dotis iuxta l. pro oneribus, ubi habetur C. de iure dot. & per Bart. in l. fin. §. ſi à ſocero ff. de his, quæ in frau. credi. tunc alienans, ſeu obligans cenſetur alienaſſe, & obligaſſe rem pleno iure, & quoad plenū dominium, non autem quoad ius tantum alienantis, ut uolunt communiter doct. ueluti refert, & ſequitur Alex. in d. l. ſi domus in fin. in 2. col. & ideò infertur, quòd talis obligatio, ſeu alienatio facta ſimpliciter de re emphyteotica non ualuit, nec ex ea ius aliquod potuit in ſer Hieronymum transferri per prædicta. ¶ Ad illud etiam, quod contra dominā Giliam dicitur, ſer Hieronymo fuiſſe acquiſitum ius emphyteoticum ex diutina ſolutione penſionum facta per eum per decem, & uiginti annos continuos ad ea, quæ habentur in l. cum de in rem uerſo ff. de uſuris, & in l. ſi certis annis C. de pactis cum ſimilibus, reſpondetur mulpliciter primo, quòd non apparet de continua ſolutione per eum illius nomine tantum facta, ſed quandoque etiam nomine dominæ Giliæ, & ſic præſcriptio dicitur facto ſuo interrupta: Secundo ipſe fuit in mala fide, ſaltem quouſque Nicolaus, & domina Ioanna uixerunt, quoniam ſciuit,

uel ſcire debuit ex ſuo contractu non fuiſſe ſibi licitum
rem in ſolutum habere, nec ad illam eis uiuentibus ha-
bere recurſum, & regreſſum, ut in dicto inſtrumen-
to habetur, & ſupra dictum fuit, ergo interim non
potuit præſcribere, nec acquirere ius emphyteoticum, &
utile dominium, ac melioramenta domorum cum ſcientia
rei alienæ, & mala fide c.fin.de præſcript.ibique docto.com
21 muniter, & c.poſſeſſor de regu.iur.in 6. Tertio † ad hoc,
ut quis diu ſoluendo acquirat ius emphyteoticum, requiri-
tur, quòd eius nomine, & cum bona fide ſoluerit, ut emphy
teota ſaltem per triginta annos continuos, & hæc eſt ue-
rior, magisque communis opinio gloſarum, & doctorum,
ubique, ut uoluit glo.in l.2.in uerb.repellere, & ibi ſcriben.
communiter C.de iure emphyteot.Bald.in l.omnes, & in l.
malè agitur, ibique Salic.C.de præſcrip.triginta annorum,
Bart.in l.comperit, qui approbat glo.in dicta l.2.& ibi Sali.
& Bald. C.eodem titu. & propterea ab hac communi opi-
nione in iudicando non eſt recedendum, Ioan.Andr.& alij
in c.1.circa finem, & in c. ne innitaris de conſtitutio. Item
23 † quando præcedit titulus pignoris, res non poteſt quoad
utile dominium acquiri ex curſu temporis, niſi ſpatio trigin
ta annorum, ex quo enim rem ex cauſa pignoris poſſedit,
non poteſt dici ut uaſallus, uel ut emphyteota poſſidere, ni-
ſi per annos triginta, ut uaſallus, uel ut emphyteota ſoluat,
c.1.& ibi Bal.in fin.de feud.dat.in uicem legis commiſſ.
¶ Præterea ex quo ſer Hieronymus ſciuit rem emphyteo-
ticam eſſe dominæ Giliæ quoad utile dominium, & melio-
ramenta, prout apparet ex ſolutionibus penſionum ab eo
quandoque factis, Item cum locando illius nomine quan-
doque dixerit domos ad dominam Giliam iure utilis domi-
nij ſpectare, ſequitur, quòd ipſe ſoluendo penſiones cenſe-
tur illas nomine dominæ Giliæ, & iure familiaritatis ſoluiſ-
ſe, quia non conueniebat, quòd permitteret uxorem eius
per ſe ire ad ſoluendum penſiones argumento d.l.qui iure
familiaritatis cum ibi not. ¶ Adde, quòd ſer Hieronymus
ſæpè ſoluit ut hæres Nicolai, ueluti in partitis librorum ho-
ſpitalis apparet, & tamen conſtat falſiſſimum eſſe ipſum
fuiſſe illius hæredem: Item ſoluit abſente domina Gilia, &
partitæ librorum fuerunt ſcriptæ illa abſente, & ignorante,
ergo non potuerunt præiudicare dominæ Giliæ iuxta ea,
quæ habentur per Bartolum, & alios in l. admonendi ff. de
iureiurand.& quia ſatis notum in ſe eſt, quòd dictis libris ho
ſpitalis tanquam uariis, & inter ſe contrariis, & ſcriptis ab
iis, qui ius ſcribendi abſque commiſſione dictæ dominæ Gi-
liæ, & ad eius præiudicium non habuerunt, ideò ſuper hoc
non inſiſto, & quoad has partitas ſufficiant reſponſiones da
tæ per procuratorem ipſius dominæ Giliæ.
¶ Dum ad hæc opponitur per aduerſarios contra dictum
inſtrumentum locationis factæ à ſer Hieronymo etiam no-
mine dictæ dominæ Giliæ, pro qua de rato promiſit, in quo
ipſe fatetur, præfatas domos quoad utile dominium ad ip-
ſam dominam Giliam ſpectare, quòd per tale inſtrumen-
tum dici nō poteſt ſer Hieronymum ratificaſſe locationem
factam in emphyteoſim dominæ Giliæ, nam quod non fuit
nomine meo geſtum, non poſſum ratum habere cap.ratum
de regul. iuris in 6. cum ſimilibus, reſponderi poteſt, quòd
24 † licet id, quod non eſt geſtum nomine meo, non poſſim ad
commodum, & utilitatem meam ratum habere quoad hoc,
ut ex ratificatione mihi actio, & ius agendi acquiratur l. ſi
pupilli §.ſed ſi ego ff.de negotiis geſtis, tamen quoad mihi
præiudicandum poſſum habere ratum id, quod meo nomi-
ne geſtum non fuit, & ad hoc pro nunc ſufficiat doctrina,
& theorica Bartoli ueriſſima in l. 1. §. ſed & ſi ff.de ui, & ui
armata: & hic eſt caſus noſter, in quo per huiuſmodi ratifi-
cationem à ſer Hieronymo in dicto inſtrumento factam ip-
ſe potuit ſibi præiudicare: Immò ſi benè animaduertatur,
nullum potuit dici factum fuiſſe præiudicium dicto ſer Hie
ronymo quoad utile dominium, nec quoad melioramenta
reſpectu dominij, cum ipſe in dictis domibus nullum ha-
buerit ius directi dominij, uel utilis, niſi ſolū reſpectu pigno
ris, quod ſibi fuit illæsè reſeruatum, & adhuc eſt penes hæ-
redes dicti ſer Hieronymi, & conſequenter reuocabiliter,
uel ſequuta ſatisfactione debiti, uel ob cauſam reſtitutio-
nis dotium. Vnde per dictum inſtrumentum locationis fa-
ctæ nomine dominæ Giliæ, pro qua ſer Hieronymus de ra-
to promiſit, & in quo ipſe affirmauit domos locatas iure uti
lis dominij ad dominam Giliam ſpectare, manifeſtè colligi
tur, non eundo per ambages, quòd domus non fuerunt di-
cti ſer Hieronymi ratione utilis dominij, nec directi, ſed ip-
ſius dominæ Giliæ, ut de utili illius dominio conſtat ex loca
tione ei facta ab hoſpitali, item ex confeſſione, & aſſertione
facta à ſer Hieronymo in dicto locationis inſtrumento, ut
ſupra, de directo uerò conſtat per inſtrumentum francha-
tionis de dictis domibus ab ipſa domina Gilia, ſeu eius no-
mine factæ: & ideò non eſt quærendum in caſu iſto de alia
ſer Hieronymi ratificatione, cum abſque ea ex facto pro-
prio ipſius ſer Hieronymi, & ex dictis inſtrumentis luce me
ridiana clarius conſtet de utili, & ſucceſſiuè de directo do-
minio dominæ Giliæ, quod non potuit eſſe penes plures in
ſolidum, hoc eſt penes dominam Giliam, & penes ſer Hie-
ronymum, ſeu eius filios. Præterea dum dicitur, non eſſe
adhibendam fidem inſtrumento dictæ locationis, quia non
fuit ſcriptum manu notarij, qui fuit de eo rogatus per alle-
25 gata in dubiis, reſpondetur † id locum habere, quando
non eſſet ſubſcriptum manu illius notarij, qui fuit rogatus,
ſecus ſi ſubſcriptum fuit per l. ſi ita ſtipulatus §. griſogonus
ff.de uerb.obl. & hic ſtylus communiter in hac ciuitate ob-
ſeruatur, & faciunt ea, quæ habentur in cap.1. & in cap.
cum P. de fide inſtrumentorum. ¶ Vnum aliud ridicu-
lum ſomnium ponitur per aduerſarios circa hoc, quòd ſer
Hieronymus locando, ut ſupra, & aſſerendo domos ad do-
minam Giliam ſpectare non potuerit filiis ſuis præiudica-
re, quia dicitur conceſſa ſer Hieronymo, & deſcendenti-
bus ſuis uſque in tertiam generationem, uel ſaltem pro filiis
maſculis: quo ſtante pater non potuit ipſis præiudicare per
Bartolum in l. ut iuriſiurandi §. ſi liberi ff. de operis li-
bertorum, Iaſ.in l.2.C.de iure emphyteo.colum.67.uerſic.
quarto quæro, & col.55. Sed reſpondetur contra has con-
iecturas, & præſumptiones ueritatem adeſſe, quòd domus
conceſſæ non fuerunt in emphyteoſim pro ſe, & deſcenden
tibus, nec pro ſe, & filiis maſculis ipſi ſer Hieronymo, ſed
ipſi dominæ Giliæ ſolum, & hæredibus ſuis, ſer Hieronymo
autem pro ſe, & hæredibus ſuis fuerunt ſpecialiter, & gene
26 raliter pro dote pignoratæ, & hypothecatæ: & † cum
contractus emphyteoticus de ſui natura, & ſubſtantia expo
ſcat ſcripturam, & quòd in ſcriptis fiat, ut in §.adeò Inſtitu.
de empt.& uenditio.l.1.C.de iure emphyteot. glo.in l.pa-
ctum, quod bona fide C.de pactis, in dubio non præſumitur
alicui celebratus, niſi in ſcriptis appareat argumento l.con
tractus C.de fide inſtrum.& in d.l.pactum, & facit id, quod
uoluit Bald.in addi.in l.qui ad certum arg. illius tex. ff.loca.
27 ¶ Præterea † pater in emphyteoſi, & feudo, quod datur etiã
pro filiis, poteſt præiudicare filiis hæredibus, qui ſimpliciter
adiuerunt hæreditatem: at ſi cum beneficio legis, & inuen-
tarij hæreditatem adiuiſſent, eatenus poteſt præiudicare,
quatenus ſe uires hæreditariæ extendunt, quia filius hæres
patris tenetur habere ratum geſtum, & factum per patrem
etiam circa res, quæ ad filios ut filios ſpectant, ueluti in ter-
minis habetur in c.1.§.hoc quoque in finalib.uer.de ſucceſ.
feu.& l.fin.C.de iure deliberan.cum ſimilibus.

Acce-

¶ Accedat ad hæc, quòd ex quo ab initio dictæ domus fuerunt datæ pignori, & hoc conſtat ex inſtrumento dotis, ad hoc, ut præſumantur datæ in emphyteoſim, uel in feudum, & ſic quoad utile dominium dicantur tranſlatæ in ſer Hieronymum, & filios, requiritur, quòd per triginta annos fuerunt præſtita ſeruitia, uel res fuerit poſſeſſa ut feudalis, ſiue ut emphyteotica ab ipſo, & filiis ſuis, alioquin cum de pignore expreſsè conſtet, non præſumitur res conceſſa in feudum, uel in emphyteoſim, niſi ut emphyteota, uel ut uaſallus poſſederint ſeruitia præſtando, uel ſoluendo, caſus eſt, ibique doctor. communiter in capitu. 1. in fin. de feud. dato in uicem legis commiſſo. Sed in caſu noſtro ſer Hieronymus, ſuique filij poſt pignus in dictis domibus conſtitutum ut emphyteotæ non ſoluerunt, nec poſſederunt per triginta annos, ergo &c. ¶ Vltimum fundamentum quodammodo à ſufficienti partium enumeratione factum non concludit in primis, quia illud præſupponit Nicolaum fuiſſe patrem dominæ Giliæ, & ideò tanquam pater ſicut potuiſſet præiudicare dominæ Giliæ iam inueſtitæ de dictis domibus illas pignorando, & aſſignando in ſolutum, ut in inſtrumento, ea præſente, & tacente, immò cõſentiente, ita etiam potuit illi præiudicare, ſi expoſtfacto fuit inueſtita, ſed non uideo, qualiter hoc argumentum concludat, & inferat id, ad quod adducitur, falſum eſt enim Nicolum fuiſſe patrem dominæ Giliæ, quinimmò ille fuit extraneus. Secundo reſpondeo, quòd Nicolaus quoad dictas domos tunc, uel in futurum noluit præiudicare dominæ Giliæ, ſed potius illi prouidere, ut ei pro dotibus ſuis magis cautum eſſet, pignorando, & hypothecando dictas domos, ac alia bona, de quibus in dicto inſtrumento, & ideò conuenit, quòd eſſet licitum ſer Hieronymo, aut dominæ Giliæ, & ſic cuilibet in ſolutum habere, ut dictum fuit: quæ omnia ad utilitatem potius, quàm ad damnum dominæ Giliæ tendunt. Præterea falſa uidetur conſequentia dicere, potuiſſet Nicolaus præiudicare dominæ Giliæ præſenti, & conſentienti quoad ius ſibi quæſitum in domibus illas pignorando argumento eorum, quæ habentur in l. quæ dotis ff. ſoluto matrimonio, ergo & ipſi debet dici præiudicaſſe circa dictas res poſtea ſibi quæſitas, ex quo Nicolaus illas præſente domina Gilia,

28 & patiente pignorauit, quoniam † facilius præiudicari poteſt mihi conſentienti quoad res meas, & quoad ius iam quæſitum, quàm quoad ius quærendum, & nondum quæſitum, ut colligitur ex iis, quæ uoluit Bartol. in l. qui romæ §. duo fratres in ſuis quæſtionibus ff. de uerborum obligation. & not. in l. 1. & ibi Bartol. C. de pactis, & maximè quando ius nondum fuit quæſitum, nec ſpes ueriſimilis erat, quòd eſſet quærendum, ut ibi, prout in caſu noſtro eo tempore, quo Nicolaus domos prædictas ſer Hieronymo pro dote obligauit, ſeu pignorauit, domina Gilia ſpem ueriſimilem non habuit, quòd ipſa de dicta re eſſet ab hoſpitali inueſtienda, quamuis poſtea euenerit, quòd fuerit inueſtita: ergo licet eo tempore, quo Nicolaus dictas domos ſer Hieronymo obligauit, ipſa domina Gilia eſſet præſens, & tacens, non tamen cenſeri debet ſibi uoluiſſe præiudicare quoad domos, & ius, quod ipſa erat in illis habitura, cum illud ius tunc ignorauerit, nec ueriſimiliter de eo cogitare potuerit, quoniam diuinare non potuit l. ſi putator in fin. ff. ad legem aquiliam, & capitu. unico ut eccleſ. benefic. cum ſimilibus. Rurſus domina Gilia fuit tunc præſens, ut ſibi acquireret ius in bonis, & domibus, & in perſona dicti Nicolai reſpectu dotium ſuarum, & maximè in dictis domibus, ergo hæc ſua ſcientia, & præſentia non debet contrarium operari, ut dicatur uoluiſſe ſibi in illis præiudicare argumento not. per Bartolum in dicta l. quæ dotis, ac etiam quia inducta ad unum effectum non operãtur contrariũ, nec inducta ad augumẽtum operantur diminutionem l. legata inutiliter ff. de adimen. lega. l. nulla ff. de legibus, & l. quod fauore C. eod. tit. Illud etiam, quod præſupponitur, uidelicet dominam Giliam tractare de lucro, hæredes uerò ſer Hieronymi de dãno uitando, eſt falſum, & cõtrarium ex prædictis colligitur. ¶ Præſupponitur etiam unum aliud in dubiis exhibitis,

29 quòd † conditiones etiam uoluntariæ appoſitæ in teſtamento, uel in aliis diſpoſitionibus hominis poſſunt per caſum æquipollentem adimpleri quoad effectum, de quo agitur: Quod uerum non uidetur, & contrarium tenent doctores magis communiter in l. gallus §. & quid ſi tantum ff. de libe. & poſthum. ubi Barto. Alexan. & alij hoc uolunt: & cum in conſulendo, & iudicando à communi opinione non ſit recedendum, ideò ſuper hoc aliter non inſiſto.

¶ Præſupponitur & aliud in dubiis, quòd emphyteoſis de domibus recepta, ſeu ſtipulata à Nicolao pro ſe, & domina Ioanna, & hæredibus ipſorum non fuit acquiſita dominæ Ioannæ, quæ conceſſionem illam eius nomine receptam nõ ratificauit, argumento eorum, quæ habentur per Bartolum, & Alexand. in l. ſi mihi, & titio ff. de uerborum obligat. cum

30 ſimilibus: Sed contrarium eſt uerius, quia † ipſi potuit acquiri ſequuta ratificatione, ut in d. l. ſi mihi, & Titio, cum ſimilibus, & ſatis fuit tacita ratificatio argumen. l. paulus reſpondet ff. rem ratam habe. l. ſi filius ff. ad macedon. clem. 1. de procurato. Barto. in l. procurator ff. rem ratam haberi, & in l. 1. C. ſi min. ſe maio. dixẽ. cum ſimilib. At domina Ioanna multipliciter potuit dici tacitè ratificaſſe, & maximè quando ipſa pro iure, quod in dictis domibus habebat, interfuit inueſtituræ factæ in perſonam dom. Giliæ, ergo &c. ¶ Dum præſupponitur etiam ex aduerſo, quòd emphyteoſis per Nicolaum ſtipulata non potuit tranſire ad ipſius hæredes, quia erant extranei, & fœminæ, ad quos, & quas emphyteoſis eccleſiæ non eſt tranſitoria per ea, quæ in oppoſitum allegantur, reſpondetur primo quoad tranſitum ad hæ

31 redes extraneos, quòd † licet ſui natura non ſit ad extraneos tranſitoria, tamen quando fuit conceſſa pro hæredibus, multi tenuerunt, quòd cenſeatur eſſe quid hæreditariũ ad tradita per Bartolum, & Alexan. in l. ſi patroni ff. ad trebellian. in l. etiam ff. ſoluto matrimon. & in l. quod dicitur ff. de uerborum obligat. & tunc ſecundum Felin. in c. in præſentia de probationib. dicentem hanc eſſe communem opinionem ea poteſt ad extraneos tranſire, quamuis Decius

32 ibi contrarium dicat: Sed quòd † emphyteoſis eccleſiæ conceſſa pro ſe, & hæredibus ſit ad fœminas tranſitoria, eſt uериſſimum, ut per Alexand. in d. l. quod dicitur colum. 25. Paul. de Caſt. in l. 1. colum. 2. C. de condit. inſert. Petr. de Ancha. in conſil. 421. quidam ſer Antonius, & Bal. & Alex. in l. ſed ſi hac §. liberos ff. de in ius uocan. Præterea, poſito eam in terminis noſtris non potuiſſe tranſire ad hæredes extraneos, nec ad fœminas per uiam ſucceſſionis uniuerſalis, quare magis potuit tranſire ad ſer Hieronymum, qui quoad Nicolaum fuit penitus extraneus, & ex titulo pignoris,

33 & alienationis, & ſic ſingulari reprobato? tum quia † emphytoſis magis tranſit, ſeu tranſire debet ad hæredes, & ſic cum uniuerſitate bonorum, & titulo uniuerſali, quam ad ſingulares ſucceſſores, & titulo ſingulari l. fin. C. de iur. emphyteo. cum ibi not. per doctores, & in cap. potuit de loca.

34 & † quid facilius tranſit cum uniuerſitate, & titulo uniuerſali, quàm titulo ſingulari capitu. ex literis de iure patron. l. quædam ff. de acquiren. rerum domin. & Roman. in ſingul. 58. cum ſimilibus. Vlterius nolo inſiſtere, quoniam ſi ſingulis adductis in dubiis uellem reſpondere, eamque remouere, ante diem clauſo componet ueſper olympo. Propterea excellentiſſimus dominus iudex reliqua ſuppleat. Laus Deo.

ADDITIO.

EXCELLENTISSIME domine, in hac cauſa
Zannina, quæ toties reuiuiſcit, quoties deuincitur, & uno
abſciſſo capite multa naſcuntur, audio poſtremo contra
dominam Giliam opponi de quadam aſſerta relatione iam
diu facta per quendam dominum Albertum tunc Audito-
rem Reuerendiſſimi domini Locumtenentis Bononiæ, ut
dicitur, commiſſarium ad referendum aſſumptum ſuper
duabus relationibus domini Egidij,& domini Galeotti de
directo contrariis, in qua hæc uerba extant, declarando
etiam refert dictam domum, de qua ſupra, ſeu eius me-
lioramenta, & utile dominium remanere debere dicto ſer
Hieronymo, ;ultra dictas libras ſeptingentas uiginti ſex:
Quam tamen domum offert dictus ſer Hieronymus ſe uel-
le dare pro libris quingentis, quandocunque ſer Antonius
uoluerit infra annum , prius tamen exburſatis omnibus
quantitatibus, de quibus ſupra, per hæc enim uerba in-
nuunt aduerſarij, quòd domus quoad melioramenta, &
quoad utile dominium dicatur effecta propria ipſius ſer
Hieronymi irreuocabiliter tanquam æſtimata tali æſtima-
35 tione, quæ faciat emptionem, quia † uerbum remane-
re importat idem, quod reddere, uel reſtituere, ſed redde-
re habet ſignificationem per ſe dandi l. uerbum reddendi ff.
de uerborum ſignificatio. l. hæres meus in principio, & ibi
Bartol. ff. de legatis 3. l. cum quidam in fine ff. de legat. 2. l.
qui uxori in princip. cum gloſ. ff. de auro, & argento lega.
verbum autem dare importat dominium transferre, & ple
no iure transferre §. ſic itaque Inſtitu. de act. l. ubi autem in
fine ff. de uerborum obligation. ergo & uerbum remanere
hoc idem importare dicitur: & hanc declarationem, ſiue
ſententiam à ſer Hieronymo etiam nomine dominæ Gi-
liæ acceptatam ipſa domina Gilia ratificauit, & approba-
uit per ea, quæ geſſit in inſtrumento confecto de anno
1491. ſub die 21. Februarij, in quo facta fuit reſeruatio
per illa uerba, ac etiam reſeruato iure dictæ dominæ Gi-
36 liæ &c. Præterea † illa uerba, quibus dominus Alber-
tus uoluit domum remanere debere dicto ſer Hieronymo,
fuerunt ſimpliciter directa ad ſer Hieronymum ſub eius
nomine proprio tantum, ergo ipſi ſer Hieronymo ſolum di
cetur domus aſſignata, & acquiſita, non autem ipſi ut ma-
rito, & coniunctæ perſonæ per ea, quæ in ſimili uoluit Bar-
tolus in l. 1. §. nunciatio ff. de noui operis nunciatio. per tex-
tum in l. 3. §. quod de tutore uel ſicu. & ſi quidem tutor ff. iu
dicat. ſolui, & per gloſam in l. penultima ff. qui ſatiſdare co-
gantur, & per rationem l. & magis ff. de ſolutio. & per nota.
per Bartolum in l. poſt mortem ff. quando ex fac. tuto.
¶ Vltimo pro hæredibus dicti ſer Hieronymi uidentur face
re ea, quæ habentur in quadam aſſerta relatione facta per
dominum Egidium, ad cuius cõfirmationem poſtea ſequu-
ta fuit relatio alia facta per dominum Carolum, in qua di-
citur, deducta æſtimatione melioramentorum, & utilis do-
minij olim ſpectantium ad dictum ſer Hieronymum in di-
ctis domibus deſcriptis in inſtrumento dictæ promiſſionis
dotis ſitis Bononiæ nunc tentis, & poſſeſſis per ipſum ſer
37 Hieronymum, ſiue per dominam Giliam &c. & † ſpecta-
re id dicitur, quod iure dominij debetur, & pertinet, ut per
Hoſtien. in c. licet extra de probatio. c. cum ad ſedem de re-
ſtitutio. ſpoliatorum, & cap. cum ueniſſent extra de inſtitut.
cum ſimilibus. ¶ Sed his non obſtantibus, non recedendo
ab alijs, quæ ad fauorem dominæ Giliæ ſæpius dicta fuerunt
concludo domum quoad melioramẽta, & utile dominium,
immò ex franchatione poſtea per eam facta etiam quoad
directum, & plenum dominium ſpectare, & pertinere ad
dictam dominam Giliam, prout in aliis meis allegationibus
ſupra fuit oſtenſum, ad quas breuitatis cauſa me remitto.
Nunc ſolum reſpondendum eſt iis, quæ proximè ſunt dicta,
ponderando uerba prædictæ relationis factæ per dominum
Albertum auditorem, & commiſſarium: & ad hoc præſup-
pono, quòd ſer Hieronymus de Zannis tanquam maritus,
& coniuncta perſona dominæ Giliæ eius uxoris, ac etiam
ſuo principali nomine coram domino Egidio, & domino
Galeotto commiſſariis ad referendum Reuerendiſſimi do-
mini Locumtenentis mouit litem contra Antonium de Mõ
te caluo, & dominam Catherinam eius uxorem ſuper re-
bus, & bonis olim ipſi dominæ Giliæ donatis à Nicolao de
Budriolis, & in hac cauſa uſque ad relationem incluſiuè per
dictos dominos commiſſarios factam ſemper dictus ſer Hie
ronymus comparuit, & ad omnes actus fuit citatus tãquam
maritus, & coniuncta perſona dominæ Giliæ: Comparuit
etiam in dicta cauſa ſer Franciſcus de Ghiſeleriis tanquam
procuraror dominæ Giliæ, & citatus fuit, item ſer Hierony-
mus ad æſtimandum domum tanquam coniuncta perſona
dominæ Giliæ aſſumpſit magiſtrum Ioannem Campanam,
ut apparet in actis: Similiter ſer Hieronymus ſimpliciter ut
maritus, & coniuncta perſona fuit monitus, & citatus pro
parte Reuerendiſſimi domini ad audiendam primam rela-
tionem factam per dominum Egidium, & dominum Ga-
leottum, qui contrarias fecerunt relationes, à quibus rela-
tionibus fuit appellatum, & cauſa commiſſa fuit domino Al
berto auditori ad referendum: deinde ſer Hieronymus ſim
pliciter ut maritus, & coniuncta perſona dominæ Giliæ fuit
per Reuerendiſſimum dominum monitus ad publicandum
relationem domini Egidij, quæ publicata fuit præſentibus
partibus, & in parte, & partibus acceptantibus, & in parte;
& partibus appellantibus, & querelantibus, quæ cauſa quæ
relæ fuit commiſſa domino Vicario domini Poteſtatis, qui
die 17. Auguſti, & de anno 1490. ſuam relationem publica
uit: & quoniam per aduerſarios ſolum fit fundamentum ſu
per relatione dicti domini Egidij in illis uerbis, ac æſtima-
tione melioramentorum, & utilis dominij &c. de quibus ſu
38 pra, ideò dico, quòd † dominus Egidius poſtponendo, &
relinquendo terminos cauſæ, & petitionis propoſitæ motus;
ut ipſe aſſeruit, ex quadam æquitate retulit, ut ſupra: quo
fit, ut eius relatio penitus nulla, & nullius momenti fuerit,
tanquam non facta iuxta formam, & tenorem petitionis fa
ctæ c. licet heli de ſimon. c. qualiter, & quando el 2. de accu
ſatio. & l. ut fundus ff. communi diuidun. cum ſimilibus ibi
allegatis: & iudex fatuus reputatur, qui ſententiam non con
formem petitioni tulit l. fin. C. de fideicommiſſ. liber. & Bar.
in l. ſtipulationes non diuiduntur in quæſt. 9. ff. de uerborum
obligatio. ergo ſuper illa relatione fundamentum fieri non
poteſt. Præterea poſito, ſed non conceſſo, quòd dicta rela-
tio ſtaret, uireſque haberet, tamen dico illam adhuc nõ ob-
ſtare dominæ Giliæ, quoniam uerba ſupradicta, quæ uiden-
tur ſimpliciter relata ad perſonam ſer Hieronymi, ut ibi
olim ſpectantium ad dictum ſer Hieronymum, debent in-
telligi prolata etiam ad fauorem dominæ Giliæ, cuius nomi
ne fuit relatio per ſer Hieronymum ut maritum, & coniun
ctam perſonam acceptata: nam ex quo ſer Hieronymus
fuit ſimpliciter citatus, & monitus ut maritus, & tanquam
coniuncta perſona dominæ Giliæ eius uxoris ad uidendum
dictam relationem publicari, ſequitur, quòd factum ſimpli-
citer ſub eius nomine, & perſona debet intelligi factum, &
acceptatum ab eo tanquam marito, & coniuncta perſona
39 dominæ Giliæ, quia † ubicunque quid cœpit ab initio fie-
ri nomine alieno, ſeu adminiſtratorio nomine alterius, de-
inde in proſequutione aliquid fuit factum ſub illius nomi-
ne proprio ſimpliciter, & abſque nomine officij; aut alte-
rius, illud etiam cenſetur actum, ſeu receptum ab eo tan-
quam

quam adminſtratorio nomine,& ſic eo nomine,quo ab initio cœpit fieri, ut notabiliter uoluit Bald. per illum textum in l.ita ſtipulatus §.griſogonus ff.de uerborum obligation. Bar.in l.qui ſeruum per illum textum ff.de interroga.actio. Bal.in l.procurator,qui pro euictione ff.de procur.& Alex. in l.1.§.nunciatio in 4.colum.uerſic. & prædictis adde ff.de

40 noui operis nunciat. ¶ Præterea † cum ſer Hieronymus fuerit citatus ſimpliciter ut maritus, & coniuncta perſona ad audiendum relationem,non autem nomine ſuo,prout in actis,ſequitur ex hoc, quòd omnia contenta in dicta relatione,quæ ſonant in fauorem ſer Hieronymi,etiam ſub ſimplici nomine proprio ipſius dicantur facta,& relata ad eū, ut ad maritum,& coniunctam perſonam dominæ Giliæ, & hoc,ut relata,& facta ſimpliciter intelligantur,& interpretentur ſecundum præambulam citationem, quoniam quando quis eſt citatus ad aliquem actum, ſi ille actus aliter geritur in qualitate,aut in ſubſtantia,quam fuerit dictum in citatione,actus non ualet Bartol.in l.aut qui aliter in princip. ff.quod ui, aut clam: ergo in terminis noſtris ut actus relationis ualeat,debet intelligi, & interpretari, quòd dicatur factus nomine ſer Hieronymi ut mariti,& coniunctæ perſonæ,non autem ſimpliciter ſub eius nomine, nam ſemper fieri debet interpretatio, ut actus ualeat, & non pereat l.ſi quando ff.de legat.1.in princip.l.titia§.lucius ff.de legat.2. & ideò cum actus relationis in illa parte,de qua ſupra, poſſit dici factus nomine ſolius ſer Hieronymi,prout uerba ſonant,item eius nomine ut mariti, & coniunctæ perſonæ dominæ Giliæ,attenta citatione facta, & ſecundum primum modum actus relationis in illa parte non ualeret, tanquam aliter in ſubſtantia,ſeu in qualitate geſtus,quam fuerit facta citatio, ut ſupra, & ſecundum alium modum actus ualeret tanquam conformis in ſubſtantia ipſi citationi, ſequitur, quòd interpretatio eſt facienda, ut actus relationis in illa parte dicatur factus ſub nomine ſer Hieronymi ut mariti, & coniunctæ perſonæ, & non ipſius nomine tantum: ita enim intelligendo actus conſeruatur: ad quod nobis opti-

41 mè inſeruit † id,quod colligitur ex uerbis Bartoli in l.poſt mortem ff.quando ex fact.tuto.& Bald.in l.procurator,qui pro euictione in finalibus uerbis ff. de procuratoribus, ubi actus,qui fit ſimpliciter ſub nomine alicuius, ſemper debet intelligi eo modo,& ſub illo nomine, quo actus ualere po-

42 teſt: Et † quoties aliqua diſpoſitio continet plura capitula,& in uno fit mentio officij qualificando diſpoſitionem,& in aliis uerba ſunt ſimpliciter prolata ſine nomine officij, & abſque eo,quod fuerint aliter qualificata, tunc totus actus diſpoſitionis debet intelligi actus eodem modo qualificatus,ut ibi per Baldum per textum in l.lucius ff.de fideicommiſs.liber. ¶ Quibus omnibus ſtantibus infertur, quòd dicta uerba relationis non inferunt neceſſario, quòd melioramenta, & utile dominium dictæ domus ſpectant ſolùm ad dictum ſer Hieronymum,ſed ad ipſum ut maritum, &

43 coniunctam perſonam per prædicta. Præterea † ex quo dicta melioramenta,ac utile dominium dicuntur aſſignata ſer Hieronymo ex cauſa dotis dominæ Giliæ, ut latius alias fuit probatum,& demonſtratum,uerum erit dicere ſimpliciter dicta melioramenta ſpectare, & pertinere ad ſer Hieronymum quoad proprietatem,& poſſeſſionem iure mariti, & reuocabiliter,prout aliæ res dotales ad maritum ſpectare dicuntur l. doce ancillam C.de rei uendicatio. & l.in rebus C.de iure dotium: ſed ſoluto matrimonio pleno iure,& irreuocabiliter ad uxorem ſpectant d.l.in rebus,& d.l. doce ancillam, & conſequenter uerba dictæ relationis, etiam prout iacent, capi, & intelligi poſſunt, ſed eo modo, quo dictum fuit. ¶ Et eodem modo per omnia, ſicuti ſupra dictum fuit,debent intelligi,& declarari uerba relationis domini Alberti, cui tanquam ultimo loco factæ ſtandum eſt,ibi declarãdo etiam refert dictam domum, de qua ſupra &c.per eadem iura,eaſdemque rationes, ut intelligantur dicta uerba prolata ad fauorem ſer Hieronymi ut mariti,& coniunctæ perſonæ, non autem ſimpliciter illius nomine: Item quòd melioramenta,ac utile dominium debeant ſer Hieronymo remanere reuocabiliter, & iure dotis, & maritali, quo caſu etiam poſſunt dici remanere ipſi ſer Hieronymo ſimpliciter, cum maritus ſimpliciter dicatur dominus rerum dotalium d.l.doce ancillam, & d.l.in rebus. ¶ Ponderandã ſunt etiam illa uerba, uidelicet melioramenta,& utile dominium remanere debere ſer Hieronymo ultra dictas libras ſeptingentas uiginti ſex, iunctis aliis uerbis præcedentibus: Ex quibus conſtat,quòd libræ ſeptingentæ, & uiginti ſex deberi dicuntur dominæ Giliæ, & ſer Hieronymo pro ſupplemento maximè librarum duarum mille ex cauſa dotis debitarum: ergo & ſimiliter dicendum eſt dicta melioramenta, ac utile dominium eodem iure deberi ſer Hieronymo,& conſequenter etiam dominæ Giliæ,tum quia ponuntur ſub una,eademque determinatione, & propterea pariformiter debent determinari argumento l.nam hoc iure ff. de uulgari, & pupillar. prout

44 etiam innuit dictio ultra, † quæ facit, ut unumquodque eodem iure debeatur cap.raynutius cum gloſ.ibique Abb. Imol. & alij de teſtamen. tum quia ſequentia declarantur per præcedentia l.ſi ſeruus plurium in fin. ff. de legat.1. & l.nummis ff.de legatis 3. cum ſimilibus, tum etiam & fortius,quia dicta melioramenta, ac utile dominium apparent aſſignata,& declarata fuerunt debere remanere ſer Hieronymo pro libris quingentis, & quinquaginta, & hoc pro parte librarum duarum mille ex cauſa dotis dominæ Giliæ debitarum ipſi ſer Hieronymo, ut habetur in dicta relatione domini Alberti ferè in principio ibi, quia refert dictam dominam Giliam, ſeu ſer Hieronymum reſtare creditores, & habere debere in bonis, & hæreditate dicti Nicolai pro reſto librarum duarum mille promiſſarum in dicta renunciatione in libris trecentis,& nonaginta una, & hoc attento,quòd utile dominium, & melioramenta domus, quam ſer Hieronymus ad præſens tenet, & de qua in relatione domini Egidij,non fuerunt æſtimata, niſi pro libris quingentis, & quinquaginta &c. & in relatione domini Egidij clarè conſtat,quòd dictæ libræ quingentæ, & quinquaginta, quibus melioramenta,ac utile dominium fuerunt æſtimata, fuerunt computatæ in parte dictarum librarum debitarum ex cauſa dotis, pro quarum parte etiam ſimiliter melioramenta,& utile dominium prædictum ſer Hieronymo remanſiſſe apparent:ergo poſt mortem illius ad dominam Giliam ipſo, & pleno iure reuerſa dicuntur d.l.in rebus,& l.1.cum ſimilibus C.de iure dotium, nullo enim modo conſtat ea melioramenta, & utile dominium fuiſſe ſer Hieronymo pro dictis libris quingentis, & quinquaginta adiudicata, nec in ſolutum aſſignata tali æſtimatione, quæ emptionem faciat, prout in dubio non eſt præſumendum, ut habetur in ſtatuto in aliis meis allegationis adducto,& ibi latius dixi. ¶ Præterea dato,ſed non conceſſo,quòd melioramenta,ac utile dominium fuiſſent ſer Hieronymo in ſolutum aſſignata tali æſtimatione,quæ emptionem facerent, tamen domus prædictæ quoad directum dominium, ac ciuilem poſſeſſionem dicerentur omnino eſſe ipſius dominæ Giliæ,quæ ſubintrauit in locum domini directi,hoc eſt hoſpitalis per franchationem ab ipſa ſola factam: ergo hæredes ſer Hieronymi habere dicerentur ſolum ius conducendi,hoc eſt utile dominium,& melioramenta cum onere ſoluendi dominæ Giliæ conſuetum canonem ſingulis annis, prout ipſi hoſpitali ſolui debebat, & cum dicti hæredes per multos

multos annos canonem ſcienter non ſoluerint, dicuntur à iure ſuo cecidiſſe ad tradita per gloſam in capitu. literæ de dilatio. in capitu. potuit de locat. & l. 2. C. de iure emphyteotico: Et hæc procederent, ſi uerum eſſet, quòd melioramenta, ac utile dominium fuiſſent aſſignata pro libris quingentis, & quinquaginta tali æſtimatione, quæ emptionem feciſſet: Sed quia hoc negatur, &, ut dixi, in dubio non præſumitur, niſi fuerit expreſsè dictum, ideò dicendum eſt, quòd ex quo per mortem ſer Hieronymi domus quoad melioramenta, ac utile dominium rediit ad dominam Giliam, prout aliud dotis reſiduum dicitur rediiſſe, utile dominium per conſolidationem illius factam cum directo dominio in perſona dominæ Giliæ euanuit, & extinctum fuit, & plena proprietas dictæ domus dicitur pleno iure ad dominam Giliam ſpectare, nam
45 ubicunque † in eadem perſona utile dominium cum directo iungitur, utile dominium amplius non eſt in conſideratione, ſed cum directo conſolidatur, & efficitur aliud dominium, hoc eſt plenum dominium: Sicut dicitur de uſufructu, qui dicitur ipſo iure cum proprietate conſolidari finito uſufructu, ut notabiliter declarat Bald. in l. 1. quæſtio. 46. ff. de rerum diuiſione, & faciunt, quæ habentur per Alexandr. in l. interdum in fin. ff. de acquiren. poſſeſ.

¶ Vltimò noto illa uerba relationis domini Alberti, ſuper quibus fit fundamentum per aduerſarios, qui ſolam dictam relationem ad eorum fauorem produxerunt, quibus dicitur, declarando etiam refert, dictam domum, de qua ſupra, ſeu eius melioramenta, & utile dominium remanere debere ſer Hieronymo ultra dictas libras ſeptingentas uigintiſex &c. quia ex huiuſmodi uerbis non poteſt dici aliquod aliud ius fuiſſe in dictis domibus, & melioramentis acquiſitum, quam ipſe prius habuerit, & ſic non poteſt dici aliquid de nouo ſer Hieronymo acquiſitum, ſed ſolum illud, quod prius habebat, reſeruatum,
46 nam † uerbum remanere propriè importat idem, quod retinere, & eo iure, quo quis prius habebat, & non ultra l. 2. §. item ſi uoluntate cum ſequen. cum ibi notatis. ff. ſoluto matrimonio, l. patre furioſo in princip. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuris: Impropriè uerò ſumitur cauſa contrarietatis, & abſurdi euitandi pro reddere, ſeu reſtituere, ut eſt text. ibique omnes doctores in l. ſi cum ante C. de donatio. ante nuptias: In caſu autem noſtro debet intelligi propriè pro retinere eodem iure, quo prius habebat adeò, quòd ex hoc non dicatur aliquod ius de nouo acquiſitum illi, ad quem uerbum remanere refertur, alioquin ſi impropriè ſumeretur, ſequeretur abſurdum, & præiudicium dominæ Giliæ, & reſultaret contrarietas inter ipſam relationem, & citationes factas, ut ſupra dictum fuit: Quod non eſt dicendum, quia gratia euitandi contrarietatem, ſeu præiudicium, & abſurdum uerbum remanere intelligitur impropriè pro reddere, & reſtituere taliter, quòd de nouo aliquod ius acquiratur illi, ad quem refertur, non autem quando abſurdum, & præiudicium alterius, ſeu contrarietas reſultaret per prædicta. Pars ergo aduerſa dictam relationem domini Alberti in illis uerbis ad ſui fauorem deducens fuit decepta, quoniam ex ea, ſeu ex illius uerbis nullum ius potuit dici de nouo acquiſitum ſer Hieronymo, ſed ſolum id reſeruatum, quod prius habebat, & ſic illud ius tantum, quod habebat tanquam maritus, & coniuncta perſona, & reuocabiliter, ut in aliis rebus dotalibus. Et ex prædictis apparent reſoluta omnia, quæ in contrarium ſupra adducebantur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Fructus pignoris in ſortem computantur, & ſortem ipſo iure attenuant, alioquin eſſet uſura prohibita:*
Fallit in cauſa dotis num. 6.

2 *Debitor, qui pignus dedit, quocunque temporis ſpatio etiam longiſſimo excludi per creditorem non poteſt à facultate offerendi pecuniam debitam, ut pignus ſibi reſtituatur:*
Et quomodo hoc procedat num. 7.

3 *Ex datione in ſolutum ita dominium in creditorem transfertur, ſicut ex uenditione, ſi debitor tradem erat dominus, aliàs uſucapiendi, & præſcribendi conditio.*

4 *Poſſeſſio rei alicuius per longum tempus ex quo titulo præſumatur.*

5 *Titulus allegatus quando poſſeſſione longiſſimi temporis probetur.*

8 *Princeps ex ſua plenitudine poteſtatis poteſt etiam abſque cauſa bannitos, & rebelles ad bona etiam alteri acquiſita, & ab alio poſſeſſa reſtituere.*

9 *Mors alicuius non præſumitur, niſi probetur.*

10 *Argumentum ex maioritate rationis etiam in gratiis procedit.*

11 *Priuilegium in dubio ſemper eſt præſumendum reale, & non merè perſonale, & ad hæredes etiam tranſire debet, maximè in quibus eadem, uel maior priuilegij ratio militat.*

EPITOME.

PIGNORIS, *& hypothecæ loco non fuiſſe tentam, & poſſeſſam, ſed titulo, & iure aſſignationis in ſolutum rem mulieri pro ſuis dotibus traditam, et ab ea per annos triginta, & ultra pacificè, et quietè, ac bona fide poſſeſſam, hic demonſtratur.*

CONSILIVM CCV.

CVM iam diu Chriacus de Caſtaldis ex una, & Franciſcus, ac Mattheus eius fratres ex altera ad diuiſionem bonorum ſuorum communium deueniſſent, & in diuiſione quadam domus poſita in ciuitate Bononiæ, in qua habitabant, fuiſſet ipſi Chriaco aſſignata cum onere tamen ſatisfaciendi dominæ Iulianæ de Bombice matri dictorum Franciſci, & Matthei de dotibus ſuis, quæ fuerunt, & ſunt libræ trecentæ, prout in dicto diuiſionis inſtrumento continetur, & facta diuiſione ilico per dictum Chriacum aſſignata fuiſſet dominæ Iulianæ certa pars dictæ domus, in qua ipſa à die præfatæ diuiſionis unà cum dictis filiis ſuis Mattheo, & Franciſco uſque ad mortem ſtetit, & habitauit, illamque tenuit, & poſſedit, ac poſt eius mortem dicti Franciſcus, & Mattheus, & ſucceſſiuè eorum filij, & hæredes ſemper in ea ſteterunt illam pacificè, & quietè tenendo, ac bona fide uſque ad tempora anni 1531. poſſidendo, modo quidam de Panzacchiis prætenſi ſucceſſores dicti Chriaci ex aſſerta donatione ipſis facta agunt contra hæredes, & filios dictorum Franciſci, & Matthei ſuper reſtitutione partis domus prædictæ, allegantes illam per dictum Chriacum fuiſſe dominæ Iulianæ pro dotibus ſuis pignoratam, & obligatam, & dominam Iulianam, ac ſucceſſiuè eius filios, & hæredes illam per annos triginta, & ultrà tenuiſſe, & poſſediſſe, & conſequenter † te-
1 neri fructus, ſeu penſiones in ſortem compenſare, dictaſque penſiones ſortem dictarum librarum trecentarum attenuare, alioquin eſſet uſura prohibita, & uetita, ut eſt text. in capitu. 1. & 2. ibique communiter omnes canoniſtæ, & in cap. conqueſtus extra de uſuris, cap. cum contra de pignor. l. 1. & 2. C. de pignora. actio. & C. de pac. pigno. l. 1. & ultim. ff. de pignorat. actio. & l. ſi conuenerit eodem tit. ubi idem de iure ciuili procedit, atque diſponitur.

Secundo

2 ¶Secundo præfati de Panzacchiis dicunt, quòd † ipſis ut ſucceſſoribus uniuerſalibus competit facultas offerendi pecuniam debitam, hoc eſt dictas libras trecentas, ut ſupra, debitas dictæ dominæ Iulianæ, ac hæredibus ſuis etiam poſt mille annos, & quòd domina Iuliana, ſuique hæredes per ſpatium alicuius temporis etiam longiſsimi non potuerunt aduerſus facultatem offerendi pecuniam debitam præſcribere, quamuis primus creditor poſsit iuri offerendi aduerſus ſecundum creditorem præſcribere, ut concludunt Cynus, & alij poſt glo. in l. cum notiſsimi §. t. ibique omnes doctores C. de præſcriptio. triginta annorum, Paul. de Caſt. & alij in l. ſi rem §. omnis ff. de pigno. actio. & licet gl. ibi contrarium dixerit, tamen prima opinio eſt communis, ut dicit ibi Paul. de Caſtr. & Cyn. & alij in d. l. cum notiſſimi, qui propriè ponunt caſum, quando debitor rem creditori hypothecauit, ſeu pignorauit, illi rem tradendo, quo caſu dicitur rem naturaliter, & ciuiliter poſſidere iuxta l. qui pignoris cum ſequen. ff. de acquiren. poſſeſſio. & d. l. ſi rem §. propriè cum ſimilibus, & quæ runt, an ſi creditor rem illam per annos quadraginta, & ultra tenuerit, & poſſederit, debitor præſcriptione illius temporis dicatur excluſus à facultate offerendi pecuniam debitam, ut res ſibi reſtituatur, pignuſque liberetur, & concludunt, quòd non, quia talis facultas offerendi aliquo tēporis ſpatio non tollitur. ¶Sed tamen his non obſtantibus, contrariam opinionem in caſu, de quo agitur, ueriorem eſſe exiſtimo, quòd hæredes dictorum Franciſci, & Matthei ad reſtitutionem dictæ partis domus non teneantur, etiam ſi ipſis pecunia debita offerretur, nec aliquos fructus, ſeu penſiones tenentur in ſortem computare, quoniam dicta domina Iuliana, & ſucceſſiuè eius hæredes dictam partem domus non tenuerunt, ut hypothecatam, nec ut pignoratam, ſed tanquam propriam, & aſſignatam in ſolutum à dicto Chriaco, qui immediatè poſt prædictam bonorum diuiſionem illam dominæ Iulianæ in ſolutum de-
3 dit, & aſſignauit: † ex qua datione, & aſſignatione in ſolutum tanquam ex contractu uenditionis transfertur dominium in creditorem, cui datum fuit in ſolutum, ſi debitor tradens erat dominus, alioquin transfertur uſucapiendi, & præſcribendi conditio ex ſoluto, uel ex titulo, propter quem datum fuit l. t. cum ibi not. per glo. t. & fin. ff. pro ſoluto. Quòd autem hæc pars domus fuerit aſſignata, & in ſolutum data, prout dicunt, & allegant hæredes dominæ Iulianæ, probatur ex eo, quòd domina Iuliana, & ſucceſſiuè illius hæredes ſemper, & continuè per annos triginta, & ultra, & à die diuiſionis prædictæ illam
4 partem tenuerunt, & poſſederunt, † quo caſu ſequitur, quòd præſumitur ipſos tenuiſſe, & poſſediſſe ex titulo allegato l. quædam mulier cum ibi not. ff. de rei uendica. Item
5 † illis caſibus, quibus præſcriptio non procedit, ſeu quis non poteſt in præſcriptione etiam longiſsimi temporis ſe fundare, ſi quis principaliter titulum aliquem legitimum alleget, & in eo ſe fundet, tunc ad probandum illum titulum ſufficit poſſeſſio longiſsimi temporis, ex qua titulus allegatus præſumitur, atque probatur: Et uis eſt in modo proponendi tempus, nam ſi quis principaliter in tempore ſe fundet, allegatio temporis non prodeſt, ſi uerò principaliter in aliquo legitimo titulo ſe fundet, & ad probandum illum probet ſuam poſſeſſionem longiſsimi temporis, tunc allegatio illius temporis prodeſt, ut not. uoluit Abb. in c. querelam de electio. habetur per Bartolum, & alios in l. cum de in rem uerſo ff. de uſuris, & per legiſtas in l. ſi certis annis C. de pactis. ¶Non obſtant adducta in contrarium, & primo id, quod de compenſatione fructuum, & penſionum dicebatur, quia licet dici poſſet,
6 quòd † iura uolentia fructus rei pignoratæ debere in ſortem compenſari locum non habeant in cauſa dotis, hoc eſt in re pignorata, & hypothecata pro dote c. ſalubriter de uſuris, tamen aliter etiam poteſt reſponderi uidelicet, quòd in caſu noſtro hæc pars domus non fuit tenta, neque poſſeſſa loco pignoris, & hypothecæ, ſed tanquam ſua, & propria acquiſita ex legitimo titulo dationis in ſolutum, ex quo dominium transfertur iuxta not. per glo. fin. in d. l. t. ff. pro ſoluto, ut ſupra dictum fuit. ¶Non obſtat ſecundum contrarium, quia ſimiliter reſpondetur, quòd
7 † illa opinio Cyni, Pauli de Caſtr. & aliorum procedit in creditore, qui rem pignoratam etiam per longiſsimum tempus tenuiſſet, & poſſediſſet, quoniam aduerſus debitorem, uel cauſam ab eo habentem non poſſet præſcribere facultatem offerendi pecuniam debitam pro luitione, & liberatione pignoris, ſed in caſu noſtro dicti Franciſcus, & Mattheus creditores, eorumque hæredes dictam partem domus tenuerunt, & poſſederunt ex alio titulo legitimo, uidelicet ex titulo dationis in ſolutum, ergo ſequitur, quòd illa poſſeſſio creditorum, qui rem ciuiliter, & naturaliter poſſederunt, non potuit debitori, ſeu eius ſucceſſoribus prodeſſe, ſed ſolum creditoribus, ad quos dominium dictæ partis domus poſtea peruenit argumento l. cum & ſortis §. pignus, ibique Paul. de Caſtr. ff. de pignoratitia actio. Et hæc quoad cauſam conuentionis per dictos de Panzacchiis contra hæredes, & filios dictorum Franciſci, & Matthei motam dicta ſufficiant. ¶Quo uerò ad cauſam reconuentionis per dictos hæredes, & filios contra illos de Panzacchijs motam, uidetur concludendum eſſe, dictos de Panzacchiis debere condemnari ad relaxationem, & reſtitutionem bonorum dicti olim Chriachi, quæ illi de Panzacchiis tenent, & occupant occaſione cuiuſdam aſſertæ donationis, ſeu ceſsionis ipſis factæ à tunc Reuerendiſsimo domino Gubernatore Bononiæ, quoniam poſt rebellionem dicti Chriachi, qui fuit pro rebelle bannitus tanquam unus de ſequacibus Bentiuolorum, fuit à Papa conceſſa reſtitutio, & reintegratio etiam ad bona ad alios tranſlata ipſis Bentiuolis, ac omnibus, & quibuſcunque eorum ſequacibus, qui homicidium non commiſiſſent, & conſequenter ipſi Chriacho, qui nullo unquam tempore ali-
8 quod commiſit homicidium: Et † princeps ex ſua plenitudine poteſtatis etiam abſque cauſa rebelles, & bannitos reſtituere poteſt ad bona quoque alteri acquiſita, & ab alio poſſeſſa, ut uoluit Bald. in c. 1. in princ. hic finitur lex, & habetur per Alexan. in l. gallus §. & quid ſi tantum col. antepenul. ff. de lib. & poſthu. & per Bald. in l. fin. C. de ſenten. paſsis, & ubique doct. ¶Non obſtat, quòd huiuſmodi gratia, & reſtitutio fuit conceſſa Bentiuolis, eorumque ſequacibus ſub conditione de præſtando certam cautionem, quia reſpondetur, quòd in dicta gratia, ſeu reſtitutione dicebatur, Bentiuolos debere certo modo cauere, & hæc cautio præſtita fuit ſecundum formam in breui reſtitutionis contentam, de ſequacibus autem dicebatur eos teneri præſtare quaſdam cautiones iuxta declarationem faciendam ab ipſo Papa, ſeu ab alio, prout in dicto breui: Quæ declaratio nunquam facta fuit: Et ideò per cautionem præſtitam à Bentiuolis omnes ſequaces abſque alia cautione reſtituti fuerunt. ¶Nec obſtat, quòd Chriachus tempore, quo facta fuit reſtitutio, ſeu conceſſa gratia reintegrationis, iam erat mortuus, ergo cum illa eſſet gratia perſonalis, non potuit ad hæredes Chriachi tranſire, argumento l. quia tale cum glo. Ibique doctores ff. ſolut. matri. Nam poteſt reſponderi primo uerum non eſſe, quòd Chriacus tunc eſſet mor-
9 tuus, † neque hoc eſt præſumendum, niſi probatum fuerit, quis enim per centum annos uiuere præſumitur argumen-

mento l.fin.cum ſimilibus C.de ſacroſanct.eccleſ.Secundo etſi de morte Chriachi ante gratiam factam probatū fuiſſet, tamen illa debuit etiam prodeſſe hæredibus Chriachi
10 ex maioritate rationis, †quod argumentum procedit etiam in gratiis,ut probatur in l.ex facto ff.de uulgar.& pupill. & argumento authen.multo magis C.de ſacroſanc.eccle.ergo multo magis debet dici conceſſa hæredibus dictorum ſequacium,ac etiam dicti Chriachi, qui nunquam fuerunt rebelles, ſed ſemper ſub fide, & deuotione ſanctæ matris eccleſiæ remanſerunt, & ideò ex hoc in terminis noſtris dicta gratia, ſeu priuilegium reſtitutionis debet etiam dici reale,
11 attenta ratione in eo aſſignata, ac etiam quia † in dubio ſemper debet præſumi reale, & non merè perſonale l.forma §.quanquam ff.de cenſibus,glo.in ſumma 25.quæſtio.2. ex quo ſequitur,quòd tranſire debet etiam ad hæredes, maximè in quibus eadem, uel maior priuilegij ratio militat per not.per Bart.in l.3.§.quod autem ff.quod quiſque iur. l.1.in fin.ff.de iure immunit. Dyn.in regula priuilegium de regu.iur.in 6.& Alex.in l.1.ff.de conſtit.princip.Et ita concludendum eſt in caſu noſtro.

Laus Deo.

Conſiliorum clariſsimi,& excellentiſsimi Iureconſulti Auguſtini Beroii Bononienſis volumen primum explicit.

REGISTRVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z

aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt uu xx yy zz

aaa bbb ccc.

Omnes ſunt Quaterniones, præter bbb, & ccc, qui ſunt Terniones.



BONONIAE
Ex Typographia Ioannis Roſsij,
MDLXVII.